EXPOSITIO PATRUM GRAECORUM IN PSALMOS, À BALTHASARE...

Digitized by Google

8
9 F
3

ROMA
B.V.E.

Digitized by Google

EXPOSITIO PATRVM GRÆCORVM IN PSALMOS.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE ROMA

COL. S. BONAVENTVRAE

Digitized by Google

Digitized by Google



ANTVERPIÆ, EX OFFICINA PLANTINIANA BALTHASARIS MORETI. M. DC. XLIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Digitized by Google

INVICTISSIMO ET AVGVSTISSIMO CAESARI FERDINANDO III. PIO, IVSTO ROMANORVM IMPERATORI.

VLTRÒ ad TE properat, CÆSAR AVGVSTISSIME, fœtus hicce meus, aut, vt veriùs dicam, TVVS. Alium quippe parentem, alium auctorem, alium fautorem, tutorem alium præter CÆSAREM non agnoſcit. TVVS eſt, quem tot nominibus TVVM feciſti. E Bibliothecâ quippe TVA, tot MSS. Codicibus celebri ac fœcundâ, TVO beneficio primùm prodiit: ſi quid à me prætereà hauſit, TIBI vni debetur.

Digitized by Google

betur. Recte igitur parentem, recte auctorem CÆSAREM appellat. Quidni etiam fautorem tutoremque, quem talem omnes TVI agnoſcunt, ſentit armata ac togata Pallas, ſibiq; gratulatur. Et verò nefas fuerat aliò à me ablegari REGEM PROPHETICVM, quàm ad APOSTOLICVM REGEM. Hunc in TE Hungaria iampridem agnoſcit prædicatque: illum olim in Dauide agnouit prædicauitque Palæſtina. Simile non tantùm gaudet ſimili, ſed & ſimile appetit. Itaque non ſolùm, quia Rex eſt, Regem & Imperatorem adire voluit Dauid; ſed & quia TIBI quàm ſimillimus. In eo ſumma olim illius temporis dignitas ac maieſtas; in TE vtraque hæc maxima Orbis hodie veneratur. Ille, nequidquam furente ſeque interponente Saüle illiusque aſſeclis, ad Regni ſolium ac purpuram euectus eſt; TV ad Regnum & Imperium. Fruſtrà ſunt ac fuerunt hæreſeos furores, fruſtrà rabioſæ voces, fruſtrà denique impij

cona-

conatus, quibus illa electionem illam diuinitus factam quà vi quà fraude amoliri moliebatur. Viciſti, AVGVSTISSIME FERDINANDE, viciſti PIETATE & IVSTITIA: hæc doloſas illius fraudes, illa furentes impetus triumphauit. Vicit in PIO FILIO piiſſimus Parens; cuius præclaras illas voces ex illius ore quondam audire me memini, cùm de inſolenti inimicorum audaciâ cum eo ageret nonnullus: FACIANT, inquit (verba illius ſunt, luculenta candoris animi ac Pietatis teſtimonia) FACIANT QVIDQVID VOLVERINT; EGO AGO CAVSAM DEI. DEVS NON DESERET CAVSAM SVAM. ET TANDEM IN FINE BONA CAVSA TRIVMPHAT. Digna profectò Imperatore vox, digna verba PIISSIMO FERDINANDO. Vtinam hæc omnium Principum animis tam altè hærerent infixa quàm TVO. At id mirum non eſt: (quod de ſe aiebat olim Magnus ille Imperator Antoninus, etiam PIVS) à Patre

tre

tre didiciſti. Ille TE, quod vnicum illius votis in terris deerat, tandem aliquando vidit coronatum. At quo rerum ſtatu? quibus temporibus? Iis (ad Dauidem Tecum vltrò mea dilabitur oratio) quibus ille Caput in Tribubus Iſraël factus eſt; nempe difficillimis, cùm omnia funeſtis arderent belli facibus; quæque ab externo illius tumultu vel tantillum quieſcere videbantur, internis ſeditionum motibus, eò miſeriùs, quò minori ſuo cum ſenſu, perirent. Hiſce ad Imperium vocatus; hiſce vt ille Iſraëlitici populi, ita TV Sacri Romani Imperij Caput conſtitutus es. Neque multùm ab eo diſparem hactenus in Imperio experiris fortunæ aleam; iiſdem, quibus ille, id eſt continuis bellorum motibus, iiſque grauiſſimis, exercitatus. Sed nimirum virtutis gloria numquam clariùs, quàm cùm arctiſſimè premitur, eluceſcit. Ita hæc omnia Dauidem pro PIETATE & IVSTITIA pugnantem non tam oppreſsêre, quàm ingentis

Digitized by Google

gentis gloriæ laudisq́; materiam præbuêre. Nec ſecùs de TE ſpondet innata meliorq́ue hereditatis paternæ pars, relicta in TE PIETAS; idem animus pro eadem cauſâ pugnandi: quibus ſi Dauidem non aſſequeris, imitatione certè illius quàm proximè ab eo videris abeſſe. Vt enim ille nihil in omnibus ac præ omnibus vmquam potius habuit & antiquius, quàm diuini cultus honorisq́ue augmentum; adeò vt, prout ipſe cecinit, NON DARET SOMNVM OCVLIS SVIS, NEQVE PALPEBRIS DORMITATIONEM, DONEC INVENIRET LOCVM DOMINO, TABERNACVLVM DEO IACOB: ita inter tot tamq́ue prementes curas, prima tamen TIBI ſemper Dei cura eſt, illiusq́ue honoris tuendi, ſeruandi, amplificandi. Teſtantur id tot Monaſteria & Templa, hoc difficillimo rerum ſtatu, Viennæ præſertim, aliisq́ue in Prouinciis Regni hereditariis, ſummâ liberalitate ac munificentiâ

partim à fundamentis erecta ac dotata, partim etiam innouata; atque ita innouata, vt antiquam formam non agnoſcere ampliùs, ſed ſuperare videantur. Teſtatur domeſticus ille ac forenſis Sacrorum ſplendor & magnificentia; cui auſim dicere, alibi fortè parem, at ſuperiorem vix habere Orbem, quâ patet, vniuerſum. Illius partem non minimam ſibi Muſica, & in eâ ſibi Pſalmi Dauidici vendicant; qui, ſi vſpiam alibi, debitò hîc numerorum Muſicorum ornatu ac decore & concinnantur & cantantur; atque adeò (quod obſtupeſcat Orbis) ab ipſo CÆSARE numeris Muſicis & elaborantur & exornantur: quod ipſum in Dauidis encomio principe loco ponere, ac præ ceteris virtutibus fuſiùs deprædicare non dubitauit iampridem grauis auctor Euthymius. Satis nimirum non erat, AVGVSTISSIME CÆSAR ac SAPIENTISSIME, fœcundo illi TVO ſcientiarum

tiarum pectori atque ingenio, niſi & harum rerum eſſes peritiſſimus. Niſi fortè idipſum ita factum eſſe velimus, vt tantò etiam Dauidi eſſes ſimilior: atque, vt ille ſtreperos inter armorum ſonos, raucaſque tubarum tympanorumque voces, ſummis in anguſtiis, ſummis vitæ periculis feſſum animum quà concinnando, quà concinendo, hiſce ſubinde recreabat; ita TV eodem in loco ac tempore conſtitutus, potiùs quàm Homerico carmine Macedo, Xenophonte Scipio, animum quoque hiſce lenires tuum, & à moleſtiſſimis curis, negotiis ac periculis vel tantiſper abduceres.

Quidquid ſit, non iniucundum fore putaui myſticum hunc expoſitionis noſtræ concentum; nec intempeſtiuum, quod ille olim in ſummis belli vitæque periculis concinnauit ac cecinit, in iiſdem SACRÆ CÆSAREÆ TVÆ MAIESTATI offerri. Faxit Deus, vt tempori meliori

 maiora

maiora reſeruem; atque ex diuturnâ hac bellorum tempeſtate aliquando tandem TE Ductore ac Victore emerſi, glorioſum illud Dauidis carmen cum iubilo & exultatione canamus; EX OMNIBVS HIS ERIPVIT ET LIBERAVIT NOS DOMINVS. quod mecum boni omnes vouent, ac feliciter augurantur. Viue, vince. Româ V. Idus Auguſti, M. DC. XLII.

SAC. CÆS. MAIESTATI TVÆ

æternùm deuotus

Balthaſar Corderius
è SOC. IESV.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

INSTITVTI *mei in hoc Opere rationem paucis accipe. Cùm inter varia* ἀνέκδοτα *Græcorum Patrum monumenta, quæ in Imperatoriâ Vienneſi Bibliothecâ, per Augerium Buſbequium natione Flandrum,* DD. *Ferdinandi I. & Maximiliani* II. *ad portam Ottomannicam Oratorem, è Turcarum manibus aſſerta, atque ære Cæſareo redempta ſeruantur, quinque omnino* Codices Græcos *antiquiſſimos* MSS. (*quibus Pſalmorum* ἐξήγησις *contincbatur*) *reperiſſem; theſaurum inclamo, Cæſari pateſacio, operam meam & induſtriam ad eum eruendum addico. Applaudit optimus Imperator, & patrocinium ſubſidiumq; ſuum mihi offert liberaliter: dictos Codices ad Collegium deferri iubet; vbi illos dum examino accuratiùs, maiores duos in pergameno, vetuſto rotundo charactere exaratos, reperi continere Catenam Patrum, ſed vtramque mutilam; atque vnam quidem non vltra quinquageſimum Pſalmum contextam; ad quam ſupplendam, cùm Electoralibus Sereniſſimi Bauariæ Ducis Codicibus duobus, qui in Bibliothecâ Monachienſi ſeruabantur, opus mihi eſſe intelligeret Imperator, per Vice-Cancellarium Stralendorfium ſtatim litteras ſuo nomine ad Sereniſſimum Electorem expediri curat; in virtute quarum duos Codices illos Viennam aſportandi facultas mihi fieret: quæ & facta eſt à Sereniſſmo ampliſſima. Catenam itaque ex vtriſque pleniorem contexui; quam ne ſolam darem, Commentarium Græcum Anonymum, in chartâ quidem, ſed perantiquâ, eleganter conſcriptum, ex Cæſareâ addere placuit, hactenus quidem incognitum; niſi quòd, dum ante menſem Romam veniens, Vaticanam Pontificis, ac Quirinalem Eminentiſſimi Franciſci Cardinalis Barberini Bibliothecam perluſtro, & cum manuſcriptis peruetuſtis, quæ in per-*

gameno deſcripta ibidem ſeruantur, confero, repererim eſſe Theodori Heracleotæ; cuius nomine ita erant inſcripta:

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ ΘΡΑΚΗΣ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

De quo ſanctus Hieronymus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis: Theodorus Heracleæ Thraciarum Epiſcopus elegantis apertique ſermonis, & magis hiſtoricæ intelligentiæ, edidit ſub Conſtantio principe commentarios in Matthæum & Ioannem, & in Apoſtolum & Pſalterium. *In antiquiſsimis quoque Græcorum Catenis ad S. Scripturam reperiuntur fragmenta huius Theodori; vtpote auctoris Catholici, antiquiſsimi, & eloquentiſsimi; cuius etiam perhonorificam mentionem faciunt recentiores,* Honorius Auguſtodunenſis, Sixtus Senenſis lib.4. Biblioth. Sacræ, Antonius Poſſeuinus in Apparatu, Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Denique cùm duo alij Codices ſimiliter mutili, in quarto exarati, compendiariam quamdam Pſalmorum explicationem continerent, ex vtroque Paraphraſim concinnaui. Et ne ad Operis plenitudinem curioſus Lector quidquam deſideraret, quarto loco ad ſingulos Pſalmos meas addidi Annotationes; in quibus variantes potiſsimùm lectiones diſcutiuntur, & ex ijſdem doctrinæ variæ eliciuntur. Ac ne quid deſit, in gratiam Concionatorum peculiarem indicem adieci in vniuerſa, quæ per anni decurſum occurrunt, Euangelia. Hiſce vtere, fruere, & vale.

FRAN-

FRANCISCI MONTMORENCII
E SOCIETATE IESV
PSALMORVM DAVIDIS
ENCOMIVM.

---

*ODE PINDARICA.

Strophe α'.

„ THeſauri meliùs latent.
Tegat irrepertum
Cæco Terra parens ſinu,
Tenebriſq; damnet
Aurum. Cur operoſiùs
Indorum caua montium
Scrutet viſcera? pallidus
Vbi Dite foſſor
Propiore viſo
Redit, erutoque
Concolor auro.

Antiſtrophe.

„ Nîl mortalibus inuium.
Labor has latebras
Perrupit Salomonius,
Ophyram ligones
Primus hic docuit pati:
Effoſſaſque Sioniis
Gazas intulit arcibus;
Biforeſque Templi
Radiare valuas
Dedit, infrequenti
Antè metallo.

Epodus.

His ab auſpiciis, Opum
Dites quæſiit inſtitor
Iber officinas:
Nec lucris poſuit modum:
Vt collegerit hinc Auus
Olim multa; celer ſequi
Haud minora feret Nepos.
Et adhuc ſuperſunt
Plura repertis.

Strophe β'.

„ Frænet Spes nimias Pudor.
Dauidis Poëma
Theſauris Ophyræ altius
Locupletiuſque
Quiſquis illecebrâ ſacri
Captus carminis aſpicit;
Nec profunda tamen pauet
Animo ſagaci
Penetrare ſenſa;
Opus ille maius
Viribus audet.

Antiſtrophe.

„ Audentes bona Sors iuuat.
Præit ecce fauſto
Dux Chryſoſtomus omine:
Subit & Cyrillus:
Nec illis Adamantius
Cedit; Cappadocis neque
Mens interrita GregorI;
Vigiléſve Magni
BaſilI lucernæ,
Et Apollinaris
Vatis acumen.

Epodus.

Par omnes tenuit ſitis
Auri (quo Dauid hymnifer
Scatet) eruendi.
Nec te cura coquit minor
CORDERI, Bona publici
Iuris vt facias, tibi
Quæ Graius peperit Labos;
Refereſque gazas
Antè latentes.

** Inducitur Chorus qui contrariis motibus per Conuerſionem ac Reuerſionem hanc Oden ſic decurrat, vt quos Strophe deterruit, animet Antiſtrophe, Epodus confirmet.*

PA-

PATRES GRÆCI E QVIBVS HÆC CATENA CONCINNATA EST.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΣ.	ATHANASIVS.
ΑΜΜΩΝΙΟΣ.	AMMONIVS.
ΑΝΩΝΥΜΟΣ.	ANONYMVS.
ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΣ.	APOLLINARIVS.
ΑΣΤΕΡΙΟΣ.	ASTERIVS.
ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ.	BASILIVS.
ΓΕΝΝΑΔΙΟΣ.	GENNADIVS.
ΓΕΟΡΓ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.	GEOR. ALEXANDRINVS.
ΓΡΕΓ. ΝΑΖΙΑΝΖΗΣ.	GREG. NAZIANZENVS.
ΓΡΕΓ. ΝΥΣΣΗΣ.	GREG. NYSSENVS.
ΔΙΔΥΜΟΣ.	DIDYMVS.
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΑΡΕΟΠΑΓ.	DIONYSIVS AREOPAG.
ΕΥΣΕΒΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ.	EVSEBIVS CÆSARIENSIS.
ΗΣΥΧΙΟΣ.	HESYCHIVS.
ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΣ.	THEODORETVS.
ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ.	THEODORVS ANTIOCHENVS.
ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ.	THEODORVS HERACLEOTA.
ΙΣΙΔΩΡΟΣ.	ISIDORVS.
ΚΥΡΙΛΛΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.	CYRILLVS ALEXANDRINVS.
ΜΑΞΙΜΟΣ.	MAXIMVS.
ΠΑΧΥΜΕΡΗ.	PACHYMERA.
ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΣ.	CHRYSOSTOMVS.
ΨΕΛΛΟΣ.	PSELLVS.
ΩΡΙΓΕΝΗΣ.	ORIGENES.

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΒΙΒΛΟΝ
ΤΩΝ ΨΑΛΜΩΝ
ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

MAGNI ATHANASII
IN LIBRVM
PSALMORVM
PROOEMIVM.

Πᾶσα μὲν γραφὴ (ὡς Παῦλός φησι) θεόπνευστος, ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, μάλιστα δὲ ἡ βίβλος τῶν ψαλμῶν. Ἑκάστη μὲν γὰρ βίβλος, τὸ ἴδιον ἐπάγγελμα διακονεῖ, καὶ παραγγέλλει· οἷον ἡ Πεντάτευχος γένεσιν κόσμου, καὶ τῶν Πατριαρχῶν τὰς πράξεις, τήν τε ἐξ Αἰγύπτου Ἰσραὴλ ἔξοδον, καὶ μετὰ τῆς νομοθεσίας, τὴν τῆς σκηνῆς καὶ τῆς ἱερατείας διάταξιν. Ἡ Τρίτευχος, τὴν κληροδοσίαν, καὶ τῶν Κριτῶν τὰς πράξεις, καὶ γενεαλογίαν τοῦ Δαβίδ. Αἱ βασίλειοι, καὶ αἱ Παραλειπόμεναι, βασιλέων πράξεις. Καὶ ὁ μὲν Ἔσδρας, ἀπόλυσιν τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ ἐπάνοδον τοῦ λαοῦ, καὶ οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ, καὶ τῆς πόλεως. Οἱ δὲ προφῆται, τὴν ἐπιδημίαν τοῦ σωτῆρος, ὑπομνήσεις δὲ τῶν ἐντολῶν, καὶ μέμψεις κατὰ τῶν πα-

Omnis *quidem* Scriptura (*vt Paulus ait*) diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, *ſed præcipuè liber Pſalmorum. Quilibet enim liber proprium tractat argumentum, illúdque proſequitur: verbi gratiâ Pentateuchus mundi generationem, & res geſtas Patriarcharum, & Iſraëlis ex Ægypto exitum, & cum legiſlatione, tabernaculi & ſacerdotij inſtitutionem. Triteuchus, hereditatis diſtributionem, & res geſtas Iudicum, ac Dauidis genealogiam. Libri Regum, & Paralipomenon, res geſtas Regum. Et Eſdras quidem captiuitatis ſolutionem, ac populi reditum, & templi ac ciuitatis ædificationem. Prophetæ verò aduentum Saluatoris, mandatorum commendationes, & prauaricantium reprehen-*

2. Tim. 3,16.

Quid quinque libri Moyſis tractent.

Quid liber Ioſue, Iudicum & Ruth.

Quid libri Regum & Paralipomenon.

Quid Eſdras.

Quid Prophetæ.

prehenſiones, & prophetiam gentibus.

Liber Pſalmorum cōtinet omnia quæ in ceteris Scripturæ libris tractantur.

Liber autem Pſalmorum, tamquam paradiſus, ſeu hortus amœnus, omnium in ſe fructus continens, modulando profert, & quæ in iis ſingularia ſunt, pſallendo exhibet. Siquidem ea quæ ad Geneſin pertinent pſallit in Pſalmo decimo octauo:

Pſal. 18, 1. Geneſis.

Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. *Item in vigeſimo tertio:*

Pſal. 23, 1

Domini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. Ipſe ſuper maria fundauit eum, & ſuper flumina præparauit eum.

Exodus, Numeri, Deuteronomion.

Ea verò quæ ad Exodum, & Numeros, & Deuteronomion pertinent pulchrè canit in Pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo, & in cēteſimo quarto, & in centeſimo quinto, & in centeſimo decimo tertio, dicens:

Pſ. 113, 1.

In exitu Iſraël de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro: Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius; Iſraël poteſtas eius. *Canit etiam in centeſimo quarto hæc, dicens:*

Pſal. 104, 26.

Emiſit Moyſen ſeruum ſuum; Aaron, quem elegit ipſum. Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum, *vſque ad illa verba,* in omnibus ſanctis ſuis. *Et omnino totum iſtum Pſalmum, & centeſimum quintum, eſt reperire de iſtis conſcriptum. Et ea quidem quæ ad ſacerdotium ac tabernaculum ſpectant accinit in exitu tabernaculi in Pſalmo decimo quarto:*

Pſ. 14, 1.

Afferte Domino filij Dei, *vſque ad iſta verba,* gloriam & honorem.

Ioſue, Iudices.

Quæ verò Ioſue & Iudices concernunt inſinuat quodammodò in Pſalmo centeſimo ſexto, dicens:

Pſal. 106, 36.

Et conſtituerunt ciuitates habitationis. Et ſeminauerunt agros,

παραβαινόντων, καὶ προφητείαν τοῖς ἔθνεσιν. Ἡ δὲ βίβλος τῶν ψαλμῶν, τά τε πάντων ὡς παράδεισος, ἐν αὐτῇ πεφυτευμένα φέρουσα, μελῳδεῖ, καὶ τὰ ἴδια ἐπ' αὐτῶν ψάλλουσα δείκνυσι. Τὰ μὲν γὰρ Γενέσεως ψάλλει ἐν τῷ ιη'· Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Καὶ ἐν τῷ κγ'· Τοῦ κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς· ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτήν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν. Τὰ δὲ τῆς Ἐξόδου, καὶ τῶν Ἀριθμῶν, καὶ τοῦ Δευτερονομίου, ᾄδει καλῶς ἐν τῷ οζ' Ψαλμῷ, καὶ ἐν τῷ ρδ', καὶ ἐν τῷ ρε', καὶ ἐν τῷ ριγ', λέγων· Ἐν ἐξόδῳ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, οἴκου Ἰακὼβ ἐκ λαοῦ βαρβάρου· Ἐγενήθη Ἰουδαία ἁγίασμα αὐτοῦ, Ἰσραὴλ ἐξουσία αὐτοῦ. Ψάλλει καὶ ἐν τῷ ρδ' ταῦτα λέγων· Ἐξαπέστειλε Μωϋσῆν τὸν δοῦλον αὐτοῦ, Ἀαρὼν, ὃν ἐξελέξατο αὐτόν. Ἔθετο ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους τῶν σημείων αὐτοῦ, ἕως τοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς ἁγίοις αὐτῶν. Καὶ ὅλως ὅλον τὸν ψαλμὸν τοῦτόν τε, καὶ τὸν ρε', περὶ τῶν αὐτῶν ἐστιν εὑρεῖν γεγραμμένον. Καὶ τὰ μὲν τῆς ἱερατείας, καὶ τῆς σκηνῆς, ἀναφωνεῖ ἐν ἐξοδίῳ σκηνῆς, ἐν τῷ κη'· Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὶ θεοῦ, ἕως τοῦ, δόξαν καὶ τιμήν. Τὰ δὲ τοῦ Ναυῆ, καὶ τῶν Κριτῶν, ἐμφαίνει πως ἐν τῷ ρς' ψαλμῷ λέγων· Καὶ συνεστήσαντο πόλεις κατοικεσίας. Καὶ ἔσπειραν ἀγροὺς,

καὶ

καὶ ἐφύτευσαν ἀμπελῶνας. Ἐπὶ γὰρ τοῦ Ναυῆ δέδοται αὐτοῖς ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας. Λέγει δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ συνεχῶς· Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτοὺς, ὡς σημαίνει τῶν Κριτῶν ἡ βίβλος. Τότε γὰρ κραζόντων αὐτῶν, ἤγειρε κατὰ καιρὸν κριτὰς, καὶ ἔσωζε τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν θλιβόντων αὐτόν. Καὶ τὰ μὲν τῶν βασιλειῶν, ψάλλει πῶς ἐν τῷ ιθ΄. λέγων· Οὗτοι ἐν ἅρμασι, καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις. καὶ μέχρι τοῦ τέλους· τὰ δὲ τοῦ Ἔσδρα, ἐν τῷ ρκέ. τῶν Ἀναβαθμῶν ᾄδει, Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιών· ἐγενήθημεν ὡσεὶ παρακεκλημένοι. Καὶ πάλιν ἐν τῷ ρκά· Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι, εἰς οἶκον κυρίου πορευσόμεθα, ἕως τοῦ, μαρτύριον τῷ Ἰσραήλ. Τὰ δὲ τῶν προφητῶν, ἐν ἑκάστῳ σχέδον σημαίνει περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας, καὶ ὅτι μὲν θεὸς ὢν ἐπιδημήσει. Οὕτως φησὶν ἐν μὲν τῷ μθ΄. ψαλμῷ, Ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει· ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται· ἐν δὲ τῷ ριζ΄· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐξ οἴκου κυρίου· θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. Ὅτι δὲ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ πατρὸς Λόγος, ἐν τῷ ρς΄. ψάλλει· Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. ὁ γὰρ ἐρχόμενος θεὸς, αὐτός ἐστι καὶ λόγος ἀπεσταλμένος. Τοῦτον δὲ τὸν λόγον, εἰδὼς ὄντα τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ᾄδει φωνὴν τοῦ πατρὸς, ἐν μὲν τῷ μδ΄· Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λό-

& plantauerunt vineas. *Sub Joſue enim data eſt ipſis terra promiſſionis. Ceterùm in eodem Pſalmo aſſiduè dicit:* Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, & de neceſſitatibus eorũ eduxit eos; *vti ſignificat liber Iudicũ. Tunc enim ipſis clamantibus, excitauit pro tempore Judices, & ſeruauit populum ab his qui eum affligebant. Ea autem quæ ad Reges ſpectant pſallit quodãmodò in decimo nono Pſalmo, dicens,* Hi in curribus, & hi in equis; *ea verò quæ ad Eſdram pertinent in centeſimo vigeſimo quinto, qui eſt è Gradualibus, canit,* In conuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti ſumus ſicut conſolati. *& iterùm in centeſimo vigeſimo primo:* Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus, *vſque ad illa verba,* teſtimonium Iſraël. *Quæ porrò Prophetarum ſunt, in quolibet fermè Pſalmo ſignificat aliquid de aduentu Saluatoris; & quòd, cùm Deus eſſet, venturus ſit. Ita in Pſalmo quidem quadrageſimo nono ait,* Deus manifeſtè veniet: Deus noſter, & non ſilebit; *in centeſimo autem decimo ſeptimo:* Benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis. *Ipſum autem eſſe Verbum Patris, in centeſimo ſexto canit:* Miſit Verbum ſuum, & ſanauit eos; & eripuit eos de interitionibus eorum. *Deus enim qui venit, idem eſt & Verbum miſſum. Hoc autem Verbum, cùm ſciret eſſe Filium Dei, vocem ipſius Patris canit in Pſalmo quadrageſimo quarto:* Eructauit cor meum verbum

Ibid. 29.

Reges.

Pſal. 19, 8.

Eſdras.

Pſ. 125, 1.

Pſ. 121, 1.

Singuli ferè Pſalmi de Chriſto prophetant.

Pſal. 49, 3

Pſal. 117, 26.

Pſal. 106, 20.

Quid de Verbo Dei in Pſalmis refeıatur.

Pſ. 44, 1.

bum bonum. *& iterum in centeſimo nono:* Ex vtero ante luciferum genui te. *Quodnam enim aliud dixerit quis genimen Dei, niſi Verbum & ſapientiam eius? Cùm igitur ſciret hunc eſſe qui dixit* Fiat lux, *ipſum etiam hic ipſe liber exhibet, dicens:* Verbo Domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. *Quin & Chriſtum ipſum venturum minimè ignorauit, ſed diſertè de ipſo in Pſalmo quadrageſimo quarto ait:* Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi, *vſque ad iſta verba,* præ participibus tuis. *Et ne quis eum ſecundùm phantaſiam venturum exiſtimet, ſignificat hunc ipſum hominem fore naſciturum, ipſumq́ eſſe illum per quem facta ſunt omnia, dicens in Pſalmo octogeſimo ſexto:* * Mater Sion dicet homo, *vſque ad illud verbum* altiſſimus. *hoc enim idem eſt ac ſi diceret,* Et Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta ſunt. *Et ideò cùm eum ex virgine naſciturum cognoſceret, id minimè ſiluit, ſed illicò id diſertè eodem Pſalmo quadrageſimo quarto expreſſit, dicens:* Audi filia, *vſque ad illa verba,* quia ipſe eſt Dominus tuus, & adorabis eum. *hoc enim ſimile eſt iſti quod à Gabriele dictum eſt,* Aue gratiâ plena: Dominus tecum. *Cùm enim ipſum Chriſtum dixiſſet, illicò etiam humanam ex virgine natiuitatem declarauit, dicens,* Audi filia. *Nam Gabriel quidem de nomine* Mariam *appellat, cùm ei quoad generationem peregrinus eſſet; ſed Dauid illam, vtpote ex ſemine ſuo oriundam, appellat* filiam. *Cùm autem hominem dixerit naſciturum, conſequenter*

Pſ.109,3. — Gen. 1. — Pſ.32,6. — Pſalmi prædicunt Chriſtum verè venturum. — Pſal.44,7. — Pſal.86,5. * Vulg. Numquid — Ioan.1,1. — Pſalmi dicunt Chriſtum ex virgine naſciturum. — Pſal.44,11. — Luc.1,28.

γον ἀγαθόν. καὶ πάλιν ἐν τῷ ρθ᾽· Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Τί γὰρ ἄλλο τις εἴποι γέννημα θεοῦ, ἢ τὸν λόγον, καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ; Τοῦτον οὖν εἰδὼς ὄντα ὃς εἶπε γενηθήτω φῶς, καὶ αὐτὴ ἡ βίβλος περιέχει λέγουσα τῷ λόγῳ· Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν· καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Καὶ Χριστὸν δὲ αὐτὸν ἐρχόμενον οὐκ ἠγνόησεν, ἀλλὰ καὶ μάλα περὶ τούτου λέγει ἐν τῷ μδ᾽. ψαλμῷ· Ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ἕως τοῦ παρὰ τοὺς μετόχους σου. Καὶ ἵνα μὴ κατὰ φαντασίαν ἐρχεσθαί τις αὐτὸν νομίσῃ, σημαίνει τοῦτον αὐτὸν ἄνθρωπον γενησόμενον, καὶ τοῦτον εἶναι δι᾽ οὗ πάντα γέγονε, λέγων ἐν τῷ πϛ᾽· Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος, ἕως τοῦ ὁ ὕψιστος. τοῦτο γὰρ ἴσον ἐστὶ τῷ εἰπεῖν, Καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἐκ παρθένου γινώσκων, οὐκ ἐσιώπησε, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἐμφασὶν ἵνα δίδωσι τῷ αὐτῷ μδ᾽. ψαλμῷ, λέγων· Ἄκουσον θύγατερ, ἕως τοῦ, ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ. τοῦτο γὰρ ὅμοιον τῷ λεγομένῳ παρὰ τοῦ Γαβριὴλ, Χαῖρε κεχαριτωμένη· ὁ κύριος μετὰ σοῦ. Καὶ γὰρ εἰρηκὼς αὐτὸν Χριστὸν, εὐθὺς καὶ τὴν ἀνθρωπίνην γένεσιν ἐκ τῆς παρθένου δεδήλωκε, λέγων, Ἄκουσον θύγατερ. Ὁ μὲν γὰρ Γαβριὴλ, ἐξ ὀνόματος καλεῖ Μαριὰμ, ξένος ὢν αὐτῆς κατὰ τὴν γένεσιν· ὁ δὲ Δαβὶδ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ τυγχάνουσαν αὐτὴν, θυγατέρα προσφωνεῖ ταύτην. Ἄνθρωπον δὲ αὐτὸν εἰρηκὼς γενησόμενον, ἀκολούθως

καὶ

καὶ παθητὸν αὐτὸν σαρκὶ σημαίνει· καὶ τὴν ἐπιβουλὴν παρὰ τῶν Ἰουδαίων γινομένην ὁρῶν ψάλλει, ἐν μὲν τῷ β΄. ψαλμῷ, Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη καὶ λαοί, ἕως τοῦ, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ· ἐν δὲ τῷ κα΄ τὴν ποιότητα τοῦ θανάτου, ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος φησίν· Εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με, ἕως, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Τὸ δὲ, ὤρυξαν τὰς χεῖράς μου, καὶ τοὺς πόδας μου τί ἕτερον, ἢ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ σημαίνει; Ταῦτα πάντα διδάσκων προστίθησιν, ὅτι μὴ δι' ἑαυτὸν, δι' ἡμᾶς δὲ ταῦτα πάσχει ὁ κύριος· καί φησιν ἐκ προσώπου πάσχοντος αὐτοῦ ἐν μὲν πζ΄, Ἐπ' ἐμὲ ἐπεστηρίχθη ὁ θυμός σου· ἐν δὲ τῷ ξη΄, Ἃ οὐκ ἥρπασα, τότε ἀπετίννυον. οὐ γὰρ ὑπεύθυνος ὢν ἀπέθνησκεν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς ἔπασχε, καὶ τὸν καθ' ἡμῶν θυμὸν, ὃν διὰ παράβασιν ἐφ' ἑαυτὸν ἐβάσταζε· καὶ λεγόντων μὲν ἡμῶν ἐν τῷ ρλζ΄, Κύριε ἀνταποδώσεις ὑπὲρ ἐμοῦ· λέγοντος δὲ καὶ τοῦ ἐν τῷ οα΄· Καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων· καὶ ταπεινώσει συκοφάντην. Ὅτι ἐρρύσατο πτωχὸν ἐκ δυνάστου, καὶ πένητα ᾧ οὐχ ὑπῆρχε βοηθός. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς σωματικὴν αὐτοῦ ἄνοδον προμηνύει, καὶ λέγει ἐν τῷ κγ΄· Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, ἕως τοῦ, εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. ἐν δὲ τῷ μϛ΄· Ἀνέβη ὁ θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. τὴν δὲ κάθισιν ἀπαγγέλλει καί φησιν ἐν μὲν ρθ΄· Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως τοῦ,

etiam ipſum carne patibilẽ ſignificat: & cùm videret inſidias ipſi à Iudæis Paſſionem Chriſti prænuntiant, & modũ eiuſdem.
ſtruendas fore, in Pſalmo quidẽ ſecundo canit, Quare fremuerunt gentes
& populi, *vſq; ad iſta verba,* & ad- *Pſal. 2, 1.*
uerſus Chriſtũ eius; *in vigeſimo autẽ primo ipſam mortis conditionem, ex*
perſona Saluatoris ait: In puluerem *Pſ. 21, 16.*
mortis deduxiſti me, *vſque ad,* & *ibid. 19.*
ſuper veſtẽ meam miſerunt ſortem.
Illud autẽ, Foderunt manus meas, *ibid. 17.*
& pedes meos, *quid aliud quàm crucem eius ſignificat? Hæc omnia docens, adiungit, quòd non propter ſemetipſum, ſed propter nos iſta Dominus pateretur: & ex perſona ipſius patientis ait in Pſalmo quidem*
octogeſimo ſeptimo, Super me con- *Pſal. 87, 8*
firmatus eſt furor tuus; *in ſexageſi-*
mo autem octauo, Quæ non rapui, *Pſal. 68, 5*
tunc exoluebam. *Nam cùm non eſſet reus, occubuit, ſed propter nos perpeſſus eſt, & furorem, quem nos ob tranſgreſſionem merebamur, in ſemetipſum ſuſcepit: dum nos quidem dicimus in Pſalmo centeſimo trigeſi-*
mo ſeptimo, Domine retribues pro *Pſ. 137, 8.*
me; *ipſe verò in ſeptuageſimo primo*
ait: Et ſaluos faciet filios paupe- *Pſal. 71, 4*
rum: & humiliabit calumniatorẽ.
Quia liberauit egenum à poten- *ibid. 12.*
te; & pauperem, cui non erat adiutor. *Idcircò etiam corporalem eius in cælos aſcenſum prædicit, & ait in* Aſcenſionem Chriſti prædicunt.
vigeſimo tertio: Tollite portas prin- *Pſal. 23, 9*
cipes veſtras, *vſque ad iſta verba,* & introibit Rex gloriæ. *in quadrageſimo autem ſexto:* Aſcendit Deus *Pſal. 46, 6*
in iubilatione; Dominus in voce tubæ. *Seſſionem verò annuntiat, & ait in centeſimo quidem nono:* Dixit
Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, *vſque ad iſta verba,* *Pſ. 109 1.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Iudicium Dei annuntiant. ſcabellum pedum tuorum; *in nono autem Pſalmo adiungit etiam futuram diaboli perditionem, & clamat:* Pſal. 9, 5. Sediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam. Increpaſti gentes, & periit impius. *Quòd enim iudicium omne, quòd à Patre accepit, minimè abſconderit, ſed iudex omnium venturus ſit, prænuntiat in ſeptuageſimo* Pſal. 71, 1 *quidem primo*, Deus iudiciũ tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis: Iudicare populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio; Pſal. 49, 4 *in quadrageſimo verò nono ait:* Aduocabit cælum ſurſum, & terram diſcernere populum ſuum. Et annuntiabunt cæli iuſtitiam eius: quoniam Deus iudex eſt. *& in* Pſal. 81, 1 *Pſalmo octogeſimo primo:* Deus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem deos * diſcernet. *Quin & vocationem Gentium ex hac Scriptura pluribus diſcere liceat, præſertim ex Pſalmo quadrageſimo ſexto:* Pſal. 46, 1 Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. Pſal. 71, 9 *in ſeptuageſimo autem primo*, Coram illo procident, *vſque ad illa verba*, ſeruient ei. *Hæc quidem in Pſalmis canuntur; in ſingulis autem aliis libris prænuntiantur.*

* Vulg. dijudicat.

Ceterùm non ignoro, in quolibet Scripturæ libro eadem de Saluatore excellenter ſignificari, atque hoc eſſe cõmune omnibus argumentum, eumdemq́; ſpiritus concentum. Etenim ſicut ea quæ ſunt ceterorum in hoc libro reperire licet, ita etiam quæ huius ſunt in aliis ſæpenumerò reperiri: nam & Moyſes Canticum conſcribit, & Iſaias canit, & Habacuc cum cantico precatur.

ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· ἐν δὲ τῷ θ΄. ψαλμῷ προστίθησι καὶ τὴν γενομένην ἀπώλειαν τοῦ διαβόλου, καὶ βοᾷ· Ἐκάθισας ἐπὶ θρόνου ὁ κρίνων δικαιοσύνην. Ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ἀσεβής. Καὶ γὰρ ὅτι καὶ τὴν κρίσιν πᾶσαν, ἣν ἔλαβε παρὰ τοῦ πατρὸς, οὐκ ἔκρυψεν, ἀλλὰ καὶ κριτὴν αὐτὸν τῶν πάντων ἐρχόμενον προμηνύει· ἐν μὲν τῷ οα΄, Ὁ θεὸς τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δὸς· καὶ τὴν δικαιοσύνην τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως· κρίνειν τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει· ἐν δὲ τῷ μθ΄. φησί· Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ τὴν γῆν διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ. Καὶ ἀναγγελοῦσιν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ· ὅτι θεὸς κριτής ἐστι. Καὶ ἐν τῷ πα΄. ψαλμῷ· Ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρινεῖ. Καὶ μὴν καὶ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν ἀπ' αὐτῆς ἐστι μαθεῖν διὰ πολλῶν, μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ μς΄· Πάντα τὰ ἔθνη κροτήσατε χεῖρας, ἀλαλάξατε τῷ θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως. ἐν δὲ τῷ οα΄· Ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται, ἕως τοῦ, δουλεύσουσιν αὐτῷ. Ταῦτα μὲν τοῖς ψαλμοῖς ᾄδεται. ἐν δὲ ἑκάστῃ τῶν ἄλλων βίβλων προεπαγγέλλεται.

Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι ἐν ἑκάστῳ τῆς γραφῆς τὰ αὐτὰ περὶ τοῦ σωτῆρος ἐξαιρέτως σημαίνεται, καὶ ἔστι τοῦτο κοινὸν πάσαις αὐταῖς ἐπάγγελμα, καὶ συμφωνία ἡ αὐτὴ τοῦ πνεύματος. Καὶ γὰρ ὥσπερ τὰ τῶν ἄλλων δυνατόν ἐστι ἐν ταύτῃ εὑρεῖν, οὕτω καὶ τὰ ταύτης ἐν ταῖς ἑτέραις πολλάκις εὑρίσκεται· καὶ γὰρ Μωϋσῆς ᾠδὴν γράφει, καὶ ὁ Ἡσαΐας ᾄδει, καὶ ὁ Ἀμβακοὺμ προσεύχεται μετ' ᾠδῆς.

Πάλιν

Πάλιν ἐν ἑκάστῃ βίβλῳ ἐστὶν ἰδεῖν καὶ προφητείας, καὶ νομοθεσίαν, καὶ ἱστορίας. Τὸ γὰρ αὐτὸ πνεῦμα ἐπὶ πάντας ἐστί. καὶ κατὰ μὲν τὴν εἰς ἕκαστον αὐτοῦ γινομένην διαίρεσιν, ἕκαστος τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ χάριν διακονεῖ, καὶ πληροῖ, εἴτε προφητεία ἐστὶν, εἴτε νομοθεσία, εἴτε ἱστορία, ἡ μνήμη, εἴτε τῶν ψαλμῶν ἡ χάρις. Ἐπειδὴ δὲ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμά ἐστιν, ὅπερ καὶ πᾶσαι αἱ διαιρέσεις εἰσίν. αὐτὸ δὲ ἀδιαίρετόν ἐστι κατὰ φύσιν, διὰ τοῦτο ὅλον μέν ἐστιν ἐν ἑαυτῷ. κατὰ δὲ τὴν διάνοιαν αἱ φανερώσεις καὶ διαιρέσεις τοῦ πνεύματος ἑκάστοις γίνονται κατὰ τὴν ὑποκειμένην χρείαν, ὥστε, καθὰ προεῖπον, νομοθετοῦντα τὸν Μωϋσῆν προφητεύειν ποτὲ καὶ ᾄδειν. Καὶ προφητεύοντας τοὺς προφήτας ἐντέλλεσθαί τι ποτέ. Οἷον τὸ· Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε. Καὶ ἱστορεῖν ποτὲ· τὸν μὲν Δανιὴλ τὰ κατὰ Σωσάνναν, τὸν δὲ Ἡσαΐαν τάτε κατὰ τὸν Ῥαψάκην καὶ τὸν Σεναχηρείμ. Οὕτως γὰρ καὶ ἡ τῶν ψαλμῶν βίβλος ἔχουσα, τὸ ἴδιον τῶν ᾠδῶν διεξοδικῶς εἴρηκε. Νομοθετεῖ οὖν καὶ αὐτὴ λέγουσα· Παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς, καὶ ἐγκατάλιπε θυμόν. Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Καὶ ἱστορεῖ γε ποτὲ οἷον περὶ τῆς ἐξόδου τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ προφητεύει περὶ τῆς ἐπιδημίας τοῦ σωτῆρος, ὥσπερ εἴρηται πρότερον. Κοινὴ μὲν ἡ τοιαύτη τοῦ πνεύματος χάρις ἔστω παρὰ πᾶσιν ἡ αὐτὴ, ὡς ἂν ἡ χρεία ἀπαιτῇ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐθέλοι. (Οὐ διαφέρει γὰρ ἤτοι τὸ πλέον ἔχῃ ἤτοι τὸ ἔλαττον ἐν ταύτῃ τῇ χρείᾳ, ὡς ἕκαστος ἀνενδότως τὴν οἰκείαν ἀποπλη-

Rurſus in quolibet libro videre liceat & vaticinia, & legiſlationem, & hiſtorias. Idem enim Spiritus eſt in omnibus, & ſecundùm diuiſionem eius in vnoquoque factam, vnuſquiſque datam ſibi gratiam adminiſtrat & implet, ſiue prophetia ſit, ſiue legiſlatio, ſiue hiſtoria id quod commemoratur, ſiue gratia Pſalmorum. Cùm autem vnus idemq́; Spiritus ſit, cuius etiam omnes diſtributiones exſiſtunt, ipſe autem naturâ ſuâ indiuiſus ſit, idcircò hoc totum quidem eſt in ſeipſo, ſed ſecundùm intellectum manifeſtationes & diuiſiones Spiritus ſingulis accidunt pro ſubiecta vtilitate aut neceſſitate; ita vt, ſicut anteà dicebam, Moyſes legem ferens quandoque etiam canat, & Prophetæ vaticinantes quandoque aliquid præcipiant. Quale eſt illud: Lauamini, mundi eſtote. *Item aliquando hiſtoriam narrent: Daniel quidem quæ ad Suſannam; Iſaias verò quæ ad Rapſacen & Sennacherib ſpectant. Ita nimirum etiam Pſalmorum liber ſe habens fusè quidem, quod illi proprium eſt, Cantica proſequitur, legem tamen & ipſe præſcribit dicens:* Deſine ab ira, & derelinque furorem. Declina à malo, & fac bonum: quære pacem, & perſequere eam. *Quandoque etiam hiſtoriam tradit, v.g. de exitu Iſraëlis; quin & vaticinatur de aduentu Saluatoris, vti ſuperiùs dictum eſt. Communis quidem iſtiuſmodi gratia Spiritus eadem ſit apud omnes, prout vſus exegerit, & Spiritus voluerit. (Nec enim refert, ſiue ampliùs ſiue minus habuerit in hoc vſu, vt vnuſquiſque ſine defectu proprium*

Idem Spiritus ſanctus loquitur in omnibus Scripturis. *2. Cor. 12.*

Variæ ſunt Spiritus diſtributiones.

Iſaiæ 1,16

Pſalmi cùm ſint propriè Cantica, etiam alia munia habent.

Pſal. 36,8.

Pſ. 33,15.

prium & perfectum expleat miniſterium.) Psalmi præ ceteris Scripturis ſingulariter affectum excitant, & mouent. *Liber autem Pſalmorum etiam ſic gratiam quamdam habet ſingularem & eximiam obſeruationem: nam ad alia, in quibus cum ceteris libris habet affinitatem & communicationem, hoc inſuper proprium habet & ſingulare miraculum, quòd etiam vniuſcuiuſque animi motus, eorúmque mutationes ac directiones in ſe deſcriptas & expreſſas habeat, vt, qui voluerit, ex ipſo tamquam ex imagine illas percipiat & intelligat, atque ita ſemetipſum ſicut illic ſcriptum eſt efformet. In aliis enim libris ſolummodò quis audit legem præcipientem, quæ oporteat facere, & quæ non oporteat facere. Prophetias item audit, vt ſolùm ſciat venturum Saluatorem; quin & hiſtoriis attendit, vt ex iis regum & Sanctorum res geſtas cognoſcere poſſit; in libro autem Pſalmorum, præterquam quòd hæc audiens diſcat, inſuper etiam animi ſui motus in eodem percipit, atque edocetur.* Psalmi, quid & quomodo agendum, patiendū & loquēdum ſit, vberiùs docent. *Ceterùm contra illa etiam quæ quis patitur, poteſt iterùm ſeligere exemplar ſermonum; ita vt non ſolùm doceat auditoris ſpeciem exhibere, verùm etiam quomodò oporteat loquendo & agendo curare paſſionem. Etenim in aliis quoque libris ſunt inhibitorij ſermones, qui mala prohibent; in hoc verò expreſſum, quomodo ab iis abſtinendum ſit: in aliis hortamentum eſt pœnitendi & à peccatis ceſſandi; hic autem exprimitur quomodo etiam pœnitendum, & quid in pœnitentia dicendum ſit.* Rom. 5.3. *Paulus item dixit:* Tribulatio patientiam operatur, patientia autem

ργεῖ, καὶ τελείαν διακονίαν.) ἡ δέ γε βίβλος τῶν ψαλμῶν, καὶ οὕτως ἔχει πάλιν τινὰ χάριν ἰδίαν καὶ παρατήρησιν ἐξαίρετον· πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις, ἐν οἷς πρὸς τὰς ἄλλας βίβλους ἔχει τὴν σχέσιν καὶ κοινωνίαν. λοιπὸν καὶ ἴδιον ἔχει τοῦτο τὸ θαῦμα, ὅτι καὶ τὰ ἑκάστης ψυχῆς κινήματα, τάς τε τούτων μεταβολὰς καὶ διορθώσεις ἔχει διαγεγραμμένας καὶ τετυπωμένας ἐν αὐτῇ, ὥστε ἵνα τῶν βουλομένων ὡς ἀπ' εἰκόνος ἐξ αὐτῆς λαμβάνειν καὶ κατανοεῖν; οὕτω τε τυποῦν ἑαυτὸν, ὡς ἐκεῖ γέγραπται. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις βίβλοις; μόνον τις ἀκούει τὸν νόμον προστάττοντα ἃ δεῖ ποιεῖν, καὶ ἃ μὴ δεῖ πράττειν. προφητείας τε ἀκούει, ὥστε μόνον εἰδέναι τὸν ἐρχόμενον σωτῆρα. Καὶ ἱστορίαις δὲ προσέχει, ἵνα ἐξ αὐτῶν γινώσκειν δύναται τὰς τῶν βασιλέων καὶ τῶν ἁγίων πράξεις, ἐν δὲ τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν πρὸς τῷ ταῦτα μανθάνειν τὸν ἀκούοντα. ἔτι καὶ τὰ κινήματα τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐν αὐτῇ κατανοεῖ καὶ διδάσκεται. Καὶ λοιπὸν πρὸς ἅ τις πάσχει, δύναται πάλιν ἐκλέγεσθαι τὴν εἰκόνα τῶν λόγων· ὥστε μὴ μόνον ἀκούσαντα παρέρχεσθαι, ἀλλὰ, καὶ πῶς δεῖ λέγοντα, καὶ ποιοῦντα θεραπεύειν τὸ πάθος διδάσκει. Εἰσὶ μὲν γὰρ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις βίβλοις κωλυτικοὶ λόγοι, ἀπαγορεύοντες τὰ φαῦλα, ἐν ταύτῃ δὲ πῶς ἀπέχεσθαι δεῖ τετύπωται· ἐν ἄλλαις παράγγελμά ἐστι μετανοεῖν, καὶ παύσασθαι τὰς ἁμαρτίας, ἐνταῦθα δὲ, καὶ πῶς δεῖ μετανοεῖν, καὶ τί χρὴ λέγειν ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ, τετύπωται. Καὶ πάλιν εἴρηκεν ὁ Παῦλος· ἡ θλῖψις ὑπομονὴν ἐργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν,

δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. Ἐν δὲ ψαλμοῖς, καὶ πῶς δεῖ φέρειν τὰς θλίψεις, καὶ τί δεῖ θλιβόμενον λέγειν, καὶ τί μετὰ τὰς θλίψεις, καὶ πῶς ἕκαστος δοκιμάζεται, καὶ τίνες οἱ λόγοι τῶν ἐλπιζόντων ἐπὶ κύριον, γέγραπται καὶ κεχάρακται. Καὶ πάλιν, ἐντολή ἐστιν, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖν, ἀλλὰ καὶ τί δεῖ λέγειν εὐχαριστοῦντα, διδάσκουσιν οἱ ψαλμοί. εἶτα παρ' ἑτέρων ἀκούοντες, ὅσοι θέλουσιν εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ διωχθήσονται· παρὰ τούτων διδασκόμεθα, καὶ πῶς δεῖ φεύγοντας φρονεῖν, καὶ τίνας διωκομένους, καὶ μετὰ τὸν διωγμὸν ῥυσθέντας ποίους δεῖ λόγους προσφέρειν τῷ θεῷ. Εὐλογεῖν παραγγελλόμεθα τὸν κύριον, καὶ ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ, ἀλλ' ἐν τοῖς ψαλμοῖς τυπούμεθα πῶς τε αἰνεῖν τὸν θεόν, καὶ τίνα ῥήματα λέγοντες ἐξομολογούμεθα πρεπόντως. Καὶ ἐφ' ἑκάστου δὲ τίς οὕτως ἂν εὕροι τὰς θείας ᾠδὰς πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὰς ἡμῶν κινήσεις καὶ καταστάσεις κειμένας. Καὶ γὰρ τοῦτο παράδοξόν ἐστι πάλιν ἐν τοῖς ψαλμοῖς, ὅτι ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις βίβλοις ἃ λέγουσιν οἱ ἅγιοι, ταῦτα γινώσκοντες οἱ ἀκούοντες, ἄλλους ἑαυτοὺς ἢ ἐκείνους ἡγοῦνται περὶ ὧν ὁ λόγος. τὴν δὲ βίβλον ταύτην ὁ λαμβάνων, τὰς μὲν περὶ τοῦ σωτῆρος προφητείας, συνήθως ἐν ταῖς ἄλλαις γραφαῖς θαυμάζων καὶ προσκυνῶν διεξέρχεται· τοὺς δὲ ἑτέρους ψαλμοὺς ὡς ἱεροὺς ὄντας λόγους ἀναγινώσκει. καὶ ὁ ἀκούων δὲ ὡς αὐτὸς λέγων κατανύττεται, καὶ συνδιατίθεται τοῖς τῶν ᾠδῶν ῥήμασιν ὡς ἰδίων αὐτοῦ ὄντων. Σαφηνείας δὲ ἕνεκα, πάλιν οὐκ ὀκνητέον, κατὰ τὸν

probationem; probatio verò ſpem: ſpes autem non confundit. *In Pſalmis verò etiam ſcriptum & exaratum eſt, quomodo ferendæ ſint tribulationes, & quid tribulato dicendum ſit, quid item poſt tribulationes; & quomodo vnuſquiſque probetur; & qui ſint ſermones eorum qui ſperant in Dominum. Item, mandatum eſt in omnibus gratias agere; ſed Pſalmi inſuper docent, quibus verbis gratiæ ſint agendæ. Deinde cùm in aliis audiamus,* Qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patientur; *in his edocemur, quomodo, & quas perſecutiones prudenter fugere oporteat, & à perſecutione liberatos, quales Deo deceat offerre ſermones. Iubemur Dominum benedicere, & Domino confiteri; ſed in Pſalmis efformamur quodammodò ad laudandum Deum, & quædam verba recitantes decenter confitemur. Quin & in vnoquoque quis reperiet diuina Cantica ad nos noſtróſque motus componendos appoſita. Etenim hoc quoque rurſus in Pſalmis admirandum, quòd in aliis quidem libris, vbi ea quæ dicunt ſancti cognouerint auditores, alios ſemetipſos arbitrentur ab iis de quibus ſermo eſt. Qui autem hunc librum ſumit, eas quidem quæ de Saluatore ſunt prophetias, æquè atque in aliis Scripturis ſolet, admirans & adorans proſequitur; alios verò Pſalmos tamquam ſacros quoſdam ſermones legit: quin & is qui audit, æquè ac is qui eos recitat, compungitur, atque ita Canticorum verbis afficitur, ac ſi ipſius eſſent propria. Claritatis autē gratiâ,*

2. Tim. 3. 12.

Pſalmi pios omnes exprimunt affectus, iidemque nos informant.

beati Apoſtoli exemplo, ne pigeat idem denuò repetere. Plurimi ſunt ſermones Patriarcharum, & quidem ipſis proprij. Etenim Moyſes loquebatur, & Deus reſpondebat. Elias quoque & Eliſeus in monte Carmelo ſedentes inuocabant Dominum, &
3. Reg. 18, 15. *ſemper dicebant:* Viuit Dominus cui adſtiti in conſpectu eius hodie.
Pſalmorum verbis vt propriis vti mur ſecùs quàm aliorum Prophetarum. *Ceterorum quoque ſanctorum Prophetarum ſermones præcipui quidem ſunt iſti, qui ſunt de Saluatore; deinde verò etiam plurima verba facta ſunt gentibus, & Iſraëli. Attamen nemo neque Patriarcharum ſermones tamquam proprios vmquam protulerit, neque quiſquam audebit imitari ac vſurpare propria verba Moyſis, neque Abrahæ de Iſmaële domi ſuæ nato, & quæ de Iſaac dixit; etſi eadem vtilitas ac neceſſitas quempiam apprehenderit, nemo ſanè præſumpſerit illa vt propria proferre. Sed neque ſi quis commiſeratione aut melioris rei deſiderio teneatur, vmquam dixerit vt Moyſes,*
Exod. 33, 13. Oſtende mihi teipſum. *& iterùm:*
Exod. 32, 32. Si quidem remittis eis peccatum eorum, remitte; ſin autem, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. *Sed neque quiſquam Prophetarum verba vt propria vſurpans quempiam reprehenderit, aut laudauerit, ipſis ſimilia imprecantes, qualia illi iis quos reprehendebant, aut laudabant.*
3. Reg. 18, 15. *Neque iſtud,* Viuit Dominus, cui adſtiti in conſpectu eius hodie, *quiſpiam imitetur dicere tamquam ſermonem ſuum proprium. Etenim legenti libros perſpicuum eſt, ſe illa verba non vt propria, ſed vt ſanctorum, & eorum qui per iſta ſignificantur, proferre. At qui Pſalmos recitat, quod mirandum eſt, præter Prophetias, quæ de Saluatore & de gentibus ſunt,*

μακάριον ἀπόστολον, ἐπαναλαβόντα τὸ αὐτὸ λέγειν. Πλεῖστοι λόγοι τῶν πατριαρχῶν εἰσι, καὶ ἴδιοι παρ' αὐτῶν εἰρημένοι. καὶ γὰρ Μωϋσῆς ἐλάλει, ὁ δὲ θεὸς ἀπεκρίνατο. Καὶ Ἡλίας καὶ Ἐλισσαῖος ἐπὶ τὸ Καρμήλιον ὄρος καθήμενοι ἐπεκαλοῦντο τὸν κύριον, καὶ ἀεὶ ἔλεγον· Ζῇ κύριος ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον. Οἵ τε τῶν ἄλλων ἁγίων προφητῶν λόγοι προηγουμένως μέν εἰσιν οἱ περὶ τοῦ σωτῆρος· ἔπειτα δὲ καὶ πλεῖστα γεγόνασι ῥήματα τοῖς τε ἔθνεσι, καὶ τῷ Ἰσραήλ. Καὶ ὅμως οὐδεὶς οὔτε τοὺς τῶν πατριαρχῶν λόγους ὡς ἰδίους ἄν ποτε εἴποι, οὔτε τολμήσει τις μιμήσασθαι, καὶ εἰπεῖν τὰ Μωϋσέως ἴδια ῥήματα, οὐδὲ τοῦ Ἀβραὰμ περὶ τοῦ οἰκογενοῦς τοῦ Ἰσμαήλ, καὶ τὰ ἐπὶ τοῦ Ἰσαάκ, κἂν ἡ αὐτὴ χρεία τινὰ καὶ ἀνάγκη καταλάβῃ, τολμήσας ἄν τις ὡς ἴδια εἴποι. Ἂν δὲ καὶ συμπάσχωσι, καὶ πόθον ποτὲ λάβοι τοῦ κρείττονος οὐ ποτε ἂν εἴποι ὡς Μωϋσῆς, Ἐμφάνισόν μοι σεαυτόν. καὶ πάλιν· Εἰ μὲν ἀφεῖς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ ἐξάλειψον κἀμὲ ἐκ τῆς βίβλου σου ἧς ἔγραψας. ἀλλ' οὐδὲ τὰ τῶν προφητῶν τις λαμβάνων ὡς ἴδια ῥήματα μεμφθείη τινὸς ἢ ἐπαινεθείη, τούτοις τὰ ὅμοια παραλλάξαντες, οἷς ἐμέμψαντο, ἢ ἐπῄνεσαν ἐκεῖνοι. οὐδὲ τὸ Ζῇ κύριος ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον μιμήσαιτ' ἄν τις εἰπεῖν ὡς ἴδιον λόγον. καὶ γὰρ ὁ ἐντυγχάνων ταῖς βίβλοις φανερός ἐστι μὴ ὡς ἰδίους, ἀλλὰ τῶν ἁγίων καὶ τῶν δι' αὐτῶν δηλουμένων λέγων τούτους λόγους. Τοὺς δέ γε ψαλμοὺς τὸ παράδοξον μετὰ τὰς περὶ τοῦ σωτῆρος, καὶ τῶν ἐθνῶν προφητείας,

ὁ λέγων

ὁ λέγων τὰ ἄλλα, ὡς ἴδια ῥήματα λαλῶν ἐστι, καὶ περὶ αὐτοῦ γραφέντας αὐτοὺς ἕκαστος ψάλλει, καὶ οὐχ ὡς ἑτέρου λέγοντος, ἢ περὶ ἑτέρου σημαίνοντας δέχεται, καὶ διεξέρχεται, ἀλλ' ὡς αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λαλῶν διατίθεται· καὶ οἷά ἐστι τὰ λεγόμενα, ταῦτα ὡς αὐτὸς πράξας, καὶ ἐξ ἑαυτοῦ λαλῶν, ἀναφέρει θεῷ. Οὐ γὰρ ὡς τὰ τῶν Πατριαρχῶν ῥήματα, καὶ τὰ Μωϋσέως, καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν εὐλαβηθήσεται καὶ ταῦτα. Τὸν γὰρ φυλάξαντα τὴν ἐντολήν, καὶ παραβάντα ταύτην, τήν τε ἑκατέρου πρᾶξιν περιέχουσιν οἱ ψαλμοί. Ἀνάγκη δὲ πάντα ἄνθρωπον ἐν τούτοις συνέχεσθαι, καὶ ὡς φυλάξαντα τὴν ἐντολήν, ἢ παραβάντα ταύτην, λέγειν τοὺς περὶ ἑκάστου γεγραμμένους λόγους. Καί μοι δοκεῖ τῷ ψάλλοντι γίνεσθαι τούτους ὥσπερ ἔσοπτρον εἰς τὸ κατανοεῖν ἐν αὐτοῖς ἑαυτοῦ τὰ τῆς ψυχῆς κινήματα, καὶ οὕτως αἰσθόμενον ἀπαγγέλλειν αὐτούς. Καὶ γὰρ ὁ ἀκούων τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὥσπερ αὐτοῦ λεγομένην τὴν ᾠδὴν καταδέχεται. καὶ ἢ ἐλεγχόμενος ὑπὸ τοῦ συνειδότος, καὶ κατανυγεὶς μετανοήσει, ἢ περὶ τῆς εἰς τὸν θεὸν ἐλπίδος ἀκούων, καὶ τῆς εἰς τοὺς πιστεύοντας γινομένης ἀντιλήψεως, ὡς εἰς αὐτὸν γινομένης τοιαύτης χάριτος ἀγαλλιᾶται, καὶ εὐχαριστεῖν ἄρχεται τῷ θεῷ. Ὅτε γοῦν τὸν τρίτον ψάλλῃς, εἰς τὰς ἰδίας θλίψεις συνορῶν, αὐτοῦ εἶναι νομίζει τὰ ἐν αὐτῷ ῥήματα, καὶ τὸν ι. καὶ ιϛ. ὡς τὴν ἰδίαν πεποίθησιν, καὶ προσευχήν ἐστιν ἀπαγγέλλων· καὶ τὸν ν. ὡς αὐτός ἐστι, τὰ διὰ τῆς μετανοίας αὐτοῦ ῥήματα λέγων. τὸν δὲ νγ. καὶ νϛ. καὶ ρμα. ὅτε ψάλλει ὡς οὐκ ἄλλου διωκομένου, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὢν ὁ πάσχων συνδιατίθεται,

reliqua tamquam ſua propria verba profert, eosq́ quilibet pſallit, tamquam de ſe conſcriptos, & non quaſi ex perſona alterius loquentis, aut de alio ſignificatos accipit, recitatq́; ſed ita afficitur, ac ſi ipſe de ſemetipſo illos pronuntiaret: & prout ſunt illa quæ recitantur, ita ac ſi ipſe ea egiſſet, & ex ſemetipſo ea diceret, Deo offert. Neq́ enim vt verba Patriarcharum, & Moyſis, ceterorumq́ Prophetarum, ita & hæc reuerebitur: ſiquidem Pſalmi tam legis obſeruatorem, quàm eiuſdem transgreſſorem, & vtriuſq́ actionem exhibent. Ceterùm neceſſe eſt, vt omnis homo aſſiduè in his verſetur, & tamquam legis obſeruator, aut eiuſdem violator, recitet verba quæ de vnoquoq́ conſcripta ſunt. Mihi quoq́ dum illos pſallo videntur eſſe tamquã ſpeculum ad animi noſtri motus in eodem cognoſcendos, & vt ita affecti ipſos recitemus. Etenim qui legentem audit, æquè ac ſi ipſemet canticum proferret accipit; & vel à ſua cõſcientia reprehenſus ac compunctus pœnitentiam aget; vel de ſpe in Deum audiens, vel de auxilio quod credentibus obtigit, æquè ac ſi illi talis gratia accidiſſet, exultat, atque Deo gratias agere incipit. Quando igitur quis tertium Pſalmum canit, in proprias afflictiones oculos conuertens, verba iſta ſua eſſe arbitratur; & decimum ac decimumſextum, tamquam propriam fiduciam & orationem pronuntiat; & quinquageſimum, ac ſi ipſe eſſet, ita pœnitentiæ eius verba recitat. Quãdo verò pſallit quinquageſimum tertium, & quinquageſimum ſextum, & centeſimum quadrageſimum primum, non quaſi alius, ſed quaſi ipſemet perſecutionem pateretur, afficitur,

Pſalmi ſunt inſtar ſpeculi, in quo motus animi noſtri repræſentantur.

& iſta verba tamquam ſua propria Deo canit. Atque vniuerſim quilibet Pſalmus ita à Spiritu dictatus atque compoſitus eſt, vt in eo, ſicut prædictũ eſt, motus animi noſtri cognoſcantur, & omnia, quaſi de nobis dicta ſint, ipſaq́ verba, tamquam noſtra propria ſint, in recordationẽ eorum qui in nobis ſunt motuũ, & vitæ propriæ emendationem. Quæ enim pſallentes diximus, ea poſſunt eſſe formæ ac figuræ noſtræ.

Pſalmi exhibent Saluatorem ſe pro nobis offerentem.

Hæc porrò rurſus gratia eſt Saluatoris, ſiquidem propter nos homo factus, corpus quidem proprium pro nobis obtulit in mortem, vt omnes à morte redimeret: quin & cæleſtem ſibiq́ placentem viuendi normã nobis exhibere volens, in ſemetipſo hanc expreſſit, ne vlli ampliùs ab hoſte facilè deciperentur, habentes pignus in ſecuritatem victoriæ ab ipſo pro nobis à diabolo reportatæ: idcircò nimirum non ſolum docuit, ſed & fecit ea quæ docuit, vt vnuſquiſque audiat quidem ipſum loquentem, ſed ab eodem ſimul tamquam in imagine accipiat exempla faciendi, audiens: Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.

Matth. 11,29.

Chriſtum nobis in exemplũ virtutum omnium proponunt.

Hac autem, quam Dominus in ſemetipſo expreſſit, perfectiorem virtutis doctrinam nemo reperiet: ſiue enim iniuriarum tolerantiam, ſiue clementiam, ſiue bonitatem, ſiue fortitudinem, ſiue miſericordiam, ſiue iuſtitiam quis requiſiuerit, omnia in ipſo perfecta reperiet; ita vt nihil ad virtutem deſit illi qui humanam Domini vitam contemplatur. Hoc nimirum ſciens Paulus dixit: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. *Gentilium ſiquidem legiſlatores dicendi tenus gratiam habent; Dominus*

Philip. 3,17.

καὶ ᾄδει τῷ θεῷ, ὡς ἰδίους ὄντας λόγους τούτους. Καὶ ὅλως ἕκαστος ψαλμὸς οὕτως παρὰ τοῦ πνεύματος εἴρηται καὶ συντέτακται, ὡς ἐν αὐτοῖς, καθὰ προείρηται, τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς ἡμῶν κατανοεῖσθαι, καὶ πάντα ὡς περὶ ἡμῶν εἰρῆσθαι, καὶ εἶναι αὐτοὺς ὡς ἰδίους ἡμῶν λόγους, εἰς ἀνάμνησιν τῶν ἐν ἡμῖν κινημάτων, καὶ διόρθωσιν τῆς ἰδίας πολιτείας. Ἃ γὰρ οἱ ψάλλοντες εἰρήκαμεν, ταῦτα καὶ ἡμῶν δύναται τύποι εἶναι, καὶ χαρακτῆρες. Αὕτη δὲ πάλιν τοῦ σωτῆρος ἐστὶν ἡ χάρις, ἄνθρωπος γὰρ δι' ἡμᾶς γενόμενος τὸ μὲν ἴδιον σῶμα ὑπὲρ ἡμῶν προσήνεγκεν εἰς θάνατον, ἵνα πάντας ἀπαλλάξῃ τοῦ θανάτου· τὴν δὲ οὐράνιον, καὶ εὐάρεστον αὐτοῦ πολιτείαν δεῖξαι θέλων ἡμῖν, ἐν ἑαυτῷ ταύτην ἐτύπωσεν ὑπὲρ τοῦ μηκέτι τινὰς εὐχερῶς ἀπατᾶσθαι παρὰ τοῦ ἐχθροῦ, ἔχοντας ἐνέχυρα πρὸς ἀσφάλειαν τὴν παρ' αὐτοῦ γενομένην ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ τοῦ διαβόλου νίκην· διὰ τοῦτο γοῦν οὐ μόνον ἐδίδαξεν, ἀλλὰ καὶ πεποίηκεν ἃ ἐδίδαξεν, ἵνα ἕκαστος ἀκούῃ μὲν αὐτοῦ λαλοῦντος, ὡς ἐν εἰκόνι δὲ βλέπων λαμβάνῃ παρ' αὐτοῦ παραδείγματα τοῦ ποιεῖν, ἀκούων. Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. Τελειοτέραν δὲ καὶ εἰς ἀρετῆς διδασκαλίαν οὐκ ἄν τις εὕροι, ἧς ἐτύπωσεν, ὁ κύριος ἐν ἑαυτῷ· εἴτε γὰρ ἀνεξικακίαν, εἴτε φιλανθρωπίαν, εἴτε ἀγαθότητα, εἴτε ἀνδρείαν, εἴτε ἐλεημοσύνην, εἴτε δικαιοσύνην, πάντα ἐν αὐτῷ τις εὑρήσει γινόμενα· ὥστε μηδὲν εἰς ἀρετὴν λείπειν τῷ κατανοοῦντι τὸν ἀνθρώπινον βίον τοῦ κυρίου. Τοῦτο γὰρ εἰδὼς ὁ Παῦλος ἔλεγεν· Μιμηταί μου γίνεσθε καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. Οἱ μὲν γὰρ παρ' Ἕλλησι νομοθέται, ἄχρι τοῦ λέγειν ἔχουσι τὴν χάριν· ὁ δὲ κύριος

ὡς

ὡς ἀληθῶς κύριος ὢν τοῦ παντὸς, καὶ κηδόμενος ὧν εἰργάσατο, οὐ μόνον νομοθετεῖ, ἀλλὰ καὶ τύπον ἑαυτὸν δέδωκεν, εἰς τὸ εἰδέναι τοὺς βουλομένοις τὴν τοῦ ποιεῖν δύναμιν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ πρὸ τῆς εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ ἐπιδημίας, ἐνήχησε καὶ ἐν τοῖς ψάλλουσι τοῦτο· ἵνα ὥσπερ ἐν ἑαυτῷ τοῦ τελείου καὶ οὐρανίου ἀνθρώπου τύπον ἔδειξεν, οὕτω καὶ ἐκ τῶν ψαλμῶν κινήματα, καὶ τὰς διαθέσεις τῶν ψυχῶν ὁ βουλόμενος καταμαθεῖν, δυνήσεται, εὑρίσκων ἐν αὐτοῖς, καὶ τὴν ἑκάστου κινήματος θεραπείαν, καὶ διόρθωσιν. Εἰ γὰρ δεῖ καὶ πιθανώτερόν τι εἰπεῖν, πᾶσα μὲν ἡ θεία γραφὴ διδάσκαλός ἐστιν ἀρετῆς, καὶ πίστεως ἀληθοῦς· ἡ δὲ βίβλος τῶν ψαλμῶν, ἔχει καὶ τὴν εἰκόνα πως τῆς διαγωγῆς καὶ τῶν ψυχῶν. Ὡς γὰρ ὁ εἰσερχόμενος πρὸς βασιλέα τυποῦται καὶ τῷ σχήματι καὶ τοῖς ῥήμασιν, ἵνα μὴ παρὰ ταῦτα λέγων ἀπαίδευτος ἐγκληθῇ. οὕτως ἡ βίβλος αὕτη, τὸν ἐπ' ἀρετὴν τρέχοντα, καὶ βουλόμενον κατανοῆσαι τὴν τοῦ σωτῆρος ἐν σώματι πολιτείαν, ὑπομιμνήσκει πρῶτον διὰ τῆς ἀναγνώσεως τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς, καὶ οὕτω λοιπὸν τυποῖ, καὶ διδάσκει τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς τοιούτοις λόγοις. Εἰσὶ μὲν οὖν (ἵνα τοῦτο πρῶτόν τις τῆς βίβλου παρατηρήσῃ) οἱ μὲν ἐν διηγήματι λεγόμενοι, οἱ δὲ ἐν παραινέσει, οἱ δὲ ἐν ἐξομολογήσει. Καί εἰσιν οἱ ἐν διηγήματι ι. μγ'. μη'. μθ'. οζ'. πς'. πη'. ρθ'. ριγ'. ρκς'. καὶ ρλς'. Οἱ δὲ ἐν εὐχῇ εἰσιν ις'. ξζ'. πθ'. ρα'. ρλα'. ρμα'. Οἱ δὲ ὡς ἐν εὐτυχίᾳ, καὶ εὐχῇ, καὶ δεήσει, ε'. ς'. ζ'. ια'. ιβ'. ιε'. κδ'. κζ'. λ'. λδ'. λζ'. μβ'. νγ'. νδ'. νε'. νς'. νη'. ξ'. ξγ'.

autem, tamquam qui verè Dominus eſt vniuerſi, & operum ſuorũ curam gerit, non ſolum fert legem, ſed ſemetipſum inſuper in exemplar propoſuit, vt qui voluerint faciendi vim cognoſcant: nempe idcircò etiam priuſquam ad nos veniret, id ipſum pſallentibus inſpirauit; vt ſicut in ſemetipſo perfecti, ac cæleſtis hominis formam exhibuit, ita etiam qui vellet, è Pſalmis poſſet motus & affectiones animorum perdiſcere, cùm in ijſdem cuiuſuis motionis curationem directionemq́ reperiat. Quòd ſi enim ad hoc perſuadendum efficacius aliquid afferre oportuerit, omnis quidem Scriptura diuina eſt virtutis ac veræ fidei magiſtra; ſed Pſalmorum liber habet inſuper quodammodò imaginem ſeu exemplar inſtitutionis vitæ ac animorum. Quemadmodum enim is qui ad regem aliquem acceſſurus eſt, certâ quadam figurâ formaq́ verborum inſtituitur, ne præter iſta quid proferens rudis arguatur: ita hic liber eum qui ad virtutem accurrit, & Saluatoris in corpore viuendi inſtitutum cognoſcere cupit, primùm per hanc lectionem admonet de motibus animi, & ſic deinceps legentes iſtiuſmodi ſermonibus inſtruit & informat. Sunt autem (vt hoc primùm quis in hoc libro obſeruet) aliqui quidem Pſalmi in forma narrationis, alij verò in forma adhortationis, alij denique in forma confeſſionis. Ac in forma quidem narrationis ſunt iſti 10. 43. 48. 49. 77. 86. 88. 109. 113. 126. & 136. *In forma verò orationis ſunt* 16. 67. 89. 101. 131. 141. *In forma autem felicis apprecationis, & voti, & ſupplicationis ſunt* 5. 6. 7. 11. 12. 15. 24. 27. 30. 34. 37. 42. 53. 54. 55. 56. 58. 60. 63.

Pſalmi ſuppeditant nobis verba, quibus cum Deo vt par eſt colloquamur.

Qui Pſalmi ſint in forma narrationis, qui in forma orationis, & qui in forma apprecationis.

82.85.87.139.140.147. *Ac in forma quidem voti & felicis apprecationis & gratiarum actionis eſt* 138. *In forma verò felicis apprecationis tantùm ſunt* 3.25. 68. 69.70. 73. 78.79.108. 122 129.130. *Ac in forma quidem confeſſionis* 50. *Qui verò implexam habet confeſſionem & narrationem cum laude eſt* 110. *Et forma quidem admonitionis eſt* 36. *In forma verò vaticinij ſunt* 20.21.44.56.71. *Et nuntiatiuus quidem cum vaticinio eſt* 109. *Hortatorij verò, & quaſi iuſſorij ſunt* 28.32.34. 80.95.96.97. 102. 103. 113. *Ac vitam quidem virtute præditam deſcribunt* 111. 114. 118. 124. 132. *Laudem verò annuntiant* 6. 112. 116. 134.145.146.147.148. *Ac gratiarum quidem actionis ſunt* 8.17.29.33.45. 62.73.84.114. 115.120.121.123.128. 141. *Qui verò beatitudinem deprædicant ſunt* 1.31.40.111.118.127. *Atque alius, qui prouidentiam cum cantico demonſtrat, eſt* 107. *Et ad fortitudinem quidem adhortatur* 10. *Impios verò & iniquos redarguunt* 2.13.35.51.52. *Ac de diluuio quidem agit* 4. *Imprecatorij verò cenſentur* 19. 66. *Et verba quidem gloriationis in Domino annuntiant* 22.26.38.39. 41.61.75.83.96.98.150. *Reprehenſorij verò ſunt* 57.81. *Ac hymnos quidem concinunt* 47.64. *Iubilationis verò & reſurrectionis eſt* 65. *Alius item ſolius iubilationis eſt* 99.

Qui in forma confeſſionis.

Qui in forma vaticinij.

Qui ſint hortatorij.

Qui ſint gratiarum actionis.

Qui ſint imprecatorij.

Qui ſint increpatorij.

Qui ſint iubilationis.

Cùm igitur iſtiuſmodi ſit Pſalmorum diſpoſitio, poſſunt lectores in vnoquoque, vti anteà dicebam, animi ſui motus & conſtitutionem reperire, nec non vniuſcuiuſque normam atque doctrinam: & quid quidem dicendo placere poſſit Domino,

πβ΄. πε΄. πζ΄. ρλθ΄. ρμ΄. ρμζ΄. Καὶ ὁ μὲν ὡς ἐν εὐχῇ καὶ εὐτυχίᾳ καὶ εὐχαριστίᾳ ρλη΄. Οἱ δὲ ὡς ἐν εὐτυχίᾳ μόνῃ γ΄. κε΄. ξη΄. ξθ΄. ο΄. ογ΄. οη΄. οθ΄. ρη΄. ρκβ΄. ρκθ΄. ρλ΄. Καὶ ὁ μὲν ἐν ἐξομολογήσει ὁ ν΄. Ὁ δὲ συμπεπλεγμένην ἔχων ἐξομολόγησιν καὶ διήγησιν μετὰ αἰνέσεως ρι΄. Καὶ ὁ μὲν ἐν παραινέσει ἐστὶν ὁ λϛ΄. Οἱ δὲ ἐν προφητείᾳ εἰσὶν κ΄. κα΄. μδ΄. νϛ΄. οα΄. Καὶ ἀπαγγελτικὸς μὲν μετὰ προφητείας ἐστὶν ρθ΄. Προτρεπτικοὶ δὲ καὶ ὡς παρακελευόμενοι εἰσὶν κη΄. λβ΄. λδ΄. π΄. ϛε΄. ϛϛ΄. ϛζ΄. ρβ΄. ργ΄. ριγ΄. Καὶ οἱ μὲν διαγράφοντες τὸν ἐνάρετον βίον εἰσὶν ρια΄. ριδ΄. ριη΄. ρκδ΄. ρλβ΄. Οἱ δὲ αἶνον ἀπαγγέλλοντες εἰσὶν ϛ΄. ριβ΄. ριϛ΄. ρλδ΄. ρμε΄. ρμϛ΄. ρμζ΄. ρμη΄. Καὶ οἱ μὲν εὐχαριστικοὶ εἰσὶν η΄. ιζ΄. κθ΄. λγ΄. με΄. ξβ΄. ογ΄. πδ΄. ριδ΄. ριε΄. ρκ΄. ρκα΄. ρκγ΄. ρκη΄. ρμα΄. Οἱ δὲ μακαρισμὸν ἀναφωνοῦντες εἰσὶν α΄. λα΄. μ΄. ρια΄. ριη΄. ρκζ΄. Καὶ ἄλλος ἐπιδεικτικὸς προμηθείας μετὰ ᾠδῆς ρζ΄. Καὶ προτρεπτικοὶ μὲν εἰς ἀνδρείαν ὁ ι΄. Οἱ δὲ κατηγορικοὶ τῶν ἀσεβῶν καὶ παρανόμων εἰσὶ β΄. ιγ΄. λε΄. να΄. νβ΄. Καὶ ὁ μὲν περὶ ἐπικλύσεως ἐστὶ δ΄. Οἱ δὲ ἐπευκτικοὶ ἀπαγγέλλονται ιθ΄. ξϛ΄. Καὶ οἱ μὲν καυχήσεως τοὺς ἐν κυρίῳ ἀπαγγέλλοντες λόγους, εἰσὶν κβ΄. κϛ΄. λη΄. λθ΄. μα΄. ξα΄. οε΄. πγ΄. ϛϛ΄. ϛη΄. ρν΄. Οἱ δὲ ἐντρεπτικοὶ εἰσὶν νζ΄. πα΄. Καὶ οἱ μὲν ὑμνοῦντες μζ΄. ξδ΄. Ὁ δὲ ἀλαλαγμοῦ καὶ ἀναστάσεως ξε΄. Καὶ ἕτερος ἀλαλαγμοῦ μόνου ϛθ΄.

Τοιαύτης οὖν τῆς διατάξεως οὔσης τῶν ψαλμῶν, ἐστὶ λοιπὸν δυνατὸν τοὺς ἐντυγχάνοντας εὑρεῖν ἐν ἑκάστῳ καθὰ προεῖπον τὰ κινήματα, καὶ τὴν κατάστασιν τῆς ἰδίας ψυχῆς, καὶ περὶ ἑκάστου τὸν τύπον καὶ τὴν διδασκαλίαν· καὶ τί μὲν λέγων ἀρέσκειν δύναται τῷ κυρίῳ, διὰ

διὰ ποίων δὲ ῥημάτων ἑαυτὸν διορθοῦσθαι, δύναται), καὶ εὐχαριστεῖν τῷ κυρίῳ. οὐ γὰρ μόνον περὶ τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ περὶ παντὸς ἀργοῦ ῥήματος ἀποδιδόναι λόγον ἔχομεν τῷ κριτῇ. Ἄν τε τοίνυν μακαρίσαι τινὰ θέλῃς, ἔχεις πῶς δεῖ καὶ ἐπὶ τίνι, καὶ τίνα λέγειν τόν τε α΄. λα΄. μ΄. ρια΄. ριη΄. ρκζ΄. ἄν τε μέμψασθαι τὴν τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐπιβουλήν, ἔχεις τὴν β΄. ᾠδήν. ἐὰν δὲ διώκῃ παρὰ τῶν Ἰουδαίων, καὶ πολλοὺς ἔχῃς τοὺς ἐπαναστάντας κατά σου, λέγε τὸν γ΄. ψαλμόν. εἰ δὲ οὕτως θλιβόμενος ἐπεκαλέσω τὸν κύριον, καὶ εἰσακουσθεὶς θέλεις εὐχαριστεῖν, ψάλλε τὸν δ΄. καὶ ριδ΄. Καὶ ἐὰν ἐπὶ τοὺς πονηρευομένους βλέπων ἐνεδρεύειν θέλοντας, ἐνωτίζεσθαί σου θέλῃς τὴν εὐχήν, ψάλλε πρωῒ τὸν ε΄. αἰσθανόμενος δὲ ἀπειλῆς τῆς παρὰ κυρίου ἐὰν διὰ τοῦτο ταραττόμενον σεαυτὸν βλέπῃς δύνασαι λέγειν ϛ΄. καὶ λζ΄. ἐὰν καὶ βουλεύωνταί τινες κατά σου, ὡς Ἀχιτόφελ κατὰ τοῦ Δαβίδ, καὶ τοῦτό σοι ἀπαγγείλῃ τις, ψάλλε τὸν ζ΄. καὶ θάρρει τῷ ῥυσαμένῳ σε θεῷ. Βλέπων δὲ τὴν πανταχοῦ χάριν τοῦ σωτῆρος ἐκτεταμένην, ὡς σωθέντος ἑνὸς τῶν ἀνθρώπων, ἐὰν προσφωνεῖν θέλῃς τῷ κυρίῳ, ἔχεις αὐτὸν τὸν ν΄. καὶ τὸν π΄. Ἀλλὰ πάλιν ᾆσαι θέλεις ἐπιλήνιον εὐχαριστῶν τῷ κυρίῳ, ἔχεις αὐτὸν τὸν ν΄. ἐπὶ δὲ τῷ καταργεῖσθαι τὸν ἐχθρὸν καὶ σεσῶσθαι τὴν κτίσιν, μὴ καυχώμενος ἐπὶ σαυτῷ, ἀλλ᾽ εἰδὼς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦτο κατορθώσαντα, λέγε τὸν εἰρημένον θ΄. ψαλμόν. Καὶ ἐὰν εἰς δειλίαν σέ τις ταράττειν θέλῃ, ἔχε σὺ τὴν πεποίθησιν ἐπὶ κύ-

quibus verò verbis ſemetipſum dirigere valeat, & Domino gratias agere. Quoniam non ſolùm de operibus, ſed etiam de omni verbo otioſo reddituri ſumus rationem Iudici. Si igitur aliquem beatum pronuntiare velis, habes quomodo, & in quo, & quem dicere oporteat, ſcilicet in Pſalmo I. 31. 40. III. 118. 127. *Si velis reprehendere inſidias Iudæorum aduerſus Saluatorem, habes Pſalmum ſecundum. Si verò à Iudæis ſuſtineas perſecutionem, plurimoſq; habeas qui aduerſus te inſurgant, recita Pſalmum tertium. Si autem hoc modo afflictus inuocaueris Dominum, & exauditus, volueris Deo gratias agere, pſalle quintum & centeſimum decimumquartum. Et ſi ad malignantes qui inſidias moliuntur reſpiciens, orationem tuam auribus percipi volueris, pſalle manè quintum. Sentiens autem Dei comminationem, ſi propterea temetipſum videris conturbari, potes dicere ſextum & trigeſimum ſeptimum. Si etiam aliqui aduerſus te conſilia excogitent, ſicut Achitophel contra Dauidem, & hoc aliquis tibi nuntiauerit, pſalle ſeptimum, & confide Deo qui te liberabit. Cernens autem Saluatoris gratiam vbique extenſam quaſi vno aliquo hominum ſaluato, ſi accinere velis Domino, habes eumdem quinquageſimum & octogeſimum. Si rurſus velis canere pro torcularibus Deo gratias agens, habes eumdem quinquageſimum. De inimici autem abolitione & creaturæ ſaluatione ne in temetipſo glorieris, ſed ſciens hoc fuiſſe præclarum facinus Filij Dei, recita dictum Pſalmum nonum. Et ſi quis velit te ad puſillanimitatem prouocare, in Dominum*

Matth. 12, 36.

Qui Pſalmi, quibus occaſionibus recitandi.

Contra perſecutores.

Pro gratiarum actione.

Contra vanam gloriam.

Contra puſillanimitatem.

minum fiduciam habe, & pſalle decimum. Quando autem videris ſuperbiam multorum & malitiam redundantem, ita vt nil ſanctum in hominibus exiſtat, confuge tu ad Dominum, & dic vndecimum. Durantibus autem inimicorum inſidiis, noli animum deſpondere, quaſi Dominus oblitus ſit tui, ſed inuoca Dominum, canens vigeſimum ſextum. Quando Contra blaſphemiam. *autem audiueris aliquos contra prouidentiam blaſphemantes, noli eorum impietati communicare, ſed Deum rogans, dic Pſalmum decimum tertium & quinquageſimum ſecundum. Ceterùm ſi ſcire volueris quiſnam ſit miles regni cælorum, pſalle decimum quartum. Oratione tibi opus eſt propter aduerſarios tuos qui circumdant animam tuam, cane decimum ſextum, & 88. & 140. Ceterùm vis ſcire quomodo Moyſes orauerit,* In liberatione ab inimicis. *habes 89. Cùm ſeruatus fueris ab inimicis tuis, & ereptus fueris ab his qui te perſequuntur, cane Pſalmum 17. Admiraris ordinem creaturæ, & erga illam prouidentiæ gratiam, pſalle 18. & 23. Cùm videris afflictos, conſolare illos benè precando iis, & dicendo verba quæ ſunt in Pſalmo decimo nono. Vides temetipſum à Domino gubernari & dirigi? de hoc gaudens pſalle vigeſimum ſecundum. Imminent tibi inimici? Atqui tu animam ad Deum attollens, recita vigeſimum quartum, &* Pſ. 24, 3. *videbis* iniquè agentes ſuperuacuè. In periculo ab inimicis. *Perſeuerant inimici, nihil aliud quàm manus plenas ſanguinum habentes, & te perdere quærentes? ne des homini iudicium tuum, quia humana omnia ſuſpecta ſunt, ſed*

ριον, καὶ ψάλλε τὸν ι΄. Ὅταν δὲ τὴν τῶν πολλῶν ὑπερηφανίαν ἴδῃς, καὶ πλεονάζουσαν τὴν κακίαν, ὥστε μηδὲν ὅσιον ἐπ' ἀνθρώποις γίνεσθαι, καταφύγε σὺ ἐπὶ τὸν κύριον, καὶ λέγε τὸν ια΄. Ἐγχρονιζούσης δὲ τῆς παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς, μὴ ὀλιγώρει ὡς ἐπιληθεὶς παρὰ κυρίου, ἀλλὰ παρακάλει τὸν κύριον, ᾄδων τὸν κϛ΄. Ἐπὰν δὲ βλασφημούντων τινῶν κατὰ τῆς προνοίας ἀκούσῃς, μὴ κοινώνει μετ' αὐτῶν τῇ ἀσεβείᾳ, ἐντυγχάνων δὲ τῷ θεῷ, λέγε τὸν ιγ΄. καὶ τὸν νβ΄. Καὶ λοιπὸν ἐὰν θέλῃς μαθεῖν ὁποῖος ἐστὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ὁ ὁπλίτης, ψάλλε τὸν ιδ΄. Προσευχῆς σοι χρεία διὰ τοὺς ἀνθεστηκότας σοι καὶ περιέχοντάς σου τὴν ψυχήν, ᾆδε τὸν ιϛ΄. καὶ τὸν πη΄. καὶ τὸν ρμ΄. Ἀλλὰ θέλεις μαθεῖν πῶς Μωϋσῆς προσηύξατο, ἔχεις τὸν πθ΄. Ἐὰν ἐσώθης ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σου, καὶ ἐρρύσθης ἀπὸ τῶν διωκόντων σε, ᾆδε τὸν ιζ΄. ψαλμόν. Θαυμάζεις τὴν τῆς κτίσεως τάξιν, καὶ τὴν εἰς αὐτὴν τῆς προνοίας χάριν, ψάλλε τὸν ιη΄. καὶ τὸν κγ΄. Θλιβομένους ὁρῶν παρακάλει τούτοις ἐπευχόμενος, καὶ λέγων αὐτοῖς τὰ ἐν τῷ ιθ΄. ψαλμῷ ῥήματα. Ὁρᾷς σεαυτὸν ποιμαινόμενον καὶ ὁδηγούμενον παρὰ τοῦ κυρίου; χαίρων ἐπὶ τούτῳ ψάλλε τὸν κβ΄. Οἱ ἐχθροὶ ἐπὶ σέ; ἀλλὰ σὺ ἐπαίρων τὴν ψυχὴν πρὸς τὸν θεόν, λέγε τὸν κδ΄. καὶ ὄψει τοὺς ἀνομοῦντας διακενῆς. Ἐπιμένουσιν οἱ ἐχθροί, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὰς χεῖρας ἔχοντες αἱμάτων πλήρεις, καὶ ζητοῦντες σε ἀπολέσαι; μὴ δῷς ἀνθρώπῳ τὸ κρίμα, ὕποπτα γὰρ πάντα τὰ ἀνθρώπινα, ἀλλὰ τὸν

θεὸν

θεὸν κριτὴν ἀξιῶν γενέσθαι (μόνος γὰρ κριτὴς αὐτός) λέγε τὸν κε΄, καὶ τὸν λδ΄, καὶ τὸν μβ΄. Ἐὰν δὲ καὶ ταραχώτερον ἐπιθῶνται, καὶ πλῆθος ὡς παρεμβολαὶ γένωνται οἱ ἐχθροί, καταφρονοῦντες ὡς μήπω σου χρισθέντος, καὶ διὰ τοῦτο πολεμεῖν σε θέλωσι, μὴ πτήξῃς, ἀλλ᾽ ᾆδε τὸν κς΄ ψαλμόν. Ἐπεὶ δὲ ἀσθενής ἐστιν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, ἐὰν πάλιν ἀναισχυντῶσιν οἱ ἐπιβουλεύοντες, ἵνα μὴ πρὸς ἐκείνοις τὴν χολὴν ἔχῃς, κράζε πρὸς τὸν θεὸν λέγων τὰ ἐν τῷ κζ΄. Καὶ ἐὰν θέλῃς εὐχαριστῶν μαθεῖν πῶς δεῖ προσφέρειν τῷ κυρίῳ ἱερατικῶς, ψάλλε τὸν κη΄. Καὶ λοιπὸν ἐγκαινίζων τὸν οἶκόν σου, τήν τε ψυχὴν τὴν τὸν κύριον ὑποδεχομένην, καὶ τὸν αἰσθητὸν δὲ οἶκον, ἐν ᾧ σωματικῶς κατοικεῖς, εὐχαρίστει, καὶ λέγε τὸν κθ΄, καὶ τὸν ἐν τοῖς ἀναβαθμοῖς ρκς΄. Ὅταν δὲ σεαυτὸν διὰ τὴν ἀλήθειαν μισούμενον, καὶ διωκόμενον παρὰ πάντων τῶν συγγενῶν, καὶ φίλων μάθῃς, μὴ τοῦτο κατανοῶν ὀλιγωρήσῃς, μηδ᾽ ἂν τοὺς γνωρίμους ἀποστρεφομένους σε πτήξῃς, ἀλλὰ ἐκστὰς ἀπὸ τούτων, σκόπει τὰ μέλλοντα, καὶ ψάλλε τὸν ν΄. τοὺς δὲ βαπτιζομένους, καὶ λυτρουμένους ἀπὸ τῆς φθαρτῆς γενέσεως βλέπων, καὶ θαυμάζων τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, ᾆδε εἰς ἐκείνους τὸν λα΄. Καὶ ὅταν μὲν ψάλλειν μετὰ πολλῶν ἐθέλῃς, τοὺς δικαίους ἄνδρας, καὶ τοὺς ὀρθοὺς τῷ βίῳ συνάγων, ψάλλε τὸν λβ΄. ἐμπεσὼν δὲ εἰς τοὺς ἐχθρούς, καὶ σοφῶς αὐτοὺς διαφυγών,

Deum iudicem fieri rogans (ſolus enim ipſe iudex eſt) dic 25. & 34. & 42. Si verò etiam turbulentiùs inſtent, & quaſi exercitus in multitudinem excreſcant inimici, te tamquam nondum vnctum deſpicientes, & idcircò te expugnare velint, ne percellaris, ſed cane Pſalmum vigeſimum ſextum. Cùm autem imbecillis ſit hominum natura, ſi rurſus impudenter inſtiterint inſidiatores, ne ad ipſos attendas, vociferare ad Dominum, dicens ea quæ ſunt in Pſalmo vigeſimo ſeptimo. Et ſi volueris gratias agendo diſcere quomodo ſpiritaliter Domino litandum ſit, pſalle vigeſimum octauum. Ceterùm dum dedicas domum tuam, & animam tuam, quæ Dominum exceptura eſt, quin & ſenſilem hanc domum, in qua corporaliter habitas, gratias age, & dic vigeſimum nonum, & in Gradualibus 126. Quando autem te ab omnibus cognatis & amicis propter veritatem odio haberi & perſecutionem perpeti intellexeris, hoc cognito, animum minimè deſpondeas, neque notos qui te auerſantur reuerearis, ſed ab his animum auocans, conſidera quæ futura ſint, & pſalle quinquageſimum. Baptizatos autem, & à corruptibili generatione redemptos cernens, & Dei clementiam admirans, cane in ipſos trigeſimum primum. Et quando quidem cum multis pſallere volueris, viros iuſtos & vitâ rectos congregans, pſalle trigeſimum ſecundum. Incidens autem in inimicos, & prudenter eos effugiens,

In dedicatione.

In moleſtia ab amicis.

& inſidias eorum declinans ſi vis gratias agere, viros manſuetos congregans pſalle cum ijs trigeſimum tertiũ.

Contra inimicorum contentionem.

Et ſi videris iniquorum ſuper malo contentionem, recita trigeſimum quintum, & videbis ipſos eſſe reos peccati. Si autem videris prauos plurima mala perpetrantes, & aduerſus puſillos inſultantes, & volueris aliquos monere, ne illis attendant, neque ipſos æmulentur, eò quòd celeriter extinguantur, tam tibi ipſi quàm alijs dicito trigeſimum ſextum.

Ad animũ muniendum.

Ceterùm cùm tu quoque tibi ipſi attendere proponis, ſi videris inſtare inimicum (tunc enim maximè contra tales excitatur) & volueris temetipſum aduerſus eum inungere ac munire, cane trigeſimum octauum.

Pro patientia.

Et ſi inimicorum ingruentium afflictiones ſuſtineas, & velis diſcere vtilitatem patientiæ, pſalle trigeſimum nonum.

Ex miſericordia.

Cùm autem videris multos inopes ac pauperes, & volueris eorum miſereri, poteris quidem eos qui pridem miſericordiam exercuerunt admittere; alios verò ad idem faciendum adhortari, recitando Pſalmum quadrageſimum. Deinde ſi cùm magno Dei deſiderio teneris, audiueris inimicos exprobrantes, ne turberis; ſed ſciens immortalem ex iſtiuſmodi deſiderio fructum exiſtere, animam tuam ſpe in Deum conſolaberis, & hac ipſam erigens, dic Pſalmum trigeſimum primum.

Pro gratitudine.

Cùm autem voles aſſiduè meminiſſe beneficiorum Dei, quæ patribus tam in exitu de Ægypto, quàm in commo-

καὶ ἐκκλίνας ἀπὸ τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῶν, εἰ θέλεις εὐχαριστῆσαι, συγκαλέσας τοὺς πρᾳεῖς ἄνδρας ψάλλε ἐπ' αὐτῶν τὸν λγ'. Καὶ ἐὰν ἴδῃς τῶν παρανομούντων τὴν ἐπὶ τὸ κακὸν φιλονεικίαν, λέγε τὸν λε'· καὶ ὄψει ὅτι αὐτοὶ τοῦ ἁμαρτάνειν εἰσὶν αἴτιοι. Ἐὰν δὲ πολλὰ πράττοντας ἄνομα τοὺς πονηροὺς βλέπῃς, καὶ ἐπαιρομένους κατὰ τῶν μικρῶν, καὶ θέλεις παραινεῖν τισὶ μὴ προσέχειν τούτοις μηδὲ παραζηλοῦν αὐτοὺς, διὰ τὸ ταχέως αὐτοὺς ἀποσβέννυσθαι, λέγε καὶ σαυτῷ καὶ τοῖς ἑτέροις τὸν λς'. Ἀλλὰ δὴ καὶ σὺ προθέμενος προσέχειν σεαυτῷ, ἐὰν βλέπῃς ἐπιτιθέμενον τὸν ἐχθρὸν (τότε γὰρ μᾶλλον ἐπιγείρεται κατὰ τῶν τοιούτων) καὶ θέλεις ἐπαλείφειν σεαυτὸν κατ' αὐτοῦ, ᾆδε τὸν λη'. Καὶ ἐὰν τῶν ἐχθρῶν ἐπιτιθεμένων ὑπομείνῃς τὰς θλίψεις, καὶ θέλεις μαθεῖν τὴν ἐκ τῆς ὑπομονῆς ὠφέλειαν, ψάλλε τὸν λθ'. Βλέπων δὲ πολλοὺς πένητας καὶ πτωχοὺς, καὶ θέλεις ἐλεῆσαι τούτοις, δύνασαι τοὺς μὲν ἤδη ἐλεήσαντας ἀποδέχεσθαι, τοὺς δὲ ἄλλους εἰς τὸ ποιεῖν προτρέπεσθαι, ἐν τῷ λέγειν τὸν μ'. εἶτα ἐὰν πάνυ τὸν πόθον ἔχων εἰς τὸν θεὸν, ἀκούσῃς τῶν ἐχθρῶν ὀνειδιζόντων, μὴ ταράσσου, ἀλλὰ συνιεὶς τὸν ἐκ τοῦ τοιούτου πόθου ἀθάνατον καρπὸν, παρακαλέσῃς τὴν σαυτοῦ ψυχὴν τῇ εἰς θεὸν ἐλπίδι, καὶ ταύτῃ ἐπικουφίζων, λέγε τὸν μα'. συνεχῶς δὲ ἀναμιμνήσκεσθαι θέλων τὰς εὐεργεσίας τοῦ θεοῦ, τὰς γενομένας εἰς τοὺς πατέρας, καὶ περὶ τῆς ἐξόδου τῆς Αἰγύπτου, καὶ τῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ διαγωγῆς,

γῆς, πῶς τε ὁ μὲν θεὸς ἀγαθός, οἱ δὲ ἄνθρωποι ἀχάριστοι, ἔχεις τὸν μγ΄, καὶ τὸν οζ΄, καὶ τὸν πη΄, καὶ τὸν ρδ΄, καὶ τὸν ρε΄, καὶ τὸν ρϛ΄, καὶ τὸν ριγ΄. Καταφυγὼν δὲ πρὸς τὸν θεὸν, καὶ διασωθεὶς ἀπὸ τῶν περὶ σε γενομένων θλίψεων, ἐὰν εὐχαριστῆσαι θέλεις τῷ κυρίῳ, καὶ διηγήσασθαι τὴν εἰς σε γενομένην φιλανθρωπίαν, ἔχεις τὸν με΄. Ἀλλ' ἥμαρτες, καὶ ἐντραπεὶς μεταγινώσκεις, καὶ ἐλεηθῆναι ἀξιοῖς, ἔχεις σοῦ τῆς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας λόγους ἐν τῷ ν΄. Εἰ δὲ καὶ διεβλήθης πονηρῷ βασιλεῖ, καὶ ὁρᾷς τὸν διαβάλλοντα κατακαυχώμενον, ἀναχώρει, καὶ λέγε καὶ σὺ τὰ ἐν τῷ να΄. καὶ ὅτε μὲν διώκουσι καὶ διαβάλλουσί τινες παραδοῦναί σε θέλοντες, ὡς οἱ Ζιφαῖοι καὶ ἀλλόφυλοι τὸν Δαβίδ, μὴ ἀκηδιάσῃς ἀλλὰ θαῤῥῶν τῷ κυρίῳ καὶ ὑμνῶν αὐτὸν, λέγε καὶ τὰ ἐν τῷ γ΄, καὶ τὰ ἐν τῷ νε΄. Ἐὰν δὲ καὶ συνδράμῃ ὁ διωγμὸς, εἰς τὸ σπήλαιον, καὶ σὺ κρύπτῃ, μηδὲ οὕτω πτήξῃς· ἔχεις γὰρ σοῦ ἐν ταύτῃ ἀνάγκῃ χρησίμους εἰς παράκλησιν καὶ στηλογραφίας λόγοις ἐν τῷ νϛ΄, καὶ ἐν τῷ μα΄. Ἐὰν δὲ καὶ φυλαχθῆναι κελεύσῃ τὴν οἰκίαν, ὁ ἐπιβουλεύων, καὶ διαφύγῃς, ἀνατίθει τῷ θεῷ τὴν χάριν, ὡς καὶ ἐν στήλαις γράφων αὐτὴν ἐν τῇ ψυχῇ, μνημόσυνον οὖσαν τοῦ μὴ ἐφθάρθαι σε, καὶ λέγε τὰ ἐν τῷ νη΄ ψαλμῷ. Ἐὰν δὲ ὀνειδίζωσι θλίβοντες οἱ ἐχθροὶ, καὶ φλυαροῦντες διαβάλλωσιν οἱ δοκοῦντες εἶναι φίλοι, καὶ λυπηθῇς ἐν

ratione in deſerto contigerunt; & quomodo Deus quidem bonus ſit, homines autem ingrati, habes 43. & 77. & 88. & 104. & 105. & 106. & 113. Cùm autem ad Deum confugeris, & ſeruatus fueris ab afflictionibus quæ tibi acciderunt, ſi volueris Deo gratias agere, & clementiam tibi exhibitam enarrare, habes quadrageſimum quintũ. Ceterùm peccaſti, & conuerſus pœnitentiam agis, & miſericordiam conſequi cupis? confeſſionis & pœnitentiæ verba habes in Pſalmo quinquageſimo. Si autem apud regem iniquum calumniam perpeſſus ſis, & videris calumniatorem inſoleſcere, recede, & dic etiam tu illa quæ ſunt in quinquageſimo primo. Et quando quidem aliqui te perſequuntur, & calumniantur, prodere te ſatagentes, quemadmodum Ziphæi & alienigenæ Dauidem, ne animo angaris, ſed Domino confidens, eumq́ laudans, dic etiam illa quæ ſunt in tertio, & quæ ſunt in quinquageſimo quinto. Si verò etiam ingruerit perſecutio, tu etiam in ſpelunca abſcondere, neque ſic percellaris: habes enim in hac neceſſitate perutiles ad ſolatium ſtylographiæ ſermones in quinquageſimo ſexto, & in quadrageſimo primo. Quòd ſi etiam inſidiator domum obſeruari iuſſerit, & effugeris, gratiam hanc Deo acceptam refer, tamquam in columnis illam in anima tua deſcribens, vt memoriale ſit, te minimè interiiſſe; & dic ea quæ ſunt in Pſalmo quinquageſimo octauo. Si autem exprobrent qui affligunt te inimici, & ſubſannantes te traduxerint hi qui videntur eſſe amici, ne vel tantillum in

Pro reconciliatione.

In calumniis & inſidiis verſanti.

In exprobrationibus & ſubſannationibus.

exercitatione tua contriſteris, & poteris habere conſolationem laudando Deum, & pronuntia verba illa quæ ſunt in quinquageſimo quarto. Et quidem aduerſus ſimulatores & in facie gloriantes dic ad confuſionem ipſorum Pſalmum quinquageſimum ſeptimum; aduerſus verò illos, qui crudeliter in te irruunt, & capere volunt animam tuam, oppone tu ſubiectionem tuam erga Deum, fiduciâ eius fretus. Quantò enim magis ipſi rabiuerint, tantò magis tu Deo ſubijcere, & recita ea quæ ſunt in ſexageſimo primo. Et

In ſolitudine.

ſi quidem perpeſſus perſecutionem, in ſolitudinem receſſeris, ne terrearis, quaſi ſolus illic ſis; ſed cùm illic etiam Deum habeas, ad ipſum de luce vigilans pſalle ſexageſimum ſecundum. Inimicis autem te perterrefacientibus, & inſidiari non ceſſantibus, quin & omnia tua ſcrutantibus, etiamſi multi fuerint,

Pſ.63,8.

nequaquam cede, nam ſagittæ paruulorum erunt plagæ eorum, *canente te Pſalmum 63. & 67. & 69. & 70. Et quando quidem Deum celebrare volueris, cane illa quæ ſunt in ſexageſimo quarto. Si autem aliquos docueris de reſurrectione, cane quæ ſunt in ſexageſimo nono. Poſtulans verò à Domino miſerationes, lauda ipſum pſallens 66.*

In proſperitate impiorum.

Quando videris impios in pace proſperè agentes, ne ſcandalizeris, neque commouearis, & dic ea quæ ſunt in Pſalmo 72. Et quando quidem Deus fuerit in populum iratus, habes conſolationem in ſeptuageſimo tertio. Quando autem opus habes confeſſione, cane 74. & 91. & 104. & 105. & 106. & 107. & 134. & 137.

τῇ ἀδολεσχίᾳ σου πρὸς ὀλίγον, καὶ δυνάσαι παρακαλεῖσθαι ὑμνῶν τὸν θεὸν, καὶ λέγε τὰ ἐν τῷ νδ΄. ῥήματα. καὶ πρὸς μὲν τοὺς ὑποκρινομένους, καὶ ἐν τῷ προσώπῳ καυχωμένους λέγε πρὸς ἐντροπὴν ἐκείνων τὸν νζ΄ ψαλμόν· πρὸς δὲ τοὺς ὁρμῶντας ἀγρίως κατὰ σου, καὶ θέλοντας λαβεῖν σου τὴν ψυχὴν, ἀντίθες σὺ τὴν πρὸς τὸν θεόν σου ὑποταγὴν, αὐτῷ θαῤῥῶν. Ὅσῳ γὰρ ἐκεῖνοι μαίνονται, τοσοῦτον μᾶλλον ὑποτάσσου σὺ τῷ κυρίῳ, καὶ λέγε τὰ ἐν τῷ ξα΄. Καὶ ἐὰν μὲν διωκόμενος εἰς ἐρημίας ἀπέλθῃς μὴ φοβηθῇς ὡς μόνος ὢν ἐκεῖ, ἔχων δὲ τὸν θεὸν ἐκεῖ καὶ πρὸς αὐτὸν ὀρθρίζων, ψάλλε τὸν ξβ΄. Ἐκφοβούντων δὲ τῶν ἐχθρῶν, καὶ μὴ παυομένων τοῦ ἐνεδρεύειν, ἀλλὰ καὶ ἐξερευνώντων πάντα κατὰ σοῦ, κἂν πλῆθος ὦσι, μὴ ὑπενδῷς, βέλη γὰρ νηπίων ἔσονται αἱ τούτων πληγαὶ, ψάλλοντός σου τὸν ξγ΄, καὶ τὸν ξζ΄, καὶ τὸν ξθ΄, καὶ τὸν ο΄. Καὶ ὅταν μὲν ὑμνῆσαι βούλῃ τὸν θεὸν, ᾆδε τὰ ἐν τῷ ξδ΄. Ἐὰν δὲ κατηχῇς τινας περὶ ἀναστάσεως, ᾆδε τὰ ἐν τῷ ξθ΄. Οἰκτιρμοὺς δὲ αἰτῶν παρὰ κυρίου, ὕμνει αὐτὸν ψάλλων τὸν ξς΄. Ὅταν βλέπῃς τοὺς ἀσεβεῖς εἰρήνῃ εὐθυνομένους, ἵνα μὴ σκανδαλισθῇς, καὶ παρασαλευθῇς, λέγε καὶ σὺ τὰ ἐν τῷ οβ΄ ψαλμῷ. Καὶ ὅταν μὲν ὀργισθῇ ὁ θεὸς ἐπὶ τὸν λαὸν, ἔχεις εἰς παράκλησιν ἐν τῷ ογ΄. Ὅτε δὲ χρεία σοι ἐξομολογήσεως, ᾆδε τὸν οδ΄, καὶ τὸν ςα΄, καὶ τὸν ρδ΄, καὶ τὸν ρε΄, καὶ τὸν ρς΄, καὶ τὸν ρζ΄, καὶ τὸν ρλε΄, καὶ τὸν ρλζ΄.

Δυσωπεῖ

Δυσωπεῖ σε τὰ δόγματα τῶν ἑλλήνων, καὶ τὰ τῶν αἱρετικῶν, ὅτι μὴ παρ' αὐτοῖς ἐστι θεογνωσία, ἀλλ' ἐν μόνῃ τῇ ἐκκλησίᾳ δύνασαι νοεῖν, ᾄδων καὶ λέγων τὰ ἐν τῷ οε'. τῶν δὲ ἐχθρῶν προκαταλαβόντων τὰς διαφυγὰς, πάνυ θλιβομένου σου, κἂν ταραχθῇς μὴ ἀπελπίσῃς, ἀλλ' εὔχου· καὶ ἐὰν κράζων εἰσακουσθῇς, εὐχαρίστει τῷ θεῷ, λέγων τὰ ἐν τῷ ος'. Ἐὰν δὲ ἐπιμένοντες οἱ ἐχθροὶ ἐπεισέλθωσι, καὶ μιάνωσι τὸν οἶκον κυρίου, τούς τε ἁγίους ἀποκτείνωσι, καὶ τὰ σώματα αὐτῶν τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ ῥίψωσιν, ἵνα μὴ συνεκλυθεὶς καταπλήξῃς αὐτῶν τὴν ὠμότητα, συμπάσχε μὲν τοῖς πάσχουσιν, ἐντύγχανε δὲ τῷ θεῷ λέγων τὸν οη'. Ἐν ἑορτῇ δὲ θέλων ᾆσαι τῷ κυρίῳ, συγκαλέσας τοὺς τοῦ θεοῦ δούλους, ψάλλε τὰ ἐν τῷ πς' καὶ τὰ ἐν τῷ ϛδ'. Τῶν δὲ ἐχθρῶν πάλιν ἐπισυναχθέντων πάντων πανταχόθεν, καὶ ἀπειλούντων κατὰ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ, συνθήκας τε ποιουμένων κατὰ τῆς εὐσεβείας, ἵνα ἀθυμήσῃς μηδαμῶς διὰ τὸ πλῆθος, καὶ τὴν δυναστείαν αὐτῶν, ἔχεις ὥσπερ ἄγκυραν ἐλπίδος τὰ ἐν τῷ πβ' ῥήματα. Καὶ ἐὰν βλέπῃς τὸν οἶκον θεοῦ καὶ τὰ αἰώνια αὐτοῦ σκηνώματα, καὶ τὸν πόθον ἔχεις εἰς αὐτὰ ὡς ἔσχεν ὁ ἀπόστολος, λέγε καὶ σὺ τὸν πγ'. Παυσαμένης δέ ποτε τῆς ὀργῆς, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας λυτρωθείσης, ἐὰν θέλῃς εὐχαριστῆσαι τῷ κυρίῳ, ἔχεις τὸν πδ', καὶ τὸν ρκε'. καὶ τὴν μὲν διαφορὰν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πρὸς τὰ σχίσματα ἐὰν θέλῃς γινώσκειν, καὶ ἐντρέπειν ἐκείνους,

Si te moueant dogmata gentilium & hæreticorum, non apud ipſos, ſed in Eccleſiâ eſſe Dei cognitionem, intelligere poteris canendo & recitando ea quæ ſunt in Pſalmo 75. Inimicis autem te valdè afflicto effugia præoccupantibus, etſi perturberis, minimè deſperes, ſed ora; & cùm clamans fueris exauditus, Deo gratias age, dicens ea quæ ſunt in 76. Si autem inimici perſiſtentes irruerint, & domum Domini polluerint, & ſanctos interfecerint, & corpora eorum volucribus cæli proiecerint, ne obrutus eorum immanitate percellaris, compatere quidem iis qui patiuntur, obſecra verò Deum dicens ſeptuageſimum octauum. Volens autem in ſolemnitate Domino canere, conuocatis Dei ſeruis, pſalle ea quæ ſunt in 86. & 94. Omnibus autem inimicis iterùm in vnum vndique congregatis, & Dei domui minas intentantibus, & aduerſus religionem conſpirantibus, ne animum deſpondeas vllo modo propter multitudinem & potentiam eorum, habes quaſi ſpei anchoram verba quæ ſunt in octogeſimo ſecundo Pſalmo. Et ſi videris domum Dei atque æterna eius tabernacula, eorúmque deſiderio quemadmodum Apoſtolus afficiaris, dic etiam tu Pſalmum octogeſimum tertium. Irâ verò aliquando ceſſante, & ſolutâ captiuitate, ſi volueris Domino gratias agere, habes 84. & 125. Et ſi quidem inter Catholicam Eccleſiam & ſchiſmata differentiam agnoſcere, eóſque confundere volueris,

In gentilium & hæreticorum incurſu.

In templorum vaſtationibus.

Contra ſchiſmata.

potes dicere illa quæ in 86. ſcripta
ſunt. Volens autem temetipſum a-
lioſq; ad Dei cultum excitare, & oſ-
Rom. 5.5. tendere quomodo ſpes in Deum mi-
nimè confundat, ſed animum red-
dat imperterritum, lauda Deum,
& dic ea quæ ſunt in Pſalmo 90.
Pſallere vis ſabbato? habes 91. Vis
agere gratias Dominicæ? habes 23.
Vis pſallere ſecunda ſabbatorum? dic
ea quæ ſunt in 44. Canere vis Feriæ
ſextæ? habes laudem in 92. Tunc
enim domus ædificata fuit, licet ini-
mici eam obſidere niterentur, atque
idcircò canit Deo carmen triumpha-
le. Si autem facta captiuitate do-
mus fuerit euerſa, & denuò ædifica-
In pace. ta, cane ea quæ ſunt in 95. Terrâ
verò à bellis ceſſante, & deinceps
quieſcente, ac Domino regnante,
ſi hac de re carmen recitare volueris,
habes Pſalmum 96. Vis pſallere
Matt. 26. quartæ Feriæ? habes 93. tunc enim
Coloſſ. 2, 15. Dominus traditus vindicare ſibi cœ-
pit mortis victoriam & triumpha-
re ipſam confidenter. Quando enim
legens Euangelium videris Judæos
Matth. 26, 3. quartâ Feriâ conſilium accepiſſe ad-
uerſus Dominum, cernens ipſum
tunc confidenter agere, vt pro nobis
de diabolo vindictam ſumeret, pſal-
le illa quæ habentur in Pſalmo 93.
Ad alios ad Deum conuertendum. Rurſus etiam videns Domini in
omnes prouidentiam, & domina-
tum eius, & volens aliquos ad eam-
dem fidem & obedientiam induce-
re, perſuadens ipſis vt primùm con-
fiteantur, pſalle 99. Et vbi cogno-
ſcens eius iudicialem poteſtatem,
& quod miſericordiâ iudicium
temperando iudicet Deus, ad ipſum

δύνασαι λέγειν τὰ ἐν τῷ πςʹ γε-
γραμμένα. Παραθαρσῦναι δὲ θέλων
σαυτὸν, καὶ τοὺς ἑτέρους εἰς θεοσέβειαν,
καὶ δεῖξαι ὡς ἡ εἰς τὸν Θεὸν ἐλπὶς οὐ
καταισχύνει, ἀλλὰ καὶ ἄφοβον τὴν
ψυχὴν παρασκευάζει, αἴνει τὸν Θεὸν,
καὶ λέγε τὰ ἐν τῷ ςʹ. Ψάλλειν θέ-
λεις τῷ σαββάτῳ; ἔχεις τὸν ςαʹ.
Εὐχαριστεῖν τῇ κυριακῇ; ἔχεις τὸν
κγʹ. Βούλει δευτέρᾳ σαββάτων ψάλλειν;
λέγε τὰ ἐν τῷ μδʹ. Ἆσαι θέλεις
τῇ παρασκευῇ, ἔχεις τὸν αἶνον ἐν τῷ
ςβʹ. τότε γὰρ γενόμενος ὁ οἶκος ᾠκο-
δομήθη. καίτοι τῶν ἐχθρῶν ἐπιχει-
ρησάντων κυκλῶσαι, καὶ διὰ τοῦτο
ἐπινίκιον ᾄδει τῷ Θεῷ. Ἐὰν δὲ αἰχ-
μαλωσίας γενομένης καθαιρεθῇ ὁ
οἶκος, καὶ πάλιν οἰκοδομηθῇ, ᾆδε τὰ
ἐν τῷ ςεʹ. Τῆς δὲ γῆς κατάστασιν λα-
βούσης ἀπὸ τῶν πολεμούντων καὶ λοιπὸν
ἠρεμούσης, καὶ βασιλεύοντος τοῦ κυρίου,
ἐὰν θέλῃς ᾆσαι περὶ τούτου, ἔχεις τὸν ςςʹ.
θέλεις τετράδι τοῦ σαββάτου ψάλλειν;
ἔχεις τὸν ςγʹ. τότε γὰρ παραδοθεὶς ὁ
κύριος, ἐκδικεῖν ἤρξατο τὴν τοῦ θα-
νάτου νίκην, καὶ θριαμβεύειν αὐτὸν ἐν
παῤῥησίᾳ. Ὅταν οὖν ἀναγινώσκων τὸ
εὐαγγέλιον ἴδῃς τῇ τετράδι τοῦ σαβ-
βάτου συμβούλιον λαβόντας τοὺς Ἰου-
δαίους κατὰ τοῦ κυρίου, ὁρῶν αὐτὸν τότε
παῤῥησιαζόμενον ἐν τῇ κατὰ τοῦ δια-
βόλου ὑπὲρ ἡμῶν ἐκδικίᾳ, ψάλ-
λε τὰ ἐν τῷ ςγʹ. πάλιν τε βλέ-
πων τὴν εἰς πάντας πρόνοιαν τοῦ
κυρίου, καὶ τὴν κυριότητα αὐτοῦ, καὶ
θέλων κατηχῆσαί τινας εἰς τὴν αὐ-
τὴν πίστιν, καὶ ὑπακοὴν, πείθων αὐτοὺς
πρῶτον ἐξομολογεῖσθαι, ψάλλε τὸν
ςθʹ. Καὶ ἐὰν μαθὼν αὐτοῦ τὴν κρι-
τικὴν δύναμιν, καὶ ὅτι ἐλέῳ κερά-
σας τὴν κρίσιν κρινεῖ ὁ Θεὸς, θελήσῃς
αὐτῷ

αὐτῷ προσελθεῖν, ἔχεις εἰς τοῦτο λόγους τοὺς ἐν τῷ ρ΄. Ἀσθενοῦς δὲ ἡμῶν τῆς φύσεως οὔσης, ἐὰν διὰ τὰς συνοχὰς τοῦ βίου, ὡς πτωχὸς γενόμενος ἀκηδιάσῃς ποτὲ καὶ θελήσῃς παρακληθῆναι, ἔχεις τὸν ρα΄ ψαλμόν. Καὶ ἐπειδὴ πρέπει διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ἡμᾶς εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ, ὅτε θέλεις εὐλογεῖν αὐτὸν, ἔχεις εἰς τὸ προτρέπεσθαι σαυτοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ λέγειν τὸν ρβ΄. καὶ τὸν ργ΄. Αἰνεῖν θέλεις τὸν θεὸν, καὶ εἰδέναι πῶς, καὶ ἐπὶ τίνι δεῖ αἰνεῖν, καὶ τίνα πρέπει τὸν αἰνοῦντα λέγειν; ἔχεις τὸν ρδ΄, καὶ τὸν ρς΄, καὶ τὸν ρλδ΄, καὶ τὸν ρμε΄, καὶ τὸν ρμς΄, καὶ τὸν ρμζ΄, καὶ τὸν ρμη΄, καὶ τὸν ρν΄. Ἔχεις πίστιν ὡς εἶπεν ὁ κύριος, καὶ πιστεύεις ἐν οἷς εὐχόμενος λαλεῖς; λέγε τὸν ριε΄. Ἀναβαίνοντα σαυτὸν αἰσθάνῃ ταῖς πράξεσιν, ὥστε λέγειν· τοῖς μὲν ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενος τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος ἔχεις καθ' ἑκάστην προκοπὴν εἰς τὸ λέγειν τὰς ιε΄ τῶν ἀναβαθμῶν ᾠδάς. Αἰχμαλωτευθεὶς ὑπὸ τῶν ἀλλοτρίων λογισμῶν, ᾔσθου σαυτὸν ἀπαγόμενον καὶ μετέγνως παύσασθαι τοῦ λοιποῦ, καὶ μείνας ἐν οἷς σαυτὸν ἁμαρτάνοντα κατέλαβες; κλαῦσον καὶ σὺ ὡς πεποίηκεν ὁ τότε λαὸς λέγων τὰ ἐν τῷ ρλς΄. τοὺς δὲ πειρασμοὺς ἡγούμενος εἶναί σου δοκιμὴν, μετὰ τοὺς πειρασμοὺς ἐὰν εὐχαριστῆσαι θέλῃς, ἔχεις τὸν λη΄ ψαλμόν. Συνέχῃ πάλιν ὑπὸ ἐχθρῶν, καὶ ῥυσθῆναι θέλεις; λέγε τὰ ἐν τῷ ρλθ΄. δεηθῆναι δὲ καὶ προσεύξασθαι θέλεις; ψάλλε τὸν ρμ΄, καὶ ρμα΄, καὶ ρμβ΄, καὶ ρμε΄. Ἐχθρὸς τύραννος ἐπανέστη τῷ λαῷ καὶ σοὶ ὥσπερ Γολιὰθ

accedere volueris, habes ad hoc verba quæ ſunt in Pſalmo centeſimo. Ceterùm cùm natura noſtra ſit imbecillis, ſi propter huius vitæ anguſtias tamquam pauper effectus anxieris aliquando, & conſolatione frui volueris, habes Pſalmum 101. *Et quoniam decet nos per omnia & in omnibus Deo gratias agere, quando volueris ipſum benedicere, habes ad animum tuum excitandum, & dicendum*, 102. & 103. *Pſalmum. Vis laudare Deum, & ſcire quomodo, & de quo laudandus ſit, & quænam laudantem proferre deceat? habes* 102. & 106. & 134. & 145. & 146. & 147. & 148. & 150. *Habes fidem qualem dixit Dominus, & credis ea quæ orans loqueris? dic* 115. *Sentis te factis tuis aſcendere, ita vt dicere poſsis;* Quæ quidẽ retrò ſunt obliuiſcor, ad ea verò quæ ſunt priora extendo meipſum? *potes in ſingulis profectibus recitare quatuordecim cantica Graduum. Alienis captus cogitationibus ſentis teipſum abductum, & deſperas te in poſterum deſtiturum, & permanſeris in iis quibus te peccaſſe percepiſti? fleto etiam tu, prout fecit tunc populus, recitans ea quæ ſunt in* 136. *Tentationes verò probationem tuam eſſe cenſens, ſi poſt tentationes gratias agere velis, habes Pſalmum trigeſimumoctauum. Ab inimicis iterùm teneris, & liberari cupis? dic ea quæ ſunt in* 139. *Precari & orare vis? pſalle* 140. & 141. & 142. & 145. *Inimicus tyrannus in populum & in te, ſicut Goliath*

In anxietate.

Ad laudandum Deum.

Philip. 3, 13.

In diſtractione & varia mutatione.

in

in Dauidem, inſurrexit, ne terrearis, ſed crede & tu ſicut Dauid, & dic ea quæ habentur in Pſalmo 143. Miraris Dei beneficia, & eius erga te bonitatem commemoras? dicito verba Dauidis, quæ & ipſe protulit Pſalmo centeſimo quarto. Vis canere Domino? habes 95. & 96. Pſalmum. Si autem cùm paruulus eſſes ad vſum aliquem prælatus ſis fratribus tuis, ne aduerſus eos extollaris, ſed da gloriam Domino qui te elegit; pſalle etiam tu centeſimum quinquageſimum primum, qui proprius eſt Dauidis. Ceterum vis pſallere illos quibus inſcribitur Alleluia? habes 104. 105. 106. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 134. 145. 146. 147. 148. 149. 150. Quando autem vis etiam pſallere ea quæ ad Chriſtum propriè ſpectant, in vnoquoque quidem Pſalmo fermè talia reperis: præcipuè autem habes 44. & 109. qui genuinam eius ex Patre generationem eiuſdemq; in corpore præſentiã ſignificant; vigeſimum primum verò & ſexageſimum octauũ, qui agunt de diuina cruce, & quantas pro nobis inſidias ſuſceperit, & quæ perpeſſus ſit; & quidem ſecundum & octauum, qui & Iudæorum inſidias ac prauitatem & Iudæ Iſcariotæ proditionem declarant; & 20. & 49. atque 71. qui demonſtrant regnum ipſius & iudiciariam poteſtatem, & eius iterùm in carne præſentiam. Et 14. quidem oſtendit eius in carne reſurrectionem; vigeſimus verò tertius & 46. annuntiant eius in cælos aſcenſum. Qui verò nonageſimum ſecundũ, & 95. & 97.

Pſalmi Alleluia inſcripti.

Qui de Chriſto potiſſimùm agant.

τῷ Δαβὶδ μὴ πλήξῃς, ἀλλὰ πίστευε καὶ σὺ ὡς Δαβὶδ, καὶ λέγε τὰ ἐν τῷ ρμγʹ ψαλμῷ. Θαυμάζεις τὰς τοῦ θεοῦ εὐεργεσίας καὶ μνημονεύεις τῆς εἰς σὲ γενομένης ἀγαθότητος; λέγε ταῦτα τοῦ Δαβὶδ ῥήματα, ἅπερ καὶ αὐτὸς εἶπεν ἐν τῷ ρδʹ. Ἆσαι θέλεις τῷ κυρίῳ; ἔχεις τὸν ςεʹ, καὶ τὸν ςζʹ. Ἐὰν δὲ μικρὸς ὢν προκριθῇς εἰς χρείαν τινὰ τῶν ἀδελφῶν σου, μὴ ἐπαίρου κατ' αὐτῶν, ἀλλὰ τῷ ἐκλεξαμένῳ σε κυρίῳ δὸς τὴν δόξαν, ψάλλε καὶ σὺ τὸν ρναʹ, ἴδιον ὄντα τοῦ Δαβίδ. Ἀλλὰ θέλεις ψάλλειν ἐπακοὴν ἔχοντας τὸ ἀλληλούϊα; ἔχεις τὸν ρδʹ, ρεʹ, ρςʹ, ριʹ, ριαʹ, ριβʹ, ριγʹ, ριδʹ, ριεʹ, ριςʹ, ριζʹ, ριηʹ, ρλδʹ, ρμεʹ, ρμςʹ, ρμζʹ, ρμηʹ, ρμθʹ, ρνʹ. Ὅτι δὲ θέλεις καὶ ἴδια τὰ περὶ τοῦ σωτῆρος ψάλλειν, ἐν ἑκάστῳ μὲν σχεδὸν εὑρίσκεις ψαλμῷ ταῦτα· ἔχεις δὲ μάλιστα τὸν μδʹ, καὶ τὸν ρθʹ· δηλοῦντες τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ γνησίαν γέννησιν καὶ τὴν ἐνσώματον αὐτοῦ παρουσίαν· τὸν δὲ καʹ, καὶ ξηʹ προλέγοντας περὶ τοῦ θείου σταυροῦ, καὶ ὅσην δι' ἡμᾶς ἐπιβουλὴν ἀνεδέξατο, καὶ πρὸς ἃ πέπονθε· καὶ τὸν μὲν βʹ, καὶ ηʹ, σημαίνοντας τήν τε τῶν Ἰουδαίων ἐπιβουλὴν καὶ πονηρίαν, καὶ τὴν τοῦ Ἰούδα τοῦ Ἰσκαριώτου προδοσίαν· τόν τε κʹ, καὶ τὸν μθʹ, καὶ τὸν οαʹ, δηλοῦντας τήν τε βασιλείαν αὐτοῦ καὶ κριτικὴν δύναμιν, καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ πάλιν ἐν σαρκὶ παρουσίαν. Καὶ ὁ μὲν ιεʹ δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἐν σαρκὶ ἀνάστασιν· ὁ δὲ κγʹ, καὶ μςʹ ἀπαγγέλλουσι τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον. τὸν δὲ ςβʹ, καὶ ςεʹ, καὶ ςζʹ,

καὶ

καὶ σὺ ἀναγινώσκων, θεωρῆσαι δυνήσῃ τὰς εἰς ἡμᾶς τοῦ σωτῆρος διὰ τῶν παθημάτων γενομένας εὐεργεσίας αὐτοῦ. Τοιοῦτος μὲν ἐστὶ καὶ ὁ χαρακτὴρ εἰς ὠφέλειαν τοῖς ἀνθρώποις ἐν τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν. διὰ τί δὲ μετὰ μέλους, καὶ ᾠδῆς ψάλλονται, καὶ τοιοῦτοι λόγοι, ἀναγκαῖον μηδὲ τοῦτο παρελθεῖν. Τινὲς μὲν γὰρ τῶν παρ' ἡμῖν ἀκαίρων, καίτοι πιστεύοντες εἶναι θεόπνευστα ῥήματα, ὅμως νομίζουσι διὰ τὸ εὔφωνον, καὶ τέρψεως ἕνεκεν τῆς ἀκοῆς μελῳδεῖσθαι τοὺς ψαλμούς. Οὐκ ἔστι δὲ οὕτως· οὐ γὰρ τὸ ἡδὺ καὶ πιθανὸν ἐζήτησεν ἡ γραφὴ, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὠφελείας ἕνεκα τῆς ψυχῆς τετύπωται. Καὶ γὰρ ἔπρεπε τὴν θείαν γραφὴν μὴ μόνον διεξοδικῶς, ἀλλὰ καὶ ῥυθμικῶς κατὰ πλάτος φωνῇ τὸν θεὸν ἀνυμνεῖν. Κατὰ συνέχειαν μὲν οὖν εἴρεται, οἷά ἐστι τὰ τοῦ νόμου, καὶ τῶν Προφητῶν, καὶ τὰ ἱστορούμενα πάντα μετὰ τῆς καινῆς διαθήκης. ῥυθμικῶς δὲ λέγεται οἷά ἐστι τὰ τῶν ψαλμῶν, καὶ τῶν ᾠδῶν, καὶ ᾀσμάτων ῥήματα· καὶ οὕτως τε σώζεται τὸ ἐξ ὅλης καρδίας καὶ δυνάμεως ἀγαπᾶν τοὺς ἀνθρώπους τὸν θεόν. ὥσπερ δὲ ἁρμονία τοὺς λόγους συντεθεῖσα μίαν τὴν συμφωνίαν ἀποτελεῖ, οὕτως ἐπειδὴ καὶ ἐν τῇ ψυχῇ διάφορα κινήματα λέγεται, καὶ ἔστιν ἐν αὐτῇ τὸ λογίζεσθαι, καὶ τὸ ἐπιθυμεῖν καὶ τὸ θυμοειδές. ἔκ τε τῆς τούτων κινήσεως, καὶ ἡ τῶν μελῶν γίνεται τοῦ σώματος ἐνέργεια. βούλεται ὁ λόγος μὴ ἀσύμφωνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἑαυτῷ, μήτε διΐστασθαι πρὸς ἑαυτὸν, ὥστε λογίζεσθαι μὲν τὰ βέλτιστα, πράττειν δὲ τὰ φαῦλα,

& 98. legerit, ipſius Saluatoris in nos beneficia per paſſiones exhibita poterit contemplari. Quin & ipſe ſtylus libri Pſalmorum talis eſt, ut ſit ad utilitatem hominum compoſitus. Cur autem cum cantico & concentu iſtiuſmodi ſermones recitentur, hoc quoque neceſſariò dicendum eſt. Quidam enim apud nos importuni, tametſi credant eſſe verba diuinitus inſpirata, nihilominus exiſtimant Pſalmos cani ob ſoni ſuauitatem & aurium oblectationem. Verùm non ita ſe res habet: nam Scriptura ſuauitatem & iucunditatem per ſe minimè quaſiuit, ſed hæc ipſa quoq; ad animæ utilitatem retulit. Decebat enim diuinam Scripturam, ut non ſolùm diffuſè, ſed etiam rhythmicè Deum celebraret. Continuâ igitur ſeu planâ oratione efferuntur omnia quæ ad Legem & Prophetas atq; hiſtoriam ſpectant, unà cum nouo Teſtamento. Rhythmicè verò ſeu numeroſâ oratione recitantur Pſalmorum, carminum & Canticorum verba; atque ita ſeruatur, ut ex toto corde & ex tota virtute homines Deum diligant. Quemadmodum autem harmonia ſermones aptè componens unicum quemdam concentum perficit; ita, quoniam etiam in anima diuerſi motus aſſignantur, & ſunt in ipſa vis rationalis & concupiſcibilis atque iraſcibilis, & ex earumdem motibus membrorum quoque corporis operatio exiſtit. Vult hic ſermo hominem ſecum minimè diſſentire, nec à ſemetipſo diſſidere, ita ut optima quidem cogitet, peſſima verò faciat (ſicut

Stylus Pſalmorum ad pietatem compoſitus eſt.

Pſalmi & Cantica cur rhythmicè conſcripta ſint.

(*ſicut Pilatus, qui dicebat quidem,* Nullam cauſam mortis inuenio in eo, *attamen voluntati Iudæorum tradidit eum.) Vel concupiſcat quidem mala facere, ſed non valeat, ſicut ſeniores in Suſannam; vel rurſus non mœchetur quidem, ſed furetur; vel non furetur, ſed occidat; vel non occidat quidem, ſed blaſphemet. Ne igitur iſtiuſmodi aliqua in nobis perturbatio accidat, hic ſermo vult animam bonâ mente præditam (vt Apoſtolus ait) hoc inſtitutore vti, & in eo quidem paſſiones ſuas ſuperare, corporis verò membris imperare, vt obediant rationi; vt ſicut in concordia plectrum, ita ipſe homo Pſalterium effectus, totuſq; ſpiritui intentus, omnibus tam membris quàm motibus diuinæ voluntati morem gerat, ſeruiátque. Iſtiuſmodi autem imperturbati & ſedati animi imago & figura eſt diligens & aſſidua Pſalmorum recitatio. Quemadmodum animi cogitationes notificamus, & ſignificamus per ſermones quos proferimus; ita Dominus, verborum ſuauem conſonantiam ſpiritualis in anima concentus ſymbolum eſſe volens, præcepit vt aſſiduè ac diligenter pſalleremus, Pſalmóſque cum Cantico recitaremus. Atque hoc eſt animæ deſiderium, vt rectè ipſa conſtituta ſit. Ita te pſallente, id quidem quod in ea perturbatum, & aſperum & inordinatum eſt ritè componitur, triſtitia verò mitigatur. Hoc autem erit quando pſallis,* Quare triſtis es anima mea, & quare con-

Luc. 23, 22.

Pſalmi hominem ritè componunt.

Pſ. 42, 5.

(ὡς ὁ Πιλάτος, λέγων μὲν οὐδεμίαν θανάτου αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ, τῇ δὲ γνώμῃ τῶν Ἰουδαίων παρέδωκεν αὐτόν.) ἢ ἐπιθυμεῖν μὲν πράττειν τὰ φαῦλα, μὴ δύνασθαι δὲ, ὡς οἱ κατὰ Σωσάννης πρεσβύτεροι· ἢ πάλιν, μὴ μοιχεύειν μὲν, κλέπτειν δὲ, ἢ μὴ κλέπτειν, φονεύειν δὲ, ἢ μὴ φονεύειν μὲν, βλασφημεῖν δέ. ἵν' οὖν μὴ τοιαύτη τις ἐν ἡμῖν ταραχὴ γίνηται, θέλει τὴν ψυχὴν ὁ λόγος ἔχουσαν χρηστὸν νοῦν (ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος) τούτῳ καθηγεμόνι χρῆσθαι, καὶ ἐν τούτῳ τῶν μὲν ἐν αὐτῇ παθητικῶν κρατεῖν, τῶν δὲ τοῦ σώματος μελῶν ἄρχειν, εἰς τὸ ὑπακούειν τῷ λόγῳ, ἵν' ὡς ἐν ἁρμονίᾳ τὸ πλῆκτρον, οὕτως αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος ψαλτήριον γινόμενος, καὶ τῷ πνεύματι προσανέχων ὁλοκλήρως, καὶ πᾶσι τοῖς μέλεσι καὶ τοῖς κινήμασιν, ὑπακούῃ καὶ δουλεύσῃ τῷ βουλήματι τοῦ θεοῦ. τῆς δὲ τοιαύτης ἀταραξίας καὶ καταστάσεως εἰκὼν καὶ τύπος ἐστὶν ἡ τῶν ψαλμῶν ἐμμελὴς ἀνάγνωσις. ὥσπερ γὰρ τὰ τῆς ψυχῆς νοήματα γνωρίζομεν, καὶ σημαίνομεν δι' ὧν προσφέρομεν λόγων, οὕτως τῆς πνευματικῆς ἐν ψυχῇ ἁρμονίας, τὴν ἐκ τῶν λόγων μελῳδίαν σύμβολον εἶναι θέλων ὁ κύριος, ἐκέλευσεν ἐμμελῶς ψάλλεσθαι, καὶ τοὺς ψαλμοὺς μετ' ᾠδῆς ἀναγινώσκεσθαι. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἐπιθυμία τῆς ψυχῆς, τὸ καλῶς αὐτὴν διακεῖσθαι. Οὕτω ψάλλοντός σου, τὸ μὲν ἐν αὐτῇ ταραχῶδες, καὶ τραχὺ, καὶ ἄτακτον ἐξομαλίζεται, τὸ δὲ λυποῦν θεραπεύεται. Τοῦτο δὲ ἔσται, ὅταν ψάλλῃς, Ἵνα τί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνα τί συνταράσσεις

ταράσσεις με; Καὶ τὸ μὲν ἐσφαλμένον ἐπιγνώσεται λέγουσα· Ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες. Τὸ δὲ φοβηθὲν ἐπιρρώσει τῇ ἐλπίδι, ἐν τῷ λέγειν· Κύριος ἐμοὶ βοηθός, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Οἱ μὲν οὖν μὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἀναγινώσκοντες τὰς θείας ᾠδάς, οὐ συνετῶς ψάλλουσιν, ἀλλ᾽ ἑαυτοὺς τέρπουσιν, ἔχουσι δὲ μέμψιν, ὅτι οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. Οἱ δὲ κατὰ τὸν προειρημένον τρόπον ψάλλοντες, ὥστε τὴν μελῳδίαν τῶν ῥημάτων ἐκ τοῦ ῥυθμοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ τῆς πρὸς τὸ πνεῦμα συμφωνίας προσφέρεσθαι· οἱ τοιοῦτοι ψάλλουσι μὲν τῇ γλώσσῃ, ψάλλοντες δὲ καὶ τῷ νοΐ, οὐ μόνον ἑαυτούς, ἀλλὰ καὶ τοὺς θέλοντας ἀκούειν αὐτῶν μεγάλως ὠφελήσουσιν. Ὁ γοῦν μακάριος Δαβίδ, οὕτως καταψάλλων Σαούλ, αὐτός τε εὐηρέστει θεῷ, καὶ τὸν τάραχον, καὶ τὸ μανικὸν πάθος τοῦ Σαοὺλ ἀπήλαυνε, καὶ γαληνιᾶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ παρεσκεύαζεν. Οὕτως οἱ ἱερεῖς ψάλλοντες, εἰς ἀταραξίαν τὰς ψυχὰς τῶν λαῶν, καὶ εἰς ὁμόνοιαν αὐτὰς τῶν ἐν οὐρανοῖς χορευόντων προσεκαλοῦντο. Τὸ ἄρα μετὰ μέλους λέγεσθαι τοὺς ψαλμοὺς οὐκ ἔστιν εὐφωνίας σπουδή, ἀλλὰ τεκμήριον τῆς ἁρμονίας τῶν ἐν τῇ ψυχῇ λογισμῶν· καὶ ἡ ἐμμελὴς δὲ ἀνάγνωσις, ἐστὶ σύμβολον τῆς εὐρύθμου καὶ ἀχειμάστου καταστάσεως τῆς διανοίας. Καὶ γὰρ τὸ αἰνεῖν τὸν θεὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις, καὶ ἐν κιθάρᾳ, καὶ ἐν δεκαχόρδῳ ψαλτηρίῳ, σύμβολον πάλιν ἦν καὶ σημαντικὸν τοῦ συγκεῖσθαι μὲν νομίμως τὰ μέλη τοῦ

turbas me? *Errorem verò agnoſcet dicens:* Mei autem pænè moti ſunt pedes. *Timorem verò ſpe confirmabit dicens:* Dominus mihi adiutor, & non timebo quid faciat mihi homo.

Pſ.72,2.
Pſ.117,6.

Qui igitur hoc modo diuina Cantica non recitant, haudquaquam ſcitè pſallunt, ſed ſemetipſos oblectant; reprehenduntur autem, quoniam non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.

Eccli.15,9

Qui autem prædicto modo pſallunt, ita vt verborum modulatio ex animi compoſitione & ſpiritus concentu proferatur; tales quidem linguâ pſallunt; pſallentes verò & mente, non ſolum ſibi ipſis, ſed illis quoque qui ipſos audire voluerint magnoperè proderunt.

Pſallendum voce & mente.
1.Cor.14,15.

Beatus igitur Dauid cùm hoc modo coram Saule pſalleret, & ipſe Deo placuit, & perturbationem & inſanum furorem Saulis abegit, animúmque eius tranquillum reddidit. Hoc modo Sacerdotes pſallentes excitabant populorum animos ad imperturbationem & conſenſionem eorum qui in cælis choreas ducunt.

Dauid pſallendo Saulem curabat.

Quòd igitur Pſalmi cum modulatione recitentur, non fit propter gratum ſonum, ſed in argumentum cogitationum in anima ritè concordantium; quin aſſidua diligenſq; Pſalmorum recitatio ſymbolum eſt conſtitutionis animi ritè compoſiti atque tranquilli. Quòd enim Deus in cymbalis benè ſonantibus, & in cithara & in decachordo Pſalterio laudaretur, iterùm erat ſymbolum, & ſignificabat, membra corporis

Pſalterium & cithara ſunt ſymbolum animi benè compoſiti.

tamquam chordas legitimè componi, cogitationes verò animæ quaſi cymbala exiſtere, ac deinceps ſonitu & ſpiritu oris hæc omnia moueri ac viuere, & facta carnis mortificare. Qui enim hoc modo pulchrè pſallit, is ritè componit animum ſuum, & quaſi ex inæqualitate ad æqualitatem adducit; ita vt ipſe ſecundùm naturam ritè ordinatus à nemine terreatur, quin potiùs ſereniſſimus euadat, & ampliori futurorum bonorum deſiderio afficiatur: ſacrorum enim verborum modulatione compoſitus, paſſionum obliuiſcitur, & gaudens ad Chriſtum mentem dirigit, optima quæque cogitans. Oportet igitur vnumquemque qui librum hunc legit, omnibus quidem ſincerè, tamquam diuinitus inſpiratis, intendere; accipere autem tamquam diuinos quoſdam fructus, è paradiſo Dei ad vtilitatem noſtrum conceſſos. Exiſtimo enim his libri huius verbis, vniuerſam hominum vitam, & animi affectiones cogitationumq́ motus contineri, atque his nil maius in hominibus reperiri. Siue enim pœnitentiâ & confeſſione opus ſit; ſiue tribulatio aut tentatio apprehenderit; ſiue quis perſecutionem ſuſtinuerit, & inſidijs impetitus illas euaſerit; ſiue etiam triſtitiâ aut animi perturbatione affectus, & quidpiam ſimile iis quæ anteà dicta ſunt perpeſſus fuerit; vel etiam ſemetipſum quidem viderit proficere, hoſtem verò deletum eſſe, ac laudes gratiáſque & benedictionem Domino offerre voluerit, poteſt de

Rom. 8, 13

Pſalmorum maxima & multiplex vtilitas.

σώματος ὡς χορδὰς, τοὺς δὲ λογισμοὺς τῆς ψυχῆς ὡς κύμβαλα γίνεσθαι, καὶ λοιπὸν τῇ ἠχῇ καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος, ταῦτα πάντα κινεῖσθαι καὶ ζῆν, καὶ τὰς πράξεις τῆς σαρκὸς θανατοῦν. Οὕτως γὰρ καλῶς ψάλλων, ῥυθμίζει τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ, καὶ ὥσπερ ἐξ ἀνισότητος εἰς ἰσότητα ἄγει· ὥστε ἐν τῷ κατὰ φύσιν αὐτὴν ἑστηκυῖαν, μὴ πτοεῖσθαι ἀπό τινος, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον εὐφανταστὴν γίνεσθαι, καὶ πλέον αὐτὴν λαμβάνειν πόθον τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· τῇ γὰρ τῶν ἱερῶν ῥημάτων μελωδίᾳ συνδιατιθεμένη ἐπιλανθάνεται τῶν παθῶν, καὶ χαίρουσα βλέπει πρὸς τὸν νοῦν τὸν ἐν Χριστῷ λογιζομένη τὰ βέλτιστα. Δεῖ τοίνυν τῶν ἐντυγχανόντων ἕκαστον ταύτῃ τῇ βίβλῳ, προσέχειν μὲν ἅπασι γνησίως τοῖς ἐν αὐτῇ θεοπνεύστοις οὖσι, λαμβάνειν δὲ ὡς τοὺς θείους καρποὺς, ἐκ παραδείσου τοῦ θεοῦ πρὸς τὴν ὠφέλειαν ἡμῶν διδομένους. Ἡγοῦμαι γὰρ ἐν τούτοις τοῖς λόγοις τῆς βίβλου τὸν πάντα βίον τῶν ἀνθρώπων, τάς τε τῆς ψυχῆς διαθέσεις, καὶ τὰ τῶν λογισμῶν κινήματα περιέχεσθαι, καὶ μηδὲν πλέον τούτων ἐν ἀνθρώποις εὑρίσκεσθαι. εἴτε γὰρ μετανοίας ἢ ἐξομολογήσεως χρεία· ἢ θλίψις ἢ πειρασμὸς κατέλαβεν· ἢ ἐδιώχθη τίς καὶ ἐπιβουλευόμενος ἐρρύσθη, ἢ καὶ περίλυπος γέγονεν ἢ τετάρακται, καὶ πάσχει τι τοιοῦτο οἷον ἔμπροσθεν εἴρηται· ἢ καὶ συνορᾷ ἑαυτὸν μὲν προκόπτοντα, τὸν δὲ ἐχθρὸν κατεργουμένον, καὶ ἐπαινέσαι, καὶ εὐχαριστῆσαι καὶ εὐλογῆσαι βούλεται τὸν κύριον, ἔχει τούτων

τὴν

τὴν διδασκαλίαν ἐν τοῖς θείοις ψαλμοῖς περὶ ἑκάστου ἐκλέγεσθαι, καὶ οὕτως ὡς περὶ ἑαυτοῦ τὰ γεγραμμένα ἐν αὐτοῖς ἀναφέρειν τῷ θεῷ. Μὴ περιβαλλέτω μέντοι, τις αὐτὰ τοῖς πιθανοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας ῥήμασι, μηδὲ πειραζέτω τὰς λέξεις μεταποιεῖν, ἢ ὅλως ἐναλλάττειν, ἀλλ' οὕτως ἀτέχνως τὰ γεγραμμένα ψαλλέτω, καὶ λεγέτω, ὥσπερ εἴρηται, ἵνα καὶ τὸ πνεῦμα λαλῆσαν ἐν τοῖς ἁγίοις, συναντιλαμβάνηται ἡμῖν. Ὅσῳ γὰρ τῶν ἁγίων ὁ βίος βελτίων τῶν ἄλλων ἐστί, τοσοῦτον καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ῥήματα, τῶν παρ' ἡμῖν συντιθεμένων, βελτίονα, καὶ ἰσχυρότερα ἄν τις εἴποι δικαίως. ἐν τούτοις γὰρ εὐηρέστησαν τῷ θεῷ· καὶ ταῦτα λέγοντες ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, Κατηγωνίσαντο βασιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην, ἐπέτυχον ἐπαγγελίας, ἔφραξαν στόματα λεόντων, ἔσβεσαν δύναμιν πυρός, ἔφυγον στόματα μαχαίρας, ἐδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων. ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν. Οὐκοῦν καὶ ταῦτα νῦν λέγων ἕκαστος ἔστω θαρρῶν, ὅτι δι' αὐτῶν ἐπακούεται ὁ θεὸς τῶν δεομένων. Εἴτε γὰρ θλίβεται λέγων ταῦτα, μεγάλην ὄψεται τὴν ἐν αὐτοῖς παράκλησιν· εἴτε πειράζεται, καὶ διώκεται, ψάλλων οὕτως, δοκιμώτερος ἀναφανήσεται, καὶ σκεπασθήσεται παρὰ τοῦ κυρίου, τοῦ καὶ τὸν εἰπόντα ταῦτα σκεπάζοντος· ἐν τούτοις τὸν μὲν διάβολον ἀνατρέψει, τοὺς δὲ δαίμονας αὐτοῦ σοβήσει. Ταῦτα δὲ λέγων, εἰ μὲν ἥμαρτεν, ὄψεται ἑαυτὸν χαίροντα, ὅτι τοῖς μὲν ἔμπροσθεν

ſingulis doctrinam in diuinis hiſce Pſalmis eligere, & ea quæ in iis ſunt tamquam de ſe conſcripta offerre Deo. Atqui nemo iſta comparet cum perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, (1. Cor. 2, 4) *neque quiſquam tentet dictiones aut verba transponere aut vllatenus immutare, ſed prout ſcripta ſunt, ſine fuco pſallantur & recitentur, vti dictum eſt; vt & ſpiritus qui loquitur in ſanctis ſimul vnà nobis opituletur. Quantò enim ſanctorum vita ceteris præſtantior eſt, tantò etiam eorumdem verba cum noſtris comparata, præſtantiora potentioráque meritò quis dixerit. In his enim beneplacitum eſt Deo; & qui hæc dicunt, vti ait Apoſtolus,* Deuicerunt regna, (Heb. 12, 33.) operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum. Acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. *Vnuſquiſque igitur etiamnum hæc confidenter dicat; quoniam per ipſos ſupplicantes Deus exaudiet. Siue enim tribuletur qui hæc dicit, magnam percipiet in iis conſolationem; ſiue tentetur, & perſecutionem patiatur, hoc modo pſallens probatior apparebit, & à Domino protegetur, qui hæc etiam proferentem defendit: ſiquidem in his diabolum euertet, dæmones verò eius excutiet. Porrò qui hæc pronuntiat, ſi quidem peccauerit, videbit ſe lętantem, quia ad anteriora quidem exten-*

extenditur, & oppugnatus hoc modo iterùm præualet; à veritate autem non dimouebitur in æternum. Quin & exactores & decipere molientes redarguet; & huius non eſt alius fideiuſſor quàm ipſa Scriptura diuina.

Pſalmi & Cantica non tantùm ſolatio, ſed etiam præſidio ſunt.

Deus enim præceperat Moyſi, vt ſcriberet magnum carmen, & populum edoceret; illiq́; iam principi conſtituto iubet ſcribere Deuteronomion, illudq́; ad manus habere, & aſſiduè illius verba meditari; quippe quòd ſermones in iis contenti ſufficerent ad virtutis commendationem, & opem ferendam iis qui ſincero animo illa meditarentur. Quando nempe Ieſus Naue in terram promiſſionis ingreſſus eſt, cernens caſtra gentium, & reges Amorrhæorum ſimul omnes ad bellum conuenientes,

Deuteronomij lectio Hebræis victorias peperit.

illud ipſum Deuteronomium recitans, verbaq́; legis omnium auribus inſtillans, atque illis populum muniens, hoſtes ſuperauit. Rex item Ioſias repertis Bibliis, iisq́; omnibus audientibus recitatis, non ampliùs hoſtes timuit. Et ſi quando bellum populo ingruebat, arca, quæ legis tabulas continebat, omnes præcedebat, illis pro munimento ad præſidium ſufficiebat, dummodò inter eius baiulos & in populis peccatum nullum aut ſimulatio inualuiſſet. Fide enim & propriâ affectione bonâ opus eſt; vt lex precibus ſuffragetur.

Scriptura valet ad exorciſmos.

Ego quidem audiui à viris prudentibus, quomodo nimirum olim in Iſraël, dum ſolummodò legerent Scripturas, dæmonas expellerent, & inſidias ab ipſis

ἐπεκτείνεται, καὶ ἀγωνιζόμενος ἰσχύει πάλιν οὕτως· οὐ σαλευθήσεται δὲ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀπὸ τῆς ἀληθείας. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπαιτοῦντας καὶ πλανᾶν ἐπιχειροῦντας, ἐλέγξει· καὶ τούτου οὐκ ἄλλος ἐγγυητής, ἀλλ' αὐτὴ γίνεται ἡ θεία γραφή. ὁ γὰρ θεὸς ἐνετείλατο τῷ Μωϋσῇ γράψαι τὴν μεγάλην ᾠδὴν, καὶ διδάξαι τὸν λαὸν, τόντε καθισάμενον ἄρχοντα κελεύει γράψαι τὸ Δευτερονόμιον, ἔχειν δὲ τοῦτο μετὰ χεῖρας, καὶ μελετᾶν ἀεὶ ἐν αὐτῷ τὰ ῥήματα, ὡς ἀρκούντων τῶν ἐν αὐτοῖς λόγων, πρός τε ὑπόμνησιν ἀρετῆς, καὶ βοήθειαν φέρειν τοῖς γνησίως ἐν αὐτῇ μελετῶσιν. ἀμέλει ὁπηνίκα εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσῆλθεν ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς, βλέπων τὰς τῶν ἐθνῶν παρατάξεις, καὶ τοὺς βασιλεῖς τῶν Ἀμορραίων, πάντας συνελθόντας εἰς τὸν πόλεμον, αὐτὸ ἀντὶ ὅπλων, καὶ ξιφῶν τὸ Δευτερονόμιον ἀναγνοὺς, καὶ εἰς τὰ ὦτα πάντων τά τε ῥήματα, τοῦ νόμου ὑπομνήσας, καὶ τούτοις τὸν λαὸν καθοπλίσας, περιεγένετο τῶν πολεμίων. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωσίας εὑρεθέντος τοῦ βιβλίου, καὶ ἀναγνωσθέντος εἰς τὰς πάντων ἀκοὰς, οὐκέτι τοὺς ἐχθροὺς ἐφοβεῖτο. καὶ εἴποτε δὲ πόλεμος ἦν τῷ λαῷ, ἡ κιβωτὸς ἔχουσα τὰ πυξία τοῦ νόμου, προώδευε πάντων, καὶ ἤρκει τούτοις ἀντὶ πάσης παρατάξεως εἰς βοήθειαν, εἰ μή τις ἦν παρὰ τοῖς βαστάζουσι, καὶ ἐν τοῖς λαοῖς προκρατήσασα ἁμαρτία, καὶ ὑπόκρισις. Πίστεως γὰρ καὶ ἰδίας διαθέσεως χρεία, ἵνα ὁ νόμος εἰς τὰ κατ' εὐχὴν συνεργάζηται. Ἐγὼ μὲν ἤκουσα παρὰ φρονίμων ἀνδρῶν, ὡς ἄρα τὸ παλαιὸν ἐν τῷ Ἰσραὴλ μόνον ἀναγινώσκοντες τὰς γραφὰς ἐδίωκον δαίμονας, καὶ ἤλεγχον τὰς παρ' αὐτῶν γινομένας τοῖς

ἀνθρώποις

ἀνθρώποις ἐπιβουλάς. ὅθεν καταγνώσεως πάσης ἄξιοί εἰσιν, οἱ ταῦτα μὲν ἀφιέντες, συνθέντες δὲ αὐτοῖς ἔξωθεν ῥήματα πιθανὰ, καὶ ἐν τούτοις ἐξορκιστὰς ἑαυτοὺς ὀνομάζοντες· μᾶλλον γὰρ παίζουσιν, καὶ παρέχουσιν ἑαυτοὺς ἐκείνοις εἰς τὸ χλευάζεσθαι. οἷα πεπόνθασιν ἐν ταῖς πράξεσιν Ἰουδαῖοι οἱ Σκευᾶ υἱοί, ἐπιχειρήσαντες καὶ αὐτοὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐξορκίζειν. ταῦτα μὲν οὖν ἀκούοντες παρὰ τῶν τοιούτων οἱ δαίμονες παίζουσι, τὰ δὲ τῶν ἁγίων φοβοῦνται ῥήματα, ἢ καὶ φέρειν αὐτὰ οὐ δύνανται. ἔστι γὰρ ἐν τοῖς τῶν γραφῶν ῥήμασιν ὁ κύριος, ὃν μὴ δυνάμενος φέρειν ἔκραζον, δέομαί σου μή με πρὸ καιροῦ βασανίσῃς. ἐκαίοντο γὰρ καὶ μόνον βλέποντες τὸν κύριον παρόντα. Οὕτως καὶ ὁ Παῦλος παρήγγειλε τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν· οὕτως καὶ τοῖς μαθηταῖς ὑπετάσσοντο τὰ δαιμόνια· καὶ ἐπὶ Ἐλισσαῖον δὲ τὸν προφήτην ἐγένετο χεὶρ κυρίου, καὶ προεφήτευσε περὶ τῶν ὑδάτων τοῖς τρισὶ βασιλεῦσιν ὅτε ἔψαλλε. οὕτω καὶ νῦν τῶν πασχόντων ἕκαστος λεγέτω, καὶ μᾶλλον τὸν πάσχοντα ὠφελήσει, καὶ ἑαυτοῦ τὴν πίστιν ἀληθῆ καὶ βεβαίαν ἐπιδείξει· ὥστε καὶ ταύτην ὁρῶντα τὸν θεὸν, τελείαν τὴν θεραπείαν παρέχειν τοῖς δεομένοις. τοῦτο καὶ Δαβὶδ γινώσκων, ἔλεγεν ἐν τῷ ριη΄ ψαλμῷ· Τὰ δικαιώματά σου μελετήσω, οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου. Ψαλτὰ ἦσάν μοι τὰ δικαιώματά σου ἐν τόπῳ παροικίας μου. Ἐν τούτοις γὰρ καὶ σωτήριον ἐκέρδαινον, λέγοντες· Εἰ μὴ ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστὶ, τότε ἂν ἀπωλόμην ἐν τῇ ταπεινώσει μου. Ὅτε καὶ ὁ Παῦλος ἐν τούτοις

hominibus factas redarguerent. Quamobrem omni damnatione digni ſunt, qui, omiſſis quidem Scripturis, aliunde autem verba perſuaſibilia componentes, exorciſtas ſeſe nominãt: potius enim ludunt, ſeſeq; illis ludibrium propinant; qualia nimirum in Actis perpeſſi ſunt Iudæi, Sceuæ filij, qui & ipſi hunc exorcizandi modum æmulati ſunt. Hæc igitur cùm dæmones ab iſtiuſmodi audiunt, ipſis illudunt, ſanctorum verò verba formidant, vel etiam ea ferre nequeunt. Dominus enim ineſt in verbis Scripturarũ; quem cùm ferre non poſſet, clamabat, Rogo te, ne me ante tempus torqueas. Matth. 8,29. *Vrebantur enim vel ſolummodò cernentes Dominum præſentem. Sic etiam Paulus immundis ſpiritibus præcipiebat; ſic & diſcipulis dæmonia ſubijciebantur; & ſuper Eliſæum Prophetam facta eſt manus Domini; & de aquis inter pſallendum tribus regibus prophetauit. Sic etiam nunc quilibet qui patitur dicat, & magis proderit patienti, & ſuam fidem veram firmámque demonſtrabit; ita vt Deus eam videns, perfectam medicinam tribuat rogantibus. Hoc etiam Dauid ſciens, dixit in Pſalmo* 118. Iuſtificationes tuas Pſ. 118, 16. meditabor, non obliuiſcar ſermones tuos. Cantabiles mihi erant Ibid. 54. iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. *In his enim etiam ſalutem conſecuti ſunt, dicentes:* Niſi quia lex tua meditatio mea Ibid. 92. eſt; tunc fortè periiſſem in humilitate mea. *Quin & Paulus hiſce*

diſcipulum ſuum muniuit, dicens: 1. Tim. 4, 15. Hæc meditare, in his eſto; vt profectus tuus manifeſtus ſit. *Hæc meditans atque ita aſſiduè Pſalmos recitans, ſenſum quidem vniuſcuiuſque Spiritus ſancti ductu percipere poteris; talem verò vitam tu quoque imitaberis, qualem habuerunt qui hæc locuti ſunt Deiferi ſancti viri.*

ἠσφαλίζετο τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν λέγων· Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι. ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ γένηται. Ταῦτα μελετῶν καὶ οὕτως ἐντυγχάνων συνεχῶς τοῖς ψαλμοῖς, τὸν μὲν ἐν ἑκάστῳ νοῦν ὁδηγούμενος ὑπὸ τοῦ πνεύματος καταλαβεῖν δυνήσῃ· τοιοῦτον δὲ καὶ σὺ ζηλώσεις βίον, οἷον ἔσχον οἱ ταῦτα θεοφορούμενοι λαλήσαντες ἄνδρες ἅγιοι.

ΤΟΥ ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ ΒΙΒΛΟΝ ΤΩΝ ΨΑΛΜΩΝ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ANONYMI IN LIBRVM PSALMORVM PROŒMIVM.

2. Tim. 3, 16. OMNIS *quidem Scriptura diuinitus inſpirata & vtilis eſt, ad hoc à Spiritu conſcripta, vt nos omnes inde, tamquam è communi animarum officina medicinali, paſſionis propriæ medicinam depromamus. Excellenter autem id quod in omnibus vtile erat, hic liber Pſalmorum complexus eſt. Poſt Moyſem enim reliquóſque Prophetas Dauid, vtpote Chriſti progenitor nuncupatus, nouam pſallendi rationem Hebræis tradidit, abolens quodammodò ea quæ de ſacrificijs lege ſancita erant, modum autem cultus Chriſtiani per Hymnos introducens: nam poſt*

Dauid nouum pſallendi modum tradidit; & qualis ille.

ΠΑΣΑ μὲν γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος, διὰ τοῦτο συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ πνεύματος, ἵν' ὥσπερ ἐν κοινῷ τῶν ψυχῶν ἰατρείῳ πάντες ἡμεῖς ἴαμα τοῦ οἰκείου πάθους ἐκλεγώμεθα. διαφερόντως δὲ τὸ ἐκ πάντων ὠφέλιμον ἡ τῶν ψαλμῶν περιείληφε βίβλος. Μετὰ γὰρ Μωσέα καὶ τοὺς λοιποὺς προφήτας γενόμενος ὁ Δαβίδ, ἅτε προπάτωρ χρηματίσας Χριστοῦ, καινὸν τρόπον ψαλμῳδίας Ἑβραίοις παρέδωκεν, ὥσπερ ἀναιρῶν τὰ περὶ θυσιῶν νενομοθετημένα, τῆς δὲ κατὰ Χριστὸν λατρείας, τὸν δι' ὕμνων τρόπον εἰσάγων· μετὰ γὰρ τῆς

κιβωτοῦ

κιβωτοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ ὑπ' αὐτοῦ ἀποκατάστασιν, εἰς κλῆρον λαβὼν τὴν φυλὴν Λευΐ, ἐπελέξατο τέσσαρας ἄρχοντας ᾠδῶν, Ἀσὰφ, Αἰμὰν, Αἰθὰμ, καὶ Ἰδιθοὺμ· ἑκάστῳ δὲ τούτων ἀπένειμε ψαλμῳδοὺς οβ´ πρὸς ὕμνον θεοῦ, ἀντὶ τῶν ἐπὶ τῆς πυργοποιΐας συγχυθέντων ἐθνῶν οβ´, προφητεύων, ὡς πᾶσα δοξάσει γλῶσσα τὸν κύριον, καὶ ἔψαλλον. ὃς μὲν τῷδε τῷ ὀργάνῳ, ὃς δὲ τῷδε· ὧν μέσος ὁ Δαβὶδ μετὰ ψαλτηρίου, καὶ ἕκαστος πνεύματι ἁγίῳ κινούμενος ὕμνει· οἱ δὲ λοιποὶ ἡσυχίαν ἦγον· ὑπεφώνουν δὲ τὸ ἀλληλούϊα, ὃ αἰνέσωμεν, τὸν ὄντα θεὸν σημαίνει. ἡνίκα δ' ἐπ' ἄλλον ἐπεπήδα, οἱ λοιποὶ ἠρέμουν. τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ Παῦλος καθιστὰς τὴν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις εὐστάθειαν· Ἐὰν ἄλλῳ, φησὶν, ἀποκαλυφθῇ, ὁ πρῶτος σιγάτω. Ὁμοῦ δὲ οἱ ψαλμοὶ πάντες ρν´ εἰς τὴν τῆς ἁγίας Τριάδος τιμὴν εἰς τρεῖς πεντηκοντάδας διειλημμένοι. Διὰ τί δὲ ρν´; τίμιος γὰρ ὁ πεντηκοστὸς ἀριθμὸς παρ' Ἑβραίοις. Οὐ τοῦ Δαβὶδ δὲ πάντες, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχῳδῶν· ἀναφέρονται δὲ πάντες εἰς αὐτὸν, ἐπεὶ αὐτὸς κατήρξατο τούτου, καὶ αἴτιος γέγονε τῆς δοξολογίας, τοὺς ὕμνους ἐκτάξας τοῖς χοροδιδασκάλοις· καὶ γάρ, φασιν, αὐτὸν ἀπείρους ψαλμοὺς εἰπεῖν. ἀλλ' Ἐζεκίας ὀλιγωρούμενον ὑπὸ τῶν Λευιτῶν τὸ πρᾶγμα γνοὺς, διὰ τὴν πολυπληθίαν, ρν´ ἐκ πάντων διὰ τῶν τοῦ λαοῦ σοφῶν ἐπιλεγῆναι ἐποίησε· προετρέψατο δὲ καὶ τὸν ναὸν οἰκοδομῆσαι τῷ κυρίῳ,

arcam Ieroſolymæ reſtitutam, in ſortem accept â tribu Leui, quatuor ſelegit principes Canticorum, Aſaph, Æman, Ætham & Idithum: vnicuique autem illorum ad laudem Dei aßignauit Pſalmorum cantores ſeptuaginta duos, pro illis ſeptuaginta duabus nationibus, quæ in turris ædificatione fuerant confuſæ, vaticinans quomodo omnis lingua eſſet Dominum glorificatura. Et pſallebant, alius quidem hoc, alius verò alio inſtrumento; quorum medius erat Dauid cum pſalterio; & vnuſquiſque Spiritu ſancto motus canebat, ceteri verò quieſcebant, ſed Alleluia *ſuccinebant; quod ſignificat,* Laudemus verum Deum. *Quando autem Spiritus in alium inſiliebat, reliqui ceſſabant. Hac ratione etiam Paulus in Eccleſiis rectum ordinem conſtituens;* Quòd ſi alij, *inquit,* reuelatum fuerit, prior taceat. *Vniuerſim autem omnes Pſalmi ſunt centum & quinquaginta, in honorem ſanctæ Trinitatis in tres quinquagenas diſtributi. Cur autem ſunt centum & quinquaginta? Quia nimirum apud Hebræos quinquagenarius numerus in pretio habetur. Non ſunt autem omnes Dauidis, ſed etiam reliquorum cantus præfectorum: ad ipſum autem omnes referuntur, quia ipſe primus auctor exſtitit iſtiuſmodi collaudationis; & chori magiſtris Hymnos aßignabat: etenim tradunt ipſum infinitos Pſalmos recitaſſe. Verùm Ezechias rem hanc propter multitudinem Leuitarum neglectam ſciens, fecit vt ex omnibus centum & quinquaginta per populi ſapientes ſeligerentur; præcepit item vt templum Domino ædificaretur,*

1.Cor.14, 30.

Pſalmi in tres quinquagenas diſtributi, & cur.

cùm

cùm vniuerſæ ſtructuræ menſuras formasq́; tradidiſſet, atque magnifico ædificio ſufficientes ſumptus reliquiſſet; nempe auri decies dena millia talentorum, & argenti centies dena millia talentorum, ærisq́; ac ferri tantum pondus, vt numero comprehendi minimè potuerit.

Quid ſit Pſalteriũ, *Ceterùm* Pſalterium *apud Græcos, apud Hebræos verò* nablium *dicitur: eſt autem inſtrumentum muſicum quod ad vocis modulationem concinnos reddit ſonos; porrò* Pſalmus, Pſalmus *eſt modulatio per muſicum* Canticum, *inſtrumentum;* Canticum *verò eſt carminis, quæ per os fit, cum verbis pronuntiatio;* Oratio, Oratio *autem eſt ſupplicatio quæ pro aliqua re vtili Deo offertur;* Hymnus, Laus. Hymnus *eſt pro bonis obtentis Dei celebratio;* Laus, *ſiue laudatio, eſt diuinorum miraculorum commendatio: ſiquidem commendatio nil aliud eſt quam laudis amplificatio.*

μέτρα καὶ σχήματα τῆς ὅλης παραδοὺς δομήσεως, καὶ τῆς μεγαλοπρεποῦς οἰκοδομῆς, ἐπάξια λιπὼν δαπανήματα, χρυσοῦ γὰρ ἦν δεκάκις μύρια τάλαντα, καὶ ἑκατοντάκις ἀργυρίου μύρια τάλαντα, χαλκοῦ τε καὶ σιδήρου σταθμὸς ὅσος ἐλθεῖν ὑπ' ἀριθμὸν οὐκ ἠδύνατο.

Ψαλτήριον δὲ ἀκούει παρ' Ἕλλησι, παρὰ δὲ Ἑβραίοις νάβλα· ὄργανον δέ ἐστι μουσικὸν ἐναρμονίους τοὺς φθόγγους πρὸς τὴν ἐκ τῆς φωνῆς μελῳδίαν ἀποδιδόν· ἔστι δὲ Ψαλμὸς μὲν ἡ δι' ὀργάνου μουσικοῦ μελῳδία· Ὠδὴ δὲ ἡ διὰ στόματος γινομένη τοῦ μέλους μετὰ τῶν ῥημάτων ἐκφώνησις· Προσευχὴ δὲ ἱκετηρία περί τινος τῶν συμφερόντων προσαγομένη θεῷ· Ὕμνος ἡ ἐπὶ τοῖς ὑπάρχουσιν ἡμῖν ἀγαθοῖς ἀνατιθεμένη τῷ θεῷ εὐφημία· Αἶνος ἤτοι αἴνεσις τῶν θείων θαυμάτων ἔπαινος· οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶν ἔπαινος ἢ τοῦ αἴνου ἐπίτασις.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΑΨΑΛΜΑΤΟΣ.

EVSEBII CÆSARIENSIS

DE DIAPSALMATE.

Quid ſit diapſalma. DIAPSALMA *ſcripſerunt interpretes quinque illi principes, qui à rege Dauid electi ſunt è tribu Leui: quorum hæc ſunt nomina, Aſaph, filij Core, Æman, Ætham, Idithum: illos numerus Canticorum ſubſequebatur, vnumquemque ſeptuaginta duo. Hi*

ἜΓΡΑΨΑΝ τὸ διάψαλμα οἱ ἑρμηνεύσαντες πέντε ἄρχοντες οἱ ἐξελέγοντο ὑπὸ Δαβὶδ τοῦ βασιλέως ἐκ τῆς φυλῆς Λευΐ· ὧν τὰ ὀνόματά εἰσι ταῦτα, Ἀσάφ, οἱ υἱοὶ Κορὲ, Αἰμὰν, Αἰθὰμ, Ἰδιθούμ· τούτοις ἀριθμὸς ᾠδῶν παρηκολούθει, ἑκάστῳ ἑβδομήκοντα δύο. οὗτοι

ἵσαντο

ἵσαντο ἐνώπιον τοῦ ἁγιάσματος κυρίου, αἰνοῦντες τὸν πάντων δεσπότην· ὃς μὲν κύμβαλα, ὃς δὲ ψαλτήριον, ὃς δὲ κινύραν, ὃς δὲ κερατίνην, ὃς δὲ κιθάραν ἔχων, ὧν μέσος ἵστατο ὁ Δαβίδ, καὶ οὕτως ἤρχοντο τῶν ᾠδῶν κρατοῦντες ἐπὶ χεῖρας τὰ τοιαῦτα ὄργανα· καὶ ἕκαστος πνεύματι ἁγίῳ κινούμενος ὕμνει τὸν θεόν, καὶ πάντες ἐπεφώνουν τῷ ψάλλοντι τὸ ἀλληλούϊα. Ὁπηνίκα δὲ ἡ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀπέστη χάρις πρὸς βραχύ, τῶν ὀργάνων λοιπὸν μὴ κινουμένων, τὸ τηνικαῦτα εἰκὸς καὶ τὸ διάψαλμα ἔγραφον.

ſtabant in conſpectu ſanctuarij Domini, laudantes Dominum vniuerſorum: vnus quidem cymbala, alius verò Pſalterium, alius fides, alius buccinam, alius citharam habens; quorum medius ſtabat Dauid; atque hoc modo cantica auſpicabantur, tenentes in manibus iſtiuſmodi inſtrumenta; & vnuſquiſq; Spiritu ſancto motus Deum collaudabat, omneſq; pſallenti ſuccinebant Alleluia. *Quando autem Spiritus ſancti gratia ad breue tempus ceſſabat, inſtrumentis deinceps minimè motis, tunc, vti par eſt, vocem iſtam* diapſalma *ſcribebant.*

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΩΝ ΨΑΛΜΩΝ ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΝ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

EVSEBII PAMPHILI IN PSALMORVM ENVMERATIONEM

ARGVMENTVM.

Τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν ἥδε δ' ἂν εἴη ἡ διαίρεσις, ὡς τὰ ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων, αὐτό τε τὸ Ἑβραϊκὸν περιέχει. Εἰς πέντε γὰρ μέρη τὴν πᾶσαν τῶν ψαλμῶν βίβλον παῖδες ἑβραίων διαιροῦσι· Πρῶτον εἰς τοὺς ἀπὸ πρώτου μέχρι τεσσαρακοστοῦ· δεύτερον εἰς τοὺς ἀπὸ τεσσαρακοστοῦ πρώτου μέχρις οα΄· τρίτον εἰς τοὺς ἀπὸ οβ΄ μέχρις πή·

Diuiſio libri Pſalmorum.

LIBRI *Pſalmorum hæc fuerit diuiſio, vt exacta exemplaria atque ipſemet textus Hebraicus exhibent. Hebræi namq; totum librum Pſalmorum in quinque partes diſtribuunt: Prima eſt à primo Pſalmo vſq; ad quadrageſimum; Secunda eſt à quadrageſimo primo vſque ad ſeptuageſimum primum; Tertia, inde vſq; ad octogeſimum octauũ; Quarta,*

Quarta, inde vſque ad centeſimum & quintum; Quinta, ab hoc vſque ad finem libri.

Sine inſcriptione ſunt nouemdecim; inſcripti ſunt centum & triginta & vnus. Eorum qui inſcripti ſunt hæ ſunt diuiſiones: Dauidis *ſeptuaginta*; filiorum Core *vndecim*; Aſaphi *duodecim*; Æthami Iſraëlitæ *vnus*; Salomonis *duo*; Moyſis *vnus*; Anonymi *ſeptemdecim*; *ſub* Alleluia *quatuordecim. Sunt autem anonymi, quicumque titulos quidem habent, ſed non declarant cuiuſnam ſint.*

τέταρτον εἰς τὸν ἀπὸ πθ΄ μέχρις ρε΄· πέμπτον εἰς τὸν ἀπὸ ρς΄ μέχρι τέλους τοῦ βιβλίου.

Ἀνεπίγραφοι ιθ΄· ἐπιγεγραμμένοι ρλα΄. τῶν ἐπιγεγραμμένων αἱ διαιρέσεις τοῦ μὲν Δαβὶδ ο΄. τῶν δὲ υἱῶν Κορὲ ια΄· τοῦ Ἀσὰφ ιβ΄· Αἰθὰμ τοῦ Ἰσραηλίτου α΄· Σολομῶντος β΄· Μωϋσέως α΄· Ἀνώνυμοι ιζ΄· τῶν εἰς τὸ ἀλληλούϊα ιέ. Εἰσὶ δὲ ἀνώνυμοι, ὅσοι ἐπιγραφὰς μὲν ἔχουσιν, οὐ μὴν δηλοῦσι τίνος εἰσίν.

EXPO-

EXPOSITIO PATRVM GRÆCORVM IN PSALMOS,

à BALTHASARE CORDERIO Soc. IESV Doct. Theol. ex diuerſis SAC. CÆS. MAIESTATIS, & SER^MI ELECTORIS BAVARIÆ DVCIS MS. Codicibus hactenus ineditis concinnata, Latinitate donata, & Annotationibus illuſtrata.

IN PSALMVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Ἔστιν ὁ πρῶτος Ψαλμὸς ἠθικὸς, πάντας ὠφελῶν τοὺς ἐθέλοντας ἑαυτοὺς ἐπιδιδόναι τῇ τῶν ἀγαθῶν μελέτῃ· τοὺς εὐσεβεῖς μὲν μακαρίους, τοὺς ἀσεβεῖς δὲ ἀθλίους εἶναι διδάσκων.

Primus Pſalmus moralis eſt; vtilis iis omnibus, qui ſe volunt addicere rerum bonarum meditationi: pios quidem beatos, impios verò miſeros eſſe docens.

PARAPHRASIS.

α΄. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν.

Ἀντὶ τοῦ, ὃς ἀμέτοχος ἀσεβῶν βουλευμάτων ἐγένετο. Ἀσεβῆ δὲ βουλεύματά ἐστι, τὸ νομίζειν μὴ εἶναι Θεὸν, ἢ τὸ ὑποπτεύειν, εἶναι μὲν, μὴ προνοεῖν δὲ τῶν ὄντων.

Καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη.

Οἷον, ὅστις οὐδὲ τὰ ἀνθρώπινα ἥμαρτεν, ἢ ἁμαρτήσας, οὐκ ἔστη, ἀλλὰ ταχέως μετεπήδησεν. Ὁδὸν γὰρ τὴν πρᾶξιν καλεῖ, ὡς τό· Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, ἀντὶ τοῦ, ἐν πράξει.

Καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν.

1. BEATVS vir, qui non abiit in conſilio impiorum.

Id eſt, Qui impiorum commentorum eſt expers. Impia autem commenta ſunt, exiſtimare non eſſe Deum; vel opinari, quidem eſſe, ſed non habere rerum prouidentiam. *Quid ſit impium conſilium.*

Et in viâ peccatorum non ſtetit.

Quaſi diceret, Qui peccata humana non commiſit; vel, ſi commiſerit, non ſubſtitit, ſed illicò reſiliit. Viam enim vocat actionem, iuxta illud: *Beati immaculati in viâ*, id eſt, in actione. *Quid ſit via peccatorum.* Pſal. 118. 1

Et in cathedrâ * peſtilentium non ſedit.

* *Vulgata* peſtilentiæ.

PARAPHRASIS PATRVM.

Peſtilentes qui. Peſtilentes vocat eos, qui non ſolùm ipſi peccant, ſed & alios ad ſimilia inducunt. Beatum itaque prædicat eum qui fugit talium conuerſationem: nam,ſecundùm Apoſtolum,

1. Cor. 15, 33. *corrumpunt mores bonos colloquia praua.* Poſtquam à malo auertit,ad meliora deducit. ſubdit enim:

2. Sed in lege Domini voluntas eius.

Voluntas, id eſt ſtudium, & ſollicitudo, & diligentia eius.

Et in lege eius meditabitur die ac nocte.

Quis beatus. Ac ſi dicat, ſemper. Beatus igitur, inquit, qui impios non ſequitur, qui peccata deteſtatur, qui peſtilentes fugit,& ſe tradit diuinæ legis meditationi, necnon ſemper intentus eſt fructuoſæ contemplationi. Qualis enim talis futurus ſit, ſubiungit:

3. Et erit tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non deflueт.

Vir pius frugiferæ arbori ſimilis. Quemadmodum enim, inquit, lignum, aquæ vicinum, propter continuam irrigationem, fructiferum conſpicitur in tempore opportuno,quinimò etiam foliorum ornatu condecoratur: talis erit etiam homo, cui piarum rerum meditatio eſt quaſi mentis quædam irrigatio, vnde aſſiduò bona ceu fructus optimos proferre poſſit.

Et omnia quæcumque faciet, proſperabuntur.

Ad rem ipſam tranſit à ſimilitudine. Cùm enim lignum tamquam ſimilitudinem aſſumpſiſſet, ad ipſummet exemplum (hominem inquam) pertranſiit. Quoniam huic, inquit, omnia erunt facilia & expedita, cooperante Deo & coadiuuante. Tales quidem, inquit, erunt iuſti. Verùm impij ac peccatores quid?

4. Non ſic impij, non ſic: ſed tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.

Impiorum inſtabilitas pulueri aſſimilata. Quemadmodum iuſto firmitatem tribuit & conſtantiam: ſic impio inanita-

Λοιμοὺς καλεῖ τοὺς οὐ μόνον αὐτοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους πρὸς τὰ ὅμοια ἀναπείθοντας. Μακαρίζει οὖν τὸν ἀποφεύγοντα τὴν τοιούτων συνουσίαν· Φθείρουσι γὰρ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Ἀποστρέψας τοῦ χείρονος, προσάγει τοῖς βελτίοσιν· ἐπάγει γάρ·

β'. Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ.

Τὸ θέλημα, αἰτὶ τοῦ, ἡ σπουδὴ αὐτοῦ, καὶ ἡ φροντὶς, καὶ ἡ ἐμμέλεια.

Καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.

Ἵνα εἴπῃ, διαπαντός. Μακάριος οὖν, φησὶ, ὁ τοῖς ἀσεβέσι μὴ ἀκολουθῶν, ὁ τὰ ἁμαρτήματα μισῶν, ὁ τοὺς λοιμοὺς ἀποφεύγων, καὶ προσάγων ἑαυτὸν τῇ μελέτῃ τοῦ θείου νόμου, καὶ διαπαντὸς ἐχόμενος τῆς ἐγκάρπου μελέτης. Ποταπὸς γὰρ ἔσται ὁ τοιοῦτος, ἐπάγει·

γ'. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται.

Ὡς γὰρ τὸ ξύλον, φησὶ, τὸ παρὰ τὸ ὕδωρ, διὰ τὴν συνεχῆ ἀρδείαν, ἔγκαρπον ὁρᾶται κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα, ἔτι μὴν καὶ ὡραΐζεται τῷ τῶν φύλλων καλλωπισμῷ· οὕτως ἔσται καὶ ὁ ἄνθρωπος, ὃς τὴν μελέτην τῶν ἀγαθῶν ὡς ἀρδείαν ἔχει τῆς διανοίας, ὅθεν ἀεὶ τὰ καλὰ δύναται καρποφορεῖν.

Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ, κατευοδωθήσεται.

Ἐπὶ τὸ πρᾶγμα μετίεισιν ἀπὸ τοῦ παραδείγματος. Τὸ γὰρ ξύλον ὡς ὑπόδειγμα παραλαβὼν, εἰς αὐτὸ διέβη τὸ ἀρχέτυπον, τὸν ἄνθρωπόν φημι. Ὅτι ὁ τοιοῦτος, φησι, πάντα ἕξει εὔκολα καὶ εὔπλατα, τοῦ Θεοῦ συμπράττοντος καὶ συνεργοῦντος. Οὗτοι μὲν οὖν οἱ τοιοῦτοι, φησι. Οἱ δὲ ἀσεβεῖς καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ τί;

δ'. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως· ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

Ὥσπερ ἐπὶ τοῦ δικαίου τὸ βέβαιον εἶπεν καὶ τὸ ἔμπεδον, οὕτως ἐπὶ τοῦ ἀσεβοῦντος τὸ εὐρίπιστον

λου καὶ αἰυπόστατον. Χνοῦς γὰρ τῇ περιφορᾷ τῶν ἀνέμων ἐπακολουθεῖ, καὶ ἰδίαν οὐκ ἔχει βάσιν. Τί οὖν τὸ τέλος;

έ. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων.

Τοὺς μὲν ἀσεβεῖς αὐτοκατακρίτους ἀπεφήνατο εἶναι, οὐδὲ ὄψιν ἰδεῖν δυναμένους τοῦ δικαστοῦ· ἔνθα τυχὸν ἔστι καὶ οἴκτου τυχεῖν, διὰ πολλὴν συγγνώμην τοῦ δικάζοντος. οὔτε οὖν οἱ ἀσεβεῖς ὄψονται, φησί, τὸν κριτὴν, οὔτε οἱ ἁμαρτωλοὶ κοινωνοῦσι τῷ τῶν δικαίων συλλόγῳ.

ς'. Ὅτι γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων.

Τὸ ὅτι γινώσκει, οὐκ ἐπὶ γνώσεως ἔλαβεν, ἀλλ' ἐπὶ οἰκειώσεως καὶ ἐπιμελείας. ἀντὶ τοῦ· οἰκειοῦται γὰρ ὁ θεὸς τῶν δικαίων τὰς πράξεις.

Καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

Τῶν δὲ ἀσεβῶν, φησί, τὰ ἐπιτηδεύματα ἀπωλείᾳ παραδοθήσεται σὺν αὐτοῖς τοῖς ἐργασαμένοις.

tem & inſtabilitatem. Puluis enim ſequitur ventorum circumlationem, neque proprium habet firmamentum. Quis igitur horum finis? *PARAPHRASIS PATRVM.*

5. Ideò non reſurgent impij in iudicio: neque peccatores in concilio iuſtorum.

Impios quidem ſuapte ſententiâ damnatos eſſe declarauit, neque faciem iudicis videre poſſe: vnde fortaſſe etiam miſericordiam obtinerent, propter magnam clementiam iudicantis. Impij ergo, inquit, iudicem non videbunt, neque peccatores communicabunt iuſtorum congregationi. *Impij per ſe damnati.*

6. Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum.

Illud, *Quoniam nouit*, non de notitia accepit, ſed de familiaritate & cura. quaſi dicat: Quoniam ſibi vendicat Deus opera iuſtorum. *Iuſti familiares Deo.*

Et iter impiorum peribit.

Impiorum verò, inquit, molimina interitui tradentur, vnà cum auctoribus ſuis.

COMMENTARIVS.

α'. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΑΝΗΡ.] Μακαριότητος μὲν φύσει ἅπαντες ὀρεγόμεθα, τέλος ἀγαθοῦ τὸ μακάριον ὁριζόμενοι. ἀλλ' ἐπειδή τινες ἐν σωματικοῖς ἀγαθοῖς τοῦτο εἶναι νομίζουσι πλανώμενοι, εἰκότως ὅθεν ἐχρῆν, τὴν ἁρμονίαν ὁ λόγος ἐποίησε τῆς κατὰ θεὸν ὑμνῳδίας, τὸν ἀληθῶς μακάριον, καὶ τέλος ἀγαθοῦ παρὰ θεοῦ ἠξιωμένον ὑπογράφων, καὶ περὶ τοῦ μακαρίου τέλους διδάσκων τὸν ἀρετῆς ἐπιβαίνοντα, καὶ παραμυθεῖται τῷ μακαρίῳ τέλει τὰ δυσχερῆ ὡς μέλλων διδάσκειν ἐπίπονα, Οἱ μὲν οὖν ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγίας πίστεως, μακάριον ἐκεῖνον βούλονται εἶναι, τὸν τοῖς τρισὶ τοῖς διαφόροις τοῦ παρόντος βίου ἀγαθοῖς, τοῖς κατὰ ψυχὴν, τοῖς κατὰ σῶμα, τοῖς κατὰ τὰ ἐκτός. Ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς ὀρθὸς λόγος, μακάριον οἶδε τὸν μήτε κοινωνήσαντα τῇ τῶν ἀσεβῶν βουλῇ, μήτε ἐπεστηρικότα ταῖς τῶν ἁμαρτωλῶν πράξεσι, μήτε ταῖς τῶν λοιμῶν ἑαυτὸν ἐπιβεβαιώσαντα ἀσελγείαις. Μακαρίζει οὖν τὸν ἀποφεύγοντα τῶν τοιούτων τὴν συνουσίαν· ἤτοι τῶν τὸν θεὸν

I. BEATVS VIR.] Beatitudinem quidem naturâ omnes appetimus, finem boni beatitudinem ſtatuentes. Verùm cùm erroneè nonnulli in corporeis bonis hanc ſitam arbitrentur, meritò, vnde conueniebat, diuinæ laudis harmoniam hic ſermo concinnauit, dum verè beatum, & qui à Deo finem boni adeptus eſt, deſcribit, & de beato fine erudit illum qui ad virtutem tendit, nec non beato fine mitigat difficultates, vtpote quæ laboris plena ſunt traditurus. Qui quidem à ſancta fide noſtra ſunt extranei, beatum illum eſſe volunt, qui triplicibus præſentis vitæ, ſcilicet animæ, corporis & externis bonis affluat. At rectus hic noſter ſermo beatum agnouit illum qui non communicauit conſilio impiorum, neque peccatorum facinoribus fuit addictus, neque peſtilentium flagitiis ſe muniuit. Beatum itaque prædicat eum qui fugit talium conuerſationem, ſcilicet eorum qui Deum *Beatitudinis appetitus.* *Quis verè beatus.*

COMMENTARIVS PATRVM.

in veritate non colunt, qui in vita & actionibus peccant, & iniqua docent: (hoc enim cathedra deſignat) ſed è diuerſo in lege Dei totum ſuum ſtudium aſſiduè collocat. Meditatio enim, eſt quidam vſus & exercitatio actionis. Meditabitur autem non ſine animaduerſione, ſed cum motu quodam voluntario; quod pulchrè vocauit *voluntatem*, propter eos qui metu pœnæ rectè agunt. Cùm beatos deprædicaſſet eos qui voluntate ſuâ bonum eligunt (neque enim temerè viæ, & ſtationis, & cathedræ mentionem fecit; ſed rectè ſciens, quomodo cogitatio primùm motionem, deinde ſtationem, denique ſeſſionem ſubeat;) hortatur, vt, ſi quid contrarium admiſerimus, nequaquam illi immoremur, neque id in mente figi permittamus. *Beatus* autem *vir*, & non homo: ſiquidem virilis animi eſt præſtare iſta quæ beatum virum conſequuntur: nam nomen beati, perfectæ virtutis fructus exiſtit. Mulieres tamen à beatitudine non excluſit, ſed ex principaliori totum declarauit: ſiquidem vnius naturæ ſunt vir & mulier. Non dixit autem, *qui non abit*. Qui enim exiſtit in hac vita, necdum beatus dici debet, propter incertitudinem euentus: at qui irrefragabili fine vitam concluſit, hic iam tutò beatus prædicatur. Qualis porrò erit homo ille, qui hæc diligenter exequitur? Nempe qui impios non ſequitur, qui peccata deteſtatur, qui peſtilentes fugit, & permanet in lege Domini.

Meditatio quid.

Virorum eſt tendere ad perfectionem.

In hac vita nemo beatus.

3. ET ERIT TAMQVAM LIGNVM.] Pulchrum ſanè boni-operis præmium! Qui enim diuinæ legi vacat, & riuulis eius irrigatur (nam & Chriſtus doctrinam ſuam aquæ comparauit, dicens: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.*) aſſimilatus eſt arbori iuxta aquas conſtitutæ, ſemper florenti, ſemper maturis frugibus onuſtæ. Siquidem athletæ virtutis, in futura quidem vita laborum fructus referent; attamen etiam hîc ſpe bonâ tamquam foliis quibuſdam obumbrantur, atque animi alacritate laborum moleſtiam fallunt. Tali omnia rectè ſuccedent. Nihil enim diuinis legibus contrarium perpetrabit, cum legis decreto voluntatem conformans. Hic quidem ſic; ſed quid impij?

Probi à Deo irrigantur.

Ioan. 7, 37.

ἐν ἀληθείᾳ μὴ σεβομένων, τῶν ἐν βίῳ καὶ πράξεσιν ἁμαρτανόντων, τῶν διδασκόντων τὰ ἄνομα· (τοῦτο γὰρ ἡ καθέδρα) τοὐναντίον δὲ ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ τὴν πᾶσαν ἑαυτοῦ σχολὴν αἰνδ ὄντως πεποιημένον. Μελέτη γὰρ τριβή τίς ἐστι καὶ γυμνασία πράγματος. Μελετήσει δὲ οὐκ ἀπροσεκτῶς, ἀλλὰ μετὰ ἑκουσίου ῥοπῆς. ὃ θέλημα εἶπε καλῶς, διὰ τοὺς φόβῳ κολάσεως δὲ πράττοντας. Μακαριζομένων τῶν προαιρέσει τὸ καλὸν αἱρουμένων (καὶ γὰρ οὐδὲ ὁδοῦ ἁπλῶς, καὶ στάσεως, καὶ καθέδρας ἐμνημόνευσεν, ἀλλ' εἰδὼς ὡς κίνησιν πρῶτον ὁ λογισμὸς ὑπομένει, εἶτα στάσιν, εἶτα ἱδρύσιν) παραινεῖ, εἰ καί τι παραδεξαίμεθα ἐναντίον, μὴ ἐγχρονίσαι τούτῳ, μηδὲ παγιῶσαι ἀφεῖναι τοῦτο ἐν διανοίᾳ. Μακάριος δὲ ἀνὴρ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. ἀνδρικῆς γὰρ τὸ ταῦτα κατορθῶσαι ψυχῆς, ἃ τῷ μακαρίῳ ἀνδρὶ ἐπακολουθεῖ· τῆς γὰρ κατ' ἀρετὴν τελειώσεως ὑπάρχει καρπὸς τὸ μακάριος ὄνομα. Οὐκ ἀπέκλεισε δὲ τοῦ μακαρισμοῦ τὰς γυναῖκας, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἡγεμονικωτέρου τὸ ὅλον ἐνεδείξατο. Μιᾶς γὰρ φύσεως, καὶ ἀνὴρ καὶ γυνή. Οὐκ εἶπε δέ· ὃς οὐ πορεύεται. ὁ μὲν γὰρ ἐν τῷ βίῳ τυγχάνων, οὔπω μακαριστὸς, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως. ὁ δὲ ἀναντιῤῥήτῳ τέλει τὴν ζωὴν καταλείσας, οὗτος ἤδη ἀσφαλῶς μακαρίζεται. Τίς δὲ ὁ ταῦτα φιλεργῶν ἄνθρωπος ἔσται; ἤτοι ὁ τοῖς ἀσεβέσι μὴ ἀκολουθῶν, ὁ τὰ ἁμαρτήματα μισῶν, ὁ τοὺς λοιμοὺς ἀποφεύγων, καὶ μένων ἐν νόμῳ κυρίου.

γ'. ΚΑΙ ΕΣΤΑΙ ΩΣ ΤΟ ΞΥΛΟΝ.] Καλὸς τοῦ κατορθώματος ὁ μισθός. Ὁ γὰρ τῷ θείῳ σχολάζων νόμῳ, καὶ τοῖς ἐκ τούτου νάμασιν ἀρδευόμενος, (ὕδατι δὲ καὶ ὁ Χριστὸς τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν παρείκασεν, εἰπών. Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω.) τῷ παρ' ὕδασιν ἑστῶτι δένδρῳ ἀπεικάσαι, ἀεὶ τεθηλότι, ἀεὶ βρίθοντι τοῖς ὡραίοις. καὶ γὰρ οἱ τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ τοὺς μὲν τῶν πόνων καρποὺς κατὰ τὸ μέλλον κομίσονται, οἷον δέ τισι φύλλοις κἀντεῦθεν τῇ ἀγαθῇ ἐλπίδι κατασκιάζονται, καὶ κλέπτουσι τῇ ψυχαγωγίᾳ τὴν τῶν πόνων βαρύτητα. Τῷ τοιούτῳ πάντα εὐοδωθήσεται. οὐδὲν γὰρ ἐναντίον τοῖς θείοις νόμοις διεπράξηται, τῷ τοῦ νόμου βουλήματι συναρμόττων τὸ θέλημα. Οὗτος μὲν οὖν οὕτως. οἱ δὲ ἀσεβεῖς τί;

δ'. ΟΥΧ

δ'. ΟΥΧ ΟΥΤΩΣ ΟΙ ΑΣΕΒΕΙΣ, ΟΥΧ ΟΥΤΩΣ.] Τῷ διπλασιασμῷ τῆς ἀπαγορεύσεως, τὸ τοῦ συμπτώματος ἀληθέστατον ἐμπεδοῖ. Ἀπεναντίας δὲ τῷ τοῦ μακαριζομένου ἀνδρὸς ὑποδείγματι, τὸ περὶ τοῦ ἀσεβοῦς ὁμοίωμα τέθειται. Ὕδωρ μὲν γὰρ ἐκεῖ ἀναψύχουσα φύσις τὴν μακαρίαν ψυχὴν, καὶ πρὸς γόνιμον ἀναζωπυροῦσα δύναμιν· ἐνταῦθα δὲ χνοῦς καὶ ἄνεμος. Φέρεται γὰρ καὶ σκεδάννυται τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον. Ὅμοιος γὰρ γίνεται κονιορτῷ, οὐδὲν γὰρ ἔχων συνεστὸς καὶ συσφίγγον ἰκμάδος χρηστῆς, ὡς μὴ ῥᾳδίως ἐξαιμοῦσθαι ταῖς περιστάσεσιν, ἀλλ' ἀγόμενος καὶ περιφερόμενος ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν πρὸς ἀνυπαρξίαν αὐτοῦ μοχθηραῖς συναπολλύμενος ὑπολήψεσιν, ὡς μὴ ἂν ἔτι ἐσόμενος μετὰ τελευτήν.

ε'. ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΟΥΚ ΑΝΑΣΤΗΣΟΝΤΑΙ ΑΣΕΒΕΙΣ.] Ἀντὶ τοῦ, αὐτοκατάκριτοι ἔσονται φησι, οὐδὲ ὄψιν ἰδεῖν τοῦ δικαστοῦ τολμῶντες, ἔνθα τυχὸν ἐξῆν καὶ οἴκτου τυχεῖν διὰ συγγνώμην τοῦ δικάζοντος. Οὐ γὰρ ἂν εἰς δικαίωσιν ἀνασταῖεν, οἷς μηδὲν τῶν θεοφιλῶν ἐπιτετήδευται· οὐδὲ ὑφ' ἑτέρου τινὸς λάβοιεν κρίσιν, οἱ πονηρῷ συνειδότι πρὸς τὸ αὐτοκατάκριτον οἰστρηλατούμενοι, τῷ μηδὲ προσεῖναί τινος αὐτοῖς παρρησίας. Ἀλλ' οὐδὲ βουλῇ φησὶ συνεδρεύσουσι δικαίων. ὅπερ ὁ Σύμμαχος ἐν συναγωγῇ εἶπεν, ὁ δὲ Θεοδοτίων ἐν συλλόγῳ. Ἀμφότεροι γὰρ, εἴτε ἀσεβεῖς, εἴτε ἁμαρτωλοὶ, ἐπεὶ μή τινα καρπὸν παραπλησίως τοῖς δικαίοις ἤνεγκαν, εἰς κρίσιν οὐκ ἀναστήσονται, ἅτε μὴ ἐλέγχων δεόμενοι. Ὁ γὰρ μὴ πιστεύων, φησὶ, εἰς ἐμὲ, ἤδη κέκριται.

ς'. ΟΤΙ ΓΙΝΩΣΚΕΙ.] Ἐκ τῆς αἰτίας αὐτοὺς ἐλέγχει. Ἔγνω γὰρ κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· εἰδὼς δὲ καὶ πρὸ κρίσεως· Οὐχ ὅτι γὰρ ἀγνοεῖ τὰ τῶν ἀσεβῶν εἴρηται, Γινώσκει ὁδὸν δικαίων· ἀλλὰ διὰ τὸ ἀνάξια εἶναι τῆς γνώσεως αὐτοῦ τὰ ἐκείνων. οὕτω καὶ παραβάντος Ἀδὰμ πυνθάνεται ποῦ εἶ, ὡς μὴ εἰδώς. Ὁδὸν δὲ ἀσεβῶν τὰ ἐπιτηδεύματά φησι, τὴν ἁμαρτίαν, ἣν καὶ ἀπολεῖσθαι λέγει· ὡς ἐν τῷ, Ζητηθήσεται ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ εὑρεθήσεται. Καὶ εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, τῶν μὲν γὰρ δικαίων τὸ ἔργον μένει· τοῖς δὲ ἀσεβέσι καὶ ἡ πονηρία συγκαταλύεται.

4. NON SIC IMPII, NON SIC.] Negationis geminatione, certam ac veriſſimam ruinam confirmat. Iſti autem exemplo viri qui beatus prædicandus eſt, contraria hîc de impio ſimilitudo proponitur. Illic enim aqua ponitur, quæ ſuapte naturâ refocillet animam beatam, & ad fecunditatem excitet; hîc verò, puluis & ventus. Fertur enim & diſſipatur ſimili ſimile. Nam ſimilis fit pulueri, cùm nihil habeat boni humoris, quod ipſum contineat & conſtringat, ne facilè rerum euentibus diſtrahatur; ſed agitur & circumfertur in alea hominum, & peruerſis ſuis cogitationibus quaſi ad nihilum redigitur, ac ſi non ampliùs futurus eſſet poſt mortem.

COMMENTARIVS PATRVM. *Impij diſſipantur vt puluis.* Epheſ. 4, 15.

5. IDEO NON RESVRGENT IMPII.] Id eſt, ſuapte, inquit, ſententiâ damnati erunt, neque iudicis faciem aſpicere audebunt, vnde licuiſſet etiam miſericordiam obtinere, propter indulgentiam iudicantis. Neque enim reſurgere valeant ad iuſtificationem, qui nihil egerint Deo gratum; neque ab alio quopiam ſententiam accipere poſſint, qui prauâ conſcientiâ ſtimulati, ipſi ſe condemnant, ita vt nulla illis reliqua ſit libertas. Sed neque concilio, inquit, iuſtorum aſſidebunt. Quod Symmachus, in ſynagoga dixit; Theodotion verò, in congregatione. Vtrique enim tam impij, quàm peccatores, cùm nullum ſicut iuſti fructum tulerint, in iudicium minimè reſurgent, vtpote qui non indigeant examine. Qui enim, inquit, non credit in me, iam iudicatus eſt.

Impij coram Deo iudice non ſubſiſtunt. Ioan. 3, 18.

6. QVONIAM NOVIT.] Ex crimine ipſos confundit. *Nouit* enim *Dominus qui ſunt eius*; quin etiam nouit ante iudicium. Non enim quòd ignoret facta impiorum, dictum eſt, *Nouit viam iuſtorum*; ſed, quòd illa quæ ipſorum ſunt, indigna ſint eius cognitione. Sic etiam cùm Adam præuaricatus eſſet, ſciſcitabatur vbi eſſet, ac ſi non ſciret. Viam autem impiorum vocat ſtudia eorum, nempe peccatum, quod etiam diſperdendum dicit, iuxta illud: Quæretur peccatum eius, & non inuenietur. Et ſi alicuius opus comburatur, iuſtorum ſanè opus manet. Simul autem cum impiis etiam nequitia diſſoluitur.

2. Tim. 2, 19. *Deus probos acceptat, malos reprobat.*

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

Nomen beati cui competat.

1. BEATVS VIR.] THEODORETI. Nomen *beati*, titulus eſt diuinus, atque huius rei teſtis eſt diuinus Apoſtolus, exclamans: *Beatus, & ſolus potens, Rex regum, & Dominus dominantium.* Deus autem fecit homines, vt aliarum appellationum, ſic etiam huius nominis participes. Hoc nomen igitur *beatus*, eſt fructus, qui ex perfectione virtutis percipitur.

1.Tim.6.

Beatitudo bonorum baſis ac finis.

CHRYSOSTOMI. Ceterorum omnium baſis ac fundamentum eſt beatitudo, quę in Pſalmis neceſſariò pro coronis proponitur, ſui amatores ad victoriam inungens. Beatus qui in fine huius exiſtit; quippe qui conſilium quidem impiorum alacriter effugit, in via verò peccatorum pedem non figet, neq; in cathedra peſtilentium quieſcet vmquam. Conſilium enim impiorum, vt inquit Iſaias, ipſum diabolum deſignat; conſilium verò piorum Chriſtus eſt, qui etiam reperitur eſſe via, & cathedra. Via quidem, vt quæ ad Patrem adducat; cathedra verò, vt quæ quietem præbeat deficientibus in hac vita. *Venite* enim, inquit, *omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.*

Cõſiliarius impiorum diabolus: piorum Chriſtus.

Matth.11, 28.

BASILII. Quoniam multa, eaque difficilia, & mille ſudoribus ac laboribus referta, in decurſu orationis ſuaſurus erat; pietatis pugilibus per anticipationem beatum finem demonſtrauit: vti repoſitorum bonorum ſpe fulti, hilariter præſentis vitæ moleſtias toleremus. Eſt itaque propriè quidem ac primariò beatum prædicandum id quod eſt verè bonum, hoc eſt Deus. Verùm homines imperiti, ac mundi amatores, naturam boni ignorantes, ſæpenumerò beata dicunt ea quæ nullius ſunt valoris; verbi gratiâ diuitias, ſanitatem, vitæ ſplendorem, quorum nihil ſuapte naturâ bonum exiſtit. Beatus igitur qui plurimas res dignas poſſidet, & eorum, quæ auferri nequeunt, bonorum particeps exiſtit.

Propoſita beatitudo animat ad labores.

Qui veram beatitudinem, & qui falſam ſectentur.

ANONYMI. Atqui cur ſunt *beati qui ambulant in lege Domini?* Quia nimirum hi qui bonum operantur, in ipſo opere ſententiam obtinent: qui verò malum fugiunt, non quòd ſemel iterumque peccatum fugerint,

In lege Domini ambulandum.

Non ſatis eſt ſemel malum effugiſſe.

α. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΑΝΗΡ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ μακάριος ὄνομα θεία ὑπάρχει προσηγορία, καὶ μάρτυς τούτου ὁ θεῖος Ἀπόστολος βοῶν· Ὁ μακάριος, καὶ μόνος δυνάστης, βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων. Μετέδωκε δὲ καὶ τούτου τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων, ὁ δεσπότης θεός. Τὸ οὖν μακάριος ὄνομα, τῆς κατ᾽ ἀρετὴν τελειότητος ὑπάρχει καρπός.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πάντων τῶν ἄλλων κρηπίς ἐστιν ἡ μακαριότης, ἥτις ἐν ψαλμοῖς ἀναγκαίως ἀντὶ στεφάνων προτίθεται τοὺς αὐτῆς ἐραστὰς πρὸς νίκος ἀλείφουσα. ἧς ὁ ἐν τῷ τέλει γινόμενος μακάριος, ὃς φεύγει μὲν προθύμως τὴν βουλὴν τῶν ἀσεβῶν, εἰς ὁδὸν δὲ ἁμαρτωλῶν οὐ μὴ ἐρείσει τὸν πόδα, οὐδὲ ἐν καθέδρᾳ λοιμῶν ἀναπαύσεταί ποτε. ἡ γὰρ βουλὴ τῶν ἀσεβῶν, ὥς φησιν Ἡσαΐας, αὐτὸν αἰνίσσει τὸν διάβολον· ἡ δὲ βουλὴ τῶν εὐσεβῶν ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὅστις εὑρίσκεται καὶ ὁδὸς, καὶ καθέδρα. Ὁδὸς μὲν ὡς πρὸς αὐτὸν ἀνάγουσα τὸν πατέρα· καθέδρα δὲ ὡς ἀναπαύουσα τοὺς ἐκλυομένους ἐν τῷ βίῳ. Δεῦτε, γάρ φησι, πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἐπειδὴ πολλὰ, καὶ ἐπίπονα, καὶ μυρίων ἱδρώτων καὶ πόνων γέμοντα, διηγεῖσθαι μέλλει προϊόντος τοῦ λόγου, τοῖς εὐσεβείας ἀγωνισταῖς προλαβὼν ὑπέδειξε τὸ μακάριον τέλος, ἵνα τῇ ἐλπίδι τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν, ἀλύπως τοῦ βίου τὰ ἀλγεινὰ διαφέρωμεν. Ἔστι μὲν οὖν κυρίως καὶ πρώτως μακαριστὸν τὸ ἀληθινῶς ἀγαθὸν, τοῦτο δέ ἐστιν ὁ θεός. Ἀμαθεῖς δὲ ἄνθρωποι, καὶ φιλόκοσμοι, ἀγνοοῦντες αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ τὴν φύσιν, μακαρίζουσι πολλάκις τὰ μηδενὸς ἄξια, πλοῦτον, ὑγίειαν, περιφάνειαν βίου, ὧν οὐδέν ἐστιν ἀγαθὸν τῇ ἑαυτοῦ φύσει. Μακάριος οὖν ὁ τὰ πλεῖστα ἄξια κεκτημένος, καὶ τῶν ἀναφαιρέτων ἀγαθῶν μέτοχος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ διὰ τί μακάριοι οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ κυρίου; Ὅτι οἱ τὸ ἀγαθὸν ἐργαζόμενοι ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ τὸ ἀποδεικτικὸν ἔχουσιν· οἱ δὲ τὸ κακὸν φεύγοντες, οὐκ ἐὰν ἅπαξ ἢ δεύτερον φύγωσι τὴν ἁμαρτίαν,

ἐπαινετοὶ,

ἐπαινετόν, ἀλλ' ἐὰν δυνηθῶσι τοῦ κακοῦ τὴν πεῖραν εἰς τὸ παντελὲς διαδρᾶναι. Διὰ τί δὲ μὴ τὸν κατορθοῦντα τὴν ἀρετὴν μακαρίζει, ἀλλὰ τὸν μὴ πεποιηκότα τὴν ἁμαρτίαν; οὕτω γὰρ καὶ ἵππος, καὶ βοῦς μακαρισθήσεται, καὶ λίθος. Μικρὸν ἀναμείνας, εὑρήσεις τὸ ἴαμα. ἐπάγει γάρ· Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ. Θείου δὲ νόμου μελέτη ἐπὶ τὸ λογικὸν μόνον πίπτει. Πρὸς τούτοις ἀρχὴ πρὸς τὴν ἀνάληψιν τῶν καλῶν, ἡ ἀναχώρησις τῶν κακῶν. Ἔκκλινον γάρ, φησιν, ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. Εἰ γὰρ εὐθὺς προσέβαλέ σοι τὰ τέλεια, ἀπώκνησας ἂν πρὸς τὴν ἐγχείρησιν· νῦν δὲ τοῖς εὐληπτοτέροις προσεθίζει, ἵνα κατατολμήσας τῶν ἐφεξῆς. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ κλίμακος, πρώτη ἀνάβασις ἡ τῆς γῆς ἀναχώρησις· οὕτως ἐπὶ τῆς κατὰ θεὸν προκοπῆς ἀρχή ἐστιν ὁ χωρισμὸς τοῦ κακοῦ. Ἀλλὰ καὶ πάσης πράξεως ἀργία τῆς ἐνεργείας εὐαρεστέρα. ὁποῖον τό· Οὐ μοιχεύσεις, οὐ πορνεύσεις, καὶ τὰ ἑξῆς, ψυχῆς ἤδη νεανικῆς καὶ ἀθλητῶν ἐνεργήματα. Τρία δὲ προέβαλεν ἡμῖν τὰ φυλακῆς ἄξια. Μὴ πορευθῆναι ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, μὴ στῆναι ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν, μὴ καθεσθῆναι ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν· τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἑπόμενος, τὴν τάξιν ταύτην τοῖς εἰρημένοις ἐπέθηκε. βουλευόμεθα γὰρ πρῶτον, εἶτα ἱστάμεθα τὸ βούλευμα, εἶτα τοῖς βουλεύμασιν ἐναπομένομεν. Ἐπεὶ δὲ ἀσέβεια κυρίως λέγεται ἡ εἰς θεὸν ἁμαρτία, μὴ γένοιτό ποτε δέξασθαι ἡμᾶς ἐξ ἀπιστίας ἀμφιβολίαν θεοῦ. Ἐὰν εἴπῃς ἐν καρδίᾳ σου· ἆρα ἐστὶ θεὸς οἰκονομῶν τὰ καθ' ἕκαστον; ἆρα κρίσις; ἆρα ἀνταπόδοσις; εὑρέθης ἐν βουλῇ ἀσεβῶν.

ΟΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐνθάδε μὲν διὰ τὸ σπάνιον τῶν πάλαι κατορθούντων, ἕνα τινὰ μακαρίζει· ὁ δὲ σωτὴρ ἡμῶν πλείονας ποιῶν μακαρίους, πληθυντικῶς τοὺς μακαρισμοὺς προφέρεται. Πάντων δὲ πρῶτος αὐτὸς ἂν εἴη ὁ μακαριζόμενος, διὸ καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀνοίσει τις τὸν παρόντα ψαλμόν, ἅτε γενόμενον ἄνδρα τῆς νύμφης αὐτοῦ ἐκκλησίας. Τοῦτο δὲ ἔοικεν ἑβραϊκὴ φωνὴ παριστᾶν, καθ' ἣν μακάριος ὁ ἀνήρ, μετὰ τοῦ ἄρθρου προσθήκης εἴρηται. Καὶ ποίαν ἐχρῆν εἶναι ψαλμῶν ἀρχήν, ἢ τὴν κατὰ τὸν σωτῆρα ἀνθρώπου τὸν μακαρισμὸν περιέχοντα, τοὺς ἐπαίνους αὐτοῦ, ἐν ἀποχῇ μὲν τῶν χειρόνων, μελέτῃ δὲ καὶ πράξει τῶν βελτιόνων, καὶ τῇ ἐξομοιώσει τῇ πρὸς

laude digni ſunt, ſed ſi omnino valuerint mali periculum euitare. Verùm cur non virtutis cultorem, ſed eum qui peccatum non fecit, beatum prædicat? Sic enim etiam equus, & bos, & lapis beatus dici poſſet. Expecta paululùm, & reperies medelam ſeu moderationem. ſubiungit enim: *Sed in lege Domini voluntas eius.* Diuinæ autem legis meditatio ſolummodò cadit in eum qui particeps ſit rationis. Adhæc, principium ſuſcipiendi bona, eſt receſſio à malis: *Declina* enim, inquit, *à malo, & fac bonum.* Nam ſi ſtatim tibi illa quæ perfecta ſunt propoſuiſſet, ad eadem amplectenda ſegnior extitiſſes; nunc verò facilioribus aſſuefacit, vt audeas etiam cetera. Quemadmodum enim in ſcala, primus adſcenſus eſt à terra receſſus; ſic etiam diuini profectus initium eſt receſſus à malo. Quin & omnis actionis ceſſatio, facilior eſt operatione. Quale eſt illud: Non mœchaberis, non fornicaberis, & cetera animæ adhuc iuuenilis & athletarum exercitia. Porrò tria nobis propoſuit obſeruatione digna, ſcilicet, Non abiiſſe in conſilio impiorum, non ſtetiſſe in via peccatorum, non ſediſſe in cathedra peſtilentium; naturam rerum ſecutus, ordinem hunc in iis, quæ dicta ſunt, poſuit. Primùm enim conſultamus, deinde id quod conſultum eſt ſtatuimus, denique in decretis perſiſtimus. Cùm verò impietas propriè dicatur peccatum contra Deum, numquam eueniat; vt ex incredulitate nos Dei capiat dubitatio. Si dixeris in corde tuo: Eſtne Deus ſingula gubernans? eſtne iudicium: eſtne retributio? inuentus es in conſilio impiorum.

CATENA PATRVM.

verſ. 2.

Primus gradus ad virtutem eſt mali fuga.

Pſal. 36, 27.

Præcepta prima ſunt de ceſſatione à malo.

ORIGENIS. Hîc quidem, ob eorum qui olim benè agebant paucitatem, vnum quempiam beatum prædicat: at Saluator noſter plures beatos efficiens, pluraliter beatitudines pronuntiat. Ceterùm, cùm ipſe primus ſit beatus prædicandus, vtique etiam quis ad ipſum, Pſalmum hunc referre poſſit, vtpote qui vir factus ſit ſponſæ ſuæ Eccleſiæ. Quin verò etiam hoc Hebraica vox declarare viſa eſt, ſecundùm quam *Beatus vir*, cum articuli additione prolatum eſt. Atqui quale oportebat eſſe principium Pſalmorum, niſi quod iuxta Saluatorem hominis beatitudinem continebat, cuius laudes ſunt in abſtinentia quidem prauorum, in meditatione verò & actione bonorum, & vnigeniti

Cur Pſalmiſta vnum beatum, Chriſtus plures aſſignet.

In quo ſita ſit laus hominis.

aſſimi-

CATENA PATRVM. *Chriſtus lignum vitæ. Decurſus aquarum quid myſticè.*

aſſimilatione? qui cùm ſit ſapientia, lignum quidem vitæ in Prouerbiis à Salomone nuncupatus eſt: nunc autem lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quæ ſunt ſermones fuſiores, vel lege dialecticâ diſtinguibiles: cuius ligni fructus quidẽ ſunt primordialia dogmata, ſolia verò dictiones, & vocabula.

Cur non Angelum, non infantem, non mulierem beatam dicat.

ASTERII. Dauid, tamquam Chriſti diſcipulus, à beatitudine doctrinæ ſumpſit exordium. Angelos autem non vocat beatos: Angelus enim in conſiliis impiorum non ambulat, ſed nec infans, quia rationis impos eſt: quin nec feminæ, quando nec omnis quidem vir, tametſi naturâ talis ſit. Quemadmodum autem is qui malam vocem habet, dicitur non habere vocem: ſic impij vocantur, qui Deum non colunt cum veritate.

1. Tim. 6, 15.
1. Cor. 1, 9.
Deut. 32, 4.
Pſal. 81, 6.
Nomen beatus fructus perfectionis.

THEODORI ANTIOCHENI. Cùm Deus propriè beatus ſit (Paulus enim ait: *Beatus ac ſolus potens*) huius nos appellationis participes effecit, vt qui etiam fidelis dictus ſit: *Fidelis* enim, inquit, *Deus, per quem vocati eſtis.* Et, *Deus fidelis, & non eſt iniquitas in ipſo.* Sic etiam Deos vocat, iuxta illud: *Ego dixi, Dij eſtis.* Nomen itaque beati, fructus eſt perfectionis in virtute.

Via peccatorum diabolus.
Iac. 4, 7.
Ioan. 14, 6.

ET IN VIA PECCATORVM.] THEODORETI. Licet viam peccatorum intelligere diabolum: in qua qui exiſtit, haud permaneat, iuxta illud: *Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis.* Qui enim non ſtat in illa, perueniet ad Dominum dicentem: *Ego ſum via.*

Hæc vita via eſt.
Malum irrepit cum vſu rationis.
Rom. 7, 9.

BASILII. Via vita dicitur, quòd per eam quilibet natus properet ad finem. Hoc autem, *Non ſtetit*, quid ſibi vult? In prima adhuc ætate exiſtentes homines, nec in malitia ſumus, nec in virtute, quòd ætas iſta habitus vtriuſque minimè ſit capax: poſtquam autem ratio noſtra fuerit completa, tunc fit quod ſcriptum eſt: *Sed cùm veniſſet mandatum, peccatum reuixit: ego autem mortuus ſum.* Repullulant enim prauæ ex carnis affectibus cogitationes animis noſtris innatæ. Reuerà namque vbi mandatum venit, hoc eſt cognitio boni, ſi prauæ cogitationi non præualuerit, ſed ratio permittatur ab affectionibus captiuari; reuixit quidem peccatum, mens verò mortua eſt, cùm per delicta interierit. Beatus igitur qui non eſt immoratus in via peccatorum, ſed meliora cogitans ad piam ſe recepit exercitationem.

τὸν μονογενῆ; ὅστις σοφία ὤν, ξύλον μὲν ζωῆς ἐν παροιμίαις εἴρηται ὑπὸ Σολομῶντος, νῦν δὲ ξύλον πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὅπερ λόγων διεξοδικῶν, ἢ νόμῳ διαλεκτικῷ διαιρετῶν· οὗ ξύλου καρποὶ μὲν τὰ πρεσβεύομενα δόγματα, φύλλα δὲ αἱ λέξεις, καὶ τὰ ῥήματα.

ΑΣΤΕΡΙΟΥ. Ὡς μαθητὴς δὲ τοῦ Χριστοῦ Δαβὶδ ἀπὸ μακαρισμοῦ ἤρξατο τῆς διδασκαλίας. Ἀγγέλους δὲ οὐ μακαρίζει· ἄγγελος γὰρ ἐν βουλαῖς ἀσεβῶν οὐ πορεύεται· ἀλλ' οὐδὲ βρέφος, ἀνόητον γάρ· ἀλλ' οὐδὲ γυναῖκας· ἐπεὶ μηδὲ πᾶς ἀνὴρ, εἰ καὶ κατὰ φύσιν τοιοῦτος. ὡς δὲ κακόφωνος ἄφωνος λέγεται· οὕτως ἀσεβεῖς οἱ τὸν θεὸν μὴ σὺν ἀληθείᾳ σεβόμενοι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ. Κυρίως δὲ μακάριος ὢν ὁ θεὸς (Παῦλος γάρ φησιν, ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης) μετέδωκε ταύτης τῆς προσηγορίας ἡμῖν, ὡς καὶ πιστὸς καλούμενος. πιστὸς γάρ, φησιν, ὁ θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε. καὶ, θεὸς πιστὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. οὕτως καὶ θεοὺς καλεῖ, κατὰ τὸ· Ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε. Τὸ οὖν μακάριος ὄνομα, τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος ὑπάρχει καρπός.

ΚΑΙ ΕΝ ΟΔΩ ΑΜΑΡΤΩΛΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἔστιν ὁδὸν ἁμαρτωλῶν ἐννοεῖν τὸν διάβολον, ἐν ᾗ ὁ γενόμενος μὴ ἐμμενέτω, κατὰ τὸ, Ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. Ὁ γὰρ μὴ στὰς ἐν αὐτῇ, πρὸς κύριον ἥξει, τὸν εἰπόντα· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ὁδὸς ὁ βίος εἴρηται, διὰ τὴν πρὸς τὸ τέλος ἑκάστου τῶν γενομένων ἔπειξιν. Τὸ δὲ, οὐκ ἔστη, τί ἐστιν; ἔτι ἐπὶ τῆς πρώτης ἡλικίας ὄντες οἱ ἄνθρωποι, οὔτε ἐν κακίᾳ ἐσμὲν, οὔτε ἐν ἀρετῇ· ἀνεπίδεκτος γὰρ ἡ ἡλικία τῆς ἕξεως ἑκατέρας· ἐπειδὰν δὲ ὁ λόγος ἡμῶν συμπληρωθῇ, τότε γίνεται τὸ γεγραμμένον· Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἔζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον. ἐπανατέλλουσι γὰρ λογισμοὶ πονηροὶ ἐκ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐντικτόμενοι. Τῷ ὄντι γὰρ ἐλθοῦσα ἡ ἐντολὴ, τουτέστιν ἡ διάγνωσις τοῦ καλοῦ, ἐὰν μὴ κρατήσῃ τοῦ χείρονος λογισμοῦ, ἀλλὰ συγχωρήσει ὑπὸ τῶν παθῶν ἀνδραποδισθῆναι τὸν λογισμὸν, ἀνέζησε μὲν ἡ ἁμαρτία, ἀπέθανε δὲ ὁ νοῦς, νεκρὸς γενόμενος τοῖς παραπτώμασι. Μακάριος οὖν ὁ μὴ ἐγχρονίσας τῇ ὁδῷ τῶν ἁμαρτανόντων, ἀλλὰ λογισμοῖς βελτίοσι πρὸς τὴν εὐσεβῆ πολιτείαν μεταπηδήσας.

Καθέδραν

Καθέδραν δὲ τὴν ἑδραίαν καὶ μόνιμον λέγει ἐν τῇ κρίσει τῆς κακίας διατριβὴν, ὃ φυλακτέον ἡμῖν· διότι τὸ φιλοπόνως προσδιατρίβειν ταῖς ἁμαρτίαις, ἕξιν τινὰ δυσκίνητον ταῖς ψυχαῖς ἐμποιεῖ. Παλαιωθὲν γὰρ πάθος τῆς ψυχῆς, καὶ κακοῦ μελέτη χρόνῳ βεβαιωθεῖσα, δυσίατός ἐστιν, ἢ καὶ ἀνίατος παντελῶς, εἰς φύσιν ὡς τὰ πολλὰ τοῦ ἔθους μεθισταμένου. Φασὶ δὲ τὸν λοιμὸν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, ἐπειδάν τινος ἅψηται, κατὰ διάδοσιν ἐπὶ πάντας τοὺς ἐγγίζοντας νέμεσθαι. τοιοῦτοι δέ τινές εἰσι καὶ οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας. Ἄλλος γὰρ ἄλλῳ τῆς νόσου μεταδιδόντες, συννοσοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ συναπόλλυνται.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πρῶτοί εἰσιν, οἱ τῆς ψευδωνύμου ἔχοντες γνῶσιν, μηδὲν ἔχοντες ἑστηκὸς, ἀλλ' ἀνεξετάστοις κινούμενοι λογισμοῖς ἐν οἷς ἂν βουληθῶσιν. Οἱ ἀσεβεῖς δεύτεροι πάντες, οἱ μετὰ γνῶσιν ἀληθείας ἐξαμαρτάνοντες. Οἱ δὲ λοιμοὶ τρίτοι, μὴ μόνον νοσοῦντες, ἀλλὰ καὶ φθοροποιοῦ διδασκαλίας μεταδιδόντες τοῖς ἄλλοις, ἢ κατὰ γνῶσιν, ἢ κατὰ πρᾶξιν, ἢ κατ' ἀμφότερα. οἱ καὶ ἐνίδρυνται τῷ κακῷ τῶν δευτέρων ἑστηκότων ἐν ἁμαρτίαις, τῶν δὲ πρώτων ὁδευόντων ἐν πλάνῃ. Ὁ δὲ πάντων τούτων ἀπηλλαγμένος, μακάριος.

ΑΣΤΕΡΙΟΥ. Διδασκαλίας δὲ ἡ καθέδρα, κατὰ τὸ, ἐπὶ τῆς καθέδρας Μωσέως.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἔστι δὲ ἁμαρτωλῶν ὁδὸν εἰπεῖν τὸν διάβολον, ἐν ᾗ ὁ γενόμενος μὴ ἐμμενέτω, κατὰ τό· Ἀντίστητε διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. Ὁ γὰρ μὴ στὰς ἐν αὐτῇ πρὸς κύριον ἥξει εἰπόντα· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· ἐν ᾗ γενόμενος κατὰ σκοπὸν δραμὼν, τεύξεται τοῦ βραβείου.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Δεῖ γὰρ πρῶτον κατορθῶσαι τὴν εὐσέβειαν, καὶ τότε τὴν τοῦ βίου πολιτείαν ῥυθμίζεσθαι. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν μὴ πορευθῆναι, ἐνταῦθα δὲ τὸ μηδὲ στῆναι προσέταξεν. ἵνα τῆς μὲν ἀσεβείας μηδ' ὅσον ἐν παρόδῳ μεταλαβεῖν, ἢ ψαῦσαι φυλαξώμεθα· ἁμαρτίας δὲ (εἰ καί τις ἡμῖν πάροδος ὑπαρχθεῖσιν γένοιτο) στῆναι ὅμως ἐν αὐτῇ, τουτέστιν ἐνίστασθαι, ἢ ἐπιμένειν ἐκκλίνωμεν. Λοιμοὺς δὲ καλεῖ τοὺς ἀμφιβόλους ἀνθρώπους, τοὺς τὴν δικαιοσύνην κατορθοῦντας ἐν σχήματι, τὴν κακίαν δὲ μετιόντας ἐν τοῖς πράγμασι. τὸν βίον γὰρ οὗτοι λοιμαίνονται τὸν ἀνθρώπινον. Καθέδρα γὰρ λοιμῶν, ἡ τῶν δικαστῶν τῶν προδιδόντων τὰ δίκαια· καθέδρα λοιμῶν, ὁ τῶν ψευδοδιδασκάλων θρόνος· καθέ-

CATENA PATRVM. *Non morandum in peccato.*

Cathedram verò vocat ſtabilem ac firmam in iudicio prauo conuerſationem; quæ cauenda nobis eſt: quoniam diuturna in peccatis commoratio, habitum quemdam vix mobilem animis indit. Antiquus enim animi morbus, & mali exercitatio, longitudine temporis obdurata, vix remedium, vel potiùs omnino nullum, reperiet; cùm in naturam vt plurimùm conſuetudo vertatur. Dicunt autem peſtilentiam, rerum harum periti, ſimul vt quempiam corripuerit, per coinquinationem ad proximos quoſque ſtatim ſerpere. Tales etiam ſunt operarij iniquitatis. Alius enim alium inficientes, inuicem ægrotāt, ſimul & pereunt. *Malum ſerpit vt peſtis.*

EVSEBII. Primi ſunt, qui falſo cognitionis nomine decepti, nihil certi habent, ſed inconſideratis cogitationibus in conſiliis ſuis mouentur. Secundi ſunt impij omnes, qui poſt agnitionem veritatis delinquunt. Tertium verò locum tenent peſtilentes, qui non modò ipſi malè affecti ſunt, ſed etiam pernicioſam doctrinam cum aliis communicant, ſiue in ſcientia, ſiue in actione, ſiue in vtriſque: qui & ſuperſtruunt malo ſecundorum in peccatis ſubſiſtentium, & primorum in errore ambulantium. Qui autem ab his omnibus remotus eſt, beatus. *Tres ordines malorum.*

ASTERII. Cathedra autem eſt doctrinæ, iuxta illud: *Super cathedram Moyſis.* Matt. 23, 2

DIDYMI. Liceat verò diabolum appellare viam peccatorum; in qua qui verſatur, ne immoretur, iuxta illud: *Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis.* Nam qui in ea non ſteterit, ad Dominum accedet dicentem: *Ego ſum via.* In qua, qui ad metam currendo peruenerit, brauium conſequetur. *Diabolus via.* Iac. 4, 7. *Chriſtus via.* Ioan. 14, 6.

HESYCHII. Primùm enim colenda pietas eſt, ac tum viuendi inſtitutum ordinandum. Atque illic quidem non abire, hîc verò non ſtare præcepit; vt impietati ne minimum quidem, vel per tranſennam communicare, aut eam attingere caueamus: & in peccato (vtcumque per id tranſire contigerit) non inſiſtamus, hoc eſt, immorari aut perſeuerare fugiamus. Peſtes verò vocat impoſtores, qui ſpecie tenus iuſtitiam colunt, malitiam verò factis exercent. Hi ſiquidem vitam humanam inficiunt. Cathedra enim peſtilentiarum, eſt iudicium iura prodentium. Cathedra peſtilentiarum, eſt ſedes falſorum doctorum, Cathe- *Quomodo vita inſtituenda ſit.* *Cathedra peſtilentiæ quid ſignificet.*

CATENA PATRVM. dra peſtilentiarum, eſt hypocritarum ſtola. Cathedra peſtilentiarum, eſt ſacerdotum hypocriſis: in ea iubet non ſedendum.

2. SED IN LEGE DOMINI.] THEODORETI. *Sponte, & non coactè, agendum benè.* Pulchrè dixit, *Voluntas eius*, propter eos qui ex neceſſitate rectè agunt pœnarum metu, iis beatis nuncupatis, qui motu proprio bonum eligunt. Legem verò vocat, non omnino vmbratilem iſtam ac typicam, ſed potiùs ſpiritalem in ipſâ latentem. Quin etiam lex Domini eſt lex naturalis, ſecundùm quam viuebant ij qui ante Moyſen Deo placebant. Lex item dici poſſit verbum Chriſti, quod omnibus annuntiatum eſt.

CHRYSOSTOMI. *Lex Christus. Haiæ 2, 3.* Ecquæ lex iſtiuſmodi niſi Chriſtus, ex Patre ineffabiliter natus? *Quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.* Lex quidem tamquam paterna decreta ferens in ſemetipſo; Verbum verò tamquam inſeparabilis à Patre.

ORIGENIS. *Quis verè meditetur, idq; ſemper.* Meditatur legem Domini die ac nocte, non qui verba legis ſine operibus eius memoriæ mandat; ſed qui meditando peruenit ad opera ipſis conſentanea, donec per aſſiduam legis operum meditationem promptus efficiatur, ad præſtanda omnia quæ ſecundùm legem perfectè viuenti conducunt. Sic enim fieri poterit, vt quis totâ die ac nocte *1. Cor. 10, 31.* Dei legem meditetur. Siue enim comedat, ſiue bibat, ſiue aliud quid faciat, iuxta quod dictum eſt à diuino Apoſtolo, talis omnia ad gloriam Dei facit: ita vt etiam ſomni tempore ad decentiam attendat, & contendat, per imaginationes quæ in ipſo ſunt. Per hoc etiam ſoluuntur quædam dubia apud Apoſtolum *1. Theſſ. 5, 17.* dicentem: *Sine intermiſſione orate.* *Quomodo quis ſemper & inceſſanter orare poſſit.* Quomodo enim dormiens aliquis orare poſſit, & humanum aliquod officium præſtans, vel ſuum corpus curans? Verùm ad hoc reſpondemus: Quòd vir perfectus clamauerit ad Deum, ipſumque roget optima quæque concedi poſtulans, dum omnia facit ſecundùm rationem, ita vt omnis eius actio ſit oratio. Quemadmodum autem in meditando legem non omittenda eſt vocis iſtius proprietas; ita quoque minimè negligenda eſt proprietas orationis, cùm meditari, ſit optare quidquam facere ſecundùm legem Domini. Inſtabit verò quiſpiam, num iuxta leges ana-

δρα λοιμῶν, ἡ τῶν ὑποκριτῶν στολή· καθέδρα λοιμῶν, ἡ τῶν ἱερέων ὑπόκρισις· ἐν ταύτῃ κελεύει μὴ καθίζεσθαι.

β΄. ΑΛΛ' Η ΕΝ ΤΩ ΝΟΜΩ ΚΥΡΙΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Καλῶς τὸ θέλημα αὐτοῦ, διὰ τοὺς εὖ πράσσοντας ἐξ ἀνάγκης, φόβῳ κολάσεων, μακαριζομένων τῶν προαιρέσει τὸ καλὸν αἱρουμένων. Νόμον δέ φησιν, οὐ πάντως τὸν σκιώδη καὶ τυπικὸν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν ἐν αὐτῷ λανθάνοντα πνευματικόν. Νόμος δὲ κυρίου καὶ ὁ φυσικὸς, καθ' ὃν ἔζησαν οἱ πρὸ Μωσέως εὐαρεστήσαντες. Καὶ νόμος λέγοιτο ἂν ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος ὁ τοῖς πᾶσι καταγγελμένος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ τίς ὁ τοιοῦτος νόμος, εἰ μὴ ὁ Χριστὸς ὁ ἐκ τοῦ πατρὸς ἀνεκφράστως γεννηθείς; Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. Νόμος μὲν ὡς τὰ πατρῷα βουλεύματα φέρων ἐν ἑαυτῷ· λόγος δὲ ὡς ἀχώριστος τοῦ Πατρός.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μελετᾷ τὸν νόμον κυρίου ἡμέρας καὶ νυκτὸς, οὐχ ὁ τὰς λέξεις τοῦ νόμου χωρὶς τῶν κατ' αὐτὰς ἔργων εἰς τὸ μνημονεύειν ἀναλαμβάνων, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐπὶ τὰ κατάλληλα ἔργα ἐρχόμενος μελετηκὼς αὐτῶν, ἕως διὰ τοῦ συνεχοῦς τῶν κατὰ τὸν νόμον ἔργων μελέτης, γένηται εὐχερὴς, ἀποδιδοὺς πάντα τὰ ἐπιβάλλοντα τῷ κατὰ τὸν νόμον τελείως βιοῦντι. Οὕτως γὰρ ἔσται δυνατὸν τὸ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας καὶ νυκτὸς μελετᾶν τὸν τοῦ θεοῦ νόμον. Εἴτε γὰρ ἐσθίει, εἴτε πίνει, εἴτε πᾶν ὁτιοῦν πράττει κατὰ τὸ λεγόμενον παρὰ τῷ θείῳ Ἀποστόλῳ, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖ ὁ τοιοῦτος. ὥστε καὶ ἐν τῷ τοῦ ὕπνου καιρῷ κατὰ τὸ δέον γινομένου τῆς προσοχῆς, καὶ ἐπὶ τοῦ πεφθακέναι, καὶ ἐπὶ τὰς φαντασίας τὰς ἐν αὐτῷ. Διὰ τούτου λύεται καὶ τὰ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ ἀπορούμενα, λέγοντι· Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. Πῶς γὰρ κοιμώμενός τις εὔξεται, καὶ πράττων τι τῶν εἰς ἀνθρώπους καθηκόντων, ἢ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα θεραπεύων; Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τούτου φαμέν. Ὅτι κέκραγε πρὸς θεὸν, καὶ αἰτεῖ αὐτὸν τὰ κάλλιστα παρακαλούμενος, ἐπὶ τὸ παραχεῖν ὁ τέλειος, πάντα κατὰ τὸν λόγον ποιῶν, ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ πρᾶξιν εὐχὴν εἶναι. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τοῦ μελετᾶν τὸν νόμον οὐκ ἀμελητέον τοῦ αὐτοῦ τοῦ ἰδικοῦ, οὕτως οὐκ ἀμελητέον αὐτοῦ τοῦ ἰδικοῦ εὔχεσθαι, ἐπεὶ μελετᾶν ἐστι καὶ εὔχεσθαι πράττειν ὁτιοῦν κατὰ τὸν νόμον κυρίου. Ἐπιστήσει δέ τις εἰ κατὰ νόμους ἀναγωγῆς

γωγῆς ἡμέρα μὲν δύναται λέγεσθαι ἡ ἀπερίστατος ἡμῶν κατάστασις, νὺξ δὲ ἡ περιστατικὴ, διὰ τὸ σκυθρωπότερον. Δεῖ δὲ ἐν τῷ νόμῳ πειρᾶσθαι εἶναι, οὐ μόνον ὅτε τὰ ἔξωθεν ἡμῖν οὐκ ἀντιπράττει, ἀλλὰ καὶ ὅτε τοῖς καλουμένοις πειρασμοῖς περιπίπτομεν.

Ευσεβιου. Νόμον δέ φησιν, οὐ πάντως τὸν σκιώδη καὶ τυπικὸν μόνον, πολὺ δὲ πρότερον τὸν ἐν αὐτῷ λεληθότα πνευματικὸν λόγον. Εἴη δ' ἂν νόμος κυρίου καὶ ὁ κατὰ φύσιν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐνεσπαρμένος, δι' οὗ κατορθῶσαι λέγονται οἱ πρὸ τοῦ διὰ Μωσέως νόμου ἅγιοι. περὶ ὧν φησιν ὁ Ἀπόστολος· Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, τὸν γραπτὸν δῆλον ὅτι, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιεῖ· οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος. ἢ νόμος κυρίου εἴη ἂν ὁ παρ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατηγγελμένος εὐαγγελικὸς λόγος.

γ'. Και εσται ως το ξυλον.] Θεοδωρητου. Ξύλον ὁ Χριστὸς ἀναγέγραπται ἐν τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ κατὰ τὸ εἰρημένον· ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς. Λέγει οὖν ὅτι οἱ πιστεύοντες τῷ Χριστῷ σῶμα αὐτοῦ ἔσονται. μετασχηματίσει γὰρ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν σύμμορφον τῆς σωματικῆς δόξης αὐτοῦ. Διεξόδους δὲ ὑδάτων τὰς θείας γραφάς φησιν, ἐν αἷς ἁπανταχοῦ ἐστιν εὑρεῖν Χριστὸν κηρυττόμενον. Καρπὸς δὲ ξύλου ἡ ὀρθὴ πίστις, καὶ φύλλον ἡ τῶν ἐντολῶν τήρησις. Καὶ ἐπεὶ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν (Παρὰ γὰρ κυρίου φησὶ τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα.) Τέθεικε τό· Πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται, εἰδὼς, ὡς οὐδὲν ἐναντίον τοῖς θείοις νόμοις ἔργον ὁ τοιοῦτος δρᾶσαι βουλήσεται, τῷ θείῳ νόμῳ τὸ οἰκεῖον θέλημα συναρμόττων. Ἐν γὰρ τῷ νόμῳ, φησὶ, κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ. Εἰ δὲ γέγραπται· Ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦται, οὐκ ἀπολελυμένως εὐόδωσις αὕτη, ἀλλ' ἀσεβῶν· διὸ καὶ εἴρηται· Ἔστιν εὐοδία ἐν κακοῖς ἀνδρί.

Χρυσοστομου. Αὐτός δέ ἐστι καὶ τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον, ὅπερ ὁ πατὴρ ἀμέσως φυτεύσας εὔκαρπον, πολυφόρον, καὶ ὑψίκομον ἀπεγέννησε. Τοῦτο τὸ ξύλον ἡ νύμφη ποθοῦσα ἐν Ἄσμασι τῶν Ἀσμάτων εἶπεν· Ἀναβήσομαι ἐπὶ τῷ φοίνικι, καὶ κρατήσω τῶν κλάδων αὐτοῦ. Φοίνικα αὐτὸν καλοῦσα διὰ τὸ εὐδεξίες τῆς σαρ-

goges dies quidem proſper, nox verò aduerſus noſter ſtatus dici poſſit, propter maiorem tetricitatem? Conandum autem vt in lege maneamus, non tantùm quando externa nobis non reluctantur, verùm etiam quando in tentationes dictas incidimus.

CATENA PATRVM. *Dies proſperitas, nox aduerſitas.*

Evsebii. Legem autem dicit, non omninò vmbratilem tantùm & figuratum, ſed illud potiùs quod in ea latebat ſpiritale verbum. Poſſit etiam lex Domini eſſe quæ naturâ hominibus cunctis indita eſt, cuius præſcripto ſancti, qui Moyſis legem præceſſere, ſe direxiſſe dicuntur; de quibus ait Apoſtolus: *Cùm Gentes, quæ legem non habent,* (ſcilicet ſcriptam) *naturâ quæ ſunt legis faciunt; hæ legem non habentes, ſibiipſis ſunt lex.* Vel lex Domini eſſe poterit ſermo Euangelicus, qui ab ipſo Domino & Saluatore noſtro cunctis gentibus annuntiatus eſt.

Lex Domini quæ. Rom. 2.

3. Et erit tamquam lignum.] Theodoreti. Lignum Chriſtus in diuina Scriptura deſcribitur, iuxta illud oraculum: Lignum vitæ eſt omnibus apprehendentibus eam. Dicit itaque illos qui Chriſto credunt, corpus eius futuros. *Quoniam reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ.* Decurſus autem aquarum vocat diuinas Scripturas, in quibus vbique liceat reperire Chriſtum deprædicatum. Fructus autem ligni eſt recta fides, & folia ſunt mandatorum obſeruatio. Et quoniam *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum;* (nam *apud Dominum,* inquit, *greſſus hominis diriguntur, & viam eius volet* vehementer) poſuit illud: *Omnia quæcumque faciet proſperabuntur,* ſciens talem nihil diuinis legibus contrarium facere voliturum, quoniam diuinæ legi voluntatem propriam conformat: *In lege* enim, inquit, *Domini voluntas eius.* Quòd ſi etiam ſcriptum ſit: *Via impiorum proſperatur,* non eſt hæc abſolutè proſperatio, ſed impiorum: quare etiam dicitur: Eſt proſperitas in malis viro.

Lignum Chriſtus. Phil. 3, 21. *Eius fructus & folia.* Rom. 8, 28. Pſal. 36, 23. Pſal. 1, 3. *Proſperitas piorum qualis.* verſ. 2. Ier. 12, 1. *Proſperitas impiorum qualis.*

Chrysostomi. Ipſe eſt etiam lignum quod plantatum eſt, quod Pater immediatè fructiferum, multiferum, & alticomum genuit. Lignum illud ſponſa deſiderans in Canticis Canticorum dixit: *Aſcendam in palmam, & apprehendam * ramos eius.* Palmam ipſum vocans, propter aſſumptæ carnis

Chriſtus lignum à Patre plantatum. Cant. 7, 8. *Vulg. fructus

CATENA PATRVM. nis deiectionem, fructuoſum verò ob diuinitatis ſublimitatem. Dum huius eſum Adam repudiaret, edendo præuaricatus eſt. Nos verò quando myſticè iam ex illo comedimus, præuaricationem eliminamus. Huius ligni rami ſunt Apoſtoli; fructus, ij qui ſaluantur, folia ſermones, radix baptiſma.

Vir probus ligno vitæ ſimilis eſt. EVSEBII. Qui per omnem vitæ ſuæ curſum legi vacat, & eius riuulis irrigatur, tamquam arbor matura fructum præbens, prædicto ligno vitæ Dei Filio ſimilis eſt. Dicit enim de ſapientia Salomon: *Lignum enim* Prou. 3, 18 *vitæ eſt, ſuſcipientibus eam, & innitentibus illi, tamquam in Domino ſecura.* Chriſtus igitur eſt qui ſecus decurſus aquarum à diuinæ Scripturæ doctoribus & Prophetis teſtificatus ac prædicatus eſt. Hi enim ſunt illæ aquarum emiſſiones in Scriptura. Huic vtique ſimilis, beatus, qui ſacræ Scripturæ riuulis irrigatus fructum fert bonum, virtutis opera vel reipſa per ſe præſtans, vel eius ope indigentibus opportuno tempore communicans, vtpote fidelis & prudens conſeruis ſuis demenſum cibum præbens in tempore. Porrò folia eius *Qualia ſint folia ſpiritualis arboris.* cùm diuerſa ſint à ſpirituali fructu ac vita, ſunt ea quæ ad humanam vitam ſpectant, quibus etiam perfectus fructus obtegitur & cuſtoditur; & non defluent, quouſque hæc etiam accuratè ſeruabuntur, ideoque in omnibus à Deo in viam bonam dirigetur. Aliter verò etiam dum in præſenti vita verſatur, in tempore ſuo, id eſt, in futuro ſæculo, dat fructum, ſiquidem à præſenti ſæculo alienus eſt.

DIDYMI. Qui aſſimilatus eſt ſapientiæ, *Per quid Deo ſimiles efficiamur.* is ſimilis fit Deo, huiuſmodi habitus largitori. Per iuſtitiam enim iuſtus, & per ſanctitatem ſanctus, & per ſapientiam ſapiens ipſi adſimilatur, iuxta quod dictum eſt à Saluatore: Matth. 10, 25. *Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius.* Qui autem ligno vitæ ſimilis eſt, plantatur in paradiſo, vt cum eo conſeratur, quemadmodum ex perſona Dei dicit Iſaias: *Secundùm* Iſa. 65, 22. *dies ligni vitæ, erunt dies populi mei.* Perennat itaque iuſtus cum eo ligno coaleſcens, *Iuſtus ligno vitæ ſimilis.* vtpote ramus & palmes eius factus ad fructum diuinum producendum. Cùm enim vitis vera ſit lignum vitæ, diſcipulis ſuis ait: *Ego* Ioan. 15, 1. *ſum vitis vera, vos palmites, & Pater meus agricola: omnem palmitem in me manentem*

κὸς κάτω, εὔκαρποι δὲ τῆς θεότητος ἄνω. Τούτου τὴν βρῶσιν παραιτησάμενος ὁ Ἀδάμ, τῇ ἐναντίᾳ παραπέπτωκεν. Ἡμεῖς δὲ τανῦν μυστικῶς ἐσθίοντες ἀπ' αὐτοῦ, τὴν παράβασιν ἐξορίζομεν. Τούτου τοῦ ξύλου κλάδοι οἱ Ἀπόστολοι, καρπὸς οἱ σωζόμενοι, φύλλα οἱ λόγοι, καὶ ῥίζα τὸ βάπτισμα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ διὰ πάσης τῆς ἑαυτοῦ βίου δρομῆς σχολάζων τῷ νόμῳ, καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ νάμασιν ἀρδόμενος, ὡς δένδρον ὥριμον ἀποδιδοὺς τὸν καρπὸν, ἔοικε τῷ χρηματίσαντι ξύλῳ ζωῆς υἱῷ τοῦ θεοῦ. Λέγει γὰρ περὶ τῆς σοφίας ὁ Σολομών· Ξύλον γὰρ ζωῆς ἐστὶ τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς, καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν, ὡς ἐπὶ κύριον ἀσφαλής. Χριστὸς οὖν ἐστιν ὁ παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων μαρτυρούμενος, καὶ κηρυττόμενος ὑπὸ τῶν τῆς θείας γραφῆς διδασκάλων καὶ προφητῶν. Οὗτοι γὰρ αἱ τῶν ὑδάτων ἀφέσεις ἐν τῇ γραφῇ. τούτῳ τοίνυν ἐοικὼς ὁ μακαριζόμενος, ὑπὸ τῶν τῆς θείας γραφῆς ναμάτων ἀρδόμενος καρπὸν ἀγαθὸν ἀποδίδωσι, τὰ κατ' ἀρετὴν ἔργα διδοὺς, ἢ τῷ ἔργῳ, ἢ τοῖς αὐτοῦ δεομένοις ἐν καιρῷ ἐπιτηδείῳ ταῦτα ποιῶν, ἐπεὶ πιστὸς καὶ φρόνιμος ἐν καιρῷ τοῖς συνδούλοις τὸ σιτομέτριον διδούς. Φύλλα δὲ αὐτοῦ ἕτερα ὄντα τοῦ νοητοῦ καρποῦ καὶ βίου, τὰ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν, καθ' ἣν καὶ ὁ τέλειος καρπὸς σκέπεται καὶ φυλάττεται· καὶ οὐκ ἀποῤῥεῖ μέχρι καὶ τούτων ἀκριβῶς παραφυλαττομένων, καὶ ἐν πᾶσι διὰ τοῦτο κατευοδωθήσεται παρὰ θεοῦ. Καὶ ἄλλως δὲ κατὰ τὸν παρόντα βίον τυγχάνων ἐν καιρῷ αὐτοῦ τῷ μέλλοντι αἰῶνι δίδωσι τὸν καρπόν· τοῦ γὰρ παρόντος αἰῶνός ἐστιν ἀλλότριος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁμοιωθεὶς τῇ σοφίᾳ ὅμοιος γίνεται θεῷ τῷ ποιότητα τοιάνδε χαριζομένῳ. Δικαιοσύνῃ γὰρ ὁμοιοῦται αὐτῷ ὁ δίκαιος, καὶ ἁγιότητι ἅγιος, καὶ τῇ σοφίᾳ σοφὸς, κατὰ τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ σωτῆρος. Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. Ὁ δὲ ὁμοιούμενος τῷ τῆς ζωῆς ξύλῳ φύεται ἐν τῷ παραδείσῳ, ἵνα σὺν αὐτῷ φυτευθῇ, ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ φησὶν Ἡσαΐας· κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἔσονται αἱ ἡμέραι λαοῦ μου. Οὐκοῦν συνδιαιωνίζει ὁ δίκαιος τῷ ξύλῳ συμφυὴς, κλάδος αὐτοῦ καὶ κλῆμα γενόμενος ἐπὶ τῷ θεῖον καρπὸν ἀγαγεῖν. Ἄμπελος γὰρ ἀληθινὴ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς τυγχάνον, φησὶ πρὸς τοὺς μαθητάς· Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ ὑμεῖς τὰ κλήματα, ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός· πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μένον

καθαίρει

καθαίρει αὐτὸ ὁ Πατὴρ, ἵνα καρπὸν πλείονα φέρῃ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας καρπὸς μέν ἐστιν ἡ μυστικὴ καὶ πνευματικὴ τῶν γραφῶν διάνοια· φύλλα δὲ σκέποντα τὸν εἰρημένον καρπὸν αἱ πρόχειροι λέξεις, αἱ πρὸς τὸ ποιεῖν τὸ ἴδιον ἔργον ἐν τῷ φυλάττειν τοὺς καρποὺς καὶ τροφὴ γίνονται τῶν ἀκεραιοτέρων ἀνθρώπων τῶν δι' ἁπλότητα κτηνῶν λεγομένων, κατὰ τὸ, ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις κύριε.

ΓΕΝΝΑΔΙΟΥ. Μετὰ ταῦτα παραληψώμεθα τὸ παρὰ τοῦ Ἀκύλα λεγόμενον, μεταπεφυτευμένον. πόθεν γὰρ τὸ ξύλον, περὶ οὗ ὁ λόγος, μεταπεφύτευται ἐπὶ τὰς τῶν ὑδάτων διαιρέσεις; ἢ γὰρ ἐῤῥιζωκὸς ἐν τῷ Πατρὶ, ἐπ' εὐεργεσίᾳ πολλῶν μεταπεφύτευται, εἰς τὸ καὶ ἄλλους μεταλαβεῖν αὐτοῦ τῆς εἰκόνος, τῆς κατὰ τὸ μεταπεφυτεῦσθαι λαμβανομένης. οὐχ ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ πατρὶ (ἔστι γάρ·) ἀλλ' ὅτι καὶ παρ' ἑτέροις γεγένηται. ἢ καθ' ἑτέραν ἐπιβολὴν, ἡ ψυχή ἐστι τοῦ σωτῆρος, ἣν ἔλαβεν, ἐντεῦθεν μεταπεφυτευμένη ἐπὶ τὸν παράδεισον, ὅπου καὶ τὸ Εὐαγγέλιόν φησιν, αὐτὸν μετὰ τὸ πάθος γεγενέναι, διηγούμενον αὐτὸν εἰρηκέναι τῷ μετανοήσαντι λῃστῇ· Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ. Μεταπεφύτευται δὲ ἐκεῖ, ἵνα οἱ ἄξιοι σὺν Χριστῷ εἶναι, φωτίζονται ὑπ' αὐτοῦ τῷ τῆς γνώσεως φωτισμῷ, προκόπτοντες ἐν τῇ τῶν ὄντων θεωρίᾳ, κατὰ τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα δὲ οὕτως ἐξειλήφαμεν, ἐπειδὴ κυρίως ἐπὶ δένδρων λέγεται τὸ φέρειν καρπόν. Τὸ δὲ διδόναι μᾶλλον ἐμψύχοις ἁρμόζει, καὶ ταῦτα λογικοῖς. Ζητητέον δὲ, εἰ ἔστι καιρὸς (τὸ ξύλον ζωῆς τοῦ καρποῦ λέγω τὴν σοφίαν) καρπὸν πότε μὴ ἔχειν, οὐχ ὅσιον, διὸ οὐκ εἴρηται, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ ἐνέγκῃ ἐν καιρῷ αὐτοῦ, ἀλλ' ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Καιρὸς δὲ αὐτοῦ τοῦ διδόναι, ἡ τοῦ λαμβάνοντός ἐστιν ἐπιτηδειότης. ὅσον γὰρ τὸ ἐπ' αὐτῷ, ἕτοιμός ἐστιν ἀεὶ διδόναι τὸν καρπὸν αὐτοῦ. Τί δὲ τὸ φύλλον τῆς ζωῆς, τουτέστι τῆς σοφίας, οὐκ ἀποῤῥέουσαν, κατιδεῖν ἄξιον. Οὐκ ἄλλοθεν δὲ λαβεῖν αὐτό ἐστιν, ἢ μετρίως τοῖς φυσικοῖς ἐπιδιατρίψαντας. Δῆλον δὲ ὅτι διὰ τοὺς καρποὺς τὰ καρποφόρα δένδρα ὁ δημιουργὸς ἐκέλευσε βλαστῆσαι, δι' οὓς τὰ ἐκείνοις χρειώδη κατ' ἐπακολούθησιν πεποίηκε. χρεία δὲ σκέπης τοῖς καρποῖς τῆς ἀπὸ τῶν φύλλων, φυλακῆς ἕνεκεν. Ταῦτα

purgabit eum Pater, vt fructum plus afferat.

CATENA PATRVM.

Sapientiæ fructus & folia quæ.

EIVSDEM. Sapientiæ quidem Dei fructus, eſt myſticus ac ſpiritualis Scripturarum ſenſus: folia verò quæ dictum fructum obtegunt ſunt obuiæ dictiones, quarum munus proprium eſt cuſtodire fructus, fiuntque cibus hominum rudiorum, qui propter ſimplicitatem iumenta vocantur, iuxta illud: *Homines & iumenta ſaluabis Domine.* Pſal. 35, 8.

Quomodo Chriſtus, vt lignum vitæ transplantatus.

GENNADII. Poſt hæc adiungamus id quod ab Aquila dictum eſt, *transplantatum.* Vnde enim lignum, de quo hîc ſermo eſt, tranſplantatum fuit ſecus aquarum diuiſiones? Vel enim cùm in Patre radicatum eſſet, in commodum plurimorum tranſplantatum fuit, quò & alij participes exiſterent imaginis iſtius, quam in tranſplantatione aſſumpſit; non quòd non ſit in Patre (eſt etenim) ſed quòd etiam apud alios natus ſit. Vel ſecundùm aliam applicationem, anima Saluatoris, quam aſſumpſerat, hinc tranſplantata eſt in paradiſum, vbi etiam Euangelium ait ipſum poſt paſſionem extitiſſe, narrans ipſum latroni pœnitenti dixiſſe: *Hodie mecum eris in paradiſo Dei.* Luc. 23, 43 Illuc autem tranſplantatus fuit, vt ij qui Chriſti conſortio digni ſunt, ab ipſo illuminentur lumine cognitionis, ſecundùm Dei ſapientiam in rerum contemplatione proficientes. Hæc autem ſic accepimus, quia propriè de arboribus dicitur quòd fructum ferant. Hunc autem dare, magis congruit rebus animatis, iiſque rationalibus. Porrò quærendum, an ſit tempus (lignum vitæ fructus dicendo ſapientiam) quo fructum aliquando non habet, non ſanctum, quia non eſt dictum: Quod fructum ſuum ferat in tempore ſuo, ſed, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Tempus autem eius dandi, eſt ſuſcipientis opportunitas; quantum enim ex parte ipſius, ſemper parata eſt dare fructum ſuum. Quodnam autem ſit folium vitæ, id eſt, ſapientiæ, quod non diffluat, conſideratione dignum. Verùm id capere nequeunt, niſi qui in rebus naturalibus mediocriter verſati ſunt. Manifeſtum autem quòd propter fructus, frugiferas arbores creator iuſſerit germinare, propter quos per conſequens fecit ea quæ ipſis vtilia ſunt: fructibus autem vtile eſt tegmen foliorum, vt cuſtodiantur. Hæc

Arbores ferunt, ſed homines dant fructum.

Quod ſit tempus dandi fructum.

Folia ſunt propter fructus.

CATENA PATRVM.

vtique etiam in omnium ſapientia conſiderare licet, in quâ conditor vniuerſorum omnia fecit. Quædam enim primariò fiunt, quædam verò per conſequentiam propter ea quæ primariò exiſtunt. Primariò ſiquidem exiſtit animal rationale, ad eius verò vſum ſunt pecora, & terræ germina. Nequaquam igitur eorum quidem quæ primariò facta ſunt, cauſæ exſiſtunt fructus arboris vitæ, ceterorum verò quæ propter hæc creata ſunt, folia: quorum nihil fruſtra eſt, neque omninò extenuari dignum tamquam vile, vt cadere mereatur, aut perire non cuſtoditum. Quin potiùs, vt ſequitur: *Et omnia quæcumque faciet proſperabuntur*. Liceat enim ad quædam neceſſaria etiam abuti iis omnibus quæ ex conſequenti fiunt. Fructus porrò Chriſti primariò ſit doctrina illa, quæ cibus eſt perfectiorum; quemadmodum homines fructibus veſcuntur, pecora verò foliis. Liceat quoque Scripturæ quoſdam fructus dicere illos, quos capiunt peritiores; folia verò, quibus ſimpliciores nutriuntur. Ceterùm eius qui beatus prædicatur, & ligno vitæ comparatus eſt, fructus quidem dici poſſint opera primaria, vt beneficentia, & ſtudium ſapientiæ; folia verò vitales eius motiones: quæ etiam haudquaquam negligendæ ſunt, neque dignæ vt pereant, quòd cum intentione etiam ad Dei gloriam omnia fiant.

Fructus Chriſti qualis.

Evsebii. Ac beatus quidem talis eſt qualem hic ſermo deſcripſit. Verùm rarus eſt huiuſcemodi; multi autem ſunt impij, qui, cùm nihil habeant beati, reiiciuntur. Fructum enim temporaneum, & variabilem, & corruptibilem poſſidentes, facti ſunt quaſi puluis, quem proiicit ventus à facie terræ, vti de ipſis ſubiungit, dicens:

Boni ſunt rari: impij ſunt frequentes & variabiles.

4. Non sic impii, non sic.] Theodoreti. Per negationis geminationem, contrarietatem demonſtrat, Iudæos inſinuans tamquam impios, quia neque benefactorem colunt. Illud autem: *Sed tamquam pulnis*, ex ſimilitudine declarat impiorum inſtabilitatem. Nam quando tentatio flauerit, arguuntur tamquam puluis terræ, hinc inde diſperſi, & ad placitum dynaſtarum ſententiam mutantes.

Impius cur pulueri ſimilis.

οὖν καὶ ἐπὶ τῆς περὶ τῶν ὅλων σοφίας ἔστιν ἰδεῖν· ἐν ᾗ τὰ πάντα ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς πεποίηκεν. Ἃ μὲν γὰρ προηγουμένως γίνεται, ἃ δὲ κατ' ἐπακολούθησιν, διὰ τὰ προηγούμενα. Προηγουμένως μὲν γὰρ τὸ λογικὸν ζῷον, διὰ δὲ τὴν αὐτοῦ χρείαν κτήνη, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς γῆς φυόμενα. Μήποτε οὖν οἱ μὲν λόγοι τῶν προηγουμένως γεγονότων, οἱ καρποί εἰσι τοῦ δένδρου τῆς ζωῆς· τῶν δὲ διὰ ταῦτα κτισθέντων τὰ φύλλα, ὧν οὐδὲν μάταιόν ἐστιν, οὐδὲ ἐξουθενεῖσθαι πάντη ἄξιον ὡς εὐτελές, ἵνα ἔλθῃ πίπτειν, καὶ ἀποῤῥεῖν μὴ φρουρούμενον. Καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ ἑξῆς· Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. Ἔστι γὰρ εἴς τινα ἀναγκαῖα καταχρήσασθαι, καὶ πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ ἀκολουθήματος γινομένοις. Καρπὸς δὲ τοῦ Χριστοῦ εἴη ἂν προηγουμένως ἡ διδασκαλία, ἡ τῶν τιμιωτέρων τροφή· ὥσπερ τοῖς καρποῖς χρῶνται οἱ ἄνθρωποι, φύλλοις δὲ τὰ βοσκήματα. Δυνατὸν δὲ καὶ τῆς γραφῆς καρπούς τινας λέγειν, οὓς ἐκλαμβάνουσιν οἱ λογικώτεροι· φύλλα δέ, οἷς τρέφονται οἱ ἁπλούστεροι. Τοῦ δὲ μακαριζομένου, καὶ ὁμοιουμένου τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς, καρπὸς μὲν λέγοιτο τὰ προηγούμενα ἔργα, οἷον εὐποιΐα, καὶ περὶ τὴν σοφίαν ἀσχολία· φύλλα δὲ τὰ βιωτικὰ αὐτοῦ κινήματα, οὐδὲ ταῦτα ἄξια καταφρονεῖσθαι, οὐδὲ ἀποῤῥεῖν τῷ μετὰ προσοχῆς καὶ εἰς δόξαν Θεοῦ πάντα ποιεῖν.

Ευσεβιου. Καὶ ὁ μὲν μακάριος τοιοῦτος, οἷον ὁ λόγος διέγραψε. Σπάνιος δὲ οὗτος, πολλοὶ δὲ ἀσεβεῖς, οἳ ὡς μηδὲν ἔχοντες τοῦ μακαρίου, διαβέβληνται. Καρπὸν γὰρ πρόσκαιρον, καὶ σκεδαστόν, καὶ ἀπολλύμενον κτησάμενοι, γεγόνασιν ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, ὡς περὶ αὐτῶν ἐπάγει, λέγων.

δ'. Ουχ ουτως οι ασεβεις, ουχ ουτως.] Θεοδωρητου. Τῷ διπλασιασμῷ τῆς ἀπαγορεύσεως τὴν ἐναντιότητα δείκνυσι, τοὺς Ἰουδαίους αἰνιττόμενος ὡς ἀσεβεῖς, ἐπεὶ μηδὲ τὸν εὐεργέτην σέβουσι. Τὸ δὲ· Ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ἐξ ὁμοιώσεως δηλοῖ τὸ τῶν ἀσεβῶν εὐρίπιστον. Ἐλέγχονται γὰρ ὅταν πειρασμὸς πνεύσῃ, ὥσπερ ὁ χνοῦς τῆς γῆς, ὧδε κἀκεῖσε ῥιπιζόμενοι, καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν τοῖς δυνάσταις τὰς γνώμας μεταβαλλόμενοι.

Γενναδιου. Τινὲς προστεθείκασι δεύτερον τὸ οὐχ οὕτως· οὔτε δὲ τὸ Ἑβραϊκὸν ἔχει

Gennadii. Nonnulli appoſuerunt illud ſecundum, *non ſic*. ſed nec Hebraicus textus

αὐτὸ,

αὐτὸ, οὔτέ τις τῶν ἑρμηνευσάντων ἐχρήσατο τῇ ταύτῃ ἀναλήψει τῆς λέξεως.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πολλοὶ δὲ ἀσεβεῖς, μηδὲν μακάριον ἔχοντες. Χνοῒ γὰρ ἀπεικάζονται καρπὸν ἔχοντες σκεδαστόν τι, καὶ πρόσκαιρον, τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ φορήσαντες.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Νοήσεις δὲ ἄνεμον τὸν ἄνω κάτω τούτους διαῤῥιπίζοντα τὸν τιμωρούμενον αὐτοὺς ἄγγελον, καὶ τὴν ὁρμὴν τῆς πλάνης πάσης, αὐτοὺς ἐρημοῦσαν θείας διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀπεῤῥίφησαν δὲ Ἰουδαῖοι ἀνέμου κατ' αὐτῶν ἰσχυροῦ τοῦ κηρύγματος τῶν Ἀποστόλων πνεύσαντος, καὶ καθάπερ ὁ χνοῦς εἰς οὐδὲν διελύθησαν. Οὐ πόλιν γὰρ, οὐ λατρείαν, οὐχ ἕτερόν τι τῶν ἐξ ἀρχῆς ἔχοντες, ἐσκορπίσθησαν εἰς ὅλον τῆς γῆς, καθάπερ ὁ χνοῦς ἠτιμωμένοι τὸ πρόσωπον.

ε. ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΟΥΚ ΑΝΑΣΤΗΣΟΝΤΑΙ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διὰ τί οὐκ ἀναστήσονται; Διὰ τὸ μὴ ῥίζαν ἔχειν, μηδὲ ἐοικέναι τοῖς παρ' ὕδασι φυτοῖς. Τὸ δὲ ἀναστήσονται ἀντὶ τοῦ οὐ στήσονται ἐναντίον τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρόν. Καὶ ἀναστήσονται μὲν, οὐκ ἀξιωθήσονται δὲ ἐξετάσεως, ἀλλ' εὐθὺς τῇ κολάσει παραδοθήσονται. Οὐκ εἰς κρίσιν γὰρ, ἀλλ' εἰς κατάκρισιν ἀναστήσονται, ἐλέγχων μὴ δεόμενοι. Τὸ δὲ· οὐδὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων, τουτέστι τάξει καὶ ἀξιώματι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ μηδὲν ζωτικὸν, μηδὲ γόνιμον ἔχοι τοῖς δικαίοις παραπλησίως, οὔτε αὐτοὶ, οὔτε οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀναστήσονται ἐν βουλῇ δικαίων. Ἀναστήσονται μὲν κἀκεῖνοι (κοινὸν γὰρ τοῦτο κατ' ἀμφοτέρων.) ἀναστήσονται δὲ ἐπὶ κολάσει, καὶ τιμωρίᾳ. Πᾶν γὰρ τὸ ποίημα ἄξει ὁ Θεὸς εἰς κρίσιν ἐν παντὶ παρεωραμένῳ ἐάν τι ἀγαθὸν ᾖ, ἐάν τι πονηρόν. Σημείωσαι δὲ ὅτι πρῶτος Δαβὶδ καὶ ἀνάστασιν, καὶ κρίσιν, καὶ ἐπαγγελίαν ζωῆς μελλούσης σαφῶς ἐδίδαξε, Μωσέως παραδεδωκότος τοιοῦτον οὐδέν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἤγουν ἐν κρίσει οὐκ ἀναστήσονται· ἀλλ' ἀναστήσονται μὲν, οὐ κριθήσονται δὲ, τυγχάνοντες αὐτοκατάκριτοι. Ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἰς ἐμέ (φησιν) ἤδη κέκριται.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Μετὰ πολλῆς ἀκριβείας διέξεισιν ἅπαν τὸ πανάγιον πνεῦμα. Οὐκ γὰρ εἶπεν, οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς, ἀλλ', οὐκ

id habet, neque quiſquam interpretum vſus eſt iſtiuſmodi dictionis repetitione.

CATENA PATRVM.

EVSEBII. Multi autem ſunt impij, cùm nihil habeant beati. Pulueri enim aſſimilantur, quòd fructum habeant fluxum ac temporaneum, imaginem terreni ferentes.

DIDYMI. Scies autem ventum eſſe, cùm vltorem angelum hos ſurſum & deorſum diſſipantem, tum impetum omnis erroris, qui diuinâ illos doctrinâ priuat, *in nequitia hominum, in aſtutia.*

Quis ventus impios diſſipet.

Epheſ. 4, 14.

HESYCHII. Iudæi autem diſiecti ſunt, flante aduerſus eos vehementi Apoſtolorum prædicationis ſpiritu, & tamquam puluis ad nihilum redacti ſunt. Nam neque ciuitatem, neque cultum ſacrum, neque aliud quidpiam priorum habentes, per vniuerſum terrarum orbem diſſipati ſunt, inſtar pulueris, in faciem contempti.

Iudæi inſtar pulueris diſſipati.

5. IDEO NON RESVRGENT, &c.] THEODORETI. Cur non reſurgent? Quia radicem non habent, neque ſimiles ſunt plantis ſecundùm aquas ſitis. *Reſurgent* autem poſitum pro, non ſtabunt ante Deum tempore iudicij. Et reſurgent quidem, ſed non dignandi erunt examine, ſed illicò tradentur ſupplicio. Non enim in iudicium reſurgent, ſed in condemnationem, cùm redargutionibus non indigeant. Illud autem, *Neque peccatores in conſilio iuſtorum,* hoc eſt, in ordine ac dignitate.

Impij non reſurgent in iudiciũ, ſed in damnationem.

EVSEBII. Quoniam nihil vitale aut fertile, prout iuſti, habuerunt, neque ipſi, neque peccatores reſurgent in conſilio iuſtorum. Reſurgent quidem & illi (commune enim hoc eſt vtriſque) ſed reſurgent ad pœnas, & ſupplicia. Deus enim opus omne, ſiue bonum, ſiue malum, in iudicium palàm adducet. Aduerte autem, Dauidem primum & reſurrectionem, & iudicium, & futuræ vitæ promiſſionem clarè docuiſſe, cùm nihil huiuſmodi Moyſes anteà tradidiſſet.

Impij ad pœnas reſurgent.

Dauid primus docuit reſurrectionem, & iudicium.

DIDYMI. Non reſurgent impij, nimirum in iudicio; ſed reſurgent quidem, verùm non iudicabuntur, cùm ſuâ ſint ſententiâ damnati. Nam, *qui non credit in me* (inquit) *iam iudicatus eſt.*

Impij cur non reſurgant in iudicio.

Ioan. 3, 18

THEODORI. Spiritus ſanctus cum magna accuratione totum exponit. Non enim dixit, *Non reſurgent impij,* ſed, *Non reſur-*

CATENA PATRVM. *Impij reſurgunt ad ſupplicium.*

reſurgent in iudicio. Quaſi dicat: Reſurgunt quidem, ſed in damnationem. Non enim opus habent accuſatione, qui manifeſtâ impietate tenentur, ſed ſolum ſupplicium exſpectant. Quemadmodum enim in flagranti cædis crimine deprehenſos, non ad quæſtionem iudices adducunt, ſed vt legibus conſentaneam in eos ſententiam ferant: ita qui in impietate vixerunt, ſtatim à reſurrectione pœnas ſubeunt, non in iudicium vocati, ſed ad ſupplicij ſententiam acciti. Quin etiam illi qui ab impiis quidem dogmatibus alieni, vitam tamen improbam duxerunt, à iuſtorum quoque conſortio longè aberunt. Siquidem pro *concilio,* Aquila & Theodotion *congregationem* interpretati ſunt, Symmachus verò *conuentum.*

6. QVONIAM NOVIT DOMINVS VIAM IVSTORVM.] THEODORETI. Nouit, id eſt æſtimat, iuxta illud: *Cognouit Dominus qui ſunt eius.* De impiis autem quid dicit? Tamquam perditio erit finis prauorum operum.

2. Tim. 2, 19. *Deus probos noſcit.*

ORIGENIS. Obſerua quòd ſolum bonum cognoſcatur à Domino, malum autem nullum vſquequaq;. Bonum ſiquidem eſt via iuſtorum. Et non dixit: Nouit Dominus viam impiorum, quia mala ſunt indigna eius cognitione. Quando enim peccarat Adam, non cognoſcebat ipſum, neque locum in quem exciderat: quocirca dicit: *Adam vbi es?* Et dæmonium vt indignum quod noſceretur, vel nomen eius, interrogat, quodnam ipſius nomen eſſet. ipſum autem reſpondebat, *Legio.* Quin & priùs quàm mulier quæ ſanguinis fluxu laborabat ſanitatem acciperet, ſciſcitabatur dicens: *Quis me tetigit?* Congruent his de notione & ignoratione Dei, nomina memoriæ & obliuionis Dei, quæ paſſim in prophetiis reperiuntur. Dicitur enim in precationibus: Memento mei, &, Vt quid oblitus es mei? Reiicit enim à memoria ſua peccatores, quemadmodum rurſus recipit pœnitentes.

Probi ſunt digni notitiâ Dei, ſecùs improbi.

Gen. 3, 9.

Luc. 8, 30.

Luc. 8, 43.

ἀναστήσονται εἰς κρίσιν. Τουτέστιν· ἀναστήσονται μὲν, ἀλλ' εἰς κατάκρισιν. Οὔτε γὰρ ἐλέγχου δέονται, περιφανῆ τὴν ἀσέβειαν ἔχοντες, ἀλλὰ τιμωρίαν μόνην προσδέχονται. Καθάπερ γὰρ τοὺς ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντας ἀνδροφόνους, οὐκέτι τὸ ἐλέγχειν εἰσάγουσιν οἱ δικάζοντες, ἀλλ' ὥστε τὴν τοῖς νόμοις δοκοῦσαν ψῆφον ἐξενεγκεῖν κατ' αὐτῶν· οὕτω καὶ οἱ ἀσεβείᾳ συνεζηκότες, εὐθὺς μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὴν κόλασιν ὑπομένουσιν, οὐκ εἰς κρίσιν ἀγόμενοι, ἀλλὰ τῆς τιμωρίας τὴν ψῆφον δεχόμενοι. Καὶ μέντοι καὶ οἱ τῶν δυσσεβῶν δογμάτων ἀπηλλαγμένοι, βίον δὲ βεβιωκότες παράνομον, πόρρω που τοῦ τῶν δικαίων συλλόγου γενήσονται. Τὴν γάρ τοι βουλὴν ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων συναγωγὴν ἡρμηνεύκασι, σύλλογον δὲ ὁ Σύμμαχος.

ϛ'. ΟΤΙ ΓΙΝΩΣΚΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΟΔΟΝ ΔΙΚΑΙΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ γινώσκει ἀντὶ τοῦ τιμᾷ, ὡς ἐν τῷ· Ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. περὶ δὲ τῶν ἀσεβῶν τί φησιν; Ὡς ἀπώλεια ἔσται τὸ τέλος τῶν πονηρῶν πράξεων.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Σημείωσαι ὅτι καλὸν μόνον γινώσκεται ὑπὸ κυρίου, φαῦλον δὲ οὐδὲν οὐδέποτε. Καλὸν γὰρ ὁδὸς δικαίων. Καὶ οὐκ αὖ εἶπε, γινώσκει κύριος ὁδὸν ἀσεβῶν, ἐπεὶ ἀνάξια τῆς γνώσεως αὐτοῦ τὰ κακά. Ὅταν γὰρ ἥμαρτεν ὁ Ἀδὰμ, οὐκ εἴδει αὐτὸν, οὐδὲ τὸν τόπον εἰς ὃν ἐκπέπτωκε. διό φησιν, Ἀδὰμ ποῦ εἶ; Καὶ τὸ δαιμόνιον ὡς οὐκ ἄξιον εἰδέναι, οὐδὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, πυνθάνεται τί τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ὁ δὲ ἀποκρίνεται λέγων, λεγεών. Καὶ πρὶν δὲ τὴν ἄφεσιν τῆς σωτηρίας λαβεῖν τὴν αἱμόῤῥουν, πυνθάνεται λέγων· Τίς μου ἥψατο; Ἁρμόσει δὲ τοῖς περὶ γνώσεως καὶ ἀγνωσίας Θεοῦ, τὰ συνεχῶς κείμενα ἐν ταῖς προφητείαις ὀνόματα, μνήμη καὶ λήθη Θεοῦ. Εἴρηται γὰρ ἐν εὐχαῖς τὸ Μνήσθητί μου· καὶ, ἵνα τί μου ἐπελάθου; ἀποῤῥίπτει γὰρ τῆς ἑαυτοῦ μνήμης τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ πάλιν προσίεται τοὺς μετανοοῦντας.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Pſalmus in quibuſdam codicibus eſt cum titulo, in aliis ſine.

Eius auctor eſt Dauid.

NOTA, Pſalmum hunc titulo carere. In quibuſdam tamen Græcis exemplaribus inſcribitur, Δαβὶδ προφήτου καὶ βασιλέως μέλος, *Dauid Prophetæ & Regis carmen*. Alij habent, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις, *Pſalmus ipſi Dauid, ſine titulo apud Hebræos*. Sunt qui putent, Pſalmi huius auctorem eſſe Eſdram, qui Pſalmos in ordinem redegit ac digeſſit. Verùm omnes paſſim cum S. Ambroſio, Hilario, Baſilio, Auguſtino ceteriſque ipſum Dauidi attribuunt: etiam hi qui alioquin diuerſos diuerſorum Pſalmorum auctores faciunt, vt S. Hieronymus; qui in Epiſtola ad Paulinum de ſtudio Scripturarũ, hunc primum Pſalmum Dauidis eſſe diſertè tradit. Eſt autem hic Pſalmus adinſtar præfationis ad omnes reliquos, adhortans ad mali fugam, & boni proſecutionem, iuſtorum præmio, impiorumque ſupplicio propoſito.

1. *Beatus vir.*] Vel, vt eſt in Hebræo, *Beatitudines illius viri ſunt* : אַשְׁרֵי הָאִישׁ *aſchre haiſch*. Vbi docti animaduertunt, dictionem Hebræam אַשְׁרֵי *aſchre*, quam Septuaginta vertunt μακάριος, *beatus*, duci à verbo אָשַׁר *aſchar*, id eſt, *direxit, rectè ambulauit*, vt deſignet quod dicitur Græcè, εὐοδοῦντες, κατευθύνοντες, *benè incedentes, feliciter tendentes*, vt ad hunc locum notat Auguſtinus Eugubinus. Nimirum diuinus Spiritus hoc ſignificare voluit, omnem huius vitæ felicitatem in rectè ambulando & proficiendo conſiſtere; illudque ipſum eſſe quod appellamus viæ perfectionem, quam in curriculo huius æui conſequi poſſunt, qui ad beatitudinem ſtudio inflammato rapiuntur. Quare quod apud Septuaginta eſt μακάριος, *beatus*, Theodotion τέλειον, *perfectum* reddit, Chaldæus *bonum*, Scholion ἄμεμπτον, *irreprehenſibilem*. Nos, vt dixi, ex Hebræo dicere poſſumus, *benè & feliciter ambulantem*. Talis fuit Iſaac, de quo ita ſcribitur: *Ibat proficiens atque ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus eſt.* Talis Ioſeph, quem *filium accreſcentem* honorato vaticinio pater indigitauit. Tales & Apoſtoli, de quibus in regij Vatis prædictione dicitur: *Euntes ibant*, quòd in via Dei vlteriùs progrederentur. Quò item reſpexiſſe videtur Iobus dicens: *Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus*. Vbi non ſine myſterio vocem Hebræam, cui reſpondet nomen *veſtigia*, Caietanus interpretatur *beare*, ſeu beatitudinem, vt ſenſus ſit: *Beare tuum ſecutus eſt pes meus*: quo denotatur, beatitudinem noſtram in eo ſitam eſſe, vt Dei veſtigia ſequamur, & vias ac ſemitas eius cuſtodiamus.

Felicitas vitæ huius conſiſtit in profectu virtutum.

Gen. 26, 13.

Gen. 49, 22.

Pſ. 125, 6.

Iob 33, 11

Nota autem, non exigi à bono viro, vt non abeat in viam peccatorum, ſed, vt non ſtet in ea; vt non diutiùs moretur in illa. Verùm ad impiorum conſilium nec abire permittitur: in conſilio enim impiorum, magna crimina intelliguntur; in peccatorum verò via, minora putantur delicta. Magna ergo delicta nec ad momentum admittenda; minora quis non admittit? Satis, ſi per correptionem non maneant diutiùs. Ad hunc locum ita pulchrè diuus Ambroſius: *Non à te exigit, quod vltra naturam eſt, vt peccatum non facias; ſed vt non maneas in peccato quadam ſtatione diuturna: in grauiora ne abeas, in leuioribus ne ſtes.* Numquam grauiora crimina vel apparere permittenda ſunt, ſed quamprimum ſuccidenda; quæ autem minora ſunt, ea ſatis eſt ſi non permittantur ſubſiſtere diutiùs.

In minoribus peccatis non ſubſiſtendum, maiora ne admittenda quidem.

IBIDEM. *Et in cathedra peſtilentium.*] Græcè λοιμῶν. quo nomine Septuaginta ſolent vti non ad peſtem, ſed ad peſtilentem ſceleratumque hominem ſignificandum. Exemplo ſit locus in Prouerbiis: Θρασὺς, καὶ αὐθάδης, καὶ ἀλαζὼν λοιμὸς καλεῖται. *Audax, & contumax, & arrogans, peſtilens vocatur.* Et certè S. Hieronymus in huius Pſalmi expoſitione, *peſtilentium* legiſſe videtur, id quod iam in Vulgata *peſtilentiæ* habetur. Itaque pro *peſtilentibus*, inquit, in Hebræo, *deluſores* habetur, quòd ſcilicet omnes diſcipulos peruerſus doctor illudat. Hinc Aquila pro λοιμῶν vertit χλευαστῶν, *deriſorum*: quod etiam notauit S. Ambroſius ad hunc locum. Symmachus verò tranſtulit: Καὶ ἐν καθέδρᾳ ἐπιβουλευτῶν οὐκ ἐκοινώνησε. *Et in cathedra inſidiatorum non communicauit.* Quinta denique & ſexta editio habent: Καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ παρανόμων οὐχ εὑρέθη. *Et in cathedra iniquorum inuentus non eſt.* Quòd ſi fortè cuipiam Septuaginta vocem Hebræam לֵצִים *letſim*, id eſt *irriſorum*, minùs propriè λοιμῶν, *peſtilentium*, reddidiſſe videantur; is ſciat λοιδορίαν, quod nomen apud Græcos *conuicium* ſignificat, ſic dictum eſſe quaſi λοιμορίαν, hoc eſt peſtem. Vnde non mirum, ſi λοίδορες, hoc eſt *conuiciatores & illuſores*, dixerunt λοιμοὺς, *peſtilentes*. Idem enim eſt λοιμὸς apud Septuaginta, quod λοίδορος, *illuſor*.

Vox λοιμῶν quid.

Prou. 21, 24

Huiuſmodi ergo homines propriè à regio Vate nominantur *peſtilentes*; quòd eorum latè vitium malefica & funeſta contagione proſerpat: S. Paulus eoſdem vocat *deſperantes ſemetipſos*. in Græco eſt ἀπηλγηκότας. diuus Hieronymus vertit *indolorios*, qui videlicet de nequitia & maleficio nullum dolorem concipiant. Hi nimirum torrentem illum euomunt laqueorum, Ioëlis carmine celebratum. Eiuſmodi ſunt illi, qui communi olim nomine dicebantur *euerſores*: à quorum moribus etſi plurimùm abhorrebat in adoleſcentia ſua D. Auguſtinus, tamen cogebatur cum illis viuere *pudore impudenti*, vt ipſe confitetur. Horum proprium eſt, ſanctiſſima quæque irridere, eleuare diuina iudicia, monita ſapientum aſpernari, odiſſe præceptores, illudere aliorum verecundiæ, damnare bonitatem. Vide plura de his infrà ad Pſal. 35. verſ. 4. annotata.

Irriſores ſunt maximè peſtilentes.

Epheſ. 4, 19.

Lib. Confeſſ. 2. c. 3.

Pulchrè huius cathedræ fabricationẽ deſcribit Hugo de S. Victore. *Qui malum*, inquit, *operatur, cathedram fabricat: in cathedra ſedet, qui in malo perſeuerat. Inſtrumenta operis mali, ſunt quinque ſenſus corporis: materia eſt, iſtud quo quiſque explet propoſitum prauæ voluntatis. Modus fabricandi talis eſt: Viſus eligit, ſermo præcidit, officium coaptat, experientia componit. Viſus pertinet ad oculum, ſermo ad auditum, officium ad manum, experientia ad olfactum & guſtum. Quem in prauo opere ipſa propter ſe actio delectat, is in agendo guſtat: quales ſunt gula & luxuria. Cùm autem ipſe actus peccandi per ſe non placet, ſed*

Quomodo cathedra peſtilentiæ fabricetur.

ANNOTATIONES CORDERII.

ſed per id quod agitur, aliud quod deſiderat, homo conſequi cupit, iſte de longè olfacit: qualia ſunt latrocinium & furtum. Neque enim latronem delectat hominem occidere, ſed delectat ſpolia poſſidere: neque furem, limen ſuffodere, ſed pecuniam obtinere. Iſta quinque inſtrumenta non operantur in omni peccato: quædam tamen ſunt peccata, vbi omnia ſimul inueniuntur; vt eſt verbi gratiâ luxuria. Cùm enim primum ardorem libidinis per cogitationem quis mente conceperit, ad implendam deinde prauam voluntatem per oculos materiam eligit, quando conſortem turpitudinis eam, quæ magis placere poſſit, inquirit. Deinde per ſermonem materiam præcidit; quia inuentam noxiis perſuaſionibus à ſtatu rectitudinis ad conſenſum peruerſitatis trahit. Deinde officio coaptat; quia iugi obſequio (quaſi palpando) in prauo conſenſu confirmat. Adaptatâ materiâ fabricam conſtruit; quia conſenſu communi habito, ad actum turpitudinis venit. Quatuor ergo iſta, hoc eſt, eligere, præcidere, coaptare, conſtituere, quatuor ſunt piſtilla cathedræ: quæ videlicet cathedra tunc cathedra peſtilentiæ fit, quando prauum opus in apertum veniens, plures corrumpit. Hæc ille.

Virtus ægrè, vitium facilè diſcitur ac docetur.

Qui variis diſciplinis dant operam, multum temporis in illas inſumunt, & vix tandem aliquando variis exantlatis laboribus, poſt longas lucubrationes, alios docturi in cathedram aſſurgunt. Neque omnes ſine diſcrimine ad hoc munus aſſumuntur; ſed illi tantùm, qui plurimùm valent ingenio, & alios longè ſuperant. At verò impius, quem hoc verſu depingit Dauid, vix ingreſſus viam, iam pro ſuggeſtu alios erudit. Scilicet quicumque peccat, alios ſuo exemplo in peccatum pertrahit; & ſtatim ac diſcit peccare, in cathedram aſcendit, vt pro ſuggeſtu alios crimina doceat. Neque ad hoc longa temporum interualla aut mentis acies deſideratur; ſed quicumque ille eſt qui peccat, ſuo crimine in ſimilia piacula pertrahit auditores & ſpectatores ſuos: vti pulchrè Petrus Chryſologus Sermone 44. his verbis docet: *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Impietatem probè qui facit, amat; qui amat, non poteſt non docere. Hinc eſt, quòd docens impietatem, peſtilentiæ reſidet in cathedra, & ſermone mellito virus doctrinæ letalis audientibus ſic effundit.* Felix ergo qui in hac peſtilentiæ cathedra non ſedit.

Legis diuinæ meditatio eſt apex Theologiæ.

2. *Sed in lege Domini voluntas eius.*] Obſeruant Hebræi תּוֹרָה *thorah*, id eſt, *legem*, deduci à verbo יָרָה *iarah*, id eſt, à *docendo*; vt ſit princeps & exquiſitum genus doctrinæ, Philoſophia pulcherrima, quæ antiſtat humanis doctrinis, cælo cognata ſcientia. Græci *νόμον*, *legem* appellauerunt, ſi homines aſpicias, ab æquitate; ſi Deum, à religioſo cultu, quem ſempiternæ illi naturæ beatiſſimæque tribuimus. quod cùm rectè fieri nequeat non cognitâ Numinis præſtantiâ, & mortalium imbecillitate atque obligatione erga diuinam maieſtatem; fit, vt legis meditatio ſit veluti apex Theologiæ, & omnium earum rerum cognitio, quæ ad conſequendam felicitatem
Pſal. 89, 12 pertinent. Hanc regius idem Vates *eruditionem*
Sap. 10, 10. *cordis* nuncupauit; Salomon autem, *ſcientiam ſanctorum*.

Notandum autem, quòd non dicat, In voluntate eius lex Domini; ſed, *In lege Domini voluntas eius.* Nam *multi* (inquit Hugo à S. Victore) *habent legem in corde, ſed non habent cor in lege. Legem in corde habent, qui cognoſcunt veritatem; cor in lege habent, qui diligunt veritatem. Qui verò legem in corde habent, non cor in lege; hi portant legem, non portantur à lege: onerati ſunt, non adiuti; quia ſcientia, vbi non eſt caritas, grauat, non alleuat.*

Quidam habent legem in corde, non cor in lege.

Obſeruatio legis eſt voluptas animi.

Porrò quod Vulgatus ait, *In lege Domini voluntas eius*, propriè ex Hebræo legitur, *voluptas eius.* Si quidem ex legis diſciplina & obſeruatione omnis animi voluptas & gaudiũ hauritur. Per legem denique non ſolùm Dei præcepta, ſed & inſtitutionẽ, & doctrinam morum vniuerſam intelligit, quâ Deus nos ſuam voluntatem & totius vitæ informandæ rationem edocet. Atque hoc modo tota Scriptura ſacra lex dici poteſt, quomodo S. Gregorius Nyſſenus Præfatione in Cantica exponit, dicens: *Spiritale legis nomen comprehendit etiam hiſtoricas narrationes: adeò vt vniuerſa à Deo inſpirata Scriptura, ſit lex iis qui ipſam legunt, non ſolùm per præcepta, ſed etiam per hiſtoriam erudiens, & ad cognitionem myſteriorum, & ſinceram vitæ inſtitutionem.* Hæc ſcilicet *lex Domini immaculata, conuertens animas* (vt alibi Dauid canit) *& ſapientiam præſtans paruulis*, reficit, recreat & tranquillat animam, & cordis ſitim famemque excruciantem reſtinguit.

Quid per legem intelligatur.

Lex Dei reficit animam.

IBIDEM. *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.*] Poſtquam de viro iuſto dixiſſet, *In lege Domini voluntas eius*, id eſt Dei ſcita, & leges amabit; ſtatim ſubdit: *Et in lege eius meditabitur die ac nocte:* id eſt, totum tempus ſtudio legis inſumet, ita vt eam è lecto ſurgens memoriâ recitet, cubans ruminet, comedens audiat, loquens conferat, ſedens legat, vacans diſcat, & ſic die ac nocte hanc legem Domini aſſiduè meditetur. Hoc nempe confert virtus, vt non ſolùm mentis tenebras diſcutiat, & lumen infundat, quo facilè abdita quæque rimari poſſimus; ſed & propenſionem addat, vt ardenter & indefeſsè dogmatibus legis vacemus. *Lex enim* (vt ad hunc locum ſanctus Ambroſius ait) *voluntarios
quærit; quia lex Domini irreprehenſibilis eſt, con-* Pſal. 18, 8
uertens animas. Nemo autem conuertitur, niſi qui voluntate conuertitur. Voluntarius autem abſcondit, & ſenſum furatur laboris. Ideoque die ac nocte in lege meditatur: in quo non tam continua legendi poſtulatur intentio, quàm ſeruandæ legis affectus. Ille enim plenè meditatur, qui ipſi ſibi lex eſt, ſcriptum in corde ſuo opus legis intendens. Virtus enim ac pietas, quam quis colit, atramentum eſt, quo lex tota ſcribitur in cordibus iuſtorum & piorum hominum. Nam ſicut in libris facilè ſenſa ſcribentis haurimus; eâdem planè ratione, qui pius eſt, facilè omnia quæ in lege ſunt agnoſcit, & quaſi ſcripta eſſent in viſceribus ſuis, omnia contemplatur. Atque hoc eſt quod Apoſtolus docet ad Romanos ſcri-
bens his verbis: *Cùm enim Gentes, quæ legem non* Rom. 2, 14
habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Vbi expende illa verba, *Ipſi ſibi ſunt lex*; ac ſi dicat: Illi, qui mandata legis opere complent, ipſi ſibi ſunt lex: id eſt, legem in ſeipſis inueniunt, & non aliter nouerunt ea quæ ad legem ſpectant,

Vir pius ac iuſtus legem Dei aſſiduè meditatur.

Iuſti habent legem Dei ſcriptam in cordibus ſuis.

Iuſtus ſibi ipſi eſt lex.

ſpectant, quàm ſemetipſos. Quemadmodum ſcilicet nonnulli docent, Angelos non indigere ſpeciebus rerum, vt multa cognoſcant; ſed ipſam Angelorum naturam, inſtar ſpecierum & imaginum eſſe ipſis, vt per eam alia cognoſcant: ad hunc modum vir pius quodammodo intra ſe habet totam legem expanſam & expoſitam, vt nullo negotio ea etiam quæ abdita ſunt legis, dignoſcere poſſit.

Sonus virtutis ſuauior & efficacior quàm verborum.

Idem ſanctus Ambroſius ad hunc locum adducit lectionem Aquilæ, qui legit: *Et in lege eius reſonabit die ac nocte.* Vbi, quam noſter Vulgatus meditationem dixit, Aquila ad inſtrumenta muſica refert, quæ manibus percuſſa, ſuauem ſonum edunt. Scilicet magis meditatur legis ſcita, & potiùs perſcrutatur, & penitiùs rimatur, qui legem opere complet, quàm qui eam meditando expendit. Vnde quod alius meditationem, alius ſonum tranſtulit. Porrò totum hoc negotium virtus conficit; vnde legis ſapientia, & abditorum myſteriorum cognitio in Scripturis ſæpè comparatur ſono, qui per tympanum & ſimilia inſtrumenta editur, vt S. Ambroſius ibidem exponit his verbis: *Qui voluntatem habuit in lege, & meditabitur in ea: aut (ſicut Aquila poſuit) reſonabit in lege, vt præcepta legis reſonet vita eius, mores reſultent, ſicut illorum, quorum in omnem terram exiuit ſonus.* Vbi S. Doctor acutè obſeruat, Pſalmiſtam non dixiſſe, In omnem terram exiuit verbum eorum; ſed, In omnem terram exiuit ſonus eorum: quia nimirum longiùs reſultat ſonus, qui manibus, quàm qui voce editur. Pari itaque ratione nos quoque faciliùs myſteria legis haurimus, & aliis exponimus per opera virtutis, quàm per voces exhortationis.

Pſal. 18, 5.

Arboris frugiferæ partes homini iuſto applicatæ.

3. *Et erit tamquam lignum.*] Id eſt *arbor*, cuius partes omnes eleganter Hugo Victorinus applicat ad hominem iuſtum. *Radicem* ait eſſe, fidem: *ſtipitem*, ſpem: *ramos*, caritatem: *medullam*, intentionem bonam: *corticem*, conuerſationis ſpeciem: *folia*, iuſtam actionem: *flores*, bonam famam: *fructum* intus per conſcientiam, foris per doctrinam, ſuprà per gloriam. Alias morales applicationes habes ſuperiùs in Catena.

Omnis vigor iuſti, eſt à fluentis gratiarum.

Nota autem, quòd non dicat, Erit tamquam roſa, nec tamquam oliua, aut quæuis alia pulchra & formoſa arbor in particulari; ſed *tamquam lignum*. quaſi dicat: Dummodò diuinis fluentis proximè aſſiſtat, quodcumque demum lignum fuerit, quantumuis aridum & ſiccum, in flores & in fructus aletur immortales. Tota iuſti felicitas ab adiunctis gratiæ aquis oritur; quibus cùm careat impius, eſt tamquam puluis, à quouis vento facilè exſufflabilis. Sed puluis vnde poterit acquirere ſibi ſoliditatem? Sanè ab adiunctis lacrymarum aquis, quibus homo reparatur ad vitam æternam. Adde hanc aquam pulueri, in quem te redigunt peccata, & ita ſolidaberis, vt poſſis viuis lapidibus reædificari; & licet aridum lignum fueris, pœnitentiæ lacrymis perfuſus, virorem gratiæ recuperabis, & iuſtitiæ fructus vberrimos germinabis. Quod enim præſtabat viuidus fons in paradiſo, hoc in terra peccati præſtat aqua veræ pœnitentiæ, quæ vel aridiſſimos truncos facit exurgere in fructiferas arbores. Ad illam Tertullianus libro de Pœnitentia exhortans ait: *Rape occaſionem inopinatæ felicitatis, vt ille tu nihil quondam penes Deum, niſi*

Aquis pœnitentiæ peccator vigorem recipit, & fructum profert.

ſtilla ſitulæ, & areæ puluis, & vaſculum figuli; arbor exinde fias illa, quæ penes aquas ſeritur, & in foliis perennat, & in tempore ſuo fructus agit, quæ non ignem, non ſecurim videbit. Ecce tibi quàm inopinata felicitas à ſqualore & contritione pœnitentiæ naſcatur: mediante enim illâ, qui vel pulueris inſtar, vel confracti vaſculi iacebat; exurgit in arborem, & ad alta tendens, mirificos ſalutis fructus affert.

ANNOTATIONES CORDERII.

IBIDEM. *Quod fructum dabit in tempore.*] Eſt hîc duplex fructus à nobis meditandus: alter operum & myſteriorum Dei; alter operum noſtrorum. Fructus myſteriorum Dei eſt omne illud boni & vtilis, quod ex Chriſto & per Chriſtum nobis accedit. De ipſo namque dictum legimus: *Et erit tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo*: Aquila legit, *quod tranſplantatum eſt.* Eò quòd, vt ſcribit Ambroſius, primò ſit plantatus in Virgine, & poſteà tranſplantatus in paradiſum; ſicut dixit ad latronem: *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.* Hoc lignum fructum non tulit, ſicut reliquæ arbores, ſed dedit; quia voluntariè largitur, & donat. Et *dedit in tempore*; quia profectò lignum ſapientiæ eſt, & ideò debet fructum ſapienter dare, & erogare prudenter. Nunc quidem in certis & ſtatutis temporibus fructus gratiæ donat, quoniam corruptibiles ſumus, & abſque vlla interruptione vacare exercitationibus ſpiritualibus non valemus; in futura autem vita fructum gloriæ ſemper dabit, quando nos immortales facti, eam ſemper mereamur, & poſſimus accipere. Fructus autem operum noſtrorum non vnus eſt, ſicut nec opera noſtra vnius generis ſunt. Nam quædam ſunt bona, quædam verò mala. Fructus operum malorum eſt mors, & pœna, & calamitas; fructus operum bonorum, ex Chriſti gratia factorum, eſt vita gratiæ, & tranquillitas mentis, & multiplex donũ Dei in hac vita, & immenſum gloriæ pondus in futura.

Fructus Chriſti qualis.

Luc. 23, 43

Fructus operum noſtrorum quales.

IBIDEM. *Et folium eius non defluet.*] Comparat hîc iuſtum cum arbore *ἀειθαλεῖ* *ſemper virente*, ſemper eſfloreſcente, & beatiſſimo fructu redundante. Ezechiel quoque Dauidem imitatus, eodem modo myſticum nobis & arcanum emblema viuis coloribus artificioſè depinxit. Pingit enim in primis *torrentem*, puta Eccleſiam, & in eius ripis arbores pomiferas, quæ Thilenſes (de quibus B. Damianus lib. 2. Epiſt. 17.) & Ægyptias (quarum meminit Plinius lib. 16. c. 21.) foliorum ſempiternâ viriditate exuperent. *Non defluet*, inquit, *folium ex eis.* Tam fructuoſæ autem ſunt atque abundantes, vt per ſingulos menſes adferant primitiua. Hoc emblema eſt pullulantis in dies animi, & meritorum copiâ exuberantis; de quo ſubdit:

Ezech. 47.

Iuſtus ſimilis arbori ſemper florenti, iuxta fluuium conſita.

IBIDEM. *Et omnia quæcumque faciet proſperabuntur.*] Græcè *κατευοδωθήσεται*, id eſt, *benè dirigentur*: ita ſanctus Hilarius exponit. Aretas vim facit in verbo illo Græco, vt doceat de *viro*, non de *ligno*, locum intelligi: quia *dirigere*, ac *dirigi* innuunt mentis opus. Lignum enim præter folia & fructus, nil ampliùs habet quod faciat: at viri iuſti, præſertim à Deo electi, ipſa etiam mala opera & peccata præcedentia benè diriguntur, & proſperè ſuccedunt; quia *cooperantur in bonum*, eaque Deus dirigit in ſalutem eius, dum

Electis omnia cooperantur in bonum.

Rom. 8, 28

ANNOTATIONES CORDERII.

dum per ſinceram contritionem ac veram pœnitentiam deleta, maioris poſtmodum exiſtunt occaſio dilectionis, & cauſa feruoris; vnde fit, vt quandoque Deus peccatorem pœnitentem ad altiorem virtutis gradum euehat poſt pœnitentiam, quàm priùs teneret, cùm innocentiam ſeruaret. Nam (vt pulchrè Petrus Chryſologus Sermone 3.) *apud cæleſtem Patrem filius ſurgit plus de venia, quàm corruit de reatu.*

4. *Non ſic impij, non ſic : ſed tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.*] Poſtquam de pio dixerat, ipſum daturum eſſe fructum in tempore ſuo ; ſcilicet in die mortis, &

Apoc. 14, 13.

Sicut probi à Deo colliguntur, ita praui diſperguntur.

poſt illam, iuxta illud : *Beati mortui qui in Domino moriuntur. Opera enim illorum ſequuntur illos*, numquam moritura inter æterna cælorum gaudia, & æternùm præmianda; quando fructum conſequentur centuplum laborum ſuorum, centuplaque fœneratione ſudores hîc profuſi refundentur ibi remuneratione æternâ. Subiungit de impiis : *Non ſic impij, non ſic :* ſed à facie magni Dei diſpergentur, vt puluis areæ, qui à vento rapitur; vt paleæ, quæ excutiuntur à tritico; vt zizania, quæ ignibus committuntur. Itaque opera ſequuntur vtroſque, beatos beato fine coronanda, impios numquam perituris ignibus crucianda. quæ eſt omnino infeliciſſima impiorum conditio. Delrius noſter parte ſecundâ Adagialium veteris Teſtamenti, Adag. 14. in his verbis, *Tamquam puluis, quem proiicit ventus*, obſeruat prouerbialem locutionem, quæ locum habet in iis quæ vi maiore huc & illuc impelluntur. Huic non abſimilis eſt illa Iobi de impiis in eumdem ſenſum loquentis ſententia:

Iob. 21, 18.

Mali paleis, probi triticeo comparantur.

Erunt ſicut palea ante faciem venti, & ſicut fauilla quam turbo diſpergit. Vbi impios cum paleis comparat, ad oſtendendum, quàm futilis eorum potentia, quàm inanis gloria, quæ eâ facilitate diſſipatur, quâ paleæ à vento vehementi, aut fauilla, arida & ſine pondere, ab incitato puluere propellitur. Eôdem ſpectat illud Euange-

Matt. 3, 12.

liſtæ : *Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.* Vbi ſimiliter in ventilatione iudicij, mali paleis, boni triticeis granis aſſimilantur.

Eâdem ſimilitudine vſus eſt Iſaias, cùm po-

Iſa. 17, 13.

pulo impio minitatur, dicens : *Rapietur ſicut puluis montium à facie venti, & ſicut turbo coram tempeſtate.* id quod Septuaginta clariùs expreſſerunt his verbis : Ὡς ὕδωρ πολὺ ἔθνη πολλά, ὡς ὕδατος πολλοῦ βίᾳ φερομένου. Καὶ ἀποσκορακιεῖ αὐτόν, καὶ πόῤῥω αὐτὸν διώξεται, ὡς χνοῦν ἀχύρου λικμώντων ἀπέναντι ἀνέμου, καὶ ὡς κονιορτὸν τροχοῦ καταιγὶς φέρουσα. *Tamquam aqua multa, gentes multæ, quaſi aqua multa per vim impulſa. Et exterminabit eum, & longè eum perſequetur, tamquam puluerem paleæ ventilantium coram vento, & quaſi puluerem rotæ tempeſtas impellens.* In Hebræo autem

Quid hic per puluerem propriè ſignificetur.

hoc & aliis locis citatis pro puluere eſt מוץ *moz*: quæ vox propriè ſignificat illum tenuiſſimum puluiſculum ſiue lanuginem, quæ vnà cum paleis è frumento ventilatur. Solent quippe illi qui trituræ dant operam, areas ſibi in locis editis conſtituere, vt citiùs quiſquiliæ & glumæ venti flatu à granis ſeparentur. Veruntamen de puluere, ſeu ſicciore terræ parte, plerique Patres acceperunt, ad rem magis, quàm ad Hebræam vocem attendentes. Et ſanè, cùm areæ ſoleant æſtu ſicciores eſſe, ventus plerumque cum glumis illis multum ſimul terreni pulueris auehit atque diſpergit. Nec ratione myſticâ caret, quòd Vulgatus hîc *puluerem* vertere maluerit; quia de peccatoribus agit, qui terrenis opibus confidentes, ſe firmos putant, & ſubuerti non poſſe; cùm tamen à Deo leui momento auellantur & diſpergantur. Optimè item pulueri comparantur iniqui, quos ventus, id eſt Spiritus ſanctus, proiicit à facie terræ, & à conſpectu hominum, ne ſcilicet eorum praua opera diſcant, atque imitentur. Hac enim ratione Deus iuſtis ac piis viris maximè proſpicit, cauendo ne exempla iniquorum oculis animóve excipiant, quibus ad malum alliciantur. Atque hæc eſt S. Ambroſij ad hunc locum expoſitio; cuius iſta ſunt verba: *Et ſicut puluis proiicitur à facie venti, ita & iſti proiicientur & diſſipabuntur à Spiritu ſancto, qui terræ fertili atque fecundæ animæ ſalutaris, ſicut ventus Auſter aſpirare conſueuit.* In eumdem ſenſum exponit ibidem illud Cantici: *Surge Aquilo, & veni Auſter : & perfla hortum meum, & fluent aromata.* Auſtrum vocat, id eſt Cant. 4, 16.

Spiritum ſanctum, vt hortum ſuum, ſcilicet Eccleſiam, aut animā iuſti, ventilet ac perflet, id eſt, excutiat puluerem quo ſordent plantulæ; hoc eſt, amoueat iniqua exempla malorum, quæ piorum conſcientias ad malum trahunt; vt, iis amotis, fluant aromata, nempe opera virtutis, quæ ſuaueolentiam emittant. S. Gregorius lib. 7. Moralium cap. 11. hunc Pſalmi locum exponit de iis peccatoribus, qui pœnitentiam nimis procraſtinant, & in finem vſque vitæ differunt: tales enim tempore mortis exanimabuntur, & *peribunt tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.* Cùm enim nullum habeant humorem virtutis, quo contineantur & conſtringantur, inſtar pulueris omni vento erroris circumferuntur, & peruerſis ſuis opinionibus diſtrahuntur, & quaſi ad nihilum rediguntur, ac ſi ampliùs futuri non eſſent poſt mortem.

Impij in morte diſpeguntur vt puluis.

5. *Non reſurgent impij in iudicio.*] Nota, non hoc ita intelligendum vt Hebræi volunt, qui in iudicio non reſurrecturos impios opinantur, quòd ſimul cum corporibus eorum animæ pereant. Nam ſtulta eſt hæc expoſitio, præterquam quòd noſtræ fidei & ſacris Litteris aduerſetur.

Hebræi negant impiorum reſurrectionem.

Sed *non reſurgent*, ita dictum puto, ac ſi diceret: *Non ſtabunt*, non audebunt leuare caput, aut ante iudicem hiſcere, & aliquid audacter opponere, aut crimen excuſare. Neque enim fieri poteſt (vt rectè docet Euſebius ſuperiùs in Catena) vt non veniant in iudicium impij, cùm ſcriptum ſit in Eccleſiaſte in fine libri : *Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum illud ſit.* Taceo Euangelium (quia Iudæi illud non admittunt) in quo legimus: *Cùm venerit Filius hominis in maieſtate ſua, &c. congregabuntur ante eum omnes gentes.* & in fine ſubiungit de malis: *Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.* Paulus quoque ait: *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.* Non reſurgent ergo impij in iudicio, quia in eo cadent cauſâ ſuâ, & damnabuntur. Qui au-

Refellitur eorum opinio.

Eccle. 12, 14.

Matth. 25, 31.

Ibid. 46.

2. Cor. 5, 10.

tem

tem in iudicio ſurgent, habent ſpem veniæ, vt S. Ambroſius ſcitè notauit in Pſal. 118. Quare dicendum, Omnes quidem impios ac manifeſtos peccatores iudicandos eſſe iudicio damnationis, quo debita cuique pœna decernetur; non tamen omnes iudicandos eſſe iudicio diſcuſſionis. Quia manifeſti peccatores nullâ opus habent diſcuſſione, cùm ſuam liquidò adferant damnationem, quæ tunc orbi innoteſcet. Atque hoc ſenſu ſancti Patres dicere ſolent, omnes quidem peccatores perituros in iudicio; non tamen ibi omnes iudicandos. Nam vt Apoſtolus ait, *Qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt*: atque ipſomet Chriſto teſte, *qui non credit, iam iudicatus eſt.* Ex his patet, quàm opportunè Pſaltes, ſicut initio huius Pſalmi dixerat, iuſtos non abire in conſilio impiorum; ita hîc viciſſim dicat, impios non reſurgere in iudicio iuſtorum; ſignificans, longè aliud fore iudicium iuſti, & aliud impij.

Omnes impij ſubibũt iudicium damnationis; ſed non omnes iudicium ſubibunt diſcuſſionis.

Rom. 2, 12.

Ioan. 3, 18.

6. *Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum.*] Id eſt, *placet illi* via iuſtorum, ac *diligit* eam, ſicut dictum eſt in Prouerbiis: *Abominatio eſt Domino via impij; qui ſequitur iuſtitiam, diligitur ab eo.* Solet enim verbum *cognoſcendi* in ſacris Litteris, pro eo quod eſt diligere, ſeu miſerari, accipi. Vnde in Prouerbiis, quod nos legimus, *Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas*; Septuaginta tranſtulerunt *οἰκτείρει, miſeratur.* Quam expoſitionem probat etiam Paraphraſis Græca ſuperiùs poſita. Sic dixit etiam Deus per Amos ad Iſraëlitas: *Tantummodò vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ*: hoc eſt, dilexi, elegi, amaui. Ex qua ſententia illud intelligi poteſt, cauſam quidem quare iuſti ſaluentur, eſſe in eo præcipuè, quòd Dominus nouit viam eorum, & ſuâ miſeratione dirigit, ac proſperum curſum tribuit: porrò cauſam quare impij intereant, ipſam illorum eſſe improbitatem, iuxta illud Oſee: *Perditio tua Iſraël: tantummodò in me auxilium tuum.* Aut *viam* licet accipere *cogitata, ſpem, deſideria*. Iuſtorum igitur deſideria & cogitata nouit Dominus, & illi grata ſunt, & illa ſecundat; impiorum verò iter ac ſpes peribit, & irrita erit ac vana: neque enim ſucceſſum habebunt eorum deſideria. Viam porrò ſignificare cogitationes atque conſilia, teſtis eſt Iſaias: *Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ: neque viæ veſtræ, viæ meæ, dicit Dominus.* vt contrà de iuſtis dicitur in Pſalmo: *Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.* Patientia namque pauperum ſpes illorum eſt: cuius vt compotes fiant, patienter expectant.

Prou. 15, 19.

Verbum cognoſcendi *quid in Scripturis.*

Prou. 12, 10.

Amos 3, 2.

Salus iuſtorum ex Deo, perditio impiorũ ex ipſis.

ANNOTATIONES CORDERII.

Oſee 13, 9

Via, pro ſpe, deſiderio, ſucceſſu accipitur.

Iſa. 55, 8.

Pſal. 9, 19.

Ibidem. *Iter impiorum peribit.*] Vbi nota, Vatem non dixiſſe (vti conſequens erat:) *Iter autem impiorum non nouit* (nihil enim illum omnia inſpicientem oculum fugit.) ſed, quod iſtiuſmodi ignorationem ſequitur, poſuit, *peribit*: id eſt, ad interitum & ruinam illos perducet. Ita in Prouerbiis legimus: *Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant.* & alibi: *Iter autem impiorum decipiet eos.* *Iter* itaque *impiorum peribit*; id eſt eorum cauſa, rationes atque defenſiones peribunt, nil virium apud Deum iudicem habebunt, improbabuntur, nullius momenti erunt. Nam ſic ſolet *via* dici in ſacris Litteris. vt in Amos, *Viam humilium declinant.* & in Pſalmo: *Et vias peccatorum diſperdet.* Ad quem locum ſanctus Chryſoſtomus: *Non dixit*, inquit, *Diſperdet peccatores, ſed, viam ipſorum, hoc eſt, eorum actionem. Non enim auerſatur naturam, ſed odio habet vitium.* Pari modo præſentem huius Pſalmi verſum exponit ſanctus Ambroſius his verbis: *Perire iter impiorum dixit, non impios: ſeruat eorum ſubſtantiam, qui, ſi conuertantur, ſolùm iter impietatis amittent.*

Prou. 4, 19.

Prou. 12, 26.

Impij cauſâ cadent in iudicio.

Amos 2, 7.

Pſal. 145, 9

Deus non tam peccatores vlciſcitur, quàm vias peccatorum.

IN PSALMVM II. ARGVMENTVM.

Ὁ δεύτερος Ψαλμὸς προφητεία ἐστὶν εἰς τὸν Κύριον. Μηνύει δὲ ἐν πρώτοις τῶν Ἰουδαίων τὴν ἐπ' αὐτὸν ἀλόγιστον μανίαν, καὶ ὡς παραδώσουσιν αὐτὸν Ἡρώδῃ καὶ Πιλάτῳ, καὶ ὡς οὐδὲν ἐκ τούτου ὁ Κύριος βλαβήσεται· τοὐναντίον δὲ καὶ ἐπιδείξεται τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, καὶ τοὺς μὲν εἰς αὐτὸν πιστεύοντας σώσει, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας συντρίψει ἐν βασιλείᾳ ἰσχυρᾷ. Τοῦτο γὰρ καλεῖ ῥάβδον σιδηρᾶν. Ἄρχεται οὖν οἱονεὶ σχετλιάζων ὁ προφήτης, καί φησιν.

Secundus Pſalmus prophetia eſt circa Dominum. Innuit autem in primis Iudæorum erga ipſum inſaniſſimum furorem, & quomodo ipſum tradituri ſint Herodi & Pilato, & vt nihil inde Dominus lædendus; ſed è contrà ſuam gloriam declaraturus ſit: & in ipſum quidem credentes ſaluabit, incredulos verò potenti imperio confringet. Hoc enim appellat virgam ferream. Incipit itaque Propheta quaſi lamentando, & ait:

PARAPHRASIS.

α. ἽΝΑ τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;

Ἔθνη καὶ λαοὺς, εἴτε τοὺς αὐτούς φησι τοὺς Ἰσραηλίτας, εἴτε τοὺς περὶ Ἡρώ-

1. QVARE fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania?

Gentes & populos, vel ipſos vocat Iſraëlitas, vel Gentiles dicit, illos qui circa Hero- *Gentes & populi qui.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARAPHRASIS PATRVM.

dem erant; populos verò, eſſe Iudæos. Manifeſtiùs autem in ſequentibus, Herodem innuit & Pilatum, ſubiungens:

δὴν ὡς ἐθνικούς, καὶ λαοὺς τοὺς Ἰουδαίους δέξαι τὸ λεγόμενον. Σαφέστερον δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς τὸν Ἡρώδην αἰνίττεται, καὶ τὸν Πιλάτον, ἐπιλέγων·

2. Adſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum.

β΄. Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό.

Ac ſi diceret, ſeipſos ad hoc dedicarunt.

Ἀντὶ τοῦ, ἑαυτοὺς πρὸς τοῦτο ἀφώρισαν, λέγει.

Aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.

Κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.

Peccans in Christum, peccat in Patrem.

Declarauit hìc, quòd qui in Chriſtum præuaricatur, nihilominùs etiam peccet aduerſus Patrem eius. Quid igitur dicentes, hi omnes congregati ſunt? Senſus enim ſententiæ huius intelligitur ſubaudito vocabulo *dicentes*, quod frequens eſt in Scriptura, vt in progreſſu oſtendemus. Subiungit itaque:

Ἔδειξεν ἐνταῦθα ὅτι εἰς τὸν Χριστὸν παροινούμενος, οὐδὲν ἔλαττον πλημμελεῖ καὶ εἰς τὸν αὐτοῦ πατέρα. Τί οὖν λέγοντες, οὗτοι πάντες συνηθροίσθησαν; Κατ᾽ ἔλλειψιν γὰρ τοῦ λέγοντες κεῖται ἐνταῦθα ἡ διάνοια, ὡς καὶ πολλαχοῦ τῆς γραφῆς, καθὼς καὶ προϊόντες δείξομεν. ἐπάγει οὖν·

3. Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipſorum.

γ΄. Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ᾽ ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν.

Vocabulum *dicentes* non ſecundùm vocem accepit, ſed ſecundùm rem. Deficit enim vox *dicentes*, vti dictum eſt; vt ſit ſenſus, omnes conueniſſe tantùm-non hoc mente dicentes: *Dirumpamus vincula eorum*, & quæ ſequuntur. Sed illi quidem ſic; quid verò Dominus Deus?

Τὸ λέγοντες οὐκ ἐπὶ φωνῆς ἔλαβεν, ἀλλ᾽ ἐπὶ πράγματος. Λείπει γὰρ τὸ λέγοντες, ὡς εἴρηται, ἵνα ᾖ τοιοῦτο, ὅτι συνήχθησαν ἅπαντες μονονουχὶ τοῦτο ἐπὶ διανοίας εἰπόντες· Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν οὕτως· τί δὲ ὁ δεσπότης θεός;

4. Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.

δ΄. Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς, καὶ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς.

Et non ſolùm, inquit, res illorum in riſum deſinent, & in contemptum; verùm etiam grauiſſimam eius iram experientur. Siquidem ſubiungit:

Καὶ οὐ μόνον, φησίν, εἰς γέλωτα τελευτήσει τὰ κατ᾽ αὐτοὺς καὶ εἰς ὀνειδισμόν, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς πειραθήσονται τῆς παρ᾽ αὐτοῦ βαρυτάτης. Ἐπάγει γάρ·

5. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.

ε΄. Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς.

Locutio pro facto accepta.

Tunc loquetur, ſumit hìc iterùm pro re ipſa. quaſi dicat: Faciet illos experiri iram ac furorem ſuum, quæ turbabunt ipſos atque conſternabunt. Dominus autem quid?

Τότε λαλήσει πάλιν ἐπὶ πράγματος, ἀντὶ τοῦ πειραθῆναι αὐτοὺς παρασκευάσει ὀργῆς καὶ θυμοῦ ταραττόντων αὐτούς, καὶ διασαλευόντων. ὁ δὲ κύριος τί;

6. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius.

ς΄. Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ.

Christus Rex.

Is enim qui patitur, reipsâ dicet, iſta perpetrantibus: Quęcumque tandem patraueritis, & quantumcumque inſanieritis, Rex conſti-

Ἐρεῖ γὰρ ἐπὶ τοῦ πράγματος τοῖς ποιοῦσι ὁ πάσχων. ὅτι ὅσα ἂν δράσητε, καὶ ὅσα ἂν μανῆτε, βασιλεὺς κατεστάθην,

ςάθλω, τὴν ἀρχὴν ἐπιδεικνύμενος τῆς βασιλείας ἀπὸ τῆς Σιών, πᾶσιν ἀπαγγέλλων τοῦ Θεοῦ τὸ θέλημα. Ἐπιλέγει γάρ·

Διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα κυρίου.

ζ΄. Κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.

Πάλιν τὸ εἶπεν ἐνταῦθα ἐπὶ πράγματος λέγει, ἀντὶ τοῦ ἀπεφήνατό με ἡ τοῦ πατρὸς φύσις υἱόν, οὐ προστάγματος εἰς ἐμὲ μεταβιβάσαντος τὸ τῆς υἱοθεσίας ἀξίωμα, ἀλλ' αὐτῆς τῆς οὐσίας ἀποδειξάσης τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς ἐπ' ἐμὲ χαρακτῆρα. Τὸ δὲ σήμερον ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τὸν ἐνεστῶτα μηνύει χρόνον (ἀλλ' ὁ παρ' ἡμῖν ἐνεστὼς τῶν πρός τί ἐστι. συσσημαίνει γὰρ τὰ μέλλοντα, καὶ παρελθόντα.) ἐπὶ δέ γε τοῦ Θεοῦ, ἔνθα χρόνος οὐ θεωρεῖται, συναναιροῦνται αἱ τρεῖς σημασίαι, τοῦ ἐνεστῶτος, καὶ μέλλοντος, καὶ παρεληλυθότος φημί. σημαίνει οὖν ἐπ' αὐτοῦ τὸ σήμερον, τὸ ἅμα, καὶ τὸ συναΐδιον, καὶ τὸ παντελῶς ἀδιάζευκτον.

η΄. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου· καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.

Σχηματισμός ἐστι μηνύων τοῦ κυρίου τὴν ἐνανθρώπησιν. Ὅσα γὰρ τῶν λεγομένων περὶ αὐτοῦ πρὸς καταβιβασμὸν ὁρᾷ, τὴν ἐνανθρώπησιν αἰνίττεται καὶ τὴν οἰκονομίαν, οὐ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὕπαρξιν, οὐδὲ τὴν δεσποτείαν.

θ΄. Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ.

Ῥάβδον σιδηρᾶν, βασιλείαν ἰσχυρὰν λέγει, καὶ ἀκαταπόνητον.

Ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς.

Καλῶς ἀντιδιέστειλε τῇ ἰσχυρᾷ βασιλείᾳ τῶν ἐναντιουμένων ἀσθένειαν. Τοὺς μὲν γὰρ Ἰουδαίους σκεύη ὀστράκινα κέκληκε, τὴν δὲ βασιλείαν τοῦ παρ' αὐτῶν σταυρουμένου σιδηρᾶν. Ὃ δὲ ποιεῖ ῥάβδος σιδηρᾶ σκεύεσιν ὀστρακίνοις, δῆλόν ἐστι, καὶ ὁρᾶται παρὰ Ἰουδαίοις γινόμενον. Ἕως μὲν γὰρ ἐλπίδα εἶχον ἀναπλάσεως, πηλὸς ἐκαλοῦντο. ὡς ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ, ὅτε διέπεσεν ὁ πηλὸς ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ κεραμέως, καὶ λαβὼν ἐκεῖνος κατὰ τοὺς τῆς ἐπιστήμης νόμους, ἀνέπλασε τὸ πεσόν, ἐπάγει ὁ Θεός· Μὴ καθὼς ὁ κεραμεὺς οὗτος οὐ δυνήσομαι ὑμᾶς ἀναπλάσαι οἶκος Ἰσραήλ; Ἀλλ' ὅτε λοιπὸν

tutus ſum; regni principatum declarans à Sion, omnibus annuntiando voluntatem Dei. ſubdit enim: *PARAPHRASIS PATRVM.*

Prædicans præceptum Domini.

7. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Rurſum verbum *dixit* de re ipſa accipit: quaſi dicat, Patris naturâ me filium declarauit, haudquaquam præcepto adoptionis dignitatem in me transfundente, ſed ipſâmet ſubſtantiâ, perſonæ Patris characterem in me exprimente. Illud verò *hodie* in humanis quidem rebus tempus præſens inſinuat (tempus autem præſens apud nos eſt ad aliquid: connotat enim ſimul & futurum, & præteritum.) Verumtamen in Deo, vbi tempus non conſideratur, ſimul etiam accipiuntur tres iſtæ notiones, præſentis, inquam, futuri, & præteriti. *Hodie* itaque in ipſo ſignificat ſimul & perpetuitatem, & omnimodam inſeparabilitatem.

Christus naturâ Dei Filius.

τὸ hodie quid in diuinis connotet.

8. Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.

Eſt modus loquendi figuratus, inſinuans ipſius Domini incarnationem. Quæcumque enim eorum quæ de ipſo dicta ſunt, ad condeſcenſionem ſpectant, incarnationem inſinuant & diſpenſationem, non verò à principio exiſtentiam, neque principatum.

9. Reges eos in virga ferrea.

Virgam ferream vocat forte regnum, & indomabile. *Virga ferrea quid.*

Tamquam * vaſa figuli confringes eos. ** Vulg. vas*

Pulchrè oppoſuit forti regno aduerſariorum imbecillitatem. Nam Iudæos quidem vaſa teſtacea nuncupauit, regnum verò eius qui ab ipſis crucifixus erat, ferreum. Quod autem facit virga ferrea vaſis teſtaceis, manifeſtè etiam conſpicitur Iudæis accidiſſe. Quouſque enim ſpem habebant reformationis, lutum appellabantur: quemadmodum in Ieremia, quando ceciderat lutum è manu figuli, & ipſe accepto illo, ſecundùm leges artis, id quod ceciderat refingebat, ſubiungit Deus: *Numquid ſicut figulus iſte non potero vos reformare domus Iſraël?* Aſt vbi demùm in

Iudæi ſunt vaſa teſtacea.

Iudæi quãdo lutum vocati.

Iere. 18, 6.

PARAPHRASIS PATRVM. in malum proruperunt, & pro luto facti ſunt teſtæ, irreparabilem ipſis contritionem comminatur. Ad quid igitur ceterùm Propheta ſuadet vtilia omnibus, & ait?

Iudæi quãdo teſtæ facti.

10. Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Diſcite igitur, inquit, omnes qui dignitatem aliquam terrenam obtinetis, quid & quæ tribuenda ſint Deo.

11. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Seruiendum Deo cum lætitia. Et ſubiiciamini, inquit, ſeruientes quidem cum lætitia, exultantes verò cum iuſta ſubiectione.

12. Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.

Et aſſumite, inquit, diſciplinam bonam, & ne excidatis ab opere tam laudabili.

13. Cùm exarſerit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

Ira enim, inquit, omnes præuaricatores apprehendet. Sed probabitis tunc meum conſilium, quando irâ in res humanas irruente, ſuperiores apparebitis tentatione, præmuniti per ſpem in ſaluatorem. Atque hic eſt ſenſus ſecundi Pſalmi.

Quomodo contra iram Dei oporteat præmuniri.

Ceterùm etiam ſciendum, apud Hebræos primum & ſecundum Pſalmum non eſſe diſtinctos, ſed coniunctos. Numerus tamen centeſimus quinquageſimus ſaluatur in nono. Nam nonus Pſalmus diuiditur apud illos in duos, apud nos verò coniungitur, & vnicus eſt integer. Diſiunctio igitur quæ illic eſt, eam quæ hîc exiſtit coniunctionem, vti par eſt, ad æqualem numeri ordinem reducit.

Hebræi quomodo diſtinguant Pſalmos.

ἐξώθησαν πρὸς τὸ κακὸν, καὶ ἀντὶ πηλοῦ γεγόνασιν ὄστρακα, συντριβὴν αὐτοῖς ἀπειλεῖ ἀδιόρθωτον. Τί οὖν λοιπὸν ὁ προφήτης πᾶσι παραινεῖ τὰ συμφέροντα, καί φησι;

ι΄. Καὶ νῦν βασιλεῖς σύνετε, παιδεύθητε πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν.

Μάθετε οὖν, φησι, ἅπαντες οἱ κατά τι τῆς γῆς ὑπερέχοντες, τὰ διδοσόμενα τῷ θεῷ καὶ τί;

ια΄. Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ.

Καὶ ὑποτάγητε, φησι, δουλεύοντες μὲν σὺν χαρᾷ, εὐφραινόμενοι δὲ μετὰ δικαίας ὑποταγῆς.

ιβ΄. Δράξασθε παιδείας, μήποτε ὀργισθῇ κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας.

Καὶ ἐπιλάβεσθε, φησι, παιδεύσεως ἀγαθῆς, καὶ μὴ ἐκπέσητε πράξεως οὕτως εὐλόγου.

ιγ΄. Ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ, μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ᾽ αὐτῷ.

Μέλλει γάρ, φησι, πάντας παρανομοῦντας καταλαμβάνειν ὀργή. Ἀλλ᾽ αἰσθήσεσθε τότε τῆς ἐμῆς συμβουλῆς, ὅταν τῆς ὀργῆς ἐπιβρεχούσης τὰ ἀνθρώπινα, ἀνώτεροι τῆς πείρας φανῆτε τῷ φθάσαι ἐλπίσαι ἐπὶ τὸν σώζοντα. οὕτως καὶ ὁ δεύτερος ψαλμὸς ἔχει.

Καὶ τοῦτο δὲ ἰστέον, ὅτι παρ᾽ Ἑβραίοις ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος ψαλμὸς οὐκ ἔχουσι διαίρεσιν, ἀλλὰ συνημμένοι εἰσίν. Ἀνασώζεται δὲ τῶν ρν΄ ὁ ἀριθμὸς ἐν τῷ θ΄. ὁ γὰρ ἔνατος ψαλμὸς διῄρηται παρ᾽ αὐτοῖς εἰς δύο, παρ᾽ ἡμῖν δὲ συνῆπται, καὶ εἷς ἐστιν ὅλος. ἡ οὖν ἐκεῖ διαίρεσις τὴν ἐνταῦθα συνάφειαν εἰς τὴν ἴσην ἄγει τάξιν, ὡς εἰκὸς, τοῦ ἀριθμοῦ.

COMMENTARIVS.

1. QVARE FREMVERVNT GENTES?] Nonnulli aiunt hoc eſſe temporis inuerſionem, pro frement; alij, *Tumultuatæ ſunt Gentes*; alij, *Ad quid Gentes turbantur?* Secundùm Septuaginta verò, verbum *fremuerunt* ſignificat ſuperbiuerunt, quod eſt cum elatione, & iactantiâ quadam turbari & tumultuari. Hoc tranſlatum

Fremere pro ſuperbire.

α΄. ΙΝΑ ΤΙ ΕΦΡΥΑΞΑΝ ΕΘΝΗ;] Τινὲς ἀντιχρεστίαν τοῦτό φασι, ἀντὶ τοῦ φρυάξουσιν. Ἄλλοι· ἐθορυβήθησαν ἔθνη. ἄλλοι· εἰς τί ἔθνη κυκᾷ; Κατὰ δὲ τοὺς ἑβδομήκοντα τὸ ἐφρύαξαν σημαίνει τὸ ὑπερηφανεύσαντο, τὸ μετ᾽ ἐπάρσεως καὶ μεγαλαυχίας τινὸς ταράσσεσθαι, καὶ θορυβεῖσθαι. Μετενεχθὲν ἀπὸ τῆς

ἀλόγου

ἀλόγου τῆς ἵππων ὁρμῆς, ἐπ' οὐδενὶ τῶν δεόντων, ὃ συνέβη καὶ Ἰουδαίοις ἐπὶ Χριστοῦ. Τίς φησιν αἰτία τοῦ τοσούτου μίσους, εἰς ταυτὸν συνδραμεῖν ἔθνη καὶ λαοὺς, τοὺς Ἰσραηλίτας; Εἴτε τοὺς περὶ Ἡρώδην καὶ Πιλᾶτον ὡς ἐθνικοὺς, καὶ λαοὺς τοὺς Ἰουδαίους δέξαι τὸ λεγόμενον. Καλῶς δὲ προσέθηκε κενά. εἰς οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἔληξεν ἡ τοιαύτη δραματουργία. Προσφυῶς δὲ καὶ τὸ μελετῆσαι κενὰ προσήρμοσε τῷ λαῷ. Ἰουδαίων γὰρ αὕτη γέγονεν ἡ παρανοία. Παρέστησαν δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς, ἤτοι Ἡρώδης καὶ Πιλᾶτος, ἀντὶ τοῦ ἑαυτοὺς πρὸς τοῦτο ἀφώρισαν, καὶ συνήχθησαν. κατὰ τίνος; Κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Τί δὲ λέγοντες συνηθροίσθησαν; (λείπει γὰρ τὸ λέγοντες) κατὰ σχῆμα ἀποσιώπησιν ἐπάγει.

γ'. ΔΙΑΡΡΗΞΩΜΕΝ, καὶ τὰ ἑξῆς.] Τουτέστιν διακόψωμεν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν τὸν ζυγὸν. τίνων; τοῦ κυρίου καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο γὰρ ὀνειδίζων αὐτοὺς διὰ Ἱερεμίου ἔλεγεν Εἶπας, οὐ δουλεύσω σοι· ἀντὶ τοῦ οὕτως ἐπολιτεύσω, ὥστε ἀποσείσασθαι τὴν εἰς ἐμὲ δουλείαν θελῆσαι. Οὐ γὰρ ἤθελον τῆς ἱερᾶς ἐντὸς γενέσθαι σαγήνης. Ἄλλοι δὲ διὰ τὸ ἀνεπισημάντως τοῦ τίς ὁ λέγων προσκεῖσθαι, τὸ διαῤῥήξωμεν, τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου πρόσταγμα εἶπον, διαῤῥηγνύναι παρεγγυῶντος τὸν τῆς εἰδωλολατρείας δεσμὸν τῶν ἐθνῶν, καὶ τὸν βαρὺν μὲν ζυγὸν ἀποῤῥίψαι τῆς ἁμαρτίας, τὸν δὲ τοῦ Χριστοῦ ἐλαφρὸν ὑποδῦναι. Ἐπανάγει δὲ πάλιν τὸν λόγον ὁ προφήτης πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἔννοιαν, διακωμῳδῶν τῶν κατὰ Χριστοῦ φρυαξαμένων ἐθνῶν τὴν ἀπόνοιαν, καὶ ὅπως διαγελασθείη τὸ τῶν ἀνοητοτάτων Ἑβραίων κατὰ τοῦ μονογενοῦς γαυρίαμα· οἷοι ὄντες, οἷοις ἐπεχείρησαν. καί φησιν·

δ'. Ο ΚΑΤΟΙΚΩΝ ΕΝ ΟΥΡΑΝΟΙΣ.] Ἀλλ' ὁ τῶν ἐπιβουλευόντων φησὶν ὑψηλότερος καταγελάσει, ἤτοι γέλωτα τὴν ἐκείνων ἐπιβουλὴν ἀποφανεῖ, ὡς ἀνήνυτοις ἐπιχειρησάντων. Καὶ γὰρ μυκτηρισμός ἐστι πνεῦμα διὰ ῥινῶν ἀφιέμενον εἰς ἐξουδένωσιν τῶν μεγάλα φρυαττομένων. Καὶ τὸ μετὰ προθέσεως δὲ ταῦτα εἰρῆσθαι ἐπιτατικώτερον ἔχει τὸν γέλωτα· καὶ οὐ μόνον φησὶ τούτου, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς πειραθήσονται.

ε'. ΤΟΤΕ ΛΑΛΗΣΕΙ.] Πότε; Ὅτε διαῤῥῆξαι τὸν τοῦ εὐαγγελίου ἠπείλουν δεσμὸν, καὶ τὸν ζυγὸν συντρίψαι. Τίνα δέ ἐστι τὰ ἐν ὀργῇ λαληθέντα; Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βα-

ab irrationabili equorum impetu ad id quod non decet; quod contigit etiam Iudæis in Chriſto. Quænam, inquit, cauſa eſt tanti odij, vt in vnum concurrant gentes & populi, Iſraelitæ ſcilicet? Illos nempe qui circa Herodem & Pilatum ſunt, Gentes eſſe dictos intellige; Iudæos verò, populos. Pulchrè autem adiunxit *inania*. Ad nihil enim ipſis vtilis fuit iſtiuſmodi machinatio. Accommodatè verò etiam inania meditari adaptauit populo; ſiquidem Iudæorum hæc erat veſania. Ceterùm adſtiterunt etiam reges, ſcilicet Herodes & Pilatus, id eſt ſeſe obtulerunt, & conuenerunt. Aduerſus quem? *Aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Quid verò dicentes congregati ſunt? (deficit enim verbum Dicentes:) ſecundùm figuram reticentiæ ſubiungit:

Iudæorum odium in Chriſtum.

3. DIRVMPAMVS, &c.] Id eſt abſcindamus, & proiiciamus iugum: quorum? Domini, & Chriſti eius. Idcircò enim exprobrans ipſis per Ieremiam dixit: *Dixiſti, Non ſeruiam tibi:* id eſt, ita te geſſiſti, ac ſi reiicere velles cultum meum. Noluerunt enim eſſe in ſagena ſacra. Alij verò, quia hoc abſque vlla eius qui hoc dixerit, mentione poſitum fuit; illud *dirumpamus*, mandatum eſſe cenſuerunt ſancti Spiritus, Ethnicorum idololatriæ vinculum diſrumpere, & peccatorum graue iugum abiicere, nec non Chriſti leue iugum imponere pollicentis. Rurſum verò Propheta ſermonem reducit ad priorem ſenſum, Gentium Chriſto inſultantium inſaniam exaggerans, & quomodò inſaniſſimorum Hebræorum contra vnigenitum inſolentia ſit riſu excipienda; quòd, cùm eſſent iſtiuſmodi, talia ſint aggreſſi, & ait:

Iudæi & idololatræ Chriſti iugum abijciunt. Iere. 2, 20.

Peccati iugum abrumpendum.

4. QVI HABITAT IN CÆLIS, &c.] Verùm is qui inſidiatoribus ſublimior eſt, inquit, irridebit, id eſt inſidias ipſorum declarabit eſſe ridiculas, vt qui res impoſſibiles tentarint. Subſannatio enim eſt ſpiritus ille qui per nares emittitur in deſpectum eorum qui magnifica iactant. Porrò quòd hæc ex propoſito dicta ſint, intenſiorem riſum meretur; neque hunc ſolummodò, inquit, verùm etiam iram experientur.

Deus ſubſannat impios.

5. TVNC LOQVETVR.] Quando? Cùm Euangelij vinculum diſrumpere, & iugum conterere minati ſunt. Quænam porrò ſunt illa quæ in ira dicta ſunt? *Auferetur à vobis regnum.*

Matth. 21, 43.

CATENA PATRVM.

vtique etiam in omnium ſapientia conſiderare licet, in quâ conditor vniuerſorum omnia fecit. Quædam enim primariò fiunt, quædam verò per conſequentiam propter ea quæ primariò exiſtunt. Primariò ſiquidem exiſtit animal rationale, ad eius verò vſum ſunt pecora, & terræ germina. Nequaquam igitur eorum quidem quæ primariò facta ſunt, cauſæ exſiſtunt fructus arboris vitæ, ceterorum verò quæ propter hæc creata ſunt, folia: quorum nihil fruſtra eſt, neque omninò extenuari dignum tamquam vile, vt cadere mereatur, aut perire non cuſtoditum. Quin potiùs, vt ſequitur: *Et omnia quæcumque facies proſperabuntur*. Liceat enim ad quædam neceſſaria etiam abuti iis omnibus quæ ex conſequenti fiunt.

Fructus Chriſti qualis.

Fructus porrò Chriſti primariò ſit doctrina illa, quæ cibus eſt perfectiorum; quemadmodum homines fructibus veſcuntur, pecora verò foliis. Liceat quoque Scripturæ quoſdam fructus dicere illos, quos capiunt peritiores; folia verò, quibus ſimpliciores nutriuntur. Ceterùm eius qui beatus prædicatur, & ligno vitæ comparatus eſt, fructus quidem dici poſſint opera primaria, vt beneficentia, & ſtudium ſapientiæ; folia verò vitales eius motiones: quæ etiam haudquaquam negligendæ ſunt, neque dignæ vt pereant, quòd cum intentione etiam ad Dei gloriam omnia fiant.

Boni ſunt rari: impii ſunt frequentes & variabiles.

EVSEBII. Ac beatus quidem talis eſt qualem hic ſermo deſcripſit. Verùm rarus eſt huiuſcemodi; multi autem ſunt impij, qui, cùm nihil habeant beati, reiiciuntur. Fructum enim temporaneum, & variabilem, & corruptibilem poſſidentes, facti ſunt quaſi puluis, quem proiicit ventus à facie terræ, vti de ipſis ſubiungit, dicens:

4. NON SIC IMPII, NON SIC.] THEODORETI. Per negationis geminationem, contrarietatem demonſtrat, Iudæos inſinuans tamquam impios, quia neque benefactorem colunt.

Impius cur pulueri ſimilis.

Illud autem: *Sed tamquam puluis*, ex ſimilitudine declarat impiorum inſtabilitatem. Nam quando tentatio flauerit, arguuntur tamquam puluis terræ, hinc inde diſperſi, & ad placitum dynaſtarum ſententiam mutantes.

Οὖν καὶ ἐπὶ τῆς περὶ τῶν ὅλων σοφίας ἔστιν ἰδεῖν, ἐν ᾗ τὰ πάντα ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς πεποίηκεν. Αἱ μὲν γὰρ προηγουμένως γίνονται, αἱ δὲ κατ᾽ ἐπακολούθησιν, διὰ τὰ προηγούμενα. Προηγουμένως μὲν γὰρ τὸ λογικὸν ζῶον, διὰ δὲ τὴν αὐτοῦ χρείαν κτήνη, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς γῆς φυόμενα. Μήποτε οὖν οἱ μὲν λόγοι τῶν προηγουμένως γεγονότων, οἱ καρποί εἰσι τοῦ δένδρου τῆς ζωῆς· τῶν δὲ διὰ ταῦτα κτισθέντων τὰ φύλλα, ὧν οὐδὲν μάταιόν ἐστιν, οὐδὲ ἐξουθενεῖσθαι πάντη ἄξιον ὡς εὐτελὲς, ἵνα ἔλθῃ πίπτειν, καὶ ἀπορρεῖν μὴ φρουρούμενον. Καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ ἑξῆς· Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. Ἔστι γὰρ εἴς τινα ἀναγκαῖα καταχρήσασθαι, καὶ πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ ἀκολουθήματος γινομένοις. Καρπὸς δὲ τοῦ Χριστοῦ εἴη ἂν προηγουμένως ἡ διδασκαλία, ἡ τῶν τιμιωτέρων τροφή· ὥσπερ τοῖς καρποῖς χρῶνται οἱ ἄνθρωποι, φύλλοις δὲ τὰ βοσκήματα. Δυνατὸν δὲ καὶ τῆς γραφῆς καρπούς τινας λέγειν, οὓς ἐκλαμβάνουσιν οἱ λογικώτεροι· φύλλα δὲ, οἷς τρέφονται οἱ ἁπλούστεροι. Τοῦ δὲ μακαριζομένου, καὶ ὡμοιωμένου τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς, καρπὸς μὲν λέγοιτο τὰ προηγούμενα ἔργα, οἷον εὐποιΐα, καὶ περὶ τὴν σοφίαν ἀσχολία· φύλλα δὲ τὰ βιωτικὰ αὐτοῦ κινήματα, οὐδὲ ταῦτα ἄξια καταφρονεῖσθαι, οὐδὲ ἀπορρεῖν τῷ μετὰ προσοχῆς καὶ εἰς δόξαν θεοῦ πάντα ποιεῖν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ ὁ μὲν μακάριος τοιοῦτος, οἷον ὁ λόγος διέγραψε. Σπάνιος δὲ οὗτος, πολλοὶ δὲ ἀσεβεῖς, οἳ ὡς μηδὲν ἔχοντες τοῦ μακαρίου, διαβέβληνται. Καρπὸν γὰρ πρόσκαιρον, καὶ σκεδαστὸν, καὶ ἀπολλύμενον κτησάμενοι, γεγόνασιν ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, ὡς περὶ αὐτῶν ἐπάγει, λέγων.

δ´. ΟΥΧ ΟΥΤΩΣ ΟΙ ΑΣΕΒΕΙΣ, ΟΥΧ ΟΥΤΩΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τῷ διπλασιασμῷ τῆς ἀπαγορεύσεως τὴν ἐναντιότητα δείκνυσι, τοὺς Ἰουδαίους αἰνιττόμενος ὡς ἀσεβεῖς, ἐπεὶ μηδὲ τὸν εὐεργέτην σέβουσι. Τὸ δὲ· Ἀλλ᾽ ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ἐξ ὁμοιώσεως δηλοῖ τὸ τῶν ἀσεβῶν εὐρίπιστον. Ἐλέγχονται γὰρ ὅταν πειρασμὸς πνεύσῃ, ὥσπερ ὁ χνοῦς τῆς γῆς, ὧδε κἀκεῖσε ῥιπιζόμενοι, καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν τοῖς δυνάσταις τὰς γνώμας μεταβαλλόμενοι.

ΓΕΝΝΑΔΙΟΥ. Τινὲς προσέθηκαν δεύτερον τὸ οὕτως· οὔτε δὲ τὸ Ἑβραϊκὸν ἔχει

GENNADII. Nonnulli appoſuerunt illud ſecundum, *non ſic*. ſed nec Hebraicus textus

αὐτὸ,

αὐτὸ, οὔτέ τις τῶν ἑρμηνευσάντων ἐχρήσατο τῇ ταύτῃ ἀναλήψει τῆς λέξεως.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πολλοὶ δὲ ἀσεβεῖς, μηδὲν μακάριον ἔχοντες. Χνῷ γὰρ ἀπεικάζονται καρπὸν ἔχοντες σκεδαστόν τε, καὶ πρόσκαιρον, τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ φορήσαντες.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Νοήσεις δὲ ἄνεμον τὸν ἄνω κάτω τούτους διαρριπίζοντα τὸν τιμωρούμενον αὐτοὺς ἄγγελον, καὶ τὴν ὁρμὴν τῆς πλάνης πάσης, αὐτοὺς ἐρημοῦσαν θείας διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀπερρίφησαν δὲ Ἰουδαῖοι ἀνέμου κατὰ τὸ ἰσχυροῦ τοῦ κηρύγματος τῶν Ἀποστόλων πνεύσαντος, καὶ καθάπερ ὁ χνοῦς εἰς οὐδὲν διελύθησαν. Οὐ πόλιν γὰρ, οὐ λατρείαν, οὐχ ἕτερόν τι τῶν ἐξ ἀρχῆς ἔχοντες, ἐσκορπίσθησαν εἰς ὅλον τῆς γῆς, καθάπερ ὁ χνοῦς ἠτιμωμένοι τὸ πρόσωπον.

ε΄. ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΟΥΚ ΑΝΑΣΤΗΣΟΝΤΑΙ.]

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διὰ τί οὐκ ἀναστήσονται; Διὰ τὸ μὴ ῥίζαν ἔχειν, μηδὲ ἐοικέναι τοῖς παρ᾽ ὕδασι φυτοῖς. Τὸ δὲ ἀναστήσονται ἀντὶ τοῦ οὐ στήσονται ἐναντίον τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρόν. Καὶ ἀναστήσονται μὲν, οὐκ ἀξιωθήσονται δὲ ἐξετάσεως, ἀλλ᾽ εὐθὺς τῇ κολάσει παραδοθήσονται. Οὐκ εἰς κρίσιν γὰρ, ἀλλ᾽ εἰς κατάκρισιν ἀναστήσονται, ἐλέγχων μὴ δεόμενοι. Τὸ δὲ· οὐδὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων, τουτέστι τάξει καὶ ἀξιώματι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ μηδὲν ζωτικὸν, μηδὲ γόνιμον ἔχον τοῖς δικαίοις παραπλησίως, οὔτε αὐτοὶ, οὔτε οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀναστήσονται ἐν βουλῇ δικαίων. Ἀναστήσονται μὲν κἀκεῖνοι (κοινὸν γὰρ τοῦτο κατ᾽ ἀμφοτέρων.) ἀναστήσονται δὲ ἐπὶ κολάσει, καὶ τιμωρίᾳ. Πᾶν γὰρ τὸ ποίημα ἄξει ὁ Θεὸς εἰς κρίσιν ἐν παντὶ παρεωραμένῳ ἐάν τε ἀγαθὸν ᾖ, ἐάν τε πονηρόν. Σημείωσαι δὲ ὅτι πρῶτος Δαβὶδ καὶ ἀνάστασιν, καὶ κρίσιν, καὶ ἐπαγγελίαν ζωῆς μελλούσης σαφῶς ἐδίδαξε, Μωσέως παραδεδωκότος τούτων οὐδέν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἤγουν ἐν κρίσει οὐκ ἀναστήσονται· ἀλλ᾽ ἀναστήσονται μὲν, οὐ κριθήσονται δὲ, τυγχάνοντες αὐτοκατάκριτοι. Ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἰς ἐμέ (φησὶν) ἤδη κέκριται.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Μετὰ πολλῆς ἀκριβείας διέξεισιν ἅπαν τὸ πανάγιον πνεῦμα. Οὐκ γὰρ εἶπεν, οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς, ἀλλ᾽, οὐκ

id habet, neque quiſquam interpretum vſus eſt iſtiuſmodi dictionis repetitione.

CATENA PATRVM.

EVSEBII. Multi autem ſunt impij, cùm nihil habeant beati. Pulueri enim aſſimilantur, quòd fructum habeant fluxum ac temporaneum, imaginem terreni ferentes.

DIDYMI. Scies autem ventum eſſe, cùm vltorem angelum hos ſurſum & deorſum diſſipantem, tum impetum omnis erroris, qui diuinâ illos doctrinâ priuat, *in nequitia hominum, in aſtutia.*

Quis ventus impios diſſipet.

Epheſ. 4, 14.

HESYCHII. Iudæi autem diſiecti ſunt, flante aduerſus eos vehementi Apoſtolorum prædicationis ſpiritu, & tamquam puluis ad nihilum redacti ſunt. Nam neque ciuitatem, neque cultum ſacrum, neque aliud quidpiam priorum habentes, per vniuerſum terrarum orbem diſſipati ſunt, inſtar pulueris, in faciem contempti.

Iudæi inſtar pulueris diſſipati.

5. IDEO NON RESVRGENT, &c.] THEODORETI. Cur non reſurgent? Quia radicem non habent, neque ſimiles ſunt plantis ſecundùm aquas ſitis. *Reſurgent* autem poſitum pro, non ſtabunt ante Deum tempore iudicij. Et reſurgent quidem, ſed non dignandi erunt examine, ſed illicò tradentur ſupplicio. Non enim in iudicium reſurgent, ſed in condemnationem, cùm redargutionibus non indigeant. Illud autem, *Neque peccatores in conſilio iuſtorum,* hoc eſt, in ordine ac dignitate.

Impij non reſurgunt in iudiciū, ſed in damnationem.

EVSEBII. Quoniam nihil vitale aut fertile, prout iuſti, habuerunt, neque ipſi, neque peccatores reſurgent in conſilio iuſtorum. Reſurgent quidem & illi (commune enim hoc eſt vtriſque) ſed reſurgent ad pœnas, & ſupplicia. Deus enim opus omne, ſiue bonum, ſiue malum, in iudicium palàm adducet. Aduerte autem, Dauidem primum & reſurrectionem, & iudicium, & futuræ vitæ promiſſionem clarè docuiſſe, cùm nihil huiuſmodi Moyſes anteà tradidiſſet.

Impij ad pœnas reſurgent.

Dauid primus docuit reſurrectionem, & iudicium.

. DIDYMI. Non reſurgent impij, nimirum in iudicio; ſed reſurgent quidem, verùm non iudicabuntur, cùm ſuâ ſint ſententiâ damnati. Nam, *qui non credit in me* (inquit) *iam iudicatus eſt.*

Impij cur non reſurgant in iudicio.

Ioan. 3, 18

THEODORI. Spiritus ſanctus cum magna accuratione totum exponit. Non enim dixit, *Non reſurgent impij,* ſed, *Non reſur-*

CATENA PATRVM. *Impij reſurgunt ad ſupplicium.*

reſurgent in iudicio. Quaſi dicat: Reſurgunt quidem, ſed in damnationem. Non enim opus habent accuſatione, qui manifeſtâ impietate tenentur, ſed ſolum ſupplicium exſpectant. Quemadmodum enim in flagranti cædis crimine deprehenſos, non ad quæſtionem iudices adducunt, ſed vt legibus conſentaneam in eos ſententiam ferant: ita qui in impietate vixerunt, ſtatim à reſurrectione pœnas ſubeunt, non in iudicium vocati, ſed ad ſupplicij ſententiam acciti. Quin etiam illi qui ab impiis quidem dogmatibus alieni, vitam tamen improbam duxerunt, à iuſtorum quoque conſortio longè aberunt. Siquidem pro *concilio,* Aquila & Theodotion *congregationem* interpretati ſunt, Symmachus verò *conuentum.*

6. QVONIAM NOVIT DOMINVS VIAM IVSTORVM.] THEODORETI. Nouit, id eſt æſtimat, iuxta illud: *Cognouit Dominus qui ſunt eius.* De impiis autem quid dicit? Tamquam perditio erit finis prauorum operum.

2.Tim.2, 19. *Deus probos noſcit.*

ORIGENIS. Obſerua quòd ſolum bonum cognoſcatur à Domino, malum autem nullum vſquequaq; Bonum ſiquidem eſt via iuſtorum. Et non dixit: Nouit Dominus viam impiorum, quia mala ſunt indigna eius cognitione. Quando enim peccarat Adam, non cognoſcebat ipſum, neque locum in quem exciderat: quocirca dicit: *Adam vbi es?* Et dæmonium vt indignum quod noſceretur, vel nomen eius, interrogat, quodnam ipſius nomen eſſet. ipſum autem reſpondebat, *Legio.* Quin & priùs quàm mulier quæ ſanguinis fluxu laborabat ſanitatem acciperet, ſciſcitabatur dicens: *Quis me tetigit?* Congruent his de notione & ignoratione Dei, nomina memoriæ & obliuionis Dei, quæ paſſim in prophetiis reperiuntur. Dicitur enim in precationibus: Memento mei, &, Vt quid oblitus es mei? Reiicit enim à memoria ſua peccatores, quemadmodum rurſus recipit pœnitentes.

Probi ſunt digni notitiâ Dei, ſecus improbi.

Gen.3,9.

Luc.8, 30.

Luc.8, 43.

ἀναστήσονται εἰς κρίσιν. Τουτέστιν· ἀναστήσονται μὲν, ἀλλ᾽ εἰς κατάκρισιν. Οὔτε γὰρ ἐλέγχων δέονται, προφανῆ τὴν ἀσέβειαν ἔχοντες, ἀλλὰ τιμωρίαν μόνην προσδέχονται. Καθάπερ γὰρ τοὺς ἐπ᾽ αὐτοφόρῳ ἁλόντας ἀνδροφόνους, οὐκέτι τὸ ἐλέγχειν εἰσάγουσιν οἱ δικάζοντες, ἀλλ᾽ ὥστε τὴν τοῖς νόμοις δοκοῦσαν ψῆφον ἐξενεγκεῖν κατ᾽ αὐτῶν· οὕτω καὶ οἱ ἀσεβείᾳ συνεζηκότες, εὐθὺς μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὴν κόλασιν ὑπομένουσιν, οὐκ εἰς κρίσιν ἀγόμενοι, ἀλλὰ τῆς τιμωρίας τὴν ψῆφον δεχόμενοι. Καὶ μέντοι καὶ οἱ τῶν δυσσεβῶν δογμάτων ἀπηλλαγμένοι, βίον δὲ βεβιωκότες παράνομον, πόρρω που τοῦ τῶν δικαίων συλλόγου γενήσονται. Τὴν γάρ τοι βουλὴν ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων συναγωγὴν ἡρμηνεύκασι, σύλλογον δὲ ὁ Σύμμαχος.

ϛʹ. ΟΤΙ ΓΙΝΩΣΚΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΟΔΟΝ ΔΙΚΑΙΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ γινώσκει ἀντὶ τοῦ τιμᾷ, ὡς ἐν τῷ· Ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. περὶ δὲ τῶν ἀσεβῶν τί φησιν; Ὡς ἀπώλεια ἔσται τὸ τέλος τῶν πονηρῶν πράξεων.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Σημείωσαι ὅτι καλὸν μόνον γινώσκεται ὑπὸ κυρίου, φαῦλον δὲ οὐδὲν οὐδέποτε. Καλὸν γὰρ ὁδὸς δικαίων. Καὶ οὐκ ἂν εἶπε, γινώσκει κύριος ὁδὸν ἀσεβῶν, ἐπεὶ ἀνάξια τῆς γνώσεως αὐτοῦ τὰ κακά. Ὅταν γὰρ ἥμαρτεν ὁ Ἀδὰμ, οὐκ οἶδεν αὐτὸν, οὐδὲ τὸν τόπον εἰς ὃν ἐκπέπτωκε. διό φησιν, Ἀδὰμ ποῦ εἶ; Καὶ τὸ δαιμόνιον ὡς οὐκ ἄξιον εἰδέναι, οὐδὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, πυνθάνεται τί τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ὁ δὲ ἀποκρίνεται λέγων, λεγεών. Καὶ πρὶν δὲ τὴν ἄφεσιν τῆς σωτηρίας λαβεῖν τὴν αἱμόρρουν, πυνθάνεται λέγων· Τίς μου ἥψατο; Ἁρμόσει δὲ τοῖς περὶ γνώσεως καὶ ἀγνωσίας Θεοῦ, τὰ συνεχῶς κείμενα ἐν ταῖς προφητείαις ὀνόματα, μνήμη καὶ λήθη Θεοῦ. Εἴρηται γὰρ ἐν εὐχαῖς τὸ Μνήσθητί μου· καὶ, ἵνα τί μου ἐπελάθου; ἀπορρίπτει γὰρ τῆς ἑαυτοῦ μνήμης τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ πάλιν προσίεται τοὺς μετανοοῦντας.

ANNO-

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Pſalmus in quibuſdam codicibus eſt cum titulo, in aliis ſine.

Eius auctor eſt Dauid.

NOTA, Pſalmum hunc titulo carere. In quibuſdam tamen Græcis exemplaribus inſcribitur, Δαβὶδ προφήτου καὶ βασιλέως μέλος, *Dauid Prophetæ & Regis carmen.* Alij habent, Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις, *Pſalmus ipſi Dauid, ſine titulo apud Hebræos.* Sunt qui putent, Pſalmi huius auctorem eſſe Eſdram, qui Pſalmos in ordinem redegit ac digeſſit. Verùm omnes paſſim cum S. Ambroſio, Hilario, Baſilio, Auguſtino ceteriſque ipſum Dauidi attribuunt: etiam hi qui alioquin diuerſos diuerſorum Pſalmorum auctores faciunt, vt S. Hieronymus; qui in Epiſtola ad Paulinum de ſtudio Scripturarū, hunc primum Pſalmum Dauidis eſſe diſertè tradit. Eſt autem hic Pſalmus adinſtar præfationis ad omnes reliquos, adhortans ad mali fugam, & boni proſecutionem, iuſtorum præmio, impiorumque ſupplicio propoſito.

1. *Beatus vir.*] Vel, vt eſt in Hebræo, *Beatitudines illius viri ſunt:* אשרי האיש *aſchre haiſch.* Vbi docti animaduertunt, dictionem Hebræam אשרי *aſchre*, quam Septuaginta vertunt μακάριος, *beatus*, duci à verbo אשר *aſchar*, id eſt, *direxit, rectè ambulauit*, vt deſignet quod dicitur Græcè, ὁδεύοντες, κατευθύνοντες, *benè incedentes, feliciter tendentes*; vt ad hunc locum notat Auguſtinus Eugubinus. Nimirum diuinus Spiritus hoc ſignificare voluit, omnem huius vitæ felicitatem in rectè ambulando & proficiendo conſiſtere; illudque ipſum eſſe quod appellamus viæ perfectionem, quam in curriculo huius æui conſequi poſſunt, qui ad beatitudinem ſtudio inflammato rapiuntur. Quare quod apud Septuaginta eſt μακάριος, *beatus*, Theodotion τέλειον, *perfectum* reddit, Chaldæus *bonum*, Scholion ἄμεμπτον, *irreprehenſibilem.* Nos, vt dixi, ex Hebræo dicere poſſumus, *benè & feliciter ambulantem.* Talis fuit Iſaac, de quo ita ſcribitur: *Ibat proficiens atque ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus eſt.* Talis Ioſeph, quem *filium accreſcentem* honorato vaticinio pater indigitauit. Tales & Apoſtoli, de quibus in regij Vatis prædictione dicitur: *Euntes ibant*, quòd in via Dei vlteriùs progrederentur. Quò item reſpexiſſe videtur Iobus dicens: *Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus.* Vbi non ſine myſterio vocem Hebræam, cui reſpondet nomen *veſtigia*, Caietanus interpretatur *beare*, ſeu beatitudinem, vt ſenſus ſit: *Beare tuum ſecutus eſt pes meus:* quo denotatur, beatitudinem noſtram in eo ſitam eſſe, vt Dei veſtigia ſequamur, & vias ac ſemitas eius cuſtodiamus.

Felicitas vitæ huius conſiſtit in profectu virtutum.

Gen. 26, 13.

Gen. 49, 22.

Pſ. 125, 6.

Iob 33, 11

In minoribus peccatis non ſubſiſtendum, maiora ne admittenda quidem.

Nota autem, non exigi à bono viro, vt non abeat in viam peccatorum, ſed, vt non ſtet in ea; vt non diutiùs moretur in illa. Verùm ad impiorum conſilium nec abire permittitur: in conſilio enim impiorum, magna crimina intelliguntur; in peccatorum verò via, minora putantur delicta. Magna ergo delicta nec ad momentum admittenda; minora quis non admittit? Satis, ſi per correptionem non maneant diutiùs. Ad hunc locum ita pulchrè diuus Ambroſius: *Non à te exigit, quod vltra naturam eſt, vt peccatum non facias; ſed vt non maneas in peccato quadam ſtatione diuturna: in grauiora ne abeas, in leuioribus ne ſtes.* Numquam grauiora crimina vel apparere permittenda ſunt, ſed quamprimum ſuccidenda; quæ autem minora ſunt, ea ſatis eſt ſi non permittantur ſubſiſtere diutiùs.

Vox λοιμῶν quid.

Prou. 12, 24

IBIDEM. *Et in cathedra peſtilentium.*] Græcè λοιμῶν. quo nomine Septuaginta ſolent vti non ad peſtem, ſed ad peſtilentem ſceleratumque hominem ſignificandum. Exemplo ſit locus in Prouerbiis: Θρασὺς, καὶ αὐθάδης, καὶ ἀλαζὼν λοιμὸς καλεῖται. *Audax, & contumax, & arrogans, peſtilens vocatur.* Et certè S. Hieronymus in huius Pſalmi expoſitione, *peſtilentium* legiſſe videtur, id quod iam in Vulgata *peſtilentiæ* habetur. Itaque pro *peſtilentibus*, inquit, in Hebræo, *deluſores* habetur, quòd ſcilicet omnes diſcipulos peruerſus doctor illudat. Hinc Aquila pro λοιμῶν vertit χλευαστῶν, *deriſorum*: quod etiam notauit S. Ambroſius ad hunc locum. Symmachus verò tranſtulit: Καὶ ἐν καθέδρᾳ ἐπιβουλευτῶν οὐκ ἐκοινώνησεν. *Et in cathedra inſidiatorum non communicauit.* Quinta denique & ſexta editio habent: Καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ παρανόμων οὐχ εὑρέθη. *Et in cathedra iniquorum inuentus non eſt.* Quòd ſi fortè cuipiam Septuaginta vocem Hebræam לצים *letſim*, id eſt *irriſorum*, minùs propriè λοιμῶν, *peſtilentium*, reddidiſſe videantur; is ſciat λοιδορίαν, quod nomen apud Græcos *conuicium* ſignificat, ſic dictum eſſe quaſi λοιμορίαν, hoc eſt peſtem. Vnde non mirum, ſi λοίδορους, hoc eſt *conuiciatores & illuſores*, dixerunt λοιμοὺς, *peſtilentes.* Idem enim eſt λοιμὸς apud Septuaginta, quod λοίδορος, *illuſor.*

Irriſores ſunt maximè peſtilentes.

Epheſ. 4, 19.

Lib. Confeſſ. 2. c. 3.

Huiuſmodi ergo homines propriè à regio Vate nominantur *peſtilentes*; quòd eorum latè vitium malefica & funeſta contagione proſerpat: S. Paulus eoſdem vocat *deſperantes ſemetipſos.* in Græco eſt ἀπηλγηκότας. diuus Hieronymus vertit *indolorios*, qui videlicet de nequitia & maleficio nullum dolorem concipiant. Hi nimirum torrentem illum euomunt laqueorum, Ioëlis carmine celebratum. Eiuſmodi ſunt illi, qui communi olim nomine dicebantur *euerſores*: à quorum moribus etſi plurimùm abhorrebat in adoleſcentia ſua D. Auguſtinus, tamen cogebatur cum illis viuere *pudore impudenti*, vt ipſe confitetur. Horum proprium eſt, ſanctiſſima quæque irridere, eleuare diuina iudicia, monita ſapientum aſpernari, odiſſe præceptores, illudere aliorum verecundiæ, damnare bonitatem. Vide plura de his infrà ad Pſal. 35. verſ. 4. annotata.

Quomodo cathedra peſtilentiæ fabricetur.

Pulchrè huius cathedræ fabricationē deſcribit Hugo de S. Victore. *Qui malum*, inquit, *operatur, cathedram fabricat: in cathedra ſedet, qui in malo perſeuerat. Inſtrumenta operis mali, ſunt quinque ſenſus corporis: materia eſt, iſtud quo quiſque explet propoſitum prauæ voluntatis. Modus fabricandi talis eſt: Viſus eligit, ſermo præcidit, officium coaptat, experientia componit. Viſus pertinet ad oculum, ſermo ad auditum, officium ad manum, experientia ad olfactum & guſtum. Quem in prauo opere ipſa propter ſe actio delectat, it in agendo guſtat: quales ſunt gula & luxuria. Cùm autem ipſe actus peccandi per ſe non placet,*

ANNOTATIONES CORDERII.

ſed per id quod agitur, aliud quod deſiderat, homo conſequi cupit, iſte de longè aſſacit: qualia ſunt latrocinium & furtum. Neque enim latronem delectat hominem occidere, ſed delectat ſpolia poſſidere: neque furem, limen ſuffodere, ſed pecuniam obtinere. Iſta quinque inſtrumenta non operantur in omni peccato: quædam tamen ſunt peccata, vbi omnia ſimul inueniuntur; vt eſt verbi gratiâ luxuria. Cùm enim primum ardorem libidinis per cogitationem quis mente conceperit, ad implendam deinde prauam voluntatem per oculos materiam eligit, quando conſortem turpitudinis eam, quæ magis placere poſſit, inquirit. Deinde per ſermonem materiam præcidit; quia inuentam noxiis perſuaſionibus à ſtatu rectitudinis ad conſenſum peruerſitatis trahit. Deinde officio coaptat; quia iugi obſequio (quaſi palpando) in prauo conſenſu confirmat. Adaptatâ materiâ fabricam conſtruit; quia conſenſu communi habito, ad actum turpitudinis venit. Quatuor ergo iſta, hoc eſt, eligere, præcidere, coaptare, conſtruere, quatuor ſunt piſtilla cathedræ: quæ videlicet cathedra tunc cathedra peſtilentiæ fit, quando prauum opus in apertum veniens, plures corrumpit. Hæc ille.

Virtus ægrè, vitium facilè diſcitur ac docetur.

Qui variis diſciplinis dant operam, multum temporis in illas inſumunt, & vix tandem aliquando variis exantlatis laboribus, poſt longas lucubrationes, alios docturi in cathedram aſſurgunt. Neque omnes ſine diſcrimine ad hoc munus aſſumuntur; ſed illi tantùm, qui plurimùm valent ingenio, & alios longè ſuperant. At verò impius, quem hoc verſu depingit Dauid, vix ingreſſus viam, iam pro ſuggeſtu alios erudit. Scilicet quicumque peccat, alios ſuo exemplo in peccatum pertrahit; & ſtatim ac diſcit peccare, in cathedram aſcendit, vt pro ſuggeſtu alios crimina doceat. Neque ad hoc longa temporum interualla aut mentis acies deſideratur; ſed quicumque ille eſt qui peccat, ſuo crimine in ſimilia piacula pertrahit auditores & ſpectatores ſuos: vti pulchrè Petrus Chryſologus Sermone 44. his verbis docet: *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Impietatem probè qui facit, amat; qui amat, non poteſt non docere. Hinc eſt, quòd docens impietatem, peſtilentiæ reſidet in cathedra, & ſermone mellito virus doctrinæ letalis audientibus ſic effundit.* Felix ergo qui in hac peſtilentiæ cathedra non ſedit.

Legis diuinæ meditatio eſt apex Theologiæ.

2. *Sed in lege Domini voluntas eius.*] Obſeruant Hebræi תּוֹרָה *thorah*, id eſt, *legem*, deduci à verbo יָרָה *iarah*, id eſt, à *docendo*; vt ſit princeps & exquiſitum genus doctrinæ, Philoſophia pulcherrima, quæ antiſtat humanis doctrinis, cælo cognata ſcientia. Græci νόμον, *legem* appellauerunt, ſi homines aſpicias, ab æquitate; ſi Deum, à religioſo cultu, quem ſempiternæ illi naturæ beatiſſimæque tribuimus. quod cùm rectè fieri nequeat non cognitâ Numinis præſtantiâ, & mortalium imbecillitate atque obligatione erga diuinam maieſtatem; fit, vt legis meditatio ſit veluti apex Theologiæ, & omnium earum rerum cognitio, quæ ad conſequendam felicitatem
Pſal. 89, 12. pertinent. Hanc regius idem Vates *eruditionem*
Sap. 10, 10. *cordis* nuncupauit; Salomon autem, *ſcientiam ſanctorum*.

Notandum autem, quòd non dicat, In voluntate eius lex Domini; ſed, *In lege Domini voluntas eius*. Nam *multi* (inquit Hugo à S. Victore) *habent legem in corde, ſed non habent cor in lege. Legem in corde habent, qui cognoſcunt veritatem; cor in lege habent, qui diligunt veritatem. Qui verò legem in corde habent, non cor in lege; hi portant legem, non portantur à lege: onerati ſunt, non adiuti; quia ſcientia, vbi non eſt caritas, grauat, non alleuat.*

Quidam habent legem in corde, non cor in lege.

Obſeruatio legis eſt voluptas animi.

Porrò quod Vulgatus ait, *In lege Domini voluntas eius*, propriè ex Hebræo legitur, *voluptas eius*. Si quidem ex legis diſciplina & obſeruatione omnis animi voluptas & gaudiũ hauritur.

Quid per legem intelligatur.

Per legem denique non ſolùm Dei præcepta, ſed & inſtitutionẽ, & doctrinam morum vniuerſam intelligit, quâ Deus nos ſuam voluntatem & totius vitæ informandæ rationem edocet. Atque hoc modo tota Scriptura ſacra lex dici poteſt, quomodo S. Gregorius Nyſſenus Præfatione in Cantica exponit, dicens: *Spiritale legis nomen comprehendit etiam hiſtoricas narrationes: adeò vt vniuerſa à Deo inſpirata Scriptura, ſit lex iis qui ipſam legunt, non ſolùm per præcepta, ſed etiam per hiſtoriam erudiens, & ad cognitionem myſteriorum, & ſinceram vitæ inſtitutionem.* Hæc ſcilicet *lex Domini immaculata, conuertens animas* (vt alibi Dauid canit) *& ſapientiam præſtans paruulis*, reficit, recreat & tranquillat animam, & cordis ſitim famemque excruciantem reſtinguit.

Lex Dei reficit animam.

IBIDEM. *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.*] Poſtquam de viro iuſto dixiſſet, *In lege Domini voluntas eius*, id eſt Dei ſcita, & leges amabit; ſtatim ſubdit: *Et in lege eius meditabitur die ac nocte:* id eſt, totum tempus ſtudio legis inſumet, ita vt eam è lecto ſurgens memoriâ recitet, cubans ruminet, comedens audiat, loquens conferat, ſedens legat, vacans diſcat, & ſic die ac nocte hanc legem Domini aſſiduè meditetur. Hoc nempe confert virtus, vt non ſolùm mentis tenebras diſcutiat, & lumen infundat, quo facilè abdita quæque rimari poſſimus; ſed & propenſionem addat, vt ardenter & indefeſsè dogmatibus legis vacemus. *Lex enim* (vt ad hunc locum ſanctus Ambroſius ait) *voluntarios quærit; quia lex Domini irreprehenſibilis eſt, conuertens animas.* Pſal. 18, 8 *Nemo autem conuertitur, niſi qui voluntate conuertitur. Voluntarius autem abſcondit, & ſenſum furatur laboris. Ideoque die ac nocte in lege meditatur: in quo non tam continua legendi poſtulatur intentio, quàm ſeruandæ legis affectus. Ille enim plenè meditatur, qui ipſi ſibi lex eſt, ſcriptum in corde ſuo opus legis intendens.* Virtus enim ac pietas, quam quis colit, atramentum eſt, quo lex tota ſcribitur in cordibus iuſtorum & piorum hominum. Nam ſicut in libris facilè ſenſa ſcribentis haurimus; eâdem planè ratione, qui pius eſt, facilè omnia quæ in lege ſunt agnoſcit, & quaſi ſcripta eſſent in viſceribus ſuis, omnia contemplatur. Atque hoc eſt quod Apoſtolus docet ad Romanos ſcribens his verbis: *Cùm enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.* Rom. 2, 14 Vbi expende illa verba, *Ipſi ſibi ſunt lex*; ac ſi dicat: Illi, qui mandata legis opere complent, ipſi ſibi ſunt lex: id eſt, legem in ſeipſis inueniunt, & non aliter nouerunt ea quæ ad legem ſpectant,

Vir pius ac iuſtus legem Dei aſſiduè meditatur.

Iuſti habent legem Dei ſcriptam in cordibus ſuis.

Iuſtus ſibi ipſi eſt lex.

ſpectant, quàm ſemetipſos. Quemadmodum ſcilicet nonnulli docent, Angelos non indigere ſpeciebus rerum, vt multa cognoſcant; ſed ipſam Angelorum naturam, inſtar ſpecierum & imaginum eſſe ipſis, vt per eam alia cognoſcant: ad hunc modum vir pius quodammodo intra ſe habet totam legem expanſam & expoſitam, vt nullo negotio ea etiam quæ abdita ſunt legis, dignoſcere poſſit.

Sonus virtutis ſuauior & efficacior quàm verborum.

Idem ſanctus Ambroſius ad hunc locum adducit lectionem Aquilæ, qui legit: *Et in lege eius reſonabit die ac nocte.* Vbi, quam noſter Vulgatus meditationem dixit, Aquila ad inſtrumenta muſica refert, quæ manibus percuſſa, ſuauem ſonum edunt. Scilicet magis meditatur legis ſcita, & potiùs perſcrutatur, & penitiùs rimatur, qui legem opere complet, quàm qui eam meditando expendit. Vnde quod alius meditationem, alius ſonum tranſtulit. Porrò totum hoc negotium virtus conficit; vnde legis ſapientia, & abditorum myſteriorum cognitio in Scripturis ſæpè comparatur ſono, qui per tympanum & ſimilia inſtrumenta editur, vt S. Ambroſius ibidem exponit his verbis: *Qui voluntatem habuit in lege, & meditabitur in ea: aut (ſicut Aquila poſuit) reſonabit in lege, vt præcepta legis reſonet vita eius, mores reſultent, ſicut illorum, quorum in omnem terram exiuit ſonus.* Vbi S. Doctor acutè obſeruat, Pſalmiſtam non dixiſſe, In omnem terram exiuit verbum eorum; ſed, In omnem terram exiuit ſonus eorum: quia nimirum longiùs reſultat ſonus, qui manibus, quàm qui voce editur. Pari itaque ratione nos quoque faciliùs myſteria legis haurimus, & aliis exponimus per opera virtutis, quàm per voces exhortationis.

Pſal. 18, 5.

Arboris frugiferæ partes homini iuſto applicatæ.

3. *Et erit tamquam lignum.*] Id eſt arbor, cuius partes omnes eleganter Hugo Victorinus applicat ad hominem iuſtum. *Radicem* ait eſſe, fidem: *ſtipitem*, ſpem: *ramos*, caritatem: *medullam*, intentionem bonam: *corticem*, conuerſationis ſpeciem: *folia*, iuſtam actionem: *flores*, bonam famam: *fructum* intus per conſcientiam, foris per doctrinam, ſuprà per gloriam. Alias morales applicationes habes ſuperiùs in Catena.

Omnis vigor iuſti, eſt à fluentis gratiarum.

Nota autem, quòd non dicat, Erit tamquam roſa, nec tamquam oliua, aut quæuis alia pulchra & formoſa arbor in particulari; ſed *tamquam lignum*. quaſi dicat: Dummodò diuinis fluentis proximè aſſiſtat, quodcumque demum lignum fuerit, quantumuis aridum & ſiccum, in flores & in fructus aletur immortales. Tota iuſti felicitas ab adiunctis gratiæ aquis oritur; quibus cùm careat impius, eſt tamquam puluis, à quouis vento facilè exſufflabilis. Sed puluis vnde poterit acquirere ſibi ſoliditatem? Sanè ab adiunctis lacrymarum aquis, quibus homo reparatur ad vitam æternam. Adde hanc aquam pulueri, in quem te redigunt peccata, & ita ſolidaberis, vt poſſis viuis lapidibus reædificari; & licet aridum lignum fueris, pœnitentiæ lacrymis perfuſus, virorem gratiæ recuperabis, & iuſtitiæ fructus vberrimos germinabis. Quod enim præſtabat viuidus fons in paradiſo, hoc in terra peccati præſtat aqua veræ pœnitentiæ, quæ vel aridiſſimos truncos facit exurgere in fructiferas arbores. Ad illam Tertullianus libro de Pœnitentia exhortans ait: *Rape occaſionem inopinatæ felicitatis, vt ille tu nihil quondam penes Deum, niſi ſtilla ſitulæ, & area pulueris, & vaſculum figuli; arbor exinde fias illa, quæ penes aquas ſeritur, & in foliis perennat, & in tempore ſuo fructus agit, quæ non ignem, non ſecurim videbit.* Ecce tibi quàm inopinata felicitas à ſqualore & contritione pœnitentiæ naſcatur: mediante enim illâ, qui vel pulueris inſtar, vel confracti vaſculi iacebat; exurgit in arborem, & ad alta tendens, mirificos ſalutis fructus affert.

Aquis pœnitentiæ peccator vigorem recipit, & fructum profert.

ANNOTATIONES CORDERII.

IBIDEM. *Quod fructum dabit in tempore.*] Eſt hîc duplex fructus à nobis meditandus: alter operum & myſteriorum Dei; alter operum noſtrorum. Fructus myſteriorum Dei eſt omne illud boni & vtilis, quod ex Chriſto & per Chriſtum nobis accedit. De ipſo namque dictum legimus: *Et erit tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo*: Aquila legit, *quod tranſplantatum eſt.* Eò quòd, vt ſcribit Ambroſius, primò ſit plantatus in Virgine, & poſteà tranſplantatus in paradiſum; ſicut dixit ad latronem: *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.* Hoc lignum fructum non tulit, ſicut reliquæ arbores, ſed dedit; quia voluntariè largitur, & donat. Et *dedit in tempore*; quia profectò lignum ſapientiæ eſt, & ideò debet fructum ſapienter dare, & erogare prudenter. Nunc quidem in certis & ſtatutis temporibus fructus gratiæ donat, quoniam corruptibiles ſumus, & abſque vlla interruptione vacare exercitationibus ſpiritualibus non valemus; in futura autem vita fructum gloriæ ſemper dabit, quando nos immortales facti, eam ſemper mereamur, & poſſimus accipere. Fructus autem operum noſtrorum non vnus eſt, ſicut nec opera noſtra vnius generis ſunt. Nam quædam ſunt bona, quædam verò mala. Fructus operum malorum eſt mors, & pœna, & calamitas; fructus operum bonorum, ex Chriſti gratia factorum, eſt vita gratiæ, & tranquillitas mentis, & multiplex donũ Dei in hac vita, & immenſum gloriæ pondus in futura.

Fructus Chriſti quali.

Luc. 23, 43

Fructus operum noſtrorum quales.

IBIDEM. *Et folium eius non defluet.*] Comparat hîc iuſtum cum arbore ἀειθαλεῖ *ſemper virente*, ſemper effloreſcente, & beatiſſimo fructu redundante. Ezechiel quoque Dauidem imitatus, eodem modo myſticum nobis & arcanum emblema viuis coloribus artificioſè depinxit. Pingit enim in primis *torrentem*, puta Eccleſiam, & in eius ripis arbores pomiferas, quæ Thilenſes (de quibus B. Damianus lib. 2. Epiſt. 17.) & Ægyptias (quarum meminit Plinius lib. 16. c. 21.) foliorum ſempiternâ viriditate exuperent. *Non defluet*, inquit, *folium ex eis.* Tam fructuoſæ autem ſunt atque abundantes, vt per ſingulos menſes adferant primitiua. Hoc emblema eſt pullulantis in dies animi, & meritorum copiâ exuberantis; de quo ſubdit:

Ezech. 47.

Iuſtus ſimilis arbori ſemper florenti, iuxta fluuium conſitæ.

IBIDEM. *Et omnia quæcumque faciet proſperabuntur.*] Græcè κατευοδωθήσεται, id eſt, *benè dirigentur*: ita ſanctus Hilarius exponit. Aretas vim facit in verbo illo Græco, vt doceat de *viro*, non de *ligno*, locum intelligi: quia *dirigere*, ac *dirigi* innuunt mentis opus. Lignum enim præter folia & fructus, nil ampliùs habet quod faciat: at viri iuſti, præſertim à Deo electi, ipſa etiam mala opera & peccata præcedentia benè diriguntur, & proſperè ſuccedunt; quia *cooperantur in bonum*, eaque Deus dirigit in ſalutem eius, dum

Electis omnia cooperantur in bonum.

Rom. 8, 28

ANNOTATIONES CORDERII.

dum per ſinceram contritionem ac veram pœnitentiam deleta, maioris poſtmodum exiſtunt occaſio dilectionis, & cauſa feruoris; vnde fit, vt quandoque Deus peccatorem pœnitentem ad altiorem virtutis gradum euehat poſt pœnitentiam, quàm priùs teneret, cùm innocentiam ſeruaret. Nam (vt pulchrè Petrus Chryſologus Sermone 3.) *apud cæleſtem Patrem filius ſurgit plus de venia, quàm corruit de reatu.*

4. *Non ſic impij, non ſic: ſed tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.*] Poſtquam de pio dixerat, ipſum daturum eſſe fructum in tempore ſuo; ſcilicet in die mortis, & poſt illam, iuxta illud: *Beati mortui qui in Domino moriuntur. Opera enim illorum ſequuntur illos*, numquam moritura inter æterna cælorum gaudia, & æternùm præmianda; quando fructum conſequentur centuplum laborum ſuorum, centuplaque fœneratione ſudores hìc profuſi refundentur ibi remuneratione æternâ. Subiungit de impiis: *Non ſic impij, non ſic:* ſed à facie magni Dei diſpergentur, vt puluis areæ, qui à vento rapitur; vt paleæ, quæ excutiuntur à tritico; vt zizania, quæ ignibus committuntur. Itaque opera ſequuntur vtroſque, beatos beato fine coronanda, impios numquam perituris ignibus crucianda. quæ eſt omnino infeliciſſima impiorum conditio. Delrius noſter parte ſecundâ Adagialium veteris Teſtamenti, Adag. 14. in his verbis, *Tamquam pulius, quem proiicit ventus*, obſeruat prouerbialem locutionem, quæ locum habet in iis quæ vi maiore huc & illuc impelluntur. Huic non abſimilis eſt illa Iobi de impiis in eumdem ſenſum loquentis ſententia: *Erunt ſicut palea ante faciem venti, & ſicut fauilla quam turbo diſpergit.* Vbi impios cum paleis comparat, ad oſtendendum, quàm futilis eorum potentia, quàm inanis gloria, quæ eâ facilitate diſſipatur, quâ paleæ à vento vehementi, aut fauilla, arida & ſine pondere, ab incitato puluere propellitur. Eòdem ſpectat illud Euangeliſtæ: *Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.* Vbi ſimiliter in ventilatione iudicij, mali paleis, bòni triticeis granis aſſimilantur.

Apoc. 14, 13.

Sicut probi à Deo colliguntur, ita praui diſperguntur.

Iob. 21, 18.

Mali paleis, probi tritico comparantur.

Matt. 3, 12.

Eâdem ſimilitudine vſus eſt Iſaias, cùm populo impio minitatur, dicens: *Rapietur ſicut pulius montium à facie venti, & ſicut turbo coram tempeſtate.* id quod Septuaginta clariùs expreſſerunt his verbis: Ὡς ὕδωρ πολὺ ἔθνη πολλά, ὡς ὕδατος πολλοῦ βίᾳ φερομένου. Καὶ ἀποσκορακιεῖ αὐτόν, καὶ πόῤῥω αὐτὸν διώξεται, ὡς χνοῦν ἀχύρου λικμώντων ἀπέναντι ἀνέμου, καὶ ὡς κονιορτὸν τροχοῦ καταιγὶς φέρουσα. *Tamquam aqua multa, gentes multæ, quaſi aqua multa per vim impulſa. Et exterminabit eum, & longè eum perſequetur, tamquam puluerem paleæ ventilantium coram vento, & quaſi puluerem rotæ tempeſtas impellens.* In Hebræo autem hoc & aliis locis citatis pro puluere eſt מוץ *moz*: quæ vox propriè ſignificat illum tenuiſſimum puluiſculum ſiue lanuginem, quæ vnà cum paleis è frumento ventilatur. Solent quippe illi qui trituræ dant operam, areas ſibi in locis editis conſtituere, vt citiùs quiſquiliæ & glumæ venti flatu à granis ſeparentur. Veruntamen de puluere, ſeu ſicciore terræ parte, plerique Patres acceperunt, ad rem magis, quàm ad Hebræam vocem attendentes. Et ſanè, cùm areæ ſoleant æſtu ſicciores eſſe, ventus plerumque cum glumis illis multum ſimul terreni pulueris auehit atque diſpergit. Nec ratione myſticâ caret, quòd Vulgatus hìc *puluerem* vertere maluerit; quia de peccatoribus agit, qui terrenis opibus confidentes, ſe firmos putant, & ſubuerti non poſſe; cùm tamen à Deo leui momento auellantur & diſpergantur. Optimè item pulueri comparantur iniqui, quos ventus, id eſt Spiritus ſanctus, proiicit à facie terræ, & à conſpectu hominum, ne ſcilicet eorum praua opera diſcant, atque imitentur. Hac enim ratione Deus iuſtis ac piis viris maximè proſpicit, cauendo ne exempla iniquorum oculis animóve excipiant, quibus ad malum alliciantur. Atque hæc eſt S. Ambroſij ad hunc locum expoſitio; cuius iſta ſunt verba: *Et ſicut pulius proiicitur à facie venti, ita & iſti proiicientur & diſſipabuntur à Spiritu ſancto, qui terræ fertili atque fecundæ animæ ſalutaris, ſicut ventus Auſter aſpirare conſueuit.* In eumdem ſenſum exponit ibidem illud Cantici: *Surge Aquilo, & veni Auſter: & perfla hortum meum, & fluent aromata.* Auſtrum vocat, id eſt Spiritum ſanctum, vt hortum ſuum, ſcilicet Eccleſiam, aut animã iuſti, ventilet ac perflet, id eſt, excutiat puluerem quo ſordent plantulæ; hoc eſt, amoueat iniqua exempla malorum, quæ piorum conſcientias ad malum trahunt; vt, iis amotis, fluant aromata, nempe opera virtutis, quæ ſuaueolentiam emittant. S. Gregorius lib. 7. Moralium cap. 11. hunc Pſalmi locum exponit de iis peccatoribus, qui pœnitentiam nimis procraſtinant, & in finem vſque vitæ differunt: tales enim tempore mortis exanimabuntur, & *peribunt tamquam pulius, quem proiicit ventus à facie terræ.* Cùm enim nullum habeant humorem virtutis, quo contineantur & conſtringantur, inſtar pulueris omni vento erroris circumferuntur, & peruerſis ſuis opinionibus diſtrahuntur, & quaſi ad nihilum rediguntur, ac ſi ampliùs futuri non eſſent poſt mortem.

Iſa. 17, 13.

Quid hic per puluerem propriè ſignificetur.

Cant. 4, 16.

Impij in morte diſſipantur vt pulius.

5. *Non reſurgent impij in iudicio.*] Nota, non hoc ita intelligendum vt Hebræi volunt, qui in iudicio non reſurrecturos impios opinantur, quòd ſimul cum corporibus eorum animæ pereant. Nam ſtulta eſt hæc expoſitio, præterquam quòd noſtræ fidei & ſacris Litteris aduerſetur. Sed *non reſurgent*, ita dictum puto, ac ſi diceret: *Non ſtabunt*, non audebunt leuare caput, aut ante iudicem hiſcere, & aliquid audacter opponere, aut crimen excuſare. Neque enim fieri poteſt (vt rectè docet Euſebius ſuperiùs in Catena) vt non veniant in iudicium impij, cùm ſcriptum ſit in Eccleſiaſte in fine libri: *Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum illud ſit.* Taceo Euangelium (quia Iudæi illud non admittunt) in quo legimus: *Cùm venerit Filius hominis in maieſtate ſua, &c. congregabuntur ante eum omnes gentes.* & in fine ſubiungit de malis: *Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.* Paulus quoque ait: *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.* Non reſurgent ergo impij in iudicio, quia in eo cadent cauſâ ſuâ, & damnabuntur. Qui autem

Hebræi negant impiorum reſurrectionem.

Refellitur eorum opinio.

Eccle. 12, 14.

Matth. 25, 31.

Ibid. 46.

2. Cor. 5, 10.

tem in iudicio ſurgent, habent ſpem veniæ, vt S. Ambroſius ſcitè notauit in Pſal. 118. Quare dicendum, Omnes quidem impios ac manifeſtos peccatores iudicandos eſſe iudicio damnationis, quo debita cuique pœna decernetur; non tamen omnes iudicandos eſſe iudicio diſcuſſionis. Quia manifeſti peccatores nullà opus habent diſcuſſione, cùm ſuam liquidò adferant damnationem, quæ tunc orbi innoteſcet. Atque hoc ſenſu ſancti Patres dicere ſolent, omnes quidem peccatores perituros in iudicio; non tamen ibi omnes iudicandos. Nam vt Apoſtolus ait, *Qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt*: atque ipſomet Chriſto teſte, *qui non credit, iam iudicatus eſt.* Ex his patet, quàm opportunè Pſaltes, ſicut initio huius Pſalmi dixerat, iuſtos non abire in conſilio impiorum; ita hîc viciſſim dicat, impios non reſurgere in iudicio iuſtorum; ſignificans, longè aliud fore iudicium iuſti, & aliud impij.

Omnes impij ſubibūt iudicium damnationis; ſed non omnes iudicium ſubibunt diſcuſſionis.

Rom. 2, 12.

Ioan. 3, 18.

6. *Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum.*] Id eſt, *placet illi* via iuſtorum, ac *diligit* eam, ſicut dictum eſt in Prouerbiis: *Abominatio eſt Domino via impij; qui ſequitur iuſtitiam, diligitur ab eo.* Solet enim verbum *cognoſcendi* in ſacris Litteris, pro eo quod eſt diligere, ſeu miſerari, accipi. Vnde in Prouerbiis, quod nos legimus, *Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas*; Septuaginta tranſtulerunt *οἰκτείρει, miſeratur.* Quam expoſitionem probat etiam Paraphraſis Græca ſuperiùs poſita. Sic dixit etiam Deus per Amos ad Iſraëlitas: *Tantummodò vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ*: hoc eſt, dilexi, elegi, amaui. Ex qua ſententia illud intelligi poteſt, cauſam quidem quare iuſti ſaluentur, eſſe in eo præcipuè, quòd Dominus nouit viam eorum, & ſuà miſeratione dirigit, ac proſperum curſum tribuit: porrò cauſam quare impij intereant, ipſam illorum eſſe improbitatem, iuxta illud Oſee: *Perditio tua Iſraël: tantummodò in me auxilium tuum.* Aut *viam* licet accipere *cogitata, ſpem, deſideria.* Iuſtorum igitur deſideria & cogitata nouit Dominus, & illi grata ſunt, & illa ſecundat; impiorum verò iter ac ſpes peribit, & irrita erit ac vana: neque enim ſucceſſum habebunt eorum deſideria. Viam porrò ſignificare cogitationes atque conſilia, teſtis eſt Iſaias: *Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ: neque via veſtræ, via mea, dicit Dominus.* vt contrà de iuſtis dicitur in Pſalmo: *Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.* Patientia namque pauperum ſpes illorum eſt: cuius vt compotes fiant, patienter expectant.

Prou. 15, 19.

Verbum cognoſcendi *quid in Scripturis.*

Prou. 12, 10.

Amos 3, 2.

Salus iuſtorum ex Deo, perditio impiorū ex ipſis.

ANNOTATIONES CORDERII.

Oſee 13, 5

Via, pro ſpe, deſiderio, ſucceſſu accipitur.

Iſa. 55, 8.

Pſal. 9, 19.

IBIDEM. *Iter impiorum peribit.*] Vbi nota, Vatem non dixiſſe (vti conſequens erat:) *Iter autem impiorum non nouit* (nihil enim illum omnia inſpicientem oculum fugit.) ſed, quod iſtiuſmodi ignorationem ſequitur, poſuit, *peribit*: id eſt, ad interitum & ruinam illos perducet. Ita in Prouerbiis legimus: *Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant.* & alibi: *Iter autem impiorum decipiet eos.* *Iter* itaque *impiorum peribit*; id eſt eorum cauſa, rationes atque defenſiones peribunt, nil virium apud Deum iudicem habebunt, improbabuntur, nullius momenti erunt. Nam ſic ſolet *via* dici in ſacris Litteris. vt in Amos, *Viam humilium declinant.* & in Pſalmo: *Et vias peccatorum diſperdet.* Ad quem locum ſanctus Chryſoſtomus: *Non dixit*, inquit, *Diſperdet peccatores, ſed, viam ipſorum, hoc eſt, eorum actionem. Non enim auerſatur naturam, ſed odio habet vitium.* Pari modo præſentem huius Pſalmi verſum exponit ſanctus Ambroſius his verbis: *Perire iter impiorum dixit, non impios: ſeruat eorum ſubſtantiam, qui, ſi conuertantur, ſolùm iter impietatis amittent.*

Prou. 4, 16.

Prou. 12, 26.

Impij cauſa cadent in iudicio.

Amos 2, 7.

Pſal. 145, 9

Deus non tam peccatores vlciſcitur, quàm vitia peccatorum.

IN PSALMVM II. ARGVMENTVM.

Ὁ δεύτερος Ψαλμὸς προφητεία ἐστὶν εἰς τὸν Κύριον. Μηνύει δὲ ἐν πρώτοις τῶν Ἰουδαίων τὴν ἐπ᾽ αὐτὸν ἀλόγιστον μανίαν, καὶ ὡς παραδώσουσιν αὐτὸν Ἡρώδῃ καὶ Πιλάτῳ, καὶ ὡς οὐδὲν ἐκ τούτου ὁ Κύριος βλαβήσεται, τοὐναντίον δὲ καὶ ἐπιδείξεται τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, καὶ τοὺς μὲν εἰς αὐτὸν πιστεύοντας σώσει, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας συντρίψει ἐν βασιλείᾳ ἰσχυρᾷ. Τοῦτο γὰρ καλεῖ ῥάβδον σιδηρᾶν. Ἄρχεται οὖν οἱονεὶ σχετλιάζων ὁ προφήτης, καί φησιν.

Secundus Pſalmus prophetia eſt circa Dominum. Innuit autem in primis Iudæorum erga ipſum inſaniſſimum furorem, & quomodo ipſum tradituri ſint Herodi & Pilato, & vt nihil inde Dominus lædendus; ſed è contrà ſuam gloriam declaraturus ſit: & in ipſum quidem credentes ſaluabit, incredulos verò potenti imperio confringet. Hoc enim appellat virgam ferream. Incipit itaque Propheta quaſi lamentando, & ait:

PARAPHRASIS.

α. ἽΝΑ τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;

Ἔθνη καὶ λαοὺς, εἴτε τοὺς αὐτούς φησι τοὺς Ἰσραηλίτας, εἴτε τοὺς περὶ Ἡρώ-

1. QVARE fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania?

Gentes & populos, vel ipſos vocat Iſraëlitas; vel Gentiles dicit, illos qui circa Herodem

Gentes & populi qui.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARAPHRASIS PATRVM.

dem erant; populos verò, eſſe Iudæos. Manifeſtiùs autem in ſequentibus, Herodem innuit & Pilatum, ſubiungens:

2. Adſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum.

Ac ſi diceret, ſeipſos ad hoc dedicarunt.

Aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.

Peccans in Chriſtum, peccat in Patrem.

Declarauit hîc, quòd qui in Chriſtum præuaricatur, nihilominùs etiam peccet aduerſus Patrem eius. Quid igitur dicentes, hi omnes congregati ſunt? Senſus enim ſententiæ huius intelligitur ſubaudito vocabulo *dicentes*, quod frequens eſt in Scriptura, vt in progreſſu oſtendemus. Subiungit itaque:

3. Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipſorum.

Vocabulum *dicentes* non ſecundùm vocem accepit, ſed ſecundùm rem. Deficit enim vox *dicentes*, vti dictum eſt; vt ſit ſenſus, omnes conueniſſe tantùm-non hoc mente dicentes: *Dirumpamus vincula eorum*, & quæ ſequuntur. Sed illi quidem ſic; quid verò Dominus Deus?

4. Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.

Et non ſolùm, inquit, res illorum in riſum deſinent, & in contemptum; verùm etiam grauiſſimam eius iram experientur. Siquidem ſubiungit:

5. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.

Locutio pro facto accepta.

Tunc loquetur, ſumit hîc iterùm pro re ipſa. quaſi dicat: Faciet illos experiri iram ac furorem ſuum, quæ turbabunt ipſos atque conſternabunt. Dominus autem quid?

6. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius.

Is enim qui patitur, reipsâ dicet, iſta perpetrantibus: Quęcumque tandem patraueritis, & quantumcumque inſanieritis, Rex conſti-

Chriſtus Rex.

δὴν ὡς ἐθνικούς, καὶ λαοὺς τοὺς Ἰουδαίους δέξαι τὸ λεγόμενον. Σαφέστερον δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς τὸν Ἡρώδην αἰνίττεται, καὶ τὸν Πιλάτον, ἐπιλέγων·

β´. Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό.

Ἀντὶ τοῦ, ἑαυτοὺς πρὸς τοῦτο ἀφώρισαν, λέγει.

Κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.

Ἔδειξεν ἐνταῦθα ὅτι εἰς τὸν Χριστὸν παρανομῶν, οὐδὲν ἔλαττον πλημμελεῖ καὶ εἰς τὸν αὐτοῦ πατέρα. Τί οὖν λέγοντες, οὗτοι πάντες συνηθροίσθησαν; Κατ᾽ ἔλλειψιν γὰρ τοῦ λέγοντες κεῖται ἐνταῦθα ἡ διάνοια, ὡς καὶ πολλαχοῦ τῆς γραφῆς, καθὼς καὶ προϊόντες δείξομεν. ἐπάγει οὖν·

γ´. Διαρρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀπορρίψωμεν ἀφ᾽ ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν.

Τὸ λέγοντες οὐκ ἐπὶ φωνῆς ἔλαβεν, ἀλλ᾽ ἐπὶ πράγματος. Λείπει γὰρ τὸ λέγοντες, ὡς εἴρηται, ἵνα ᾖ τοιοῦτο, ὅτι συνήχθησαν ἅπαντες μονονουχὶ τοῦτο ἐπὶ διανοίας εἰπόντες· Διαρρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν οὕτως· τί δὲ ὁ δεσπότης θεός;

δ´. Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς, καὶ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς.

Καὶ οὐ μόνον, φησίν, εἰς γέλωτα τελευτήσει τὰ κατ᾽ αὐτοὺς καὶ εἰς ὀνειδισμόν, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς πειραθήσονται τῆς παρ᾽ αὐτοῦ βαρυτάτης. Ἐπάγει γάρ·

ε´. Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς.

Τότε λαλήσει πάλιν ἐπὶ πράγματος, ἀντὶ τοῦ πειραθῆναι αὐτοὺς παρασκευάσει ὀργῆς καὶ θυμοῦ ταραττόντων αὐτούς, καὶ διασαλευόντων. ὁ δὲ κύριος τί;

ϛ´. Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ.

Ἐρεῖ γὰρ ἐπὶ τοῦ πράγματος τοῖς ποιοῦσι ὁ πάσχων. ὅτι ὅσα ἂν δράσητε, καὶ ὅσα ἂν μανῆτε, βασιλεὺς κατεστάθην,

σάθην, τὴν ἀρχὴν ἐπιδεικνύμενος τῆς βασιλείας ἀπὸ τῆς Σιών, πᾶσιν ἀπαγγέλλων τοῦ Θεοῦ τὸ θέλημα. Ἐπάγει γάρ·

tutus ſum; regni principatum declarans à Sion, omnibus annuntiando voluntatem Dei. ſubdit enim: PARAPHRASIS PATRVM.

Διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα κυρίου.

Prædicans præceptum Domini.

ζ. Κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.

7. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Πάλιν τὸ εἶπεν ἐνταῦθα ἐπὶ πράγματος λέγει, ἀντὶ τοῦ ἀπεφήνατό με ἡ τοῦ πατρὸς φύσις υἱόν, οὐ προστάγματος εἰς ἐμὲ μεταβιβάσαντος τὸ τῆς υἱοθεσίας ἀξίωμα, ἀλλ' αὐτῆς τῆς οὐσίας ἀποδειξάσης τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς ἐπ' ἐμὲ χαρακτῆρα. Τὸ δὲ σήμερον ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τὸν ἐνεστῶτα μηνύει χρόνον (ἀλλ' ὁ παρ' ἡμῖν ἐνεστὼς τῶν πρός τί ἐστι. συσσημαίνει γὰρ τὰ μέλλοντα, καὶ παρελθόντα.) ἐπὶ δέ γε τοῦ Θεοῦ, ἔνθα χρόνος οὐ θεωρεῖται, συναναιροῦνται αἱ τρεῖς σημασίαι, τοῦ ἐνεστῶτος, καὶ μέλλοντος, καὶ παρεληλυθότος φημί. σημαίνει οὖν ἐπ' αὐτοῦ τὸ σήμερον, τὸ ἅμα, καὶ τὸ συναΐδιον, καὶ τὸ παντελῶς ἀδιάζευκτον.

Rurſum verbum *dixit* de re ipſa accipit: quaſi dicat, Patris natura me filium declarauit, haudquaquam præcepto adoptionis dignitatem in me transfundente, ſed ipsâmet ſubſtantiâ, perſonæ Patris characterem in me exprimente. Illud verò *hodie* in humanis quidem rebus tempus præſens inſinuat (tempus autem præſens apud nos eſt ad aliquid: connotat enim ſimul & futurum, & præteritum.) Verumtamen in Deo, vbi tempus non conſideratur, ſimul etiam accipiuntur tres iſtæ notiones, præſentis, inquam, futuri, & præteriti. *Hodie* itaque in ipſo ſignificat ſimul & perpetuitatem, & omnimodam inſeparabilitatem. *Chriſtus naturâ Dei Filius.* *τὸ hodie quid in diuinis connotet.*

η. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου· καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.

8. Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.

Σχηματισμός ἐστι μηνύων τοῦ κυρίου τὴν ἐνανθρώπησιν. Ὅσα γὰρ τῶν λεγομένων περὶ αὐτοῦ πρὸς καταβιβασμὸν ὁρᾷ, τὴν ἐνανθρώπησιν αἰνίττεται καὶ τὴν οἰκονομίαν, οὐ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὕπαρξιν, οὐδὲ τὴν δεσποτείαν.

Eſt modus loquendi figuratus, inſinuans ipſius Domini incarnationem. Quæcumque enim eorum quæ de ipſo dicta ſunt, ad condeſcenſionem ſpectant, incarnationem inſinuant & diſpenſationem, non verò à principio exiſtentiam, neque principatum.

θ΄. Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ.

9. Reges eos in virga ferrea.

Ῥάβδον σιδηρᾶν, βασιλείαν ἰσχυρὰν λέγει, καὶ ἀκαταπόνητον.

Virgam ferream vocat forte regnum, & indomabile. *Virga ferrea quid.*

Ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς.

Tamquam * vaſa figuli confringes eos. ** Vulg. vas*

Καλῶς ἀντιδιέστειλε τῇ ἰσχυρᾷ βασιλείᾳ τῶν ἐναντιουμένων ἀσθένειαν. Τοὺς μὲν γὰρ Ἰουδαίους σκεύη ὀστράκινα κέκληκε, τὴν δὲ βασιλείαν τοῦ παρ' αὐτῶν σταυρουμένου σιδηρᾶν. Ὃ δὲ ποιεῖ ῥάβδος σιδηρᾶ σκεύεσιν ὀστρακίνοις, δῆλόν ἐστι, καὶ ὁρᾶται παρὰ Ἰουδαίοις γινόμενον. Ἕως μὲν γὰρ ἐλπίδα εἶχον ἀναπλάσεως, πηλὸς ἐκαλοῦντο. ὡς ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ, ὅτε διέπεσεν ὁ πηλὸς ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ κεραμέως, καὶ λαβὼν ἐκεῖνος κατὰ τοὺς τῆς ἐπιστήμης νόμους, ἀνέπλασε τὸ πεσόν, ἐπάγει ὁ Θεός· Μὴ καθὼς ὁ κεραμεὺς οὗτος οὐ δυνήσομαι ὑμᾶς ἀναπλάσαι οἶκος Ἰσραήλ; Ἀλλ' ὅτε λοιπὸν

Pulchrè oppoſuit forti regno aduerſariorum imbecillitatem. Nam Iudæos quidem vaſa teſtacea nuncupauit, regnum verò eius qui ab ipſis crucifixuserat, ferreum. Quod autem facit virga ferrea vaſis teſtaceis, manifeſtè etiam conſpicitur Iudæis accidiſſe. Quouſque enim ſpem habebant reformationis, lutum appellabantur: quemadmodum in Ieremia, quando ceciderat lutum è manu figuli, & ipſe accepto illo, ſecundùm leges artis, id quod ceciderat refingebat, ſubiungit Deus: *Numquid ſicut figulus iſte non potero vos reformare domus Iſraël?* Aſt vbi demùm *Iudæi ſunt vaſa teſtacea.* *Iudæi quãdo lutum vocati.* *Iere. 18, 6.*

in

PARAPHRASIS PATRVM.

Iudæi quãdo teſtæ facti.

in malum proruperunt, & pro luto facti ſunt teſtæ, irreparabilem ipſis contritionem comminatur. Ad quid igitur ceterùm Propheta ſuadet vtilia omnibus, & ait?

10. Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Diſcite igitur, inquit, omnes qui dignitatem aliquam terrenam obtinetis, quid & quæ tribuenda ſint Deo.

11. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Seruiendum Deo cum lætitia.

Et ſubiiciamini, inquit, ſeruientes quidem cum lætitia, exultantes verò cum iuſta ſubiectione.

12. Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.

Et aſſumite, inquit, diſciplinam bonam, & ne excidatis ab opere tam laudabili.

13. Cùm exarſerit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

Quomodo contra iram Dei oporteat præmuniri.

Ira enim, inquit, omnes præuaricatores apprehendet. Sed probabitis tunc meum conſilium, quando irâ in res humanas irruerit, ſuperiores apparebitis tentatione, præmuniti per ſpem in ſaluatorem. Atque hic eſt ſenſus ſecundi Pſalmi.

Hebræi quomodo diſtinguant Pſalmos.

Ceterùm etiam ſciendum, apud Hebræos primum & ſecundum Pſalmum non eſſe diſtinctos, ſed coniunctos. Numerus tamen centeſimus quinquageſimus ſaluatur in nono. Nam nonus Pſalmus diuiditur apud illos in duos, apud nos verò coniungitur, & vnicus eſt integer. Diſiunctio igitur quæ illic eſt, eam quæ hîc exiſtit coniunctionem, vti par eſt, ad æqualem numeri ordinem reducit.

ἐξώθησαν πρὸς τὸ κακὸν, καὶ ἀντὶ πηλοῦ γεγόνασιν ὄστρακα, συντριβὴν αὐτοῖς ἀπειλεῖ ἀδιόρθωτον. Τί οὖν λοιπὸν ὁ προφήτης πᾶσι παραινεῖ τὰ συμφέροντα, καί φησι;

ι. Καὶ νῦν βασιλεῖς σύνετε, παιδεύθητε πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν.

Μάθετε οὖν, φησι, ἅπαντες οἱ κατά τι τῆς γῆς ὑπερέχοντες, τὰ διδοσόμενα τῷ θεῷ καὶ τί;

ια. Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ.

Καὶ ὑποτάγητέ, φησι, δουλεύοντες μὲν σὺν χαρᾷ, εὐφραινόμενοι δὲ μετὰ δικαίας ὑποταγῆς.

ιβ. Δράξασθε παιδείας, μήποτε ὀργισθῇ κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας.

Καὶ ἐπιλάβεσθε, φησι, παιδεύσεως ἀγαθῆς, καὶ μὴ ἐκπέσητε πράξεως οὕτως εὐλόγου.

ιγ. Ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ, μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ.

Μέλλει γάρ, φησι, πάντας παρανομοῦντας καταλαμβάνειν ὀργή. Ἀλλ' αἰσθήσεσθε τότε τῆς ἐμῆς συμβουλῆς, ὅταν τῆς ὀργῆς ἐπιβρεχούσης τὰ ἀνθρώπινα, ἀνώτεροι τῆς πείρας φανῆτε τῷ φθάσαι ἐλπίσαι ἐπὶ τὸν σώζοντα· οὕτως καὶ ὁ δεύτερος ψαλμὸς ἔχει.

Καὶ τοῦτο δὲ ἰστέον, ὅτι παρ' Ἑβραίοις ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος ψαλμὸς οὐκ ἔχουσι διαίρεσιν, ἀλλὰ συνημμένοι εἰσίν. Ἀνασώζεται δὲ τῶν ρν ὁ ἀριθμὸς ἐν τῷ θ'. ὁ γὰρ ἔνατος ψαλμὸς διῄρηται παρ' αὐτοῖς εἰς δύο, παρ' ἡμῖν δὲ συνῆπται, καὶ εἷς ἐστιν ὅλος. ἡ οὖν ἐκεῖ διαίρεσις τὴν ἐνταῦθα συνάφειαν εἰς τὴν ἴσην ἄγει τάξιν, ὡς εἰκὸς, τοῦ ἀριθμοῦ.

COMMENTARIVS.

1. QVARE FREMVERVNT GENTES?] Nonnulli aiunt hoc eſſe temporis inuerſionem, pro frement; alij, *Tumultuatæ ſunt Gentes*; alij, *Ad quid Gentes turbantur?* Secundùm Septuaginta

Fremere pro ſuperbire.

verò, verbum *fremuerunt* ſignificat ſuperbiuerunt, quod eſt cum elatione, & iactantiâ quadam turbari & tumultuari. Hoc tranſlatum

α. ΙΝΑ ΤΙ ΕΦΡΥΑΞΑΝ ΕΘΝΗ;] Τινὲς ἀντιχρονίαν τοῦτό φασι, ἀντὶ τοῦ φρυάξουσιν. Ἄλλοι· ἐθορυβήθησαν ἔθνη. ἄλλοι· εἰς τί ἔθνη κυκᾷ; Κατὰ δὲ τοὺς ἑβδομήκοντα τὸ ἐφρύαξαν σημαίνει τὸ ὑπερηφανεύσαντο, τὸ μετ' ἐπάρσεως καὶ μεγαλαυχίας τινὸς ταράσσεσθαι, καὶ θορυβεῖσθαι. Μετηνέχθη ἀπὸ τῆς

ἀλόγου

ἀλόγου τῶν ἵππων ὁρμῆς, ἐπ᾽ οὐδενὶ τῶν δεόντων, ὃ συνέβη καὶ Ἰουδαίοις ἐπὶ Χριστοῦ. Τίς φησιν αἰτία τοῦ τοσούτου μίσους, εἰς ταυτὸν συνδραμεῖν ἔθνη καὶ λαούς, τοὺς Ἰσραηλίτας; Εἴτε τοὺς περὶ Ἡρώδην καὶ Πιλᾶτον ὡς ἐθνικούς, καὶ λαοὺς τοὺς Ἰουδαίους δέξαι τὸ λεγόμενον. Καλῶς δὲ προσέθηκε κενά. εἰς οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἔληξεν ἡ τοσαύτη δραματουργία. Προσφυῶς δὲ καὶ τὸ μελετῆσαι κενὰ προσήρμοσε τῷ λαῷ· Ἰουδαίων γὰρ αὕτη γέγονεν ἡ παρανοία. Παρέστησαν δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς, ἤτοι Ἡρώδης καὶ Πιλᾶτος, ἀντὶ τοῦ ἑαυτοὺς πρὸς τοῦτο ἀφώρισαν, καὶ συνήχθησαν. κατὰ τίνος; Κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Τί δὲ λέγοντες συνηθροίσθησαν; (λείπει γὰρ τὸ λέγοντες) κατὰ σχῆμα ἀποσιωπήσεως ἐπάγει·

γ'. ΔΙΑΡΡΗΞΩΜΕΝ, καὶ τὰ ἑξῆς.] Τουτέστιν διακόψωμεν, καὶ ἀπορρίψωμεν τὸν ζυγόν. τίνων; τοῦ κυρίου καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο γὰρ ὀνειδίζων αὐτοὺς διὰ Ἱερεμίου ἔλεγεν· Εἶπας, οὐ δουλεύσω σοι· ἀντὶ τοῦ οὕτως ἐπολιτεύσω, ὥστε ἀποσείσασθαι τὴν εἰς ἐμὲ δουλείαν θελῆσαι. Οὐ γὰρ ἤθελον τῆς ἱερᾶς ἐντὸς γενέσθαι σαγήνης. Ἄλλοι δὲ διὰ τὸ ἀνεπισημάντως τοῦ τίς ὁ λέγων προσκεῖσθαι, τὸ διαρρήξωμεν, τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου πρόσταγμα εἶπον, διαρρηγνύναι παρεγγυῶντος τὸν τῆς εἰδωλολατρείας δεσμὸν τῶν ἐθνῶν, καὶ τὸν βαρὺν μὲν ζυγὸν ἀπορρῖψαι τῆς ἁμαρτίας, τὸν δὲ τοῦ Χριστοῦ ἐλαφρὸν ὑποδῦναι. Ἐπανάγει δὲ πάλιν τὸν λόγον ὁ προφήτης πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἔννοιαν, διακωμῳδῶν τῶν κατὰ Χριστοῦ φρυαξαμένων ἐθνῶν τὴν εὐτέλειαν, καὶ ὅπως διαγελασθῇ τὸ τῶν αὐθαστάτων Ἑβραίων κατὰ τοῦ μονογενοῦς γαυρίαμα· οἷοι ὄντες, οἵοις ἐπεχείρησαν· καί φησιν·

δ'. Ο ΚΑΤΟΙΚΩΝ ΕΝ ΟΥΡΑΝΟΙΣ.] Ἀλλ᾽ ὁ τῶν ἐπιβουλευόντων φησὶν ὑψηλότερος καταγελάσει, ἤτοι γέλωτα τὴν ἐκείνων ἐπιβουλὴν ἀποφανεῖ, ὡς ἀνηνύτοις ἐπιχειρούντων. Καὶ γὰρ μυκτηρισμός ἐστι πνεῦμα διὰ ῥινῶν ἀφιέμενον εἰς ἐξουδένωσιν τῶν μεγάλα φρυαττομένων. Καὶ τὸ μετὰ τῆς προσθέσεως δὲ ταῦτα εἰρῆσθαι ἐπιτατικώτερον ἔχει τὸν γέλωτα· καὶ οὐ μόνον φησὶ τούτου, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς πειραθήσονται.

ε'. ΤΟΤΕ ΛΑΛΗΣΕΙ.] Πότε; Ὅτε διαρρῆξαι τὸν τοῦ εὐαγγελίου ἠπείλουν δεσμόν, καὶ τὸν ζυγὸν συντρῖψαι. Τίνα δέ ἐστι τὰ ἐν ὀργῇ λαληθέντα; Ἀρθήσεται ἀφ᾽ ὑμῶν ἡ βα-

COMMENTARIVS PATRVM.

Iudæorum odium in Chriſtum.

ab irrationabili equorum impetu ad id quod non decet; quod contigit etiam Iudæis in Chriſto. Quænam, inquit, cauſa eſt tanti odij, vt in vnum concurrant gentes & populi, Iſraelitæ ſcilicet? Illos nempe qui circa Herodem & Pilatum ſunt, Gentes eſſe dictos intellige; Iudæos verò, populos. Pulchrè autem adiunxit *inania*. Ad nihil enim ipſis vtilis fuit iſtiuſmodi machinatio. Accommodatè verò etiam inania meditari adaptauit populo; ſiquidem Iudæorum hæc erat veſania. Ceterùm adſtiterunt etiam reges, ſcilicet Herodes & Pilatus, id eſt ſeſe obtulerunt, & conuenerunt. Aduerſus quem? *Aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Quid verò dicentes congregati ſunt? (deficit enim verbum Dicentes:) ſecundùm figuram reticentiæ ſubiungit:

Iudæi & idololatræ Chriſti iugum abijciunt.

3. DIRVMPAMVS, &c.] Id eſt abſcindamus, & proiiciamus iugum: quorum? Domini, & Chriſti eius. Idcirco enim exprobrans ipſis per Ieremiam dixit: *Dixiſti, Non ſeruiam tibi:* id eſt, ita te geſſiſti, ac ſi reiicere velles cultum meum. Noluerunt enim eſſe in ſagena ſacra. Alij verò, quia hoc abſque vlla eius qui hoc dixerit, mentione poſitum fuit; illud *dirumpamus*, mandatum eſſe cenſuerunt ſancti Spiritus, Ethnicorum idololatriæ vinculum diſrumpere, & peccatorum graue iugum abiicere, nec non Chriſti leue iugum imponere pollicentis. Rurſum verò Propheta ſermonem reducit ad priorem ſenſum, Gentium Chriſto inſultantium inſaniam exaggerans, & quomodo inſaniſſimorum Hebræorum contra vnigenitum inſolentia ſit riſu excipienda; quòd, cùm eſſent iſtiuſmodi, talia ſint aggreſſi, & ait:

Iere. 2, 20.

Peccati iugum abrumpendum.

Deus ſubſannat impios.

4. QVI HABITAT IN CÆLIS, &c.] Verùm is qui inſidiatoribus ſublimior eſt, inquit, irridebit, id eſt inſidias ipſorum declarabit eſſe ridiculas, vt qui res impoſſibiles tentarint. Subſannatio enim eſt ſpiritus ille qui per nares emittitur in deſpectum eorum qui magnifica iactant. Porrò quòd hæc ex propoſito dicta ſint, intenſiorem riſum meretur; neque hunc ſolummodò, inquit, verùm etiam iram experientur.

5. TVNC LOQVETVR.] Quando? Cùm Euangelij vinculum diſrumpere, & iugum conterere minati ſunt. Quænam porrò ſunt illa quæ in ira dicta ſunt? *Auferetur à vobis regnum.* Matth. 21, 43.

COMMENTARIVS PATRVM.

gnum. Et vineam aliis locabit,& fides concul-cabitur. Exercitus enim Romanorum ipſos ſubiugauit. Vel illud *loquetur* poſitum; ac ſi dicat, Parabit illos ad iram, ad furorem, quibus perturbentur & concutiantur. Differt autem furor ab ira, quòd furor quidem ſit ira efferueſcens, eorum nempe qui adhuc ſuccenduntur; ira verò ſit appetitus vindictæ. Furor itaque imperfectior eſt irâ; vtpote cuius complementum ſit ipſamet ira.

Diſtinctio furoris ab ira.

6. EGO AVTEM CONSTITVTVS SVM REX.] Illi quidem, inquit, hæc ſubibunt; at ego etiam inſanientium Rex conſtitutus ſum, non cæli & terræ (nam regnum hoc habebam à natura) ſed inauguratus ſum poſt incarnationem, vt hoc præceptum Patris vobis annuntiarem. Hoc autem eſt Euangelij promulgatio, ſuper Sion montem,id eſt Iudæam, quam inhabitauit,ſiue Eccleſiam.Eſt enim Rex noſter partim quidem in quantum omnitenens eſt; partim verò quatenus nobis indit animi demiſſionem, quâ nos in ſalutem aſſerere contendit. Secundùm quam ſignificationem etiam dicitur Rex conſtitutus, ſcilicet vt homo: nam vt Deus inſitum habet regnum. Alij verò voculas *ab ipſo* interpungentes,coniungunt illud *ſuper Sion montem* cum verbo *prædicans.* Non enim aiunt ipſum ſoli monti Sion imperare, ſed vniuerſæ creaturæ: nam à Sion diuinam doctrinam propalauit.

Chriſtus ſupra quos Rex conſtitutus ſit.

7. DOMINVS DIXIT AD ME.] Id eſt,declarauit me Patris natura filium, non mandato operante, ſed ſubſtantiâ demonſtrante me perſonæ Patris characterem. Hæc itaque potiùs accommodanda ſint Chriſti ſecundùm carnem generationi. Ex vtero enim ante luciferum ſecundùm diuinam naturam genitus fuit. Pulchrè autem adiungitur verbum *es*, ad declarandam generationem quæ eſt ante ſæcula: ſemper enim erat filius. Subiunxit verò illud, *Ego hodie genui te*; vt ſecundùm carnem generationem declararet. Nam illud *hodie* temporis eſt: quare etiam de temporanea generatione poſitum eſt. Conſequenter etiam humano more accipienda quæ ſubiunguntur.

Chriſtus quando & ſecundùm quid genitus.

Pſal.109,3

8. POSTVLA A ME.] Cui dicit *poſtula?* ei qui dicit: *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo.* Donec enim in terris per diſpenſationem apparuit, non dixit Poſtula. Nam quæ quis habet, minimè poſtulat. Itaque qui omnia

Quòd Chriſtus poſt incarnationem poſtulet.

σιλεία, καὶ ὁ ἀμπελὼν ἑτέροις ἐκδοθήσεται, καὶ παρὰ πόδας ἡ πίστις. Στρατεία γὰρ αὐτοὺς Ῥωμαϊκὴ ἐξανδραποδίσατο. ἢ τὸ λαλήσει, ἀντὶ τοῦ πειραθῆναι αὐτοὺς παρασκευάσει ὀργῆς καὶ θυμοῦ, ταραττόντων αὐτοὺς καὶ διασαλευόντων. Διαφέρει δὲ θυμὸς ὀργῆς, τῷ θυμὸν μὲν εἶναι ὀργὴν ἀναθυμιωμένην, καὶ ἔτι ἐκκαιομένων, ὀργὴν δὲ ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως. ἀτελέστερος οὖν τῆς ὀργῆς ὁ θυμός, ἀποτέλεσμα δὲ ἡ ὀργή.

ς'. ΕΓΩ ΔΕ ΚΑΤΕΣΤΑΘΗΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ.] Ἐκεῖνοι μέν, φησι, ταῦτα πείσονται· ἐγὼ δὲ καὶ μαινομένων βασιλεὺς κατεστάθην, οὐκ οὐρανοῦ καὶ γῆς (ἐκ φύσεως γὰρ εἶχον ἐκείνην τὴν βασιλείαν.) ἀλλὰ χειροτονητὸς μετὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦτο πατρικὸν ὑμῖν πρόσταγμα διαγγέλλειν. Τοῦτο δὲ ἂν εἴη τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, ἐπὶ Σιὼν ὄρος, τουτέστιν ἢ τὴν Ἰουδαίαν ἣν ἐπεχωρίαζεν, ἢ τὴν ἐκκλησίαν. Βασιλεύει γὰρ ἡμῶν καθ᾽ ἓν μὲν ὡς παντοκράτωρ, καθ᾽ ἕτερον δὲ ὡς ἐνεργῶν τὴν ὑποταγήν, ἧς πέρας τὸ λαβεῖν ἡμᾶς σωζομένους. Καθ᾽ ὃ σημαινόμενον καὶ λέγεται βασιλεὺς κατασταθῆναι, ἤτοι ὡς ἄνθρωπος· ὡς γὰρ θεὸς ἔμφυτον ἔχει τὸ βασιλεύειν. ἄλλοι δὲ εἰς τὸ ὑπ᾽ αὐτοῦ στίζοντες, συνάπτουσι τὸ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τῷ διαγγέλλων. Οὐ γὰρ τοῦ Σιὼν ὄρους φασὶ βασιλεύειν μόνον, ἀλλὰ πάσης τῆς κτίσεως. ἀπὸ γὰρ τῆς Σιὼν τὴν θείαν διδασκαλίαν προήνεγκε.

ζ'. ΚΥΡΙΟΣ ΕΙΠΕ ΠΡΟΣ ΜΕ.] Ἀντὶ τοῦ ἀπεφήνατό με ἡ τοῦ πατρὸς φύσις υἱόν, οὐ προστάγματος ἐνεργήσαντος, ἀλλὰ τῆς οὐσίας ἀποδειξάσης, τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως ἐμὲ χαρακτῆρα. Προσάπτοιτο οὖν μᾶλλον τῇ κατὰ σάρκα γεννήσει Χριστοῦ ταῦτα. Ἐκ γαστρὸς γὰρ πρὸ ἑωσφόρου κατὰ τὴν θείαν φύσιν γεγέννηται. Καλῶς δὲ πρόσκειται τὸ εἶ, τὴν πρὸ αἰώνων δηλοῦν γέννησιν· ἦν γὰρ ἀεὶ υἱός. ἐπήνεγκε δὲ τὸ σήμερον γεγέννηκά σε, ἵνα τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν δείξῃ. τὸ γὰρ σήμερον χρόνου ἐστί, διὸ καὶ τίθεται περὶ τῆς χρονικῆς γεννήσεως. Ἀκολούθως δὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ καὶ τὰ ἐπαγόμενα.

η'. ΑΙΤΗΣΑΙ ΠΑΡ' ΕΜΟΥ.] Τίνι λέγει αἴτησαι; τῷ εἰπόντι· Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ. Ἕως γὰρ κάτω ὤφθη τῇ οἰκονομίᾳ, οὐκ εἶπεν αἴτησαι. ἃ γὰρ ἔχει τις οὐκ αἰτεῖ. ἔχων οὖν πάντα

διὰ

διὰ τὴν ἀξίαν, λαμβάνει διὰ τὴν οἰκονομίαν. εἰ δὲ τὸ αἰτεῖν ὕβρεως τοῦ μονογενοῦς, ἄκουσον καὶ τὸν Θεὸν παρὰ ἀνθρώπων αἰτοῦντα· Καὶ νῦν Ἰσραήλ, φησι, τί Κύριος αἰτεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ τὸ φοβεῖσθαι αὐτόν; Κληρονόμος οὖν πάντων τέθειται κατὰ Παῦλον ὁ τοὺς αἰῶνας πεποιηκώς, ἵν' ὡς ἴδιον καὶ προσήκοντα κλῆρον ἀνασώσῃ τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνοσίως διηρπασμένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, οὗ καὶ περιγενηθέντος φησί, Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας. Κατάσχεσιν οὖν ποιεῖται τὰ πέρατα, καὶ προφέρει τὴν προμήθειαν καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη. Τινὲς δὲ σχηματισμὸν τοῦτο εἶπον. Τὸ γὰρ Αἴτησαι, φασι, καὶ δώσω ἀντὶ τοῦ ἔχεις ἐστίν. Ἀλλὰ καὶ οὗτοι τὴν ἀλήθειαν κατῃδέσθησαν, καὶ τὰ πρὸς ταπείνωσιν, καὶ καταβιβασμὸν ὁρῶντα, τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν οἰκονομίαν οὐκ ἐξηρνήσαντο.

θ΄. ΠΟΙΜΑΝΕΙΣ ΑΥΤΟΥΣ ΕΝ ΡΑΒΔΩ.] Ἡ πληκτικωτέρα ἀγωγὴ ῥάβδος ὠνόμασται, ἧς οἱ ἁμαρτάνοντες καὶ ἀσθενεῖς προσδέονται· ὡς τό· Ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ. Ἀλλὰ τίς δίδωσι κληρονομίαν, ἐπὶ τῷ συντριβῆναι ὑπὸ τοῦ κληρονομοῦντος; Δεκτέον οὖν τὴν συντριβὴν καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ τινῶν κεῖσθαι, ὡς τό, πνεῦμα συντετριμμένον· συντρίψαι οὖν δεῖ τὸ ἐν ἡμῖν πνεῦμα, ὥστε γενέσθαι θυσίαν τῷ Θεῷ. Νοήσωμεν συντριβὴν καὶ ἣν ἐργάζεται ὁ Χριστός, τὸ ὑλικὸν καὶ γεῶδες ἡμῶν, ἀπὸ τῶν παθῶν, καὶ τῶν τῆς κακίας ἰδιωμάτων ἀποθραύων. Καὶ ἐπὶ τῶν ἐθνῶν δὲ τὸ ῥητὸν νοεῖσθαι καθ' ἕτερον σημαινόμενον οὐκ ἀνάρμοστον. Ἐποίμανε γὰρ αὐτοὺς ἐν ἰσχυρᾷ βασιλείᾳ αὐτοῦ, καὶ συνέτριψεν, ἀναπλάττων διὰ τῆς παλιγγενεσίας.

ι΄. ΚΑΙ ΝΥΝ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΣΥΝΕΤΕ.] Οὐκ ἀλλότριον τῆς τοῦ σωτῆρος χρηστότητος τὸ τοῖς κατ' αὐτοῦ συναχθεῖσι λέγειν τὸ συνίετε. Εἰ γὰρ καὶ πρότερον, φησιν, ἐπιβουλεύσασθε ἀγνοήσαντες, ἀλλὰ νῦν γνόντες σύνετε καὶ μετανοήσατε, καὶ ὑποτάγητε, δουλεύοντες ἐν φόβῳ. Οὐ γὰρ δεῖ μόνον τῇ φιλανθρωπίᾳ θαῤῥεῖν, ἀλλὰ καὶ ταύτῃ συνημμένην δικαιοσύνην φοβεῖσθαι. ἢ τὸν φόβον μεταληπτέον εἰς τὴν παρά τισιν εὐλάβειαν, ἥτις κόλασιν οὐκ ἔχει, ὡς τό· οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. Πῶς δέ, εἰ παιδευτική ἐστιν ἡ ὀργὴ Κυρίου, τῷ ὀργίζεσθαι Κύριον ἀπολεῖταί τις ἐξ ὁδοῦ δικαίας; Ἀλλ' οὕτω

habebat per dignitatem, accipit per diſpenſationem. Quòd ſi poſtulare ignominioſum ſit vnigenito; audi etiam Deum ab hominibus poſtulantem: *Et nunc Iſraël audi quid Dominus petat à te, niſi vt ipſum timeas?* Heres itaque omnium conſtitutus eſt, ſecundùm Paulum, qui fecit ſæcula, vt tamquam propriam & ſibi conuenientem hereditatem ſeruaret eos qui in terra ſacrilegè à diabolo diſperſi erant: quo etiam ſuperato, ait: *Pater, quos dediſti mihi de mundo, tui erant, & mihi eos dediſti.* Poſſeſſionem itaque facit terminos, & extendit prouidentiam etiam ſupra Gentes. Nonnulli verò dicunt modum hunc loquendi eſſe figuratum: Poſtula enim, inquiunt, & Dabo, idem eſt, quod Habes. Verùm & hi veritatem reueriti ſunt, & ea quæ ad humiliationem & condeſcenſionem ſpectabant, nempe hominis aſſumptionem, & diſpenſationem, non negarunt.

COMMENTARIVS PATRVM. *Quòd etiam Deus aliquid poſtulet.* Deut. 10, 12. Heb. 1, 2. *Chriſtus heres omnium.* Ioan. 17, 6.

9. REGES EOS IN VIRGA.] Seuerior regendi ratio, virga nuncupata eſt; quâ peccatores & infirmi opus habent, iuxta illud: *Viſitabo in virga.* Sed quis dat hereditatem, vt conteratur ab herede? Intelligendum itaque, contritionem etiam in quorumdam vtilitatem cedere, iuxta illud: *Spiritus contribulatus.* Conterendus igitur in nobis ſpiritus, vt fiat Deo ſacrificium. Intelligamus etiam contritionem, quam Chriſtus operatur, dum id quod in nobis materiale ac terreſtre eſt, à paſſionibus ac malitiæ proprietatibus reſcindit. Quin etiam hoc de Gentilibus dictum, alio ſenſu non incongruum erit intelligere. Rexit enim illos in potenti regno ſuo atque contriuit, vt ipſos per regenerationem reformaret.

Virga ſeueritatis index. Pſal. 88, 33. Pſal. 50, 19. *Conterendus ſpiritus, vt Deo gratus fiat.* *Quid in nobis conterendum.*

10. ET NVNC REGES INTELLIGITE.] Minimè alienum à bonitate Saluatoris, vt iis qui aduerſus ipſum congregati ſunt dicat, *Intelligite.* Etenim, inquit, ſi priùs ignorantes inſidias ſtruxiſtis; attamen iam agnoſcentes intelligite, & reſipiſcite, & ſubiiciamini ſeruientes in timore. Nam non oportet ſolùm confidere benignitati, verùm etiam huic coniunctam iuſtitiam metuere. Vel timor accipiendus eſt in quibuſdam reuerentialis, qui pœnam non habet, iuxta illud: *Non eſt inopia timentibus eum.* Quomodo autem, ſi ira Domini corrigendi vim habeat, per hoc quòd Dominus iraſcatur, quis pereat de via iuſta? Verùm hoc ſic in-

Chriſtus etiam hoſtes ad intelligendum inuitat. *Deo ſeruiendum cum timore.* Pſal. 24, 14.

CATENA PATRVM. *Diſciplinâ opus eſt, ne pereamus.*

intelligemus. quaſi dicat: Vobis autem hæc euenient, niſi apprehenderitis diſciplinam, iraſcetur Dominus, & peribitis de via iuſta. vel, ac ſi dixiſſet: Ego ſum via operationis bonæ. Illud autem, *in breui*, quod per tranſgreſſionem dictum eſt, componendum eſt cum *apprehendite*. vt ſit ſenſus: Apprehendite diſciplinam in breui & in hac vita, ne vobis deſidiâ diffluentibus iraſcatur Dominus, &c. Siquidem ira Dei tardè ſuccenditur, vt nobis peccantibus tolerabilior ſit. Arcum quidem ſuum intendit, ſed ſagittam nobis non immittit; & gladius quidem ſtringitur, ſed non demittitur: at comminatione & oſtentatione, ad conuerſionem prouocat peccatores.

Deus tardè iraſcitur.

ποιήσομεν. Τὰ δὲ ὑμῖν συμβήσεται, ἐὰν μὴ δράξησθε παιδείας, ὀργισθήσεται κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας· ἤτοι τοῦ εἰρηκότος· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς τῆς πράξεως ἀγαθῆς. Καὶ τὸ ἐν τάχει δὲ, τῷ δράξασθε συναπτέον καθ᾽ ὑπερβατὸν εἰρημένον, ὡς εἶναι οὕτως· Δράξασθε παιδείας ἐν τάχει, καὶ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, μήποτε ῥαθυμούντων ὑμῶν ὀργισθῇ κύριος, καὶ ἑξῆς. Ἔστι γὰρ ὀργὴ θεοῦ βραδέως ἐκκαιομένη, ἵνα φορητότερον ἡμῶν ἁμαρτανόντων. Τὸ τόξον αὐτοῦ ἐντείνεται μὲν, οὐκ ἀφίησι δὲ τὸ βέλος ἡμῖν· καὶ ἡ μάχαιρα σαλεύεται μὲν, οὐ καταφέρεται δὲ, ἀλλὰ τῇ ἀπειλῇ καὶ ἐπιδείξει εἰς ἐπιστροφὴν ἐκκαλεῖται τοὺς ἁμαρτάνοντας.

CATENA PATRVM.

1. QVARE FREMVERVNT?] THEODORETI. Cùm primum Pſalmum mentione impiorum clauſiſſet, ex hac rurſum ſecundi principium fecit: docens ſupradictum impiorum finem, reges & principes, Iudæoſque ac Gentes contra Chriſtum furentes manere. Hoc autem, *Quare fremuerunt Gentes?* deplorantis eſt, atque horum dementiâ reprehendentis. Ad interpretationem huius loci haud multis verbis opus eſt nobis,
Act. 4, 25. cùm Apoſtolorum princeps in Actis Herodem & Pontium Pilatum, & principes ſacerdotum, & Scribas, & reges nominauerit. Hi porrò vana & inania conſultauerunt, quippe qui obliuione obſcurare ab ipſis crucifixum non potuerint. Cùm enim tertiâ die ſurrexiſſet, totius terræ potitus eſt imperio. Illud autem, *Aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius*, ſignificat inſidias in Chriſtum, etiam in ipſum Patrem redundare. Si enim Pater in Filio, & Filius in Patre, quomodo non etiam vna ſit in eoſdem contumelia?

Iudæi inaniter Chriſtum perſecuti ſunt.

GEORGII. Duo nacti exemplaria Hebraica, in altero quidem reperimus hoc eſſe ſecundi Pſalmi principium, in altero verò hoc eſſe coniunctum cum primo. Quin etiam in Actis Apoſtolorum, illud, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, dictum eſt eſſe in primo Pſalmo.
Act. 13, 33 Græca tamen exemplaria inſinuant hunc eſſe Pſalmum ſecundum. Ceterùm haud ignorandum eſt, in nullo Hebraico exemplari Pſalmorum numerum adiunctum eſſe, num pri-

Pſalmi in diuerſis exemplaribus diuerſimodè diſtinguuntur.

α΄. ΙΝΑ ΤΙ ΕΦΡΥΑΞΑΝ;] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐν τῇ μνήμῃ τῶν ἀσεβῶν τὸν πρῶτον συμπεράνας ψαλμὸν, ἐκ ταύτης πάλιν τὴν ἀρχὴν τοῦ δευτέρου ἐποιήσατο, διδάσκων ὅτι τὸ προειρημένον τῶν ἀσεβῶν τέλος, καὶ τοὺς κατὰ τοῦ σωτῆρος λυττήσαντας, βασιλέας τε καὶ ἄρχοντας, καὶ Ἰουδαίους, καὶ ἐθνικοὺς ὑποδέξεται. Τὸ δὲ, Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη; ὀδυρομένου ἐστὶ, καὶ μεμφομένου τὴν τούτων ἄνοιαν. Οὐ χρεία δὲ ἡμῖν λόγων εἰς ἑρμηνείαν πολλῶν, τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων ἐν ταῖς πράξεσιν Ἡρώδην καὶ Πόντιον Πιλάτον, καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ γραμματεῖς, βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ὀνομάσαντος. Κενὰ δὲ καὶ μάταια ἐβουλεύσαντο, λήθῃ παραδοῦναι μὴ δυνηθέντες τὸν ὑπ᾽ αὐτῶν σταυρωθέντα. Τῇ τρίτῃ γὰρ ἀναστὰς ἡμέρᾳ, τῆς οἰκουμένης ἐκράτησε. τὸ δὲ κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, δηλοῖ, ὡς ἡ εἰς τὸν Χριστὸν ἐπιβουλὴ, καὶ εἰς αὐτὸν ἀνατρέχει τὸν πατέρα. εἰ γὰρ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ, πῶς οὐχὶ καὶ μία τις ἡ εἰς αὐτοὺς ὕβρις γένοιτ᾽ ἄν;

ΓΕΩΡΓΙΟΥ. Δυσὶν ἐντυχόντες ἑβραϊκοῖς ἀντιγράφοις, ἐν μὲν τῷ ἑτέρῳ εὕρομεν ἀρχὴν ἑτέρου ψαλμοῦ τοῦτον, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ συνημμένον τοῦτον τῷ πρώτῳ. Καὶ ἐν ταῖς πράξεσι δὲ τῶν Ἀποστόλων τὸ, υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, ἐλέγετο εἶναι ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ. Τὰ ἑλληνικὰ μέν τοι ἀντίγραφα, δεύτερον εἶναι τοῦτον μηνύει. Καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀγνοητέον, ὅτι ἐν τῷ ἑβραϊκῷ οὐδενὶ τῶν ψαλμῶν ἀριθμὸς παράκειται, πρότ-

τος

τος εἰ τύχοι, ἢ δεύτερος, ἢ τρίτος. Τί δὲ τὸ λέγον ἂν εἴη πρόσωπον προφητείαν περιέχον τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ· ἤτοι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ αὐτὸς ὁ προφήτης ἐστίν; Ἀπὸ δὲ τοῦ διαψάλματος μεταλλαγὴν γίνεται τοῦ λέγοντος· ἔστι γὰρ ὁ Χριστὸς, ὡς καὶ τοῦτο παραστήσομεν τὰς λέξεις ἐξετάζοντες. Καὶ οὐ θαυμαστὸν εἰ ἐν ἑνὶ ψαλμῷ, οὐχὶ ἓν πρόσωπόν ἐστι τὸ λέγον, πολλαχοῦ γὰρ τοῦτό ἐστιν ἰδεῖν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Προφητείαν δὲ ἐντίθησιν ὁ ψαλμὸς Χριστοῦ παρουσίας προαγορευτικήν, καὶ ὡς ὑπὸ Ἰουδαίων μὲν ἐπιβουλευθήσεται (λαοὺς γὰρ κενὰ μελετήσαντας κατ᾽ αὐτοῦ, τούτους τὸ πνεῦμά φησι) κρατήσει δὲ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων. Διὸ οὐχ ἕνα ὡς ὁ πρῶτος ψαλμὸς μακαρίζει, ἀλλ᾽ ὁμοῦ πλήθη καλεῖ ἐπὶ τὸν μακαρισμόν. Κλῆσιν γὰρ τῶν ἐθνῶν περιέχει.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦτο δὲ παρατηρητέον, ὅτι οἱ μὲν ἑβδομήκοντα καὶ ὁ Θεοδοτίων πάντα εἰς τὸν παρεληλυθότα χρόνον, Ἀκύλας δὲ ἃ μὲν εἰς τὸν παρεληλυθότα, ἃ δὲ εἰς τὸν μέλλοντα, Σύμμαχος δὲ πάντα εἰς τὸν ἐνεστηκότα ἔταξαν. Ἔθος γὰρ τοῖς Ἑβδομήκοντα πολλάκις τὰς περὶ Χριστοῦ προφητείας, ὡς ἤδη γενομένας ἀπαγγέλλειν· καθάπερ ἐν τῷ· Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν· καὶ, Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς· καὶ, Ὁ λαὸς ὃν οὐκ ἔγνω ἐδούλευσέ μοι. Οἰόμεθα δὲ αὐτοὺς ταῦθ᾽ οὕτως εἰπεῖν, τῷ τὸν θεὸν εἰδέναι τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει συμβησόμενα αὐτῷ λέγειν τῷ λελογίσθαι αὐτὰ ἤδη γεγονέναι, τὸ τάδε καὶ τάδε πεπονθότα. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὰ περὶ αὐτοῦ διηγοῖτο, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἔχει. Οὐ τοῦτο δὲ φαμὲν, ὡς οὐδέποτε εἰς μέλλοντα χρόνον ἐκκλινομένων τῶν προφητευομένων περὶ αὐτοῦ. Ἰδοὺ γάρ, φησι, συνήσει ὁ παῖς μου, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ. Κατανοήσωμεν δὲ τὰς λέξεις. Τέσσαρα γένη τῶν ἀνθρώπων φησὶν ὁ λόγος ἐπιβεβληκέναι Χριστῷ· ἔθνη φρυάξαντα κατ᾽ αὐτοῦ, καὶ λαοὺς μελετήσαντας κενὰ, καὶ βασιλεῖς τῆς γῆς παραστάντας μετ᾽ ἀρχόντων συναχθέντων ἐπὶ τὸ αὐτό. Καὶ ἡγούμεθα μὲν ἔθνη δηλοῦσθαι τοὺς ἀλλοτρίους τῆς πίστεως ἀνθρώπους, ὥσπερ τοὺς στρατιώτας τοὺς φρυάξαντας κατ᾽ αὐτοῦ· τοὺς δὲ λαοὺς τοὺς ἀπὸ τῶν φυλῶν τῆς κατατομῆς, οἵτινες μεμελετήκασι κενὰ

mus ſit, an ſecundus, an tertius. Quænam porrò perſona ſit, quæ de Chriſto perhibet prophetiam; an eſt Spiritus ſanctus, an ipſe Propheta? A diapſalmate perſona loquentis immutatur: eſt enim Chriſtus, vti demonſtrabimus, cùm dictiones examinabimus. Neque mirum eſt, ſi in vno Pſalmo non ſit vnica perſona quæ loquitur. Nam hoc multis in locis videre licet.

CATENA PATRVM.

In Pſalmis mutatur aliquando perſona loquentis.

EVSEBII CÆSARIENSIS. Hic autem Pſalmus prophetiam inducit aduentus Chriſti prænuntiam; & vt Iudæorum quidem inſidiis traducendus ſit (ſiquidem hos, populos inania meditantes, Spiritus ſanctus appellat) Gentes autem omnes acquiſiturus ſit. Quare non, vti primus Pſalmus, vnum aliquem beatum prædicat, ſed totam ſimul multitudinem ad beatitudinem inuitat. Continet enim vocationem Gentium.

Pſalmus hic continet prophetiam de Chriſto.

ORIGENIS. Hoc autem obſeruandum, Septuaginta quidem & Theodotionem omnia in præterito; Aquilam verò aliqua quidem in præterito, alia verò in futuro; Symmachum autem omnia in præſenti poſuiſſe. Solent enim Septuaginta frequenter prophetias, quæ de Chriſto ſunt, tamquam iam factas enuntiare; vt in illo: *Dederunt in eſcam meam fel.* Pſal.68,22
Et: *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea.* Et: *Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi.* Arbitramur autem eos hæc ita dixiſſe, eò quòd Deus omnia nouerit priuſquam fiant, vti & Chriſtus eius, etiam ea quæ in aſſumpta humanitate ipſi erant euentura, dicendo, iſta cenſeri iampridem ipſi contigiſſe, hæc & iſta paſſum eſſe. Similiter etiam, ſi Spiritus ſanctus de ipſo quædam referat, tamquam de præſente loquitur. Hoc autem non eò dicimus, quaſi numquam ad futurum tempus vergant ea quæ de ipſo prædicta ſunt: Ecce enim, inquit, intelliget puer meus, & quæ ſequuntur.

Vnde apud diuerſos interpretes contingat temporum variatio in Pſalmis.

Pſal.21,19 Pſal.17,44

GEORGII. Ceterùm conſideremus ea quæ dicuntur. Quatuor genera hominum hic ſermo tradit Chriſto inſultaſſe: nempe Gentes contra ipſum frementes, & populos inania meditantes, & reges terræ adſtantes vnà cum principibus in vnum congregatis. Ac Gentes quidem arbitramur ſignificare homines à fide alienos, veluti duces qui aduerſus ipſum fremebant; populos verò eos qui ſunt de tribubus circumciſionis, qui meditati ſunt inania,

Quatuor genera hominum Chriſto inſultarunt.

 quando

CATENA PATRVM.

quando Chriſtum in propheticis ſermonibus annuntiatum minimè agnouerunt. Reges verò terræ ac principes ſunt Herodes ac Pontius Pilatus, & Præſides populi Iudæorum. Horum enim nominatim meminit & D. Petrus Apo- [Act. 4,27.] ſtolus in Actis Apoſtolorum, vbi Scripturã hanc citat. Quòd ſi verò etiam inaſpectabiles virtutes dixeris, minimè aberraueris. [*Dæmones quomodo fuerint cauſa crucifixionis Christi.*] Siquidem ſapientiſſimus quoque Apoſtolus, non tam hominibus adſcripſit Chriſti crucifixionẽ, quàm virtutibus principalibus, dicens: [1.Cor.2,6.] *Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam verò non ſæculi huius, neque principum huius ſæculi qui deſtruuntur: ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſæcula in gloriam noſtram: quam nemo principum huius ſæculi cognouit. Si enim cognouiſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* [*Quales Principes Chriſtum crucifixerint.*] Quales enim Principes Chriſtum gloriæ Dominum crucifixerunt? Qui nempe ſapientiam Dei non cognouerunt, & ſe ſapientiam aliquam habere arbitrati ſunt. Vel qui dicuntur in prophetiis, [Dan.10,13] Princeps regni Perſarum, & Princeps regni Græcorum. Gentes itaque fremuerunt, quod clarius eſt apud Aquilam, *tumultuatæ ſunt*. Eſt autem vocabulum illud *fremuerunt* per [*Fremitus quid.*] onomatopœiam effictum, & inſinuat incertum ſonum lamentantium: tales enim ſunt ij, qui tempore inſidiarum inſolenter inuadunt eos [1.Ioan.2,23.] qui ab ipſis impugnantur. Et quoniam qui [Matth.10,40.] negat Filium, nec Patrem habet; & qui recipit Filium, recipit eum qui miſit illum; idcircò [*Qui Chriſtum oppugnat, in Patrem peccat.*] qui Chriſtum oppugnat, in Patrem impius eſt. Itaque frementes, & inania meditantes, & adſtantes in vnum, viſi quidem ſunt operati eſſe aduerſus Chriſtum ſolum; verumtamen æſtimati ſunt illud primariò feciſſe aduerſus Patrem, quamobrem dicuntur hæc egiſſe aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.

3. DIRVMPAMVS VINCVLA EORVM.] THEODORETI. Mihi videtur Spiritus ſanctus fideles adhortando hæc dicere: *Dirumpamus vincula eorum*, ſcilicet impiarum gentium, *& proiiciamus à nobis iugum ipſorum*, nempe iniquorum Iudæorum; atque in nos iugum Domini ſuſcipiamus. [*Lex eſt iugum.*] Quin etiam ipſa lex iugum ab Apoſtolis nuncupata eſt. Diuus enim Pe- [Act.15,10] trus de hac in Actis ait: *Cur tentatis Deum*

τὸν ἐν τοῖς προφητικοῖς λόγοις καταγγελλόμενον Χριστὸν οὐ νενοηκότες. βασιλεῖς δὲ τῆς γῆς καὶ ἄρχοντες Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλάτος, καὶ οἱ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ ἡγούμενοι. Τούτων γὰρ ἰδικῶς καὶ ὁ θειότατος Πέτρος Ἀπόστολος ἀπομνημονεύουσιν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων, τὴν προκειμένην χρῆσιν παραγαγών. Εἰ δὲ καὶ τὰς ἀοράτους φήσεις δυνάμεις, οὐχ ἁμαρτήσῃς. Καὶ ὁ σοφώτατος γοῦν Ἀπόστολος οὐ τοσοῦτον ἀνθρώποις προσῆψε τὸ ἐσταυρωκέναι τὸν Χριστὸν, ὡς δυνάμεσιν ἀρχοντικαῖς, λέγων· Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων. ἀλλὰ λαλοῦμεν σοφίαν θεοῦ ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. Ποῖοι γὰρ ἄρχοντες ἐσταύρωσαν τὸν Χριστὸν, τὸν τῆς δόξης κύριον; οἱ μὴ γινώσκοντες τὴν σοφίαν θεοῦ, καὶ αὐτοὶ σοφίας τινὰς ἔχειν ὑπολαμβανόμενοι. ἢ οἱ λεγόμενοι ἐν τῇ προφητείαις, ἄρχων βασιλείας Περσῶν, καὶ ἄρχων βασιλείας Ἑλλήνων. Τὰ ἔθνη τοίνυν ἐφρύαξαν, ὅπερ ἐστὶ σαφέστερον κατὰ τὸν Ἀκύλαν ἐθορυβήθησαν. Ἔστι δὲ ἡ λέξις ἡ ἐφρύαξαν ὀνοματοπεποιημένη, καὶ ἐμφαίνουσα τὸν ἄσημον ἦχον τῶν θρηνούντων· τοιοῦτοι γὰρ οἱ σεσοβημένοι κατὰ τοὺς καιροὺς τῆς ἐπιβουλῆς ὑπάρχουσι, κατὰ τῶν ὑπ' αὐτῶν πολεμουμένων. καὶ ἐπεὶ ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱὸν, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει, καὶ ὁ δεχόμενος τὸν υἱὸν, δέχεται τὸν ἀποστείλαντα αὐτὸν, διὰ τοῦτο ὁ κατὰ Χριστοῦ στρατευόμενος, εἰς τὸν πατέρα ἀσεβεῖ. Οἱ γοῦν φρυάξαντες, καὶ κενὰ μελετήσαντες, καὶ παραστάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐνηργήθησαν μὲν τῷ δοκεῖν κατὰ τοῦ Χριστοῦ μόνου, λελόγισται δὲ αὐτοῖς ὃ πεποιήκασι πρότερον κατὰ τοῦ πατρός. διὸ λέγεται ταῦτα αὐτοὺς πεποιηκέναι κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.

γʹ. ΔΙΑΡΡΗΞΩΜΕΝ ΤΟΥΣ ΔΕΣΜΟΥΣ ΑΥΤΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐμοὶ δοκεῖ τοῖς πεπιστευκόσι παρεγγυᾷ τὸ πανάγιον πνεῦμα ταῦτα λέγειν· Διαρρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, τῶν δυσσεβῶν ἐθνῶν, καὶ ἀπορρίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν, τῶν παρανόμων Ἰουδαίων, καὶ λάβωμεν ἐφ' ἡμᾶς τὸν τοῦ κυρίου ζυγόν. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ νόμος ζυγὸς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων προσηγορεύθη. Ὁ γὰρ θειότατος Πέτρος περὶ τούτου φησὶν ἐν ταῖς πράξεσι· Τί πειράζετε τὸν θεὸν

ἐπιθεῖναι

ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν; λείπει δὲ τὸ ῥητὸν λέγοντες, ἵν᾽ ᾖ ἡ διάνοια αὕτη. Συνήχθησαν κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, λέγοντες, διαρρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, οὐ γὰρ ἤθελον τῆς ἱερᾶς γενέσθαι σαγήνης, περὶ ἧς γέγραπται· ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ σαγήνῃ. ζυγὸς δέ ἐστι, περὶ οὗ εἴρηται· ὁ ζυγός μου χρηστός ἐστιν.

Ωριγενουσ. Δοκεῖ μοι τοὺς συγκαταβάντας τῷ σωτῆρι ἀγγέλους, ἀγανακτοῦντας ἐπὶ τῇ κατ᾽ αὐτοῦ ἐπιβουλῇ βασιλέων καὶ ἀρχόντων τῶν ἀοράτων εἰρηκέναι τοὺς τέσσαρας προτέρους στίχους, ἅμα καὶ ἐπαπορήσαντας τί δήποτε ταῦτα γίνεται. εἶτ᾽ ἐπείπερ αὐτοὶ ἦσαν οἱ τοὺς ἀνθρώπους δήσαντες, καὶ τὸν ἑαυτῶν ἐπιθέντες αὐτοῖς ζυγὸν, ἀποκρίνεται πρὸς τοὺς ἀγγέλους ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, προτρέπων αὐτοὺς ἐπὶ τὸ μιμήσασθαι αὐτὸν ῥηγνύντα τοὺς δεσμοὺς τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ἀπορριπτοῦντα τὸν ζυγὸν αὐτῶν. διαρρήξωμεν καὶ ἡμεῖς τοὺς δεσμοὺς οἷς ἐδέθημεν ἁμαρτάνοντες, ὅτι σειραῖς τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. Καὶ τάχα κρεῖττον τὸ διαρρῆξαι τοὺς δεσμοὺς, ὡς Σαμψὼν, ἢ λῦσαι αὐτοὺς, ὡς λέλυται τῆς Ἱερουσαλὴμ ἡ ἁμαρτία, ὅτι ἐδέξατο ἐκ χειρὸς κυρίου διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῆς. Ὁ δὲ ἀπορρίψας ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὸν προειρημένον ζυγὸν, δύναται χρηστὸν Ἰησοῦ ζυγὸν ἆραι, καὶ φέρειν τὸ ἐλαφρὸν αὐτοῦ φορτίον, καὶ γενέσθαι ὑποζύγιον αὐτοῦ, καὶ λύσουσι τὸν δεσμὸν αὐτοῦ οἱ μαθηταί.

Του αυτου. Τὰ ἔθνη τοῖς ἰδίοις ἁμαρτήμασι περισφίγγεται, οὐκ ὄντα ἐλεύθερα. διό φησιν ὁ Χριστὸς, ἢ πρὸς τοὺς αὐτῷ διακονοῦντας ἀγγέλους, ἢ πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἢ πρὸς τοὺς ἀποστόλους τοὺς ὑπηρέτας τοῦ εὐαγγελίου. Οἱ δὲ λαοὶ σωματικῶς τυγχάνοντες περὶ τὸν τοῦ νόμου ζυγὸν, δικαιώματα ἔχοντες καλὰ, καὶ προστάγματα οὐ καλὰ, προσαγόμενοι διὰ τοῦ Χριστοῦ τῷ πνευματικῷ νόμῳ, ἀποτίθενται τὸν βαρὺν τοῦ ἀποκτέννυντος γράμματος ζυγὸν, τοῦ σωτῆρος λέγοντος πρὸς τοὺς προειρημένους τὸ Ἀπορρίψωμεν ἀφ᾽ ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν, ἤτοι ἀφ᾽ ἑαυτῶν ποιήσωμεν τοῦτο, μὴ περιμείναντες τὴν βαρυνομένην τὴν αἴσθησιν· ἢ ὡς αὐτὸς ὑπὸ τὸν νόμον γενόμενος, τουτέστιν ἀπ᾽ ἐμοῦ καὶ τῶν πειθομένων μοι τὸν ζυγὸν αὐτῶν ἡμέτερον βάρος ἡγούμενοι διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην ἀπορρίψωμεν.

imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum? Deficit autem verbum Dicentes, vt ſit hic ſenſus: Conuenerunt aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius, dicentes: Dirumpamus vincula eorum. nolebant enim fieri de ſacra ſagena ipſius, de qua ſcriptum eſt: *Simile eſt regnum Dei ſagenæ.* Iugum autem eſt, de quo dictum eſt: *Iugum meum ſuaue eſt.*

Impij diſrumpunt vincula Chriſti. Matth.13, 47. Matth.11, 30.

Origenis. Videntur mihi Angeli, qui vnà cum Saluatore deſcenderant, indignabundi ob inuiſibilium regum ac principum contra Chriſtum inſidias, primos iſtos quatuor verſiculos pronuntiaſſe, & ſimul ſubdubitaſſe ad quid iſta fierent. Deinde quoniam ipſi erant qui homines ligabant, & ſuum ipſis iugum imponebant, ait ad Angelos ſuos Filius Dei, adhortans eos, vt ſe imitarentur vincula peccatorum diſrumpentem, & iugum ipſorum proiicientem. Dirumpamus & nos vincula, quibus peccantes ligati ſumus: quoniam funibus peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur. Et certè præſtat confeſtim vincula diſrumpere vt Samſon, quàm diſſoluere, ſicut peccatum Ieroſolymæ ſolutum fuit; quoniam recepit de manu Domini duplicia peccata ſua. Qui verò prædictũ iugum à ſe proiicit, poteſt ſuaue Ieſu iugum tollere, & leue ipſius onus ferre, & fieri ſubiugale eius: atq; diſcipuli vinculũ ipſius ſoluent.

Vincula peccatorum diſrumpenda. Prou.5,22 Matth.11, 30. Luc.19,30.

Eivsdem. Gentes propriis ſuis peccatis conſtringuntur, cùm non ſint liberæ; idcircò Chriſtus dicit, vel ad Angelos miniſtros ſuos, vel ad Patrem & Spiritum ſanctum, vel ad Apoſtolos Euangelij adminiſtros. Populi verò qui corporaliter erant ſub iugo legis, cùm iuſtificationes haberent pulchras, & præcepta non pulchra; adducti à Chriſto ad legem ſpiritalem, graue occidentis litteræ iugum deponunt, Saluatore ad prædictos dicente: *Dirumpamus à nobis iugum ipſorum.* id eſt, à nobis ipſis hoc faciamus, minimè inhærentes iis quæ grauant ſenſum. Vel, ac ſi dicat ipſe ſub lege factus, A me & fidelibus meis, iugum ipſorum noſtrum onus arbitrantes, propter dilectionem erga ipſos proiiciamus.

Iugum legis cum iugo Chriſti commutandum.

4. Qvi habitat in cælis, &c.] Theodoreti. Qui enim ab ipſis cruci affixus & morti traditus fuit, cùm ſit in cælis, & omnia contineat, inanes ac futiles

Chriſtus impios ſubſannat.

δ᾽. Ο κατοικων εν ουρανοισ.] Θεοδωρητου. Ὁ γὰρ ὑπ᾽ αὐτῶν σταυρῷ προσηλωθεὶς, καὶ θανάτῳ παραδοθεὶς, ἐν οὐρανοῖς ὢν, καὶ πάντα περιέχων, κενὰς αὐτῶν καὶ ματαίας

ostendit

CATENA PATRVM.

oſtendit eorum machinationes, atque eius Pater, & omnium Dominus dignum ipſis ſupplicium infligit. Itaque ipſos irridebit, tamquam qui inſana conſultauerint. Non dixit autem, Ridebit, neque ludibrio habebit; ſed, Subſannabit, id eſt, publicè illos ludibrio exponet.

5. TVNC LOQVETVR.] THEODORETI. Quando dixit, Dirumpamus vincula eorum. Quænam autem ſunt ea quæ in ira dixit?
Matt.23,3 nempe: *Væ vobis Scribæ & Phariſæi*. Vel in tempore iudicij iram experientur, qui ſalutari verbo aduerſantur; quando videbunt ignem gehennæ inextinguibilem, & inexorabilem, & quæcumque ſupplicia infidelibus ſunt repoſita.

Deus ob noſtram pœnitentiam retractat iram.

ORIGENIS. Sermones comminatorij ſunt, ſermones qui in ira pronunciantur. Promittit autem Deus ſe retractaturum mala illa, quæ dicit ſe irrogaturum, ſi pœnitentiam egerint auditores. Locutus eſt autem in ira ſua Deus
Ionæ 3. per Ionam Niniuitis; & quoniam in ſacco & cinere pœnitentiam egerunt, nihil paſſi ſunt eorum quæ audiuerant. Præſciuerat nempe Deus, cùm Ionam mittebat, facturos pœnitentiam; ſiquidem Ionam iis miſit in ſalutem. Fortè verò etiam hîc ad ſalutem loquetur ad ipſos peccatores in ira ſua: non enim dixit quòd puniet eos.

Chriſtus dupliciter Rex.

6. EGO AVTEM CONSTITVTVS SVM REX.] THEODORETI. In quantum quidem Deus, innatum habet regnum; in quantum verò homo eſt, delatum recipit. Non autem ſolùm montis Sionis Rex eſt, ſed etiam vniuerſæ creaturæ. Quoniam verò in Sione ad ſe accedentibus doctrinam deprompſit; & qui hanc ſuſceperunt, eamdem per orbem vniuerſum deriuarunt, idcircò hoc dicit.

7. DOMINVS DIXIT AD ME.] THEODORI. Qui ante ſæcula erat Filius, hodie naſcitur homo factus.

Vox hodie quid ſignificet.

ORIGENIS. Illud *hodie* nomen eſt temporis; & idem eſt ac præſens dies. Hoc autem dicit propter Saluatorem, qui factus homo, in tempore natus fuit, vnde & Noſter appellatur.

8. POSTVLA A ME.] THEODORETI. Vt Deus quidem etiam conditor eſt vniuerſorũ.
Ioan.1.3. Nam *omnia per ipſum facta ſunt*: ſi autem conditor eſt omnium, vtique etiam herus ac Dominus eſt eorum quæ fecit. Verumtamen

Chriſtus omnium Dominus.

δείκνυσι τὰς βουλὰς, καὶ ὁ τούτου πατὴρ, καὶ ὁ τῶν ἁπάντων δεσπότης τὴν ἀξίαν αὐτοὺς εἰσπράττεται δίκην. Ἐγγελάσεται πάλιν αὐτοὺς, ὡς ἀνόητα βουλευσαμένοις. Οὐκ εἶπε δὲ γελάσεται, οὐδὲ μυκτηριεῖ, ἀλλ' ἐκμυκτηριεῖ, τουτέστι δημοσιεύσει τὴν ἐπ' αὐτοὺς χλεύην.

έ. ΤΟΤΕ ΛΑΛΗΣΕΙ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὅταν ἔλεγε διαρρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν. Τί δέ ἐστι τὰ ἐν ὀργῇ παρ' αὐτοῦ λαληθέντα; τὰ, οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι. ἢ ἐν τῷ κρίσεως καιρῷ ὀργῆς θεοῦ πειραθήσονται οἱ τοῦ σωτηρίου λόγου πολέμιοι, ὁρῶντες τὸ ἄσβεστον τῆς γεέννης πῦρ, τὸ ἀκήλητον, καὶ ὅσα ἀπόκειται τοῖς ἀπίστοις κολαστήρια.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ λόγοι τῶν ἀπειλῶν, λόγοι εἰσὶν ἐν ὀργῇ ἀπαγγελλόμενοι. ὑπισχνεῖται δὲ ὁ θεὸς μετανοήσειν ἀπὸ τῶν κακῶν ὧν λαλεῖ τοῦ ποιῆσαι, ἐὰν μετανοήσωσιν οἱ ἀκούοντες. Ἐλάλησε δὲ ἐν ὀργῇ αὐτοῦ διὰ Ἰωνᾶ ὁ θεὸς τοῖς Νινευίταις· καὶ ἐπεὶ ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν, οὐδὲν πεπόνθασιν ὧν ἀκηκόασι. Προεγνώκει τι ὁ θεὸς, πέμπων τὸν Ἰωνᾶν, τὴν ἐσομένην μετάνοιαν, ἐπὶ σωτηρίᾳ δηλονότι αὐτὸν ἔπεμπε τὸν Ἰωνᾶν. Τάχα δὲ καὶ ἐνθάδε ἐπὶ σωτηρίᾳ λαλήσει πρὸς αὐτοὺς τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐν ὀργῇ αὐτοῦ. οὐ γὰρ εἶπε κολάσει αὐτούς.

ϛ'. ΕΓΩ ΔΕ ΚΑΤΕΣΤΑΘΗΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὡς μὲν θεὸς ἔμφυτον ἔχει τὴν βασιλείαν, ὡς δὲ ἄνθρωπος χειροτονητὴν δέχεται. Οὐ τοῦ Σιὼν δὲ ὄρους βασιλεύει μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς κτίσεως. Ἀλλ' ἐπεὶ ἐν Σιὼν τοῖς προσιοῦσι τὴν ἑαυτοῦ διδασκαλίαν προήνεγκε, καὶ οἱ ταύτην δεξάμενοι, μετωχέτευσαν εἰς τὴν οἰκουμένην, τοῦτό φησι.

ζ'. ΚΥΡΙΟΣ ΕΙΠΕ ΠΡΟΣ ΜΕ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πρὸ αἰώνων υἱὸς, σήμερον γεννᾶται γενόμενος ἄνθρωπος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ σήμερον ὄνομα χρόνου ἐστὶ, καὶ δυνάμει δὲ τὸ τῇ ἐνεστώσῃ ἡμέρᾳ. Τοῦτο δέ φησι κατὰ τὸν σωτῆρα, ὃς γενόμενος ἄνθρωπος, ὁ ἐν χρόνῳ γεγεννημένος, διὸ καὶ ἡμέτερος καλεῖται.

ή. ΑΙΤΗΣΑΙ ΠΑΡ' ΕΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὡς μὲν θεὸς καὶ ποιητής ἐστι τῶν ἁπάντων. Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο· εἰ δὲ ποιητής ἐστι τῶν ὅλων, καὶ δεσπότης ἂν εἴη καὶ κύριος ὧν ἐποίησεν. Ἀλλ' ὅμως

καὶ φύσει ὢν δεσπότης ὡς θεὸς, λαμβάνει καὶ ὡς ἄνθρωπος τὴν ὅλων τὴν δεσποτείαν. Καὶ ἐπειδὴ πάλαι μόνων τῶν Ἰουδαίων ἐδόκει προμηθεῖσθαι, ἀπεβλήθησαν δὲ ἐκεῖνοι, (ὡς μηδεμίαν ὠφέλειαν ἐκ τῆς κηδεμονίας δεξάμενοι) εἰκότως ἐπὶ τὰ ἔθνη μεταφέρει τὴν προμήθειαν.

Γρηγορ. Ναζιανζηνου. Λεγέσθω καὶ τὸ λαμβάνειν αὐτὸν ζωὴν, ἢ κρίσιν, ἢ κληρονομίαν ἐθνῶν, ἢ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἢ δόξαν, ἢ μαθητὰς, ἢ ὅσα λέγεται. καὶ τοῦτο τῆς ἀνθρωπότητος. Εἰ δὲ καὶ τῷ θεῷ δοίης, οὐκ ἄτοπον. Οὐ γὰρ ὡς ἐπίκτητα δώσεις, ἀλλ᾽ ὡς ἀπ᾽ ἀρχῆς συνυπάρχοντα, καὶ λόγῳ φύσεως, οὐ χάριτος.

Ωριγενους. Τίθειται γὰρ ὡς ἄνθρωπος κληρονόμος πάντων οἰκονομικῶς, ἵνα λοιπὸν ὡς αὐτῷ προσήκοντά τε καὶ ἴδιον ἀνασώσῃ κλῆρον τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἀνοσίως διηρπασμένους ὑπό τε τοῦ διαβόλου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δυνάμεων πονηρῶν. Οὗ καὶ εἰς πέρας ἐκτεταμένου πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα φησὶ περὶ ἡμῶν· Οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας. Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως εἰς τὸν ὑπάρχοντα αὐτῷ πλοῦτον κατὰ φύσιν ἄνεισι, καὶ μετὰ σαρκός. εἰ γὰρ ἦσαν οἱ ἐν κόσμῳ τοῦ πατρὸς, κατά τινα τρόπον νοηθεῖεν ἂν τοῦ συμβουλεύοντος αὐτῷ λόγου· τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε· Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ, ἐμά, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. Πῶς οὖν αἰτεῖν προστάττεται, καὶ δέχεται μὲν εἰς κληρονομίαν ἔθνη, κατάσχεσιν δὲ ποιεῖται τὰ πέρατα τῆς γῆς; Ἀποσκιρτήσαντα γὰρ ἐξιτήλως τὸν ἄνθρωπον δουλείας τῆς ὑπὸ θεοῦ, διασώσαι θέλων τοῦτον γενεσιουργὸς καὶ πατὴρ πέπομφεν εἰς τόνδε τὸν ἐκεῖνον κόσμον τὸν μονογενῆ λόγον, ἵνα γενόμενος σὰρξ, καὶ χρηματίσας, καὶ φύσει ἀτρεφὴς κηρύξῃ αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Οὐκοῦν κἂν εἰ λέγοιτο λαβεῖν, καὶ τεθεῖσθαι κληρονόμος διὰ τὸ ἀνθρώπινον, οὐκ ἀγνοήσομεν τὴν οἰκονομίαν.

θ΄. Ποιμανεις αυτους.] Θεοδωρητου. Ὁ ὑπ᾽ αὐτῶν σταυρωθείς.

Ωριγενους. Εἰ ποιμαίνει κατ᾽ ἐπαγγελίαν θεοῦ, ποιμὴν οὖν ὁ Χριστός. Ποιμὴν δέ ἐστι ποιμαίνων ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, καὶ ποιμὴν καλός.

Θεοδωρητου. Ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, τῇ ῥωμαϊκῇ δηλονότι βασιλείᾳ.

Ωριγενους. Ῥάβδος θεοῦ ἡ ἐξουσία,

cùm naturâ ſit Dominus in quantum Deus, etiam vt homo vniuerſorum imperium accipit. Et cùm olim Iudæorum tantùm rationem habere videretur, illi autem reprobati ſint, (vt qui ex hac cultura nullum fructum producerent) meritò ad Gentes hanc curam transfert.

CATINA PATRVM.

Iudæi reprobati.

Gregor. Nazianzeni. Dici etiam poſſit accipere ipſum vitam, vel iudicium, vel hereditatem Gentium, vel poteſtatem omnis carnis, vel gloriam, vel diſcipulos, vel quæcumque de ipſo dicuntur. idque eſt humanitatis. Quòd ſi verò etiam hæc Deo tribueris, minimè abſurdum ſit. Non enim vt adſcititia tribues, ſed vt ab initio coëxiſtentia, idque ratione naturæ, non gratiæ.

Chriſtus vt homo accipit iudiciũ, &c.

Origenis. Conſtitutus enim, in quantum homo, heres omnium per diſpenſationem; vt deinceps, tamquam ad ſe ſpectantem, & propriam ſuam hereditatẽ, conſeruaret eos qui in terra ſacrilegè diſperſi erant à diabolo, ſociisq́; eius virtutibus malignis. Quin & peractâ iam diſpenſatione, de nobis ad Patrem ſuum dixit: *Quos dediſti mihi de mundo, tui erant, & mihi eos dediſti.* Conſidera verò quo modo ad diuitias ſibi ſecundùm naturam competentes aſcendat etiam cum carne. Si enim ij qui in mundo erant, Patris exiſtebant, vtique intelliguntur etiam eſſe aliquo modo Verbi, cuius conſilio cuncta gerit; ſiquidem etiam dixit: *Omnia mea tua ſunt, & tua mea ſunt, & clarificatus ſum in eis.* Quomodo igitur poſtulare iubetur, & accipit quidem in hereditatem Gentes, poſſeſſionem verò facit terminos terræ? Nempe cùm hominem à diuino ſeruitio inaniter reſilientem ſaluari vellet, Genitor ac Pater Verbum vnigenitum in mundum hunc miſit; vt caro factum, & procedens, & naturâ immutatum, prædicaret captiuis indulgentiam, & cæcis viſum. Itaque quamuis ob humanitatem dicatur accipere, & heres conſtitutus eſſe, non ignoremus diſpenſationem.

Heb. 1, 2.
Chriſtus vt homo conſtituitur heres omnium.
Ioan. 17, 6.
Ioan. 17, 10.
Chriſtus ad noſtram redemptionem miſſus.
Iſaiæ 61, 1.

9. Reges eos.] Theodoreti. Qui ab ipſis crucifixus es.

Origenis. Si regat ſecundùm promiſſionem Dei, ergo Rex eſt Chriſtus. Rex autem eſt regens in virga ferrea, & paſtor bonus.

Chriſtus Rex ſeuerus, & paſtor bonus.

Theodoreti. In virga ferrea, ſcilicet, imperio Romano.

Romani virga ferrea.

Origenis. Virga Dei, eſt poteſtas eius, &

Crux Chriſti virga Dei.

CATENA PATRVM.

& ſupplicium infidelium, ſcilicet in cruce; cuius quidem materia lignea eſt, vis autem ferrea.

Quomodo Chriſtus nos refingat.

IBIDEM. TAMQVAM VAS.] THEODORETI. Reſoluens & refingens per lauacrum regenerationis, atque ſancti Spiritus ignem duros efficiens. Porrò figulus vas confringit, non vt deſtruat, ſed vt refingat; non lutum aliud apponens ad vas refingendum (ſufficit enim vetus) ſed aquam ſolummodò affundens: vti etiam Chriſtus haudquaquam immutando materiam, noſtrum hominem refinxit; ſed aquam dumtaxat baptiſmatis affundendo.

10. ET NVNC REGES INTELLIGITE.] THEODORETI. Omnium enim noſtrûm Rex eſt, qui priùs videbatur Iudæos ſolos regere.

ORIGENIS. Vel inuitat ipſos ad pœnitentiam, & reges vocat, ſuadens vt reuerterentur ad dignitatem quam habuerant. Intelligite igitur, ô reges, ad quid mihi datæ ſint Gentes in hereditatem.

Timor Dei neceſſarius.

11. SERVITE DOMINO IN TIMORE.] THEODORETI. Non enim eos qui ſalute lætantur & gaudent, benignitati tantùm confidere decet, ſed huic coniunctam iuſtitiam timere & contremiſcere. *Qui enim exiſtimat ſe ſtare, videat ne cadat.* Nam nihil fidelem ſeruum æquè confirmat ac timor, qui nihil permittit illum agere contra voluntatem domini ſui. Et in *tremore*, id eſt in compunctione, ne Chriſti gaudium ad mundi gaudium dilabatur.

1. Cor. 10, 12.

Cognitio ſine bona actione non ſatis eſt ad ſalutem.

12. APPREHENDITE DISCIPLINAM.] THEODORETI. Sola enim diuinæ cognitionis poſſeſſio non ſufficit ad perfectionem, ſed oportet etiam practicam virtutem adiungere; quam ſi aſſumpſeritis, per viam minimè erroneam incedetis. Vel diſciplinam, inquit, apprehendite, nempe Euangelicam. Illud autem *in breui*, referendum eſt ad *apprehendite diſciplinam*, vt ſit per tranſgreſſionem dictum; vt connexio dictionis ſit eiuſmodi: Apprehendite diſciplinam in breui, & in hac vita exſiſtentes, ne quando torpentibus vobis iraſcatur Dominus, & pereatis à via iuſta eius qui dixit, *Ego ſum via.*

Diſciplina, dum viuimus, adhibenda.

ORIGENIS. Profectum quidem per *erudimini*, perfectionem verò proponit per *apprehendite diſciplinam*. Diligenter autem conſideranti clarum eſt, imperfectum in

ἡ κατὰ τῶν ἀπειθούντων τιμωρία, τουτέστιν ἐν τῷ σταυρῷ· ἡ μὲν γὰρ ὕλη ξύλου, ἡ δὲ ἰσχὺς σιδηρᾶ.

ΩΣ ΣΚΕΥΗ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀναλύων καὶ ἀναπλάττων διὰ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, καὶ τῷ πυρὶ τοῦ πνεύματος στερεμνίους ἀπεργαζόμενος. Συντρίβει δὲ ὁ κεραμεὺς τὸ σκεῦος, οὐχ ὥστε ἀφανίσαι, ἀλλ' ὥστε ἀναπλάσαι, οὐ πηλὸν ἕτερον θεὶς εἰς ἀνάπλασιν τοῦ σκεύους (ἀρκεῖ γὰρ ὁ παλαιὸς) ὕδωρ δὲ μόνον προσθείς, ὥσπερ καὶ ὁ Χριστός, οὐκ ἀλλάξας τὴν ὕλην τὸν ἡμέτερον ἔπλασεν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐμβρέξας τῷ τοῦ βαπτίσματος ὕδατι.

ι'. ΚΑΙ ΝΥΝ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΣΥΝΕΤΕ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πάντων γὰρ ἡμῶν ἐστι βασιλεύς, ὁ πάλαι Ἰουδαίων μόνων δόξας κρατεῖν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἢ καλεῖ αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν, καὶ βασιλεῖς καλεῖ, εἰς ὅπερ εἶχον ἀξίωμα ἀνατρέχειν πείθων. Συνέτε οὖν ὦ βασιλεῖς, διὰ τί μοι δέδοται τὰ ἔθνη κληρονομία.

ια'. ΔΟΥΛΕΥΣΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΕΝ ΦΟΒΩ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐδὲ γὰρ δεῖ μόνῃ τῇ φιλανθρωπίᾳ θαρρῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὴν ταύτῃ συνημμένην δικαιοσύνην, ἀγαλλομένους ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ, καὶ χαίροντας δεδιέναι καὶ τρέμειν. Ὁ γὰρ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τὸν πιστὸν δοῦλον ὡς ὁ φόβος συνίστησιν, οὐδὲν συγχωρῶν παρὰ τὸ τοῦ δεσπότου διαπράττεσθαι θέλημα. Καὶ ἐν τρόμῳ, ἀντὶ τοῦ ἐν κατανύξει, μήποτε ἡ τοῦ Χριστοῦ χαρὰ εἰς τὴν τοῦ κόσμου χαρὰν μεταπέσῃ.

ιβ'. ΔΡΑΞΑΣΘΕ ΠΑΙΔΕΙΑΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐκ ἀρκεῖ γὰρ μόνης τῆς θεογνωσίας ἡ κτῆσις εἰς τελειότητα, ἀλλὰ χρὴ καὶ τὴν πρακτικὴν μετελθεῖν ἀρετήν, ἧς ἐπιλαμβανόμενοι τὴν ἀπλανῆ πορείαν ὁδεύσατε. Ἢ παιδείας δράξασθε φησι, τῆς εὐαγγελικῆς δηλονότι. Τὸ δὲ ἐν τάχει τῷ δράξασθε παιδείας ἀποδοτέον καθ' ὑπερβατὸν εἰρημένον, ὡς εἶναι τὸ ἀκόλουθον τῆς φράσεως οὕτως· Δράξασθε παιδείας ἐν τάχει καὶ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ τυγχάνοντες, μήποτε ῥαθυμούντων ὑμῶν, ὀργισθῇ κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας, τοῦ εἰρηκότος· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὴν μὲν προκοπὴν διὰ τοῦ παιδεύθητε παρίστησι, τὴν δὲ τελείωσιν διὰ τοῦ δράξασθε παιδείας. Τῷ δὲ ἐπιμελῶς παρατηροῦντι σαφές ἐστιν, ὅτι ἐνδέχεται τὴν ἀτελῆ ἐν παιδείᾳ,

παιδεία, καὶ μὴ προσκόπτοντα, ἔτι ὀργῆς κυρίου μεταλαμβάνειν, τὸν δὲ τέλειον ἀδύνατον ταύτης μετέχειν. εἰ γὰρ δέξασθαί τις παιδείας κελεύεται, ὑπὲρ τοῦ μὴ ὀργισθῆναι αὐτῷ τὸν κύριον· οὐκοῦν ἔτι ἀτελὴς ὤν, ὀργῆς δύναται λαβεῖν πεῖραν θεοῦ. Ἀλλ' ἐπεὶ οὔτε ἐν τῷ ἑβραϊκῷ πρόσκειται, οὔτε ἐν ταῖς λοιπαῖς ἑρμηνείαις τὸ δικαίας, ὑποπτεύομεν μήποτε ἢ κατ' οἰκονομίαν προσέθηκαν τοῦτο, ἢ τὰ ἀντίγραφα ἡμάρτηται. Κατ' οἰκονομίαν μέν, ἵν' οὕτως νοήσωμεν· ἐὰν μὴ δράξησθε παιδείας, ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας, καὶ ἐκπεσεῖσθε αὐτῆς ὀργισθέντος ὑμῖν τοῦ κυρίου. Ἀλλ' ὡς πρὸς τὸ ἀκριβές, εἰ παιδευτική ἐστιν ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ, πῶς διὰ τὸ ὠργίσθαι κύριον, ἀπολεῖταί τις ἐξ ὁδοῦ δικαίας; Οὐ πάντως δὲ διὰ τὴν ὀργὴν ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας, ἀλλὰ τοῦτο ἕψεται ὑμῖν διὰ τὰ ἁμαρτήματα. Ἐὰν μὴ ᾖ κείμενον τὸ δικαίας, ἐπεὶ οἱ μὴ δεξάμενοι παιδείας, πάντως εἰσὶν ἐν ὁδῷ οὐκ ἀγαθῇ, δύναται λεληθότως λέγεσθαι, ὅτι μὴ δραξαμένων ὑμῶν παιδείας ὀργισθήσεται κύριος, ἐκ τοῦ ἀπολέσθαι ὑμᾶς ἐκ τῆς ὁδοῦ ἐν ᾗ διατρίβετε, ἵνα μηκέτι ὑπάρχητε ἐν αὐτῇ.

ιγ'. ΟΤΑΝ ΕΚΚΑΥΘΗ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐν γὰρ τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ τῆς ὑμετέρας κακίας οἷόν τινος ὕλης εὐπρήστου καθάπερ πῦρ τὴν θείαν ἐκκαυσάσης ὀργήν, πόρρω που γενήσεσθε τῆς τῶν δικαίων ὁδοῦ, δίκας τίνοντες ὧν κατὰ τόνδε τὸν βίον πεπλημμελήκατε. Τηνικαῦτα δὲ καὶ οἱ ἀληθῶς καὶ βεβαίως εἰς αὐτὸν ἠλπικότες, λήψονται τῆς ἐλπίδος καρπὸν τὸν μακαρισμόν. Τὸ μέλλον τοίνυν ὑπογράφει, ἐν ᾧ μετὰ τάχους ὀργίζεται, ὡς ὀφείλων τῇ τιμωρίᾳ σφραγίσαι τὴν ἀπόφασιν. Ἐνταῦθα δὲ θυμοῦται μέν, οὐ μὴν ἐν τάχει, ἀλλὰ μακροθύμως. μαλθακὸν γὰρ τὸ πῦρ ἀνάπτων τῆς ὀργῆς, ἴσως τις αὐτὸ σβέσει τοῖς δάκρυσι τῆς μετανοίας.

ΜΑΚΑΡΙΟΙ ΠΑΝΤΕΣ ΟΙ ΠΕΠΟΙΘΟΤΕΣ ΕΠ' ΑΥΤΩ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Εἰ κατὰ τὸν παρόντα βίον τὸν μακαρισμὸν ἔχουσιν οἱ τῆς ἀρετῆς ἀθληταί, ἀλλ' οὖν ἀληθέστερον αὐτὸν κατ' ἐκείνην δέξονται τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν οἱ πονηρίᾳ συνεζηκότες τὴν θείαν ὀργὴν καθ' ἑαυτῶν ἐπισπάσονται. Οἱ οὖν ἐπ' αὐτῷ, φησι, πεποιθότες μακάριοι, κἂν ὦσι λίαν ἁμαρτωλοί, καὶ ἐκλεκτοὶ σφόδρα καὶ δίκαιοι. Ὁ μὲν γὰρ δίκαιος ἀμοιβῆς, συγγνώμης δὲ ὁ ἁμαρτωλὸς τεύξεται.

diſciplina, & non proficientem, iræ adhuc Domini obnoxium eſſe, perfectum verò eius participem eſſe non poſſe. Cùm enim quis diſciplinam apprehendere iubeatur, ne iraſcatur ipſi Dominus; vtique qui adhuc imperfectus eſt, iram Dei experiri poteſt. Sed quoniam neque in Hebraico, neque in aliis interpretationibus habetur vox *iuſta*, ſuſpicamur ne fortè vel per diſpenſationem hoc appoſuerint, vel exemplaria errarint. Per diſpenſationem quidem, vt ſit ſenſus: Niſi apprehenderitis diſciplinam, peribitis de via iuſta, & excidetis ab ea, Deo vobis iraſcente. Verùm ad amuſſim, cùm ira Dei corrigendi vim habeat, quomodo per hoc quòd Deus iraſcatur, pereat quis de via iuſta? Vtique haudquaquam omnino propter iram peribitis de via iuſta, ſed hoc vobis propter peccata veſtra eueniet. Quòd ſi non fuerit appoſita vox *iuſta*, cùm ij qui non apprehendunt diſciplinam, omnino ſint in via non bona; poteſt latenter dici: Quoniam vobis diſciplinam non apprehendentibus iraſcetur Dominus, eò quòd pereatis de via, in qua verſamini, vt non ampliùs exiſtatis in ea.

CATENA PATRVM. Diſciplinæ & correctionis neceſſitas.

13. CVM EXARSERIT, &c.] THEODORETI. Tempore enim iudicij cùm veſtra malitia veluti quædam materia ad comburendum apta, diuinam iram ſuccenderit inſtar ignis; tunc longè eritis à via iuſtorum, pendentes pœnas eorum quæ in vita peccaueritis. Tunc autem etiam illi, qui verè ac firmiter in ipſum ſperauerunt, reportabunt ſuæ ſpei fructum ampliſſimum, nempe beatitudinem. Tempus itaque futurum inſinuat, in quo celeriter iraſcetur, tamquam qui debeat ſententiam ſupplicio confirmare. Modò verò iraſcitur quidem, ſed non confeſtim, at longanimiter. Cùm enim quis lentum ignem iræ ſuccendat, fortè pœnitentiæ lacrymis eum extinguet.

Malitia noſtra accendit iram Dei.

Deus iam tardè iraſcitur, ſed poſteà celeriter.

IBIDEM. BEATI OMNES QVI CONFIDVNT IN EO.] THEODORETI. Si virtutis athletæ in præſenti vita beatitudinem obtineant, vtique ſinceriorem ipſam accipient in illa die, in qua ij qui improbè vixerunt, diuinam in ſe iram concitabunt. Qui itaque in eo, inquit, confidunt, beati, ſiue fuerint valdè peccatores, ſiue electi valdè, & iuſti. Siquidem iuſtus retributionem, peccator verò veniam conſequetur.

Probi ſunt iam, & poſteà beati.

ANNOTATIONES CORDERII. Fides ſpe ſtabilitur.

ORIGENIS. Subaudiendum iſti, *qui confidant*, ita vt inſinuet fidem cum ſpe irrefragabili firmiſſimam, ac ſtabilem, & inconcuſſam; vt neque difficillimis etiam temporibus animum deſpondeat, confidens in Domini adiutorio, nemine ipſum diuertente.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Κατακουστέον τὸ πεποιθότες, πίστιν ἐμφαίνοντες μετ᾽ ἐλπίδος ἀνυποπτεύτου βεβαιοτάτην, καὶ ἑδραίαν, καὶ ἄσειστον, οὐδὲ ἐν τοῖς δοκοῦσι χαλεπωτάτοις καιροῖς τοῦ πεποιθότος ἀπογινώσκοντος τὴν τοῦ κυρίου εἰς αὐτὸν παρουσίαν, οὐδενὸς παρέλκοντος αὐτόν.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Pſalmus etiam titulo caret, licet à quibuſdam apponatur. Act. 4, 25.

NOTA; etiam hunc Pſalmum titulo carere, licet aliqui codices Græci præferant; Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, *Pſalmus ipſi David*: & Latini, *Pſalmus David*. Cuius reuerà eſſe, patet ex Actis Apoſtolorum, vbi citatur his verbis: *Qui Spiritu ſancto per os patris noſtri David, pueri tui, dixiſti: Quare fremuerunt Gentes*, &c. Nonnulli, quos Agellius citat & ſequitur, Pſalmum hunc non ſecundum, ſed partem primi eſſe iudicant. Paraphraſtes quoque Græcus ſuprà, ſub finem annotat, hunc in Hebræis codicibus cum primo coniunctum eſſe; vti etiam Georgius in Catena obſeruat. Codex Græcus quoque Vaticanus, inter hunc & primum non diſtinguit. Confirmant autem opinionem ſuam qui ita ſentiunt, ex eo quòd in Actis Apòſtolorum c.13.v.33. ſecundùm quoſdam codices, citetur hic Pſalmus ſub nomine primi Pſalmi. Sed cùm (vti Bellarminus & Lorinus noſter teſtantur) plures & meliores codices ibidem legant, *Sicut in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt*; & plures etiam Patres & Auctores, cum Georgio ſuprà in Catena, cenſeant hunc ſecundum eſſe, & plurima Græca exemplaria antiquiſſima, quæ conſului, idem confirment; à communiori ſententia minimè recedendum iudico.

Aliqui cenſent hunc cum primo connexum eſſe.

Verius tamen eſt, eſſe à primo diuerſum.

Eſt totus de Chriſto.

Eſt autem hic Pſalmus manifeſtiſſima de regno Chriſti prophetia, & ab Apoſtolis Actor. 4. & 13. atque ad Hebr. 1. & 5. explicata: ita vt (inquit Bellarminus) omnino errare videantur, qui ad litteram de Dauide hunc Pſalmum explicare nituntur.

1. Ἵνα τί ἐφρύαξαν, *Quare fremuerunt?*] Sanctus Auguſtinus, *vt quid fremuerunt?* ſanctus Cyprianus lib. 1. aduerſus Iudæos, *ad quid tumultuata ſunt Gentes?* Aquila, ἵνα τί ἐθορυβήθησαν ἔθνη, καὶ φῦλα φθέγξεται κενά; *vt quid perturbatæ ſunt Gentes, & tribus loquentur inaniter?* Symmachus, εἰς τί ἔθνη κυκᾷ; *ad quid Gentes turbant?* Scholion, ἐφρυασσοῦντο, *ſuperbierunt?*

Vox quare quid hoc loco ſignificet.

Notandum verò, illud *quare*, hoc eſt *quorſum?* non tam interrogantis eſſe, quàm deridentis; quòd nullo fructu, maximo cum periculo, tantum opus aggreſſi ſint. Idem enim eſt: *quare*, &c, quod mox dixit, *inania*. q.d. Nullo fructu fremuerunt, nullo fructu meditati ſunt: quarum cogitationum longè diuerſus erit exitus, & magis pro aliorum fructu, quàm pro ipſorum vtilitate futurus. Præclarè S. Leo Sermone 11. de Paſſione ait: *Furit in vnum populus, & miſeretur omnium Chriſtus*. Ea eſt Chriſti miſericordia, bonum pro malo retribuentis.

2. *Adſtiterunt.*] Symmachus, συνίστανται βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ὕπαρχοι συσκέπτονται ὁμοθυμαδόν, *Conſurgunt reges terræ, & principes conſiliātur ſimul.*

IBIDEM. *Aduerſus Chriſtum.*] Notat Tertullianus in veteri Teſtamento *Chriſtum Dei*, de Dei Filio intelligi; ſicut in nouo diſertè vocatur *Filius Dei*: inde verò probat contra Praxeam, diſtinctionem harum perſonarum. Quomodo autem rex Herodes, & principes Iudæorum, de quibus hæc in Paraphraſi & Commentario Græco explicata ſunt, aduerſus Chriſtum conuenerint, vt eum morti traderent, diſertè ſcribunt Euangeliſtæ his verbis: *Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas; & conſilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent.* Non fuerat hoc primum concilium: nam & antè apud Marcum, poſt aridæ manus in ſabbato reſtitutionem, *exeuntes Phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo eum perderent.* Et Lucâ teſtante, *miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularent, vt caperent eum in ſermone, & traderent illum principatui & poteſtati Præſidis.* Denique apud Ioannem: *Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium, & ab illo die cogitauerunt, vt interficerent eum.* Libet hîc cum Scribanio noſtro in huius myſterij meditatione exclamare: O fatui filij hominum! & quod conſilium eſſe poteſt contra Dominum? aut quæ fraudes illum fallere, qui circumuenire doli, cui nota ſunt omnia, & quem latêre nihil poteſt præteritorum, præſentium, futurorum? aut quid latêre illum poteſt, cui intima cordium noſtrorum certiùs quàm nobis ipſis nota? aut quæ prudentia aut eruditio illum docere, apud quem abſconditi ſunt omnes ſapientiæ & doctrinarum theſauri; & à quo, quidquid vbiq; prudentiæ aut eruditionis eſt, diuite venâ fluit? aut denique, quid effugere illum poteſt, apud quem regeſtus eſt numerus etiam capillorum noſtrorum? O nimis ſtolidæ cogitationes hominum, mittere inſidiatores, qui fallant Deum, mittere qui Deum impellant in ſtructas antè inſidias! Potuit aliquid ſtolidius excogitari, quàm ſperare in ignoratas præcipitare poſſe Deum inſidias? Hæc eſt prudentia humana, quæ Deo fucum ſe poſſe facere arbitratur. ô quoties hæc videmus!

Contra Praxeam, c.24. & 28. Per Chriſtum, etiam in veteri Teſtamento Filium Dei ſignificari.

Matt. 26, 3

Marc. 3, 6.

Luc. 20, 20

Ioan. 11, 47.

Non eſt conſilium contra Dominum.

3. *Dirumpamus vincula.*] Annotat hoc loco Euſebius, apud Septuaginta, ante hæc verba, præpoſitum διάψαλμα, cùm tamen neque apud Theodotionem, neque apud Symmachum poſitum ſit, qui hac dictione, ſimiliter atque Septuaginta, vti ſolent. Georgius quoque ſuprà in Catena citatus, hîc διάψαλμα appoſitum fuiſſe inſinuat. Ceterùm Theodoretus in Catena, ibidem ait, hæc eſſe verba Spiritus ſancti, quibus plebem ſuam admonet, vt à ſe iugum Iudæorum excutiant. Idem ſentit Euſebius, dicens: τοῦτο τοῦ λόγου προαγορεύοντος,

Aliqui cenſent hic eſſe διάψαλμα.

τ©, μηκέτι τὸ παλαιὸν ζυγὸν ἐπὶ τῶν ὤμων φέρειν, μηδὲ ταῖς σειραῖς τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων ἑαυτῶν παραμένειν. id eſt, *Diuino monemur oraculo, ne adhuc vetus iugum humeris feramus, neque funibus priorum peccatorum vincti permaneamus.* Origenes verò ibidem cenſet hæc eſſe verba Angelorum ad Chriſtum; vel Chriſti ad Patrem, & Spiritum ſanctum, vel etiam ad Apoſtolos ſuos. Verùm mihi potior videtur ſententia, quæ ſuperiùs in Commentario allata eſt: quæ tenet, hæc Chriſti hoſtium verba eſſe atque conſilia. Deeſt enim, vt in Paraphraſi inſinuatum eſt, verbum *dicentes*, vt ſit hæc ſententia: Conuenerunt aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum, dicentes: Dirumpamus vincula eius. Vincula enim & iugum appellant Chriſti Domini imperium, ac leges ſubiugatis Gentibus datas: quod iugum illi, vt mali ac rebelles ſerui, ſibi imponi nolebant. Ita quoque ad litteram Agellius & Bellarminus locum hunc interpretantur.

Mali recuſant iugum Chriſti.

Tropologicum verò ſenſum optimè tradit Origenes ſuprà in Catena, qui hæc de vitiorum ſeu peccatorum vinculis abrumpendis, & de duro diaboli iugo excutiendo exponit. In hoc enim omne bellum aduerſus vitia dirigendum eſt, vt omne vitium in nobis deſtruatur, & omnis gula, omnis luxuria, omnis auaritia, omnis ira, omnis inuidia, omnis acedia, omnis inanis gloria, & omnis ſuperbia funditus pereat. Nec ſolùm hæc, ſed reliqua quoque minora vitia, quæ ex his, tamquam ex fontibus, promanant, penitus exhauriantur & radicitus extirpentur. Hanc igitur vniuerſorum extirpationem vitiorũ iugis oratio poſtulet, hanc inuocatio Sanctorum efflagitet, hanc omne opus & omnis noſtra exercitatio quærat, hanc omnes gemitus & deſideria ſuſpirent. *Dirumpamus vincula eorum* (quæ ſunt delicta ex vitiis progenita) *& proiiciamus à nobis iugum ipſorum*, quod eſt pœnæ reatus, à delictis & peccatis emanans. Ac iure quidem meritiſſimo peccatum vinculis iugoque aſſimilatur, quo caput animalis deprimitur, ne ſurſum reſpicere queat. Vix enim qui peccat, leuare caput poteſt ad cæleſtia contemplanda, vti pulchrè S. Ambroſius ad illud Iſaiæ, *Omne caput languidum*, annotauit, & ſimul tanto malo remedium opportunum adiunxit, dicens: *Ergo quando nos ingrauant peccata noſtra, & talento quodam iniquitatis plumbeo ad terrena deprimimur; dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipſorum, vt poſſimus oculos mentis noſtræ attollere.*

Vitiorum vincula diſrumpenda.

Iſaiæ 1, 5.

4. *Qui habitat in cælis, irridebit eos.*] Ridiculas nimirum & irritas illorum inſidias reddendo, quas Chriſto ſtruxerant. Nihil profectò Dei potentiam prouidentiamque hominibus adeò admirabilem commendabilemque reddit, quàm ſi ſuaui eius diſpoſitione iniquorum inſidias in ipſamet auctorum capita retorqueri videant, & impotentes eorum conatus confractos irritoſque cadere. Hanc ob cauſam alibi etiam Propheta Regius Deum laudare non ceſſat: *Quia Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum.* Ita Babyloniorum impia in turris ac ciuitatis ædificatione conſilia diſſipauit; & ſimul ipſos ædificatores per vniuerſum terrarum orbem diſperſit. Ita decepti quoque Iudæi, & in fraudem fraudibus ſuis ducti ſunt, perieruntque conſilio ſuo. Cùm enim Chriſti morte auertere à ſe Romanorum imperium poſſe ſperarent, euerſi à Romanis ſunt, ſublatus locus, gens tota aut cæſa aut diſperſa.

Deus diſſipat conſilia impiorum.

Pſal. 32, 10

5. *Tunc loquetur ad eos in ira ſua.*] Quia, vt Iob ait, *ſimulatores & callidi* (quales erant Scribæ & Phariſæi, ceterique Iudæi) *prouocant iram Dei:* vel, vt ex Hebræo quidam transferunt, *hypocritæ falſi cordis iram coacernabunt.* De iis autem non dicit, quòd mereantur iram Dei, ſed quòd eam prouocent: quia non tantùm iram Dei, ſicut ceteri peccatores, promerentur, ſed eam vrgent & excitant contra ſeipſos. Septuaginta vertunt, τάξουσι θυμὸν, *ordinabunt furorem.* Quod Græci Patres ita intelligunt, ſcilicet ſimulatores ipſos (quales erant perfidi Iudæi) contra ſe ordinare diuinum furorem; Dei fulmen in caput ſuum euocare, dictare quodammodò ſibi futurum exitium, & æterno furori eſſe deuotos. Quapropter Chriſtus in Euangelio toties ipſis væ magnum & formidandum imprecatur.

Simulatores perfidi prouocant iram Dei.

6. *Ego autem conſtitutus ſum Rex.*] Aquila & Quinta editio, κἀγὼ διεσωσάμην βασιλέα μου, *& ego incolumem præſtiti regem meum*: Symmachus, κἀγὼ ἔχρισα τὸν βασιλέα μου, *& ego vnxi regem meum.* Locum deinde adiunxit: *Super Sion montem ſanctum eius*, mirabilium ſcilicet rerum gloriâ clariſſimum. Ibi Chriſtus feliciſſima regni ſui auſpicia poſuit, ibi ſacrificium maximum inſtitutum, & τελετὴ τελετῶν, vt cum S. Dionyſio loquar; panis Angelorum, ambroſia mentium, pignus immortalitatis. Ibi prima Eccleſia coaluit, inde lex ſancta exiuit, vt ait Iſaias. Quare Dauid illum vocat *montem ſanctum*, aliàs, *pinguem & caſeatum*, & dilectum Deo: Daniel verò *montem inclytum*, vel, vt eſt apud Septuaginta, ὄρ© σαβαεὶν ἅγιον, *montem Sabaim ſanctum*, hoc eſt, vt ibidẽ notat Scholiaſtes Græcus, *nouam Ieruſalem.* Hic enim eſt, inquit, κυρίως ὄρ© δόξης, mons gloriæ Dei, & virtutis eius & voluntatis.

Mons Sion cur ſanctus dicatur.

Eccl. Hier, cap. 3.

Iſaiæ 2, 3.

Pſal. 67.

Dan. 11, 45.

IBIDEM. *Prædicans præceptum Domini.*] S. Auguſtinus, *prædicans præceptum eius*; ſanctus Cyprianus lib. 2. aduerſus Iudæos, *annuntians imperium eius*; Hilarius, *annuntians præceptum eius*; Scholion, διαγγέλλων ἰσχυροῦ ἀκρίβασμόν, *annuntians ipſius fortis exactum decretum*; Quinta editio, καταγγέλλων εἰς θεὸν διαθήκην, *annuntians in Deum teſtamentum*; Theodotion, ἰσχυροῦ πρόσταγμα, *fortis præceptum.* Verùm, quoad ſenſum, omnia eòdem recidunt.

7. *Filius meus es tu.*] Nota, Paraphraſim hoc de æterna; Commentarium, de diuina ſimul & humana; Theodoretum verò in Catena, & Origenem, de temporali Chriſti ſecundùm carnem generatione, explicare. Bellarminus autem tradit tres huius loci expoſitiones, & omnes quidem litterales, & à Spiritu ſancto intentas. Prima eſt de generatione æterna, quæ colligitur ex Apoſtolo cap. 1. ad Hebræos, vbi ſic ait: *Tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim dixit Angelorum aliquando, Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Altera expoſitio eſt de reſurrectione Domini, quæ colligitur ex eodem Apoſtolo Actor. 13. vbi ſic legimus: *Et nos vobis annuntiamus eam quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt; quoniam hanc Deus adimplenit filiis veſtris, reſuſcitans Ieſum, ſicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum*

Triplex Chriſti natiuitas quæ.

Heb. 1, 5.

Act. 13, 33

ANNOTATIONES CORDERII.

eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Tertia expoſitio eſt de die natalis Domini ſecundùm carnem; quæ colligitur etiam ex Introitu Miſſæ in nocte eiuſdem Natiuitatis. Itaque ſecundùm Theologos, qui docent in eâdem ſententia poſſe inueniri plures ſenſus litterales, ſenſus horum verborum talis eſſe poteſt. q. d. *hodie*; id eſt, in die æternitatis, genui te Deus Deum. Item *hodie*, id eſt, in die natalis tui ſecundùm carnem, genui te, id eſt, feci vt eſſes Deus homo. Item *hodie*, id eſt, in die reſurrectionis genui te, id eſt, feci diuinâ meâ virtute, vt redires ad vitam, eámque immortalem & glorioſam.

Oratio competit humanitati Christi.

8. *Poſtula à me.*] Hæc verba humanæ Chriſti naturæ tantùm aptari poſſunt, vt ſuperiùs in Paraphraſi & Commentario inſinuatum eſt. In hac enim orauit & accepit Gentes hereditatem, cùm in illa diuina æquali ſit maieſtate cum Patre. Patris autem proprium eſt hereditatem filiis relinquere, ideóque aptè, poſteaquam illum Filium appellauit, hereditatis mentionem fecit.

Nota, hinc præclara pro orationis commendatione corollaria deduci poſſe. Primò enim colligitur hinc, quanta nobis incumbat neceſſitas orandi, cùm Deus Pater Filium ſuum vnigenitum pro hereditate voluerit poſtulare. Secundò, hinc erigimur in fiduciam impetrandi ea quæ rogamus, cùm propter promiſſionem Patris, tum propter Filij reuerentiam. Tertiò, hinc patet Dei benignitas & liberalitas, quòd etiam vltrò ad poſtulandum inuitet, vt nimirum ſic gratiùs accipiatur id quod expetitur. De his vide plura apud Lorinum.

Reges ſunt idem quod paſtores.

9. *Reges eos.*] Græcè eſt ποιμανεῖς, id eſt, *paſces*: quod idem tamen eſt quod reges. Itaque etiam Gentiles Poëtæ, regem ποιμένα λαῶν appellant, hoc eſt, *paſtorem populorum*. In Apocalypſi
Apoc. 2, 27 autem B. Ioannes, non ex Hebræo (vt ſolet in Euangelio) ſed è Septuaginta citat hunc locum, ποιμανεῖ, *paſcet*. Vbi etiam noſtra Latina editio habet, *reget*.

Regnum Romanum eſt ferreum.

IBIDEM. *In virga ferrea.*] Theodoretus in Catena intelligit hoc de Imperio Romano, vtpote quod, ſicut ferrum ceteras omnes extenuat ſubigitque materias; ita reliquas Monarchias, per ſtatuam Nabuchodonoſoris inſinuatas, in ſuam redegerit poteſtatem. Sub hoc regno ferreo
Dan. 2, 34 Chriſtus natus eſt, *qui abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos*, &c. quæ Prophetia huic loco apprimè conſentit. Vide hoc ab Euſebio pulchrè expoſitum, & Chriſti natiuitati applicatum, in Catena Patrum Græcorum in Lucam cap. 2. nu. 3. Aliàs quoque optimè hoc in Commentario Græco ſuperiùs explicatur, de rigore iuſtitiæ Dei. Minùs propriè tamen aliqui id exponunt de Verbo Dei, ſiue de
Iſaiæ 11, 4 Euangelica prædicatione, ex illo Iſaiæ, *Percutiet terram virgâ oris ſui*, &c. etiamſi eius maximam fuiſſe vim, compertum ſit è mundi conuerſione.

IBIDEM. *Et tamquam vaſa figuli confringes.*] S. Auguſtinus legit, *conteres*; Græcè, συντρίψεις, *comminues*; Aquila, προσρήξεις, *allides*. Per vas

Regna mũdi fragilia.

figlinum pulchrè denotat fragilitatem regnorum mundi huius; vti in rhythmo de mundi vanitate eleganter deſcribitur hæc ſtrophe:

Cur mundus militat ſub vana gloria?
Cuius proſperitas eſt tranſitoria:
Tam citò labitur eius potentia,
Quàm vaſa figuli, quæ ſunt fragilia.

Regnum Chriſti ſtabile. Dan. 2. *Chriſti regnum quale.*

Regnum autem Domini ſtabit in æternum, vniuerſáque alia conſumet & diſſipabit, vt Daniel vaticinatur; quod indubiè de regno Chriſti intelligendum eſt, quem conſtituit Dominus ſuper Sion montem ſanctum ſuum, ſuper omnem Ieruſalem cæleſtem, quique populo Domini denuntiaret præcepta ſalutis & legis nouæ; quem genuerat hodie, in omni nimirum æternitate: in qua quidquid eſt, hodiernum eſt, præſens nimirum ſecundùm omnem rationem ſui, non ſuccedaneum, nec per partes aut fruſta, ſed ſe toto congenitum. Quod in ſolum Chriſtum cadere poteſt; cui etiam Gentes dedit in hereditatem. Cùm enim antè ſoli Iudæi hereditas eſſent Domini, ſoli in filios adoptati; adueniente Chriſto, acceſſerunt Gentes, adoptatæ in ſanguine illius, & factæ hereditas illius, quam morte ſibi ſuâ parauerat, emerátque à cæleſti Patre ſuo. Veréque ſoluſque in omnes terminos terræ poſſeſſionem ſuam per fidei propagationem extendit. Neque enim vlla ſe vmquam fides latiùs protendit, cùm nullam orbis partem intactam reliquerit. Rexit verò illas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confregit.

Fides Chriſti cur virga ferrea comparetur.

Nam licet iugum Chriſti ſuaue ſit, & onus illius leue, & præ onere veteris Teſtamenti molle & dulce; ea tamen vis verborum fidei eſt, maximè miraculis accedentibus, vt ferreæ virgæ componi poſſit, omniſque potentia illi comparata, tamquam vas figuli ſit. Sed & in virga ferrea rexiſſe dici poteſt, qui indomitas crudaſque Gentium mentes, tamquam figlinum vas, miraculorum magnitudine fregerit, ac in quam voluit partem flexerit.

Verbi Dei quanta ſit vis & potentia.

Et quid omnis terrarum potentia coram illo aliud, quàm vas figuli & teſta terrea? quid omnis ſapientia, omnis humana conditio aliud, quàm palea vento rapta; cùm omnis illa piſcatorum, adeoque & tenellularum virginum, Chriſti fide roboratarum, eloquentiæ ceſſerit? Hinc illa nimis vera: *Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri.* Ex- Luc. 21, 15
preſſit hoc etiam fortiùs in Ieremia: *Dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Ier. 1, 10.

Συνιέναι eſt practica intelligentia.

10. *Et nunc Reges intelligite.*] Aquila, ἐπιστημώθητε, *ſcitote*; Septuaginta, σύνετε. Quod accipitur de practica intelligentia, & præſertim ſpirituali perſpicientia, quæ inter bonum & malum, & inter maius ac minus bonum aut malum prudenter diſcernit. vti patet ex Pſal. 118. verſ. 34. *Da mihi intellectũ, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo*; Græcè συνέτισον. Hinc etiam Paulus ad Epheſ. cap. 5. verſ. 17. monet: *Nolite fieri inſipientes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Dei*, &c. vbi Græcè eſt, συνιέντες. Nota autem, ab hoc verſu vſque ad finem Pſalmi eſſe adhortationem ad cultum & obſeruantiam Dei, quæ eſt ſumma intelligentia & prudentia. Vnde ſubiungit:

11. *Seruite Domino in timore.*] Vbi nota, timorem Domini primo loco ſuaderi, vtpote ſpiritalis vitæ, & cæleſtis ſapientiæ fundamentum & conſummationẽ, iuxta illud Eccleſiaſtici: *Initium* Eccli. 1, 16
ſapientiæ,

Ibid. 22. *ſapientiæ, timor Domini.* Item: *Corona ſapientiæ, timor Domini.* Monet itaque ſeruiendum eſſe Deo cum timore, & exultandum ei cum tremore, id eſt, cum veneratione & honore debito, cum reuerentia, & maxima mentis attentione, cura, ſolicitudine & obedientia. Timor enim & tremor hæc deſignant. Ita etiam Paulus ad Philippenſes, *Cum metu,* inquit, *& tremore veſtram ſalutem operamini.* Sapienter ſanè *exultationem,* ſiue lætitiam, *tremore* moderatur: *quia periculoſa ad obliuionem timoris eſſet libera à tremore lætitia,* inquit S. Hilarius. Abſque hoc timore & prudenti conſideratione, euenit ſæpiùs illa corruptio lætitiæ, cui S. Auguſtinus lib. 10. Confeſſionum terrificum illud inclamat: *Væ proſperitatibus huius ſæculi à corruptione lætitiæ.* Vnde lib. 4. Epiſt. 4. Caſſiodorus, vir iudicio & ſanctimoniâ inclytus, gaudia inquietantia nominat: *Gaudia ſemper animos inquietant. Modus enim rarò rebus lætis imponitur, qui magis in triſtibus inuenitur.* Atque idcircò (inquit ſanctus Hilarius) *repetit ſeruitij noſtri & timorem exultantem, & exultationem trementem; vt & metum ſeruitutis gaudij exultatio temperet; & ne libertas gaudij fines congruæ moderationis excedat.* Eo timore ac tremore, ſibi in domo Laban benè fuiſſe teſtatur Patriarcha Iacob, dicens: *Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac adfuiſſet mihi, forſitan modò nudum me dimiſiſſes.* Vbi Deum appellat *timorem Iſaac,* id eſt, quem Iſaac habuit pro obiecto timoris, imò qui & Iſaaco & bonis omnibus ſit ipſe timor; à quo vt Iacobo benè fuit in domo ſeruitutis, ſic & nobis poſteriſque omnibus erit quàm optimè, ſi modò nobis adſit timor Iſaac, Dei timor.

Deo cum timore & tremore ſeruiendum.

Philip. 2, 12.

Lætitia timore moderanda.

Gen. 31, 42

12. *Apprehendite diſciplinam.*] S. Cyprianus lib. 1. Epiſt. 11. *Continete diſciplinam.* q. d. Ne patiamini eam ex animis veſtris elabi; Symmachus, προσκυνήσατε καθαρῶς, *adorate purè,* id eſt, purâ & ſincerâ mente. Vnde monet Chriſtus: *Cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ.* Aquila, καταφιλήσατε ἐκλεκτῶς, *oſculamini electè;* Hebræus, נַשְּׁקוּ־בַר *naſſeku bar,* id eſt, *oſculamini filium,* ſcilicet Meſſiam. q. d. Dei Filio homagium præſtate, quod manuum ac pedum deoſculatione fieri ſolet, in ſignum ſubiectionis & obedientiæ. Quòd ſi coniecturæ, meo quidem iudicio non improbabili, locus ſit; fortaſſis Septuaginta παιδίον, id eſt, *puerum,* ſeu filium, ex Hebræo tranſtulerunt: pro quo, vt procliue eſt fieri, lapſu calami poſtmodum amanuenſes, ſeu librarij, ſubſtituerint, παιδείαν, *diſciplinam,* affinitate nominis decepti. Certè, cùm Pſalmus totus, vt initio annotauimus, manifeſta ſit de regno Chriſti prophetia, littera hîc potiùs *Filij,* quàm *diſciplinæ,* nomen exigere videtur. Nam ſicuti Deus Pater regnare vult per manum Filij ſui, & in eius perſona gloriæ ſuæ notas & inſignia inſculpſit: hæc noſtræ erga eum obedientiæ, & pietatis legitima eſt probatio, reuerenter amplecti, quem nobis Regem præfecit. *Vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem.* Atque hæc quoad litteram. Pro myſtico autem ſenſu mihi valdè probatur D. Hieronymi interpretatio, *adorate purè,* quomodo etiam Symmachus Græcè verterat, & R. Salomon eodē propè ſenſu, *armamini munditiâ,* puritatem, quantum fieri poteſt, angelicam, & animi innocentiam ad diuinum cultum adhibete, numenque adorandum. Adiungite & Chriſtianam humilitatem, quæ aliud eſt Angelorum ornamentum, quibus dici nihil verecundius poteſt in veneranda colendaque Dei maieſtate: de quibus S. Ioannes ita memorat: *Omnes Angeli ſtabant in circuitu throni,* &c. *& ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt.* Illud, cadere in faciem, nota eſt dimiſſionis animi ſingularis eorum Principum, qui ſe in terram abiiciant, neque audeant oculorum aciem in ipſius Dei ſolium intendere. Quare S. Dionyſius Cæleſtis Hierarchiæ cap. 13. attribuit illis ἱερὰν εὐλάβειαν, *ſacrum animi reuerentis horrorem,* in contemplatione illius inuictæ & interminatæ maieſtatis, cuius ſplendore fulguranti, & magnificè radioſo, omnis eorum mens cognitioque obruitur. Has comites ſi habuerit adoratio, benignè à communi Domino excipietur; ſine his placere nullo modo poteſt. Quò pertinet ſacrum ænigma Moyſis, qui non eſt auſus ad flammiferum rubum accedere, niſi priùs ſoluiſſet calceamenta de pedibus ſuis. Nihil enim animale aut mortuum, nihil impurum & ſordibus inquinatum, ad Dei numen adſerendum eſt. Vnde fortè hauſit Pythagoras, qui in ſymbolis arcanæ ſapientiæ monebat, *nudis pedibus adorandum eſſe.*

Math. 6, 5

ANNOTATIONES CORDERII.

Ioan. 5, 23

Puritas, & humilitas ad orationem adferenda.

Apoc. 7, 11

Exod. 3, 5.

IBIDEM. *Ne quando pereatis de via iuſta.*] Hæc verba cum S. Auguſtino Sermone de Verbis Apoſtoli expendenda ſunt. Non enim dixit, Vt ingrediamini viam iuſtam; ſed, *Ne pereatis de via iuſta,* quam ſcilicet iam ingreſſi fueratis, magnaque ex parte peregeratis. Si enim prius illud diceret, forſitan quis exiſtimaret timorem eos tantùm decere, qui virtutis limina attigerunt, & vix pedem intulerunt, ſcilicet incipientes & tyrones: cùm verò ait, *Ne pereatis de via iuſta,* eos alloquitur, qui in virtute profecerunt; hos etiam decet timor. Hunc ſenſum his verbis tradit ſanctus Auguſtinus: *Hoc Dominus dicit: Apprehendite diſciplinam & exultate, ſed cum tremore: vt ſemper humiles teneatis quod accepiſtis, ne quando iraſcatur Dominus, vtique ſuperbis, ſibi quod habent tribuentibus, non illi à quo habent, gratias agentibus. Ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta. Numquid dixit, Ne quando iraſcatur Dominus, & non veniatis ad viam iuſtam? Numquid, Ne quando iraſcatur Dominus, & non perducat vos ad viam iuſtam? aut non vos admittet ad viam iuſtam? Iam in illa ambulatis, nolite ſuperbire, ne etiam de illa pereatis: Et pereatis, inquit, de via iuſta.*

Non tantùm incipientibus, ſed etiam proficientibus timor neceſſarius eſt.

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM III. ARGVMENTVM.

2.Reg.15.14.

1. Pſalmus Dauid, cùm fugeret à facie Abſalom filij ſui.

α. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ὅτε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

Inſcriptionem habet argumento reſpondentem. Non enim ſolus Abſalom defecit, verùm etiam qui ipſi adhærebant, & Dauidi infenſi erant. Unde etiam Pſalmum incipit in hunc modum:

Ἀκόλουθον ἔχει τὴν ἐπιγραφὴν τῇ ὑποθέσει. Οὐ γὰρ Ἀβεσσαλὼμ μόνος ἀπέστη, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκείνῳ προσκείμενοι, καὶ ἐχθραίνοντες τῷ Δαβίδ. Ὅθεν καὶ οὕτως ἄρχεται τοῦ ψαλμοῦ.

PARAPHRASIS.

2. DOMINE quid multiplicati ſunt qui tribulant me? Non enim, inquit, vnus me oppugnat, ſed multi: vnde ſubiungit:

Multi inſurgunt aduerſum me.

Et quod moleſtius eſt,

3. Multi dicunt animæ meæ: Non eſt ſalus ipſi in Deo eius.

DIAPSALMA.

Non enim, inquit, tam acerbum mihi bellum eorum, quàm ſuſpicio affectus: nam arbitrantur me ſolito more à te non adiuuari.

4. Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.

Sed tu, inquit, Domine, perſeuera, prout ſoles, me ſuſcipere in quibus ſuccumbo, & honorare in quibus ab ipſis iuſtè circumuenior. Caput enim dicit pro principatu & regno: ſiquidem vno nomine Hebræus, tam principium ſeu principatum, quàm caput nuncupat. Clariùs autem id videre licet in libro de mundi creatione, vbi Septuaginta quidem dixerunt: *In principio fecit Deus cælum & terram*; Aquila verò, *In capite fecit Deus ſimul cum cælo etiam terram*. Atque hæc quidem ita ſe habent. In Pſalmo autem ſequitur:

Caput pro principatu, & regno accipitur.

Gen.1,1.

5. Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit me de monte ſancto ſuo.

DIAPSALMA.

Tempus pro tempore ponitur in verſiculis,

β. Κύριε τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με; Οὐδὲ γάρ ἐστιν εἷς, φησι, πρός με πόλεμος, ἀλλὰ πολλοῖς· ὅθεν ἐπάγει·

Πολλοὶ ἐπανίστανται ἐπ' ἐμέ.

Καὶ τὸ χαλεπώτερον,

γ΄. Πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου, οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ θεῷ αὐτοῦ.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Οὐ γὰρ οὕτω μοί, φησι, πικρὸν ὁ ἀπ' αὐτῶν πόλεμος, ὡς ἡ ὑπόνοια τῆς ὁρμῆς· λογίζονται γὰρ μὴ συνήθως βοηθεῖσθαί με παρά σου.

δ΄. Σὺ δὲ κύριε ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου, καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου.

Ἀλλ' αὐτός, φησι, δέσποτα μένοις ἀκολούθως σ' αυτῷ ἀντιλαμβανόμενος ἐν οἷς καταπίπτω, καὶ δοξάζων ἐν οἷς δικαίως παρ' αὐτῶν ἐπιβουλεύομαι. Τὴν κεφαλὴν γὰρ ἀντὶ τοῦ τὴν ἀρχὴν λέγει καὶ τὴν βασιλείαν. ἑνὶ γὰρ ὀνόματι ὁ ἑβραῖος καὶ τὴν ἀρχὴν καλεῖ καὶ τὴν κεφαλήν. Σαφέστερον δὲ τοῦτό ἐστιν ἰδεῖν ἐπὶ τῆς βίβλου τῆς κοσμοποιίας, ἔνθα οἱ μὲν ἑβδομήκοντα εἰρήκασιν· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ὁ δὲ Ἀκύλας, Ἐν κεφαλαίῳ ἐποίησεν ὁ θεὸς σὺν τῷ οὐρανῷ καὶ τὴν γῆν· Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. ἡ δὲ ἀκολουθία τοῦ ψαλμοῦ·

έ. Φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Χρόνος ἀντὶ χρόνου κεῖται ἐν τοῖς στίχοις, καὶ

καὶ τοῦτο πολλαχοῦ τῶν ψαλμῶν εὑρίσκεται. ἡ γὰρ ἀκολουθία βούλεται, ὡς ἂν εἴποι· Δέσποτα ἀντιλαμβάνου μου, καὶ δόξαζέ με, καὶ τὸ ἑξῆς. Καὶ ὁπηνίκα κεκράξομαι πρός σε, ἐπάκουέ μου. Παρεληλυθότα οὖν εἶπεν ἀντὶ μέλλοντος. Καὶ τοῦτο δὲ ἀναγκαῖον ἐπισημειώσασθαι, ὅτι τὸ διάψαλμα ῥυθμοῦ καὶ τρόπου σημαίνει ἐναλλαγὰς, οὐ νοημάτων ἐξαλλαγάς. διὸ οὐδὲ ἀσύμφωνον εὑρίσκεταί ποτε τοῖς ἐπαγομένοις.

ϛʹ. Ἐγὼ ἐκοιμήθην, καὶ ὕπνωσα, ἐξηγέρθην, ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου.

Ἀκόλουθον τὸ ἐνθύμημα κἀνταῦθα, ὁμοίως παρηλλαγμένου τοῦ χρόνου. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· εἰ δὲ καὶ ἐν τῷ μεταξὺ τεταπείνωμαι (ὕπνον γὰρ ἐνταῦθα τὴν ταπείνωσιν λέγει) ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἀντιλήπτωρ μου, καὶ ἐξήγειρεν. ὅθεν ἐπιφέρει·

ζʹ. Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ, τῶν κύκλῳ ἐπιτιθεμένων μοι.

Ἐπειδὴ εἶπεν ἐξ ἀρχῆς· Τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με; ἐπήγαγεν αὐτός· σὺ δέσποτα ἐπιμέλειαν συνήθως φροντίζων μου, καὶ οὐ φοβηθήσομαι, οὐδὲ μυριάδας ἐπανισταμένων, καὶ περιστοιχιζόντων.

Ἀνάστα κύριε, σῶσόν με ὁ θεός μου.

Ποίησον οὖν, φησὶ, τοῦτο δέσποτα.

ηʹ. Ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι ματαίως.

Πάλιν ὁ χρόνος ἐνήλλακται. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι πάταξον πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι ματαίως.

Ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας.

Ἀντὶ τοῦ, σύντριψον τῶν εἰς ἐμὲ ἁμαρτανόντων τὴν δύναμιν· ὀδόντας γὰρ ἐνταῦθα τὴν δύναμιν λέγει καὶ τὴν ἰσχύν.

θʹ. Τοῦ κυρίου ἡ σωτηρία, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου ἡ εὐλογία σου.

Δῆλον γάρ ἐστι, φησὶν, ὅτι ἡ σωτηρία ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τῇ σῇ κεῖται, οὐ μόνον ἡ ἐμὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ παντὸς λαοῦ σου.

idque frequens eſt in Pſalmis. Connexio enim ſeu ſequela talis eſt, ac ſi dicat: Domine ſuſcipe me, ac honorifica me, &c. Et cùm clamauero ad te, exaudi me. Præteritum itaque dixit pro futuro. Quin & hoc neceſſariò notandum, quòd diapſalma ſignificet rhythmi & modi viciſſitudines, non ſenſuum variationes. Quare numquam reperitur diſſonare iis quæ ſubiunguntur. PARAPHRASIS PATRVM. Diapſalma quid ſignificet.

6. Ego dormiui, & ſoporatus ſum, * exurrexi, quia Dominus * ſuſcipiet me. * Vulg. & * Vulg. ſuſcepit

Huius ſimiliter ſenſus connexio, eſt temporis variati. Vult enim dicere: Quòd ſi interim humiliatus ſum (ſomnum enim hîc vocat humiliationem) tamen ipſe eſt ſuſceptor meus, & exurrexi. vnde ſubiungit:

7. Non timebo millia populi circumdantis me.

Quoniam à principio dixerat: *Quid multiplicati ſunt, qui tribulant me?* ſubiunxit ipſe: O Domine, prout ſoles, mei curam habe, & non timebo millia inſurgentium atque circumdantium. verſ. 1.

Exurge Domine, ſaluum me fac Deus meus.

Fac itaque, inquit, hoc Domine.

8. Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa.

Rurſum tempus immutatum eſt. Vult enim dicere: Percute omnes aduerſantes mihi ſine cauſa.

Dentes peccatorum contriuiſti.

Id eſt, Contere potentiam eorum qui contra me peccant. Dentes enim hîc vocat potentiam & robur. τὸ Dentes pro potentia & robore accipiunt.

9. Domini eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua.

Manifeſtum enim eſt, inquit, quòd ſalus in poteſtate tua ſita ſit, non ſolùm mea, ſed etiam totius populi tui.

COMMENTARIVS PATRVM.

COMMENTARIVS.

2. DOMINE QVID MVLTIPLICATI SVNT?] Annotandum, quomodo in tertio Pſalmo vox Domini appoſita ſit: ad ſignificandum nempe, quòd numerus ternarius præcipuam naturam ac dominationem repræſentet. Hæc autem Dauid dixit fugæ ſuæ tempore, cùm eum filius cum ſociis ſuis inſequebatur. Poſtquam enim cum vxore Vriæ peccauerat, multi aduerſus ipſum inſurgebant, qui malis eius lætabantur, & ipſi propter peccatum inſultabant, & ad deſperationem prouocabant, dicentes, diuino ipſum fauore ſpoliatum eſſe: quâ re, vt probus, maximè cruciabatur. Deus autem à multis ſinit iuſtum tribulari, vt momentaneum & leue tribulationis, gloriæ pondus in ipſo operaretur. Quoniam verò etiam quædam ſalus eſt, quæ non ſit à Deo, meritò additur, *in Deo eius*. Vel id de malignis virtutibus ait: *Multi dicunt animæ meæ*. Homo enim nequit immediatè loqui animæ. cui etiam conſonat illud, *in Deo eius*. Illi enim huius imperium contempſerunt.

Numerus ternarius ſymbolum dominatus.

Poſt peccatum multi Dauidi inſultabant.

1.Cor.4, 17.

Notandum qualem habeant differentiam *diapſalma*, & *ode* diapſalmi; vel omnino quæ ſit eorum intelligentia. Diapſalma ſiquidem eſt cantus variatio & rhythmi commutatio, & non ſenſuum tranſitus, vt aliqui exiſtimarunt. Ode autem diapſalmatis eſt, dum frequenter etiam cantantes metra quædam pro inſtrumentorum occurrentia tranſiliebant. Hæc itaque ſignificant modorum quorumdam & rhythmorum viciſſitudines, non ſenſuum immutationes. De alio enim etiam dicere ridiculum ſit. Nonnulli ſiquidem & hoc prodigioſè commenti ſunt, quaſi ſpiritus eâ ipſâ horâ in Prophetam deſcenderet, ac rurſum diſcederet. Hoc autem minimè fiebat, abſit. Non enim ad dicendum tantùm dabatur Spiritus ſanctus Prophetis, quemadmodum mali dæmones iis qui neſciunt quod loquuntur; ſed eorum menti totam intelligentiam inſtillabat, & qui cognitionem acceperat, pro facultate ſua illam enuntiabat. Non enim more augurum ſeu diuinantium proferebant quæ non intelligebant, ſed eorum quæ dicebantur vim omnem perſpectam habebant.

Diapſalma & ode illius quomodo differant.

Spiritus S. Prophetis rerum intelligentiam inſtillabat.

β'. ΚΥΡΙΕ ΤΙ ΕΠΛΗΘΥΝΘΗΣΑΝ;] Παρασημαντέον ὡς ἐν τῷ τρίτῳ ψαλμῷ τὸ κύριος προστέθειται, δηλῶν ὡς ὁ τριαδικὸς ἀριθμὸς τὴν ἀρχικωτάτην φύσιν καὶ κυριότητα ἐξεικονίζει. Ταῦτα δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς φυγῆς ἔλεγεν ὁ Δαβίδ, διωκόμενος ὑπὸ τοῦ υἱοῦ καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ. Ἡμαρτηκότι γὰρ ἐπὶ τῇ τοῦ Οὐρίου, πολλοὶ ἐπανέστησαν χαιρέκακοι ἐπεμβαίνοντες αὐτοῦ τῷ σφάλματι, καὶ ἀπογινώσκειν ποιοῦντες, ἐν τῷ γεγυμνῶσθαι αὐτὸν λέγειν τῆς θείας ῥοπῆς, ᾧ μάλιστα δάκνεται ὡς εὐγνώμων. Ἀφίησι δὲ πολλοὺς θλίβειν τὸν δίκαιον ὁ θεός, ἵνα τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, βάρος δόξης αὐτῷ ἐργάσηται. Ἐπεὶ δὲ ἔστι μὲν καὶ σωτηρία, οὐκ ἐν θεῷ δέ, δικαίως πρόσκειται τὸ, ἐν τῷ θεῷ αὐτοῦ· ἢ περὶ πονηρῶν λέγει δυνάμεων, τὸ πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου. Λέγειν γὰρ ἀμέσως τῇ ψυχῇ οὐ πέφυκεν ἄνθρωπος· ᾧ ἕπεται καὶ τὸ· Ἐν τῷ θεῷ αὐτοῦ. Ἐκεῖνοι γὰρ τῆς τούτου δεσποτείας ἠθέτησαν.

Σημειωτέον ποίαν ἔχουσι διαφορὰν τὸ διάψαλμα, καὶ ἡ ᾠδὴ τοῦ διαψάλματος, ἢ ὅλως τίς αὐτῶν ἡ ἔννοια. Διάψαλμα μὲν οὖν ἐστι μετάβασις μέλους καὶ ῥυθμοῦ ἐναλλαγή, καὶ οὐ νοημάτων μεταπήδησις, ὥς τινες ὑπέλαβον. Ὠδὴ δὲ διαψάλματος, ἐπειδὴ πολλάκις καὶ ᾄδοντες μετέβαινον τὰ μέλη κατὰ τὰ προχειρα τῶν ὀργάνων· Τρόπων οὖν τινων καὶ ῥυθμῶν ταῦτα σημαίνει παραλλαγάς, οὐ νοημάτων ἐξαλλαγάς. Περὶ γὰρ τοῦ ἑτέρου καὶ λέγειν γελοῖόν ἐστι. Τινὲς γὰρ καὶ τοῦτο ἐτερατεύσαντο, ὡς τοῦ πνεύματος ἐπιφοιτῶντος κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν ἐπὶ τὸν προφήτην, καὶ πάλιν ἀποφοιτῶντος. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐγένετο, μὴ γένοιτο. Οὐδὲ γὰρ πρὸς λέξιν ἐδίδου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς προφήταις τὸ εἰπεῖν, καθάπερ οἱ δαίμονες τοῖς οὐκ εἰδόσιν ὅ τι φθέγγονται, ἀλλ' ἐν τῇ διανοίᾳ ἅπαν ἐνετίθει τὸ νόημα, καὶ ὁ λαβὼν τὴν γνῶσιν ἐξήγγειλεν ὡς εἶχε δυνάμεως. Οὐδὲ γὰρ ἀσύνετα κατὰ τοὺς μάντεις ἐφθέγγοντο, ἀλλὰ καὶ πάνυ εἰδότες τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν.

Ὅπερ οὖν εἶποι, ῥυθμῶν καὶ τρόπων ἦσαν ἐναλλαγαὶ, τὰ διαψάλματα καὶ αἱ ᾠδαὶ τῶν διαψαλμάτων, οὐ νοημάτων μεταβάσεις. Τοῦτο δὲ καὶ ἀκολουθία δείκνυσιν. Οὐδέποτε γὰρ μετὰ τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ διαψάλματος, ἀσύμφωνον εὑρέθη τὸ ἐφεξῆς νόημα τοῦ πρὸ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀκόλουθον καὶ ἐναρμόνιον· ὡς δῆλον εἶναι, ὅτι τὸ διάψαλμα τεθὲν ἐν μέσῳ, οὐδὲν παρέβλαψε τὴν διάνοιαν τῶν λεγομένων, ἀλλὰ τὸν ῥυθμὸν ἤλλαξε, τυχὸν κατὰ τοὺς νόμους τῆς τότε κρατούσης μουσικῆς καὶ εὐρυθμίας. Ἀλλὰ τὸ ἑξῆς ἴδωμεν τοῦ ψαλμοῦ.

δʹ. Συ δε κυριε αντιληπτωρ μου.] Πρέπουσα τῇ πίστει τοῦ προφήτου φωνὴ, ἀσείστως φέροντος τηλικαύτας περιστάσεις, καὶ πεποιθότος μὴ ἐγκαταλειφθήσεσθαι, ἀλλὰ πρὸς τῷ βοηθεῖσθαι, καὶ ὑψωθήσεσθαι, καὶ τὴν βασιλείαν ἀπολήψεσθαι. τοῦτο γὰρ εἶπόν τινες τὴν κεφαλήν. Δόξα τοίνυν τοῦ δικαίου ὁ Θεὸς ᾧ πέποιθεν· οὗ δὲ δόξα ὁ Θεὸς, οὗτος ὑψοῦται τὴν κεφαλήν. Προέταξε μὲν οὖν τὴν εὐχὴν, εἶτα μετὰ τὸ διάψαλμα καὶ τὴν εὐχαριστίαν, ἐπὶ τῷ τετυχηκέναι ὧν ᾔτησε. Νῦν μέντοι ἀποστρέφει τὸ πρόσωπον πρὸς ἡμᾶς, καὶ διηγεῖται πῶς εὐξάμενος εἰσηκούσθη, καί φησι.

εʹ. Φωνη μου προς κυριον εκεκραξα.] Καὶ φωνὴν μὲν ὑποληπτέον τὴν νοερὰν τῆς διανοίας πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἱκεσίαν. Οὐ γὰρ τὴν κραυγὴν λέγει, ἀλλὰ τὴν σπουδαίαν τῆς διανοίας εὐχήν. τὸ δὲ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους, κατὰ τὴν πάλαι κατέχουσαν εἴρηται δόξαν. Ἐνομίζετο γὰρ ἐν τῇ σκηνῇ κατοικεῖν, ἐπειδὴ ἐκεῖθεν καὶ οἱ χρησμοὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἐδίδοντο. ἢ τὸ ἐξ ὄρους ἁγίου, ἀντὶ τοῦ οὐρανοῦ, ὡς καὶ τὸ ἐν ὄρει ἁγίῳ σου· καὶ, ἐγγίσατε ὄρεσιν αἰωνίοις.

ϛʹ. Εγω εκοιμηθην.] Κατηγορεῖ ἑαυτοῦ ὁ Δαβὶδ ταῦτα λέγων, ἐπὶ τῷ μὴ ἐγρηγορότα αὐτὸν περὶ τῆς βασιλείας, μηδὲ τὴν δέουσαν προσοχὴν εἰσάγοντα, καιρὸν ἐπιθέσεως παρασχεῖν. Ἀλλὰ διανέστην φησὶ, ἐπεὶ Κύριος ἀντιλήψεταί μου, ὡς μυριάδων λαοῦ ἐπιτιθεμένων μὴ φοβηθήσεσθαι. ἢ ὕπνον καὶ νύκτα λέγει τὰς συμφοράς. ὡς γὰρ ἐν σκότει καὶ ὕπνῳ διάγειν νομίζουσιν οἱ ἀνιαροῖς περιπίπτοντες, κατὰ ταυτὸν οὖν σημαίνει καὶ τὰς θλίψεις, καὶ τὴν τούτων ἀπαλλαγήν. ἢ τὸν τῆς ἁμαρτίας ὕπνον λέγει, ὃν δι' ἀπροσε-

COMMENTARIVS PATRVM.

Vti ergo dicebam, diapſalmatis & odæ diapſalmatum, verſiculorum & modorum erant interſtinctiones, non ſenſuum tránſgreſſiones. Hoc verò etiam ſequela demonſtrat. Numquam enim poſt inſcriptionem diapſalmatis, ſubſequens ſenſus ab eo qui præceſſerat diſſentire reperitur, ſed conuenire ac conſonare: ita vt manifeſtum ſit, diapſalma interpoſitum, nihil eorum quæ dicebantur, ſenſum perturbaſſe; ſed rhythmum variaſſe, verbi gratiâ, iuxta leges muſicas, & numerorum copulationes tunc vſitatas. Ceterùm id quod in Pſalmo ſequitur, conſideremus.

4. Tv avtem Domine svsceptor mevs.] Vox decens fidem Prophetæ, conſtanter ferentis iſtiuſmodi calamitates, & confidentis ſe non deſertum, ſed inſuper adiutum, & exaltatum iri, & regno potiturum. Hoc enim nonnulli dixerunt eſſe caput. Gloria igitur iuſti Deus eſt, in quo confiſus fuit: cuius autem gloria Deus eſt, hic caput exaltat. Præmiſit itaque precationem, deinde poſt diapſalma etiam gratiarum actionem, quòd conſecutus ſit quæ petiuerat. Nunc verò ſe ad nos conuertit, & recenſet quomodo deprecans exauditus ſit, & ait: *Fiducia Dauidis.* *Gloria iuſti, Deus.*

5. Voce mea ad Dominvm clamavi.] Ac vocem quidem accipere oportet intellectilem mentis ad vniuerſorum Deum ſupplicationem. Neq; enim clamorem intelligit, ſed ſedulam mentis precationem. Illud autem, *exaudiuit me de monte*, dictum eſt, iuxta veterem, quæ tunc obtinebat, opinionem. Putabatur enim in tabernaculo habitare, quoniam ibi ſacerdotibus quoque oracula dabantur. Vel *de monte ſancto* poſuit, pro cælo, iuxta illud, *In monte ſancto tuo*; &, Appropinquate montibus æternis. *Vox ſpiritalis.* *Clamor ſpiritalis.* Pſal. 14. 1.

6. Ego dormivi.] Accuſat ſeipſum Dauid hæc dicens, quòd regno ſuo non aduigilaſſet, neque debitam circumſpectionem adhibuiſſet, tempus & opportunitatem inuadendi concedendo. Verùm *exurrexi*, inquit, *quia Dominus ſuſcipiet me*, ita vt millia populi circumdantis me non timeam. Vel ſomnum & noctem vocat calamitates. Sicut enim in tenebris & ſomno verſari ſe exiſtimant qui in res triſtes incidunt: ſic etiam à ſimili explicat afflictiones, & harum liberationem. Vel peccati ſomnum intelligit, quem ob inconſiderantiam *Somnus & nox, calamitatem deſignans.*

COMMENTARIVS PATRVM.

Pſal.12,4.
Pſal.110,4

derantiam dormiuit: hunc etiam alibi deprecans ait: *Ne vmquam obdormiam in morte.* Et: *Non des in commotionem pedem meum.* Cùm enim dixiſſet in principio, *multiplicati ſunt*, conſequenter nunc ſubiunxit *millia*: te me ſuſcipiente, inquit, neque millia circumſtantium & circumdantium me timebo. Hoc enim vult illud: in circuitu.

ξίας ὕπνωσεν, ὧν ἀποδυρόμενος ἔλεγεν ἀλλαχοῦ· Μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον. καί, Μὴ δῷς εἰς σάλον τὸν πόδα μου. Εἰπὼν γὰρ ἐν ἀρχῇ, τὸ ἐπληθύνθησαν, ἀκολούθως νῦν ἐπήγαγε τὸ μυριάδων· ἀντιλαμβανομένου μου σοῦ, φησί, οὐδὲ μυριάδας ἐπανισταμένας φοβηθήσομαι, καὶ περιστοιχιζόντων. τοῦτο γὰρ τὸ κύκλῳ.

7. Exvrge Domine.] Obſidionem hoſtium pertimeſcens, efflagitat vt Deus contra ipſos exurgat, ſiue inſerat vltionem, fruſtraneæ illorum inimicitiæ confiſus. Sine cauſa enim habet inimicos, qui non præbet anſam odij, qualis erat etiam hic. Illi enim qui plurimam ipſis manſuetudinem exhibuerat, ſine cauſa inſidiabantur. Dentes autem peccatorum, vocat robur eorum qui in ipſum peccauerant (metaphorâ à feris deſumptâ, quæ maximè pollent dentibus) vel ſermones & blaſphemias contra ipſum, quas ſupra recenſuit. quale eſt illud: *Non eſt ſalus ipſi* & ſimilia. Has igitur, inquit, etiam peremiſti & contriuiſti; quoniam non in homine ſperaui, ſed à te ſalutem poſtulaui: & non ego tantùm, verùm etiam populus tuus qui mecum oppugnatur. Concede igitur nobis pacem, & benedictionem.

Dentes peccatorum quales.

ζ. Ανάστα Κύριε.] Τὴν ἐπικύκλωσιν ὑποπτεύσας τῶν ἐχθρῶν ἐπιποθεῖ τὴν ἐξανάστασιν κατ' αὐτῶν τοῦ Θεοῦ, ἤτοι τὴν ἄμυναν, θαῤῥῶν τῇ ἐκείνων ματαίᾳ ἔχθρᾳ. Ματαίως γὰρ ἔχει ἐχθροὺς ὁ μὴ παρέχων πρόφασιν μίσους, οἷος ἦν καὶ οὗτος. Πολλὴν γὰρ ἐπιδειξαμένῳ τὴν πρὸς αὐτοὺς πρᾳότητα μάτην ἐνήδρευον. Ὀδόντας δὲ ἁμαρτωλῶν, τὴν ἰσχὺν λέγει τῶν εἰς αὐτὸν ἁμαρτανόντων (ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν θηρίων, ἃ μᾶλλον τοῖς ὀδοῦσιν ἰσχύει) ἢ τοὺς λόγους τοὺς κατ' αὐτοῦ, καὶ τὰς βλασφημίας, ἃς ἀνωτέρω εἶπε· τό, οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ, καὶ τὰ ὅμοια. Καὶ ταύτας οὖν περιεῖλες φησί, καὶ συνέτριψας, ἐπεὶ οὐκ ἐπ' ἄνθρωπον ἤλπισα, ἀλλὰ παρά σου τὴν σωτηρίαν ἐζήτησα· καὶ οὐκ ἐγὼ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ σὸς λαὸς ὁ σὺν ἐμοὶ πολεμούμενος. Δὸς οὖν ἡμῖν τὴν εἰρήνην καὶ τὴν εὐλογίαν.

CATENA PATRVM.

1. Qvando fvgit a facie Absalom.] Theodori. Poſt geminam illam tranſgreſſionem, magnus Dauid in multas ac varias incidit calamitates. Non ſolùm enim finitimæ gentes in pugnam & bellum contra ipſum concitatæ ſunt, verùm etiam in familia eſt exorta ſeditio; & malum malo ſubſecutum eſt: Amnonis libidini homicidium Abſalomi, & fratricidio inſultus in patrem, & defectio ſubditorum. Nam donec ipſi Dauidi gratia Dei adſpirabat, nihil horum illum inuaſit: ſed vbi ob patratum ſcelus eadem gratia ipſum deſeruiſſet; malitia campum occupauit, & res dignas tragœdiis excitauit, atque calamitatem vberem germinauit. Eo igitur tempore parricidam filium fugiens, & eos qui aduerſus ſe cum illo militabant, præſentem Pſalmum conſcripſit; diuino ſcilicet numine,

Vnum ex altero malum ſequitur.

α. Ὅτε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλώμ.] Θεοδώρου. Μετὰ τὴν διπλῆν ἐκείνην παρανομίαν, ὁ μέγας Δαβὶδ πολλαῖς καὶ παντοδαπαῖς περιέπεσε συμφοραῖς. Οὐ γὰρ μόνον τὰ περιοικοῦντα ἔθνη πρὸς μάχην ἐκινήθη καὶ πόλεμον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ οἶκος τὴν στάσιν ἐδέξατο, καὶ παρανομία παρανομίαν διεδέξατο, τὴν τοῦ Ἀμνὼν ἀκολασίαν ἡ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ μιαιφονία, καὶ τὴν ἀδελφοκτονίαν ἡ κατὰ τοῦ πατρὸς ἐπανάστασις, καὶ ἡ τῶν ὑπηκόων ἀπόστασις. Προμηθουμένης γὰρ τῆς θείας χάριτος τούτων οὐδὲν ἐπέλασε τῷ Δαβίδ· ἐκείνης δὲ διὰ τὴν γεγενημένην παρανομίαν ἀποστάσης, χώραν ἔλαβεν ἡ κακία, καὶ τραγῳδίας ἄξια δέδρακε, καὶ φορὰν ἐβλάστησε συμφορῶν. Κατ' ἐκεῖνον τοίνυν τὸν καιρὸν τὸν πατραλοίαν ἀποδιδράσκων υἱόν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀναδεξαμένους παράταξιν, τοῦτον ἔγραψε τὸν ψαλμόν, τοῦ Θεοῦ πνεύματος δηλονότι,

καὶ

καὶ ἐπιχαῦτα ἐνεργηκότες διὰ τὴν θερμὴν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένην μετάνοιαν.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Κατὰ τὴν ἱστορίαν πολλοὶ σὺν Ἀβεσαλὼμ ἐπανέστησαν τῷ Δαβίδ. Εἴρηται γάρ· Καὶ ἐπορεύθησαν μετὰ τοῦ Ἀβεσαλὼμ σ' ἄνδρες ἐξ Ἱερουσαλήμ, ὅτε αὐτῷ καὶ Ἀχιτόφελ καὶ Θέκων προσετέθησαν, καὶ σύστρεμμα ἰσχυρόν, καὶ λαὸς πολὺς σὺν αὐτῷ. Οὗτοι γὰρ πάντες ἔθλιβον τὸν Δαβίδ, ἐν οἷς καὶ ὁ Σεμεῒ υἱὸς Γηρὰ, ὃς ἐκπορευομένῳ κατηρᾶτο Δαβίδ. Ἁρμόσει δὲ μᾶλλον ἐπὶ Χριστοῦ. Οἱ δὲ μηδαμῶς ἀκολουθήσαντες τῷ Ἀβεσαλὼμ, ἀπεγνωκότες τοῦ Δαβίδ ὡς νενικημένον ἔλεγον· οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ θεῷ αὐτοῦ. Καὶ Ἰουδαῖοι θλίβοντες τὸν Χριστὸν, αἶρε τὸν τοιοῦτον, ἔκραζον, ἀπὸ τῆς γῆς, σταύρωσον, σταύρωσον αὐτόν. ἐπανέστησαν δὲ αὐτῷ Ἰούδας ὁ προδότης καὶ Καϊάφας ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ Ἄννας, καὶ Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς, τάχα καὶ οἱ Φαρισαῖοι, ὅταν ἐγκαθέτους ἀπέστελλον πρὸς αὐτὸν προφάσει πεύσεως θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ· Χωρὶς δὲ τῶν θλιβόντων καὶ τῶν ἐπανισταμένων τίνες δὲ ἦσαν οἱ λέγοντες μὴ εἶναι σωτηρίαν ἐν τῷ θεῷ; Μήποτε οἱ κινοῦντες τὰς κεφαλὰς, καὶ λέγοντες, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ σωσάτω ἑαυτόν; Καὶ ἄλλως δὲ ἐπανίστανται αὐτῷ ἑτερόδοξοι, θλίβουσι δὲ οἱ τούτων μαθηταί. Οἱ δὲ χωρὶς τούτων ἁπλῶς ἀπιστοῦντες μὴ εἶναί τινα θειότητα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ Χριστοῦ, οὗτοι φάσκουσι μὴ εἶναι σωτηρίαν αὐτῷ ἐν τῷ θεῷ· ἢ καὶ οἱ ψευδῆ νομίζοντες τὰ περὶ αὐτοῦ ἱστορημένα τεράστια. Ἀλλὰ καὶ ἡ κακία τῶν ἁμαρτανόντων θλίβει τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ὡς καὶ πατέρα πλημμελοῦντες οἱ παῖδες.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δοκεῖ ὁ ψαλμὸς εἰρῆσθαι τῷ Δαβίδ ὅταν ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Ἀλλὰ τὸ ἐν τῷ Δαβίδ σῶσαι ταύτην τὴν ἱστορίαν οὐ δυνατόν. Τί γὰρ συμβάλλεται πρὸς τὸ προκείμενον; Ἐγὼ ἐκοιμήθην, καὶ ὕπνωσα, ἐξηγέρθην, ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου. Πολλαχοῦ δὲ τῆς γραφῆς εὕρομεν Δαβίδ εἶναι τὸν Χριστὸν, ὥσπερ ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ· Εὗρον Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου, ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ ἔχρισα αὐτόν· Καὶ μετ' ὀλίγα· Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. Ἑξῆς δὲ ἴδωμεν, τίς ὁ Ἀβεσαλώμ; καὶ οἱ μὲν οἴονται αὐτὸν εἶναι εἰκόνα τοῦ προδότου Ἰούδα, οἱ δὲ τοῦ διαβόλου.

tunc ipſi propter pœnitentiæ feruorem adſpirante. CATENA PATRVM.

ANONYMI. Iuxta hiſtoriam multi cum Abſalomo inſurrexerunt aduerſus Dauid. Dictum eſt enim: *Et cum Abſalom ierunt ducenti viri de Ieruſalem*, quando ad ipſum etiam Achitophel & Thecon acceſſerunt, & agmen validum, & populus multus cum eo. Nam hi omnes Dauidem affligebant, inter quos & Semeï filius Gera, qui egredienti Dauidi maledicebat. Verùm hæc in Chriſtum meliùs quadrabunt. Porrò hi qui Abſalomum non ſequebantur, de Dauide tamquam deuicto deſperantes, dicebant, *Non eſt ſalus ipſi in Deo eius*. * Iudæi quoque dum Chriſtum tribularent, clamabant, *Tolle eum de terra; crucifige, crucifige eum*. Inſurrexerunt verò in ipſum Iudas proditor, Caiphas Pontifex, Annas item & Herodes Rex, & fortaſſe etiam Phariſæi, cùm ad eum inſidiatores miſerunt, vt interrogationis prætextu aliquid ex ipſius ore venarentur. Ceterùm quinam præter tribulantes & inſurgentes dicebant non eſſe ſalutem ipſi in Deo? Numquid qui mouebant capita, & dicebant: * *Si Filius Dei eſt, deſcendat de cruce, & ſaluet ſemetipſum*? Aliter etiam inſurgunt aduerſus eum heterodoxi, atque horum diſcipuli ipſum tribulant. Qui verò præter hos ſimpliciter non credunt vllam ineſſe in doctrina Chriſti diuinitatem, hi ſunt qui dicunt, nullam illi eſſe ſalutem in Deo: vel etiam qui falſa putant quæ de ipſo prodigioſa narrantur. Quin & malitia peccantium affligit Dei Filium, non ſecùs ac patrem filij delinquẽtes.

Multi cum Abſalomo conſpirant contra Dauid. 2. Reg. 15, 11.

* Habentur hæc in Catena Danielis Barbari ſub nomine Origenis.

Ioan. 19, 15.

Qui aduerſus Chriſtum inſurgant, & ipſum affligant.

* Vulg. Si Rex Iſraël eſt, Matth. 27, 42.

ORIGENIS. Videtur hic Pſalmus dictatus eſſe à Dauide quando fugiebat à facie Abſalom filij ſui. Verùm in Dauide hiſtoria hæc ſaluari non poteſt. Quid enim conducit ad propoſitum: *Ego dormiui, & ſoporatus ſum: exurrexi, quia Dominus ſuſcipiet me?* Verſ. 6. Multis autem Scripturæ locis reperimus Dauidem eſſe Chriſtum, quemadmodum in octogeſimo octauo Pſalmo: *Inueni Dauid ſeruum meum; oleo ſancto meo vnxi eum*. Pſal. 88, 21 Et poſt pauca: *Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli*. Ibid. v. 30. Ceterùm videamus quis ſit Abſalom. Atque aliqui quidem ipſum exiſtimabunt eſſe figuram Iudæ proditoris, alij verò diaboli.

CATENA PATRVM.

2. DOMINE QVID MVLTIPLICATI SVNT?] THEODORETI. Multi quidem ac diuerſi hoſtes me vndique adoriuntur; ſed magis affligunt irriſores, ac dicentes me tuâ prouidentiâ deſtitutum eſſe. Ego verò non ignoro, te nolle me deſpectui habere, licet grauiter deliquerim. Vocula verò *quid*, ponitur pro *valdè*. Quin etiam ad Chriſtum hoc referri poſſit, vt inſurgentes ſint Herodes perſequens, Archelaus terrens, Iudas prodens, Annas & Caiphas accuſantes, & in crucem ſuſpenſum cernentes, qui dicebant: *Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere.*

Irriſores hoſtibus moleſtiores.

Luc. 23, 35

ORIGENIS. Poſſunt etiam aliter tribulantes eſſe omnes peccatores. Quemadmodum enim patrem affligit filius improbus, quoniam propter huius amorem ſequitur omnino ipſum affligi propter peccata filij ſui: eodem prorſus modo vniuſcuiuſque peccatoris malitia affligit Filium Dei.

DIDYMI. Permittit autem Deus, vt multi iuſtum tribulent, ipſi præbens occaſionem ponderis gloriæ, quod ingentes tribulationes operantur. Et ſiquando iuſtus quaſi hæſitans, Deo dixerit: *Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me?* adhuc eo loquente, Ecce adſum, reſpondet, vt pondus gloriæ quamprimùm tibi valdè leuem faciat tribulationem. Quare multæ ſunt tribulationes iuſtorum. Cùm verò ſalus ſit, at non in Deo, Dauid iam dictis addit illud, *in Deo.*

Cur Deus ſinat iuſtos tribulari.

2. Cor. 4, 17.

EVSEBII. *Omnes* vtique *qui volunt piè viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.* Oportet autem conſtanter ſuſtinere. Ingens enim certamen nobis eſt, idque cum multis & magnis, non ſolùm hominibus, verùm etiam inuiſibilibus hoſtibus, qui iuſtis quidem fortiter ſe gerentibus deijciuntur ac confunduntur; cadentibus verò inſurgunt, non ſecùs ac Dauidi adulterio delinquenti inſultantes, & ſalutem eius in diſcrimen adducentes. Verùm qui Gentium Saluatorem ex præcedenti Pſalmo didicit, ac credit beatos eſſe omnes qui confidunt in eum, in Dei Verbum ſpem coniiciens, inimicos quidem nihil curat, Saluatorem verò inclamat dicens:

2. Tim. 3, 14.

Cum multis hoſtibus pugnandum nobis eſt.

4. TV AVTEM DOMINE SVSCEPTOR MEVS ES.] THEODORETI. Neque enim in regno meo confido, nec in principatu,

In ſolo Deo fiducia ponenda.

β'. ΚΥΡΙΕ ΤΙ ΕΠΛΗΘΥΝΘΗΣΑΝ;] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πολλοὶ μὲν καὶ παντοδαποὶ πολέμιοι πανταχόθεν προσβάλλουσιν· ἀνιῶσι δέ με οἱ ἐπιτωθάζοντες, καὶ τῆς σῆς προμηθείας γεγυμνῶσθαί με λέγοντες· Ἐγὼ δὲ οἶδα ὡς οὐκ ἀνέξῃ με παιδεύειν, καίτοι πεπλημμεληκότα μεγάλα. Τὸ δὲ τί, ἀντὶ τοῦ σφόδρα κεῖται. ἢ καὶ ἐπὶ Χριστὸν ἀναφερόμενον νοεῖτ' ἄν, οἱ ἐπανιστάμενοι Ἡρώδης διώκων, Ἀρχέλαος ἐκφοβῶν, Ἰούδας προδιδοὺς, Ἄννας καὶ Καϊάφας κατηγοροῦντες, καὶ ἐπὶ σταυροῦ κρεμάμενον ὁρῶντες, ἔλεγον· Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ: Δύνανται καὶ ἑτέρως θλίβοντες εἶναι πάντες οἱ ἁμαρτάνοντες. ὥσπερ γὰρ τὸν πατέρα θλίβει μοχθηρὸς υἱὸς, ὅτι διὰ τὴν τούτου στοργὴν ἀκολουθεῖ τὸ πάντως θλίβεσθαι αὐτὸν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι τοῦ υἱοῦ· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, καὶ ἡ ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἁμαρτανόντων κακία θλίβει τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀφίησι δὲ θεὸς πολλοὺς θλίβειν τὸν δίκαιον, διδοὺς ἀφορμὴν αὐτῷ βάρους δόξης ἀπὸ τῶν ὑπερβαλλουσῶν θλίψεων ὑφισταμένης. Καὶ εἴποτε ὁ δίκαιος ἐναπορῶν λέγοι τῷ θεῷ· Κύριε τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με; ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος ἰδοὺ πάρειμι, ἀποκρίνεται, ἵνα βάρος δόξης ἐργάσηταί σοι τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως καθ' ὑπερβολήν. διὸ πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων. Εἰ δὲ ἐστι σωτηρία μὲν οὐκ ἐν τῷ θεῷ, Δαβὶδ τοῖς τέως προσκεῖται τὸ ἐν τῷ θεῷ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πάντες μὲν οὖν οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ διωχθήσονται. Δεῖ δὲ καρτερῶς ὑπομένειν. Πολὺς γὰρ ἀγὼν ἡμῖν, καὶ πρὸς πολλοὺς καὶ μεγάλους οὐ μόνον ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ ἀοράτους ἐχθροὺς, οἵτινες εὐδοκιμούντων μὲν τῶν δικαίων ταπεινοῦνται καὶ καταισχύνονται· πταισάντων δὲ ἐπανίστανται, καθάπερ τῷ Δαβὶδ ἐπιχαίροντες τὴν μοιχείαν ἡμαρτηκότι, καὶ τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν ἀπογινώσκοντες. Ὁ δὲ περὶ τοῦ σωτῆρος τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀπὸ τοῦ προτεταγμένου ψαλμοῦ μεμαθηκὼς, καὶ πιστεύσας ὅτι μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ, ἐπὶ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον τὰς ἐλπίδας ἐπιρρίψας, τῶν μὲν ἐχθρῶν οὐδένα λόγον ποιεῖται, τῷ δὲ σωτῆρι προσφωνεῖ λέγων·

δ'. ΣΥ ΔΕ ΚΥΡΙΕ ΑΝΤΙΛΗΠΤΩΡ ΜΟΥ ΕΙ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὔτε γὰρ τῇ βασιλείᾳ θαῤῥῶ, καὶ τῇ δυναστείᾳ, ἀλλ'

ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς σῆς ἐλπίζω ὑψωθήσεσθαι δεξιᾶς. Διδασκόμεθα δὲ ἐν τούτοις, ὡς ἐν ταῖς περιστάσεσι μόνῳ θεῷ δεῖ προσιέναι.

Εὐσεβίου. Ἔστι δὲ διάφορος δόξα. Τοῦ ἁγίου δόξα ὁ θεός. Πᾶς οὖν οὗ δόξα ἐστὶν ὁ θεὸς, ὑψοῦται ὑπ᾽ αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, τουτέστι τῆς ψυχῆς τὸ ἔπαρμα. Ὥσπερ γὰρ ὑψοῦται κεφαλὴ τοῦ κατὰ σῶμα ἐπιμεγεθυνομένου παρὰ τὰς τῶν ὑποδεεστέρων κεφαλὰς κάτω κειμένας, οὕτω διαναστάσης τῆς τοῦ μακαρίου ψυχῆς, καὶ εἰς ἐπίδοσιν ἀναβεβηκυίας, τοῦ ὡς ἐν ψυχαῖς μεγέθους ἡ κεφαλὴ ὑψοῦται, θεοῦ συνεργοῦντος αὐτῇ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν εἰς οὐρανοὺς ἀνάγοντος. Θεὸς μὲν οὖν καὶ ἀρετὴ μεγαθύνει, καὶ ἐπαίρει τὴν τοῦ ἁγίου ψυχήν· κακία δὲ, καὶ ἡ συνεργὸς ταύτῃ ἐχθρὰ τοῖς ἀνθρώποις δύναμις συστέλλει, καὶ εἰς στενὸν συνάγει τὴν μὴ ἑπομένην θεῷ· καὶ οὕτω βραχεῖα γίνεται καὶ κολοβὴ, ὥστε συγχύσεως τῆς κακίας ἐπιγινομένης, εἰς τὸ μηδὲν τὴν τοιαύτην ψυχὴν λογισθῆναι, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν: Οἱ γὰρ ἁμαρτάνοντες εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν. Καὶ ὥσπερ σωμάτων ἐλάχιστόν ἐστιν ὁ χοῦς, οὕτως αἱ μοχθηραὶ ψυχαὶ, ἐπὶ πολὺ σμικρυνθεῖσαι εἰσὶν ὡς χοῦς ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος. Κεφαλὴν δὲ ψυχῆς νοητέον τὴν διανοητικὴν δύναμιν. ταύτης γὰρ διαφέρουσαν οὐδὲ μέχρι τοῦ ἐπινοῆσαι δυνατόν. Αὕτη τοίνυν ἡ διανοητικὴ δύναμις, τροπικώτερον κεφαλὴ λεχθεῖσα τῆς ψυχῆς, οἷς μὲν ὑψοῦται ἄνω βλέπουσα, οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ σώματα ὑπερκύψασα φθάνει μέχρι θεοῦ.

Ἀμμωνίου. Πρῶτον μέν φησιν εἶναι τὸν θεὸν ἀντιλήπτορα αὐτοῦ, ἔπειτα δόξαν, ἔπειτα ὑψοῦντα τὴν κεφαλήν. Ἀντιλήπτωρ μέν ἐστιν, ἵνα ῥύσηται ἀπὸ πολλῶν θλιβόντων, καὶ ἐπανισταμένων. ἑξῆς δὲ τῷ ἀντιλήπτορι ἡ δόξα ἐστί. πρότερον γὰρ ἀντιλαμβάνεται ὁ θεὸς, εἶτα δοξάζει, καὶ ἑξῆς ὑψοῖ τοῦ δεδοξασμένου τὴν κεφαλήν.

ε. Φωνή μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα.] Θεοδωρήτου. Διὰ τοῦτο μετὰ πάσης προθυμίας προσφέρει τὰς αἰτήσεις, εἰδὼς ὅτι παραυτίκα δύναται παραμυθεῖσθαι. Οὐ φωνὴν δὲ ἐνταῦθα τὴν κραυγὴν νοητέον, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς προθυμίαν. Οὕτω καὶ Μωσῆς σιγῶν ἤκουε· Τί βοᾷς πρός με; διὰ τὴν σπουδαίαν τῆς διανοίας εὐχήν.

Ὠριγένους. Ταύτην οὖν τὴν κραυγὴν οἱ κεκραγότες πρὸς θεὸν ἐπακούονται, πλὴν

ſed à tua dextera ſpero me citò erectum iri. Docemur autem in his, quomodo in calamitatibus ad ſolum Deum accedendum ſit. CATENA PATRVM.

EVSEBII. Eſt autem diuerſa gloria. Sancti gloria, Deus eſt. Omnis igitur cuius gloria eſt Deus, exaltatur ab ipſo caput eius: hoc eſt animæ eleuatio. Quemadmodum enim eius qui corporis incrementum ſumpſit, caput præ minorum capitibus depreſſis exaltatur: ſic dum beati anima aſſurgit, eo modo quo animæ maiores euadunt, & incrementum admittit, caput eius exaltatur, Deo ipſi cooperante, & in cælos ad ſe adducente. Deus itaque & virtus magnificant & extollunt animam viri ſancti; malitia verò, & ſocia eius inimica hominibus virtus, eam, quæ Deum non ſequitur, contrahit, & in anguſtias adducit: atque ita breuis efficitur & manca, vt confuſione malitiæ accedente, talis anima in nihilum reputetur, ſecundùm Iſaiam. Peccatores enim in nihilum reputati ſunt. Et ſicut inter corpora minimus eſt puluis: ſic animæ peruerſæ, plurimùm extenuatæ, ſunt inſtar pulueris, quem proiicit ventus. Porrò caput animæ intelligi debet vis intelligendi. hac enim præſtantiorem ne mente quidem concipere valemus. Hæc itaque vis intelligendi, moraliter dicta caput animæ, iis quibus exaltata fuerit ſurſum aſpectando, non ſolùm terram, ſed etiam omnia corpora tranſcendens atque deſpiciens, pertingit vſque ad Deum.

Viri ſancti gloria Deus eſt.

Quomodo quis in Deo maior fiat.

Malitia paruos reddit.

Iſa.40,17.

Pſal.1,4.

Caput animæ intellectus.

AMMONII. Primùm quidem ait eſſe Deum ſuſceptorem ſuum, deinde gloriam, denique exaltantem caput. Suſceptor quidem eſt, vt liberetur à multis tribulantibus & circumdantibus eum. Deinde verò poſt ſuſceptorem eſt gloria: nam primùm Deus ſuſcipit, deindè glorificat, ac tandem exaltat caput eius quem glorificauit.

Deus eſt iuſti ſuſceptor, gloria & exaltatio.

5. VOCE MEA AD DOMINVM CLAMAVI.] THEODORETI. Propterea cum omni alacritate effundit preces, quia ſcit ſtatim conſolationem adferri poſſe. Hoc autem loco non eſt intelligenda vox pro clamore aliquo, ſed pro quadam animi alacritate. Sic etiam Moyſes cùm ſileret, audiuit: *Quid clamas ad me?* ob ſedulam mentis precationem.

Clamor internus à Deo auditur.

Exod.14,15.

ORIGENIS. Hunc itaque clamorem qui clamant ad Deum, exaudiuntur, modò non

CATENA PATRVM.

non deficiant. Vox enim ſecundùm Pſalmum hunc loquentis intenſa ad Dominum, exauditur: numquam aliundè quàm de monte ſancto, id eſt, de cælo ſancto eius, & ex ſublimi ſancto, quoniam ſcriptum eſt: Exaudiet eum ex alto, de monte ſancto ſuo.

ORIGENIS. Accuſat per hæc verba ſeipſum Dauid, vt qui regni tutelam neglexerit, vnde contigit Abſalomum illud inuadere. Non enim hoc (inquit) eueniſſet me vigili & experrecto: verumtamen erectus ſum, ad fiduciam in Dei ope collocandam. In perſona verò Domini, ſomnum ſignificat ſecundùm paſſionem. Somnus ſiquidem eſt animi remiſſio à corporeo munere relaxati, & intenſionem ſecludentis, quòd inceſſantem illum tenorem minimè ferat. Sæpenumerò porro in Scriptura ſignificat exitum animæ à corpore. *Dormiuit* (enim inquit) *cum patribus ſuis.* Et: *Multa corpora ſanctorum quæ dormierant reſurrexerunt.* Quin & *reſurrexit Chriſtus à mortuis, primitiæ dormientium.* Et: *Omnes quidem dormiemus.* Somnus prætereà torporem ſeu ſegnitiem animi deſignat; iuxta illud: *Ne dederis ſomnum oculis, & dormitationem palpebris tuis, vt ſerueris quaſi damula de laqueis, & quaſi auis de pedica.* Quin etiam de peccatoribus dicitur; *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt.* Et illud: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus.* Huic ſomno analogiâ quadam reſpondet quod eſt apud Salomonem & Dauidem dormitatio: *Dormitauerunt omnes qui aſcenderunt equos.* Porrò Chriſtus communem pro nobis mortem ſuſtinuit, & dormitauit, dum anima ipſius erat ſeparata. A ſimili enim (licet non per omnia) ſignificatur per hoc ſeparabilis ſpiritus operatio, quemadmodum in ſomno anima, etiam iacente immoto corpore, imaginatur. At quid mirum, ſi huiuſmodi ſomnus in Saluatore non omnino animæ otium fuit, ſed ceſſatio quædam ab vſu corporei inſtrumenti: (nam ipſa ſua per ſe munera obiuit) cùm Iob in ſe ipſo id manifeſtũ fecerit? *Quare* (enim inquit) *non ex vtero, in monumentum abij? Nunc vtique dormiens ſilerem, & dormitans quieſcerem cum regibus, & conſulibus terræ, qui gloriabantur in gladiis, & cum principibus quorum erat multum*

Somnus quid, eiuſque varia ſignificatio.

Geneſ. 47, 30.
Matth. 27, 52.
1. Cor. 15, 20.
Prou. 6, 4.
Pſal. 75, 6.
Epheſ. 5, 14.
Pſal. 57, 5.

Anima habet ſeparabilem à corpore operationem.

Iob 3.

εἰ μὴ καταλέλειπτο. Ἡ φωνὴ τοιγαροῦν τοῦ κατὰ τὸν ψαλμὸν λέγοντος ἐπιτεταμένη πρὸς κύριον ἐπακούεται, οὐκ ἄλλοθέν ποθεν, ἢ ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ ἁγίου, τουτέστιν ἐξ οὐρανοῦ ἁγίου αὐτοῦ, καὶ ἐξ ὕψους ἁγίου, ἐπεὶ γέγραπται· Ἐπακούσεται αὐτοῦ ἐξ ὕψους, ἐκ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Κατηγορεῖ διὰ τούτων ὁ Δαβὶδ ἑαυτοῦ, ὡς τῆς κατὰ τὴν βασιλείαν ἀσφαλείας ἠμεληκότος, ἐξ οὗ γέγονε συμφῆ τῷ Ἀβεσαλὼμ τὴν ἐπίθεσιν. Οὐκ ἂν γὰρ ὑπῆρξε (φησὶν) ἐγρηγορότος ἐν τούτοις ἐμοῦ, ἀλλὰ διανέστην πρὸς τὸ θαρρῆσαι τῇ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ. Ἐκ προσώπου δὲ τοῦ κυρίου, τὸν κατὰ τὸ πάθος ὕπνον σημαίνει. Ὕπνος μὲν οὖν ἄνεσίς ἐστι ψυχῆς χαλωμένης ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ τὴν τάσιν ὑπεκλυούσης, τῷ μὴ φέρειν ἀδιάλειπτον τόνον. Σημαίνει δὲ πολλάκις ἐν τῇ γραφῇ τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἔξοδον τῆς ψυχῆς. Ἐκοιμήθη (γάρ φησι) μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ· καὶ, πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθησαν. Καὶ νυνὶ δὲ ἐγήγερται Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. καὶ, πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα. Δηλοῖ δὲ ὕπνος καὶ τῆς ψυχῆς τὴν ἀπροσεξίαν, κατὰ τό· Μὴ δῷς ὕπνον τοῖς ὄμμασι, καὶ νυσταγμὸν τοῖς βλεφάροις σου, ἵνα σώζῃ ὥσπερ δορκὰς ἐκ βρόχων, καὶ ὥσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος. Εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῶν ἁμαρτωλῶν, ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν, καὶ οὐχ εὗρον οὐδέν. καὶ τό· Ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. Ἀνάλογον τούτῳ καὶ ὁ παρὰ Σαλομῶντι νυσταγμὸς καὶ παρὰ Δαβίδ· ἐνύσταξαν πάντες οἱ ἐπιβεβηκότες τοὺς ἵππους. Ὁ δὲ Χριστὸς τὸν κοινὸν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινε θάνατον, καὶ ὕπνωσε χωρισθείσης αὐτοῦ τῆς ψυχῆς. Ἐξ ὁμοίου γὰρ (εἰ καὶ μὴ κατὰ πάντα) σημαίνεται διὰ τούτου ἡ χωριστὴ τοῦ πνεύματος ἐνέργεια, καθάπερ ἐν ὕπνῳ φανταζομένης τῆς ψυχῆς καὶ ἀκινήτου κειμένου τοῦ σώματος. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος ὁ τοιοῦτος ὕπνος οὐχ ὅλως τῆς ψυχῆς ἀνεργησία ἦν, ἀλλά τις ἀνάπαυσις τοῦ σωματικοῦ ὀργάνου (καὶ γὰρ τὰ ἑαυτῆς καθ' ἑαυτὴν ἐνήργησεν) ὅπου καὶ Ἰὼβ ἐφ' ἑαυτοῦ ταύτην ἐδήλωσε. Διὰ τί, γάρ φησιν, ἐκ γαστρὸς εἰς μνῆμα οὐκ ἀπηλλάγην; νυνὶ ἂν κοιμηθεὶς ἡσύχασα, ὑπνώσας δὲ ἀνεπαυσάμην μετὰ βασιλέων, καὶ βουλευτῶν γῆς, οἳ ἐγαυριῶντο ἐπὶ ξίφεσι, καὶ μετὰ ἀρχόντων, ὧν πολὺς ὁ χρυσός.

χρυσός. Εἰ γὰρ μὴ περὶ ψυχὴν ἐνέργειαν ἐνόει, ἐν ᾗ ἂν ἀνεπαύσατο τυγχάνουσα τινῶν ἀγαθῶν μετὰ τινῶν, οὐκ ἂν ἔλεγε ταῦτα. Εἶεν δ' ἂν οἱ γαυριῶντες ἐπὶ ξίφεσιν οἱ ἅγιοι στρατιῶται, θεοσεβείας λόγῳ τῷ τομωτέρῳ πάσης μαχαίρας διστόμου χρώμενοι κατὰ παντὸς τοῦ ἐναντίου τῆς ἀληθείας. Οἱ δὲ τῶν πολλῶν διαφέροντες κατὰ τοῦτο λέγονται ἄρχοντες, χρυσὸς δὲ αὐτῶν τὰ περὶ ἀληθείας θεωρήματα. Πολλῷ δὲ μᾶλλον ὁ σωτὴρ χωριστὴν εἶχεν ἐνέργειαν κατὰ τὸν ἐν τῇ καθολικῇ λέγοντα Πέτρον. ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν ἀπειθήσασί ποτε· καὶ μετὰ ταύτην τὴν κοίμησιν ὁ πατὴρ ἀντιλαμβανόμενος ἐξήγειρεν αὐτόν.

ϛ'. Ἐγὼ ἐκοιμήθην, καὶ ὕπνωσα.] Θεοδωρήτου. Νύκτα τὰς συμφορὰς καλεῖ ἡ θεία γραφὴ, ἐπειδὴ αἷς ἐν σκότῳ διάγειν νομίζουσιν οἱ ταῖς ἄγαν ἀνιαραῖς περιπίπτοντες. ταῖς δὲ νυξὶν ὁ ὕπνος συνέζευκται. Σημαίνει τοίνυν κατὰ ταυτὸν τὰς θλίψεις, καὶ τὴν τούτων ἀπαλλαγήν. Τὸ γὰρ ἐξηγέρθην ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου, τοῦτο δηλοῖ ὅτι τῆς θείας ἀπολαύσας ῥοπῆς κρείττων ἐγενόμην τῶν προσπεσόντων κακῶν. Ἢ τὸν περὶ τὴν νοῦν ὕπνον δηλοῖ, δι' οὗ εἰς τὴν ἁμαρτίαν κατέπεσεν ὁ Δαβίδ. ἢ τὸν πρὸς βραχὺ τοῦ Χριστοῦ διὰ σταυροῦ θάνατον, τὸν ἐπὶ ἐλευθερίᾳ τῶν ἐν ᾅδου τυραννουμένων γενόμενον.

Ἀνωνύμου. Ἢ τάχα ὥσπερ ὁ σωματικὸς ὕπνος ῥῶσιν ἐμποιεῖ τῷ σώματι, οὕτω καὶ ὁ πνευματικός. Διό φησιν, ὅτι ἐν τῷ ὑπνῶσαί με ὕπνον πνευματικὸν, τουτέστι δυναμωθῆναί με παρὰ θεοῦ, καὶ μῦσαι τὰς αἰσθήσεις, διεγέρθην ἀντιλήψεως θείας αἰσθόμενος, ὥστε πολεμῆσαι ταῖς ἐναντίαις δυνάμεσιν. ἡμεῖς μὲν ἡγούμεθα μηδὲν ἀνθρώπινον ἔχειν τὰ λεγόμενα.

Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων.] Ὠριγένους. Πρέπουσα ἁγίῳ φωνὴ κατωρθωκότι μεγίστην ἀρετὴν τὴν ἀφοβίαν διὰ τὴν πρὸς θεὸν πεποίθησιν, ᾗ ὁμοία. Ἐὰν παράταξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴ, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου. καὶ ὁ σωτὴρ ἐν πνεύματι γινώσκων τὰς αἰτουμένας αὐτὸν σταυρωθῆναι μυριάδας λαοῦ τῆς περιτομῆς, καὶ ὁρῶν τὸ ἀτάραχον αὐτοῦ (κατὰ σάρκα δὲ ταῦτά φημι) λέγοι ἂν ταῦτα. Ἐὰν δέ τις κατανοήσῃ τὸ πλῆθος τῶν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν βαλλομένων, ἐπι-

aurum. Niſi enim aliquam operationem circa animum intellexiſſet, in qua bonorum quorumdam particeps effecta cum illis requieſceret, hæc vtique non dixiſſet. Ceterùm qui in gladiis gloriabantur, fuerint ſancti milites, qui pietatis ſermone omni ancipiti gladio acutiore aduerſus quemlibet veritatis aduerſarium vtuntur. Qui verò ceteris antecellunt, idcircò Principes vocantur; aurum autem eorum, ſunt contemplationes veritatis. Multò autem potiori ratione Saluator ſeparabilem habuit actionem, iuxta quod in Catholica ſua Petrus ait: *In quo & his qui in carcere erant ſpiritibus veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando*. Et poſt hanc dormitionem Pater ipſum ſuſcipiens excitauit. 1. Pet. 3, 19.

6. Ego dormivi, et soporatus sum.] Theodoreti. Noctem calamitates vocat ſacra Scriptura; quoniam quaſi in tenebris ſe viuere exiſtimant, qui in res valdè triſtes incidunt: noctibus verò ſomnus coniunctus eſt. Significat igitur per hoc afflictiones, & ab illis liberationem. Nam hæc clauſula, *Exurrexi, quoniam Dominus ſuſcipiet me*, hoc innuit, quòd diuina ope adiutus mala ingruentia ſuperauerim. Vel mentalem ſomnum declarat, ſecundùm quem in peccatum incidit Dauid. Vel breuem Chriſti mortem per crucem, quam ſubiit pro libertate eorum qui in inferno torquebantur.

Calamitates nocti comparantur.

Anonymi. Vel fortè ſicut ſomnus corporeus robur addit corpori, ſic & ſpiritalis. Idcircò, inquit, dum ſpiritalem ſomnum capiebam, id eſt à Deo vires accipiebam, & ſenſus conniuebant, exurrexi, diuinum ſubſidium ſentiens ad aduerſarias poteſtates expugnandum. Exiſtimamus ſiquidem quæ dicta ſunt humani nihil continere.

Somnus vires reparat.

7. Non timebo millia.] Origenis. Vox planè ſanctum decens, qui maximâ virtute functus obtinuit ſecuritatem, per confidentiam in Deum. Huic ſimilis eſt iſta: *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum*. Et Saluator in ſpiritu cognoſcens millia populi circumciſionis, quæ poſtulatura erant ipſum vt crucifigeretur, & cernens animum ſuum intrepidum (ſecundùm carnem autem hæc aio) dicere etiam iſta poſſit. Si quis autem conſiderauerit multitudinem ab hoſtibus obſeſſorum, atque animam circum- Pſal. 26, 3.

Securitas confidentis in Deum.

CATENA PATRVM.

dantium, ac perturbantium, atque ipſam exagitantium, tempeſtiuè ad Deum confugiens meritò dixerit: *Non timebo millia populi circumdantis me.*

Pselli. Hoc dupliciter poſſis intelligere. Siue quòd angelicis ordinibus circa ipſum conſtitutis, millia inimicorum non formidaturus ſit. Siue quòd, licet forinſecus millia populi inſurgant, licet excubitores & corporis cuſtodes, & in circuitu ſtipatores; innoxius futurus ſit.

Ammonii. Nam hominum ſalutem, tamquam benignus Saluator, & Rex ſubditis propitius, propriam arbitratur.

Quando antè, retrò, à dextris & ſiniſtris oppugnamur.

Anonymi. In circuitu eſt, antè, retrò, à dextris, à ſiniſtris. Imminent itaque dæmones, antè quidem, cùm externâ rerum facie ineſcant; retrò autem, cùm carnalium imaginum conſiderationibus memoriam malitiæ refricant; à ſiniſtris verò, quando carnalibus & laſciuis affectionibus animam eneruant; à dextris denique, quando per inanem gloriam & ſuperbiam animæ inſidiantur.

Ibidem. Exvrge Domine, salvvm me fac.] Theodoreti. Fac me igitur participem tuæ perfectæ ſalutis. Et quemadmodum de iis ſupplicium ſumpſiſti qui mecum iniuſtas gerebant inimicitias, nec non de contribulibus & alienigenis, & de ipſo inſuper Saule; ſic me nunc quoque tuâ ſalute dignum exiſtima. Hoc verò, *Dentes peccatorum contriuiſti*, id eſt vniuerſis ipſos viribus exuiſti, ex metaphora ferarum, quæ dentibus priuatæ, imbecilles admodum & expugnatu faciles exiſtunt.

Dentes peccatorum quid.

8. Qvoniam tv percvssisti omnes adversantes mihi sine cavsa.] Origenis. Hebraicum exemplar conſulentes, illud *ſine cauſa* nequaquam ſignificari poſſe reperimus. Quid enim commune habent voces *ſine cauſa* cum maxilla? Quin etiam reliqui poſuerunt ſicut textus Hebræus. Veroſimile igitur eſt, vt Hebræi nonnulli aiunt, antiqua exemplaria aliter habuiſſe, vel Septuaginta dictionis iſtius vilitatem deuitantes,* pro *maxilla*, auſos fuiſſe ponere *ſine cauſa:*

** Ponendo ſcilicet pro* לְחִי *lechi, id eſt maxilla,* לְחִנָּם *lechinnā, id eſt in vanum, ſine cauſa.*

Ammonii. Percuſſit quidem aduerſantes, peccatorum verò dentes contriuit; illos quidem vt iterùm ſanet: *Ego* (enim, inquit) *percutiam, & iterùm ſanabo.* Dentes autem

Deut. 32. 39.

ἐπιθεμένων τῇ ψυχῇ, καὶ ταρασσόντων, καὶ κυμαινόντων αὐτήν, ἐν καιρῷ ἂν φθέγγοιτο ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγων, τό· Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ τῶν κύκλῳ ἐπιτιθεμένων μοι.

Ψελλου. Τοῦτο διχῶς ἂν νοήσῃς. Ἢ ὅτι τῶν ἀγγελικῶν τάξεων περὶ αὐτὸν ἱσταμένων, τὰς μυριάδας τῶν πολεμούντων οὐ φοβηθήσεται. Ἢ ὅτι, κἂν ἔξωθεν λαῶν μυριάδες ἐπαναστῶσιν, κἂν οἱ θυρωροῦντες, καὶ τὸ σῶμα φυλάττοντες, καὶ κύκλῳ δορυφοροῦντες, ἀσινὴς ἔσεται.

Αμμωνιου. Τὴν γὰρ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν, ὡς σωτὴρ ἀγαθὸς, καὶ βασιλεὺς φειδόμενος τῶν ὑπηκόων, οἰκείαν ὁρίζεται.

Ανωνυμου. Τῷ κύκλῳ ἐστὶ τὸ ἔμπροσθεν, τὸ ὄπισθεν, τὸ δεξιὸν, τὸ ἀριστερόν. Ἐπιτίθενται οὖν οἱ δαίμονες ἔμπροσθεν μὲν, ὅταν διὰ τῆς τῆς ὕλης ἐπιφανείας δελεάζωσιν· ὀπίσω δὲ, ὅταν διὰ τῶν σαρκικῶν περιλήψεων τῶν λογισμῶν τῆς κακίας τὴν μνήμην ἀνακινῶσιν· ἀριστερᾷ δὲ, ὅταν διὰ τῶν σαρκικῶν καὶ ἀκολάστων παθῶν τὴν ψυχὴν ἐκμοχλεύωσι· δεξιᾷ δὲ, ὅταν διὰ κενοδοξίας καὶ ὑπερηφανίας τῇ ψυχῇ ἐπιτίθενται.

Αναστα Κυριε, σωσον με.] Θεοδωρητου. Τελείας μοι τοίνυν μετάδος τῆς σωτηρίας. Καὶ καθάπερ πολλάκις ἄδικον κατ' ἐμοῦ δυσμένειαν ἐσχηκότας, καὶ ὁμοφύλους, καὶ ἀλλοφύλους, καὶ μέντοι καὶ αὐτὸν τὸν Σαοὺλ ποινὴν εἰσεπράξω τῆς ἀδικίας· οὕτω με καὶ νῦν τῆς σῆς σωτηρίας ἀξίωσον. Τὸ δέ· Ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας, ἀντὶ τοῦ πάσης αὐτοὺς ἐγύμνωσας ἰσχύος, ἐκ μεταφορᾶς τῶν θηρίων, ἃ τῶν ὀδόντων στερούμενα, εὐκαταφρόνητα λίαν ἐστὶ καὶ εὐκαταγώνιστα.

η. Οτι συ επαταξας παντας τους εχθραινοντας μοι ματαιως.] Ωριγενους. Τῷ ἑβραϊκῷ ἐντυχόντες τὸ ματαίως οὐδαμῶς εὕρομεν δυνάμενον δηλοῦσθαι. Τί γὰρ κοινὸν τῆς λέξεως τῆς ματαίως πρὸς τὴν σιαγόνα; Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ ὡς τὸ ἑβραϊκὸν τεθείκασιν. Εἰκὸς οὖν, ὡς τινες Ἑβραῖοι λέγουσι, τὰ ἀρχαῖα ἀντίγραφα ἑτέρως ἐσχηκέναι· ἢ τὸ εὐτελὲς περιϊσταμένους τοὺς ἑβδομήκοντα τῆς λέξεως, τετολμηκέναι ἀντὶ, τοῦ σιαγόνα ποιῆσαι ματαίως.

Αμμωνιου. Τοὺς μὲν ἐχθραίνοντας ἐπάταξε, τοὺς δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν ὀδόντας συνέτριψε, τοὺς μὲν ὥστε πάλιν ἰάσασθαι· Ἐγὼ γάρ φησι πατάξω, καὶ πάλιν ἰάσομαι. τοὺς δὲ τῶν

ἁμαρτω-

ἁμαρτωλῶν ὀδόντας, τουτέστι τοὺς πονηροὺς λόγους, καὶ τὰς σαρκοβόρους πράξεις συνέτριψεν, εἰς τὸ παντελὲς ἀφανίσαι βουλόμενος. Τάχα δὲ τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς, καὶ ἁμαρτωλοὺς ἐκάλεσεν. ἐχθραίνουσι γὰρ τῷ Χριστῷ πάντες μὲν ἁμαρτωλοὶ, Ἰουδαῖοι δὲ παῖδες διὰ τὴν ἀπιστίαν ἐξαιρέτως, ὧν τοὺς ὀδόντας συνέτριψεν· ὀδόντας ἐκείνους οὓς αὐτὸς ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ ἔλεγεν· οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου ἐν βρώσει ἄρτου, τὸν κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο. Τούτους γὰρ τοὺς ὀδόντας, τουτέστι τοὺς τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπάτης λόγους, συνέτριψε παντελῶς ἐκ νεκρῶν ἀναστάς.

θʹ. ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ Η ΣΩΤΗΡΙΑ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦ λαοῦ κηδόμενος ταῦτά φησι, σῶσόν με κύριε. Εὔχομαι δὲ τοῦτο καὶ εἰς πάντα ἐξικνεῖσθαι τὸν λαόν. Μόνος δὲ αὐτὸς σώζει, καὶ τὸν ἑαυτοῦ λαὸν εὐλογεῖ. Λαὸς δὲ αὐτοῦ οἱ κατὰ τὸν νόμον αὐτοῦ ζῶντες, εὐλογίαν ἀληθῆ, τὴν τῶν θείων μυστηρίων κοινωνίαν, λαμβάνοντες.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ πειθόμενος ὅτι τοῦ κυρίου ἐστὶν ἡ σωτηρία, διὸ καὶ ὁ θεὸς ἡμῶν θεός ἐστι τοῦ σώζειν· τοῦ γὰρ κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου, οἶδε καὶ τὸ τί πεποιθέναι ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία. Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ ἡ εὐλογία αὐτοῦ οὖσα πνευματικὴ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τάχα δὲ καὶ θεολογίαν ἐνταῦθα ὁ Δαβὶδ λέγει, ὅτι παρὰ μὲν τοῦ κυρίου καὶ πατρὸς ἀπεστάλη Ἰησοῦς ὁ σωτὴρ ἡ σωτηρία τῆς φύσεως, καὶ ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος εὐλογία ἐπὶ τὸν λαόν σου καταπεμφθεῖσα. Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν, καθ' ἣν ἐσώθη ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, τοῦ πατρὸς εἶναι λέγει. Ὁμοίως καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς πιστεύσαντας εὐλογίαν αὐτῷ ἀνατίθησι. διὸ λέγει· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου.

ΑΜΜΩΝΙΟΥ. Ὅπερ ἦν αὐτῷ ὄνομα, τοῦτο καὶ πρᾶγμα, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.

peccatorum, id eſt, prauos ſermones, & carniuoras actiones contriuit, penitus eas abolere cupiens. Fortaſſis verò etiam eoſdem appellauit aduerſarios & peccatores: ſiquidem Chriſto aduerſantur omnes quidem peccatores, ſed præcipuè Iudæi propter infidelitatem, quorum dentes contriuit; illos nempe dentes de quibus in alio Pſalmo ait: *Qui deuorant plebem meam in eſcam panis, Dominum non inuocauerunt.* Hos enim dentes, id eſt ſubdolos ſermones Iudæorum, penitus contriuit, quando à mortuis reſurrexit.

CATENA PATRVM.

Pſal. 13, 4.

9. DOMINI EST SALVS.] THEODORETI. Pro populo ſollicitus hæc ait, Salua me Domine. Opto autem ſalutem hanc etiam ad totum populum deriuari. Solus autem ipſe ſaluat, & populo ſuo benedicit. Populus porrò eius ſunt, qui ſecundùm legem eius viuentes, veram benedictionem, nempe diuinorum myſteriorum communionem, accipiunt.

Qui ſint populus Dei.

ORIGENIS. Qui credit quòd Domini eſt ſalus, & quia Deus noſter Deus ſaluos faciendi, quoniam Domini exitus mortis, is nouit & illud, quid ſit confidere in filiis hominum in quibus non eſt ſalus. Quin etiam ſupra populum ipſius benedictio eius, cùm ſpiritalis ſit in cæleſtibus in Chriſto.

Pſal. 67, 21.

Pſal. 145, 3.

ANONYMI. Fortaſſis etiam Dauid hîc Theologiam quamdam tradit; vt nempe à Domino ac Patre miſſus ſit IESVS Saluator, qui eſt naturæ ſalus, & Spiritus ſancti benedictio ſupra populum ſuum miſſa. Quin & Chriſtus ſalutem ſuam, quâ ex mortuis reſurgens ſeruatus fuit, Patris eſſe ait. Similiter etiam ipſi adſcribit benedictionem ſupra fideles: quare dicit, *Venite benedicti Patris mei.*

Math. 25, 34.

AMMONII. Quod illi nomen erat, hoc & res: *Et vocabis nomen eius* IESVM.

Luc. 1, 31.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. HIC Pſalmus titulum habet, qui ſimul eiuſdem argumentum continet. In Pſalmorum autem titulis Septuaginta interpretes vtrobique ponunt τῷ Δαβίδ, in datiuo caſu, vt indicent, horum quidem Pſalmorum ſcriptorem eſſe Dauidem; ſed eorumdem auctorem & inſpiratorem eſſe Spiritum ſanctum, qui Pſalmos hoſce Dauidi, interiùs ipſum illuminando, dictauit. Vt igitur primo auctori locum concederent, Dauidem autem tamquam inſtrumentum, & quaſi illuſtratum atque edoctum à Deo oſtenderent; *Pſalmus*, inquiunt, *ipſi Dauid*, ſcilicet datus, vel dictatus, vel reuelatus à Dei Spiritu. Sic etiam Euangelium non Mathæi, aut Lucæ, ſed κατὰ τὸν Ματθαῖον, ὁ Λουκᾶν, id eſt, *ſecundùm Mattheum*, vel

Cur in titulis Pſalmus Dauidi, non Dauidis dicatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

vel Lucam, dicimus, cuius ſcilicet ſcriptor ſit Matthæus aut Lucas, non auctor. Auctoritas enim ad Spiritum ſanctum referenda eſt qui locutus eſt per Prophetas & Apoſtolos. ita Genebrardus, Lorinus, & alij.

Cur fugientis Pſalmus inſcribatur.

Inſcribitur autem hic Pſalmus Dauidi, *cum fugeret à facie Abſalom filij ſui.* Stupet Chryſoſtomus, quòd fugienti Imperatori decantentur Pſalmi: non enim fugitiuos ſolent cantilenæ celebrare. *Quando, inquit, laude dignus eſt qui fugit? quando dignus eſt habitus exul, cuius nomen inſcriberetur? fugitiuos ſcriptis litteris proſequuntur, non honorant inſcriptionibus. Sed diſce, ô frater, cauſam inſcriptionis, & animum tuum confirma, in tuto colloca. Fugiebat filiũ ſuum Dauid, quoniam caſtitatẽ fugerat, quia à præcepto Domini fugitiuus exulque fuerat, propterea filium fugiebat.* Sanè pulchrior fuga hæc Dauidi & glorioſior exſtitit, quàm omnium inimicorum victoria. Siquidem fugæ, quâ à Deo defecerat, hæc fuga ſatisfaciebat; ac proinde nimis in hac fuga decorus, pluſque fugitiuus, quàm victor, decantari debuit. Non infirmus igitur Dauid, ſed fortis: non timet ipſe mori, ſed timet ne fortè filius parricida in tanti patris præſentia occumbat: fugit ſanctiſſimus vir, ne tantarum virtutum præſentia perniciem adferat ſceleſto & abominabili filio. Ita Chryſoſtomus ait: *Fugiebat Dauid, non vt qui timeret, ſed vt qui filium caueret occidere.* Non enim poterat nefarius Abſalom, etſi magno cinctus exercitu, iuxta ſanctiſſimum Dauidem eſſe, qui magnum ſibi à Deo compararet excidium.

2. *Domine quid multiplicati ſunt, &c.*] Hæc, vt in titulo exprimitur, dixit Dauid de perſecutione, quam perpeſſus fuit à filio ſuo Abſalom, quando amici eius & proximi contra eum inſurrexerunt, &, concilio coacto, dolos contra ipſum excogitauerunt, & inſidias ſtruxerunt. Quoniam verò Dauid expreſſam gerebat figuram Chriſti, Theodoretus in Catena cum Chryſoſtomo, Auguſtino, Gregorio, hæc etiam Chriſto attribuunt à ſuis derelicto, & Iudæorum inſidiis multoties circumuento. Spiritualiter autem nobis omnibus hæc verba congruunt, quibus non cum vno dumtaxat, ſed cum pluribus hoſtibus certamen eſt: ſiquidem pugnandum *contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus*, vt Paulus ait: quæ maximo numero eſſe minimè dubitandum eſt. Imò & millia millium in mundo reperiri dicebat S. Antonius, vt refert B. Athanaſius in eius Vita, confirmatque B. Hilarion (quem S. Antonius filium ſuum vocabat) ex Euangelica hiſtoria, vbi Dominus integram legionem dæmonum ex vnius hominis corpore pepulit, & in duorum millium porcorum gregem immiſit. quod ideò factum, vt aſtantes verè cognoſcerent, innumeram dæmonum multitudinem vnicum illum hominem infeſtaſſe. Non enim (inquit S. Hilarion) credere potuiſſent, de vno homine tantam dæmonum multitudinem exiuiſſe, niſi grandis porcorum numerus, quaſi à multis actus, pariter corruiſſet. Optimè igitur Dauid de inimicis ſuis in numero plurali loquitur.

Cum multis hoſtibus pugnandum. Epheſ. 6, 12.

Quid ſit διάψαλμα.

DIAPSALMA. Hic Pſalmus eſt primus, cui poſt tertium verſiculum Septuaginta in codice Vaticano ad quamdam pſallendi diſtinctionem vocem διάψαλμα interſerunt, pro quo Hebræus ponit סֶלָה *ſelah*; Chaldæus לְעָלְמִין *legalamin*, id eſt *in ſæcula*; Quinta & Sexta editio, διαπαντὸς, ſiue δι' ὅλου, *per totum*; Aquila, ἀεὶ, *ſemper*. Sanctus Hieronymus in Pſalmum quartum putat muſici cuiuſdam ſoni eſſe ſignaculum; Euſebius in Pſalmi quarti Commentario, ait hanc vocem ſententiæ, vel rhythmi, vel perſonæ mutationem indicare: Nyſſenus denique definit διάψαλμα, eſſe ceſſationem & quietem derepentè factam inter pſallendum, ad diuinæ illuſtrationis atque doctrinæ ſuſceptionem. Plura de hac voce vide apud Agellium in Prolegomenis ad Pſalmos, & apud Lorinum noſtrum ad tertium huius Pſalmi verſum.

4. *Tu autem Domine ſuſceptor meus.*] Poſtquam hoſtium multitudinem, ſuumque periculum Deo in oratione expoſuiſſet, ſtatim Deum ſui adiutorem expertus, ſeipſum conſolatur, quaſi diceret, vt eum D. Chryſoſtomus ibi loquentem introducit: *Mea mecum viſcera bellum gerunt: meus populus, meus contra me armatur exercitus, oues meæ lupi facti ſunt, & leones agni, & tauri cornupetentes: ſed tu es Domine, pro me. Fundatus ſupra petram fidei non cado.* Quod Vulgatus *ſuſceptor* vertit, Græcus Textus reddit, ἀντιλήπτωρ. quod propriè ſignificat eum qui veluti porrectâ manu retinet ac prehendit alioquin collapſurum, vt idem ſit quod adiutor, protector, defenſor. S. Hieronymus ex Hebræo legit, *tu autem, Domine, clypeus circa me:* quod accuratam protectionem denotat: quaſi non magis clypeus pugnantem, quàm Dominus orantem muniat ac tutetur. Hinc D. Gregorius Nyſſenus libr. de Oratione ſub initium, docet orationem in omnibus periculis patronam adeſſe ſingularem: *Oratio*, inquit, *virginitatis ſigillum eſt, matrimonij fides, viatoribus ſcutum, dormientium cuſtos, agricolarum fertilitas, nauigantium ſalus.* & poſt pauca ſubdit: *Oratio Ionæ cetum domum effecit, Ezechiam ex portis mortis ad vitam reduxit, tribus adoleſcentibus in ventum rorantem flammam conuertit, Iſraelitis aduerſus Amalecitas tropæum erexit, & centum octoginta quinque millia Aſſyriorum vnâ nocte gladio inuiſibili proſtrauit.*

Deus ſuſceptor & protector orantium.

Nota autem nomen hoc ſuſceptoris Deo quintuplici planè titulo competere. Primò, quia, cùm totum genus humanum à ſalute excidiſſet, atque æternæ damnationis reatum incurriſſet; ipſe ſolus miſertus illius, benigniſſimè ſuſcepit illud redimendum & inſtaurandum, vt ſalutem conſequi poſſet, iuxta illud Cantici Simeonis: *Suſcepit Iſraël puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ.* Luc. 1.

Deus quinque titulis ſuſceptor dicitur.

Secundò, quia etiam inimicos ſuos, à quibus grauiſſimis iniuriis affectus eſt, ſi ad ipſum redire veline, libentiſſimè ſuſcipit, omnes iniurias condonans, eos in priſtinum gradum reſtituens, & rurſum in filios adoptans, iure cæleſtis hereditatis, quo exciderant, redintegrato: ſicut pater filium prodigum, poſt libidines, & omnem ſubſtantiam cum meretricibus abſumptam, lætiſſimè ſuſcepit, & in priſtinum ſtatum reſtituit. Luc. 15.

Tertiò, quia omnes in quacumque afflictione ad ipſum confugientes benignè excipit, conſolationem infundẽdo, & opportuno tempore opem ferendo. *Nullus enim ſperauit in Domino, &* Eccli. 2.

con-

Math. 11. *confuſus eſt.* Et ipſemet in Euangelio nos inuitat: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.*

Quartò, quia omnes qui ſe eius obſequio addixerunt, peculiari curâ ſuſcipit protegendos, illuminandos, & formandos in filios Dei, & ad omnem perfectionem, quâ Deo quàm ſimillimi intellectu, affectu & moribus externis efficiantur, ſintque quàm maximè idonei cæleſti hereditati capeſſendæ.

Quintò, quia iuſtos ex hac vita migrantes ſuſcipit in ſuum regnum, & ad gloriæ ſuæ omniumque bonorum ſuorum beatiſſimam communionem.

Quomodo Deus dicatur gloria noſtra.

Ibidem. *Gloria mea.*] Dicitur Deus gloria noſtra, tum effectiuè, tum obiectiuè. *Effectiuè* quidem, quia eſt cauſa omnium bonorum noſtrorum, de quibus in hac vita aliquo modo gloriari poſſumus: atque inſuper eſt cauſa gloriæ illius ſublimiſſimæ & æternæ futuri ſæculi, & omnium donorum, ex quibus illa tamquam ſplendor emicabit. *Obiectiuè* verò, quia ipſe eſt obiectum, menſura & fons omnis gloriæ, & beatiſſimi illius ſtatus, in quo omnes Beati ipſum videndo, amando, guſtando ſeu fruendo deificabuntur, & deiformes efficientur, inſtar diuinitatis fulgentes. Tantum enim bonum eſt Diuinitas, vt ipſam videre, amare & guſtare, ſit ſumma & æterna gloria.

Chriſtus inſuper dicitur gloria noſtra *meritoriè*, quia omnis gloria noſtra in ipſius meritis tamquam in cauſa fecundiſſima continetur, & ex illis in nos promanat. Poteſt etiam ipſe dici gloria quaſi *formaliter*, quatenus eſt caput noſtrum, & nos eius membra. Sicut B. Virgo dicitur gloria cæleſtis Ieruſalem, & Iudith gloria Ieruſalem terreſtris.

Dauid quomodo exaltatus.

Ibidem. *Exaltans caput meum.*] Id eſt erigens caput meum, adiuuans ne ſuccumbam ponderi afflictionis. ita Paraphraſtes ſuprà, qui & *caput* pro regno accipit, vt idem ſit quod, ad dignitatem me euehens. Siquidem à caula ad aulam, deinde à plectro ad principatum, denique à principatu ad ſceptrum euectus fuit. Alij, *faciens vt erecto capite incedam*, id eſt lætus & Gen. 4, 6. hilaris, contra illud: *Cur concidit facies tua?* id eſt, cur triſti vultu & demiſſo incedis? quod ad Cain dictum, poſtquam vidit Abelis oblationem præ ſua Deo placuiſſe.

Montis ſancti varia acceptio.

5. *De monte ſancto.*] Aquila, ἡγιασμένου, *ſanctificato*; Symmachus, ἁγίου ἑαυτοῦ, *ſancto ſuo ipſius*. Per *montem ſanctum* in Commentario ſuperiùs intelligitur tabernaculum in quo oracula dabantur; vel ipſum cælum, pro quo etiam accipit Origenes in Catena. Alij magis propriè hoc de monte Sion intelligunt, de quo Pſalmo præcedenti verſu 6. egit. Alij de templo poſito in monte Moria, quod erat ſymbolum cæli, atque adeò Eccleſiæ. ſed illud nondum erat exſtructum: niſi de illo id propheticè dictum accipiatur, quaſi vaticinetur ibi templum conſtruendum eſſe. Alij magis myſticè de excelſa Dei cognitione, vel iuſtitia eiuſdem, vt Didymus; vel de ipſo corde orantis exponunt, quod ſanctum eſſe oportet: Haymo quoque de Chriſto id explicat, cui Symmachi lectio fauet. ſed hæc fuſiùs vide in Lorino ad hunc locum.

6. *Ego dormiui.*] Hebraicè eſt שָׁכַבְתִּי *ſcabaui*, quod idem ac *cubaui*: & ſic Didymus intellexit, dicens: τὸ ἐκοιμήθην σημαίνει τὴν ἀνάκλισιν, μεθ' ἣν ὁ ὕπνος ἐπιγίνεται. Id eſt, *Dormiui, reclinationem ſignificat; poſt quam ſomnus aduenit.* Coſmas Indicopleuſtus dormitionem hanc imprudentiam & negligentiam interpretatur. Eius verba ſunt: Κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν φαμὲν ἑαυτοῦ κατηγοροῦντα τὸν Δαβὶδ ταῦτα φάσκειν ὅτι τὸ μὴ ἐγρηγορέναι αὐτὸν περὶ τῆς βασιλείας, μηδὲ προσοχὴν τὴν δέουσαν εἰσηγηγόντα, ὥστε χωρὸν ἔχειν τὰ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ Ἀβεσσαλώμ· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν ἀπὸ προσώπου κυρίου ταῦτα ἀπαγγέλλεσθαι. *Iuxta hiſtoriam dicimus, Dauidem ſeipſum incuſantem hæc loqui, quòd in tuendo regno parum vigilarit, & parum attentus fuerit, ideoque coniurationi Abſalomi locum dederit: ſed ſecundùm anagogen ex perſona Domini noſtri dici.* Hæc conſentiunt cum iis quæ in Græco commentario ſuperiùs dicta ſunt. Euſebius his verbis Prophetam putat reſurrectionem ſuam prædicere, quâ ſimul cùm aliis multis Chriſto reſurgente donatus eſt. eius verba ſunt iſta: Περὶ ἑαυτοῦ προφητεύει, ἀναπέμπων ἐπὶ τὸν χρόνον τὸν τοῦ σωτῆρος παρουσίας, μεθ' ὃν τέλους ἔτυχεν ἡ προφητεία, ὅτε καὶ μέχρις ᾅδου καταβὰς ὁ υἱὸς ἀνθρώπου ὁ Χριστὸς, καὶ τοῖς ἐκεῖ προσδοκῶσι τὴν ἄφιξιν, σωτὴρ ἐπεδείχθη· ὡς ἅμα τῇ αὐτοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσει, πολλὰ σώματα τῶν ἁγίων τῶν κεκοιμημένων συναναστῆναι αὐτῷ· ἐν οἷς εἰκὸς ἦν καὶ τὴν τοῦ Δαβὶδ ψυχήν. Θαρσῶν δὲ τῇ δυνάμει τῆς ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος, δι' ἧς ἤμελλε καὶ αὐτὸς ἐξεγερθήσεσθαι, φησίν. Προεώρα γὰρ ὅτι μυριάδες ἀντικειμένων δυνάμεων βουλήσονται ἐπισχεῖν τὴν τῶν ἁγίων ἀνάβασιν διαφθονούμεναι τῇ αὐτῶν σωτηρίᾳ. Καὶ μετ' ὀλίγα· Διὸ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ ἔλεγεν· Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς, καὶ τὰ λοιπά. πεδοὺς τῇ προγνώσει τῆς γενησομένης αὐτῷ μετὰ τὴν κοίμησιν, τουτέστι τὸν θάνατον, διὰ τῆς σωτηρίου χάριτος εὐεργεσίας, ὅτι τε οὐκ ἄλλως ἔσται ἢ σὺν τῇ τοῦ σωτῆρος ἀναστάσει. *De ſe prophetat, ſpectans tempus illud, quo Saluator noſter aduenturus erat, poſt quod hæc prophetia finem accepit, cùm ille Filius hominis Chriſtus ad inferos deſcendens, etiam illorum, qui illic aduentum eius præſtolabantur, Saluator oſtenſus fuit: ita, vt ſimul atque ille ex mortuis reſurrexit, multa corpora Sanctorum qui dormierant, cum illo reſurgerent, inter quos veroſimile eſt animam quoque Dauidis fuiſſe. Virtute igitur Dominicæ reſurrectionis fretus, cuius ope ipſe quoque reſurrecturus erat, hæc dicit. Prauidebat enim fore, vt millia aduerſariarum poteſtatum impedire Sanctorum reſurrectionem conarentur, quòd eorum ſaluti inuiderent. Et poſt pauca: Quapropter in alio Pſalmo dicebat: Notas mihi feciſti vias vitæ, & quæ ſequuntur. prædictione fretus, præſtandi ſibi poſt dormitionem, hoc eſt, poſt mortem, per ſalutarem gratiam beneficij, ac ſimul pro certo habens, id non aliter fore, quam in Saluatoris noſtri reſurrectione.*

ANNOTATIONES CORDERII.

Somnus pro negligentia & imprudentia.

Dauid prædicit ſe cum Chriſto reſurrecturum.

Matth. 27.

Pſal. 15.

7. *Non timebo millia populi circumdantis me.*] Ita apud Latinos, quod Græcè pluribus verbis dicitur: οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ τῶν κύκλῳ ἐπιτιθεμένων μοι. *Non timebo à decem millibus populi in circuitu imminentibus mihi.* In aliquot codicibus, & apud Origenem in Catena, vti & apud Theodoretum, & Commentariis Græcis eſt, συνεπιτιθεμένων: in quibus etiam exponitur συνεφεδρευόντων, *ſimul inſidias ſtruentibus.* Et in Catena verſa à Daniele Barbaro legi videtur ex Chryſoſtomo, συνεπιτιθεμένων, atque exponitur, *pariter contra me inſidias ſtruentis*: Chaldæus transfert, *non timebo à lite, vel à controuerſia.*

 Quaſi

ANNOTATIONES CORDERII.

Lites nobis magis nocent quàm hoſtes innumeri.

1. Cor. 6, 7.

Quaſi minima diſſenſio non minùs viros iuſtos atterat & inficiat, quàm integrum agmen, ex multis virorum millibus collectum. Quare diuus Paulus litium & contentionum artifices obiurgans: *Omnino*, inquit, *delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?* Vbi Apoſtolus Chriſtianos adhortatur, vt potiùs ferant iniuriam, quàm inferant litem.

8. *Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi*, &c.] Hoc anima deuota tunc meritò dicere poteſt, quando diuinam in ſe opem experitur, quâ iugum peccati, cui olim libens colla ſubdebat, à ſe ſublatum non ſine probabili ratione coniectat; atque à poteſtate hoſtium, ſcilicet mundi, carnis & diaboli, ſe liberatam ſentit, atque à dentibus beſtiarum terræ, id eſt à morſibus affectuum cordis ſui, ſe ereptam videt. Tunc, inquam, diuinæ potentiæ & miſericordiæ hoc eſſe opus agnoſcit, & à Domino, quam ipſe ex hac mirabili mutatione gloriam poſcit, minimè aufert, imò libenter ac gratanter tribuit, dicens: *Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa; dentes peccatorum contriuiſti.* Hæc autem perfectæ animæ libertas, quâ affectibus ſuis imperat, & nihil mundanum amat, nihil etiam vitæ tranſigendæ neceſſarium immoderatè concupiſcit; tantæ dignitatis eſt, vt Deus ipſe omnipotens, eam tamquam effectum ſuæ omnipotentiæ ſibi arroget, vt nullus niſi eius beneficio talem libertatem ſe aſſequi poſſe cognoſcat. *Scient*, inquit, *quia ego Dominus, cùm contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium ſibi. Et non erunt vltrà in rapinam in gentibus, neque beſtiæ terræ deuorabunt eos: ſed habitabunt confidenter abſque vllo terrore.*

Ezech. 34, 27.

8. *Dentes peccatorum contriuiſti.*] Significat quo pacto elata ceruix ſuperborum, diuinæ iuſtitiæ timore percuſſa deprimatur, & efferata impiorum ſæuitia ſupremi Numinis tacta iudicio emolliatur. Grandis quippe Domini percutientis alapa, quæ potentiam, ſuperbiam & feritatem malorum confringit. Hi enim ſunt illorum dentes; vt tota eſt vis beſtiarum in dentibus. Quare à Deo percuſſi, ſuo ipſi malo manſueſcunt; aut certè ore prorſus edentulo nocere non poſſunt.

Superbia impiorum à Deo cõprimitur.

9. *Domini eſt ſalus*, &c.] Significat, à ſolo Deo nobis ſalutem poſſe obtingere, & conſequenter in nullo alio ſpem aut fiduciam eſſe collocandam: *Quia vana ſalus hominis*, vt idem Pſaltes alio loco dicit. Homo enim ſæpè in officio & amicitia languet, & obliuiſcitur, & contemnit, ſpemque fruſtratur; & quod vult, nequit; & quærit potiùs ſua, quàm aliorum commoda; vanus eſt, vanitaſque ipſa. *Audiant hæc* (inquit ſanctus Hieronymus in Pſalm. 59.) *qui ſpes ſuas in potentatibus hominum, vel in terrenarum diuitiarum ſplendoribus ponunt, quia vana ſalus hominis. Potentatus* vocat magnorum virorum excellentem præſtantiam, honorem, dignitatem, auctoritatem, latè patentem & diffuſam potentiam atque dominatum. Principes enim, clarique ſapientiâ viri, quique magnificis opibus excellunt, vim magnam habent ad tenuiorum voluntates commouendas, vt fiduciam in illis ſuam reponant. Vnde fit, vt multi ſæpè dynaſtarum & optimatum gratiam pluris faciat, & maiora expectent ab iis bona quàm à Deo, pluſque ſpei in iiſdem collocent, quàm in ſummo & beneficentiſſimo Numine, à quo vno ſalus, vt hoc loco Regius Propheta diſertè docet. Hanc inſanorum hominum vecordiam eleganter ante oculos poſuit D. Auguſtinus in Pſalm. 145. ſic ſcribens: *Dicatur homini in afflictione aliqua conſtituto: Eſt quidam homo magnus per quem poſſis liberari; arridet, gaudet, erigitur. Quòd ſi dicatur illi, Liberet te Deus, quaſi deſperatione frigeſcit*, &c. Sic nimirum contemnitur Deus dum humani ſplendor fauoris perſtringit oculos, ſpeſque boni perituri titillat, &, reiectâ potentiſſimâ Dei manu, ad iuuandum beandumque paratâ, brachium ſuum homines carnem ponunt. Iſtius generis homines non dubitauit Ieremias grauiſſimo verbo nominare maledictos: *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Quem ibidem ait ſterili myricæ in deſerto ſimillimum, quæ nullo fructu hominum vtilitati aut iucunditati conſulat. quare de illa ſubdit Vates: *Et non videbit cùm venerit bonum.* Contrà verò diuinæ fiduciæ fertilitatem idem ipſe Ieremias ibidem proſequitur, cùm intimâ lætitiâ delibutus in hunc modum exclamat: *Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius.* De cuius optabili & prædicando fructu continuò ſubdit: *Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas, & non timebit cùm venerit æſtus. Et erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſollicitum, nec aliquando deſinet facere fructum.* O theſauros diuinæ fiduciæ immenſos, in quibus plena & redundans cornucopia ſemper exuberat! Qui enim in Domino ſpem locant ſuam, arbores ſunt ἀειθαλεῖς, quæ iucundâ viriditate, & perenni velut honore veſtiuntur: neque modò pulchræ ſunt, & ad hominum commendationem decoræ atque amabiles, verùm etiam ad communem vtilitatem fructum ferunt. Non timebunt ſi tentationes ingruent, ſi venerit æſtus, ſi difficultates obiicientur: effloreſcunt in dies magis, atque ad inclyta facinora conficienda renouantur. Facit enim illa cum Deo coniunctio, quam pia fiducia conciliauit, vt, humanâ imbecillitate ſuperatâ, & diſiectis impedimentis, feliciter multa conficiant, quæ alioquin per ſe numquam potuiſſent efficere.

Pſal. 59, 13

Vana ſalus hominis.

Homines paſſim plus fiduciæ ponunt in hominibus, quàm in Deo.

Ier. 17, 5.

Maledictus qui confidit in homine.

Qui confidit in Deo, arbori frugiferæ cõparatur.

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM IV. ARGVMENTVM.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις ψαλμὸς Δαβίδ.

Ὠδὴ ἐπινίκιός ἐστιν, ἢ χαριστήριος αἶνος. Ἔοικε γὰρ μετὰ τὴν Ἀβεσαλὼμ ἀπώλειαν τοῦτον εἰπεῖν ἐπήκοον ἐσχηκὼς τὸν Θεόν. Εἰς τὸ τέλος δὲ, ἐκεῖνο ὃ καλεῖν εἰώθασιν ἔσχατον ὀρεκτῶν, ἡ πάντων τελείωσις. Σημειῶσαι δὲ ὅτι ὅτε ἐστὶν ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ Δαβίδ, αὐτοῦ εἶναι τὸν ψαλμὸν (ὅταν αὐτὸς ᾖ προενεγκὼν ἐμπνευσθείς.) Τῷ Δαβὶδ δὲ, ὅταν πρὸς αὐτὸν τὰ λεγόμενα τὴν ἀναφορὰν ἔχῃ. Συμπίπτει δὲ πολλάκις καὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτῷ εἶναι· ὅταν αὐτοῦ διακονησαμένου τῷ πνεύματι τὰ ὑποβαλλόμενα ὑπ' αὐτοῦ προλεχθῇ· εἶτα δοθέντος τοῦ ψαλμοῦ τινι τῶν ᾀδόντων ὑπαγγέλληται δι' ἐκείνου τῷ Δαβίδ.

1\. In finem, * in hymnis Pſalmus Dauid. * *Vulgata in carminibus*

Eſt ode triumphalis, vel laus gratiarum actionis. Nam veriſimile eſt, hanc dixiſſe poſt interitum Abſalomi, cùm Deum ſibi propitium habuiſſet. In finem autem, eſt id quod appellare ſolent vltimum deſideriorum, quæ eſt omnium perfectio. (*Titulus in finem quid ſibi velit.*) *Nota autem, cùm inſcriptio eſt Dauidis, tum Pſalmum ipſius eſſe (quoniam ipſe erat qui diuinâ inſpiratione illum promebat.) Dauidi autem inſcribitur, quando illa quæ in eo dicuntur, ad ipſum referuntur. Frequenter autem accidit, vt & ipſius, & ad ipſum ſint: quando nimirum, ipſo Spiritui ſubſeruiente, ea quæ proponuntur ab ipſo prænuntiata ſunt; deinde Pſalmo alicui canentium tradito, per ipſum Dauidi recitantur.*

PARAPHRASIS.

β΄. Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με εἰσήκουσέ μου ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου.

Ὡς τινῶν ἀντιλεγόντων καὶ φασκόντων μὴ μέλειν τῷ Θεῷ τῶν πραττομένων ἐνταῦθα, μηδὲ εἰσακούειν τῶν ἐπικαλουμένων, διὰ τοῦτο εὐθὺς οἷον ἀντιλέγει, καὶ αὐτὸς αὐτοῖς φάσκων· ὅτι ἐμοῦ πολλάκις ἐπικαλεσαμένου, εἰσήκουσε δὲ δικαίως αἰτοῦντος. Τὸ γὰρ τῆς δικαιοσύνης μου, ἐνταῦθα οὐ τὸ κατὰ τὸν βίον λέγει, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὴν αἴτησιν, σημαίνων ὅτι τῶν μὲν δικαίως αἰτούντων τινὰ, ταχὺς ἐπήκοος εὑρίσκεται. Ὧν δὲ ἔσθ' ὅτε οὐκ εἰσακούει, οὗτοι ἑαυτοῖς αἴτιοι γίνονται τοῦ μὴ εἰσακούεσθαι, διὰ τὸ μὴ δίκαια πάντως αἰτεῖν, μηδὲ συμφέροντα. Εἶπον δὲ ὅτι τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ὑποτίθεται, ἐνταῦθα περιλαμβάνων πάντας τοὺς τοιαύτην ἔχοντας γνώμην, δικαίαν τέ φημι καὶ ὁσίαν. Εἶτα βουλόμενος δεῖξαι ποία ἐστὶν ἡ δικαία αἴτησις, τὰς μὲν ἄλλας ἀφίησι πολλὰς οὔσας, ἀπὸ μιᾶς δέ τινος πάσας χαρακτηρίζει τὰς δικαίας αἰτήσεις· Τί γὰρ ἐπάγει;

Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι.

Ἡ γὰρ δικαία αἴτησις χαρὰν ἔχει. Ὅθεν οὐκ εἶπε, παρήγαγες τὰς θλίψεις, ἀλλὰ με-

2\. Cvm inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ.

Cùm nonnulli quaſi obieciſſent ac dixiſſent, Deum nullam curam habere eorum quæ hîc geruntur, neque ſe inuocantes exaudire; idcircò ſtatim quaſi contradicit ipſis, atque ait: Cùm ſæpenumerò ipſum inuocarem, exaudiuit me, quando iuſtè poſtulaui. (*Deus exaudit iuſtè poſtulantes,*) Illud enim *iuſtitiæ meæ*, non hîc ait de vita ſua, ſed de petitione; declarans quòd facilis ſit ad audiendum eos qui iuſtè aliquid petunt. Illi autem quos aliquando non exaudit, ſibi ipſis cauſa ſunt cur non exaudiantur; quòd nimirum non omnino iuſta poſtulent neque vtilia. Dixi autem, quòd hîc perſonam ſuam proponat, comprehendendo ſimul omnes qui talem habent intentionem, iuſtam inquam & ſanctam. Deinde volens declarare qualis iuſta ſit poſtulatio, alias quidem plurimas omittens, ab hac vnica ceteras omnes iuſtas poſtulationes deſignat. Quid enim ſubiungit?

In tribulatione dilataſti mihi.

Iuſta enim poſtulatio gaudium habet. Hinc non dixit, Tranſtuliſti tribulationes, ſed iis manen- (*Iuſta poſtulatio gaudium habet.*)

PARAPHRASIS PATRVM. nentibus dilatationem mihi præbuiſti, & vberiorem à te prouidentiam ſum adeptus, dum me celeriter exaudiſti. Tribulatio enim animam contrahit, gaudium verò diffundit.

Miſerere mei, & exaudi orationem meam.

Hic iterùm tempus immutatum eſt. Vult enim dicere: Quoniam miſertus es mei, & exaudiſti orationem meam. Nam cùm in inuoluntarias afflictiones incidiſſem, miſertus es & opitulatus. Hæc vbi ad Deum direxit, rurſus conuertit ſermonem ad imprudentes, & ait:

3. Filij hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

D I A P S A L M A.

Cùm itaque, inquit, Deus confeſtim ſuccurrat & præſtò ſit iis qui iuſtam precationem faciunt; cur vos aggrauatis corda veſtra, & quaſi ferrum ac lapidem induratis, voluntariè ad inania & mendacia proruentes? Mendacium enim eſt, dicere Deum non habere rerum prouidentiam; & cogitatio vana eſt, exiſtimare iudicem non cernere. Huiuſcemodi autem cogitatio peccatoribus ſemper incidit: putant enim ſe pœnas non daturos, vnà cum prouidentia iudicis ordinem reiicientes. Verùm non ſic, inquit, non ſic ſe res habet, ſed contrarium vobis perſuadete. Quale illud?

Peccatores cor aggrauant.

Cogitatio peccatorum qualis.

4. Et ſcitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum.

Deus ſanctos glorificat.

Quoniam, inquit, Dominus ſibi deuotos (hos enim ſanctos vocat) & reſpicit, & glorioſos facit, nec non ipſis conciliat admirationem.

Dominus exaudiet me, cùm clamauero ad eum.

Ita, inquit, vt liceat cuilibet eorum confidenter exclamare: Quoniam exaudit me Deus, cùm clamauero ad eum. Ceterùm poſtquam hactenus ſufficienter probauerat & docuerat, Deum quidem rebus omnibus prouidere & attendere, ſemetipſum verò concedere iis qui iuſta poſtulant, auerſarique illos qui iniqua flagitant; aliam eorum per adhortationem ſoluit obiectionem, & ait:

νυσαν πλατυσμὸν μοι παρέσχες, καὶ δαψιλεστέρας τῆς παρά σου προνοίας ἐπέτυχον, ταχέως σου ἐπακούσαντος· ἡ μὲν γὰρ θλῖψις τὴν ψυχὴν συστέλλει, ἡ δὲ χαρὰ διαχεῖ.

Οἰκτείρησόν με, καὶ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου.

Ἐνήλλακται πάλιν ἐνταῦθα ὁ χρόνος. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι οἰκτείρησάς με, καὶ εἰσήκουσας τῆς προσευχῆς μου. Περιπεσόντα γὰρ ταῖς θλίψεσι ταῖς ἀκουσίοις, ἠλέησας, καὶ ἐβοήθησας. Ταῦτα διαλεχθεὶς πρὸς τὸν θεὸν, στρέφει πάλιν τὸν λόγον πρὸς τοὺς ἀνοήτους, καί φησιν·

γʹ. Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι; ἵνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖτε ψεῦδος;

Δ Ι Α Ψ Α Λ Μ Α.

Τοῦ θεοῦ οὖν, φησι, ἑτοίμως ἐπαμύνοντος καὶ βοηθοῦντος τοῖς δικαίαν ποιουμένοις τὴν αἴτησιν, τίνος ἕνεκεν ὑμεῖς βαρύνετε τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ σκληρύνετε οἷον σίδηρον ἢ λίθον, ἑκόντες ἐκπίπτοντες ἐπὶ τὰ μάταια, καὶ ἐπὶ τὰ ψευδῆ. Ψεῦδος γὰρ ἦν τὸ λέγειν μὴ προνοεῖν τὸν θεὸν, καὶ λογισμοῦ ματαιότης τὸ νομίζειν οὐκ ἐποπτεύειν τὸν κριτήν. Ἐγγίνεται δὲ οὗτος ὁ λογισμὸς τοῖς ἁμαρτάνουσι συνεχῶς· οἴονται γὰρ μὴ δώσειν δίκας, ἐκβάλλοντες σὺν τῇ προνοίᾳ καὶ τὴν τοῦ κριτοῦ τάξιν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι, φησὶν, οὐκ ἔστι, τὸ ἐναντίον δὲ πείθεστε. ποῖον τοῦτο;

δʹ. Καὶ γνῶτε ὅτι ἐθαυμάστωσε κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ.

Ὅτι θεός, φησι, τοὺς ἀνακειμένους αὐτῷ, (τούτους γὰρ ὁσίους καλεῖ) καὶ ἐποπτεύει, καὶ ἐνδόξους ποιεῖ, καὶ θαυμάζεσθαι αὐτοὺς παρασκευάζει.

Κύριος εἰσακούσεταί μου ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτόν.

Ὥστε ἐξεῖναί, φησι, ἑκάστῳ τῶν τοιούτων μετὰ παῤῥησίας βοᾶν, ὅτι εἰσακούει μου ὁ θεὸς, ἐπειδὰν αὐτὸν ἐπικαλῶμαι. Ἄχρι τούτου τὸν ἔλεγχον ἀρκοῦντα ποιησάμενος, καὶ διδάξας ὅτι ὁ θεὸς προνοεῖ μὲν καὶ ἐποπτεύει τὰ ὄντα, ἐπιδίδωσι δὲ ἑαυτὸν τοῖς δίκαια αἰτοῦσι, καὶ ἀποστρέφεται τοὺς παράνομα ἐπιζητοῦντας· ἄλλην αὐτῶν αἰτίασιν λύει διὰ παραινέσεως, καί φησιν·

ε. Ὀργίζεσθε

ε. Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε.

Πρὸς ἱστορίαν παράκλησις τοῦτο πρὸς τοὺς στρατιώτας Δαβίδ, φείσασθαι τοῦ Ἀβεσσαλώμ, καὶ μὴ εἰς τέλος ἀποχρήσασθαι τῷ κατὰ τοῦ πατραλοίου θυμῷ. Πρὸς δὲ τὴν ἠθικὴν ἐπανόρθωσιν βούλεται ὁ λόγος μὴ ταῖς τοῦ θυμοῦ ὁρμαῖς ἐπάγειν ἡμᾶς, εἰς τὰ ἔμπρακτα τέλη. Καὶ συμβουλεύει πρὸς τοῦτο.

Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἐὰν οὖν καὶ βουλεύσῃ τινὰ τοιαῦτα, φησι, τῆς ὀργῆς ἐπικρατησάσης, ἐπειδὰν ἀναπαύσεως ἀξιωθῇς (τοῦτο γὰρ λέγει κοίτην) καὶ σχολάσωσιν οἱ λογισμοί, τῆς ὀργῆς αὐτοὺς οἰδαίνειν παρασκευαζούσης, κατανύγητι, καὶ τὰ ἐναντία βουλεύσασθε.

ς. Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ κύριον.

Κἂν οὕτως ἑαυτοὺς διαθῆτε, φησι, ὑπὲρ τῶν πλημμεληθέντων, οἷον θυσίαν αὐτῷ προσφέρετε δικαιοσύνης, τὸ ἐλπίζειν ἐπ᾽ αὐτὸν τοῦ λοιποῦ. καὶ καλῶς εἶπε δικαιοσύνης θυσίαν, ὡς τῶν προτέρων λογισμῶν ἀδίκων ὄντων, τῶν δὲ δευτέρων ἀντεισαγόντων δικαιοσύνην τῶν πειθόντων ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν ἅπαντα εἰδότα. Καὶ ἑξῆς πάλιν ἄλλην αὐτῶν ἀντίθεσιν εἰσφέρει, καί φησι·

Πολλοὶ λέγουσι· Τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά;

Οἱ μὲν οὖν ἐξ ὀργῆς, φησι, τοιαῦτα λογιζόμενοι, ἱκανὴν ἔχουσι θεραπείαν τὴν μεταμέλειαν. Οἱ δὲ οὐκ ὀργιζόμενοι μὲν, λογικωτέραν δὲ τὴν ἀπόδειξιν ἀπαιτοῦντες, οἷον αὐτόπται τῆς προνοίας γενέσθαι ἐπιθυμοῦντες, λέγουσι πρὸς ἡμᾶς, φησι, αὐτὰ ταῦτα τῆς προνοίας ἀγαθὰ διαστείξατε ἡμῖν, καὶ ὑπὸ ὀφθαλμοὺς ἀγάγετε. Καὶ ἐπάγει·

ζ. Ἐσημειώθη ἐφ᾽ ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε.

Καλῶς ἐπεσημειώθη ἐφ᾽ ἡμᾶς· ἐνσεσήμανται γὰρ ἐν ἡμῖν, φησι, τῆς σῆς προνοίας τὰ τεκμήρια τοῖς ὁρῶσιν οὕτως. τάχα δὲ καὶ τοῖς οὐχ ὁρῶσιν οὕτως ἐλάβομεν αἴσθησιν. ὅτι ζῆν οὐκ ἔστιν ἄνευ τῶν τῆς προνοίας τῆς σῆς τεκμηρίων. Ὁποίων δὲ τούτων;

Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου.

5. Iraſcimini, & nolite peccare. PARAPHRASIS PATRVM.

Secundùm hiſtoriam adhortatio eſt ad duces militiæ Dauidis, vt Abſalomo parcerent, & non in finem abuterentur furore contra parricidam. Ad morum verò inſtructionem vult hic ſermo perſuadere, ne motus ſeu impetus furoris ad effectum deducamus. Atque ad hoc conſulit.

Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.

DIAPSALMA.

Si quid igitur, inquit, iſtiuſmodi etiam irâ præualente cogitaueris, vbi animo fueris tranquillo (hoc enim cubile vocat) & vacauerint cogitationes irâ ipſas inſolenter concitante, compungimini, & contraria ſtatuite. *Quid ſit in cubilibus compungi.*

6. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino.

Si ſic, inquit, vos ipſi ſuper delictis gereretis, quaſi ſacrificium iuſtitiæ Deo ſpem in poſterum in ipſum offerretis. & rectè dixit ſacrificium iuſtitiæ, cùm priores nempe cogitationes iniquæ fuerint, poſteriores verò iuſtitiam econtrà introducant, perſuadentes ſpem ſuam collocare in illum qui cuncta nouit. Deinde iterùm aliam infert oppoſitionem, & ait: *Spes in Deum, eſt inſtar ſacrificij.*

Multi dicunt: Quis oſtendet nobis bona?

Qui quidem, inquit, ex ira talia cogitant, ſufficientem habebunt à pœnitentia medicinam. Qui verò haud quidem ira conciti ſunt, ſed magis rationi conſonam quærunt demonſtrationem, quaſi ad oculum videre prouidentiam deſiderantes, dicunt ad nos, inquit, Hæc ipſa prouidentiæ bona nobis proponite, & ſub oculos adducite. Et ſubiungit:

7. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.

Pulchrè *ſignatum eſt ſuper nos*. In nobis enim, inquit, qui tali modo videmus, prouidentiæ tuæ ſigna ſignata ſunt. Quin fortè etiam iis qui tali modo non vident, eius ſenſum percipimus. Quoniam vita duci nequit ſine prouidentiæ tuæ ſignis. At quibus iis? *Signa Dei prouidentiæ nobis inſita.*

Dediſti lætitiam in corde meo.

PARAPHRASIS PATRVM.

8. A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt.

Cuilibet, inquit, cordi humano quaſi inſcripta & inuſta ſunt quædam prouidentiæ ſimulacra. Quiſnam enim externa iſta quæ ad vitam ſuſtentandam neceſſaria ſunt, præbet atque ſuppeditat? Fortaſſis enim etiam idcirco, nos rerum indigos feciſti, vt, dum quotidie rogamus, & accipimus; non capiat nos obliuio prouiſoris. Poteras ſiquidem primùm nos minimè indigos effeciſſe, vnicum cibum dando, qui in plurimos dies ſufficeret: verùm noluiſti; ſed facis vt quotidie illum quæramus, vt præbendi locum habeas, & ij qui quotidie illum accipiunt, haudquaquam in obliuionem veniant tui largientis. Hæc, inquit, tam clara prouidentiæ ſigna quis non admittat, niſi planè ſtolidus ſit? Sed mihi, inquit, Domine, concede tranquillitatem cogitationum, ne diſſideant, neque ſtulta imaginentur, ſed quæ plena ſunt tuæ prouidentiæ. Subiungit enim:

Cur Deus nos multorum indigos fecerit.

9. In pace in idipſum dormiam & requieſcam.

Mihi igitur, inquit, contingat, vt cum pace & tranquillitate ac ſolatio iuſtis iſtis cogitationibus acquieſcam.

10. Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe * habitare feciſti me.

** Vulgata conſtituiſti*

Et præbe mihi, inquit, ſolâ ſpe euehi, & iſtiuſmodi cogitationibus immorari. Hoc enim expedit, & optimum eſt iis qui illis fruuntur.

η'. Ἀπὸ καρποῦ σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν.

Ἑκάστῃ καρδίᾳ, φησὶν, αἰσθητὰ οἷον ἐγγέγραπται καὶ ἐγκέκαυται τὰ τῆς προνοίας εἴδη· Τὰ γὰρ πρὸς τὴν χρείαν τοῦ ζῆν ἔξωθεν, εἶπε τίς ὁ παρέχων, ἢ τίς ὁ χορηγῶν; Τάχα γὰρ καὶ διὰ τοῦτο ἡμᾶς ἐνδεεῖς κατέστησας, ἵν' ἀφ' ὧν καθ' ἑκάστην δεόμεθα καὶ λαμβάνομεν, μὴ ἐπιλαθώμεθα τοῦ προνοοῦντος. ἠδύνασο γὰρ πρότερον μὲν μὴ ποιῆσαι ἐνδεεῖς, μίαν δοῦναι τροφὴν ἐπαρκοῦσαν ἐν πολλαῖς ἡμέραις. ἀλλ' οὐκ ἤθελες, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν ζητεῖν παρασκευάζεις, ἵνα τοῦ χορηγεῖν ἔχῃς χώραν· καὶ οἱ καθ' ἡμέραν λαμβάνοντες μὴ εἰς λήθην ἔλθωσί σου τοῦ διδόντος. Ταύτας οὖν, φησι, τὰς ἐναργεῖς τῆς προνοίας σημασίας τίς ἀποποιεῖται, ἢ ὁ παντελῶς ἠλίθιος ὤν; Ἀλλ' ἐμοί, φησι, δέσποτα παράσχου τὸ εἰρηνεύειν τοῖς λογισμοῖς, καὶ μὴ στασιάζειν, μηδὲ ἀπονενοημένα φαντάζεσθαι, ἀλλὰ τὰ πεπληρωμένα τῆς σῆς προμηθείας. Ἐπάγει γάρ·

θ'. Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι, καὶ ὑπνώσω.

Ἐμοὶ οὖν, φησι, γένοιτο εἰρηνεύειν, καὶ ἀναπαύεσθαι, καὶ ἐφησυχάζειν τοῖς δικαίοις τούτοις λογισμοῖς.

ι'. Ὅτι σὺ κύριε κατὰ μόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με.

Καὶ παράσχου μοί, φησιν, ἐπὶ μόνης τῆς ἐλπίδος ὀχεῖσθαι, καὶ ἐγκατοικεῖν τοῖς τοιούτοις λογισμοῖς. Τοῦτο γὰρ συμφέρει, καὶ ἄριστόν ἐστι τοῖς χρωμένοις.

COMMENTARIVS.

QVARTVS Pſalmus eſt refutatio eorum qui res temerè geri putant. Inſtituit autem beatus Dauid demonſtrationes, cùm à ſuis, tum à rebus communibus. Proponit enim hîc perſonam ſuam iuſtam & ſanctam, vt nimirum oſtendat & probet, ea quæ ipſe conſecutus fuit, ſimiliter etiam ſanctos omnes adipiſci. Atque hinc deducit, quòd qui ſimilibus non fruuntur, propter proprium peccatū iis non fruantur; ſiquidem non ex parte prouidentiæ fit, quòd non ſimiliter omnes, tam peccatores quàm iuſti ſimilia conſequantur; ſed quòd ſinguli pro-

Peccatum impedit fruitionem donorum Dei.

ΤΕΤΑΡΤΟΣ ψαλμὸς ἐλεγχός ἐστι τῶν ἀπρονόητα τὰ ὄντα ὑπολαμβανόντων. Ποιεῖται δὲ τὰς ἀποδείξεις ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν, καὶ ἐκ τῶν κοινῶν πραγμάτων. Ὑποτίθεται γὰρ τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐνταῦθα δίκαιον καὶ ὅσιον, ἵνα ὅσων ἐὰν δείξῃ τυγχάνοντα ἑαυτὸν, ἀποδείξῃ πάντας ὁμοίως τοὺς ὁσίους ἀπολαύοντας. Καὶ συνάγει ἐκ τούτου, ὅτι οἱ μὴ ἀπολαύοντες τῶν ὁμοίων, δι' οἰκείας ἁμαρτίας οὐκ ἀπολαύουσιν· οὐ διὰ τὸ τῆς προνοίας ἐστὶ, τὸ μὴ πάντας ὁμοίως, καὶ ἁμαρτωλοὺς, καὶ δικαίους, τῶν ὁμοίων ἀξιοῦσθαι· ἀλλ' ἕκαστον κατὰ

τὴν

τὴν ἀξίαν ἀπολαύειν τῆς ἐπιστασίας τοῦ Θεοῦ. Ἐπείπερ τὸ πάντας ὁμοίως ἀπολαύειν τῶν αὐτῶν, οὐκέτι προνοίας ἦν, ἀλλὰ συγχύσεως καὶ ἀδιακρισίας. Οὕτω μὲν οὖν ἐκ τῶν καθ᾽ ἑαυτόν, ἀπὸ δὲ τῶν κοινῶν πάλιν ὧδε. Ὅτι πᾶσαν τὴν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, ἐξ ἀρχῆς ἐνδεᾶ κατέστησε, καὶ οὐκ αὐτάρκη, οὐδὲ ζωαρκῆ, ἀλλὰ δεῖσθαι τῆς ἔξωθεν ἐπεισοδίου τροφῆς τῆς τε συγκροτούσης τὸ ζῶον, καὶ εἰς τὸ εἶναι κατεχούσης, ἕως ἂν τῷ δημιουργῷ δοκῇ. Ἐπιλεξάμενος οὖν τὰ ἀναγκαιότερα τῆς ἀνθρωπίνης τροφῆς τέθηκεν αὐτά, ὡς τοῦ Θεοῦ πᾶσιν ἀφθόνως χορηγοῦντος, σῖτόν φημι, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον· καὶ πειρᾶται δεικνύναι, ὅτι προνοίας ἦν μεγίστης, τὸ ἐνυπάρχειν ἀεὶ τοῖς ἐνδεομένοις ἐν χρείᾳ, πρὸς τὸ εἶναι οἷόν τε. Σαφέστερον δὲ ἅπαντα ποιήσει ἡ κατὰ λέξιν ἑρμηνεία.

β΄. ΕΝ ΤΩ ΕΠΙΚΑΛΕΙΣΘΑΙ ΜΕ] Σαφέστατα παρίστησιν ὁ προφήτης, ὡς ἁγίων ἐστὶ τὸ ἐπικαλεῖσθαι. Οὐ γὰρ ἐν φωνῇ κρίνεται τὸ ἐπικαλεῖσθαι, ἀλλ᾽ ἐν ποιᾷ διαθέσει, καὶ πίστει βεβαίᾳ. Καὶ Σαμουὴλ γὰρ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις φησί· καὶ ἐπεκαλοῦντο τὸν κύριον, καὶ εἰσήκουεν αὐτῶν, ἐπεὶ ἐφύλαττον τὰ προστάγματα αὐτοῦ. Εἶπεν δὲ ταῦτα, οὐχ ἵνα μάθωμεν ὅτι εἰσηκούσθη, ἀλλ᾽ ἵνα γνῶμεν πῶς καὶ αὐτοὶ καλοῦντες ἀκουσθησόμεθα. Πρὸς μὲν γὰρ ἐλεήμονα· ἔτι λαλοῦντός σου, φησίν, ἐρεῖ ἰδοὺ πάρειμι. Πρὸς δὲ τοὺς Ἰουδαίους, ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. Οὐκ εἶπε δέ, μετὰ τὸ ἐπικαλέσασθαι, ἀλλ᾽ ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με, εἰσήκουσε. Πῶς δὲ εἰσηκούσθη; δίκαιος ὤν. ἢ τῆς δικαιοσύνης, ἀντὶ τοῦ τῆς δικαίας αἰτήσεως. Οὐ γὰρ ἴδιον τοῦ Δαβὶδ μεγαλοῤῥημονεῖν. Ἢ δικαιοσύνην εἶπε τὸ μὴ ἑαυτὸν ἐκδικῆσαι, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ Θεοῦ ζητῆσαι τὴν ἄμυναν.

ΕΝ ΘΛΙΨΕΙ ΕΠΛΑΤΥΝΑΣ ΜΟΙ.] Τῆς γὰρ θλίψεως εἴδη δύο· ἢ γὰρ ἑαυτοὺς διὰ δυσπραγίας περιπείρομεν θλίψεσι καὶ ὀδύναις, ἢ ἄκοντες περιπίπτομεν. Ἀλλ᾽ ἡ μὲν προτέρα θλίψις ὑπομονὴν ὀφείλει καὶ καρτερίαν ἔχειν, εἰδότων τῶν ὑπομενόντων, ὡς οὐδὲν παρὰ τὸν Θεόν, ἀλλ᾽ αὐτοὶ θερίζουσιν οἴκοθεν καὶ παρ᾽ ἑαυτῶν, ἃς ἔσπειραν ἀκάνθας. Ἡ δὲ δικαία αἴτησίς ἐστιν ἐπὶ τῆς δευτέρας θλίψεως, ᾗ περιπίπτομεν ἄκοντες, ἢ ὑπὸ λῃστῶν κρατούμενοι πολλάκις, ἢ ναυάγια ὑπομένοντες, ἢ πλησιάζοντες

merito ſuo diuinâ prouidentiâ perfruantur. Quia ſi omnes æqualiter iiſdem fruerentur, non id prouidentiæ, ſed confuſionis eſſet & indiſcretionis. Atque ita quidem à propriis argumentatur; à communibus verò ſic. Quia omnem hominũ naturam à principio inopem fecit, & ſibi minimè ſufficientem, ne ad vitam quidem, ſed extrinſecus adſcito cibo indigentem, quo & animal corroboretur, & in ſuo ſtatu conſeruetur, quouſq; creatori viſum fuerit. Idcircò recenſens cibos humanos magis neceſſarios, iſta poſuit; quippe quæ Deus omnibus abundanter elargitur, frumentum, inquam, vinum & oleum; & conatur oſtendere, maximæ fuiſſe prouidentiæ, quòd ſemper in egeſtate exiſtentibus ſuppetant illa quæ ſufficiant ad conſeruationem. Hæc autem omnia clariora faciet explicatio textus. COMMENTARIVS PATRVM.

2. CVM INVOCAREM.] Clariſſimè declarat Propheta, quòd Sanctorum ſit inuocare. Non enim in voce dignoſcitur inuocatio, ſed in quadam affectione, ac fide firma. Nam & *Samuel*, inquit, *inter eos qui inuocant:* &, *inuocabant Dominũ, & exaudiebat eos, quia cuſtodiebant præcepta eius.* Dixit autem hæc, non vt ſciremus exauditũ eſſe, ſed vt cognoſcamus, quomodo etiam nos cùm inuocamus, exaudiendi ſimus. Nam ad miſericordem, Adhuc loquente te, inquit, dicam; Ecce adſum. Ad Iudæos verò: Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam vos. Non dixit autem, Poſt inuocationem, ſed *cùm inuocarem, exaudiuit.* Quomodo autem exauditus eſt? quòd iuſtus eſſet: vel *iuſtitiæ*, poſitum pro iuſta petitione. Non enim proprium eſt Dauidi magnificè de ſe loqui. Vel iuſtitiam dixit, ſeipſum non vlciſci, ſed à Deo vindictam poſtulare.

Sanctorum proprium eſt inuocare Deum.

Pſal. 98, 6.

IN TRIBVLATIONE DILATASTI MIHI.] Tribulationis ſiquidem duæ ſunt ſpecies. vel enim nos ipſos ob calamitates tribulationibus ac triſtitiis configimus, vel inuiti in illas incidimus. Sed prima quidem tribulatio, patientiâ tolerantiâque opus habet, cùm ſciant ij qui ſic affliguntur, ſe nil apud Deum, ſed à ſe ipſis domeſticas ſpinas metere, quas ſeuerunt. Iuſta autem poſtulatio eſt, quæ fit de ſecunda tribulatione, in quam inuiti ſeu inuoluntarij incidimus, vel à latronibus capti non raro, vel naufragia perpeſſi, vel propter morbum

Tribulationis duæ ſpecies.

Quæ ſit iuſta poſtulatio.

COMMENTARIVS PATRVM.

morti appropinquantes, in quibus omnibus iuſta poſtulatio gaudium habet. De quibus etiam teſtatur Dauid, ſe ſæpenumerò, cùm in inuoluntariam tribulationem incidiſſet, & Deum rogaſſet, non ſolùm liberatum eſſe, ſed vberiorem etiam prouidentiam fuiſſe conſecutum. Hoc enim ſignificat dilatationem; quoniam tribulatio quidem animam contrahit ac conſtringit, relaxatio verò & gaudium dilatant & diffundunt. Quin etiam hæc pulchra eſt conuerſio. Nam in primo quidem verſu loquitur ad eos qui contradicebant: in ſecundo autem vtitur tranſgreſſione, & cum Deo loquitur, oſtendens ſe non errare in his quæ dicit.

Miserere mei.] Verùm ad quid ſuperiùs iuſtitiæ mentionem fecit, hîc verò miſericordiæ? Meritò ſanè. Nam abſque miſericordia & miſeratione non poſſumus exaudiri, tametſi quis ad virtutis culmen aſcenderit.

Sine miſericordia non exaudimur.

3. Filii hominvm.] Cùm, inquit, Deus ſic iuuet eos qui iuſtè eum rogant, cur vos aggrauatis corda veſtra, voluntariè ad inania proruentes? Viſus eſt enim iſta dicere ad illos qui tentationibus perturbantur, & non confugiunt ad Deum; quos & filios hominum appellat, quippe in nequitia viuentes, veluti ad impietatem propenſos. Nam & nos naturâ quidem filij hominum exiſtimus, ſed gratiâ filij Dei. Tarditatem autem arguit illud *vſquequo:* ſiquidem inſinuat ab initio ſapere oportuiſſe, hos autem ne ſucceſſu quidem temporis emendari. *Graui corde* autem eſt idem ac terreni, in nequitia viuentes, vanitatem amantes, & inania huius vitæ, vt honores & principatus conſectantes: quæ omnia vanitatis ſunt. Videtur hîc etiam de idolis inſinuare, quorum nomina ſunt rebus vacua. Ceterùm, inquit, cùm ſciatis Dominum mirificaſſe ſanctum ſuum, id eſt, illuſtrem ac clarum reddidiſſe, vos etiam ea quæ ſancta ſunt agite. Nam ſi tales fueritis, ſemper exaudiet; ſicut me quoque inuocantem, & ſtudioſè interpellantem, exaudiuit.

Homines terreni, ſunt graui corde.

5. Irascimini, et nolite peccare.] Illud *iraſcimini* per interrogationem ait. Qui autem, inquit, iraſcimini, hoc æquo animo ſuſtinete; verumtamen nihil irâ peius adiicite. Illis enim quodammodò dicentibus, Nos ex rerum euentibus ad iram prouocamur, dum vitæ inæqualitatem cernimus: hoc autem cùm ob iram accidat, hortatur Dauid,

θανάτῳ διʼ ἀῤῥωςίας, ἐν οἷς πᾶσιν ἡ δικαία αἴτησις χαρὰν ἔχει. Ὑπὲρ ὧν καὶ μαρτύρεται ὁ Δαβὶδ, ὅτι πολλάκις ἐμπεσὼν ἀκουσίᾳ θλίψει, καὶ δεηθεὶς τοῦ θεοῦ, οὐ μόνον ἐῤῥύσθη, ἀλλὰ καὶ δαψιλεστέρας ἔτυχε τῆς προνοίας. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸν πλατυσμόν· ἐπείπερ ἡ μὲν θλίψις συνάγει τὴν ψυχὴν καὶ συστέλλει, ἡ δὲ ἄνεσις καὶ ἡ χαρὰ εὐρύνει καὶ διαχεῖ. Καλὴ δὲ καὶ ἡ ἀναστροφή. Ἐν μὲν γὰρ τῷ προτέρῳ στίχῳ τοῖς ἀντιλέγουσι διαλέγεται· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ μεταβάσει χρῆται, καὶ τῷ θεῷ ὁμιλεῖ, δεικνὺς ὅτι οὐ ψεύδεται ἐφʼ οἷς λέγει.

Οἰκτείρησον με.] Ἀλλὰ τί δήποτε ἄνω δικαιοσύνης μέμνηται· ἐνταῦθα δὲ οἰκτιρμοῦ; Εἰκότως. ἄνευ γὰρ ἐλέους καὶ οἰκτιρμοῦ οὐκ ἔστιν εἰσακουσθῆναι, κἂν εἰς τὴν τῆς ἀρετῆς τις ἀναβῇ κορυφήν.

γʹ. Υἱοὶ ἀνθρώπων.] Τοῦ θεοῦ, φησὶν, οὕτως ἐπαμύνοντος τοῖς αἰτοῦσι δικαίως, τίνος χάριν ὑμεῖς βαρύνετε τὰς καρδίας ὑμῶν, ἑκόντες ἐκπίπτοντες εἰς τὰ μάταια; Ἔοικε γὰρ πρὸς τοὺς θορυβουμένους ἐν πειρασμοῖς ταῦτα λέγειν, καὶ μὴ ἐπὶ τὸν θεὸν καταφεύγοντας, οὓς καὶ υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων καλεῖ, ὡς ἐν πονηρίᾳ ζῶντας, ὡς πρὸς ἀσέβειαν ἐπιῤῥεπεῖς. Καὶ ἡμεῖς μὲν γὰρ υἱοὶ ἀνθρώπων τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ χάριτι τέκνα θεοῦ. Βαρύτητος δὲ τὸ ἕως πότε· κατηγορεῖται γὰρ ὅτι δέον ἐξ ἀρχῆς συνιέναι· οἱ δὲ οὐδὲ τῷ χρόνῳ βελτιοῦνται. Βαρυκάρδιοι δὲ ἀντὶ τοῦ γήϊνοι, πονηρίᾳ συζῶντες, ματαιότητα ἀγαπῶντες, τὰ διάκενα τοῦ βίου, δόξας καὶ δυναστείας διώκοντες, ἃ πάντα ματαιότητός ἐστιν. Ἐνταῦθα δὲ δοκεῖ καὶ περὶ εἰδώλων αἰνίττεσθαι, ὧν τὰ ὀνόματα μόνον ἐστὶ πραγμάτων ἔρημα. Γνόντες δὲ, φησὶν, ὅτι ἐθαυμάστωσε κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ, ἤτοι ἐπίσημον ἐποίησε καὶ λαμπρὸν, ὅσια καὶ ὑμεῖς διαπράττεσθε. Τοιούτων γὰρ ὄντων ἀεὶ εἰσακούσεται, ὥσπερ κἀμοῦ κεκραγότος, καὶ μετὰ σπουδῆς ἐπιβοωμένου ἐπήκουσεν.

δʹ. Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε.] Τὸ ὀργίζεσθε κατʼ ἐρώτησιν λέγει. Οἱ δὲ ὀργιζόμενοί, φησι, τοῦτο ὑπομένετε, ἀλλὰ τῇ ὀργῇ μὴ ποιεῖτε χείρονα τὴν προσθήκην. Ὡς γὰρ ἐκείνων λεγόντων, ὅτι ἀπὸ τῶν συμβαινόντων πραγμάτων εἰς ὀργὴν καθιστάμεθα, ὁρῶντες τοῦ βίου τὸ ἄνισον· ἀπὸ δὲ τῆς ὀργῆς ταῦτα ὑπολαμβανόμενοι, παραινεῖ λέγων ὁ Δαβὶδ,

ὅτι

ὅτι ὅταν ὀργισθῇς, μὴ πλέον ἁμάρτανε, τὸ νομίζειν ἀπρονόητα, ἀλλ' ἴσθι εἰδὼς ὅτι πολλὰ τῶν γινομένων ὑπερβαίνει σου τὴν γνῶσιν. Καὶ βέλτιον παραχωρεῖν τῷ πάντα εἰδότι καὶ δυναμένῳ. Εἰ γὰρ ἰατροῖς παραχωροῦμεν διὰ τὴν ἐπιστήμην, καὶ τὸ καίειν τὸν ἄρρωστον, καὶ τὸ τέμνειν, καὶ οὐ διὰ τὸ ἀλγύνειν τῶν πραττομένων ὑβρίζομεν τὴν τέχνην· πόσῳ μᾶλλον ἐπειδὰν λυπηροτέροις περιπέσωμεν πράγμασι καὶ θλιβεροῖς, ἅπερ ὁ Θεὸς ἡμῖν ὡς ἰατρὸς ἔντεχνος ἢ ἐπάγει, ἢ συγχωρεῖ, οἷον καυτῆράς τινας καὶ σιδήρεια· πῶς οὐ παραχωροῦμεν τῇ τοσαύτῃ ἐπιστήμῃ, πείθοντες ἑαυτοὺς ὡς ἐπὶ συμφέροντι ἡμῶν πάντα πράττεται; ἐπείπερ οὐδὲν ἔμελλε φαῦλον πράττεσθαι παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ. Ὀργίζεσθε οὖν, φησι, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Καὶ πῶς ἔσται τοῦτο; δὸς ἴασιν καὶ τούτου αὐτὸς μακάριε προφῆτα.

Α ΛΕΓΕΤΕ ΕΝ ΚΑΡΔΙΑΙΣ ΥΜΩΝ, ΕΠΙ ΤΑΙΣ ΚΟΙΤΑΙΣ ΥΜΩΝ ΚΑΤΑΝΥΓΗΤΕ.] Ὡσεὶ λέγων, μὴ μόνον εἰς ἔργον οὐκ ἐκφέρετε τὴν ὀργήν, ἀλλὰ καὶ ἃ διενθυμεῖσθε μεθ' ἡμέραν, ἐπὶ τῆς κλίνης γενόμενοι, καὶ τὸ τοῦ συνειδότος διεγείραντες δικαστήριον, εὐθύνας ἑαυτοὺς ἀπαιτήσατε, καὶ τὴν ἁμαρτάνουσαν διάνοιαν καταστείλατε, κεντήσατε· τοῦτο γὰρ τὸ κατανύγητε, ἐπιστρέψητε. ὡς τό· Ἐπότισας ἡμᾶς οἶνον κατανύξεως. Οὐκ εἶπε δὲ περὶ ῥημάτων, ἀλλ' ἐνθυμημάτων, ἐκ περιουσίας. εἰ γὰρ τὰ πονηρὰ βουλεύματα δεῖ κολάζειν, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἔργων στύφειν δεῖ τὴν ψυχήν, ἀπολογεῖν ἀπαιτοῦντα ἑαυτὸν τῶν μεθ' ἡμέραν. Ἀπὸ τούτου γὰρ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τὸ ἀοίδιμον ῥησείδιον ἑαυτοῖς κοιτάζόμενοι ἐπέλεγον·

Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον
οὐκ ἐτελέσθη;

Καὶ ἐπιμένων τῇ συμβουλῇ φησι·

ϛ'. ΘΥΣΑΤΕ ΘΥΣΙΑΝ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.] Ἀπαγαγὼν γὰρ τῆς πονηρίας διὰ τῆς κατανύξεως, καὶ μαλακωτέραν τὴν ψυχὴν ἐργασάμενος, καὶ ὀκνηροτέραν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ περὶ δικαιοσύνης εἰσάγει λόγον· δικαιοσύνην λέγων μετέρχεσθε. λέγει δὲ τὴν καθόλου. τοῦτο γὰρ δεκτὴ θυσία. Ὁ δὲ διὰ τῆς δικαίας πολιτείας ἵλεων καταστήσας τὸν Θεόν, εὐμενῆ τοῦτον ἔχει καὶ σύμμαχον.

ΠΟΛΛΟΙ ΔΕ ΛΕΓΟΥΣΙ.] Ἀπαρτίσας τὴν περὶ τῶν ἠθῶν παραίνεσιν, ἀντίθεσιν

dicens: Vt quando iraſceris, non amplius pecces, exiſtimando res inconſultò geri; ſed ſcias plurima eorum quæ fiunt notitiam tuam ſuperare, quę vtique præſtat committere omniſcio & omnipotenti. Nam ſi medicis propter peritiam eorum permittimus, vt ægrum & vrant & ſecent, neque ob dolorem quem inferunt artem reprehendimus aut incuſamus: quantò magis, cùm in res triſtes ac moleſtas inciderimus, quas Deus nobis, tamquam peritus medicus, vel immittit, vel permittit quaſi cauteria quædam ac fiſtulas? quomodo non committimus nos tantæ ſcientiæ, nobis perſuadentes cuncta in vtilitatem noſtram geri? quoniam nihil mali facturus eſt, præter bonum. *Iraſcimini* igitur, inquit, *& nolite peccare.* Et quomodo hoc erit? Huius etiam rei medicinam præbe, ô beate Propheta.

QVÆ DICITIS IN CORDIBVS VESTRIS, IN CVBILIBVS VESTRIS COMPVNGIMINI.] Ac ſi dicat: Non ſolùm iram in opus non deducite; verùm etiam ea quæ interdiu cogitaſtis, cùm in cubiculo fueritis, conſcientiæ tribunal erigentes, à vobis ipſis pœnas expoſcite, & mentem peccatricem configite atque compungite: hoc enim ſibi vult illud *compungimini*, id eſt conuertimini, iuxta illud: *Potaſti nos vino compunctionis*. Non dixit autem de verbis; ſed de cogitationibus, ſcilicet ex abundanti. Nam ſi prauæ cogitationes puniendæ ſint, quantò magis à prauis operibus anima cohibenda eſt, dum à ſe rationem expoſcit eorum quæ de die geſta ſunt? Quin etiam hinc Pythagorici tritum illum verſiculum cubitum euntes recitabant:

Quò ſum tranſgreſſus? quid deliqui? & quid omiſi?

Et conſilio inſiſtens ait:

6. SACRIFICATE SACRIFICIVM IVSTITIÆ.] Vbi enim per compunctionem à malitia deduxit, atque animam molliorem reddidit, & ad peccata ſegniorem; de iuſtitia quoque ſermonem introducit, dicens: Iuſtitiam conſectamini. Intelligit autem vniuerſalem: hæc enim eſt ſacrificium acceptabile. Qui autem per iuſtam viuendi rationem Deum ſibi propitium reddit, facilem hunc habet etiam adiutorem.

MVLTI DICVNT.] Poſtquam moralem abſoluit exhortationem, ſoluit etiam ob-

COMMENTARIVS PATRVM.

Prouidentia Dei ſcientiam noſtram ſuperat.

Pulchra comparatio à medico deſumpta.

Conſcientia in cubili examinanda.

Pſal. 59. 5.

Pythagorici ante cubitum ſe examinabant.

Iuſtus Deum habet adiutorem.

Stulti prouidentiam calumniantur.

obiectionem ab infirmioribus ac craſſioribus introductam. Multi enim, inquit (id eſt promiſcua multitudo ſtultitiæ dedita) cum aduerſitatibus confligentes, prouidentiam calumniantur, dicentes: Vbi ſunt bona Dei? quibus contradicens, ait:

Prouidentia Dei obuia eſt omnibus.

7. SIGNATVM EST SVPER NOS.] Quemadmodum inquit ſignum fronti impreſſum omnibus manifeſtum eſt, ita etiam diuina prouidentia eſt obuia. Hoc enim lumen, inquit, nobis impreſſum eſt, & cuilibet cordi manifeſtæ prouidentiæ ſpecies ſunt inuſtæ. Quin etiam rerum neceſſariarum ſuppeditatio, prouidentiæ ſignum exiſtit. Fortaſſis enim idcircò quotidie rogare præcipit, ne nos obliuio capiat largitoris. Deinde id explicans ſubiungit etiam demonſtrationem, nempe cordis lætitiam; declarans hanc non tam in externis ac temporaneis (ſiquidem hæc non cordis, ſed oculorum lætitia eſt) quàm in internis bonis atque virtutibus prouidentiam Dei manifeſtare. Attamen propter rudiores, & qui magis corporei ſunt, adiungit hinc etiam multiplicari fructus neceſſitati ſeruientes, dicens:

Cordis lætitia manifeſtum prouidentiæ ſignum.

8. A FRVCTV FRVMENTI, ET VINI, ET OLEI SVI, MVLTIPLICATI SVNT.] Tamquam ſobrius, omittit ſuperflua. Cùm itaque bona ſint triplicia, ſcilicet animæ, vt virtutes; corporis, vt pulchritudo, ſanitas; & externa, vt diuitiæ, gloria; Propheta hîc è ceteris nihil vult eſſe præter animæ bonum, vti manifeſtum fit ex his quæ infert, *Signatum eſt ſuper nos*. Siquidem ſolâ virtutum affluentiâ lumen vultus Domini ſuper nos ſignatur, id eſt, inſtar ſigilli nos inſignit, & illuſtres efficit. atque hinc etiam nobis lætitia verè ſpiritalis ingeneratur. Qui verò terrenis bonis delectantur, nihil, inquit, aliud lucrati ſunt, niſi quòd in rebus inanibus multiplicati ſint, nullâ verâ aliâ lætitiâ ipſis obueniente.

Bona ſunt triplicia.

Sola virtus verã adfert lætitiam.

9. IN PACE IN IDIPSVM.] Ecce etiam aliam ſpeciem prouidentiæ, vt nimirum pace fruantur, qui Deo deuoti ſunt; dum paſſionum & curarum intempeſtiuarum bellum exterminant. Qui enim inuidus eſt, vel ab aliis abſurdis cogitationibus obſidetur, ab illo quoque ſomni exulat tranquillitas. Porrò illud *in idipſum* magnam habet vim ſignificandi, vt idem ſit quod collectus, ad ſeipſum conuerſus, minimè diſtractus

Pace fruũtur qui Deo deuoti ſunt.

λύει περὶ τὴν ἀσθενεστέραν καὶ παχυτέραν εἰσαγομένην. Πολλοὶ γάρ, φησι (τὸ χυδαῖον πλῆθος, τὸ ἀνοίᾳ προσηλωμένον) δυσημερίαις τισὶ παλαίοντες, κατὰ τῆς προνοίας ἀγανακτοῦσι, ποῦ λέγοντες τὰ ἀγαθὰ τοῦ Θεοῦ; οἷς ἀντιλέγων, φησί·

ζʹ. ΕΣΗΜΕΙΩΘΗ ΕΦ' ΗΜΑΣ.] Ὥσπερ τὸ ἐν τῷ μετώπῳ φησὶ σεσημασμένον πᾶσι καταδηλόν ἐστιν, οὕτως καὶ ἡ θεία πρόνοια ἡ ἀντίληψις. Τοῦτο γὰρ τὸ φῶς ἐντετύπωται ἡμῖν, καὶ φανερά ἐστιν ἑκάστῃ φησὶ καρδίᾳ τὰ τῆς προνοίας ἐγκέχαυται εἴδη. Ἀλλὰ καὶ ἡ χορηγία τῶν πρὸς τὴν χρείαν δεῖγμα προνοίας ἐστί. Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο καθ' ἡμέραν αἰτεῖν λέγει, ἵνα μὴ λήθην ἔχωμεν τοῦ διδόντος. Εἶτα ἀποφαινόμενος ἐπάγει καὶ ἀπόδειξιν, τὴν τῆς καρδίας εὐφροσύνην, δεικνὺς οὐκ ἐν τοῖς ἔξωθεν, καὶ βιωτικοῖς (αὕτη γὰρ οὐ καρδίας εὐφροσύνη, ἀλλ' ὀφθαλμῶν) ἀλλ' ἐν τοῖς ἐντὸς καὶ κατ' ἀρετὴν τὴν τοῦ Θεοῦ δείκνυσθαι πρόνοιαν. Διὰ δὲ τοὺς σωματικωτέρους καὶ ἀλογωτέρους προστίθησι, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ καρποῦ ἀναγκαῖα ἐκεῖθεν πληθύνεσθαι, λέγων·

ηʹ. ΑΠΟ ΚΑΡΠΟΥ ΣΙΤΟΥ ΚΑΙ ΟΙΝΟΥ ΚΑΙ ΕΛΑΙΟΥ ΑΥΤΩΝ ΕΠΛΗΘΥΝΘΗΣΑΝ.] Τὰ περιττὰ παρεὶς ὡς ἀπέριττος. Τριχῶς οὖν λεγομένων τῶν ἀγαθῶν, ψυχικῶν ὡς ἀρεταί, σωματικῶν ὡς κάλλος, ὑγεία· ἐκτὸς, ὡς πλοῦτος καὶ δόξα· οὐδὲν τῶν ἄλλων ἀγαθῶν βούλεται ὁ προφήτης, ἢ τὰ κατὰ ψυχήν. Καὶ τοῦτο δῆλον ἀφ' ὧν ἐπιφέρει· Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς. τῇ γὰρ τῶν ἀρετῶν εὐπορίᾳ σημειοῦται ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου κυρίου, τουτέστιν ἐνσημαίνεται καὶ ἀποφαίνει ἡμᾶς, ὥς τις σφραγὶς ἐπικειμένη. ἀπὸ τούτου δὲ καὶ ἡ τῷ ὄντι πνευματικὴ ἡμῖν ἐγγίνεται εὐφροσύνη. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν τῆς γῆς ἀγαθῶν εὐθυμούμενοι, οὐδὲν ἐκέρδαναν ἄλλο, φησὶν, εἰ μὴ τὸ ἐπὶ τοῖς ματαίοις πληθύνεσθαι, μηδεμιᾶς αὐτοῖς ἄλλης τῆς ὡς ἀληθῶς εὐφροσύνης ἐπιγινομένης.

θʹ. ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΕΠΙ ΤΟ ΑΥΤΟ.] Ἰδοὺ καὶ ἄλλο προνοίας εἶδος, τὸ εἰρήνης ἀπολαύειν τοὺς ἀνακειμένους Θεῷ, τὸν ἐκ τῶν παθῶν καὶ φροντίδων ἀκαίρων ἐξορίζοντας πόλεμον. Ὁ γὰρ βασκαίνων, ἤτοι σὺν ἑτέροις λογισμοῖς ἀτόποις πολιορκούμενος, καὶ τὸν ἐκ τοῦ ὕπνου λιμένα προσεσχασμένον ἔχει. Ἔμφασιν δὲ καὶ τὸ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔχει, ἀντὶ τοῦ συνηγμένος, πρὸς ἑαυτὸν συνεστραμμένος, οὐ σχιζόμενος

εἰς

εἰς μυρίας φροντίδας. ὥσπερ καὶ τὸ κατὰ μόνας τὸ τῶν πονηρῶν χωρίς. Ἵνα εἴπῃ, ὅτι τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι καὶ τῇ προσδοκίᾳ τῇ εἰς σε, πάντα μου τὰ πάθη κατέστειλα. ἢ κοίμησιν καὶ ὕπνον λέγει, τὴν ἀπὸ τοῦ βίου ἀναχώρησιν. Καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδιδοὺς τοῦ κεκοιμῆσθαι καὶ ὑπνωκέναι ἐν εἰρήνῃ, ἐπήγαγεν· Ὅτι ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με. Εἴρηται δὲ ἐν Ὠσηὲ ἐκ τοῦ θεοῦ πρὸς τὴν ψυχήν· Κατοικιῶ σε ἐπ' ἐλπίδι.

in mille ſollicitudines; vti & illud, *ſingulariter*, ſeu *ſeorſum*, id eſt, abſque malis. Ac ſi dicat: Quoniam futurorum ſpe atque exſpectatione in te omnes affectiones meas conſtitui. Vel dormitionem ac ſomnum intelligit, ex hac vita emigrationem. Et cauſam aſſignans, ob quam in pace dormiret ac requieſceret, ſubiunxit: *Quoniam in ſpe conſtituiſti me.* Dictum eſt autem in Oſea ex perſona Dei ad animam: *Conſtituam te in ſpe.* CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

α. Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις.] Κυρίλλου. Ὁ μὲν τρίτος ψαλμὸς ἀκμαζούσης τῆς τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἐπαναστάσεως συντέθειται τῷ Δαβίδ· οὗτος δὲ τῆς τυραννίδος καταλυθείσης. διὰ ταῦτα ἐκεῖ μὲν ἀποδύρεται, ἐνταῦθα δὲ εὐχαριστεῖ· κἀκεῖ μὲν κατὰ θρήνους αὐτῷ σύγκειται ὁ ψαλμός, ἐνταῦθα δὲ οἱ τοῦ μέλους ῥυθμοὶ εἰς ᾠδὰς ἀποτελοῦνται, καὶ ὕμνους. Εἰς τὸ τέλος γάρ φησιν, ἐν ὕμνοις ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαβίδ.

Θεοδωρήτου. Ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ τέλος ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων τῷ νικοποιῷ ἡρμήνευσαν· ὁ δὲ Σύμμαχος ἐπινίκιος. Σημαίνει δὲ τὸ μὲν εἰς τὸ τέλος, ὅτι μακροῖς ὕστερον χρόνοις πληρωθήσεται τὰ προφητευόμενα. Προηγόρευσε δὲ ἐν τῷ τέλει τοῦ ψαλμοῦ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, εἰρηκώς· Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω. Κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ὕμνος ἐπινίκιος τῷ νικοποιῷ προσφέρεται θεῷ ὁ παρὼν ψαλμὸς ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ μετὰ τὴν γενομένην κατὰ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ νίκην. Διδάσκει τοίνυν ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ τοὺς ἀσέβειαν νοσοῦντας, καὶ προνοεῖν τὸν θεὸν, καὶ κυβερνᾶν τὰ ἀνθρώπινα μὴ νομίζοντας, καὶ εἰς ἀπόδειξιν τῆς διδασκαλίας τὰ καθ' ἕκαστον διηγεῖται.

Ὠριγένους. Πολλῶν ψαλμῶν κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα ἐχόντων ἐπιγραφὴν εἰς τὸ τέλος, ἄξιον ὅση δύναμις ἐξιχνεῦσαι τὸ δηλούμενον ὑπὸ τῆς λέξεως τούτου. ἰστέον δὲ ὅτι ὡς πάσης τέχνης καὶ ἐπιστήμης ἐστὶ τὸ τέλος, ἐφ' ὃ σπεύδει ὁ γνησίως τὴν τέχνην ἢ τὴν ἐπιστήμην μετιὼν, οὕτω καὶ τῆς λογικῆς φύσεως δεῖ τέλος τυγχάνειν. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἐν Χριστῷ ζωοποιηθῆναι κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Νομίζομεν τοίνυν τοὺς εἰς τὸ τέλος

1. In finem in hymnis.] Cyrilli. Tertius quidem Pſalmus à Dauide compoſitus fuit, dum rebellio Abſalomi feruebat; hic verò eius tyrannide iam diſſolutâ. *Quandò hic Pſalmus compoſitus ſit.* Quocircà ibi quidem conqueritur; hîc verò gratias agit: atque ibi quidem Pſalmus ab ipſo compoſitus eſt per lamentationes; hîc verò cum modulatione verſiculi in cantus deſinunt ac laudes. In finem enim, inquit, in hymnis Pſalmus cantici Dauid.

Theodoreti. Pro his verbis *in finem*, Aquila quidem & Theodotion, *victoriæ auctori* interpretati ſunt; Symmachus autē *triumphalis*. *Varia huius Pſalmi inſcriptio.* Significat verò hoc verbum, *in finem*; quoniam longa poſt tempora, quæ prædicta fuere, perficientur. In nouiſſima verò parte huius Pſalmi hominum à morte reſurrectionem prædicit, dicens: *In pace in idipſum dormiam & requieſcam.* Sed ſecundùm reliquos, hymnus triumphalis victoriæ auctori offertur Deo præſens Pſalmus à beato Dauide, poſt obtentam contra Abſalomum victoriam. Docet igitur in præſenti Pſalmo impietate laborantes, & Deum prouidere, & gubernare humana, cùm id non exiſtiment; & in doctrinæ ſuæ probationem ſingula exponit atque percurrit.

Origenis. Cùm multi pſalmi ſecundùm Septuaginta titulum habeant *in finem*; operæ pretium fuerit pro virili inueſtigare ſenſum hac dictione ſignificatum. *Quid ſibi velit inſcriptio illa in finem.* Sciendum autem, vt artis cuiuſlibet atque ſcientiæ quidam finis eſt, quem intendit is qui artem vel ſcientiam ſeriò exercet, ſic etiam naturæ rationalis finem aliquem eſſe oportere. Hic autem eſt viuificatio in Chriſto ſecundùm Apoſtolum. Exiſtimamus itaq; Pſalmos qui *in finem* in-

CATENA PATRVM.

inſcribuntur, ſenſum quemdam finis præ ſe ferre, & ad illum ea quæ dicuntur intelligentes cohortari. *Qui Pſalmi ſint in finem.* Omni autem certanti finis eſt victoria. Quare cùm, vti anteà oſtendimus, Dauid dicatur Chriſtus, Pſalmi qui in finem Dauid inſcripti ſunt, finem & victoriam Chriſti victoriæ auctoris annuntiant.

2. CVM INVOCAREM, EXAVDIVIT.] THEODORETI. Diſcite, inquit, è rebus quæ mihi *Deus quos exaudiat.* euenerunt, quomodo vniuerſorum Deus humanis præeſt, atque purè illum inuocantes exaudit. Ego vtique ſtatim vt meam precationem attuli, voti compos factus ſum. Hanc verò vocem, *iuſtitiam meam,* pro iuſta mea poſtulatione poſuit. Non enim Dauidis proprium eſt prudentiæ, vt ipſe ſuæ ipſius iuſtitiæ atque virtutis teſtis ſit. Hæc autem verba ſi- Iſa. 58, 9. milia ſunt illis: *Adhuc loquente te dicet, Ecce adſum.*

CHRYSOSTOMI. Ante cetera omnia, obſerua eum qui orat, debere habere fiduciam, *Fiducia oranti neceſſaria.* & omnino conſequetur quæ petit. Quocircà etiam Propheta non dixit ſimpliciter, Exaudiuit me, ſed iuſtitiam meam. Communem admonitionem valdè vtilem inducens; vt ſi quis velit apud Deum aliquid perficere, iuſtitiam ſecum accipiens accedat, & adepturum eſſe quæ petit. *Iuſtitia virtus generalis.* Iuſtitiam autem hoc loco, non virtutis partem aliquam exiſtima; ſed vniuerſalem, & totalem. Sic etiam Iob iuſtus erat, omnem humanam virtutem obtinens. Ita & nos quoq; iuſtam ſtateram nuncupamus quæ vndequaque æqualis eſt. Verùm forſan aliquis dixerit: Si habeo iuſtitiam, quæ neceſſi- *Quid opus oratione cùm Deus omnia ſciat?* tas orationis, cùm res ipſa perficere cuncta poſſit, & Deus omnia daturus ſit, cùm ſciat quibus egeamus? Quia nimirum non parua coniunctio eſt dilectionis Dei cum oratione, quæ nobis cum illo conuerſandi conſuetudinem indit, atq; ad philoſophandum inducit. Homo enim qui vti decet cum Deo colloquendi peritus eſt, deinceps angelus erit: adeò anima corporeis vinculis abſoluitur, adeò cogitatio ſublimis efficitur.

PSELLI. Vbi dixerat: *Cùm inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ,* ſimul etiã declarat quomodo exauditus ſit. *In tribulatione* enim, inquit, *dilataſti mihi.* Atq; vbi hîc gratiarum actionem impleuit, ſubiungit deprecationem: *Miſerere mei, & exaudi orationem meam.*

ἐπιγεγραμμένους ψαλμοὺς, τοῦ τέλους τινὰ ἐπιγράφειν νοῦν, καὶ ὑπ' ἐκεῖνο συνιέντας τὰ λεγόμενα παρακαλεῖν. Παντὶ δὲ ἀγωνιζομένῳ τέλος ἡ νίκη τυγχάνει. Ἐπεὶ οὖν ὡς προαπεδείξαμεν, Δαβὶδ ὁ Χριστὸς λέγεται, οἱ ἐπιγεγραμμένοι εἰς τὸ τέλος τοῦ Δαβὶδ, τὸ τέλος καὶ τὴν νίκην ἀπαγγέλλουσι τοῦ Χριστοῦ νικοποιοῦ λεχθησομένου.

β. ΕΝ ΤΩ ΕΠΙΚΑΛΕΙΣΘΑΙ ΜΕ ΕΙΣΗΚΟΥΣΕ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Μάθετέ, φησιν, ἐκ τῶν εἰς ἐμὲ γεγενημένων, ὅπως ἐφέστηκε τοῖς ἀνθρωπείοις ὁ τῶν ὅλων θεὸς, καὶ τῶν εἰλικρινῶς ἐπικαλουμένων ἀκούει. Ἐγὼ οὖν παραυτίκα προσενηνοχώς μου τὴν δέησιν, ἔτυχον τῆς αἰτήσεως. Τὸ δὲ τῆς δικαιοσύνης μου, ἀντὶ τοῦ δικαίας μου αἰτήσεως τέθεικεν. Οὐδὲ γὰρ ἴδιον τοῦ φρονήματος Δαβὶδ δικαιοσύνην ἑαυτοῦ καὶ ἀρετὴν μαρτυρεῖν. Ἔοικε δὲ ταῦτα τῷ, ἔτι λαλοῦντός σου ἐρεῖ, ἰδοὺ πάρειμι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, παῤῥησίαν δεῖ τὸν προσευχόμενον ἔχειν, καὶ πάντως ἕψεται τὰ τῆς αἰτήσεως. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης οὐκ εἶπεν, εἰσήκουσέ μου, ἀλλὰ τῆς δικαιοσύνης μου. Τὴν παραίνεσιν κοινὴν πολὺ κέρδος ἔχουσαν εἰσάγων, ὥστε εἴ τις βούλεται παρὰ θεοῦ ἀνύειν, τὴν δικαιοσύνην μεθ' ἑαυτοῦ λαμβάνων προσίτω, καὶ τεύξεται ὧν αἰτεῖ. Δικαιοσύνην δὲ ἐνταῦθα μὴ μέρος ἀρετῆς νόμιζε, ἀλλ' ὁλόκληρον, καὶ καθολικήν. Οὕτως καὶ ὁ Ἰὼβ δίκαιος ἦν, πᾶσαν ἔχων τὴν ἀνθρωπίνην ἀρετήν. Οὕτω καὶ ἡμεῖς δίκαιον στάθμιον λέγομεν, τὸ πανταχοῦ ἴσον. Ἀλλ' εἰ ἔχοιμι τὴν δικαιοσύνην, ἴσως ἐρεῖ τις, τίς χρεία τῆς προσευχῆς, ἀρκοῦντος τοῦ πράγματος ἅπαντα κατορθοῦν, καὶ τοῦ μέλλοντος διδόναι θεοῦ εἰδότος ὧν δεόμεθα; Ὅτι οὐ μικρὸς συνδεσμὸς τῆς πρὸς θεὸν ἀγάπης ἡ προσευχὴ, συνήθειαν ἡμῖν ἐμποιοῦσα τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμιλίας, καὶ εἰς φιλοσοφίαν ἄγουσα. Ἄνθρωπος γὰρ θεῷ παιδευθεὶς ὡς χρὴ διαλέγεσθαι, ἄγγελος ἔσται λοιπὸν, οὕτως ἀπολύεται τῶν συνδέσμων τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, οὕτως μετάρσιος γίνεται ὁ λογισμός.

ΨΕΛΛΟΥ. Εἰπὼν, ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με εἰσήκουσέ μου ὁ θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου, παραδείκνυσι καὶ πῶς εἰσηκούσθη. Ἐν θλίψει γάρ φησιν ἐπλάτυνάς με. Καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἐνταῦθα πληρώσας τὴν ἱκεσίαν ἐπάγει· Οἰκτείρησόν με, καὶ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου.

ἐκεῖνα

ἐκεῖνα τῶν γεγενημένων κατορθώματα, ταῦτα τῶν ὑπολελειμμένων. Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με, φησὶν, εἰσήκουσέ μου. Τὸ τῆς ἐπικλήσεως ὄνομα ἄῤῥητον ἔχει τὴν δύναμιν. Ἐπίκλησις γάρ ἐστι δυνάμεως κρείττονος, διὰ τρόπων σπουδαίων ἀπόῤῥητος ὁλκὴ καὶ ἐπαγωγή. Ἑλλήνων μὲν γὰρ παῖδες ἐπῳδαῖς τε καὶ ἐπικλήσεσι, δυνάμεις τινὰς ἀπὸ τῆς τῆς πονηρίας πνευμάτων κατέσπων εἰς ἑαυτούς· οἱ δὲ καὶ αὐταῖς ἐκείνων ταῖς ὑποστάσεσιν ἐν τῇ πρὸς αὐτοὺς ὁμιλίαις κατεβιάζοντο. Ἐφείλκοντο δὲ τὰ τοιαῦτα πνεύματα, καὶ θυσίαις τισὶ καὶ χρηστηρίων ἐπιτηδειότησιν. Ἡμῖν δὲ οἷς τὸ τοῦ Χριστοῦ ἐπικέκληται ὄνομα, ἐκεῖνα μὲν ἠθέτηται καὶ κατήργηται, ἀρκεῖ δὲ γνώμη σπουδαία τὴν κρείττονα ῥοπὴν εἰς ἑαυτὴν ἐπισπάσασθαι. Οὕτω καὶ Δαβὶδ ἐπεκαλεῖτο τὸν κύριον, οὐκ ἐπᾴδων, οὐδέ τισι θυμιατοῖς τὴν ἄνωθεν ἐπικουρίαν καταβιαζόμενος, ἀλλὰ τρόποις θεοειδέσι τὸν κύριον εἰς ἑαυτὸν ἐφελκόμενος. Τοιοῦτος ἦν καὶ Σαμουὴλ ὁ προφήτης. Καὶ Σαμουὴλ γάρ, φησι, προφήτης ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν. ἡ δὲ ἐπίκλησις αὕτη, οὐκ ἐν γλώσσῃ κεῖται καὶ ῥήμασιν, ἀλλ' ἐν καρδίας κινήμασι. Κἀγὼ μὲν, φησιν, ἐπεκαλεσάμην. ὁ δὲ θεὸς τί; ἆρα τῆς ἐπικλήσεως προσέσχε τοῖς ὀνόμασιν; οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐπήκουσε τῆς δικαιοσύνης μου. Ἐγγὺς γὰρ κύριος τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ. Οὐ γὰρ ὁ λέγων μοι κύριε, κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου. τελείου γὰρ τὸ λέγειν κύριε, ὅταν τὰ ἔργα συμφθέγγηται.

Κυριλλου. Ἄτοπόν ἐστι σιγῇ καταχωννύναι τὸν τῆς εὐεργεσίας τρόπον, ὅπερ οἱ ἐν εὐαγγελίοις ἐννέα λεπροὶ ὀνειδίζονται. ἢ τοίνυν τὴν θείαν καταθαυμάζει φιλοτιμίαν, οὐκ ἐν παρατάσει χρόνου τὰ αἰτήματα πληρώσασαν· ἢ τάχα διδάσκει, ὡς οὐκ ἐν τῷ σιγᾷν, ἀλλ' ἐν τῷ μᾶλλον ἐπικαλεῖσθαι, σέσωσται. Δείκνυται δὲ διὰ τούτου, μέγα καὶ ἀντιφόρον τὸ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι.

Θεοδωρητου. Οὐ μόνον, φησὶ, τῶν περιστάσεων ἐξήγαγες, ἀλλὰ καὶ εἰς εὐρυχωρίαν πολλὴν εἶναι παρεσκεύασας. Εἴωθε δὲ ὁ τῶν ὅλων θεὸς συγχωρεῖν μὲν γίνεσθαι τοῖς ἁγίοις τὰ λυπηρά· μετὰ δὲ τὴν δοκιμασίαν ἀνακηρύττειν τοὺς ἀθλητάς· καὶ μέντοι καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς πειρασμοῖς πᾶσαν προσφέρειν ψυχαγωγίαν. Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ὁ μέγας διδάσκει

Illi ſunt factorum, hi propoſitorum ſucceſſus. *Cùm inuocarem,* inquit, *exaudiuit me.* CATENA PATRVM.
Nomen inuocationis arcanam quamdã vim habet. Quoniam inuocatio eſt virtutis cuiuſdam præſtantioris, per probos mores occulta quædam attractio adductioq; Siquidem Gentiles incantationibus atq; inuocationibus quaſdam ad ſe prauorum ſpirituum virtutes attrahebant; quin & ipſis eorum perſonis, cum iiſdem conuerſando, vim inferebant. Huiuſcemodi autem ſpiritus etiam quibuſdam ſacrificiis & oraculorum commoditatibus alliciebantur. Nobis verò Chriſti nomen inuocantibus, illa quidem abrogata ſunt & abolita: ſed proba mens ſufficit ad diuinum fauorem ad ſe attrahendum. Sic etiam Dauid inuocabat Dominum, non incantando, neque vilibus quibuſdam ſacrificiis ſupernum auxilium extorquendo, ſed moribus deiformibus Dominum ad ſe alliciendo. Talis erat etiam Samuel Propheta. Nam & Samuel, inquit, Pſal. 98,6.
Propheta inter eos qui inuocabant ipſum. Hæc autem inuocatio, haud in lingua verbiſve ſita eſt; ſed in cordis motionibus. Nam & ego, inquit, inuocabam. Deus autem quid? Num verbis inuocationis attendit? nequaquam: ſed exaudiuit iuſtitiam meam. Nam *propè eſt Dominus inuocantibus eum in veritate. Non* enim *omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei:* ſiquidem perfecti eſt dicere, Domine, quando opera correſpondent.

Inuocationis vis quanta.

Inuocatio non in verbis ſita, ſed in mente.

Pſ. 144,18

Matt. 7,21

Cyrilli. Abſurdum eſt ſilentio ſupprimere beneficij rationem: propter quod in Euangeliis nouem illi leproſi reprehenduntur. Luc. 17,17.
Vel itaq; admiratur, diuinam munificentiam tanto temporis ſpatio poſtulata nondum impleſſe; vel certè docet, ſe non tam ſilendo, quàm inuocando ſalutem conſecutum. Hinc etiam declaratur, magnum emolumentum adferre aſſiduam orationem.

Beneficia non ſunt ſilenda.

Theodoreti. Non ſolùm, inquit, è periculis eripuiſti; verùm etiam in loco valdè libero conſtituiſti. Solet autem vniuerſorum Deus permittere quidem, vt ſanctis viris res aduerſę accidant; poſt probationem verò præconiis celebrare athletas: quin etiam in ipſis tentationibus omnem animi conſolationem adferre. Id etiam hoc loco docet magnus

Cur ſanctis aduerſa accidant.

CATENA PATRVM.

Dauid, dicens: Quoniam in ipſis afflictionibus tuâ ope, animique conſolatione perfruitus ſum. Iſtiuſmodi etiam eſt id quod ab vniuerſorum Deo ad Apoſtolum dictum eſt:

2. Cor. 12, 9.

Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus mea in infirmitate perficitur. Ceterùm hic iuſtus non capit orandi ſatietatem, ſed perſeuerat.

Chrysostomi: Non dixit, Tranſtuliſti tribulationes, neque tentationes ſuſtuliſti; ſed, illas conſiſtere permiſiſti, & dilataſti mihi. Hinc enim maximè Dei artificium demonſtratur, quòd non ſolùm ſublatis, verùm etiam remanentibus tribulationibus, multam præbeat delectationem. Nam hoc & Dei potentiam declarat, & afflictos efficit prudentiores: cùm latitudo ſiue relaxatio tribulatum animum ſoletur, atque tribulatio ipſum non reſoluat, ſed conſtringat torpeſcentem. Atqui quomodo in tribulatione exiſtat dilatatio? Sicut in camino trium puerorum, ſicut in lacu leonum. Nam & camino valdè ſuccenſo, & feris minimè ſubmotis, viri iuſti magnâ ſuauitate animi fruebantur. Liceat etiam alio modo latitudinem illam intelligere; vt quando animus tentationibus afflictus, à paſſionibus liberatur.

Deus etiam manentibus tribulationibus ſanctos ſolatur.

Dilatantur ſancti in tribulatione.

Eivsdem. Atqui, cur poſtquàm exauditus eſt, dicit *Miſerere mei*, ſi à miſeriis & anguſtia fuerit liberatus? Quia nimirum, quòd homo eſſet, & anxius ſit de futuro; ne inſtantes tentationes ac tribulationes omnino ei præualeant, dilatari poſtulat, & ea quæ triſtitias anguſtiamque creant, pertranſire. Diſſolue, inquit, agonem meum, & da penitus liberari. Vt autem ex Apoſtoli quoque doctrina diſcas, quomodo ex tribulatione dilatatio exiſtat, audi Paulum eius fructum recenſentem. *Tribulatio*, inquit, *patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò ſpem; ſpes autem non confundit*. Verùm ſi hæc efficiat tribulatio, quomodo Dauid hanc deprecatur? Quia nimirum, ſi quis in eam incidit, oportet quidem ipſam philoſophiæ argumentum, & virtutis incrementum efficere: verumtamen ſibi ipſi fidere, inſaniæ eſt & temeritatis: quare meritò hanc Dauid deprecatur, licet cùm inciderit, in ipſa perſeuerare debeat, donec à Deo transferatur. Tres autem Apoſtolus nobis voluptates ex hac ait procreari; ſcilicet

Cur poſt exauditionem etiam precandum.

Rom. 5, 5.

Tribulationis fructus.

In tribulatione quomodo nos gerere oporteat.

Δαβίδ, λέγων· Ὅτι ἐν αὐταῖς τῶν θλίψεσι τῆς σῆς ἐπικουρίας καὶ ψυχαγωγίας μεγάλης ἀπήλαυσα. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων πρὸς τὸν Ἀπόστολον εἰρημένον· Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Οὐ λαμβάνει δὲ ὁ δίκαιος κόρον προσευχῆς, ἀλλ᾽ ἐπιμένει.

Χρυσοστομου. Οὐκ εἶπε, παρήγαγες τὰς θλίψεις, οὐδὲ ἀνεῖλες τοὺς πειρασμούς, ἀλλ᾽ ἀφῆκας ἑστάναι, καὶ ἐπλάτυνάς μοι. Τὸ γὰρ εὐμήχανον τοῦ Θεοῦ κἀντεῦθεν μάλιστα δείκνυται, οὐκ ἐν τῷ παρενεγκεῖν τὰς θλίψεις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μενουσῶν αὐτῶν πολλὴν παρέχειν τὴν ῥᾳστώνην. Τοῦτο καὶ τοῦ Θεοῦ δείκνυσι τὴν ἰσχύν, καὶ τοὺς ἐμπεσόντας φιλοσοφωτέρους ἐργάζεται, ὅταν καὶ εὐρυχωρία ἡ παραμυθουμένη τὴν θλιβομένην ψυχήν, καὶ ἡ θλίψις μὴ καταλύηται, συσφίγγουσα ταύτην ῥᾳθυμοῦσαν. Καὶ πῶς ἂν ἐν θλίψει γένοιτο πλατυσμός; Ὡς ἐν τῇ καμίνῳ τῶν τριῶν παίδων, ὡς ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λεόντων. Τῆς τε γὰρ καμίνου σφοδρῶς ἀναπτομένης, καὶ τῶν θηρίων οὐκ ἀνῃρημένων, οἱ δίκαιοι πολλῆς ἀπήλαυον τῆς ῥᾳστώνης. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως εὐρυχωρίαν εἰπεῖν, ὡς ὅταν ὑπὸ τῶν πειρασμῶν θλιβομένη ἡ ψυχή, τῶν παθῶν ἀπαλλάττηται.

Του αυτου. Τί οὖν φησι μετὰ τὸ εἰσακουσθῆναι οἰκτείρησόν με, εἰ ἀπηλλάγη τῶν ἀλγηδόνων καὶ τῆς ἀθυμίας; ὅτι ἄνθρωπος ὤν, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀγωνιῶν, μὴ οὐκ ἰσχύσῃ διαπαντὸς ἐπικειμένων τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν θλίψεων, πλατυνθῆναι αἰτεῖται, καὶ αὐτὰ ταῦτα τὰ ποιητικὰ τῶν ἀλγηδόνων καὶ τῆς ἀθυμίας παρελθεῖν. Λῦσον, φησι, τὴν ἀγῶνα, καὶ δὸς παντελῶς ἀπαλλαγῆναι. Ἵνα δὲ μάθῃς καὶ ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας, πῶς ἡ ἀπὸ θλίψεως εὐρυχωρία γίνεται, ἄκουσον αὐτοῦ Παύλου τὸν καρπὸν αὐτῆς λέγοντος. Ἡ δὲ θλίψις, φησίν, ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. Ἀλλ᾽ εἰ ταῦτα ἡ θλίψις κατεργάζεται, πῶς ἀποδύεται ταύτην ὁ Δαβίδ; Ὅτι περιπεσόντα μὲν δεῖ ταύτην τῆς φιλοσοφίας ὑπόθεσιν, καὶ πρὸς ἀρετὴν ἐπίδοσιν ποιεῖσθαι· πεποιθέναι δὲ ἑαυτῷ, ἀπονοίας ἐστὶ καὶ θράσους: διὸ δικαίως ἀποδύεται ταύτην ὁ Δαβίδ, εἰ καὶ τὸν περιπίπτοντα ἐν αὐτῇ προσήκει καρτερεῖν, ἕως ἂν ὑπὸ Θεοῦ παρενεχθῇ. Τρεῖς δὲ ὁ Ἀπόστολος ἡμῖν ἡδονὰς ἐκ ταύτης λέγει τίκτεσθαι, τήν τε

ὑπομο-

ὑπομονὴν, καὶ τὴν δοκιμὴν, καὶ τὴν ἐλπίδα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Ταῦτα τοίνυν φιλοσοφῶν ὁ προφήτης, ἔλεγεν· Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, εἰσήκουσέ μου ὁ θεὸς, λέγει καὶ ἐν ποίῳ τρόπῳ εἰσήκουσεν. Οὐκ ἐν χρήμασι, οὐδὲν γὰρ ἐζήτει τοιοῦτον, οὐδ' ἵνα ἐχθρῶν κρατήσῃ, οὐδὲ γὰρ ταῦτα ᾔτει, ἀλλ' ἐν ἀνέσει εἰσήκουσέ μου, φησὶ, τῇ ἐν μέσῳ τῆς θλίψεως γενομένῃ. Οἰκτείρησόν με, καὶ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Τί λέγεις; ἄνω δικαιοσύνης μέμνησαι, ἐνταῦθα οἰκτιρμοῦ καὶ ἐλέους. Ναὶ, φησὶν, ὅτι κἂν μυρία κατορθώσωμεν, ἀπὸ οἰκτιρμοῦ ἀκουόμεθα καὶ φιλανθρωπίας· κἂν πρὸς αὐτὴν ἀνέλθωμεν τὴν τῆς ἀρετῆς κορυφὴν, ἀπὸ ἐλέους σωζόμεθα. Καὶ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. ἄνω δικαιοσύνης μου, ἐνταῦθα τῆς προσευχῆς μου. Οὕτω καὶ ὁ Κορνήλιος εἰσηκούσθη, ἐπειδὴ ταύτην εἶχε συνήγορον. αἱ προσευχαί σου, φησὶ, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Τὰ γὰρ ἔργα ἐστὶ τὰ ἀκουόμενα, καὶ τὰ κατορθώματα. Οὐχ ἁπλῶς δὲ αἱ προσευχαὶ, ἀλλ' αἱ κατὰ νόμον θεοῦ γινόμεναι. Καὶ τίνες εἰσὶν αὗται; αἱ ταῦτα αἰτοῦσαι ἃ τῷ θεῷ πρέπει διδόναι, αἱ μὴ ἐπὶ τὰ ἐναντία τοῖς αὐτοῦ νόμοις αὐτὸν παρακαλοῦσαι.

Κυριλλου. Πῶς εἰσακουσθῆναι εἰπὼν, ἀκουσθῆναι πάλιν παρακαλεῖ; ἢ χρόνος ἐστὶν ἀντὶ χρόνου· ἀντὶ γὰρ τοῦ οἰκτείρησάς με, καὶ εἰσήκουσάς μου, εἴρηται οἰκτείρησόν με, καὶ εἰσάκουσόν μου. ἢ τάχα διηνεκῶς ἀκούεσθαι παρακαλεῖ, ἐπειδὴ τοὺς ζῆν εὐσεβῶς ἐθέλοντας οὐκ ἐνδέχεται μὴ οὐχὶ πάντως ταῖς κατὰ τόνδε τὸν βίον ὁμιλεῖν θλίψεσιν. Εἰ οὖν καὶ κατὰ πάντα εἰσηκούσθη ὅσα προσηύξατο, ἀλλ' ὅμως δέδοικε περὶ τοῦ μέλλοντος, διὸ καὶ ἁπλῶς προσηύχετο, τὸ κέρδος τῆς προσευχῆς ἐπιστάμενος.

Ψελλου. Καὶ μὴν ἐπεκαλέσατο τὸν κύριον, καὶ εἰσηκούσθη. Τί οὖν πάλιν ζητεῖ; Ὅτι τὸ μὲν δέδωκεν ὁ κύριος, τὸ δὲ ἀνεβάλετο. Δέδωκε τὴν μεγαλοψυχίαν, καὶ τὸ ἐν ἐλπίσιν ἀγαλλιᾶσθαι τῆς τοῦ τυράννου καταλύσεως, ἔτι δὲ τελευταῖον τρόπαιον ἀνεβάλετο. Οὔπω γὰρ πολεμίων διεπολεμήθη στόλος. Τὸ μὲν ὑπέρρυη τῶν πολεμίων, τὸ δὲ μένει ἀνθιστάμενον καὶ μαχόμενον. ἐν μὲν ἐκείνοις εἰσήκουσμαι, ἐν δὲ τούτοις εἰσακουσθῆναι προσεύχομαι. Ταῦτα ἂν εἴποι καὶ ὁ καθ'

patientiam, & probationem, & ſpem bonorum futurorum. Hæc vtique Propheta ſapienter expendens, dixit: *In tribulatione dilataſti mihi.* Cùm enim dixiſſet: *Exaudiuit me Deus*, ait etiam quonam modo exaudierit. Non in diuitiis, has enim non petierat; neque vt inimicos ſuperaret, nam nec hoc rogauerat; ſed in tolerantia, inquit, exaudiuit me, quæ fuit in media tribulatione. *Miſerere mei, & exaudi orationem meam.* Quid ais? ſuprà iuſtitiæ mentionem feceras, hîc miſericordiæ ac miſerationis. Certè, inquit, licet millies rectè nos geſſerimus, ex miſericordia tamen atque clementia exaudimur; licet ad ipſum virtutis culmen peruenerimus, à miſericordia ſaluamur. *Et exaudi orationem meam.* ſuperiùs dixit, *iuſtitiæ meæ*; hîc autem *orationem meam.* Sic etiam Cornelius exauditus fuit, quoniam hanc habuit patronam. *Orationes tuæ*, inquit, *& eleemoſynæ tuæ, aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.* Opera enim & benefacta ſunt quæ exaudiuntur. Non ſimpliciter autem orationes, ſed quæ ſecundùm legem Dei fiunt. Ecquænam ſunt hæ? quæ nimirum poſtulant ea quæ Deum dare decet, & quæ non interpellant ipſum pro iis quæ legibus eius aduerſantur.

Cyrilli. Quomodo, cùm ſe dixerit exauditum, audiri denuò poſtulat? Vel certè tempus eſt pro tempore: nempe pro, Miſertus es mei, & exaudiſti me, dictum eſt, *miſerere mei, & exaudi me.* Vel fortè continenter audiri poſtulat, quoniam qui piè viuere volunt, non poſſunt non aſſiduè in hac vita tribulationibus affici. Etſi itaque etiam ſecundùm omnia quæ deprecatus fuerat exauditus ſit, attamen ſimul de futuro ſollicitè metuebat: ideoque ſimpliciter orabat, emolumentum orationis exploratum habens.

Pselli. Verumtamen inuocauit Dominum, & exauditus eſt. Quid igitur iterùm poſtulat? Quoniam nempe aliud quidem dedit Dominus, aliud verò diſtulit. Dedit magnanimitatem & exultationem in ſpe exciſionis tyranni, vltimum autem tropæum adhuc diſtulit. Necdum enim exercitus hoſtium deletus eſt. Pars quidem aduerſariorum fuſa eſt; pars verò manet adhuc reſiſtens & pugnans. in illis quidem exauditus ſum; in his verò exaudiri poſtulo. Hæc etiam dicere poſſit Dominus

CATENA PATRVM.

Per ſolam Dei miſericordiam exaudimur & ſaluamur.

Act. 10. 4.
Orationis & eleemoſynæ fructus.

Etiam poſt exauditionem orandum.

Deus etiam cùm exaudit, non ſtatim omnia ſimul dat.

CATENA PATRVM. *Chriſtus etiam poſt exauditionem adhuc orat.* Ioan. 10, 16.

nus ſecundùm nos natus. Nam & ille partim quidem exauditus eſt à Patre; partim verò rogat exaudiri. Exauditus quidem eſt, quando Lazarum reſuſcitabat, atque alia miracula patrabat: rogat verò exaudiri, pro aliis ouibus quæ ſunt in alio ouili, vt & ipſæ adducantur, & fiat vnum diſperſarũ ouile, & vnus paſtor. Rogat etiam pro diſcipulis, vt & ipſi vnum ſint, ſecundùm quod ipſe & Pater vnum ſunt. Rogat etiam pro crucifixoribus, vt non ſtatuat illis hoc peccatum. Rogat, humanitùs loquendo, etiam pro morte: vt, ſi fieri poſſet, tranſeat ab eo calix. deinde ſuam hac de re precationem, paternæ voluntati ſubmittit. Ceterùm vbi Dauid hæc ad Deum deprecatus eſt, rurſus conuertitur ad eos qui in vanum ipſum oppugnabant, & ait:

3. FILII HOMINVM VSQVEQVO GRAVI CORDE?] THEODORETI. Hæc ait quaſi ad illos qui credebant, multitudine exercitus iuſtum captum iri. Hæc autem ſpes inanis & falſa eſt. Vel ſic: Ex iis quæ mihi acciderunt, ô homines, diſcite vniuerſorũ moderatorem, quomodo humana reſpiciat, atque ſtudioſè rogantibus res petitas porrigat: atque inanes veſtras cogitationes abiicientes, ſcitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum.

CHRYSOSTOMI. Ceterùm conſidera prudentiam Prophetæ. Vbi enim priùs Dei potentiam, & facilitatem ac humanitatem oſtenderat, quòd in tribulatione dilatet, deinde malitiam hominum expendens, & quaſi præ anguſtia ſuffocatus; ad ipſos ſermonem conuertit, tantùm-non dicens: Quia talem habetis Deum, tam bonum, tam benignum, tam potentem, exorbitaſtis ad impietatem. Et obſerua monitionem, quantâ ſimul cum furore abundet beneuolentiâ. Quid enim ait? *Filij hominum, vſquequo graui corde?* Hæc verba ſunt valdè perſtringentis, etiam à tempore. Si enim ab initio Dei beneficium non agnoſcere, culpa ſit; qualem veniam mereatur, tanto tempore ad veritatem cæcutire? Quid autem eſt *graui corde*? craſſo corde, carnales, terræ affixi, malitiam ſectantes, deliciis corrupti. Iſtiuſmodi enim eſt homo carnalis. Et vbi vitam illorum perſtrinxit, fontem indicat impietatis: demonſtrans hoc vel maximè ipſis ad ſublimiora documenta impedimento eſſe; quòd, cùm aurigæ vicem

Homines carnales ſunt graui corde.

ἡμᾶς γινόμενος κύριος. Κἀκεῖνος γὰρ τὰ μὲν εἰσήκουσται παρὰ τοῦ πατρὸς, τὰ δὲ δεῖται εἰσακουσθῆναι. Εἰσήκουσται μὲν ἀναστήσας τὸν Λάζαρον, καὶ τ᾽ ἄλλα θαυματουργήσας· δεῖται δὲ εἰσακουσθῆναι περὶ τῶν ἑτέρων προβάτων τῶν ἐν τῇ ἑτέρᾳ αὐλῇ, ὥστε κἀκεῖνα ἐπισυναχθῆναι, καὶ γενέσθαι τὴν μίαν τῶν διῃρημένων μάνδραν, καὶ ἕνα ποιμένα. Δεῖται καὶ περὶ τῶν μαθητῶν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἓν ὦσι, κατὰ τὴν αὐτοῦ καὶ πατρὸς ἕνωσιν. Δεῖται καὶ περὶ τῶν σταυρωσάντων, ἵνα μὴ στήσῃ τούτοις ἁμαρτίαν. Δεῖται ἀνθρωπικώτερον καὶ περὶ τοῦ θανάτου, ἵνα, εἰ δυνατὸν, παρέλθῃ ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸ ποτήριον. εἶτα τὴν περὶ τούτου δέησιν τῷ πατρικῷ καταλιμπάνει βουλήματι. Ταῦτα προσευξάμενος πρὸς τὸν θεὸν ὁ Δαβὶδ, αὖθις πρὸς τοὺς διακενῆς αὐτῷ πολεμοῦντας ἐπιστρέφεται, καί φησιν·

γ΄. ΥΙΟΙ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΕΩΣ ΠΟΤΕ ΒΑΡΥΚΑΡΔΙΟΙ;] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταῦτα ὡς πρὸς τοὺς πιστεύσαντας, πλήθει στρατοῦ ἑλεῖν τὸν δίκαιον. αὕτη δὲ ἡ ἐλπὶς ματαία, καὶ ψευδής ἐστιν. ἢ οὕτως· ἐκ τῶν εἰς ἐμὲ γεγενημένων μάθετε ὦ ἄνθρωποι τῶν ὅλων τὸν πρύτανιν, ὅπως ἐφορᾷ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τοῖς ἐπιμελῶς προσιοῦσι τὰς αἰτήσεις ὀρέγει, καὶ τοὺς ματαίους ὑμῶν λογισμοὺς ἀποῤῥίψαντες, γνῶτε ὅτι ἐθαυμάστωσε κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀλλὰ θέα τὴν σύνεσιν τοῦ προφήτου. Δείξας γὰρ πρότερον τοῦ θεοῦ τὴν ἰσχὺν, καὶ τὸ εὐμήχανον καὶ φιλάνθρωπον, ὅτι ἐν θλίψει πλατύνει, εἶτα ἐννοῶν τὴν ἐν ἀνθρώποις κακίαν, καὶ ὥσπερ ἀποπνιγόμενος ἀπὸ τῆς ἀθυμίας, τρέπει τὸν λόγον πρὸς αὐτοὺς, μονονουχὶ λέγων, ὅτι τοιοῦτον ἔχοντες θεὸν, οὕτως χρηστὸν, οὕτως φιλάνθρωπον, οὕτως δυνατὸν, ἐξωκείλατε πρὸς ἀσέβειαν. Καὶ ὅρα τὴν παραίνεσιν, ὅσης μετὰ θυμοῦ γέμει καὶ τῆς προσηνείας. Τί γάρ φησι; Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι; Ἐνταῦθα σφόδρα ἐστὶ καθαπτομένου, καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου. Εἰ γὰρ τὸ ἐξ ἀρχῆς μὴ συνιδεῖν τοῦ θεοῦ τὴν εὐεργεσίαν ἔγκλημα, ποίαν ἔχοι συγγνώμην τὸ μέχρι τούτου πρὸς τὴν ἀλήθειαν τυφλώττειν; τί δέ ἐστι βαρυκάρδιοι; παχυκάρδιοι, σαρκικοὶ, τῇ γῇ προσηλωμένοι, κακίαν διώκοντες, ταῖς ἡδυπαθείαις κατασηπόμενοι. τοιοῦτος γὰρ ὁ σαρκικὸς ἄνθρωπος. Καὶ διαβαλὼν αὐτῶν τὸν βίον, δείκνυσι τὴν πηγὴν τῆς ἀσεβείας· δηλῶν ὅτι μάλιστα τοῦτό ἐστι τὸ πρὸς τὰ δόγματα αὐτοῖς ἐμποδίζον τὰ ὑψηλὰ, ὅτι ἡνιόχου τάξιν ἐπι-

ἐπέχουσα ἡ ψυχὴ, οὐ κατέχει τὸν ἵππον ταῖς ἡνίαις, ἀλλ' ὑπὸ ἄλλου καὶ αὐτὴ καταφέρεται συρομένη· καὶ δέον πτεροῦν τὴν σάρκα καὶ μετάρσιον ἐργάζεσθαι, ἡ δὲ συγκαθέλκεται τῷ βαρυτάτῳ τῶν ἁμαρτημάτων φορτίῳ. Τί οὖν δύναται κούφην ποιεῖν τὴν καρδίαν; βίος θαυμαστὸς, καὶ τὸ πρὸς μηδὲν τῶν ἐνταῦθα κεχηνέναι.

ΓΕΝΝΑΔΙΟΥ. Τὸ υἱοὶ ἀνθρώπων, ὁ μέν τις οἰήσεται περιφραστικῶς εἰρῆσθαι, ὡς καὶ Ἑλλήνων ἔθος· Υἷες Ἀχαιῶν. Ἕτεροι δὲ ἀπὸ τοῦ σωτῆρος ἀρξάμενοι, πολλαχοῦ χρηματίζοντος υἱοῦ ἀνθρώπου, τὴν αἰτίαν βουλήσονται ἐξιχνεύεσθαι καὶ περὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ἁπλῶς λεγομένων πολλάκις υἱῶν ἀνθρώπων χρηματιζόντων. Οὐ δήπου γὰρ καὶ περὶ τοῦ σωτῆρος περίφρασις ἂν εἴη τὸ, υἱὸν ἀνθρώπου αὐτὸν ὀνομάζεσθαι, ἐπεὶ λέγεται· Ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί. Χρὴ τοίνυν τοῦτο καθόλου γινώσκειν, ὅτι ἡ ἀνθρώπου προσηγορία, ὅτι μὲν οἱ ἅγιοι προσαγορεύονται, ἐπὶ ψόγου λαμβάνεται, ὡς τό· Ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου, ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε. Ὅτι δὲ κτήνη καὶ θηρία οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἐπὶ ἐπαίνου καλοῦ τάσσεται, ὡς τό· Ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις κύριε.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἔστι καὶ διττὸν τὸν ἄνθρωπον λαμβάνειν, καθὰ ὑπέλαβεν ὁ Ἀπόστολος, λέγων· Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. Πάλιν δὲ καὶ οὕτως διὰ τὸ προστάσσεσθαι γνῶναι· Ὅτι ἐθαυμάστωσε κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ, ζητηθήσεται, πῶς οἱ κατὰ τὸ χεῖρον υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων προστάττονται ἔργον ἀνθρώπων ποιῆσαι; τὸ γὰρ γνῶναι ὅτι ἐθαυμάστωσε κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ, ἁγίων ἐστί. Εὔχερες δὲ τοῦτο λῦσαι, ἐπεὶ δύναται ὁ αὐτὸς μὲν ἐν χείροσιν ὢν υἱὸς ἀνθρώπου, εἶναι κατὰ τὸν ἄνθρωπον τὸν χοϊκόν· μεταβαλὼν δὲ, ὅπερ οὐκ ἀδύνατον, γενέσθαι υἱὸς ἀνθρώπου, κατὰ τὸν ἄνθρωπον τὸν ἐπουράνιον. Οὗτοι δὲ οἱ υἱοὶ ἀνθρώπων κατὰ τὸ δεύτερον, ἅτε υἱοὶ τυγχάνοντες τοῦ ἐκ γῆς χοϊκοῦ καὶ βαρυκαρδίου, εὐλόγως λέγοιντο καὶ ἀγαπᾶν ματαιότητα, καὶ ζητεῖν τὸ ψεῦδος.

ΨΕΛΛΟΥ. Ἐντρεπτικός ἐστιν ὁ λόγος, καὶ οἷον ὀνειδιστικός. Μονονουχὶ γὰρ τοῦτο

animus ſuſtineat, non continet equum freno, ſed ipſemet ab alio tractus deiicitur: & cùm debuiſſet carni alas annectere, & ſublimem efficere; ipſemet grauiſſimo peccatorum pondere attrahitur. Quid igitur cor leue reddere valet? Vita admirabilis, & ad nihil eorum quæ hîc ſunt, propenſum eſſe.

CATENA PATRVM.

Quid cor leue reddat.

GENNADII. Illud *Filij hominum*, putabit aliquis periphraſticè dictum, vti mos eſt Græcis dicere, Filij Achiuorum. Alij verò à Saluatore ſumpto exordio, qui multis locis Filius hominis nuncupatus eſt, rationem etiam inueſtigare volent de ceteris hominibus, qui non abſolutè ſæpenumerò dicuntur filij hominum nuncupati. Verumenimuerò quoad Saluatorem, haudquaquam fuerit circumſcriptio, cùm Filius hominis nominatur, vt cùm dicitur: *Poteſtatem dedit ei etiam iudicium facere, quia Filius hominis eſt.* Itaque hoc in genere ſciendum eſt; quòd appellatio hominis, quando quidem de ſanctis enunciatur, ad vituperium ſumitur, vt in illo: *Ego dixi Dij eſtis, & filij Excelſi: vos autem ſicut homines moriemini.* quando verò peccatores pecora & beſtiæ vocantur; tunc in laudem ponitur, iuxta illud: *Homines & iumenta ſaluabis Domine.*

Qui dicantur filij hominum.

Ioan. 5, 27.

Pſal. 81, 6.

Pſal. 35, 8.

ANONYMI. Liceat etiam duplicem hominem accipere; quemadmodum accepit Apoſtolus, dicens: *Primus homo de terra terrenus: ſecundus homo eſt * Dominus de cælo. Qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes.* Quin etiam rurſus, cùm præcipiatur ſciri: *Quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum*; quæretur quomodo hi qui in malo ſunt filij hominum, præcipiantur facere opus hominum? ſiquidem noſſe, *quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum*, ſanctorum eſt. Facilis eſt huius rei ſolutio: quandoquidem fieri poteſt, vt idem qui in malis erat filius hominis, ſecundùm hominem terrenum exiſtat; at conuerſus (quod haud impoſſibile eſt) euadat in filium hominis, ſecundùm hominem cæleſtem. Hi autem filij hominum iuxta ſecundum, quatenus ſunt filij de terra terreni, & graui corde, meritò dici poſſint & diligere vanitatem, & quærere mendacium.

Homo duplex.

1. Cor. 15, 47.

* Vulgata *de cælo cæleſtis.*

Qui ſint filij hominum terreni, & qui cæleſtes.

PSELLI. Hic ſermo eſt adhortatorius, & quaſi exprobratorius. Nam tantùm-non

CATENA PATRVM.

dicit: O qui ad vana dumtaxat effuſi eſtis, & humanis cogitationibus ducimini: diuinum verò quidpiam ſapere neque valentes, neque cupientes. Quin & ſecundùm alium ſenſum, ſermo hic increpatorius eſt. q. d. Cur, cùm ſitis homines, & noſtram naturam circumferatis, in ferarum immanitatem mutati eſtis? Magis propriè verò ad Abſalomum dictum eſt, quòd, cùm eſſet filius hominis, contra genitorem ſuum immanitate fuerit ferinâ.

4 Et scitote qvoniam mirificavit.] Theodoreti. Non enim ſimpliciter ex calamitatibus quæ mihi acciderunt, liberauit me: ſed etiam illuſtrem & clarum, per victoriam me reddidit. Hoc enim dicit: *Mirificauit*, & aſſiduè pergit meas preces admittere. *Sanctum* verò rurſus hic, id eſt innocentem, poſuit, & qui nullum contra inimicos crimen admiſerit; ſed ab ipſis iniuriâ affectus ſit. *Graui corde* infideles meritò nominauit, tamquam ad Deum nolentes reſpicere, atque diuinas gubernationes cernere, ex metaphora illorum qui per temulentiam, ex vaporibus infernè ſurſum aſcendentibus, capite grauantur, & claudere oculos coguntur, atque eos aperire nequeunt.

Infideles ſunt graui corde.

Chrysostomi. Alius interpres ait: *Sed ſcitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum.* Vide ſapientiam Prophetæ, qui ipſos inducit, ſemetipſum in medium adferens. Ego ſeruus ſum, inquit, Dei veri. ex me igitur diſcite eius potentiam ac curam. Propheta enim homines ad Dei notitiam perducit: partim quidem ex creaturis (vt quando de prouidentia eius diſſerit) partim verò etiam de Dei ſeruis ſermonem mouet. Vna itaque via ad Dei notitiam eſt per creaturas, altera verò, eaque manifeſtior, eſt per ſeruos eius virtute conſpicuos. Quare etiam hic Propheta, ab his quæ ſanctis eueniunt, inducit eos qui in prauitate viuunt, dicens: *Et ſcitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum*, id eſt, mirabilem reddidit, & illuſtrem, ac clarum. Et Scriptura plena eſt exemplis. *Dominus exaudiet me*, &c. Vbi dixit: *Quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum*, non ibi ſtitit, verùm etiam aliud fauoris genus recenſet: quòd nimirum aſſiduè Deum habeat adiutorem & commilitonem. Non enim ſemel aut

Prouidentia Dei in creaturas, & præſertim ſeruos ſuos.

φησιν· ὦ περὶ τὰ μάταια κεχηνότες, καὶ ἀνθρωπικαῖς ἐννοίαις ὑπαγόμενοι· θεῖον δέ τι φρονῆσαι, μήτε δυνηθέντες, μήτε θελήσαντες. Ἔστι δὲ καὶ δυσωπητικὸς ὁ λόγος καθ' ἑτέραν ἔννοιαν· Διὰ τί γὰρ ἄνθρωποι ὄντες, καὶ ἡμετέραν φύσιν διενηνεγκάμενοι, εἰς τὴν τῶν θηρίων μετεβλήθητε ἀγριότητα; Ἰδιαίτερον δὲ πρὸς τὸν Ἀβεσαλὼμ εἴρηται, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου γενόμενος, θηρὸς κατὰ τοῦ γεγεννηκότος εἶχεν ὠμότητα.

δ'. Καὶ γνῶτε ὅτι ἐθαυμάστωσε.] Θεοδωρήτου. Οὐ γὰρ ἁπλῶς με τῶν προσπεσουσῶν ἠλευθέρωσε συμφορῶν, ἀλλὰ καὶ περιφανῆ, καὶ περίβλεπτον, διὰ τῆς νίκης πεποίηκε. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐθαυμάστωσε, καὶ ἐπιμελῶς διηνεκῶς τὰς ἐμὰς δεήσεις δεχόμενος. Ὅσιον δὲ πάλιν ἐνταῦθα, ἀντὶ τοῦ τὸν ἀθῷον τέθεικε, καὶ τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα τοὺς πολεμοῦντας, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν ἠδικημένον. Βαρυκαρδίους δὲ τοὺς ἀπίστους εἰκότως ὠνόμασεν, ὡς ἂν βλέπειν πρὸς θεὸν οὐκ ἐθέλοντας, καὶ τὰς θείας οἰκονομίας οὐ βουλομένους ὁρᾶν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὑπό τινος οἰνοφλυγίας βαρυνομένων τὴν κεφαλὴν ἐκ τῶν κάτωθεν ἀναπεμπομένων ἀτμῶν, καὶ μύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀναγκαζομένων, καὶ ἀνοίγειν αὐτοὺς οὐ δυναμένων.

Χρυσοστόμου. Ἕτερος ἑρμηνευτὴς λέγει· Ἀλλὰ γνῶτε ὅτι ἐθαυμάστωσε κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ. Ἴδε σοφίαν προφήτου, πόθεν αὐτοὺς ἐνάγει, ἑαυτὸν εἰς μέσον παραχθείς. Ἐγὼ δοῦλός εἰμι, φησί, τοῦ θεοῦ τοῦ ἀληθοῦς· ἀπ' ἐμοῦ οὖν μάθετε αὐτοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὴν κηδεμονίαν. Ἄγει γὰρ ὁ προφήτης εἰς θεογνωσίαν τοὺς ἀνθρώπους, ποτὲ μὲν ἀπὸ τῶν κτισμάτων (ὅταν περὶ τῆς προνοίας αὐτοῦ διαλέγηται) κινεῖ δὲ καὶ τὸν ἀπὸ τῶν δούλων αὐτοῦ λόγον. Μία τοίνυν ὁδὸς πρὸς θεογνωσίαν, ἡ διὰ τῶν κτισμάτων· ἑτέρα δέ, ἡ καὶ σαφεστέρα, ἡ διὰ τῶν δούλων αὐτοῦ τῶν ἐναρέτων. Διὸ καὶ ὁ προφήτης ἐντεῦθεν ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς ἁγίους γινομένων, ἐνάγει τοὺς ἐν πονηρίᾳ ζῶντας, λέγων· Καὶ γνῶτε ὅτι ἐθαυμάστωσε κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ, τουτέστι, θαυμαστὸν ἐποίησεν, ἐπίσημον, λαμπρόν. Καὶ πλήρης ἡ γραφὴ τῶν παραδειγμάτων· Κύριος εἰσακούσεταί μου, καὶ τὰ ἑξῆς. εἰπὼν ὅτι ἐθαυμάστωσε κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ, οὐχ ἵσταται μέχρι τούτου, ἀλλὰ καὶ ἕτερον εὐημερίας λέγει εἶδος, τὸ διηνεκῶς ἔχειν σύμμαχον καὶ βοηθὸν τὸν θεόν. Οὐ γὰρ ἅπαξ ἢ δίς,

δὶς, ἢ καὶ τρεὶς τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ διηνεκῶς φησὶν, ἐὰν αὐτὸν καλῶμεν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ προφήτης περὶ τοῦ Χριστοῦ διδάσκει ἡμᾶς, Ὃς ἐστιν ἀληθὴς ὅσιος. Δυνατὸν δὲ καὶ περὶ παντὸς ὁσίου διδάσκεσθαι ἡμᾶς.

ΨΕΛΛΟΥ. Ὅσιος καὶ ὁ αἰσθητὸς ἂν Δαβὶδ κληθείη, καὶ ὁ νοητός. Ὁ μὲν ἀπὸ τῶν ἐνθέων πράξεων καθωσιωμένος θεῷ, ὁ δὲ καὶ φύσει τυγχάνων ὅσιος, καὶ διὰ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως, τῷ πατρὶ ὁσιούμενος. Ἄμφω δὲ ἐθαυμαστώθησαν τῷ θεῷ. Ὁ μὲν ὄπισθεν τῶν λοχευομένων ἀναληφθεὶς, καὶ βασιλείας ἀξιωθεὶς, ὁ δὲ διὰ τοῦ προσλήμματος τὸν ἀρχέκακον καθελὼν ὄφιν, καὶ συνθλάσας αὐτοῦ τὴν δυσμενῆ κεφαλήν. Γνῶτε οὖν, φησὶν ὁ τοῦ Ἰεσσαὶ παῖς, ὅτι με προβατεία τυγχάνοντα, βασιλέα πεποίηκεν ὁ θεὸς, καὶ ποιμένα λαῶν ἀντὶ τῶν προβάτων ὠνόμασε. Καὶ γνόντες τοῦ μὲν Ἀβεσσαλὼμ καταφρονήσατε, τῷ δὲ ἐμῷ κράτει προστεθέντες προσοικειώθητε. Εἰ γὰρ καὶ μήπω ἡ ἀποστασία ἠφάνισται, καὶ ἡ ἐπανάστασις καταλέλυται, ἀλλὰ κύριος εἰσακούσεταί μου, ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτόν. Ὁ γὰρ ἐν ἐλαίῳ με χρίσας ἁγίῳ, καὶ δεδωκὼς τὸν περιούσιον αὐτοῦ λαὸν διακυβερνᾷν, καὶ τὰς ἀλλοφύλους δυνάμεις τῇ ἐμῇ ὑποκλίνας χειρὶ, καὶ τὰ θεῖα θαυματουργήσας μυστήρια, αὐτός αὖ μοι καὶ τὸν παῖδα καθυποτάξει, καὶ δεομένου τῆς προσευχῆς ἐπακούσεται. Ταῦτα καὶ ὁ νοητὸς Δαβὶδ ἐν εὐαγγελίοις φησίν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπεγέλασαν αὐτῷ πολλοὶ ἀπαγομένῳ ὥσπερ ἐκ καταδίκης εἰς τὸν σταυρὸν ἐρήμῳ, καὶ ἀδορυφορήτῳ τῷ κυρίῳ σαβαὼθ, τῷ πάσης ἀγγελικῆς τάξεως δημιουργῷ τε καὶ ἡγεμόνι, ἢ δοκεῖς, φησὶν, ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων; Ἀλλ' οὐκ ἂν τέλος αἱ περὶ ἐμοῦ προρρήσεις δέξαιντο. Ὁ δὲ αὐτός φησιν, Ὅτι παρακαλέσω τὸν πατέρα μου, καὶ ἄλλον παράκλητον πέμψει. Ὁρᾷς ὅπως καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ συμβιβάζεται τὸ· Κύριος εἰσακούσεταί μου.

ε. ΟΡΓΙΖΕΣΘΕ, ΚΑΙ ΜΗ ΑΜΑΡΤΑΝΕΤΕ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀγανακτεῖτε, φησὶ, καὶ δυσχεραίνετε, τοὺς ἀδίκως ὑμῖν ἐπανισταμένους εὐημεροῦντας ὁρῶντες· ἀλλὰ μὴ αὔξετε κακῷ τὸ κακὸν, πείθειν καὶ τοὺς ἄλλους πειρώμενοι, ὡς ἄτακτα πάντα καὶ ἀκυβέρνητα φέρεται. Τοῦτο γὰρ τοὐναντίον προσήκει ποιεῖν,

bis, aut etiam ter hoc facit; ſed aſſiduò, inquit, ſi ipſum inuocemus. CATENA PATRVM.

Origenis. Propheta nos de Chriſto docet, qui eſt verus ſanctus. Poſſumus autem hoc etiam intelligere de omni ſancto.

Pselli. Sanctus quoque tam ſenſibilis, quàm intelligibilis, Dauid appellari poſſit: cùm ille quidem ex diuinis operibus Deo dedicatus ſit; hic verò etiam naturâ ſanctus exſiſtat, & per natiuitatem ſecundùm carnem Patri conſecratus ſit. Vterque à Deo factus eſt admirabilis. Ille quidem dum de poſt fœtantibus acceptus, & regno dignus eſt habitus: hic verò, dum per id quod aſſumpſit ſerpentem, mali originem, ſuſtulit, & inuiſum eius caput confregit. *Quomodo Dauid à Deo mirificatus fuerit.* Scitote igitur, inquit filius Ieſſe, quoniam cùm eſſem paſtor ouium, Deus me regem fecit; & loco ouium, paſtorem me vocauit populorum. Et cùm hoc ſciatis, Abſalomum quidem deſpicite, & robori meo adiecti, reconciliemini. Etſi enim necdum defectio ſit abolita, neque rebellio diſſoluta; tamen Dominus exaudiet me, cùm clamauero ad eum. Nam qui oleo ſancto vnxit me, ac populum ſuum hereditarium tradidit mihi gubernandum, & extraneas poteſtates ſub mea manu inclinauit, & diuina myſteria mirabiliter operatus eſt; ipſe etiam mihi filium ſubiiciet, & ſupplicantis exaudiet orationem. Hæc etiam ſpiritalis Dauid in Euangeliis ait: cùm nempe plurimi ipſum quaſi condemnatum irridebant, dum inermis ad crucem ducebatur ſine ſatellitio ſuo Dominus ſabaoth, & vniuerſi ordinis angelici creator ac ductor: *An putas*, inquit, *quia non poſſum modò rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones Angelorum?* verùm ea quæ de me prædicta ſunt, finem non ſortirentur. Idem verò dicit: *Quoniam rogabo Patrem, & alium paracletum mittet.* Vides quomodo etiam Chriſto conueniat illud: *Dominus exaudiet me.* Matth. 26, 53. Ioan. 14, 16.

5. Irascimini, et nolite peccare.] Theodoreti. Indignamini, inquit, & iraſcimini; videntes eos qui in vos iniuſtè inſurrexerunt, felices eſſe: verùm nolite malum malo cumulare, tentantes aliis perſuadere, quòd omnia ſine ordine atque fortuitò ferantur. Horum enim contrarium facere oportet, vi- *Non indignari debemus ob felicitatem improborum.*

CATENA PATRVM.

delicet vt homines peccatorum quæ interdiu patrant, à ſeipſis noctu pœnas exigant.

CHRYSOSTOMI. Quoniam ad Dei notitiam illos adducturus erat, animos primùm ab ægritudinibus liberat. Vita namque corrupta, impedimento eſt diſciplinæ dogmatum ſublimiorum. Quare dicit: *Iraſcimini, & nolite peccare.* Haud iram è medio tollit (ad multa enim vtilis eſt) neque excandeſcentiam exſtirpat (quoniam vtilis eſt aduerſus iniurioſos ac negligentes:) ſed iniquam iram, & irrationabilem furorem. *Iraſcimini*, inquit, *& nolite peccare.* Fieri enim poteſt, vt quis iraſcatur, & non peccet: quando nimirum iuſtè hoc facimus. v.g. ſicut Paulus Elymæ ſuccenſuit, & Petrus Ananiæ & Sapphiræ. Ille autem peccat iraſcendo, qui ſe ipſum vlciſcitur: qui verò id facit vt alios corrigat, hic omnino eſt manſuetus; quandoquidem quoque Deus, cùm dicitur iraſci, non id facit ſe ipſum vlciſcendo, ſed alios corrigendo.

Ira vtilitas.

Ira ſine peccato qualis.

Actor. 13, & 5.

PSELLI. Iis qui adhuc ſub lege erant, legis dator Dominus ex lege loquitur: *Iraſcimini*, inquit, *& nolite peccare.* Lex verò Euangelica prima quoque prauorum actuum principia è medio tollit. ait enim: *Non concupiſces*, & *Non iraſceris.* lex verò Moyſaica: *Non mœchaberis, non occides.* Principium enim adulterij quidem eſt concupiſcentia; homicidij verò ira. Nunc autem non fines ſolùm, verùm etiam principia caſtigantur: tunc verò ſi quis concupiſcebat & iraſcebatur, non condemnabatur; ſed qui mœchabatur & occidebat. Hoc ipſum vtique Dominus etiam Iudæis ait: *Iraſcimini, & nolite peccare.* Nam quòd illud quidem lex permittit, hoc verò non; lapis vobis factus eſt offenſionis, & petra ſcandali; irâ tenus motum ſiſtite.

Lex Euangelica tollit radices peccatorum.
Matth. 5.
Rom. 7, 7.
Exod. 20, 14.
Lex Moſaica ſola peccata externa vetat.

QVÆ DICITIS IN CORDIBVS VESTRIS.] THEODORETI. Quandoquidem nocturnum tempus ab externis tumultibus liberum, multam cogitationibus præbet quietem; meritò in hoc inquirere in ea quæ interdiu dicta, vel patrata ſunt, præcepit, & compunctionis remedio vulnera curare iuſſit. Vel hoc ait: vt, quamuis iram conceperitis, irritam ſeu caſſam illam reddatis, per compunctionem tempore quietis. Hoc enim ſibi vult illud: *In cubilibus veſtris compungimini.*

Nox compunctioni apta.

τῶν μεθ' ἡμέρας γιγνομένων ἁμαρτάδων, σφᾶς αὐτοὺς νύκτωρ τὰς εὐθύνας εἰσπράττειν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπειδήπερ πρὸς θεογνωσίαν μέλλει αὐτοὺς χειραγωγεῖν, ἀπαλλάττει πρότερον τὴν ψυχὴν τῶν νοσημάτων. Καὶ γὰρ βίος διεφθαρμένος, κώλυμα τῆς τῶν ὑψηλῶν δογμάτων ἀκριβείας γίνεται. Διό φησιν· Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Οὐ τὴν ὀργὴν ἀναιρεῖ (χρήσιμος γὰρ πρὸς πολλὰ) οὐδὲ τὸν θυμὸν ἐκκόπτει (καὶ γὰρ ὠφέλιμος κατὰ τῶν ἀδικούντων, καὶ τῶν ῥαθυμούντων), ἀλλὰ τὴν ἄδικον ὀργὴν, καὶ τὸν ἄλογον θυμόν. Ὀργίζεσθέ, φησι, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Ἔστι δὲ μὴ ἁμαρτάνειν ὀργιζόμενον, ὅταν δικαίως τοῦτο ποιῶμεν, ὡς Παῦλος τῷ Ἐλύμᾳ ὠργίσθη, καὶ ὁ Πέτρος Ἀνανίᾳ καὶ Σαπφείρῃ. Ἐκεῖνος δὲ ἁμαρτάνει ὀργιζόμενος, ὁ ἑαυτὸν ἀδικῶν· ὁ δὲ δι' ἑτέρων διορθῶν, οὗτος πάντως ἐστὶν ἡμερώτερος, ἐπεὶ καὶ ὁ θεὸς, ἐπειδὰν λέγηται ὀργίζεσθαι, οὐχ' ἑαυτῷ ἀμυνόμενος τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἡμᾶς διορθούμενος.

ΨΕΛΛΟΥ. Ἔτι τοῖς ὑπὸ νόμον ὑπὸ τοῦ νόμου ὁ κύριος ὁ τοῦ νόμου δοτὴρ φθέγγεται· Ὀργίζεσθέ, φησι, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Ὁ μὲν γὰρ εὐαγγελικὸς νόμος καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν πονηρῶν πράξεων ἀναιρεῖ. Μὴ ἐπιθυμήσεις γάρ, φησι, καὶ μὴ ὀργισθήσῃ· ὁ δὲ Μωσαϊκός· Οὐ μοιχεύσεις, μὴ φονεύσεις. Ἀρχὴ γὰρ μοιχείας μὲν ἡ ἐπιθυμία, φόνου δὲ ἡ ὀργή. Ἀλλὰ νῦν μὲν οὐ τὰ τέλη μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐν ἐπιτιμίαις εἰσί· τότε δὲ οὔτε ἐπιθυμῶν τις, οὔτε ὀργιζόμενος κατεκρίνετο, ἀλλὰ μοιχεύων καὶ ἀποσφάττων. Τοῦτο γοῦν αὐτὸ τοῖς Ἰουδαίοις ὁ κύριός φησιν· Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Τὸ μὲν γὰρ ὁ νόμος συγχωρεῖ, τὸ δὲ οὐκ ἐπιτρέπει, λίθος ὑμῖν ἐγένετο προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου, μέχρις ὀργῆς τὴν κίνησιν στήσατε.

Α ΛΕΓΕΤΕ ΕΝ ΤΑΙΣ ΚΑΡΔΙΑΙΣ ΥΜΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ νυκτερινὸς καιρὸς τῶν ἔξωθεν θορύβων ἀπηλλαγμένος, πολλὴν παρέχει τοῖς λογισμοῖς ἡσυχίαν, εἰκότως ἐν τούτῳ τὴν ἐξέτασιν ποιεῖσθαι προσέταξε τῶν ἐν ἡμέρᾳ λεγομένων, ἢ πραττομένων, καὶ τῷ τῆς κατανύξεως φαρμάκῳ τὰ τραύματα θεραπεύειν ἐνομοθέτησεν. Ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι κἂν ἐδέξασθε τὴν ὀργὴν, ἄπρακτον ἀπεργάσατε, τῇ ἐν ἡσυχίᾳ κατανύξει. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ἐν ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε.

ΧΡΥ-

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστι τὸ εἰρημένον; Δοκεῖ γὰρ ἀσαφὲς εἶναι. Ἐν τῷ καιρῷ τῷ μετὰ τὰ δεῖπνα, φησίν, ἡνίκα ἂν πρὸς ὕπνον ἀνίητε, καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος πολλὴ ἡσυχία ἐστί· τότε τὸ δικαστήριον ἐγείραντες τοῦ συνειδότος, τὰς εὐθύνας ἀπαιτήσατε ὑμῶν, καὶ ἃ μεθ' ἡμέρας ἐβουλεύσασθε πονηρά, ταῦτα ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἡσυχίας ἐκείνης εἰς μέσον ἀγαγόντες, καὶ τὸ συνειδὸς αὐτοῖς ἐπιστήσαντες καταξαίνετε τοὺς τοιούτους λογισμούς, καὶ κατατείνετε τὴν ἁμαρτάνουσαν διάνοιαν. Τοῦτο γάρ ἐστι, κατανύγητε, νύξατε, κεντήσατε· ἃ μεθ' ἡμέρας ἐλογίσασθε πονηρά, ταῦτα ἐν ταῖς κοίταις ὑμῶν κολάσατε, τιμωρήσατε. Καὶ ὅρα ἀκρίβειαν. Οὐ ῥημάτων καὶ ἔργων εἶπεν εὐθύνας ἀπαιτεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἐνθυμήσεων. Εἶδες ἰατρείαν ἀρίστην, πῶς προφυλακτικοῖς καὶ διορθωτικοῖς κέχρηται φαρμάκοις. Τὸ μὲν παραγγέλλειν μὴ ἐπιρρίπτειν ἑαυτοὺς εἰς ἁμαρτήματα, προφυλακτικοῦ φαρμάκου χώραν ἐπέχει· τὸ δέ, ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, καὶ ἑξῆς, διορθωτικοῦ.

ϛ'. ΘΥΣΑΤΕ ΘΥΣΙΑΝ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.]

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διὰ τούτων τῶν ῥημάτων τὴν νόμου λατρείαν, ὡς περιττήν, ἀποπέμπεται, καὶ τὴν τῆς δικαιοσύνης θυσίαν προσφέρειν νομοθετεῖ· συνημμένης αὐτῇ δηλονότι τῆς αὐτῶν ἐλπίδος. Ἐπεὶ πολλοὶ καὶ Ἑλλήνων, καὶ Ἰουδαίων, καὶ αἱρετικῶν σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην ἔσθ' ὅτε μετίασιν, ἀλλὰ τῆς εἰς θεὸν ἐλπίδος ἐστερημένοι καρπὸν οὐδένα ἐντεῦθεν πορίζονται.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἴδε ἀκολουθίαν συμβουλῆς ἀρίστης. Διὰ κατανύξεως γὰρ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν ἄγει. Τί δέ ἐστι, θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης; δικαιοσύνην μετέρχεσθε, δικαιοσύνην προσφέρετε. Τοῦτο γὰρ μέγιστον τῷ θεῷ δῶρον· οὐ τὸ πρόβατα θύειν, καὶ μόσχους, ἀλλὰ δίκαια πράττειν. Καὶ σκόπει τῆς ἐκκλήσεως τὴν πολιτείαν, ἄνωθεν προδιαγραφομένην. Δικαιοσύνην δὲ καὶ ἐνταῦθα πᾶσαν λέγει τὴν ἀρετήν. Καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ κύριον. Ὁ γὰρ διὰ τῆς δικαίας πολιτείας ἵλεων αὐτὸν κτησάμενος, μεγίστην ἔχει συμμαχίαν, καὶ ἀχείρωτον τὴν βοήθειαν. Εἶδες θυσίαν, ἐπιθύμιον τὸν καρπὸν ἔχουσαν. Ὁ γὰρ τὸν θεὸν σύμμαχον ἔχων, λοιπὸν οὐδένα φοβηθήσεται.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ ἐξ ἀδίκων πόρων προσφέρων, οὐ δικαιοσύνης θύει θυσίαν, κατ' ἀξίαν ὧν κέκτηται μερίζων τοῖς δεομένοις,

CATENA PATRVM.

Veſperi conſcientia examinanda.

CHRYSOSTOMI. Quid eſt quod dicitur? videtur enim obſcurum eſſe. Poſt cœnam, inquit, quando cubitum proceditis, & nemine interpellante multa quies exiſtit; tunc tribunal erigentes conſcientiæ, à vobis ipſis pœnas expoſcite: & quæ interdiu perperam cogitaſtis, hæc in tempore quietis illius in medium adducentes, & id cuius vobis conſcij eſtis proponentes, iſtiuſmodi cogitationes caſtigate, & peccatricem mentem inhibete. Hoc enim eſt, *compungimini*, pungite, ſtimulate; mala quæ interdiu cogitaſtis, hæc in cubilibus veſtris punite, caſtigate. Et obſerua hic accurationem. Non dixit, Verborum & operum pœnas expoſcite: ſed ipſarum etiam cogitationum. Vidiſti peritiſſimam medendi artem: quomodo præſeruantibus & corrigentibus remediis ſit vſus. Præmonitio enim, ne nos in peccata præcipites daremus, præſeruantis medicinæ locum obtinet: illud verò, *Quæ dicitis in cordibus veſtris*, &c. corrigentis.

etiam cogitationes excutiendæ.

6. SACRIFICATE SACRIFICIVM IVSTITIÆ.]

THEODORETI. Per hæc verba legis cultum, vt ſuperuacaneum, reiicit, iuſtitiæque ſacrificium offerre præcipit: quòd nimirum ſpes ipſorum illi coniuncta ſit. Quoniam multi etiam Græcorum, & Iudæorum, & hæreticorum, temperantiam & iuſtitiam aliquando exercent; verùm ſpe in Deum priuati, nullum hinc fructum percipiunt.

Iuſtitiæ ſacrificium quale.

CHRYSOSTOMI. Vide conſequentiam optimi conſilij. Nam per compunctionem de peccatis, ad virtutis operationem inducit. Quid porrò ſibi vult illud, *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ?* Nempe iuſtitiam exercete, iuſtitiam offerte. Nam hoc maximum Deo donum eſt: non oues & vitulos immolare, ſed ea quæ iuſta ſunt facere. Et obſerua vocis huius ſignificationem, ſuperiùs deſcriptam. Iuſtitiam autem etiam hic omnem virtutem nuncupat. *Et ſperate in Domino.* Qui enim propter iuſtam viuendi rationem ipſum habet propitium; maximum ſubſidium obtinet, & auxilium inſuperabile. Vidiſti ſacrificium, quod fructum habet obuium. Qui enim Deum habet adiutorem, deinceps neminem timebit.

Iuſtitia eſt optimum ſacrificium.

ORIGENIS. Qui ex iniquo quæſtu offert, haud immolat ſacrificium iuſtitiæ, dum pro modulo poſſeſſionum indigentibus diſtribuit; vti

Non eſt ſacrificium id quod ex iniquo quæſtu offertur.

CATENA PATRVM. vti nec is, qui ex triſtitia & neceſſitate ſua tribuit. Perſpicuè autem ſcimus, quis modus ſeruandus ſit in ſacrificiis: horum enim rationes
Pſal. 50, 19 Scriptura ſubiungit. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Hiſce cōſonum eſt illud, *Sperate*
Nemo rectè ſperat, niſi rectè agat. *in Domino.* Haud enim æquū eſt ſperare, priuſquam quis iuſta geſſerit: qui verò rectè agit, confidenter ſperare poteſt, & Dei bona preſtolari. Spes enim eſt bonorum expectatio. Verùm cùm à multis quæratur: An etiam vir probus ac bonus quidquam ſperet, vt cui nihil abſit, aut deſit ad perfectionem; atque adeò nihil habeat quod ſperet, cùm ſpes ſit abſentium? age etiam nos pauca, ſecundùm ſenſum Scripturarum, de hac quæſtione diſſeramus. Clariſſimè ſanè ſacræ Litteræ iubēt nos ſpera-
Pſal. 130, 3 re in Dominum. *Speret* enim, inquit, *Iſraël in*
Pſal. 113, 9 *Domino.* &, *Domus Iſraël ſperauit in Domino.* Paulus autem & Prophetæ, cùm qualis ſit de-
1. Cor. 13, 5. 7. ſcribere volunt (dico charitatem) ſic ait: *Charitas omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas numquam excidit.* Si autem numquā excidere, ſit opus perfectionis, cùm
Charitas perfecta omnia ſuſtinet, & credit. ſit charitatis: vti & omnia ſuſtinere propter charitatem omni labore ſuperato, nec non omnia credere: manifeſtum autem quòd ea quæ exiſtunt, & vera ſunt (ſiquidem ea quæ falſa ſunt, non ſunt in rebus computanda:) vtique qui facit charitatem, perfectus ac ſtabilis eſt in fide ſalutari, ita vt etiam omnia
Charitas omnia ſperat. ſperet. Quòd ſi verò etiam minutim enucleando, explicare velimus quid ſit omnia ſperare; dicimus quòd ſit hereditare regnum cælorum, & filium Dei nuncupari, ac Deum cernere, nec non ſatiari, & (vt verbo dicam) in omnibus exiſtere, quæ promiſit is qui mentiri non poteſt, Deus ac Saluator & Dominus
1. Corinth. 2, 9. noſter Ieſus Chriſtus. Nam *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum.*

IBIDEM. MVLTI DICVNT, QVIS OSTENDET NOBIS BONA?] THEODORETI. Innuit eos quos graues corde nominauit, tamquam indignantes in rebus aduerſis quæ incidunt, & diuinæ prouidentiæ diffidentes.

CHRYSOSTOMI. Abſoluens ſuam circa mores admonitionem, & ad diuinam notitiam adducens, ponit hîc quamdam obiectionem, ab infirmioribus ac rudioribus illatam, eamque ſoluit. Atqui, inquit, *Multi dicunt,* &c.

καὶ ὁ ἐκ λύπης καὶ ἐξ ἀνάγκης διδούς. Σαφέστατα δὲ ἴσμεν τίς ὁ περὶ τὴν θυσιῶν τρόπος· ὑποβάλλει γὰρ ἀφορμὰς τὰ λόγια λέγοντα, τῷ θεῷ θυσία πνεῦμα συντετριμμένον. Τούτοις ἀκόλουθον τό, Ἐλπίσατε ἐπὶ κύριον. Οὐ γάρ ἐστιν εὐλόγως ἐλπίσαι, πρὶν δικαιοπραγῆσαι· τῷ δικαιοπραγοῦντι δὲ πεποιθότως ἔστιν ἐλπίσαι, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ ἀγαθὰ προσδοκῆσαι. Ἐλπὶς γάρ ἐστι προσδοκία ἀγαθῶν. Ἐπεὶ δὲ ἐζήτηται παρὰ πολλῶν, εἰ ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἐλπίσει τι, ὡς τοῦ τελείου αὐτῷ οὐκ ἀπέχοντος, καὶ οὐδενὸς ἐλλείποντος, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲν ἐλπίζοντος, ἀπόντων γάρ ἐστιν ἐλπίς; Φέρε καὶ ἡμεῖς ὀλίγα, κατὰ τὸ βούλημα τῶν γραφῶν, περὶ τοῦ προβλήματος διαλάβωμεν. Σαφέστατα δὴ προστρέπουσιν ἡμᾶς ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον, τὰ ἱερὰ λόγια. Ἐλπισάτω γάρ, φησιν, Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν κύριον. καί, Οἶκος Ἰσραὴλ ἤλπισεν ἐπὶ κύριον. Ὁ δὲ Παῦλος, καὶ οἱ προφῆται, βουλόμενοι παραστῆσαι ὁποῖος τυγχάνει (λέγω δὲ τὴν ἀγάπην) φησίν· Ἡ ἀγάπη πάντα πιστεύει, πάντα ἐλπίζει, πάντα ὑπομένει· ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει. εἰ δὲ τὸ μηδέποτε ἐκπίπτειν, τελείου ἐστὶν ἔργον, ἀγάπης ὑπάρχον, καὶ τὸ πάντα ὑπομένειν διὰ τὴν ἀγάπην, ὑπεράνω γινομένου παντὸς ἐπὶ πόνου, καὶ τὸ πάντα πιστεύειν· δῆλον δὲ ὅτι τὰ ὄντα καὶ ἀληθῆ· (οὐ γὰρ ἐν τοῖς πᾶσι τὰ ψευδῆ ἀριθμητέον) ὁ δὴ τὴν ἀγάπην κατορθώσας, τέλειος καὶ βέβαιος ἐν τῇ σωτηρίῳ πίστει, ὡς καὶ τὰ πάντα ἐλπίζειν. Εἰ δὲ καὶ κατακερματίζοντες τὸ πάντα ἐλπίζειν βουλόμεθα διηγήσασθαι, ἐροῦμεν ὅτι κληρονομῆσαι βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ υἱὸν θεοῦ κληθῆναι, καὶ θεὸν ὄψεσθαι, καὶ χορτασθήσεσθαι, καὶ (ἅπαξ ἁπλῶς) ἐν πᾶσιν ἔσεσθαι οἷς ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς θεὸς καὶ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Ὀφθαλμὸς γὰρ οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

ΠΟΛΛΟΙ ΛΕΓΟΥΣΙ, ΤΙΣ ΔΕΙΞΕΙ ΗΜΙΝ ΤΑ ΑΓΑΘΑ;] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Αἰνίττεται τοὺς βαρυκαρδίοις ὀνόμασιν, ὡς δυσχεραίνοντας ἐπὶ τοῖς προσπίπτουσι λυπηροῖς, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ προμηθείᾳ διαπιστοῦντας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀπαρτίσας τὴν περὶ τῶν ἠθῶν παραίνεσιν, καὶ τῇ θεογνωσίᾳ προσαγαγών, τίθησί τινα ἀντίθεσιν παρὰ τῶν ἀσθενεστέρων καὶ παχυτέρων εἰσαγομένην, καὶ λύει. Καὶ τί, φησι, Πολλοὶ λέγουσι, καὶ τὰ ἑξῆς.

οὐχὶ οἱ ὀλίγοι γνήσιοι καὶ δόκιμοι, ἀλλὰ τὸ διακεχυμένον πλῆθος καὶ ἀδιάκριτον. Καὶ γάρ εἰσί τινες, οἱ μὲν τοῦ Θεοῦ διαβάλλονται τὴν πρόνοιαν· οἱ δὲ ἡδονῆς τινος ὄντες ἐρασταὶ, καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ, τοιαῦτά τινα φθέγγονται. ποῦ τὰ ἀγαθὰ τοῦ Θεοῦ; Ἐγὼ ἐν πτωχείᾳ, καὶ νόσῳ, καὶ μυρίοις κακοῖς, ἄλλοι δὲ τρυφῶσι, καὶ εὐημεροῦσι, καὶ διὰ πάντων ἥκουσι τῶν κατὰ τὸν βίον ἀγαθῶν. Καὶ οἱ μὲν ταῦτα μόνα ζητοῦσι τὰ ἀγαθὰ, τὰ ὄντως ἀγαθὰ παρατρέχοντες, ἀρετὴν λέγω, καὶ τὰ δι' αὐτῆς. Οἱ δὲ ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἐντεῦθεν διαβάλλοντες, λέγουσι· ποῦ τοῦ Θεοῦ ἡ πρόνοια, τοσαύτης τῆς συγχύσεως ἐν τῷ βίῳ γινομένης; Ταὐτὸν δὲ ποιοῦσιν οἱ ταῦτα λέγοντες, ὥσπερ ἐάν τις ἐν σταθερᾷ μεσημβρίᾳ καὶ καθαρᾷ, τὸν ἥλιον ἰδεῖν ἐπιζητοίη. Ὅπερ δεικνὺς ἡμῖν ὁ προφήτης, καὶ ταχίστην ἐπάγων τὴν λύσιν, ἔλεγεν·

ζʹ. ΕΣΗΜΕΙΩΘΗ ΕΦ' ΗΜΑΣ ΤΟ ΦΩΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ εἶπεν, ἐφάνη, οὐκ εἶπεν, ἔλαμψεν, ἀλλ' ἐσημειώθη. Ὥσπερ γὰρ τὸ ἐν μετώπῳ σεσημειωμένον πᾶσι κατάδηλόν ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδένα αὐτὸ λαθεῖν, οὕτως, φησὶν, οὐδὲ τὴν πρόνοιαν τὴν σήν. Ὥσπερ γὰρ φῶς σεσημειωμένον, καὶ ἐντετυπωμένον ἐν προσώπῳ, οὐκ ἄν τις δυνήσαιτο ἀγνοεῖν ποτε· οὕτως οὐδὲ τὴν πρόνοιαν φιλανθρωπίας τῆς σῆς. Φῶς γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἀντίληψιν, φησι, τὴν κηδεμονίαν, τὴν πρόνοιαν. Εἶτα ἀποφηνάμενος τοῦτο, καὶ ἀπόδειξιν· Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου, ἀντὶ τοῦ, φιλοσοφεῖν με ἐπαίδευσας, ὑπερορᾷν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, εἰδέναι τὰ ἀληθῆ καὶ μένοντα. Ὁ γὰρ προσδοκῶν τὰ αἰώνια ἀγαθὰ, δῆλον ὅτι καὶ πρὸ τῆς πείρας τῇ ἐλπίδι τρεφόμενος, ἐν εὐφροσύνῃ καθέστηκε. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, ἔδωκας, ἀλλ' εἰς τὴν καρδίαν μου, τουτέστιν, οὐκ ἐν τοῖς ἔξωθεν πράγμασιν ἡ εὐφροσύνη γέγονεν, οἷον ἔν τινι τῶν βιωτικῶν καὶ ῥεόντων. αὕτη γὰρ ἡ εὐφροσύνη οὐ καρδίας, ἀλλ' ὀφθαλμῶν μόνων.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅτι φῶς ἐστιν ὁ Θεὸς, πολλαχοῦ ἔστι τῆς γραφῆς εἰδεῖν. Καὶ πῦρ δὲ καταναλίσκον λέγεται, ὡς ὁ Παῦλός φησιν. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν σωματικῶν συνέτυχεν, ἡ αὐτὴ οὐσία, καθὸ μὲν φωτίζει, φῶς ἐστι, καθὸ δὲ ἐπικρατεῖ τῶν τοιῶνδε ὑλῶν, καυστικὴ καὶ καταναλωτικὴ τυγχάνουσα αὐτῶν, πῦρ ἐστι καταναλίσκον· οὕτω τυγχάνει καὶ ὁ Θεὸς,

Non pauci illi ſinceri ac probi; ſed confuſa & indiſcreta multitudo. Etenim ſunt nonnulli, qui Dei traducunt prouidentiam; qui cùm cuiuſdam voluptatis, & rerum ſæcularium amatores ſint, dicunt iſtiuſmodi: Vbi ſunt bona Dei? Ego in egeſtate, & morbo; ac mille malis verſor: alij verò deliciantur & ducunt in bonis dies ſuos, & omnibus vitæ bonis affluunt. Atqui hi iſta ſola bona quærunt, ea quæ verè bona ſunt prætereuntes, virtutem inquam, & quæ ex ipſa ſunt. Hi verò, vti anteà dicebam, inde Dei prouidentiam traducentes, aiunt: Vbi eſt Dei prouidentia, cùm tanta ſit in hac vita confuſio? Idem autem faciunt hi qui iſta dicunt, ac ſi quis adultâ iam meridie ſerenâ, ſolem videre poſtulet. Quod declarans nobis Propheta, & promptam ſolutionem ſubiungens, ait:

CATENA PATRVM. Vulgus Dei prouidentiam ex proſperitate metitur.

Vulgus falſa, non vera bona quærit.

7. SIGNATVM EST SVPER NOS LVMEN] CHRYSOSTOMI. Non dixit, Apparuit; non dixit, Illuxit; ſed, *Signatum eſt.* Quemadmodum enim id quod in fronte ſignatum eſt, omnibus exiſtit manifeſtum, neque quemquam illud latere poteſt: ſic, inquit, etiam tua prouidentia. Sicut enim lumen ſignatum, & in facie impreſſum, nemo vmquam ignorare poterit: ita neque prouidentiam benignitatis tuæ. *Lumen* enim hîc vocat protectionem, curam & prouidentiam. Deinde etiam hoc explicans declarauit, cùm ait: *Dediſti lætitiam in corde meo.* Id eſt, docuiſti me philoſophari; res quæ ad hanc vitam pertinent aſpernari; ea ſcire quæ ſunt vera ac permanentia. Qui enim expectat bona ſempiterna, manifeſtum eſt, quòd, antequam illa perceperit, ſpe altus, in lætitia degat. Quocircà non ſimpliciter dixit, *dediſti:* ſed, *in corde meo*, id eſt, haud in externis rebus lætitia iſta exſiſtit, qualis eſt illa rerum ſæcularium ac fluxarum: nam hæc lætitia non cordis eſt, ſed ſolorum oculorum.

Prouidentia Dei cunctis manifeſta.

Sancti lætitiam in corde habent.

Lætitia mundi tantùm eſt ocularis.

ORIGENIS. Quòd Deus lumen ſit, ex multis Scripturæ locis cognoſci poteſt. Quin & ignis conſumens dicitur, vti Paulus ait. Quemadmodum autem in re corporea vſu venit, vt eadem ſubſtantia, quatenus illuminat, lumen ſit; quatenus verò has vel illas materias comburendo abſumit ac deuorat, ignis conſumens exiſtat: ſic vtiq; etiam Deus,

Deus eſt lux & ignis. Heb. 12, 29.

CATENA PATRVM.

Deus ſe habet ſicut ſol.

ea quidem quæ praua ſunt abolet, & malitiam abſumit; iis autem qui apti ſunt, & corde puro, lumen exiſtit. Sicut enim radius ſolaris, in ipſum ſanis oculis intuentem, præuenit; neque ſolis expertem eſſe ſinit eum, qui ad ipſum accedit: ſic omnino exiſtimandum eſt, Dei participem eſſe illum, qui diuini verbi legem percepit, quæ præbet intelligentiam cognitionis Dei. Quod exiſtimo Prophetam hoc loco ſignificaſſe, cùm ait: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Signum enim, inquit, luminis vultus tui ad nos perueniens, nobis impreſſum eſt: quin & ipſummet lumen vultus tui ſic expreſſum eſt, ita vt qui nouerit videre ſignum diuini luminis quod ſignatum eſt, hoc ipſum intelligat in nobis factum eſſe. Exiſtimo verò etiam hoc arcanum illud in Exodo declarare, quando Moyſe longiuſculè cum Deo colloquente ac commorante, facies ipſius glorificata fuit; ita vt non poſſent filij Iſraël intendere in gloriam eius: & idcircò aſſumebat velamen, ſi quando ad populum loquebatur. Omnis autem anima, quæ cum Deo coniuncta eſt, & ad veritatem eius, plurimis ignotam, accedit, & diuinitatis eius particeps efficitur; multorũ captum excedit, ita vt velamine aſſumpto dirigere debeat inferiores, ea quæ ad captum illorum ſunt, proferendo. Porrò dictam Dei faciem, quæ illuminat quidquid eius radios ſuſcipere poteſt; principalem cauſam eſſe cognitionis, in Pſalmo quoque ſexageſimo ſextò declaratur, qui ſic habet: *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis, illuminet vultũ ſuum ſuper nos: vt cognoſcamus in terra viam tuã,* & quæ ſequuntur. Qui autem hoc modo luminis huius participes effecti ſunt, & reipsâ dicere poſſunt: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine,* cùm hæc cauſa ſit, cur nihil patiantur in tempore quo alij puniuntur qui iſtiuſmodi remediis indigent, habent lumen cui communicarunt. Neque enim aliud eſt ſignum illud quod in fronte datum eſt, quàm communicatio diuinitatis in illos qui ipſam ſanè intellexerunt. *Dediſti lætitiam in corde meo.* Conſentit mens verſiculi huius cum iis quæ in præcedenti diximus. Nam ſignatum eſſe ſuper ſanctos lumẽ vultus Domini, quid aliud eſt, quàm cor lætum? quod accipimus pro ſpiritali, cui tribuitur lætitia,

Moyſis facies glorificata ex colloquio Dei, eſt ſymbolum animæ deuotæ.
Exod. 34.

Deus omnem lucis ſuæ capacem illuminat.
Pſal. 66, 1.

τῶν μὲν χειρόνων ἀφανιστικός ἐστι, καὶ τῆς κακίας ἀναλωτικὸς, τοῖς δὲ ἐπιτηδείοις, κεκαθαρμένοις τὴν καρδίαν, φῶς τυγχάνει. Ὥσπερ μὲν γὰρ φθάνει ἡ ἡλιακὴ ἀκτὶς τοῖς ὑγιέσιν ὀφθαλμοῖς ἐνορῶντος αὐτῷ, καὶ οὐχ' οἷόν τε ἀμοιρεῖν ἡλίου τὸν πρὸς αὐτῷ τυγχάνοντα, οὕτω νοητέον πάντως μετέχειν θεοῦ τὸν καταλαβόντα τὸν νόμον τοῦ θείου λόγου, ἐπιδιδόντα τὸν νοῦν ἑαυτοῦ πρὸς τὸ συνιέναι θεόν. Ὅπερ οἶμαι δηλοῦντα τὸν προφήτην ἐνταῦθα λέγειν τό· Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε. Σημεῖον γάρ, φησι, τοῦ φωτός σου ἐν τῷ προσώπῳ, φθάσας εἰς ἡμᾶς, ἐντετύπωται ἡμῖν, καὶ αὐτὸ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου ἐγκεχάρακται, ὥστε τὸν εἰδότα ὁρᾶν σημεῖον φωτὸς σεσημειωμένον θεοῦ, τηνικαῦτα νοεῖν τοῦτο γενόμενον ἐν ἡμῖν. Οἶμαι δὲ καὶ τὸ ἀπόρρητον τοῦτο δηλοῦσθαι ἐν τῇ ἐξόδῳ, ὅτι Μωσέως ἐπὶ πλεῖον ὁμιλοῦντος τῷ θεῷ, καὶ συνόντος αὐτῷ, δεδόξασο τὸ πρόσωπον, ὥστε μὴ δύνασθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀτενίσαι εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦτο κάλυμμα λαβόντος ὁμιλεῖν τῷ λαῷ. Πᾶσα δὲ ψυχὴ ἀνακειμένη τῷ θεῷ, καὶ εἰς τὸ ἀληθὲς αὐτοῦ καὶ τοῖς πολλοῖς ἀθεώρητον εἰσελθοῦσα, μεταλαβοῦσά τε τῆς θεότητος, οὐ χωρητὴ τοῖς πολλοῖς γίνεται, ὥστε αὐτὴν ἐγκεκαλυμμένην οἰκονομεῖν τοὺς ὑποδεεστέρους, διαλεγομένην τὰ κατάλληλα αὐτοῖς. Ὅτι δὲ τὸ ὀνομαζόμενον πρόσωπον τοῦ θεοῦ, φωτίζον τὸ δυνάμενον χωρῆσαι αὐτοῦ τὰς αὐγὰς, ἡγεμονικὸν αἴτιον γίνεται γνώσεως διὰ τοῦ ξϛ΄ ψαλμοῦ παρίσταται οὕτω ἔχοντος· Ὁ θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς, καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς, ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, τοῦ γνῶναι ἐν τῇ γῇ τὴν ὁδόν σου, καὶ τὰ ἑξῆς. Οἱ δὲ μετέχοντες οὕτω τοῦ φωτὸς, καὶ δυνάμενοι ἔργῳ εἰπεῖν Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε, αἴτιον ὂν τοῦ μηδὲν παθεῖν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κολάζεσθαι τοὺς τοιούτων φαρμάκων δεομένους, ἔχουσι τὸ φῶς ᾧ κεκοινωνήκασιν. Οὐδὲ γὰρ ἄλλο τὸ ἐπὶ τῷ μετώπῳ σημεῖον διδόμενον, ἢ κοινωνία τῆς θειότητος εἰς τοὺς ὑγιῶς αὐτὴν ἐννοοῦντας. Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου. Συνᾴδει τοῦ στίχου ὁ νοῦς, οἷς εἰς τὸν περὶ τούτου εἰρήκαμεν. Ἐν γὰρ τῷ σημειοῦσθαι ἐπὶ τοὺς ἁγίους τὸ φῶς τοῦ προσώπου κυρίου, τί ἄλλο ἐστὶν, ἢ εὐφραινομένη καρδία; ὅπερ λαμβάνομεν ἀντὶ τοῦ νοητοῦ, ᾧ δίδοται ἡ εὐφροσύνη

θεωροῦντι

θεωρεῖ τι τὸν Θεόν, καὶ μετέχει τι τῆς θειότητος αὐτοῦ. οὐ ταὐτὸν δὲ τὸ εὐφραίνεσθαι καρδίᾳ, καὶ τὸ εὐφραίνεσθαι σαρκί. Ἐν μὲν γὰρ θεωρίᾳ καρδία εὐφραίνεται, ἐν δὲ τοῖς ὑλικοῖς βρώμασί τε καὶ πόμασι καὶ μίξεσι σὰρξ εὐφραίνεται, τῆς καρδίας πεπαχυμμένης, καὶ πρὸς τὸ ἴδιον ἀγαθὸν ἐμποδιζομένης.

η'. ΑΠΟ ΚΑΡΠΟΥ ΣΙΤΟΥ, ΚΑΙ ΟΙΝΟΥ.]
ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πάλιν ἐκείνων κατηγορεῖ τῶν λεγόντων· Τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά; ὡς τοσούτων κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀπολαυόντων, καὶ ἀχαριστίαν νοσούντων, ἔστι δὲ τὸ νόημα καθ' ὑπερβατόν. πολλοὶ λέγουσι, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀπὸ καρποῦ σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν. Καί τοι, φησίν, οἱ ταῦτα λέγοντες τῶν παντοδαπῶν τῆς γῆς καρπῶν ἀπολαύουσι. διὰ γὰρ τῶν τριῶν τούτων εἰδῶν καὶ τὰ ἄλλα συμπαρέλαβε, τὴν ἐκείνων ἐλέγχων ἀγνωμοσύνην.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, ἀπὸ καιροῦ, εἶχε. Καὶ οἱ ἑβδομήκοντα δὲ οὕτω τεθείκασιν, ὡς τῆς ὅλης λέξεως εἶναι τὸν νοῦν τοιοῦτον· Ἐν τῷ καιρῷ τῶν θεριζομένων σπερμάτων σίτου, καὶ κριθῆς, καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐπληθύνθησαν.

θ'. ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΕΠΙ ΤΟ ΑΥΤΟ.]
ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πάντα γὰρ θόρυβον, καὶ διχόνοιαν τῶν λογισμῶν ἐξελάσας, καὶ τούτοις πρυτανεύσας εἰρήνην, καὶ ταῦτα περὶ τῆς ἀγαθῆς σου προνοίας διδάξας φρονεῖν, ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως τὸν θάνατον δέξωμαι. Ὕπνον γὰρ ἐνταῦθα τὸν θάνατον προσηγόρευσεν. εἰκότως δὲ μάλα, τῇ τοῦ θανάτου μνήμῃ τὴν ἐλπίδα συνέζευξε, τοὺς περὶ προνοίας λόγους διεξελθών. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον δυσπραγίᾳ περιπεσόντες, δέχονται τοῦ βίου τὸ τέλος, οὐδεμιᾶς τινος ἐπικουρίας τετυχηκότες, διδάσκει μὴ δυσχεραίνειν ὁ μέγας Δαβίδ, ὡς τῆς ἐλπίδος τῷ θανάτῳ συνεζευγμένης, καὶ μετὰ θάνατον τῆς ἀντιδόσεως ἐσομένης.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐὰν μὲν ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ ὁ ψαλμὸς ἀπαγγέλληται, κατὰ τὴν διδομένην αὐτῷ μεγαλειότητα ἀπὸ τοῦ πατρὸς, (ὥστε μηδένα δύνασθαι παντὸς τοῦ μεγέθους αὐτῆς μεταλαβεῖν) ἀκολούθως φησὶ τὸ, κατὰ μόνας κατῴκισάς με. εἰ δὲ ἐκ προσώπου τοῦ προφήτου, οἶμαι δηλοῦσθαι τὸ σπάνιον τοῦ ἁγιασμοῦ, καὶ μάλιστα ἐν γενεαῖς ἁμαρτωλῶν. ὁποῖον ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις Ἠλίου λέγοντος· Κύριε τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκα-

dum Deum contemplatur, & diuinitatis eius particeps efficitur. Non autem idem eſt lætari corde, & lætari ſecundùm carnem. Siquidem in contemplatione cor lætatur: in materialibus verò cibis & potibus, & commixtionibus caro lætatur, corde incraſſato, & ad proprium bonum præpedito.

CATENA PATRVM.

In ſpiritalibus cor lætatur, in materialibus verò caro.

8. A FRVCTV FRVMENTI, ET VINI.] THEODORETI. Rurſus accuſat illos qui dicunt: *Quis oſtendet nobis bona?* tamquam his in præſenti vita perfruentes, & ingrati animi vitio laborantes; ſenſus eſt autem cum hyperbato. *Multi dicunt,*&c. *A fructu frumenti, vini & olei ſui multiplicati ſunt.* Atqui, ait, qui hæc dicunt, omnigenis terræ fructibus fruuntur. Per has enim tres ſpecies etiam alia comprehendit, illorum ingratitudinem redarguens.

ORIGENIS. In Hebraico erat, A tempore. Verùm Septuaginta etiam hoc modo poſuerunt, vt totius ſententiæ ſenſus ſit iſtiuſmodi: In tempore meſſis ſeminum frumenti, & hordei, & omnium ſimilium, multiplicati ſunt.

9. IN PACE IN IDIPSVM.] THEODORETI. Cùm enim omnem tumultum, cogitationumque diſſidium expulerim,& cum his pacem firmauerim, tuamque inprimis prouidentiam alios docuerim ſapere; in ſpe reſurrectionis mortem exſpectabo. Nam ſomnum hîc mortem appellauit. Admodum autem congruenter cum mortis memoria ſpem coniunxit, habitis de prouidentia ſermonibus. Cùm enim multi in præſenti vita in aduerſam fortunam inciderint,& ab iniquis hominibus iniuriâ affecti, finem huius vitæ ſuſceperint nullâ ope adiuti, docet magnus Dauid ne indignentur, cùm ſpes reſurgendi cum morte coniuncta ſit, & poſt obitum remuneratio futura ſit.

Mors eſt ſomnus iuſti, cum ſpe reſurgendi coniunctus.

ORIGENIS. Si quidem ex perſona Chriſti Pſalmus hic recitetur, ſecundùm datam ipſi à Patre magnificentiam (quam nimirum nemo poſſit comprehendere) conſequenter etiam dicit illud: *Singulariter conſtituiſti me.* Sin ex perſona Prophetæ loquatur, exiſtimo ſignificari raritatem ſanctitatis, & maximè in generationibus peccatorum. Quale erat illud in diebus Eliæ dicentis: *Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua deſtruxerunt,*

Sancti viri rari ſunt.

3 Reg. 19, 10.

runt, & derelictus ſum ego ſolus. Fortè verò etiam dum brauium acciperet, atque omnibus ſuis coætaneis ſuperior exiſteret, hunc Pſalmi verſiculum pronuntiarit. Illud autem, *In ſpe*, ſi quidem Saluator hoc dixerit propter diſpenſationem; haud mirum eſt, ipſum ſperantem dicere, diſceſſum ſuum in ſpe à Deo conſtitutum eſſe, iuxta illud: *Clarifica me Pater claritate quam habui, priùs quàm mundus eſſet, apud te*. Poſſet etiam à Saluatore dici iſtud *ſingulariter*, ſecundùm tempus quo omnes diſcipuli eius ſcandalizati fuerunt, ipſum deſerentes. Quin etiam clarum id eſt, etiamſi quis Propheta dicat hoc de ſpe cuiuſlibet ſancti, qui propter dilectionem omnia ſperat.

ANNOTATIONES CORDERII. Ioan. 17, 5.

ψαν, καὶ ἐγὼ ὑπελείφθην μόνος. Τάχα δὲ καὶ ὁ λαμβάνων τὸ βραβεῖον, καὶ ὑπὲρ τὰς κατὰ τὴν ἑαυτοῦ γενεὰν γενόμενος, ἐρεῖ τὴν λέξιν ταύτην τοῦ ψαλμοῦ. Τὸ δὲ, ἐπ' ἐλπίδι, ἐὰν μὲν ὁ σωτὴρ λέγῃ διὰ τὴν οἰκονομίαν, οὐ θαυμαστὸν, ἐλπίζοντα αὐτὸν τὴν ἰδίαν ἀποκατάστασιν λέγειν, ἐπ' ἐλπίδι κατῳκίσθαι ὑπὸ θεοῦ, κατὰ τό· Δόξασόν με πάτερ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι. Δύναται μέντοι γε κατὰ μόνας λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ σωτῆρος διὰ τὸν καιρὸν, ὃν πάντες ἐσκανδαλίσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καταλειπόντες αὐτόν. Σαφὲς δὲ, κἂν ὁ προφήτης λέγῃ τις τὸ ἐπ' ἐλπίδι παντὸς ἁγίου, διὰ τὴν ἀγάπην πάντα ἐλπίζοντος.

ANNOTATIONES CORDERII.

Inſcriptio in finem, quid deſignet.

1. PSALMVS hic *in finem* inſcribitur, hoc eſt, *in vitæ iuſtæ perfectionem*, vt vult S. Auguſtinus ad hunc locum; vel in lætam, & ſuis numeris abſolutam victoriam. Τέλος enim, hoc eſt, *finis*, apud Græcos idem aliquando eſt quod *victoria*, vt notat S. Chryſoſtomus: additque apud Hebræos eamdem vocem τέλος καὶ νῖκος, *finem & victoriam*, ſignificare. Hinc pro illis verbis, *in finem*, Aquila inſcriptionẽ hanc poſuit, τῷ νικοποιῷ, *vincenti*, ſeu *victoriæ effectori*; Symmachus autem vertit, ἐπινίκιον, id eſt, *carmen triumphale*, quod nimirum victoriâ paceque partâ canitur. In Hebræo eſt לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת, *lamnatſeach binghinoth*, quod S. Hieronymus vertit, *victori in canticis*. Hanc autem varietatem, inter Hebraicam & Septuaginta Interpretum Græcam lectionem, Bellarminus veroſimiliter conijcit, ortam fuiſſe ex additione punctorum, & litteræ מ, quæ librariorum fortè vitio irrepſit. Nam Septuaginta videntur legiſſe, לָנֶצַח *lanetſach*, quod ſignificat, *in finem*. Et ſanè hæc interpretatio alteri præferenda meritò videtur: tum quia magna eſt Septuaginta Interpretum auctoritas, quos & doctiſſimos fuiſſe, & optimos codices habuiſſe, dubitari non poteſt; tum quia hæc ſententia eſt grauior. Nam ſecundùm Hebraicam lectionem ſignificatur hunc Pſalmum datum eſſe victori in hymnis, id eſt, magiſtro cantorum, ſiue optimo cantori, qui præpoſitus eſt hymnis decantandis. quæ res (inquit Bellarminus) non videtur adeò grauis, vt debuerit extare in diuinis libris ad æternam memoriam. At ſecundùm Septuaginta, ſignificatur hunc Pſalmum eſſe canendum vſque *in finem*, id eſt, perpetuò, ſiue frequentiſſimè: quod eſt ſignum, Pſalmum hunc vnum eſſe ex vtilioribus. Accedit etiam myſtica intelligentia, quòd ſit Pſalmus ad Chriſtum pertinens, qui eſt finis legum ac Prophetarum. Hinc eiuſmodi epinicium diuus Ioannes accinit Seruatori, dum inuictam illius charitatem prædicat, quam vſque iam ad extremum, & ſublimem perfectionem ſimul cum
Ioan. 13. vita perueniſſe videbat: *Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. In finem*, hoc eſt, vſque ad extremum ſpiritum, victrice perſeuerantiâ, ſic vt neque augeri illius amor poſſet, neque deficere. Vnde hoc etiam ad perfectionem vitæ iuſtæ refertur, quam boni omnes intuentur, vt *in finem* Deo ſeruiant, & in illius charitate moriantur. quæ res vna eſt omnium conſolatione pleniſſima. Siquidem hæc colophon eſt totius operis & corona, & tamquam lætiſſimus portus, in quem omnes, vt beatiſſimum in finem, in hac communi mortalium nauigatione tendamus. Atque ob hanc cauſam Regius Vates Pſalmos quoſdam edidit, quibus titulus, *In finem*, in quorum numero eſt in primis nobilis Pſalmus hic numero quartus, & cygnæus ſancti viri cantus, finem vitæ ſalutantis.

2. *Cùm inuocarem.*] S. Hieronymus, *inuocantem me*, vel, vt alij codices habent, *inuocante me*. Origenes notat ſolos iuſtos abſolutè dicendos inuocatores Dei. Sic de Enos, cùm iuſtus eſſet, dicitur quòd *cœpit inuocare nomen Domini*, ſcilicet peculiari quodam ritu, aut quòd externum Dei cultum in filiis Cain renouauerit. Vide plura ſuperiùs de ſignificatione ac virtute huius vocabuli in Catena, vbi Pſellus vim eius fusè explicat, & exemplis illuſtrat.

Soli iuſti propriè inuocatores Dei. Gen. 4, 24.

IBIDEM. *Exaudiuit me.*] S Hieronymus, *exaudiſti me*; in Bibliis Regiis eſt, *exaudi me*; Felix & Caietanus, *reſponde mihi*: quod Hebraicè eſt עֲנֵנִי *haneni* per tſere, vt ſit Imperatiui modi, quomodo Maſoretæ. Alij verò legunt per patach, vt ſit præteriti temporis, עֲנָנִי *hanani*, id eſt, *reſpondit mihi*, vt idem dicat in vtroque hemiſtichio immutatâ tantùm perſonâ per Enallagen. Græcè legimus, εἰσήκουσε, *exaudiuit*; Scholion, ἐπάκουσον, *exaudi*; Aldina editio habet, εἰσήκουσας, *exaudiſti*.

Variantes lectiones.

IBIDEM. *Deus iuſtitiæ meæ.*] Id eſt, Deus qui me iuſtificat, & abſoluit, & vindicat ab hoſtium oppugnationibus: Deus mei iuris, meæque cauſæ defenſor ac tutor. Eugubinus illud *iuſtitiæ meæ* ait idem eſſe, quod *miſericordiæ meæ*, id eſt, qui mei miſereri ſolet, & mihi opem ferre conſueuit. Nam hac loquendi formâ non aliud

Illud Deus iuſtitiæ meæ quid ſignificet.

Pſal. 23, 5.

aliud nomen Deo adiungi ſolet, niſi ſalutis. Vnde Pſalmo 23. vbi legimus, *Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo*; Hebræus legit, *à Deo iuſtitiæ ſuæ*. In paraphraſi verò ſuperiùs, & in Commentario Græco *iuſtitia* hoc loco exponitur iuſta poſtulatio. Nam, teſte S. Chryſoſtomo, orationis nomen preces noſtræ non merentur, cùm ea quæ ſunt non iuſta, aut virtuti conſentanea, petunt. Itaque illa verè eſt oratio, quæ cæleſtia & ſpiritalia petit, & hæc quodammodò ex iuſtitia expoſcit.

Vera oratio tantùm iuſta petit.

IBIDEM. *In tribulatione dilataſti mihi.*] B. Thomas ad litteram de Dauide accipit dilatationem pro ampliori poteſtate, iuxta illud: *Dilatet Deus Iaphet*. Lyranus capit pro maiori ſpatio loci, & pro maiori libertate huc illucque excurrendi; ſcilicet hoſtibus, à quibus in arctum redigebatur, diſſipatis atque ſublatis. Alij ſumunt de cordis dilatatione per lætitiam, moleſtiis, quæ animum coarctabant, propulſatis. S. Chryſoſtomus in Catena accipit pro magnanimitatis dono in ipſis tribulationibus, iuxta illud Pauli: *In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur*, &c. Pulchrè quoque Græcus Commentarius ſuprà id explicat de vberiori gratiæ auxilio, & virtutis incremento. Virtus quippe ita animum dilatat, vt de rebus aſperis & difficilibus gaudeat. Niſi enim virtus animum dilataret, nequaquam Paulus Corinthiis diceret: *Dilatamini & vos.* Hanc latitudinem inter anguſtias Dauid inuenerat, cùm dicebat: *In tribulatione dilataſti mihi*, id eſt, cùm in anguſtum eſſem redactus, nec ſpes euadendi adeſſet, quaſi eruptione factâ, mihi viam aperuiſti, & dilataſti. Hinc fit vt Sancti in tribulationibus glorientur, in fame, ſiti & infirmitatibus carnis exultent. Qui licet gratiam induerint, cùm tamen naturam non exuerint, non poſſent in his laboribus exultare, niſi eos eſſe conditos aliquâ voluptate ſentirent. Sicut enim viſu non niſi lucidum aut coloratum percipitur; & ſicut auditu non niſi vox aut ſonus auditur: ita voluntas non niſi de aliqua voluptate aut conſolatione lætatur. Atque adeò ſancti & iuſti viri in ſtudiis virtutis exultantes, quæ moleſta quapiam amaritudine obruta apparent, non modicam in iis voluptatem conſolationemque percipiunt.

Gen. 9, 27.
Dilatatio quid ſignificet.
2. Cor. 4, 8.
Virtus animum dilatat.
2. Cor. 6.
Sancti in tribulationibus lætantur.

3. *Filij hominum.*] Hebraicè בְּנֵי אִישׁ *bene iſch*, id eſt, viri præſtantes & clari, (nam obſcuri & plebeij vocantur בְּנֵי אָדָם *bene adam.*) quaſi dicat: O potentes, ô nobiles, quouſque obſtinato aduerſum me animo & voluntate eritis? quouſque pertinaciter me vexabitis, & aduerſabimini? Vel in genere: Quouſque obtuſo, craſſo, carnali, animali, deorſum ad ſenſum, materiata & terrena ruente animo eritis, vt ſolent grauia; non ſpirituali, non ſubtili, non leui, qualis ad cæleſtia & ſublimia adſpirat? Vbi Nota, quomodo peccatores, dum eos carpit, *filios hominum* appellet. quaſi dicat: Cùm genus humanum Deus condiderit, vt præſit cunctis animantibus, & magnam generis nobilitatem indiderit, quid eſt quòd, abiectâ vobis ingenitâ nobilitate, ad flagitia deflectitis? Certè generis claritas continere hominem quàm maximè deberet, ne ad illicita dilaberetur. Huius expoſitionis auctor eſt Chryſoſtomus ad hunc locum, dicens: *Vt enim magis amplificaret eorum reprehenſionem, reuocauit in memoriam, maximum eſſe crimen oſtendens; quòd, cùm tales eſſent exorti, ex talibus ſe præcipitaſſent in improbitatem.* Quamobrem id ipſum adhuc magis exaggerans ſubdit:

Cur peccatores filij hominum vocentur.

ANNOTATIONES CORDERII.

IBIDEM. *Vſquequo graui corde?*] S. Auguſtinus reddit, *graues corde*; Græcè eſt, βαρυκάρδιοι. Scholion notat omnes edidiſſe, ἔνδοξοί μου, *glorioſi mei*; S. Hieronymus, *vſquequò inclyti mei ignominioſè*; עַד־מֶה כְבוֹדִי לִכְלִמָּה *had-med chebodi lichlimma*: id eſt, *Vſquequò gloria mea in confuſione?* ſubaudi *erit*. Vbi gloriam ſuam appellat Deum, vt Pſalmo 105. *Et mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli*; vel maieſtatem ſuam regiam. q. d. Quouſque me contumeliâ afficere ſtudebitis? vel, quouſque Deum, decus meum, ignominiâ afficietis? Vbi credibile eſt, Septuaginta legiſſe, כבדי לב למה partim aliis punctis, partim diuiſo poſteriore vocabulo, *kebude leb lamma*, id eſt, *graues corde, vt quid?* propter affinitatem, *caph* habito pro *beth*, quòd id ſequentibus magis congrueret, vt benè obſeruat Genebrardus. Atque hinc ſimul patet reſponſio ad obiectionem Caluini, qui in Antidoto Concilij Tridentini hunc locum obiicit, tamquam in Latina editione deprauatum. vide fuſiùs Bellarminum Tom. 1. Controuerſ. lib. 2. de Verbo Dei cap. 13. vbi accuratè Caluini obiectionem diluit. Chaldæus transfert, *vſquequò honor meus ad vituperium?* Vatablus legit, *vſquequò potentes ac principes?*

Gloria ſumitur pro Deo, vel regno.
Pſ. 105, 20.

Sed cur, inquies, Deus eos, quibus tam multa peccata exprobrat, priùs inclytos ſuos, & honorem & gloriam ſuam, & potentes ac principes appellat? Planè, vt quò magis eorum extollitur dignitas, eò magis eorum quoque iniquitas exaggeretur. *Glorioſos enim*, inquit Euſebius, *ad deteriora prolabentes ſugillat ſermo.* Sic improbiſſimi illi gigantes, quorum peccatis factum eſt, vt totus orbis diluuio obrueretur, in Scriptura nuncupātur *Filij Dei*, qui potiori iure debuerant filij dæmonis appellari. Sed vt benè ad hunc Pſalmi locum notat S. Chryſoſtomus: *Dei filios vocauit eos, qui ex viris bonis nati fuerant, & Dei honorem perceperant; deinde mutati erant, & euaſerant deteriores, & ſuum honorem perdiderant*, &c.

Seuerior obiurgatio, quam amplior præia commendatio.
Gen. 6, 2.
Qui ex bonis orti degenerant, grauiùs arguuntur.

Hoc itaque verſiculo Propheta animæ peccatricis ſtatum mirificè mihi explicaſſe videtur. Nam cùm impetum ſuæ cupiditatis, quo priùs cæleſtia proſequebatur, ad vilium rerum voluptatem & affectionem conuertit; ſenſim amor langueſcit diuinus, & alieno iſto calore, ac mundi appetitione opprimitur. Quò intuens S. Auguſtinus Sermone 50. de Tempore, ait cor animumque in terra putreſcere, ac proinde leuandum eſſe in cælum, vt in tutum & beatiſſimum locum, in quo nulla eſt corruptio. Quam ob cauſam Zoroaſtres alas animo addebat, ſine quibus, in corpus atque cœnum, in futiles & caducas res, præcipitem illum ferri aiebat. Qui diuinis itaque gratiæ alis deſtituuntur, à Regio Vate hoc loco nominantur βαρυκάρδιοι, *grauicordes*, hoc eſt, inquit S. Chryſoſtomus, qui luteum cor habent & ponderoſum, non alatum: qui terræ affixi, lucris & honoribus inhiantes,

Animus peccatoris grauis & terrenus.

ANNOTATIONES CORDERII.

hiantes, prono affectu ſe in vitæ voluptates ingurgitant, cælum & Deum ne intuentur quidem, nec amore ſuo dignantur. Quamobrem rectè ſubdit:

Homines plerumque vana & falſa ſolidis ac veris præferunt.

IBIDEM. *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?*] Miſera profectò mortalium conditio! dubia, vana, doloſa, certis, ſolidis, æternaturis, neminemque fallentibus anteponere. Ita patimur nos ludi & falli, dum ducimur per mundi campos, per laxa & ridentia illius prata, per luxuriæ nemora, per ſuperbiæ ſteriles montes, per diuitiarum tribulos & ſpinas: & hæc omnia ſub ſpecie fallacis boni.

Pſ. 61, 10.

Vt meritò exclamet alibi Pſalmiſta: *Vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris; vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum.* Vani, inquam, & inſipientes in æſtimatione falſi & veri, mendaces in ſtatera boni & mali; vt decipiant, ducantque de vanitate in vanitatem, & per inanium vanitatum aceruos, ad infelicia, nulloque æuo mitiganda æternitatum incendia. Quo quid vanius? quid mendacius? Pulchrè ad hunc locum S. Chryſoſtomus: *Vanum*, inquit, *illud dicitur, quod eſt inane, quod nomen quidem fuerit, res nequaquam. Ita nomen diuitiarum, res autem minime; nomen potentiæ, & remanet ſolum nomen. Quis ergo adeò excors, vt quærat nomina quæ rebus deſtituuntur, & proſequatur inania quæ oportet fugere? An non vita voluptates & felicitates tales ſunt? Nonne omnia mentiuntur & decipiunt?* Quiſquis ergo vanis & inconſtantibus atque fallacibus mundi gaudiis innititur, non minùs quàm ipſa gaudia, fluctuet & vacillet, ac tandem pereat neceſſe eſt.

Mundi felicitas vana & fallax.

4. *Mirificauit ſanctum.*] Sanctus Hieronymus, *mirabilem reddidit*; Auguſtinus, *magnificauit*: ita etiam habet Pſalterium Romanum; Chaldæus, פְּרֵשׁ *pareſch*, id eſt, *ſeparauit, ſegregauit, ſelegit*. ſcilicet ad multa præclara munera & functiones, ſicut Paulus dicitur *ſegregatus in Euangelium Dei*.

Rom. 1, 1.

Nota autem Septuaginta hoc loco non ἅγιον, ſed ὅσιον vertere: quod nomen religioſum, deuotum Deo hominem, & Dei cultorem ſignificat. vti etiam in Paraphraſi ſuperiùs explicatur. Et Philoſophi τὸ ὅσιον partem eam iuſtitiæ vocant, quâ Deum colimus, quam pietatem ac religionem nos Latini vocamus. Quamobrem Paraphraſtes ſuprà, vti & Chryſoſtomus, *ſanctum* interpretantur τὸν ἀνακείμενον αὐτῷ, id eſt, *Deo dicatum, conſecratum, addictum.* Theodoretus verò in Catena, ὅσιον ἀντὶ τοῦ τὸν ἀθῷον τίθησι, *ſanctum pro innocente poſuit.*

Ὅσιον quid ſignificet?

quia ſcilicet nihil criminis admiſerat contra inimicos. Hunc igitur ſanctum ac ſibi deuotum, quem vos (inquit) deiicere ſtudetis, ſcitote quoniam mirificauit Dominus, ac mirabiliter extulit & euexit; vt ex paſtore ouium populi ſui Regem faceret, vt ſcriptum eſt: *Et ſuſtulit eum de gregibus ouium, de poſt fœtantes accepit eum, paſcere Iacob populum ſuum, & Iſrael hereditatem ſuam.* Aliter quoque *mirificauit*: quia cùm ſæpè ad extrema pericula veniſſet, vt de eius ſalute iam deſperarent homines, mirâ quadam potentiâ eum liberauit ille, cui nihil eſt impoſſibile; cuius potentia, præſertim in his rebus oſtenditur, quæ præter curſum ordinemque naturæ fiunt. Ex hac igitur, inquit, mirifica Dei in me voluntate ac prouidentia, diſcite, quòd, etſi rebus aduerſis vrgear & impellar, tamen ſimul atque ad eum clamauero, me exaudiet, ac liberabit.

Quomodo Deus Dauidem mirificauerit.

Pſ. 78, 70.

Nota, Hebræum verbum quo hîc vſus eſt Dauid, non ſine myſterio ſignificare mirificum, ſeu mirabilem facere, & ſeparare aut diuidere; quia videlicet non facit Deus Sanctos ſuos mirificos, & ipſi cælo admirabiles, niſi à mundi conſortio & carnis voluptatibus ipſos ſeparando. Quo enim pacto Deus Apoſtolos, ac nominatim S. Paulum adeò admirabilem reddidit? numquid à carne & ſanguine ipſum ſeparando, atque ita in miniſterium Euangelij ſegregando? Quid Martyres inuictos & inſuperabiles? quid Anachoretas eximios ac ſingulares? quid virgines puritate conſpicuas? quid Religioſos viuendi exemplo ſpectabiles, & Sanctos denique omnes mirificos & admirabiles reddit; niſi à carne & ſanguine, à mundi conſortio ac vanitate, à rebus terrenis atque caducis perfecta ſequeſtratio, &, quæ hanc comitari ſolet, totalis ad Deum conuerſio coniunctioque? Hinc dicitur ſanctum, quod eſt purum à contagione omni terrenarum ac vilium rerum, quæ ſordibus animum inficiunt. Nam ſicut argentum ex immixtione plumbi, & quælibet res ex peioris immixtione ſordeſcit, ita (inquit D. Thomas) *mens humana inquinatur, ex eo quòd inferioribus rebus coniungitur.* Eſt nempe proprium ſanctimoniæ educere animum è luto, atque mundi colluuione, vt à fæce purus, & colatus cum filiis Leui, fulgentibus & candidis affectionibus cum Deo verſari poſſit.

Segregatio à terrenis facit Sanctos mirabiles.

Gal. 1, 16.

2. 2. q. 81. a. 8.

In Hebræo pro iſtis verbis *ſanctum ſuum*, habetur חֲסִידְךָ *chaſadecha*, id eſt, *miſericordem ſuum*: quam vocem vt plurimùm Septuaginta vertunt, ὅσιον, *ſanctum*; εὐσεβῆ, *pium*; εὐλαβῆ, *reuerentem*: vt intelligamus miſericordem compotem eſſe plurium eximiarumque virtutum. Sed dictio Hebræa propriè ſignificat miſericordem, benignum, de omnibus benè meritum, beneficum. Quam ob cauſam à חָסִיד *chaſid*, dicitur Hebræis ciconia חֲסִידָה *chaſidah*, quòd benefica ſit in parentes, & eorum miſeratione teneatur, quos ſenio confectos alit & tuetur: vnde *auis pia* nuncupata fuit à Romanis, vt notat ſanctus Ambroſius lib. 5. Hexaëm. cap. 16. In hac autem benignitate, & benè merendi ſtudio, Dauid excelluit, quod illum tam cælo carum & amicum effecit, vt Numinis beneficio, ampliſſimi regni dominatum ſit conſecutus. Hoc enim vult his verbis, *Mirificauit Dominus ſanctum ſuum*, miſericordem ſuum; cuius fuit ſingularis humanitas, & promptus animus ad leuandam aliorum calamitatem, & tribuendam omni hominum generi beneficentiam. Hæc illum ſanctum fecit, quaſi Deo conſecratum, & illius ſanctitati finitimum, hæc coronam vertici impoſuit, hæc in regia manu ſceptrum collocauit.

Sanctus in Hebræo miſericors.

Ciconia auis pia & miſericors.

Dauid excellenter miſericors.

5. *Iraſcimini, & nolite peccare.*] Hoc imperandi modo eſſe pronuntiatum aſſerunt multi Patres, vt ſit idem ſenſus, ac ſi dicat: *Iraſcimini, ne peccetis.* Fieri enim poteſt aliquando, vt vacuitas iræ deputetur noxæ atque ſceleri, cùm Dei honor, & commune bonum à nobis repetit, vt iuſtam iram concipiamus. Non enim omnis iracundia vitium eſt; ſed illa dumtaxat, quæ

quantum

Ira, quando bona ſit aut mala. quantum ad ſubſtantiam, vel quantum ad modum, ordinē rationis excedit. Iraſci enim malis & peccatoribus ex iudicio rationis, & cum debita moderatione, non eſt malum. Imò non iraſci peccatis, nec illa prohibere, neque, ſi poſſis & debeas, condignam peccatoribus pœnam infligere, crimen eſſe poteſt. Quare Chryſoſt. (vel potiùs Auctor Operis imperfecti Hom. 11. in Matth.) ait: *Qui cum cauſa iraſcitur, non erit reus. Nam ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina compeſcuntur. Iuſta ergo ira mater eſt diſciplinæ. Itaque non ſolùm non peccant: quia patientia irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit, & non ſolùm malos, ſed etiam bonos inuitat ad malum.* Ira verò tunc bona eſt, quando rationem non præuenit neque obnubilat, quando appetit vt puniatur, qui puniri meruit ſecundùm menſuram delicti, ab eo qui facultatem habet puniendi, & propter debitum iuſtitiæ finem. At ſi quis appetat punitionem alterius ex ſolo deſiderio vindictæ, aut vltra delicti menſuram, aut velit per ſeipſum, aut per alium non habentem ad id facultatem, punire; aut omiſſo ordine debito punitionis; vel denique ſi motus iræ interiùs, aut exteriùs, ſine fræno rationis efferueſcat: tunc motus iſte pertinet ad vitium iræ, & pro qualitate peruerſitatis maiorem aut minorem habet malitiam.

Quamobrem pulchrè ſanctus Bernardus Sermone 13. in Pſal. *Qui habitat*, de ira loquens ait: *Quàm meliùs ſibi ipſis iraſci potuerant, non peccarent? Nimirum, affectio naturalis ira hominum eſt: ſed abutentibus bono naturæ grauis perditio eſt, & miſeranda pernicies. Occupemus illam, fratres, in quibus expedit, ne fortè ad inutilia illicitaque prorumpat.*

Nolis ipſis iraſcendum cùm peccamus. Quòd ſi ira noſtra in noſmetipſos quando delinquimus conuerteretur, & lingua cenſoria ſuum ipſa dominum vellicaret, & abditos illi defectus exprobraret; rem ſanè bonam faceret, ferretque operæ pretium. Hinc maxima in orbe quies & tranquillitas ſequeretur; omnia longè quàm aliàs ordinatiùs ſuccederent, ſi quiſque ſuus ſibi cenſor & vituperator eſſet. Hoc & Chriſtus, hoc & diſcipuli Chriſti omnibus inculcant: *Quòd ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.* Ergo calculus noſter in noſmetipſos feratur, lima noſtra cenſoria in noſtrammet acuatur ſtultitiam, quemadmodum ſcorpio effugium deſperans, ſeipſum ſuâ cuſpide ferit, ſeipſum leo ad iram caudâ prouocat: ſic & nos iraſcamur contra nos. hæc nobis ira permittitur his verbis: *Iraſcimini, & nolite peccare.* *1. Cor. 11, 31.*

Notat Genebrardus hunc verſum apud Hebræos per hypotheticam loquendi formulam efferri: quaſi dicat, *Si iraſcimini, nolite peccare*, id eſt iram perficere, aut in ira perſeuerare, & vltionem expoſcere.

Sanctus Paulus veluti exponens hunc locum in Epiſt. ad Epheſios ait: *Iraſcimini, & nolite peccare.* Si ira animum commouet, ſaltem ne tantum illi indulgeatis, vt ad opus exeat. Deindè verba ſequentia explicare videtur, dicens: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram*, hoc eſt, *Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.* vt nimirum abeunte die, nocte ſaltem in cubili deferueſcat iracundiæ calor, & illius ſubitæ iræ pœnitentiâ animus reſipiſcat: ita vt non neceſſitas finem iræ, ſed recta ratio & perturbationis damnatio impoſuiſſe videatur. Vti etiam ſanctus Ambroſius ad hunc locum: *Si iraſcimini*, inquit, *nolite peccare, ſed vincite ratione iracundiam.* Idem lib. 1. de Officiis cap. 21. *Non mediocre*, inquit, *eſt mitigare iracundiam, non inferius, quàm omnino non commoueri. Hoc noſtrum eſt, natura illud. Illæ denique commotiones in pueris innoxiæ ſunt, quæ plus habent gratiæ, quàm amaritudinis.* *Epheſ. 4, 26.* *Quomodo ira reprimenda.*

ANNOTATIONES CORDERII.

Non abs re erit hoc loco etiam Euſebij inſignis diuinarum Scripturarum interpretis expoſitionem adiungere, cùm ea in Catena Græca non reperiatur. Putat autem his verbis Dauidem cohibere militum ſuorum iras aduerſus Abſalomi perfidiam indignantium. Verba eius ſunt hæc: Συμβουλεύει κωλύειν τὸ τῆς ὀργῆς πάθος, εἴποτε ἀγανακτικῶς ἀνακινεῖται, μηδὲ εἰς ἔργον τὸν θυμὸν κινεῖσθαι προάγειν. Οὐκ ἀκαίρως δὲ ταῦτά φησιν. ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ὁρμῶντες, εἰς πόλεμον μετ' ὀργῆς ἐξῄεσαν, ὡς εἰκὸς, οἱ μετὰ τοῦ Δαβὶδ, ἀγανακτοῦντες ἐπὶ τῷ τὸν υἱὸν κατὰ τοῦ πατρὸς ἐπαναστάσει, τούτου χάριν ἔοικεν τοιαῦτά τινα πρὸς αὐτοὺς λέγειν. *Monet vt affectum iræ coërceant, ſicubi ad indignationem permoueetur, ſuadetque ne iram ad opus exire patiantur. Neque verò id temerè dicit. Nam quia aduerſus Abſalomum accenſi ad pugnam irâ inflammati exierant (vt veroſimile eſt) qui cum Dauide erant, eius filio indignati quòd aduerſus patrem conſpiraſſet; eam ob cauſam illos his verbis alloquitur.* Et pauló pòſt hæc verba ſubiungit: Εἰ δὲ καὶ κλονεῖσθε, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, τὰς ψυχὰς διὰ τὰ τῷ Ἀβεσσαλὼμ τετολμημένα, ἀλλ' ὁρᾶτε μὴ καὶ ἑτέραν ἐπὶ τῇ προτέρᾳ προσθῆτε ἁμαρτίαν τῇ ὀργῇ ἐπιμένοντες. Εὕροις δ' ἂν καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν πολλὰ παραινοῦντα αὐτὸν φείσασθαι τοῦ παιδός. Εἰκαίως ἄνθρωποι θνητοὶ πολλὰ διανοεῖσθε μεθ' ἡμέραν ὀργιζόμενοι· ἀλλ' ἐπὶ τῶν κοίταις ὑμῶν ἐφ' ἡσυχίας παρ' ἑαυτοῖς γινόμενοι κατανύγητε, τὰ δι' ἡμέρας ὑμῖν πεπραγμένα διαλογιζόμενοι. *Quòd ſi turbamini, vt vertit Aquila, animis veſtris propter audacia Abſalomi cœpta; at videte, ne alterum priori peccatum adiiciatis, dum in ira permanetis. Facilè autem etiam in hiſtoria inuenias, illum ſæpiùs monuiſſe, vt filio parcerent. Fruſtrà mortales interdiu irati multa cogitatis: ſed in cubilibus veſtris per quietem apud vos manentes compungimini, quæ per diem à vobis geſta ſunt reputantes.* Vt nimirum ſi fortè quis interdiu deſipuit, noctu reſipiſcat; & ſi à ſole diurnoque æſtu contracta ſit aliqua labes & macula, ea beneficio noctis eluatur; prudente ſcilicet conſilio, maturâque prouidentiâ, quam noctis ſilentium inferre ſolet. Vnde apud Heſiodum & Euripidem nox dicitur εὐφρόνη, à verbo εὐφρονεῖν, quod ſignificat, *benè ſapere, probè ſentire, prudentem eſſe*, quòd ſcilicet optima conſilia nocte inſtituantur, cùm animus liber eſt, & vacuus à curis, ſibique quodammodò reſtitutus. Ex quo manauit illa parœmia, Ἐν νυκτὶ βουλή, *in nocte conſilium*, conſilium, inquam, animæ ſalutare: quod vſurpauit Dauid, ſimul & aliis commendauit, his verbis: *Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.* Eſt enim cor humanum caloris & affectionum omnium officina, ſuos habet æſtus, ſuos ignes & incendia, quæ interdiu plus æquo tolluntur, & inardeſcunt: *Nox ſanè apta conſiliis.*

ANNOTATIONES CORDERII. *Examen conſcientiæ à Philoſophis frequentatum.*

ardeſcunt: ea ſopiri & extingui decet concubiâ nocte, aut ſaltem in ius vocari, & ad conſcientiæ tribunal reuocari. Id cùm naturæ lumine viderent priſci Philoſophi, qui magiſtri eſſe videbantur orbis terrarum, ad officium boni viri pertinere iudicauerunt, vt veſperi totius diei curſum relegeret, ſe excuteret, atque ſua diligenter examinaret. Huc ſpectat aureum illud Pythagoræ:

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν,
Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Quod totidem Latinis verſibus expreſſit Auſonius:

Non priùs in dulcem declines lumina ſomnum,
Omnia quàm longi reputaueris acta diei.
Quæ prætergreſſus? quid factum in tempore? quid non?

Quæ tametſi eleganter ab Auſonio tranſlata ſint, non æquant tamen Pythagoræ magnam mentem, & prudentiæ plenam animaduerſionem, qui diſertè poſuerat τρὶς ἐπελθεῖν, *ter* dicta & facta ſua *percurrere* oportere, hoc eſt, non leuiter, neque in ſpeciem & vſurpationem officij, ſed diligenter, accuratè, perfectè. Id enim in ſchola Sapientum τρὶς, *ter* ſignificat, quod dicitur à Salomone τρισσῶς, *tripliciter*. Hic itaque locus diligens & exactum examen conſcientiæ commendat, ſine quo cæcus vt plurimùm animus eſt, atque in propriis videt nihil. Eſt enim ſui lena diſſimulatrix natura, cor profundum & tortuoſum, homo vetus mille & mille inuolucris obtegitur: quem eleganter vocat B. Macarius Hom. 42. κάλυμμα σκότους, *velamen tenebrarum*. Itaque monent Sancti, vt mentis aciem in nos atque noſtra intendamus. Ac ſanctus quidem Iſidorus Peluſiota libr. 3. Epiſt. 387. ad Leontium Epiſcopum ita ſcribit: Μυρίοις ὀφθαλμοῖς τὰ κατὰ σαυτὸν σκόπει, μήποτέ τι παροφθὲν τῇ τοσαύτῃ λυμήνηται ἀρετῇ. *Millenis oculis vitam tuam ac mores circumſpice, ne alioqui neglectum abs te quidpiam, tantæ virtuti labem ac perniciem afferat.* Sanctus verò Dionyſius Eccleſ. Hierarchiæ cap. 2. ait opus eſſe intueri ſe atque ſua ἀπερισπάστοις ὀφθαλμοῖς, *oculis ab omni perturbatione liberis*. Quod illuſtrans S. Maximus, vult in eo diuinam legem obſeruari, quæ ſic præcipit, πρόσεχε σεαυτῷ, *attende tibi ipſi*. Quod Moyſis apophthegma Nyſſenus quoque Gregorius, eiuſque frater S. Baſilius, ad ſui diſcuſſionem retulerunt, ex qua eximius ille fructus ſequitur, quem optare & quærere omnes debent, vt è luto vitiorum emergant, & defectus animique ægrotationes ab ſe notatas & animaduerſas emendent.

Examen conſcientiæ non perfunctoriè, ſed diligenter faciendum.

Quid ſit ſacrificium iuſtitiæ.

6. *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ.*] Nota, *ſacrificium iuſtitiæ* opponi ſacrificio pecudum, ſiue pecudibus ſacrificio deſtinatis, quibus olim reſipiſcentiam, vel pietatem teſtari ſolebant. Quoniam hoc eſt corporale, carnale, externum; illud verò eſt animi, ſpiritale, internum, quod Deo offertur in ſpiritu & veritate. *Iuſtitiæ* igitur *ſacrificium* appellat iuſtitiam ipſam, ſiue iuſta & ſancta opera, quibus nihil Deo gratius offerri poſſit. vti ſuperiùs in Paraphraſi, Commentario & Catena expoſitum eſt. Hinc Chaldæus quoque legit, *Domate concupiſcentiam veſtram, & reputabitur vobis ſicut ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Deo*. Ceterùm cùm iuſtitiæ munus ſit, ſuum cuique tribuere; is verè iuſtitiæ ſacrificium offert, qui *Deo* quidem debitum cultum, ſeruitutem & honorem exhibet, iuxta illud: *Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua*. *Proximo* verò impendit officium charitatis, iuxta illud: *Nemini quidpiam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit.* Denique *ſibi ipſi* tribuit mortificationem, & cordis contritionem, iuxta illud: *Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, &c.*

Pſ. 49, 16. *Quis verè iuſtitiæ ſacrificium offerat.* Rom. 13, 8. Coloſ. 3, 5.

Per excellentiam quoque *ſacrificium iuſtitiæ* intelligi poteſt de ſacrificio altaris, iuſtificante ac ſalutari. Nam quo Hebraiſmo ſuperiùs verſ. 2. *Deus iuſtitiæ* eſt Deus iuſtificans, eodem *ſacrificium iuſtitiæ* ſignificare poſſit ſacrificium, non modò in ſe iuſtum, ſed quod etiam iuſtificet, & infundat Spiritum ſanctum, iuſtitiæ omnis auctorem & cauſam in nobis. quaſi dicat, Offerte ſanctam Euchariſtiam victimam pro peccatis, ſæpiùs ea vtimini. ita Genebrardus & alij.

Euchariſtia eſt ſacrificium iuſtificans.

IBIDEM. *Multi dicunt, Quis oſtendet nobis bona?*] Expendit hîc eorum inſcitiam & ingratitudinem, qui præ manibus ferentes beneficia Dei, quibus eos repleuerat, ad maiorem ipſorum confuſionem, adhuc fatentur ſe ignorare eum à quo tanta bona acceperant. Hæc animi ingrati labes in Hebræis maximè arguitur, quòd cùm eſſet in oculis Erythræum mare, & columna mirifica, & lucidum nubis tentorium, & manna, & ſcaturiens rupes, auium delicatum obſonium, terra lacte ac melle manans, & plenus omni amœnitate paradiſus, alia denique innumerabilia Dei benefacta; omnium obliti, inexpiabili crimine, & perfidioſiſſimâ malitiâ non ſolum Deum deſeruerint, ſed idolis etiam tribuerint, velut ab iis accepta, quæ à Deo ſolo habuerant. Quapropter meritò Dominus apud Oſeam ſic conqueritur de plebe ſua, dicens: *Et hæc neſciunt, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei & aurum, quæ fecerunt Baal.* Non potuit maior deſcribi iniquitas, vel par ingratitudo excogitari, quàm quòd ex auro, & argento, & ceteris bonis à Deo acceptis, materia deſumatur Deum inhonorandi, & illius diuinitatem falſis & inſenſibilibus idolis tribuendi. Ad prædictum Oſeæ locum ita pulchrè S. Hieronymus: *Multi*, inquit, *acceperunt aurum & argentum ſapientiæ & eloquentiæ, de quibus facerent candelabrum ſeptem lucernarum ex auro puriſſimo, & menſam propoſitionis, & propitiatorium, & Cherubim auri ſplendore radiantia, & baſes columnarum argenteas, & triticum ſermonis Dei, & vinum gaudij Spiritus ſancti, quæ vniuerſa verterunt in idololatriæ cultum, & decepti alios deceperunt.* Miſeri profectò, qui Dei talentis ditati, non ſolùm alios lucrati non ſunt, vt diuitias gratiæ & meritorum acquirerent; ſed, quod eis diuinitus in ipſorum vtilitatem traditum eſt, eis ceſſit in ruinam, & aliis maximo fuit nocumento.

Iudæorum erga Deum ingratitudo. Oſeæ 2, 8.

7. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui.*] Græcè, ἐσημειώθη, id eſt, *in ſignum datum eſt*. σημεῖον enim propriè ſignum eſt & nota ad aliquid indicandum aut monſtrandum. Aquila,

ἐπήρθη,

ἐπάρον, leua, quem ſequitur ſanctus Hieronymus hoc loco vertens, *leua ſuper nos*; Symmachus, *ἐπίσημον ποίησον, inſigne fac*; Tertullianus libr. 5. contra Marcionem cap. 11. *ſignificatum eſt*: vbi Pamelius ſuſpicatur ipſum legiſſe, *ἐσημάνθη*, à *σημαίνω, ſignifico*: Hebraicè eſt נְסָה *neſa*, pro quo Genebrardus נִסָּה *niſſa* in præterito Niphal legendum cenſet, à נֵס *nes*, quod eſt *ſignum*, & *vexillum*; & vult *ſignari* non tam eſſe *ſigillari & imprimi*, quàm *eleuari & attolli vt ſignum*: id eſt indicari, clarè apparere, perſpicuum euidentque fieri; ſicut cùm Apoſtolus ſcribit: *Διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθε, Per epiſtolam hunc notate*, id eſt, indicate, manifeſtate. Nota autem Prophetam hoc loco docere, homines non poſſe excuſari per ignorantiam, ſi non ſeruent præcepta moralia, cùm ab ipſa natura lumen in corde impreſſum habeant, vt ſanctus Cyrillus exponit lib. 1. in Ioan. cap. 9. & probat fuſiùs Bellarminus Tomo 4. Controuerſiarum lib. 5. cap. 2. Quod vt clariùs intelligamus, inprimis ſtatuendum hîc eſt, in hominibus lumen eſſe quoddam clariſſimum, in cuius poſſeſſione mens lætitiâ inexplicabili perfruitur. Hoc animaduertit Caſſiodorus lib. de Anima, aitque lumen aliquod ſubſtantiale animas habere, quod in Euangelio dicatur lumen *illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*: &, *In cogitatione*, inquit, *poſiti, neſcio quid tenue, volubile, clarum nobis ineſſe ſentimus, quod reſpicit ſine ſole, quod videt ſine extraneo lumine*. Id, meo iudicio, Vates Regius hoc loco *lumen vultus* Dei nominauit, quod Eccleſiaſtici auctor *antelucanum* illuminatum omnibus, magnus Apoſtolus *notum Dei* in omnibus manifeſtum dixit; quod Origenes vult eſſe notitiæ diuinæ irradiationem; ſanctus verò Hieronymus, & D. Auguſtinus, illuminationem rationis, quæ diuinitatis imago eſt, impreſſa in animo, & inſignita. Id quod hominis dignitatem mirum quantum commendet, & ſupra omnes creaturas efferat. Quæcumque enim in hoc orbe aſpectabili à nobis videntur, tantùm exhibent veſtigium aliquod diuinæ illius ſempiternæque mentis: vnus homo eius imago quædam, & veluti expreſſa ſimilitudo eſt. Siquidem in homine ſemetipſe impreſſit & expreſſit Deus, velut in cera molli, nuda tabella, pretioſo numiſmate, ſignaculo ſimilitudinis. de quo pulchrè Rupertus lib. 2. in Geneſ. c. 12. *Tamquam cera*, inquit, *ſigilli teſtatoris imagine ſignata; ſic imagine Dei ſignatus eſt homo*. Quare Tertullianus lib. 5. in Marcionem cap. 11. vertit, *lumen perſonæ Dei*; vt ſit Numinis quædam veluti irradiatio. Id lumen itaque ſi ad naturam referatur, ſummi omnium opificis donum eſt pulcherrimum, & omnibus commune: ſed in iuſtis eſt etiam quædam lux formoſior, gratiæ nitor, iubaris empyrei ſtilla, incomparabile animi ornamentum: quod ab inhabitante Spiritu ſancto oriri putat Magnus Leo Pontifex Maximus Sermone 1. de Pentecoſte. *Ipſe*, inquit, *Spiritus veritatis, facit domum gloriæ ſuæ luminis ſui nitore fulgere, & in templo ſuo nec tenebricoſum aliquid vult eſſe, nec tepidum*. Rectè quidem ille ac ſapienter: nam acceſſu ad Deum, & quodam veluti commercio, neceſſe eſt hominem fieri cælo ſplendidiorem, & ſolem, vt ita loquar, terrenum. Quod diuinitus à ſanctis Patribus video fuiſſe notatum. Deus enim (vt ait ſanctus Dionyſius lib. de Diuinis Nominib. cap. 4. §. 6.) eſt *ἀκτὶς πηγαία καὶ ὑπερβλύζουσα φωτοχυσία, radius fontalis, ſupereffluens luminis effuſio*. qui fons pleniſſimus, & redundans largè exuberat in omnem intellectum; ſiue celſos Angelorum choros intueamur, qui proximè Numen circumſtant, ſiue homines in terra degentes, vt idem S. Dionyſius Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 2. fuſiùs tradit: ad oculum quaſi oſtendens impios ſceleribus ſuis nullam poſſe excuſationis vmbram obtendere, cùm lumen illud, cui rebelles fuerunt, ſit illa notitia, quam non à magiſtro, aut noſtra induſtria, aut humana diſciplina didicimus; ſed ab ipſa natura arripuimus, hauſimus, expreſſimus. Hæc communi Scholaſticorum ſenſu *συντήρησις* dicitur, ſeu *dictamen rationis*. quod qui exactè obſeruant ac ſequuntur, vberioris poſtmodum lucis, & diuinæ gratiæ participes efficiuntur, vt S. Dionyſius loco citato docet.

2. Theſſ. 3, 14.

Naturale lumen ſufficit ad bona & mala moralia diſcernenda.

Lumen animæ quale ſit.

Ioan. 1, 9.

Eccli. 24, 44.

Rom. 1, 19.

Homini à creatione impreſſa eſt Dei ſimilitudo.

Lux gratiæ à Deo inſtillatur.

Pulchrè S. Ambroſius lib. 3. Epiſt. 11. *Bona*, inquit, *requirens Dauid, ait: Quis oſtendit nobis bona? Et oſtendit ipſum eſſe bona, ſubiiciens. Signatum eſt in nobis lumen vultus tui Domine. Quis autem lumen vultus Patris, niſi ſplendor gloriæ, & imago inuiſibilis Dei? Ipſe ergo eſt Dominus Ieſus ſummum bonum. Hoc bonum veniat in anima noſtra, quod propitius Deus dat petentibus ſe. Hic eſt theſaurus noſter, hic eſt vita noſtra, hic eſt ſapientia noſtra, iuſtitia noſtra, paſtor noſter, & paſtor bonus; hic eſt via noſtra. Vides quanta bona in bono vno?*

Chriſtus eſt lumen Patris, & bonum noſtrum.

Multis fuit hæc ſolicitudo de veris bonis quærendis & acquirendis: multi inter mundialia mala clamabant, Quis oſtendet nobis bona? quis deducet nos in vitam vndequaque beatam? Sed felices illi, quos Deus bonus amauit, in quos ſuam effudit Dominus charitatem, qui ſpiritu diuini amoris ſunt præoccupati: ij ſignum crucifixi fide viuâ ſuſcipientes, & in ſe habentes, in bonorum cumulum euolarunt. Id quod Caſſiodorus in hunc Pſalmum notabat, dicens: *In crucis impreſſione lumen eſt vultus Dei, quia in eis ſemper noſcitur radiare, qui ſe non eligunt aliqua prauitate polluere; ſicut dicit Apoſtolus: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis*. Expende quis, & quo pretio nobis oſtendit bona, nimirum Spiritus ſanctus Dei, ſpiritus diuiniſſimæ charitatis, nobis per fidem ſignum crucis impreſſit: ſignum, inquam, crucis, quod eſſet nobis lumen vultus Dei, ad videnda bona, ad extirpanda mala.

Signũ crucis eſt lumen vultus Dei.

Porrò elegantiſſimè S. Gregorius Nyſſenus locum hunc exponens, per illud *lumen vultus Dei*, notis veluti & lineamentis expreſſum in nobis, non aliud vult intelligi, quàm virtutes, quibus, inquit, *τὸ θεῖον εἶδος χαρακτηρίζεται, diuina ſpecies & auguſta illa forma exprimitur*. Hoc cecinit quoque Iſaias; cuius ore loquens Deus, ait ſe pinxiſſe muros Ieruſalem, hoc eſt animæ. Quod illuſtrat D. Ambroſius lib. de Bono mortis in hunc modum: *Virtutibus imago Dei acquiritur: ideò qui nos pinxit quaſi auctor, pinxit virtutum coloribus. Ecce, inquit, ad Ieruſalem, pinxi muros tuos. Non detergamus penicillo negligentiæ depicta animæ noſtræ muralia*, &c. Et in Hexaëm. lib. 6. cap. 7. cùm eumdem Vatis locum attuliſſet:

Virtus eſt lumen vultus Dei.

Iſaiæ 49.

ANNOTATIONES CORDERII.

attuliſſet: *Illa*, inquit, *anima à Deo pingitur, quæ habet in ſe virtutum gratiam renitentem, ſplendoremque pietatis.* Neque verò ſine cauſa doctiſſimus Pater nitorem virtuti ſplendoremque attribuit, quemadmodum hoc loco Regius dixit Vates *lumen* ſeu illuminationem *vultus Dei*; vt oſtendat pulchritudinem illam mirandam & illuſtrem, quæ feriat oculos, & latere non poſſit.

8. *A fructu frumenti.*] Sanctus Hieronymus, *in tempore frumentum eorum, & vinum eorum multiplicata ſunt*; Auguſtinus, Caſſiodorus & alij legunt, *à tempore frumenti*: fortè quòd legerint καιρὸς, pro καρπὸς.

Aſterius ait Prophetam hoc verſu explicare id quod ſuperiùs dixerat: *In tribulatione dilataſti mihi*: & comportatâ ſibi vndique annonâ lætatum eſſe, quòd ſumma & ſua & ſuorum inopia Dei beneficio leuata ſit. Eius verba cùm in Catena non habeantur, hìc adferam. Τὰ κύματα τῶν θλίψεων ἡ ταχεῖα γαλήνη διέλυσεν, καὶ λιμῷ με τηκόμενον, ἀπὸ καρποῦ σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου ἐπλάτυνας, ὡς μὴ μόνον ἐμὲ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ὑπ' ἐμὲ, ἀπολαῦσαι ἀπὸ καρποῦ σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου. Καὶ ἡ ἐκείνων εὐθηνία εὐφροσύνην καρδίας μοι γέγονε. Τοῦτο δὲ μανθάνομεν ἀπ' αὐτῆς τῆς ἱστορίας. ὅτε γὰρ πολεμούμενος ὑπὸ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἔφυγεν ἐν ταῖς ἐρήμοις καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι, λιμῷ καὶ ἀνάγκῃ, ὡς ἐν διωγμῷ, ἐνεστράφη. Ἀλλ' ὁ θεὸς αὐτοῦ τὴν ἀνάγκην παρεμυθήσατο. πρῶτος γὰρ ὁ Σιβὰ ὁ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Σαοὺλ, ἤνεγκεν αὐτῷ ἄρτους διακοσίους, καὶ οἶνον, καὶ παλάθας, καὶ σταφίδας. εἶτα μετὰ τοῦτον Βερζελλαὶ ὁ Γαλααδίτης, καὶ αὐτὸς αὐτῷ προσήνεγκε δέκα κοίτας, ἵνα μὴ χαμευνῇ, καὶ ἀμφιτάπητας τοὺς καλουμένους νῦν ψιλοτάπητας, καὶ τὰ λοιπά. Εὐχαριστῶν οὖν ἐπὶ τούτοις φησὶν, ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με. *Tribulationum fluctus velox tranquillitas diſſoluit, & me fame tabeſcentem à fructu frumenti, & vini, & olei dilataſti: vt his fructibus non ego ſolus, ſed hi quoque qui me ſequebantur, abundè fruerentur: illorumque abundantia mihi lætitiam cordis attulit. quod ab ipſa hiſtoria diſcimus. Cùm enim bello ſibi à filio illato in deſertis ac montibus exul ageret, fame ac penuriâ, vt pulſum par erat, preſſus eſt. At verò Deus eius inopiam ſubleuauit. Primus enim Seba ex domo Saül,* (2.Reg.17.) *attulit ei panes ducentos, & vinum, & palathas, & vuas paſſas. poſt hunc Berzellai Galaadites, etiam ipſe attulit decem lectos, ne humi cubare cogeretur, & tapetas qui nunc vocantur tylotapetes, &c. De his igitur gratias agens, ait: In tribulatione dilataſti me.* Atque hæc ad hiſtoriā Dauidis ſpectant. Myſticè Genebrardus iſtud, *A fructu frumenti, vini, & olei*, explicat de Sacramento Euchariſtiæ & Chriſmatis, nec non de oleo ſacro, cuius in pluribus Sacramentis vſus eſt maximus. quibus omnibus ritè conſecratis, homines multiplicantur & augentur ſpiritualibus bonis in Eccleſia.

Myſticè frumentum & vinum ſignant Euchariſtiam; oleum verò, Chriſma.

9. *In pace in idipſum dormiam.*] Commentarius Græcus id de animi tranquillitate pulchrè exponit, Theodoretus in Catena de proborum morte, Origenes ibid. de Chriſto à diſcipulis deſerto, & ſolo relicto. Docet autem, ſe Dei præſidio & prouidentiâ eſſe æquè ſecurum, ac ſi maximo exercitu & cuſtodibus ſtiparetur. A Deo enim venit hæc felicitas, quòd ſingulariter in ſpe conſtituamur, hoc eſt, quòd ſpes ſalutis noſtræ, in his quæ in nobis ſunt ſingulariter nitatur, nec alienâ diligentiâ opus habeat. Pulchrè ad hunc [illegible] Chryſoſt. Τί δέ ἐστιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ; συνηγμένος πρὸς ἑαυτὸν, φησι, καὶ συνεστραμμένος, οὐ σχιζόμενος εἰς μυρίας φροντίδας, οὐδὲ τὰ τοῦ δεῖνος, καὶ τοῦ δεῖνος μεριμνῶν. *Quid eſt autem in idipſum? In meipſum, inquit, totus coactus & conuerſus, non in curas innumerabiles diuiſus, non quæ ſunt huius vel illius cogitans.* Quaſi & pax & quies hominis inde valdè proficiat, quòd in ſeipſum collectus negotium ſuæ ſalutis nulli alteri credat, ſed ipſe ſatagat, vt per bona opera certam ſuam faciat vocationem. 1.Pet.1,10

10. *Singulariter in ſpe.*] Quid eſt, inquit S. Chryſoſtomus, κατὰ μόνας, *ſingulariter?* Ἀπὸ τῶν πονηρῶν χωρὶς, *ſeorſum ab improbis.* Quod ſingularis ille Doctor ſic illuſtrat: *Retuli pedem à communione ſceleratorum, atque morum contagionem ſummâ diligentiâ curâque fugi.* Nec immeritò. Nam vt corpora è corrupti aëris lue pereunt, ſic animi inexplicabile damnum capiunt è malorum ſocietate. Et quemadmodum ſanus oculus quando vitiatum aſpexerit, conſimili modo afficitur; & qui ſcabie eſt coopertus, illis etiam qui ſani ſunt, eam impertit: ita vulgò euenire conſtat in improborum hominum conſuetudine, vt ſæua lues ſe blandè inſinuans nec opinantem maculet. Ait ergo Pſalmiſta ſe in pace dormiturum, id eſt ſecurè moriturum, quia ſeparatus à malis vixerat.

Damnum malæ ſocietatis.

Aduerte mortem hìc, & alibi paſſim, in Scriptura ſomnum & dormitionem appellari. Sic in libris Regum: *Dormiuit Roboam cum patribus ſuis.* Similiter & Ieroboam. Apoſtolus quoque ad Corinthios ſcribit: *Dormiunt multi.* Item, *Quidam autem dormierunt.* Expreſſiùs autem Chriſtus de Principis ſynagogæ filia iam defuncta ait: *Non eſt mortua puella, ſed dormit.* Eodem modo Lazari mortem dormitionem vocat. Sicut enim ſomnus ordinatus eſt à natura ad requiem ſenſuum, atque ita vitæ hominum accommodatus eſt, vt hæc ſine illo tranſigi non poſſit: ita Spiritus in Apocalypſi *beatos* vocat *mortuos, qui in Domino moriuntur*, id eſt, in Domini ſinu quaſi dormientes conquieſcunt. Hoc enim ſenſu dictum eſt in Actis de B. Stephano, quòd *obdormiuit in Domino.* Appellatur autem iuſtorum mors ſomnus, tum propter ſummam in ipſa morte quietem, & tranquillitatem mentis, vt ſomnum potiùs dulcem capere, quàm mori videantur: tum etiam quia, ſicut ſomnus præteriti laboris eſt requies, ita Sancti per mortem à laboribus vitæ requieſcunt. Quam ob cauſam Spiritus ibidem ſubdit: *Vt requieſcant à laboribus ſuis.* Sic etiam in hoc Pſalmo quies cum ſomno coniungitur: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam.* Eodem recidit illud quod de Moyſe dicitur: *Mortuus eſt Moyſes ſeruus Domini in terra Moab, iubente Domino*: ſeu, vt alij transferunt, *ſuper os Iehouah*, ſeu, *ex oſculo Iehouah.* vt ſit ſenſus: Sicut mater dormientem in ſinu ſuo infantulum ſolet ore ori applicato in lectulo reponere; ita Deus Moyſem ſeruum ſuum, ceu dormientem infantulum, per oſculum & amplexum in ſinu Abrahæ quaſi in lectulo collocauit. Sunt plurima huius rei teſtimonia. Cùm enim mortui ſint ad vitam reuocandi, iure meritò mors *ſomnus* nuncupatur, præſertim iam poſt Chriſti reſurrectionem. Hoc namque nobis conſecutus eſt Chriſtus, vt mors quæ in æternum duratura erat,

Mors ſemper ſomno comparatur. 3.Reg.14,31. 1.Cor.11,30. 1.Cor.15,6. Luc.8,52. Ioan.11,11. *Iuſti in morte quieſcunt.* Apoc.14,13. Act.7,60. Pſal.4,19. *Chriſtus mortem nobis in ſomnum conuertit.*

erat, per eum finem haberet, efficereturque temporalis. Et hæc eſt mortis victoria, & mors mortis, vt Apoſtolus ait. Quando igitur Scriptura mortem ſomnum appellat, myſterium indicat, quod Chriſtus effecit ſuâ morte, noſtram occidendo. *In Chriſto* enim *omnes viuificabuntur.* Ab hac metaphora & veritate Paulus argumentum accipit conſolandi eos qui mortuos lugent, vt ſit luctus moderatus, quaſi pro iis qui euigilaturi ſunt, & ad vitam reuocandi. Similiter S. Ambroſius in Oratione ad ſepulchrum fratris ſui Satyri, die ſeptimâ poſt eius obitum, in principio orationis oſtendit, mortem non eſſe lugendam. Primùm, quia communis eſt, & cunctis debita; deinde, quia nos ſæculi huius abſoluit ærumnis; poſtremò, quia ſomni ſpecie, vbi ab iſtius mundi labore requietum ſit, vigor nobis viuacior refunditur. Atque hac ſpe fultus Dauid, ait ſe libenter in pace in idipſum obdormiturum, & quietem accepturum.

1. Cor. 15, 6.
1. Cor. 15, 22.
PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM V. ARGVMENTVM.

α. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

1. In finem, pro ea quæ hereditatem conſequitur, Pſalmus Dauid.

Ἐπεὶ μετὰ τὸ τέλος τοῦ νυμφίου κληρονομεῖ ἡ νύμφη, διὰ τοῦτο οὕτως ἐπέγραψεν ὁ Δαβίδ. Ὅτε γὰρ ὁ Χριστοῦ θάνατος προέβη, τότε ἡ νύμφη ἡ Ἐκκλησία πρὸς τὴν τῆς κληρονομίας νομὴν ἐκλήθη· ἢ κληρονομοῦσαν τὴν ψυχὴν λέγει, τὴν τοῦ ἰδίου κλήρου ἀποπεσοῦσαν, ὑπὲρ ἧς ἔντευξιν ὁ Δαβὶδ εἰσάγει, ἵνα ἐν προτέρᾳ γένηται πάλιν, καὶ τῆς γλυκείας ἀκούσῃ φωνῆς· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου. Ἄλλος δὲ βαβυλωνιακὸν εἶπε τὸν ψαλμὸν, ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ τοῦ ἐκεῖσε ἐκ συμφορῶν ἀφελημένου καὶ δεομένου ἐπανελθεῖν, καὶ βελτίωσιν ἐπαγγελλομένου.

Quoniam poſt finem ſponſi ſponſa conſequitur hereditatem, idcircò Dauid hoc modo Pſalmum hunc inſcripſit. Quando enim Chriſti mors præceſſerat, tunc ſponſa Eccleſia vocata eſt ad cernendam hereditatem. Vel eam quæ hereditatem adit vocat animam, quæ à propria hereditate exciderat: pro qua Dauid interceſſionem inducit, vt in priſtinum ſtatum reſtituatur, & ſuauem illam vocem audiat: Venite benedicti Patris mei. *Quidam alius verò vocauit hunc Pſalmum Babylonicum, ex perſona populi rogantis ac deprecantis liberationem à calamitatibus, quas ibi patiebatur, & emendationem pollicentis.*

Matth. 25. 34.

PARAPHRASIS.

β. ΤΑ ῥήματά μου ἐνώτισαι κύριε.

Ἀντὶ τοῦ ἑκάστην λέξιν τῆς προσευχῆς μου ἀκριβῶς ἀνάγνωθι. Διὰ τί δὲ μὴ εἶπε τὸν λόγον μου, ἀλλὰ τὰ ῥήματά μου; Ὅτι μὲν ὁ λόγος πολλὰ ὑφ' ἑαυτὸν περιλαμβάνει ῥήματα, τὰ δὲ ῥήματα μέλη ἐστὶ τοῦ λόγου, ὡς μέλη σώματος.

2. VERBA mea auribus percipe Domine.

Id eſt, vnamquamque dictionem orationis meæ accuratè obſerua. Cur autem non dixit, ſermonem meum, ſed, verba mea? Quia nimirum ſermo multa ſub ſe verba comprehendit; verba verò partes ſunt orationis, non ſecùs ac membra corporis.

Differentia inter verbum & sermonem.

Συνὲς τῆς κραυγῆς μου.

Κραυγὴν δὲ ἐνταῦθα, οὐ τὸν τόνον φησὶ τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τῆς διανοίας τὴν διάθεσιν· ὡς καὶ τῷ Μωσεῖ ἔλεγε· Τί βοᾷς πρός με;

Intellige clamorem meum.

Clamorem autem hic, non vocis intenſionem dicit, ſed mentis affectum: vt etiam Moyſi dixit: *Quid clamas ad me?*

Clamor [illegible]
Exod. 14. 15.

γ. Πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου.

Οὐ γὰρ ταυτόν ἐστι φωνὴ καὶ κραυγή. κραυγὴ γὰρ δικαίου ἡ ὑψοφόρος τῆς ψυχῆς διαγωγή· φωνὴ δὲ ὁ τῆς καρδίας βαρύτονος στεναγμός.

3. Intende voci orationis meæ.

Non enim idem ſunt vox & clamor. Nam clamor iuſti, eſt religioſum animæ inſtitutum, cæleſtia ſapiens; vox verò, profundum cordis ſuſpirium.

Vox quid [illegible]

Βασιλεῦ μου, καὶ ὁ θεός μου.

Rex meus, & Deus meus.

PARAPHRASIS PATRVM.

Deus, vt qui me creauit; & Rex, vt qui mihi prouidit.

Ὁ Θεὸς ὡς ὁ δημιουργήσας με, καὶ βασιλεὺς ὡς πρόνοιάν μοι ποιούμενος.

4. Quoniam ad te orabo Domine:

δ. Ὅτι πρός σε προσεύξομαι κύριε·

Orationem enim non aliis, ſed ſoli Deo offert.

Προσευχὴν γὰρ οὐκ ἄλλοις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ μόνῳ προσφέρει.

Manè exaudies vocem meam.

Τὸ πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου.

Id eſt celeriter, confeſtim, iuxta illud: *Iſa.65,24.* *Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus ego audiam.*

Τουτέστι ταχέως, κατὰ τό· Καὶ ἔσται πρὶν ἢ κεκράξαι αὐτοὺς ἐγὼ ὑπακούσομαι αὐτῶν· ἔτι λαλούντων αὐτῶν ἀκούσομαι.

5. Manè adſtabo tibi, & * videbis me: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

** Vulgata videbo*

ε. Τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με· ὅτι οὐχὶ Θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ.

In ortu diei Deus inuocandus.

A primordiis diei, inquit, hoc opus faciens, non autem poſt mille opera, vt plerique, adſtabo tibi, non loco, ſed operibus. Nam talis eſt vicinus Deo: ſiquidem id Propè ac Remotè hoc loco ſignificant: quia Deus vbique eſt.

Ἐκ προοιμίων τῆς ἡμέρας, φησὶ, τοῦτο τὸ ἔργον ποιούμενος, ἀλλ' οὐ μετὰ μυρία ἔργα, ὡς οἱ πολλοὶ, παραστήσομαί σοι, οὐ τόπῳ, ἀλλ' ἔργοις. ὁ γὰρ τοιοῦτος ἐγγύς ἐστι Θεοῦ· τοῦτο γὰρ ἐγγὺς καὶ μακρὰν ἐνταῦθα σημαίνει· ὁ γὰρ Θεὸς πανταχοῦ ἐστιν.

6. Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.

ς. Οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος· οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου.

Deus malos execratur.

Quaſi dicat: Meas preces ſuſcipis, & inſpicis; quoniam omnem iniquitatem reſpuis, malitiaque aſſuefactos omnino aurſaris. Execratur enim Deus omnes iniquam vitam amplectentes. Hoc enim etiam ſubiunxit:

Ὡς ἂν εἴπῃ· Δέχῃ τὰς ἐμὰς δεήσεις, καὶ ἐποπτεύεις· ἐπειδὴ πᾶσαν μὲν ἀνομίαν ἀπαγορεύεις, καὶ τοὺς πονηρίᾳ συζῶντας παντελῶς ἀποστρέφῃ. Βδελύττεται γὰρ ὁ Θεὸς ἅπαντας τοὺς παράνομον βίον ἀσπαζομένους. τοῦτο γὰρ καὶ ἐπήγαγεν·

7. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

ζ. Ἐμίσησας πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος.

Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus:

Ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται κύριος·

Deus malitiam cum auctore eius aduerſatur.

Non ſolùm enim malitiam atque iniquitatem, & mendacium, & dolum, & homicidium improbat; verùm etiam eos qui hæc patrant, nec pœnitentiæ vacare volunt, execratur.

Οὐ γὰρ μόνον ἀπαγορεύει πονηρίαν, καὶ παρανομίαν, καὶ ψεῦδος, δόλον καὶ μιαιφονίαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τούτων ἐργάτας βδελύσσεται, καὶ μετανοίᾳ προσέχειν οὐ βουλομένους.

8. Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.

η. Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου· προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου, ἐν φόβῳ σου.

Quotidianæ preces Deo offerendæ.

Cùm enim tuâ benignitate perfruar, tuâque dextrâ cuſtodiar; quotidianam ad te affero adorationem in templo tuæ gloriæ conſecrato, ſemper tuum timorem circumfe-

Τῆς γὰρ σῆς ἀπολαύουσα φιλανθρωπίας, καὶ τῇ σῇ δεξιᾷ φρουρουμένη, τὴν διηνεκῆ σοι προσφέρω προσκύνησιν ἐν τῷ ἀφιερωμένῳ τῇ σῇ δόξῃ ναῷ, τὸν σὸν ἀεὶ περιφέρουσα φόβον.

φόβον. Οὐδὲ γὰρ ἀνέξομαι αὐτὸν ἀποβαλεῖν, τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ θαρρῶσα.

θ'. Κύριε ὁδήγησόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου· ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου.

Καλῶς εἶπε δικαιοσύνῃ σου. Ἔστι γὰρ καὶ ἀνθρώπων δικαιοσύνη ἀπὸ τῶν νόμων τῶν ἔξωθεν, ἀλλ' οὐκ ἔχουσα τὸ τέλειον. Ἐγὼ δὲ τὴν ἀπὸ σοῦ αἰτῶ δικαιοσύνην. Εἰκότως δὲ πρόσκειται τὸ ὁδήγησον, οἱονεὶ χειραγώγησον ὡς ἀπὸ σκότους τινὸς τοῦ βίου. Ἔνια τῶν ἀντιγράφων ἀντὶ τοῦ· κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, ἔχει, ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου. ἑκάτερα δὲ τῆς εὐσεβοῦς ἔχεται διανοίας. εἴτε γὰρ ἡ ἡμετέρα ὁδὸς κατευθυνθείη ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, πλάνης οὐ ληψόμεθα πεῖραν. εἴτε ἡ τοῦ θεοῦ ὁδὸς ἐνώπιον ἡμῶν κατευθυνθείη, αὐτὴν ὁδεύσομεν, καὶ πρὸς αὐτὴν προθύμως δραμούμεθα. Αἰτεῖ τοίνυν ἡ κληρονομοῦσα ὁδηγηθῆναι μὲν ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ δικαιοσύνης, κατευθυνθῆναι δὲ αὐτῇ τὴν ὁδὸν καὶ ἐξομαλισθῆναι, ἵνα ῥᾳδίως ὁδεύσῃ.

ι'. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια· ἡ καρδία αὐτῶν ματαία.

Τῷ ψεύδει, φησί, διηνεκῶς τὴν γλῶτταν μολύνουσι. Ἀλλὰ καὶ τοῖς λόγοις αὐτῶν οἱ λογισμοὶ συμβαίνουσι, καὶ συνομολογεῖ τῷ στόματι ἡ καρδία.

ια'. Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν.

Ὡς οἱ κεκλεισμένοι τάφοι κεκρυμμένην ἔχουσι τὴν δυσοσμίαν, οἱ δὲ ἀνεῳγμένοι πολλὴν ἀναπέμπουσι τὴν δυσωδίαν, τοιαῦτα καὶ οὗτοί, φησι, ἐρυγγάνουσι ῥήματα πάσης δυσοσμίας καὶ δυσσεβείας μεστά. Διὰ τούτων δὲ τῶν λόγων τὰς κατὰ θεοῦ βλασφημίας αἰνίττεται, καὶ τῆς ἀκολασίας καὶ τῆς ἀσελγείας τὰ ῥήματα.

Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν.

Χαλεπώτερα τῶν προσφερομένων ῥημάτων τὰ κεκρυμμένα. Δόλῳ γὰρ κεχρημένοι, μυρία τινὰ κατὰ τοὺς πέλας τυρεύουσι.

Κρῖνον αὐτοὺς ὁ θεός.

Ἀποπεσάτωσαν ἀπὸ τῶν διαβουλιῶν αὐτῶν, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἔξωσον αὐτούς, ὅτι παρεπίκρανάν σε κύριε.

rens. Neque enim permittam eum diffluere, tuæ benignitati confidens. PARAPHRASIS PATRVM.

9. Domine deduc me in iuſtitia tua: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.

Pulchrè dixit *iuſtitiâ tuâ*. Nam eſt & hominum iuſtitia, quæ exiſtit à legibus externis; ſed non continet perfectionem. Ego autem (inquit) tuam peto iuſtitiam. Rectè autem adiungitur: *Deduc me:* ac ſi dicat, quaſi à quibuſdam vitæ tenebris manuducas. *Dei directioni opus, ne erremus.* Nonnulla exemplaria pro *Dirige in conſpectu tuo viam meam*, habent, *In conſpectu meo viam tuam.* Vtraque verò pium ſenſum habent. Siue enim noſtra via dirigatur in conſpectu Dei, non aberrabimus: ſiue via Domini ante nos dirigatur, ipſam ambulabimus, ad illamque promptè curremus. Petit igitur heres, deduci quidem à Dei iuſtitia, viamque ſibi ipſi dirigi atque explanari, vt facilè gradiatur.

10. Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.

Mendacio, inquit, continuè linguam maculant. Quin etiam cum ſermonibus eorum cogitationes conueniunt, & cor ori conſentit.

11. Sepulchrum patens eſt guttur eorum.

Vt clauſa ſepulchra ſuum teterrimum odorem occultum habent, reſerata verò illum foras emittunt: talia & hi, inquit, eructant verba, omnis fœtoris & impietatis plena. Per hæc verba innuit blaſphemias contra Deum, & ſermones libidinis & laſciuiæ. *Mali ſepulchris aſſimilati.*

Linguis ſuis doloſè agebant.

Occulta verba grauiora ſunt, quàm illa quæ propalàm proferuntur. Dolo enim vtentes, infinita contra proximum moliuntur. *Occulta mala, manifeſtis perniciosiora.*

Iudica illos Deus.

Decidant à cogitationibus ſuis; ſecundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.

Addu-

PARAPHRASIS PATRVM.

Doloſi mententur vt technis ſuis irretiantur. Adducantur in iudicium tuum, ô Domine, & aberrent ab iis quæ contra nos machinantur, atque per experientiam diſcant, quòd araneæ telam contexant, & pœnam ſuis auſibus dignam pendant. Contra te enim bellum mouerunt, aduerſuſque illos qui tibi addicti ſunt, aciem inſtruxerunt.

12. Et lætentur omnes qui ſperant in te, in æternum exultabunt: & habitabis in eis.

Probi lætantur, cùm inſidias euaſerint. Hoc autem eos qui in te credunt lætitiâ implebit, & præbebit ipſis voluptatem ſempiternam; non illorum interitus, ſed tua prouidentia. Credunt enim quòd in ipſis habitas, & inambulas.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum.

13. Quoniam tu benedices iuſto.

Nam cùm tua benedictio & prouidentia tuis cultoribus abundè ſuppeditet; qui ſeipſos exhibuerunt tui nominis amatores, gloriabuntur propter ſolicitudinem & curam quam de illis habes, tuam potentiam prædi-
1. Corinth. 1, 31. cantes. Sic etiam B. Paulus ait: *Qui gloriatur, in Domino glorietur.*

Domine vt ſcuto bonæ voluntatis coronaſti nos.

Εὐδοκία quid. Εὐδοκίαν ſacræ Litteræ nuncupant bonam Dei voluntatem. Eiuſmodi etiam eſt illud:
Pſal. 84, 2. *Benedixiſti Domine terram tuam*, id eſt, bona
Epheſ. 1, 9. voluiſti terræ tuæ. Et apud Apoſtolum: *Secundùm beneplacitum voluntatis eius*, id eſt, ſecundùm bonam ipſius voluntatem. Hîc igitur etiam hoc dicit, quòd nempe tua bona voluntas, tuuſque maximus amor & dilectio in nos, factus ſit nobis & ſcutum victoriam parans, & corona triumphalis.

Ἀχθήτωσαν τοίνυν ὑπὸ τὴν σὴν κρίσιν ὦ δέσποτα, καὶ διαμαρτέτωσαν ὧν κατὰ τύπους καθ' ἡμῶν, καὶ μαθέτωσαν διὰ τῆς πείρας, ὡς ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι, καὶ δότωσαν ποινὴν τῶν τολμημάτων ἀξίαν. Κατά σου γὰρ τὸν πόλεμον κεκινήκασι, καὶ πρὸς τοὺς ἀνακειμένους σοι κεκινήκασι τὴν παράταξιν.

ιβ´. Καὶ εὐφρανθήτωσαν πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σε, εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται, καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς.

Τοῦτο δὲ τοὺς εἰς σὲ πεπιστευκότας εὐφροσύνης ἐμπλήσει, καὶ παρέξει αὐτοῖς θυμηδίαν αἰώνιον, οὐχ ὁ ἐκείνων ὄλεθρος, ἀλλ' ἡ σὴ προμήθεια. Πείθονται γὰρ ὡς ἐνοικεῖς ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατεῖς.

Καὶ καυχήσονται ἐν σοὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου.

ιγ´. Ὅτι σὺ εὐλογήσεις δίκαιον.

Τῆς γὰρ σῆς εὐλογίας τε καὶ προνοίας τοῖς σοῖς χορηγουμένης θεραπευταῖς, οἱ σφᾶς αὐτοὺς ἐραστὰς τοῦ σοῦ ὀνόματος καταστήσαντες, ἐπὶ τῇ σῇ κηδεμονίᾳ μεγαφρονοῦσι, τὴν σὴν διηγούμενοι δύναμιν. οὕτω καὶ ὁ μακάριος λέγει Παῦλος· Ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω.

Κύριε ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς.

Εὐδοκίαν καλεῖ ἡ θεία γραφὴ τὸ ἀγαθὸν τοῦ θεοῦ θέλημα. τοιοῦτόν ἐστι τό· Εὐδόκησας κύριε τὴν γῆν σου, ἀντὶ τοῦ ἀγαθὰ ἠθέλησας τῇ γῇ σου. καὶ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ· κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, τουτέστι, κατὰ τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ θέλημα. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν τοῦτο λέγει· ὅτι τὸ ἀγαθόν σου θέλημα, καὶ ἡ πολλή σου περὶ ἡμᾶς φιλοστοργία τε καὶ ἀγάπη, καὶ ὅπλον ἡμῖν γέγονε νίκης πρόξενον, καὶ στέφανος ἐπινίκιος.

COMMENTARIVS.

2. VERBA MEA AVRIBVS PERCIPE DOMINE.] Dominum vocat ſponſum Eccleſia ſeu Propheta; & petit ſibi adiutorem fieri vſque in finem. Loquitur autem cum fiducia: quoniam iſtiuſmodi poſtulabat, qualia ipſe dare volebat.
Clamor cordis qualis. Non clamorem hîc, vel aures intelligere oportet, ſed ex membris humanis, diuinas

β´. ΤΑ ΡΗΜΑΤΑ ΜΟΥ ΕΝΩΤΙΣΑΙ ΚΥΡΙΕ.] Κύριον καλεῖ τὸν νυμφίον ἡ ἐκκλησία, ἢ ὁ προφήτης, καὶ παρακαλεῖ, σύμμαχον αὐτῇ γενέσθαι, ὥστε ἀνύσαι. Καὶ μετὰ παῤῥησίας λέγει· ἐπεὶ τοιαῦτα ᾔτει, οἷα διδόναι ἐκεῖνος ἐβούλετο. Οὔτε δὲ κραυγὴν νοητέον, οὔτε ὦτα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων μορίων, τὰς θείας ἐνεργείας

ἐνεργείας ἀκουσώμεθα. Κραυγὴν μὲν τὴν σπουδαίαν τῆς διανοίας ἱκετείαν· διὸ καὶ τὸ, σύνες, πρόσχες), ὅ ἐστι νόησον, καταλλήλως ἐπὶ τῆς ἀφανῶς ἐκ καρδίας γινομένης κραυγῆς. Τὸ δὲ ἐνώτισαι, ἐπὶ τῶν ῥημάτων, ἀντὶ τοῦ, εἴσω τῶν ὤτων συγγενέσθω μοι τὰ τῆς εὐχῆς ῥήματα. Ἀξιοῖ δὲ καὶ προσεχόντως ἐπικλῖναι, ὅτι μὴ ἀνάξια αὐτοῦ τυγχάνει τὰ ῥήματα. ἢ ταυτολογεῖ ἐκκαιομένη περὶ τὸ αἰτούμενον, καὶ ἐνδεικνυμένη τὸν ἔρωτα, τὸν κοινὸν ἰδιοποιεῖται δεσπότην, ὁ βασιλεύς μου λέγουσα καὶ ὁ θεός μου.

δʹ. ΟΤΙ ΠΡΟΣ ΣΕ ΠΡΟΣΕΥΞΟΜΑΙ.] Τὰς αἰτίας τίθησι, δι᾽ ἃς ἀξιοῖ εἰσακουσθῆναι. Οὐ γὰρ πρὸς ἕτερον, ἀλλὰ πρός σε, ποιήσομαι τὰς εὐχάς. Καὶ ἐκ προοιμίων τῆς ἡμέρας τοῦτο τὸ ἔργον ποιήσομαι, ἀλλ᾽ οὐχ᾽ ὡς οἱ πολλοὶ μετὰ μυρίας ἀσχολίας. Ἔστι δὲ πρωῒ καὶ τὸ ταχὺ, ἤτοι ταχεῖαν τοῦ θεοῦ καὶ ἑτοίμην ἀντίληψιν λαβεῖν. εἰ διωξόμεθα γὰρ τὸ γνῶναι τὸν κύριον, ὡς ὄρθρον, ἕτοιμον εὑρήσομεν αὐτόν.

εʹ. ΤΟ ΠΡΩΙ ΠΑΡΑΣΤΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ.] Παραστήσομαι, οὐ τόπῳ, ἀλλ᾽ ἔργοις. ὁ γάρ τοιοῦτος ἐγγύς ἐστι τοῦ θεοῦ· ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος, πόρρω. τοῦ ἐγγὺς καὶ τοῦ μακρὰν ἐκ τῆς διαθέσεως τῶν προσερχομένων συμβαινόντων. εἶτα παραστὰς τί ὄψομαι; ἢ ὡς ἕτερος, σκοπήσω; Ὅτι οὐκ ἔστι σοι πονηρευόμενος φίλος, ἢ πλησίον, οὐδὲ παρὰ σοῦ εὐοδοῦται, διὰ πάντων δεικνῦσα τὸ τοῦ θεοῦ μισοπόνηρον. Κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν γραφὴν τὸ ἐπόψει με. Ὅτι παρεωραμένην οὖσάν με διὰ τὴν ἀθεΐαν, καὶ πρὶν μὲν ὡς παντεπόπτης ἑώρας, ἀλλ᾽ ἀπεστρέφου διὰ τὴν πονηρίαν· νῦν δὲ ἐπιθεωρήσεις ἑτέραν γεγενημένην, καὶ λελευκασμένην.

ζʹ. ΕΜΙΣΗΣΑΣ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΥΣ ΤΗΝ ΑΝΟΜΙΑΝ.] Πάντες, κἂν δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος, κἂν βασιλεὺς, φησι, ἢ, σφόδρα σοι διὰ μίσους εἰσὶν, εἰ παράνομοι εἶεν, ἢ ψευδεῖς, ἢ φονικοὶ, ἢ δόλιοι. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἀξιωμάτων, ἀλλ᾽ ἐξ ἀρετῆς ἐγκρίνειν τοὺς φίλους εἴωθεν. Ὥσπερ δὲ διὰ τοῦ εἰπεῖν, ἐμίσησας, τῶν παχυτέρων μὴ καθικόμενος, ἐπήγαγε καὶ κολαστικώτερον, τὸ ἀπολεῖς. Ὅρα δὲ πῶς μετὰ τοῦ φονικοῦ καὶ τὸν δόλιον ἔταξε, τὸν ἐπιεικῆ λύκον, τὸν ὕπουλον καὶ δυσφύλακτον· καὶ δικαίως. Δυσφορώτατος γὰρ ὢν καὶ συγκρύπτων τὴν πονηρίαν, πολλὰ ἐργάζεται τὰ δεινά.

COMMENTARIVS PATRVM.

operationes intelligamus. Ac clamorem quidem, ſedulam mentis deprecationem; quare etiam additur, *intellige*, id eſt, attende ſeu conſidera; appoſitè ſcilicet ad clamorem qui occultè fit ex corde. Illud autem, *auribus percipe*, ad verba refertur, q.d. Fiant in auribus tuis verba deprecationis meæ. Petit autem attentè obſeruari, quoniam haud indigna neque vulgaria ſunt verba eius. Vel eadem inculcat præ rei petitæ deſiderio, & vt amorem declaret, cõmunem Dominum ſibi proprium facit, dicens: *Rex meus, & Deus meus.*

4. QVONIAM AD TE ORABO.] Cauſas proponit, ob quas poſtulat exaudiri. Non enim ad alium, quàm ad te, orationes faciã. Atque à primordiis diei hoc erit opus meum; non autem, vt plurimis, poſt mille occupationes. Eſt verò *manè* etiam idem, quod velox ſiue promptum & expeditum auxilium accipere. Si enim quæſiuerimus Deum noſſe, quaſi manè, paratum ipſum reperiemus.

Manè Deus orandus.

5. MANE ADSTABO TIBI.] Adſtabo, non loco, ſed operibus. talis enim Deo propinquus eſt: qui verò non eſt eiuſmodi, remotus exiſtit. ita vt propinquitas & longinquitas ex accedentium affectu contingat. Ceterùm adſtans quid videbo? vel, vt alius legit, conſiderabo? Quoniam non eſt tibi malignus amicus, vel propinquus, neque à te dirigitur, per omnia declarans Deum odiſſe malum. Secundùm aliam verò lectionem eſt, *videbis me*. Quoniam cùm deſpecta eram propter infidelitatem, me priùs quidem tamquam omnium ſpeculator etiam videbas, ſed ob iniquitatem auerſabaris; modò verò me aſpicies mutatam, & dealbatam.

Qui benè agit, is Deo propinquus eſt.

7. ODISTI OMNES QVI OPERANTVR INIQVITATEM.] Omnes, inquit, ſiue ſeruus, ſiue liber, ſiue Rex ſit, valdè tibi exoſi ſunt, ſi iniqui fuerint, vel mendaces, vel homicidæ, vel doloſi. Siquidem non ex dignitatibus, ſed ex virtute amicos diiudicare ſolet. Quaſi verò, cùm dixit *odiſti*, rudiores non comprehendiſſet, ſubiunxit etiam id quod magis pœnam declarat, nempe *perdes*. Obſerua verò, quomodo cum homicida quoque doloſum coniunxerit, ceu blandum lupum, ſubdolum, & difficulter euitabilem. idque meritò. Cùm enim ſit intolerabilis, & malitiam occultet, plurima mala patrat.

Omnis iniquus Deo odibilis.

Deus virtutem, non dignitatem penſat.

COMMENTARIVS PATRVM.

Salus eſt miſericordiæ opus.

8. Ego avtem in mvltitvdine miſericordiæ.] Ac ſi quiſpiam Eccleſiæ obieciſſet: Quin & tu, cùm talis eſſes, quomodo ſaluata es? tradidit modum ſaluationis, nempe propter multam benignitatem: & cùm ea quę ex parte Dei ſe habent enarraſſet, ſubiunxit etiam quæ ad ſe ſpectabant. Quando, inquit, ego gratiâ tuâ fruar, adorabo in timore, non vt plerique oſcitanter, ſed in timore. Nam qui ſic orat, abiiciet iniquitatem, & ad virtutem adducetur. Deinde conuertit ſermonem ad rogationem, & ait:

Iuſtitia Dei, non hominum, prodeſt.

9. Domine, dedvc me in ivſtitia tva.] Vides quomodo nihil futile petat? Pulchrè autem dixit, *In iuſtitia tua.* Siquidem eſt & hominum iuſtitia quædam legalis, ſed quæ perfectionem non habet. Ego verò, inquit, tuam poſtulo iuſtitiam, & ad hanc me deducito: quoniam multæ ſunt ſemitæ auiæ. Pro *dirige* verò Symmachus *complana* dixit; id eſt, facilem redde coram te viam meam: vel coram me viam tuam. Vtrumque enim pium ſenſum habet. Ait autem, *Propter inimicos meos.* quaſi dicat, Quia me diuertere, & per aliam viam erroneam deducere ſtuderunt, tu ipſe me deducito. Deinde particulatim malitiæ ipſorum conatus ediſſerit, & os eorum & mentem perſtringens: Cum verbis, inquit, ipſorum etiam cogitationes concordant, atque ori mens conſentit, fœtida verba eructans. Per hæc autem inſinuat blaſphemias aduerſus Deum, & mortuas ac fœtidas doctrinas, verbaq; turpia, & fraudes ac dolos verbis obumbratos. Verumtamen obſerua manſuetudinem orationis qua contra illos vtitur.

Directio Dei neceſſaria, ne erremus.

Os eructat quæ in mente latebant.

Διαβύλια quid?

11. Ivdica illos Devs.] Non dixit Puni, ſed *iudica*, & ceſſare facias à malitia. (Διαβύλια enim ſunt machinationes ad malè faciendum;) quod eſt pro ipſis deprecari. Verùm ad quid hoc? *Quoniam irritauerunt te.* q. d. Non curo illa quæ contra me geſta ſunt, ſed ægrè fero quæ ſunt aduerſus te. Hoc enim animi philoſophi eſt, iniurias proprias non vlciſci; ea verò quæ aduerſus Deum fiunt, vehementer perſtringere.

Iniuria propria non curanda, ſed Dei.

12. Et lætentvr omnes.] Vide lucrum orationis. Atque ipſi, inquit, euadent meliores, & ab iniquitate deſiſtent: quin & alij multa voluptate perfruentur,

η'. Ἐγὼ δὲ ἐν πλήθει τοῦ ἐλέους.] Ὥς τινος ἀντεπάγοντος πρὸς τὴν ἐκκλησίαν· Ὅπου δέ, ἐκ τοιούτων οὖσα, πῶς ἐσώθης; εἶπε τὸν τρόπον τῆς σωτηρίας, ὅτι διὰ τῆς πολλῆς φιλανθρωπίας. καὶ εἰποῦσα τὰ τοῦ Θεοῦ, προστίθησι καὶ τὰ ἑαυτῆς. Ὅταν, φησί, τῆς χάριτος ἀπολαύσω, προσκυνήσω ἐν φόβῳ σου, οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ χασμώμενοι, ἀλλ' ἐν φόβῳ. Ὁ γὰρ οὕτως εὐχόμενος, ἀποθήσεται μὲν κακίαν, χειραγωγηθήσεται δὲ πρὸς ἀρετήν. εἶτα τρέπει τὸν λόγον εἰς αἴτησιν, καί φησι·

θ'. Κύριε, ὁδήγησόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου.] Ὁρᾷς πῶς οὐδὲν ἀπίκαιρον αἰτεῖ; καλῶς δὲ εἶπεν, Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου. Ἔστι γὰρ καὶ ἀνθρώπων δικαιοσύνη, ἡ ἀπὸ τῶν νόμων, ἀλλὰ τὸ τέλειον οὐκ ἔχουσα. Ἐγὼ δὲ τὴν σὴν αἰτῶ, φησι, δικαιοσύνην, πρὸς ἣν με χειραγώγησον· ἐπειδὴ πολλαὶ αἱ ἐκτρέπουσαι ἀτραποί. Ἀντὶ δὲ τοῦ κατεύθυνον, Σύμμαχος, ὁμάλισον εἶπε· τουτέστι, ῥᾳδίαν ποίησον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, ἢ ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου. Ἑκάτερα γὰρ τῆς εὐσεβοῦς ἔχεται διανοίας. Ἕνεκα δὲ τῶν ἐχθρῶν μου φησί· ἐπεὶ ἐκκλῖναί με καὶ πλανῆσαι πρὸς ἑτέραν ὁδὸν ἐπεβούλευσαν, ὁδήγησόν με αὐτός. εἶτα κατὰ μέρος διδάσκει τὰ τῆς ἐκείνων πονηρίας ἐπιτηδεύματα, τό τε στόμα διαβάλλουσα καὶ τὴν διάνοιαν ὡς ἐρήμην ἀγαθῶν, τοῖς λόγοις αὐτῶν, φησι, καὶ οἱ λογισμοὶ συμβαίνουσι, καὶ συνομολογεῖ τῷ στόματι ἡ διάνοια ἐρυγγάνουσα ῥήματα δυσώδη. Διὰ τούτων δὲ τὰς κατὰ Θεοῦ βλασφημίας αἰνίττεται, καὶ τὰ νεκρὰ δόγματα καὶ δυσώδη, καὶ τὰ αἰσχρὰ ῥήματα, καὶ τὰς μέχρι ῥημάτων συσκιαζομένας δολιότητας. ἀλλ' ὅρα τὴν τῆς κατ' αὐτῶν εὐχῆς ἡμερότητα.

ια'. Κρῖνον αὐτοὺς ὁ Θεός.] Οὐκ εἶπε κόλασον, ἀλλὰ κρῖνον, καὶ παῦσον τῆς πονηρίας (διαβούλια γὰρ τὰ πρὸς τὸ κακουργεῖν ἐνθυμήματα·) ὅπερ ὑπὲρ αὐτῶν εὔχεσθαί ἐστιν. Ἀλλὰ τοῦτο διὰ τί; ὅτι παρεπίκρανάν σε· οὐχ ὑπὲρ τῶν εἰς ἐμὲ γινομένων μέλει μοι, φησίν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν σῶν ἀλγῶ. Τοῦτο γὰρ φιλοσόφου ψυχῆς, ὑπὲρ μὲν τῶν οἰκείων μὴ ἀμύνεσθαι· ὑπὲρ δὲ τῶν εἰς Θεὸν γινομένων σφόδρα ἐπεξιέναι.

ιβ'. Καὶ εὐφρανθήτωσαν πάντες.] Ὅρα τῆς εὐχῆς τὸ κέρδος. Κἀκεῖνοι, φησι, βελτίους ἔσονται, καὶ ἀποστήσονται τῆς πονηρίας· καὶ ἕτεροι πολλῆς ἀπολαύσονται ἡδονῆς,

ἐπου-

σπουδαιότεροι γινόμενοι τῇ ἐκείνων μεταβολῇ. ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ διηνεκὴς ἀγαλλίασις.

ιγ'. ΟΤΙ ΣΥ ΕΥΛΟΓΗΣΕΙΣ ΔΙΚΑΙΟΝ.] Ὃν ὁ τῶν ἁπάντων δεσπότης ἀνακηρύττει καὶ εὐλογεῖ, πάντων ἔσται ὑψηλότερος, κἂν ὑπὸ πάντων κακίζηται. Ἵνα γὰρ μή τις καταπίπτῃ τῶν παχυτέρων, ἀνέχει διὰ τούτου τὴν διάνοιαν διὰ τοῦ, Σὺ εὐλογήσεις δίκαιον. εἶτα πάλιν εἰς εὐχαριστίαν καταλείει τὸν λόγον, καί φησιν· ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας. Ὅπλον γὰρ ἄριστον κατὰ γνώμην θεοῦ, ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ εὐλογία.

Ἄλλος. Στεφανώσεις τὸν δίκαιον. ἤτοι τοίνυν τοῦτό φησι, ὅτι ἡ εὐαρέστησις ἀντὶ ὅπλου γίνεται, ἢ ὅτι συμμαχίᾳ καλλίστῃ τειχίσεις τὸν δίκαιον, τῇ σαυτοῦ εὐδοκίᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ.

dum illorum conuerſione probiores euadent. quamquam & ipſis quoque iugis ſit exultatio. CATENA PATRVM.

13. QVONIAM TV BENEDICES IVSTO.] Quem Dominus omnium laudat ac benedicit, ſublimior erit vniuerſis, quantumuis ab omnibus malè audiat. Ne quis itaque rudiorum animo concidat, idcircò mentem erigit ac ſuſtentat, dicens: *Tu benedices iuſto.* Deinde rurſum gratiarum actione ſermonem concludit, & ait: *Vt ſcuto bonæ voluntatis.* Scutum enim optimum ex mente Dei, diuina benedictio eſt. *A Deo laudari præſtat quàm ab homine.*

Alius. *Coronabis iuſtum.* Vel itaque hoc dicit, quia bona voluntas pro ſcuto ſeruit, vel quia præſidio firmiſſimo pulcherrimoque iuſtum ſuſfulcies atque firmabis; nempe tuo beneplacito atque humanitate.

CATENA PATRVM.

α'. ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΥΣΗΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τρία ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς ζητήματα ἀνακύπτει. τίς ἡ κληρονομοῦσα, καὶ τίς ὁ κλῆρος, καὶ πότε ἡ κληρονομία; Καὶ κληρονομοῦσα μέν ἐστιν ἡ ἐκκλησία, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Κληρονομία δὲ ἃ ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ οἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Τὸ δὲ πότε αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπὼν, εἰς τὸ τέλος, ὅπερ ἐστὶν ὁ μέλλων. ἀλλ' οὐχ' ὁ παρὼν αἰών. Διὰ τί δὲ κληρονόμους ἡμᾶς ἐγγράφει; ὅτι υἱοποιήσατό τινας τοὺς ἀξίους· ἄξιοι δέ τινες οἱ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάκες.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Δύο τῶν ἀνθρώπων μερίδες γεγόνασι τοῦ θεοῦ, ἃς δι' ἑνὸς συμβόλου καὶ λόγου ἐδήλωσε. καὶ δύο φησὶν υἱοὺς, καὶ δύο παῖδας, τούτεστι τῆς ἐλευθέρας καὶ τῆς ἀργυρωνήτου. Ἡ μὲν οὖν προτέρα μερὶς πάλαι ᾠκείωτο τοῦ θεοῦ. Αὕτη δὲ ἦν ὁ ἐκ περιτομῆς παρωνομασμένος λαὸς, ὃς καὶ ἀμπελὼν κατωνόμασται, καὶ ἐξ Αἰγύπτου μετῆρται, καὶ ἐπὶ τῆς ἐπηγγελμένης καταπεφύτευται γῆς. Μερὶς γὰρ καὶ σχοίνισμα κληρονομίας, καὶ λαὸς περιούσιος, καὶ τὰ κάλλιστα τῶν ὀνομάτων ὁ λαὸς οὗτος ἐπικέκληται. Ἡ δὲ ἑτέρα μερὶς ἀπωσμένη τέως ἐτύγχανε τοῦ δημιουργοῦ, καὶ τοῖς εἰδώλοις ἀνακειμένη, καὶ θεοῖς χειρῶν πλάσμασιν. Ἡ μὲν οὖν τῶν υἱῶν, διὰ τὴν εἰς τὸν πατέρα ἀγνωμοσύνην ἀπωσθεῖσά τε καὶ ἀπόκληρος ἦν. ἐπὶ δὲ τὴν ἑτέραν τὰς διαθήκας ἐποίησεν ὁ πατὴρ, καὶ κληρονόμος αὕτη τῆς πατρῴας περιουσίας γεγένηται.

1. PRO EA QVÆ HEREDITATEM CONSEQVITVR.] CHRYSOSTOMI. Tres nobis ex hoc titulo quæſtiones oriuntur. Quæ ſit heres hæc; & quæ hereditas; & quando eius poſſeſſio adeatur. Et heres quidem eſt Eccleſia, & plenitudo eius. Hereditas verò ſunt ea quæ oculus non vidit, 1. Cor. 2, 9.
nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Quando autem adeatur, ipſe declarauit, dicens, *In finem*, id eſt, in futuro, non autem in præſenti ſæculo. Ceterùm cur nos heredes ſcribit? quia videlicet quoſdam qui digni erant, in filios adoptauit. Digni autem ſunt illi, qui mandata eius ſeruant. *Dei hereditas aditur in ſæculo futuro.*

ANONYMI. Deo fuerunt duæ partes hominum, quas vnico ſymbolo ſeu ſermone ſignificauit; & duos vocat filios ac duos liberos, nempe liberæ & emptitiæ. Ac prima quidem pars olim Deo familiaris erat. Hæc autẽ erat populus qui ex circumciſione nuncupatus eſt; qui etiam vinea nominatus, & ex Ægypto tranſlatus, nec non in terra promiſſionis plantatus fuit. Pars enim & funiculus hereditatis, & populus acquiſitus, aliiſq; pulcherrimis nominibus populus hic appellabatur. Altera verò pars vſquedum repellebatur à creatore, vtpote idolis addicta & diis manu factis. Hæc itaque pars filiorum, ob ſuam erga patrem ignorantiam & ingratitudinẽ, repudiabatur, & exheres erat. Alteri verò pater tabellas fecit, atq; adeò hęc heres extitit paternæ ſubſtantię: verùm *Primus filius & pars Dei erant Iſraëlita.* *altera pars Dei erant Gentes.* *Iſraëlita impinguati recalcitrarunt, & reieſti ſunt.*

ANNO-
TATIO-
NES COR-
DERII.

runt, & derelictus ſum ego ſolus. Fortè verò etiam dum brauium acciperet, atque omnibus ſuis coætaneis ſuperior exiſteret, hunc Pſalmi verſiculum pronuntiarit. Illud autem, *In ſpe*, ſi quidem Saluator hoc dixerit propter diſpenſationem; haud mirum eſt, ipſum ſperantem dicere, diſceſſum ſuum in ſpe à
Ioan. 17, 5. Deo conſtitutum eſſe, iuxta illud: *Clarifica me Pater claritate quam habui, priùs quàm mundus eſſet, apud te.* Poſſet etiam à Saluatore dici iſtud *ſingulariter*, ſecundùm tempus quo omnes diſcipuli eius ſcandalizati fuerunt, ipſum deſerentes. Quin etiam clarum id eſt, etiamſi quis Propheta dicat hoc de ſpe cuiuſlibet ſancti, qui propter dilectionem omnia ſperat.

ψαν, καὶ ἐγὼ ὑπελείφθην μόνος. Τάχα δὲ καὶ ὁ λαμβάνων τὸ βραβεῖον, καὶ ὑπὲρ τὰς κατὰ τὴν ἑαυτοῦ γενεὰν γενόμενος, ἐρεῖ τὴν λέξιν ταύτην τοῦ ψαλμοῦ. Τὸ δὲ, ἐπ' ἐλπίδι, ἐὰν μὲν ὁ σωτὴρ λέγῃ διὰ τὴν οἰκονομίαν, οὐ θαυμαστὸν, ἐλπίζοντα αὐτὸν τὴν ἰδίαν ἀποκατάστασιν λέγειν, ἐπ' ἐλπίδι κατῳκίσθαι ὑπὸ θεοῦ, κατὰ τό· Δόξασόν με πάτερ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι. Δύναται μέντοι γε καὶ μόνως λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ σωτῆρος διὰ τὸν καιρὸν, ὃν πάντες ἐσκανδαλίσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καταλειπόντες αὐτόν. Σαφὲς δὲ, κἂν ὁ προφήτης λέγῃ τις τὸ ἐπ' ἐλπίδι παντὸς ἁγίου, διὰ τὴν ἀγάπην πάντα ἐλπίζοντος.

ANNOTATIONES CORDERII.

Inſcriptio
in finem,
quid deſi-
gnet.

1. PSALMVS hic *in finem* inſcribitur, hoc eſt, *in vitæ iuſtæ perfectionem*, vt vult S. Auguſtinus ad hunc locum; vel in lætam, & ſuis numeris abſolutam victoriam. Τέλος enim, hoc eſt, *finis*, apud Græcos idem aliquando eſt quod *victoria*, vt notat S. Chryſoſtomus: additque apud Hebræos eamdem vocem τέλος καὶ νῖκος, *finem & victoriam*, ſignificare. Hinc pro illis verbis, *in finem*, Aquila inſcriptionē hanc poſuit, τῷ νικοποιῷ, *vincenti*, ſeu *victoriæ effectori*; Symmachus autem vertit, ἐπινίκιον, id eſt, *carmen triumphale*, quod nimirum victoriâ paceque partâ canitur. In Hebræo eſt לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת, *lamnatſeach binghinoth*, quod S. Hieronymus vertit, *victori in canticis*. Hanc autem varietatem, inter Hebraicam & Septuaginta Interpretum Græcam lectionem, Bellarminus veroſimiliter coniicit, ortam fuiſſe ex additione punctorum, & litteræ מ, quæ librariorum fortè vitio irrepſit. Nam Septuaginta videntur legiſſe, לָנֶצַח *lanetſach*, quod ſignificat, *in finem*. Et ſanè hæc interpretatio alteri præferenda meritò videtur: tum quia magna eſt Septuaginta Interpretum auctoritas, quos & doctiſſimos fuiſſe, & optimos codices habuiſſe, dubitari non poteſt; tum quia hæc ſententia eſt grauior. Nam ſecundùm Hebraicam lectionem ſignificatur hunc Pſalmum datum eſſe victori in hymnis, id eſt, magiſtro cantorum, ſiue optimo cantori, qui præpoſitus eſt hymnis decantandis. quæ res (inquit Bellarminus) non videtur adeò grauis, vt debuerit extare in diuinis libris ad æternam memoriam. At ſecundùm Septuaginta, ſignificatur hunc Pſalmum eſſe canendum vſque *in finem*, id eſt, perpetuò, ſiue frequentiſſimè: quod eſt ſignum, Pſalmum hunc vnum eſſe ex vtilioribus. Accedit etiam myſtica intelligentia, quòd ſit Pſalmus ad Chriſtum pertinens, qui eſt finis legum ac Prophetarum. Hinc eiuſmodi epinicium diuus Ioannes accinit Seruatori, dum inuictam illius charitatem prædicat, quam vſque iam ad extremum, & ſublimem perfectionem ſimul cum
Ioan. 13. vita perueniſſe videbat: *Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. In finem*, hoc eſt, vſque ad extremum ſpiritum, victrice perſeuerantiâ, ſic vt neque augeri illius amor poſſet, neque deficere. Vnde hoc etiam ad perfectionem vitæ iuſtæ refertur, quam boni omnes intuentur, vt *in finem* Deo ſeruiant, & in illius charitate moriantur. quæ res vna eſt omnium conſolatione pleniſſima. Siquidem hæc colophon eſt totius operis & corona, & tamquam lætiſſimus portus, in quem omnes, vt beatiſſimum in finem, in hac communi mortalium nauigatione tendamus. Atque ob hanc cauſam Regius Vates Pſalmos quoſdam edidit, quibus titulus, *In finem*, in quorum numero eſt in primis nobilis Pſalmus hic numero quartus, & cygnæus ſancti viri cantus, finem vitæ ſalutantis.

2. *Cùm inuocarem.*] S. Hieronymus, *inuocantem me*, vel, vt alij codices habent, *inuocante me.*
Origenes notat ſolos iuſtos abſolutè dicendos — *Soli iuſti*
inuocatores Dei. Sic de Enos, cùm iuſtus eſſet, — *propriè in-*
dicitur quòd *cœpit inuocare nomen Domini*, ſci- — *uocatores*
licet peculiari quodam ritu, aut quòd externum — *Dei.* Gen. 4, 24.
Dei cultum in filiis Cain renouauerit. Vide plura ſuperiùs de ſignificatione ac virtute huius vocabuli in Catena, vbi Pſellus vim eius fusè explicat, & exemplis illuſtrat.

IBIDEM. *Exaudiuit me.*] S Hieronymus, — *Variantes*
exaudiſti me; in Bibliis Regiis eſt, *exaudi me*; Fe- — *lectiones.*
lix & Caietanus, *reſponde mihi*: quod Hebraicè eſt עֲנֵנִי *hanени* per tſere, vt ſit Imperatiui modi, quomodo Maſoretæ. Alij verò legunt per patach, vt ſit præteriti temporis, עֲנָנִי *hanani*, id eſt, *reſpondit mihi*, vt idem dicat in vtroque hemiſtichio immutatâ tantùm perſonâ per Enallagen. Græcè legimus, εἰσήκουσε, *exaudiuit*; Scholion, ἐπάκουσον, *exaudi*; Aldina editio habet, εἰσήκουσας, *exaudiſti.*

IBIDEM. *Deus iuſtitiæ meæ.*] Id eſt, Deus
qui me iuſtificat, & abſoluit, & vindicat ab ho- — *Illud* Deus
ſtium oppugnationibus: Deus mei iuris, meæ- — iuſtitiæ
que cauſæ defenſor ac tutor. Eugubinus illud — meæ *quid*
iuſtitiæ meæ ait idem eſſe, quod *miſericordiæ* — *ſignificet.*
meæ, id eſt, qui mei miſereri ſolet, & mihi opem ferre conſueuit. Nam hac loquendi formâ non

alıud

aliud nomen Deo adiungi ſolet, niſi ſalutis. Vnde Pſalmo 23. vbi legimus, *Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo*; Hebræus legit, *à Deo iuſtitiæ ſuæ*. In paraphraſi verò ſuperiùs, & in Commentario Græco *iuſtitia* hoc loco exponitur iuſta poſtulatio. Nam, teſte S. Chryſoſtomo, orationis nomen preces noſtræ non merentur, cùm ea quæ ſunt non iuſta, aut virtuti conſentanea, petunt. Itaque illa verè eſt oratio, quæ cæleſtia & ſpiritalia petit, & hæc quodammodò ex iuſtitia expoſcit.

Pſal. 23, 5. — *Vera oratio tantùm iuſta petit.*

IBIDEM. *In tribulatione dilataſti mihi.*] B. Thomas ad litteram de Dauide accipit dilatationem pro ampliori poteſtate, iuxta illud: *Dilatet Deus Iaphet*. Lyranus capit pro maiori ſpatio loci, & pro maiori libertate huc illucque excurrendi; ſcilicet hoſtibus, à quibus in arctum redigebatur, diſſipatis atque ſublatis. Alij ſumunt de cordis dilatatione per lætitiam, moleſtiis, quæ animum coarctabant, propulſatis. S. Chryſoſtomus in Catena accipit pro magnanimitatis dono in ipſis tribulationibus, iuxta illud Pauli: *In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur*, &c. Pulchrè quoque Græcus Commentarius ſuprà id explicat de vberiori gratiæ auxilio, & virtutis incremento. Virtus quippe ita animum dilatat, vt de rebus aſperis & difficilibus gaudeat. Niſi enim virtus animum dilataret, nequaquam Paulus Corinthiis diceret: *Dilatamini & vos.* Hanc latitudinem inter anguſtias Dauid inuenerat, cùm dicebat: *In tribulatione dilataſti mihi*, id eſt, cùm in anguſtum eſſem redactus, nec ſpes euadendi adeſſet, quaſi eruptione factâ, mihi viam aperuiſti, & dilataſti. Hinc fit vt Sancti in tribulationibus glorientur, in fame, ſiti & infirmitatibus carnis exultent. Qui licet gratiam induerint, cùm tamen naturam non exuerint, non poſſent in his laboribus exultare, niſi eos eſſe conditos aliquâ voluptate ſentirent. Sicut enim viſu non niſi lucidum aut coloratum percipitur; & ſicut auditu non niſi vox aut ſonus auditur: ita voluntas non niſi de aliqua voluptate aut conſolatione lætatur. Atque adeò ſancti & iuſti viri in ſtudiis virtutis exultantes, quæ moleſta quapiam amaritudine obruta apparent, non modicam in iis voluptatem conſolationemque percipiunt.

Gen. 9, 27. — *Dilatatio quid ſignificet.* — *2. Cor. 4, 8.* — *Virtus animum dilatat.* — *2. Cor. 6.* — *Sancti in tribulationibus lætantur.*

3. *Filij hominum.*] Hebraicè בְּנֵי אִישׁ *bene iſch*, id eſt, viri præſtantes & clari, (nam obſcuri & plebeij vocantur בְּנֵי אָדָם *bene adam.*) quaſi dicat: O potentes, ô nobiles, quouſque obſtinato aduerſum me animo & voluntate eritis? quouſque pertinaciter me vexabitis, & aduerſabimini? Vel in genere: Quouſque obtuſo, craſſo, carnali, animali, deorſum ad ſenſum, materiata & terrena ruente animo eritis, vt ſolent grauia; non ſpirituali, non ſubtili, non leui, qualis ad cæleſtia & ſublimia adſpirat? Vbi Nota, quomodo peccatores, dum eos carpit, *filios hominum* appellet. quaſi dicat: Cùm genus humanum Deus condiderit, vt præſit cunctis animantibus, & magnam generis nobilitatem indiderit, quid eſt quòd, abiectâ vobis ingenitâ nobilitate, ad flagitia deflectitis? Certè generis claritas continere hominem quàm maximè deberet, ne ad illicita dilaberetur. Huius expoſitionis auctor eſt Chryſoſtomus ad hunc locum, dicens: *Vt enim magis amplificaret eorum reprehenſionem, reuocauit in memoriam, maximum eſſe crimen oſtendens; quòd, cùm talis eſſent exortis, ex talibus ſe præcipitaſſent in improbitatem.* Quamobrem id ipſum adhuc magis exaggerans ſubdit:

Cur peccatores filij hominum vocentur. — ANNOTATIONES CORDERII.

IBIDEM. *Vſquequo graui corde?*] S. Auguſtinus reddit, *graues corde*; Græcè eſt, βαρυκάρδιοι. Scholion notat omnes edidiſſe, ἐνδοξοί μου, *glorioſi mei*; S. Hieronymus, *vſquequò inclyti mei ignominioſè*; עַד־מֶה כְבוֹדִי לִכְלִמָּה *had-med chebodi lichlimma*: id eſt, *Vſquequò gloria mea in confuſione?* ſubaudi *erit*. Vbi gloriam ſuam appellat Deum, vt Pſalmo 105. *Et mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli*; vel maieſtatem ſuam regiam. q. d. Quouſque me contumeliâ afficere ſtudebitis? vel, quouſque Deum, decus meum, ignominiâ afficietis? Vbi credibile eſt, Septuaginta legiſſe, כבודי לב למה partim aliis punctis, partim diuiſo poſteriore vocabulo, *kebude leb lamma*, id eſt, *graues corde, vt quid?* propter affinitatem, *caph* habito pro *beth*, quòd id ſequentibus magis congrueret, vt benè obſeruat Genebrardus. Atque hinc ſimul patet reſponſio ad obiectionem Caluini, qui in Antidoto Concilij Tridentini hunc locum obiicit, tamquam in Latina editione deprauatum. vide fuſiùs Bellarminum Tom. 1. Controuerſ. lib. 2. de Verbo Dei cap. 13. vbi accuratè Caluini obiectionem diluit. Chaldæus transfert, *vſquequò honor meus ad vituperium?* Vatablus legit, *vſquequò potentes ac principes?*

Gloria ſumitur pro Deo, vel regno. — *Pſ. 105, 20.*

Sed cur, inquies, Deus eos, quibus tam multa peccata exprobrat, priùs inclytos ſuos, & honorem & gloriam ſuam, & potentes ac principes appellat? Planè, vt quò magis eorum extollitur dignitas, eò magis eorum quoque iniquitas exaggeretur. *Glorioſos enim*, inquit Euſebius, *ad deteriora prolabentes ſugillat ſermo.* Sic improbiſſimi illi gigantes, quorum peccatis factum eſt, vt totus orbis diluuio obrueretur, in Scriptura nuncupātur *Filij Dei*, qui potiori iure debuerant filij dæmonis appellari. Sed vt benè ad hunc Pſalmi locum notat S. Chryſoſtomus: *Dei filios vocauit eos, qui ex viris bonis nati fuerant, & Dei honorem perceperant; deinde mutati erant, & euaſerant deteriores, & ſuum honorem perdiderant*, &c.

Seuerior obiurgatio, quàm amplior præuia commendatio. — *Gen. 6, 2.* — *Qui ex bonis orti degenerant, grauiùs arguuntur.*

Hoc itaque verſiculo Propheta animæ peccatricis ſtatum mirificè mihi explicaſſe videtur. Nam cùm impetum ſuæ cupiditatis, quo priùs cæleſtia proſequebatur, ad vilium rerum voluptatem & affectionem conuertit; ſenſim amor langueſcit diuinus, & alieno illo calore, ac mundi appetitione opprimitur. Quò intuens S. Auguſtinus Sermone 50. de Tempore, ait cor animumque in terra putreſcere, ac proinde leuandum eſſe in cælum, vt in tutum & beatiſſimum locum, in quo nulla eſt corruptio. Quam ob cauſam Zoroaſtres alas animo addebat, ſine quibus, in corpus atque cœnum, in futiles & caducas res, præcipitem illum ferri aiebat. Qui diuinis itaque gratiæ alis deſtituuntur, à Regio Vate hoc loco nominantur βαρυκάρδιοι, *grauicordes*, hoc eſt, inquit S. Chryſoſtomus, qui luteum cor habent & ponderoſum, non alatum: qui terræ affixi, lucris & honoribus inhiantes,

Animus peccatoris grauis & terrenus.

ANNOTATIONES CORDERII.

hiantes, prono affectu ſe in vitæ voluptates ingurgitant, cælum & Deum ne intuentur quidem, nec amore ſuo dignantur. Quamobrem rectè ſubdit:

Homines plerumque vana & falſa ſolidis ac veris præferunt.

IBIDEM. *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?*] Miſera profectò mortalium conditio! dubia, vana, doloſa, certis, ſolidis, æternaturis, neminemque fallentibus anteponere. Ita patimur nos ludi & falli, dum ducimur per mundi campos, per laxa & ridentia illius prata, per luxuriæ nemora, per ſuperbiæ ſteriles montes, per diuitiarum tribulos & ſpinas: & hæc omnia ſub ſpecie fallacis boni.
Pſ. 61, 10. Vt meritò exclamet alibi Pſalmiſta: *Vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris; vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum.* Vani, inquam, & inſipientes in æſtimatione falſi & veri, mendaces in ſtatera boni & mali; vt decipiant, ducantque de vanitate in vanitatem, & per inanium vanitatum aceruos, ad infelicia, nulloque æuo mitiganda æternitatum incendia. Quo quid vanius? quid mendacius? Pulchrè ad hunc locum S. Chryſoſtomus: *Vanum,* inquit, *illud dicitur, quod eſt inane, quod nomen quidem fuerit, res nequaquam. Ita nomen diuitiarum, res autem minimè; nomen potentiæ, & remanet ſolum nomen. Quis ergo adeò excors, vt quærat nomina quæ rebus deſtituuntur, & proſequatur inania quæ oportet fugere? An non vitæ voluptates & felicitates tales ſunt? Nonne omnia mentiuntur & decipiunt?* Quiſquis ergo vanis & inconſtantibus atque fallacibus mundi gaudiis innititur, non minùs quàm ipſa gaudia, fluctuet & vacillet, ac tandem pereat neceſſe eſt.

Mundi felicitas vana & fallax.

4. *Mirificauit ſanctum.*] Sanctus Hieronymus, *mirabilem reddidit*; Auguſtinus, *magnificauit*: ita etiam habet Pſalterium Romanum; Chaldæus, פְּרַשׁ *pareſch*, id eſt, *ſeparauit, ſegregauit, ſelegit*. ſcilicet ad multa præclara munera & functiones, ſicut Paulus dicitur *ſegregatus in Euangelium Dei*. Nota autem Septuaginta hoc loco non ἅγιον, ſed ὅσιον vertere: quod nomen religioſum, deuotum Deo hominem, & Dei cultorem ſignificat, vti etiam in Paraphraſi ſuperiùs explicatur. Et Philoſophi τὸ ὅσιον partem eam iuſtitiæ vocant, quâ Deum colimus, quam pietatem ac religionem nos Latini vocamus. Quamobrem Paraphraſtes ſuprà, vti & Chryſoſtomus, *ſanctum* interpretantur τὸν ἀνακείμενον αὐτῷ, id eſt, *Deo dicatum, conſecratum, addictum.* Theodoretus verò in Catena, ὅσιον ἀντὶ τοῦ τὸν ἀθῷον τέθεικε, *ſanctum pro innocente poſuit.* quia ſcilicet nihil criminis admiſerat contra inimicos. Hunc igitur ſanctum ac ſibi deuotum, quem vos (inquit) deiicere ſtudetis, ſcitote quoniam mirificauit Dominus, ac mirabiliter extulit & euexit; vt ex paſtore ouium populi ſui Regem faceret, vt ſcriptum eſt: *Et ſuſtulit eum de gregibus ouium, de poſt fœtantes accepit eum, paſcere Iacob populum ſuum, & Iſraël hereditatem ſuam.* Aliter quoque *mirificauit*: quia cùm ſæpè ad extrema pericula veniſſet, vt de eius ſalute iam deſperarent homines, mirâ quadam potentiâ eum liberauit ille, cui nihil eſt impoſſibile; cuius potentia, præſertim in his rebus oſtenditur, quæ præter curſum ordinemque naturæ fiunt. Ex hac igitur, inquit, mirifica

Rom. 1, 1.

Ὅσιον quid ſignificet?

Quomodo Deus Dauidem mirificauerit.

Pſ. 77, 70.

Dei in me voluntate ac prouidentia, diſcite, quòd, etſi rebus aduerſis vrgear & impellar, tamen ſimul atque ad eum clamauero, me exaudiet, ac liberabit.

Nota, Hebræum verbum quo hîc vſus eſt Dauid, non ſine myſterio ſignificare mirificum, ſeu mirabilem facere, & ſeparare aut diuidere; quia videlicet non facit Deus Sanctos ſuos mirificos, & ipſi cælo admirabiles, niſi à mundi conſortio & carnis voluptatibus ipſos ſeparando. Quo enim pacto Deus Apoſtolos, ac nominatim S. Paulum adeò admirabilem reddidit? numquid à carne & ſanguine ipſum ſeparando, atque ita in miniſterium Euangelij ſegregando? Quid Martyres inuictos & inſuperabiles? quid Anachoretas eximios ac ſingulares? quid virgines puritate conſpicuas? quid Religioſos viuendi exemplo ſpectabiles, & Sanctos denique omnes mirificos & admirabiles reddit; niſi à carne & ſanguine, à mundi conſortio ac vanitate, à rebus terrenis atque caducis perfecta ſequeſtratio, &, quæ hanc comitari ſolet, totalis ad Deum conuerſio coniunctioque? Hinc dicitur ſanctum, quod eſt purum à contagione omni terrenarum ac vilium rerum, quæ ſordibus animum inficiunt. Nam ſicut argentum ex immixtione plumbi, & quælibet res ex peioris immixtione ſordeſcit, ita (inquit D. Thomas) *mens humana inquinatur, ex eo quòd inferioribus rebus coniungitur.* Eſt nempe proprium ſanctimoniæ educere animum è luto, atque mundi colluuione, vt à fæce purus, & colatus cum filiis Leui, fulgentibus & candidis affectionibus cum Deo verſari poſſit.

Segregat à terrenis facit Sanctos mirabiles.

Gal. 1, 16.

2. 2. q. 18, a. 8.

Sanctus in Hebræo miſericors.

In Hebræo pro iſtis verbis *ſanctum ſuum*, habetur חֲסִידֶךָ *chaſadecha*, id eſt, *miſericordem ſuum*: quam vocem vt plurimùm Septuaginta vertunt, ὅσιον, *ſanctum*; εὐσεβῆ, *pium*; εὐλαβῆ, *reuerentem*: vt intelligamus miſericordem compotem eſſe plurium eximiarumque virtutum. Sed dictio Hebræa propriè ſignificat miſericordem, benignum, de omnibus benè meritum, beneficum. Quam ob cauſam à חָסִיד *chaſid*, dicitur Hebræis ciconia חֲסִידָה *chaſidah*, quòd benefica ſit in parentes, & eorum miſeratione teneatur, quos ſenio confectos alit & tuetur: vnde *auis pia* nuncupata fuit à Romanis, vt notat ſanctus Ambroſius lib. 5. Hexaëm. cap. 16. In hac autem benignitate, & benè merendi ſtudio, Dauid excelluit, quod illum tam cælo carum & amicum effecit, vt Numinis beneficio, ampliſſimi regni dominatum ſit conſecutus. Hoc enim vult his verbis, *Mirificauit Dominus ſanctum ſuum*, miſericordem ſuum; cuius fuit ſingularis humanitas, & promptus animus ad leuandam aliorum calamitatem, & tribuendam omni hominum generi beneficentiam. Hæc illum ſanctum fecit, quaſi Deo conſecratum, & illius ſanctitati finitimum, hæc coronam vertici impoſuit, hæc in regia manu ſceptrum collocauit.

Ciconia auis pia & miſericors.

Dauid excellenter miſericors.

5. *Iraſcimini, & nolite peccare.*] Hoc imperandi modo eſſe pronuntiatum aſſerunt multi Patres, vt ſit idem ſenſus, ac ſi dicat: *Iraſcimini, ne peccetis.* Fieri enim poteſt aliquando, vt vacuitas iræ deputetur noxæ atque ſceleri, cùm Dei honor, & commune bonum à nobis repetit, vt iuſtam iram concipiamus. Non enim omnis iracundia vitium eſt; ſed illa dumtaxat, quæ quantum

Ira, quando bona ſit aut mala. quantum ad ſubſtantiam, vel quantum ad modum, ordinē rationis excedit. Iraſci enim malis & peccatoribus ex iudicio rationis, & cum debita moderatione, non eſt malum. Imò non iraſci peccatis, nec illa prohibere, neque, ſi poſſis & debeas, condignam peccatoribus pœnam infligere, crimen eſſe poteſt. Quare Chryſoſt. (vel potiùs Auctor Operis imperfecti Hom. 11. in Matth.) ait: *Qui cum cauſa iraſcitur, non erit reus. Nam ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina compeſcuntur. Iuſta ergo ira mater eſt diſciplinæ. Itaque non ſolùm non peccant: quia patientia irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit, & non ſolùm malos, ſed etiam bonos inuitat ad malum.* Ira verò tunc bona eſt, quando rationem non præuenit neque obnubilat, quando appetit vt puniatur, qui puniri meruit ſecundùm menſuram delicti, ab eo qui facultatem habet puniendi, & propter debitum iuſtitiæ finem. At ſi quis appetat punitionem alterius ex ſolo deſiderio vindictæ, aut vltra delicti menſuram, aut velit per ſeipſum, aut per alium non habentem ad id facultatem, punire; aut omiſſo ordine debito punitionis; vel denique ſi motus iræ interiùs, aut exteriùs, ſine fræno rationis efferueſcat: tunc motus iſte pertinet ad vitium iræ, & pro qualitate peruerſitatis maiorem aut minorem habet malitiam.

Quamobrem pulchrè ſanctus Bernardus Sermone 13. in Pſal. *Qui habitat*, de ira loquens ait: *Quàm meliùs ſibi ipſis iraſci potuerant, non peccarent? Nimirum, affectio naturalis ira hominum eſt: ſed abutentibus bono naturæ grauis perditio eſt, & miſeranda pernicies. Occupemus illam, fratres, in quibus expedit, ne fortè ad inutilia illicitaque prorumpat.*

Nolis ipſis iraſcendum cùm peccamus. Quòd ſi ira noſtra in noſmetipſos quando delinquimus conuerteretur, & lingua cenſoria ſuum ipſa dominum vellicaret, & abditos illi defectus exprobraret; rem ſanè bonam faceret, ferretque operæ pretium. Hinc maxima in orbe quies & tranquillitas ſequeretur; omnia longè quàm aliàs ordinatiùs ſuccederent, ſi quiſque ſuus ſibi cenſor & vituperator eſſet. Hoc & Chriſtus, hoc & diſcipuli Chriſti omnibus inculcant: *Quòd ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur*. Ergo calculus noſter in noſmetipſos feratur, lima noſtra cenſoria in noſtrammet acuatur ſtultitiam, quemadmodum ſcorpio effugium deſperans, ſeipſum ſuâ cuſpide ferit, ſeipſum leo ad iram caudâ prouocat: ſic & nos iraſcamur contra nos. hæc nobis ira permittitur his verbis: *Iraſcimini, & nolite peccare.* *1. Cor. 11, 31.*

Notat Genebrardus hunc verſum apud Hebræos per hypotheticam loquendi formulam efferri: quaſi dicat, *Si iraſcimini, nolite peccare*, id eſt iram perficere, aut in ira perſeuerare, & vltionem expoſcere.

Epheſ. 4, 26. Sanctus Paulus veluti exponens hunc locum in Epiſt. ad Epheſios ait: *Iraſcimini, & nolite peccare*. Si ira animum commouet, ſaltem ne tantum illi indulgeatis, vt ad opus exeat. Deindè verba ſequentia explicare videtur, dicens: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram*, hoc eſt, *Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.* vt nimirum abeunte die, nocte ſaltem in cubili deferueſcat iracundiæ calor, & illius ſubitæ iræ pœnitentiâ animus reſipiſcat: ita vt non neceſſitas finem iræ, ſed recta ratio & perturbationis damnatio impoſuiſſe videatur. Vti etiam ſanctus Ambroſius ad hunc locum: *Si iraſcimini*, inquit, *nolite peccare, ſed vincite ratione iracundiam.* Idem lib. 1. de Officiis cap. 21. *Non mediocre*, inquit, *eſt mitigare iracundiam, non inferius, quàm omnino non commoueri. Hoc noſtrum eſt, natura illud. Illæ denique commotiones in pueris innoxiæ ſunt, quæ plus habent gratiæ, quàm amaritudinis.* *Quomodo ira reprimenda.* ANNOTATIONES CORDERII.

Non abs re erit hoc loco etiam Euſebij inſignis diuinarum Scripturarum interpretis expoſitionem adiungere, cùm ea in Catena Græca non reperiatur. Putat autem his verbis Dauidem cohibere militum ſuorum iras aduerſus Abſalomi perfidiam indignantium. Verba eius ſunt hæc: Συμβουλεύει κωλύειν τὸ τῆς ὀργῆς πάθος, εἴποτε ἀγανακτικῶς ἀνακινεῖται, μηδὲ εἰς ἔργον τὸν θυμὸν κινεῖσθαι προβαίνειν. Οὐκ ἀκαίρως δὲ ταῦτά φησιν. ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ὁρμῶντες, εἰς πόλεμον μετ' ὀργῆς ἐξῄεσαν, ὡς εἰκός, οἱ μετὰ τοῦ Δαβίδ, ἀγανακτοῦντες ἐπὶ τῇ τοῦ υἱοῦ κατὰ τοῦ πατρὸς ἐπαναστάσει, τούτου χάριν ἔοικεν τοιαῦτά τινα πρὸς αὐτοὺς λέγειν. *Monet vt affectum iræ coërceant, ſicubi ad indignationem permonetur, ſuadetque ne iram ad opus exire patiantur. Neque verò id temerè dicit. Nam quia aduerſus Abſalomum accenſi ad pugnam irâ inflammati exierant (vt veroſimile eſt) qui cum Dauide erant, eius filio indignati quòd aduerſus patrem conſpiraſſet; eam ob cauſam illos his verbis alloquitur.* Et paulò pòſt hæc verba ſubiungit: Εἰ δὲ καὶ κλονεῖσθε, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, τὰς ψυχὰς διὰ τὰ πρὸς Ἀβεσσαλὼμ τετολμημένα, ἀλλ' ὁρᾶτε μὴ καὶ ἑτέραν ἐπὶ τῇ προτέρᾳ προσθῆτε ἁμαρτίαν τῇ ὀργῇ ἐπιμένοντες. Εὕροις δ' ἂν καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν πολλὰ παραινοῦντα αὐτὸν φείσασθαι τοῦ παιδός. Εἰκαίως ἄνθρωποι θνητοὶ πολλὰ διανοεῖσθε μεθ' ἡμέραν ὀργιζόμενοι· ἀλλ' ἐπὶ τῶν κοιτῶν ὑμῶν ἐφ' ἡσυχίας παρ' ἑαυτοῖς γενόμενοι κατανύγητε, τὰ δι' ἡμέρας ὑμῖν πεπραγμένα διαλογιζόμενοι. *Quòd ſi turbamini, vt vertit Aquila, animis veſtris propter audacia Abſalomi cœpta; at videte, ne alterum priori peccatum adiiciatis, dum in ira permanetis. Facilè autem etiam in hiſtoria inuenias illum ſæpiùs monuiſſe, vt filio parcerent. Fruſtrà mortales interdiu irati multa cogitatis: ſed in cubilibus veſtris per quietem apud vos manentes compungimini, quæ per diem à vobis geſta ſunt reputantes.* Vt nimirum ſi fortè quis interdiu deſipuit, noctu reſipiſcat; & ſi à ſole diurnoque æſtu contracta ſit aliqua labes & macula, ea beneficio noctis eluatur; prudente ſcilicet conſilio, maturâque prouidentiâ, quam noctis ſilentium inferre ſolet. Vnde apud Heſiodum & Euripidem nox dicitur εὐφρόνη, à verbo εὐφρονεῖν, quod ſignificat, *benè ſapere, probè ſentire, prudentem eſſe*, quòd ſcilicet optima conſilia nocte inſtituantur, cùm animus liber eſt, & vacuus à curis, ſibique quodammodò reſtitutus. Ex quo manauit illa parœmia, Ἐν νυκτὶ βουλή, *in nocte conſilium*, conſilium, inquam, animæ ſalutare: quod vſurpauit Dauid, ſimul & aliis commendauit, his verbis: *Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini*. Eſt enim cor humanum caloris & affectionum omnium officina, ſuos habet æſtus, ſuos ignes & incendia, quæ interdiu plus æquo tolluntur, & in- *Nox ſanis apta conſiliis.*

ANNOTATIONES CORDERII.

Examen conſcientiæ à Philoſophis frequentatum.

ardeſcunt: ea ſopiri & extingui decet concubiâ nocte, aut ſaltem in ius vocari, & ad conſcientiæ tribunal reuocari. Id cùm naturæ lumine viderent priſci Philoſophi, qui magiſtri eſſe videbantur orbis terrarum, ad officium boni viri pertinere iudicauerunt, vt veſperi totius diei curſum relegeret, ſe excuteret, atque ſua diligenter examinaret. Huc ſpectat aureum illud Pythagoræ:

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν,
Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Quod totidem Latinis verſibus expreſſit Auſonius:

Non priùs in dulcem declines lumina ſomnum,
Omnia quàm longi reputaueris acta diei.
Quæ prætergreſſus? quid factum in tempore? quid non?

Examen conſcientiæ non perfunctoriè, ſed diligenter faciendum.

Quæ tametſi eleganter ab Auſonio tranſlata ſint, non æquant tamen Pythagoræ magnam mentem, & prudentiæ plenam animaduerſionem, qui diſertè poſuerat τρὶς ἐπελθεῖν, *ter* dicta & facta ſua *percurrere* oportere, hoc eſt, non leuiter, neque in ſpeciem & vſurpationem officij, ſed diligenter, accuratè, perfectè. Id enim in ſchola Sapientum τρὶς, *ter* ſignificat, quod dicitur à Salomone τρισσῶς, *tripliciter*. Hic itaque locus diligens & exactum examen conſcientiæ commendat, ſine quo cæcus vt plurimùm animus eſt, atque in propriis videt nihil. Eſt enim ſui lena diſſimulatrix natura, cor profundum & tortuoſum, homo vetus mille & mille inuolucris obtegitur: quem eleganter vocat B. Macarius Hom. 42. κάλυμμα σκότους, *velamen tenebrarum*. Itaque monent Sancti, vt mentis aciem in nos atque noſtra intendamus. Ac ſanctus quidem Iſidorus Peluſiota libr. 3. Epiſt. 387. ad Leontium Epiſcopum ita ſcribit: Μυρίοις ὀφθαλμοῖς τὰ κατὰ σαυτὸν σκόπει, μήποτέ τι παροφθὲν τῇ τοσαύτῃ λυμήνηται ἀρετῇ. *Millenis oculis vitam tuam ac mores circumſpice, ne alioqui neglectum abs te quidpiam, tantæ virtuti labem ac perniciem adferat.* Sanctus verò Dionyſius Eccleſ. Hierarchiæ cap. 2. ait opus eſſe intueri ſe atque ſua ἀπερισπάστοις ὀφθαλμοῖς, *oculis ab omni perturbatione liberis*. Quod illuſtrans S. Maximus, vult in eo diuinam legem obſeruari, quæ ſic præcipit, πρόσεχε σεαυτῷ, *attende tibi ipſi*. Quod Moyſis apophthegma Nyſſenus quoque Gregorius, eiuſque frater S. Baſilius, ad ſui diſcuſſionem retulerunt, ex qua eximius ille fructus ſequitur, quem optare & quærere omnes debent, vt è luto vitiorum emergant, & defectus animique ægrotationes ab ſe notatas & animaduerſas emendent.

Quid ſit ſacrificium iuſtitiæ.

6. *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ.*] Nota, *ſacrificium iuſtitiæ* opponi ſacrificio pecudum, ſiue pecudibus ſacrificio deſtinatis, quibus olim reſipiſcentiam, vel pietatem teſtari ſolebant. Quoniam hoc eſt corporale, carnale, externum; illud verò eſt animi, ſpiritale, internum, quod Deo offertur in ſpiritu & veritate. *Iuſtitiæ* igitur *ſacrificium* appellat iuſtitiam ipſam, ſiue iuſta & ſancta opera, quibus nihil Deo gratius offerri poſſit. vti ſuperiùs in Paraphraſi, Commentario & Catena expoſitum eſt. Hinc Chaldæus quoque legit, *Domate concupiſcentiam veſtram, & reputabitur vobis ſicut ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Deo*. Ceterùm cùm iuſtitiæ munus ſit, ſuum cuique tribuere; is verè iuſtitiæ ſacrificium offert, qui *Deo* quidem debitum cultum, ſeruitutem & honorem exhibet, iuxta illud: *Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua*. Ps. 49. 14. *Proximo* verò impendit officium charitatis, iuxta illud: *Nemini quidpiam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit.* Rom. 13. 8. Denique *ſibi ipſi* tribuit mortificationem, & cordis contritionem, iuxta illud: *Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, &c.* Coloſ. 3. 5.

Quis verè iuſtitiæ ſacrificium offerat.

Euchariſtia eſt ſacrificium iuſtificans.

Per excellentiam quoque *ſacrificium iuſtitiæ* intelligi poteſt de ſacrificio altaris, iuſtificante ac ſalutari. Nam quo Hebraiſmo ſuperiùs verſ. 2. *Deus iuſtitiæ* eſt Deus iuſtificans, eodem *ſacrificium iuſtitiæ* ſignificare poſſit ſacrificium, non modò in ſe iuſtum, ſed quod etiam iuſtificet, & infundat Spiritum ſanctum, iuſtitiæ omnis auctorem & cauſam in nobis. quaſi dicat, Offerte ſanctam Euchariſtiam victimam pro peccatis, ſæpiùs ea vtimini. ita Genebrardus & alij.

Iudæorum erga Deum ingratitudo.

IBIDEM. *Multi dicunt, Quis oſtendet nobis bona?*] Expendit hîc eorum inſcitiam & ingratitudinem, qui præ manibus ferentes beneficia Dei, quibus eos repleuerat, ad maiorem ipſorum confuſionem, adhuc fatentur ſe ignorare eum à quo tanta bona acceperant. Hæc animi ingrati labes in Hebræis maximè arguitur, quòd cùm eſſet in oculis Erythræum mare, & columna mirifica, & lucidum nubis tentorium, & manna, & ſcaturiens rupes, auium delicatum obſonium, terra lacte ac melle manans, & plenus omni amœnitate paradiſus, alia denique innumerabilia Dei benefacta; omnium obliti, inexpiabili crimine, & perfidioſiſſimâ malitiâ non ſolum Deum deſeruerint, ſed idolis etiam tribuerint, velut ab iis accepta, quæ à Deo ſolo habuerant. Quapropter meritò Dominus apud Oſeam ſic conqueritur de plebe ſua, dicens: *Et hæc neſciunt, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei & aurum, quæ fecerunt Baal.* Oſeæ 2, 8. Non potuit maior deſcribi iniquitas, vel par ingratitudo excogitari, quàm quòd ex auro, & argento, & ceteris bonis à Deo acceptis, materia deſumatur Deum inhonorandi, & illius diuinitatem falſis & inſenſibilibus idolis tribuendi. Ad prædictum Oſeæ locum ita pulchrè S. Hieronymus: *Multi*, inquit, *acceperunt aurum & argentum ſapientiæ & eloquentiæ, de quibus facerent candelabrum ſeptem lucernarum ex auro puriſſimo, & menſam propoſitionis, & propitiatorium, & Cherubim auri ſplendore radiantia, & baſes columnarum argenteas, & triticum ſermonis Dei, & vinum gaudij Spiritus ſancti, quæ vniuerſa verterunt in idololatriæ cultum, & decepti alios deceperunt.* Miſeri profectò, qui Dei talentis ditati, non ſolùm alios lucrati non ſunt, vt diuitias gratiæ & meritorum acquirerent; ſed, quod eis diuinitus in ipſorum vtilitatem traditum eſt, eis ceſſit in ruinam, & aliis maximo fuit nocumento.

7. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui.*] Græcè, ἐσημειώθη, id eſt, *in ſignum datum eſt*. σημεῖον enim propriè ſignum eſt & nota ad aliquid indicandum aut monſtrandum. Aquila,

ἐπάρον, leua, quem ſequitur ſanctus Hieronymus hoc loco vertens, *leua ſuper nos*; Symmachus, *ἐπίσημον ποίησον, inſigne fac*; Tertullianus libr. 5. contra Marcionem cap. 11. *ſignificatum eſt*: vbi Pamelius ſuſpicatur ipſum legiſſe, *ἐσημάνθη*, *à σημαίνω, ſignifico*: Hebraicè eſt נְסָה *neſa*, pro quo Genebrardus נִסָּה *niſſa* in præterito Niphal legendum cenſet, à נֵס *nes*, quod eſt *ſignum*, & *vexillum*; & vult *ſignari* non tam eſſe *ſigillari & imprimi*, quàm *eleuari & attolli vt ſignum*: id eſt indicari, clarè apparere, perſpicuum euidenſque fieri; ſicut cùm Apoſtolus ſcribit: *Διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθε*, *Per epiſtolam hunc notate*, id eſt, indicate, manifeſtate.

2. Theſſ. 3,14.

Naturale lumen ſufficit ad bona & mala moralia diſcernenda.

Nota autem Prophetam hoc loco docere, homines non poſſe excuſari per ignorantiam, ſi non ſeruent præcepta moralia, cùm ab ipſa natura lumen in corde impreſſum habeant, vt ſanctus Cyrillus exponit lib. 1. in Ioan. cap. 9. & probat fuſiùs Bellarminus Tomo 4. Controuerſiarum lib. 5. cap. 2. Quod vt clariùs intelligamus, inprimis ſtatuendum hic eſt, in hominibus lumen eſſe quoddam clariſſimum, in cuius poſſeſſione mens lætitiâ inexplicabili perfruitur.

Lumen animæ quale ſit.

Ioan. 1,9.

Hoc animaduertit Caſſiodorus lib. de Anima, aitque lumen aliquod ſubſtantiale animas habere, quod in Euangelio dicatur lumen *illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*: &, *In cogitatione*, inquit, *poſiti, neſcio quid tenue, volubile, clarum nobis ineſſe ſentimus, quod reſpicit ſine ſole, quod videt ſine extraneo lumine*. Id, meo iudicio, Vates Regius hoc loco *lumen vultus* Dei nominauit, quod Eccleſiaſtici auctor *antelucanum* illuminatum omnibus, magnus Apoſtolus *notum Dei* in omnibus manifeſtum dixit; quod Origenes vult eſſe notitiæ diuinæ irradiationem; ſanctus verò Hieronymus, & D. Auguſtinus, illuminationem rationis, quæ diuinitatis imago eſt, impreſſa in animo, & inſignita.

Eccli. 24, 44.

Rom. 1,19

Homini à creatione impreſſa eſt Dei ſimilitudo.

Id quod hominis dignitatem mirum quantum commendet, & ſupra omnes creaturas efferat. Quæcumque enim in hoc orbe aſpectabili à nobis videntur, tantùm exhibent veſtigium aliquod diuinæ illius ſempiternæque mentis: vnus homo eius imago quædam, & veluti expreſſa ſimilitudo eſt. Siquidem in homine ſemetipſe impreſſit & expreſſit Deus, velut in cera molli, nuda tabella, pretioſo numiſmate, ſignaculo ſimilitudinis. de quo pulchrè Rupertus lib. 2. in Geneſ. c. 12. *Tamquam cera*, inquit, *ſigilli teſtatoris imagine ſignata; ſic imagine Dei ſignatus eſt homo*. Quare Tertullianus lib. 5. in Marcionem cap. 11. vertit, *lumen perſonæ Dei*; vt ſit Numinis quædam veluti irradiatio. Id lumen itaque ſi ad naturam referatur, ſummi omnium opificis donum eſt pulcherrimum, & omnibus commune: ſed in iuſtis eſt etiam quædam lux formoſior, gratiæ nitor, iubaris empyrei ſtilla, incomparabile animi ornamentum: quod ab inhabitante Spiritu ſancto oriri putat Magnus Leo Pontifex Maximus Sermone 1. de Pentecoſte.

Lux gratiæ à Deo inſtillatur.

Ipſe, inquit, *Spiritus veritatis, facit domum gloriæ ſuæ luminis ſui nitore fulgere, & in templo ſuo nec tenebricoſum aliquid vult eſſe, nec tepidum*. Rectè quidem ille ac ſapienter: nam acceſſu ad Deum, & quodam veluti commercio, neceſſe eſt hominem fieri cælo ſplendidiorem, & ſolem, vt ita loquar, terrenum. Quod diuinitus à ſanctis Patribus video fuiſſe notatum. Deus enim (vt ait ſanctus Dionyſius lib. de Diuinis Nominib. cap. 4. §. 6.) eſt *ἀκτὶς πηγαία καὶ ὑπερβλύζουσα φωτοχυσία*, *radius fontalis, ſupereffluens luminis effuſio*. qui fons pleniſſimus, & redundans largè exuberat in omnem intellectum, ſiue celſos Angelorum choros intueamur, qui proximè Numen circumſtant, ſiue homines in terra degentes, vt idem S. Dionyſius Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 2. fuſiùs tradit: ad oculum quaſi oſtendens impios ſceleribus ſuis nullam poſſe excuſationis vmbram obtendere, cùm lumen illud, cui rebelles fuerunt, ſit illa notitia, quam non à magiſtro, aut noſtra induſtria, aut humana diſciplina didicimus; ſed ab ipſa natura arripuimus, hauſimus, expreſſimus. Hæc communi Scholaſticorum ſenſu *συντήρησις* dicitur, ſeu *dictamen rationis*. quod qui exactè obſeruant ac ſequuntur, vberioris poſtmodum lucis, & diuinæ gratiæ participes efficiuntur, vt S. Dionyſius loco citato docet.

Pulchrè S. Ambroſius lib. 3. Epiſt. 11. *Bona*, inquit, *requirens Dauid, ait: Quis oſtendit nobis bona? Et oſtendit ipſum eſſe bona, ſubiiciens. Signatum eſt in nobis lumen vultus tui Domine. Quis autem lumen vultus Patris, niſi ſplendor gloriæ, & imago inuiſibilis Dei? Ipſe ergo eſt Dominus Ieſus ſummum bonum. Hoc bonum veniat in anima noſtra, quod propitius Deus dat petentibus ſe. Hic eſt theſaurus noſter, hic eſt vita noſtra, hic eſt ſapientia noſtra, iuſtitia noſtra, paſtor noſter, & paſtor bonus; hic eſt via noſtra. Vides quanta bona in bono vno?*

Chriſtus eſt lumen Patris, & bonum noſtrum.

Multis fuit hæc ſolicitudo de veris bonis quærendis & acquirendis: multi inter mundialia mala clamabant, Quis oſtendet nobis bona? quis deducet nos in vitam vndequaque beatam? Sed felices illi, quos Deus bonus amauit, in quos ſuam effudit Dominus charitatem, qui ſpiritu diuini amoris ſunt præoccupati: ij ſignum crucifixi fide viuâ ſuſcipientes, & in ſe habentes, in bonorum cumulum euolarunt. Id quod Caſſiodorus in hunc Pſalmum notabat, dicens: *In crucis impreſſione lumen eſt vultus Dei, quia in eis ſemper noſcitur radiare, qui ſe non eligunt aliqua prauitate polluere; ſicut dicit Apoſtolus: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis*. Expende quis, & quo pretio nobis oſtendit bona, nimirum Spiritus ſanctus Dei, ſpiritus diuiniſſimæ charitatis, nobis per fidem ſignum crucis impreſſit: ſignum, inquam, crucis, quod eſſet nobis lumen vultus Dei, ad videnda bona, ad extirpanda mala.

Signũ crucis eſt lumen vultus Dei.

Porrò elegantiſſimè S. Gregorius Nyſſenus locum hunc exponens, per illud *lumen vultus Dei*, notis veluti & lineamentis expreſſum in nobis, non aliud vult intelligi, quàm virtutes, quibus, inquit, *τὸ θεοειδὲς χαρακτηρίζεται*, *diuina ſpecies & auguſta illa forma exprimitur*. Hoc cecinit quoque Iſaias; cuius ore loquens Deus, ait ſe pinxiſſe muros Ieruſalem, hoc eſt animæ. Quod illuſtrat D. Ambroſius lib. de Bono mortis in hunc modum: *Virtutibus imago Dei acquiritur: ideò qui nos pinxit quaſi auctor, pinxit virtutum coloribus. Ecce, inquit, ad Ieruſalem, pinxi muros tuos. Non detergamus penicillo negligentiæ depicta animæ noſtræ muralia*, &c. Et in Hexaëm. lib. 6. cap. 7. cùm eumdem Vatis locum attuliſſet:

Virtus eſt lumen vultus Dei.

Iſaiæ 49.

ANNOTATIONES CORDERII.

attuliſſet: *Illa*, inquit, *anima à Deo pingitur, quæ habet in ſe virtutum gratiam renitentem, ſplendoremque pietatis.* Neque verò ſine cauſa doctiſſimus Pater nitorem virtuti ſplendoremque attribuit, quemadmodum hoc loco Regius dixit Vates *lumen* ſeu illuminationem *vultus Dei*; vt oſtendat pulchritudinem illam mirandam & illuſtrem, quæ feriat oculos, & latere non poſſit.

8. *A fructu frumenti.*] Sanctus Hieronymus, *in tempore frumentum eorum, & vinum eorum multiplicata ſunt*; Auguſtinus, Caſſiodorus & alij legunt, *à tempore frumenti:* fortè quòd legerint καιροῦ, pro καρποῦ.

Aſterius ait Prophetam hoc verſu explicare id quod ſuperiùs dixerat: *In tribulatione dilataſti mihi:* & comportatâ ſibi vndique annonâ lætatum eſſe, quòd ſumma & ſua & ſuorum inopia Dei beneficio leuata ſit. Eius verba cùm in Catena non habeantur, hìc adferam. Τὰ κύματα τῆς θλίψεως ἡ ταχεῖα γαλήνη διέλυσεν, καὶ λιμῷ με τηκόμενον, ἀπὸ καρποῦ σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου ἐπλήθυνας, ὡς μὴ μόνον ἐμὲ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ὑπ' ἐμὲ, ἀπολαῦσαι ἀπὸ καρποῦ σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου. Καὶ ἡ ἐκείνων εὐπορία εὐφροσύνην καρδίας μοι γέγονε. Τοῦτο δὲ μανθάνομεν ἀπ' αὐτῆς τῆς ἱστορίας. ὅτε γὰρ πολεμούμενος ὑπὸ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἔφυγεν ἐν ταῖς ἐρήμοις καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι, λιμῷ καὶ ἀνάγκῃ, ὡς ἐν διωγμῷ, ἐκρατήθη. Ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτοῦ τὴν ἀνάγκην παρεμυθήσατο. πρῶτος γὰρ ὁ Σιβὰ ὁ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Σαοὺλ, ἤνεγκεν αὐτῷ ἄρτους διακοσίους, καὶ οἶνον, καὶ παλάθας, καὶ σταφίδας. εἶτα μετὰ τοῦτον Βερζελλαὶ ὁ Γαλααδίτης, καὶ αὐτὸς αὐτῷ προσήνεγκε δέκα κοίτας, ἵνα μὴ χαμευνῇ, καὶ ἀμφιτάπητας τοὺς καλουμένους νῦν πλωτάπητας, καὶ τὰ λοιπά. Εὐχαριστῶν οὖν ἐπὶ τούτοις φησὶν, ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με. *Tribulationum fluctus velox tranquillitas diſſoluit, & me fame tabeſcentem à fructu frumenti, & vini, & olei ditaſti: vt his fructibus non ego ſolus, ſed hi quoque qui me ſequebantur, abundè fruerentur: illorumque abundantia mihi lætitiam cordis attulit. quod ab ipſa hiſtoria diſcimus. Cùm enim bello ſibi à filio illato in deſertis ac montibus exul ageret, fame ac penuriâ, vt pulſum par erat, preſſus eſt. At verò Deus eius inopiam ſubleuauit. Primus enim Seba ex domo Saül,* 2.Reg.17. *attulit ei panes ducentos, & vinum, & palathas, & vuas paſſas. poſt hunc Berzellai Galaadites, etiam ipſe attulit decem lectos, ne humi cubare cogeretur, & tapetas qui nunc vocantur tylotapetes, &c. De his igitur gratias agens, ait: In tribulatione dilataſti me.* Atque hæc ad hiſtoriã Dauidis ſpectant. Myſticè Genebrardus iſtud, *A fructu frumenti, vini, & olei,* explicat de Sacramento Euchariſtiæ & Chriſmatis, nec non de oleo ſacro, cuius in pluribus Sacramentis vſus eſt maximus. quibus omnibus ritè conſecratis, homines multiplicantur & augentur ſpiritualibus bonis in Eccleſia.

Myſticè frumentum & vinum ſignant Euchariſtiam; oleum verò, Chriſma.

9. *In pace in idipſum dormiam.*] Commentarius Græcus id de animi tranquillitate pulchrè exponit, Theodoretus in Catena de proborum morte, Origenes ibid. de Chriſto à diſcipulis deſerto, & ſolo relicto. Docet autem, ſe Dei præſidio & prouidentiâ eſſe æquè ſecurum, ac ſi maximo exercitu & cuſtodibus ſtiparetur. A Deo enim venit hæc felicitas, quòd ſingulariter in ſpe conſtituamur, hoc eſt, quòd ſpes ſalutis noſtræ, in his quæ in nobis ſunt ſingulariter nitatur, nec alienâ diligentiâ opus habeat. Pulchrè ad hunc locum Chryſoſt. Τί δέ ἐστιν ἐπὶ τὸ αὐτό; συνηγμένος πρὸς ἐμαυτὸν, φησὶ, καὶ συνεστραμμένος, οὐ σχιζόμενος εἰς μυρίας φροντίδας, οὐδὲ τὰ τοῦ δεῖνος, καὶ τοῦ δεῖνος μεριμνῶν. *Quid eſt autem in idipſum? In meipſum, inquit, totus conctus & conuerſus, non in curas innumerabiles diuiſus, non quæ ſunt huius vel illius cogitans.* Quaſi & pax & quies hominis inde valdè proficiat, quòd in ſeipſum collectus negotium ſuæ ſalutis nulli alteri credat, ſed ipſe ſatagat, vt per bona opera certam ſuam 1.Pet.1,10 faciat vocationem.

10. *Singulariter in ſpe.*] Quid eſt, inquit S.Chryſoſtomus, κατὰ μόνας, *ſingulariter?* τῶν πονηρῶν χωρὶς, *ſeorſum ab improbis.* Quod ſingularis ille Doctor ſic illuſtrat: *Retuli pedem à communione ſceleratorum, atque morum contagionem ſummâ diligentiâ curâque fugi.* Nec immeritò. Nam vt corpora è corrupti aëris lue pereunt, ſic animi inexplicabile damnum capiunt è malorum ſocietate. Et quemadmodum ſanus oculus quando vitiatum aſpexerit, conſimili modo afficitur; & qui ſcabie eſt coopertus, illis etiam qui ſani ſunt, eam impertit: ita vulgò euenire conſtat in improborum hominum conſuetudine, vt ſæua lues ſe blandè inſinuans nec opinantem maculet. Ait ergo Pſalmiſta ſe in pace dormiturum, id eſt ſecurè moriturum, quia ſeparatus à malis vixerat.

Damnum mala ſocietatis.

Aduerte mortem hìc, & alibi paſſim, in Scriptura ſomnum & dormitionem appellari. Sic in libris Regum: *Dormiuit Roboam cum patribus ſuis.* Similiter & Ieroboam. Apoſtolus quoque ad Corinthios ſcribit: *Dormiunt multi.* Item, *Quidam autem dormierunt.* Expreſſiùs autem Chriſtus de Principis ſynagogæ filia iam defuncta ait: *Non eſt mortua puella, ſed dormit.* Eodem modo Lazari mortem dormitionem vocat. Sicut enim ſomnus ordinatus eſt à natura ad requiem ſenſuum, atque ita vitæ hominum accommodatus eſt, vt hæc ſine illo tranſigi non poſſit: ita Spiritus in Apocalypſi *beatos* vocat *mortuos, qui in Domino moriuntur*, id eſt, in Domini ſinu quaſi dormientes conquieſcunt. Hoc enim ſenſu dictum eſt in Actis de B. Stephano, quòd *obdormiuit in Domino.* Appellatur autem iuſtorum mors ſomnus, tum propter ſummam in ipſa morte quietem, & tranquillitatem mentis, vt ſomnum potiùs dulcem capere, quàm mori videantur: tum etiam quia, ſicut ſomnus præteriti laboris eſt requies, ita Sancti per mortem à laboribus vitæ requieſcunt. Quam ob cauſam Spiritus ibidem ſubdit: *Vt requieſcant à laboribus ſuis.* Sic etiam in hoc Pſalmo quies cum ſomno coniungitur: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam.* Eòdem recidit illud quod de Moyſe dicitur: *Mortuus eſt Moyſes ſeruus Domini in terra Moab, iubente Domino:* ſeu, vt alij transferunt, *ſuper os Iehouah*, ſeu, *ex oſculo Iehouah.* vt ſit ſenſus: Sicut mater dormientem in ſinu ſuo infantulum ſolet ore ori applicato in lectulo reponere; ita Deus Moyſem ſeruum ſuum, ceu dormientem infantulum, per oſculum & amplexum in ſinu Abrahæ quaſi in lectulo collocauit. Sunt plurima huius rei teſtimonia. Cùm enim mortui ſint ad vitam reuocandi, iure merito mors *ſomnus* nuncupatur, præſertim iam poſt Chriſti reſurrectionem. Hoc namque nobis conſecutus eſt Chriſtus, vt mors quæ in æternum duratura erat,

Mors ſomno comparatur. 3.Reg.14,31. 1.Cor.11,30. 1.Cor.15,6. Luc.8,52. Ioan.11,11. *Iuſti in morte quieſcunt.* Apoc.14,13. Act.7,60. Pſal.4,19. *Chriſtus mortem nobis in ſomnum conuertit.*

erat, per eum finem haberet, efficereturque temporalis. Et hæc eſt mortis victoria, & mors mortis, vt Apoſtolus ait. Quando igitur Scriptura mortem ſomnum appellat, myſterium indicat, quod Chriſtus effecit ſuâ morte, noſtram occidendo, *In Chriſto enim omnes viuificabuntur.* Ab hac metaphora & veritate Paulus argumentum accipit conſolandi eos qui mortuos lugent, vt ſit luctus moderatus, quaſi pro iis qui euigilaturi ſunt, & ad vitam reuocandi. Similiter

1. Cor. 15, 6. — 1. Cor. 15. 22.

S. Ambroſius in Oratione ad ſepulchrum fratris ſui Satyri, die ſeptimâ poſt eius obitum, in principio orationis oſtendit, mortem non eſſe lugendam. Primùm, quia communis eſt, & cunctis debita; deinde, quia nos ſæculi huius abſoluit ærumnis; poſtremò, quia ſomni ſpecie, vbi ab iſtius mundi labore requietum ſit, vigor nobis viuacior refunditur. Atque hac ſpe fultus Dauid, ait ſe libenter in pace in idipſum obdormiturum, & quietem accepturum. PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM V. ARGVMENTVM.

α. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Ἐπεὶ μετὰ τὸ τέλος τοῦ νυμφίου κληρονομεῖ ἡ νύμφη, διὰ τοῦτο οὕτως ἐπέγραψεν ὁ Δαβίδ. Ὅτι γὰρ ὁ Χριστοῦ θάνατος προέβη, τότε ἡ νύμφη ἡ Ἐκκλησία πρὸς τὴν τῆς κληρονομούσης νομὴν ἐκλήθη· ἢ κληρονομοῦσαν τὴν ψυχὴν λέγει, τὴν τοῦ ἰδίου κλήρου ἀποπεσοῦσαν, ὑπὲρ ἧς ἔντευξιν ὁ Δαβὶδ εἰσάγει, ἵνα ἐν προτέρᾳ γένηται πάλιν, καὶ τῆς γλυκείας ἀκούσῃ φωνῆς· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου. Ἄλλος δὲ βαβυλωνιακὸν εἶπε τὸν ψαλμὸν, ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ τοῦ ἐκεῖσε ἐκ συμφορῶν ἀφεληθῆναι καὶ δεομένου ἐπανελθεῖν, καὶ βελτίωσιν ἐπαγγελλομένου.

1. In finem, pro ea quæ hereditatem conſequitur, Pſalmus Dauid.

Quoniam poſt finem ſponſi ſponſa conſequitur hereditatem, idcircò Dauid hoc modo Pſalmum hunc inſcripſit. Quando enim Chriſti mors præceſſerat, tunc ſponſa Eccleſia vocata eſt ad cernendam hereditatem. Vel eam quæ hereditatem adit vocat animam, quæ à propria hereditate exciderat: pro qua Dauid interceſſionem inducit, vt in priſtinum ſtatum reſtituatur, & ſuauem illam vocem audiat: Venite benedicti Patris mei. Matth. 25, 34. *Quidam alius verò vocauit hunc Pſalmum Babylonicum, ex perſona populi rogantis ac deprecantis liberationem à calamitatibus, quas ibi patiebatur, & emendationem pollicentis.*

PARAPHRASIS.

β. Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι κύριε.

Ἀντὶ τοῦ ἑκάστην λέξιν τῆς προσευχῆς μου ἀκριβῶς ἀνάγνωθι. Διὰ τί δὲ μὴ εἶπε τὸν λόγον μου, ἀλλὰ τὰ ῥήματά μου; Ὅτι μὲν ὁ λόγος πολλὰ ὑφ' ἑαυτὸν περιλαμβάνει ῥήματα, τὰ δὲ ῥήματα μέλη ἐστὶ τοῦ λόγου, ὡς μέλη σώματος.

Σύνες τῆς κραυγῆς μου.

Κραυγὴν δὲ ἐνταῦθα, οὐ τὸν τόνον φησὶ τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τῆς διανοίας τὴν διάθεσιν· ὡς καὶ τῷ Μωσεῖ ἔλεγε· Τί βοᾷς πρός με;

γ. Πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου.

Οὐ γὰρ ταυτόν ἐστι φωνὴ καὶ κραυγή. κραυγὴ γὰρ δικαίου ἡ ἱεροπρεπὴς τῆς ψυχῆς διαγωγή· φωνὴ δὲ ὁ τῆς καρδίας βαρύτονος στεναγμός.

Βασιλεύς μου, καὶ ὁ θεός μου.

2. VERBA mea auribus percipe Domine.

Id eſt, vnamquamque dictionem orationis meæ accuratè obſerua. Cur autem non dixit, ſermonem meum, ſed, verba mea? Quia nimirum ſermo multa ſub ſe verba comprehendit; verba verò partes ſunt orationis, non ſecùs ac membra corporis. *Differentia inter verbum & ſermonem.*

Intellige clamorem meum.

Clamorem autem hîc, non vocis intenſionem dicit, ſed mentis affectum: vti etiam Moyſi dixit: *Quid clamas ad me?* *Clamor mentis affectus.* Exod. 14, 15.

3. Intende voci orationis meæ.

Non enim idem ſunt vox & clamor. Nam clamor iuſti, eſt religioſum animæ inſtitutum, cæleſtia ſapiens; vox verò, profundum cordis ſuſpirium. *Vox & clamor in quo differant.*

Rex meus, & Deus meus.

PARAPHRASIS PATRVM.

Deus, vt qui me creauit; & Rex, vt qui mihi prouidit.

Ὁ θεὸς ὡς ὁ δημιουργήσας με, καὶ βασιλεὺς ὡς πρόνοιάν μοι ποιησάμενος.

4. Quoniam ad te orabo Domine:

δ. Ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι κύριε·

Orationem enim non aliis, ſed ſoli Deo offert.

Προσευχὴν γὰρ οὐκ ἄλλοις, ἀλλὰ τῷ θεῷ μόνῳ προσφέρει.

Manè exaudies vocem meam.

Τὸ πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου.

Id eſt celeriter, confeſtim, iuxta illud: *Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus ego audiam.* (Iſa.65,24.)

Τουτέστι ταχέως, κατὰ τό· Καὶ ἔσται πρὶν ἢ κεκράξαι αὐτοὺς ἐγὼ ὑπακούσομαι αὐτῶν· ἔτι λαλούντων αὐτῶν ἀκούσομαι.

5. Manè adſtabo tibi, & * videbis me: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

* Vulgata videbo

ε. Τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με· ὅτι οὐχὶ θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ.

In ortu diei Deus inuocandus.

A primordiis diei, inquit, hoc opus faciens, non autem poſt mille opera, vt plerique, adſtabo tibi, non loco, ſed operibus. Nam talis eſt vicinus Deo: ſiquidem id Propè ac Remotè hoc loco ſignificant: quia Deus vbique eſt.

Ἐκ προοιμίων τῆς ἡμέρας, φησὶ, τοῦτο τὸ ἔργον ποιούμενος, ἀλλ' οὐ μετὰ μυρία ἔργα, ὡς οἱ πολλοὶ, παραστήσομαί σοι, οὐ τόπῳ, ἀλλ' ἔργοις. ὁ γὰρ τοιοῦτος ἐγγύς ἐστι θεοῦ· τοῦτο γὰρ ἐγγὺς καὶ μακρὰν ἐνταῦθα σημαίνει· ὁ γὰρ θεὸς πανταχοῦ ἐστιν.

6. Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.

ς. Οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος· οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου.

Deus malos execratur.

Quaſi dicat: Meas preces ſuſcipis, & inſpicis; quoniam omnem iniquitatem reſpuis, malitiaque aſſuefactos omnino aduerſaris. Execratur enim Deus omnes iniquam vitam amplectentes. Hoc enim etiam ſubiunxit:

Ὡς ἂν εἴποι· Δέχῃ τὰς ἐμὰς δεήσεις, καὶ ἐποπτεύεις· ἐπειδὴ πᾶσαν μὲν ἀνομίαν ἀπαγορεύεις, καὶ τοὺς πονηρίᾳ συζῶντας παντελῶς ἀποστρέφῃ. Βδελύττεται γὰρ ὁ θεὸς ἅπαντας τοὺς παράνομον βίον ἀσπαζομένους. τοῦτο γὰρ καὶ ἐπήγαγεν·

7. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

ζ. Ἐμίσησας πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος.

Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus:

Ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται κύριος·

Deus malitiam cum auctore eius auerſatur.

Non ſolùm enim malitiam atque iniquitatem, & mendacium, & dolum, & homicidium improbat; verùm etiam eos qui hæc patrant, nec pœnitentiæ vacare volunt, execratur.

Οὐ γὰρ μόνον ἀπαγορεύει πονηρίαν, καὶ παρανομίαν, καὶ ψεῦδος, δόλον καὶ μιαιφονίαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τούτων ἐργάτας βδελύσσεται, καὶ μετανοίᾳ προσέχειν οὐ βουλομένους.

8. Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.

η. Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου· προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου, ἐν φόβῳ σου.

Quotidianæ preces Deo offerendæ.

Cùm enim tuâ benignitate perfruar, tuâque dextrâ cuſtodiar; quotidianam ad te affero adorationem in templo tuæ gloriæ conſecrato, ſemper tuum timorem circumfe-

Τῆς γὰρ σῆς ἀπολαύουσα φιλανθρωπίας, καὶ τῇ σῇ δεξιᾷ φρουρουμένη, τὴν διηνεκῆ σοι προσφέρω προσκύνησιν ἐν τῷ ἀφιερωμένῳ τῇ σῇ δόξῃ ναῷ, τὸν σὸν ἀεὶ περιφέρουσα φόβον.

φόβον. Οὐδὲ γὰρ ἀνέξομαι αὐτὸν ἀποβαλεῖν, τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ θαῤῥοῦσα.

θ. Κύριε ὁδήγησόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου· ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου.

Καλῶς εἶπε δικαιοσύνῃ σου. Ἔστι γὰρ καὶ ἀνθρώπων δικαιοσύνη ἀπὸ τῶν νόμων τῶν ἔξωθεν, ἀλλ' οὐκ ἔχουσα τὸ τέλειον. Ἐγὼ δὲ τὴν ἀπὸ σοῦ αἰτῶ δικαιοσύνην. Εἰκότως δὲ πρόσκειται τὸ ὁδήγησον, οἱονεὶ χειραγώγησον ὡς ἀπὸ σκότους τινὸς τοῦ βίου. Ἔνια τῶν ἀντιγράφων ἀντὶ τοῦ· κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, ἔχει, ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου. ἑκάτερα δὲ τῆς εὐσεβοῦς ἔχεται διανοίας. εἴτε γὰρ ἡ ἡμετέρα ὁδὸς κατευθυνθείη ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, πλάνης οὐ ληψόμεθα πεῖραν. εἴτε ἡ τοῦ θεοῦ ὁδὸς ἐνώπιον ἡμῶν κατευθυνθείη, αὐτὴν ὁδεύσομεν, καὶ πρὸς αὐτὴν προθύμως δραμούμεθα. Αἰτεῖ τοίνυν ἡ κληρονομοῦσα ὁδηγηθῆναι μὲν ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ δικαιοσύνης, κατευθυνθῆναι δὲ αὐτῇ τὴν ὁδὸν καὶ ἐξομαλισθῆναι, ἵνα ῥᾳδίως ὁδεύσῃ.

ι. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια· ἡ καρδία αὐτῶν ματαία.

Τοῖς ψεύδεσι, φησὶ, διηνεκῶς τὴν γλῶτταν μολύνουσι. Ἀλλὰ καὶ τοῖς λόγοις αὐτῶν οἱ λογισμοὶ συμβαίνουσι, καὶ συνομολογεῖ τῷ στόματι ἡ καρδία.

ια. Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν.

Ὡς οἱ κεκλεισμένοι τάφοι κεκρυμμένην ἔχουσι τὴν δυσοσμίαν, οἱ δὲ ἀνεῳγμένοι πολλὴν ἀναπέμπουσι τὴν δυσωδίαν, τοιαῦτα καὶ οὗτοί, φησι, ἐρυγγάνουσι ῥήματα πάσης δυσοσμίας καὶ δυσσεβείας μεστά. Διὰ τούτων δὲ τῶν λόγων τὰς κατὰ θεοῦ βλασφημίας αἰνίττεται, καὶ τῆς ἀκολασίας καὶ τῆς ἀσελγείας τὰ ῥήματα.

Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν.

Χαλεπώτερα τῶν προσφερομένων ῥημάτων τὰ κεκρυμμένα. Δόλῳ γὰρ κεχρημένοι, μυρία τινὰ κατὰ τοὺς πέλας τυρεύουσι.

Κρῖνον αὐτοὺς ὁ θεός.

Ἀποπεσάτωσαν ἀπὸ τῶν διαβουλιῶν αὐτῶν, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἔξωσον αὐτοὺς, ὅτι παρεπίκρανάν σε κύριε.

rens. Neque enim permittam eum diffluere, tuæ benignitati confidens. PARAPHRASIS PATRVM.

9. Domine deduc me in iuſtitia tua: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.

Pulchrè dixit *iuſtitiâ tuâ*. Nam eſt & hominum iuſtitia, quæ exiſtit à legibus externis; ſed non continet perfectionem. Ego autem (inquit) tuam peto iuſtitiam. Rectè autem adiungitur: *Deduc me:* ac ſi dicat, quaſi à quibuſdam vitæ tenebris manuducas. *Dei directione opus, ne erremus.* Nonnulla exemplaria pro *Dirige in conſpectu tuo viam meam*, habent, *In conſpectu meo viam tuam.* Vtraque verò pium ſenſum habent. Siue enim noſtra via dirigatur in conſpectu Dei, non aberrabimus: ſiue via Domini ante nos dirigatur, ipſam ambulabimus, ad illamque promptè curremus. Petit igitur heres, deduci quidem à Dei iuſtitia, viamque ſibi ipſi dirigi atque explanari, vt facilè gradiatur.

10. Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.

Mendacio, inquit, continuè linguam maculant. Quin etiam cum ſermonibus eorum cogitationes conueniunt, & cor ori conſentit.

11. Sepulchrum patens eſt guttur eorum.

Vt clauſa ſepulchra ſuum teterrimum odorem occultum habent, reſerata verò illum foras emittunt: talia & hi, inquit, eructant verba, omnis fœtoris & impietatis plena. Per hæc verba innuit blaſphemias contra Deum, & ſermones libidinis & laſciuiæ. *Mali ſepulchris aſſimilati.*

Linguis ſuis doloſè agebant.

Occulta verba grauiora ſunt, quàm illa quæ propalàm proferuntur. Dolo enim vtentes, infinita contra proximum moliuntur. *Occulta mala, manifeſtis perniciosiora.*

Iudica illos Deus.

Decidant à cogitationibus ſuis; ſecundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.

Addu-

PARAPHRASIS PATRVM.

Doloſi mententur ut technis ſuis irretiantur.

Adducantur in iudicium tuum, ô Domine, & aberrent ab iis quæ contra nos machinantur, atque per experientiam diſcant, quòd araneæ telam contexant, & pœnam ſuis auſibus dignam pendant. Contra te enim bellum mouerunt, aduerſusque illos qui tibi addicti ſunt, aciem inſtruxerunt.

12. Et lætentur omnes qui ſperant in te, in æternum exultabunt: & habitabis in eis.

Probi lætantur, cùm inſidias euaſerint.

Hoc autem eos qui in te credunt lætitiâ implebit, & præbebit ipſis voluptatem ſempiternam; non illorum interitus, ſed tua prouidentia. Credunt enim quòd in ipſis habitas, & inambulas.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum.

13. Quoniam tu benedices iuſto.

Nam cùm tua benedictio & prouidentia tuis cultoribus abundè ſuppeditet; qui ſeipſos exhibuerunt tui nominis amatores, gloriabuntur propter ſolicitudinem & curam quam de illis habes, tuam potentiam prædicantes. Sic etiam B. Paulus ait: *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* (1. Corinth. 1, 31.)

Domine vt ſcuto bonæ voluntatis coronaſti nos.

Εὐδοκία quid.

Εὐδοκίαν ſacræ Litteræ nuncupant bonam Dei voluntatem. Eiuſmodi etiam eſt illud: *Benedixiſti Domine terram tuam*, id eſt, bona voluiſti terræ tuæ. (Pſal. 84, 2.) Et apud Apoſtolum: *Secundùm beneplacitum voluntatis eius*, id eſt, ſecundùm bonam ipſius voluntatem. (Epheſ. 1, 9.) Hîc igitur etiam hoc dicit, quòd nempe tua bona voluntas, tuuſque maximus amor & dilectio in nos, factus ſit nobis & ſcutum victoriam parans, & corona triumphalis.

Ἀχθήτωσαν τοίνυν ὑπὸ τὴν σὴν κρίσιν ὦ δέσποτα, καὶ διαμαρτέτωσαν ὧν καττύουσι καθ' ἡμῶν, καὶ μαθέτωσαν διὰ τῆς πείρας, ὡς ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι, καὶ δότωσαν ποινὴν τῶν τολμημάτων ἀξίαν. Κατά σου γὰρ τὸν πόλεμον κεκινήκασι, καὶ πρὸς τοὺς ἀνακειμένους σοι κεκινήκασι τὴν παράταξιν.

ιβ. Καὶ εὐφρανθήτωσαν πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σέ, εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται, καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς.

Τοῦτο δὲ τοὺς εἰς σὲ πεπιστευκότας εὐφροσύνης ἐμπλήσει, καὶ παρέξει αὐτοῖς θυμηδίαν αἰώνιον, οὐχ ὁ ἐκείνων ὄλεθρος, ἀλλ' ἡ σὴ προμήθεια. Πείθονται γὰρ ὡς ἐνοικεῖς ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατεῖς.

Καὶ καυχήσονται ἐν σοὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου.

ιγ'. Ὅτι σὺ εὐλογήσεις δίκαιον.

Τῆς γὰρ σῆς εὐλογίας τε καὶ προνοίας τοῖς σοῖς χορηγουμένης θεραπευταῖς, οἱ σφᾶς αὐτοὺς ἐραστὰς τοῦ σοῦ ὀνόματος καταστήσαντες, ἐπὶ τῇ σῇ κηδεμονίᾳ μεγαφρονοῦσι, τὴν σὴν διηγούμενοι δύναμιν. οὕτω καὶ ὁ μακάριος λέγει Παῦλος· Ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω.

Κύριε ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς.

Εὐδοκίαν καλεῖ ἡ θεία γραφὴ τὸ ἀγαθὸν τοῦ θεοῦ θέλημα. τοιοῦτόν ἐστι τὸ Εὐδόκησας κύριε τὴν γῆν σου, ἀντὶ τοῦ ἀγαθὰ ἠθέλησας τῇ γῇ σου. καὶ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ· κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, τουτέστι, κατὰ τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ θέλημα. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν τοῦτο λέγει· ὅτι τὸ ἀγαθόν σου θέλημα, καὶ ἡ πολλή σου περὶ ἡμᾶς φιλοστοργία τε καὶ ἀγάπη, καὶ ὅπλον ἡμῖν γέγονε νίκης πρόξενον, καὶ στέφανος ἐπινίκιος.

COMMENTARIVS.

2. VERBA MEA AVRIBVS PERCIPE DOMINE.] Dominum vocat ſponſum Eccleſia ſeu Propheta; & petit ſibi adiutorem fieri vſque in finem. Loquitur autem cum fiducia: quoniam iſtiuſmodi poſtulabat, qualia ipſe dare volebat. Non clamorem hîc, vel aures intelligere oportet, ſed ex membris humanis, diuinas

Clamor cordis qualis.

β'. ΤΑ ΡΗΜΑΤΑ ΜΟΥ ΕΝΩΤΙΣΑΙ ΚΥΡΙΕ.] Κύριον καλεῖ τὸν νυμφίον ἡ ἐκκλησία, ἢ ὁ προφήτης, καὶ παρακαλεῖ, σύμμαχον αὐτῇ γενέσθαι, ὥστε ἀνύσαι. Καὶ μετὰ παῤῥησίας λέγει· ἐπεὶ τοιαῦτα ᾔτει, οἷα διδόναι ἐκεῖνος ἐβούλετο. Οὔτε δὲ κραυγὴν νοητέον, οὔτε ὦτα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων μορίων, τὰς θείας ἐνεργείας

ἐνεργείας ἀκουσώμεθα. Κραυγὴν μὲν τὴν σπουδαίαν τῆς διανοίας ἱκετείαν· διὸ καὶ τὸ, σύνες, πρόσχες), ὅ ἐστι νόησον, καταλλήλως ἐπὶ τῆς ἀφανῶς ἐκ καρδίας γινομένης κραυγῆς. Τὸ δὲ ἐνώτισαι, ἐπὶ τῶν ῥημάτων, ἀντὶ τοῦ, εἴσω τῶν ὤτων συγγενέσθω μοι τὰ τῆς εὐχῆς ῥήματα. Ἀξιοῖ δὲ καὶ προσεχόντως ἐπικεῖναι, ὅτι μὴ ἀνάξια αὐτοῦ τυγχάνει τὰ ῥήματα. ἢ ταυτολογεῖ ἐκκαιομένη περὶ τὸ αἰτούμενον, καὶ ἐνδεικνυμένη τὸν ἔρωτα, τὸν κοινὸν ἰδιοποιεῖται δεσπότην, ὁ βασιλεύς μου λέγουσα καὶ ὁ Θεός μου.

δ'. ΟΤΙ ΠΡΟΣ ΣΕ ΠΡΟΣΕΥΞΟΜΑΙ.] Τὰς αἰτίας τίθησι, δι' ἃς ἀξιοῖ εἰσακουσθῆναι. Οὐ γὰρ πρὸς ἕτερον, ἀλλὰ πρός σε, ποιήσομαι τὰς εὐχάς. Καὶ ἐκ προοιμίων τῆς ἡμέρας τοῦτο τὸ ἔργον ποιήσομαι, ἀλλ' οὐχ' ὡς οἱ πολλοὶ μετὰ μυρίας ἀσχολίας. Ἔστι δὲ περὶ καὶ τὸ ταχὺ, ἤτοι ταχεῖαν τοῦ Θεοῦ καὶ ἑτοίμην ἀντίληψιν λαβεῖν. εἰ διώξομεν γὰρ τὸ γνῶναι τὸν κύριον, ὡς ὄρθρον, ἕτοιμον εὑρήσομεν αὐτόν.

ε'. ΤΟ ΠΡΩΙ ΠΑΡΑΣΤΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ.] Παραστήσομαι, οὐ τόπῳ, ἀλλ' ἔργοις. ὁ γάρ τοιοῦτος ἐγγύς ἐστι τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος, πόῤῥω. τοῦ ἐγγὺς καὶ τοῦ μακρὰν ἐκ τῆς διαθέσεως τῶν προσερχομένων συμβαινόντων. εἶτα παραστὰς τί ὄψομαι; ἢ ὡς ἕτερος, σκοπήσω; Ὅτι οὐκ ἔστι σοι πονηρευόμενος φίλος, ἢ πλησίον, οὐδὲ παρὰ σοῦ εὐοδοῦται, διὰ πάντων δεικνῦσα τὸ τοῦ Θεοῦ μισοπόνηρον. Κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν γραφὴν τὸ ἐπόψει με. Ὅτι παρεωραμένην οὖσάν με διὰ τὴν ἀθεΐαν, καὶ πρὶν μὲν ὡς παντεπόπτης ἑώρας, ἀλλ' ἀπεστρέφου διὰ τὴν πονηρίαν· νῦν δὲ ἐπιθεωρήσεις ἑτεροίαν γεγενημένην, καὶ λελευκασμένην.

ζ'. ΕΜΙΣΗΣΑΣ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΥΣ ΤΗΝ ΑΝΟΜΙΑΝ.] Πάντες, κἂν δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος, κἂν βασιλεὺς, φησι, ᾖ, σφόδρα σοι διὰ μίσους εἰσὶν, εἰ παράνομοι εἶεν, ἢ ψευδεῖς, ἢ φονικοὶ, ἢ δόλιοι. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἀξιωμάτων, ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς ἐγκρίνειν τοὺς φίλους εἴωθεν. Ὥσπερ δὲ διὰ τοῦ εἰπεῖν, ἐμίσησας, τῶν παχυτέρων μὴ καθικόμενος, ἐπήγαγε καὶ κολαστικώτερον, τὸ ἀπολεῖς. Ὅρα δὲ πῶς μετὰ τοῦ φονικοῦ καὶ τὸν δόλιον ἔταξε, τὸν ἐπιεικῆ λύκον, τὸν ὕπουλον καὶ δυσφύλακτον· καὶ δικαίως. Δυσφορώτατος γὰρ ὢν καὶ συγκρύπτων τὴν πονηρίαν, πολλὰ ἐργάζεται τὰ δεινά.

operationes intelligamus. Ac clamorem quidem, ſedulam mentis deprecationem; quare etiam additur, *intellige*, id eſt, attende ſeu conſidera; appoſitè ſcilicet ad clamorem qui occultè fit ex corde. Illud autem, *auribus percipe*, ad verba refertur, q.d. Fiant in auribus tuis verba deprecationis meæ. Petit autem attentè obſeruari, quoniam haud indigna neque vulgaria ſunt verba eius. Vel eadem inculcat præ rei petitæ deſiderio, & vt amorem declaret, cõmunem Dominum ſibi proprium facit, dicens: *Rex meus, & Deus meus.*

4. QVONIAM AD TE ORABO.] Cauſas proponit, ob quas poſtulat exaudiri. Non enim ad alium, quàm ad te, orationes faciã. Atque à primordiis diei hoc erit opus meum; non autem, vt plurimis, poſt mille occupationes. Eſt verò *manè* etiam idem, quod velox ſiue promptum & expeditum auxilium accipere. Si enim quæſiuerimus Deum noſſe, quaſi manè, paratum ipſum reperiemus.

Manè Deus orandus.

5. MANE ADSTABO TIBI.] Adſtabo, non loco, ſed operibus. talis enim Deo propinquus eſt: qui verò non eſt eiuſmodi, remotus exiſtit. ita vt propinquitas & longinquitas ex accedentium affectu contingat. Ceterùm adſtans quid videbo? vel, vt alius legit, conſiderabo? Quoniam non eſt tibi malignus amicus, vel propinquus, neque à te dirigitur, per omnia declarans Deum odiſſe malum. Secundùm aliam verò lectionem eſt, *videbis me*. Quoniam cùm deſpecta eram propter infidelitatem, me priùs quidem tamquam omnium ſpeculator etiam videbas, ſed ob iniquitatem auerſabaris; modò verò me aſpicies mutatam, & dealbatam.

Qui benè agit, is Deo propinquus eſt.

7. ODISTI OMNES QVI OPERANTVR INIQVITATEM.] Omnes, inquit, ſiue ſeruus, ſiue liber, ſiue Rex ſit, valdè tibi exoſi ſunt, ſi iniqui fuerint, vel mendaces, vel homicidæ, vel doloſi. Siquidem non ex dignitatibus, ſed ex virtute amicos diiudicare ſolet. Quaſi verò, cùm dixit *odiſti*, rudiores non comprehendiſſet, ſubiunxit etiam id quod magis pœnam declarat, nempe *perdes*. Obſerua verò, quomodo cum homicida quoque doloſum coniunxerit, ceu blandum lupum, ſubdolum, & difficulter euitabilem. idque meritò. Cùm enim ſit intolerabilis, & malitiam occultet, plurima mala patrat.

Omnis iniquus Deo odibilis.

Deus virtutem, non dignitatem penſat.

COMMENTARIVS PATRVM.

Salus eſt miſericordiæ opus.

8. EGO AVTEM IN MVLTITVDINE MISERICORDIÆ.] Ac ſi quiſpiam Eccleſiæ obieciſſet: Quin & tu, cùm talis eſſes, quomodo ſaluata es? tradidit modum ſaluationis, nempe propter multam benignitatem: & cùm ea quę ex parte Dei ſe habent enarraſſet, ſubiunxit etiam quæ ad ſe ſpectabant. Quando, inquit, ego gratiâ tuâ fruar, adorabo in timore, non vt plerique oſcitanter, ſed in timore. Nam qui ſic orat, abiiciet iniquitatem, & ad virtutem adducetur. Deinde conuertit ſermonem ad rogationem, & ait:

Iuſtitia Dei, non hominum, prodeſt.

9. DOMINE, DEDVC ME IN IVSTITIA TVA.] Vides quomodo nihil futile petat? Pulchrè autem dixit, *In iuſtitia tua.* Siquidem eſt & hominum iuſtitia quædam legalis, ſed quæ perfectionem non habet. Ego verò, inquit, tuam poſtulo iuſtitiam, & ad hanc me deducito: quoniam multæ ſunt ſemitæ auiæ. Pro *dirige* verò Symmachus *complana* dixit; id eſt, facilem redde coram te viam meam: vel coram me viam tuam. Vtrumque enim pium ſenſum habet. Ait autem, *Propter inimicos meos.* quaſi dicat, Quia me diuertere, & per aliam viam erroneam deducere ſtuduerunt, tu ipſe me deducito. Deinde particulatim malitiæ ipſorum conatus ediſſerit, & os eorum & mentem perſtringens: Cum verbis, inquit, ipſorum etiam cogitationes concordant, atque ori mens conſentit, fœtida verba eructans. Per hæc autem inſinuat blaſphemias aduerſus Deum, & mortuas ac fœtidas doctrinas, verbaq; turpia, & fraudes ac dolos verbis obumbratos. Verumtamen obſerua manſuetudinem orationis qua contra illos vtitur.

Directio Dei neceſſaria, ne erremus.

Os eructat quæ in mente latebant.

11. IVDICA ILLOS DEVS.] Non dixit Puni, ſed *iudica*, & ceſſare facias à malitia. (Διαβούλια enim ſunt machinationes ad malè faciendum;) quod eſt pro ipſis deprecari. Verùm ad quid hoc? *Quoniam irritauerunt te.* q. d. Non curo illa quæ contra me geſta ſunt, ſed ægrè fero quæ ſunt aduerſus te. Hoc enim animi philoſophi eſt, iniurias proprias non vlciſci; ea verò quæ aduerſus Deum fiunt, vehementer perſtringere.

Διαβέλια quid?

Iniuria propria non curanda, ſed Dei.

12. ET LÆTENTVR OMNES.] Vide lucrum orationis. Atque ipſi, inquit, euadent meliores, & ab iniquitate deſiſtent: quin & alij multa voluptate perfruentur,

η'. Εγω δε εν πληθει του ελεους.] Ὥς τινος αἰτίαν ἐπάγοντος πρὸς τὴν ἐκκλησίαν· Ὅπου σὺ δέ, ἐκ τοιούτων οὖσα, πῶς ἐσώθης; εἶπε τὸν τρόπον τῆς σωτηρίας, ὅτι διὰ τὴν πολλὴν φιλανθρωπίαν. καὶ εἰποῦσα τὰ τοῦ Θεοῦ, προστίθησι καὶ τὰ ἑαυτῆς. Ὅταν, φησί, τῆς χάριτός σου ἀπολαύσω, προσκυνήσω ἐν φόβῳ σου, οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ χασμώμενοι, ἀλλ' ἐν φόβῳ. Ὁ γὰρ οὕτως εὐχόμενος, ἀποδύεται μὲν κακίαν, χειραγωγηθήσεται δὲ πρὸς ἀρετήν. εἶτα τρέπει τὸν λόγον εἰς αἴτησιν, καί φησι·

θ'. Κυριε, οδηγησον με εν τη δικαιοσυνη σου.] Ὁρᾷς πῶς οὐδὲν ἐπίκηρον αἰτεῖ; καλῶς δὲ εἶπεν, Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου. Ἔστι γὰρ καὶ ἀνθρώπων δικαιοσύνη, ἡ ἀπὸ τῶν νόμων, ἀλλὰ τὸ τέλειον οὐκ ἔχουσα. Ἐγὼ δὲ τὴν σὴν αἰτῶ, φησί, δικαιοσύνην, πρὸς ἣν με χειραγώγησον· ἐπειδὴ πολλαὶ αἱ ἐκτρέπουσαι ἀτραποί. Ἀντὶ δὲ τοῦ κατεύθυνον, Σύμμαχος, ὁμάλισον εἶπε· τουτέστι, ῥᾳδίαν ποίησον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, ἢ ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου. Ἑκάτερα γὰρ τὸ εὐσεβὲς ἔχει διανοίας. Ἕνεκα δὲ τῶν ἐχθρῶν μου φησί· ἐπεὶ ἐκκλῖναί με καὶ πλανῆσαι πρὸς ἑτέραν ὁδὸν ἐπεβούλευσαν, ὁδήγησόν με αὐτός. εἶτα κατὰ μέρος διδάσκει τὰ τῆς ἐκείνων πονηρίας ἐπιτηδεύματα, τό τε στόμα διαβάλλουσα καὶ τὴν διάνοιαν ὡς ἔρημον ἀγαθῶν, τοῖς λόγοις αὐτῶν, φησί, καὶ οἱ λογισμοὶ συμβαίνουσι, καὶ συνομολογεῖ τῷ στόματι ἡ διάνοια ἐρυγγάνουσα ῥήματα δυσώδη. Διὰ τούτων δὲ τὰς κατὰ Θεοῦ βλασφημίας αἰνίττεται, καὶ τὰ νεκρὰ δόγματα καὶ δυσώδη, καὶ τὰ αἰσχρὰ ῥήματα, καὶ τὰς μέχρι ῥημάτων συσκιαζομένας δολιότητας. ἀλλ' ὅρα τὴν τῆς κατ' αὐτῶν εὐχῆς ἡμερότητα.

ια'. Κρινον αυτους ο Θεος.] Οὐκ εἶπε κόλασον, ἀλλὰ κρῖνον, καὶ παῦσον τῆς πονηρίας (διαβούλια γὰρ τὰ πρὸς τὸ κακουργεῖν ἐνθυμήματα·) ὅπερ ὑπὲρ αὐτῶν εὔχεσθαί ἐστιν. Ἀλλὰ τοῦτο διὰ τί; ὅτι παρεπίκρανάν σε· οὐχ ὑπὲρ τῶν εἰς ἐμὲ γινομένων μέλει μοι, φησίν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν σῶν ἀλγῶ. Τοῦτο γὰρ φιλοσόφου ψυχῆς, ὑπὲρ μὲν τῶν οἰκείων μὴ ἀμύνεσθαι· ὑπὲρ δὲ τῶν εἰς Θεὸν γινομένων σφόδρα ἐπεξιέναι.

ιβ'. Και ευφρανθητωσαν παντες.] Ὅρα τῆς εὐχῆς τὸ κέρδος. Κἀκεῖνοί, φησι, βελτίους ἔσονται, καὶ ἀποστήσονται τῆς πονηρίας· καὶ ἕτεροι πολλῆς ἀπολαύσονται ἡδονῆς,

ἐπι-

ὡς καὶ δικαιότεροι γινόμενοι τῇ ἐκείνων μεταβολῇ. ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ διηνεκὴς ἀγαλλίασις.

ιγ'. ΟΤΙ ΣΥ ΕΥΛΟΓΗΣΕΙΣ ΔΙΚΑΙΟΝ.] Ὃν ὁ τῶν ἁπάντων δεσπότης ἀνακηρύττει καὶ εὐλογεῖ, πάντων ἔσται ὑψηλότερος, κἂν ὑπὸ πάντων κακίζηται. Ἵνα γὰρ μή τις καταπίπτῃ τῶν παχυτέρων, ἀνέχει διὰ τούτου τὴν διάνοιαν διὰ τοῦ, Σὺ εὐλογήσεις δίκαιον. εἶτα πάλιν εἰς εὐχαριστίαν κατακλείει τὸν λόγον, καί φησιν· ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας. Ὅπλον γὰρ ἄριστον κατὰ γνώμην Θεοῦ, ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐλογία.

Ἄλλος. Στεφανώσεις τὸν δίκαιον. ἤτοι τοίνυν τοῦτό φησι, ὅτι ἡ εὐαρέστησις ἀντὶ ὅπλου γίνεται, ἢ ὅτι συμμαχίᾳ καλλίστῃ τειχίσεις τὸν δίκαιον, τῇ σαυτοῦ εὐδοκίᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ.

dum illorum conuerſione probiores euadent. quamquam & ipſis quoque iugis ſit exultatio. CATENA PATRVM.

13. QVONIAM TV BENEDICES IVSTO.] Quem Dominus omnium laudat ac benedicit, ſublimior erit vniuerſis, quantumuis ab omnibus malè audiat. Ne quis itaque rudiorum animo concidat, idcircò mentem erigit ac ſuſtentat, dicens: *Tu benedices iuſto.* Deinde rurſum gratiarum actione ſermonem concludit, & ait: *Vt ſcuto bonæ voluntatis.* Scutum enim optimum ex mente Dei, diuina benedictio eſt. *A Deo laudari præſtat quam ab homine.*

Alius. *Coronabis iuſtum.* Vel itaque hoc dicit, quia bona voluntas pro ſcuto ſeruit, vel quia præſidio firmiſſimo pulcherrimoque iuſtum ſuſſulcies atque firmabis; nempe tuo beneplacito atque humanitate.

CATENA PATRVM.

α'. ὙΠΕΡ ΤΗΣ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΥΣΗΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τρία ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς ζητήματα ἀνακύπτει. τίς ἡ κληρονομοῦσα, καὶ τίς ὁ κλῆρος, καὶ πότε ἡ κληρονομία; Καὶ κληρονομοῦσα μέν ἐστιν ἡ ἐκκλησία, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Κληρονομία δὲ ἃ ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Τὸ δὲ πότε αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπών, εἰς τὸ τέλος, ὅπερ ἐστὶν ὁ μέλλων, ἀλλ' οὐχ ὁ παρὼν αἰών. Διὰ τί δὲ κληρονόμους ἡμᾶς ἐγγράφει; ὅτι υἱοποιήσατό τινας τοὺς ἀξίους· ἄξιοι δέ τινες οἱ τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ φύλακες.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Δύο τῶν ἀνθρώπων μερίδες γεγόνασι τοῦ Θεοῦ, ἃς δι' ἑνὸς συμβόλου καὶ λόγου ἐδήλωσε. καὶ δύο φησὶν υἱούς, καὶ δύο παῖδας, τούτε τῆς ἐλευθέρας καὶ τῆς ἀργυρωνήτου. Ἡ μὲν οὖν προτέρα μερὶς πάλαι ᾠκείωτο τοῦ Θεοῦ. Αὕτη δὲ ἦν ὁ ἐκ περιτομῆς παρωνομασμένος λαός, ὃς καὶ ἀμπελὼν κατωνόμασται, καὶ ἐξ Αἰγύπτου μετῆρται, καὶ ἐπὶ τῆς ἐπηγγελμένης καταπεφύτευται γῆς. Μερὶς γὰρ καὶ σχοίνισμα κληρονομίας, καὶ λαὸς περιούσιος, καὶ τὰ κάλλιστα τῶν ὀνομάτων ὁ λαὸς οὗτος ἐπικέκληται. Ἡ δὲ ἑτέρα μερὶς ἀπωσμένη τέως ἐτύγχανε τοῦ δημιουργοῦ, καὶ τοῖς εἰδώλοις ἀνακειμένη, καὶ θεοῖς χειρῶν πλάσμασιν. Ἡ μὲν οὖν τῶν υἱῶν, διὰ τὴν εἰς τὸν πατέρα ἀγνωμοσύνην ἄπωστός τε καὶ ἀπόκληρος ἦν. ἐπὶ δὲ τὴν ἑτέραν τὰς διαθήκας ἐποίησεν ὁ πατήρ, καὶ κληρονόμος οὗτος τῆς πατρῴας περιουσίας γεγένηται.

1. PRO EA QVÆ HEREDITATEM CONSEQVITVR.] CHRYSOSTOMI. Tres nobis ex hoc titulo quæſtiones oriuntur. Quæ ſit heres hæc; & quæ hereditas; & quando eius poſſeſſio adeatur. Et heres quidem eſt Eccleſia, & plenitudo eius. Hereditas verò ſunt ea quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Quando autem adeatur, ipſe declarauit, dicens, *In finem*, id eſt, in futuro, non autem in præſenti ſæculo. Ceterùm cur nos heredes ſcribit? quia videlicet quoſdam qui digni erant, in filios adoptauit. Digni autem ſunt illi, qui mandata eius ſeruant. *1. Cor. 2, 9.* *Dei hereditas aditur in ſæculo futuro.*

ANONYMI. Deo fuerunt duæ partes hominum, quas vnico ſymbolo ſeu ſermone ſignificauit; & duos vocat filios ac duos liberos, nempe liberæ & emptitiæ. Ac prima quidem pars olim Deo familiaris erat. Hæc autẽ erat populus qui ex circumciſione nuncupatus eſt; qui etiam vinea nominatus, & ex Ægypto tranſlatus, nec non in terra promiſſionis plantatus fuit. Pars enim & funiculus hereditatis, & populus acquiſitus, aliiſq; pulcherrimis nominibus populus hic appellabatur. Altera verò pars vſquedum repellebatur à creatore, vtpote idolis addicta & diis manu factis. Hæc itaque pars filiorum, ob ſuam erga patrem ignorantiam & ingratitudinẽ, repudiabatur, & exheres erat. Alteri verò pater tabellas fecit, atq; adeò hęc heres extitit paternæ ſubſtantię: verùm *Primus filius & pars Dei erant Iſraëlitæ.* *altera pars Dei erant Gentes.* *Iſraëlitæ impinguati recalcitrarunt, & reiecti ſunt.*

CATENA PATRVM.

verùm delicioſè habitus ſe effudit, & impinguatus recalcitrauit, atque ſatietas ipſi cauſam dedit inſoleſcendi. Quocircà, iuxta vocem Oſee, *populus iſte, non populus factus eſt, & miſericordiam conſecutus, odio habitus.* Fornicati enim ſunt in ſtudiis, ſeu inſtitutis ſuis: & Iſraëlis Dominum derelinquentes, iuuencis in collibus ſacrificauerunt, & cum alienigenis cõmixti ſunt. Introducta verò eſt pars altera, ſcilicet Gentium ſynagoga: quia, ſecundùm Apoſtolum, *cæcitas ex parte contigit in Iſraël, donec plenitudo Gentium intraret.* Atque inde factum eſt, vt quæ reiecta fuerat, aſſumeretur; & quæ exheres erat, heres fieret. Pro hac itaque ſynagoga Pſalmum hunc faciens Dauid, inſcripſit eum, *Pro hereditante, in finem.* Siue quia in fine myſterij Chriſti fornicariæ Iudæorũ turbæ, tamquam vxori adulteræ, iuxta ſermonem Iſaiæ, libellus repudij datus eſt; Eccleſiæ verò ex Gentibus, amoris affectum Deus demonſtrauit: ſiue quia lege finem accipiente, in quibus ſpiritaliter ab incarnato Verbo adimplebatur, Chriſti Euangelium Gentibus eſt expoſitum. Porrò *pro hereditante*, & non, pro herede ſcriptum: quia nimirum non vbi ſemel hereditatem adiit, poſtmodum teſtatore derelicto, res nouas ſectata fuit; ſed hereditatem quam acceperat, alterius hereditatis fomitem & incitamentum facit, & aſſiduè paterna ſubſtantia paſcitur, aſcenſiones in corde ſuo diſponens, & cantica graduum concinens, nec non exemplo Iacob, de claritate ad maiorem profecit virtutem. Ab ipſomet exordio hereditantis vocem, atque ſerenam Pſalmi faciem aduerte, aurea propylæa templi, triadicam theologiam, in capite præſidentem, & intellectualiter coruſcantem.

Oſee 1, 9.

Gentes pro iis introducta.

Rom. 11, 25.

Eccleſia Gentium hereditantem. Alij in finem.

2. VERBA MEA AVRIBVS PERCIPE.] THEODORETI. Multis & omnigenis fluctibus circumdata Dei Eccleſia, atque adeò etiam anima quæ piam vitam amplectitur, ſuperior euadit, tempeſtatique ſupernatat; quando diuinam opem cõtinuò implorat. Hoc etiam propheticus hîc ſermo nos edocet, modum ſuggerens, quo Deum vniuerſorũ obſecrare ac deprecari deceat. *Verba mea, inquit, auribus percipe Domine, intellige clamorem meum, intende voci orationis meæ.* Verùm nec clamor pro clamore accipiendus eſt, neque aures pro auribus.

Eccleſia & anima pia ſuperant aduerſitates.

ἀλλὰ ξυφήσας ἐλύπησε, καὶ λιπανθεὶς ἀπελάκτισε· καὶ ὁ κόρος ὕβρεως ἀρχὴ αὐτῷ γέγονε. Διὰ ταῦτα κατὰ τὴν τοῦ Ὠσηὲ φωνήν, ὁ μὲν λαὸς οὐ λαὸς γέγονε, καὶ ὁ ἠλεημένος μεμισημένος. Ἐξεπόρνευσαν γὰρ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν, καὶ τὸν κύριον ἐγκαταλελοιπότες τοῦ Ἰσραήλ, ταῖς δαμάλεσιν ἐπὶ τῶν βουνῶν ἐθυσίαζον, καὶ μετὰ τῶν ἀλλοφύλων συνεμίγνυντο. Ἀντεισήχθη δὲ ἡ ἑτέρα μερίς, ἡ τῶν ἐθνῶν συναγωγή· πώρωσις γὰρ κατὰ τὸν Ἀπόστολον ἀπὸ μέρους γέγονε τῷ Ἰσραήλ, ἕως οὗ εἰσέλθῃ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν. Διὰ ταῦτα γέγονεν ἡ ἀπωσμένη προσῳκειωμένη, καὶ ἡ ἀπόκληρος κληρονόμος. Ὑπὲρ ταύτης οὖν τῆς συναγωγῆς τὸν ψαλμὸν ποιούμενος ὁ Δαβίδ, ἐπέγραψεν, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, εἰς τὸ τέλος· ἢ ὅτι ἐν τῷ τέλει τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου, τῇ μὲν πεπορνευκυίᾳ τῶν Ἰουδαίων πληθύϊ, ὥσπερ γυναικὶ μοιχαλίδι, τὸ τοῦ ἀποστασίου βιβλίον, κατὰ τὸν Ἡσαΐα λόγον ἐδόθη· πρὸς δὲ τὴν ἐκ τῶν ἐθνῶν ἐκκλησίαν φιλόστοργον διάθεσιν ἐπεδείξατο ὁ Θεός. ἢ ὅτι τέλος λαβόντος τοῦ νόμου, ἐν οἷς πνευματικῶς ὑπὸ τοῦ σαρκωθέντος ἐπληρώθη λόγου, τὸ κατὰ Χριστὸν εὐαγγέλιον ἐπὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἐξετέθη. Ὑπὲρ δὲ τῆς κληρονομούσης, καὶ οὐχ ὑπὲρ τῆς κληρονόμου, ὅτι μὴ ἅπαξ λαβοῦσα τὸν κλῆρον, εἶτα καταλιποῦσα τὸν κληροδότην ἐνεωτέρισεν, ἀλλὰ τὸ ληφθὲν κληρονομίας ἑτέρας ποιεῖται ὑπέκκαυμα, καὶ διηνεκῶς πατρικῆς οὐσίας κατατρυφᾷ, ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ τιθεμένη, καὶ τὰς ᾠδὰς τῶν ἀναβαθμῶν ᾄδουσα, καὶ ἀπὸ δόξης εἰς κρείττονα κατὰ τὸν Ἰακὼβ προκόπτουσα δύναμιν. Ὅρα ἀπὸ προοιμίων τὴν τῆς κληρονομούσης φωνήν, καὶ τηλαυγὲς τοῦ ψαλμοῦ πρόσωπον, τὰ χρυσᾶ προπύλαια τοῦ ναοῦ, τὴν τριαδικὴν θεολογίαν, ἐπιστᾶσαν ἐν κεφαλίδι, καὶ νοητῶς ἀποστράπτουσαν.

β'. ΤΑ ΡΗΜΑΤΑ ΜΟΥ ΕΝΩΤΙΣΑΙ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πολλαῖς καὶ παντοδαπαῖς βαλλομένη τρικυμίαις ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία, καὶ μέντοι καὶ ἑκάστη ψυχὴ εὐσεβῆ βίον ἀσπαζομένη, περιγίνεται, καὶ τὸν κλύδωνα ὑπερνήχεται, τὴν θείαν ἐπικουρίαν καλοῦσα διηνεκῶς. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ προφητικὸς ἡμᾶς ἐκπαιδεύει λόγος, διδάσκων ὅπως προσήκει τὸν τῶν ὅλων Θεὸν λιπαρεῖν τε καὶ ἱκετεύειν. Τὰ ῥήματά μου, φησίν, ἐνώτισαι κύριε, σύνες τῆς κραυγῆς μου, πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. Ἀλλ' οὔτε τὴν κραυγὴν κραυγὴν νοητέον, οὔτε τὰ ὦτα ὦτα.

Περὶ γὰρ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων σωματικώτερον ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ λαλεῖν, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων μορίων τὰς θείας ἐνεργείας καλεῖν. ὀφθαλμοὺς τὴν ὀπτικὴν, καὶ τὴν ἀκουστικὴν ὦτα, καὶ ἄλλα ὡσαύτως. Κραυγὴν δὲ, ἐπὶ τῶν εὐχομένων τὴν προθυμίαν καλεῖ, καὶ τὴν σπουδαίαν τῆς διανοίας ἱκετείαν. Τὸ δὲ ἐνώτισαι, ἀντὶ τοῦ εἴσω τῶν ὤτων σου γενέσθω τῆς προσευχῆς μου τὰ ῥήματα, καὶ εὐμενῶς ἄκουσον τῆς ἐμῆς ἱκετείας, καὶ πρόσχες ἀκριβῶς τοῖς τῆς δεήσεώς μου λόγοις, ἐπειδή σε Θεὸν οἶδα καὶ βασιλέα.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Κύριον τὸν νυμφίον καλεῖ. Καὶ γὰρ τοῦτο νύμφης εὐγνώμονος, ὃ ἔστιν ἰδεῖν καὶ ἐπὶ τῶν ἐν βίῳ. Ἐνταῦθα δὲ οὐ μόνον ὡς νυμφίον καλεῖ κύριον, ἀλλὰ καὶ ὡς δεσπότην, καὶ ἐπισπᾶται αὐτὸν πρὸς τὴν δέησιν. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτῇ πρόκειται ἡ κληρονομία, παρακαλεῖται εἰς ἔργον ἐκβῆναι, καὶ δεῖται ἐπὶ τὸ σύμμαχον αὐτῇ γενέσθαι, ὥστε ἀνύσαι τὰ προκείμενα, καὶ μὴ ἐκπεσεῖν τοῦ κλήρου. Διό φησι· τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι. Καὶ μετὰ παῤῥησίας λέγει τοῦτο, ἐπειδὴ τοιαῦτα φθέγγεται, ἅπερ καὶ αὐτὸς δοῦναι βούλεται.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Χρὴ ἡμᾶς ἐννοεῖν ὁποῖον μέγεθος νοητῆς φωνῆς ἔχειν δεῖ, ἐφ᾽ ᾧ καλέσομεν τὴν σύνεσιν τοῦ Θεοῦ. καὶ τοιαῦτα ῥήματα ἁρμόζοντα ὡς πρὸς κυρίῳ, καὶ φωνὴν δεήσεως θαῤῥοῦσαν, καὶ ἐπὶ τῇ προσευχῇ τοῦ δεσπότου. Οὐδεὶς δὲ ὑπὸ ἁμαρτίας βασιλευόμενος, ἐρεῖ πρὸς Θεὸν, ὁ βασιλεύς μου· καὶ ὧν θεὸς ἡ κοιλία, οὐκ ἐροῦσι, Θεός μου, πρὸς Θεόν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Κύριος δὲ ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, ὁ πατὴρ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ. εἶτα ὁ βασιλεύς μου, καὶ ὁ Θεός μου. Νοοῖτο δὲ βασιλεὺς μὲν υἱὸς, Θεὸς δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐχ ὡς τῶν ἑτέρων προσώπων μὴ καλουμένων τῷ τῆς θεότητος ὀνόματι, ἀλλ᾽ ὡς καὶ τῆς φωνῆς, βασιλεύς μου, τὴν αὐτὴν ἐπιδεικνύσης δύναμιν τῇ Θεός. Ἐγὼ δὲ τῆς κληρονομούσης καὶ τοῦτο τεθαύμακα. τὸν μὲν γὰρ πατέρα κύριον ἀπολύτως ὠνόμασε, τὸν δὲ υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἰδιωτέρως. Ὁ βασιλεύς μου, γάρ φησι, καὶ ὁ Θεός μου. Τὸν μὲν γὰρ πατέρα καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων ἐπρέσβευσε συναγωγὴ, τὸν δὲ υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς ᾠκειώσατο. Τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ ὑπαινίττεται. Ὁ Θεὸς, γάρ φησιν, ὁ Θεός μου πρόσχες μοι. Ὁρᾷς ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τὸ

Nam de Deo vniuerſorum, tamquam de re corporea, loqui ſolet Scriptura, & ex humanis membris diuinas potentias denominare, v. g. videndi potentiã, oculos; vim audiendi, aures; & alia ſimiliter. Clamorem verò appellat deprecantium propenſam voluntatem, ſtudioſamque mentis obſecrationem. *Auribus percipe* quoque idem eſt ac ſi dicat; Verba deprecationis meæ intra tuas aures ſint, atque meas preces benignè exaudias, & attende diligenter ad verba obſecrationis meæ, quoniam te Deum ac regem agnoſco.

CATENA PATRVM. Aures & oculi quid in Deo.

CHRYSOSTOMI. Dominum vocat ſponſum. Etenim hoc ſponſæ eſt benè morigeratæ, vti etiam videre eſt fieri in hoc ſæculo. Hoc loco autem non tantùm vt ſponſum vocat Dominum, ſed etiam vt herum, & allicit ipſum ad ſuam deprecationem. Cùm enim ipſi propoſita ſit hereditas, rogat vt in opus prodeat, & obſecrat vt ſibi adiutor ſit, ad ea quæ propoſita ſunt perficienda; & ne excidat ab hereditate. Idcircò ait: *Verba mea auribus percipe.* & cum fiducia hoc dicit: quia talia loquitur ac petit, quæ & ipſe dare cupit.

Deus cuius ſit ſponſus, & herus.

ORIGENIS. Conſiderandum eſt, quàm magnam vocem ſpiritalem habere oporteat, quâ Dei intelligentiam prouocemus: & qualia verba, quæ quaſi Domino conueniant, vocemque deprecationis in Domini oratione confidentem. Nemo autem, qui à peccato regitur, dixerit Deo, *Rex meus*: & quorum Deus venter eſt, haud dicent Deo, *Deus meus.*

Qualis vox à Deo intelligatur.

EVSEBII. *Dominus* autem omnium Deus, eſt Pater vnigeniti Filij. Deinde *Rex meus, & Deus meus.* Ac *Rex* quidem intelligi poteſt Filius, *Deus* verò Spiritus ſanctus: non quaſi etiam aliæ perſonæ diuinitatis nomine non appellentur; ſed quòd hæc vox, *Rex meus*, eamdem vim habeat, idemque ſignificet quod *Deus*. Ego autem illud etiam in hac herede miratus ſum, quòd Patrem quidem abſolutè Dominum appellarit; Filium autem & Spiritum ſanctum nomine magis particulari. *Rex*, enim inquit, *meus, & Deus meus.* Patrem enim, Iudæorum quoque Synagoga prædicauit; Filium verò & Spiritum, populus ex Gentibus familiarem habuit. Hoc etiam alibi inſinuatur: Deus, enim inquit, Deus meus attende mihi. Vides vt de Filio nomen

Cur Patrem vocet Dominum, Filium Regem, Spiritum ſanctũ Deum.

Iudæi Patrem, Christiani præterea Filium & Spiritum ſanctum expreſsè inuocant.

CATENA PATRVM. *Trinitas perſonarum, & naturæ vnitas à Moyſe expreſſa.*

poſitum ſit, quod heredis familiaritatem declaret? Cùm itaque ſic tres perſonas declarauit, vnitatem naturæ definit: Et Trinitatem, inquit, colui. Ait enim: *Audi Iſraël, Dominus*, deinde *Deus tuus*: & iterùm, *Dominus*, atque ita ſubiunxit, *Vnus eſt*. Et pulchrè in Euangeliis Dominus Iudæos increpauit: *Quia ſi legiſſetis Moyſem, vtique cognouiſſetis me. Ipſe enim de me ſcripſit.*

Ioan. 5, 46

Verba qui differant à clamore.

Pſelli. Verba quidem, quæ ſecundùm prolatitium ſermonem compoſita ſunt, auribus percipiuntur; clamor autem, id eſt, vox quæ ipſis quaſi operibus intenditur, intelligente opus habet vt cognoſcatur: deprecatio autem obſecranti commenſuratur. Verba autem heredis huius ſunt primæ virtutes, quæ faciliores exiſtunt ac ſimpliciores, & in moribus noſtris verſantur. Clamor verò, eſt intenſius circa res maiores ſtudium. Vox autem deprecationis, eſt efficacitas contemplationis, quam potiſſimùm Deus exaudit. Ceterùm heres per iſta inſinuat etiam verba legalia, ſiue præcepta, & voces Iudæorum, & clamorem eorum qui ore fit. Quæ omnia deteſtatus eſt, neque in aures ſuas Dominus ſabaoth intromiſit, quando ſpiritus litteram ſoluit.

Vox deprecationis, eſt efficacitas contemplationis.

4. Qvoniam ad te orabo.] Theodoreti. Confidens enim te meas preces admiſſurum; cùm primùm illuxerit, abiecto à palpebris ſomno, tamquam Regi & Domino adſto, deprecationem tibi afferens. Non autem cuiuſlibet eſt dicere, Tibi vniuerſorum Deo adſtabo, & videbis me; ſed eorum qui, ſecundùm magnum Eliam, ob familiaritatis fiduciam dicere audent: *Viuit Dominus, cui adſtiti coram ipſo hodie.*

Quorum ſit adſtare Deo.

4. Reg. 5. 16.

Chrysostomi. Quis enim non oret Deum? Multi quidem videntur orare Deum, ſed id faciunt ad hominum oſtentationem. Verùm hæc non ita; ſed in ipſummet Deum intendit, humana cuncta dimittens.

Multi orant ad oſtentationem hominum.

Origenis. Simul atque ſol oritur, adſtabo tibi, & in contemplatione verſabor; *quia non Deus volens iniquitatem tu es, neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.* Quemadmodum enim qui ægrotat, non manet ante oculos medici qui ſanare illum poſſit;

Manè orandum.

ἀντωνυμίαν κειμένην τῆς κληρονομούσης δηλοῦσαν τὴν οἰκειότητα; Οὕτω γοῦν τὰ τρία δηλώσασα πρόσωπα, τὸ ἑνιαῖον τῆς φύσεως ἀφορίζει. Καί φησι τὴν τριάδα τετίμηκα. φησὶ γάρ· Ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος· εἶτα ὁ Θεός σου· καὶ αὖθις κύριος, καὶ οὕτως ἐπήγαγεν εἷς ἐστι. Καὶ καλῶς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ὁ κύριος τοῖς Ἰουδαίοις ἐπέπληξε, ὅτι εἰ ἀνεγινώσκετε Μωυσῆ, ἐγινώσκετε ἂν ἐμέ. ἐκεῖνος γὰρ περὶ ἐμοῦ ἔγραψε.

Ψελλου. Τὰ μὲν ῥήματα κατὰ τὸν προφορικὸν λόγον συντιθέμενα τοῖς ὠσὶν εἰσὶν ἀκουστά· ἡ δὲ κραυγὴ, τουτέστιν, ἡ διὰ τῶν ἔργων οἷον συντεταμένη βοὴ, τοῦ συνιέντος δεῖται πρὸς κατανόησιν· ἡ δὲ προσευχὴ τῷ δεομένῳ παραμεμέτρηται. Ῥήματα δέ εἰσι τῆς κληρονομούσης, αἱ πρῶται τῶν ἀρετῶν, αἱ ἀτελέστεραί τε καὶ ἁπλούστεραι, καὶ τοῖς ἤθεσιν ἡμῶν κατορθούμεναι. Κραυγὴ δὲ ἡ συντονωτέρα περὶ τὰ μείζω σπουδή. Φωνὴ δὲ δεήσεως ἡ κατὰ θεωρίαν ἐνέργεια, ἧς καὶ μᾶλλον ἀκούει Θεός. Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων ἡ κληρονομοῦσα, καὶ τὰ νομικὰ ῥήματα, ἤτοι παραγγέλματα, καὶ τὰς τῶν Ἰουδαίων φωνὰς, καὶ τὴν διὰ τοῦ στόματος τούτων κραυγήν. ἃ δὴ πάντα ἠθέτηται, καὶ εἰς ὦτα κυρίου σαβαὼθ οὐκ εἰσενήνεκται, τὸ γράμμα τοῦ πνεύματος καταλύοντος.

δʹ. Οτι προς σε προσευξομαι.] Θεοδωρητου. Θαῤῥοῦσα γὰρ ὡς δέξῃ τὰς ἐμὰς ἱκετείας εὐθὺς τοῦ φωτὸς ἀνίσχοντος, τῶν βλεφάρων ἀποσεισαμένη τὸν ὕπνον, ὡς βασιλεῖ δὴ καὶ δεσπότῃ παρίσταμαι, καὶ αἴτησίν σοι προσφέρουσα. Οὐ παντὸς δέ ἐστι λέγειν, τῷ τῶν ὅλων Θεῷ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με· ἀλλὰ τῶν κατὰ τὸν μέγαν Ἠλίαν διὰ τὴν ἀπὸ τῆς πολιτείας παῤῥησίαν λέγειν θαῤῥούντων· ζῇ κύριος, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον.

Χρυσοστομου. Τίς γὰρ οὐχὶ τῷ Θεῷ προσεύχεται; Πολλοὶ μὲν δοκοῦσι προσεύχεσθαι τῷ Θεῷ, πρὸς δὲ ἀνθρώπων ἐπίδειξιν τοῦτο ποιοῦσιν. Ἀλλ' οὐκ αὕτη, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν ἀνατείνεται τὸν Θεὸν, τὰ ἀνθρώπινα πάντα ἀφεῖσα.

Ωριγενους. Ἅμα τῷ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον, παραστήσομαί σοι, καὶ ἐν θεωρίᾳ ἔσομαι. τοῦ μὴ εἶναί σε θέλοντα ἀνομίαν Θεὸν, μηδὲ παροικήσει σοι πονηρὸς, οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου. ὡς γὰρ οὐδὲ διαμένει νοσῶν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ δυναμένου θεραπεῦσαι αὐτὸν ἰατροῦ,

οὕτως

οὕτως οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι ἐναντίον τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ θεοῦ.

Ἀνωνύμου. Ἕλληνες μὲν δαιμονίοις λατρεύουσιν, Ἰουδαῖοι δὲ χειροποιήτῳ ναῷ προσανέχουσιν· ἐγὼ δὲ πρός σε προσεύξομαι τὸν ἐπὶ πάντων θεόν. Ἰουδαῖοι μὲν ἑσπέρας σοι τὴν διαβατήριον ἐτέλεσαν πανήγυριν· ὑπὸ γὰρ τὴν τοῦ νόμου σκιὰν ἐκάθηντο· ἐγὼ δὲ τὴν ψυχὴν φωτισθεῖσα ταῖς ἀστραπτούσαις αἴγλαις τοῦ πνεύματος, τῷ τῆς δικαιοσύνης ἡλίῳ σοι πρόσειμι, ὃς καὶ τῆς ἐμῆς εἰσακούσῃ φωνῆς, ὡς ὁ ἥλιος ἀνατείλας ἐκ τῆς παρθένου, καὶ τὰ πάντα πληρώσας μαρμαρυγῆς. Τὸ γὰρ μέχρι τῆς τοῦ κυρίου σαρκώσεως σκότος αὔτικρυς ἦν. εἶτα ταῖς ὀρθριναῖς ἀκτῖσιν ἐπὶ τῆς γῆς αὐτοῦ ἀνατείλαντος, ἀμαρυγμάτων ὁ κόσμος ἐμπέπλησται. Ἀλλ᾽ ὥσπερ (φησὶ) σὺ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τοῦ μυστηρίου ἀνατολῆς τῆς ἐμῆς εἰσακούσῃ φωνῆς, οὕτω δὴ κἀγὼ ταῖς τῶν ἀρετῶν λαμπρυνθεῖσα μαρμαρυγαῖς, καὶ οἷον τηλαυγὴς γινομένη, πρωῒ παραστήσομαί σοι τῷ ἀποθέτῳ κάλλει κεκοσμημένη, καὶ ταῖς τῶν ἀρετῶν ἀκτῖσι πεφωτισμένη, καὶ ἐπόψει με.

Ψελλοῦ. Πάντα μὲν γὰρ ἐφορᾷ ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμός. Ἰδιοτρόπως δὲ τοὺς μὲν δικαίους ἐφορᾶν, καὶ ἀκούειν αὐτῶν, τοὺς δὲ ἀσεβεῖς ἀποστρέφεσθαι λέγεται. Διὰ τοῦτο γάρ φησι, πρωῒ σοι παραστήσομαι, καὶ ἐπόψῃ με, ὅτι οὐχὶ θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ. πρὸς τίνα γάρ, φησιν, ἐπιβλέψω, ἀλλ᾽ ἢ πρὸς τὸν πρᾶον καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; Δηλοῖ δὲ καὶ τοὺς ἀνόμους ἡ κληρονομοῦσα, καὶ τὸν τῶν Ἰουδαίων ἀνομοῦντα λαόν, καὶ τὸν τοῦ κυρίου νόμον μὴ καταδεξάμενον, καὶ διὰ τοῦτο καλούμενον ἄνομον. Ὃ δὴ ὁ Παῦλος ἀκριβούμενος λέγει, οὐκ ὢν ἄνομος θεοῦ, ἀλλ᾽ ἔννομος Χριστοῦ, δεικνὺς ὅτι καὶ τὸν τοῦ Μωσέως νόμον ἐτήρησε, καὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ ἐτελείωσε. Οὐκ εἶπε δέ, οὐ συγκατοικήσει σοι, ἀλλ᾽ οὐ παροικήσει σοι. Ἔστι δὲ κατοικία μὲν ἔμμονος, ἐφ᾽ οὗ τις οἰκεῖ διαγωγή· παροικία δὲ πρόσκαιρος κατά τι χρειώδες διαγωγή. Τὸ γοῦν λεπτότερον ἡ κληρονομοῦσα ἐννοήσασα, Οὐ παροικήσει σοί, φησι, πονηρευόμενος, τουτέστιν, οὐδὲ μέχρι ἀκαριαίας ῥοπῆς παρεδρεύσει σοι. Ὅτι δὲ ταύτην ἔχει τὴν ἔννοιαν ἡ παροικία, ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ δηλοῖ γράφων ὁ Δαβίδ· Κύριε τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; τίς δὲ κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; τουτέστι, τίς τὸ

ſic neque permanebunt iniuſti ante oculos Dei. [CATENA PATRVM.]

Anonymi. Ethnici quidem dæmonia colunt, Iudæi verò manufacto templo attendunt; ego autem ad te orabo Deum vniuerſorum. Iudæi quidem veſpere tranſitoriam tibi panegyrim ſacrificabant, quoniam ſub legis vmbra ſedebant; ego autem ſecundùm animam coruſcantibus ſancti Spiritus radiis illuminata, tibi Soli iuſtitiæ aſſiſto, qui & meam vocem exaudies, tamquam ſol oriens ex Virgine, & omnia adimplens ſplendore. Nam vſque ad Domini incarnationem meræ erant tenebræ: at vbi ipſe matutinis radiis ſuis ſuper terram exortus eſt, mundus impletus eſt ſplendoribus. Ceterùm vt (inquit) tu in tempore ortus myſterij exaudies vocem meam; ſic vtique & ego virtutum ſplendoribus illuſtrata, & quaſi ſplendida effecta, manè adſtabo tibi reconditâ pulchritudine ornata, & virtutum radiis illuminata, & videbis me. [*Anima deuota oratio qualis.*] [*Chriſtus ſol oriens.*]

Pſelli. Omnia enim aſpicit oculus qui non dormitat. Propriè autem loquendo, iuſtos quidem aſpicere, & eos audire; impios verò auerſari dicitur. Idcircò enim inquit: *Manè aſtabo tibi, & videbis me, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.* Ad quem enim, inquit, reſpiciam, niſi ad manſuetum & tranquillum, & trementē ſermones meos? Heres autem taxat hîc iniquos, & impium populum Iudæorum, qui legem Domini non ſuſcepit, & idcircò impius nuncupatur. Quod vtique Paulus accuratè perpendens, ait, *Cùm ſine lege Dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti*: declarans ſe legem quoque Moyſis obſeruaſſe, ac Chriſti legem compleuiſſe. Non dixit autem, Non cohabitabit tibi, ſed, Non habitabit iuxta te. Κατοικία enim ſeu *incolatus*, eſt conſtans alicuius in domo aliqua commoratio; παροικία verò ſeu *accolatus*, eſt temporanea quædam ad certum vſum mora. Hoc itaque exactiùs hæc heres expendens, *Non habitabit*, inquit, *iuxta te malignus*; id eſt, ne puncto quidem temporis tecum commorabitur. Hunc autem ſenſum nomen hoc habere, in alio Pſalmo declarat Dauid, ita ſcribens: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* id eſt, Quis tabernaculum [*Deus iuſtos aſſiſtit, & ab impiis ſe auertit.*] [Iſaiæ 66, 2.] [1. Cor. 9, 21.] [*Incolatus & accolatus quomodo differāt.*] [*Malignus non cohabitat Deo.*] [Pſal. 14, 1.]

CATENA PATRVM.

naculum hoc corporeum accolatum arbitrabitur; conſtanter autem requieſcet in cæleſti commoratione? Malignus autem hic ſimilis eſt Iſraëli, qui malum malo accumulat, minori maius; vt peccato impietatem, & neci Prophetarum, Dei cædem. Quocirca ne ad breue quidem tempus cum Deo commoratus eſt. *Nec permanebunt iniuſti ante oculos tuos.* Quemadmodum enim qui oculis laborant, ſoli nequeunt obtueri: ſic vtique & iſti qui ſpiritalem oculum affectum habent, non poterunt ſtare ante oculos tuos. Oculi autem Dei ſunt leges, quæ datæ nobis ſunt ad noſtram inſtitutionem: vt quæ per Angelos Moyſi tradita eſt, ſecundùm Stephanum, & quæ ab ipſomet Domino nobis eſt annuntiata. Nam in harum nulla permanſerunt. Vnde cùm Euangelium quidem non ſuſceperint, *ἄνομοι*, ſeu *exleges*, à Dauide appellati ſunt: cùm verò primum teſtamentum violarint, *παράνομοι*, ſeu *tranſgreſſores*, nuncupati ſunt. Idcircò, inquit, *odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Qui quidem iniquitatem operatur, fuerit puer Iſraël; qui primùm quidem erat dilectus, nunc autem odio habitus. Hic enim iniquitatem operatus eſt, cùm auſus fuit leuare dextram aduerſus Deum legiſlatorem ſuum. Qui autem mendacium loquitur, eſt is qui rectis opinionibus repugnat; qui Filium ſcindit à Patre; qui Spiritum dicit eſſe ſubditum & ſeruum, ſed non Deum; qui vnionem incarnationis habitudinalem, & non hypoſtaticam eſſe tradit; qui naturas confundit. Hi profectò vel maximè pereunt, quoniam cùm dona Spiritus acceperint, ſeſe non tamquam ſpiritales, ſed tamquam Dei hoſtes ac tyrannos exhibuerunt.

Impius non ſuſtinet Dei oculos.

Lex oculus Dei.

Act. 7, 53.

Ἄνομος & παράνομος qui differat.

Iniqui ſunt Iſraëlitæ.

Mendaces ſunt ſchiſmatici, & hæretici.

EVSEBII. Non eos qui olim operati ſunt, ſed & illos qui etiam adhuc operantur, vtpote iniquitati immorantes, odit Deus. Ante omnes autem hos tradit ad interitum, qui non ſolùm ad decipiendum mendacia comminiſcuntur, verùm etiam qui ipſa proferunt, & aliis propinant; quales ſunt athei, hæretici: & ſupra omnes hos *virum ſanguinum abominabitur Dominus*, & in æquali cum hoc ſupplicio doloſum ſtatuit. Abominatio autem deſignat vehementem auerſionem; ita vt qui abominatur aliquem, magnâ erga ipſum violentiâ feratur.

Deus odit iniquos.

Abominatio quid ſignificet.

μὲν σωματικὸν σκηνῆς παροικίαν ἡγήσεται; ἀμεταθέτως δὲ κατασκηνώσει τὴν ἐν οὐρανοῖς κατοικίαν; Πονηρευόμενος δὲ οὗτός ἐστιν ὡς ὁ Ἰσραὴλ κακὸν προστιθεὶς κακῷ, μεῖζον ἐλάττονι, ὡς ἁμαρτίᾳ ἀσέβειαν, καὶ φόνῳ προφητῶν τὴν θεοκτονίαν. Διὰ τοῦτο οὐδὲ πρὸς βραχὺ παρῴκησε τῷ θεῷ· οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου. Ὥσπερ γὰρ οἱ νοσοῦντες τὰς ὄψεις, ἀντιβλέψαι οὐ δύνανται τῷ ἡλίῳ· οὕτω δὴ κἀκεῖνοι τὸ νοερὸν ὄμμα κεκακωμένοι, οὐ δυνήσονται στῆναι κατέναντι τῶν σῶν ὀφθαλμῶν. Ὀφθαλμοὶ δὲ τοῦ θεοῦ, οἱ δοθέντες ἡμῖν εἰς παιδαγωγίαν νόμοι, ὅτι διὰ τῶν ἀγγέλων τῷ Μωυσῇ διαταγεὶς, ὥς φησιν ὁ Στέφανος, καὶ ὁ παρ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῖν εὐαγγελισθείς. Οὐδενὶ γὰρ τούτων παραμεμενήκασιν. Ὅθεν ὡς μὲν τὸ εὐαγγέλιον μὴ δεξάμενοι, ἄνομοι παρὰ τῷ Δαβὶδ ὠνομάσθησαν· ὡς δὲ τὴν προτέραν διαθήκην παραβεβηκότες, παράνομοι προσεκλήθησαν. Διὰ τοῦτό, φησιν, ἐμίσησας πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Ὁ μὲν τὴν ἀνομίαν ἐργαζόμενος, ὁ παῖς ἂν εἴη Ἰσραὴλ, ὁ πρὶν μὲν ἠγαπημένος, νῦν δὲ μεμισημένος. Οὗτος γὰρ τὴν ἀνομίαν εἰργάσατο, τολμήσας ἐπὶ τὸν νομοδότην θεὸν ἐπᾶραι τὴν δεξιάν. Ὁ δὲ τὸ ψεῦδος λαλῶν, ὁ ταῖς ὀρθαῖς δόξαις ἀντικείμενός ἐστιν· ὁ τὸν υἱὸν ἀποτέμνων ἀπὸ τοῦ πατρός· ὁ τὸ πνεῦμα λέγων ὑπήκοον καὶ δοῦλον, ἀλλ' οὐ θεόν· ὁ τὴν περὶ τὴν οἰκονομίαν ἕνωσιν σχετικὴν, ἀλλ' οὐχ ὑποστατικὴν διδούς· ὁ τὰς φύσεις συγχέων. Οἳ δὴ καὶ μάλιστα ἀπολοῦνται, ὅτι παραδεξάμενοι τὰ τοῦ πνεύματος, οὐχ ὡς πνευματικοὶ διετέθησαν, ἀλλ' ὡς θεομάχοι, καὶ τυραννικοί.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐ τοὺς ποτὲ ἐργαζομένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔτι καὶ νῦν ἐργαζομένους, ὡς ἂν ἐπιμένοντας τῇ κακίᾳ, μισεῖ ὁ θεός. Παρὰ πάντας δὲ τούτους ἀπωλείᾳ παραδίδωσι, τοὺς μὴ μόνον κατ' ἀπάτην λογιζομένους τὰ ψευδῆ, ἀλλὰ καὶ λαλοῦντας αὐτὰ, καὶ ἑτέροις διακονουμένους, ὁποῖοι τυγχάνουσιν οἱ ἄθεοι, αἱρεσιῶται· καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸν ἄνδρα αἱμάτων βδελύσσεται κύριος, καὶ ἐν τῇ ἴσῃ τούτῳ τιμωρίᾳ καὶ τὸν δόλιον τίθησιν. Ὁ δὲ βδελυγμὸς ὑπερβάλλουσαν ἀποστροφὴν, ὡς ἐπὶ μεγάλῳ βιάσματι τοῦ βδελυσσομένου πρὸς τὸν βδελυκτὸν παρίστησι.

ΑΚΩ-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τούτου ἀληθοῦς ὄντος, οὐκ ἔστιν ἐκ Θεοῦ τὸ κακὸν, ὡς οἴονται οἱ ἐν ὑποστάσει τὴν κακίαν τιθέμενοι. Ἀπόλλυσι δὲ τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος· ἢ ψεῦσταί εἰσιν, ἢ ἐπιγνῶσι τὴν ἀλήθειαν, ἣν καὶ πάλαι ᾔδεισαν. Πάντων δὲ τῶν λαλούντων τὸ ψεῦδος ἀπολλυμένων, ἀπολεῖται κἀκεῖνος περὶ οὗ εἴρηται· Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ. εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἔστι κατ' οὐσίαν κακός. Οὐ γὰρ ἅμα τῷ γενέσθαι, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα τραπεὶς, ἀρχὴν τοῦ λαλεῖν τὸ ψεῦδος ἔσχε. Κριτέον δὲ ἐκ προθέσεως, ἀλλ' οὐκ ἐκ μόνης φωνῆς τὸν ψευδόμενον, ἵνα μὴ ὦσιν ὑπὸ τὴν ἀπειλὴν οἱ οἰκονομικῶς ποτὲ τοῦτο πεποιηκότες, ὡς Ῥαάβ. Ἔδοξε γὰρ ψεύδεσθαι πρὸς τοὺς ἀναζητοῦντας ἀποκτεῖναι τοὺς κατασκόπους, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ περιέχεται. Ὑπὸ Ἰησοῦ γὰρ ἀποσταλέντες ἐπαινετοὶ τῆς προθέσεως ἦσαν. Ἀλλ' οὐδὲ ἀνὴρ αἱμάτων λεχθείη, ὁ κατὰ νόμον θεῖον ἀποκτείνων τοὺς ἀξίους τοῦτο παθεῖν· ἐπεὶ μὴ λέγωμεν Σαμουὴλ καὶ Ἠλίαν τοὺς μεγάλους ἄνδρας μαρτυρηθέντας, ὑποκεῖσθαι τοῖς ἐγκλήμασι ἀνῃρηκότας ἀσεβεῖς τινας. Τούτων ὀρθῶς ὁμολογουμένων, τὸν κατὰ παράβασιν νόμου αἴτιον ἀναιρέσεως ἀνθρώπου γενόμενον, φόνων καὶ αἱμάτων ἄνδρα λεκτέον. Καὶ τὸ δόλιον δὲ εὐλόγως παρέζευκται. Πῶς γὰρ ὁ σὺν δόλῳ φονικῶς αἵματα ἀνθρώπων ἐκχέων, οὐ βδελυκτὸς Κυρίῳ;

ΨΕΛΛΟΥ. Ἄνδρες αἱμάτων εἰσὶν οἱ ἀπὸ σαρκὸς γεννηθέντες, καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀναγεννηθέντες, οἱ ἐκ θελήματος σαρκὸς ἐσχηκότες τὴν πρόοδον. οὓς δὴ εἰκότως βδελύσσεται Κύριος. Δέον γὰρ ἡμᾶς τῷ τῆς θεότητος καταστράπτεσθαι φωτὶ, καὶ οὕτω προσιέναι Θεῷ. Οἱ δὲ ὡς ἄνθρωποι αὐτῷ πρόσιμεν (ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν ὡς κτηνώδεις, καὶ ὡς ἐχιδνῶν καὶ ἀσπίδων γεννήματα· τοιοῦτοι γὰρ οἱ δόλιοι, οἱ τὴν μὲν καρδίαν εἰς θηρίων μεταβαλόντες ὠμότητα) ἀνθρώπου μορφὴν περικείμενοι.

η. ΕΓΩ ΔΕ ΕΝ ΤΩ ΠΛΗΘΕΙ ΤΟΥ ΕΛΕΟΥΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τοιούτων ἡ ἐκκλησία συνείλεκται, ἑλλήνων, μάγων, ἀνδροφόνων, γοήτων, ψευστῶν, ὑπούλων· (εἶπε δὲ, ὅτι μισεῖς καὶ ἀποστρέφῃ τοὺς τοιούτους) δείκνυσιν ὅτι αὐτὴ οὐ κατὰ δικαιοσύνην καὶ κα-

ANONYMI. Hoc cùm ita verè ſe habeat, non eſt ex Deo malum, vti arbitrantur qui in ſubſtantia malum ponunt: *Perdit autem omnes qui loquuntur mendacium:* ſiue mendaces ſint, ſiue agnoſcant veritatem, quam etiam antiqui nouerant. Perditis autem iis omnibus qui mendacium loquuntur, perdetur etiam is de quo dictum eſt: *Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur.* Quòd ſi ita ſit, haudquaquam ſecundùm ſubſtantiam malus eſt. Non enim ſimul vt extitit, ſed poſtquam peruerſus fuit, mentiri cœpit. Ceterùm mendax ex animi propoſito, non ex ſola voce cenſendus eſt, ne iſtam comminationem etiam incurrant ij qui aliquando id diſpenſatoriè fecerunt, vti Raab. Mentiri enim videbatur iis qui ad necem quærebant exploratores, vti in libro Ieſu Naue perhibetur. Etenim laudabiles erant in propoſito ſuo, qui à Ieſu miſſi fuerant. Verùm neque vir ſanguinum dicendus eſt, qui, iuxta legem diuinam, morte dignos occidit: ne etiam dicamus Samuëlem & Eliam, qui meritò viri maximi habiti ſunt, culpis obnoxios fuiſſe, cùm quoſdam impios è medio ſuſtulerunt. His ita rectè definitis, qui per legis tranſgreſſionem homicidij reus exiſtit, is profectò vir ſanguinum & homicida dicendus eſt. Quin & *doloſum* meritò adiunxit. Quomodo enim is qui doloſè occidendo humanum ſanguinem effundit, non abominabilis ſit Domino?

CATENA PATRVM. *Malum non eſt ex Deo.* *Deus perdit mendaces.* Ioan. 8, 44 *Mendax quis cenſendus.* Ioſ. 2. *Vir ſanguinum quis.*

PSELLI. Viri ſanguinum ſunt hi qui ex carne nati, necdum ex Spiritu ſancto renati ſunt, qui ex voluntate carnis ortum habent; quos vtique meritò Dominus abominatur. Oportet enim nos ad diuinitatis lumen conuerti, atque ita accedere ad Deum. Qui autem tamquam homines ad ipſum accedimus (parco enim dicere tamquam pecora, & viperarum & aſpidum genimina; tales enim ſunt doloſi, qui cor ſuum in ferarum immanitatem commutarunt) hominis formam gerimus.

Homines carnales Deo exoſi. *Doloſi viperis ſimiles.*

8. EGO AVTEM IN MVLTITVDINE MISERICORDIÆ.] CHRYSOSTOMI. Cùm enim ex ſimilibus Eccleſia collecta ſit, vtpote Gentilibus, magis, homicidis, impoſtoribus, mendacibus, ſubdolis; (dixerat autem, Quoniam odiſti & auerſaris eos qui ſunt iſtiuſmodi) oſtendit ſe non per iuſtitiam & bo-

CATENA PATRVM.

Non per iuſtitiam, ſed ſecundùm miſericordiam liberamur à malo.

na opera, ſed ſecundùm miſericordiam ab illis liberatam eſſe. Ceterùm deinceps in domum Dei introducitur. Denique cùm ea quæ Dei ſunt commemorauit, recenſet etiam ſua, dicens: *Adorabo ad templum,* Hunc locum ſacrum, inquit, non, vt plerique orantium, diſtracti, oſcitantes, deſides, ſed cum timore ac tremore ingrediar.

Origenis. Cùm maligni & iniqui non habitent iuxta te, neque ſub aſpectum tuum maneant, ego per miſericordiam tuam introibo in domum tuam. Sic enim etiam dicere potero: *Manè adſtabo tibi, & videbis me.* Et quoniam non aliter quàm tuâ miſericordiâ intrabo in domum tuam, cum plurima reuerentia (ſeu, vt ait, timore tuo) adorabo te ſpiritu & veritate, accedens ad templum ſanctum tuum: templum autem & domus Dei, eſt affectio ſancta, & virtute prædita, quam qui habent, loquuntur cum confidentia. Chriſtus autem tamquam filius eſt ſupra domum eius, cuius domus ſumus nos. Quin etiam conſentiunt cum aliis fidelibus qui ſcribunt: Templum ſanctum eſtis, & corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, quem habetis à Deo. Quomodo enim non ſit domus & templum Dei, qui ſeruat ſermonem Chriſti, apud quem Filius & Pater manſionem faciunt? Poſſet enim Eccleſiaſtica ſententia ac doctrina, domus Domini, & templum eius appellari. patet hoc ex iis quæ ſcripta ſunt Timotheo: *Vt ſcias quomodo oporteat te in domo * Domini conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui.* Secundùm vtramque contemplationem ingreditur quis in domum Domini, & adorat ad templum ſanctum magis per Dei miſericordiam, quàm per propriam viuendi rationem atque prudentiam.

Templum Dei eſt affectio ſancta.

1. Cor. 6, 19.

Ioan. 14, 23.

1. Tim. 3, 15.

* Vulg. Dei

Pselli. Domus Dei eſt mens puriſſima: anima autem media eſt inter mentem & ſenſum. Aliquando quidem egreditur, aliquando verò ingreditur. Egreditur quidem, dum in vitam hanc effunditur per ſenſus: ingreditur verò, dum ad ſupremam ſui portionem, nempe mentem, introuertitur, in qua Deus commoratur. Ingreditur autem haud ſibi ipſi confidens, ſed in multitudine miſericordiæ Domini. Hoc eſt quod Euangeliũ etiam ait: *Intra in cubiculum tuum,* &c. Ianua enim eſt

Anima media eſt inter mentem & ſenſum.

Anima noſtra quando ingredi & egredi dicatur.

Math. 6, 6

Ianua ſunt ſenſus, cubiculum mens eſt.

προβώματα, ἀλλὰ κατὰ φιλανθρωπίαν ἀπαλλαγεῖσαν ἐκείνων· εἶτα λοιπὸν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ εἰσάγεται. Εἶτα ἐπειδὴ εἶπε τὰ τοῦ θεοῦ, λέγει καὶ τὰ παρ' ἑαυτῆς· Προσκυνήσω πρὸς ναόν. Ταύτην εἰσιέναι τὴν θυσίαν φησίν, οὐχ' ὡς οἱ πολλοὶ τῶν προσευχομένων, κατακλώμενοι, χασμώμενοι, ναρκῶντες, ἀλλὰ καὶ μετὰ φόβου καὶ τρόμου.

Ὠριγένους. Τῶν πονηρευομένων καὶ παρανόμων οὐ παραμενόντων σοι, οὐδὲ διαμενόντων ὑπὸ τὴν θεωρίαν σου, ἐγὼ ἐλέῳ τῷ σῷ εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου. Οὕτω γὰρ καὶ εἰπεῖν δυνήσομαι, τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με. Καὶ ἐπεὶ οὐκ ἄλλως ἢ ἐλέῳ τῷ σῷ εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου, σὺν εὐλαβείᾳ πολλῇ (ὀνομαζομένῃ φόβῳ σου) προσκυνήσω σοι πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, ἐλθὼν πρὸς τὸν ἅγιόν σου ναόν. ναὸς δὲ καὶ οἶκος θεοῦ, ἡ ἁγία καὶ ἐνάρετος κατάστασις, ἣν οἱ ἔχοντες μετὰ παῤῥησίας φασί. Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκος ἐσμὲν ἡμεῖς. Ἀλλὰ καὶ προσσυστατοῦσιν ἑτέροις πιστοῖς γράφοντες· Ναὸς ἅγιός ἐστε, καὶ τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἁγίου πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ὑπὸ θεοῦ. Πῶς γὰρ οὐκ οἶκος καὶ ναὸς θεοῦ, ὁ τηρῶν τὸν Ἰησοῦ λόγον, πρὸς ὃν ὁ υἱὸς καὶ ὁ πατὴρ μονὴν ποιοῦνται; Δυνατὸν καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν γνώμην καὶ διδασκαλίαν, οἶκον κυρίου φάναι καὶ ναὸν αὐτοῦ· δηλοῦται τοῦτο ἐκ τῶν γραφομένων Τιμοθέῳ· Ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ σε ἐν οἴκῳ κυρίου ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος. Κατ' ἀμφοτέρας θεωρίας εἰσέρχεταί τις εἰς τὸν οἶκον, καὶ προσκυνεῖ πρὸς ναὸν τὸν ἅγιον κυρίου ἐλέῳ θεοῦ μᾶλλον ἢ οἰκείᾳ πολιτείᾳ καὶ φρονήσει.

Ψελλοῦ. Οἶκος τοῦ θεοῦ ἐστιν ὁ καθαρώτατος νοῦς, ἡ δὲ ψυχὴ μέση νοῦ τυγχάνει καὶ αἰσθήσεως. Ποτὲ μὲν ἔξεισι, ποτὲ δὲ εἴσεισι. Ἔξεισι μὲν εἰς τόνδε τὸν βίον χεομένη διὰ τῶν αἰσθήσεων· εἴσεισι δὲ ἔνδον στραφεῖσα πρὸς τὸν ὑπερκείμενον αὐτῆς νοῦν, ἐν ᾧ ἐνδιαιτᾶται θεός. Εἰσέρχεται δὲ, οὐχ' ἑαυτῇ θαῤῥήσασα, ἀλλὰ τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους κυρίου. Τοῦτο καὶ τὸ εὐαγγέλιον λέγει· εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖον σου, καὶ τὰ ἑξῆς. Θύρα μὲν γάρ ἐστιν ἡ αἴσθησις, δι' ἧς ὁ θάνατος λαθὼν εἴσεισι· ταμιεῖον δὲ ἐν ᾧ ὁ ἀπόθετος ταμιεύεται

ſenſus, per quam mors clanculum ingreditur; cubiculum verò, in quo reconditus the-

ſaurus

μιεύεται θησαυρὸς, ὁ νοῦς. κλεῖς τῆς τοιαύτης θύρας, ἡ διὰ τῆς ἀρετῆς προσοχή. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλως δυνηθείημεν προσδέξασθαι τὸν θεὸν, εἰ μὴ τῇ θύρᾳ τῶν αἰσθήσεων ἐπιζυγώσαντες εἰσέλθοιμεν εἰς τὸν νοῦν.

Τοῦ αὐτοῦ. Ναὸς τοῦ θεοῦ ἅγιος ὃ προσείληφε πρόσλημμα, ὃ δὴ καὶ ὄρος παρὰ τοῦ προφήτου ὠνόμασαι. ἔσαι γὰρ ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ κυρίου ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων. Τοῦτον δὴ τὸν ναὸν προσκυνήσω τῷ σῷ φόβῳ τετειχισμένη, τὴν σὴν ἐπιδημίαν δεξαμένη τε καὶ προσβαλοῦσα· ἀλλ' οὐχὶ τὸν χειροποίητον τὸν ἐπὶ τῆς Σιὼν ᾠκοδομημένον.

θ'. Κύριε ὁδήγησόν με.] Χρυσοστόμου. Διὰ τούτων παιδεύει τὸν ἀκροατὴν πρότερον ὕμνους ἀναφέρειν εἰς τὸν θεὸν, καὶ εὐχαριστεῖν ἐφ' οἷς ἔπαθε· καὶ τότε ἅπερ βούλεται αἰτεῖν, καὶ εὐχαριστεῖν ἐφ' οἷς λάβῃ. Ὁρᾷς πῶς ἐπίκηρος αἰτεῖ, δεῖται δὲ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας; Οἱ γὰρ ταύτην ὁδεύοντες τὴν ὁδὸν, μάλιστα δέονται τῆς ἄνω ῥοπῆς. Καλῶς δὲ εἶπεν ὁδήγησόν με. Ὁδὸς γὰρ ὁ παρὼν βίος, δεόμενος τῆς ἄνωθεν χειραγωγίας. Τί δέ ἐστιν ἕνεκεν τῶν ἐχθρῶν μου; πολλοί μοι ἐπανέστησαν πολέμιοι, οἱ βουλόμενοι παρεκκλῖναί μου τὰ διαβήματα, ἀλλ' αὐτὸς ὁδήγησόν με, κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, τουτέστι δήλην ποίησον, σαφῆ, γνωρίμην. Ἕτερος ἑρμηνευτὴς εἶπεν· Ὁμάλισον ἔμπροσθέν μου τὴν ὁδόν σου, τουτέστι ῥᾳδίαν ποίησον, καὶ εὔκολον.

Ψελλοῦ. Οἷα τῆς κληρονομούσης ἡ ἐπιείκεια; Εὔχεται γὰρ κατευθυνθῆναι αὐτῆς τὴν ὁδὸν, ἕνεκα τῶν ἀντικειμένων αὐτῇ. Ἀντίκειται δὲ τῇ σώφρονι καὶ κληρονόμῳ, ἡ πόρνη τε καὶ ἀπόβλητος. Ἐὰν οὖν τὰς ἐμάς, φησι, κατευθύνῃς τρίβους, παραζηλοῖ με ἡ τοῦ ἀπωσμένου ἀδελφοῦ μερὶς, καὶ κατ' ἴχνος ἐμοὶ βαδιεῖται πρὸς σέ. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου βοᾷ· ὅτι ὥσπερ ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ ἀθετήσασά με ἑτέρῳ προσεκολλήθη ἀνδρὶ, οὕτω κἀγὼ τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν ἐμαυτῷ γυναῖκα προσήρμοσα, καὶ ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ αὐτὴν παρεζήλωσα. Εἶτα ἀγανακτεῖ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι ταύτης, μᾶλλον δὲ ἀνακαλύπτει τὰς ἐν τῇ ψυχῇ ταύτης πληγὰς, ἵνα τύχῃ τοῦ θεραπεύσαντος.

ι'. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια.] Χρυσοστόμου. Ἐμοὶ δοκεῖ καὶ περὶ τῶν ἐν πλάνῃ διαλεγόντων ταῦτα

ſaurus reponitur, mens eſt. Clauis huius oſtij eſt ſtudium virtutum. Haud enim aliter poterimus orare Deum, niſi, occluſo ſenſuum oſtio, in mentem ingrediamur. CATENA PATRVM. *Clauis ſtudium virtutum.*

Eivsdem. Templum Dei ſanctum eſt corpus quod aſſumpſit. quod etiam à Propheta mons appellatur. *Erit enim manifeſtus mons Domini, & domus Domini in vertice montium.* Hoc vtique templum adorabo in timore tuo confirmata, aduentum tuum & ſuſcipiens, & annuntians: non autem illud manu factum quod ædificatum eſt in monte Sion. *Corpus Chriſti eſt templum & mons Dei.*

9. Domine dedvc me.] Chrysostomi. Per hæc docet auditorem, vt primùm laudes Deo offerat, & gratias agat pro iis quæ paſſus eſt: & tunc petat quæcumque voluerit, & pro obtentis gratias agat. Vides vt debilis ſit quæ petit, opus autem habeat auxilio ſuperno? Qui enim hanc viam ingrediuntur, maximè ſuperno fauore opus habent. Pulchrè autem dixit: *Deduc me.* Via enim eſt præſens vita, supernâ manuductione indigens. Quid autem ſibi vult illud quod ait: *Propter inimicos meos?* q. d. Multi inſurrexerunt aduerſus me inimici, qui volunt declinare greſſus meos, ſed tu ipſe *deduc me, dirige in conſpectu tuo viam meam*, id eſt, manifeſtam fac, & apertam, ac notam. Quidam alius interpres ait: *Complana coram me viam tuam*, id eſt, facilem redde atque expeditam. *Quis ordo ſeruandus ſit in oratione.* *Via vita huius directione indiget.*

Pselli. Quanta eſt hæc heredis huius manſuetudo! Rogat enim dirigi viam ſuam, propter inimicos ſuos, ipſi aduerſantes. Aduerſatur autem caſtæ & heredi, adultera & repudiata. Cùm itaque, inquit, greſſus meos direxiſti, ad æmulationem me prouocauit pars illa fratris repudiati, & directè contra me ad te accedit. Hoc enim eſt quod etiam Deus per prophetam clamat: quòd, quemadmodum Iudæorum ſynagoga me repudiato adhæſit alteri viro, ſic & ego Eccleſiam ex Gentibus mihi in vxorem adoptaui, & in gente inſipiente ipſam ad æmulationem prouocaui. Deinde iraſcitur peccatis eius, quin potiùs animæ ipſius plagas detegit, vt medicum nanciſcatur. *Propter inimicos opus eſt directore.*

10. Qvoniam non est in ore eorvm veritas.] Chrysostomi. Mihi videtur etiam hæc dicere de iis qui loquuntur ad deci-

Catena Patrum.

piendum, & viuunt in iniquitate. Vtrorumque enim & os, & mens, quaſi bonis vacua, perſtringuntur.

Anonymi. Quemadmodum Salomon cùm laudat ſapientiam, ex omnibus membris ipſi laudem plectit (commendat enim & caput eius, & collum, & oculos ſcintillantes, & manus, & brachia :) ſic vtique etiam Dauid, cùm exheredem Iſraëlem perſtringit, imò potiùs ipſius vulnus oſtendit totum corpus inuaſiſſe, & os medico detegit, & cor ob oculos ponit, ac deinde guſtatum quoque eius malè affectum eſſe ſubiungit. Ceterùm per os quidem deſignat receptaculum rerum abſurdarum, per cor verò radicem operum prauorum, per fauces autem ſtudioſiorem compoſitionem cogitationum abſurdarum extrinſecus aduenientium, per linguam verò deceptionem ſimpliciorum, per quam multi in eamdem cum ipſis ruinam & interitum inducti ſunt.

Quæ membra quibus vitiis accommodentur.

11. Ivdica illos Devs.] Origenis. Peccatori magis prodeſt à Deo iudicari, quàm eſſe extra iudicium eius. Atque à malignis cogitationibus decidere, minimè malum eſt decidenti, dum ad prauum illorum finem non peruenit; ſicuti haud bonum eſt non pertingere ad finem meliorum. Perquam verò lepidum eſt, quomodo non dixerit, vnde expelleret; ne id multis clarum euaderet. Exiſtimo autem ab impietatibus eorum, ſecundùm multitudinem earum. Neque enim Deus à ſe quemquam repellit. Nam, inquit, *qui elongant ſe à te, peribunt.*

Peccatori bonum eſt à Deo iudicari, & à malo decidere.

Pſal. 72,27

12. Et lætentvr omnes qvi sperant in te.] Pselli. Lætitia autem eius qui ſperat in Domino, eſt etiam alios videre ſibi coheredes bonorum paternorum, qui vtique etiam in ſæcula exultabunt. Mundana ſiquidem exultatio in contrariam deſinit affectionem, & damno accepto ſiſtitur: cæleſtis autem delectatio æterna eſt, & numquam ceſſat. Inhabitat enim in lætantibus ipſemet Deus, qui eſt pulchritudo multùm deſiderabilis, voluptas immarceſcibilis, exultatio perennis.

Lætitia ſperantium qualis.

Chrysostomi. His enim vel maximè gloriandum eſt ſolis. Quoniam qui in rebus ſæcularibus gloriatur, non differt ab iis qui

Gloriatio ſæcularium inanis.

λέγειν, καὶ περὶ τῶν ἐν πονηρίᾳ ζώντων. Ἐκατέρων γὰρ καὶ τὸ στόμα, καὶ ἡ διάνοια, ὡς ἔρημα τῶν ἀγαθῶν διαβάλλονται.

Ἀνωνύμου. Ὥσπερ ὁ Σολομὼν ἐπαινῶν τὴν σοφίαν, ἐκ παντὸς αὐτῇ μέλους πλέκει τὸν ἔπαινον (ἐγκωμιάζει γὰρ αὐτῆς καὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὰ φεγγοβόλα ὄμματα, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς βραχίονας·) οὕτω δὴ καὶ ὁ Δαβὶδ διαβάλλων τὸν ἀπόκληρον Ἰσραὴλ, μᾶλλον δὲ δεικνὺς τὴν πληγὴν αὐτοῦ ὁλοσώματον, καὶ τὸ στόμα ἀνακαλύπτει τῷ ἰατρῷ, καὶ τὴν καρδίαν ὑπ᾽ ὄψιν τίθησιν· εἶτα καὶ τὸ τῆς γεύσεως ὄργανον νενοσηκὸς ὑποτίθησιν. Ἀλλὰ διὰ μὲν τοῦ στόματος τὴν παραδοχὴν τῶν ἀτόπων μηνύει, διὰ δὲ τῆς καρδίας τὴν ῥίζαν τῶν πράξεων· διὰ δὲ τοῦ λάρυγγος τὴν ἐπιμελεστέραν ἐργασίαν τῶν ἔξωθεν ἐπεισεληλυθότων ἀτόπων λογισμῶν, διὰ δὲ τῆς γλώττης τὴν ἐξαπάτην τῶν ἀφελεστέρων, δι᾽ ἧς πολλοὶ εἰς τὸν τῶν αὐτῶν ὑπήχθησαν ὄλεθρον.

ια΄. Κρινον αυτους ο θεος.] Ωριγενους. Τῷ ἁμαρτάνοντι λυσιτελεῖ μᾶλλον ὑπὸ Θεοῦ κριθῆναι, ἢ ἔξω εἶναι τῆς κρίσεως. Καὶ τὸ ἀπὸ μοχθηρῶν διαβουλιῶν ἀποπεσεῖν οὐ κακὸν τῷ ἀποπίπτοντι, οὐκ ἐρχομένῳ ἐπὶ τὸ μοχθηρὸν αὐτῶν τέλος· ὡς οὐ καλὸν τῶν κρειττόνων μὴ ἐπὶ τέλος ἐλθεῖν. Πάνυ δὲ χαρίεν, πῶς οὐκ εἴρηκε πόθεν ἐξωσθήτω, ἵνα μὴ τοῖς πολλοῖς σαφὲς ᾖ. Οἶμαι δὲ ὅτι ἀπὸ τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν, κατὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἐξωθεῖ ὁ Θεός τινας. Οἱ γὰρ μακρύνοντες, φησὶν, ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται.

ιβ΄. Και ευφρανθητωσαν παντες οι ελπιζοντες επι σε.] Ψελλου. Εὐφροσύνη δέ ἐστι τοῦ ἐλπίζοντος ἐπὶ Κύριον· τὸ καὶ ἑτέρους ὁρᾶν συγκληρονόμους αὐτῷ τῶν πατρικῶν ἀγαθῶν, οἳ δὴ καὶ εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται. Ἡ μὲν γὰρ κοσμικὴ ἀγαλλίασις πρὸς τὴν ἐναντίαν περατοῦται διάθεσιν, καὶ συμφορᾶς ἐπιλαβούσης ἵσταται· ἡ δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἡδονὴ ἀΐδιός ἐστι, καὶ ἀκατάλυτος. Κατασκηνοῖ γὰρ ἐπὶ τοὺς ἀγαλλιωμένους αὐτὸς ὁ Θεὸς τὸ πολυπόθητον κάλλος, ἡ ἀκήρατος ἡδονὴ, ἡ διηνεκὴς ἀγαλλίασις.

Χρυσοστόμου. Τούτοις γὰρ μάλιστα καυχᾶσθαι προσήκει μόνοις. Ὡς ὅγε ἐπὶ τοῖς βιωτικοῖς καλλωπιζόμενος, οὐδὲν διαφέρει τῶν

τῶν ὄναρ τρυφώντων. Καὶ ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν οὕτω διακειμένων παρὰ ἀνθρώπων χλευάζονται, γελῶνται, καταφρονοῦνται, καὶ μάλιστα τὴν ἀρετὴν μετιόντες, ἵνα μηδεὶς τῶν παχυτέρων ἐκ τούτων καταπίπτῃ, ὅρα πῶς ἀνέχει τὴν διάνοιαν αὐτῶν, λέγων· Ὅτι σὺ εὐλογήσεις δίκαιον. Τί γὰρ βλάβος ἀνθρώπων καταφρονούντων, καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, ὅταν ὁ τῶν ἀγγέλων δεσπότης ἐπαινεῖ, καὶ ἀνακηρύττει;

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εἰ κρείττονές οἱ ἀγαπῶντες τῶν φοβουμένων, τὸ καυχᾶσθαι μᾶλλον οὐ τῶν φοβουμένων ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν ἀγαπώντων. Εἰ δέ τις εὔλογος καύχησις καὶ ἐν φόβῳ κυρίου, ἐλάττων ἐστὶν αὕτη τοῦ καυχήσονται ἐν σοί. Εὐλογεῖ δὲ Νῶε τὸν Σὴμ καὶ τὸν Ἰάφεθ, εὐλογεῖ Μελχισεδὲκ τὸν Ἀβραάμ, καὶ ὁ Ἰσαὰκ τὸν Ἰακώβ, καὶ ὁ Ἰακὼβ τοὺς δώδεκα, καὶ ὁ Μωσῆς τὰς φυλάς· ἀλλὰ ὑπὲρ πάντα ταῦτα καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸς ὁ κύριος εὐλογήσει τὸν δίκαιον.

ΨΕΛΛΟΥ. Οὐκ εἶπεν, οἱ ἀγαπῶντες τὴν σὴν οὐσίαν, (φοβερὸν γὰρ ἐδόκει τοῦτο τῷ Δαβίδ, μᾶλλον δὲ τῇ κληρονομούσῃ ψυχῇ.) ἀλλ' οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου, ἀγαπητὸν γάρ. εἰ καὶ πρὸς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τὴν ἡμετέραν ἀγάπην παραμετρήσομεν, ὃ δὴ καὶ ἄρρητόν ἐστι καὶ ἀπόρρητον, καὶ τοῖς μὲν Ἰουδαίοις οὐκ ἔγνωσται, εἰ μὴ ἐν γράμμασι· πρὸς ἡμᾶς δέ φησιν· Ἐγνώρισα τούτοις τὸ ὄνομά σου. Ἔστι δὲ κατὰ τὸν Σολομῶντα, μύρον ἐκκενωθὲν τὸ ὄνομά σου.

ιγ'. ΩΣ ΟΠΛΩ ΕΥΔΟΚΙΑΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πάλιν εἰς εὐχαριστίαν κατέληξεν, εὐχαριστηρίους ὕμνους ἀναφέρων τῷ Θεῷ. Τί δέ ἐστιν ὅπλον εὐδοκίας; ὅπλον ἄριστον, ὅπλον κατὰ γνώμην Θεοῦ. Τί δέ ἐστιν ὅ φησιν, ὡς πανοπλίᾳ εὐαρεστήσει στεφανώσεις ἡμᾶς; Ὁ δὲ ἕτερος, Στεφανώσεις τῇ δικαιοσύνῃ τὸν δίκαιον. ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι ἡ εὐαρέστησις ἀντὶ τοῦ ὅπλου γίνεται, ὅπλου καλλίστου, ἢ ἐκεῖνο, ἢ τὸ ἕτερον. Ὅτι συμμαχίᾳ καλλίστῃ τειχίζεις τὸν δίκαιον· καὶ οὔτε τὸ κάλλος αὐτοῦ ἀσφαλείας ἀπεστέρηται, οὔτε ἡ ἀσφάλεια αὐτοῦ δόξης ἐστὶν ἔρημος. Οὗτος ὁ στέφανος καὶ ἀπὸ ἐλέους πλέκεται, ὥς φησι· τὸν στεφανοῦντά σε ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. Οὗτος καὶ ἀπὸ δικαιοσύνης συντίθεται, ὡς ὁ Παῦλός φησι· Λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος.

in ſomnio delectantur. Et cùm plurimi illorum qui ſic affecti ſunt, ab hominibus malè excipiantur, irrideantur, contemnantur, tum vel maximè illi qui virtutem colunt, ne quis rudiorum hinc animis concideret, vide quomodo mentem ipſorum erigat, dicens: *Quoniam tu benedices iuſto.* Quid enim obeſt, ſi homines, & vniuerſus orbis deſpiciant, quando Dominus Angelorum laudat atque deprædicat? CATENA PATRVM.

ORIGENIS. Si meliores ſint qui diligunt quàm qui timent, gloriatio magis conuenit diligentibus quàm timentibus. Si quæ autem etiam in timore Domini laudabilis exiſtat gloriatio, vtique minor eſt eâ qua gloriabuntur in te. Benedicit autem Noë Semo & Iaphetho; benedicit Melchiſedech Abrahamo; & Iſaac Iacobo, & Iacob duodecim, & Moyſes tribubus; ſed ſuper hæc omnia, & poſt hæc, ipſemet Dominus benedicet iuſto. *Gloriatio magis conuenit diligentibus quàm timentibus.* *Benedictio iuſti optima.*

PSELLI. Non dixit, *Qui diligunt ſubſtantiam tuam* (terribile enim hoc videbatur Dauidi, vel potiùs animæ heredi) ſed, *qui diligunt nomen tuum*, quoniam amabile eſt. Etſi diuino nomini dilectionem noſtram commenſuremus, quod vtique etiam ineffabile exiſtit & arcanum, ac Iudæis quidem non fuit notum, niſi in litteris, nobis autem ait: Manifeſtaui nomen tuum ipſis. Eſt autem ſecundùm Salomonem, * *Vnguentum exinanitum nomen tuum.* *Nomẽ Dei amabile.* Cant. 1, 3. * Vulgata habet *Oleũ effuſum*

13. VT SCVTO BONÆ VOLVNTATIS.] CHRYSOSTOMI. Rurſus in gratiarum actionem deſinit, cantica gratiarum Deo offerens. Quidnam autem eſt ſcutum bonæ voluntatis? ſcutum optimum, ſcutum ſecundùm mentem Dei. Quid porrò eſt quod ait, Tamquam integra armatura placabilitate coronabis nos? Alius: *Coronabis iuſtitia iuſtum.* Vel hoc ait, quia placida mens pro ſcuto exſiſtit, ſcuto inquam pulcherrimo; vel illud alterúmve idem eſt; quaſi dicat, Quia præſidio pulcherrimo munies iuſtum; & neque pulchritudo ipſius ſecuritate priuata eſt, neque ſecuritas eius gloriâ caret. Corona hæc etiam à miſericordia plectitur, iuxta quod ait: *Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.* Hæc etiam à iuſtitia componitur, vti Paulus ait: *In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* *Quale ſit ſcutum bonæ voluntatis.* Pſ. 102, 4. 2. Tim. 4, 8

ANNOTATIONES CORDERII. *Iuſti ſcutum & corona quæ.* Prou. 4. 9. * Vulgata *inclyta*

ORIGENIS. Idem eſt iuſtorum ſcutum & corona, ita vt qui hoc ſcuto armatus eſt, coronetur; & qui coronatus eſt, hoc ſcuto armetur. Innuit autem hoc quid ſimile iſti: *Corona autem* * *deliciarum proteget te.* Cognitio itaque Dei, dum quidem arcet hoſtes, ſcutum eſt bonæ voluntatis: dum verò aliquem regem facit paſſionum, corona nuncupatur. Porrò Dei cognitio bifariàm diuiditur, in actionem ſcilicet & contemplationem; atque actionis quidem ſcutum eſt bonæ voluntatis, corona verò contemplationis. Ceterùm hic etiam ſeruatus eſt ordo. Nam arma ſunt ante coronam; quoniam etiam actio eſt ante contemplationem.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ταυτόν ἐστι τῶν δικαίων ὅπλον καὶ στέφανος· ὡς τὸν ὁπλισάμενον ἐστεφανῶσθαι, καὶ τὸν στεφανούμενον ὡπλίσθαι. Ἔχει δὲ τοῦτό τι ὅμοιον τῷ, Στεφάνῳ δὲ τρυφῆς ὑπερασπίσῃ σε. Ἡ γνῶσις οὖν τοῦ Θεοῦ, εἰ μὲν ἀμύνεται τοὺς πολεμίους, ὅπλον ἐστὶν εὐδοκίας· εἰ δὲ βασιλεύειν ποιεῖ τινα τῶν παθῶν, στέφανος ὀνομάζεται. Τέμνεται δὲ ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις εἰς δύο, εἰς πρᾶξιν καὶ θεωρίαν· καὶ τὸ μὲν πράξεως ὅπλον τῆς εὐδοκίας ἐστί, τὸ δὲ θεωρίας ὁ στέφανος. Τετήρηται δὲ καὶ ἡ τάξις. Πρὸ γὰρ τοῦ στεφάνου τὸ ὅπλον, ἐπειδὴ καὶ πρὸ τῆς θεωρίας ἡ πρᾶξις.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. INSCRIBITVR hic Pſalmus *in finem, pro ea quæ hereditatem conſequitur:* vel (vt S. Auguſtinus vertit) *pro ea quæ hereditatem accepit.* In Hebræo eſt, אֶל־הַנְּחִילוֹת *el-hannechilot:* quod hebraizantes certum inſtrumenti muſici genus, certámve modulandi rationem deſignare contendunt, voluntque hoc Pſalmo diuinam opem implorari pro hereditatibus, id eſt, duodecim tribubus aduerſus hoſtes tuendis. D. Thomas cenſet Pſalmum hunc conſcriptum pro hereditate, ſeu ditione, poſt occiſum Abſalomum, in priſtinum ſtatum reſtituenda. Caietanus ait eum continere deſcriptionem iuſtitiæ Dauid, & iniuſtitiæ Saülis. Alij denique, quos Lorinus recenſet, alias huius tituli tradunt explicationes. Sed mihi maximè probatur illa quæ in Græco huius Pſalmi argumento ſuperiùs allata eſt.: ſcilicet, vt per eam quæ hereditatem conſequitur, Eccleſia, & quælibet anima ſancta intelligatur.

Diuerſæ tituli expoſitiones.

2. *Verba mea auribus percipe*, &c.] Quòd quis ab alio non audiatur, trium ferè oriri ſolet ex aliquo. Vel quia ſcilicet is cui loquitur, verborum ſonum non percipit; vel, ſi perceperit, ſignificationem eorum ignorat; vel denique aliis diſtractus, minimè attendit ad ea quæ dicuntur. Verùm, cùm hæc in Deo locum non habeant, qui omnia percipit, & exactiſſimè intelligit, nec vmquam diſtrahitur; quando quid iſtiuſmodi in Scripturis de Deo enuntiatur, id noſtro loquendi more, & ad captum noſtrum accommodatè dici ſciendum eſt; vt ſignificetur erga nos ita ſe habere, ac ſi preces noſtras non perciperet, vel non intelligeret, aut iis non attenderet. Hoc cùm plerumque vitio aliquo noſtro accidat, propter quod preces noſtræ contemni ac reiici mereantur; idcircò Propheta ſanctus Deum oraturus, primùm poſtulat attentionem, & captat beneuolentiam, quâ eius verba percipiat, intelligat & attendat. Tunc autem Deus ita ſe gerit, ac ſi verborum ſonum non perciperet; quando is qui orat, ita diſtrahitur, vt nec ipſemet verba ſua percipiat; vel ita frigidè precatur, ac ſi oratio ad Deum non dirigeretur, adeóque deuotionis alis deſtituta ſurſum non aſcendat; tunc verò Deus ita ſe habet, ac ſi non intelligeret quid petatur, quando is qui orat neſcit quid petat, poſtulans ſibi noxia, vel ſaltem non vtilia, quantumuis alioquin attentè & feruenter oret, aut etiam clamet. Tunc denique Deus ſimilis eſt non attendenti, quando is qui orat indignus eſt audiri; vel quòd humilitate, fiduciâ, ceteriſque ad bonam orationem requiſitis careat; vel quòd adhuc peccator ſit, qui necdum cogitet de pœnitentia. Regius itaque Propheta mirum orandi artificium à Spiritu ſancto edoctus, ante omnia ipſum orationis donum poſtulat, cuius nimirùm Deus ſonum percipiat, clamorem intelligat, & exaudiat poſtulationem.

Tribus modis fit, quòd loquens aliquis non audiatur.

Quomodo Deus dicatur non audire vel intelligere orationem noſtram.

4. *Manè exaudies vocem meam.*] Hinc eſt, quòd tantopere commendetur tempus matutinum, tamquam maximè idoneum ad orandum, & quidlibet impetrandum à Deo, qui tunc preces noſtras faciliùs exaudire conſueuit. Illud adeò vi naturæ cognitum fuit, vt etiam Ethnici auctores faciendum eſſe monuerint: quò ſpectat aureum illud Heſiodi præceptum, *venerandum eſſe Numen*, ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ, *quando ſacra lux venerit.* Quem verſum profani quidem Poëtæ, ſed vera tamen diuinitus canentis, lib. 1. Stromatum meritò celebrat Clemens Alexandrin. Fuit autem illa communis Ethnicorum opinio, manè deos eſſe placabiles, & maximè in tribuendo benignos; & proinde adhibitâ modulatione illos veluti excitabant à ſomno & quiete, vt promptè ad ſua dona largienda & benè faciendum accurrerent. Quam in rem ſolemnes excitationes habuerunt, & auſpicabiles ſalutationes, quibus eoſdem venerabantur deos, & propitios habere connitebantur. Meminit eius moris Arnobius libro 7. contra Gentes: *Quid ſibi volunt*, inquit, *excitationes illæ, quas canitis matutini collatis ad tibiam vocibus? Obdormiſcunt enim ſuperi, remeare vt ad vigilias debeant?* Sed in ſchola Chriſti nos monemur Deum Opt. Max. habere oculum, vt Iſidorus Peluſiota lib. 4. Epiſt. 47. nominat, ἀκοίμητον, *numquam indormientem* rebus noſtris, neque opus adhibere illas veterum auſpicabiles exci-

Tempus matutinum orationi maximè aptum.

Ethnici ſentiebant deos eſſe manè placabiles.

excitationes, cùm ille præueniat omnes potiùs incredibili genere beneuolentiæ, noſque excitet, vt in eius ſinum confugiamus. Hinc ab Oſea Deus appellatur, ὡς ὄρθρος ὀρθρινὸς, *quaſi ros matutinus*, blandè videlicet in gremium mentis illabens ſub auroram, &, vt ibidem S. Cyrillus ait, καταπιαίνων δρόσος, *pinguefaciens ros*, qui fœcundat animum; ſi tamen ſumus γῆ θελητὴ, *terra voluntaria*. Quod cùm Vates Regius, aliíque viri ſancti diuinitus cognoſcerent, auctores fuerunt, atque etiam exemplo docuerunt nos ſuo, vt euigilantes promptè mentem & cogitationem in Deum conuerteremus. Vnde ſubdit: *Oſeæ 6.*

5. *Manè adſtabo tibi.*] Primò ſcilicet diluculo referenda mens & cogitatio ad diuinam voluntatem, & animi excitanda propoſita, vt nihil poſteà in diurnis functionibus aggrediamur, niſi quod diuinæ menti gratum acceptumque fuerit. *Manè adſtandum Deo in oratione.* Ioſephus lib. 3. de Bello Iudaico cap. 3. Romanorum diſciplinam miratur, & prædicatione ſuâ in cælum effert. Manè, inquit, milites quidam ad Centuriones, illi verò ad Tribunos conueniunt ſalutatum, cum iis ad ſummum omnium Ducem & Imperatorem adeunt, à quo ſumunt ſignum. *Manè milites & duces conuenire ſolent Imperatorem.* Ita piis & Chriſtianis omnibus videtur eſſe faciendum. Summo manè adeundus Imperator, Dominus exercituum, & Archiſtrategus noſter IESVS, cuius auſpiciis fieri à nobis debent omnia: ſollicitè conueniendus, vt teſſeram ab eo vitæ gerendæ capiamus. Ita Dauid faciebat, dum ſic apud Deum profitetur: *Manè adſtabo tibi.* vbi S. Auguſtinus; *Aſtare*, inquit, *eſt, non iacere, non terra affigi, non terrenis voluptatibus inhiare.* Piè & ſapienter. Sed Dauid hîc vt bellator fidus & generoſus loquitur, qui Imperatori adeſſe velit ſuo, ab eo pendere, vnius illius nutum intueri. Et quidem vox Hebræa אערך *egherach*, belli propria eſt, & Iobi cap. 6. *militare*, exponitur. Hinc Chaldæus pro, *Manè adſtabo tibi*, vertit, *ordinabo coram te*. quæ ad diſciplinam quoque militarẽ ſpectant. Quò etiam Græca dictio referri poteſt παραστήσομαι, *adſtabo*, vel, vt D. Cyprianus, *aſſiſtam*: vnde παραστάται in militia ſunt, *adſtites*, auxiliares, milites ad pugnandum & defendendum parati. Sic igitur Dauid plenus ardoris, & glorioſæ fiduciæ, ſub auroram ſiſtebat ſe Deo, vt teſſeram ab eo peteret, eius ductum & vexillum ſequeretur. Manè igitur, inquit, id eſt ante alia negotia diuino tuo conſpectui me per meditationem & precem offeram, curis purus ac liber.

Non immeritò D. Ambroſius Serm. 19. in Pſal. 118. reprehendit illorum ſocordiam, qui tam opportunum tempus orationi denegant. *Graue*, inquit, *eſt ſi te otioſum in ſtrato radius ſolis orientis inuerecundo pudore conueniat, & lux clara feriat oculos, ſomnolentò adhuc corpore depreſſos. Arguit nos tanti temporis ſpatium, ſine vllius deuotionis munere, ac ſacrificij ſpiritualis oblatione feriata tranſmiſſum. An neſcis, ô homo, quòd primitias tui cordis ac vocis quotidie Deo debeas? Quotidiana tibi meſſis, quotidianus eſt fructus.* *Contra deſides qui manè non orant.* Hinc Cyprianus in fine libri de Oratione Dominica, matutinarum precum Eccleſiaſticarum vſum elicit, quem ab Apoſtolicis temporibus repetendum etiam indicat Plinius lib. 10. Epiſtolarum, & *antelucanas horas* appellat. *Manè orationes & ſacrificia Deo offerenda.* Porrò tempus orationis apud Iudæos erat manè, meridie, & veſperi. Vnde ſacrificium matutinum, meridianum, & veſpertinum. primarium tamen ſemper fuit matutinum. Vnde etiamnum ſacrum Miſſæ officium, quod pro aliis omnibus ſacrificiis ſucceſſit, manè ante prandium fieri debet. *ANNOTATIONES CORDERII.*

IBIDEM. *Et videbo.*] Ita ferè Latini. S. Cyprianus ibidem, *manè aſſiſtam tibi, & contemplabor te*; Græcè eſt ἐπόψομαι, & in Pſalterio Æthiopico, *videbo te*; Origenes, Athanaſius, Euſebius & Didymus habent vt Noſter. Et Didymus quidem docet, eâ dictione ſignificari accuratam & aſſiduam cogitationem. In aliis Græcis codicibus & in Pſalterio Arabico eſt, ἐπόψῃ με, *videbis me*. Chryſoſtomus & Heſychius vtramque agnoſcunt lectionem: & Chryſoſtomus magnam vim facit in verbo ἐπόψεως. Nam vtrâque lectione propoſitâ, *ſi legatur* (inquit) ἐπόψῃ με, *hoc ſignificabitur*. Εἶδες ποιμαίνοντα, ἐπόψῃ βασιλεύοντα· εἶδες ψάλλοντα, ἐπόψῃ προφητεύοντα. *Vidiſti paſcentem, reſpicies regnantem: vidiſti pſallentem, reſpicies prophetantem. Sin autem legatur* ἐπόψομαι, *hoc ſibi volet: Vidi caduca & dolorum plena: quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas? pro his verò triſtibus & moleſtis* ἐπόψομαι, *reſpiciam bona æterna: vidi Prophetas, reſpiciam Euangeliſtas; vidi Sanctos, reſpiciam Martyres.* *Quo ſenſu Deus dicatur videri.* Idem autem Chryſoſtomus notat alium interpretem dixiſſe σκοπιάσω, *ſpeculabor*: quod Heſychius tribuit Aquilæ. In Scholio item quaſi ex alio interprete adfertur ἀποσκοπεύσω, *intuebor tamquam ſcopum.* Pulchrè ad hunc locum Genebrardus. Etſi, (inquit) Deus non videatur, ſiue in myſteriis, ſiue alibi oculis corporeis, ſed animi facultatibus & fide; videndi tamen verbum appoſitè docet præſentiam corporalem eſſe in templis exhibendam Deo, ac illic in re diuina, & ſacris ſolemnibus, per typos, imagines, ſpecies externas, & ſacramenta in oculos incurrentia, Deum quodammodò videri. *Deus in templis adorandus & quomodo ibi videatur.* Hinc quando *obtulit Iethro holocauſta & hoſtias, venerunt Aaron & omnes ſeniores Iſraël, vt comederent panem cum eo coram Deo*, id eſt, coram arca & tabernaculo Dei. *Exod. 18, 12.* Sic alibi Philiſthiim dicunt, *Venit Deus in caſtra*, id eſt arca Dei, ſcilicet per metonymiam res pro loco vel ſigno, ſignum pro re interiùs ſuam vim exhibente, &c. *1. Reg. 4, 7.* Adde, gratias ſpirituales illic quodammodo ſenſibiliter percipi. *Videre* igitur hîc, reſpectu Dei, eſt animo cernere; reſpectu templi & ſacrorum ſolemnium, corpore & oculis corporeis. Ob quas cauſas *congregauit Ioſue omnes tribus Iſraël, ſteteruntque in conſpectu Domini*, id eſt, coram arca Dei. *Ioſue 24, 1.* Et populus è ſacris rediens ſe vidiſſe ait Deum, apud Auguſtinum de Geneſi ad litteram. Verùm hîc non de viſu corporeo eſt ſermo, ſed de viſu qui mente fit. Vnde ſubdit:

IBIDEM. *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.*] Pulchrè ex hoc loco probat Bellarminus Tomo 4. Controu. lib. 2. cap. 16. Deum erga peccata non habere poſitiuè velle aut nolle, ſed negatiuè non velle. *Deus non vult poſitiuè peccata.* Non habet (inquit) Deus poſitiuè velle peccata, quia bonus & iuſtus eſt. Nec eſſet bonus & iuſtus, ſi peccata (id eſt mala & iniquitates) vellet.

Non

ANNOTATIONES CORDERII.

Non habet etiam poſitiuè nolle, quia omnipotens eſt: neque eſſet omnipotens, ſi aliquid fieret ipſo inuito: fieret autem aliquid ipſo inuito, ſi fieret aliquid quod ipſe fieri nollet. Non igitur habet velle aut nolle circa peccata, ſed non velle, iuxta illud, *Non Deus volens iniquitatem tu es*. Quare, vt benè Genebrardus ad hunc locum, Deus non vult mala eſſe, vel fieri; ſed dumtaxat permittit, idque ne homo ſuæ naturæ libertatem amittat, ſitque deterioris conditionis, quàm aliæ res, quas ſic ipſe adminiſtrat, vt eas ſinat propriis motibus agi ducique: item propter bonum vniuerſi, & per accidens, vt inde aliquod bonum oriatur. Etſi enim priuatus rector malum ab iis quorum gerit curam, quantum poteſt, debeat excludere, quòd è malo bonum elicere non poſſit; Deus tamen vniuerſalis rector ſiue prouiſor, qui è ſingulis malis plurima bona poteſt educere, vt ex perſecutione tyrannorum patientiam Martyrum, ex operibus hæreticorum purgationem ſiue probationem fidei iuſtorum; non debet omnia mala impedire, ne bona plurima deeſſe contingat vniuerſo.

Cur Deus peccata permittat.

6. *Neque habitabit iuxta te malignus.*] Græcè, *οὐδὲ παροικήσει σοι, neque accolet te*; Hebraicè, לא יגורך *lo segurcha*, id eſt, *non hoſpitabitur*, aut *peregrinabitur*, aut *incolet te*; Aquila *οὐ προσηλυτεύσει σοι, non habitabit tamquam proſelytus & aduena apud te*. Nec negat ſanctus Hieronymus voce illa *παροικῶν*, incolatum quaſi inquilini ſignificari. Senſus itaque huius verſiculi eſt, ac ſi dicat, Deum non ſolùm non velle iniquitatem, ſed nec iniquos aut malignos ad ſuam familiaritatẽ ſocietatémve admittere; quin imò (vt præ ſe fert Hebræus) ne ad peregrini quidem hoſpitiíve breuem vſum, iis domum aut ciuitatem ſuam patere velle. Sicut enim *Deus non proiiciet ſimplicem* (vti Iob ait) ità *nec porriget manum malignis*. Simplicium quippe comes Deus, cùm ad eorum ſemper latus vbique verſetur, iiſdem benedicit, hoc eſt aperit ſuæ beneuolentiæ theſauros, vt in candidas illas animas cæleſtia dona infundat, eaſdemque mirificum in modum ſoletur & attollat: malignos verò auerſatur, ideoque non porrigit eis manum, id eſt, minimè illos adiuuat, nec amicitiæ fœdus cum illis iungit, aut ab iis munus accipit, vt ibidem Septuaginta vertunt: *πᾶν δὲ δῶρον ἀσεβοῦς οὐ δέξεται, nec vllum munus impij accipiet*. Quemadmodum ſcilicet in Geneſi, *reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain verò, & ad munera illius, non reſpexit*. Cuius nullam aliam Scriptura reddit rationem, quàm quòd Abel ſimplex eſſet, Cain verò malignus.

Malignos Deus auerſatur.

Iob 8,20.

Gen. 4,5.

Porrò non malè hoc loco etiam per *malignum* intelligi poteſt impurus. Deus enim remouet à ſe atque à ſancta menſa impuros, flagitij amantes, Cupidinis igne fumoſos, quos *malignos* ſanctiſſimus Dauid appellat, ſi Ruffino credimus ad hunc locum ita ſcribenti: *Neque habitabit iuxta te malignus. Malignus*, inquit, *quaſi malo igne plenus dicitur*. Sanè malus Venereus ignis, ab Erebo hauſtus, & cognatus Babylonicæ fornaci, à qua intacti tres pueri fuerunt, qui proinde caſtimoniæ Regi Meſſiæ placuerunt. *Non habitabit iuxta te malignus*. Nequitiæ myſtes, Cupidiniſque ſacerdos, in ſacrarium ne introeat, ab adyto remoueatur, à caſto choro & Numinis diuerſorio exulet.

Non habitat iuxta Deum impurus.

7. *Odiſti omnes qui operantur iniquitatem.*] Hinc benè infert Anonymus in Catena, non eſſe ex Deo malum. Et pulchrè ibidem obſeruat Euſebius, non dixiſſe in præterito, qui *operati ſunt*, ſed illos *qui operantur iniquitatem*, id eſt, qui per pœnitentiam peccata nondum aboleuerunt. Vnde ſumi poteſt duplex argumentum. Primum contra eos qui dicunt Deum eſſe auctorem peccati: alterum contra eos qui volunt Deum tantùm non imputare peccatum; illud autem etiam poſt pœnitentiam verè remanere. Quare contra hos cum Bellarmino dicendum, ex hoc Pſalmiſtæ loco effici, vt aut Deus in iuſtificatione penitus tollat peccata, ita vt nihil ſit quod odio habere poſſit; aut certè nihil omninò remittat, ne obligationem quidem ad pœnam. Si enim peccatum maneret, Deus illud odiſſet; ſi odiſſet, punire vellet; ſi punire vellet, non ignoſceret. Itaque, dicere Deum non imputare peccata quæ verè manent, atque ea nolle punire, eſt manifeſta contradictio ſecundùm Scripturas ſanctas, quæ Deum hoſtem & vindicem peccatorum ſeueriſſimum vbique deſcribunt.

Deus non eſt auctor peccati.

Tom. 3. lib. 1. c. 13.

In verè pœnitentibus & contritis nil peccati remanet.

IBIDEM. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.*] Quia plus eſt perdere quàm odiſſe, colligit quoque Origenes, peius eſſe loqui mendacium, quàm operari iniquitatem. intelligit autem de hæreticis, & ſchiſmaticis, & atheis, qui ad alios decipiendos, & à vera fide ac religione auertendos, mendacia comminiſcuntur ac proferunt, vti Euſebius in Catena, & Pſellus ibidem exponunt: qui vtiq; peſtilentiores ſunt, quàm ſimplices legum tranſgreſſores. Quamobrem non hic agit de mendaciis iis quæ officioſa vel iocoſa nuncupantur, quæ vt non ſint ſine culpa, at non cum magna. Lege S. Auguſtinum ad hunc locum, & libro de Mendacio, cap. 16. & 17.

Per mendaces intelliguntur hæretici.

8. *Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.*] Per *templum ſanctum*, inquit Ianſenius, ad litteram intelligit Propheta tabernaculum fœderis, quod ſoli Sacerdotes introibant ad orandum: reliqui verò foris in atriis ſtantes orabant verſus illud, hoc eſt, conuerſis in illud oculis, tamquam in quo peculiarem ſui præſentiam Deus exhiberet. Iuxta myſticum autem ſenſum, ipſum cælum, per tabernaculum illud adumbratum ſignificatur, ad quod mente conuerſos nos adorare Deum oportet. Eſt autem *adorare*, mente ac corpore ſe alicui incuruare. Pulchrè autem addit illud, *In timore tuo*. Siquidem hic ſanctus timor æditūus eſſe debet ſacrarij: & qui ſatis religionis munus intelligunt, verentur ne quid habeant in animo repoſitum, quod acrem Dei oculum, & auguſtam dignitatem offendat. Quæ res facit, vt ingredientes domum Dei, omni ſtudio & religioſâ induſtriâ cuſtodiant pedes ſuos, iuxta illud monitum Salomonis: *Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias*. *Pedem* vocat, vt Eccleſiæ magiſtri volunt, affectum quo animus inambulat, perque multa leui motu diſcurrit. Hunc igitur eſſe cuſtodiendum

Quid per templum ſanctum intelligatur.

Adorare quid ſignificet.

Templum Dei accedendum cum timore.

Eccle. 4,17

Pſ.35,12. dum ait, ne veniat *pes ſuperbiæ*, quem repudiat Rex Dauid, ne pes inuidiæ, auaritiæ, libidinis, atque aliarum peſtium, quæ vim omnem pietatis exhauriunt. Iſtum locum ſic illuſtrat Chaldæus: *Tu fili hominis, cuſtodi pedes tuos, in tempore quo ieris in domum ſanctuarij ad adorandum, ne venias eò plenus peccatis ante Dominum.* Pij certè cum Dauide in Numinis præſentia cohorreſcunt, & magnum illius timorem perſentiunt.

9. *Deduc me in iuſtitia tua.*] Pulchrè notat Ianſenius, dupliciter hoc intelligi poſſe. Primùm, vt per *iuſtitiam* Dei accipiamus eam quæ in Deo eſt, quâ ipſe in ſe iuſtus eſt, malos execrans, boniſque ſeruans quæ promiſit: & tum præpoſitio *in* exponenda eſt pro *per*. Alio modo *iuſtitia* Dei accipi poteſt ea quam nobis præcipit; vt ſit ſenſus, Deduc me in iuſtitia mandatorum tuorum, quam nobis præcepiſti. Qui ſenſus magis conſentit cum eo quod ſequitur: *Dirige in conſpectu tuo viam meam.* Pro quo tamen in Hebræo habetur, *Dirige in conſpectu meo viam tuam* (quemadmodum S. Hieronymus in Epiſtola ad Sumiam & Fretillam teſtatur haberi in emendatis codicibus Septuaginta.) Cuius ſenſus hic erit: Fac Domine, vt via tua recta ſit coram me, vt rectam & bonam eam iudicem: vel, Tu Domine, tamquam dux itineris mei, fac vt via tua recta planaque ſit ante me, vt nullo impediente in tua via ambulem. Qui ſenſus eôdem incidit cum noſtra lectione: cùm enim Dominus facit, vt in via eius ambulare poſſimus, tunc in conſpectu eius via noſtra recta eſt bona. Theodoretus autem & Paraphraſis ſuprà vtramque lectionem agnoſcit, & explanat. Aquila legit, διὰ τοὺς ἐφεδρεύοντας κατεύθυνον εἰς πρόσωπόν μου ὁδόν σου, *propter eos qui inſidiantur, dirige ad faciem meam viam tuam*. Vt nimirum hoſtes indicet, qui in via illi inſidias tetenderant: quos cùm videre non poſſet, meritò Deum orat, vt ſibi dux viæ ſit, ne in illorum laqueos incidat. Symmachus, διὰ τοὺς ἀποθλίβοντάς με, ὁμάλισον ἔμπροσθέν μου τὴν ὁδόν σου, *propter eos qui tribulant me, complana ante me viam tuam*. Theodorus denique ait Prophetam hîc orare pro ſua reductione. Eius verba ſunt hæc: Τὸ ὁδήγησόν με, καὶ τὸ, κατεύθυνον σὺ τὴν ὁδὸν, τὸ αὐτὸ λέγει· ἀντὶ τοῦ, ἐπανάγαγε. Τὸ γὰρ, ἐνώπιόν σου, ἀντὶ τοῦ, πρὸς σὲ κατεύθυνόν μου τὴν ὁδὸν, ἵνα ἐπανέλθω πρὸς σε, κατὰ τὴν Ἰουδαϊκὴν ὑπόληψιν, ὡς ἐν τῷ Σιὼν ὄρει τοῦ Θεοῦ διάγοντος. Τὸ δὲ, ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου, διὰ μέσου, πρὸς ἀμφότερα ἔχει τὴν ἀνταπόδοσιν. ἐπανάγαγε γάρ με, φησὶν, ὥστε ἀπαλλάξαι τῶν κατεχόντων ἐχθρῶν. *Illud: Deduc me, & Dirige viam tuam, idem ſignificant, pro eo quod eſt, reduc. Nam illud, In conſpectu tuo, hoc eſt, ad te viam meam dirige, vt redeam ad te, ex Iudaica opinione, tamquam in monte Sion Deus habitet: & illud quod interpoſitum eſt, Propter inimicos meos, ad vtramque partem refertur. Reduc me, inquit, vt à detinentibus hoſtibus liberer.*

Duplex iuſtitia acceptio.

11. *Sepulcrum patens eſt guttur eorum.*] ſcilicet eructans virulentiam, & fœtidos ac deteſtandos ſermones proferens, qui exhalant fœtorem, & halitum ſycophantiæ. Vel *guttur*, per metonymiam pro ſermone poſuit, vt explicat Genebrardus. Huic ſimilis eſt locus Eccleſiaſtici: *Eructant præcordia fœtentium*; & Iere-

Eccli. 11, 31.
Ier. 5,16.

miæ: *Pharetra eius quaſi ſepulcrum patens: vas apertum immundum*. Detractores (inquit Lorinus noſter ad hunc locum) vt crabrones inſident ſtercoribus alienorum peccatorum: vt hyæna de ſepulcris extrahunt cadauera deuoranda: ſunt vt mures rodentes Philiſthæos, vt querulus miluus. S. Auguſtinus & S. Thomas explicant de voracitate, ſiue de gula. Tales etiam in Prouerbiis ſunt voces peccatorum aduerſus iuſtum dicentium: *Deglutiamus iuſtum ſicut infernus viuentem*. Neque hîc valet quidquam commentum Munſteri, qui ad locum Tobiæ, *Panem tuum & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue*; quòd pro Purgatorio adferri ſoleat, vt illum eludat, interpretatur nomine ſepulcri ora pauperum iuſtorum accipi, quia ſcriptum eſt: *Sepulcrum patens eſt guttur eorum*: vt ſenſus ſit, Pone panem tuum in ore iuſtorum, vt non moriantur fame. Hæc enim (vt bene oſtendit * Bellarminus) falſa expoſitio eſt. Primò, quia nuſquam Scriptura vocat *ſepulcrum* os iuſti, ſed ſolùm os peccatoris, vnde exhalat fœtores vitiorum. Secundò, quia Tobias in eodem capite multis verbis commendauerat pauperes viuos, & deinde tranſiit ad commendationem mortuorum, vt in textu patet. Lege etiam Turrianum lib. 4. pro Epiſtolis Pontificum cap. 13. Serarium in Tobiæ cap. 4. & Hugonem Cardinalem ibidem.

ANNOTATIONES CORDERII.
Detractores quales.

Tob. 4, 18.
Munſterus refutatur.

* de Purgatorio lib. 1. c. 3.

Meliùs vtique S. Ambroſius lib. 7. in Lucam *ſepulcra* illos nuncupat, qui quæ dicunt, non faciunt: quemadmodum Chriſtus Phariſæos monumenta vocauit, quæ externam quidem ſpeciem habent pulcherrimam, atque omni artificio expolitam, intus autem oſſibus mortuorum & fœtore putent. Quò etiam Dauidis acroama refert, qui expreſſiùs Eccleſiaſtarum illam inanitatem carminibus ſuis intexuit, dum hîc ita canit: *Sepulcrum patens eſt guttur eorum.* Guttur habent ſanè ſuauiſſimum, os aureum, gemmeam quoque, ſi diuis placet, eloquentiam, quæ rutilantes vibranteſque mittat ſententias; verum ſepulcrum eſt illud guttur, vitâ vacuum, animo intus putido, & virtute ſpoliato. Specie fallunt, inquit Ambroſius, viſuque decipiunt, vt cùm foris ſpecioſa promittant, intus oſſa plena fœtoris includant. Flagitioſorum itaque hominum os *ſepulcrum* dicitur, mortiferi ſermonis domicilium, & quidem patens, vnde peſtilentiſſimus odor afflatur, ad alios lue & fœtore necandos. *Sepulcrum*, inquit, *patens eſt guttur eorum*, vnde videlicet *verba mortua proferuntur*, vt S. Ambroſius ait. Eumdem locum exponens ſanctus Chryſoſtomus vocat αἰσχρὰ ῥήματα, *obſcœna verba*, aitque eſſe δυσώδη, *graueolentia*: & notat etiam in eo ſingularem hominum impudentiam, quòd fœdum hoc ſepulcrum patere velint, quod maximè clauſum eſſe oportuiſſet. Nos, inquit, corpora exanguia terræ mandamus & tegimus; illi verò contrarium facientes, cùm verba mortua, quæque peſtem aliis ferunt, celare debuiſſent, atque apud ſe continere, vt ſepulcro patefacto, ad communem perniciem exponunt. Itaque abigendos, & è cœtu congreſſuque hominum expellendos monet, quemadmodum, inquit, nos corpora mortua extra vrbem ſepelimus, quòd ſint κοινὴ λύμη, *communis*

Sepulcra ſunt fatui Doctores.
Matth. 23, 27.

Maledicorum os ſepulcro patenti ſimile.

ANNOTATIONES CORDERII.

pernicies ciuitatis. Addit ibidem graue illud & dulce admonitum: *Ne ſit ergo os tuum ſepulcrum, ſed theſaurus*, vnde nimirum pretioſa & honeſta promantur.

Denique hunc locum quidam ita vertunt, *intimum eorum, corruptiones*. Cor intimum putre & marcidum libidine eſt, vnde guttur, vt ſepulcro malè olenti patefacto, olida eructat verba atque fœtentia. Hoc enim guttur ſepulcrale doctiſſimi interpretes referunt ad ſermonis illud genus, quod luxuriâ geſtit & titillat, cui propriè in clarorum virorum monumentis fœtor attribuitur. Fœtor igitur luxuriæ, ex corrupto & putido corde, per os manat ad eorum qui audiunt perniciem & corruptionem. Quemadmodum D. Paulus innuit, qui veteris Poëtæ carmen ſua quadam in Epiſtola conſecrauit:

1. Cor. 15, 33.

Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Illuſtrat D. Anſelmus iſtam corruptionem, aitque idem fieri in congreſſione perditorum hominum, & obſcœnè loquentium, quod in ſpargenda & propaganda peſtilentia. Nam vt ex corrupto aëre qui afflatur, & hominum pectoribus concipitur, lues ſubitò exiſtit corporibus exitioſa, quæ hominem dirâ morte interimit: ita ſermo nequitia corruptus, in audientium animos peſtem importat tantò grauiorem & pernicioſam magis, quantò anima præſtat corpori, cuius bonum ſalutemque affligit.

Impij à ſua ipſorum conſcientia damnantur & torquentur.

IBIDEM. *Decidant à cogitationibus ſuis.*] Hæc verba, D. Auguſtino exponente, hunc ſenſum habent, vt *decidant*, idem ſit quod *cauſâ cadant*. Ceterùm dic nobis, ô Dauid, quo impellente, & quo damnante, atque accuſante, cauſam perdent? *A cogitationibus ſuis.* Conſcientia teſtis, conſcientia iudex, conſcientia tortor. Non erit neceſſe alium inducere teſtem, aut iudicem: ſed ſola conſcientia integri ſupplicij rationem obtinebit. Satis eſt ad torturam malorum, ipſa ſola conſcientia. Ipſa verba ſancti Auguſtini ſunt iſta: *Dictum eſt: Decidant accuſantibus ſe cogitationibus, teſtimonium perhibente conſcientia ſuâ, ſicut Apoſtolus dicit: Et cogitationum accuſantium, ſeu defendentium.*

Impiorum irriti conatus diſſipantur.

Theodoretus hæc de irritis impiorum conatibus exponit ad hunc modum: *Adducantur in iudicium tuum, ô Domine, & aberrent ab iis quæ machinantur, atque per experientiam diſcant, quòd araneæ telam contexant, & pœnam ſuis auſibus dignam pendant.* Plena ſunt Scripturarum monumenta exemplis, quibus oſtenditur Deus prauas & inanes hominum cogitationes diſſipare.

Pulchrè S. Hieronymus hæc explicat de hæreticis, ſuperbas & inanes errorum moles exſtruentibus: *Egregiè*, inquit, *dicitur, A cogitationibus ſuis. Quotidie enim hæretici immutant dogmata ſua. Si vir Eccleſiaſticus de Scripturis eruditus contenderit contra eos, & Scripturis ſanctis coarguerit eos, ſtatim requirunt, quomodo aliud nouum dogma reperiant. Non quærunt, quomodo ſaluentur, at quomodo ſuperent. Propterea nunc dixit: Decidant à cogitationibus ſuis, & te habeant vnam cogitationem.*

Deus in Sanctis habitat vt in cælis.

12. *Et lætentur omnes qui ſperant in te, &c.*] Sicut præcedenti verſu impios in ſe præfidentes à ſuperbis ſuis cogitationibus caſuros, atque ignominiâ confuſioneque operiendos dixit: ita nunc è contrà pios in ſolo Deo ſperantes, omni gaudio, honore & benedictione replendos aſſerit, & Dei domicilium futuros. Habitat enim in eis Deus tamquam in templo ſancto ſuo, & planè tamquam in cælo, in quo ſinceriſſimo amore diligitur, & cultu puriſſimo colitur & adoratur. Sancti enim & perfecti viri adhuc in terra degentes, rempublicam illam felicem conſtituunt, & omnibus modis ſuſpiciendã, quam propriè ſatis vocamus regnum cælorum; quoniam iam habet inchoata & incepta, quæ illud cælorum regnum quod ſperamus, habet abſoluta atque perfecta.

13. *Vt ſcuto bonæ voluntatis.*] S. Auguſt. & Vulgata habet, *bonæ voluntatis tuæ.* Sed pronomen *tuæ*, nec in Hebræis eſt, nec in Græcis. Et in Hebræo (vti notat Ianſenius) ea dictio quæ ſcutũm ſignificat, non ponitur in regimine. Vnde potiùs vertendum erat, *vt ſcuto, bona voluntate coronaſti nos*, vt ſignificetur, bonam Dei voluntatem, aut beneplacitum eius, (id enim רצון *ratſon* Hebraicè, & εὐδοκία Græcè ſignificat) eſſe inſtar ſcuti. Quem ſenſum vt etiam noſtra littera habeat, oratio tranſitiua intranſitiuè accipi debet: hoc eſt, *ſcutum bonæ voluntatis*, pro ſcuto quod eſt bona Dei voluntas. S. Hieronymus legit, *vt ſcuto placabilitatis coronabis eum.* Admonet nos (inquit Lorinus) militiæ noſtræ hæc vox, in qua vita conſiſtit: & quòd corona felicitatis legitimè certantibus tantùm decreta eſt, & quòd idem Deus protector cordis ſit, & coronator capitis.

Dei voluntas ſcutum noſtrum.

Propitia voluntas, Dei ſcutũ inexpugnabile.

* Bonam igitur ipſam Dei erga nos voluntatem diuinitus appellat ſcutum, quo non modò potentiſſimè in acerba fortuna tegimur, verùm etiam, quaſi omen ſit victoriæ, vincimus & triumphamus: & proinde nos illo dicit coronari, non aureo aut gemmeo diademate, ſed inſigni Dei humanitate, quæ fiduciam noſtram inaurat, & palmis victricibus decorat. Vel nos ait ſcuto coronari, hoc eſt, velut aheneo vallo circumcingi, & vndique muniri, vt intelligamus ad illos, qui piâ fiduciâ Deo ſe committunt, nihil aduerſi, niſi illo volente, penetrare poſſe. Atque hæc eſt ſententia Caietani locum hunc ſic explicantis: *Sumitur*, inquit, *hic coronare, pro circumdare, vt ſimilitudo ſcuti teſtatur. Et intendit quòd Deus ſola voluntate ſua circumdabat Dauidem, tamquam circumdaret eum ſcuto defenſiuo. Significatur enim ſcutum longum, quod circumdat ferè totum hominem.* Sic ille. Sed quid ſcutum ad coronam? quid ſcuti horror ad coronæ pulchritudinem? Scutum aheneum eſt, corona aurea; ſcutum ad belli puluerem comparatur, corona ad victoriæ lætitiam. Qui dat ſcutũ, bellum clamat, ſudores & vulnera innuit: qui coronam offert, victoriam, pacem, lætitiam prædicat. Hoc eſt in mundi ſtadio; at Deus omnia ſimul largitur athletis ſuis: cùm dat ſcutum, non ſinit deſiderari coronam; ſed & de ſcuto armat, & de corona condecorat, vt nihil deſit, quod tibi non veniat in munere diuino.

Dei ſcutum ſimul corona eſt.

Deus homini ſcutum & victoria.

Pulchra eſt D. Hieronymi ad hunc locum paraphraſis, quæ ſic habet: *Apud ſæculum, aliud eſt ſcutum, aliud corona: apud Deum verò ipſe eſt ſcutum, ipſe eſt & corona. Quaſi ſcutum*

tum protegit, quaſi Deus coronat. *Dicitur igitur: Protexiſti nos Domine ſcuto tuo, & protectio tua corona fuit: hoc eſt, corona noſtra ſcutum tuum fuit, id eſt noſtra victoria.* Hæc eſt ergo Dei benignitas, vt imbelles ac trepidantes roboret, confirmetque, ac demum victores reddat, & pro victoria coronet: hæc noſtra imbecillitas, vt nec reſiſtere nec vincere poſſimus ſine abundanti diuinæ gratiæ præſidio. Noſtra igitur victoria eſt ipſa Dei protectio. Si vicimus, ſcuto vicimus; non tam egimus, quàm reſtitimus; at reſtitimus, quia ſcutum nos protexit, quia Deus pro nobis pugnans, & ictus excepit ac propulſauit, & hoſtem perculit atque proſtrauit. S. Auguſtinus primò bonam iſtam Dei voluntatem, deinde ſcutum, ac denique coronam ordine ipſo textus agnoſcit. *Quia*, inquit, *vocatio, non meritorum noſtrorum, ſed beneuolentiæ & miſericordiæ Dei eſt, ſubiicit: Domine vt ſcuto bonæ voluntatis. Bona enim voluntas Dei, præcedit bonam voluntatem noſtram, vt peccatores vocet ad pœnitentiam: & ipſa ſunt arma quibus expugnatur inimicus.* Prô, quàm validum, impenetrabile atque inuictum nobis eſt ſcutum ipſa, quam ritè agimus de noſtris ſceleribus, pœnitentia! Hoc ſcuto muniti in extrema vitæ periodo animam efflantes, & in extremo demum iudicio, hoſtis tela propulſabimus, & immarceſcibilem coronam gloriæ conſequemur. Scutum certè admirandum, robuſtum, pretioſum: non ſalignum, neque è minutis aſſulis compaginatum, vt olim; ac ne argenteum quidem, vel aureum, vt in Regum maximorum comitatu. Quo nomine appellem neſcio. Deſcribit illud optimè Rex Dauid, in omni genere militiæ & armorum experientiſſimus, & diuinè ſapiens, qui diſertè nuncupat *εὐδοκίαν*, bonam voluntatem Dei, ſempiternæ in nos charitatis, & Numinis beneuolentiæ inſigne; vel ſcutum bonæ voluntatis, quo Deus amicos ſuos coronat. Siue coronare ſit, victores efficere, & triumpho glorioſos: gerebatur enim olim in triumpho ſcutum, & victores ante vſum coronarum eo coronabantur. Vnde natum, ait Diuus Thomas, vt Sancti, quos frui beatiſſimâ vitâ credimus, pingantur cum ſcuto rotundo in capite (diadema vulgò nominant) quòd de hoſtibus adepti ſunt triumphum. Seu coronare ſit, in periculis ad munimentum veluti circumdare, atque vndique cingere; quod perfectæ cumulatæque protectionis argumentum eſt. Siue vtrumque debeat intelligi, quòd idem Deus ſcutum ſit & corona, protector cordis, vt dixi, & capitis coronator.

Pœnitentia nobis ſcutum eſt & corona.

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM VI. ARGVMENTVM.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης. ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

1. In finem, * in hymnis, pro octaua. Pſalmus Dauid.

** Vulgata in carminibus.*

Ὀγδόην τὴν μέλλουσαν κατάστασιν ὁ προφητικὸς λόγος καλεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ παρὼν βίος διὰ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος ἀνακυκλεῖται, εἰκότως τὴν ἔξω τοῦ ἑβδοματικοῦ αἰῶνος, ὀγδόην προσηγόρευσε. Μέμνηται δὲ θανάτου καὶ κρίσεως ἐν τῷδε τῷ ψαλμῷ, διὸ καὶ ταύτην τέθεικε τὴν ἐπιγραφήν. Μετὰ γοῦν τὴν διπλῆν ἐκείνην ἁμαρτίαν, ταύτην τῷ Θεῷ προσφέρει τὴν ἱκετείαν, ἰατρευθῆναι παρακαλῶν, ὡς μηκέτι χώραν ἐχόντων ἐν ἐκείνῳ τῷ βίῳ τῶν τῆς μετανοίας φαρμάκων.

Octauam, futurum ſtatum propheticus ſermo vocat. Cùm enim vita præſens per ſeptem dies hebdomadis reuoluatur, meritò illam quæ extra ſeptenarium ſæculum eſt, octauam appellauit. Meminit autem in hoc Pſalmo mortis, & iudicij; quamobrem etiam hunc titulum poſuit. Poſt duplex igitur illud flagitium, has affert Deo preces, rogans vt ſanetur; perinde ac ſi medicamenta pœnitentiæ non haberent ampliùs locum in illa vita.

Octauus numerus ſymbolum futuri ſæculi.

PARAPHRASIS.

β΄. ΚΥΡΙΕ μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.

Οὐ παρακαλεῖ μὴ ἐλεγχθῆναι, ἀλλὰ μὴ μετ' ὀργῆς τοῦτο παθεῖν.

γ΄. Ἐλέησόν με κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι.

Ἁρμόττουσα τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἡ τοιαύτη φωνή. Ἀσθενείας γὰρ ἡγουμένης, ἡ ἁμαρ-

2. DOMINE ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Non deprecatur reprehenſionem, ſed ne illam cum ira patiatur.

3. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum.

Huiuſcemodi vox peccatoribus conuenit, Nam infirmitate ducatum obtinente, pecca-

Peccatum ex infirmitate.

PARAPHRASIS PATRVM.

tum vincit. Si enim ratio in nobis non fuerit infirmata, perturbationes nõ tumultuabũtur.

Sana me Domine, quoniam turbata ſunt oſſa mea.

Oſſa tropicè ratiocinationes.

Oſſa hoc loco ratiocinationes appellat: quoniam enim oſſa denſiorem habent naturam, ipſaque corpus ferunt; tropicè ratiocinationes, per quas animal dirigitur, oſſa nũncupauit.

4. Et anima mea turbata eſt valdè, ſed tu Domine vſquequo?

Horum, inquit, conturbatio turbauit & commouit me. Quare precor, vt tua benignitate potiar, vt per hanc conualeſcam.

** Addit Vulg. &*

5. Conuertere Domine, * eripe animam meam, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Offenſorũ eſt faciem auertere.

Conuerte, inquit, pro attende mihi, & ne auertas faciem tuam à me. Concinnè autem appoſuit, *Propter miſericordiam tuam.* Non enim, inquit, mihi ipſi confido, neque meæ iuſtitiæ tuum auxilium adſcribo; ſed ob tuam miſericordiam deprecor, vt huius patrocinij compos ſim.

6. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Poſt hanc vitam nullus pœnitentiæ locus.

Idcircò precor vt impræſentiarum curatione fruar, quoniam noui eos, qui ab hac vita deceſſerunt cum vlceribus, nullam deinceps medicinam conſecuturos: cùm nullus ampliùs ſit pœnitentiæ locus.

7. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, * in lacrymis meis ſtratum meum rigabo.

** Abeſt à Vulgata in*

Lacrymis peccata abluenda.

Scio quidem me magna & grauia commiſiſſe peccata: verumtamen continenter lacrymor, & ea quæ temerariè perpetrata ſunt, deploro. Quin & cubile meum iniquitate contaminatum ſemper lacrymis abluo, tentans ſi per haſce illud purgare queam. Et donec remiſſionẽ conſequar, hoc facere non deſinam.

8. Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

τία νικᾷ. Εἰ γὰρ μὴ ἀσθενήσει τὸ ἐν ἡμῖν λογικὸν, οὐ στασιάσει τὰ πάθη.

Ἴασαί με κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου.

Ὀστᾶ ἐνταῦθα τοὺς λογισμοὺς ὀνομάζει· ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀστᾶ στεγανώτερα ἔχει τὴν φύσιν, καὶ αὐτὰ φέρει τὸ σῶμα, τροπικῶς τοὺς λογισμοὺς, δι' ὧν τὸ ζῶον ἰθύνεται, ὀστᾶ προσηγόρευσεν.

δ'. Καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα, καὶ σὺ κύριε ἕως πότε;

Ἡ τούτων, φησὶ, ταραχὴ ἐκλόνησέ με καὶ διέσεισε. διόπερ τῆς σῆς φιλανθρωπίας ἀπολαῦσαι παρακαλῶ, ἵνα διὰ ταύτης τὴν ἴασιν δέξωμαι.

ε'. Ἐπίστρεψον κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου, σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου.

Ἐπίστρεψόν, φησιν, ἀντὶ τοῦ πρόσχες μοι, καὶ μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. Ἁρμοδίως δὲ προσέθηκε τὸ ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. Οὐδὲ γὰρ ἐμαυτῷ, φησι, θαῤῥῶ, οὐδὲ τῇ ἐμαυτοῦ δικαιοσύνῃ, τὴν σὴν ἐπαγγέλλω βοήθειαν, ἀλλὰ διὰ τὸν σὸν ἔλεον ταύτης ἱκετεύω τυχεῖν.

ς'. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου, ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σε;

Διὰ τοῦτο τῆς θεραπείας ἀπολαῦσαι ἐπὶ τοῦ παρόντος παρακαλῶ, ἐπειδὴ οἶδα τοὺς τῇδε τὸν βίον ἐξιοῦσι μετὰ τραυμάτων, οὐδεμίαν δυνησομένην θεραπείαν, οὐκέτι χώραν τῆς μετανοίας ἐχούσης.

ζ'. Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου, λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω.

Οἶδα μὲν μεγάλα πλημμελήσας, ἀλλ' ὅμως συνεχῶς δακρύω, καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ πεπλημμελημένα θρηνῶ. καὶ μέντοι καὶ τὴν μιανθεῖσαν ὑπὸ τῆς παρανομίας κλίνην ἀεὶ δάκρυσιν ἀπολούω, ἐκκαθᾶραι ταύτην διὰ τούτων πειρώμενος. κἂν τύχω δὲ τῆς ἀφέσεως, οὐ παύσομαι τοῦτο ποιῶν.

η'. Ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου, ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου.

Αὐτό

Αὐτὸ μὲν τὸ ὀπτικὸν τῆς διανοίας τετάρακται, διὰ τὴν ἀγανάκτησιν τοῦ δεσπότου. Οὐδὲν γὰρ οὕτω ταράττει νοῦν, ὡς συνειδὸς πονηρόν· πάντων δέ μοι χαλεπώτερα, φησι, τῶν ἐχθρῶν τὰ ὀνείδη. Ταῦτα γάρ με δαπανᾷ, καὶ κατατήκει, καὶ γῆρας ἄωρον ἐπιφέρει.

θʹ. Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅτι εἰσήκουσε κύριος τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου.

ιʹ. Ἤκουσε κύριος τῆς δεήσεώς μου. κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο.

Μηκέτι, φησὶν, ἐπιτωθαζέτωσαν μοι οἱ τὰς οἰκείας μὲν οὐχ ὁρῶντες παρανομίας, τὰ δὲ ἐμὰ πλημμελήματα κωμῳδοῦντες. Τῆς θείας γὰρ ἔτυχον εὐμενείας, καὶ πέπεικα δι' ὧν ἠντιβόλησα, παριδεῖν μὲν τὰ πλημμελήματα, μεταδοῦναι δὲ συγγνώμης.

ιαʹ. Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου, ἀποστραφείησαν, καὶ καταισχυνθείησαν σφόδρα διὰ τάχους.

Ταῦτα τοίνυν εἰδότες, παύσασθε μὲν ἐμοὶ ὀνείδη προσφέροντες, τὰς δὲ οἰκείας εἰς νοῦν λαβόντες τὰς παρανομίας, αἰσχύνης, καὶ θορύβου, καὶ ταραχῆς ἀναπλήσθητε. Δίκαιον γὰρ, καὶ φόβου μεστὸν τὸ θεῖον κριτήριον.

Ipſe oculus mentis meæ turbatus eſt propter indignationem Domini. Nihil enim ita mentem turbat atque praua conſcientia. omnibus autem, inquit, malis grauiora mihi ſunt inimicorum opprobria. Hæc enim me conſumunt & tabefaciunt, & intempeſtiuam ſenectutem adducunt. *PARAPHRASIS PATRVM. Praua conſcientia turbat hominem.*

9. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

10. Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit.

Non amplius, inquit, conuitientur mihi illi qui proprias iniquitates non vident, ſed peccata mea irrident. Etenim diuino fauore potitus ſum, & perſuaſum mihi eſt per ea quæ precatus ſum, quòd conniueat delicta, mihique veniam concedat. *Blanditiæ impiorum contemnenda.*

11. Erubeſcant & conturbentur * omnes inimici mei: conuertantur, & erubeſcant valdè velociter. ** Vulgata, addit vehementer*

Cùm igitur hæc videatis, deſinite afferre mihi opprobria, veſtraſque iniquitates in memoriam reuocantes, pudore, tumultu & perturbatione impleamini. Iuſtum eſt enim, & terroris plenum diuinum iudicium. *Iuſtum & tremendum Dei iudicium.*

COMMENTARIVS.

βʹ. Κύριε μὴ τῷ θυμῷ.] Οὐ τὸ παθεῖν παραιτεῖται, ἀλλὰ μετὰ τῶν πληγῶν τὴν εὐμένειαν αἰτεῖ τοῦ κριτοῦ· οὐ τὴν παιδείαν ἀποσείεται, ἀλλὰ τὴν ὀργήν. οἷον· Μὴ ἀπαιτήσῃς με δίκην τῶν ἡμαρτημένων, μὴ ἐπεξέλθῃς τοῖς πεπλημμελημένοις· πατρικῶς με παίδευσον, μὴ δικαστικῶς· ἰατρικῶς, μὴ κολαστικῶς· μὴ μετρήσῃς τῇ ἁμαρτίᾳ τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ τὸ δίκαιον κέρασον. Οὐ γὰρ φεύγει τὸν ἔλεγχον, ἀλλὰ τὸν μετὰ θυμοῦ· οὐδὲ τὴν παιδείαν, ἀλλὰ τὴν μετ' ὀργῆς. Θυμὸν δὲ καὶ ὀργὴν ἀκούων, μηδὲν ἀνθρωπικὸν ὑποπτεύσῃς· συγκαταβάσεως γὰρ ῥήματα.

γʹ. Ἐλέησόν με.] Ἁρμόττουσα τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἡ φωνή. Ἀσθενείας γὰρ ἡγουμένης τοῦ

2. Domine ne in furore.] Non recuſat pati, ſed vnà cum plagis clementiam implorat iudicis: non refugit caſtigationem, ſed iram. q. d. Ne exigas à me vindictam peccatorum, nec delicta perſequaris; paternè me corripias, non ritu iudicis; medici more, non tortoris; ne admetiaris vindictam peccato, ſed benignitate iuſtitiam tempera. Non enim ſubterfugit reprehenſionem, ſed illam quæ fit cum furore; neque correptionem, ſed quæ eſt cum ira. Porrò furorem & iram audiens, nihil humani ſuſpiceris, ſiquidem condeſcenſionis hæc verba ſunt. *Correctio Dei non ſubterfugienda, ſed furor.*

3. Miſerere mei.] Conueniens peccatoribus vox. Dum enim infirmitas præcedit *Peccatorum eſt miſericordiam implorare.*

COMMENTARIVS PATRVM.

rationis, tumultuantur paſſiones. Vel hoc ait, q. d. Dignus quidem ſum pœnâ inexorabili: ſed quia necdum illam ferre poſſum, rogo mihi præſentia mala relaxari. Vel infirmitatem innuit, quæ ipſi ex mœrore ac lamentis orta eſt. Hac voce omnes egemus, tametſi millena benefacta numeremus. Etenim etſi miſericordia ſit, & benignitas præbeatur, attamen dignum quærit. Deinde Deum tamquam medicum accedens, & lamentans, ſanari expetit propter oſſium turbationem, ſcilicet cogitationum, vel validarum animæ potentiarum, quibus viriliter reſiſtere, ac ſuſtinere, & occurrere ſolet paſſionibus. Quare etiam ſubiunxit, *Et anima mea turbata eſt valdè*. perturbationem illam ſignificans, quæ ex peccato exiſtit. Peccatoris enim omnia tempeſtate adimplentur.

A Deo medicina animabus petenda.

4. ET TV DOMINE VSQVEQVO?] Illud, *vſquequò*, non indignantis eſt, neque ægrè ferentis, ſed lamentantis, & auxilium vrgentis. q. d. Quò vſque tardando differs opem, & moraris, donec etiam cogitationes meæ debiles effectæ ſunt? Illud autem, *Conuertere*, dictum eſt ex tranſlatione excandeſcentium, & auerſantium, & ſe offendentes videre nolentium. Hoc enim maximo iuſtis erat ſtudio, vt ſibi Deum facilem ac propitium haberent. Benignitatem, inquit, oſtende, non quoniam ego dignus ſim, ſed quia hæc te decet. Vbique autem ponit, *Domine*, tamquam iuſtum quid proferens.

Inſtanter Dei auxilium poſtulandum.

6. QVONIAM NON EST IN MORTE.] Vide quot cauſas proferat ſalutis: *Quoniam infirmus ſum, Quoniam conturbata ſunt oſſa mea*, Quoniam id à te peto, *Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui*. Non ideò id dicens, quòd præſenti tempore res noſtræ terminentur; abſit. (Agnoſcebat enim reſurrectionem.) Sed quia poſt mortem pœnitentia momentum non habet; vti diues epulo declarauit. Vel ſic: Quoniã non eſt qui memor ſit tui in morte peccati. Ego autem cùm tui oblitus, in hanc inciderim, rogo vt ſaner propter miſericordiã tuam, ne abſorbear à morte.

Pœnitentia poſt mortem infructuoſa.

7. LABORAVI IN GEMITV MEO.] Audiamus qualem Rex hic pœnitentiam demonſtrauerit. Haud ſimplici modo laborauit, ſed laborauit gemens: haud vulgari ratione lacrymatus fuit, ſed lectum ſuum lauit, idque per ſingulas noctes: neque

Quanta fuerit Dauidis pœnitentia.

λογιστικοῦ, στασιάζει τὰ πάθη. ἢ τοῦτό φησιν· Ἄξιος μέν εἰμι τιμωρίας ἀπαραιτήτου, διὰ δὲ τὸ μηκέτι δύνασθαι φέρειν, ἀξιῶ μοι λύσιν γενέσθαι τῶν παρόντων κακῶν. ἢ ἀσθένειαν αἰνίττεται, τὴν ἀπὸ τῆς ἀθυμίας, καὶ τῶν ὀδυρμῶν ἐγγινομένην. Ταύτης πάντες δεόμεθα τῆς φωνῆς, κἂν μυρία ὦμεν κατορθωκότες. Καὶ γὰρ καὶ εἰ ἐλεός ἐστι, καὶ φιλανθρωπία παρέχεται, ἀλλὰ τὸν ἄξιον ἐπιζητεῖ. Εἶτα ὥσπερ ἰατρῷ προσερχόμενος τῷ θεῷ, καὶ ἀποδυρόμενος, ἴασιν ἐξαιτεῖ διὰ τὴν τῶν ὀστῶν ταραχήν, ἤτοι τῶν λογισμῶν, ἢ τῶν τῆς ψυχῆς νεανικῶν δυνάμεων, δι' ὧν ἀνδρίζεσθαι, καὶ καρτερεῖν, καὶ τοῖς πάθεσιν ἀντιβαίνειν εἴωθε. διὸ καὶ ἐπάγει· Καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. ταραχὴν ἐκείνην λέγων, τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας. Πάντα γὰρ πληροῦται χειμῶνος τοῦ ἁμαρτόντος.

δ'. ΚΑΙ ΣΥ ΚΥΡΙΕ ΕΩΣ ΠΟΤΕ;] Τό, ἕως πότε, οὐκ ἀποδυσπετοῦντός ἐστιν, οὐδὲ δυσχεραίνοντος, ἀλλ' ὀδυρομένου, καὶ ἐπιταχύνοντος τὴν βοήθειαν. οἷον· ἕως πότε χρονίζων ἐπιτείνεις καὶ βραδύνεις, ὡς ἐξασθενῆσαί μου ἤδη καὶ τοὺς λογισμούς. Τὸ δέ, ἐπίστρεψον, ἐκ μεταφορᾶς εἴρηκε τῶν ὀργιζομένων, καὶ ἀποστρεφομένων, καὶ μὴ βουλομένων τοὺς ἐπταικότας ὁρᾶν. Τοῦτο γὰρ μάλιστα τοῖς δικαίοις ἦν περισπούδαστον, τὸ καταλλάχθαι, καὶ εὐμενῆ ἔχειν αὐτοῖς τὸν θεόν. Φιλανθρωπεύθητι, φησιν, οὐκ ἐπειδὴ ἄξιος ἐγώ, ἀλλ' ἐπειδή σοι τοῦτο προσήκει. Συνεχῶς δὲ τὸ κύριε τίθησιν, ὥσπερ τι δικαίωμα προβαλλόμενος.

ς'. ΟΤΙ ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΘΑΝΑΤΩ.] Ὅρα, πόσας τίθησιν αἰτίας σωτηρίας, ὅτι ἀσθενής, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου, ὅτι παρὰ σοῦ αἰτῶ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου. οὐ τοῦτο λέγων, ὅτι μέχρι τῶν παρόντων τὰ ἡμέτερα. ἄπαγε. (οἶδε γὰρ τὴν ἀνάστασιν.) ἀλλ' ὅτι μετὰ θάνατον ἡ μετάνοια καιρὸν οὐκ ἔχει, ὡς ἐδήλωσεν ὁ πλούσιος. ἢ οὕτως· ἐπεὶ μνημονεύων σου ἐν θανάτῳ τῷ ἐξ ἁμαρτίας οὐ γίνεται. Ἐγὼ δὲ ἐπιλησθείς σου ἐν τούτῳ κατέπεσον, δυσωπῶ ἰαθῆναι ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου· ὥστε μὴ καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ θανάτου.

ζ'. ΕΚΟΠΙΑΣΑ ΕΝ ΤΩ ΣΤΕΝΑΓΜΩ ΜΟΥ.] Ἀκούσωμεν οἵαν ὁ βασιλεὺς μετάνοιαν ἐπεδείξατο. Οὐχ ἁπλῶς ἔκαμεν, ἀλλ' ἐκοπίασε στενάζων· οὐχ ἁπλῶς ἐδάκρυσεν, ἀλλὰ τὴν κλίνην ἔλουσε, καὶ καθ' ἑκάστην νύκτα. καὶ

οὐ τὸ

οὐ τὸ παρελθὸν σκοπεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐπαγγέλλεται τοῦτο καὶ πρὸς τὸ μέλλον διὰ πάσης τῆς ζωῆς. Καὶ ὃν οἱ πολλοὶ ἀνέσεως ποιοῦνται καιρὸν, τοῦτον ἐκεῖνος ἐξομολογήσεως. Ἐκαμόν, φησι, στενάζων. Ὁ δὲ στεναγμὸς αἴσθησίς ἐστιν ἀλγεινῶν, εἰ δὲ τὰ ἀλγεινὰ ἐπιτείνοιτο, συναναιρήσει πάντως καὶ τὴν αἴσθησιν.

ή. ΕΤΑΡΑΧΘΗ ΑΠΟ ΘΥΜΟΥ Ο ΟΦΘΑΛΜΟΣ.] Τεταράχθαι φησὶ τὸν ὀφθαλμὸν, τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς λέγων· ποίου θυμοῦ; τοῦ θεοῦ, ὃν κατ' ἀρχὴν λέγει· Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου. Ἐταράχθην οὖν, φησι, τὸν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι θυμὸν ἐννοήσας. Ἐναγώνιος γὰρ ἦν τὴν πλημμέλειαν ἐννοῶν, ἀλλ' οὐκ ἀνάλγητος, ὡς οἱ πολλοί. Καὶ ἐπαλαιώθην, κακοπαθείαις ἐκδοὺς ἐμαυτὸν πολυχρονίοις. ἢ ἀντὶ τοῦ, ἠσθένησα ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, καὶ πεπαλαίωμαι, χρονίως ὀνειδιζόντων με. σημαίνων διὰ τούτων τὴν πολυχρόνιον κάκωσιν. εἰκότως δὲ ἐν κατορθώμασιν ἀναριθμεῖ τὰς πολλὰς αὐτοῦ κακοπαθείας.

θ'. ΑΠΟΣΤΗΤΕ ΑΠ' ΕΜΟΥ ΠΑΝΤΕΣ.] Οὐ μικρὰ καὶ αὕτη πρὸς ἀρετὴν ὁδὸς τὸ φεύγειν καὶ διακρούεσθαι τὴν πονηρῶν συνουσίαν. Οὗτος γὰρ τῆς μετανοίας ὁ καρπὸς, καὶ τῶν δακρύων τὸ κέρδος. ἢ ἐλλιπῶς τοῦτο, ἀντὶ τοῦ, δὸς εἰπεῖν τοῖς ἐπιβαίνουσιν ἐχθροῖς ἀπόστητε, εἰσηκούσθην, ὅτι προσεδέχθην, ὁ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀπωσθείς.

ιά. ΑΙΣΧΥΝΘΕΙΗΣΑΝ.] Τοῦτο εὐχὴ, οὐ κατευχή. μεγίστην γὰρ ἔχει ὠφέλειαν τό τε αἰσχυνθῆναι, καὶ εἰς τοὐπίσω ἀπελθεῖν. Οἱ γὰρ κακῶς τρέχοντες, εἰ εἰς τὰ ὀπίσω ἀπέλθοιεν, στήσονται πάντως τῆς πονηρίας. Θέλει γὰρ αὐτοὺς ἐφ' οἷς ἔπραττον αἰσχυνθῆναι, καὶ καταγόντας ἑαυτοὺς μηκέτι τῆς ἔμπροσθεν κακίας ἐπιλαμβάνεσθαι, ἀλλ' ἀνακάμψαι πρὸς ἣν κατέλιπον ἀρετήν. Ἐπαποδίδει δὲ καὶ τὸ τάχιον τοῦτο γενέσθαι, ὡς πρὸς ἀγαθὸν τούτοις ἐσόμενον.

præteritum dumtaxat tempus ſpectat, verùm etiam in futurum ſe per totam vitam id facturum ſpondet. Atque tempus quod alij deſtinant quieti, hoc ipſe impendit confeſſioni. *Laboraui,* inquit, *gemens.* Eſt autem gemitus quidam ſenſus dolorum; ſi verò dolores intenſi fuerint, omnino etiam ſenſum auferent.

COMMENTARIVS PATRVM.

Gemitus quid.

8. TVRBATVS EST A FVRORE OCVLVS.] Turbatum fuiſſe dicit oculum: intelligendi vim animi intelligens. à quali furore? nempe Dei. de quo ſub initium dixit: *Domine ne in furore tuo.* Vtique turbatus ſum, inquit, dum erga peccatores furorem conſiderabam. Deficiebat enim animo delictum ſuum cogitans, ſed non abſque dolore, vt multi. *Et inueteraui,* diuturnis afflictionibus me tradens. Vel idem eſt q. d. Infirmatus ſum ab inimicis meis, & inueteraui, dum me tanto tempore onerant opprobriis; per hæc deſignans diuturnam ſuam afflictionem. Meritò autem multas ſuas afflictiones in benefactis cenſet.

9. DISCEDITE A ME OMNES.] Haud parua quoque ad virtutem via eſt, fugere ac repellere conſortium malorum: Hic enim fructus eſt pœnitentiæ, ac lucrum lacrymarum. Vel etiam eſt hæc loquendi formula per omiſſionem. q. d. Da vt dicam inſultantibus mihi inimicis meis, *Diſcedite:* iam exauditus ſum, quoniam admiſſus ſum, qui ob peccatum fueram repulſus.

Via virtutis eſt malos fugere.

11. ERVBESCANT.] Hæc eſt oratio, non imprecatio, quoniam plurimùm prodeſt ſic erubeſcere ac retrocedere. Qui enim malè currunt, ſi retrorſum eant, deſiſtent omnino ab iniquitate. Vult autem illos facinora ſua erubeſcere, & ſemetipſos cohibendo non ampliùs proficere in priſtina prauitate; ſed ad virtutem contendere, quam deſeruerant. Vrget autem vt illud fiat quàm citiſſimè, quoniam id ipſis ad bonum conducet.

In malis erubeſcere, bonum eſt.

CATENA PATRVM.

ά. ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΟΓΔΟΗΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὀγδόη ἀναστάσιμος τοῦ σωτῆρος, ἡμέρα κυριακὴ σωτήριος, ἐν ᾗ πάντων ἁμαρτημάτων καθάρσιον γίνεσθαι πιστεύομεν, ἐν ᾗ συμβολικῶς μὲν ἅπαν

1. PRO OCTAVA.] EVSEBII. Octaua eſt reſurrectionis Saluatoris; dies Dominica, ſalutaris, in qua peccatorum omnium purgationem fieri credimus: in qua quidem ſymbolicè omnis

Octaua diei dignitas & myſterium.

infans

CATENA PATRVM.

infans circumcidebatur; at ſecundùm veritatem, omnis anima in Deo nata, per regenerationem expiatur. Tantò autem hæc ſeptimæ antecellit, quòd in illa lex de ſabbato abrogetur, ſi ad ipſam infantis octaua redigatur. Circumciditur enim homo in ſabbato.

Didymi. Cùm diuiniorem hic Pſalmus intelligentiam habeat, *in hymnis* continetur. Canitur autem *in finem*, eò quòd perfectiſſimæ ſint illæ, quæ de octaua ſunt contemplationes. Qui ſpiritalem obtinet circumciſionem, Deo circumciditur: qui carnalem, non item. idcircò Propheta dicit: *Circumcidimini Deo veſtro, & non circumcidite carnem præputij veſtri.* Et iterùm: *Omnes Gentes incircumciſæ ſunt carne: domus autem Iſraël incircumciſi ſunt corde ſuo.* Quemadmodum igitur is qui ſenſibiliter circumciditur, tollit partem aliquam membri generationi ſubſeruientis: ſic qui omnem amicam generationi cogitationem eiicit, corde circumciditur. Quemadmodum qui verè cælibes ſunt, cogitant ea quæ Domini ſunt, vt ei placeant. In octaua porrò die iſtiuſmodi circumciſio perficitur. Oportet enim vt qui mundum ſex diebus abſolutũ tranſſcenderit, in ſeptimo die, ſancto vtique & delicioſo ſabbato, conquieſcat. Et quoniam non ſufficit ad perfectam beatitudinem, renuntiare iis quæ mundialiter geruntur, oportet inſuper ſupermundialem accipere conditionem, quæ octaua eſt: quam qui experiri deſiderat, non diligat mundum, neque quæ in eo ſunt. Quòd autem ad hoc lex intentionem dirigat, clarum fit ex eo, quòd interitum comminetur infanti qui octauo die non fuerit circumciſus; non autem parentibus, aut aliis pueri educatoribus. Non enim conſentaneum eſt comminari mortem illi, qui præceptum ſeruare nequeat.

Circumciſio cordis melior quàm carnis.
Iere. 4, 4.
Iere. 9, 26.
Quis corde circumcidatur.
1. Cor. 7, 34.
Octaua ſymbolum perfectionis.

Asterii. Cùm ex præcedenti Pſalmo intellexiſſet de heredibus, quòd lætabuntur; de exheredatis verò audiuiſſet, *Non habitabit iuxta te malignus*; & quòd virum ſanguinum & doloſum abominetur Dominus: ipſe verò Vriam dolo ſuſtulerit, & quòd omnis fornicator & impurus non habeat hereditatem in regno Dei: ne & ipſe exheres fieret, hunc Pſalmum canens, pro octaua.

Maligni non habent partem in hereditate Dei.
Epheſ. 5.

περιετέμνετο βρέφος· κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς καθαίρεται δι' ἀναγεννήσεως πᾶσα ἐν θεῷ ψυχὴ γεννωμένη. τοσοῦτον δὲ κρείττων αὕτη τῆς ἑβδόμης, ὡς ἐν αὐτῇ λύεσθαι τὴν περὶ τοῦ σαββάτου νομοθεσίαν, εἰ καταλάβοι κατ' αὐτὴν ἡ τοῦ βρέφους ὀγδόη. Περιτέμνεται γὰρ ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ.

Διδυμου. Θειοτέραν δὲ νόησιν ὁ ψαλμὸς ἔχων, ἐν ὕμνοις ἐμπεριέχεται. εἰς δὲ τὸ τέλος ᾄδεται τῷ τελειότατα εἶναι τὰ περὶ τῆς ὀγδόης θεωρήματα. Τὴν πνευματικὴν δέ τις ἔχων περιτομὴν, θεῷ περιτέμνεται· τὴν δὲ σαρκικὴν οὐ πάντως. Διό φησιν ὁ προφήτης· Περιτμήθητε τῷ θεῷ ὑμῶν, καὶ μὴ περιτέμνεσθε τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν. Καὶ πάλιν· Πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα σαρκί· ὁ δὲ οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτμητοι καρδίας αὐτῶν. Ὥσπερ τοίνυν ὁ αἰσθητῶς περιτεμνόμενος περιαιρεῖ τι τοῦ ὑπηρετοῦντος γενέσει μέλους· οὕτως ὁ πάντα φίλον γενέσει λογισμὸν ἐκβαλὼν, περιτέμνεται τὴν καρδίαν. ὡς οἱ γνησίως ἄγαμοι, μεριμνῶντες τὰ τοῦ κυρίου, ἵν' αὐτῷ ἀρέσωσιν. Ἐν ὀγδόῃ δὲ ἡμέρᾳ ἡ τοιαύτη κατορθοῦται περιτομή. Δεῖ γὰρ ὑπερβάντα τὸν ἐν ἓξ ἡμέραις γενόμενον κόσμον, τῇ ἑβδόμῃ γενέσθαι, οὔσῃ ἀληθινῷ σαββάτῳ ἁγίῳ καὶ τρυφερῷ. Καὶ ἐπεὶ οὐκ ἀρκεῖ πρὸς τελείαν μακαριότητα τὸ τῶν κοσμικῶς γινομένων ἀρνήσασθαι, δεῖ προσλαβεῖν τὴν ὑπερκόσμιον ὑπὲρ ταύτην κατάστασιν, οὖσαν ὀγδόην· ὁ ταύτης πειραθῆναι ποθῶν, οὐκ ἀγαπήσει τὸν κόσμον, οὐδὲ τὰ ἐν αὐτῷ. Ὅτι δὲ πρὸς ταύτην ὁ νόμος τὴν νόησιν ὁδηγεῖ, δῆλον ἐκ τοῦ φέρειν ἀπειλὴν ἐξολοθρεύσεως, κατὰ τοῦ μὴ τῇ ὀγδόῃ περιτμηθέντος ἡμέρᾳ παιδίου· ἀλλὰ μὴ κατὰ τῶν γονέων, ἢ τῶν ἄλλως τὸ παιδίον ἀνατρεφόντων. Οὐ γὰρ ἀκόλουθον ἀπειλεῖσθαι θάνατον τῷ μὴ τηρεῖν δυναμένῳ τὴν ἐντολήν.

Αστεριου. Μαθὼν ἐκ τοῦ προτέρου ψαλμοῦ περὶ τῶν κληρονόμων, ὡς εὐφρανθήσονται, περὶ δὲ τῶν ἀποκληρονόμων ἀκούσας· Οὐ παροικήσει σοι πονηρός· καὶ ὅτι ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται κύριος, αὐτὸς δὲ δόλῳ τὸν Οὐρίαν ἀνεῖλεν, καὶ ὅτι πᾶς πόρνος ἢ ἀκάθαρτος οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, ἵνα μὴ ἀποκληρονόμος γένηται, τὸν ὑπὲρ τῆς ὀγδόης,

καὶ

καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως ψάλλων παρακαλεῖ, ἐπειδὴ μοιχεία καὶ φόνος τῆς κληρονομίας ἐκβάλλουσι.

β'. Κύριε μὴ τῷ θυμῷ.] Χρυσοστόμου. Ὅταν ἀκούσῃς θυμὸν καὶ ὀργὴν ἐπὶ Θεοῦ, μηδὲν ἀνθρώπινον ὑποπτεύσῃς. συγκαταβάσεως γάρ ἐστι τὰ ῥήματα. Καὶ γὰρ τὸ θεῖον ἁπάντων τούτων ἀπήλλακται τῶν παθῶν. διαλέγεται δὲ οὕτως ὥστε καθάψασθαι τῆς τῶν παχυτέρων διανοίας, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ὅταν βαρβάροις διαλεγόμεθα, τῇ ἐκείνων χρώμεθα γλώσσῃ.

Ὠριγένους. Θυμός ἐστι ὁρμὴ ἐπιθυμίας ἡμέρου ψυχῆς κατ' ἐξοχὴν ἀμύνης. Λέγει οὖν· εἰ καὶ ὀξύτερον ὁ θυμὸς ἐλέγχει, καὶ ὀργὴ τάχιον παιδεύει, ἐγὼ διὰ τὴν ἀσθένειάν μου δέομαι τοῦ ἐλέους σου, δι' ἄλλης ἐλεγχθῆναι καὶ παιδευθῆναι θεραπείας οὐ τηλικοῦτον προσαγούσης τὸν πόνον.

Ἀστερίου. Καὶ πῶς οὐ φεύγεις τὸν μακαρισμὸν, ἀποφεύγων ἔλεγχον καὶ παιδείαν; εἴρηται γὰρ ἐν Ἰώβ· Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἤλεγξε Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς· ἐφ' ἧς δήπου καὶ σύ· Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἂν παιδεύσῃς Κύριε. Ἀλλ' οὐ τὸν ἔλεγχον φεύγω, φησὶν, ἀλλὰ τὸν μετὰ θυμοῦ, οὐδὲ τὴν παιδείαν, ἀλλὰ τὴν μετ' ὀργῆς. Ταῦτα γὰρ περιμένει τοὺς μὴ κατὰ τὸν παρόντα βίον μετανοήσαντας, ὧν οὐκ ἄξιος ἐγὼ ἐν μετανοίας ἐμαυτὸν τιμωρούμενος. Ἀξιοῖ δὲ πατρικῶς, ἀλλὰ μὴ δικαστικῶς παιδευθῆναι· Μὴ γὰρ μέτρει, φησὶ, τῇ ἁμαρτίᾳ τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ τὸ δίκαιον κέρασον.

Διδύμου. Αἴσθησιν δέ τις ἐπὶ παιδείᾳ λαβὼν λέγει· Ὀργὴν Κυρίου ὑποίσω ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ, ἕως οὗ δικαιώσῃ τὴν δίκην μου, καὶ ποιήσῃ τὸ κρίμα μου, καὶ ἐξάξει με εἰς τὸ φῶς. Οἶδε γὰρ ὡς βοηθείας χάριν ἡ κρίσις, καὶ τοιοῦτον ἔχει τὸ πέρας. Ἀλλὰ τοῦ μετ' ὀργῆς ἐλέγχου, ὁ διὰ λόγου διδασκαλίας ἀμείνων, τὴν μετάγνωσιν ἔχων ἑκούσιον, ἐκείνου μὴ πάντη τὸ ἑκούσιον ἔχοντος. Περὶ δὲ τοῦ διὰ λόγου καὶ Παῦλος ἔφη· τὰ πάντα ἐλεγχόμενα, ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται. ἡ γὰρ διὰ φωτὸς παιδεία φανέρωσίς ἐστιν ἀποδείξεως τρόπῳ γινομένη, οὐκ ἁμαρτωλῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ δικαίων, φωτίζοντος τοῦ Θεοῦ τὰ κρυπτὰ τῶν ἁμαρτωλῶν (δι' ἄγνοιαν καὶ κακίαν σκότος

& mortuorum reſurrectione orabat: ſiquidem adulterium & homicidium ab hereditate deiiciunt. CATENA PATRVM.

2. DOMINE NE IN FVRORE.] CHRYSOSTOMI. Quando furorem & iram audis in Deo, nihil humani opineris: condeſcenſionis enim iſta verba ſunt. Nam diuinum Numen ab omnibus iſtiuſmodi paſſionibus liberum eſt. Sic autem dicitur ad captum intelligendi rudiorum; quandoquidem etiam nos cùm barbaros alloquimur, ipſorum linguâ vtimur. *Furor & ira quid in Deo.*

ORIGENIS. Furor eſt impetus concupiſcentiæ animi manſueti per exceſſum vindictæ. Ait igitur: Etſi acerbiùs furor arguat, & ira citiùs corripiat; ego tamen propter infirmitatem meam deprecor miſericordiam tuam, vt alio quopiam remedio arguar & corripiar, quod tantam non adferat moleſtiam.

ASTERII. Sed quomodo beatitudinem non recuſas, qui correctionem & diſciplinam detrectas? Nam in libro Iob ſcriptum eſt: *Beatus homo quem corripuit Dominus in terra.* de quo tu alibi: *Beatus homo quem tu erudieris Domine.* Atqui non argutionem, inquit, ſubterfugio, ſed illam quæ cum furore fit; neque correptionem recuſo, ſed illam quæ cum ira fit. Nam hæc eos manent qui in præſenti vita non reſipiſcunt: quæ ego non mereor, cùm memetipſum per pœnitentiam caſtigem. Rogat autem vt paternè, & non iuridicè corripiatur: Non enim, inquit, peccato ſupplicium admetiaris, ſed iuſtitiam clementiâ moderare. *Paterna correctio non ſubterfugienda.* Iob 5,17. Pſ.93, 12. *Ira iudicis deprecanda.*

DIDYMI. Cùm quis ſenſum ex diſciplina recipit, dicit: *Iram Domini ſuſtinebo, quia peccaui ei, donec cauſam meam iudicet, & faciat iudicium meum, & educat me in lucem.* Nouit enim quòd auxilij ferêdi gratia ita iudicet, ac talem finem habeat. Ceterùm correptio, quæ per ſermonem doctrinæ efficitur, melior eſt reprehenſione quæ cum ira fit; quoniam illa ſpontaneam pœnitentiam parit, hæc verò non omnino voluntaria eſt. De illa autem quæ per ſermonem abſoluitur, & Paulus ait: *Omnia quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur.* Nam reprehenſio quæ per lumen fit, manifeſtatio eſt per modum demonſtrationis, non peccatoribus tantùm, ſed etiam iuſtis exhibita, dum Deus peccatorum (qui ob ignorantiam & malitiam tenebræ Mich.7,9. *Verbalis correptionis fructus.* Epheſ.5, 13.

CATENA PATRVM.

vocantur) illuminat occulta, & conſilia cordium iuſtorum manifeſtat. Verumtamen etſi

Mali puniuntur ob bonum finem.

malignos furor & correptio perſtringat, tamen id fit ob bonum finem, cùm ob malitiam & impietatem puniri mereantur. Per hæc igitur vtiliter probatus, *Benedicam*, inquit, *tibi Domine quoniam iratus es mihi in*

Iſa.12,1. Pſal.29,8.

ſalutem. Auertiſti faciem tuam, & miſertus es mei. Quin & ipſe Deus oſtendit occultam in ira ſua bonitatem, dicens: *Quando ira furoris mei venerit, rurſus ſanabo.* Etſi enim reueletur ira Dei de cælo, hoc tamen fit ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum, cùm has abolendi vim habeat. Quòd autem ira in Deo non ſit paſſio, declarat

Exod.15,7

Moyſes, dicens: *Miſiſti iram tuam, & deuorauit eos ſicut ſtipulam.* Nam ira quæ paſſio, ſeu affectio eſt, non mittitur, cùm ſit iraſcibilis animæ facultas. Hic autem iram vocat miſeriarum ſeu laborum in peccatores inductionem.

3. MISERERE MEI DOMINE.] CHRYSOSTOMI. Omnes hac voce deprecamur, tametſi millies millena rectè geſſerimus. Verumtamen non omnes digni ſunt miſericordiâ.

Miſericordia ſe dignum requirit. Rom.9,15

Nam licet miſericordia ſit, dignum tamen exigit, iuxta quod ait: *Miſerebor cui miſereor, & miſericordiam præſtabo cui miſereor.* Qui enim egit digna miſeratione, dicet: *Miſerere mei.* Qui autem ſe ipſum negligens hac venia indignum ſe præbuit, in vanum dixerit *Miſerere mei.* Si enim ſuper omnes veniret

Miſericordia ſit cum iudicio.

miſericordia, nemo profectò puniretur. Sed vel ſic habet aliquid de iudicio, quòd dignum quærat. Idcircò cùm peccamus, attendamus ſi digni ſimus miſericordiâ; num fecerimus aliquid, vnde miſericordiam conſequamur; num reſipuerimus, num pœnitentiam egerimus: ſiquidem pœnitentem ſaluari, eſt ſaluari ex miſericordia. Hoc modo igitur & hic ſaluari rogat per lacrymas, & lamenta. *Lauabo* enim, inquit, *per ſingulas noctes lectum meum.* Verumtamen non ſtatim hæc dicit; ſed priùs ad naturæ fragilitatem refugit, dicens: *Miſerere mei, quoniam infirmus ſum.* Verùm hoc non ſufficit. Nam ſi hoc ſufficeret, omnes ſaluarentur. Fortaſſis verò non hoc intelligit, ſed infirmitatem, quæ in ipſo nata erat ex tentationibus; non paruum etiam hunc titulũ proferens ad miſericordiam & clementiam obtinendam. Quod vtique

ὀνομασμένων) καὶ φανεροῦντος τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν τῶν δικαίων. Πλὴν εἰ καὶ πονηροὺς ὁ θυμὸς ἄγει καὶ ἡ παιδεία, ἀλλ' ἐπὶ τέλει χρηστῷ κωλυτικοὺς ὄντας κακίας καὶ ἀσεβείας. Τοιγαροῦν ὁ πειρασθεὶς διὰ τούτων χρησίμως. Εὐλογήσω σε κύριε (φησὶν) ὅτι ὠργίσθης μοι εἰς σωτηρίαν. ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἠλέησάς με. Καὶ αὐτὸς δὲ φανεροῖ τὴν ἐγκεκρυμμένην ὁ θεὸς ἐν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ ἀγαθότητα, λέγων, ὅταν ὀργὴ τοῦ θυμοῦ μου γένηται, πάλιν ἰάσομαι. εἰ γὰρ καὶ ἀποκαλύπτεται ὀργὴ θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ· ἀλλ' ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, ἀφανιστικὴ τούτων ὑπάρχουσα. Ὅτι δὲ μὴ πάθος ἐπὶ θεοῦ ἡ ὀργὴ δηλοῖ λέγων ὁ Μωυσῆς· Ἀπέστειλας τὴν ὀργήν σου, καὶ κατέφαγεν αὐτοὺς ὡσεὶ καλάμην. ἡ ὀργὴ γὰρ τὸ πάθος οὐκ ἀποστέλλεται, θυμικὴ δύναμις οὖσα ψυχῆς. τὴν δὲ τῶν πόνων ἐπαγωγὴν τοῖς ἁμαρτωλοῖς ὀργὴν ἐν τούτοις φησίν.

γ'. ΕΛΕΗΣΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ταύτης πάντες δεόμεθα τῆς φωνῆς, κἂν μυριάκις ὦμεν μυρία κατωρθωκότες. Ἀλλ' οὐ πάντες ἄξιοι τοῦ ἐλεεῖσθαι. εἰ γὰρ καὶ ἔλεός ἐστι, τὸν ἄξιον ἐπιζητεῖ. καθάπερ φησί· Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. Ὁ μὲν γὰρ ἄξια τοῦ ἐλεηθῆναι ποιήσας, ἐρεῖ· Ἐλέησόν με. Ὁ δὲ ἐκβαλὼν ἑαυτὸν τοῦ ταύτης τυχεῖν τῆς συγγνώμης, μάτην ἐρεῖ τό, ἐλέησόν με. εἰ γὰρ ἐφ' ἅπαντας ἔμελλεν ἔλεος ἔρχεσθαι, οὐδεὶς ἂν ἐκολάσθη. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχει τινὰ κρίσιν, ὅτι τὸν ἄξιον ἐπιζητεῖ. διὸ ὅταν ἁμαρτάνωμεν, σκοπῶμεν εἰ ἄξιοι ἐλέους ἐσμέν· εἰ ἐποιήσαμέν τι ὥστε ἐλεηθῆναι· εἰ ἀπέστημεν, εἰ ἐμετενοήσαμεν· καὶ γὰρ τὸν μετανοήσαντα σωθῆναι ἐξ ἐλέους ἐστὶ σωθῆναι. Οὕτως γοῦν καὶ οὗτος ἐντεῦθεν ἀξιοῖ σωθῆναι ἀπὸ τῶν δακρύων καὶ θρήνων. Λούσω γάρ, φησι, καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου. Ἀλλ' οὐκ εὐθέως αὐτὰ λέγει, ἀλλὰ προτρέχει ἐπὶ τὸ εὐόλισθον τῆς φύσεως καταφεύγει λέγων· Ἐλέησόν με, ὅτι ἀσθενής εἰμι. Ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο. εἰ γὰρ τοῦτο ἤρκει, πάντες ἂν ἐσώθησαν. Τάχα δὲ οὐ τοῦτο λέγει, ἀλλὰ τὴν ἀσθένειαν, τὴν ἐκ τῶν πειρασμῶν ἐγγινομένην αὐτῷ. οὐ μικρὸν καὶ τοῦτο δικαίωμα εἰς τὸ τυχεῖν ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας προβαλλόμενος. Ὃ γοῦν

καὶ

καὶ προσιὼν ἠνίττετο λέγων· Ὅτι ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου· οἶδε γὰρ ὅτι καὶ θλῖψις μετ' εὐχαριστίας γινομένη, ἵλεων τὸν Θεὸν ποιεῖ. Ταύτην τοίνυν ἐμοὶ δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα αἰνίττεσθαι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ πᾶσα ἁμαρτία ἐξ ἀσθενείας συμβαίνει, ἐξατονούσης τῆς ψυχῆς, καὶ μὴ δυναμένης ἀντιβλέπειν τῇ τοῦ πάθους ἐπαναστάσει, τούτου χάριν ὁ ἡμαρτηκὼς, ἀσθένειαν ἑαυτοῦ κατηγορεῖ, σφόδρα νηφαλίως καὶ συνῃσθημένως καταφεύγων ἐπὶ τὸν σωτῆρα, καὶ ἰατρὸν τὸν τοῦ Θεοῦ υἱόν. Μόνος γὰρ οὗτος, τῆς λογικῆς ψυχῆς τὰ τραύματα οἷός τε θεραπεύειν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Διδάσκει τίνα δεῖ τρόπον προσεύχεσθαι, πῶς δεῖ ταπεινοῦσθαι, καὶ τὸν Θεοῦ προσκαλεῖσθαι τὸν ἔλεον.

ΙΑΣΑΙ ΜΕ ΚΥΡΙΕ, ΟΤΙ ΕΤΑΡΑΧΘΗ ΤΑ ΟΣΤΑ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ εἶπεν, ἄφες μοι, οὐδὲ ἐνδός μοι, ἀλλὰ ἴασαί με, καὶ τὰ πρότερα ἀξιοῖ τραύματα ἀφανισθῆναι. Ὀστᾶ δὲ ἐνταῦθα λέγει τὴν ἰσχὺν ἅπασαν· ταραχὴν δὲ τὴν πληγὴν, τὴν κόλασιν, τὴν τιμωρίαν. Τινές φασιν ἐνταῦθα ταραχὴν λέγειν αὐτὸν, τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας γινομένην. Τοῦτο δὲ μάλιστα καὶ ἐν ἐπιθυμίαις ἀσελγέας συμβαίνειν εἴωθε· τοῦτο καὶ ἐν θυμῷ, καὶ ἐν συμφοραῖς. Πάντα γὰρ ταῦτα ταράττει καὶ ψυχὴν, καὶ ὀστᾶ. καὶ ὅταν κόραι διαστρέφονται, οὐδὲ ὀφθαλμοὶ κατὰ τάξιν βλέπουσι. Τοῦ γὰρ λογισμοῦ διαταραχθέντος πάντα συγχεῖται. Τοῦτο δὲ συμβαίνει παρὰ τὴν ἡμετέραν ῥᾳθυμίαν. Ἂν γὰρ μὴ ἀνάψῃς τὴν φλόγα, οὐκ αἴρεται. ἂν μὴ τὰς εὐμόρφους ὄψεις περιεργάσῃ, ἐὰν μὴ πιαίνῃς τρυφῇ τὴν σάρκα, ἂν μὴ καταποντίζῃς οἴνῳ τὸν λογισμὸν, οὐκ αἴρεται τῆς ἐπιθυμίας ἡ φλόξ. Ἀρκεῖ οὖν ταῦτα, φησί τις, πρὸς τὸ διαφυγεῖν τὴν φλόγα τῆς ἁμαρτίας; οὐκ ἀρκεῖ. ἀλλὰ δεῖ καὶ ἕτερα προστεθῆναι, προσευχὰς διηνεκεῖς, ἁγίων συνουσίας, νηστείαν σύμμετρον, δίαιταν λιτὴν, ἀσχολίας ἀναγκαίας, πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοῦ Θεοῦ τὸν φόβον, τὴν μέλλουσαν κρίσιν, τὴν ἐπαγγελίαν τῶν ἀγαθῶν. διὰ τούτων πάντων δύνασαι χαλινῶσαι τὴν λυσσῶσαν ἐπιθυμίαν, καὶ στῆσαι τὴν κυμαινομένην θάλασσαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τεταράχθαι γε μὴν τὰ ἑαυτοῦ ὀστᾶ, φησὶ, καὶ προσέτι τὴν ψυχήν. καὶ ὀστᾶ μὲν ἴσως κατά γε τὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν

CATENA PATRVM.

etiam in progreſſu inſinuauit, dicens: *Quoniam inueteraui inter omnes inimicos meos.* ſciebat enim etiam afflictionem cum gratiarum actione ſuſceptam Deum reddere propitium. Hanc igitur infirmitatem hîc etiam inſinuare mihi videtur.

Omne peccatum ex ægritudine est.

EVSEBII. Quoniam peccatum omne ex ægritudine oritur, dum anima eneruatur, & paſſionis inſultui occurrere minimè poteſt: idcircò poſtquam peccauit, imbecillitatem propriam accuſat, prudenter & ſenſatè ad Saluatorem, & medicum Dei Filium confugiens. Hic enim ſolus animæ rationalis vulnera curare poteſt.

Dei Filius rationalis medicus.

HESYCHII. Docet quomodo orare, & quâ ratione ſe humiliare, & Dei miſericordiam implorare oporteat.

IBIDEM. SANA ME DOMINE, QVONIAM CONTVRBATA SVNT OSSA MEA.] CHRYSOSTOMI. Non dixit, Remitte mihi, neque Condona mihi; ſed *Sana me*, & priora petit vulnera aboleri. Oſſa autem hîc vocat omne robur; perturbationem verò plagam, punitionem, pœnam. Nonnulli aiunt ipſum hîc intelligere perturbationem, quæ exiſtit ex peccato. Hoc autem maximè in concupiſcentiis impudicis euenire ſolet: vti etiam in furore, & in aduerſitatibus. Hæc enim omnia perturbant tam animam, quàm oſſa, vt quando pupillæ inuertuntur, oculi quoque haud rectè vident. Cùm ratio autem perturbatur, omnia confunduntur: hoc autem accidit per noſtram ſocordiam. Nam ſi flammam non accenderis, non attollitur. Si formoſos oculos non temerè circumegeris, ſi carnem deliciis non impinguaueris, ſi rationem vino non ſopiueris, concupiſcentiæ flamma non exurget. Hæccine igitur, dicat aliquis, ſufficiunt ad peccati flammam euitandam? Minimè gentium: ſed & alia adiicienda ſunt, vt preces aſſiduæ, Sanctorum familiaritates, ieiunium moderatum, viuendi ratio frugalis, occupationes neceſſariæ, & præ reliquis omnibus timor Dei, futurum iudicium, promiſſio bonorum. Hiſce omnibus, rabioſam concupiſcentiam frænare, nec non procelloſum mare ſedare poteris.

Oſſa, robur ſignificant.

Perturbatio oritur ex peccato.

Præſidia contra peccatum.

HESYCHII. Oſſa porrò, animamque præterea ſuam, perturbata fuiſſe dicit. Per oſſa verò, iuxta ſpiritalem intelligentiam, virtutes animi

Oſſa ſpiritalia ſunt ſolidæ virtutes.

CATENA PATRVM.

animi rationis compotes intelligit, quæ & ipſum ad intellectualem ſoliditatem euehunt. Vt ſunt continentia, prudentia, & quę ſecundùm Deum eſt fortitudo, temperantia, & iuſtitia, & abſolutè demum genus omne virtutum, quæ cùm in nobis non fuerint inconfuſæ (id eſt cum decenti ornatu ordineque) neceſſe eſt animam, cùm proprium robur non obtineat, perturbari paſſionibus illis inordinatis, quæ in ipſa ſunt.

4. Sed tv Domine vsqveqvo?] Evsebii. Suæ per longum tempus pœnitentiæ conſtantiam inſinuat. Nam ſapiens animarum medicus non ſtatim ab ipſo conuerſionis initio ſupplicantem exaudit: vt in conſtanti habitu boni perſeueret, ſolidam oſtendens pœnitentiam, & poſt ſufficientem tolerantiam & confeſſionem illi aſſiſtens, dicat: *Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te.* Iis enim qui dignè ipſum inuocauerint, dicet: *Adhuc loquente te, Ecce adſum.*

Deus cur non ſtatim exaudiat.

2. Cor. 6, 2

Iſa. 65, 25.

Origenis. Hoc ita tacitè dictum eſt, q.d. Vſquequo non liberas animam meam, neque ſaluum me facis ſecundùm miſericordiam tuam, neque me conuertis? Qui autem non confidit in operibus ſuis ſe ſaluandum, dicat: *Saluum me fac propter miſericordiam tuam.*

5. Convertere Domine.] Origenis. *Conuertere* idem eſt, ac ſi dicat: Inter propria repone. *Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui.* Idcircò libera me ab illa, vt iterùm tui memor ſim.

Chrysostomi. Docet auditorem quòd cum Dei benignitate noſtra quoque opera coniungi debeant. Siue enim infirmitatem, ſiue perturbationem, ſiue Dei bonitatem obtendamus, ſiue quidquid hîc recenſuit; niſi opera noſtra acceſſerint, nihil nobis proderit. Audi enim quid dicat.

Nil iuuat orare, ſi nos ipſos non iuuemus.

7. Laboravi in gemitv meo.] Evsebii. Dauid, cùm eſſet ſapiens, non ignorauit præſentem vitam tempus eſſe curationis; quo elapſo, nemo fit bonus. Omnia itaque præſtat, curari volens, antequam à communi morte comprehendatur. Quare pro vna (inquit) nocte quâ peccaui, omnibus noctibus confiteor, meipſum, lectumque in quo peccaueram, pœnitentiæ lacrymis abluere ſatagens. Noui enim poſt mortem me non habiturum tempus hoc agendi. Illud autem, *Quis confitebitur tibi?* id eſt

Præſens vita eſt tempus curationis.

νοήθειεν ἂν αἱ λόγῳ ληπταὶ τῆς ψυχῆς δυνάμεις, αἳ καὶ ἀνέχουσιν αὐτὴν εἰς νοητὴν στερεσίαν. Οἷον ἐγκράτεια, φρόνησις, ἡ κατὰ θεὸν ἀνδρεία, σωφροσύνη, καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς πᾶν εἶδος ἀρετῆς, ὧν οὐκ οὐσῶν ἐν ἡμῖν ἀσυγχύτως (ἤγουν ἐν κόσμῳ τῷ δέοντι) διὰ τὸ τὴν ἰδίαν οὐκ ἔχειν ἰσχὺν, ἀνάγκη ταράττεσθαι τὴν ψυχὴν ἀτακτούντων ἐν αὐτῇ τῶν παθῶν.

δ'. Καὶ σὺ Κύριε ἕως πότε;] Εὐσεβίου. Τὴν ἐπὶ μακρῷ χρόνῳ παράτασιν τῆς ἑαυτοῦ μετανοίας ἐμφαίνει. Ὁ γάρ τοι σοφὸς τῶν ψυχῶν ἰατρὸς οὐ παραχρῆμα κατὰ τὴν πρώτην ἐπιστροφὴν ἐπακούει τοῦ δεομένου, ἵνα ἐν ἕξει παραμένων γένηται τἀγαθοῦ, βεβαίαν δείξας μετάνοιαν· καὶ μετὰ τὴν ἱκανὴν καρτερίαν καὶ ἐξομολόγησιν φήσειεν ἐπιστάς· καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι· Τοῖς γὰρ ἀξίως αὐτὸν ἐπικαλουμένοις ἐρεῖ, ἔτι λαλοῦντός σου ἰδοὺ πάρειμι.

Ὠριγένους. Τοῦτο ἐλλειπτικῶς εἴρηται, ἀντὶ τοῦ Ἕως πότε οὐ ῥύῃ τὴν ψυχήν μου, οὐδὲ σώζεις με, κατὰ τὸ ἔλεός σου, οὐδὲ ἐπιστρέφεις με; Ὁ μὴ θαῤῥῶν δὲ ἐπὶ ἔργοις σωθῆναι, ἐρεῖ, σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου.

ε'. Ἐπίστρεψον Κύριε.] Ὠριγένους. Τὸ ἐπίστρεψον, οἷον εἰς τὰ οἰκεῖα ἀποκατάστησον. ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου. Διὸ ῥῦσαί με ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα πάλιν μνημονεύσω σου.

Χρυσοστόμου. Παιδεύει τὸν ἀκροατὴν, ὅτι μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, δεῖ καὶ τὰ ἡμέτερα ἐπεῖναι. ἄν τε γὰρ τὴν ἀσθένειαν προβαλώμεθα, ἄν τε τὴν ταραχὴν, ἄν τε τὴν τοῦ θεοῦ τὴν ἀγαθότητα, ἄν τε αὐτὸ δὴ τοῦτο ὃ ἔλεγε, τὰ δὲ παρ' ἡμῶν μὴ προσγένηται, οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν. ἄκουσον γὰρ τί φησιν.

ζ'. Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου.] Εὐσεβίου. Σοφὸς ὢν Δαβὶδ, οὐκ ἠγνόει τὴν παροῦσαν ζωὴν θεραπείας εἶναι καιρὸν, μεθ' ὃν οὐδεὶς κατορθοῖ. πάντα γοῦν πράττει θεραπευθῆναι βουλόμενος, πρὶν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ καταληφθῆναι θανάτου. Διό, φησιν, ἀντὶ μιᾶς νυκτὸς καθ' ἣν ἥμαρτον, πάσας ἐξομολογοῦμαι τὰς νύκτας ἀποπλῦναι πειρώμενος ἐμαυτὸν, καὶ ἐφ' ἧς ἥμαρτον κλίνην δάκρυσι μετανοίας. Οἶδα γὰρ μετὰ θάνατον οὐχ ἕξων τοῦτον καιρόν. Τὸ δὲ, τίς ἐξομολογήσεταί σοι;

τουτέστιν οὐδείς. νῦν γὰρ οὐ σημαίνει τὸ ἐναντίον. Τάχα δὲ καὶ τύχῃ τῆς ἀφέσεως, ἐπαγγέλλεται δακρύων πέρας οὐκ ἕξειν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τὸ ἐκοπίασά φησιν ἀντὶ τοῦ κοπιάσω. ἔσται δὲ τοῦτο σαφὲς διά γε τῶν ἐφεξῆς κειμένων. Οὐ γὰρ ἔλουσα τὴν κλίνην μου, φησὶν, ἀλλ' οὐδὲ ἔβρεξα τὴν στρωμνήν μου, ἀλλ' ἐπ' ἀμφοῖν τὸ λούσω, καὶ βρέξω φησίν. ὑπισχνεῖται γὰρ ἔσεσθαί τις φιλοπονώτατος, καὶ τὸν ἀνειμένον καὶ ἄφετον οὐκ ἀγαπήσειν βίον.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀκουέτωσαν οἱ ἐν εὐτελείᾳ ζῶντες, οἵαν ὁ πορφυρίδα περικείμενος μετάνοιαν ἐπεδείκνυτο. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἐδάκρυεν, ἀλλὰ τὴν κλίνην ἔλουεν· οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην νύκτα· καὶ οὐ τὸ παρελθὸν λέγει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλλον. διὰ πάσης γὰρ ζωῆς τοῦτο ἔπραττεν. Ἀκουέτωσαν οἱ τὰς ἀργυρᾶς κλίνας ἔχοντες οἵα τοῦ βασιλέως ἦν ἡ κλίνη· οὐ λιθοκόλλητος, οὐδὲ χρυσόπαστος, ἀλλὰ δάκρυσι λελουμένη. Τούτῳ αἱ νύκτες, οὐκ ἀναπαύσεως, ἀλλὰ θρήνων καὶ ὀδυρμῶν ἔγεμον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἡμέρᾳ πολλαὶ περιίστασαν αὐτὸν φροντίδες, ὃν ἅπαντες ἀνέσεως ἐποιοῦντο καιρὸν, τοῦτον ἐκεῖνος ἐξομολογήσεως ἐποιεῖτο.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοιοῦτον στεναγμὸν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ στενάζοντες ἐν Αἰγύπτῳ, εἰσηκούσθησαν. Καὶ Παῦλος δέ· Οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν, λέγων, τὸ ὅμοιον ποιεῖ· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό· Ὠρυόμην ἀπὸ στεναγμοῦ τῆς καρδίας μου. Καὶ οὐκ ἀρκεῖ στενάξαι, ἀλλ' ὥστε κοπιάσαι δεῖ. Χαριέντως δὲ εἰς προτροπὴν ἁγνείας χρησώμεθα τῷ λόγῳ τούτῳ· Λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου. ὑπὸ μόνων τῶν ἀεὶ καθαρευόντων ἀπὸ μίξεως φάσκοντες καλῶς. οὗτοι δὲ καὶ σχολάζοντες ἐν προσευχῇ, ἐν δάκρυσι βρέχουσιν ἑαυτῶν ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις πάλαι τὴν στρωμνήν.

η'. ΕΤΑΡΑΧΘΗ ΑΠΟ ΘΥΜΟΥ Ο ΟΦΘΑΛΜΟΣ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες ψυχὴν συντετριμμένην. Εἰπὼν γὰρ τὴν μετάνοιαν, λέγει πάλιν τὰ πάθη, τὸν θόρυβον, τὸν ἐν τῇ διανοίᾳ ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ γενόμενον. ὀφθαλμὸν γὰρ ἐνταῦθα τὸν τῆς ψυχῆς φησι, τὸ διορατικὸν ἐκεῖνο καὶ λογικὸν, ὅπερ ἡ ἔννοια τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ταράττειν εἴωθεν. Ἐπειδὴ γὰρ διαπαντὸς πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν εἶχε τὰ πλημμελήματα,

id eſt nemo. Nunc enim non rarum quidpiam ſignificat. Fortaſſis verò etiam, tametſi remiſſionem obtinuerit, ſe nullum lacrymandi finem facturum pollicetur. CATENA PATRVM.

CYRILLI. Illud *laboraui*, pro Laborabo poſitum eſt. Erit autem hoc ex ſequentibus manifeſtum. Non enim dixit: Laui lectum meum, neque Rigaui ſtratum meum, ſed vtrobique dixit, Lauabo, & rigabo. Pollicetur enim ſe laborioſiſſimum fore; & voluptuariam & diſſolutam vitam non ſectaturum.

CHRYSOSTOMI. Audiant qui tenues ſunt, qualem is, qui purpurâ veſtiebatur, pœnitentiam oſtenderit. Haud enim ſimplici modo lacrymatus fuit, ſed lectum lauit; idque non ſemel aut iterùm, ſed per ſingulas noctes: neque præteriti dumtaxat temporis rationem habet, ſed & futuri. Per totam enim vitam hoc fecit. Audiant hi qui argenteos lectos habent, qualis regis ipſius lectus fuerit, non gemmis intertextus, non auro diſtinctus, ſed lacrymis ablutus. Huic noctes non quiete, ſed lamentis & vlulatibus refertæ erant. Cùm enim interdiu plurimæ ipſum curæ circumdarent, tempus hoc quod omnes quieti tribuebant, ipſe impendebat confeſſioni. *Dauidis pœnitentia feruor.*

ORIGENIS. Talem gemitum filij Iſraël edentes in Ægypto, exauditi ſunt. Quin & Paulus eodem modo facit, cùm ait: *Qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus.* Tale eſt & illud: *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Neque ſatis eſt gemere, ſed oportet quodammodò laborare. Gratioſè autem ad ſuadendam caſtitatem vti poſſemus iſto verſiculo: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum.* Rectè nimirum dicendo illud de ſolis iis qui ſemper puri ſunt à commixtione. Hi autem dum etiam vacant orationi, pro antiquis peccatis ſuis ſtratum ſuum lacrymis rigant. *Gemitus qualis eſſe debeat.* 2.Cor.5,4. Pſal.37,9.

8. TVRBATVS EST A FVRORE OCVLVS MEVS.] CHRYSOSTOMI. Vidiſti animum contritum. Cùm enim pœnitentiam commemoraſſet, rurſum recenſet paſſiones, v. g. tumultum qui extitit in eius mente ex diuinæ iræ meditatione. Oculum enim hîc mentis intelligit, quo animus cernit atque ratiocinatur, quem nimirum peccatorum propriorum recordatio excitare ſolet. Cùm enim aſſiduè ante oculos haberet peccata ſua,

CATENA PATRVM.

& ad iram Dei attenderet, in timore verſabatur: haudquaquam abſque dolore viuens, vt multi; ſed anxius ac tremens. Qui ſic perturbatus eſt, omnem profert tempeſtatem. Quid autem ſibi vult iſtud, *inueteraui?* Infirmatus ſum ab inimicis. Etenim vita omnis in agone verſatur, & mille hoſtibus vita noſtra referta eſt: qui tum euadunt potentiores,

Peccatum adfert veternum.

cùm in peccata incidimus. Nihil enim æquè vetuſtatem ſeu veternum, & infirmitatem conciliare ſolet, vt natura peccati. Quocirca Paulus veternum hinc contractum excuti

Rom. 12, 2.

præcipiens, ait: *Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri.* Quando, inquit, ſub peccato inueteratus fueris, renoua temetipſum.

ORIGENIS. Propter hanc oculi turbationem, haud purè ſed confuſè cernit is qui ſpiritalia contueri videtur. Ceterùm iſtud, *Inueteraui*, idem eſt q. d. Obſoletus & antiquus euaſi, dum inter ipſos commoratus ſum, in hac vita, vbi exiſtunt: vel ab ipſis veterem

Ephes. 4, 22.

hominem aſſumpſi, *qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris.*

9. DISCEDITE A ME OMNES.] DIDYMI. Laudabili propoſito pro inimicis orat; vult enim vt ipſi facta ſua erubeſcant, per quæ & Dei & iuſtorum hoſtes facti fuerant. Erit au-

Vtile eſt erubeſcere malum.

tem id ipſis admodum vtile. Nam qui ex animi ſententia erubeſcit, & confunditur pro malo opere quod patrauit; cùm illud cognouerit, ab eo ceſſabit, & non ampliùs aget.

HESYCHII. Vides vt Deus preces noſtras ac ſupplicationem promptus admittat, cùm ab operantibus iniquitatem (ſiue homines, ſiue cogitationes malæ ſint) longè receſſerimus.

Fuga mali, initium boni.

CHRYSOSTOMI. Haud minima quoque ad virtutem via, eſt fuga malorum. Hic eſt fructus pœnitentiæ, hoc lucrum eſt lacrymarum. hoc & nos faciamus. Non dixit autem ſimpliciter: Quoniam exaudiuit Dominus vocem meam, ſed *vocem fletus mei.* Cernis, vt etiam vbertim quæ ſua ſunt adferat, nem-

Vox & fletus animæ qualis.

pe vocem & fletum? Vocem hîc non clamorem intenſum, ſed mentis affectum appellans: & fletum non ſolùm oculorum, ſed & animæ. Nam qui pœnitentiam adfert, & à Deo exauditur, is facilè etiam improborum repellit conſuetudinem.

καὶ τὴν ὀργὴν τοῦ θεοῦ ἀνελογίζετο, ἐν φόβῳ ἦν, οὐκ ἀναλγήτως ζῶν, ὥσπερ οἱ πολλοί, ἀλλ' ἀγωνιῶν καὶ τρέμων. Ὁ οὕτως τεταραγμένος, πάντα χειμῶνα ἐκβάλλει. Τί δέ ἐστιν, ἐπαλαιώθην; ἠσθένησα ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. Καὶ γὰρ ἐν ἀγῶνι πᾶς ὁ βίος, καὶ μυρίων ἐχθρῶν ἡ ζωὴ ἡμῶν ἐμπέπλησται. οἵτινες ἰσχυρότεροι γίνονται, ἐπειδὰν ἁμαρτήμασι περιπέσωμεν. Οὐδὲν γὰρ παλαιὸν, καὶ ἀσθενῆ ποιεῖν εἴωθεν οὕτως, ὡς ἁμαρτίας φύσις. Διόπερ ὁ Παῦλος τὴν ἐντεῦθεν παλαίωσιν ἀποτρίβεσθαι κελεύων, ἔλεγε· Μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν. Ὅταν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας παλαιωθῇς, φησὶν, ἀνακαίνισον σεαυτόν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Διὰ ταύτην τὴν τοῦ ὀφθαλμοῦ ταραχὴν, οὐ καθαρῶς ἀλλὰ συγκεχυμένως ὁρᾷ ὁ βλέπειν τὰ νοητὰ δοκῶν. Τὸ δὲ, ἐπαλαιώθην, οἷον παλαιὸς καὶ πολυχρόνιος γέγονα, ἐν αὐτοῖς διατρίβων ἐν τῷ βίῳ ὅπου εἰσὶν, ἢ τὸν παλαιὸν παρ' αὐτοῖς ἀνέλαβον ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης.

θ΄. ΑΠΟΣΤΗΤΕ ΑΠ' ΕΜΟΥ ΠΑΝΤΕΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀγαθῇ προθέσει εὔχεται ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν. Θέλει γὰρ αὐτοὺς αἰσχυνθῆναι ἐφ' οἷς ἔπραττον, δι' ἃ καὶ ἐχθροὶ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν δικαίων ἦσαν. Ἔσται δὲ τοῦτο αὐτοῖς ὠφελές. Ὁ γὰρ ἐξ αἰσθήσεως αἰσχυνθεὶς, καὶ ταραχθεὶς ἐπὶ τῇ ἐνεργημένῃ ὑπ' αὐτοῦ κακίᾳ, καταγνοὺς αὐτῆς, παύσεται τοῦ ἐνεργεῖν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁρᾷς ὡς ὅταν ἀποστῶμεν τῶν ἐργατῶν τῆς ἀνομίας (εἴτε ἀνθρώπων, εἴτε λογισμῶν) τότε ὁ θεὸς τὰς ἡμετέρας δεήσεις ἑτοίμως καὶ τὴν προσευχὴν δέχεται.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ μικρὰ καὶ αὕτη ὁδὸς εἰς ἀρετὴν ἄγουσα, τὸ φεύγειν τοὺς πονηρούς. Οὗτος τῆς μετανοίας ὁ καρπὸς, τοῦτο τῶν δακρύων τὸ κέρδος. τοῦτο δὲ καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι εἰσήκουσε κύριος τῆς φωνῆς μου, ἁπλῶς, ἀλλὰ τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου. Ὁρᾷς, πῶς καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ μετὰ πολλῆς εἰσάγει τῆς δαψιλείας, καὶ φωνὴν, καὶ κλαυθμόν; Φωνὴν ἐνταῦθα οὐ τὸν τόνον λέγων τῆς κραυγῆς, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν τῆς διανοίας· καὶ κλαυθμὸν οὐ τὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπὸ τῆς ψυχῆς. Ὁ γὰρ καὶ μετάνοιαν εἰσάγων, καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ ἀκουόμενος, εὐκόλως διακρούεται τὰς τῶν πονηρῶν συνουσίας.

ΩΡΙΓΕ-

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ τὸν κλαιόντων μακαρισμὸν συνιεὶς, καὶ κλαίων, ταῦτα ἐρεῖ πᾶσι τοῖς παροῦσιν αὐτῷ ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν, ὁρατοῖς, καὶ ἀοράτοις. Πρῶτον δὲ ὁ θεὸς φωνῆς καὶ κλαυθμοῦ ἀκούει, εἶτα δεήσεως, εἶτα τὴν προσευχὴν προσδέχεται.

ια. ΑΙΣΧΥΝΘΕΙΗΣΑΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Αὕτη ἡ προσευχὴ μεγίστην ὠφέλειαν ἔχει, τό τε αἰσχυνθῆναι, καὶ τὸ εἰς τὰ ὀπίσω ἀπελθεῖν τοὺς ἐχθρούς. Οἱ γὰρ κακῶς τρέχοντες εἰ καταισχυνθεῖεν, καὶ εἰς τὰ ὀπίσω ἀπέλθοιεν, ἀποστήσονται τῆς πονηρίας. Ὥσπερ γὰρ, εἰ ἄνθρωπον ἴδοιμεν κατὰ κρημνοῦ φερόμενον, ἀναχαιτίζομεν αὐτὸν τῆς πρόσω φορᾶς, καὶ λέγομεν, ἄνθρωπε ποῦ φέρῃ; κρημνὸς ἔμπροσθεν ἀπαντήσεται. Οὕτω δὴ καὶ οὗτος ἀξιοῖ τοὺς κακοὺς, πάλιν εἰς τὰ ὀπίσω δραμεῖν. Τοῦτο δὴ καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, καὶ τὴν ἐν ἡμῖν κακίαν ἀναστέλλωμεν, ἵνα μὴ προϊοῦσα αὐξήσῃ τὴν νόσον. Καὶ γὰρ ἀμελούμενα μείζονα γίνεται τῶν ἁμαρτημάτων τὰ τραύματα· καὶ οὐ μέχρι τραυμάτων ἵσταται τὸ νόσου καὶ ἀῤῥωστίας, ἀλλὰ καὶ θάνατον τίκτει ἀθάνατον.

ANNOTATIONES CORDERII. ORIGENIS. Qui flentium beatitudinem agnoſcit, & flet; hæc dicet omnibus adſtantibus ipſi, operantibus iniquitatem, tam viſibilibus quàm inuiſibilibus. *Ordo exauditionis qualis.* Primùm autem Deus vocem ac fletum exaudit, deinde deprecationem, denique ſuſcipit orationem.

II. ERVBESCANT.] CHRYSOSTOMI. Hæc oratio maximæ eſt vtilitatis, cùm vt confundantur, tum vt retrorſum eant inimici. Qui enim malè currebant, ſi erubuerint, & retroceſſerint, deſiſtent à malo. *Mali à præcipitio arcendi.* Quemadmodum enim, ſi hominem quempiam viderimus in præcipitium ruentem, retinemus ipſum ab vlteriori progreſſu, & dicimus, O homo, quò pergis? præcipitium illicò occurret. Hoc modo vtique etiam hic rogat improbos, vt denuò retro currant. Hoc igitur & nos faciamus, & malitiam noſtram coërceamus, ne progreſſu morbum augeat. Etenim neglectu maiora fiunt peccatorum vulnera: neque dumtaxat vulneribus tenus hic morbus atque infirmitas ſiſtitur, verùm etiam mortem parit ſempiternam.

ANNOTATIONES CORDERII.

Qui ſint Pſalmi Pœnitentiales. NOTA; Pſalmum hunc eſſe primum inter Pœnitentiales, qui ſeptem numerantur, ſcilicet iſte, XXXI. XXXVII. L. CI. CXXIX. & CXLII. quos Poſſidius ſcribit S. Auguſtinum in vltima ſua ægritudine aſſiduè, vbertim flendo, recitaſſe. Illos Gregorius Magnus commentariis illuſtrauit. *Congruentia numeri horum Pſalmorum.* Huius ſeptenarij numeri variæ adferri poſſent congruentiæ, vt v. g. ſeptem peccatis capitalibus opponantur, & ſeptem ſpiritibus immundis, quos de Magdalena Chriſtus eiecit: item vt per illos ſeptem dona Spiritus ſancti per peccatum amiſſa recuperentur. Denique quia numerus hic vniuerſitatem deſignat. Plura de his vide apud Lorinum noſtrum ad hunc Pſalmum, qui vult illos reſpondere ſeptem gradibus pœnitentiæ; ita vt primus reſpondeat timori pœnæ, ſecundus confeſſioni culpæ, tertius ſpei veniæ, quartus odio peccati, quintus amori patriæ cæleſtis, ſextus propriæ diffidentiæ & fiduciæ in Deum, ſeptimus deſiderio melioris vitæ.

Inſcribitur hic Pſalmus *pro octaua*, Græcè, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης: quod aliqui interpretandum putant, *ſuper octaua*. Alij codices habent, περὶ τῆς ὀγδόης, *de octaua*; quod S. Auguſtinus legit, *de octauo*. *Quid ſibi velit inſcriptio pro octaua.* Nonnulli ex Hebræis ſpeciem eſſe citharæ volunt, quæ octo chordis inſtructa eſſet: quam ſententiam Chaldæus interpres eſt ſecutus, & Agellius & alij quidam ex recentioribus probant. Alij volunt eſſe genus carminis quod tonis octo conſtaret, aut ad octauum tonum caneretur. Alij non inſtrumentum, ſed argumentum intellexerunt; quaſi de circumciſione hic Pſalmus agat, quæ octauâ die fiebat. Noſtri ferè omnes tum Græci, ſuperiùs in argumento & Catena citati, tum Latini Patres, de myſterio reſurrectionis octauam accipiunt, quæ, cùm præſens ſæculum ſeptem diebus circumagatur, octauâ die, tamquam illius fine, continget.

Dauid hunc Pſalmum timore iudicij compunctus ſcripſit. Videtur autem hunc Pſalmum Dauid timore iudicij compunctus ſcripſiſſe, vt animaduertit S. Chryſoſtomus libro 2. de Compunctione cap. 4. *Dauid*, inquit, *cum magna cordis compunctione inſitam in animo ſemper habuit iudicij memoriam, etiam in luxu atque in licentia vitæ regalis, eam ſemper ſecum reputabat, mente aſſiduè reuoluebat: vnde id dicebat: Domine ne in furore tuo arguas me, cùm animo omni artubuſque in ea cogitatione horreſceret.* Quare huic Pſalmo titulum inſcripſit, *pro octaua*, quæ planè eſt dies iudicij, vt quæ huius ſæculi ſeptimanam conſequatur. Exaggerat autem doctiſſimus idem Pater pium Dauidis propoſitum, & mirandam illam prouidentiam; quòd, cùm diuinæ mentis approbationem laudemque meruiſſet, de iuſtitia ceteriſque animi donis, quibus ornatus expolituſque eſſet; de hoc tamen exquiſito iudicio, & omnium actionum perquiſitione cogitans, pauore quodam inexplicabili opprimeretur.

2. *Domine ne in furore tuo arguas me.*] *Qua ratione furor & ira de Deo pronuntietur.* Optimè in Commentario ſuprà; & in Catena, *furorem & iram*, per condeſcenſionem de Deo pronunciari ſignificatur. Quid enim Deo minùs conuenit quàm furor, à quo nemo prudens abeſſe

ANNOTATIONES CORDERII.

abeſſe non ſolet? *Furere ergo Dominus dicitur,* (inquit S. Hieronymus in cap. 5. Iſaiæ) *non quòd humanis paſſionibus ſubiaceat; ſed quod nos, qui delinquimus, niſi iraſcentem audierimus Dominum, non timeamus.* Non eſt quidem in Deo furor, nec alia vlla ex humanis paſſionibus; ſed ſola horum affectuum nomina illi attribuuntur ex effectibus, qui reperiuntur in creaturis.

3. *Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum.*] En ſola & tota ratio, vt Deus miſereatur & ſaluet, ipſa miſeri hominis infirmitas, ac neceſſitas. Hinc optimè ſanctus Gregorius in hunc Pſalmum, *Dixerat,* inquit, *ſuperiùs, Saluum me fac, & tempus eſt vt facias. Nam & ego laboraui in gemitu meo. Adeſt miſer, adſit & miſericordia.* Habere enim (liceat dicere) Dei miſericordia quamdam velut ſympathiam videtur cum miſeria, & cum neceſſitatibus hominis, maximè ſi humilis ſupplexque ſit, vt ad eaſdem, vbi ſe produnt, ſubleuandas tollendaſque Euro citiùs accurrat: quemadmodum in auiculam, vbi conſpicitur in aëre, intercipiendam lacerandamque fertur accipiter. Ceterùm ex hoc loco ad cautelam noſtram ſubintulit optimè ſanctus Ambroſius Apolog. 2. cap. 3. *Si Dauid infirmus, tu fortis? ſi Salomon lapſus eſt, tu immobilis?* Tam fortis quiſque (vt probat experientia) tam immobilis perſeuerat, quàm expers eſt tentationis; & quàm procul abeſt ab occaſione, tam procul à ruina. Nemo diu fortis eſt (niſi abundanti gratia muniatur) in luctamine vitiorum. Vnde prudenter ibidem ſanctus Ambroſius ait: *Si non vis vinci, non congrediare peccatis, nec de te vitia coronentur.*

Dei miſericordia ſympathiā habet cum noſtra miſeria.

Sine Deo, nemo diu fortis in occaſione peccandi.

IBIDEM. *Quoniam conturbata ſunt oſſa mea.*] Sub intemperie corporis & animi fatiſcens Propheta Regius, cum gemitu & lacrymis hæc exclamat. Vtpote qui infirmus erat, exhauſtus, eneruis à morbi vi, quæ ad oſſa peruaſerat. Diceres eſſe aliquam luxationem oſſium, aut ſtuporem, aut ſenſum acuti doloris: quamquam Galeno iudice oſſa propriè non ſentiunt, aut dolent, ſed membranæ aut nerui, aliæve partes iis cohærentes, quarum affectio praua, Græcè vocatur ὀστεόκοπος ὀδύνη, id eſt, *oſſium dolor*, quo veluti tunduntur: ſic dictus, eò quòd tendones ipſis oſſibus adhærentes infeſtans, videatur in imo, & circa ipſa oſſa conſiſtere, vt Galenus docet lib. 2. de Locis affectis cap. 7. In iis enim partibus, quæ palpitationis aut tremoris capaces ſunt, ingens aliquis doloris ſenſus ineſſe ſolet. Verùm, vt vt ſit, ſeu oſſa laborent, ſeu membranæ iis adhærentes, ſit illa lis inter medicos; extra litem illud, vbi ingentem aliquem dolorem exprimimus, dicimus ad oſſa vſque penetraſſe. Quomodo etiam loquitur Virgilius libro 2. Æneidos.

Quo ſenſu oſſa dicantur turbari & dolere.

——— *Gelidúque per ima cucurrit*
Oſſa tremor. ———

Is ergo dolor qui in Dauide erat, ad oſſa peruenerat, omneque corporis robur, quod in oſſibus reſidere ſolet, peſſumdederat & abſumpſerat: nec minor à peccato erat eius mentis infirmitas, à qua oſſa, hoc eſt facultates animæ ac virtutes omnes, fatiſcebant, & veluti ſub immani pondere ſubſidebant. Ex hac Dauidis infirmitate eleganter Chryſologus Sermone 45. ad cuiuſlibet hominis infirmitatem deſcendit his verbis: *Quid infirmius homine, quem ſenſus fallit, ignorantia decipit, circumuenit iudicium, pompa lædit, tempus deſerit, mutat ætas, hebetat infantia, iuuentus præcipitat, ſenectus frangit? Huic ergo Deum iraſci in ira, indignari in furore, non eſt creatoris pij, ſed eſt ſeueriſſimi cognitoris. Adde, ne cognitoris quidem, qui nouit figmentum noſtrum, & recordatur quia puluis ſumus.*

Magna hominis infirmitas miſericordiam meretur, non iram.

Porrò illa verba: *Quoniam conturbata ſunt oſſa mea,* legunt alij ex Hebræo, *quoniam contra me facta ſunt oſſa mea.* Quo quid infelicius, quid etiam periculoſius? ſcilicet poſt naturæ ex peccato corruptionem, homo tam ineptus, tamque impeditus ad omnia virtutis ſtudia effectus eſt, vt nihil in ſe habeat, quod non inclinet in malum, & in peccatum trahat. Quid de ſenſibus, in quibus maior illecebra; quid de facultatibus animæ, in quibus maior vis; quid de reliquis potentiis humanarum actionum operatricibus ac miniſtris dicendum, cùm vel ipſa, in quibus nulla operandi virtus, contra ſalutem animæ propè inanimata oſſa conſurgant?

Contra hominem ſua inſurgunt omnia.

4. *Et anima mea turbata eſt valdè.*] Lorinus noſter hoc loco aduertit, Innocentium diſtinguere *turbationem timoris*, vt in inſenſatis apud Sapientiam: *Videntes turbabuntur timore horribili:* Sap. 5, 1.
& Herode ac Ieroſolyma, quando Magi venerunt: *Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt,* Matt. 2, 3.
& omnis Ieroſolyma cum illo. Item *furoris & confuſionis*, vt in agitatis tempeſtate: *Turbati ſunt,* Pſal. 106, 27.
& moti ſunt, ſicut ebrius, &c. Item *occupationis ſollicitæ*, vt in Martha: *Sollicita es, & turbaris erga plurima.* Luc. 10, 41
Item *admirationis* ac *ſtuporis*, ſed humilis & beneuoli, vt in Sponſa: *Anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab.* Cant. 6, 11.
& in Deipara: *Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius.* Luc. 1, 29.
& in diſcipulis: *Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt.* Matth. 14. 26.
Item *compaſſionis*, vt in Chriſto ſeipſum turbante in Lazari reſuſcitatione: *Infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum.* Ioan. 11, 33.
Porrò in hoc Pſalmo idem Innocentius ait eſſe quadruplicem turbationem; ſcilicet primam *miſeriæ* in conturbatis oſſibus, vt cùm ait verſ. 3. *Conturbata ſunt oſſa mea.* Secundam *culpæ*, in anima turbata, verſ. 4. *Et anima mea turbata eſt valdè.* Tertiam *pœnæ*, in turbato præ furore oculo, verſ. 8. *Turbatus eſt à furore oculus meus.* Quartam, *gratiæ*, in conturbatis inimicis, verſ. 11. *Conturbentur omnes inimici mei.* Valent hæc ad tropologiam. Fieri enim non poteſt quin turbetur anima, quæ læſum à ſe Deum recognoſcat.

Diſtinctio circa turbationem.

Quadruplex turbatio in hoc Pſalmo.

5. *Conuertere Domine, &c.*] Hæc verba eleganter expendens Petrus Chryſologus Sermone 45. ſic ediſſerit: *Quouſque pateris? quouſque non ſubuenis? vbi eſt Chriſtus tuus toties repromiſſus? veniat, veniat, priuſquam, pereunte ſæculo, in ſæculo nil inueniat quod reſaluet. Conuertere Domine. Vnde? de Deo in hominem, de Domino in ſeruum, de iudice in patrem.* Atque hæc eſt illa miſericordia, per quam, & propter quam Dauid ſaluari poſtulat.

6. *Non eſt in morte, qui memor ſit tui.*] Aquila, μνήμη σου, *memoria tui*; Symmachus, ἀνάμνησίς σου, *reminiſcentia tui.* Hebræi autem (vt Genebrardus notat) appellant ſæpè *mortem* ſtatum mortuorum in altero ſæculo; mortuos autem intelligunt eos, qui ſunt in ſtatu perditionis.

Mortui dicuntur qui ſunt in ſtatu perditionis.

nis. Nam Sanctos, quorum animæ in manu Dei ſunt, *dormientes*, vel *viuentes* appellant, non mortuos: vel hoc ipſo, quòd officiis multis magnam vtilitatem conferant in Eccleſiam. Peccator autem, qui dum adhuc viuit, beneficentiſſimi Dei ſui penitus obliuiſcitur, euidens iam in ſe ſignum geſtat reprobationis æternæ. Siquidem hæc vna eſt ex maximis & grauiſſimis æternæ mortis infelicitatibus, quòd Dei penitus obliuiſcantur, nec Deum miſeri aut implorent, aut laudent, aut illi ſe reos ac ſupplices vllo modo ſiſtant. Omnem omnino Dei memoriam reprobi amittunt; vt hinc videas, Dei obliuionem in homine qui adhuc viuit, notam eſſe reprobationis æternæ. Hunc ſenſum verbis Prophetæ reddit Saluianus libro tertio ad Eccleſiam Catholic. ita ſcribens: *Excludi penitus à confeſſione peccati peccatorem mortuum proteſtatur, nec poſſe eſſe quemquam poſteà Dei memorem, qui in hac vita ſui fuerit oblitus.* Quòd ſi igitur Dei penitus obliuiſcuntur, atque ignorant infelices; quam ſpem habere poſſunt impetrandi veniam ſuorum ſcelerum, ac remiſſionem pœnarum, quæ à Deo ſolo precibus & lacrymis, & gratiarum actione diuinæ maieſtati debitâ implorari & impetrari debuiſſet? *Adeò* (proſequitur Saluianus) *omnis ei ſpes penitus abſcinditur, & omnis vitæ aditus obſeratur, vt, cùm vna ſit reo ſalutis via, preces ad Deum fundere, & cæleſtem miſericordiam inceſſabiliter orare; etiam hac peccator lethifera obliuionis animaduerſione damnetur, vt ei ne memoria quidem Dei, à quo ſperare debeat, relinquatur.* Sic ille. Quamquam de confeſſione laudis Caietanus & alij Pſaltem loqui exiſtiment; perbellè tamen coniungi poteſt vtraque confeſſio, laudis, & peccatorum: atque vtriuſque ſimul obliuiſcitur, & abhorret ingratus pariter & obſtinatus peccator, iam nunc lethargo illo ſempiternæ mortiferaque obliuionis veluti notâ inſignitus; quo malo ad inferos damnati omnes in omnem æternitatem laborabunt. De quibus ſubdit:

Obliuio Dei, eſt ſignum reprobationis.

IBIDEM. *In inferno autem quis confitebitur tibi?*] Nota hîc cum Ianſenio, dictionem, quæ in Hebræo eſt שְׁאוֹל *ſceol*, propriè ſignificare ſepulcrum, vnde plurimi hîc vertunt, *in ſepulcro autem quis confitebitur tibi?* ſicut poſteà dicitur in alio Pſalmo, *Numquid narrabit aliquis in ſepulcro miſericordiam tuam?* Plerumque tamen accipitur in Scripturis pro omni mortuorum loco, ac ſtatu ante Chriſti paſſionem, ſiue iuſtorum, ſiue damnatorum. Vnde Iacob dicit: *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum.* In qua ſignificatione generali etiam hîc accipi debet ſecundùm ſenſum litteralem. Idem enim eſt quod dicitur in priori parte, *In morte*, cum eo quod in ſecunda parte verſiculi dicitur, *In inferno.* Cùm autem dicit: *Quis confitebitur tibi?* non vult negare mortuis laudandi Deum facultatem; ſed hæc dicens, reſpicit in quem finem viuamus in hoc ſæculo; nempe vt alij aliis gloriam Dei deprædicemus. Neque enim Prophetæ inſtitutum fuit hîc tractare, quid agant, vel in quo ſe occupent mortui. Elucidat multùm hunc locum, maximè ſecundùm ſenſum litteralem, ſimilis locus in cantico Ezechiæ, qui lethali morbo correptus, ſimilibus verbis mortem corporalem deprecatur, dicens: *Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non exſpectabunt qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam. Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie, &c.*

Pſal. 87, 12

Infernus dicitur locus defunctorum.

Gen 37.

Viuimus hîc ad gloriam Dei aliis annuntiandā.

Iſaiæ 38.

ANNOTATIONES CORDERII.

7. *Laboraui in gemitu meo.*] Mira vis eſt in dolore, & gemitu ac lacrymis erga Deum, ad quælibet, iuſta tamen & vtilia; poſtulata impetranda; maximè verò ad veniam ſcelerum: quâ nobis nihil ſalubrius, vtilius & glorioſius condonatur. *Lacrymarum etiam* (inquit ſanctus Gregorius Nazianzenus oratione in Sancta lumina) *baptiſmus eſt: quo quidem ille tingitur, cui ipſæ quoque vitij cicatrices fœtent.* Hoc ſe die ac nocte baptiſmo proluebat pœnitens ille ac magiſter pœnitentiæ Dauid, cùm dicebat: *Laboraui in gemitu meo.* Vbi ſanctus Gregorius, *Laboraui*, inquit, *id eſt ſtudioſè egi, vt eſſem in gemitu, ſcilicet, vt quouſque viuerem, gemendum mihi putarem. In gemitu meo, id eſt modo mihi proprio. Neminis enim ſicut mihi ingemiſcendum æſtimo; quia præ omnibus me peccaſſe perpendo.* Ingemit doletque peccator Dauid, vt Dei vindictam auertat: ſcit enim iratum, quem lacrymis placare contendit.

Pœnitentiā Dauidis cum gemitu.

IBIDEM. *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum.*] Sanctus Hieronymus, *natare faciam*: in Hebræo eſt אַשְׂחֶה *aſche*, quod Vatablus vertit, *natare facio.* Tam largè, inquit, flebo, vt præ lacrymarum copia lectus meus lauari poſſit fletu meo. Nocturnum autem tempus ad lacrymas & compunctionem magis opportunum, & ad partem pœnitentiæ facit, quod ſomno ſuo detrahit. Sanctus Hieronymus hoc loco in Dauide admiratur fletus vbertatem: *Quanta*, inquit, *multitudo lacrymarum, vt ſtratum eius lacrymis rigatum ſit?* &c. Egregiè ſimiliter diuus Auguſtinus verbum *rigandi* expendens, *Rigatio*, inquit, *ad interiora permanat, quod ſignificat fletum vſque ad cordis intima. Per ſingulas noctes dicit, vt tantis lacrymis impetret efficaciſſimam de Dei miſericordia medicinam.*

Nox apta compunctioni.

Pœnitenti inſtanter orandum & flendum.

Sed quiſnam ille morbus; pro quo ſanando medicinam à Deo cum lacrymis expoſcebat? Reſpondet idem ſanctus Auguſtinus: *Delectationem lacrymis lauat, qui ſeſe ab illa conatur extrahere. Videt enim iam ſe damnare carnales concupiſcentias; & tamen delectatione tenetur infirmitatis, vnde reſurgere niſi ſanatus animus non poteſt: Lectus autem hoc loco eſt appellatus, vbi requieſcit animus æger & infirmus: id eſt, in voluptate corporis, & delectatione ſæculari.* Itaque Rex, etſi iam pœnitens, ac ritè dolens de præterito adulterio; ex prauo tamen illo habitu videbat ſe illicitis atque obſcœnis voluptatum illecebris oppugnari: quibus emollita carnis infirmitas haud dubiè expugnaretur, niſi diuinum adeſſet præſidium, quod ſingulis noctibus orando & lacrymando efflagitabat. Hoc enim genus dæmoniorum non ſine lacrymis & precibus ſuperari conſueuit. Idcircò Ieremias peccatricem animam, quæ ab impuritate vitiorum auet reſipiſcere, inuitans ad pœnitentiam, noctis orationem & lacrymas veluti medicinam præſcribit his verbis: *Conſurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum: effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini. Deduc quaſi torrentem lacrymas; per diem*

Tentatio carnis orando & flendo vincitur.

Thren. 2.

ANNOTATIONES CORDERII.

diem & noctem: non des quietem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Iure merito hîc cum Scribanio noſtro in piis ad paſſionem Domini exercitationibus exclamare liceat: O quis noſtrûm poſt ſcelera innumera, magni Regis fletum imitatur? quis poſt illa ſtratū ſuum lauit lacrymis? imò quis faciem, addo, & oculos ipſos? neſciunt ſcelera noſtra lacrymas: & inambulamus ſecuri.

8. *Turbatus eſt à furore oculus meus.*] Vbi *furor* eſt indignatio in ſeipſum concepta: diuus Hieronymus vertit, *amaritudinem*, videlicet doloris acerbitatem, à qua, inquit, *turbatus eſt oculus meus*; vel, vt idem ait S. Hieronymus, *caligauit oculus meus*; Chaldæus dixit, *obtenebratus eſt*; Caietanus, *tineauit*: hoc eſt, eroſus vitiatuſque eſt oculus meus, magnitudine & frequentiâ lacrymarum extabuit: fletus continuatio luminum aciem hauſit & conſumpſit. Quæ ſanè oſtendunt, vix vmquam illum ſine lacrymis fuiſſe, quæ de die & nocte exundarent.

IBIDEM. *Inueteraui inter omnes inimicos meos.*] Aquila, μετήρθην ἐν πᾶσι ἐνδεσμοῦσί με, *tranſlatus ſum in omnibus illigantibus me*; Symmachus, ἐτεσκαρώθην διὰ τοὺς θλίβοντάς με, *conſumptus ſum propter eos qui tribulant me*; S. Hieronymus, *conſumptus ſum ab vniuerſis hoſtibus meis*, id eſt, quaſi ſenio defeci inter tot inſultantes hoſtes. Origenes ſuperiùs in Catena exponit hoc de veteri homine, *qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris*. Nota hîc cum Lorino, vetuſtatis octo genera colligi ex Scripturis. Prima eſt, *naturalis conditionis*, vt ſenectus in homine, iuxta illud: *Omnes ſicut veſtimentum veteraſcent*. Secunda, *humanæ corruptionis*, propter Adæ peccatum, de quo Paulus ait: *Deponite veterem hominem qui corrumpitur:* cui opponit ibidem *nouum hominem qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate*. Tertia, *ignorantiæ*, quam Iſaias veterem errorem nuncupat, dicens: *Vetus error abijt*. Quarta, *vitæ ac morum*, quam Chriſtus in Euangelio per *vtres veteres* deſignat. Quinta, *culpæ*, à qua Daniel eos qui Suſannam conſtuprare volebant, vocauit *inueteratos dierum malorum*. Sexta, *amicitiæ*, quæ laudatur ab Eccleſiaſtico, cùm ait: *Ne derelinquas amicum antiquum*. Septima, *legis*, quæ etiam appellatur *vetuſtas litteræ*, quæ contraria nouitati ſpiritus. Octaua, *æternitatis*: vidit enim Daniel *antiquum dierum*, valdeq; ſenem. Ceterùm hoc loco Dauid nil niſi vetuſtatem peccati deplorat. *Nihil enim* (teſte S. Chryſoſt. ad hunc locum) *facit adeò inueterare, vt natura peccati*, quæ maximè homini eſt inimica.

Epheſ. 4, 22. *Vetuſtatis octo genera.* Pſal. 101, 27. Epheſ. 4, 22. Iſaiæ 26, 3. Matth. 9, 17. Dan. 13, 52. Eccli. 9, 14. Rom. 7, 6. Dan. 7, 9.

9. *Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.*] Expellit Dauid à ſuo conſortio, tamquam peſtem aulæ, iſtos operarios iniquitatum, ſiue, vt in Hebræo eſt, idolorum ac vanitatum, qui Regibus inſeruiunt conſilio atque obſequio, ad idola concupiſcentiæ efformanda, & ad vanitatem ſæculi ambiendam. Eos à regia, velut paleas à granis in area, excutiebat; quo nomine ſic appellantur ab Auguſtino ad hunc locum. Quorſum autem ſeruantur paleæ, niſi ad pabulum pecudum, & fomitem ignis? Nec illi vitiorum ſatellites alios in vſus viuunt, quàm vt diabolo, peccantium quos decipiunt animas velut eſcam adminiſtrent, & poſt hunc vitam ſempiternis incendiis comburantur.

Dauid à ſe iniquos omnes remouebat.

Ablegat itaque Rex iſtos iniquitatis operarios; nec locū habent in aula Dauidis; vbi dies noctesque ſtratum lacrymis irrigatur. Idcircò adiungit:

& ſimul vnà coniunctum ipſis atque indiuulſum concipit, & parturit iniuſtitiam, ac parit iniquitatem. E contrà verò is qui non amat voluptatem, ſed Deum, laboribus quos ob virtutem ſuſcipit, proportionatam concipit affectionem bonam, delectationem ſcilicet atque lætitiam, coniunctam & indiuulſam, & parturit iuſtitiam, ac parit æquitatem: atque ita proles fit æquitatis, quamlibet odio habens iniquitatem.

Lacus & puteus, quid in Scripturis deſignent.

16. LACVM APERVIT, ET EFFODIT EVM.] BASILII. Non admodum in bonam partem reperimus nomen lacus in Scripturis diuinis eſſe poſitum, ſicut neque puteus aquæ in malam. Lacus enim eſt, in quem Ioſeph deiectus fuit à fratribus ſuis: puteum autem effoderunt Abraham, & ſerui Iſaac. Cauſam verò cur lacus ad peiora, puteus verò ad meliora vſurpatur, hanc eſſe exiſtimamus; quòd aqua in lacubus aduentitia quodámodò & cadens è cælo ſit; in puteis verò aquarum venæ, priuſquam loca effodiátur, ſequeſtratæ, reciſis terræ cauitatibus occultis, iam appareant. Et in animabus quoq; quaſi foſſa quædam eſt, in quam cadunt quæ meliora ſunt, ac deinde mutantur ac perturbantur: vt quando quis honeſtarum rerum cogitationes incidentes ad peiora peruertit, & ad ea quæ veritati ſunt contraria, nihil omnino curans habere honeſti. At contrà putei exiſtunt, quando vitiis occultis amputatis, lux atque fons apparet in ſermone atque doctrinis aquæ potabilis. Idcircò quemlibet ſibi puteum effodere neceſſe eſt, vt mandatum ſupradictum conſeruet. *Bibe aquas de vaſis tuis, & de fonte puteorum tuorum.* Sic enim filij cenſebimur effodientium puteos, Abrahæ, & Iſaac, & Iacob. Lacus verò minimè faciendus, ne in foueam incidamus, quemadmodum hîc dicitur.

Gen. 26, 15

Quales putei fodiendi ſint.

Prou. 5, 15.

Gratiæ agendæ Deo pro iuſtitia eius.

18. CONFITEBOR DOMINO.] CHRYSOSTOMI. Gratias, inquit, agam, haudquaquam gaudens cædibus aliorum, ſed Dei ſententiam approbans. Et quis poſſit illi ſecundùm iuſtitiam ipſius gratias referre? nemo vtique. Quid igitur ait, *Secundùm iuſtitiam eius?* id eſt, de iuſtitia ipſius. *Et pſallam Domino altiſſimo.* Ipſius enim victoria eſt, non mea. Non dixit ſolùm, Confiteor, ſed & Confitebor.

καὶ μὴ ἔχοντα μεταξὺ διάλειμμα, καὶ ὠδίνει ἀδικίαν, καὶ τίκτει ἀνομίαν. Ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων, ὁ μὴ φιλήδονος, ἀλλὰ φιλόθεος, ἀνάλογον οἷς ἀναδέχεται δι' ἀρετὴν πόνοις, συλλαμβάνει εὐπάθειαν, τὴν χαρὰν, μίαν συνημμένην, καὶ μὴ ἔχουσαν μεταξὺ διάλειμμα, καὶ ὠδίνει δικαιοσύνην, καὶ τίκτει εὐνομίαν· καὶ οὕτως τέκνον γίνεται εὐνομίας, ἀνομίαν ἑκάστην μισῶν.

ις'. ΛΑΚΚΟΝ ΩΡΥΞΕ, ΚΑΙ ΑΝΕΣΚΑΨΕΝ ΑΥΤΟΝ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Οὐ πάνυ ἐπὶ καλῷ εὑρίσκομεν τὸ ὄνομα τοῦ λάκκου τεταγμένον ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, ὡς οὐδὲ τὸ φρέαρ ὕδατος ἐπὶ χείρονος. Λάκκος γάρ ἐστιν, εἰς ὃν ἐβλήθη ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ Ἰωσήφ· φρέαρ δὲ ὀρύσσουσιν Ἀβραὰμ, καὶ οἱ παῖδες τοῦ Ἰσαάκ. Τὴν δὲ αἰτίαν τοῦ ἐπὶ χειρόνων μὲν λάκκους τετάχθαι, ἐπὶ κρειττόνων δὲ τὰ φρέατα, νομίζομεν ταύτην ὑπάρχειν. Ὅτι ἐπίκτητον τὸ ὕδωρ ἐν τοῖς λάκκοις πίπτον ἐξ οὐρανοῦ, ἐν δὲ τοῖς φρέασιν φλέβες ὑδάτων κεχωρισμέναι πρὶν ὀρυχθῆναι τοὺς τόπους, φανεροῦνται περιαιρεθέντων τῶν ἐπικαλυπτόντων χωμάτων τῆς γῆς. Καὶ ἐν ταῖς ψυχαῖς τοίνυν ἐστὶν οἱονεὶ ὄρυγμα, ἐν αἷς μεταπίπτει τὰ κρείττονα, καὶ μεταβάλλονται, καὶ ταράττονται· ὡς ὅτε τις τὰς τῶν καλῶν ἐπιρροίας ποιήσας εἰς αὐτὸν, περιτρέπει ἐπὶ τὸ κακουργότερος αὐτὰς διαστρέψαι, καὶ τὸ ἐναντίον τῇ ἀληθείᾳ, οὐδὲν οἰκεῖον βουλόμενος ἔχειν καλόν. Καὶ πάλιν φρέατα, ὅτε περιαιρεθέντων τῶν ἐπικαλυπτόντων χειρόνων, ἀναλάμπει φῶς καὶ πηγὴ ὕδατος ἐν λόγῳ καὶ δόγμασι ποτίμου. Διὰ τοῦτο ἕκαστον ἑαυτῷ φρέαρ κατασκευάσασθαι ἀναγκαῖον, ἵνα τηρήσῃ τὴν λέγουσαν ἐντολήν· Πίνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, καὶ ἀπὸ σῶν φρεάτων πηγῆς. Οὕτω γὰρ χρηματίσομεν τέκνα τῶν ὀρυξάντων φρέατα Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ. Λάκκον δὲ μὴ ποιητέον, ἵνα μὴ εἰς τὸ ὄρυγμα καταπέσωμεν, κατὰ τὸ ἐνθάδε εἰρημένον.

ιη'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εὐχαριστήσω, φησὶν, οὐ ταῖς ἑτέρων χαίρων σφαγαῖς, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ψῆφον ἀποδεχόμενος. Καὶ τίς δύναται εὐχαριστῆσαι αὐτῷ κατὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ; οὐδείς. Τί οὖν φησι, κατὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ; τουτέστιν ἐπὶ τῇ δικαιοσύνῃ αὐτοῦ. Καὶ ᾄσω τῷ κυρίῳ τῷ ὑψίστῳ. Αὐτοῦ γὰρ τὰ νικητήρια, οὐκ ἐμά. Οὐκ εἶπεν, ἐξομολογοῦμαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξομολογήσομαι.

Οὐ

Οὐ γὰρ μετὰ τὸ τυχεῖν τῶν ἀγαθῶν ἐπιλανθάνεται, οὐδὲ γίνεται ῥαθυμότερος, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα νήφει καὶ ἐγρήγορεν. οὐχ ἐπειδὴ ὁ Θεὸς τούτου δεῖται, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡμῖν τοῦτο χρήσιμον. Ψάλλει δὲ τῷ Θεῷ ἐκπληττόμενος αὐτοῦ τὴν δικαιοκρισίαν, καὶ τὴν μακροθυμίαν.

Poſtquam enim bona conſecutus eſt, haud eorum obliuiſcitur, neque ſegnior euadit, verùm etiam in poſterum modeſtus ac vigilans exiſtit; non quòd Deus iſtoc opus habeat, ſed quia nobis hoc eſt vtile. Pſallit autem Deo, iuſtum eius iudicium ac longanimitatem obſtupeſcens.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

INSCRIBITVR hic Pſalmus, *Ipſi Dauid*; Aquila, Ψαλμὸς ὑπὲρ ἀγνοίας τοῦ Δαβίδ, *Pſalmus pro ignoratione ipſi Dauid*; Symmachus, Ἀγνόημα τοῦ Δαβίδ, *Ignoratio ipſi Dauid*. Pro Pſalmo Hebraicè eſt שִׁגָּיוֹן *ſiggaion:* quod Bellarminus ait propriè *ignorantiam* ſignificare; Genebrardus verò interpretatur *oblectationem*; ac ſi eſſet genus carminis ab oblectando ſic dictum. *Pro verbis Chuſi*, Aquila (vt refert S. Hieron.) ὑπὲρ τῶν λόγων Αἰθίοπος, *pro verbis Æthiopis*, vti & Scholion habet. Sic autem Genebrardus & Lorinus volunt Saulem vocari, ob tetros mores atque crudeles: quâ locutione Horatius lib. 1. Sermonum Satyrâ quartâ canit:

— *Hic niger eſt, hunc, tu Romane, caueto.*

In argumento autem Græco, quod ſuperiùs poſitum eſt, per *Chuſi* intelligitur is qui Achitophelis conſilium diſſipauit. Hic autem cùm Arachi filius fuerit, ait S. Baſilius in Catena, ipſum ob dexteritatem, quâ Achitophelis conſilium eluſit, *filium Iemini*, id eſt *dexteræ*, nuncupatum eſſe.

2. *Domine Deus meus*, &c.] Non exiguas contra Abſalomum copias habebat Rex Dauid, quibus facilè poſſet contundere filium iuueniliter exultantem, & in paternum ſolium irruentem; nihilominùs quaſi parum humano præſidio, multùm diuino inniteretur, ad ſolam orationem confugit. Quam Dauidis de diuinis præſidiis fiduciam, & de propriis diffidentiam admiratus D. Chryſoſtomus: *Collegit*, inquit, *exercitum, & multos ſecum habuit: quomodo ergo non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat?* Et reſpondet: *Quoniam ne vniuerſum quidem orbem terrarum auxilij loco habet; niſi opem diuinam fuerit aſſecutus. Nec ſe eſſe ducit in ſolitudine, licet ſolus ſit, ſi ſit illius auxilij particeps.* Hinc eſt quòd idem Dauid fugiens Abſalomum, non aliam inſtiterit viam, quàm oliuarum. *Rex quoque*, inquit textus, *tranſgrediebatur torrentem Cedron: & cunctus populus incedebat contra viam oliuæ, quæ reſpicit ad deſertum.* Nam oliua typus eſt diuinæ miſericordiæ, quam Dauid ſuis precibus implorando, potiùs quàm ſuis armis reſiſtendo, è perſecutoris ſui manibus ſe euaſurum ſperabat: ſeorſum verò in illo monte Oliuarum, ex quo Chriſtum ad cælum aſcenſurum præuidebat, vberiorem implorantibus gratiam largiendam non dubitabat. Ita D. Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi ſecundâ de pœnitentia: *Cum*, inquit, *Abſalom aduerſus illum arma cepit, quamuis multæ illi ad fugam viæ paterent; per montes tamen Oliuarum fugere maluit, firmâ inuocans mente liberatorem illum, qui iſtinc cælos aſcenſurus erat.* Itaque vbi accommodatior orationi patebat locus, ibi efficacius de diuina miſericordia ſubſidium contra ſuum perſecutorem ſperabat.

Dauid nil humano, totum diuino præſidio tribuit.

2. Reg. 15. 23.

Oliua typus miſericordiæ.

3. *Ne quando rapiat vt leo animam meam.*] Commentarius Græcus per *leonem* intelligit Abſalomũ, alij intelligunt Saulem. Solet enim Scriptura Reges cum leonibus comparare, vt in Prouerbiis: *Sicut fremitus leonis, ita & Regis ira.* Et Ieremias Regem Nabuchodonoſor ad Ieroſolymæ excidium aduentantem indicans, ait: *Aſcendit leo de cubili ſuo, & prædo gentium ſe leuauit.*

Leo ſymbolum Regis.

Prou. 19. 12.

Ier. 4, 7.

Myſticè per *leonem* diabolus intelligitur: vnde S. Petrus cùm ſymbolicè malum dæmonem effingeret, non modò nominauit leonem, ſed etiam addidit rugientem: *Quia aduerſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.* Quare Iſidorus Peluſiota lib. 2. Epiſt. 284. leonem vocat φοβερὸν καὶ ἀφόρητον, *horrendum & intolerandum:* addit enim ſolo rugitu montes concutere. Scribit etiam S. Ambroſ. lib. 6. in Hexaëmeron, ita rugitu omnes alias animantes obſtupefacere, vt propè exanimentur, & cõmouere ſe loco non audeant. Eſt enim horribilis ille ſonitus: quem de leone loquens Cyrillus Alexandrinus in Sophoniam num. 29. vocat βροντήν, *tonitru*: adeoque formidabilem eſſe rugitum ait, cùm in prædam inciderit, ὡς ἀποπνίγεσθαι, vt animantes præ timore gelaſcere & defigi videantur. Similia animaduertit S. Gregorius Nyſſenus de Creatione hominis: Vix grauem, inquit, leonem frendentemque aſpicis, cuius vel nomen ipſum ferri non poteſt: & illius rugitus ὑποτρέμειν ποιεῖ τὴν γῆν, *terram tremefacit*. Quæ omnia ſatanæ vim & immanem ferociam indicant, præſertim mortis tempore, quo maximè timet, ne præda ſibi eripiatur. Et quidem euenire aliquando videmus, vt tum quidam illius tentationibus, vt vnguibus & ſæuitiâ lacerentur: quibus idem quod olim Carano Macedoniæ Regi accidit, qui, teſte Pauſania in Bœoticis, de Ciſſeo prouinciæ finitimæ domino cùm victoriâ reportaſſet, & trophæum Argiuorum more ad perennandam ſuam gloriam erexiſſet, illud poſteà leo ex Olympo egreſſus euertit & diſſipauit. Sic reperias, qui ſæpè in vita laureâ donati coronatique fuerint, vt victores inuicti & triumphales, quorum tamen pulcherrima trophæa clariſſimarum virtutũ collocata, in extremo illo vitæ actu, impreſſione ſuâ furioſus hic leo euertit, non ab Olympo monte, ſed à nigro Auerno egreſſus. Quare meritò pius Rex orat, *Ne quando rapiat vt leo animam* eius.

1. Petr. 5, 8.

Diabolus leo rugiens & rapiens.

Rugitus leonis quàm terribilis ſit.

Diabolus in morte maximè ferox.

ANNOTATIONES CORDERII.

Pulchra & mirabilis eſt D. Baſilij ad hunc locum animaduerſio, quam diuinitus meo iudicio, & afflatu Numinis perceperat. Ait enim generoſos Dei athletas, vbi per omnem vitam ſuam cum infandis inimicis qui videri nequeunt, colluctati ſatis ſuperque fuerint, poſtquam omnes eorum ſubterfugerint inſectationes, prope vitæ finem conſtitutos, à principe huius ſæculi ἐρευνᾶσθαι, id eſt, *exquiſita diligentiâ examinari*, vt, ſi qua comperiantur retinere ex initis certaminibus vulnera, aut ſi quas diſcolores notas, ſiue impreſſiones peccati, in his deprehenderint, diſtineantur, & à beatæ vitæ curſu retardentur. Id comprobat Seruatoris noſtri dicto & exemplo, qui pòſt paulò diem extremum obiturus, aiebat: *Venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquam*. Hinc grauiſſimus Doctor ille contendit, præſentiſſimum illâ horâ periculum nobis futurum, niſi propitium adiutoremque Deum habeamus.

Ioan. 14, 30.

4. *Domine Deus meus, ſi feci iſtud?*] Silentio obuoluit Dauid quidnam illud eſſet, ſed ex inſcriptione Pſalmi patet, *Pro verbis Chuſi*. Hiſtoriam habes 2. Reg. 16. vbi Semei maledicit Dauidi, à facie Abſalomi filij ſui fugienti. Ergo ait: *Domine Deus meus ſi feci iſtud*: id eſt, ſi ego quidquam contra patrem meum molitus eſſem, meritò hæc eadem à filio meo paterer: ſed cùm ego ſemper parentes ſuſpexerim, quid eſt in cauſa, ô Deus, vt ego tantorum malorum fluctibus obruar? Inſuper peccatum filij alto ſilentio preſſit. Nam hoc tam immane crimen eſt, vt vox ipſa efferre recuſet. *Iniquitatem* verò vocat, non deferre cultum parentibus, quaſi ſola impietas hanc nomenclaturam mereatur, & vix alia peccata huic collata, tali nomine digna ſint.

Impietas in parentes maxima iniquitas.

Nota hîc, quàm confidenter Dauid, cùm multis grauiſſimiſque piaculis, homicidio, inquam, & adulterio ſe polluiſſet, poſt pœnitentiam tamen audeat ſe iuſtum profiteri, & tamquam purum & immaculatum diuino ſe examini obiicere. O miram pœnitentiæ vim, quæ hominem priſtinæ innocentiæ, iuſtitiæque reſtituit! Ceterùm hoc Deo dicebat, non hominibus: *Domine Deus meus; ſi feci iſtud*, &c. Id eſt, noui te, ô Deus, omnem iram aduerſus peccatorem deponere, & omnem prorſus memoriam delictorum exuere, ſi ſemel rectè pœnituerit: homines verò longè aliter faciunt, qui ſi ſemel alicuius delictum perceperint, memoriâ ſeruant, illudque, licet iam pridem per pœnitentiam abolitum ſit, denuò refricare, & ad nauſeam regerere, atque exprobrare non deſinunt. Ita hunc Dauidis locum expendit Auctor Imperfecti Hom. 1. in c. 1. Matthæi.

Magna Dauidis pœnitentis coram Deo confidentia.

5. *Si reddidi retribuentibus mihi mala.*] Sanctus Baſilius in Catena, notat verbum *retribuendi*, Græcè ἀνταποδιδόναι, non ſolùm in præmium aliquod boni & mali accipi, ſed etiam in actionũ principiis vſurpari; ita vt idem ſit quod *dare, tribuere, eſſe initium benefaciendi*: magis propriè tamen & frequentiùs, atque adeò etiam hoc loco, accipitur pro *remuneratione, retaliatione, compenſatione*, vti ſanctus Chryſoſtomus ibidem exponit, & Dauidis inſignem manſuetudinem commendat, quòd ab iis, in quos maxima beneficia contulerat, iniuriis affectus, non tamen ipſos vltus ſit; ſed iuxta Euangelicum præceptum pro perſequentibus orauerit. quod certè maximam tribuit fiduciam Deum obſecranti, & efficaciſſima diſpoſitio eſt ad quidlibet ab eo impetrandum. Ita etiam S. Auguſtinus, Ambroſius & Caſſiodorus exponunt. Ac Auguſtinus quidem more ſuo peracutè locum hunc expendit his verbis: *Non ait: Si reddidi tribuentibus, ſed, Retribuentibus. Qui enim retribuit, iam aliquid acceperat. Maioris autem patientiæ eſt, nec ei mala rependere, qui acceptis beneficiis reddit mala pro bonis, quàm ſi nullo accepto beneficio nocere voluiſſet*. Neſcit vir iuſtus vlciſci, patitur æquo animo inimicos, libenter parcit nocentibus. Nouit enim magnum ſibi patientiæ emolumentum euenire. Diteſcit quippe vir iuſtus patienſque inter inimicos, ſicut illa Domini arca, cùm inter Philiſthæos capta teneretur, mirum in modum auro gemmiſque locupletata & ornata fuit. Hoc ergo ſenſu Dauid: Si vmquam vltus me ſum, inquit, exeam vacuus, indigus, ſine vllo meritorum lucro: nec maius enim mihi damnũ eueniet, aut etiam maledictio.

Iniuriarum condonatio, efficax medium ad Deum propitiandum.

Matth. 5, 44.

Vir iuſtus vlciſci neſcit.

1. Reg. 6.

Nobiliſſimum ſanè ac generoſiſſimum vindictæ genus eſt, ignoſcere cum poſſis vlciſci: & longè glorioſius eſt tacendo vincere inimicum, quàm reſpondendo. Nam, vt S. Ambr. libr. 1. Officiorum c. 36. ait, *Vindicare ſe, non eſt actus fortitudinis, ſed abiectionis & timiditatis*. Vincitur ab inimico, non vincit, qui ſe vindicat. Nec aliter ſentit Philoſophorum princeps Ariſtoteles libr. 4. Ethicorum cap. 3. vbi ait: *Sicut debilis eſt ſtomachi, cibum duriorem non poſſe concoquere, ita hominis puſillanimis eſt verbum duriuſculum non poſſe ſuſtinere*. Nemo luculentiùs probat ſe verè Chriſtianum & Dei amicum eſſe, quàm qui diligit inimicum. Virtuti exercendæ, aut ſinceriſſimo amico eſt opus, aut aſpertimo inimico, cui nemo vmquam ſic nocuit, vt non magis ſibi ipſi. Nam, vt pulchrè ſanctus Chryſoſtomus Homil. 41. in Acta Apoſtolorum, *Vindicta*, inquit, *in corde poſita, nocentior eſt viperâ: neque enim minus malum eſt referre iniuriam, quàm inferre*. Adeò non malè pati, ſed malè facere, ẽſt malum perpeti. Mitiſſimus ergo Dauid, qui cum vrſis & leonibus pugnabat, & vincebat: ille ſic ſtrenuus, & nullo timore perterritus, cùm hoſtem capitaliſſimum Saulem ſub haſtæ cuſpide non ſemel teneret; parcere tamen maluit, quàm occidere, illudque veluti armorum ſuorum inſigne cantabat: *Si reddidi retribuentibus mihi mala*, &c.

Præſtat ignoſcere, quàm vlciſci iniuriam.

Dauidis in capitalem hoſtem manſuetudo.

IBIDEM. *Decidam meritò ab inimicis meis inanis.*] Hoc eſt, ſine vllo lucro, vacuis manibus, vacuâ mente illorum bonorum, quæ patienter ſuſtinendo inimicos colligi ſolent, euadam miſer & imprudens, Hebraicè ריקם *reſcam*, ſiue *fatuus*, vt vertit S. Hieron. ſatiſq; fatuus & mẽtis inops exiſtam, ſi vltrò amittam, aut elabi permittam, multa & ingentia bona, quæ verâ patientiâ comparantur, & vindictâ perduntur. Legunt alij cum Chaldæo, *ab auctoribus pacis decidam inanis*. Sunt enim inimici, ſi eos patienter ſuſtinemus, ſi Chriſtiano affectu proſequimur, nobis cum Deo, & cum hominibus auctores pacis. Siquidem per hoc Deo gratiores efficimur, & hominibus ſumus amori & admirationi. Quis enim patienter iniurias ferentem, & inimicos diligentem,

Grande lucrum patientiæ ex inimicis.

tem, vtique excelſo & Chriſtiano prædirum animo, non amet, non celebret, non ſuſpiciat?

6. *Et gloriam meam in puluerem deducat.*] Græcè eſt, *κατασκηνώσαι*, *habitare faciat*; S. Hieronymus, *collocet*. Notat Lorinus & Agellius vocem *gloria*, ſumi pro anima, & pro omni re quâ quis redditur glorioſus. Quod ſi cui abſonum videatur, vt anima dicatur in puluerem deduci, is conſideret etiam in alio Pſalmo dici, *Adhæſit pauimento anima mea*; & iſtiuſmodi locutiones figuratas eſſe, & per ſynecdochen intelligi, vt quod vni parti conuenit, etiam de altera parte propter coniunctionem vnitatemque dicatur; ita vt ſignificetur corpus illud, cum quo iuncta erat, in puluerem rediiſſe. Ideò autem animæ, quæ gloria corporis eſt, tribuit in puluerem deduci, vt magis appareat diuerſa commutatio, ex gloria in puluerem. Vel per *gloriam* intelligit caput, quod cùm in homine ſit nobiliſſimum, id ſibi execratur ab inimico ſuo in puluerem deiici, vt maior ſit ignominia. Ita Iob ait: *Operui cinere carnem meam*. Pro quo in Hebræo eſt, *inuolui puluere cornu meum*. vbi per *cornu*, intellexit caput, cuius nimirum cornu gloria eſt in animantibus, vnde in Scripturis ſæpè *cornu* pro gloria ponitur. Potuit prætereà per *gloriam* intellexiſſe inteſtina, iecur, cor, &c. quæ inimicus tamquam leo deiiciat. Ita Ieremias cùm de excidio vrbis Ieruſalem doleret, *Effuſum eſt*, inquit, *in terra iecur meum*. vbi Septuaginta, pro iecore, *gloriam* poſuerunt: ἐξεχύθη εἰς τ γῆν ἡ δόξα μου, *effuſa eſt in terram gloria mea*. Et è contrà in Geneſi, vbi beatus Hieronymus legit, *In cœtu illorum non ſit gloria mea*, ibi Septuaginta pro *gloria* tranſtulerunt *iecur*. Non igitur mirum ſi per gloriam quoque interiora & viſcera intellexerit.

Gloria pro anima accipitur. Pſal. 118, 25.

pro capite.

Iob 16, 16

pro inteſtinis.

Thren. 2, 11.

Gen. 49, 6.

7. *Exurge Domine in ira.*] Chryſoſtomus in Catena: Alius, inquit, habet, ἐν θυμῷ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου, *in furore ſuper inimicos tuos*; alius, ἐν χόλῳ θλιβόντων με, *in bili affligentium me*; alius, ἐν ἀνυπερθέσιαις ἐκδιωκόντων, *in celeritatibus illigantium*: Hebræus autem illud, ἐν τοῖς πέρασι, *in finibus*, habet בגברות *begabrot*, id eſt *in tranſitu*. Scholion, Nonnulli, inquit, illud, ἐν τοῖς πέρασι, dicunt, ἐν ταῖς κεφαλαῖς, *in capitibus*. Nonnulli verò, μηδεὶς διαφύγῃ τῶν ἐχθρῶν, *nemo effugiat inimicorum*. Theodoretus illud, ἐν χόλῳ, tribuit Symmacho; ἐν θυμῷ, Theodotioni; illud verò ἐν ἀνυπερθεσίᾳ (ita enim ipſe legit) Aquilæ: Senſus eſt q. d. Vndique cinge illos, vt euadere non poſſint; occupa eorum terminos, ne quà illis tranſitus pateat; fines eorum, tranſitus ac vada cape, vt nullus ex illis poſſit effugere. πέρατα enim ſic dicta, ἀπὸ τ πεϱᾷν, quod eſt *tranſire*, *tranſuadare*. Quod autem Vulgatus habet, *In finibus inimicorum meorum*; S. Chryſoſtomus legit, *inimicorum tuorum*, ſignificans eoſdem eſſe inimicos viri iuſti & Dei.

Variantes lectiones.

Πέρατα unde dicta.

IBIDEM. *Exurge Domine Deus in præcepto.*] S. Chryſoſtomus, Alius, inquit, ἐν κρίματι, *in iudicio*. q. d. Ad cauſam meam diiudicandam, vt nimirum opprimentes me mulctes, meque innocentem abſoluas. *Præceptum* autem intelligit Commentarius Græcus illud de parentibus honorandis, quod Abſalom manifeſtè violabat, contra patrem inſurgens. Agellius exponit de decreto Dei, quo ſtatuerat vt in Dauidem Saulis regnum transferretur; aut de præcepto quod Samueli dedit de Dauide in Regem inungendo. Baſilius in Catena myſticè hoc accipit de reſurrectione Chriſti, quaſi Propheta hortetur Chriſtum ad illam. Neque diſſentit huic expoſitioni Hieronymus, Caſſiodorus, Arnobius: Ruffinus verò, Auguſtinus, Remigius, Beda, B. Thomas & Haymo exponunt de præcepto humilitatis quod Chriſtus dedit. Aliorum expoſitiones vide apud Lorinum ad hunc locum.

De quo præcepto hic loquatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

8. *Propter hanc in altum regredere.*] Chryſoſtomus, Alius, inquit, habet, καὶ ἐπάνω αὐτῆς εἰς τὸ ὕψος ἐπίστρεψον, *& ſuper ea in altum reuertere*; alius, καὶ διὰ ταύτης εἰς ὕψος ἐπίστρεψον, *& in hac*, vel *pro hac*, *in altum reuertere*. Hoc ita exponit Agellius, q. d. Etſi ſynagoga populorum, qui aduerſum me cum Saule conſpirarunt; te circumdent, orantes vt illorum preces audias; tu ne quod orant exaudias, ſed ab illa in altum, & in locum tuum ſublimem recede, & ab illis procul abſis, & minimè votis annuas. Id enim eſt procul eſſe, & in altum regredi, non exaudire; vt propè eſſe, preces admittere, iuxta illud: *Propè eſt Dominus inuocantibus eum*. Alij volunt Dauidem hoc loco Deum vindicem & iudicem interpellare; vel, quod etiam ſubtiliter innuitur, pulſare fores iudicis, procul abſentis. Habet enim Deus duo tribunalia; vnum miſericordiæ, alterum iuſtitiæ: in illo pater, in iſto iudex oſtenditur: frequentiùs in illo, quàm in iſto reſidet. Igitur Dauid agit hîc cum Deo, vt iudicet; vt puniat improbos, quò timeatur ab omnibus, & ametur à ſuis. *Et ſynagoga*, inquit, *populorum circumdabit te*: *Et propter hanc*, id eſt, ſynagogam, *in altum regredere*, hoc eſt, in tribunal & ſolium iudicij tui redi, vbi Domine iudicas populos. Quamdiu enim differt ſupplicia impiorum, videtur quodammodo Deus iuſtitiæ ſuæ ſolium reliquiſſe; ad quod reuertitur, cùm irrogat ſupplicia.

Deum in altum regredi, eſt non exaudire.

Pſ. 144, 18

Deus ad puniendum tardior.

9. *Secundum innocentiam.*] Græcè, ἀκακίαν; Symmachus, ἁπλότητά μου, τὴν ἐπ' ἐμοί, *ſimplicitatem meam, quæ eſt in me*. Ita etiam ſanctus Hieronymus: Baſilius verò accipit in Catena, pro inexperientia eorum quæ vtilia ſunt cognitu, iuxta illud: *Innocens credit omni verbo*. Secundùm vim Latinæ vocis, veram innocentiam dicit S. Auguſtinus eſſe, quæ nec inimico nocet. Lorinus obſeruat innocentiam & ſimplicitatem, denotare rectam intentionem iuſtitiæ, ac mentem integram ac perfectam in iis quæ agebat: ita vt Dauid non ſolùm abſtinuerit ab iniquis factis, (quod iuſtitia magis indicat) ſed etiam à prauis cogitationibus & voluntate, quod innocentia peculiariter innuit. Hæc enim duo homini verè iuſto adeſſe debent; vt & nihil mali faciat, & quæ facit, recto animo, & minimè fraudulento ac doloſo faciat.

Innocentia quid?

Prou. 14, 15.

10. *Conſummetur nequitia peccatorum.*] Græcè, συντελεσθήτω; Symmachus, ἀπαρτισθήτω κακία ἐπὶ τοὺς ἀσεβεῖς, *compleatur malum ſeu afflictio aduerſus impios*. Alij legunt, *conſumetur*: ſed primum conformius eſt Græco textui, vt ſignificetur, nequitiam peccatorum implendam eſſe, & perficiendam, ac tum demum rectitudinē iuſti declarandam. Vbi nota ſummam Dauidis in loquendo cautionem atque prudentiam. Non enim dixit, *nequitia Saulis*, aut peccatoris, ne ipſius ex-

ANNOTATIONES CORDERII.

expreſſione nominis, aut certè vnius ſingularitate vocabuli, Regem tangere, & proinde manifeſtiùs oſtendere videretur; ſed *nequitia peccatorum* in plurali, vt ſub omnium complexu mitiùs vnum vulneraret, & de culpa vtiliùs commoneret.

Solus Deus cor ſcrutatur & penetrat.

IBIDEM. *Scrutans corda & renes Deus.*] Eſt enim profundum cordis impenetrabile humano lumini: nec in vaſtos illos ſinus, implicatosq; mæandros, vbi magna malitia ſæpè deliteſcit, noſtræ mentis acies pertingere, & vſque ad oram vltimam progredi poteſt, niſi diuinæ miſericordiæ lucerna pandat viam, & dirigat, cui tamquam proprium illud tribuitur, *Scrutans corda & renes Deus.* Hoc ſuperbiam, & elatos hominum ſpiritus, ſi quid habent iudicij, comprimit, hoc iuſto metu & horrore conficit, quòd animi latebras non peruideant, neque intelligant, vtrùm odio an amore ſint digni. Quam in rem graue illud & metuendum monitum eſt D. Bernardi, cùm de vidente omnia Deo, & audiente memorat Epiſt. 42. *Cuius vtique ſcientiam non ſubterfugit, etiam quod propriam latet conſcientiam.* Audit Deus in corde cogitantis, quod non audit ipſe qui cogitat. Itaque nihil fallere illum poteſt, nihil aciem mentis effugere, nihil inſcientiâ præteriri. *Omnia*, inquit Apoſtolus, *nuda & aperta ſunt oculis eius.* In Græco eſt τετραχηλισμένα, quæ pulcherrima metaphora eſt, ducta à ſacrificiis. Solebat enim (vt Theologi Hebræorum monent) hoſtia primùm excoriari, tum à ceruice vſque in imam partem diſcindi, adeò vt inteſtina, & quæ priùs abdita fuerant & arcana, tum oculis ſubiicerentur. Victimam autem ea ratione diſcindere atque aperire, τραχηλίζειν dixerunt. Hinc igitur omnia oculis Dei τετραχηλισμένα, *nuda & aperta ſunt*, vt diloricato pectore, vt intimo cordis ſinu patefacto. Intuetur enim (inquit ſanctus Cyrillus in Ieremiæ cap. 29.) etiam ea quæ fiunt in tenebris, & nihil penitus eſt ipſi ἀθέατον, *inaſpectabile*. Hinc quandocumque in abſcondito quis peccat, inuiſus potiùs Deo eſt, quàm non viſus, cui obſcura clarent, tenebræ fiunt meridies, peruium eſt omne ſolidum, & apertum omne ſecretum: cuius oculus infinities ſplendidior ſole, crates ipſius pectoris, latebramque omnem peruadit, vſque ad animi fundum, & abſtruſas voluntates. Atque hoc eſt quod Regius vates in hunc modum infit: *Scrutans corda & renes Deus.* In Græco eſt ἐτάζων, exactiſſimè acerrimèque inquirens: quod S. Baſilius in Catena ait dici propriè, cùm à Iudicibus omni genere tormentorum fit acerba criminum inquiſitio, vt ſi rei ſint conſcij rerum arcanarum quæ in quæſtione poſitæ ſunt, ferro & igne & cruciamentis adacti, eas clarè & dilucidè proferant. Hac nimirum ſeueritate vſurum Deum, & acerrimè inquiſiturum in corda & renes, videlicet in abditas cogitationes, in appetitiones, & vetitæ libidinis motus, in vitæ actiones. Id porrò Dei iudicantis, & in ſcelus inquirentis, examen eſſe ἀπαραλόγιστον, falli & errare non poſſe, nec artificio vllo deludi.

Deo nihil inuiſibile.

Strictum Dei examen.

11. *Iuſtum adiutorium meum à Domino.*] Iuxta Hebræum & Chaldæum textum, nec non S. Hieronymi verſionem, & Pſalterium Ambroſianum, hæc cum præcedenti verſu connectuntur, hoc modo: *Scrutans corda ac renes Deus iuſtus*, vel *iuſtè*. Recitat quoque S. Chryſoſtomus aliam lectionem præcedentis & huius verſus: Ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς ὁ θεὸς δίκαιος, ὁ ὑπερασπιστής μου. *Examinator cordium & renum Deus iuſtus, protector meus.* Pro quo in Hebræo eſt מָגִנִּי *maghini*, id eſt, *clypeus meus*, ſeu *ſcutum meum*. Ad hoc ſcutum, & fidele præſidium recurrerunt ſemper omnes Sancti, & inprimis Dauid, vt è dulcibus eius Odis intelligi poteſt. Qui cùm inde mirificam animi lætitiam ſpemque hauriret, ſæpiſſimè illius cum ſpiritali quodam guſtu mentionem facit. Sentiebat enim, & ſicut ea quæ oculis cernuntur animaduertebat, in mediis difficultatibus & ærumnis vitæ, ſe diuino clypeo tegi atque defendi: id quod vox Græca ὑπερασπιστὴς, ex Chryſoſtomo recitata, luculenter declarat, quam Latinus interpres vt plurimùm vertit, *protectorem*; ſed propriè ſonat ſatellitem clypeatum, lateris quemdam fortiſſimum potentiſſimumque ſtipatorem, & promptum armigerum, belli ſcientem, imperterritum, qualem ipſe ſe Sauli quondam præſtiterat. Qui cùm Dauidem vidiſſet, & fortiſſimum robore, & virum bellicoſum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum; armigerum illum delegit, & vitæ ſuæ cuſtodem, vt in ſacris Annalibus dicitur. Talem ergo diuinus Vates nobis adumbrauit Deum, hyperaſpiſten, ſatellitem generoſum, protectorem inclytum, cuius armis & amicâ & inſuperabili contentione vbique tegeretur. Ceterùm hoc *iuſtum adiutorium*, vt Vulgatus habet; ſiue *auxilium*, vt alij legunt, acutè ſanctus Auguſtinus diſtinguit à miſericordi auxilio, quod peccatori ex mera gratia conceditur: cùm hoc ex quadam etiam iuſtitia iuſto quodammodò debeatur. *Quoniam ſi, cùm peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, quantò magis nunc iuſtificati ſalui erimus ab ira per ipſum?* hoc eſt, à iuſta vindicta, quâ punit peccatores? vt exponit idem S. Auguſtinus.

Deus iuſti protector & ſcutum.

1. Reg. 16. 18.

Rom. 5. 9.

IBIDEM. *Qui ſaluos facit rectos corde.*] Sanctus Baſilius ſuprà in Catena exponit eos qui non deflectunt à rectitudine virtutis. Omnis autem virtus, vt perfecta ſit, omnino quintuplicem requirit rectitudinem. Prima eſt, *rectitudo iudicij*, quæ ſita eſt in eius ad id quod verum eſt, conformitate, abſque deuiatione in aliquid falſum, erroneum, aut temerariè præſumptum. Secunda eſt, *intentionis*, quæ rectè tendit in Deum, & in ſcopum proprium cuiuſque virtutis, non diſtorquendo eam ad fines contrarios. Tertia eſt, *rectitudo affectus*, ad verum bonum, honeſtum, & Deo gratum, non incuruando illum ad bonum terrenum, vtile, vel delectabile, quod virtuti aduerſetur; & hæc eſt propriè illa quam hoc loco Dauid cordis rectitudinem appellat. Vnde ſæpiùs rectos corde commendat, quia rectum erga Deum affectum habent. Quarta eſt, *locutionis*, quæ in verborum cum ipſa mente conformitate conſiſtit, excludens omne mendacium, dolum & falſitatem. Quinta eſt, *operis*, quæ ſcilicet nec ad dextram nec ad ſiniſtram, nec in vitiorum extrema per exceſſum aut defectum declinat. Omnes igitur hæ quinque rectitudines quamcumque virtutem, vt perfecta ſit, comitantur. Vnde in Cantico dicitur: *Recti diligunt te*, vel, vt ſtylus linguæ ſanctæ loquitur: *Rectitudines diligunt te*, vt illam ſimplicem

Rectitudo virtutis quintuplex vt perfecta ſit.

Quæ ſit propria cordis rectitudo.

Cant. 1. 4.

ſimplicem innocentiam,& innocentem ſimplicitatem, vndique perfectam & amicam Deo, intelligamus, in qua omnis virtutum eſſentia & rectitudo conſiſtit, omni curuitate & iniquitate ſubmotâ. *Rectos* itaque non corpore,ſed *corde*, Deus ſibi amicos, & præſidio ſuo tutos facit. Vatablus vertit, *qui candido ſunt pectore.* Vnde patet,quàm aptè ac diuinè S. Baſilius ſuprà citatus locum hunc exponat, cùm dici rectos corde vult, qui animum retinent in neutram partem ſtudio malitiæ aut errore vergentem,ſed continuò ad virtutis medium directum. Qui verò ab aurea & cæleſti illa moderatione deflectunt, illos, inquit, diuinæ Litteræ σκολιοὺς, *obliquos & obtortos*, appellare ſolent: Salomon etiam διεστραμμένους, *curuos, diſtortos*, quòd candidæ & ingenuæ ſimplicitati ac rectitudini repugnent.

12. *Deus iudex iuſtus,& fortis,& patiens.*] *Tres boni iudicis conditiones.* Nota has tres conditiones in bono iudice eſſe oportere. Prima eſt,vt ſit *iuſtus*, id eſt, incorruptus,integer,ſeruans æquitatis, non ſit perſonarum aut munerum acceptor, &c. Secunda,vt ſit *fortis*, id eſt,conſtans & firmus, non extimeſcat
Eccli. 7, 3. faciem potentis, & *non ponat ſcandalum in æquitate*. Tertia, vt ſit *patiens*, ne præceps ſit in ſententia ferenda, ſed vtramque partem audiat, & cauſam examinet, & maturè expendat, &c. Plura vide apud Lorinum hac de re ad hunc locum.

Ibidem. *Et non iram adducens.*] Vulgata, *numquid iraſcitur?* Chryſoſtomus, Alius, inquit, Ἐμβριμώμενος καθ' ἑκάστην ἡμέραν, *infremens per ſingulos dies*; alius, ἀπειλῶν, ἐμβριμώμενος, οὐ κολάζων, *minitabundus, fremens, non puniens*. Deum proponit nobis patientem, & ſimul dicit, quòd comminatur & infrendet omni die. Si ſingulis horis & momentis comminatur & infrendet, quomodo dicitur patiens? Sanè patientia Dei ea eſt, quæ impœnitentibus hominibus grauiſſimam intonet comminationem, & iudicium intolerabile. Aiebat D. Hieronymus, *Pulchrè ait,comminans,& infrendens omni die. Qui enim propter patientiam ſuam ita delicta non punit, quaſi iratus & comminatus, diem vltionis expectat.* Patientia Dei in rebellium & impœnitentium delictis ferendis iam cernitur; ſed futura vltio eò grauior, quò tardior. Quò ſpectat illud Prouerbiorum:
Eccli. 5, 4. *Deus eſt patiens redditor.* *Non dixeris, Peccaui, & quid accidit mihi triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor.* Ex eo quòd peccatis pœnam Dominus reddat, meritò vocatur *redditor.* Sed illud notandum in hoc redditore, quòd, vt peccatores perterrefaciat, dicatur patiens redditor; quaſi in Deo punituro delicta, metuenda ſit patientia impœnitentibus. Hinc S.Gregorius Homilia 13. ait: *Patiens redditor dicitur, quia peccata hominum & patitur, & reddit. Nam quos diu, vt conuertantur, tolerat; non conuerſos, duriùs damnat.*

13. *Gladium ſuum vibrabit.*] Chryſoſt. Alius, inquit, τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἀκονήσει, *enſem ſuum acuet*. Hanc autem lectionem Scholion Symmacho attribuit. S.Hieronymus in caput vltimum Iſaiæ ait, in Scripturis ſanctis *gladium* appellari, quidquid pungit, & percutit, & torquet, & cruciat. *Gladius quid in Scriptura.* Ecce quot moras, quot ſupplicij dilationes: non gladium exerit, & ſtatim percutit: ſed gladium exerit, deinde arcum tendit, tunc vaſa mortis parat, inſuper ſagittas ardere facit. Quorſum tanta? Diuus Baſilius in Pſalm. 14. ait: *Veluti præparatione quadam ad vltionem intentat. Quemadmodum enim qui arma abſtergunt & poliunt, pugnæ mox ineundæ acrem affectum, & alacritatem per hoc ſignificant.* Ne te fallat dilatio in vindicandis ſceleribus, quin potiùs in dilatione caue tibi ingentem cupiditatem magnæ vindictæ. Non enim differt Deus ſupplicium, & obliuiſcitur;ſed differt, & armaturam ſumit, & gladios acuit, & milites conuocat, & creaturas armat, & vaſa mortis parat. Hæc dilatio non iram ſedat,ſed illam oſtendit magnam.

Annotationes Corderii. Deus dum differt, non aufert vindictam.

14. *Ardentibus effecit.*] Symmachus, εἰς τὸ καίειν, *ad ardendum*. Id Commentarius Græcus exponit de reis ac ſontibus, & combuſtione dignis. Genebrardus accipit de ardenter perſequentibus, ſicut Virgilius ait: *Inſtant ardentes Tyrij*; &, *Ardet in arma magis.* Sic etiam (vt obſeruat Agellius) Septuaginta ſolent perſecutores appellare. vt in Ieremia: *Leues facti ſunt perſecutores noſtri ſuper aquilas cæli, ſuper montes exarſerunt*: vbi *exarſerunt* ponitur pro, *velociter inſecuti ſunt*. Et in Geneſi conqueritur de Laban Iacob: *Quam ob culpam & peccatum meum ſic exarſiſti poſt me?* id eſt, me inſecutus es, vt reddiderunt Septuaginta, ὅτι κατεδίωξας ὀπίσω μου; *quòd inſecutus es me?* His igitur ardentibus & inſectantibus me (inquit) multò velociores ſuas ſagittas effecit, quas illi effugere ſuâ velocitate nequiuerunt. Deus nimirum ſagittis atque ignibus in peccatores inſurgit. Quid ergo infelicius, quàm fieri ſcopum, quò Deus ſagittas vindictæ ſuæ collimet, & ſiluam conſtrui lignorum diuinis abſumendam incendiis? Atque vt benè noueris infelicitatem peccatoris, ſuam ipſe ſibi concremando ſtruem congerit, vt hîc aduertit Theodoretus, & in Paraphraſi dictum eſt.

Ardentes vocantur perſequentes. Thren. 4. 19. Gen. 31, 36

15. *Parturijt iniuſtitiam*, &c.] Similis eſt illa ſententia Iacobi: *Vnuſquiſque tentatur, à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus: deinde concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm conſummatum fuerit, generat mortem.* Item Iobi de ſimili partu dicentis: *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos.* Monſtrificum iniquitatis fœtum ob oculos ponit, concipientem malitiam, & parturientem deſcribens. Eodem modo Iſaias, peccantes comparans cum parturientibus: *Conceperunt*, inquit, *dolorem, & pepererunt iniquitatem.* Rationem huius locutionis reddit S. Chryſoſtomus ad hunc locum: *Quia quemadmodum mulieres parturientes à doloribus diſcerpuntur: ita etiam qui facit dolum, diſcerpitur, & non leni aliquo, ſed vehementiſſimo, dolore afficitur.* Et paulò pòſt, oſtendens non poſſe hunc dolorem deliniri: *Non interit*, inquit, *iudicium conſcientiæ. Eſt enim naturale, & à Deo inſitum: etiamſi quis millies ſe ambitione iactet & glorietur, inſtat illud, vociferans, caſtigans, condemnans: & nemo eſt eorum qui viuit in ſcelere, qui non innumerabiles dolores ſuſtineat, & de malis conſultans, & conſilium exequens.*

Iac. 1, 14. Partus malitiæ qualis. Iob 15, 35 Iſa. 59, 4. *Peccatores doloribus parturientium diſcerpuntur.*

Ex

ANNOTATIONES CORDERII.

Mulier in partu, peccator etiam ante patratum facinus torquetur.

Ex quibus hoc diſcrimen colligitur, quòd mulieris dolor vehementiſſimus ſit in partu; peccatoris etiam ante patratum ſcelus, ſtatim poſt cogitatum, ſeu conceptum. *Concepit*, inquit, *dolorem.* Et propterea priùs dixit Dauid, *Ecce parturijt*; quàm *concepit*, vt notat diuus Chryſoſtomus. *Quia hic dolor*, inquit, *eſt à principio: ſimul enim ac quiſquam de malo conſultauit, tumultus ac turba eſt in cogitatione.* Teſtis Achab, qui etiam antequam alienam vineam raperet, ſolùm cogitans de rapienda, cruciabatur. *Venit*, inquit, *in domum ſuam indignans & frendens, & proijciens ſe in lectulum ſuum, auertit faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem.* Vbi D. Chryſoſt. mox citatus, *Conſidera*, inquit, *cùm ille vineam concupiuiſſet, quantum dolorem ſenſerit. Quoniam conſcientiæ non ferebat ſententiam, ingreſſus eſt triſtis, humi procumbens, confuſus, vel ipſo aſpectu præ ſe ferens conſcientiæ condemnationem.*

3.Reg.21, 4.

Adde & alterum diſcrimen. Nam *mulier* (inquit Chriſtus Dominus) *cùm pepererit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium.* At verò in dolore ex peccato longè aliter contingit, vt notat D. Chryſoſt. Serm. 4. de Lazaro. *Nam peccatum*, inquit, *ſimul atque commiſſum eſt, tum demum extinctâ voluptate, amarus pœnitentiæ ſtimulus ſuccedit, contrà quàm accidere ſolet parturientibus*, &c. Et conſentit D. Ambroſius lib. 2. de Abraham cap. 4. *Dum*, inquit, *in quadam ſumus delinquendi libidine, nebulis quibuſdam conſcientiæ mens obducitur, ne videat eorum quæ concupiſcit deformitatem. Sed cùm omnis nebula tranſierit, grauia tormenta exercentur, in quodam malè conſcij ſecretario.*

Ioan. 16, 21.
Mulier poſt partum lætatur, ſed peccator magis dolet.

Matth. 27, 5.

Cernere hoc eſt in Iuda proditore, ſe poſt peccatum miſerabiliter ſuſpendente. de quo diuus Chryſoſt. in hunc Pſalmum: *Cùm*, inquit, *non poſſet ferre iudicij conſcientiæ dolorem, adaptato ſibi laqueo vitam finiuit.* Quaſi ſatiùs ſibi duceret, ruptis viſceribus efflare animam, quàm incluſo in animo dolore vitam propagare. Vnde patet peccati hunc partum non eſſe communem, aut qualis eſt in mulieribus; ſed *viperinum*, quòd fœtus vterum diſcerpentes, lateraque fœdè laniantes, procedant. Hinc pulchrè Chryſoſt. in Pſal. 124 pronuntiat peccatum πρὸ τῆς κολάσεως κολάζειν, *ante ſupplicium ſupplicium infligere:* quemadmodum virtus ob incredibilem ſuam voluptatem, & immenſum decus, quod iuſtis & probis hominibus afferre ſolet, πρὸ τῆς ἀντιδόσεως, *etiam ante remunerationem*, remuneratur. Idem in Pſalmum 139. animaduertit πονηρίαν, hoc eſt *improbitatem*, nominari à πόνῳ, *labore*, quòd occulto cruciatu, & immenſis animum doloribus compleat. Vide plura ſuperiùs in Catena apud Baſilium & Didymum.

Fraudulentus proprijs dolis capitur.

16. *Incidet in foueam quam fecit.*] Vulgata legit; *incidit.* Pro *fouea* verò Aquila vertit, ἐν διαφθορᾷ, *in perditionem.* Similis eſt ſententia in Prouerbiis: *Qui fodit foueam, incidet in eam.* Eodem ſenſu apud Michæam Septuag. verterunt, Ποιμανοῦσι Ἀσσὺρ ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ τὴν γῆν τοῦ Νεμρὼθ ἐν τῇ τάφρῳ αὐτῆς. *Paſcent Aſſur in rhomphæa, & terram Nemroth in fouea eius.* Hoc prouerbio à fouea ducto vtuntur etiam D. Ambroſius lib. 1. Hexaëmer. & D. Hieron. tractatu contra Pelagianos, cuius paraphraſim nobis ob oculos ponit Prudentius in Pſychomachia, de ſuperbia in foſſam, quam humilitati defoderat, incidente ſic canens:

Prou. 26, 27.
Mich. 5, 6.

Sed cadit in foueam præceps, quam callida fortè
Fraus interciſo ſuffoderat æquore furtim,
Fraus deteſtandis vitiorum è peſtibus vna,
Fallendi verſuta opifex, quæ præſcia belli
Planiciem ſcrobibus violauerat inſidioſis,
Hoſtili de parte latens: vt foſſa ruentes
Exciperet cuneos, atque agmina merſa voraret.
Ac ne fallacem puteum deprendere poſſet
Cauta acies, virgis adopertas texerat oras,
Et ſuperimpoſito ſimularat ceſpite campum.

Sic quâ hoſtibus meditabatur, ſuo duci cladem dedit. Porrò pulchrè hîc S. Baſil. notat, hanc eſſe inſidiis non additam pœnam, ſed inſitam naturam, vt in ipſos inſidiatores retia conuertantur.

17. *Conuertetur dolor eius in caput eius*, &c.] Huic ſimile eſt in Prouerbiis: *Qui voluit lapidem, reuertetur ad eum.* Item illud Eccleſiaſtici: *Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet.* Sic paſſim alibi ſæpè recurrit idem adagium diuerſis verbis, vt benè notat Delrius noſter par. 2. Adagiali trigeſimo, vbi hæc exponit. Huc ſpectat etiam illa Heſiodi ſententia:

Prou. 26, 27.
Eccli. 27, 28.
Malum auctori ſuo maximè nocet.

Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη,
Malum conſilium, conſultori peſſimum.

Benè *peſſimum.* Nam (vt Caſſianus Collat. 8. cap. 11. ait) *praua conſilia auctorem puniunt.* Omnium conatuum, & operum humanorum conuerſio quædam eſt iuſtiſſima in caput operantis. Sicut exhalationes terræ quæ ſurſum tendunt, mox in guttas concretæ decidunt, terram quæ genuit, vel foturæ rigando, vel perdituræ obruendo. Nimis hoc conteſtatum ſententiis, ſimilibus, & exemplis. Vnicum hîc tantùm Amani conſidera, qui cùm præciperet iam animo incredibilē voluptatem è ſupplicio Mardochæi, pro quo patibulum cubitorum omnino quinquaginta extruxerat, cùm magnificè prædicaret ſortem ſuam, quòd apud Regem vnicè gratioſus, Reginæ Eſtheri carus, & vocatus ad conuiuium eſſet; ſubitò ſe vidit ab Eſthere proditum, à Rege damnatum, horrore confuſum, ante mortē exanimem, ante manes furiam, in ipſo denique patibulo, quod Mardochæo præparauerat, ignominioſiſſimè pereuntem.

Eſther 5, 7

Huc ſpectant illa veterum, *Phalaridis taurus, Buſiridis aræ*, & ſimilia Poëtis decantata, & hiſtoriis celebrata. Sit pro mantiſſa dictum aureū, ſi pro diis Deum dixiſſet, Senecæ Senioris in Declamationibus, vbi iſta: *Sunt dij immortales lenti quidem, ſed certi vindices generis humani: & magna exempla in caput inuenientium regeſſerunt, vt iuſtiſſimâ patiendi vice, quod quiſque alieno excogitauit ſupplicio, ſæpe excipiat ſuo.* Sunt innumerabilia in omni genere Annalium huius rei exempla, quæ, ne ſim prolixus, prætereo. Hoc certè habet omne peccatū, vt auctori ſuo præcipuè noceat. Nam ſi detractor ſit, os ſuum ac linguam cōmaculat: ſi impudicus, corpus fœdat: ſi inuidus, intima præcordiorum exulcerat: ſi iracundus, propriam mentem obnubilat: ſi guloſus, corpus & animam grauat: ſi acedioſus, ſe lapidibus & ſtatuis ſimilem facit: & ſic omnis peccator, dum vitiis ſe ſubiicit, ſemetipſum interimit, in ſuum cor tela retorquet, & ſibi ipſi præcipuum malum infligit.

Omnis peccator ſibi ipſi maximè grauiſſimè.

IN

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM VIII. ARGVMENTVM.

α. Εἰς τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν, Ψαλμὸς Δαβίδ.

1. In finem pro torcularibus, Pſalmus Dauid.

Οὗτος ὁ Ψαλμὸς ἐπινίκιος τῷ νικοποιῷ προσφέρεται Θεῷ, τὸν ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητὴν διάβολον καταλύσαντι, καὶ τοὺς βροτοὺς εἰς τὸ τέλος τῆς ἐκείνου τυραννίδος ἐλευθερώσαντι. Ληνοὺς δὲ τὰς ἐκκλησίας προσαγορεύει, ἐπειδὴ καὶ ὁ κύριος ἐν Εὐαγγελίῳ φησίν· Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, ἣν οἱ πιστοὶ τρυγῶντες, τὸν μυστικὸν κατασκευάζουσιν οἶνον.

Hic Pſalmus triumphalis Deo victoriæ auctori affertur, qui inimicum & vltorem diabolum deſtruxit, quique homines in finem vſque ab illius tyrannide liberauit. Torcularia autem Eccleſias appellat, quoniam & Dominus in Euangelio de ſe dicit: Ego ſum vitis vera; *quam nimirum fideles vindemiantes, myſticum vinum præparant.* Torcularia quid? Ioan. 15,1.

PARAPHRASIS.

β. Κύριε ὁ κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ; Ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν.

Τὸ ὡς ἐνταῦθα οὐ παραβολικῶς, ἀλλ' ἐπιτατικῶς. Σφόδρα, φησί, δέσποτα, τὸ σὸν ὄνομα παρὰ πάντων ὑμνεῖται, καί σε ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς ἅπαντες ὀνομάζουσι. Τὸ γάρ· Ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, τοῦτο δηλοῖ· Ὅτι ἔγνωσαν ἅπαντες, ὡς οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἁπάντων δεσπόζεις. Αὐτὸς μὲν γὰρ τὸ μεγαλοπρεπὲς εἶχες ἀεί, ἀλλὰ τοῖς ἀνθρώποις οὐκ ἦν ἀεὶ τοῦτο γνώριμον. Τοιαῦτα καὶ ὁ θεῖος Ἀμβακοὺκ προθεσπίζει. εἰρηκὼς γάρ· Ὁ Θεὸς ἀπὸ μακρόθεν ἥξει, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου· ἐπήγαγεν· Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ. Καὶ αὐτὸς δὲ τῷ Μανωὲ ἐπιφανεὶς τὴν προσηγορίαν πυνθανομένῳ, ἔφη· Τί ζητεῖς τὸ ὄνομά μου; καὶ τοῦτό ἐστι θαυμαστόν.

2. DOMINE Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra! Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos.

Particula *quàm* hoc loco non comparatiuè, ſed adiectiuè ſumitur. Admodum, inquit, ô Domine, tuum nomen ab omnibus decantatur, & te creatorem cæli & terræ omnes nominant. Nam hæc verba, *Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos*, hoc declarant. Quoniam omnes nouerunt te cælo atque terræ, vniuerſiſque rebus dominari. Atque ipſe quidem ſemper magnificentiam habebas, verùm hominibus hæc non ſemper fuit nota. Similia etiam diuinus Habacuc vaticinatur. cùm enim dixiſſet: *Deus de longè veniet, & ſanctus de monte vmbroſo*; ſubiunxit: *Operuit cælos potentia eius, & laudis eius plena eſt terra.* Quin & Manue apparens, nomen ipſius ſciſcitanti, reſpondit: *Quid quæris nomen meum? Et hoc eſt admirabile.* Magnificentia Dei in quo ſita. Habacuc 3,3. Iud. 13,18

γ. Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον, ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου, τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν.

Τοῦτο δέ σου μάλιστα τὴν δύναμιν ἔδειξεν, ὅτι δι' ἀνδρῶν τὴν ἀνθρωπίνην οὐ μεμαθηκότων σοφίαν, καὶ ὑπομαζίων

3. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, propter inimicos tuos, vt deſtruas inimicum & vltorem.

Id verò tuam potentiam maximè demonſtrauit, quòd per viros qui minimè humanam ſapientiam didicerant, quiq; lactentium Potentia Dei in quo elucet.

PARAPHRASIS PATRVM.

puerorum innocentiam fuerant imitati, pernicioſiſſimum illum tyrannum euertiſti: qui cùm tibi Deo ſemper malè velit, & propter bellum quod aduerſus te ſuſcepit, homines decipiat, deinde, vt vltor quiſpiam, fraudis & deceptionis pœnas ipſis infligit. Sic cùm Achitophelem induxiſſet, vt illa diceret, ſibi ipſi deinde manus violentas inferre coëgit. Eodem modo cùm Iudam in proditionem armaſſet, in mercedem obſequij, laqueum retribuit. Et ſecundùm hiſtoriam, veritas prophetiæ huius cognoſci poteſt. Nam in ſacris Euangeliis Dominus Chriſtus Iudæis indignantibus, quando pueri cum ramis ipſum præcedentes, *Hoſanna in excelſis*, dicebant, *Benedictus, qui venit in nomine Domini*: reſpondit: *Nonne legiſtis: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudē?* Illi igitur infantes perfidum Iudæorum populum condemnabunt, qui & ſimilis diabolo eſt, & inimicus, & vltor. Etenim cùm ille populus ſemper legem Dei tranſgreſſus ſit, cùmque contraria iis quę à Deo edicta erant, fecerit; rurſus, tamquam pro legiſlatore denuò pugnans, Dominum Chriſtum crucifixit, Deo contrarium eum atque legis tranſgreſſorem nuncupans.

2.Reg.17.

Inſidiatores proprijs inſidiis pereunt.

Matt.11.9

Matt.11.10.

4. Quoniam videbo cælos*, opera digitorum tuorum, lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.

* *Vulgata addit tuos*

Nam ipſa quidem, inquit, elementa idonea ſunt ad tuam, Domine, magnificentiam demonſtrandam: & cælum, & terra, & luna, & ſol, & pulcherrimus qui in his eſt, ordo atque ornatus; ipſa autem, quæ ad infimos vſque homines pertingit prouidentia, magis ineffabilem tuam benignitatem prædicat.

Res creatæ indices Dei magnitudinis, & bonitatis.

5. Quid eſt homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam viſitas eum?

Hîc non de creatione, ſed de prouidentia ſermo eſt. Non enim dixit, Quòd formaſti; ſed, *quòd memor es eius*. hæc autem ait per modum admirationis. Non ſolum, inquit, feciſti vt eſſet, ſed etiam, vt benè illi eſſet, tribuiſti: & ipſius mânes memor, & malè affectum viſitas.

Deus eſt memor noſtri.

6. Minuiſti eum paulò minùs ab angelis.

παίδων τὴν ἁπλότητα μιμουμένων, τὸν παμπόνηρον ἐκεῖνον κατέλυσας τύραννον, ὅς σοι τῷ θεῷ δυσμεναίνων ἀεὶ, καὶ διὰ τὸν κατὰ σοῦ πόλεμον τοὺς ἀνθρώπους ἐξαπατῶν, πάλιν οἷά τις τιμωρὸς δίκας αὐτοῖς εἰσπράττεται τῆς ἀπάτης. Οὕτω τὸν Ἀχιτόφελ ἐκεῖνα εἰπεῖν παρασκευάσας, αὐτόχειρι θανάτῳ παρέπεμψεν. Οὕτω τὸν Ἰούδαν εἰς προδοσίαν ὁπλίσας, μισθὸν τῆς ὑπακοῆς τὴν ἀγχόνην ἀντέδωκε. Καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν δέ γε δυνατὸν γνῶναι τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν. Ἐν γὰρ τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις ὁ δεσπότης Χριστὸς δυσχεραίνουσι τοῖς Ἰουδαίοις, ἡνίκα τὰ παιδία μετὰ κλάδων ἡγούμενα τὸ Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, ἔλεγον, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· ἀπεκρίνατο· Οὐκ ἀνέγνωτε, ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον; Καταισχυνεῖ τοίνυν τὰ παιδία, τὸν ἀγνώμονα τῶν Ἰουδαίων καταισχυνεῖ λαὸν, τὸν ὅμοιον τῷ διαβόλῳ, καὶ ἐχθρὸν, καὶ ἐκδικητήν. Καὶ γὰρ οὗτος τὸν θεῖον νόμον παραβαίνων ἀεὶ, καὶ τἀναντία τοῖς ὑπὸ θεοῦ διηγορευμένοις διαπραττόμενος, πάλιν, ὥσπερ τοῦ νομοθέτου πάλιν ἀγωνιζόμενος, ἐσταύρωσε τὸν δεσπότην Χριστὸν, ἀντίθεον ἀποκαλοῦντες καὶ παράνομον.

δ'. Ὅτι ὄψομαι τοὺς οὐρανοὺς, ἔργα τῶν δακτύλων σου, σελήνην καὶ ἀστέρας, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας.

Ἱκανὰ μὲν γάρ, φησι, καὶ τὰ στοιχεῖα τὴν σὴν, ὦ δέσποτα, δεῖξαι μεγαλουργίαν· καὶ οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ σελήνη, καὶ ἥλιος, καὶ ἡ ἐν τούτοις εὐταξία τε καὶ εὐκοσμία· ἡ δὲ μέχρι τῶν εὐτελῶν ἀνθρώπων διήκουσα πρόνοια, μειζόνως τὴν ἄφατόν σου κηρύττει φιλανθρωπίαν.

έ. Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν;

Ἐνταῦθα οὐ περὶ τῆς δημιουργίας, ἀλλὰ περὶ τῆς προνοίας διεξέρχεται. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἔπλασας, ἀλλ' ὅτι μιμνήσκῃ· θαυμαστικῶς δὲ ταῦτά φησιν. Οὐ μόνον, φησὶ, εἰς τὸ εἶναι παρήγαγες, ἀλλὰ καὶ τὸ εὖ εἶναι δεδώρησαι, καὶ μεμνημένος διατελεῖς, καὶ κακῶς διακείμενον ἐπισκέπτῃ.

ϛ'. Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους.

Ἐνταῦθα

Ἐνταῦθα τῆς μετὰ τὴν παράβασιν ἐμνημόνευσεν ἀποφάσεως. Τῷ θνητῷ γὰρ τῶν ἀγγέλων ἠλάττωται.

Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν·

ζ. Καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου.

Ταῦτα μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἐδέξατο ἡ φύσις. Χάριτι γάρ ἐσμεν σεσωσμένοι (ὥς φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος) καὶ συνήγειρε, καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

η. Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, πρόβατα καὶ βόας ἁπάσας, ἔτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου.

θ. Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλάσσης.

σεως, οὐδὲ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐξέβαλε τῆς τιμῆς. Ἠλάττωσας γὰρ αὐτόν, φησι, βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, τουτέστι θανάτῳ κατεδίκασας ἁμαρτόντα, οὐ μὴν ἐπειδὴ θανάτῳ κατεδίκασας, ἐγύμνωσας καὶ τῆς δωρεᾶς. Διά τοι τοῦτο εἰπών, τότε ἐκεῖνο τίθησι, δεικνὺς τὴν ἄφατον τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὅτι ἐλαττωθέντα αὐτὸν διὰ τὴν οἰκείαν παράβασιν ἀφῆκεν ἐστεφανῶσθαι τῇ τιμῇ καὶ τῇ δόξῃ, καὶ τῆς ἀρχῆς οὐ παρέλυσεν. Εἰ δὲ μικρόν τι ὑφεῖλε, καὶ τοῦτο τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας. πρὸ μὲν γὰρ τῆς παρακοῆς καὶ θηρίων ἐκράτει, μετὰ δὲ τὴν παρακοὴν ὀλίγον τι τῆς ἐξουσίας ὑπετέμετο. κρατεῖ μὲν γὰρ καὶ νῦν, ἀλλὰ τέχναις τισί, καὶ μετὰ φόβου καὶ τρόμου, καὶ μάλιστα τὰ θηριωδέστερα, ἵνα ὑπομιμνήσκηται ἐκ τῆς τούτων ἀγωνίας τῆς παλαιᾶς ἁμαρτίας. Ἄλλως δὲ καὶ τοῦτο αὐτὸ τῆς τοῦ θεοῦ κηδεμονίας. τὴν γὰρ σοφίαν αὐτοῦ θήγων, καὶ τὸ φρόνημα καθαιρῶν, καὶ τὴν ἄκαιρον σχολὴν ἐκκόπτων (ἐπειδὴ πάντα μετ' εὐκολίας ἔχων, ἐξετραχηλίσθη) ἀνέμιξέ τινα καὶ δυσκολίαν τῇ χρήσει τοῦ βίου. Ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς χρείαν σχεδὸν πόνου χωρὶς καὶ ἱδρώτων ἀφῆκεν αὐτὸν ἔχειν· τὰ δὲ πρὸς τρυφὴν μετὰ πόνου καὶ ἱδρῶτος· βουλόμενος καὶ ταύτῃ ἡμῖν ὑποτέμνεσθαι τὴν πολλὴν ἄδειαν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ σῶμα ἡμῶν οὕτως ἐπίνοσον κατεσκεύασε, ὑπὸ μυρίων ἐνοχλούμενον κακῶν, καὶ ὁ βίος ἅπας ἱδρῶτος γέμει. ἐπειδὴ παιδευτήριον ὁ παρὼν βίος ἐστί, καὶ ἡ ἄνεσις καὶ ἡ σχολὴ τοὺς πλείους τῶν ἀνθρώπων ἀπόλλυσι, διὰ τοῦτο καὶ ἀσχολίαν καὶ πόνον ἡμῖν ἀνέμιξεν, ἵν' ὥσπερ ὑπό τινων χαλινῶν τὸ διηγειρόμενον τῆς διανοίας κολάζηται. Οὐ δὲ τὰ ὁρώμενα πάντα ὁ προφήτης διεξῆλθεν, οἷον φυτά, σπέρματα, καὶ δένδρα, ὅτι ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν ἠνίξατο, καὶ τοῖς φιλομαθέσι τὸν περὶ τούτων ἀφῆκε λόγον.

greſſionem honoraſſet, poſt peccatum etiam ipſum non omnino honore priuauit. *Minuiſti* enim inquit, *ipſum paulò minùs ab angelis*, id eſt, peccantem morti addixiſti; non tamen quoniam morte eum mulctaſti, ob id & dono tuo priuaſti. Quapropter cùm illud dixiſſet, tum etiam hoc poſuit, ineffabilem in eo quoque benignitatem Dei oſtendens, quòd ipſum propter tranſgreſſionem ſuam minoratum, gloriâ & honore coronari permiſit, & principatu non exuit. Quòd verò parumper eum humiliarit, & hoc ipſum ipſius eſt prouidentiæ. Nam ante inobedientiam quidem etiam beſtiis dominabatur; poſt inobedientiam verò nonnihil ſuccisa illi eſt poteſtas. ſiquidem etiamnum iis dominatur; verùm artibus quibuſdam, & cum timore ac tremore, præſertim ferocioribus, vt ex huiuſmodi ſolicitudine, peccati veteris admoneatur. Alioquin etiam hoc ipſum diuinæ prouidentiæ eſt. Nam eius ſapientiam acuens, & faſtum deprimens, & intempeſtiuum otium amputans (quoniam omnia primùm leui negotio nactus, ceruicem erexerat;) difficultatem quamdam vſibus huius vitæ commiſcuit. Attamen illa quæ ad vitam neceſſaria erant, fermè abſque labore ac ſudoribus; ea verò quæ ad delicias ſpectant, ipſi cum labore ac ſudore permiſit: eo vtique conſilio, vt multam illam nobis licentiam ſuccideret. Quam ob cauſam etiam corpus noſtrum ita morbis reddidit obnoxium, & mille malis perturbatum, & omnis vita ſudoris plena eſt. Quoniam verò vita hæc præſens diſciplinæ officina exiſtit, & remiſſio atque otium plurimos homines perdit; idcirco etiam occupationem ac laborem nobis admiſcuit, vt quibuſdam quaſi frenis animi noſtri temeritas caſtigetur. Cæterùm Propheta non omnes res viſibiles enumerauit, vt ſtirpes, ſemina, & arbores; quoniam ex parte totum inſinuauit, & diſciplinæ ſtudioſis de hiſce ratiocinari permiſit.

CATENA PATRVM.

Etiam poſt peccatum, quo honore affectus ſit homo.

Quomodo per peccatum ſit ſuccisa hominis poteſtas.

Cur Deus vitam nobis laborioſam reddiderit.

ANNO-

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

Titulus pro torcularibus quid ſibi velit.

NOTA hunc Pſalmum, *pro torcularibus*, inſcribi; Græcè ὑπὲρ τῶν ληνῶν; Hebraicè הַגִּתִּית, *haggiththith:* quod plerique volunt eſſe genus inſtrumenti; ſed Bellarminus magis probat, vt Septuaginta legerint, הַגִּתּוֹת *hagattoth*, quod ſignificat, *torcularia*, & hanc eſſe veram lectionem non dubitat. Hic autem titulus habetur in tribus Pſalmis, qui ad amorem Dei præcipuè pertinent: ſcilicet, in hoc, & in LXXX. atque in LXXXIII. Græci Patres in Catena citati per *torcularia*, intelligunt Eccleſias; alij verò Chriſti paſſiones, de quibus ſecundùm myſticum ſenſum mentio fit, dum dicitur, *Minuiſti eum paulò minus ab Angelis*; & apud Iſaiam, *Torcular calcaui ſolus*. Bellarminus exiſtimat eos Pſalmos *pro torcularibus* inſcribi, qui ſunt aptiſſimi ad exprimendùm vinum amoris diuini. Verùm (vt benè notat Ianſenius) de hac, & ſimilibus dictionibus nihil certi adfertur, quo ſenſus litteralis adſtruatur. Myſtica enim ſunt illa torcularia, quorum in typum & honorem, cùm hunc, tum alios duos Pſalmos Propheta Regius conſecrauit: *In finem pro torcularibus.* Pro templis videlicet in Chriſti lege omnium poſtrema, & (poſt naturalem & ſcriptam exactas) vſque in finem mundi permanſura, extruendis, à Chriſti fidelibus hic Pſalmus (vti & alij ſimili titulo prænotati) ſymbolicè compoſitus decantatur. Siquidem *non ampliùs* (vt Theodoretus ait) *ſecundùm antiquam legem, ſuper vnum altare hominum fructus Sacerdotes vindemiant; ſed infinita altaria per omnem terram introduxit*. Habemus igitur torcularia, ſcilicet templa & altaria. Sed quænam exprimendæ ad vinum vuæ? Reſpondet idem: *Dominus vitis vocatur: Ego ſum vitis. Qui hanc vindemiant vitem, ſunt fideles, myſticum vinum præparantes.* At verò S. Auguſtinus, etſi quoad ſignificationem torcularium cum Theodoreto conueniat, de vino tamen in iis expreſſo diſſentit, dicens: *Torcularia poſſumus accipere Eccleſias: Verbum diuinum poteſt vua intelligi. Dictus eſt enim Dominus botrus vuæ, quem ligno ſuſpenſum de terra promiſſionis, qui præmiſſi erant à populo Iſrael, tamquam crucifixum attulerunt.* Ita S. Auguſtinus ad hunc Pſalmum, vbi multa dicit de vino verbi Dei, quod in aures velut in dolia includitur. Et quidem in templis Chriſtianorum fit vtrumque, & verbum Dei prædicatur, & corpus ſanguiſque Dei hominis immolatur, offertur, ſumiturque à fidelibus. In vtroque potiſſimùm cernitur profeſſio Chriſtiana, vt & Chriſti verbum audiamus, & Chriſti corpus in Sacramento adoremus atque ſumamus.

Iſa.56,3.

Templa Chriſtiana, typicè torcularia in Pſalmis.

Chriſtus eſt vitis, quam Sacerdotes vindemiãt, & laici communicant. Ioan.15.

Prædicatio verbi Dei eſt expreſſio botri.

2. *Domine Dominus noſter.*] S. Hieronymus legit, *Domine Dominator noſter*. Geminatio autem vocis *Domini*, eſt ſignum affectus: nec incongruam iſtiuſmodi repetitionis rationem aſſignat S. Chryſoſt. in Catena citatus: quia ſcilicet, cùm infidelium ſit tantùm vnâ, nempe creationis; fidelium ſit duplici ratione Dominus, ob eiuſdem inſuper cognitionem. Verumenimuerò ſi theologicè titulos examinemus, quibus Deo in omnes planè creaturas abſolutiſſimum competat dominium, & conſequenter *Dominus* appelletur; reperiemus omnino eſſe multiplices, & prorſus ſingulares. Primùm, quia omnia eſſentialiter ipſius ſunt, tamquam ipſius opera & figmenta, quæ ipſe ſuâ ſapientiâ excogitauit, & omnipotentiâ ex nihilo formauit, & ad ſuam gloriam aliquo modo repræſentandam & inſinuandam, extare voluit. Deinde quia de omnibus pro arbitrio poteſt diſponere, cùm omnia ab ipſius nutu, & libera voluntate, omnibus momentis dependeant; nec vllum habeãt eſſe, niſi quod ipſe pro ſua liberalitate in illa infundit. Itaque longè plus iuris & poteſtatis habet in totum vniuerſum, in omnes Angelos & homines, quàm quilibet dominus in ſuum iumentum, figulus in ſuam ollam, homo in ſuas actiones liberas: quia nec dominus ſuum iumentum à ſe habet, nec figulus lutum, artem, ignem, induſtriam, quæ illi ad ollam conficiendam ſunt neceſſaria; nec homo facultates, quibus ſuas actiones perficit. Deus autem omnia à ſe-ipſo habet, quæ ad rem ipſam perficiendam & obtinendam pertinent: cùm omnia nihil ſint aliud, quàm liberæ ipſius operationis externæ terminus intrinſecus. quo fit, vt ipſius dominium ſit infinitæ perfectionis, nec vlli creaturæ communicabile; nec vlla res creata extra ipſius dominium conſtitui, aut ſui iuris effici poſſit; cùm eſſentialiter à Deo, tamquam primo principio, & vltimo fine, pendeat.

Dei in omnes res exſiſtentes dominium ſummum.

Ex quibus omnibus facilè patet, quàm excelſum, & latè patens, & admirabile Dei dominium ſit, vt non immeritò à Dauide bis *Dominus*, eâdem voce geminatâ pronuntietur. Qui præ ſtupore illius deinde per modum admirantis exclamat:

IBIDEM. *Quàm admirabile eſt nomen tuum.*] Hoc alius apud S. Chryſoſt. legit, τί μέγα τὸ ὄνομά σου; *quàm magnum*, (vel, vt S. Hieron. vertit, *quàm grande*) *eſt nomen tuum*! Chaldæus, *quàm excelſum & laudabile*! quæ omnia eôdem recidũt. *Verè nomen admirabile* (inquit S. Dionyſ. libro de Diuinis nominibus c.1. 5.6.) τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, τὸ ἀνώνυμον, τὸ παντὸς ὑπεριδρυμένον ὀνόματος ὀνομαζομένου, εἴτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι. *Quod eſt ſuper omne nomen, quod caret nomine, quod eſt collocatum ſuper omne nomen quod nominatur, ſiue in hoc ſæculo, ſiue in futuro.*

Nomen Dei verè admirabile.

Epheſ.1, 21.

Hoc Hebræi Theologi ſignificare cupientes, nomen Dei tetragrammaton aiunt eſſe ἄρρητον, ἀνεκφώνητον, *ineffabile, inenuntiabile*, quòd dici & nominari non poſſit. Ab illis, vt opinor, capientes Ægyptij, præcipuum Deum ſuum nuncupauere *Amun*, quem Græci Latinique dicunt Ammonem: quod nomen ait Manethos ſignificare *occultum*, ſiue *occultationem*. Iuſtinus quoque Martyr in Adhortatione ad Gentes, ait Ammonem Philoſophum eâ cauſâ Deum nominaſſe πάγκρυφον, *prorſus occultum*; ac proinde in Apolog. 2. pro Chriſtianis, ait Deo nomen imponi non poſſe; quòd ſi quis id contendat, ſummæ dementiæ eſſe. Nazianzenus ſimiliter Orat.34.

Dei nomen ineffabile.

Deus innominabilis & incomprehenſibilis.

Orat. 34. quæ eſt ſecunda de Theologia, refert ſententiam Platonis in Timæo dicentis, *difficile eſſe Deum intellectu percipere, eloqui vero impoſſibile.* Ipſe verò Nazianzenus ſuam nobis ſententiam exponit, dicens, *Deum nullis verbis explicari poſſe, mente autem comprehendi multò minus.* Vnde factum, vt omnes ſancti Patres cum S. Damaſceno lib. 1. de Fide cap. 23. communi animorum conſenſione Deum vocent *ἀκατάληπτον, qui comprehendi nequit.* Hæc tamen minimè impediunt, quo minùs Chriſtianæ mentes, piè & diligenter in ſancti Numinis conſideratione, cum admiratione verſentur. Nam tametſi beatiſſima illa natura intelligentiam omnem noſtram magnitudine exuperet, neque ab vllo comprehendi queat; plurima tamen in vniuerſa terra ſui eſſe veſtigia voluit, & argumenta infinitæ maieſtatis, quibus ad eum cognoſcendum, & admirandum ac venerandum deduceremur; vt iure merito exclamet Vates: *Quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!* & ad maiorem ſtuporem addit:

Ex creaturis cognoſcitur eius maieſtas.

Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos.] Alius apud S. Chryſoſt. legit, *ὃς ἔταξας τὸν ἔπαινόν σου, qui poſuiſti laudem tuam*, vel, vt ſanctus Hieronymus vertit, *qui poſuiſti gloriam tuam ſuper cælos.* Sic etiam Habacuc gloriam & magnificentiam cælo tribuit, terræ verò laudem. *Operuit*, inquit, *cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra.* Hanc porrò magnificentiam in cælo eleuatam, decorem illum corporum cæleſtium, ac ſplendorem intelligit, quo tamquam pulcherrimo magnificentiſſimoque veſtimento cælum ornatur. Aut admirabile eſſe ait nomen ac laudem Dei in vniuerſa terra, ex eo quòd eleuata ſit eius gloria ſuper cælos; dum ex eo quòd cæli vniuerſam terram ambiant, nulla pars terræ eſt, vbi hæc ſublimis Dei gloria non ſit conſpicua. quod ipſum alibi dixit: *In omnem terram exiuit ſonus eorum.* Vt enim ſit vera magnificentia, D. Thomas 2. 2. quæſt. 132. art. 2. ait opera debere eſſe magna, *quantitate, pretioſitate, dignitate:* quæ videlicet ornatu ſuo & magnitudine ſint præſtantia, ſplendoremque habeant magnum, vnde laus hominumque fama & admiratio naſcitur. Operis magnifici vis & virtus, inquit Ariſtoteles libr. 4. Ethicorum cap. 4. eſt *τὸ μέγα καὶ καλόν, vt magnitudine præſtet, & pulchritudine excellat*, quam pulchritudinem omnes admiratione obſtupefacti intueantur. Quod enim magnificum, idem & admirabile eſt. Salomonis templum ad omnem magnificentiam extructum fuit: itaque non mirum, ſi in Euangelio Seruatoris diſcipuli mirabile opus nimium quantum ſuſpicerent, magiſtroque dicerent: *Magiſter aſpice, quales lapides, & quales ſtructuræ!* Opus ergo magnificentiæ proprium debet eſſe illuſtre quiddam, & quodammodò regium, amplum & glorioſum, ſuo ſplendore conſpicuum. Vnde quæ vox ſignificat apud Hebræos magnificentiam, exponitur aliquando ſplendor, gloria, decor, res laude & præconio longè clariſſimo efferenda. Ita Propheta Regius Deum reuerens cùm eleuatam ſupra cælos illius magnificentiam prædicat; pro *magnificentia*, Chaldæus vertit, *ſplendorem*; ſanctus Hieronymus, *gloriam*; alij, *magnificam laudem & prædicationem*. Sic in alio Pſalmo,

Habac. 3, 3

Magnificentia Dei à cælis colligitur.

Pſal. 18.

Quid ſit propriè magnificentia.

Matt. 13, 1

Pſal. 28, 4.

Vox Domini in magnificentia; in Hebræo eſt, *vox Domini in decore*, vt intelligamus magnificum opus, cum inſigni quodam ſplendore & amplitudine coniungi. Ceterùm eleganter quoque Commentator Græcus, & Didymus in Catena locum hunc Pſalmi de opere incarnationis exponunt, in quo, vt ait S. Auguſtinus in Enchiridio cap. 36. *Dei gratia nobis granditer & euidenter commendatur.* Magnum ſanè & magnificum opus, quod tranſcendit cæleſtium orbium molem, cælo maius, inexplicabilis dignitatis, quod exuperat omnium mentium cogitationem, etiam earum, quæ in ſublimi paradiſo luce purâ fruentes, totæ oculi ſunt, totæ mentes, neque tamen ad hanc magnitudinem comprehendendam ſatis animi atque lucis habent: quam ob cauſam Dei magnificentiam eleuatam eſſe ſuper cælos dici putat Euthymius. In opere enim illo Dei corporati, omnia certè magna ſunt & ſplendida, vt negari non poſſit, quin meritò Emanuelis magni à Propheta Regio magnificentia hoc loco celebretur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Incarnatio Chriſti, eſt opus verè magnificentiæ.

3. *Ex ore infantium*, &c.] Hic verſus de pueris intelligitur, qui obuiàm facti Chriſto, eum laudibus, & ramis palmarum exceperunt. Quare Dominus in templum ingrediens, dum pueri pæana canerent, hunc verſum citauit, vt pueros acclamantes ſibi, contra Phariſæorum & Sacerdotum rabiem defenderet. Vbi illud in primis notandum cum Chryſoſtomo ad hunc locum, à Regio Vate, adeoque Chriſto ipſo, laudem hanc vocari perfectam, cùm ſanè perfectior videri potuiſſet, ſi ex ore virorum prodiiſſet; quandoquidem à prudenti & probato viro laudari, magis laudabile cenſetur. Verùm infantes hoc loco, vt nomen præ ſe fert, illi ſunt qui loqui neſciunt: ex his autem aptam ſibi laudem aptat Chriſtus, qui eos maximè amat, qui tacere nouerunt. Hi porrò infantes referunt Chriſtianos, à quibus Chriſtus potiorem, quàm ab Hebræis, laudem aſſequitur. Vtramque his verbis tradit ſanctus Chryſoſtomus: *Non eſt ergo hoc ſolum admirabile, quòd vocem, eamque claram & expreſſam, emiſerint, ſed etiam, quòd plenam bonis innumerabilibus. Quæ enim Apoſtoli nondum nouerant, ea pueri laudibus hymniſque celebrabant. Ex hoc etiam aliquid aliud ſignificat, nempe oportere eos qui ad dogmata accedunt, animo pueros effici. Si quis enim non ſuſceperit regnum cælorum vt puellus, inquit, non poteſt ipſum ingredi.* Vbi expendendum illud, *Quæ Apoſtoli nondum nouerant.* Quare dicit optimè Dauid: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.* Quia perfectior hæc laus, quæ ex infantium ore manauit, quàm ea quam Apoſtoli publicè detulerant. Ergo Apoſtoli, vt vult Chryſoſtomus, à pueris Chriſtum laudare didicerunt. Quam verò laudem Chriſto triumphanti dederint, & quem hymnum pueri tunc cecinerint, expreſſit Matthæus: *Hoſanna Filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini: hoſanna in altiſſimis.* Vide an paribus hiſce encomiis Chriſtum Apoſtoli proſecuti ſint vmquam: & innocentis ſilentij vim agnoſce, quòd rudes puellos adhuc lactentes, ac loquelæ ignaros, ad tantam ſapientiæ altitudinem extulit. Alius apud Chryſoſtomum in Catena citatum vertit, *ex ore infantium & lactentium*

Matth. 21, 16.

Ex ore infantium Deus ſibi laudem perficit.

Quàm perfecta ſit infantium & ſilentium laus.

Matt. 21, 9

ANNOTATIONES CORDERII.

fundaſti fortitudinem; robuſtam & fortem laudationem eam vocans, quæ venit à pueris, adhuc loquelæ ignaris: quia licet omnes virtutes Deum laudent, ſilentium tamen maximum laudibus eius robur addit. Chriſtus ergo Dominus ad laudem ſuam pueros loquelæ ignaros, ſed innocentiâ inſignes euocauit, *vt deſtrueret inimicum, & vltorem*, id eſt, diabolum, qui dicitur *inimicus & vltor*: inimicus quidem, quia iuſtos & pios viros odio proſequitur; vltor verò, quia impios & ſceleratos fouet, amore proſequitur, & in ſuam adſciſcit ſocietatem. Neque quiſquam facilè dixerit, quonam horum magis noceat, an dum bonos odio inſequitur, an dum malos fouet. Vt ergo Chriſtus Dominus oſtendat ſe à dæmonis ingenio longè abeſſe, in ſocietatem ſuam pueros innocentes admittit, & ad laudes ſuas prouocat nullâ labe vitij coinquinatos. Huius ſententiæ eſt Antiochus Homil. 105. quæ eſt de Pſalmodia, cuius iſta ſunt verba: *Huius rei gratiâ Chriſtus laudem ex ore fidelium, ſed malitiâ paruulorum prodeuntem perfecit, aut certè per operationem, atque efficacem vim pſalmodiæ inimicum & vltorem prorſus deſtruet, ſuâ aduerſus nos tyrannide ſuperbius inſoleſcentem: inimicum dixerim virtutum, vltorem verò, ſeu decuſſorem malitiæ, diabolum.* Sanctus Auguſtinus hoc loco legit, *vt deſtruas inimicum & defenſorem*, & hoc de ſæcularibus litteris dictum accipit, quæ ſimul defendunt, & offendunt: ſiquidem multum iuuant ad diuinarum rerum cognitionem, & defendunt cùm auxilium ferunt; offendunt verò, quia cùm multa iis obſcœna ſubinde inſperſa ſint, legentes non rarò lædunt, eorumque animos inficiunt. Quamobrem neque omittendæ omnino, quia defendunt; neque ſine cautela frequentandæ, quia offendunt. Hunc ergo inimicum & defenſorem, id eſt ſcientiarum ſæcularium apparatum, Deus deſtruit ex ore infantium & lactentium, id eſt, per prædicationem Apoſtolorum, qui in his ſæcularibus ſcientiis omnino erant rudes & infantes; & tamen multò plura Philoſophis & Rhetoribus perfecerunt.

Diabolus inimicus & vltor.

Per rudes Apoſtolos Deus Philoſophos ſæculares deſtruxit.

4. *Quoniam videbo cælos*, &c.] Redit ad cælorum contemplationem homini propriam, quâ in auctoris eorum Dei cognitionem & admirationem rapiatur. Sic animaduertit ſanctus Gregorius Nyſſenus in Vita Thaumaturgi Gregorij, Abrahamum, cùm apud Chaldæos in Philoſophia eſſet inſtitutus, & cæli apud ſe pulchritudinem, ordinemque ſiderum conſideraret, eorumdem cognitione vſum ὡς ὑποβάθρᾳ, *vt ſcalâ & adminiculo*, ad ſuperi boni contemplationem; & per ea quæ videntur, ad ſublimia atque diuina, quæ tantùm intelligentiâ percipiuntur, piè & religiosè perueniſſe. Nihil enim prodeſt, hominem ita eſſe fictum, vt recto corpore ſpectet in cælum; niſi erectâ mente Deum cernat, & cogitatio eius in ſpe vitæ perpetuæ tota verſetur. Ad hoc nos incitans Minutius Felix, *Cælum*, inquit, *ipſum vide, quàm latè tenditur, quàm rapide voluitur, vel quòd in noctem aſtris diſtinguitur, vel quòd in diem ſole luſtratur: iam ſcies, quàm ſit in eo ſummi moderatoris mira & diuina libratio.*

Cæli contemplatio homini propria.

IBIDEM. *Lunam & ſtellas quæ in fundaſti.*] Quorum ſiderum eximium decus pulchritudinemque miratus Sapiens ſic exclamat: *Species cæli, gloria ſtellarum mundum illuminans.* Gloria ſtellarum, eſt claritas, excellentiaque ſingularis, quæ perſtringit intuentium oculos, & titillat animum humaniſſimâ quadam voluptate: ita enim δόξαν, *gloriam*, pro ſplendore mirabili & diuino, ſacræ Litteræ ſæpè vſurpant. Hæc igitur gloria ſtellarum, & inſignis decor, eſt, inquit, *ſpecies*, ſiue, vt eſt in Græco, κάλλος, *pulchritudo cæli*. Eccli. 43.

Stellæ ſunt gloria cæli.

Myſticè ſtellas hoc loco interpretatur Caſſiodorus *Religioſos*, vitâ, moribus & dignitate collucentes: Gregorius Magnus in Ezech. Homilia 13. *Sanctos*; D. Thomas, *Doctores*, qui clariſſimâ & pulcherrimâ ſuâ varietate & luminis gloriâ Eccleſiam tamquam cælum diſtinguunt, & rutilantibus gemmis ornant: & hanc tantam claritatem non tantùm in ſe continent, vitæ ſanctimoniâ, intimiſque virtutibus, ſed latè in inferiores diffundunt. Plura de hoc argumento vide infrà ad Pſal. 18. v. 1. annotata. Ceterùm in ipſius deinde hominis cæli contemplatoris admirationem raptus, ſubdit:

Sancti & Doctores ſunt ſtellæ Eccleſiæ.

5. *Quid eſt homo, quòd memor es eius?*] Chryſoſt. aliam lectionem refert, τί κατ' ἄνδρα, ὅτι μιμνήσκεις αὐτοῦ; *quid eſt pertinens ad virum, quòd recorderis eius?* Hunc verſum paucis mutatis legimus in alio Pſalmo: *Quid eſt homo, quia innotuiſti ei, aut filius hominis, quia reputas eum?* Id eſt, quid cogitas de eo, tamquam de re tibi cara? Meminiſſe enim alicuius, idem eſt, atque illum æſtimare, ſicut econtrà non meminiſſe, eſt idem quod negligere. Sic etiam Iob dixit: *Quid eſt homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?* Euſebius præclarè hunc locum explicat de Præparatione Euangelica lib. 11. cap. 6. his verbis: Τὸ δὲ ἐν σαρκὶ πεπλησμένον, ὀστέοις τε καὶ νεύροις κατατεταγμένον, ὄγκον τε μέγαν καὶ βαρὺν ἐπαχθισμένον τὸ σῶμα, λήθης πολλῆς καὶ ἀμαθίας συνιδὼν ὁ παρ' Ἑβραίοις λόγος, οἰκείῳ κέκληκε προσρήματι, Ἐνὼς ἐπονομάσας, ὅπερ δηλοῖ τὸν ἐπιλήσμονα. κεῖται γοῦν παρά τινι προφήτῃ· Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; διὸ δὲ τὸ Ἑβραϊκὸν ἀντὶ μὲν τῆς πρώτης τοῦ ἀνθρώπου κλήσεως, τί Ἐνὼς; περιείληφεν, ὡσεὶ ἔλεγε σαφέστερον, τί ἐστιν ὁ ἐπιλήσμων, ὅτι σὺ ὁ θεὸς μιμνήσκῃ αὐτοῦ, καίπερ ὄντος ἐπιλήσμονος; τὸ δὲ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; ἢ υἱὸς Ἀδὰμ κεῖται παρὰ τοῖς δηλουμένοις, ὡς εἶναι τὸν αὐτὸν καὶ Ἀδὰμ, καὶ Ἐνώς. τοῦ μὲν σαρκικοῦ διὰ τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ δὲ λογικοῦ διὰ τοῦ Ἐνὼς παρεσημασμένου. *Corpus autem carnibus ſtipatum, oſſibus ac neruis infixum, magnaque & graui mole preſſum, multa cum obliuione atque ignorantiâ coniunctum, Hebræorum loquendi ratio aptiſſimâ appellatione Enos appellauit, quod obliuioſum ſignificat. Itaque eſt apud quemdam Prophetam, Quid eſt homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Pro quo Hebraicus textus in priore hominis appellatione habet, Quid eſt Enos? ac ſi apertiùs diceret: Quid eſt iſte obliuioſus, quòd tu Deus memor es eius, quamuis ille obliuioſus ſit? Illud verò, Aut filius hominis, quoniam viſitas eum? in Hebræo ſic habet: Aut filius Adam. Ita vt idem ſit Adam & Enos; ſed pars corporea per Adam, pars verò rationalis per Enos indicatur.* Quibus verbis Euſebij, alluſio quædam iucunda verborum in Hebræo indicatur, *obliuioſi*, & *memoris*, quaſi nimirum vir diuinus id maxi-

Pſ. 143. 3.

Iob 7. 17.

Enos quid. Pſal. 8. 5.

Deus memor hominis obliuioſi.

maximè obſtupeſceret, quòd illius Deus meminiſſet, qui eſſet obliuioſus; & de illo ornando cogitaret; qui deponeret beneficiorum memoriam, & crudeli potiùs odio dignus videretur. Hoc enim naturæ lumine cognitum eſt, in eoque gentes omnes conſentiunt, homine ingrato, atque immemori alienæ beneficentiæ, nihil eſſe odioſius, nihil deteſtabilius. Vnde leges manarunt virorum ſapientum in ingratos, & exempla puniendi criminis conſtituta, quæ in ſcriptorum monumentis circumferuntur. Cumque ſceleris & perfidiæ eſſe putetur, ſi quis ſe neget accepiſſe beneficium, ſi quis diſſimulet, ſi non reddat; magni tamen Philoſophi definiunt, illum ingratiſſimum, & communi odio digniſſimum, *qui ſit oblitus.* Vnde meritò miratur Propheta, Deum beneficiis afficere hominem qui beneficiorum ſimul & benefactoris ſui obliuiſcitur.

Ingrato & beneficiorum oblito, nil odioſius.

6. *Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis.*] Theodotion & V. Editio, *βραχύ τι παρὰ Θεόν, paulo minùs à Deo.* ita etiam vertunt S. Hieronymus & Pagninus, quia fortè in Hebræo אֱלֹהִים *elohim* habetur, quod Deum ſignificat. Verùm, cùm eodem nomine etiam Angeli nuncupentur; hoc loco meliùs Septuaginta id de Angelis interpretati ſunt, eò quòd videretur abſurdum dicere, hominem parum inferiorem Deo conſtitutum eſſe, à quo infinitis diſtat partibus. Hinc etiam S. Paulus ad Hebræos ſecundùm Septuaginta hunc locum citat, *Paulò minùs ab Angelis.* Conſtat enim *Elohim*, aliquot aliis locis etiam Angelos ſignificare, vt in illo: *Adorate eum omnes Angeli eius.* Hunc locum de Chriſto Paulus explicat ad Hebræos, vti & Græcus Commentarius. Plerique alij interpretes hoc ad humilitatem hominis indicandam referunt; ſed, vt bene obſeruat Agellius, commodè etiam dici poſſunt ad amplificationem dignitatis humanæ: q. d. Propemodùm illum Angelis coæquaſti, paulò illum inferiorem Angelis feciſti. Paulò minùs autem ab Angelis imminutum dicit, non ſolùm propter dominatum ac poteſtatem illi ſuper omnes inferiores creaturas traditam, verùm etiam propter animæ rationiſque naturam, per quam cum illis coniunctus eſt.

Vox Elohim etiam Angelos ſignificat.

Heb. 2, 7.

Pſal. 96, 8.

Hebr. 1, 7.

Homo quodammodo ab Angelis paulùm imminutus eſt.

IBIDEM. *Gloria & honore coronaſti eum.*] Chryſoſtomus in Catena, Alius, inquit, legit, *δόξῃ καὶ ἀξιώματι κύκλοις αὐτόν, gloriâ & dignitate circumdabis eum.* Verè enim animus humanus gloria eſt & honor hominis, cùm præſtantiſſimæ ſit excellentiſſimæque naturæ. Aptè autem de ſublimi natura, & quæ in capite potiſſimùm ſuos effectus profert, verbum coronandi vſurpauit. Eſt enim animâ rationeque, tamquam decorâ quadam coronâ redimitus, per quam omnibus terrenis creaturis imperat, vt inferioris mundi Rex, factus ad imperandum, & vt verbo S. Gregorij Nyſſeni vtar, *ἀρχικός*, nemini ſubiectus niſi Deo, ſemper coronatus, genitus in purpura, gloria & honore inſignitus, ob clariſſimas & mirabiles dotes illi conceſſas, quas in Catena ſuperiùs Patres vberiùs explicant.

Animus eſt gloria hominis, & corona.

7. *Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.*] Chryſoſtomus refert aliam lectionem, *ἐξουσιάζειν ἐποίησας αὐτὸν τῶν ἔργων τῶν χειρῶν σου, feciſti, vt haberet poteſtatem operum manuum tuarum.* Hoc ad maximam humani generis dignitatem pertinet, quòd vniuerſum terrarum orbem, & hæc tot & tanta quæ videmus, non Angelis Deus, quos in alta quadam excellentia conſtituerat, ſed hominibus dumtaxat ſubieciſſe ac tribuiſſe videatur, vt natis ad dominationem. Hic itaque & verſiculi ſequentes, naturalem hominis in animalia cetera principatum declarant, quem primus Adam ad imaginem ac ſimilitudinem Dei creatus, accepit per illam benedictionem, quâ dixit ei ſimul & vxori Deus: *Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram,* &c. Vbi expende Dei benignitatem ac munificentiam, qui hominem è puluere ſuſcitat, in tantumque euehit, vt ſui ſimilem faciat, & ei creaturarum tribuat imperium, & velut alterum in terris Deum, toti orbi præficiat. Hæc autem prærogatiua poteſtatis in omnes animantes cùm per peccatum valdè fuiſſet imminuta, poſt diluuium Noë ac filiis eius denuò reſtituta legitur, his verbis: *Terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animantia terræ,* &c. non in integrum tamen; ſed qualis qualis ſit, refert dominium, quo primus homo in ſtatu innocentiæ potiebatur. Viget enim adhuc naturâ quidam inſitus animantibus terror ab homine. Hinc reformidant (vt Theodoretus obſeruat) ipſam etiam hominis vmbram, ſiue natatilia, ſiue terreſtria, ſiue volatilia: &, quod amplius eſt, vel ipſæ feræ ad hominis conſpectum fugiunt, abduntque ſe in latebras: timent retia, laqueos, inſidias hominis: ad vocem humanam trepidant & conſternantur: non ſæuiunt in hominem, niſi aut laceſſitæ, & malo inſuper illato irritatæ, aut fame furoreque alio panico concitatæ. Quæ omnia naturalem hominis præ ceteris creaturis excellentiam dignitatemque mirificè extollunt, vt eum non immeritò Andreas Ieroſolymitanus Sermone de Salutatione Angelica *opus admirandum* appellet: ſiquidem *propter ipſum* (inquit) *Deus cælum condidit, terram firmauit, aëra expandit, dilatauit maria, omnem denique, quæ oculis ſubiecta eſt, molem & fabricam ſuſpiciendam effecit.* Et alio loco vocat hominem *μέγα τῆς ἐργασίας κατόρθωμα, ingens creationis ſpecimen,* & veluti quoddam exemplar omni perfectione viſendum. Similia diuinè proſequitur S. Auguſtinus Serm. 225. de Tempore, cuius illa venuſta ſunt atque magnifica: *Homo cara & amica poſſeſſio Dei, homo cuius cauſâ firmatum eſt cælum, & extenſum mare, fundata eſt terra, propter quem ſol oritur, & occidit, luna creſcit, & deficit, aſtra micantia ſurgunt,* &c. Quæ omnia locant hominem in ſublimi laudis & gloriæ loco, ſic vt plurimi faciendus meritò videatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hominis in res mundi dominium.

Gen. 1, 28.

Gen. 9, 2.

Poſt peccatum etiam ſeruat imperium in feras & beſtias.

Quidquid in mundo eſt, propter hominem conditum eſt.

PARA-PHRA-SIS PA-TRVM.

IN PSALMVM IX. ARGVMENTVM.

1. In finem, pro occultis filij, Pſalmus Dauid.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Symmachus quidem, Triumphalem de de morte filij; *Aquila verò*, Victoriæ auctori, iuuentutis filij; *& Theodotion*, De florida ætate filij. *Concorditer igitur omnes, facientes de filio mentionem, docent nos, quòd hic etiam Pſalmus contineat prædictionem victoriæ, quam Dominus Chriſtus contra mortem conſecutus ſuit. Occultum autem hoc myſterium Septuaginta nuncuparunt: nam cùm alios omnes, tum etiam Apoſtolos ipſos latebat.*

Ὁ μὲν Σύμμαχος, ἐπινίκιον περὶ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ· ὁ δὲ Ἀκύλας, τῷ νικοποιῷ νεότητος τοῦ υἱοῦ· καὶ ὁ Θεοδοτίων, ὑπὲρ ἀκμῆς τοῦ υἱοῦ. Συμφώνως τοίνυν ἅπαντες τοῦ υἱοῦ μνημονεύσαντες, διδάσκουσιν ἡμᾶς, ὡς προφητείαν καὶ οὗτος ὁ Ψαλμὸς περιέχει τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. Κρύφια δὲ τοῦτο τὸ μυστήριον οἱ ἑβδομήκοντα προσηγόρευσαν· ἐπειδὴ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀποστόλους ἐλάνθανε.

PARAPHRASIS.

2. CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

Proprium eſt perfectorum hominum, totum cor Deo dedicare, & omnem mentem ipſi conſecrare. *Diliges* enim, inquit, *Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis.* Qui autem partitur cogitationes in mammonam & Deum, in Chriſtum & in aurum, in præſentem vitam & futuram; non poteſt verè dicere, *Confitebor tibi Domine in toto corde meo.* Propheta verò ſpiritalibus oculis futura proſpiciens, non confitetur ſolùm in toto corde, verùm etiam narrat ipſius mirabilia.

Cor totum Deo dicandum.

Luc.10,25

Math. 6.

β΄. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ σοι κύριε ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου.

Τῶν τελείων ἴδιον, τὸ πᾶσαν ἀναθεῖναι τῷ θεῷ τὴν καρδίαν, καὶ πᾶσαν αὐτῷ καθιερῶσαι τὴν διάνοιαν. Ἀγαπήσεις γάρ, φησι, κύριον τὸν θεόν σου, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου. Ὁ δὲ μερίζων τοὺς λογισμοὺς εἰς μαμμωνᾶν καὶ θεόν, εἰς Χριστὸν καὶ χρυσόν, εἰς τὸν παρόντα καὶ τὸν μέλλοντα βίον, οὐ δύναται ἀληθεύων λέγειν· Ἐξομολογήσομαί σοι κύριε ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Ὁ δὲ προφήτης πνευματικοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ ἐσόμενα προορῶν, οὐκ ἐξομολογεῖται μόνον ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, ἀλλὰ καὶ διηγεῖται αὐτοῦ τὰ θαυμάσια.

3. Lætabor & exultabo in te: pſallam nomini tuo Altiſſime.

Arripit pro lætandi occaſione, non opes & potentiam, neque ſanitatem, neque bonam corporis habitudinem; ſed Dei memoriam. Sic & alibi ait: *Memor fui Dei, & delectatus ſum.* Et alibi: *Lætamini in Domino, & exultate iuſti.* Et rurſus: *Lætetur cor quærentium Dominum.*

Memoria Dei delectat.

Pſal.76,4.

Pſ.31,11.

Pſal.104,3

γ΄. Εὐφρανθήσομαι καὶ ἀγαλλιάσομαι ἐν σοί· ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε.

Θυμηδίας ἀφορμὴν οὐ πλοῦτον ἔχει, καὶ δυναστείαν, οὐδὲ ὑγίειαν, καὶ σώματος εὐεξίαν, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ τὴν μνήμην. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ λέγει· Ἐμνήσθην τοῦ θεοῦ, καὶ ηὐφράνθην. καὶ ἑτέρωθι· Εὐφράνθητε ἐπὶ κύριον, καὶ ἀγαλλιᾶσθε δίκαιοι. Καὶ πάλιν· Εὐφρανθήτω καρδία τῶν ζητούντων τὸν κύριον.

4. In conuertendo inimicum

δ΄. Ἐν τῷ ἀποστραφῆναι τὸν ἐχθρόν μου

μου εἰς τὰ ὀπίσω, ἀσθενήσουσι, καὶ ἀπολοῦνται ἀπὸ προσώπου σου.

Ταῦτα ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν. Ἄσω τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε, ἀναστραφέντων τῶν ἐχθρῶν μου εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ προσκοψάντων, καὶ ἀπολομένων ἐκ προσώπου σου. Ταῦτα δὲ ὁ προφήτης ὑπὲρ ἀνθρωπίνης διεξέρχεται φύσεως, ἅτε δὴ τοῦ ἀλάστορος ἀπαλλαγείσης, καὶ τὴν ἐλευθερίαν διὰ τῆς θείας χάριτος δεξαμένης. Οὐ γὰρ (ὥς τινες ὑπέλαβον) ἐξ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος εἴρηται ὁ ψαλμὸς, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς αὐτὸν, ὡς αὐτὰ διδάσκει τὰ ῥήματα.

έ. Ὅτι ἐποίησας τὴν κρίσιν μου, καὶ τὴν δίκην μου· ἐκάθισας ἐπὶ θρόνου, ὁ κρίνων δικαιοσύνην.

Καὶ ψῆφον ποίαν ἐξήνεγκας;

ς΄. Ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ὁ ἀσεβής· τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐξήλειψας εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Οὐ γὰρ ἠνέσχου, φησὶν, ἐπὶ πλεῖστον περιιδεῖν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν τυραννουμένην, ἀλλ᾽ οἷόν τις δικαστὴς ἐφ᾽ ὑψηλοῦ θρόνου καθίσας, τοιαύτην αὐτῷ τιμωρίαν ἐπήνεγκας, ὥστε λήθῃ παντελεῖ παραδοθῆναι τούτου τὴν μνήμην. Τὸ δὲ· Ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ὁ ἀσεβὴς, οὕτως ἂν νοοῖτο. Διὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν μετ᾽ ἐκείνους τῆς ἀληθείας κηρύκων προσήνεγκε τοῖς ἔθνεσι τὰ θεῖα δόγματα· ἐκείνων δὲ διαδεξαμένων, καὶ τῆς πλάνης ἀπαλλαγέντων, ἀπώλετο ὁ ἀσεβὴς, τοὺς ἀπατωμένους προσκυνοῦντας οὐκ ἔχων· καὶ ἔθνη δὲ νοοῖντο οἱ ἐχθροὶ οἱ νοητοὶ, καὶ ὁ ἀσεβὴς ὁ διάβολος.

ζ΄. Τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος, καὶ πόλεις καθεῖλες.

Ἐγυμνώθη γὰρ τῶν οἰκείων ὅπλων, οὐκ ἔχων τῆς ἀσεβείας τοὺς ὑπουργούς. Οἱ δὲ σφᾶς αὐτοὺς ἐκείνου κατασήσαντες ὄργανα, οὗτοι νῦν μεταταξάμενοι, τὸν κατ᾽ ἐκείνου πόλεμον ἀνεδέξαντο. Καὶ αἱ πόλεις, τῆς ἐν αὐταῖς πάλαι πολιτευομένης ἀσεβείας καταλυθείσης, τῆς εὐσεβείας τὴν οἰκοδομὴν ἐδέξαντο. Τῶν γὰρ ἀδυνάτων ἦν οἰκοδομηθῆναι τὴν εὐσέβειαν, μὴ πρότερον καταλύσαντας τὴν ἀσέβειαν.

meum retrorſum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua. PARAPHRASIS PATRVM.

Hæc Symmachus ſic expoſuit: *Cantabo nomini tuo Altiſſime, conuerſis inimicis meis retrorſum, & colliſis, atque perditis à facie tua.* Hæc autem Vates de humana natura commemorat, tamquam ab impoſtore diabolo liberata, & libertatem per diuinam gratiam conſecuta. Non enim (vt quidam ſuſpicati ſunt) ex perſona Saluatoris hîc Pſalmus dictatus eſt, ſed potiùs ad ipſum, vt ipſa verba docent. *Inimico repreſſo, laudandus Deus.*

5. Quoniam feciſti iudicium meum, & cauſam meam: ſediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam.

Et qualem ſententiam protuliſti?

6. Increpaſti Gentes, & periit impius: nomen eorum deleſti in æternum, & in ſæculum ſæculi.

Non enim permiſiſti, inquit, ipſum diutiùs naturam hominum deſpicere iam ſubiugatam; ſed inſtar iudicis cuiuſdam, in præcelſo ſolio ſedentis, talem ipſi pœnam impoſuiſti, vt memoria eius obliuione ſempiternâ deleretur. Hæc autem verba, *Increpaſti Gentes, & periјt impius*, hunc habent ſenſum: q.d. Per ſanctos Apoſtolos, & ſucceſſores eorum præcones veritatis, attulit Gentibus diuina dogmata: quæ dum ipſæ receperunt, & ab errore liberatæ ſunt, periit impius, non ampliùs habens eos, quos ſeduxerat, ſectatores. Per Gentes etiam intelligi poſſent inimici ſpiritales, & per impium diabolus. *Per Apoſtolos impietas deleta.*

7. Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates * deſtruxiſti. ** Vulgata eorum*

Propriis enim armis orbatus eſt, cùm impietatis miniſtros non habeat. Qui verò ſeipſos inſtrumenta impietatis illius conſtituerunt, hi nunc mutati, bellum aduerſus ipſum ſuſceperunt. Et ciuitates, impietate, quæ in iis olim locum habebat, euerſâ, pietatis ædificationem ſuſceperunt. Non enim fieri poterat vt pietas ædificaretur, niſi priùs impietas diruta eſſet. *Impietatis miniſtri exarmati.*

PARAPHRASIS PATRVM.

8. Periit memoria eorum cum ſonitu: & Dominus in æternum permanet.

Ruina regni diaboli.

Ille quidem, inquit, valdè manifeſtam omnibus & claram ruinam ſubiit. Nam, *cum ſonitu*, hoc ſignificat, ex metaphora domorum quæ terræ motu concidunt, magnumque ſtrepitum efficiunt. Noſter verò, inquit, Deus & Dominus ſempiternum robur, atque immortale regnum obtinet.

9. Parauit in iudicio thronum ſuum: & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iudicio.

Deus vnicuique iudicium tribuet.

Non enim tantùm in præſenti vita propriam potentiam demonſtrauit: verùm & in futura terribile ſuum iudicium omnibus hominibus oſtendet, ius reddens, & pro dignitate vnicuique retribuens.

10. Et factus eſt Dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.

Deus adeſt tempore opportuno.

In opportunitatibus, Aquila quidem, *in tempore*; Symmachus verò, *opportunè*, interpretati ſunt. Docet autem hic ſermo, vt in tempore opportuno ſalutem noſtram operatus ſit. Nam pauperem naturam humanam appellat, ob nimiam iniquitatis paupertatem.

11. Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine.

Sperent, Aquila & Symmachus, *confident*, dixerunt; verbo vtentes indicatiuo pro imperatiuo. Cùm enim, inquit, hæc ſalus à te effecta fuerit, ij qui te Deum ac creatorem didicerunt, in te ſpem ſuam collocabunt.

12. Pſallite Domino, qui habitat in Sion: annuntiate inter Gentes ſtudia eius.

Ex vetuſta Iudæorum opinione hoc ait: *Qui habitat in Sion.* Didicimus tamen & ex Apoſtolica doctrina, etiam cæleſtem quamdam eſſe Sionem. *Studia* verò Symmachus, *artificia* expoſuit; Aquila verò *mutationes*. Reuerà enim maxima facta rerum omnium mutatio. Qui quondam inimici erant, amici

Studia Dei qualia.

η΄. Ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν μετ' ἤχου· καὶ ὁ κύριος εἰς τὸν αἰῶνα μένει.

Ἐκεῖνος μέν, φησιν, ἔκδηλον ἅπασι καὶ διαφανῆ πεποίηκε τὴν ἀπώλειαν. Τὸ γάρ, μετ' ἤχου, τοῦτο σημαίνει, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀπό τινος σεισμοῦ συμπιπτουσῶν οἰκιῶν, καὶ πολὺν ἐργαζομένων τὸν κτύπον. Ὁ δέ γε ἡμέτερος θεός, φησι, καὶ δεσπότης αἰώνιον ἔχει τὸ κράτος, καὶ τὴν βασιλείαν ἀνώλεθρον.

θ΄. Ἡτοίμασεν ἐν κρίσει τὸν θρόνον αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι.

Οὐ γὰρ μόνον κατὰ τὸν παρόντα βίον τὴν οἰκείαν δύναμιν ἔδειξεν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τὸ φρικῶδες αὐτοῦ δείξει κριτήριον πᾶσιν ἀνθρώποις, δικάζων, καὶ τὰ πρὸς ἀξίαν ἀπονέμων ἑκάστῳ.

ι΄. Καὶ ἐγένετο κύριος καταφυγὴ τῷ πένητι, βοηθὸς ἐν εὐκαιρίαις, ἐν θλίψεσι.

Τὸ ἐν εὐκαιρίαις ὁ μὲν Ἀκύλας εἰς καιρόν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐπικαίρως, ἡρμήνευσε. Διδάσκει δὲ ὁ λόγος, ὡς ἐν προσφόρῳ καιρῷ τὴν ἡμετέραν ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν. πένητα γὰρ τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἀποκαλεῖ, διὰ τὴν πολλὴν τῆς παρανομίας πτωχείαν.

ια΄. Καὶ ἐλπισάτωσαν ἐπὶ σοὶ οἱ γινώσκοντες τὸ ὄνομά σου, ὅτι οὐκ ἐγκατέλιπες τοὺς ἐκζητοῦντάς σε κύριε.

Τὸ ἐλπισάτωσαν, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, πεποιθήσουσιν, εἶπον, ὁριστικῷ ἀντὶ προστακτικοῦ χρησάμενοι ῥήματι. Ταύτης γάρ, φησι, τῆς σωτηρίας παρὰ σοῦ γενομένης, οἱ ποιητήν σε καὶ θεὸν μεμαθηκότες, εἰς σὲ ἕξουσι τὰς ἐλπίδας.

ιβ΄. Ψάλατε τῷ κυρίῳ τῷ κατοικοῦντι ἐν Σιών· διαγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ.

Κατὰ τὴν πάλαι τῶν Ἰουδαίων δόξαν εἴρηκε, τῷ κατοικοῦντι ἐν Σιών. Μεμαθήκαμεν δὲ ὅμως καὶ ἐκ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας, καὶ ἐπουράνιον εἶναι Σιών. Ἐπιτηδεύματα δὲ ὁ Σύμμαχος μηχανὰς εἶπεν· ὁ δὲ Ἀκύλας ἐναλλαγάς. Τῷ ὄντι γὰρ ἐναλλαγὴ πραγμάτων μεγίστη ἐγένετο. Οἱ πάλαι ἐχθροὶ

φίλοι-

φίλοι· οἱ μακρὰν, ἐγγύς. Καὶ αἱ μηχαναὶ δὲ τοῦ σωτῆρος θεοπρεπεῖς. Ἀθανασία γὰρ διὰ θνητότητος ἐδωρήθη, καὶ διὰ θανάτου ζωὴ, καὶ δι᾽ ἀτιμίας τιμή. Ταῦτα τὰ μηχανήματα, ταῦτα τοῦ θεοῦ ἡμῶν τὰ ἐπιτηδεύματα.

ιγ'. Ὅτι ὁ ἐκζητῶν τὰ αἵματα αὐτῶν ἐμνήσθη, οὐκ ἐπελάθετο τῆς κραυγῆς τῶν πενήτων.

Ὁ πάντα, φησὶν, ἐφορῶν, καὶ ἀκριβῶς ἐκζητῶν τὰ γινόμενα, εἶδε τὰς τολμηθείσας ὑπὸ τοῦ διαβόλου διὰ ἀπάτης, τῶν ἀνθρώπων σφαγὰς, καὶ εἰς ἐπικουρίαν τῶν ἀδικουμένων ἐλήλυθεν. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τό· Οὐκ ἐπελάθετο τῆς κραυγῆς τῶν πενήτων. Κραυγὴν γὰρ ἐνταῦθα οὐ τὴν προσευχὴν λέγει καὶ δέησιν, ἀλλὰ τὴν διὰ τῆς ἁμαρτίας ἐπεισελθοῦσαν ταλαιπωρίαν; δι᾽ ἣν καὶ θάνατοι ἄωροι, καὶ θρῆνοι.

ιδ'. Ἐλέησόν με κύριε, ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου, ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου.

Τοιαύτη τις ἦν, φησὶν, ἡ τῶν ὀλοφυρμῶν τε καὶ θρήνων γινομένη κραυγὴ, οἱονεί τινα αἴτησιν ἔχουσα περὶ τῶν κατεχόντων δεινῶν.

ιε'. Ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου, ὅπως ἂν ἐξαγγείλω πάσας τὰς αἰνέσεις σου.

Καὶ τοῦτο, φησὶν, ἐστὶ τὸ τέλος τῶν ἀγαθῶν, ἡ τῆς φθορᾶς ἀπαλλαγὴ, καὶ τοῦ θανάτου κατάλυσις, ἧς ἀπολαύσαντες, ἀεὶ τὰς σὰς εὐεργεσίας ὑμνήσομεν.

Ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών.

Σιὼν τὴν ἐπουράνιον πόλιν φησὶ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ πύλας ταύτης τὰς ἁπανταχοῦ ἐκκλησίας.

ιϛ'. Ἀγαλλιασόμεθα ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου· ἐνεπάγησαν ἔθνη ἐν διαφθορᾷ, ᾗ ἐποίησαν.

Ἐν ταύταις τοίνυν, φησὶ, ταῖς ἐκκλησίαις ἀγαλλιώμενοι καὶ χορεύοντες, ἐπὶ τῇ ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως, τὸν τούτων πρόξενον ἀνυμνήσομεν. Καὶ ἐπειδὴ τῆς τοῦ θανάτου καταλύσεως ἐμνημόνευσεν, εἰκότως τὸ ἑξῆς ἐπάγει· Ἐνεπάγησαν ἔθνη, τουτέστι τῶν δαιμόνων τὸ στῖφος. Οὗτοι γὰρ τὸν σωτήριον σταυρὸν τεκτηνάμενοι, διὰ τούτου τῆς τυραννίδος ἐξέπεσον, κατὰ τὸ ἑξῆς.

ſunt; longinqui, proximi. Quin & Saluatoris artificia Deum decent. Nam immortalitas per mortalitatem donata eſt, per mortem vita, per ignominiam honor. Hæ ſunt artes, hæc ſunt ſtudia Dei noſtri. PARAPHRASIS PATRVM.

13. Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperum.

Qui omnia inſpicit, inquit, & exactè inquirit ea quæ fiunt; nouit cædes hominum audacter à diabolo per deceptionem patratas, & in auxilium iniuriâ affectorum venit. Hoc enim ſignificat: *Non eſt oblitus clamorem pauperum.* Clamorem namque hoc loco, non deprecationem ſeu preces dicit, ſed miſerias, quæ per peccatum ſuperuenerunt: propter quod & intempeſtiuæ mortes, & lamentationes. *Deus ſuos iuuat.* *Miſeria noſtra ad Deum clamant.*

14. Miſerere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.

Iſtiuſmodi, inquit, querelarum & lamentationum clamor extitit, vt quamdam veluti petitionem in ſe contineret de malis ingruentibus.

15. Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas.

Atque hæc, inquit, eſt ſumma bonorum, liberatio à corruptione, mortiſque euerſio: quâ vbi perfruiti fuerimus, perpetuò tua beneficia decantabimus.

In portis filiæ Sion.

Sionem vocat cæleſtem ciuitatem, iuxta Apoſtolum, & portas eius Eccleſias quæ vbique terrarum ſunt. *Sion ciuitas cæleſtis.* Heb. 12, 22

16. * Exultabimus in ſalutari tuo: infixæ ſunt Gentes in interitu, quem fecerunt. * *Vulgata* Exultabo

In his igitur, inquit, Eccleſiis exultantes & tripudiantes, ob reſurgendi ſpem, horum largitorem celebrabimus. Et quoniam de mortis euerſione mentionem fecit, meritò ſubiungit: *Infixæ ſunt gentes,* id eſt dæmonum agmen. Hi namque, poſtquam ſalutarem crucem fabricaſſent, per hanc tyrannide ſuâ exciderunt, ſecundùm id quod ſequitur. *Reſurrectionis ſpes lætificat.*

In

PARAPHRASIS PATRVM.

In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.

Ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ ποῦς αὐτῶν.

* Vulgata Cognoſcetur

17. * Cognoſcitur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.

ιζ´. Γινώσκεται κύριος κρίματα ποιῶν· ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλός.

CANTICVM DIAPSALMATIS.

ΩΔΗ ΔΙΑΨΑΛΜΑΤΟΣ.

Nil peccato perniciosius.

Nihil enim tam nociuum eſt quàm peccatum, quod ab auctore ſuo ſupplicium exigit.

Οὐδὲν γὰρ οὕτω διαφθείρει ὡς ἁμαρτία, ἥτις τὸν ἐργάτην αὐτῆς ἀπαιτεῖ δίκην.

18. Conuertantur peccatores in infernum, omnes Gentes quæ obliuiſcuntur Deum.

ιη´. Ἀποστραφήτωσαν οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸν ᾅδην, πάντα τὰ ἔθνη τὰ ἐπιλανθανόμενα τοῦ θεοῦ.

Increduli morti obnoxij.

Hi, inquit, qui diuinæ prædicationi non crediderunt, ad inferos quamprimum deſcendent, mortique tradendi ſunt, & ne vel modicum nocumentum adferent iis qui perſecutionem ab ipſis patiuntur.

Οὗτοι, φησὶν, οἱ τῷ θείῳ ἀπιστήσαντες κηρύγματι, εἰς τὸν ᾅδην ὡς τάχιστα καταλήψονται, καὶ τῷ θανάτῳ παραδοθήσονται, οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν βλάβην τοῖς ὑπ' αὐτῶν διωκομένοις ἐπάγοντες.

19. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

ιθ´. Ὅτι οὐκ εἰς τέλος ἐπιλησθήσεται ὁ πτωχός· ἡ ὑπομονὴ τῶν πενήτων οὐκ ἀπολεῖται εἰς τέλος.

Matth. 24, 13.
In perſeuerantia ſalus.

Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Deinde à longè propheticis oculis proſpiciens, pietatis præcones ab impiis affligi, optantis more ſubdit:

Ὁ γὰρ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. εἶτα προφητικῶς ὁρῶν τοὺς τῆς εὐσεβείας κήρυκας ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν λεηλατουμένους, εὐκτικῶς ὑπάγει·

20. Exurge Domine, non confortetur homo: iudicentur Gentes in conſpectu tuo.

κ´. Ἀνάστηθι κύριε, μὴ κραταιούσθω ἄνθρωπος, κριθήτωσαν ἔθνη ἐνώπιόν σου.

* Vulgata vt addit.

21. Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos: * ſciant Gentes, quoniam homines ſunt.

κα´. Κατάστησον κύριε νομοθέτην ἐπ' αὐτοὺς, γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν.

DIAPSALMA.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Sic, inquit, omnia faciunt, ac ſi nullas pœnas daturi eſſent. Superueniat igitur & infligatur ipſis ſupplicium loco legiſlationis.

Οὕτως, φησὶν, ἅπαντα πράττουσιν, ὡς μὴ μέλλοντες δοῦναι δίκην. Ἐπεξελθέτω τοίνυν, καὶ γινέσθω αὐτοῖς ἡ τιμωρία ἀντὶ νομοθεσίας.

PSALMVS X. SECVNDVM HEBRÆOS.

22. H. 1. Vt quid Domine receſſiſti longè, deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?

κβ´. Ἵνα τί κύριε ἀφέστηκας μακρόθεν, ὑπερορᾷς ἐν εὐκαιρίαις, ἐν θλίψεσιν;

Videris enim, inquit, Domine longè ſtare, nec humana reſpicere, dum iniuriâ affectos non vlciſceris.

Δοκεῖς γάρ, φησι, πόρρωθεν ἑστάναι, δέσποτα, καὶ μὴ ὁρᾶν τὰ ἀνθρώπινα, τοῖς ἀδικουμένοις οὐκ ἐπαμύνων.

23. H. 2. Dum ſuperbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant.

κγ´. Ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι τὸν ἀσεβῆ, ἐμπυρίζεται ὁ πτωχός· συλλαμβάνονται ἐν διαβουλίοις οἷς διαλογίζονται.

Ὑπὸ

Ὑπὸ γὰρ τῆς ἀθυμίας, οἷόν τινος πυρὸς, οἱ ἀδικούμενοι κατατήκονται, τὴν ἀδικούντων τὴν ἀλαζονείαν θεώμενοι. Βλάβη δὲ αὐτοῖς γενήσεται, λογισμοῖς οὐκ εὐπρεπέσι χρωμένοις, ἀλλὰ περὶ τῆς σῆς προνοίας διχονοοῦσι.

κδ´. Ὅτι ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ ἀδικῶν εὐλογεῖται.

Ὁ γὰρ ἁμαρτωλὸς μυρία παράνομα δρῶν, ἐπαίνους παρὰ τῶν κολάκων καρποῦται.

κέ. Παρώξυνε τὸν κύριον ὁ ἁμαρτωλὸς, κατὰ τὸ πλῆθος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ οὐκ ἐκζητήσει.

Μανίᾳ γὰρ καὶ λύττῃ χρώμενος, ὡς οὐδενὸς ὑφορῶντος, εἰς πᾶσαν ἄττει παρανομίαν, οὐχ ἡγούμενος ἐκζητεῖν τὸν κριτὴν τὰ γινόμενα. Τοῦτο δὲ σαφέστερον τοῖς ἑξῆς λέγει.

κϛ´. Οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς ἐνώπιον αὐτοῦ· βεβηλοῦνται αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ.

Παντελῶς γὰρ τοῦ θεοῦ νόμου καταφρονεῖ, καὶ πάντα καιρὸν εἰς παρανομίαν δαπανᾷ.

Ἀνταναιρεῖται τὰ κρίματά σου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ· πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κατακυριεύσει.

Καὶ τοιαῦτα δρῶν, κατευοδοῦται. εἶτα τοῦ τύφου τὴν ὑπερβολὴν ζωγραφεῖ.

κζ. Εἶπεν γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· οὐ μὴ σαλευθῶ ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν ἄνευ κακοῦ.

Σαφέστερον τοῦτο ὁ Σύμμαχος ἑρμήνευσεν· Οὐ περιτραπήσομαι εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν, οὔτε ἔσομαι ἐν κακώσει. Καὶ ταύτῃ κέχρηται τῇ θρασύτητι, καὶ ἡγεῖται μηδὲν δεινὸν ὑποστήσεσθαι, πάντα μετιὼν τῆς κακίας τὰ εἴδη.

κή. Οὗ ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει, καὶ πικρίας, καὶ δόλου· ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ κόπος καὶ πόνος.

Δόλους γὰρ ῥάπτει, καὶ τυρεύει κακὰ, καὶ βίον ἔχει τὰς κατὰ τῶν πενήτων ἐπιβουλάς.

κθ´. Ἐγκάθηται ἐν ἐνέδρᾳ μετὰ πλουσίων ἐν ἀποκρύφοις, τοῦ ἀποκτεῖναι ἀθῷον.

Qui enim iniuriam patiuntur, in mœrore, veluti in quodam igne liqueſiunt, dum iniquorum ſuperbiam aſpiciunt. Detrimentum autem inde ipſis eueniet, qui cogitationibus conuenientibus non vtuntur, ſed de tua dubitant prouidentia. PARAPHRASIS PATRVM. *Mœror inſtar ignis conſumit.*

24. H. 3. Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.

Peccator enim cùm mille flagitia committat, ab adulatoribus tamen laudes refert. *Peccator laudatur ab adulatoribus.*

25. H. 4. Exacerbauit Dominum peccator, ſecundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret.

Nam cùm furore ac rabie vſus ſit, tamquam nemine proſpiciente, inſilit in omnem iniquitatem, non putans iudicem ea quæ patrantur inquirere. Deinde hoc in ſequentibus manifeſtiùs dicit. *Impij contemnunt iudicium.*

26. H. 5. Non eſt Deus in conſpectu eius: inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.

Penitus enim legem Dei deſpicit, omneque tempus in iniquitatem impendit.

Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum ſuorum dominabitur.

Et tamen cùm hæc faciat, felix eſt. Deinde ſuperbiæ ipſius exceſſum deſcribit.

27. H. 6. Dixit enim in corde ſuo: Non mouebor à generatione in generationem ſine malo.

Manifeſtiùs hunc locum Symmachus explanauit, *Non conuertar in generationem & generationem, neque in afflictione ero.* Atque hac audaciâ vſus eſt, & cogitat ſe nihil mali paſſurum eſſe, cùm omnes malitiæ ſpecies percurrerit. *Impius dum felix eſt, nihil paſſurum ſe putat.*

28. H. 7. Cuius maledictione os plenum eſt, & amaritudine, & dolo: ſub lingua eius labor & dolor.

Dolos enim ſtruit, & contexit mala, ſuamque vitam in inſidiis contra pauperes agit. *Inſidiæ impij & cogitationes quales.*

29. H. 8. Sedet in inſidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem.

CATENA PATRVM.

Homo natura vilis, quanto honore affectus à Deo.

CHRYSOSTOMI. *Quid eſt homo?* Nihil eſt, vile quid eſt. Cùm enim reſpicit ad prouidentiam, quâ Deus hominem dignatus eſt, & ad opera, quæ propter hominum ſalutem geſſit, valdè obſtupefactus, admiratur omnia quæ propter ipſum facta ſunt: qualia ſunt, paradiſus, lex, præcepta, ſupplicia, beneficia. Denique Dei Filius homo factus eſt, vt nos filios ac heredes regni ſui conſtitueret. Hæc itaq; omnia perpendens Propheta, ait: Quid porrò tanti homo eſt, quòd rebus tantis dignus ſit habitus?

6. MINVISTI EVM PAVLO MINVS AB ANGELIS.] ORIGENIS. Siquidem ipſe notitiæ tuæ compos, non admodum ab illis diſtat.

Homo parum ab Angelis diſtat.

Aſſimilatur enim tibi, quoad fieri poteſt, per ſanctitatis atque virtutis aſſumptionem: & propter imaginem & ſimilitudinem, imperium ipſi mortalium animalium tradidiſti. Verba hæc de Chriſto dici Paulus in Epiſtola ad Hebræos affirmat. Ait enim: *Eum autem qui modico quàm Angeli minoratus eſt, videmus Ieſum, propter paſſionem mortis, gloriâ & honore coronatum.*

Hebr. 2,9.

CHRYSOSTOMI. Alius legit, *paululùm à Deo*; alius, *paululùm reſpectu Dei.* Hîc condemnationis meminit, & peccati antiqui, dum mortem in medium adducit.

CYRILLI. Nos autem gloria & honore coronauit, quòd, cùm eſſet naturâ Deus, noſtri causâ minor factus ſit, vt nos ſupra naturam diuites eſſemus in ipſo. *Conreſuſcitauit enim nos, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto.* Nam ab ipſo conſedente, in vniuerſam hominum naturam gloria redundat. Ita enim paupertate ipſius diuites facti ſumus, propter quos gloriâ & honore coronatus eſt, tametſi gloriæ Dominus eſſet, in quantum Deus. Cùm enim ob Adæ præuaricationem inglorij facti eſſemus, in Chriſti pro nobis obedientia glorificati ſumus.

In Chriſto glorificati ſumus.

Epheſ.2,6.

CHRYSOSTOMI. Alius legit, *gloriâ & dignitate coronabis eum.* Licet hoc & ſecundùm hiſtoriam, & anagogen accipere: commemorat enim ipſius principatum, quem poſtquam factus eſt accepit; & poſtmodùm etiam recenſet bona, quæ poſt Chriſti aduentum adeptus fuit. De principatu quidem audiuit: *Tremor veſter, & timor veſter, erit ſuper omnes beſtias terræ. Et dominamini piſcibus,*

Hominis in res omnes principatus.

Gen.9,2.

Gen.1,28.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστιν ἄνθρωπος; οὐδέν ἐστιν, εὐτελές τι ἐστι. Πρὸς γὰρ τὴν προνοίαν, ἧς ἠξίωσεν αὐτὸν ὁ Θεός, ἀφορῶν, καὶ τὰς πραγματείας ἃς ἐπραγματεύσατο διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν, σφόδρα ἐκπληττόμενος θαυμάζει πάντα τὰ δρώμενα δι' αὐτόν· οἷον παράδεισος, νόμος, ἐντολαί, κολάσεις, εὐεργεσίαι. εἶτα ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος γέγονεν, ἵνα υἱοὺς ἡμᾶς καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἀπεργάσηται. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα ἀναλογιζόμενος ὁ προφήτης, φησί, Τί τοσοῦτόν ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι τοσούτων ἠξιώθη;

ϛ'. ΗΛΑΤΤΩΣΑΣ ΑΥΤΟΝ ΒΡΑΧΥ ΤΙ ΠΑΡ' ΑΓΓΕΛΟΥΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ αὐτὸς γὰρ σοῦ γνῶσιν ἔχειν πεφυκώς, οὐκ ἀπολείπεται λίαν. Ὁμοιοῦται γάρ σοι, κατὰ τὸ δυνατόν, ἁγιότητος καὶ ἀρετῆς ἀναλήψει· καὶ διὰ τὴν εἰκόνα καὶ τὴν ὁμοίωσιν, τὴν τῶν θνητῶν αὐτῷ ζώων προστασίαν ἀπένειμας. Ταύτας εἰρῆσθαι περὶ Χριστοῦ τὰς λέξεις ὁ Παῦλος Ἑβραίοις φησί. λέγει γάρ, Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἕτερος, βραχύ τι Θεοῦ· ἄλλος, ὀλίγον πρὸς Θεόν. Ἐνταῦθα τῆς καταδίκης ἀνέμνησε, καὶ τῆς ἁμαρτίας τῆς παλαιᾶς, τὸν θάνατον εἰς τὸ μέσον παραγαγών.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐστεφάνωσε δὲ ἡμᾶς δόξῃ καὶ τιμῇ, δι' ὧν ὑπάρχων Θεὸς κατὰ φύσιν ἠλάττωται δι' ἡμᾶς, ὡς ἂν ἡμεῖς ὑπὲρ φύσιν πλουτήσωμεν ἐν αὐτῷ. Συνήγειρε γὰρ ἡμᾶς, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς οὐρανίοις ἐν Χριστῷ. Συνεδρεύοντος γὰρ αὐτοῦ, ἐφ' ὅλην τὴν ἀνθρώπου φύσιν διαμείβεται τὸ καύχημα· Οὕτω γὰρ τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πεπλουτήκαμεν, δι' οὓς δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωται, καί τοι τῆς δόξης κύριος ὢν ὡς Θεός. Ἄτιμοι γὰρ ἐν τῇ τοῦ Ἀδὰμ παραβάσει γεγενημένοι, ἐν τῇ ὑπὲρ ἡμῶν ὑπακοῇ τοῦ Χριστοῦ δεδοξάσμεθα.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἄλλος, δόξῃ καὶ ἀξιώματι στέψεις αὐτόν. Ἔστι μὲν καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν, ἔστι δὲ καὶ κατὰ ἀναγωγὴν ἐκλαβεῖν· λέγει γὰρ αὐτοῦ καὶ τὴν ἀρχήν, ἣν ἐνεχειρίσθη γενόμενος· λέγει καὶ τὰ μετὰ ταῦτα ἀγαθά, ὧν μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ἀπήλαυσε. περὶ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν ἤκουσεν· Ὁ τρόμος ὑμῶν, καὶ ὁ φόβος ὑμῶν, ἔσται ἐπὶ πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς. καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης,

θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ· μετὰ δὲ ταῦτα, Πατεῖτε ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Ἀλλὰ ταῦτα ἀφεὶς ὁ προφήτης, ἀπὸ τῶν ταπεινοτέρων ὑφαίνει τὸν λόγον, ἐκεῖνα συνιδεῖν τοῖς ὀξυτέροις καταλιπών. Ταῦτα δὴ πάντα διὰ τῆς δόξης καὶ τῆς τιμῆς αἰνίττεται. Διὸ καὶ ἕτερος ἔλεγε· Δόξῃ καὶ τιμῇ στέψεις αὐτόν, τὸ μέλλον προαναφωνῶν. Καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. Ἄλλος, ἐξουσιάζειν αὐτὸν ἐποίησας τῶν ἔργων τῶν χειρῶν σου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐντεῦθεν ὠνόμασε τὸν ἀμάραντον τῆς δόξης στέφανον. Καὶ ἔσθ' ὅτε τιμῇ ἐστεφανωμένος τις οὐ συνῆκεν, ὡς ἐν τῷ· Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκεν. Οὐκ ἐπὶ τὰ ἔργα σου δὲ εἶπεν, ἅπερ οἶμαι εἶναι τὰ μὴ βλεπόμενα. Πρῶτοι μὲν οὖν ἐν ἔργοις ἐσμὲν χειρῶν Θεοῦ, τουτέστι τοῖς μὴ βλεπομένοις.

η'. ΠΑΝΤΑ ΥΠΕΤΑΞΑΣ ΥΠΟΚΑΤΩ ΤΩΝ ΠΟΔΩΝ ΑΥΤΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Καὶ αὐτὸ δέ, φησι, τῆς σῆς φιλανθρωπίας τε καὶ δυνάμεως ἀπόδειξις ἀκριβής, τὸ τὴν εὐτελῆ τῶν ἀνθρώπων φύσιν τοσαύτης ἐμπλῆσαι σοφίας, ὥστε μὴ μόνον τῶν χερσαίων ζώων, ἀλλὰ καὶ τῶν πτηνῶν καὶ νηκτῶν, καὶ ἀμφιβίων κρατεῖν, καὶ τὰ ὑψηλότερα καὶ βαθύτερα ταῖς ἐπινοίαις θηρεύειν, καὶ τὰ τὸν ἀέρα διατρέχοντα, καὶ τὰ τοῖς ὕδασι κατακαλυπτόμενα ὑποχείρια ἔχειν. Τούτων μὲν οὖν κοινὴν ἅπασιν ἀνθρώποις τὴν δεσποτείαν δεδώρηται. τὴν δὲ ἡμετέραν ἀπαρχὴν ὁ Θεὸς λόγος ἀνειληφώς, καὶ ναὸν ἀποφήνας οἰκεῖον, καὶ σάρκα οἰκείαν προσαγορεύσας, καὶ τὴν ἀπόρρητον ἐργασάμενος ἕνωσιν, ἐκάθισεν ἐπάνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, οὐ μόνον πρόβατα καὶ βόας ἁπάσας, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν ὁρωμένην καὶ ἀόρατον κτίσιν· Καὶ τούτων μάρτυς ὁ θεῖος Παῦλος διαρρήδην βοῶν· Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. καὶ μικρὸν ἀνωτέρω· Πάντα γάρ, φησιν, ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους· Ὅταν δέ, φησιν, εἴπῃ ὅτι πάντα ὑποτέτακται, δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα. Μόνη γὰρ ἡ

maris, & volatilibus cæli; poſt hæc autem, *Calcate ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* Verùm his omiſſis, de rebus humilioribus Propheta ſermonem contexit, iſta relinquens acutioribus intelligenda. Hæc vtique omnia per gloriam & honorem inſinuat. Quamobrem etiam alius dixit: *Gloriâ & honore coronabis eum*, quod futurum eſt prædicens. *Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.* Alius, *dominari eum feciſti operibus manuum tuarum.* CATENA PATRVM. Luc. 10, 19

ORIGENIS. Hinc etiam Apoſtolus nominauit *immarceſcibilem gloriæ coronam.* Et aliquando honore coronatus quidem non intellexit, iuxta illud: *Homo cùm in honore eſſet, non intellexit.* Non dixit autem, Super opera tua, quæ exiſtimo eſſe illa quæ non videntur. Nos igitur primi ſumus in operibus manuum Dei, id eſt iis quæ non videntur. 1. Pet. 5, 4. Pſal. 48, 13. *Homines primi ſunt in operibus manuum Dei.*

8. OMNIA SVBIECISTI SVB PEDIBVS EIVS.] THEODORI. Hoc ipſum autem, inquit, tuæ benignitatis atque virtutis euidens demonſtratio eſt, quòd abiectam hominum naturam tantâ ſapientiâ repleueris, vt non ſolùm terreſtribus animalibus, verùm etiam volatilibus, & natatilibus, & amphibiis dominetur, & quæ in ſublimi atque profundo ſunt, arte & induſtriâ venetur, atque illa quæ aërem penetrant, & quæ aquis occultantur, ſubiecta teneat. In hæc quidem commune omnibus hominibus imperium largitus eſt. Cùm verò Deus Verbum primitias noſtras aſſumpſiſſet, ſibique templum effeciſſet, & ſuam carnem nuncupaſſet, & cùm inexplicabilem illam vnitatem operatus eſſet, *conſtituit ipſum ſuper omnem principatum, ac poteſtatem, & dominationem, & ſuper omne nomen, quod nominatur non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro*; atque omnia ſubiecit ſub pedibus eius, non tantùm oues & boues omnes; verùm etiam omnem viſibilem & inuiſibilem creaturam. Atque horum teſtis eſt diuus Paulus, diſertè clamans: *Eum autem qui modico quàm Angeli minoratus eſt, videmus Ieſum, propter paſſionem mortis, gloriâ & honore coronatum.* Et paulò ſuperiùs: *Omnia* enim *ſubiecit*, inquit, *ſub pedibus eius.* Et in Epiſtola ad Corinthios ait: *Cùm autem dicat, Omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eum qui ſubiecit ei omnia.* Nam ſola *Homo omnibus beſtiis dominatur.* *Humana natura in Chriſto creaturis omnibus præpoſita eſt.* Epheſ. 1, 21. Hebr. 2, 9. 1. Cor. 15, 27.

CATENA PATRVM. Chriſto omnia ſubiecta præter Deum.

increata natura, tamquam ab huiuſmodi ſubiectione libera, exempta eſt. Quæ verò ab hac accipit vt ſit, quæcumque illa fuerit, ſiue viſibilis, ſiue inuiſibilis, Domino Chriſto, & tamquam Deo, & tamquam homini ſubiacet: tam ingentem natura hominum à Deo vniuerſitatis honorem accepit. Ideò rurſus idem in fine poſuit quod in principio: *Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!*

Quid per oues, boues, pecora, volucres & piſces ſignificetur.

ATHANASII. Oues & boues latenter innuunt eos, qui ex Iſraël crediderunt: pecora verò campi Gentes indicant; volucres denique cæli, & piſces maris, elatos in vita, & alta ſapientes.

Volucres ſunt Theologi. Piſces ſunt homines negotioſi.

HESYCHII. Volucres cæli vocat illos qui alta & ſublimia dogmata perſcrutantes, Theologiæ incumbunt: piſces verò maris, eos qui in vitæ huius negotiis tamquam in fluctibus natant. His autem etiam ſalus repoſita eſt, cùm non ampliùs maris, ſed marium, per Baptiſmum & Pœnitentiam, vias inambulent.

EIVSDEM. Ceterùm erant etiam ipſi ſenſibilia omnia per conditionis legem ſubiecta, iumenta, & boues, & oues. Rurſus autem oues intellectuales, homines innocenter viuentes, Chriſto ſubiectos reperimus: boues item præceptorum obſeruatores, de quibus legiſlator Moyſes ait: *Non obturabis os boui trituranti.* vnde non boues ſimpliciter, ſed *boues vniuerſos*, Pſalmographus poſuit. Ab omnibus enim Deus qualemcumque virtutem exercentibus inuenitur. Pecora verò peccatores vocat, ſiquidem prona in terram ſpectantia creata ſunt. Atqui & ipſa ſi pœnitentiam egerint, & obediuerint, ſalua fient; cùm Chriſtum per Euangelicam inſtitutionem aſcenſorem admiſerint. *Homines* (enim inquit) *& iumenta ſaluabis Domine.*

Oues ſunt homines innocentes; boues ſunt legis obſeruatores.

Deut. 25, 4

1. Cor. 9, 9

Pecora ſunt peccatores.

Pſal. 35, 7.

CHRYSOSTOMI. Quemadmodum cùm de creatione verba facit, non attingit virtutes illas ſupernas, ſed ad ſenſibilia ſermonem traducit: ſic etiam cùm honorem deſcribit qui in hominem collatus fuit, bona iſta incorporea nobis cogitanda relinquens, ſenſibilibus magis immoratur, vt quæ rudioribus magis ſint perſpicua. Atqui quænam hæc erant? Principatus qui datus ipſi erat ſupra terram. Quoniam cùm ipſum ante tranſ-

ἄκτιστος φύσις τῆς ὑποταγῆς ταύτης ὡς ἐλευθέρα κεχώρισται. Ἡ δὲ παρὰ ταύτης τὸ εἶναι δεξαμένη, ὁποία ἂν εἴη, εἴτε ὁρατή, εἴτε ἀόρατος, καὶ ὡς Θεῷ, καὶ ὡς ἀνθρώπῳ ὑπόκειται τῷ δεσπότῃ Χριστῷ· τοσαύτην παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις ἐδέξατο τὴν τιμήν. Διὸ πάλιν αὐτὸ τὸ προοίμιον ἀκροτελεύτιον τέθεικε· Κύριε ὁ κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ;

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πρόβατα καὶ βόες τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ πιστεύοντας αἰνίττεται· κτήνη δὲ πεδίου τὰ ἔθνη δηλοῖ, πετεινὰ δὲ τοῦ οὐρανοῦ τοὺς ἐπηρμένους κατὰ τὸν βίον, καὶ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντας.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ τοὺς περὶ τὴν θεολογίαν ἠσχολημένους καλεῖ, τοὺς ἐρευνῶντας τὰ ὑψηλὰ καὶ μετάρσια δόγματα· ἰχθύας δὲ τῆς θαλάσσης, τοὺς ἐν τοῖς πράγμασι τοῦ βίου τούτου νηχομένους, καθάπερ ἐν κύμασι. Σωτηρία δὲ καὶ τούτοις ἀπόκειται, ὅταν πορεύωνται τρίβους οὐκέτι θαλάσσης, ἀλλὰ θαλασσῶν, διὰ βαπτίσματος καὶ μετανοίας ὁδεύοντες.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ τὰ αἰσθητὰ διὰ τὸν τῆς δημιουργίας ὑποτεταγμένα νόμον, κτήνη, καὶ βόες, καὶ πρόβατα. Πρόβατα δὲ πάλιν νοητά, ὑποτεταγμένα τῷ Χριστῷ τοὺς ἐν ἀκακίᾳ πολιτευομένους ἀνθρώπους εὑρίσκομεν· βόας, τοὺς τῶν ἐντολῶν ἐργάτας, περὶ ὧν Μωσῆς ὁ νομοθέτης ἔλεγεν· Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα, ὅθεν οὐχ ἁπλῶς βόας, ἀλλὰ καὶ πάσας ὁ Ψαλμῳδὸς ἐξέθετο. Πᾶσι γὰρ ὁ Θεὸς τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν τυχοῦσαν ἐργαζομένοις εὑρίσκεται. Κτήνη δὲ καλεῖ τοὺς ἁμαρτωλούς, ἐπειδὴ κάτω τὰς ὄψεις εἰς γῆν νευούσας κέκτηνται. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μετανοοῦντα, καὶ ὑποταγέντα σώζεται, ὅταν τὸν Χριστὸν ἀναβάτην διὰ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ὑποδέξηται. ἀνθρώπους, γάρ φησι, καὶ κτήνη σώσεις κύριε.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὥσπερ περὶ δημιουργίας διαλεγόμενος, οὐ τῶν ἄνω δυνάμεων ἅπτεται, ἀλλ' ἐπὶ τὰ αἰσθητὰ κατάγει τὸν λόγον· οὕτω καὶ περὶ τιμῆς τῆς εἰς τὸν ἄνθρωπον γενομένης διδάσκων, τὰ μὲν ἀσώματα ἀγαθὰ ἡμῖν ἐννοεῖν καταλιπών, τοῖς αἰσθητοῖς ἐνδιατρίβει πλέον, ἅπερ σαφέστερά ἐστι τοῖς παχυτέροις. Τίνα δὲ ταῦτα ἦν; ἡ ἀρχὴ ἡ αὐτῷ δοθεῖσα ἐπὶ γῆς. Ὅτι τιμηθέντα αὐτὸν πρὸ τῆς παραβάσεως,

στεως, οὐδὲ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐξέβαλε τῆς τιμῆς. Ἠλάττωσας γὰρ αὐτόν, φησι, βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, τουτέστι θανάτῳ κατεδίκασας ἁμαρτόντα, οὐ μὴν ἐπειδὴ θανάτῳ κατεδίκασας, ἐγύμνωσας καὶ τῆς δωρεᾶς. Διά τοι τοῦτο εἰπών, τότε ἐκεῖνο τίθησι, δεικνὺς τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὅτι ἐλαττωθέντα αὐτὸν διὰ τὴν οἰκείαν παράβασιν ἀφῆκεν ἐστεφανῶσθαι τῇ τιμῇ καὶ τῇ δόξῃ, καὶ τῆς ἀρχῆς οὐ παρέλυσεν. Εἰ δὲ μικρόν τι ὑφεῖλε, καὶ τοῦτο τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας. πρὸ μὲν γὰρ τῆς παρακοῆς καὶ θηρίων ἐκράτει, μετὰ δὲ τὴν παρακοὴν ὀλίγον τι τῆς ἐξουσίας ὑπετέμετο. κρατεῖ μὲν γὰρ καὶ νῦν, ἀλλὰ τέχναις τισί, καὶ μετὰ φόβου καὶ τρόμου, καὶ μάλιστα τὰ θηριωδέστερα, ἵνα ὑπομιμνήσκηται ἐκ τῆς τούτων ἀγωνίας τῆς παλαιᾶς ἁμαρτίας. Ἄλλως δὲ καὶ τοῦτο αὐτὸ τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας. τὴν γὰρ σοφίαν αὐτοῦ θήγων, καὶ τὸ φρόνημα καθαιρῶν, καὶ τὴν ἄκαιρον σχολὴν ἐκκόπτων (ἐπειδὴ πάντα μετ' εὐκολίας ἔχων, ἐξετραχηλίσθη) ἀνέμιξέ τινα καὶ δυσκολίαν τῇ χρήσει τοῦ βίου. Ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς χρείαν σχεδὸν πόνου χωρὶς καὶ ἱδρώτων ἀφῆκεν αὐτὸν ἔχειν· τὰ δὲ πρὸς τρυφὴν μετὰ πόνου καὶ ἱδρῶτος· βουλόμενος καὶ ταύτην ἡμῖν ὑποτέμνεσθαι τὴν πολλὴν ἄδειαν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ σῶμα ἡμῶν οὕτως ἐπίνοσον κατεσκεύασαι, ὑπὸ μυρίων ἐνοχλούμενον κακῶν, καὶ ὁ βίος ἅπας ἱδρῶτος γέμει. ἐπειδὴ παιδευτήριον ὁ παρὼν βίος ἐστί, καὶ ἡ ἄνεσις καὶ ἡ σχολὴ τοὺς πλείους τῶν ἀνθρώπων ἀπόλλυσι, διὰ τοῦτο καὶ ἀσχολίαν καὶ πόνον ἡμῖν ἀνέμιξεν, ἵν' ὥσπερ ὑπό τινων χαλινῶν τὸ διεγηγερμένον τῆς διανοίας κολάζηται. Οὐ δὲ τὰ ὁρώμενα πάντα ὁ προφήτης διεξῆλθεν, οἷον φυτά, σπέρματα, καὶ δένδρα, ὅτι ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν ᾐνίξατο, καὶ τοῖς φιλομαθέσι τὸν περὶ τούτων ἀφῆκε λόγον.

greſſionem honoraſſet, poſt peccatum etiam ipſum non omnino honore priuauit. *Minuiſti* enim inquit, *ipſum paulò minùs ab angelis*, id eſt, peccantem morti addixiſti; non tamen quoniam morte eum mulctaſti, ob id & dono tuo priuaſti. Quapropter cùm illud dixiſſet, tum etiam hoc poſuit, ineffabilem in eo quoque benignitatem Dei oſtendens, quòd ipſum propter transgreſſionem ſuam minoratum, gloriâ & honore coronari permiſit, & principatu non exuit. Quòd verò parumper eum humiliarit, & hoc ipſum ipſius eſt prouidentiæ. Nam ante inobedientiam quidem etiam beſtiis dominabatur; poſt inobedientiam verò nonnihil ſucciſa illi eſt poteſtas. ſiquidem etiamnum iis dominatur; verùm artibus quibuſdam, & cum timore ac tremore, præſertim ferocioribus, vt ex huiuſmodi ſolicitudine, peccati veteris admoneatur. Alioquin etiam hoc ipſum diuinæ prouidentiæ eſt. Nam eius ſapientiam acuens, & faſtum deprimens, & intempeſtiuum otium amputans (quoniam omnia primùm leui negotio nactus, ceruicem erexerat;) difficultatem quamdam vſibus huius vitæ commiſcuit. Attamen illa quæ ad vitam neceſſaria erant, fermè abſque labore ac ſudoribus; ea verò quæ ad delicias ſpectant, ipſi cum labore ac ſudore permiſit: eo vtrique conſilio, vt multam illam nobis licentiam ſucciderer. Quam ob cauſam etiam corpus noſtrum ita morbis reddidit obnoxium, & mille malis perturbatum, & omnis vita ſudoris plena eſt. Quoniam verò vita hæc præſens diſciplinæ officina exiſtit, & remiſſio atque otium plurimos homines perdit; idcirco etiam occupationem ac laborem nobis admiſcuit, vt quibuſdam quaſi frenis animi noſtri temeritas caſtigetur. Cæterùm Propheta non omnes res viſibiles enumerauit, vt ſtirpes, ſemina, & arbores; quoniam ex parte totum inſinuauit, & diſciplinæ ſtudioſis de hiſce ratiocinari permiſit.

CATENA PATRVM. *Etiam poſt peccatum, quo honore affectus ſit homo.*

Quomodo per peccatum ſit ſucciſa hominis poteſtas.

Cur Deus vitam nobis laborioſam reddiderit.

ANNO-

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

Titulus pro torcularibus quid ſibi velit.

NOTA hunc Pſalmum, *pro torcularibus*, inſcribi; Græcè ὑπὲρ τῶν ληνῶν; Hebraicè הַגִּתִּית, *haggitthith*: quod plerique volunt eſſe genus inſtrumenti; ſed Bellarminus magis probat, vt Septuaginta legerint, הַגִּתּוֹת *hagattoth*, quod ſignificat, *torcularia*, & hanc eſſe veram lectionem non dubitat. Hic autem titulus habetur in tribus Pſalmis, qui ad amorem Dei præcipuè pertinent: ſcilicet, in hoc, & in LXXX. atque in LXXXIII. Græci Patres in Catena citati per *torcularia*, intelligunt Eccleſias; alij verò Chriſti paſſiones, de quibus ſecundùm myſticum ſenſum mentio fit, dum dicitur, *Minuiſti eum paulò minus ab Angelis*; & apud Iſaiam, *Torcular calcaui ſolus*. Bellarminus exiſtimat eos Pſalmos *pro torcularibus* inſcribi, qui ſunt aptiſſimi ad exprimendum vinum amoris diuini. Verùm (vt benè notat Ianſenius) de hac, & ſimilibus dictionibus nihil certi adfertur, quo ſenſus litteralis adſtruatur. Myſtica enim ſunt illa torcularia, quorum in typum & honorem, cùm hunc, tum alios duos Pſalmos Propheta Regius conſecrauit: *In finem pro torcularibus.* Pro templis videlicet in Chriſti lege omnium poſtrema, & (poſt naturalem & ſcriptam exactas) vſque in finem mundi permanſura, extruendis, à Chriſti fidelibus hic Pſalmus (vti & alij ſimili titulo prænotati) ſymbolicè compoſitus decantatur. Siquidem *non ampliùs* (vt Theodoretus ait) *ſecundùm antiquam legem, ſuper vnum altare hominum fructus Sacerdotes vindemiant; ſed infinita altaria per omnem terram introduxit*. Habemus igitur torcularia, ſcilicet templa & altaria. Sed quænam exprimendæ ad vinum vuæ? Reſpondet idem: *Dominus vitis vocatur: Ego ſum vitis. Qui hanc vindemiant vitem, ſunt fideles, myſticum vinum præparantes.* At verò S. Auguſtinus, etſi quoad ſignificationem torcularium cum Theodoreto conueniat, de vino tamen in iis expreſſo diſſentit, dicens: *Torcularia poſſumus accipere Eccleſias: Verbum diuinum poteſt vua intelligi. Dictus eſt enim Dominus botrus vuæ, quem ligno ſuſpenſum de terra promiſſionis, qui præmiſſi erant à populo Iſrael, tamquam crucifixum attulerunt*. Ita S. Auguſtinus ad hunc Pſalmum, vbi multa dicit de vino verbi Dei, quod in aures velut in dolia includitur. Et quidem in templis Chriſtianorum fit vtrumque, & verbum Dei prædicatur, & corpus ſanguiſque Dei hominis immolatur, offertur, ſumiturque à fidelibus. In vtroque potiſſimùm cernitur profeſſio Chriſtiana, vt & Chriſti verbum audiamus, & Chriſti corpus in Sacramento adoremus atque ſumamus.

Iſa. 63. 3.

Templa Chriſtiana, typicè torcularia in Pſalmis.

Chriſtus eſt vitis, quam Sacerdotes vindemiãt, & laici communicant. Ioan. 15.

Prædicatio verbi Dei eſt expreſſio botri.

2. *Domine Dominus noſter.*] S. Hieronymus legit, *Domine Dominator noſter*. Geminatio autem vocis *Domini*, eſt ſignum affectus: nec incongruam iſtiuſmodi repetitionis rationem aſſignat S. Chryſoſt. in Catena citatus: quia ſcilicet, cùm infidelium ſit tantùm vnâ, nempe creationis; fidelium ſit duplici ratione Dominus, ob eiuſdem inſuper cognitionem. Verumenimuerò ſi theologicè titulos examinemus, quibus Deo in omnes planè creaturas abſolutiſſimum competat dominium, & conſequenter *Dominus* appelletur; reperiemus omnino eſſe multiplices, & prorſus ſingulares. Primùm, quia omnia eſſentialiter ipſius ſunt, tamquam ipſius opera & figmenta, quæ ipſe ſuâ ſapientiâ excogitauit, & omnipotentiâ ex nihilo formauit, & ad ſuam gloriam aliquo modo repræſentandam & inſinuandam, extare voluit. Deinde quia de omnibus pro arbitrio poteſt diſponere, cùm omnia ab ipſius nutu, & libera voluntate, omnibus momentis dependeant; nec vllum habeãt eſſe, niſi quod ipſe pro ſua liberalitate in illa infundit. Itaque longè plus iuris & poteſtatis habet in totum vniuerſum, in omnes Angelos & homines, quàm quilibet dominus in ſuum iumentum, figulus in ſuam ollam, homo in ſuas actiones liberas: quia nec dominus ſuum iumentum à ſe habet, nec figulus lutum, artem, ignem, induſtriam, quæ illi ad ollam conficiendam ſunt neceſſaria; nec homo facultates, quibus ſuas actiones perficit. Deus autem omnia à ſeipſo habet, quæ ad rem ipſam perficiendam & obtinendam pertinent: cùm omnia nihil ſint aliud, quàm liberæ ipſius operationis externæ terminus intrinſecus. quo fit, vt ipſius dominium ſit infinitæ perfectionis, nec vlli creaturæ communicabile; nec vlla res creata extra ipſius dominium conſtitui, aut ſui iuris effici poſſit; cùm eſſentialiter à Deo, tamquam primo principio, & vltimo fine, pendeat.

Dei in omnes res exſiſtentes dominium ſummum.

Ex quibus omnibus facilè patet, quàm excelſum, & latè patens, & admirabile Dei dominium ſit, vt non immeritò à Dauide bis *Dominus*, eâdem voce geminatâ pronuntietur. Qui præ ſtupore illius deinde per modum admirantis exclamat:

Ibidem. *Quàm admirabile eſt nomen tuum.*] Hoc alius apud S. Chryſoſt. legit, τί μέγα τὸ ὄνομά σου; *quàm magnum*, (vel, vt S. Hieron. vertit, *quàm grande*) *eſt nomen tuum!* Chaldæus, *quàm excelſum & laudabile!* quæ omnia eôdem recidũt. *Verè nomen admirabile* (inquit S. Dionyſ. libro de Diuinis nominibus c. 1. 5. 6.) τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, τὸ ἀνώνυμον, τὸ παντὸς ὑπεριδρυμένον ὀνόματος ὀνομαζομένου, εἴτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι. *Quod eſt ſuper omne nomen, quod caret nomine, quod eſt collocatum ſuper omne nomen quod nominatur, ſiue in hoc ſæculo, ſiue in futuro.*

Nomen Dei verè admirabile.

Epheſ. 1, 21.

Hoc Hebræi Theologi ſignificare cupientes, nomen Dei tetragrammaton aiunt eſſe ἄῤῥητον, ἀνεκφώνητον, *ineffabile, inenuntiabile*, quòd dici & nominari non poſſit. Ab illis, vt opinor, capientes Ægyptij, præcipuum Deum ſuum nuncupauere *Amun*, quem Græci Latinique dicunt Ammonem: quod nomen ait Manethos ſignificare *occultum*, ſiue *occultationem*. Iuſtinus quoque Martyr in Adhortatione ad Gentes, ait Acmonem Philoſophum eâ cauſâ Deum nominaſſe πάγκρυφον, *prorſus occultum*; ac proinde in Apolog. 2. pro Chriſtianis, ait Deo nomen imponi non poſſe; quòd ſi quis id contendat, ſummæ dementiæ eſſe. Nazianzenus ſimiliter

Dei nomen ineffabile.

Deus innominabilis & incomprehenſibilis.

Orat. 34. quæ eſt ſecunda de Theologia, refert ſententiam Platonis in Timæo dicentis, *difficile eſſe Deum intellectu percipere, eloqui verò impoſſibile.* Ipſe verò Nazianzenus ſuam nobis ſententiam exponit, dicens, *Deum nullis verbis explicari poſſe, mente autem comprehendi multò minùs.* Vnde factum, vt omnes ſancti Patres cum S. Damaſceno lib. 1. de Fide cap. 23. communi animorum conſenſione Deum vocent *ἀκατάληπτον, qui comprehendi nequit.* Hæc tamen minimè impediunt, quo minùs Chriſtianæ mentes, piè & diligenter in ſancti Numinis conſideratione, cum admiratione verſentur. Nam tametſi beatiſſima illa natura intelligentiam omnem noſtram magnitudine exuperet, neque ab vllo comprehendi queat; plurima tamen in vniuerſa terra ſui eſſe veſtigia voluit, & argumenta infinitæ maieſtatis, quibus ad eum cognoſcendum, & admirandum ac venerandum deduceremur; vt iure merito exclamet Vates: *Quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!* & ad maiorem ſtuporem addit:

Ex creaturis cognoſcitur eius maieſtas.

Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos.] Alius apud S. Chryſoſt. legit, *ὃς ἔταξας τὸν ἔπαινόν σου, qui poſuiſti laudem tuam*, vel, vt ſanctus Hieronymus vertit, *qui poſuiſti gloriam tuam ſuper cælos.* Sic etiam Habacuc gloriam & magnificentiam cælo tribuit, terræ verò laudem. *Operuit*, inquit, *cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra.* Hanc porrò magnificentiam in cælo eleuatam, decorem illum corporum cæleſtium, ac ſplendorem intelligit, quo tamquam pulcherrimo magnificentiſſimoque veſtimento cælum ornatur. Aut admirabile eſſe ait nomen ac laudem Dei in vniuerſa terra, ex eo quòd eleuata ſit eius gloria ſuper cælos; dum ex eo quòd cæli vniuerſam terram ambiant, nulla pars terræ eſt, vbi hæc ſublimis Dei gloria non ſit conſpicua. quod ipſum alibi dixit: *In omnem terram exiuit ſonus eorum.* Vt enim ſit vera magnificentia, D. Thomas 2. 2. quæſt. 132. art. 2. ait opera debere eſſe magna, *quantitate, pretioſitate, dignitate:* quæ videlicet ornatu ſuo & magnitudine ſint præſtantia, ſplendoremque habeant magnum, vnde laus hominumque fama & admiratio naſcitur. Operis magnifici vis & virtus, inquit Ariſtoteles lib. 4. Ethicorum cap. 4. eſt *τὸ μέγα καὶ καλὸν, vt magnitudine præſtet, & pulchritudine excellat*, quam pulchritudinem omnes admiratione obſtupefacti intueantur. Quod enim magnificum, idem & admirabile eſt. Salomonis templum ad omnem magnificentiam extructum fuit: itaque non mirum, ſi in Euangelio Seruatoris diſcipuli mirabile opus nimium quantum ſuſpicerent, magiſtroque dicerent: *Magiſter aſpice, quales lapides, & quales ſtructuræ!* Opus ergo magnificentiæ proprium debet eſſe illuſtre quiddam, & quodammodò regium, amplum & glorioſum, ſuo ſplendore conſpicuum. Vnde quæ vox ſignificat apud Hebræos magnificentiam, exponitur aliquando ſplendor, gloria, decor, res laude & præconio longè clariſſimo efferenda. Ita Propheta Regius Deum reuerens cùm eleuatam ſupra cælos illius magnificentiam prædicat; pro *magnificentia*, Chaldæus vertit, *ſplendorem*; ſanctus Hieronymus, *gloriam*; alij, *magnificam laudem & prædicationem.* Sic in alio Pſalmo,

Habac. 3, 3

Magnificentia Dei à cælis colligitur.

Pſal. 18.

Quid ſit propriè magnificentia.

Marc. 13, 1

Pſal. 28, 4.

Vox Domini in magnificentia; in Hebræo eſt, *vox Domini in decore*, vt intelligamus magnificum opus, cum inſigni quodam ſplendore & amplitudine coniungi. Ceterùm eleganter quoque Commentator Græcus, & Didymus in Catena locum hunc Pſalmi de opere incarnationis exponunt, in quo, vt ait S. Auguſtinus in Enchiridio cap. 36. *Dei gratia nobis granditer & euidenter commendatur.* Magnum ſanè & magnificum opus, quod tranſſcendit cæleſtium orbium molem, cælo maius, inexplicabilis dignitatis, quod exuperat omnium mentium cogitationem, etiam earum, quæ in ſublimi paradiſo luce purâ fruentes, totæ oculi ſunt, totæ mentes, neque tamen ad hanc magnitudinem comprehendendam ſatis animi atque lucis habent: quam ob cauſam Dei magnificentiam eleuatam eſſe ſuper cælos dici putat Euthymius. In opere enim illo Dei corporati, omnia certè magna ſunt & ſplendida, vt negari non poſſit, quin meritò Emanuelis magni à Propheta Regio magnificentia hoc loco celebretur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Incarnatio Chriſti, eſt opus verè magnificentiæ.

3. *Ex ore infantium*, &c.] Hic verſus de pueris intelligitur, qui obuiàm facti Chriſto, cum laudibus, & ramis palmarum exceperunt. Quare Dominus in templum ingrediens, dum pueri pæana canerent, hunc verſum citauit, vt pueros acclamantes ſibi, contra Phariſæorum & Sacerdotum rabiem defenderet. Vbi illud in primis notandum cum Chryſoſtomo ad hunc locum, à Regio Vate, adeoque Chriſto ipſo, laudem hanc vocari perfectam, cùm ſanè perfectior videri potuiſſet, ſi ex ore virorum prodiiſſet; quandoquidem à prudenti & probato viro laudari, magis laudabile cenſetur. Verùm infantes hoc loco, vt nomen præ ſe fert, illi ſunt qui loqui neſciunt: ex his autem aptam ſibi laudem aptat Chriſtus, qui eos maximè amat, qui tacere nouerunt. Hi porrò infantes referunt Chriſtianos, à quibus Chriſtus potiorem, quàm ab Hebræis, laudem aſſequitur. Vtramque his verbis tradit ſanctus Chryſoſtomus: *Non eſt ergo hoc ſolum admirabile, quòd vocem, eamque claram & expreſſam, emiſerint, ſed etiam, quòd plenam bonis innumerabilibus. Quæ enim Apoſtoli nondum nouerant, ea pueri laudibus hymniſque celebrabant. Ex hoc etiam aliquid aliud ſignificat, nempe oportere eos qui ad dogmata accedunt, animo pueros effici. Si quis enim non ſuſceperit regnum cælorum vt puellus, inquit, non poteſt ipſum ingredi.* Vbi expendendum illud, *Quæ Apoſtoli nondum nouerant.* Quare dicit optimè Dauid: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.* Quia perfectior hæc laus, quæ ex infantium ore manauit, quàm ea quam Apoſtoli publicè detulerant. Ergo Apoſtoli, vt vult Chryſoſtomus, à pueris Chriſtum laudare didicerunt. Quam verò laudem Chriſto triumphanti dederint, & quem hymnum pueri tunc cecinerint, expreſſit Matthæus: *Hoſanna Filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini: hoſanna in altiſſimis.* Vide an paribus hiſce encomiis Chriſtum Apoſtoli proſecuti ſint vmquam: & innocentis ſilentij vim agnoſce, quòd rudes puellos adhuc lactentes, ac loquelæ ignaros, ad tantam ſapientiæ altitudinem extulit. Alius apud Chryſoſtomum in Catena citatum vertit, *ex ore infantium & lactentium* fun-

Matth. 21, 16.

Ex ore infantium Deus ſibi laudem perficit.

Quàm perfecta ſit infantium & ſilentium laus.

Matt. 21, 9

ANNOTATIONES CORDERII.

fundaſti fortitudinem ; robuſtam & fortem laudationem eam vocans, quæ venit à pueris, adhuc loquelæ ignaris: quia licet omnes virtutes Deum laudent, ſilentium tamen maximum laudibus eius robur addit. Chriſtus ergo Dominus ad laudem ſuam pueros loquelæ ignaros, ſed innocentiâ inſignes euocauit, *vt deſtrueret inimicum, & vltorem,* id eſt, diabolum, qui dicitur *inimicus & vltor:* inimicus quidem, quia iuſtos & pios viros odio proſequitur; vltor verò, quia impios & ſceleratos fouet, amore proſequitur, & in ſuam adſciſcit ſocietatem. Neque quiſquam facilè dixerit, quonam horum magis noceat, an dum bonos odio inſequitur, an dum malos fouet. Vt ergo Chriſtus Dominus oſtendat ſe à dæmonis ingenio longè abeſſe, in ſocietatem ſuam pueros innocentes admittit, & ad laudes ſuas prouocat nullâ labe vitij coinquinatos. Huius ſententiæ eſt Antiochus Homil. 105. quæ eſt de Pſalmodia, cuius iſta ſunt verba: *Huius rei gratiâ Chriſtus laudem ex ore fidelium, ſed malitiâ paruulorum prodeuntem perfecit, aut certè per operationem, atque efficacem vim pſalmodiæ inimicum & vltorem prorſus deſtruet, ſuâ aduerſus nos tyrannide ſuperbius inſoleſcentem: inimicum dixerim virtutum, vltorem verò, ſeu decuſſorem malitiæ, diabolum.* Sanctus Auguſtinus hoc loco legit, *vt deſtruas inimicum & defenſorem,* & hoc de ſæcularibus litteris dictum accipit, quæ ſimul defendunt, & offendunt: ſiquidem multum iuuant ad diuinarum rerum cognitionem, & defendunt cùm auxilium ferunt; offendunt verò, quia cùm multa iis obſcœna ſubinde inſperſa ſint, legentes non rarò lædunt, eorumque animos inficiunt. Quamobrem neque omittendæ omnino, quia defendunt; neque ſine cautela frequentandæ, quia offendunt. Hunc ergo inimicum & defenſorem, id eſt ſcientiarum ſæcularium apparatum, Deus deſtruit ex ore infantium & lactentium, id eſt, per prædicationem Apoſtolorum, qui in his ſæcularibus ſcientiis omnino erant rudes & infantes; & tamen multò plura Philoſophis & Rhetoribus perfecerunt.

Diabolus inimicus & vltor.

Per rudes Apoſtolos Deus Philoſophos ſæculares deſtruxit.

4. *Quoniam videbo cælos*, &c.] Redit ad cælorum contemplationem homini propriam, qua in auctoris eorum Dei cognitionem & admirationem rapiatur. Sic animaduertit ſanctus Gregorius Nyſſenus in Vita Thaumaturgi Gregorij, Abrahamum, cùm apud Chaldæos in Philoſophia eſſet inſtitutus, & cæli apud ſe pulchritudinem, ordinemque ſiderum conſideraret, eorumdem cognitione vſum ὡς κλίμακα, *vt ſcalâ & adminiculo*, ad ſuperi boni contemplationem; & per ea quæ videntur, ad ſublimia atque diuina, quæ tantùm intelligentiâ percipiuntur, piè & religioſè perueniſſe. Nihil enim prodeſt, hominem ita eſſe fictum, vt recto corpore ſpectet in cælum; niſi erectâ mente Deum cernat, & cogitatio eius in ſpe vitæ perpetuæ tota verſetur. Ad hoc nos incitans Minutius Felix, *Cælum*, inquit, *ipſum vide, quàm latè tenditur, quàm rapide voluitur, vel quòd in noctem aſtris diſtinguitur, vel quòd in diem ſole luſtratur: iam ſcies, quàm ſit in eo ſummi moderatoris mira & diuina libratio.*

Cæli contemplatio homini propria.

IBIDEM. *Lunam & ſtellas quæ tu fundaſti.*] Quorum ſiderum eximium decus pulchritudinemque miratus Sapiens ſic exclamat: *Species cæli, gloria ſtellarum mundum illuminans.* Gloria ſtellarum, eſt claritas, excellentiaque ſingularis, quæ perſtringit intuentium oculos, & titillat animum humaniſſimâ quadam voluptate: ita enim δόξαν, *gloriam*, pro ſplendore mirabili & diuino, ſacræ Litteræ ſæpè vſurpant. Hæc igitur gloria ſtellarum, & inſignis decor, eſt, inquit, *ſpecies*, ſiue, vt eſt in Græco, κάλλος, *pulchritudo cæli*.

Stellæ ſunt gloria cæli.

Eccli. 43.

Myſticè ſtellas hoc loco interpretatur Caſſiodorus *Religioſos*, vitâ, moribus & dignitate collucentes: Gregorius Magnus in Ezech. Homilia 13. *Sanctos*; D. Thomas, *Doctores*, qui clariſſimâ & pulcherrimâ ſuâ varietate & luminis gloriâ Eccleſiam tamquam cælum diſtinguunt, & rutilantibus gemmis ornant: & hanc tantam claritatem non tantùm in ſe continent, vitæ ſanctimoniâ, intimiſque virtutibus, ſed latè in inferiores diffundunt. Plura de hoc argumento vide infrà ad Pſal. 18. v. 1. annotata. Ceterùm in ipſius deinde hominis cæli contemplatoris admirationem raptus, ſubdit:

Sancti & Doctores ſunt ſtellæ Eccleſiæ.

5. *Quid eſt homo, quòd memor es eius?*] Chryſoſt. aliam lectionem refert, τί κατ' ἄνδρα, ὅτι μιμνήσκεις αὐτοῦ; *quid eſt pertinens ad virum, quòd recorderis eius?* Hunc verſum paucis mutatis legimus in alio Pſalmo: *Quid eſt homo, quia innotuiſti ei, aut filius hominis, quia reputas eum?* Id eſt, quid cogitas de eo, tamquam de re tibi cara? Meminiſſe enim alicuius, idem eſt, atque illum æſtimare, ſicut econtrà non meminiſſe, eſt idem quod negligere. Sic etiam Iob dixit: *Quid eſt homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?* Euſebius præclarè hunc locum explicat de Præparatione Euangelica lib. 11. cap. 6. his verbis: Τὸ δὲ ἐν σαρξὶ πεπλασμένον, ὀστέοις τε καὶ νεύροις καταπεπαρμένον, ὄγκον τε μέγαν καὶ βαρὺν ἐπιχθισμένον τὸ σῶμα, λήθης πολλῆς καὶ ἀμαθίας συνειδὼν ὁ παρ' Ἑβραίοις λόγος, δι' οἰκείῳ καὶ ἑλληνικῷ προσρήματι, Ἐνὼς ἐπωνόμασεν, ὅπερ δηλοῖ τὸν ἐπιλήσμονα. κεῖται γοῦν παρά τινι προφήτῃ· Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; ἀνθ' οὗ τὸ Ἑβραϊκὸν ἀντὶ μὲν τῆς πρώτης τοῦ ἀνθρώπου κλήσεως, τί Ἐνώς; περιείληφεν, ὡσεὶ εἶχε σαφέστερον, τί ἐστιν ὁ ἐπιλήσμων, ὅτι σὺ ὦ θεὲ μιμνήσκῃ αὐτοῦ, καίπερ ὄντος ἐπιλήσμονος; τὸ δὲ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; ἢ υἱὸς Ἀδὰμ κεῖται παρὰ τοῖς δηλουμένοις, ὡς εἶναι τὸν αὐτὸν καὶ Ἀδὰμ, καὶ Ἐνώς. τοῦ μὲν σαρκικοῦ διὰ τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ δὲ λογικοῦ διὰ τοῦ Ἐνὼς παρισταμένου. *Corpus autem carnibus ſtipatum, oſſibus ac neruis infixum, magnaque & graui mole preſſum, multa cum obliuione atque ignorantiâ coniunctum, Hebræorum loquendi ratio aptiſſimâ appellatione Enos appellauit, quod obliuioſum ſignificat. Itaque eſt apud quemdam Prophetam, Quid eſt homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Pro quo Hebraicus textus in priore hominis appellatione habet, Quid eſt Enos? ac ſi apertiùs diceret: Quid eſt iſte obliuioſus, quòd tu Deus memor es eius, quamuis ille obliuioſus ſit? Illud verò, Aut filius hominis, quoniam viſitas eum? in Hebræo ſic habet: Aut filius Adam. Ita vt idem ſit Adam & Enos; ſed pars corporea per Adam, pars verò rationalis per Enos indicatur.* Quibus verbis Euſebij, alluſio quædam iucunda verborum in Hebræo indicatur, *obliuioſi*, & *memoris*, quaſi nimirum vir diuinus id maxi-

Pſ. 143, 3.

Iob 7, 17.

Enos quid? Pſal. 8, 5.

Deus memor hominis obliuioſi.

maximè obſtupeſceret, quòd illius Deus meminiſſet, qui eſſet obliuioſus; & de illo ornando cogitaret; qui deponeret beneficiorum memoriam, & crudeli potiùs odio dignus videretur. Hoc enim naturæ lumine cognitum eſt, in eoque gentes omnes conſentiunt; homine ingrato, atque immemori alienæ beneficentiæ, nihil eſſe odioſius, nihil deteſtabilius. Vnde leges manarunt virorum ſapientum in ingratos, & exempla puniendi criminis conſtituta, quæ in ſcriptorum monumentis circumferuntur. Cumque ſceleris & perfidiæ eſſe putetur, ſi quis ſe neget accepiſſe beneficium, ſi quis diſſimulet, ſi non reddat; magni tamen Philoſophi definiunt, illum ingratiſſimum, & communi odio digniſſimum, *qui ſit oblitus*. Vnde meritò miratur Propheta, Deum beneficiis afficere hominem qui beneficiorum ſimul & benefactoris ſui obliuiſcitur.

Ingrato & beneficiorum oblito, nil odioſius.

6. *Minuiſti eum paulò minus ab Angelis.*] Theodotion & V. Editio, *βραχύ τι παρὰ θεὸν, paulo minus à Deo.* ita etiam vertunt S. Hieronymus & Pagninus, quia fortè in Hebræo אֱלֹהִים *elohim* habetur, quod Deum ſignificat. Verùm, cùm eodem nomine etiam Angeli nuncupentur; hoc loco meliùs Septuaginta id de Angelis interpretati ſunt, eò quòd videretur abſurdum dicere, hominem parum inferiorem Deo conſtitutum eſſe, à quo infinitis diſtat partibus. Hinc etiam S. Paulus ad Hebræos ſecundùm Septuaginta hunc locum citat, *Paulò minùs ab Angelis.* Conſtat enim *Elohim*, aliquot aliis locis etiam Angelos ſignificare, vt in illo: *Adorate eum omnes Angeli eius.* Hunc locum de Chriſto Paulus explicat ad Hebræos, vti & Græcus Commentarius. Plerique alij interpretes hoc ad humilitatem hominis indicandam referunt; ſed, vt bene obſeruat Agellius, commodè etiam dici poſſunt ad amplificationem dignitatis humanæ: q. d. Propemodùm illum Angelis coæquaſti, paulò illum inferiorem Angelis feciſti. Paulò minùs autem ab Angelis imminutum dicit, non ſolùm propter dominatum ac poteſtatem illi ſuper omnes inferiores creaturas traditam, verùm etiam propter animæ rationiſque naturam, per quam cum illis coniunctus eſt.

Vox Elohim etiam Angelos ſignificat.

Heb. 1, 7.

Pſal. 96, 8.

Hebr. 1, 7.

Homo quomodo ab Angelis paulùm imminutus ſit.

IBIDEM. *Gloria & honore coronaſti eum.*] Chryſoſtomus in Catena, Alius, inquit, legit, *δόξῃ καὶ ἀξιώματι κυκλώσεις αὐτόν, gloriâ & dignitate circumdabis eum.* Verè enim animus humanus gloria eſt & honor hominis, cùm præſtantiſſimæ ſit excellentiſſimæque naturæ. Aptè autem de ſublimi natura, & quæ in capite potiſſimùm ſuos effectus profert, verbum coronandi vſurpauit. Eſt enim animâ rationeque, tamquam decorâ quadam coronâ redimitus, per quam omnibus terrenis creaturis imperat, vt inferioris mundi Rex, factus ad imperandum, & vt verbo S. Gregorij Nyſſeni vtar, *ἀρχικὸς*, nemini ſubiectus niſi Deo, ſemper coronatus, genitus in purpura, gloria & honore inſignitus, ob clariſſimas & mirabiles dotes illi conceſſas, quas in Catena ſuperiùs Patres vberiùs explicant.

Animus eſt gloria hominis, & corona.

7. *Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.*] Chryſoſtomus refert aliam lectionem, *ἐξουσιάζειν ἐποίησας αὐτὸν τῶν ἔργων τῶν χειρῶν σου, feciſti, vt haberet poteſtatem operum manuum tuarum.* Hoc ad maximam humani generis dignitatem pertinet, quòd vniuerſum terrarum orbem, & hæc tot & tanta quæ videmus, non Angelis Deus, quos in alta quadam excellentia conſtituerat, ſed hominibus dumtaxat ſubieciſſe ac tribuiſſe videatur, vt natis ad dominationem. Hic itaque & verſiculi ſequentes, naturalem hominis in animalia cetera principatum declarauit, quem primus Adam ad imaginem ac ſimilitudinem Dei creatus, accepit per illam benedictionem, quâ dixit ei ſimul & vxori Deus: *Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram*, &c. Vbi expende Dei benignitatem ac munificentiam, qui hominem è puluere ſuſcitat, in tantumque euehit, vt ſui ſimilem faciat, & ei creaturarum tribuat imperium, & velut alterum in terris Deum, toti orbi præficiat. Hæc autem prærogatiua poteſtatis in omnes animantes cùm per peccatum valdè fuiſſet imminuta, poſt diluuium Noë ac filiis eius denuò reſtituta legitur, his verbis: *Terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animantia terræ*, &c. non in integrum tamen; ſed qualis qualis ſit, refert dominium, quo primus homo in ſtatu innocentiæ potiebatur. Viget enim adhuc naturâ quidam inſitus animantibus terror ab homine. Hinc reformidant (vt Theodoretus obſeruat) ipſam etiam hominis vmbram, ſiue natatilia, ſiue terreſtria, ſiue volatilia: &, quod amplius eſt, vel ipſæ feræ ad hominis conſpectum fugiunt, abduntque ſe in latebras: timent retia, laqueos, inſidias hominis: ad vocem humanam trepidant & conſternantur: non ſæuiunt in hominem, niſi aut laceſſitæ, & malo inſuper illato irritatæ, aut fame furoreque alio panico concitatæ. Quæ omnia naturalem hominis præ ceteris creaturis excellentiam dignitatemque mirificè extollunt, vt eum non immeritò Andreas Ieroſolymitanus Sermone de Salutatione Angelica *opus admirandum* appellet: ſiquidem *propter ipſum* (inquit) *Deus cælum condidit, terram firmauit, aëra expandit, dilatauit maria, omnem denique, quæ oculis ſubiecta eſt, molem & fabricam ſuſpiciendam effecit.* Et alio loco vocat hominem *μέγα τῆς ἐργασίας κατόρθωμα, ingens creationis ſpecimen*, & veluti quoddam exemplar omni perfectione viſendum. Similia diuinè proſequitur S. Auguſtinus Serm. 225. de Tempore, cuius illa venuſta ſunt atque magnifica: *Homo cara & amica poſſeſſio Dei, homo cuius causâ firmatum eſt cælum, & extenſum mare, fundata eſt terra, propter quem ſol oritur, & occidit, luna creſcit, & deficit, aſtra micantia ſurgunt*, &c. Quæ omnia locant hominem in ſublimi laudis & gloriæ loco, ſic vt plurimi faciendus meritò videatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hominis in res mundi dominium.

Gen. 1, 28.

Gen. 9, 2.

Poſt peccatum etiam ſeruat imperium in feras & beſtias.

Quidquid in mundo eſt, propter hominem conditum eſt.

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM IX. ARGVMENTVM.

1. In finem, pro occultis filij, Pſalmus Dauid.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Symmachus quidem, Triumphalem de morte filij; *Aquila verò*, Victoriæ auctori, iuuentutis filij; *& Theodotion*, De florida ætate filij. *Concorditer igitur omnes, facientes de filio mentionem, docent nos, quòd hic etiam Pſalmus contineat prædictionem victoriæ, quam Dominus Chriſtus contra mortem conſecutus fuit. Occultum autem hoc myſterium Septuaginta nuncuparunt: nam cùm alios omnes, tum etiam Apoſtolos ipſos latebat.*

Ὁ μὲν Σύμμαχος, ἐπινίκιον περὶ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ· ὁ δὲ Ἀκύλας, τῷ νικοποιῷ νεότητος τοῦ υἱοῦ· καὶ ὁ Θεοδοτίων, ὑπὲρ ἀκμῆς τοῦ υἱοῦ. Συμφώνως τοίνυν ἅπαντες τοῦ υἱοῦ μνημονεύσαντες, διδάσκουσιν ἡμᾶς, ὡς προφητείαν καὶ οὗτος ὁ Ψαλμὸς περιέχει τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. Κρύφιον δὲ τοῦτο τὸ μυστήριον οἱ ἑβδομήκοντα προσηγόρευσαν· ἐπειδὴ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀποστόλους ἐλάνθανε.

PARAPHRASIS.

2. CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

Proprium eſt perfectorum hominum, totum cor Deo dedicare, & omnem mentem ipſi conſecrare. *Diliges* enim, inquit, *Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis.* Qui autem partitur cogitationes in mammonam & Deum, in Chriſtum & in aurum, in præſentem vitam & futuram; non poteſt verè dicere, *Confitebor tibi Domine in toto corde meo.* Propheta verò ſpiritalibus oculis futura proſpiciens, non confitetur ſolùm in toto corde, verùm etiam narrat ipſius mirabilia.

Cor totum Deo dicandum.

Luc.10,25

Math. 6.

β΄. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ σοι κύριε ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου.

Τῶν τελείων ἴδιον, τὸ πᾶσαν ἀναθεῖναι τῷ θεῷ τὴν καρδίαν, καὶ πᾶσαν αὐτῷ καθιερῶσαι τὴν διάνοιαν. Ἀγαπήσεις γάρ, φησι, κύριον τὸν θεόν σου, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου. Ὁ δὲ μερίζων τοὺς λογισμοὺς εἰς μαμμωνᾶν καὶ θεόν, εἰς Χριστὸν καὶ χρυσόν, εἰς τὸν παρόντα καὶ τὸν μέλλοντα βίον, οὐ δύναται ἀληθεύων λέγειν· Ἐξομολογήσομαί σοι κύριε ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Ὁ δὲ προφήτης πνευματικοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ ἐσόμενα προειδών, οὐκ ἐξομολογεῖται μόνον ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, ἀλλὰ καὶ διηγεῖται αὐτοῦ τὰ θαυμάσια.

3. Lætabor & exultabo in te: pſallam nomini tuo Altiſſime.

Arripit pro lætandi occaſione, non opes & potentiam, neque ſanitatem, neque bonam corporis habitudinem; ſed Dei memoriam. Sic & alibi ait: *Memor fui Dei, & delectatus ſum.* Et alibi: *Lætamini in Domino, & exultate iuſti.* Et rurſus: *Lætetur cor quærentium Dominum.*

Memoria Dei delectat.

Pſal.76,4.

Pſ.31,11.

Pſal.104,3

γ΄. Εὐφρανθήσομαι καὶ ἀγαλλιάσομαι ἐν σοί· ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε.

Θυμηδίας ἀφορμὴν οὐ πλοῦτον ἔχει, καὶ δυναστείαν, οὐδὲ ὑγίειαν, καὶ σώματος εὐεξίαν, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ τὴν μνήμην. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ λέγει· Ἐμνήσθην τοῦ θεοῦ, καὶ ηὐφράνθην. Καὶ ἑτέρωθι· Εὐφράνθητε ἐπὶ κύριον, καὶ ἀγαλλιᾶσθε δίκαιοι. Καὶ πάλιν· Εὐφρανθήτω καρδία τῶν ζητούντων τὸν κύριον.

4. In conuertendo inimicum

δ΄. Ἐν τῷ ἀποστραφῆναι τὸν ἐχθρόν μου

μου εἰς τὰ ὀπίσω, ἀσθενήσουσι, καὶ ἀπολοῦνται ἀπὸ προσώπου σου.

Ταῦτα ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν. Ἄσω τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε, ἀναστραφέντων τῶν ἐχθρῶν μου εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ προσκοψάντων, καὶ ἀπολωμένων ἐκ προσώπου σου. Ταῦτα δὲ ὁ προφήτης ὑπὲρ ἀνθρωπίνης διεξέρχεται φύσεως, ἅτε δὴ τοῦ ἀλάστορος ἀπαλλαγείσης, καὶ τὴν ἐλευθερίαν διὰ τῆς θείας χάριτος δεξαμένης. Οὐ γὰρ (ὥς τινες ὑπέλαβον) ἐξ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος οὗτος εἴρηται ὁ ψαλμός, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς αὐτόν, ὡς αὐτὰ διδάσκει τὰ ῥήματα.

ε΄. Ὅτι ἐποίησας τὴν κρίσιν μου, καὶ τὴν δίκην μου· ἐκάθισας ἐπὶ θρόνου, ὁ κρίνων δικαιοσύνην.

Καὶ ψῆφον ποίαν ἐξήνεγκας;

ϛ΄. Ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ὁ ἀσεβής· τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐξήλειψας εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Οὐ γὰρ ἠνέσχου, φησίν, ἐπὶ πλεῖστον περιϊδεῖν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν τυραννουμένην, ἀλλ' οἷόν τις δικαστὴς ἐφ' ὑψηλοῦ θρόνου καθίσας, τοιαύτην αὐτῷ τιμωρίαν ἐπήνεγκας, ὥστε λήθῃ παντελεῖ παραδοθῆναι τούτου τὴν μνήμην. Τὸ δέ· Ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ὁ ἀσεβής, οὕτως ἂν νοοῖτο. Διὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν μετ' ἐκείνους τῆς ἀληθείας κηρύκων προσήνεγκε τοῖς ἔθνεσι τὰ θεῖα δόγματα· ἐκείνων δὲ διαδεξαμένων, καὶ τῆς πλάνης ἀπαλλαγέντων, ἀπώλετο ὁ ἀσεβής, τοὺς ἀπατωμένους προσκυνοῦντας οὐκ ἔχων· καὶ ἔθνη δὲ νοοῖντο οἱ ἐχθροὶ οἱ νοητοί, καὶ ὁ ἀσεβὴς ὁ διάβολος.

ζ΄. Τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος, καὶ πόλεις καθεῖλες.

Ἐγυμνώθη γὰρ τῶν οἰκείων ὅπλων, οὐκ ἔχων τῆς ἀσεβείας τοὺς ὑπουργούς. Οἱ δὲ σφᾶς αὐτοὺς ἐκείνου καταστήσαντες ὄργανα, οὗτοι νῦν μεταταξάμενοι, τὸν κατ' ἐκείνου πόλεμον ἀνεδέξαντο. Καὶ αἱ πόλεις, τῆς ἐν αὐταῖς πάλαι πολιτευομένης ἀσεβείας καταλυθείσης, τῆς εὐσεβείας τὴν οἰκοδομὴν ἐδέξαντο. Τῶν γὰρ ἀδυνάτων ἦν δειμᾶσθαι τὴν εὐσέβειαν, μὴ πρότερον καταλύσαντας τὴν ἀσέβειαν.

meum retrorſum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua. PARAPHRASIS PATRVM.

Hæc Symmachus ſic expoſuit: *Cantabo nomini tuo Altiſſime, conuerſis inimicis meis retrorſum, & colliſis, atque perditis à facie tua.* Hæc autem Vates de humana natura commemorat, tamquam ab impoſtore diabolo liberata, & libertatem per diuinam gratiam conſecuta. Non enim (vt quidam ſuſpicati ſunt) ex perſona Saluatoris hîc Pſalmus dictatus eſt, ſed potiùs ad ipſum, vt ipſa verba docent. *Inimico repreſſo, laudandus Deus.*

5. Quoniam feciſti iudicium meum, & cauſam meam: ſediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam.

Et qualem ſententiam protuliſti?

6. Increpaſti Gentes, & periit impius: nomen eorum deleſti in æternum, & in ſæculum ſæculi.

Non enim permiſiſti, inquit, ipſum diutiùs naturam hominum deſpicere iam ſubiugatam; ſed inſtar iudicis cuiuſdam, in præcelſo ſolio ſedentis, talem ipſi pœnam impoſuiſti, vt memoria eius obliuione ſempiternâ deleretur. Hæc autem verba, *Increpaſti Gentes, & periit impius*, hunc habent ſenſum: q.d. Per ſanctos Apoſtolos, & ſucceſſores eorum præcones veritatis, attulit Gentibus diuina dogmata: quæ dum ipſæ receperunt, & ab errore liberatæ ſunt, periit impius, non ampliùs habens eos, quos ſeduxerat, ſectatores. Per Gentes etiam intelligi poſſent inimici ſpiritales, & per impium diabolus. *Per Apoſtolos impietas deleta.*

7. Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates * deſtruxiſti. ** Vulgata eorum*

Propriis enim armis orbatus eſt, cùm impietatis miniſtros non habeat. Qui verò ſeipſos inſtrumenta impietatis illius conſtituerunt, hi nunc mutati, bellum aduerſus ipſum ſuſceperunt. Et ciuitates, impietate, quæ in iis olim locum habebat, euersâ, pietatis ædificationem ſuſceperunt. Non enim fieri poterat vt pietas ædificaretur, niſi priùs impietas diruta eſſet. *Impietatis miniſtri exarmati.*

PARAPHRASIS PATRVM.

8. Periit memoria eorum cum ſonitu: & Dominus in æternum permanet.

Ruina regni diaboli.

Ille quidem, inquit, valdè manifeſtam omnibus & claram ruinam ſubiit. Nam, *cum ſonitu*, hoc ſignificat, ex metaphora domorum quæ terræ motu concidunt, magnumque ſtrepitum efficiunt. Noſter verò, inquit, Deus & Dominus ſempiternum robur, atque immortale regnum obtinet.

9. Parauit in iudicio thronum ſuum: & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iudicio.

Deus vnicuique iudicium tribuit.

Non enim tantùm in præſenti vita propriam potentiam demonſtrauit: verùm & in futura terribile ſuum iudicium omnibus hominibus oſtendet, ius reddens, & pro dignitate vnicuique retribuens.

10. Et factus eſt Dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.

Deus adeſt tempore opportuno.

In opportunitatibus, Aquila quidem, *in tempore*; Symmachus verò, *opportunè*, interpretati ſunt. Docet autem hic ſermo, vt in tempore opportuno ſalutem noſtram operatus ſit. Nam pauperem naturam humanam appellat, ob nimiam iniquitatis paupertatem.

11. Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine.

Sperent, Aquila & Symmachus, *confident*, dixerunt; verbo vtentes indicatiuo pro imperatiuo. Cùm enim, inquit, hæc ſalus à te effecta fuerit, ij qui te Deum ac creatorem didicerunt, in te ſpem ſuam collocabunt.

12. Pſallite Domino, qui habitat in Sion: annuntiate inter Gentes ſtudia eius.

Ex vetuſta Iudæorum opinione hoc ait: *Qui habitat in Sion.* Didicimus tamen & ex Apoſtolica doctrina, etiam cæleſtem quandam eſſe Sionem. *Studia* verò Symmachus, *artificia* expoſuit; Aquila verò *mutationes*. Reuerà enim maxima facta rerum omnium mutatio. Qui quondam inimici erant, amici

Studia Dei qualia.

η΄. Ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν μετ᾽ ἤχου· καὶ ὁ κύριος εἰς τὸν αἰῶνα μένει.

Ἐκεῖνος μὲν, φησὶν, ἔκδηλον ἅπασι καὶ διαφανῆ πεποίηκε τὴν ἀπώλειαν. Τὸ γὰρ, μετ᾽ ἤχου, τοῦτο σημαίνει, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὑπό τινος σεισμοῦ συμπιπτουσῶν οἰκιῶν, καὶ πολὺν ἐργαζομένων τὸν κτύπον. Ὁ δέ γε ἡμέτερος θεὸς, φησὶ, καὶ δεσπότης αἰώνιον ἔχει τὸ κράτος, καὶ τὴν βασιλείαν ἀνώλεθρον.

θ΄. Ἡτοίμασεν ἐν κρίσει τὸν θρόνον αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι.

Οὐ γὰρ μόνον κατὰ τὸν παρόντα βίον τὴν οἰκείαν δύναμιν ἔδειξεν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τὸ φρικῶδες αὐτοῦ δείξει κριτήριον πᾶσιν ἀνθρώποις, δικάζων, καὶ τὰ πρὸς ἀξίαν ἀπονέμων ἑκάστῳ.

ι΄. Καὶ ἐγένετο κύριος καταφυγὴ τῷ πένητι, βοηθὸς ἐν εὐκαιρίαις, ἐν θλίψεσι.

Τὸ ἐν εὐκαιρίαις ὁ μὲν Ἀκύλας εἰς καιρὸν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐπικαίρως, ἡρμήνευσε. Διδάσκει δὲ ὁ λόγος, ὡς ἐν προσφόρῳ καιρῷ τὴν ἡμετέραν ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν. πένητα γὰρ τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἀποκαλεῖ, διὰ τὴν πολλὴν τῆς παρανομίας πτωχείαν.

ια΄. Καὶ ἐλπισάτωσαν ἐπὶ σοὶ οἱ γινώσκοντες τὸ ὄνομά σου, ὅτι οὐκ ἐγκατέλιπες τοὺς ἐκζητοῦντάς σε κύριε.

Τὸ ἐλπισάτωσαν, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, πεποιθήσουσιν, εἶπον, ὁριστικῷ ἀντὶ προστακτικοῦ χρησάμενοι ῥήματι. Ταύτης γάρ, φησι, τῆς σωτηρίας παρὰ σοῦ γινομένης, οἱ ποιητήν σε καὶ θεὸν μεμαθηκότες, εἰς σὲ ἕξουσι τὰς ἐλπίδας.

ιβ΄. Ψάλατε τῷ κυρίῳ τῷ κατοικοῦντι ἐν Σιὼν· ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ.

Κατὰ τὴν πάλαι τῶν Ἰουδαίων δόξαν εἴρηκε, τῷ κατοικοῦντι ἐν Σιών. Μεμαθήκαμεν δὲ ὅμως καὶ ἐκ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας, καὶ ἐπουράνιον εἶναι Σιών. Ἐπιτηδεύματα δὲ ὁ Σύμμαχος μηχανὰς εἶπεν· ὁ δὲ Ἀκύλας ἐναλλαγάς. Τῷ ὄντι γὰρ ἐναλλαγὴ πραγμάτων μεγίστη ἐγένετο. Οἱ πάλαι ἐχθροὶ

φίλοι·

φίλοι· οἱ μακρὰν, ἐγγύς. Καὶ αἱ μηχαναὶ δὲ τοῦ σωτῆρος θεοπρεπεῖς. Ἀθανασία γὰρ διὰ θνητότητος ἐδωρήθη, καὶ διὰ θανάτου ζωὴ, καὶ δι' ἀτιμίας τιμή. Ταῦτα τὰ μηχανήματα, ταῦτα τοῦ θεοῦ ἡμῶν τὰ ἐπιτηδεύματα.

ιγ'. Ὅτι ὁ ἐκζητῶν τὰ αἵματα αὐτῶν ἐμνήσθη, οὐκ ἐπελάθετο τῆς κραυγῆς τῶν πενήτων.

Ὁ πάντα, φησὶν, ἐφορῶν, καὶ ἀκριβῶς ἐκζητῶν τὰ γινόμενα, εἶδε τὰς τολμωμένας ὑπὸ τοῦ διαβόλου διὰ ἀπάτης, τῶν ἀνθρώπων σφαγὰς, καὶ εἰς ἐπικουρίαν τῶν ἀδικουμένων ἐλήλυθεν. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ· Οὐκ ἐπελάθετο τῆς κραυγῆς τῶν πενήτων. Κραυγὴν γὰρ ἐνταῦθα οὐ τὴν προσευχὴν λέγει καὶ δέησιν, ἀλλὰ τὴν διὰ τῆς ἁμαρτίας ἐπεισελθοῦσαν ταλαιπωρίαν, δι' ἣν καὶ θάνατοι ἄωροι, καὶ θρῆνοι.

ιδ'. Ἐλέησόν με κύριε, ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου, ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου.

Τοιαύτη τις ἦν, φησὶν, ἡ τῶν ὀλοφυρμῶν τε καὶ θρήνων γινομένη κραυγὴ, οἷόν τινα αἴτησιν ἔχουσα περὶ τῶν κατεχόντων δεινῶν.

ιε'. Ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου, ὅπως ἂν ἐξαγγείλω πάσας τὰς αἰνέσεις σου.

Καὶ τοῦτό, φησὶν, ἐστι τὸ τέλος τῶν ἀγαθῶν, ἡ τῆς φθορᾶς ἀπαλλαγὴ, καὶ τοῦ θανάτου κατάλυσις, ἧς ἀπολαύσαντες, ἀεὶ τὰς σὰς εὐεργεσίας ὑμνήσομεν.

Ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών.

Σιὼν τὴν ἐπουράνιον πόλιν φησὶ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ πύλας ταύτης τὰς ἁπανταχοῦ ἐκκλησίας.

ις'. Ἀγαλλιασόμεθα ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου· ἐνεπάγησαν ἔθνη ἐν διαφθορᾷ, ᾗ ἐποίησαν.

Ἐν ταύταις τοίνυν, φησὶ, ταῖς ἐκκλησίαις ἀγαλλιώμενοι καὶ χορεύοντες, ἐπὶ τῇ ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως, τὸν τούτων πρόξενον ἀνυμνήσομεν. Καὶ ἐπειδὴ τῆς τοῦ θανάτου καταλύσεως ἐμνημόνευσεν, εἰκότως τὸ ἑξῆς ἐπάγει· Ἐνεπάγησαν ἔθνη, τουτέστι τῶν δαιμόνων τὸ στῖφος. Οὗτοι γὰρ τὸν σωτήριον σταυρὸν τεκτηνάμενοι, διὰ τούτου τῆς τυραννίδος ἐξέπεσον, κατὰ τὸ ἑξῆς.

ſunt; longinqui, proximi. Quin & Saluatoris artificia Deum decent. Nam immortalitas per mortalitatem donata eſt, per mortem vita, per ignominiam honor. Hæ ſunt artes, hæc ſunt ſtudia Dei noſtri. PARAPHRASIS PATRVM.

13. Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperum.

Qui omnia inſpicit, inquit, & exactè inquirit ea quæ fiunt, nouit cædes hominum audacter à diabolo per deceptionem patratas, & in auxilium iniuriâ affectorum venit. Hoc enim ſignificat: *Non eſt oblitus clamorem pauperum.* Clamorem namque hoc loco, non deprecationem ſeu preces dicit, ſed miſerias, quæ per peccatum ſuperuenerunt: propter quod & intempeſtiuæ mortes, & lamentationes. *Deus ſuis innat.* *Miſeria noſtra ad Deum clamant.*

14. Miſerere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.

Iſtiuſmodi, inquit, querelarum & lamentationum clamor extitit, vt quamdam veluti petitionem in ſe contineret de malis ingruentibus.

15. Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas.

Atque hæc, inquit, eſt ſumma bonorum, liberatio à corruptione, mortiſque euerſio: quâ vbi perfruiti fuerimus, perpetuò tua beneficia decantabimus.

In portis filiæ Sion.

Sionem vocat cæleſtem ciuitatem, iuxta Apoſtolum, & portas eius Eccleſias quæ vbique terrarum ſunt. *Sion ciuitas cæleſtis.* Hebr. 12, 22

16. * Exultabimus in ſalutari tuo: infixæ ſunt Gentes in interitu, quem fecerunt. * *Vulgata* Exultabo

In his igitur, inquit, Eccleſiis exultantes & tripudiantes, ob reſurgendi ſpem, horum largitorem celebrabimus. Et quoniam de mortis euerſione mentionem fecit, meritò ſubiungit: *Infixæ ſunt gentes,* id eſt dæmonum agmen. Hi namque, poſtquam ſalutarem crucem fabricaſſent, per hanc tyrannide ſuâ exciderunt, ſecundùm id quod ſequitur. *Reſurrectionis ſpes lætificat.*

In

PARAPHRASIS PATRVM.

In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.

Ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πούς αὐτῶν.

* Vulgata Cognoſcetur

17. * Cognoſcitur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.

ιζ΄. Γινώσκεται κύριος κρίματα ποιῶν· ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλός.

CANTICVM DIAPSALMATIS.

ΩΔΗ ΔΙΑΨΑΛΜΑΤΟΣ.

Nil peccato pernicioſius.

Nihil enim tam nociuum eſt quàm peccatum, quod ab auctore ſuo ſupplicium exigit.

Οὐδὲν γὰρ οὕτω διαφθείρει ὡς ἁμαρτία, ἥτις τὸν ἐργάτην αὐτῆς ἀπαιτεῖ δίκην.

18. Conuertantur peccatores in infernum, omnes Gentes quæ obliuiſcuntur Deum.

ιή. Ἀποστραφήτωσαν οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸν ᾅδην, πάντα τὰ ἔθνη τὰ ἐπιλανθανόμενα τοῦ θεοῦ.

Increduli morti obnoxij.

Hi, inquit, qui diuinæ prædicationi non crediderunt, ad inferos quamprimum deſcendent, mortique tradendi ſunt, & ne vel modicum nocumentum adferent iis qui perſecutionem ab ipſis patiuntur.

Οὗτοι, φησιν, οἱ τῷ θείῳ ἀπιστήσαντες κηρύγματι, εἰς τὸν ᾅδην ὡς τάχιστα καταλήψονται, καὶ τῷ θανάτῳ παραδοθήσονται, οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν βλάβην τοῖς ὑπ' αὐτῶν διωκομένοις ἐπάγοντες.

19. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

ιθ΄. Ὅτι οὐκ εἰς τέλος ἐπιλησθήσεται ὁ πτωχός· ἡ ὑπομονὴ τῶν πενήτων οὐκ ἀπολεῖται εἰς τέλος.

Matth. 24. 13. In perſeuerantia ſalus.

Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Deinde à longè propheticis oculis proſpiciens, pietatis præcones ab impiis affligi, optantis more ſubdit:

Ὁ γὰρ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. εἶτα προφητικῶς ὁρῶν τοὺς τῆς εὐσεβείας κήρυκας ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν λεηλατουμένους, εὐκτικῶς ὑπάγει·

20. Exurge Domine, non confortetur homo: iudicentur Gentes in conſpectu tuo.

κ΄. Ἀνάστηθι κύριε, μὴ κραταιούσθω ἄνθρωπος, κριθήτωσαν ἔθνη ἐνώπιόν σου.

* Vulgata vt addit.

21. Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos: * ſciant Gentes, quoniam homines ſunt.

κά. Κατάστησον κύριε νομοθέτην ἐπ' αὐτούς, γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν.

DIAPSALMA.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Sic, inquit, omnia faciunt, ac ſi nullas pœnas daturi eſſent. Superueniat igitur & infligatur ipſis ſupplicium loco legiſlationis.

Οὕτως, φησὶν, ἅπαντα πράττουσιν, ὡς μὴ μέλλοντες δοῦναι δίκην. Ἐπεξελθέτω τοίνυν, καὶ γινέσθω αὐτοῖς ἡ τιμωρία ἀντὶ νομοθεσίας.

PSALMVS X. SECVNDVM HEBRÆOS.

22. H. 1. Vt quid Domine receſſiſti longè; deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?

κβ΄. Ἵνα τί κύριε ἀφέστηκας μακρόθεν, ὑπερορᾷς ἐν εὐκαιρίαις, ἐν θλίψεσιν;

Videris enim, inquit, Domine longè ſtare, nec humana reſpicere, dum iniuriâ affectos non vlciſceris.

Δοκεῖς γάρ, φησι, πόρρωθεν ἑστάναι, δέσποτα, καὶ μὴ ὁρᾶν τὰ ἀνθρώπινα, τοῖς ἀδικουμένοις οὐκ ἐπαμύνων.

23. H. 2. Dum ſuperbit impius, inceditur pauper: comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant.

κγ΄. Ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι τὸν ἀσεβῆ, ἐμπυρίζεται ὁ πτωχὸς· συλλαμβάνονται ἐν διαβουλίοις οἷς διαλογίζονται.

Ὑπὸ

Ὑπὸ γὰρ τῆς ἀθυμίας, οἷον πυρὸς, οἱ ἀδικούμενοι κατατήκονται, τῶν ἀδικούντων τὴν ἀλαζονείαν θεώμενοι. Βλάβη δὲ αὐτοῖς γενήσεται, λογισμοῖς οὐκ εὐπρεπέσι χρωμένοις, ἀλλὰ περὶ τῆς σῆς προνοίας διχονοοῦσι.

κδ΄. Ὅτι ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ ἀδικῶν εὐλογεῖται.

Ὁ γὰρ ἁμαρτωλὸς μυρία παράνομα δρῶν, ἐπαίνους παρὰ τῶν κολάκων καρποῦται.

κε΄. Παρώξυνε τὸν κύριον ὁ ἁμαρτωλὸς, κατὰ τὸ πλῆθος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ οὐκ ἐκζητήσει.

Μανίᾳ γὰρ καὶ λύττῃ χρώμενος, ὡς οὐδενὸς ὑφορώμενος, εἰς πᾶσαν ἄττει παρανομίαν, οὐχ ἡγούμενος ἐκζητεῖν τὸν κριτὴν τὰ γινόμενα. Τοῦτο δὲ σαφέστερον τοῖς ἑξῆς λέγει.

κϛ΄. Οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς ἐνώπιον αὐτοῦ· βεβηλοῦνται αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ.

Παντελῶς γὰρ τοῦ θεοῦ νόμου καταφρονεῖ, καὶ πάντα καιρὸν εἰς παρανομίαν δαπανᾷ.

Ἀνταναιρεῖται τὰ κρίματά σου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ· πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κατακυριεύσει.

Καὶ τοιαῦτα δρῶν, κατευοδοῦται. εἶτα τοῦ τύφου τὴν ὑπερβολὴν ζωγραφεῖ.

κζ΄. Εἶπεν γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· οὐ μὴ σαλευθῶ ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν ἄνευ κακοῦ.

Σαφέστερον τοῦτο ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· Οὐ περιτραπήσομαι εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν, οὔτε ἔσομαι ἐν κακώσει. Καὶ ταύτῃ κέχρηται τῇ θρασύτητι, καὶ ἡγεῖται μηδὲν δεινὸν ὑποστήσεσθαι, πάντα μετιὼν τῆς κακίας τὰ εἴδη.

κη΄. Οὗ ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει, καὶ πικρίας, καὶ δόλου· ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ κόπος καὶ πόνος.

Δόλους γὰρ ῥάπτει, καὶ τυρεύει κακὰ, καὶ βίον ἔχει τὰς κατὰ τῶν πενήτων ἐπιβουλάς.

κθ΄. Ἐγκάθηται ἐν ἐνέδρᾳ μετὰ πλουσίων ἐν ἀποκρύφοις, τοῦ ἀποκτεῖναι ἀθῷον.

PARAPHRASIS PATRVM.

Mœror inſtar ignis conſumit.

Qui enim iniuriam patiuntur, in mœrore, veluti in quodam igne liqueſiunt, dum iniquorum ſuperbiam aſpiciunt. Detrimentum autem inde ipſis eueniet, qui cogitationibus conuenientibus non vtuntur, ſed de tua dubitant prouidentia.

24. H. 3. Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.

Peccator laudatur ab adulatoribus.

Peccator enim cùm mille flagitia committat, ab adulatoribus tamen laudes refert.

25. H. 4. Exacerbauit Dominum peccator; ſecundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret.

Impij contemnunt iudicium.

Nam cùm furore ac rabie vſus ſit, tamquam nemine proſpiciente, inſilit in omnem iniquitatem, non putans iudicem ea quæ patrantur inquirere. Deinde hoc in ſequentibus manifeſtiùs dicit.

26. H. 5. Non eſt Deus in conſpectu eius: inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.

Penitus enim legem Dei deſpicit, omneque tempus in iniquitatem impendit.

Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum ſuorum dominabitur.

Et tamen cùm hæc faciat, felix eſt. Deinde ſuperbiæ ipſius exceſſum deſcribit.

27. H. 6. Dixit enim in corde ſuo: Non mouebor à generatione in generationem ſine malo.

Impius dum felix eſt, nihil paſſurum ſe putat.

Manifeſtiùs hunc locum Symmachus explanauit, *Non conuertar in generationem & generationem, neque in afflictione ero.* Atque hac audaciâ vſus eſt, & cogitat ſe nihil mali paſſurum eſſe, cùm omnes malitiæ ſpecies percurrerit.

28. H. 7. Cuius maledictione os plenum eſt, & amaritudine, & dolo: ſub lingua eius labor & dolor.

Inſidiæ impij & cogitationes quales.

Dolos enim ſtruit, & contexit mala, ſuamque vitam in inſidiis contra pauperes agit.

29. H. 8. Sedet in inſidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem.

PARAPHRASIS PATRVM.

Et in conuentibus, & in conſeſſibus ſedens, inſidias quaſdam & artes innocentibus præparat.

30. H. 9. Oculi eius in pauperem reſpiciunt: inſidiantur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua.

Inſidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem, dum attrahit eum.

31. H. 10. In laqueo ſuo humiliabit eum, inclinabit ſe, & cadet, cùm dominatus fuerit pauperum.

Quemadmodum leo huc atque illuc circumfert oculum, eſcam quærens: ſic iſte dies noctesque rapinæ & auaritiæ artes excogitat. Attamen cùm omnibus ſuperior factus fuerit, minimè effugiet fauces mortis; ſed æquè ac ceteri homines ſepulchro tradetur.

32. H. 11. Dixit enim in corde ſuo: Oblitus eſt Deus, auertit faciem ſuam, ne videat in finem.

Impio nil prodeſt ſua impia cogitatio.

Nihil tamen ipſi proderunt impia illa verba, & cogitationes quòd non ſit Deus: ſed ex rebus ipſis cognoſcet, Deum omnium præſidem res humanas inſpicere. Ex impiis iſtis verbis mirum in modum exacerbatus Propheta, rurſus ad preces ſermonem conuertit, dicens:

33. H. 12. Exurge Dñe Deus meus, & exaltetur manus tua: & ne obliuiſcaris pauperum tuorũ in finem.

Impij putant Deum non curare res humanas.

Cùm peccatores impietati & iniquitati aſſueti per ea quæ faciunt, dictitent Deum oblitum eſſe; agedum doce ipſos per experientiam, te non eſſe immemorem, neque tuam faciem auertere; ſed eorum qui læduntur, curam gerere. Et illorum blaſphemiis vehementiùs exacerbatus, ſubiunxit:

34. H. 13. Propter quid irritauit impius Deum? Dixit enim in corde ſuo: Non requiret.

Sed licet milleſies hæc in mente reuoluat; tu tamen vides: ſic enim intelligendum eſt.

35. H. 14. Vides, quoniam tu laborem & * furorem conſideras: vt tradas * eum in manus tuas.

* Vulg. dolorem
* Vulg. eos

Καὶ ἐν συλλόγοις δὲ, καὶ ἐν συνεδρείοις καθήμενος, ἐνέδρας τινὰς καὶ μηχανὰς τοῖς ἀναιτίοις κατασκευάζει.

λ'. Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὸν πένητα ἀποβλέπουσιν· ἐνεδρεύει ἐν ἀποκρύφῳ, ὡς λέων ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτοῦ.

Ἐνεδρεύει τοῦ ἁρπάσαι πτωχὸν, ἁρπάσαι πτωχὸν, ἐν τῷ ἑλκύσαι αὐτόν.

λα'. Ἐν τῇ παγίδι αὐτοῦ ταπεινώσει αὐτὸν, κύψει, καὶ πεσεῖται ἐν τῷ αὐτὸν κατακυριεῦσαι τῶν πενήτων.

Καθάπερ ὁ λέων τῇδε κἀκεῖσε μεταφέρει τὸ ὄμμα, θήραν ἐπιζητῶν, οὕτως οὗτος νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας ἐπινοεῖ μηχανάς. Ἀλλ' ὅμως ὅταν πάντων περιγένηται, ἥκιστα διαφεύξεται τοῦ θανάτου τὸ στόμα· ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις παραπλησίως τῷ τάφῳ παραδοθήσεται.

λβ'. Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, ἐπιλέλησται ὁ θεὸς, ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, τοῦ μὴ βλέπειν εἰς τέλος.

Καὶ οὐδὲν αὐτὸν ὀνήσει τὰ δυσσεβῆ ῥήματα, οὐδὲ οἱ ἀθεότητος λογισμοί· ἀλλὰ δι' αὐτῶν γνώσεται τῶν πραγμάτων, ὡς ἐφορᾷ τὰ ἀνθρώπινα ὁ τῶν ὅλων πρύτανις. Ἐκ τῶν δυσσεβῶν τούτων ῥημάτων λίαν ἀνιαθεὶς ὁ προφήτης, πάλιν εἰς εὐχὴν τὸν λόγον μεταβάλλει, λέγων·

λγ'. Ἀνάστηθι κύριε ὁ θεός μου, ὑψωθήτω ἡ χείρ σου, μὴ ἐπιλάθῃ τῶν πενήτων σου εἰς τέλος.

Ἐπειδὴ οἱ δυσσεβείᾳ καὶ παρανομίᾳ συζῶντες, δι' ὧν πράττουσι λέγουσιν, ὡς ἐπιλέλησται ὁ θεός· δίδαξον αὐτοὺς διὰ τῆς πείρας, ὡς οὐκ ἐπιλέλησαι, οὐδὲ ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου, ἀλλὰ τῶν ἀδικουμένων κηδεμονίαν ποιεῖς. Καὶ σφοδρότερον ἀχθεσθεὶς διὰ τὰς ἐκείνων βλασφημίας ἐπήγαγεν·

λδ'. Ἕνεκεν τίνος παρώργισεν ὁ ἀσεβὴς τὸν θεόν; Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἐκζητήσει.

Ἀλλὰ κἂν μυριάκις ἐκεῖνος ταῦτα λογίσηται, σὺ βλέπεις· οὕτω γὰρ νοητέον.

ιδ'. Βλέπεις, ὅτι σὺ πόνον καὶ θυμὸν κατανοεῖς, τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν εἰς χεῖράς σου.

Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Σύμμαχος διέστειλεν, Ὁρᾷς, ὅτι σὺ μόχθον καὶ παροργισμὸν ἐποπτεύεις· καὶ ὁ Ἀκύλας· Εἶδες, ὅτι σὺ πόνον καὶ παροργισμὸν ἐπιβλέπεις. Κἂν μυριάκις, φησὶν, εἴπωσιν οἱ δυσσεβείᾳ συζῶντες, ὅτι οὐκ ἐπιβλέπεις τὰ ἀνθρώπινα, ἡμεῖς ἴσμεν ὅτι βλέπεις, καὶ ἐποπτεύεις τὰς τούτων παρανομίας, καὶ τὴν ἀξίαν αὐτοὺς εἰσπράττεις ποινήν.

Σοὶ ἐγκαταλέλειπται ὁ πτωχὸς, ὀρφανῷ σὺ ἦσθα βοηθός.

Διὰ τοῦτό σε ἱκετεύω.

λϛʹ. Σύντριψον τὸν βραχίονα τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ πονηροῦ.

Ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν μόνον τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ ζητῆσαι θελήσῃς. εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, παραυτίκα φροῦδος ἔσται, καὶ τῇ πανωλεθρίᾳ παραδοθήσεται. Τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰρηκώς·

Ζητηθήσεται ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ.

Διὰ αὐτήν· Καὶ τοῦτο δὲ σαφέστερον ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν· ἐκζητηθήσεται ἡ ἀσέβεια αὐτοῦ, ἵνα μὴ εὑρεθῇ αὐτός. Ἐκείνης γὰρ ζητουμένης, οὗτος ἀπόλλυται.

λζʹ. Κύριος βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον οἱ δυσσεβεῖς, οὐ ζητεῖ, οὐδὲ βλέπει, εἰκότως ὁ προφητικὸς λόγος διδάσκει, ὅτι βασιλεύσει· καὶ οὐχ ἁπλῶς βασιλεύσει, ἀλλ' εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἴδιον δὲ βασιλέως, προμηθεῖσθαι τῶν ἀρχομένων.

Ἀπολεῖσθε ἔθνη ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ.

Τὰ παρανομίᾳ συζῶντα, τὰ τὸ σωτήριον μὴ δεξάμενα κήρυγμα.

ληʹ. Τὴν ἐπιθυμίαν τῶν πενήτων εἰσήκουσας κύριε· τῇ ἑτοιμασίᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν προσέσχε τὸ οὖς σου.

Τὴν δὲ ἑτοιμασίαν, τὴν πρόθεσιν ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν. Οἶδας ἀκριβῶς, φησι, τίνος ἐπιθυμοῦσιν οἱ πένητες, καὶ ποίαν πρόθεσιν ἔχουσιν. Εἶτα ταύτην διδάσκει σαφέστερον.

λθʹ. Κρῖναι ὀρφανῷ καὶ ταπεινῷ.

Τούτου, φησὶν, ἐφίεται τῶν ἀδικουμένων ἕκαστος.

Sic enim & Symmachus diſtinxit, *Vides quoniam tu laborem & irritationem inſpicis:* & Aquila, *Vides quoniam tu laborem & irritationem intueris.* Licet infinities, inquit, dixerint impij, te minimè res humanas inſpicere; nos tamen nouimus te videre, & iſtorum iniquitates inſpicere, & condignam pœnam ab iis exigere. PARAPHRASIS PATRVM.

Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu * fuiſti adiutor. * Vulg. eris

Propterea te obſecro.

36. H. 15. Contere brachium peccatoris & maligni.

Erit autem hoc, ſi tantùm illius peccatum volueris inquirere. Si enim hoc fiat, repentè inanis erit, & ad extremam vſque perniciem redigetur. Hoc enim ſignificauit, cùm dixit: *Impius perit in iudicio.*

Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.

Propter ipſum peccatum. Et hoc explanatiùs Symmachus dixit: *Inquiretur impietas eius, vt non inueniatur ipſe.* Cùm enim illa inquiritur, hic perit.

37. H. 16. Dominus regnabit in æternum, & in ſæculum ſæculi.

Cùm enim impij dixiſſent, Non quærit, neque inſpicit; meritò propheticus ſermo docet Deum regnaturum eſſe: neque ſimpliciter regnaturum; ſed in ſæculum ſæculi. Proprium autem Regis eſt ſubditis conſulere ac prouidere. *Dei regnum æternum.*

Peribitis gentes de terra illius.

Quæ iniquitati aſſuetæ eſtis, quæque ſalutarem prædicationem non ſuſcepiſtis.

38. H. 17. Deſiderium pauperum * exaudiſti Domine: præparationem* cordis eorum audiuit auris tua. * Vulgata exaudiuit Dominus:

Præparationem, Symmachus vertit, *propoſitum.* Noſti, inquit, exactè cuius rei cupidi ſint pauperes, & quale habeant propoſitum. Deinde hoc docet dilucidiùs.

39. H. 18. Iudicare pupillo & humili.

Hoc, inquit, concupiſcit quilibet iniuriâ affectus.

COMMENTARIVS PATRVM.

Punitio impij, aliis prodeſt.

Vt non apponat vltrà magniſicare ſe homo ſuper terram.

Si enim ſupplicio afficiantur ij qui impiè ac iniquè viuunt, maxima hinc ceteris hominibus vtilitas accedet, dum iſtos inſpicient, & ſimilia patrare non audebunt.

Ἵνα μὴ προσθῇ ἔτι τοῦ μεγαλαυχεῖν ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς γῆς.

Τῶν γὰρ ἀσεβείᾳ καὶ παρανομίᾳ κεχρημένων κολαζομένων, ὄφελος ἔσαι μέγιστον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, εἰς τούτους ἀφορώντων, καὶ δρᾶν τὰ ὅμοια μὴ τολμώντων.

COMMENTARIVS.

Confeſſio duplex.

2. CONFITEBOR TIBI DOMINE.] Cùm duplex ſit confeſſio (nam & peccatorum execrationem ſignificat, & gratiarum actionem) hîc gratiarum actionem intelligit. Proprium autem eſt perfectorum, vt Deo totum cor offerant, eiq; mentem conſecrent. Quocirca etiam hic Propheta, vel vt ipſe benè affectus, vel ex perſona eorum qui Deo benè affecti ſunt: Gratias, inquit, agam tibi in toto corde meo, id eſt, cum omni diligentia, & alacritate, & animo vigilanti, pro malis à quibus liberatus ſum: & prædicabo gratias tuas, & opera magnifica, quibus benignè dignatus es virum probum cumulare. Cum gratiarum autem actione, ſimul etiam lætabor, &c. quòd talem habeam Dominum. Hoc mihi voluptati eſt, & in hoc exulto. Illud autem *pſallam*, ſecundùm conſuetudinem amantium dictum eſt. Etenim amantes amaſiis ſuis canticum canunt, cantu ſe ipſos conſolantes. Sic etiam Propheta, cùm Deum videre non poſſet, facit illi canticum, vt hoc modo ipſi fiat coniunctus.

Gratiæ Deo agendæ ex toto corde.

Amantibus familiaris eſt cantus.

4. IN CONVERTENDO.] Ac ſi quiſpiam occlamaret, Pro quo gratias agis? Conuerſis, inquit, inimicis meis, & poſt terga relictis: quod alius vertit, *conuerſis inimicis meis, retrorſum cedentibus, & perditis à facie tua.* Quoniam feciſti iudicium meum, & me defendiſti. Illud autem, *à facie tua*, idem eſt ac ſi dicat: Sufficit ſola tua præſentia ad perdendos improbos. Obſerua vero viri philoſophiam. Non ipſemet vlciſcitur inimicos ſuos, ſed Deo id committit. Humano autem more dixit, Sediſti, &, iuſtè iudicaſti. Hoc enim ſignificant iſta verba, *Qui iudicas iuſtitiam.* Deinde declarans vltionis facilitatem, Tantùm, inquit, increpaſti, & perdidiſti; ſufficit enim etiam ſola Dei increpatio ad perdendos vltores. Cùm verò increpatio etiam correctionem ſignificet,

Præſentia Dei perdit impios.

β'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ.] Διπλῆς οὔσης τῆς ἐξομολογήσεως (τήν τε γὰρ κατάγνωσιν τῶν ἁμαρτιῶν σημαίνει, τήν τε εὐχαριστίαν,) νῦν τὴν εὐχαριστίαν φησίν. Ἴδιον δέ ἐστι τῶν τελείων, τὸ πᾶσαν ἀνατιθέναι τῷ Θεῷ τὴν καρδίαν, καὶ καθιεροῦν τὴν διάνοιαν. Διὸ καὶ ὁ παρὼν προφήτης, ἢ ὡς αὐτὸς εὖ πεπονθὼς, ἢ ὡς ἐκ προσώπου τῶν εὖ πεπονθότων· Εὐχαριστήσω σοί, φησιν, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου· τουτέστι μετὰ σπουδῆς ἁπάσης, καὶ προθυμίας, καὶ νηφούσης ψυχῆς, ὑπὲρ ὧν ἐρρύσθην κακῶν, καὶ ἀνακηρύξω τὰς εὐχαριστίας σου, καὶ μεγαλουργίας, ἐφ' οἷς ἠξιώθης ἀγαθοδότης χρηστοῖς. Μετὰ τοῦ εὐχαριστεῖν δὲ, καὶ εὐφρανθήσομαι, καὶ ἑξῆς· τοιοῦτον ἔχων δεσπότην. Τοῦτό μοι ἡδονὴ, τοῦτό μοι ἀγαλλίασις. Καὶ τὸ ψαλῶ δὲ κατὰ τὸ τῶν φιλούντων εἴρηται ἔθος. Καὶ γὰρ οἱ ἐρῶντες, εἰς τοὺς φιλουμένους ᾆσμα ᾄδουσι, διὰ τῆς ᾠδῆς ἑαυτοὺς παραμυθούμενοι. Οὕτω καὶ ὁ προφήτης, ἐπειδὴ τὸν Θεὸν ἰδεῖν οὐκ ἠδύνατο, ᾆσμα ποιεῖ εἰς αὐτὸν, διὰ τούτων αὐτῷ συγγινόμενος.

δ'. ΕΝ ΤΩ ΑΠΟΣΤΡΑΦΗΝΑΙ.] Ὥσπερ τινὸς ἀντικρούσαντος, ὑπὲρ τίνος εὐχαριστεῖς; Ἀναστραφέντων, φησὶ, τῶν ἐχθρῶν μου, καὶ κατὰ νώτου γενομένων· ὅπερ ἕτερος, ἀνατραπέντων τῶν ἐχθρῶν μου, ὀπίσω προσκοψάντων, καὶ ἀπολουμένων ἀπὸ προσώπου σου. Ὅτι ἐποίησας τὴν κρίσιν μου, καὶ ὑπερεδίκησάς μου. Τὸ δὲ, ἀπὸ προσώπου σου, ἀντὶ τοῦ, ἀρκεῖ μόνη ἡ ἐμφάνεια, ἀπολέσαι τοὺς πονηρούς. Ὅρα δὲ φιλοσοφίαν. οὐκ αὐτὸς ἀμύνεται τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλὰ τῷ Θεῷ παραχωρεῖ. Ἀνθρωποπαθέστερον δὲ, τὸ ἐκάθισας, καὶ δικαίως ἐδίκασας. Τοῦτο γὰρ βούλεται δηλοῦν τό· Ὁ κρίνων δικαιοσύνην. Εἶτα τὸ εὔκολον τῆς ἀμύνης δηλῶν, ἐπετίμησας μόνον, φησὶ, καὶ ἀπώλεσας· ἀρκεῖ γὰρ καὶ μόνη ἡ τοῦ Θεοῦ ἐπιτίμησις ἀπολέσαι τοὺς κολάζοντας. Ἐπεὶ δὲ ἡ ἐπιτίμησις καὶ διόρθωσιν σημαίνει,

εἴποι

εἴποι ἄν τις, Διορθουμένων τῶν ἐθνῶν ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων, ἀπολέσθαι τὸν ἀσεβῆ, σβεσθείσης αὐτοῦ τῆς ἐπιβωμίου κνίσσης, καὶ παυθείσης. Ἐπιτιμηθέντων γὰρ τῶν ἐθνῶν, καὶ πρὸς κύριον ἐπιστρεψάντων, ὁ ἐν αὐτοῖς ἐνεργῶν, ἅτε υἱοῖς οὖσιν ἀπειθείας, διάβολος ἀπώλετο μετὰ τῶν ναῶν τῶν εἰδωλικῶν, οἳ ὡς πόλεις συνεῖχον τοὺς πρὸς δυσσέβειαν ἀφορῶντας, καὶ οὕτως ἀπώλοντο, ὡς μηδὲ ἴχνος ὑπολειφθῆναι. Ἔστιν ἐκλαβεῖν τοῦτο καὶ κατὰ τὴν τελευταίαν κρίσιν. Τότε γὰρ τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπιτιμωμένων, καὶ ὁ διάβολος κυρίως ἀσεβὴς ἀφανισθήσεται.

ζ'. ΤΟΥ ΕΧΘΡΟΥ ΕΞΕΛΙΠΟΝ ΑΙ ΡΟΜΦΑΙΑΙ ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ.] Τί τοῦτό, φησιν, ὅτι τὰς μηχανὰς αὐτοῦ καὶ τὰς βουλὰς ἀναλώσας, ἔρημον τῶν οἰκείων ὅπλων ἐποίησας, σὺν αὐταῖς πόλεσιν ἀφανίσας, ὡς συναπολέσθαι τὴν μνήμην αὐτῶν μετ' ἤχου, ὡς ἐξάκουστον γενέσθαι καὶ τοῖς πόῤῥω αὐτῶν τὴν ἀπώλειαν. τὸ γὰρ διολώλεκεν διὰ τούτου καὶ τὴν πανωλεθρίαν φησὶν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν πιπτουσῶν οἰκιῶν, καὶ πολὺν ἐργαζομένων τὸν ψόφον. Κηδεμονίας δὲ θείας καὶ τὸ, μὴ λανθανόντως ταῦτα ποιεῖν, ἵνα ταῖς ἑτέρων συμφοραῖς ἕτεροι βελτιῶνται. Ἐπάγει δὲ τὸ, ὁ κύριος εἰς τὸν αἰῶνα μένει. Ἄλλος δὲ κατιδεῖται, ἅμα μὲν δηλῶν, τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίκηρον, καὶ τοῦ θεοῦ τὸ ἀΐδιον· ἅμα δὲ φοβῶν τοὺς ἀσεβοῦντας, ὡς τοῦ ἐπαμύνοντος αὐτοῖς ὄντος ἀτελευτήτου, καὶ μένοντος, καὶ μετ' ὑπερβολῆς κολάζοντος.

θ'. ΗΤΟΙΜΑΣΕΝ ΕΝ ΚΡΙΣΕΙ ΤΟΝ ΘΡΟΝΟΝ ΑΥΤΟΥ.] Τὸ ἡτοίμασεν, ἄλλος φησὶν ἥδρασεν. Ὅρα δὲ πῶς κατὰ μικρὸν ἀνάγει τὸν λόγον. Μνημονεύσας γὰρ θρόνου, δείκνυσι καὶ τοῦ θρόνου τὴν φύσιν, οὐκ ἐν ξύλῳ οὖσαν, ἀλλ' ἐκ δικαιοσύνης ἱδρυμένην· καὶ νῦν μὲν τὰ παρόντα, νῦν δὲ τὰ μέλλοντα προαναφωνεῖ, τὴν τε καθόλου κρίσιν διὰ τῆς ἐκ μέρους πιστούμενος, ὥστε μὴ τοὺς ἀναισθήτους ἀπρονόητα εἶναι νομίζειν τὰ ὄντα. Οἰκουμένην δὲ εἰπὼν, ἐπήγαγε λαοὺς, τὴν τροπικὴν ἡρμήνευσεν ὀνομασίαν, ἣν ὡς ἀπὸ τοῦ περιέχοντος εἰλήφει.

ι. ΚΑΙ ΕΓΕΝΕΤΟ ΚΥΡΙΟΣ ΚΑΤΑΦΥΓΗ.] Δικάσας ἐκείνους, ἡμῖν τοῖς ταπεινωθεῖσι τοὐναντίον ἐγένετο καταφυγὴ καὶ βοήθεια, ὅτε μάλιστα τῆς βοηθείας ἐχρῄζομεν, αὐτὶ τοῦ ἐπικαίρως.

dicere quis poſſit, Gentibus ab Apoſtolis correctis, perditum eſſe impium, altaris ipſius nidore extincto, & ceſſante. Quando enim Gentes increpationem ſuſtinuere, & ad Dominum conuerſæ ſunt, is qui in ipſis operabatur, vtpote filiis infidelitatis, diabolus euerſus eſt, vnà cum fanis idolorum, quæ quaſi ciuitates quædam, continebant eos qui ad impietatem ſpectabant; atque ita funditus euerſa ſunt, vt nullum eorum relictum ſit veſtigium. Poteſt hoc etiam accipi de iudicio extremo. Tunc enim peccatoribus reprehenſis, etiam diabolus, qui verè impius eſt, delebitur.

COMMENTARIVS PATRVM.

Apoſtoli extinxerunt impietatem.

7. INIMICI DEFECERVNT FRAMEÆ IN FINEM.] Quid, inquit, hoc ſibi vult, quòd, artibus eius & conſiliis eluſis, propriis ipſum armis ſpoliaueris, vnà cum vrbibus ipſis ſic eum abolendo, vt ſimul memoria earum cum ſonitu perierit, & procul etiam diſſitis ruina earum innotuerit. Per hoc enim ingentem & omnimodam vaſtitatem deſignat, ex metaphora corruentium ædificiorum, & ingentem ſtrepitum concitantium. Illud autem etiam diuinæ eſt prouidentiæ, quòd haud clanculùm hæc faciat, vt alienis calamitatibus ceteri emendentur. Subiungit autem illud: *Dominus in æternum permanet*. Alius autem hæc coniungit cum præcedentibus, vt ſimul declaret, & hominis mortalitatem, & Dei perpetuitatem; ſimulque terreat impios, eò quòd ipſorum vindex ſit immortalis, ſemper permaneat, & ſupra modum puniat.

Impius cum ſonitu perit.

Publicæ punitionis vtilitas.

9. PARAVIT IN IVDICIO THRONVM SVVM.] Illud *parauit*; alius ait, *firmauit*. Vide autem quomodo ſenſim ſermonem ad ſuperna ducat. Cùm enim throni meminiſſet, oſtendit etiam throni huius naturam, haud in ligno, ſed ex iuſtitia conſtitui: & modò quidem præſentia, modò verò futura prædicit, vniuerſale iudicium per particulare confirmans; ne rudiores exiſtimarent abſque prouidentia res geri. Cùm autem dixiſſet *orbem terræ*, ſubiunxit *populos*, figuratam explicans appellationem, quam tamquam à continente acceperat.

Iuſtitia thronus Dei.

10. ET FACTVS EST DOMINVS REFVGIVM.] Qui ipſos iudicat, nobis humiliatis è diuerſo factus eſt refugium & auxilium, quando maximè auxilio egebamus, id eſt, opportunè.

COMMENTARIVS PATRVM.

Auxilium opportunum quale.

Duplicem enim aſſignat opportunitatem; tum quòd adiuuet, tum quòd in tribulatione iuuet: opportunitatem vocans tempus tribulationis. Nam ſemper quidem opus habemus adiutorio Dei; etiam in rebus proſperis; tunc verò opitulationem potiſſimùm ſentimus, quando in tribulatione ſumus. Hanc ob

Refugium ſuorum Deus.

cauſam, inquit, (quòd nimirum refugium ſis) qui nouerunt, id eſt ſciunt te, tibíque deuoti ſunt, ſatis validam habebunt anchoram, ſpem ſcilicet in te fundatam. Qui enim ex ſuperna ſpe pendet, ne in ipſis quidem aduerſitatibus turbabitur. Quocirca alius vertit, *& confident*, ſeu, *fiduciam habebunt*. Cùm enim dixiſſet quòd factus ſit refugium, quòd factus ſit adiutorium; oſtendit etiam quâ ratione: ſi nempe ſperemus, & ipſum diligenter inquiramus. *Nemo* enim *ſperauit in Domino, & confuſus eſt.* *Eccli. 2,11*

12. Psallite Domino.] Habitationem hîc non vocat incluſionem (eſt enim infinita & immenſa eius maieſtas) ſed affectum ſeu

Qualiter Deus in nobis habitet.

familiaritatem, quam in loco iſto oſtendebat, vt hac demiſſione Iudæos ad ſe alliceret. Quin & in nobis etiam habitare perhibetur, non quòd à nobis contineatur; ſed quòd nobiſcum familiariter agat. Sion autem etiam, ſecundùm anagogen, Eccleſiam deſignat.

Beneficia Dei commemoranda.

Duo verò præcipit: vt nimirum ſtudia ſeu beneficia ipſius honore proſequamur, atque annuntiemus, quoniam & annuntiantibus, & audientibus hoc prodeſt. Symmachus pro ſtudiis *artes*, vertit; Aquila verò, *mutationes*. Verè enim immutatio facta eſt: quoniam qui procul, propè; & qui in tenebris, in lumine; & Iudæi quidem remoti, Gentes verò propinquæ factæ ſunt. Quarum ſanguinem exquirens, cædes ſcilicet à diabolo inſidioſè

Pœna differtur, vt pœnitendi occaſio detur.

patratas rememorans, in auxilium venit. Oſtendit hoc loco, nullam fore cædem impunè patratam. Quòd verò non è veſtigio vindicta ſubſequatur, ideò fit, vt pœnitendi anſa præbeatur. Clamorem autem vocat hîc mentis affectum, non vocis ſonum. Verba verò illa, *Non eſt oblitus*, vim magnam habent: vt ſignificent eos aſſiduè quidem inclamaſſe, ſed non ſtatim initio voti compotes extitiſſe.

Διπλῆν γὰρ λέγει τὴν εὐκαιρίαν, ὅτι τε βοηθεῖ, καὶ ὅτι ἐν θλίψει, εὐκαιρίαν τὸν τῆς θλίψεως καλῶν καιρόν. Ἀεὶ μὲν γὰρ τῆς βοηθείας Θεοῦ δεόμεθα, καὶ ἐν εὐημερίαις, ἀλλὰ πλέον ἐν θλίψει τῆς συμμαχίας ἐπαισθανόμεθα. Ἐκ δὲ ταύτης τῆς αἰτίας, ἤτοι τοῦ γενέσθαι σε καταφυγὴν, οἱ γινώσκοντές σε, τουτέστιν οἱ εἰδότες, οἱ ἀνακείμενοι, ἱκανὴν ἄγκυραν ἕξουσι τὴν ἐλπίδα τὴν εἰς σέ. Ὁ γὰρ τῆς ἄνωθεν ἑαυτὸν ἀπαρτήσας ἐλπίδος, οὐδ᾽ ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς θορυβηθήσεται. Διὰ τοῦτο ἕτερός φησι, Καὶ πεποιθήσουσιν, ἤτοι θαῤῥήσουσιν. Ἐπεὶ γὰρ εἶπεν, ὅτι γέγονε καταφυγὴ, ὅτι γέγονε βοήθεια, δείκνυσι καὶ πῶς γίνεται· ὅτι ἐλπιζόντων ἡμῶν, καὶ ἐκζητούντων αὐτὸν μετὰ σπουδῆς. Οὐδεὶς γὰρ ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, καὶ κατῃσχύνθη.

ιβ΄. ΨΑΛΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Οἴκησιν ἐνταῦθα οὐ τὸ περικεκλεῖσθαι (ἀπερίγραπτος γὰρ αὐτοῦ καὶ ἀπερίοριστος ἡ μεγαλοσύνη) ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸν τόπον σχέσιν λέγει καὶ οἰκειότητα, διὰ τὸ τοὺς Ἰουδαίους διὰ τῆς συγκαταβάσεως ταύτης πρὸς αὐτὸν ἐπισπᾶσθαι. Καὶ ἐν ἡμῖν γὰρ οἰκεῖν λέγεται, οὐ περιεχόμενος ὑφ᾽ ἡμῶν, ἀλλ᾽ ὡς πρὸς ἡμᾶς ἔχων οἰκείως. Σιὼν δὲ καὶ ἡ ἐκκλησία κατὰ ἀναγωγήν. Δύο δὲ προστέτακται, καὶ δοξάζειν, καὶ κηρύττειν αὐτοῦ τὰ ἐπιτηδεύματα, ἤτοι τὰς εὐεργεσίας, καὶ τοῖς λέγουσι γὰρ τοῦτο κέρδος, καὶ τοῖς ἀκούουσιν. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ ἐπιτηδεύματα, μηχανάς· ὁ Ἀκύλας, ἐναλλαγάς. Ἐναλλαγὴ γὰρ τῷ ὄντι γέγονεν, ὅτι οἱ μακρὰν ἐγγὺς, καὶ ἐν φωτὶ οἱ ἐν σκότει, καὶ Ἰουδαῖοι μὲν πόῤῥω, τὰ δὲ ἔθνη πλησίον. Ὧν τὰ αἵματα ἐκζητῶν, ἤτοι τὰς τολμωμένας ὑπὸ τοῦ διαβόλου σφαγὰς δι᾽ ἀπάτης, ἐπιμνησθεὶς, εἰς ἐπικουρίαν ἐλήλυθεν. Ἐνταῦθα δείκνυσιν, ὅτι οὐκ ἔστι φόνος τολμώμενος ἀτιμώρητος. Ἡ δὲ μὴ κατὰ πόδας ἐκδίκησις, ἔνδοσίς ἐστι πρὸς μετάνοιαν. Κραυγὴν δὲ τὴν διάθεσιν τῆς διανοίας λέγει, οὐ τὸν τόνον τῆς φωνῆς. Ἔχει δὲ καὶ τὸ, οὐκ ἐπελάθετο, ἔμφασιν, ὡς ἐκεῖνοι μὲν συνεχῶς ἐπεκάλουν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ προοιμίων ἐτύγχανον.

ιδ΄. ΕΛΕΗΣΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ.] Ὅρα αὐτὸν διηνεκῶς τῇ εὐχῇ προσηλωμένον, καὶ μηδὲ μετὰ τὸ ἐν ἀσφαλείᾳ γενέσθαι, ἀφιστάμενον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν μελλόντων παρακαλοῦντα. Ἀεὶ γὰρ

Orandum etiam poſt liberationem.

14. Miserere mei Domine.] Aduerte vt aſſiduò incumbat orationi, neque iam in ſecuritate conſtitutus ab eadem deſiſtat, ſed pro futuris etiam deprecetur. Semper enim

γὰρ δεόμεθα τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, μάλιστα δὲ ἐν τῇ τῶν κακῶν ἀπαλλαγῇ· χαλεπώτερος γὰρ τότε διαδέχεται πόλεμος ὁ τῆς ἀπονοίας, καὶ ῥαθυμίας· καὶ τότε μᾶλλον ὁ διάβολος σφοδρότερον πνεῖ. Δυσχερὲς γὰρ εὐημερίας ἐνεγκεῖν μᾶλλον, ἢ δυσπραγίαν. Προστίθησι δὲ καὶ ἕτερον δικαίωμα τοῦ ἐλέους, τὸ παθεῖν κακῶς. Ἴδε, γάρ φησι, τὴν ταπείνωσίν μου ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου. Καὶ γὰρ πρός σε καταφεύγω τὸν κηδεμόνα, τὸν ἀεί με ῥυσάμενον, καὶ οὐκ ἀπαλλάξαντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑψώσαντα, ἤτοι λαμπρὸν καὶ ὑψηλὸν ἀποδείξαντα. Ἐκ τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν, τὸ πολὺ καὶ διάφορον τῶν κινδύνων δηλῶν. Εἶδες αὐτὸν ἐν τῇ περὶ τῶν μελλόντων αἰτήσει, ὑπὲρ τῶν παρελθόντων εὐχαριστοῦντα. Καὶ ἄλλως δὲ ὁ λαβὼν τὴν οἰκείαν αἴσθησιν, καὶ γνῶσιν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος, εὐχῆς τρόπῳ ἐρεῖ· Ἐλέησόν με, καὶ ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου, ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου γεγενημένην. Αὐτοὶ γὰρ ἐταπείνωσαν, καθελκύσαντές με, σὺ δὲ μόνος δύνασαι δι' ἀγαθότητα ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου ὑψῶσαί με, ἅπερ εἰσὶν ἁμαρτίαι. Τί δὲ ποιήσω, τούτου τυχών; Ἐξαγγελῶ πάσας τὰς αἰνέσεις σου, ἤτοι τοὺς ἐπαίνους, ἐν τῷ θείῳ σου ναῷ. Ὃ γὰρ τοῖς ἄλλοις παρῄνεσε διὰ τοῦ, ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι, τοῦτο καὶ αὐτὸς ποιεῖ, καὶ οὐχ ἑνὸς ἢ δυοῖν παρόντων, ἀλλ' ἐν μέσῳ θεάτρῳ. Τοῦτο γὰρ διὰ τοῦ, ἐν ταῖς πύλαις, ᾐνίξατο. Καὶ τοῦτό μοί ἐστι στέφανος, τὸ διὰ σοῦ σωτηρίας ἀπολαῦσαι. Τὸ γὰρ ἑτέρως σωθῆναι ζητεῖν, ἀπώλειά ἐστιν.

ιϛ'. ἘΝΕΠΑΓΗΣΑΝ ἘΘΝΗ.] Διαφθορὰν, τὴν κακίαν λέγει. οὐδὲν γὰρ οὕτω διαφθείρει, ὡς κακία. Ἐπειδὴ περὶ δίκης διελέχθη, αὕτη δὲ οὐ κατὰ πόδας ἕπεται, δείκνυσι καὶ ἀφ' ἑαυτῶν τοὺς πονηροὺς ὑπομένειν τὴν τιμωρίαν. Τί γὰρ τοῦ πονηροῦ ἀσθενέστερον, οἰκείοις ὅπλοις τῇ κακίᾳ ἁλισκομένου; Καὶ ὅρα πῶς κυρίως ταῖς λέξεσιν ἐχρήσατο. Ἐνεπάγησαν, κατὰ κράτος κατεσχέθησαν, ἄφυκτος αὐτοῖς γέγονεν ἡ ἐπιβουλή. Καὶ πάλιν· Ἐν παγίδι, ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθησαν· τουτέστι, δεσμοῖς ἀλύτοις περιεπάρησαν, ὡς εἶναι αὐτοῖς ἄφυκτα τὰ κακά. Δείκνυσι δὲ αὐτῶν καὶ ἄλλην κατηγορίαν. διὰ τί γὰρ κρύπτουσιν, ἐπειδὴ αἰσχύνης ἦν. Διὰ τοῦτο καὶ λανθάνειν ἐμηχανῶντο. Καὶ τί ἐκ τούτου κατωρθοῦτο; Γινώσκεται κύριος κρίματα ποιῶν,

COMMENTARIVS PATRVM.

enim Dei prouidentiâ opus habemus, præſertim in malorum liberatione. Periculoſius enim tunc bellum inſtat, cùm à vecordia, tum à ſocordia; atque tunc diabolus vehementiùs inſtigat. Difficilius enim eſt, rectè proſperam, quàm aduerſam fortunam ferre. Adiungit verò & alterum motiuum miſericordiæ, quòd malè habeatur. *Vide*, enim inquit, *humilitatem meam de inimicis meis.* Etenim ad te confugio, qui mei curam habes, & ſemper me liberaſti; neque liberaſti ſolùm, verùm etiam exaltaſti, ſiue illuſtrem ac ſublimem reddidiſti. *De portis mortis:* per hoc declarans periculorum multitudinem ac varietatem. Vidiſti ipſum, dum pro futuris deprecatur, de præteritis etiam gratias referre. Ceterùm qui rerum etiam ſuarum ſenſum, atque diuinæ benignitatis notitiam percipit, is per modum orationis dicet: *Miſerere mei, & vide humilitatem meam,* ab inimicis meis procuratam. Ipſi enim humiliarunt attrahentes me, tu autem ſolus potes per bonitatem de portis mortis exaltare me, quæ ſunt peccata. Quid porrò faciam, hoc adeptus? *Annuntiabo omnes laudes tuas,* ſiue laudationes in templo ſancto tuo. Quod enim aliis commendauit, cùm dixit, *Annuntiate inter Gentes*; hoc & ipſe facit; idque non vno alteróve præſentibus, ſed in medio theatro. Hoc enim inſinuauit per iſta verba, *in portis.* Atque hæc mihi corona eſt, vt per te ſalutem adipiſcar. Nam aliter ſaluari velle, perditio eſt.

Peccata ſunt portæ mortis.

16. INFIXÆ SVNT GENTES.] *Interitum*, malitiam vocat. Nihil enim ſic interimit, vt malitia. Cùm de iudicio verba fecerit, hoc autem è veſtigio non ſubſequatur, oſtendit etiam improbos à ſemetipſis pœnam ſuſtinere. Quid enim imbecillius eſt improbo, qui propriis armis, ſcilicet, iniquitate, capitur? Et vide quàm propriè vocibus his vſus ſit. *Infixæ ſunt*, violenter detentæ ſunt, inextricabiles ipſis factæ ſunt inſidiæ. Et rurſus: *In laqueo quem abſconderunt, comprehenſi ſunt.* id eſt, vinculis inſolubilibus affixi ſunt, ita vt ipſis ineuitabilia ſint mala. Oſtendit verò & aliam ipſorum accuſationem. Cur enim eum abſcondunt? quoniam turpis erat. Idcircò etiam latere conantur. Atqui quid hinc boni euenit? *Cognoſcitur Dominus iudicia faciens,* id

Malitia auctorem ſuum perimit.

COMMENTARIVS PATRVM.

Punitionis fructus.

id eſt puniens, pœnas irrogans. Non enim eos tantùm qui puniuntur, diligentiores reddit; ſed & doctrinam cognitionis ſuæ illuſtriorem reddere ſatagit. *In operibus*, inquit, *manuum ſuarum*, non Dei, ſed ipſorum. Variat autem hîc orationem: modò quidem ſupernum ſupplicium inſinuans, modò ipſam pœnam peccati. Illud quidem ſignificat, dum ait, *Cognoſcitur Dominus iudicia faciens*; hanc verò, dum ait, *Infixæ ſunt*; & *Operibus manuum ſuarum*. Non enim ſolam quæ à Deo eſt, pœnam commemorat, quia futura eſt; nec ſolùm eam quæ à peccato prouenit; quia libenter ipſi huic immorantur; ſed vtramque diſtinctè explicat. Ne ergo exiſtimes quòd alteri ruinam ſtruas, dum illi inſidiaris; tibi enim ipſi retia plectis.

Impietas mortem parit.

18. CONVERTANTVR PECCATORES.] Iterùm manet in iiſdem, oſtendens malitiam ſupplicium habere cohereditarium, & quòd impietas mortem, atque peccatum pericula pariat: quodque iam quidem impij extollantur, quòd nullo malorum ſuorum ſupplicio afficiantur; futurum autem ſit tempus iudicij, in quo pœnas dabunt delictorum; vt cognoſcant, quòd non in finem expectatio manſuetorum obliuioni tradenda ſit, neque ipſi ſemper tolerandi, ſed pœnas daturi. Non enim patietur Deus, vt qui iniuriis afficiũtur, ſemper in inſidiis verſentur. hoc enim ſignificat illud, *In finem*; ſed omnino mercedem accipient. *Pauperes* autem hîc vocat contritos corde: hi enim ad tolerandum aptiſſimi ſunt: eſt tamen & alia paupertas aptior ad virtutem.

Deus dicitur exurgere dum punit.

20. EXVRGE DOMINE.] Petit iniuriam paſſis opem ferri. *Exurge*, id eſt, vindica, adiuua, puni iniquos, & ſupplicium ipſis ſit inſtructio, quoniam pro libitu ac voluntate cuncta perpetrant. Rectè autem fecit, nuda ipſa nomina ponendo. *Non confortetur homo*, qui puluis eſt de terra. *Iudicentur in conſpectu tuo*, quod alius vertit, *ſecundùm faciem tuam*. Idcircò alius ait, *Incute ipſis metum*. Vide autem, vt non tam pœnam petat, quàm correctionem. Et audi quæ ſequuntur.

21. SCIANT GENTES, QVONIAM HOMINES SVNT.] Obliti ſunt, inquit, naturæ ſuæ, ſemetipſos ignorarunt. Illos igitur ab arrogantia reducendo, vtiliter iudica. Alius verò

τουτέστι κολάζων, ἐπεξιών. Οὐ γὰρ τοὺς κολαζομένους μόνον σπουδαιοτέρους ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτοῦ θεογνωσίας ἐκλάμπειν παρασκευάζει τὸν λόγον. ἐν τοῖς ἔργοις, φησὶ, τῶν χειρῶν αὐτοῦ, οὐ τῶν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῶν ἑαυτοῦ. Ποικίλλει δὲ, ποτὲ μὲν τὴν ἄνωθεν τιμωρίαν ἐπάγων, ποτὲ δὲ τὴν ἀπὸ τῆς κακίας δίκην. Ἐκεῖνο διὰ τοῦ, γινώσκεται κύριος κρίματα ποιῶν· τοῦτο, διὰ τοῦ, ἐνεπάγησαν, καὶ, τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ. Οὔτε γὰρ μόνην τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ λέγει τιμωρίαν, ἐπειδὴ μέλλει· οὔτε ἀπὸ τῆς κακίας, ἐπειδὴ ταύτῃ ἐμφιλοχωρεύουσιν· ἀλλ᾽ ἑκατέρωθεν ῥυθμίζει τὸν λόγον. ὥστε μὴ νόμιζε ἑτέρῳ κατασκευάζειν μηχάνημα, ὅταν ἐπιβουλεύσῃς, σαυτῷ γὰρ πλέκεις τὰ δίκτυα.

ιη. ΑΠΟΣΤΡΑΦΗΤΩΣΑΝ ΟΙ ΑΜΑΡΤΩΛΟΙ.] Ἐπιμένει δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, δεικνὺς τὴν κακίαν συγκεκληρωμένην ἔχουσαν τὴν κόλασιν, καὶ ὅτι ἡ ἀσέβεια θάνατον τίκτει, καὶ ἡ ἁμαρτία κινδύνους, καὶ ὅτι νῦν μὲν ἐπαίρονται οἱ ἀσεβεῖς, ἀναισθήτως ἔχοντες τῶν ἰδίων κακῶν· ἔσται δὲ καιρὸς κρίσεως, ὅταν δίκας δώσουσι τῶν πεπλημμελημένων· ὡς ἂν γνῶσιν, ὅτι οὐκ εἰς τέλος ἡ προσδοκία τῶν πραέων ἐπιλησθήσεται, οὐδὲ ἀεὶ ἐκείνοις ἡ ἄνεσις, ἀλλὰ δώσουσι δίκην. Οὐ γὰρ ἀνέξεται ὁ Θεὸς, τοὺς ἀδικουμένους ἐν ἐπιβουλαῖς εἶναι διαπαντός. Τοῦτο γὰρ τὸ, εἰς τέλος· ἀλλὰ πάντως ἀπολήψονται τὸν μισθόν. πένητας δὲ νῦν, τοὺς τὴν καρδίαν συντετριμμένους φησίν· οὗτοι γὰρ μάλιστα πρὸς ὑπομονὴν ἐπιτήδειοι. ἀλλὰ καὶ ἡ ἑτέρα πενία ἐπιτηδειοτέρα πρὸς ἀρετήν.

κ΄. ΑΝΑΣΤΗΘΙ ΚΥΡΙΕ.] Ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδικουμένων βοηθείας παρακαλεῖ. Ἀνάστηθι, ἀντὶ τοῦ ἐπέξελθε, βοήθησον, κόλασον τοὺς ἀδικοῦντας, καὶ γενέσθω αὐτοῖς ἡ τιμωρία νομοθεσία, ἐπειδὴ ὡς αὐτόνομοι πάντα πράττουσι. Καλῶς δὲ ἐποίησε, θεὶς γυμνὰ τὰ ὀνόματα. Μὴ κραταιούσθω ἄνθρωπος, ὁ ἐκ γῆς ἡ σποδός. κριθήτωσαν ἐνώπιον σου ὅπερ ἄλλος, κατὰ πρόσωπόν σου. διὰ τοῦτο ἕτερος, κατάστησον φόβημα αὐτοῖς. Ὅρα δὲ, ὡς οὐ κόλασιν αἰτεῖ, ἀλλὰ νουθεσίαν. καὶ ἄκουε τῶν ἑξῆς.

κα΄. ΓΝΩΤΩΣΑΝ ΕΘΝΗ ΟΤΙ ΑΝΘΡΩΠΟΙ ΕΙΣΙΝ.] Ἐπελάθοντο, φησι, τῆς φύσεως, ἠγνόησαν ἑαυτούς. κατενεγκὼν οὖν αὐτοὺς τῆς ἀλαζονείας, ἐπ᾽ ὠφελείᾳ κρῖνον. Ἄλλος δὲ ἐπιλάμψαι φησὶν,

φησὶ, εὔχεται διὰ τοῦ ἀνάστηθι, τοῦ μονογενοῦς ἐπὶ τῆς γῆς· ὡς ἂν ὁ μεγαλαυχήσας ὡς θεὸς προσκυνεῖσθαι, ταπεινωθῇ τὴν θεότητος δόξαν κλεποφορήσας. οὕτω γὰρ κριθέντος, τότε καὶ τὰ ἔθνη συνήσουσιν, ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν οἱ προσκυνηθέντες.

ait, ipſum per verbum *exurge*, Vnigeniti in terra illuſtrationem exoptare, vt is qui inſoleſcens ſibi diuinum cultum arrogarat, humilietur, vt qui diuinam gloriam furto ſibi vendicarit. Cùm enim ita fuerit iudicatus, tum etiam Gentes agnoſcent, quoniam homines ſunt qui adorabantur.

COMMENTARIVS PATRVM. *Exurgente Deo, interit impietas.*

PSALMVS X. SECVNDVM HEBRÆOS.

κβ΄. ΙΝΑ ΤΙ ΟΥΝ, ΚΥΡΙΕ ΑΦΕΣΤΗΚΑΣ;] Ἐκ προσώπου ταῦτα τῶν θλιβομένων φησὶν ὁ προφήτης, παρακαλῶν, οὐκ ἐγκαλῶν. Πολλοὶ γὰρ τῶν θλιβομένων ὑπὸ τῆς ὀδύνης, καὶ πρὸ τοῦ προσήκοντος καιροῦ ἀξιοῦσι γενέσθαι τὴν κρίσιν. Προστίθησι δὲ καὶ τὰ συμβαίνοντα, δι' ἃ ὀδυνῶνται· ἐν τῷ μὴ φέρειν, φησὶ, τὴν εὐημερίαν τῶν πονηρῶν. Τὸ ἐν εὐκαιρίαις δὲ, ἕτερος, ἐν καιροῖς θλίψεως· ὡσεὶ λέγων, δοκεῖς πόρρωθεν καὶ μὴ ἐφορᾷν τὰ ἀνθρώπινα, τοῖς ἀδικουμένοις οὐκ ἐπαμύνων. Ὑπὸ δὲ τῆς ἀθυμίας, οἷον ὑπό τινος πυρὸς, οἱ ἀδικούμενοι κατατήκονται, τῶν ἀδικούντων τὴν ἀλαζονείαν μὴ φέροντες, ἀλλὰ διαφλεγόμενοι τὴν διάνοιαν. Τοῦτο γὰρ τό.

κγ΄. ΣΥΛΛΑΜΒΑΝΟΝΤΑΙ ΕΝ ΔΙΑΒΟΥΛΙΟΙΣ.] Ἢ ἀντὶ τοῦ, συλλήπτορας ἔχουσι καὶ συναγωνιστὰς ἐν οἷς ἀδικοῦσιν. Ἄλλος δὲ, συλληφθήτωσαν ἐν διαβουλίοις· καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκων, ἐπήγαγεν, Ὅτι ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐφ' οἷς ἐγκαλύπτεσθαι ἔδει, ἐφ' οἷς αἰσχύνεσθαι, καὶ ὑπὸ τούτων ἐπαινέτας ἔχει τοὺς κόλακας. ἢ ὅτι τοσαύτη γέγονέ σου ἡ ἀνεξικακία, ὡς οἴεσθαί τινας τῶν ἀπείρων θείων δογμάτων, εὐλογεῖσθαι τοὺς τοιούτους παρὰ σοῦ, καὶ ἀποδεκτοὺς εἶναι.

κε΄. ΠΑΡΩΞΥΝΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ Ο ΑΜΑΡΤΩΛΟΣ.] Ὅρα ποῦ αὐτὸν προέβη τὰ τῆς κακίας. Τί λέγω, φησὶν, ὅτι πτωχοὺς λυπεῖ; αὐτὸν τὸν θεὸν παροξύνει. Καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, οὐκ ἐκζητήσει θεόν. Ὅπερ ἕτερος, κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ μετεωρισμοῦ αὐτοῦ, ἤτοι τῆς ἀπονοίας. Καὶ ἄλλος δὲ διττῶς τοῦτο νοεῖται, καὶ ἀναγινώσκεται. κατὰ μὲν ἦθος, οὕτως· παρώξυνε τὸν κύριον ὁ ἁμαρτωλὸς, κατὰ τὸ πλῆθος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ οὐκ ἐκζητήσει. Καὶ τίς λόγος τοῦ μὴ ἐκζητῆσαι; Κατὰ δὲ ἀπόφασιν οὕτως· ὁ μὲν ἁμαρτωλὸς παρώξυνε τὸν κύριον (ὅσον εἰκὸς

22. H. 1. VT QVID IGITVR DOMINE RECESSISTI?] Loquitur iſta Vates ex perſona tribulatorum, inuocans, non increpans. Multi enim eorum qui aliquâ moleſtiâ tribulantur, etiam ante tempus competens, poſtulant fieri iudicium. Adiungit etiam illa propter quæ affliguntur: Quoniam, inquit, ægrè ferunt felicitatem improborum. *In opportunitatibus* verò, alius vertit, *in temporibus tribulationis*. q. d. Videris eminus, & non cominus, reſpicere humana, dum iniuriis affectos non vlciſceris. A puſillanimitate verò, non ſecùs atque igne quopiam, depaſcuntur hi qui iniuriam patiuntur, dum iniuriantium ſe ſuperbiam non ferentes, mente aduruntur. Hoc enim ſignificant verba iſta.

Felicitas impiorum affligit pios.

23. H. 2. COMPREHENDVNTVR IN CONSILIIS.] Siue etiam q. d. Adiutores & commilitones habent in iniquitatibus. Alius autem vertit, *comprehendantur in conſiliis:* & huius rei cauſam edocens, ſubiunxit: Quoniam laudatur peccator in his, in quibus oportebat ipſum latere & confundi: atque horum laudatores habet adulatores. Vel quia tanta fuit tua tolerantia, vt nonnulli, qui in diuinis Litteris minùs verſati ſunt, exiſtimarent iſtiuſmodi à te benedici, tibique gratos eſſe & acceptos.

Peccator laudatur in malo.

25. H. 4. EXACERBAVIT DOMINVM PECCATOR.] Vide, quò ipſum malitia prouexerit. Quid dico, inquit, quòd pauperes contriſtet? ipſummet Deum exacerbat. *Et ſecundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret* Deum. Quod alius vertit, *ſecundùm multitudinem elationis ſuæ*, ſiue inſolentiæ. Alius verò duplici modo hoc intelligit, ac legit: moraliter quidem ſic, *Exacerbauit Dominum peccator, ſecundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret*. Atqui quæ ratio eſt non quærendi? Negatiuè verò ſic: *Peccator quidem exacerbauit Dominum* (quantum nempe poterat peccator)

Peccator probos contriſtat, Deum exacerbat.

COMMENTARIVS PATRVM.

peccator) *verumtamen Deus non requiret,* quatenus iram diſtulit. *Si enim iniquitates obſeruaueris, quis ſuſtinebit?* Secundùm priorem quidem ſenſum conſequenter, *Non eſt,* inquit, *Deus in conſpectu eius.* Sed cùm eiecerit Dei timorem ex animo, omnibus ſuis cogitationibus coinquinatur, ſemper in malitia verſatur, iniqua facinora aggrediendo, & iudicia tua (id eſt iuſtæ ſententiæ) ablata ſunt: non vult enim ſcire, quoniam iudex iuſtus es. Quin & inimicis, inquit, ſuis præponitur; vel, vt alius reddit, omnes inimicos ſuos exſibilat.

Peccator abyicit timorem Dei.

27. H. 6. DIXIT ENIM IN CORDE SVO.] Alius vertit, *dicens in corde ſuo, Non conuertar in generationem & generationem.* Non ero in defectione. Vidiſti inſolentiam, vidiſti amentiam, vidiſti in quale barathrum præcipitatus ſit propter laudationem adulatorum? Oportebat enim ſuſcipere eos qui reprehendunt & corrigunt; hic verò cùm perniciosè adulantes admitteret, ſic inflatus eſt, vt & timorem Dei & iudicia eius obliuioni mandauerit. Obſerua igitur quæ cogitet: *Non mouebor*, ſed ero mali expers. Quid hoc inſanius, quàm vt homo fragilis, & mille mutationibus obnoxius, talia ſibi imaginetur, cunctaque ſibi ob proſperitatem immobilia fore exiſtimet?

Adulatio confirmat in malo.

28. H. 7. CVIVS OS MALEDICTIONE PLENVM.] Neque, inquit, à peccato linguæ abſtinet: quin etiam mentitur ac decipit, atque omnia facit quæ noceant inferiori. q. d. Nihil profert boni, ſed quæcumque ſuſcipientibus laborem & moleſtiam creabunt. Cùm enim permanentem habere ſperet proſperitatem, amaritudine ac dolo os eius impletum eſt. Porrò Symmachus legit, *inſidet inſidians iuxta portas, in occultis, vt occidat innocentem*; Septuaginta legunt, *cum diuitibus*: nempe diuites vocant eos qui in malis diteſcunt, ſiquidem hi ſpiritu pauperibus opponuntur. Id eſt, nullum relinquit abſque infeſtatione, ſed aduerſus omnes egreditur, collocans inſidias diuitibus pauperibusque, atque oculos in pauperem, tamquam captu facilem, intendit.

Studia peccatoris qualia.

30. H. 9. INSIDIATVR IN ABSCONDITO.] Deinceps hoc modo loquitur de ipſo, ac ſi in feram mutatus eſſet; vt dolos, verſutias,

ἁμαρτωλὸν) οὐ μὴν ὁ Θεὸς ἐκζητήσει, καθ' ὅσον ὑπερβάλετο ὀργισθῆναι. Ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃ, τίς ὑποστήσεται; Κατὰ δὲ τὴν προτέραν ἔννοιαν ἑπομένως· Οὐκ ἔστι, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐνώπιον αὐτοῦ. Ἀλλ' ἐκβαλὼν τὸν θεῖον φόβον ἐκ τῆς ψυχῆς, δι' ὅλων τῶν ἐνθυμημάτων αὐτοῦ βεβηλοῦται, διὰ παντὸς ἐν κακίᾳ διατρίβει, ἀνόμοις ἐπιχειρῶν πράξεσι, καὶ τὰ κρίματά σου (ἤγουν αἱ κρίσεις) ἀνῄρηνται· οὐ βούλεται γὰρ εἰδέναι, ὅτι κριτὴς εἶ δίκαιος. Ἀλλὰ καὶ τῶν ἐχθρῶν, φησὶν, ὑπερτίθεται, ἢ ὡς ἄλλος, πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐκφυσᾷ.

κζ'. ΕΙΠΕ ΓΑΡ ΕΝ ΚΑΡΔΙΑ ΑΥΤΟΥ.] Ἄλλος, Λέγων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐ περιτραπήσομαι εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Οὐκ ἔσομαι ἐν κακώσει. Εἶδες ἀπόνοιαν, εἶδες ἄνοιαν, εἶδες εἰς οἷον βάραθρον ἐξετραχηλίσθη διὰ τοῦ τῶν κολάκων ἐπαίνου; δέον γὰρ ἀποδέχεσθαι τοὺς αἰτιωμένους, καὶ διορθουμένους. Ὁ δὲ τοὺς ἐπ' ὀλέθρῳ κολακεύοντας προσιέμενος, οὕτως ἐφυσήθη, ὡς ἐπιλαθέσθαι φόβου Θεοῦ, καὶ τῶν κριμάτων αὐτοῦ. Ὅρα γοῦν οἷα λογίζεται· Οὐ μὴ σαλευθῶ, ἀλλ' ἔσομαι ἄνευ κακοῦ. Τί τούτου ἀνοητότερον, τὸ ἄνθρωπον ὄντα ἐπίκηρον, καὶ μεταβολαῖς ὑποκείμενον μυρίαις, τοιαῦτα φαντάζεσθαι, καὶ ἀκίνητα αὐτῷ πάντα νομίζειν, διὰ τῆς εὐπραγίας;

κη'. ΟΥ ΑΡΑΣ ΤΟ ΣΤΟΜΑ ΑΥΤΟΥ ΓΕΜΕΙ.] Οὐδὲ τῆς διὰ γλώσσης, φησὶν, ἀπέχεται ἁμαρτίας, ἀλλὰ καὶ ψεύδεται, καὶ ἀπατᾷ, καὶ πάντα ποιεῖ ὅσα τὸν ὑποδεέστερον βλάπτει. Οἷον, οὐδὲν προσφέρει χρηστὸν, ἀλλ' ὅσα τοῖς δεξαμένοις πόνον ἐμποιήσει καὶ κόπον. Παραμονὴν γὰρ ἔξειν ἐλπίσας τὴν εὐημερίαν, πικρίας καὶ δόλου τὸ στόμα πεπλήρωται. ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἐγκάθηται ἐνεδρεύων παρὰ τὰς πύλας ἐν ἀποκρύφοις, ἀποκτεῖναι ἀναίτιον. μετὰ πλουσίων, οἱ ἑβδομήκοντα ἔχουσιν. ἢ πλουσίους, τοὺς ἐν κακοῖς πλουτοῦντας· οὗτοι γὰρ τοῖς τῷ πνεύματι πτωχοῖς ἀντίκεινται. ἢ ἀντὶ τοῦ, οὐδένα ἀφίησιν ἀπολέμητον, ἀλλὰ κατὰ πάντας χωρεῖ, τιθεὶς ἐνέδρας κατὰ πλουσίων, κατὰ πενήτων, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς εἰς εὐάλωτον τὸν πένητα ἔχει.

λ'. ΕΝΕΔΡΕΥΕΙ ΕΝ ΑΠΟΚΡΥΦΩ.] Ὡς θηρίου αὐτοῦ λοιπὸν γενομένου, οὕτως περὶ αὐτοῦ διαλέγεται, τοὺς δόλους, τοὺς λόχους,

τὰς

τὰς ἐπιβουλὰς ἐκπομπεύων. Τὸ δὲ ἐν ἀποκρύφοις, τὴν ἀόρατον αὐτοῦ προσβολὴν αἰνίττεται. Καλῶς δὲ λέοντι ἀπείκασε τὸν πλεονέκτην, ἁρπακτικῷ θηρίῳ. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ὑποκάθηται ἐπὶ τῷ ἁρπάσαι τὰ ἀσθενέστερα, καὶ ἑλκύσαι εἰς τὴν μάνδραν, καὶ καταφαγεῖν· οὕτω καὶ οὗτοι κατὰ τῶν πενήτων διαπράττονται. Τί δὲ αὐτοῖς ἀπαντήσει, τοιούτοις οὖσι; ἐπάγει· Κύψει, καὶ πεσεῖται. Ὅταν γάρ, φησι, νομίσῃ κεκρατηκέναι τοῦ πένητος, καὶ περιγεγονέναι, τηνικαῦτα, οἷον διολισθούσης τῆς παγίδος, αὐτὸς ἐμπεσεῖται, καὶ ἀπολεῖται, δίκας τιννύων τῆς παρανομίας· ἢ ἀντὶ τοῦ θανάτου τὸ στόμα οὐ διαφεύξεται. Τίνος ἕνεκεν;

λβʹ. Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ.] Εἶδες εἰς ὅσον βάραθρον ἀπωλείας κάτεισιν, οἷα δόγματα συνάγει ἐν ψυχῇ. ἃ διὰ τὸ αἰσχυντὸν ἐξενεγκεῖν μὲν οὐ τολμᾷ, παρ' ἑαυτῷ δὲ στρέφει, πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπομαχόμενος, καὶ ἑαυτὸν ἀπατῶν, μὴ εἶναι Θεὸν ἔφορον διανοεῖται. Ἀλλ' ὁ μὲν τοιαῦτα λογιζόμενος, ἀδεῶς ἁμαρτάνει. Σὺ δὲ δίδαξον αὐτόν, ὡς τῶν ἀδικουμένων προνοεῖς, καὶ οὐκ ἐπιλέλησαι· καὶ ὡς ἐξ ὕπνου ἀναστάς, ἀνωτέραν δεῖξον τῆς ἐκείνων γνώμης τὴν ἀπὸ σοῦ τιμωρίαν, καὶ κόλασον μὲν ἐκείνους, φεῖσαι δὲ τῶν ἀδικουμένων. Μὴ ὑψωμένης γὰρ κατὰ τῶν ἀδικούντων τῆς σῆς χειρός, προπετέστεροι γίνονται. εἶτα σφοδρότερον ἀχθεσθεὶς ταῖς ἐκείνων τόλμαις καὶ βλασφημίαις, ἐπήγαγεν ἕνεκεν τίνος παρώργισεν ὁ ἀσεβής. Ἄλλος ἀντὶ τοῦ ὑψωθήτω, ἔπαρον τὴν χεῖρά σου. Ἀλλὰ κἂν μυριάκις λογίζηται, σὺ βλέπεις, καὶ τὴν ἀξίαν εἰσπράττεις ποινήν. Πλὴν μακροθυμεῖς, ἕως ἐμπέσωσιν εἰς χεῖράς σου, ἀνθρωπικώτερον λέγων, τουτέστιν, ἀνεξικακεῖς, καὶ ἐξ ἀρχῆς δυνάμενος ἑλεῖν καὶ χειρώσασθαι, ὥστε τῇ ὑπερβολῇ τῆς πονηρίας αὐτοὺς παραδοθῆναι, μὴ μεταγνόντας διὰ τῆς ἀνοχῆς. εἰ δὲ ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἢ τό, βλέπεις ὅτι σὺ πόνον καὶ θυμὸν κατανοεῖς, οὕτως ἔχει, ὡς ἂν εἴπῃ· ὁρᾷς σὺ τὸν πόνον τῶν πενήτων, καὶ κατανοεῖς τῶν ἐμπυριζομένων πτωχῶν τὸν θυμόν, ἐπὶ τῇ τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὑπὸ πάντων εὐαρεστήσει, ἤγουν ἐκτόπως γλιχόμενον διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ὕβριν, τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν εἰς χεῖράς σου. Ὁρᾷς τοίνυν ὁ τούτων ἐπόπτης, ὅτι σοὶ ἐγκαταλέλειπται ὁ πτωχός,

& inſidias ipſius exaggeret. Illa autem verba, *In occultis*, inuiſibilem eius aſſultum inſinuant. Pulchrè autem leoni aſſimilauit auarum, vtpote rapaci feræ. Quemadmodum enim hic ſe proſternit ad imbecilliora capienda, & in cauernam attrahenda, & deuoranda; ita & illi aduerſus pauperes factitant. Quid autem ipſis ſe opponat, cùm tales ſint? ſubiungit: *Inclinabit ſe, & cadet.* Quando enim, inquit, putabit ſe in poteſtatem ſuam redegiſſe pauperem, ac ſuperaſſe; tunc quaſi laqueo diſrupto, ipſemet incidet, ac peribit, iniquitatis ſuæ pœnas pendens: id eſt, mortis os minimè effugiet. Quare?

COMMENTARIVS PATRVM.

Auarus leoni ſimilis.

32. H. 11. DIXIT ENIM IN CORDE SVO.] Vidiſti in quantum perditionis barathrum incidat, & qualia in animum ſuum dogmata admittat; quæ præ pudore quidem in apertum producere non audet, ſecum autem animo verſat, veritati repugnans; & ſemetipſe decipiens, putat non eſſe Deum inſpectorem. Is quidem qui talia in animum inducit, ſine timore peccat. Tu autem doce ipſum, quomodo iniuriâ affectis prouideas, & eorum non ſis oblitus: & quaſi de ſomno exurgens, oſtende ſupplicium tuum eſſe ſupra captum illorum; atque ipſos quidem puni, ſed iniuriam paſſis parce. Niſi enim aduerſus iniquos manus tua exaltetur, fiunt inſolentiores. Deinde ipſorum auſibus ac blaſphemiis vehementiùs indignatus, ſubiunxit cauſam, cur impius ipſum exacerbauerit. Alius pro *exaltetur, Leua*, inquit, *manum tuam.* Verùm, licet millies ipſe hoc cogitet, tu vides, & dignam pœnam infligis. Verumtamen ſuſtines, donéc incidant in manus tuas; humano more hoc dicens. id eſt, mala toleras, licet ab initio poſſis illa tollere & coërcere, ita vt ex abundantia malitiæ ſuæ pœnis tradantur, dum non reſipiſcunt propter dilationem ſeu tolerationem. Quòd ſi ab alio capite erant illa verba, *Vides, quoniam tu laborem & furorem conſideras:* ita intelligenda. q. d. Vides tu laborem pauperum, atque egenorum excandeſcentium furorem conſideras, ex peccatoris in rebus omnibus proſperitate conceptum, quàm ſcilicet vehementer gliſcat, propter immanem eius inſolentiam, vt tradas eum in manus tuas. Vides igitur qui hæc inſpicis, quoniam *tibi derelictus eſt pauper,*

Impietas atheiſmum parit.

Impij inſoleſcunt ob dilationem pœnæ.

Pauperum Deus adiutor.

COMMENTARIVS PATRVM.

orphano tu fuiſti adiutor. Contere ergo *brachium peccatoris & maligni*; vt omnibus conſtet, ipſum incaſſum laboraſſe. Quare dum ſtudium ipſius ſine ſcopo certo exantlatum inquiritur, haudquaquam opus eius reperitur. Aliter ſic Symmachus: *Vides quoniam tu laborem & irritationem inſpicis, vt ponantur in manibus tuis*: hoc per hæc ſignificans, q.d. Tu laborem hominum, & opera quæ te irritant, inſpiciens, vides quoniam tibi derelictus eſt pauper. Contere igitur brachium peccatoris & maligni, & dele robur eorum in malo. Non enim tam peccatores, quàm robur eorum, id eſt fomitem nequitiæ, conteri poſtulat, & eos ſubire pœnas, ac rationem reddere geſtorum. Magnitudinem verò facinorum demonſtrans, Si exquiſiueris, inquit, peccatum maligni, ipſe non inuenietur, ſed iniquus ob ipſum peribit. Peccatum autem hîc vocat fruſtraneum peccantium in rebus futilibus laborem. Nam verè fruſtraneis laboribus incumbens malignus, laborat quidem, ſed inanis ſtudij mercedem refert: vnde dum id inquiritur, propter quod laborare voluit, minimè reperitur. Vel quæretur cùm ſe mundauerit. Sciendum eſt autem, peccatorem quidem eſſe illum qui affectu voluptatis & incontinentiâ peccat; malignum verò, qui ſciens ac volens malum patrat.

Peccatorum labor inanis.

Peccatoris & maligni differentia.

37. H. 16. DOMINVS REGNABIT IN ÆTERNVM.] Loquitur hæc ad eos qui perturbantur, propterea quòd non mox pœnas dent maligni. Atque hoc dilatans: Quid times, inquit? Non enim Deus temporarius iudex eſt, quoniam regnum eius non habet finem: etſi iam non dent, omnino dabunt: manet enim iudex, & perpetuò regnat. Vides vt prolixiorem ſermonem fecerit de ſtudiis iniquorum? Hoc enim malè affici, eſt malè agere. Horum petit exterminationem, dum ait illos perituros, & omnimodum interitum ipſis minitatur, vt & illi reſpirent, & hi reſipiſcant. Gentes autem vocat improbos; quippe qui non viuant ſecundùm legem, ſed iuxta Gentilem & barbaricam immanitatem. Vel etiam terra Dei, eſt cor bonum: ex quo Gentes exterminantur, id eſt, prauæ cogitationes. Vel Domino regnante in ſæculum, Gentes peribunt, id eſt, immutabuntur, & ad aliam

Deus iudex perpetuus.

Mali à Deo exterminantur.

Cor bonum terra Dei.

ὀρφανῷ σὺ ἦσθα βοηθός. Σύντριψον οὖν τὸν βραχίονα τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ πονηροῦ, ὅπως ἅπασι φανῇ εἰς ἀνύπαρκτον κεκοπιακώς. Διὸ ζητουμένης τῆς ἀστόχου σπουδῆς αὐτοῦ, τὸ ἔργον οὐχ εὑρίσκεται. Ἕτερος ὁ Σύμμαχος· Ὁρᾷς ὅτι σὺ μόχθον καὶ παροργισμὸν ἐποπτεύεις, ἵνα τεθῶσιν εἰς χεῖράς σου, τοῦτο διὰ τούτων σημαίνων· Σὺ ὁ τὸν μόχθον τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ παροργίζοντά σε ἔργα αὐτῶν ἐπισκοπῶν, ὁρᾷς ὅτι σοὶ ἐγκαταλέλειπται ὁ πτωχός. Σύντριψον οὖν τὸν βραχίονα τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ πονηροῦ, καὶ ἀφάνισον τὴν ἐπὶ κακῷ ἰσχὺν αὐτῶν. οὐ γὰρ τοὺς ἁμαρτωλούς, ἀλλὰ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν ἀξιοῖ συντριβῆναι, τὸ ὑπέκκαυμα τῆς πονηρίας, καὶ εὐθύνας ὑποσχεῖν, καὶ λόγον δοῦναι τῶν πεπραγμένων. Καὶ δεικνὺς τὸ τῶν πεπραγμένων μέγεθος, εἰ ἐκζητήσεις, φησί, τὴν ἁμαρτίαν τοῦ πονηροῦ, αὐτὸς οὐ μὴ εὑρεθῇ, ἀλλ' ἀπολεῖται ὁ πονηρὸς δι' αὐτήν. Ἁμαρτίαν δὲ ἐνταῦθα τὸν ἐπὶ τοῖς ματαίοις ἄστοχόν φησι τῶν ἁμαρτωλῶν πόνον. Ἀστόχοις γὰρ τῷ ὄντι ἐπιβάλλων κόποις ὁ πονηρός, μοχθεῖ μέν, κενοσπουδίας δὲ ἀποφέρεται χάριν· ἀφ' οὗ καὶ ζητουμένου τοῦ καθ' ὃ πονεῖν εἵλετο, οὐδέ τις ἐπακολουθεῖ εὕρεσις· ἢ ζητηθήσεται τῷ κεκαθάρθαι αὐτόν. Ἴστεον δέ, ὡς ἁμαρτωλὸς μέν ἐστιν ὁ ἐξ ἡδυπαθείας καὶ ἀκολασίας ἁμαρτάνων· πονηρὸς δέ, ὁ ἑκουσίως κακοποιητικός.

λζ'. ΚΥΡΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣΕΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.] Ταῦτα πρὸς τοὺς θορυβουμένους ἐπὶ τῷ μὴ διδόναι δίκην ταχέως τοὺς πονηρούς. Καὶ ἀποτεινόμενός, φησι, τί φοβῇ; μὴ γὰρ ὁ θεὸς πρόσκαιρός ἐστιν ὁ δικαστής. μὴ γὰρ τέλος ἔχει τὰ τῆς βασιλείας αὐτοῦ. κἂν μὴ νῦν δῶσι, δώσουσι πάντως· μένει γὰρ ὁ δικαστής, καὶ βασιλεύει διηνεκῶς. Ὁρᾷς τὸν πλείονα λόγον ὑπὲρ τῆς τῶν πονηρῶν ἐπιμελείας ποιούμενον; τοῦτο γὰρ κακῶς πάσχειν, ἐστὶ τὸ κακῶς ποιεῖν. Τούτων αἰτεῖ ἐκκοπήν, ἀπολεῖσθαι λέγων, καὶ πανωλεθρίαν αὐτοῖς ἀπειλῶν, ὥστε καὶ τούτους ἀναπνεῦσαι, κἀκείνους σωφρονισθῆναι. Ἔθνη δὲ καλεῖ τοὺς ἀδίκους, ὡς μὴ κατὰ νόμον ζῶντας, ἀλλὰ κατ' ἐθνικὴν καὶ βαρβαρικὴν ὠμότητα. ἢ γῆ θεοῦ καρδία ἀγαθή· ἐξ ἧς ἐκβάλλεται ἔθνη, πονηροὶ λογισμοί. ἢ τοῦ κυρίου βασιλεύσαντος εἰς τὸν αἰῶνα, ἀπολοῦνται ἔθνη, τουτέστιν ἀλλοιωθήσονται, καὶ πρὸς ἑτέραν μετα-

μεταποιηθήσονται πολιτείαν. Τίς δὲ ἡ ἐπιθυμία τῶν πενήτων ἧς ἤκουσε; τὸ συντριβῆναι τὸν τοῦ ἁμαρτωλοῦ βραχίονα, καὶ τῆς τυραννίδος αὐτοὺς ἐλευθερωθῆναι· ἢ τὸ κατελθεῖν ἐπὶ γῆς τὸν τοῦ θεοῦ υἱόν. Ἑτοιμασία δὲ καρδίας ἡ οἷον ὑπόσχεσις τῶν τῆς ψυχῆς κινημάτων πρὸς συνακολούθησιν, ἡ ἐλπίς, ἣν ἔχοντες ἐκαρτέρουν ἀδικούμενοι.

λθ'. Κρῖναι ὀρφανῷ.] Δικαίωσον οὖν, φησι, βοηθῆσαι τοῖς καταπονουμένοις, καὶ οὐδεὶς ἔτι μεγαλαυχήσει τῶν ἐπὶ γῆς.

viuendi rationem traducentur. Quodnam porrò deſiderium eſt pauperum quod exaudiuit? nempe, vt peccatoris brachium conteratur, atque ipſi ab eius tyrannide liberentur: vel etiam, vt in terram deſcendat Dei Filius. Præparatio autem cordis, eſt quaſi arrhabo piarum animæ motionum ad conſequendum; ſiue ſpes, quâ nixi iniuriam paſſi perſeuerarunt. CATENA PATRVM. *Præparatio cordis quid.*

39. H. 18. IVDICARE PVPILLO.] Iudicium igitur, inquit, exerce, vt oppreſſos adiuues, & eorũ qui in terris ſunt nemo ampliùs inſoleſcet.

CATENA PATRVM.

α. Ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ.] Θεοδώρου. Ὁ μὲν Σύμμαχος, ἐπινίκιον περὶ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ· ὁ δὲ Ἀκύλας, τῷ νικοποιῷ νεότητος τοῦ υἱοῦ· καὶ ὁ Θεοδοτίων, ὑπὲρ ἀκμῆς τοῦ υἱοῦ. Συμφώνως τοίνυν ἅπαντες τοῦ υἱοῦ μνημονεύοντες, διδάσκουσιν ἡμᾶς ὡς προφητείαν καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς περιέχει τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. Ἀνδρεικῶς γὰρ καὶ νεανικῶς νικήσας τὴν ἁμαρτίαν, καὶ βλάβης ἀφορμὴν οὐδεμίαν δεδωκὼς τῷ θανάτῳ, κατέλυσεν αὐτοῦ τὸ κράτος. Κρύφιον δὲ τοῦτο μυστήριον οἱ ἑβδομήκοντα προσηγόρευσαν, ἐπειδὴ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, καὶ μέντοι καὶ αὐτοὺς ἀποστόλους πρὸ τοῦ τέλους ἐλάνθανεν. Καὶ μάρτυς ὁ Εὐαγγελιστής. τοῦ γὰρ κυρίου πολλάκις εἰς αὐτοὺς εἰρηκότος· Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται εἰς τὸ σταυρωθῆναι, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται· ἐπήγαγεν ὁ Εὐαγγελιστής· Καὶ ἦν τοῦτο κεκρυμμένον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος βοᾷ· Σοφίαν λαλοῦμεν θεοῦ ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. καὶ πάλιν· τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν. εἰκότως τοίνυν οἱ ἑβδομήκοντα τοῦ υἱοῦ τὸν θάνατον ὠνόμασαν κρύφιον.

Εὐσεβίου. Πολλὰ δὲ ἦν αὐτοῦ τὰ κρυφίως πεπραγμένα, ἥτε ἐκ παρθένου διὰ πνεύματος ἁγίου κατὰ σάρκα γένεσις, αἵτε παράδοξοι καὶ θαυματουργοὶ δυνάμεις, ὅτε θάνατος αὐτός, καὶ ἡ εἰς ᾅδου κάθοδος, καὶ ἡ ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσις. Ταῦτα γὰρ αὐτῷ πάντα

1. PRO OCCVLTIS FILII.] THEODORI. Symmachus quidem, *epinicium de morte filij*; Aquila verò, *victoriæ effectori iuuentatis filij*, & Theodotion, *pro flore ætatis filij*. Cùm igitur omnes inter ſe conſentientes, mentionem de filio faciant, docent nos, hunc quoque Pſalmum prædictionem continere victoriæ, quam Dominus Chriſtus de morte retulit. Viriliter enim ac ſtrenuè peccato deuicto, & nullâ nocendi occaſione morti permiſsâ, vires eius deſtruxit. Hoc autem myſterium Septuaginta occultum nuncuparunt; quandoquidem *Myſterium Chriſti occultum.* cùm alios omnes, tum ipſos etiam Apoſtolos initio latebat. Cuius rei Euangeliſta teſtis eſt: cùm enim eis ſæpè dixiſſet Dominus: *Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur ad crucifigendum, & occident illum; & tertiâ die reſurget*; ſubiunxit Euangeliſta: Matth.20, 16. *Et erat hoc abſconditum ab oculis eorum.* Luc.18,34 Quapropter & diuus Paulus clamat: *Loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam nemo principum huius ſæculi cognouit. Si enim cognouiſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Et rurſus: 1.Cor.2,7. *Myſterium quod abſconditum fuit à ſæculis & generationibus.* Meritò igitur Septuaginta interpretes filij mortem occultam ſeu arcanam appellauerunt. Col.1, 26.

EVSEBII. Multa autem ab ipſo occultè perfecta ſunt; vt generatio ſecundùm carnem ex Virgine per Spiritum ſanctum; atque adeò illuſtres miracula patrandi vires; mors quoque ipſa, & deſcenſus ad inferos; nec non à mortuis reſurrectio. Hæc enim omnia *Arcana Chriſti qualia.*

laten-

latenter ab ipſo tranſacta ſunt, ſiquidem ea abſcondit: & cùm ipſos huius mundi principes lateret, totam ſalutem noſtram operatus fuit. de his itaque occultis Propheta loquitur.

Athanasii. Plurima autem erant eius arcana, vt, cùm Verbum Dei ſecundùm carnem natum eſt ex Virgine. Occultas quoque rationes ipſæ admirabiles miraculorum operationes eius continebant. Sigillum porrò horum arcanorũ erat eius mors, & quæ in inferno geſta ſunt, nec non reſurrectio & aſcenſio.

Finis Chriſti ſalus animarum.

Didymi. Rectè quoque in finem præſens hoc canticum referri poteſt. Nam propter iſtum finem Saluator in mundum venit, de quo & Petrus ſcribit:
1.Pet.1,9. *Reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum, de qua ſalute exquiſierunt atque ſcrutati ſunt Prophetæ.* Et poſt pauca: *Prænuntiantes eas quæ in Chriſto ſunt paßiones, & poſteriores glorias.*

2. Confitebor tibi in toto corde.]

Agenda Deo gratia pro proſperis & aduerſis.

Chrysostomi. Id eſt, cum tota animi propenſione, non ſolùm in proſperitate, verùm etiam in aduerſitate. Hoc enim maximè grati eſt animi, Deum pro omnibus honorare. Si enim pro beneficiis gratias egeris, debitum reddidiſti; at ſi pro pœna & punitione gratias egeris, Deum tibi debitorem conſtituiſti. Pro hac autem gratiarum actione, multa alia Deus retribuit. Hoc modo enim ne malorum quidem ſenſum deinceps capiemus. Nam nemo de his queritur, pro quibus Deo
vers. 3. gratias agit. *Lætabor & exultabo.* Alius ait, *& gloriabor. Et pſallam nomini tuo Altißime*; alius, *cantabo nomini tuo.* Haud exigua eſt illa philoſophiæ ſpecies; nempe in Deo lætari Qui enim in Deo lætatur vti decet, omnem repudiat ſæcularem voluptatem. Quid porrò eſt illud, *Lætabor?* &c. Idem eſt ac ſi dicat: Quòd talem habeo Dominum, hoc mihi voluptati & exultationi eſt. Si quis hanc voluptatem nouit, prout eam noſſe decet, aliam voluptatem non percipit. *Pſallam nomini tuo Altißime.* Hic vel maximè amantis mos eſt. Etenim amantes in eos quos diligunt cantiones concinunt; & licet ipſos non videant, per cantum tamen conciliant. Sic vtiq; etiam Propheta facit. *Pſallam*, inquit, *nomini tuo Altißimè.* Vide, vt ſe à terra eleuauerit, & ad eſſentiam illam ſe ſuſpenderit, conſecrans ſe Deo, propter quod aſſiduè nomen eius verſat.

Lætandum in Deo.

κρυφίως πέπρακται, ἀπέκρυψεν γὰρ αὐτά· καὶ τοὺς ἄρχοντας τοῦ κόσμου τούτου λαθών, τὴν ὅλην ἡμῶν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο. ὑπὲρ δὲ τούτων τῶν κρυφίων ὁ προφήτης λέγει.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πολλὰ δὲ ἦν αὐτοῦ κρύφια, ὡς θεοῦ λόγος σαρκὶ γεννηθεὶς ἐκ παρθένου. Κρυφίους δὲ λόγους καὶ αἱ παράδοξοι αὐτοῦ περιεῖχον θαυματουργίαι. Ἐπισφράγισμα δὲ τῶν κρυφίων ὁ θάνατος, καὶ τὰ ἐν ᾅδου πραχθέντα, ἡ ἀνάστασίς τε καὶ ἡ ἀνάληψις.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εὖ δὲ καὶ τὸ εἰς τὸ τέλος ἀναφέρεσθαι τὴν προκειμένην ταύτην ᾠδήν. Ἐκείνου γὰρ χάριν τοῦ τέλους ἐπεδήμησεν ὁ σωτήρ, περὶ οὗ καὶ Πέτρος γράφει· Κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν, σωτηρίαν ψυχῶν, περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται. καὶ μετ' ὀλίγα, Προμαρτυρούμενοι τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας.

β'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ ΕΝ ΟΛΗ ΚΑΡΔΙΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τουτέστι, μετὰ προθυμίας πάσης, οὐκ ἐν εὐημερίᾳ τυγχάνων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις. Τοῦτο γὰρ μάλιστα εὐχαρίστου ψυχῆς, τὸν θεὸν ὑπὲρ πάντων δοξάζειν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν εὐεργεσιῶν εὐχαριστῶν, τὸ χρέος ἀπέδωκας, ἐπὶ δὲ τῆς τιμωρίας καὶ κολάσεως εὐχαριστῶν, τὸν θεὸν ὀφειλέτην κατέστησας. Ἀντὶ δὲ τῆς εὐχαριστίας ταύτης, πολλὰ ἕτερα ἀποδίδωσιν ὁ θεός. Οὕτω γὰρ οὐδὲ αἴσθησιν λοιπὸν ληψόμεθα τῶν δεινῶν. Οὐδεὶς γὰρ ὑπὲρ ὧν χάριν οἶδε τῷ θεῷ, ὑπὲρ τούτων λαλεῖ. Εὐφρανθήσομαι καὶ ἀγαλλιάσομαι. ἄλλος φησί, καὶ γαυριάσομαι. Καὶ ψαλῶ ὀνόματί σου ὕψιστε. ἄλλος, ᾄσω τῷ ὀνόματί σου. Οὐ μικρὸν τοῦτο φιλοσοφίας εἶδος, τὸ ἐπὶ τῷ θεῷ εὐφραίνεσθαι. Ὁ γὰρ ἐπὶ τῷ θεῷ εὐφραινόμενος ὡς χρή, πᾶσαν ἐκβάλλει βιωτικὴν ἡδονήν. Τί δέ ἐστιν· Εὐφρανθήσομαι, καὶ τὰ ἑξῆς; Ὅτι τοιοῦτον ἔχω δεσπότην, τοῦτό μοι ἡδονὴ καὶ ἀγαλλίασις. εἴ τις οἶδε ταύτην τὴν ἡδονήν, ὡς εἰδέναι χρή, ἑτέρας ἡδονὰς οὐκ αἰσθάνεται. Ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε. Τοῦτο μάλιστα φιλοῦντος ἔθος. Καὶ γὰρ οἱ ἐρῶντες εἰς τοὺς φιλουμένους ᾄσματα ᾄδουσι, κἂν μὴ ὁρῶσιν ἐκείνους, ἀλλὰ τῇ ᾠδῇ ἑαυτοὺς παραμυθοῦνται. Οὕτω δὴ καὶ ὁ προφήτης ποιεῖ· Ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε. Ὅρα πῶς ἑαυτὸν τῆς γῆς ἀπήρτησε, καὶ πρὸς ἐκείνην ἑαυτὸν ἀνεκρέμασε τὴν οὐσίαν, ἀναθεὶς ἑαυτὸν τῷ θεῷ· διὰ τοῦτο συνεχῶς τὸ ὄνομα αὐτοῦ περιστρέφει.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ ἐξ ὅλης καρδίας ἀγαπῶν, δύναται ἐξ ὅλης καρδίας ἐξομολογεῖσθαι· Διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις φησίν· Ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας ταῦτα νηπίοις. Καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ περὶ τῶν κρυφίων εὐχαριστεῖ. Μετὰ δὲ τὴν εὐχαριστίαν, ἣν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἐποιήσατο σωτηρίας, περὶ τῶν θαυμασίων τοῦ πατρὸς διδάξειν ὑμᾶς ἐπαγγέλλεται, τῇ τοῦ πατρὸς ἐναγαλλόμενος θέᾳ. ὡς δὲ υἱῷ καὶ ἡ γνῶσις παρῆν τοῦ ὀνόματος τῆς θεότητος τοῦ ἀρρήτου καὶ ἀκατονομάστου πατρός. Ταῦτα δὲ μάλιστα, φησί, ποιήσω τῆς τῆς ζωῆς νικήσας ἐχθρὸν θάνατον, περὶ οὗ λέλεκται, Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργήσεται ὁ θάνατος. Ἀποστραφήσεται γὰρ εἰς τὰ ὀπίσω, τουτέστι τὴν πρώτην αὐτοῦ κατάστασιν, ὅτε μὴ ὑφειστήκει. Ὁ γὰρ θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. Οὗ δὴ γεγονότος, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐχθροὶ τοῦ λόγου σου, καὶ πολέμιοι ἀσθενήσαντες ἀπολοῦνται.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πῶς δὲ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐξομολογούμεθα; Ὅταν μηκέτι πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνην ὑποστρέψωμεν, ὑπὲρ ἧς συγγνώμην παρὰ τοῦ θεοῦ πρεσβευόμεθα.

δ'. ΕΝ ΤΩ ΑΠΟΣΤΡΑΦΗΝΑΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Σὺ δὲ πρόσωπον πάλιν ἀκούων, μηδὲν σωματικὸν ὑποπτεύσῃς. Ἐνταῦθα γὰρ τὴν ἐνέργειαν καὶ ἐπιφάνειαν αὐτοῦ φησί, τὴν εὐκολίαν τῆς ἰσχύος. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ ἄλλο παιδεύει φιλοσοφίας δόγμα, εἰπών· Ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε, ἐν τῷ ἀποστραφῆναι. Ποῖον δὲ τοῦτο; Ὅτι οὐ μόνον ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἀνέσεσιν ἔνηφε. Πολλοὶ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν κακῶν ταπεινούμενοι σπουδαιότεροι γίνονται, ὑπὸ δὲ τῶν ἀγαθῶν ῥαθυμότεροι καὶ χαυνότεροι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τίνες ἀσθενήσουσι καὶ ἀπολοῦνται ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ (ἐπεὶ πρόσωπον κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ) οὐ προειπών, ἡμῖν καταλέλοιπεν ἐννοεῖν. Ὅταν καταργηθῇ ὁ ἐχθρὸς τῇ κακίᾳ προϊών, καὶ ἀναποδίσῃ ὀπίσω ἐκ τοῦ ἐμποδίζεσθαι, τότε οἱ τῇ κακίᾳ ἰσχυροὶ ἀσθενήσουσιν. εἶτα καθ' ὃ ἁμαρτάνουσιν ἀπολοῦνται· τοῦτο ἐργαζομένου αὐτοῖς τοῦ προσώπου τοῦ θεοῦ. νοηθὲν γὰρ ἀφανίζει τὰ γήϊνα.

ϛ'. ΕΠΕΤΙΜΗΣΑΣ ΕΘΝΗ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ.

ORIGENIS. Qui ex toto corde diligit, CATE-
is poteſt ex toto corde confiteri: *Narrabo* NA PA-
omnia mirabilia tua, & quæ ſequuntur. TRVM.

EVSEBII. Similia & ipſe Dominus ait
in Euangeliis: *Confiteor tibi Pater, Domine* Luc.10,21
cæli & terræ, quòd abſcondiſti hæc à ſapien- Matth.11,
tibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. 25.
Quin & in hoc Pſalmo pro occultis gratias *Pro quibus*
agit. Poſtquam autem pro ſalute noſtrâ gra- *agenda gratiæ.*
tias egit, de mirabilibus Patris nos docere
pollicetur, exultans & geſtiens de viſione
Patris. Ipſi enim, tamquam Filio, paternæ di-
uinitatis nomen ineffabile & innominabile,
notum exiſtebat. Hæc autem, inquit, potiſſi-
mùm faciam, cùm inimicam vitæ mortem
ſuperauero, de qua dictum eſt, *Nouiſſimè* 1.Cor.15,
autem inimica deſtruetur mors. Retrorſum 26.
enim, id eſt, ad priorem ſuum ſtatum, redi-
getur, quando nuſquam erat. *Quoniam Deus* Sap.1,13.
mortem non fecit; inuidiâ autem diaboli Sap.2,24.
mors introiuit in orbem terrarum. Quo fa-
cto, reliqui etiam omnes inimici & hoſtes
verbi tui, infirmati peribunt.

HESYCHII. Sed quomodo toto corde con-
fitemur? Quando non ampliùs in ea pecca-
ta prolabemur, quorum à Deo veniam ob-
ſecramus.

4. IN CONVERTENDO.] CHRYSOSTOMI.
Tu autem cùm rurſum audis faciem, nihil *Facies Dei*
corporeum ſuſpiceris. Hîc enim efficaciam *quid ſigni-*
& apparitionem eius, atque roboris facilita- *ficet.*
tem intelligit. Quin etiam aliud haud exi-
guum Philoſophiæ dogma tradit, cùm ait:
Pſallam nomini tuo Altiſsime, in conuerten-
do. Quale autem illud? Quòd nimirum non
ſolùm in tribulationibus, verùm etiam in re-
laxationibus ſibi temperauerit. Nam multi
quidem malis humiliati diligentiores fiunt;
in bonis verò negligentiores ac ſegniores.

ORIGENIS. Cùm non prædixerit qui-
nam infirmandi ſint, ac perituri à facie Dei
(*Quoniam vultus Domini ſuper facientes* Pſal.33,
mala) nobis id reliquit conſiderandum. 17.
Quando deletus fuerit inimicus in malitia
procedens, & retrorſum reſilierit, ex eo quòd
fuerit impeditus; tunc hi qui malitiâ poten-
tes erant, infirmabuntur. Deinde ſecundùm
quod peccant, pereunt: faciente hoc ipſis fa-
cie Dei. Hæc enim cognita, abolet terrena.

6. INCREPASTI GENTES.] ORIGENIS.

Verbum

CATENA PATRVM.

2.Tim.4,2

Quomodo Deus nomina quorumdam deleat.

Verbum *increpaſti*, correctionem ſignificat, vti patet ex illo [Pauli]. *Argue, obſecra, increpa. Nomen eius deleſti.* Deleuit etiam Deus nomen *Abram*, faciens ipſum *Abraham*, vti & *Simonis*, nominans ipſum *Petrum*. Atque ita conſequens eſt horum quoque nomen deletum eſſe, quos increpabat. Præſertim quando ſubinfertur illud, *Annuntiate*, &c. Obſerua verò haud dictum eſſe: Nomen eorum deleſti de libro viuentium (Gentes enim non erant ſcriptæ in libro viuentium;) ſed conſequenter chirographis apud ipſum in libro debitorum, vel libro mortuorum; cum iſto œconomo iniquitatis, qui, vti veroſimile eſt, mortuos deſcribebat, & ſcribebat

Luc.10,20 in terra. Saluator autem deſcribit in cælis nomina diſcipulorum.

7. INIMICI DEFECERVNT FRAMEÆ.] DIDYMI. Frameas hîc vocat alienas doctrinas, & malitias ſecundùm ſpeciem ſuam: ciuitates verò congregationes iniquis legibus conſtantes.

Framea, ſunt doctrinæ alienæ.

CHRYSOSTOMI. Ait autem hîc, Quoniam caulas ſeu habitationes, atque machinationes eius ſuſtuliſti, propriis ipſum armis ſpoliaſti. Eiuſcemodi enim eſt ira Dei, omnia deſtruit atque peſſumdat. Vel, vt interpres ait: Quoniam non ſolùm ciuitates, verùm etiam deſerta ipſorum aboleuiſti.

Ira Dei diſſipans.

9. PARAVIT THRONVM.] CHRYSOSTOMI. Vides, quomodo ſenſim ſermonem ad ſuperna traducat? Cùm enim throni frequenter meminiſſet, oſtendit naturam throni huius non ex ligno, vel alia quapiam materia conſtare, ſed ex iuſtitia. Nam in iuſtitia, inquit, fundatur. *Iudicabit orbem terræ in æquitate*, ſeu iuſtitia.

Thronus Dei iuſtitia.

ORIGENIS. Orbem quidem terræ vocat hîc Eccleſiam, quæ à Patre & Filio inhabitatur, iuxta quod dictum eſt: *Ego & Pater ad eum veniemus*, & *manſionem apud eum faciemus*. *Populos* autem vocat reliquos qui ſunt extra Eccleſiam, vel illos qui ſunt ex circumciſione. *Quicumque* enim *in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur*; iis, qui ſine lege peccarunt, ſine lege pereuntibus. Metuendus itaque talis iudex iis, qui execrandis facinoribus & impiis cogitationibus incubuerunt.

Deus Eccleſiam inhabitat.

Ioan.14,23.

Rom.2,11

Deus malis metuendus.

10. DOMINVS REFVGIVM PAVPERI.] CHRYSOSTOMI. Continuò ſe pauperem

Τὸ ἐπετίμησας, διόρθωσιν σημαίνει, ὅπερ δῆλον ἐκ τοῦ· ἔλεγξον, παρακάλεσον, ἐπιτίμησον. Τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐξήλειψας. Ἐξήλειψε δὲ ὁ Θεὸς τοῦ Ἀβρὰμ τὸ ὄνομα ποιήσας αὐτὸν Ἀβραάμ· καὶ τοῦ Σίμωνος, ὀνομάσας αὐτὸν Πέτρον. Καὶ οὕτω τε ἀκόλουθόν ἐστι τὸ ὄνομα ἐξαλείφεσθαι τούτων οἷς ἐπετίμησε· καὶ μάλιστα ἐπεὶ ἐπιφέρεται τὸ· ἀναγγείλατε, καὶ τὰ ἑξῆς. Πρόσεχε ὅτι καὶ οὐκ εἴρηται· τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐξήλειψας ἐκ βίβλου ζώντων (οὐ γὰρ ἐν βίβλῳ ζώντων ἦν ἐγγεγραμμένα τὰ ἔθνη) ἀλλ' ἀκολούθως τοῖς κατ' αὐτὸν χειρογράφοις, ἐν βίβλῳ ὀφειλόντων, ἢ βίβλῳ νεκρῶν, σὺν τῷ τῆς ἀδικίας οἰκονόμῳ, ὡς εἰκὸς, ἀναγράφοντι νεκροὺς, καὶ ἀναγράφοντι εἰς γῆν. Ὁ γὰρ σωτὴρ ἀναγράφει ἐν οὐρανοῖς τὰ ὀνόματα τῶν μαθητῶν.

ζ'. ΤΟΥ ΕΧΘΡΟΥ ΕΞΕΛΙΠΟΝ ΑΙ ΡΟΜΦΑΙΑΙ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ῥομφαίας τὰς ἀλλοφύλους διδασκαλίας, καὶ τὰς κακίας τὰς κατ' εἶδος καλεῖ· πόλεις δὲ τὰ συστήματα παρανόμως ἀθροισμένα.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Φησὶ δὲ ἐνταῦθα, ὅτι τὰς αὐλὰς αὐτοῦ, καὶ τὰς μηχανὰς ἀπώλεσας, ἔρημον αὐτὸν τῶν οἰκείων ὅπλων ἐποίησας. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, πάντα ἀφανίζει καὶ ἀπόλλυσιν. ἢ ὅπερ ὁ ἑρμηνευτής φησιν, ὅτι οὐ τὰς πόλεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐρήμους αὐτῶν ἠφάνισας.

θ'. ΗΤΟΙΜΑΣΕ ΤΟΝ ΘΡΟΝΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες πῶς κατὰ μικρὸν ἀνάγει τὸν λόγον; Ἐπειδὴ γὰρ θρόνου συνεχῶς ἐμνημόνευσε, δείκνυσι τοῦ θρόνου τὴν φύσιν, οὐκ ἀπὸ ξύλου συγκειμένην, οὐδὲ ἄλλης τινὸς ὕλης, ἀλλ' ἀπὸ δικαιοσύνης. Ἐν γὰρ τῇ δικαιοσύνῃ, φησὶν, ἵδρυται. Κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἰκουμένην μὲν λέγει τὴν ἐκκλησίαν, ἥτις οἰκεῖται ὑπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ, κατὰ τὸ εἰρημένον, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐλευσόμεθα πρὸς αὐτὸν, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα. Λαοὺς δὲ τοὺς λοιποὺς παρὰ τὴν ἐκκλησίαν, ἢ τοὺς ἐκ περιτομῆς. Ὅσοι γὰρ ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται, τῶν ἀνόμως ἁμαρτόντων, ἀνόμως ἀπολλυμένων. Φοβητέον ἄρα τὸν τοιοῦτον κριτὴν, τοὺς ψεκτάς τε πράξεις καὶ ἀσεβὲς ἔχοντας φρόνημα.

ι'. ΚΥΡΙΟΣ ΚΑΤΑΦΥΓΗ ΤΩ ΠΕΝΗΤΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Συνεχῶς ἑαυτὸν πένητα

καὶ

καὶ πτωχὸν ἀποκαλεῖ, καίτοιγε ἐν βασιλείοις ὤν. Ἤδει γὰρ ὅτι τὰ ἀνθρώπινα πάντα σκιᾶς ἀδρανέστερα, καὶ ὅτι οὐδὲν οὕτως ἡμῖν οἰκειότερον κτῆμα ὡς ἀρετὴ, τὰ δὲ ἄλλα πάντα φύλλοις ἔοικεν ἔξωθεν προσκειμένοις. Ἕτερος δὲ ἑρμηνευτὴς ἀντὶ τοῦ πένητι, τῷ ἐπιτετριμμένῳ φησὶ, ἢ τῷ τεθλασμένῳ. Διπλῆν δὲ λέγει τὴν εὐκαιρίαν. Ὅτι τε βοηθεῖ, εἰς καιρόν· εὐκαιρίαν γὰρ ἐνταῦθα τὴν θλῖψιν καλεῖ. τί δήποτε; ὅτι φιλοσοφίας μήτηρ ἐστὶ, καὶ τοῦ θεοῦ μάλιστα ἐπισπᾶται τὴν ῥοπήν. Τότε γὰρ ῥαθυμία ἀναιρεῖται καὶ διάχυσις, καὶ σπουδαιότεροι περὶ τὰς ἱκετηρίας γινόμεθα. Ἐνταῦθα δὲ καὶ ἕτερόν τι ᾐνίξατο, ὅτι δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐνεργοὺς εἶναι. ὁ γὰρ βοηθῶν, τῷ ἐργαζομένῳ βοηθεῖ. Οὐ τοίνυν ἡμᾶς ἀναπεπτωκέναι δεῖ, ἀλλὰ καὶ ἱκετηρίας προσφέρειν καὶ ἐλεημοσύνην, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν ἅπαντα.

& mendicum appellat, tametſi in aula regia exiſtebat. Sciebat enim res humanas omnes vmbrâ futiliores eſſe, nullamque poſſeſſionem nobis eſſe magis propriam virtute; cetera verò omnia foliis extrinſecus adiacentibus eſſe ſimilia. Alius autem interpres pro voce *pauperi*, *contrito* dixit, & *confracto*. Duplicem autem intelligit opportunitatem. Quòd nempe iuuet, idque in tempore: opportunitatem enim hîc vocat tribulationem. Quî ſic? Quia nimirum philoſophiæ mater exiſtit, Deique fauorem maximè allicit. Tunc enim vecordia aufertur & effuſio, & diligentiores ſumus in ſupplicationibus. Quin etiam aliquid aliud hîc inſinuauit, nempe oportere nos operari: qui enim adiuuat, operantem adiuuat. Non oportet itaque deſidem eſſe, ſed & preces offerre atque eleëmoſynam, ceteraque omnia ex parte ſua.

CATENA PATRVM.

Virtutis ſolida poſſeſſio, cetera ſunt inania.

Tribulationis tempus vocatur opportunum.

ια΄. Καὶ ἐλπισάτωσαν ἐπὶ σὲ οἱ γινώσκοντες.] Χρυσοστόμου. Συνεχῶς τοῦτο ποιεῖ ὁ προφήτης, ἀπὸ εὐχῆς εἰς παραίνεσιν τρέπων τὸν λόγον, κοινός τε διδάσκαλος οἰκουμένης ὤν, καὶ τὸν θησαυρὸν εἰς τὸ μέσον τῆς φιλοσοφίας τιθείς. Καὶ καλῶς εἶπεν, ἐλπισάτωσαν ἐπὶ σὲ οἱ γινώσκοντες τὸ ὄνομά σου. Οἱ γὰρ εἰδότες, φησὶ, καὶ τὴν ἀντίληψίν σου, καὶ τὴν συμμαχίαν, ἱκανὴν ἄγκυραν ἔχουσι τὴν ἐλπίδα ἐπὶ σὲ, οὐ τὴν λύσιν μόνον ἐπαγγελλομένην τῶν δεινῶν, ἀλλ' οὐδὲ παροῦσι τοῖς δεινοῖς, θορυβεῖσθαι συγχωροῦσαν. Ἐπειδὴ δὲ εἶπεν, ὅτι ἐγένετο βοηθὸς, ὅτι ἐγένετο καταφυγὴ, δείκνυσι καὶ πῶς γίνεται. ὅταν μένωμεν διηνεκῶς εἰς αὐτὸν ἐλπίζοντες. Ὅτι οὐκ ἐγκατέλιπες ἐκζητοῦντας, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτω καὶ ἕτερός φησιν· Ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς, καὶ ἴδετε, τίς ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, καὶ κατῃσχύνθη; ἢ τίς ἐπεκαλέσατο αὐτὸν, καὶ κατελείφθη; Καὶ πῶς ζητεῖται, φής, ὁ θεὸς πανταχοῦ παρών; πῶς, ἄκουε· σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ, καὶ ἀπαλλαγῇ τῶν βιωτικῶν ἁπάντων. Πολλὰ γὰρ καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν κείμενα οὐ βλέπομεν, ὅταν πρὸς ἕτερόν τι ἡ διάνοια τετραμμένη ᾖ. Πῶς οὖν ἐστι ζητεῖν τὸν θεόν; Ὅταν ἐκεῖ τὴν διάνοιαν συντείνωμεν, ὅταν τῶν βιωτικῶν ἀπαλλαγώμεθα. Καὶ οὐχ ἁπλῶς ζητεῖν χρὴ, ἀλλὰ καὶ ἐκζητεῖν. Ὁ γὰρ ἐκζητῶν, οὐκ αὐτὸς ζητεῖ μόνον,

11. Et sperent in te, qvi noverunt.] Chrysostomi. Propheta hoc aſſiduè facit, vt ab oratione conuertat ſermonem ad exhortationem, veluti communis totius orbis doctor, & theſaurum philoſophiæ in medium adferens. Rectè autem dixit: *Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum.* Qui enim, inquit, tam protectionem quàm auxilium tuum nouerunt, ſufficientem anchoram habent, ſpem in te: quæ non ſolùm ſpondet malorum reſolutionem, verùm etiam malis adhuc præſentibus, non ſuſtinet perturbationem. Quia verò dixerat, quòd factus ſit adiutor, quòd factus ſit refugium; oſtendit etiam quomodo id fiat, quando nimirum perſeueramus aſſiduè in ipſum ſperantes. *Quoniam non dereliquiſti quærentes, &c.* Sic etiam quidam alius ait: *Inſpicite in antiquas nationes, & videte. Quis ſperauit in Dominum, & confuſus eſt? vel quis inuocauit ipſum, & derelictus eſt?* Atqui quomodo quæritur, inquies, Deus, cùm vbique præſens ſit? Audi quomodo; diligentiâ, atque animo prompto, & à rebus omnibus ſæcularibus libero. Multa enim etiam ante oculos poſita non videmus, cùm ad aliud quidpiam mens conuerſa eſt. Quomodo igitur poſſumus Deum quærere? Si nimirum ad ipſum mentem intendamus, ſi à curis ſæcularibus nos expediamus. Et non ſimplici ratione quærendus eſt, verùm etiam exquirendus. Qui enim exquirit, non per ſe dumtaxat quærit,

Notitia Dei fructus.

Eccli.2,11

Quomodo quærendus Deus, qui vbique adeſt.

CATENA PATRVM.

ſed & alios ſibi adſciſcit ſocios, donec id quod quæritur reperiat.

ORIGENIS. Qui exquirunt Dominum, & non hi qui ab ipſo derelicti ſunt, nouerunt nomen eius.

11. QVI HABITAT IN SION.] ORIGENIS. Alioquin etiam in omni anima ſpeculatrice Deus habitat. Exquirit etiam ſanguines gentium ab his qui eas occiderunt, & memor eſt earum, dum illas reſuſcitat. Itaque iſtud, *Periit memoria eius cum ſonitu*, ad frameas reducendum eſt. Illorum autem meminit, quorum refugium factus eſt.

Deus habitat in anima ſpeculatrici.

15. QVI EXALTAS ME DE PORTIS MORTIS.] ORIGENIS. Portæ mortis ſunt peccata mortalia, à quibus exaltatur, qui ne cogitat quidem illa perpetrare: qui etiam ſolus poteſt annuntiare omnes laudes Domini.

Portæ mortis peccata.

CYRILLI. Portæ mortis pluribus modis accipi poſſunt. Etenim & ipſe draco apoſtata, omnis malitiæ inuentor, & quæ cum eo conſpirauerunt malignæ poteſtates, non immeritò mortis portæ appellari poſſunt: nam deducunt in barathrum inferni, & in profunda mortis, eos qui ſub eorum poteſtate ſunt. Mortis quoque portæ multiformia peccata intelligi poſſint, vti & Gentiles ſapientes, qui errorem contegunt, & idololatriæ turpitudinem ornatis & fucatis verbis ſuis pulchram reddere ſtudent.

Porta mortis varia.

16. INFIXÆ SVNT GENTES.] CHRYSOSTOMI. *Interitum* hîc vocat malitiam. Nihil enim æquè interimit atque malitia: nihil imbecillius eſt maligno, propriis armis capitur, adeò vt caſtigatione diuinâ ipſa malitia ſupplicium malo ſtruat & infligat. Quemadmodum enim ferrum à rubigine, & à tinea ſeu blatta lana conſumitur, ita & malignus à malitia ſua. Hoc etiam Paulus teſtatus eſt, dicens: *Mercedem quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes*. Hoc in Apoſtolis & Iudæis accidit: cùm enim hi Apoſtolos oppugnabant, iis quidem nihil nocebant, ſemetipſos verò millenis malis implicabant.

Malitia ſibi ipſa ſupplicium eſt.

Rom. 1, 27

ORIGENIS. *Infixæ ſunt Gentes*, ſcilicet tamquam in luto, corpori, per interitum quem fecerunt; & comprehenſus eſt pes earum, nempe intelligibilis. Et cognoſcetur Dominus; quoniam, quando ipſis retributio fiet, cognoſcent eum qui iudicat in iuſtitia.

Gentes infixa luto vitiorum.

ἀλλὰ καὶ ἑτέρους λαμβάνῃ βοηθοὺς, ὥστε εὑρεῖν τὸ ζητούμενον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ ἐκζητοῦντες τὸν κύριον, καὶ οὐχ οἱ ἐγκαταλειφθέντες ὑπ' αὐτοῦ, ἔγνωσαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

ιβʹ. ΤΩ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΙ ΕΝ ΣΙΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ἄλλως ἐν πάσῃ ψυχῇ οὔσῃ σκοπευτηρίῳ θεὸς κατοικεῖ. Ἐκζητεῖ καὶ τὰ αἵματα τῶν ἐθνῶν ἀπὸ τῶν ἀποκτεινάντων αὐτὰ, καὶ μιμνήσκεται αὐτῶν, ἀνιστὰς αὐτά. Οὐκοῦν τὸ, ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ μετ' ἤχου, ἐπὶ τὰς ῥομφαίας μετενεχθήσεται. Ἐκείνων δὲ μέμνηται ὧν ἐγένετο καταφυγή.

ιεʹ. Ο ΥΨΩΝ ΜΕ ΕΚ ΤΩΝ ΠΥΛΩΝ ΤΟΥ ΘΑΝΑΤΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ: Πύλαι θανάτου αἱ πρὸς θάνατον ἁμαρτίαι, ἀφ' ὧν ὑψοῦται ὁ μηδὲ λογισάμενος αὐτὰς ἁμαρτεῖν, ὃς καὶ μόνος δύναται ἐξαγγεῖλαι πάσας τὰς αἰνέσεις κυρίου.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Πύλαι θανάτου κατὰ διαφόρους ἂν νοοῖντο τρόπους. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, ὁ φαυλότητος ἁπάσης εὑρετὴς, καὶ αἱ σὺν αὐτῷ δυνάμεις πονηραὶ, λέγοιντο ἂν οὐκ ἀπεικότως θανάτου πύλαι. κατακομίζουσι γὰρ εἰς πύθμενα ᾅδου, καὶ εἰς πυθμένα θανάτου, τοὺς ὑπ' αὐτοὺς γεγονότας. Νοηθεῖεν δὲ ἂν θανάτου πύλαι καὶ αἱ πολυειδεῖς ἁμαρτίαι, καὶ μὴν καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι σοφοὶ, συνασπίζοντες τῇ πλάνῃ, καὶ τῆς εἰδωλολατρείας τὸ ἀκαλλὲς ταῖς ἑαυτῶν εὐγλωττίαις ἐξωραΐζειν σπουδάζοντες.

ιϛʹ. ΕΝΕΠΑΓΗΣΑΝ ΕΘΝΗ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Διαφθορὰν τὴν κακίαν λέγει. Οὐδὲν γὰρ οὕτω διαφθείρει ὡς κακία, οὐδὲν ἀσθενέστερον τοῦ πονηροῦ, τοῖς οἰκείοις ὅπλοις ἁλίσκεται, ὥστε καὶ ἀντὶ τῆς τοῦ θεοῦ τιμωρίας, αὐτὴ ἡ κακία τὸν ἐργάτην αὐτῆς ἀπαιτεῖ δίκην, ὥσπερ γὰρ σίδηρος ὑπὸ τοῦ ἰοῦ, καὶ τὸ ἔριον ὑπὸ τοῦ σητὸς, οὕτω καὶ ὁ πονηρὸς ὑπὸ τῆς ἰδίας αὐτοῦ δαπανᾶται κακίας. Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε· Τὴν ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. Τοῦτο ἐπὶ τῶν Ἀποστόλων, καὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων γέγονεν· ὅτε γὰρ τοῖς Ἀποστόλοις ἐπολέμουν, ἐκείνους μὲν ἔβλαπτον οὐδὲν, ἑαυτοὺς δὲ μυρίοις περιέβαλον κακοῖς.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐνεπάγησαν ἔθνη, δηλαδὴ ὡς ἐν πηλῷ, τῷ σώματι, δι' ἣν ἐποίησαν διαφθοράν· καὶ συνελήφθη ὁ ποὺς αὐτῶν, ὁ νοητὸς δηλονότι. Καὶ γινώσκεται κύριος, ἐπεὶ, ὅταν αὐτοῖς τὸ κρίμα γενηθήσεται, γνώσονται τὸν κρίνοντα ἐν δικαιοσύνῃ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀλλὰ καὶ τοῖς δυσσεβέσιν ἐπιβουλεύσαντες, ἑαυτοὺς περιέπειραν ἀπωλείᾳ· τότε καὶ γνωσθήσεται δικαίᾳ κρίσει χρώμενος ὁ Θεός.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἔθνη δὲ ἐνταῦθα προσαγορεύει τῶν δαιμόνων τὸ στῖφος. Οὗτοι γὰρ τὸν σωτήριον σταυρὸν τεκτηνάμενοι, διὰ τούτου τῆς τυραννίδος ἐξέπεσαν, καὶ ἐν παγίδι ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πούς αὐτῶν, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλός.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οἷς ἐμηχανήσαντο, φησι, καθ' ἡμῶν οἱ πολέμιοι, τούτοις ἑάλωσαν αὐτοί. ἀντὶ τοῦ, ἅπερ ἐσπούδαζον καθ' ἡμῶν, ταῦτα ἔπαθον.

ιη. ΑΠΟΣΤΡΑΦΗΤΩΣΑΝ ΟΙ ΑΜΑΡΤΩΛΟΙ.]
ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι. Δώσουσι δίκην οἱ πονηροί, καὶ τὰ ἔσχατα πείσονται. Οὐ γὰρ ἀνέξεται ὁ Θεὸς τοὺς ἀδικουμένους διαπαντὸς ἐν ἐπιβουλαῖς εἶναι. Ὅρα πάλιν τοὺς πένητας, ἤτοι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, εὐδοκιμοῦντας. οὗτοι γάρ εἰσι καὶ πρὸς ὑπομονὴν ἐπιτήδειοι. Μᾶλλον δὲ ἄλληλα κατασκευάζει ταῦτα, ἡ ταπεινοφροσύνη τὴν ὑπομονήν, καὶ ἡ ὑπομονὴ τὴν ταπεινοφροσύνην. Τί ἐστιν, ἡ ὑπομονὴ τῶν πενήτων οὐκ ἀπολεῖται εἰς τέλος; οὐδέποτέ φησι· ἀλλὰ πάντως ἀπολήψεται τὸν οἰκεῖον καρπόν. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο εἰς παραμυθίας λόγον, τὸ θαρρεῖν ἀεὶ περὶ τοῦ τέλους.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀποστραφήτωσαν οἱ ἁμαρτωλοί, ἵνα μὴ ἴδωσι τὴν Ἰησοῦ ψυχὴν καταβαίνουσαν καὶ ἀναβαίνουσαν, ἔνδον ἀπεστραμμένοι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἁμαρτωλοὺς δὲ καὶ τὰ ἔθνη καλεῖ, οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ δυνάμεις ἀσάρκους. πᾶς γὰρ ὁ μετέχων τῆς ἁμαρτίας οὕτως ὀνόμασται, τῷ τὴν ἁμαρτωλὸς φωνὴν ποιὸν σημαίνειν, ἀλλ' οὐκ οὐσίαν, καθάπερ οὖν, καὶ τὰ ἔθνη. Ὡς δὲ μὴ ὤν τις ἐν οὐρανῷ τοπικῶς, δύναται γνώσει καὶ πολιτείᾳ τυγχάνειν ἐν οὐρανῷ, οὕτως ἐν ᾅδῃ πάλιν ὁ σημεῖα φέρων νεκρότητος οἰκεῖν ἤδη νομίζοιτο. Πτωχὸς δὲ ὅ τε πτωχεύων δι' ἁμαρτίαν, καὶ χρῄζων τι δέξασθαι παρὰ Θεοῦ. Πᾶς δὲ τοιοῦτος, καὶ μνημονεύεται τῷ Θεῷ, κἂν δόξῃ τις αὐτοῦ λήθη διὰ τὸ συμφέρον γίνεσθαι, μὴ μέχρι τέλους παραμένουσα.

CATENA PATRVM.

EVSEBII. Verumtamen qui piis inſidiati ſunt, ſemetipſos internecioni dederunt: atque tunc cognoſcetur Deus iuſtâ fuiſſe vſus ſententiâ.

Inſidiatores propriis technis capiuntur, & pereunt.

HESYCHII. Ceterùm Gentes hîc appellat dæmonum cuneum. Hi enim cùm ſalutarem crucem fabricaſſent, per eamdem tyrannide ſuâ exciderunt, & laqueo quem abſconderant comprehenſus eſt pes eorum, & in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.

THEODORI. Iis, inquit, quæ machinati fuerant contra nos inimici noſtri, iiſdem ipſi capti ſunt. Id eſt, ea quæ contra nos comminiſcebantur, ipſi paſſi ſunt.

18. CONVERTANTVR PECCATORES.]
CHRYSOSTOMI. Quod autem dicit, eſt eiuſmodi: Maligni pœnas dabunt, & extrema tolerabunt. Non enim patietur Deus iniuriâ affectos ſemper in inſidiis verſari. Obſerua iterùm vt pauperes ſiue contriti corde, Deo placeant: hi namque ſunt etiam ad patientiam accommodati. Quin potiùs hæc ſe mutuo progignunt, ſcilicet humilitas patientiam, & patientia humilitatem. Quid eſt, *Patientia pauperum non peribit in finem?* id eſt, numquam: ſed omnino fructum ſuum conſequetur. Non paruam verò id adfert conſolationem, ſemper ſecurum eſſe poſſe de fine.

Pauperum Deus non obliuiſcitur.

ORIGENIS. Auertantur peccatores, ne videant Ieſu animam deſcendentem & aſcendentem, cùm ſint intrinſecus auerſi.

DIDYMI. Peccatores autem & Gentes vocat, non homines tantùm, ſed etiam poteſtates carnis expertes. Omnis enim peccati particeps, hanc ſortitur denominationem, eò quòd vox illa *peccator*, non ſubſtantiam, ſed qualitatem ſignificet, ſicut etiam vox illa *Gentes*. Quemadmodum autem is qui ſecundùm locum non eſt in cælo, cogitatione tamen & inſtituto vitæ in cælo verſari poteſt: ſic qui mortalitatis ſigna circumfert, exiſtimari poteſt iam nunc infernum inhabitare. Pauper verò dicitur etiam is qui propter peccatum egenus eſt, & opus habet aliquid accipere à Deo. Omnis autem qui huiuſmodi eſt, etiam in memoriam Dei venit, tametſi, ob eius vtilitatem, aliqualis ipſius obliuio eſſe videatur, non tamen permanens in finem.

Quinam hîc peccatores, & Gentes vocentur.

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Peccatorum, quemadmodum & iuſtorum, plura eſſe genera conuincitur. Sed hoc loco peccatores appellat infideles, quos etiam Dei obliuionem ſubire dixit. Sicut igitur qui credunt in Deum, licet mortui fuerint, viuunt (nam *qui credit in me*, inquit Chriſtus, *etiamſi mortuus fuerit, viuet.*) ſic qui non credunt, etiam antequam moriantur, propter ſententiam in ipſos latam, mortui ſunt.

Ioan. 11, 25.

20. EXVRGE DOMINE, NON CONFORTETVR HOMO.] CHRYSOSTOMI. Alius legit, *ne ſe glorioſè iactet. Iudicentur Gentes*; alius habet, *ſecundùm faciem tuam.* Cùm reprehenſurus erat malitiam & nequitiam, quæ plurimos homines tenet; orat Deum, vt iniuriâ oppreſſis auxilium ferat. Iſtiuſmodi enim ſunt viſcera ſanctorum.

21. CONSTITVE DOMINE LEGISLATOREM.] THEODORETI. Meritò quis Iudæos interrogaret, qualem legiſlatorem hîc Vates dari poſtulet, niſi Dominum Chriſtum, cuius legiſlationem Gentibus donari obſecrat, vt ferinâ vitâ derelictâ cognoſcant ſe homines eſſe? *Homo* enim (inquit Vates) *cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis.* Quapropter & hîc dicit: *Cognoſcant Gentes, quoniam homines ſunt.*

Chriſtus Gentium legiſlator.

Pſal. 48, 14.

EVSEBII. Excitat Deum, vt, licet patientia ac longanimitas, & diuitiæ bonitatis eius ac lenitatis illi moram faciant, impios tamen homines proſternat. Poſtquam autem rogauerat, vt coram Deo Gentes diiudicarentur, nunc conſequenter ante futurum iudicium petit, legiſlatorem Gentibus conſtitui, quò cognoſcant ſe homines eſſe, & non bruta animalia: non enim brutis datur lex. Ceterùm non Moyſem dixerit, olim ex hominibus natum, neque legem quæ ſolis Iudæis lata fuit, neque alium quempiam expectandum eſſe legiſlatorem, vt noui Teſtamenti lex per totum orbem permeet. Chriſtus enim hic legiſlator eſt, & Euangelij eius prædicatio iam Gentes ſubegit. de quo per Prophetam Pater ait: *Ecce puer meus, quem elegi; electus meus, in quo complacuit ſibi anima mea: iudicium gentibus proferet: non contendet, neque clamabit, nec audietur vox eius. Calamum conquaſſatum non conteret, & li-*

Non alius poſt Chriſtum legiſlator expectandus.

Iſaiæ 42, 1 Matth. 12, 18.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἁμαρτωλῶν πολλὰ γένη, ὥσπερ δὴ καὶ δικαίων, γνωρίζεται. Ἐνταῦθα δὲ ἁμαρτωλοὺς τοὺς ἀπίστους καλεῖ, οὓς καὶ λήθην τοῦ θεοῦ παθεῖν ἔφησεν. ὥσπερ τοίνυν οἱ πιστεύοντες εἰς τὸν θεὸν, ζῶσι, κἂν ἀποθάνωσιν (ὁ γὰρ πιστεύων εἰς ἐμὲ, φησὶν ὁ Χριστὸς, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται) οὕτως οἱ ἀπιστοῦντες, καὶ πρὶν ἀποθανεῖν, διὰ τὴν ἀπόφασιν τὴν ὑπ᾽ αὐτοῖς, τεθνήκασιν.

κ΄. ΑΝΑΣΤΗΘΙ ΚΥΡΙΕ, ΜΗ ΚΡΑΤΑΙΟΥΣΘΩ ΑΝΘΡΩΠΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἄλλος, μὴ θρασυνέσθω, φησὶ. κριθήτωσαν ἔθνη, ἄλλος· κατὰ πρόσωπόν σου. Μέλλων ἐμβάλλειν εἰς τὴν κακίαν καὶ πονηρίαν, τὴν κατέχουσαν τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων, παρακαλεῖ τὸν θεὸν ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδικουμένων βοηθείας. Τοιαῦτα γὰρ τῶν ἁγίων τὰ σπλάγχνα.

κα΄. ΚΑΤΑΣΤΗΣΟΝ ΚΥΡΙΕ ΝΟΜΟΘΕΤΗΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Εἰκότως ἄρα ἐρωτήσειέ τις τοὺς Ἰουδαίους, ποῖον ἐνταῦθα δοθῆναι νομοθέτην ὁ προφήτης παρακαλεῖ, εἰ μὴ τὸν δεσπότην Χριστὸν, οὗ τὴν νομοθεσίαν ἀντιβολεῖ παρασχεθῆναι τοῖς ἔθνεσι, ἵνα τὸν θηριώδη καταλύοντες βίον, γνῶσιν ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν. Ἄνθρωπος γάρ (φησὶν ὁ προφήτης) ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. διόπερ κἀνταῦθά φησι, γνώτωσαν ἔθνη, ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διεγείρει τὸν θεὸν, ὡς τῆς ἀνοχῆς αὐτοῦ, καὶ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος, καὶ τῆς μακροθυμίας ἀναβολὴν μὲν ἐμποιούσης αὐτῷ, ἐπιτρίβειν δὲ τοὺς ἀσεβεῖς ἀνθρώπους. Εὐξάμενος δὲ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ κριθῆναι τὰ ἔθνη, νῦν ἀκολούθως πρὸ τῆς μελλούσης κρίσεως ἀξιοῖ δοθῆναι τοῖς ἔθνεσι νομοθέτην, ἵνα μάθωσιν ὡς εἰσὶν ἄνθρωποι, ἀλλ᾽ οὐκ ἄλογα ζῶα. οὐ γὰρ ἀλόγοις δίδοται νόμος. Οὐκ ἂν δὲ λέγοι Μωσέα τὸν ἐξ ἀνθρώπων πάλαι γεγονότα, οὐδὲ νόμον τὸν μόνοις τεθέντα τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλ᾽ οὐδὲ προσδοκᾶν ἕτερον δεῖ, τὸ διὰ πάσης ἐλθεῖν τῆς οἰκουμένης τῆς καινῆς διαθήκης τὸν νόμον. Χριστὸς γὰρ ὁ νομοθέτης, καὶ τοῦ εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα κεκράτηκε τῶν ἐθνῶν, περὶ οὗ διὰ τοῦ προφήτου φησὶν ὁ πατήρ· Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα· ὁ ἐκλεκτός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου, κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει· οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἡ φωνὴ αὐτοῦ. κάλαμον συντεθλασμένον οὐ συντρίψει, καὶ λί-

νον

νον τυφόμενον οὐ σβέσει, ἀλλ' εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλάμψει, καὶ οὐ θραυσθήσεται, ἕως ἂν θῇ ἐπὶ τῆς γῆς κρίσιν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι. τὸ δὲ ἑβραϊκὸν καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἑρμηνευταὶ, καὶ τῷ νόμῳ αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν, ἐξέδωκαν.

num fumigans non extinguet: ſed in veritate educet iudicium, eluceſcet, & non vulnerabitur, donec ponat in terra iudicium, & in nomine eius Gentes ſperabunt. Hebræus autem & ceteri omnes interpretes expoſuerunt, *Et in lege eius Gentes ſperabunt.*

CATENA PATRVM.

PSALMVS X. SECVNDVM HEBRÆOS.

κβ'. ΙΝΑ ΤΙ ΚΥΡΙΕ ΑΦΕΣΤΗΚΑΣ;] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ταῦτά φησιν ὁ προφήτης ἐκ προσώπου τῶν θλιβομένων, παρακαλῶν, οὐκ ἐγκαλῶν· μὴ γένοιτο. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν θλιβομένων, πρὸ τοῦ προσήκοντος καιροῦ ἀξιοῦσι γενέσθαι τὴν ἴασιν. καθάπερ γὰρ οἱ τὰ σεσηπότα μέλη τεμνόμενοι, μηδέπω τελείας γενομένης τῆς πληγῆς, παρακαλοῦσι τὸν ἰατρὸν ἀποστῆσαι τὴν χεῖρα, ἐβασάνισές με, λέγοντες, ἀπώλεσάς με. Ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα τῆς διανοίας ῥήματα, ἀλλὰ τῆς ὀδύνης. οὕτω δὴ καὶ πολλοὶ τῶν μικροψύχων ἐν ταῖς θλίψεσι λέγουσιν.

22. H. 1. VT QVID DOMINE RECESSISTI?] CHRYSOSTOMI. Hæc Propheta dicit in perſona afflictorum; deprecando, non accuſando: abſit. Quoniam etiam multi qui affliguntur, rogant vt ante tempus congruum curentur. Sicut etiam hi, quibus membra putrida inciduntur, plagâ nondum perfectâ, rogant medicum vt manum abſiſtat, dicentes; Torſiſti me, perdidiſti me. Verùm, non ſunt hæc verba mentis, ſed doloris. Sic etiam multi puſillanimes in tribulationibus loquuntur.

Afflictorum querela quales.

κγ'. ΕΝ ΤΩ ΥΠΕΡΗΦΑΝΕΥΕΣΘΑΙ ΤΟΝ ἈΣΕΒΗ, ΕΜΠΥΡΙΖΕΤΑΙ Ο ΠΤΩΧΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἱκέτου σχῆμα περιθεὶς ἑαυτῷ ὁ προφήτης, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων παρακαλῶν, λέγει τὰ συμβάντα αὐτοῖς, ἅπερ ἀσθενείας ἐστὶν ἀνθρωπίνης. Ὅτι πρὸ τῆς κολάσεως καὶ τῆς τιμωρίας ὀδυνᾶται ὁ ἀδικούμενος. οὐ μικρὰ δὲ καὶ τοῦτο τιμωρία. Εἶτα ἀξιοῖ δοῦναι αὐτοῖς δίκην, καὶ αὐτοῖς περιτραπῆναι τὰς ἐπιβουλὰς αὐτῶν, καὶ λέγει κακίας εἶδος ἀφόρητον. Ποῖον δὴ τοῦτο; ὅτι ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλός, καὶ ἑξῆς. ἐφ' οἷς αἰσχύνεσθαι ἔδει, καὶ τιμωρίαν ὑπέχειν, ὑπὲρ τούτων θαυμάζεται καὶ ἐπαινεῖται ὁ ἀδικῶν, ὡς δυνατός· ὁ τοῖς ἐχθροῖς ἀμυνόμενος, ὡς ἐχέφρων καὶ δραστήριος, καὶ ἕκαστος τῶν κακῶν ἔχει τινὰς ἐπαινέτας καὶ ἐραστάς.

23. H. 2. DVM SVPERBIT IMPIVS, INCENDITVR PAVPER.] CHRYSOSTOMI. Deprecantis formam in ſe exhibens Vates, & pro iniuriam paſſis obſecrans, refert ea quæ ipſis contigerunt, quæ infirmitatis ſunt humanæ. Quoniam ante punitionem & ſupplicium triſtatur is qui iniuriis afficitur: hæc autem non parua pœna eſt. Deinde rogat vt ipſis ſupplicium irrogetur, inque ipſos inſidiæ eorum conuertantur, & intolerabilem quamdam malitię ſpeciem recenſet. Quęnam hæc? *Quoniam laudatur peccator*, &c. Pro quibus confundi oportebat, & ſupplicium luere, propter hæc admirationi eſt & laudatur iniquus, veluti potens; inimicorum vltor, tamquam induſtrius ac ſtrenuus; & quilibet malus quoſdam habet laudatores & amatores.

Peccator laudatur in mundo.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σφόδρα δὲ εὐφυῶς τὸ ἐμπυρίζεται ἐπὶ τῶν ἀθυμούντων τέθεικεν. Ἐμπιπραμένοις γὰρ οἱ ἀθυμοῦντες ἐοίκασι, καὶ οἷόν τινα καπνὸν, διὰ στόματος τὸν στεναγμὸν ἀναπέμπουσι.

THEODORETI. Admodum concinnè hoc verbum *incenditur*, mœrentibus accommodauit. Nam ardentibus ſimiles ſunt, qui dolore afficiuntur, & veluti quemdam fumum, per os gemitum emittunt.

Mœrentes quodammodò aduruntur.

κϛ'. ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ Ο ΘΕΟΣ ΕΝΩΠΙΟΝ ΑΥΤΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες τῆς κακίας τὸν καρπόν· σβέννυται αὐτοῦ τὸ φῶς, καὶ αἰχμάλωτος δίδοται τῇ πονηρίᾳ. ἐπειδὴ τὸν φόβον τοῦ θεοῦ οὐκ ἔχει πρὸ ὀφθαλμῶν, διαπαντὸς ἐν κακίᾳ διατρίβει.

26. H. 5. NON EST DEVS IN CONSPECTV EIVS.] CHRYSOSTOMI. Vidiſti fructum malitiæ; extinguitur lumen eius, & in captiuitatem traditur nequitiæ. Quoniam cùm non habeat timorem Dei ante oculos, ſemper in malitia verſatur.

Malitia excæcat & captiuat.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Παντὸς ἀνθρώπου φιλαμαρτήμονος, καὶ ἀσχέτως βλέποντος εἰς τὸ πλημμελὲς,

CYRILLI. Omnis hominis peccati amantis, & incontinenter in vitium ruentis,

& ad Deum exacerbandum prorſus inclinati, eò quòd non habeat ipſum in conſpectu ſuo, inquinatæ ſunt prorſus viæ, id eſt, actiones, & impuritatis plenæ ſunt, & malitiæ cœno contaminantur, & quaſi ad iudicia legeſque Dei è medio tollendas ſpectant. Omne enim peccatum cum diuinorum oraculorum intentione pugnat.

28. H. 7. CVIVS OS MALEDICTIONE PLENVM.] ORIGENIS. Qui à ſanctitate excidit, & à veritate ac benedictione ſemetipſum elongat, is os plenum habet maledictione, per ea quæ dicit, tentans ſupplicio & maledictioni ſubiicere incautos. Habet autem ſermo eius vnà cum fallacia magnam acrimoniam, ideò ſermo eius vltra maledicentiam amaritudine & dolo plenus eſt.

Improbi dum felices ſunt, pauperibus inſultant probis.

ATHANASII. Permanentem, inquit, felicitatem ſe habiturum exiſtimauit, ideò & amaritudine & dolo os eius impletum eſt. Quin etiam pauperibus inſidiatur, vt eos ſuis laqueis interficiat. Illud verò *cum diuitibus*, quid aliud intelligendum, quàm cum diuitibus in malis? hi enim cum patre ſuo diabolo contra pauperes conſpirant.

Diabolus inſidioſus, quomodo decipiat.

DIDYMI. Vtique diabolus iſtiuſmodi eligit, qui in ſermone mendacij diuites videntur, cum quibus ſedet occultus, latere volens, vt interficiat innocentem, ipſum ardentibus ſuis ſagittis traiiciens. lethiferæ enim ſunt, vt quæ à vita proba auellant. Poſſet etiam illud, *in occultis*, cum præcedenti & ſequenti ſententia coniungi. Verumtamen non poteſt ſagittis ſuis conficere illum, qui indutus eſt armaturam Dei. Vnde oculos in pauperem, vt captu facilem, coniicit, qui idem eſt cum iſto paupere ſuperbiâ impij incenſo. iſtiuſmodi autem verbis, aut etiam operibus, doloſis capit in rete ſuum, vt ipſum, tamquam leo deuoret. Inſidiatur porrò, cùm de diſpenſatione, verbi gratia, diuitiarum loquens, auaritiæ verba latenter ingerit, vel etiam illi qui caſtè viuere ſtatuerat, laſciuiæ modum ſuggerit: ſicut etiam Euam, ſub ſpecie diuinæ æqualitatis, ad præuaricandum induxit. Illud autem, *inclinabit ſe*, ſignificat, quemadmodum deorſum conuertens oculum, corruerit. Quomodo enim non deorſum oculos vertit, qui dicit: *Oblitus eſt Deus*, etiam prouidentiam contemnens?

καὶ ὁλοτρόπως ἐκνενευκότος εἰς τὸ παροξύνειν Θεόν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὸν ἐνώπιον αὐτοῦ, βεβηλοῦνται πάντως αἱ ὁδοί, τουτέστιν αἱ πράξεις, καὶ ἀκαθαρσίας εἰσὶ μεσταί, καὶ τῷ τῆς φαυλότητος βορβόρῳ καταμιαίνονται, καὶ οἷον βλέπουσι πρὸς ἀναίρεσιν τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων, ἤτοι νόμων. πᾶσα γὰρ ἁμαρτία μάχεται τῷ σκοπῷ τῶν ἱερῶν θεσπισμάτων.

κή. ΟΥ ΑΡΑΣ ΤΟ ΣΤΟΜΑ ΑΥΤΟΥ ΓΕΜΕΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ τῆς ἁγιότητος ἐκπεσών, τῆς ἀληθείας καὶ εὐλογίας πόρρω ἑαυτὸν ἀπαγαγών, τὸ στόμα πεπληρωμένον ἀρᾶς ἔχει, δι᾽ ὧν λέγει πειρώμενος ὑπὸ κόλασιν καὶ ἀρὰν ποιεῖν ἀπατωμένους. Ἔχει δὲ αὐτοῦ ὁ λόγος σὺν τῷ δολερῷ πολλὴν δριμύτητα· διὸ σὺν τῇ ἀρᾷ καὶ πικρίας καὶ δόλου ὁ λόγος αὐτοῦ πεπλήρωται.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Παραμονόν, φησιν, ἕξειν τὴν εὐημερίαν λελόγισται, διὸ καὶ πικρίας καὶ δόλου τὸ στόμα πεπλήρωται. Καὶ μὴν καὶ ἐνεδρεύει πτωχούς, πρὸς τὸ ἀποκτεῖναι διὰ τῶν ἰδίων παγίδων. Τὸ δὲ μετὰ πλουσίων, τί ἂν ἕτερον νοηθείη, ἢ τῶν πλουτούντων ἐν κακοῖς; οὗτοι γὰρ τῷ διαβόλῳ κατὰ τῶν πτωχῶν τῷ πατρὶ αὐτῶν συμπράττουσιν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἤγουν ὁ διάβολος ἐπιλέγεται, δοκοῦντας εἶναι πλουσίους ἐν λόγῳ ψεύδει, μεθ᾽ ὧν καθέζεται κρύφα, λανθάνειν βουλόμενος, ὡς ἂν ἀθῷον ἀποκτείνῃ, τρώσας αὐτὸν τοῖς πεπυρωμένοις αὐτοῦ βέλεσι. Θανατικὰ γάρ ἐστιν, ἀπὸ τῆς σὺν ἀρετῇ ζωῆς κατασπῶντα. Δύναται δὲ τό, ἐν ἀποκρύφοις, συναχθῆναι καὶ τῷ προάγοντι ῥητῷ, καὶ τῷ μετ᾽ αὐτό. Πλὴν οὐ δύναται τοῖς ἰδίοις ἀποκτεῖναι βέλεσι τὸν ἐνδεδυμένον τὴν τοῦ Θεοῦ πανοπλίαν. Διὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ὡς εὐάλωτον ἔχει τὸν πένητα, τὸν αὐτὸν ὄντα τῷ ἐμπυριζομένῳ πτωχῷ ἐπὶ τῇ τοῦ ἀσεβοῦς ὑπερηφανίᾳ. Τὸν τοιοῦτον δὲ ἁρπάζει διὰ λόγων ἀπατηλῶν ἢ καὶ πράξεων, πρὸς τὴν ἰδίαν παγίδα, καταφαγεῖν αὐτὸν ὡς λέων ἐθέλων. Ἐνεδρεύει δέ, ἡνίκα περὶ οἰκονομίας τυχὸν ὁμιλῶν, τὸν περὶ τῆς φιλαργυρίας λόγον ἐγκρύψῃ, ἢ καὶ τῷ σωφρονεῖν βουλομένῳ ὑποβάλλει τρόπον ἀκολασίας. ὡς καὶ τῇ Εὔᾳ διὰ τῆς ἰσοθεΐας ἐνέβαλε τὴν παράβασιν. Τὸ δὲ κύψει, δηλοῖ ὡς κάτω στρέψας τὸν ὀφθαλμόν, ἔπεσε. Πῶς γὰρ οὐ κάτω βλέπει, λέγων, ἐπιλέλησται ὁ Θεός, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀθετῶν;

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Φασὶ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι τοὺς λέοντας ἐν ταῖς οἰκείαις μάνδραις ἠρεμεῖν, καὶ οἷον κατακρύπτεσθαι, μὴ ἄρα πως τῇ θέᾳ καταπτώσσῃ τι τῶν ἑτέρων ζώων ἃ δὴ ποιεῖται τροφήν· ἐπὰν δὲ ἴδῃ τι γεγονὸς ἐγγύς, ἀναπηδήσας εὐθὺς καταβρυχᾶται μέγα, καὶ καταβροντήσας ἀφορήτοις ἐπιπηδᾷ, καὶ ἁρπάζει τὸ παρατυχὸν προκατανεκρώσας τοῖς δείμασι. λέων γὰρ ἐρεύξεται, φησι, καὶ τίς οὐ φοβηθήσεται; λέοντι τοίνυν παραπλήσιος ὁ διάβολος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐν τῇ ἐντολῇ τῇ δοθείσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ ἥρπασε πτωχὸν, καὶ εἵλκυσεν ἐν τῇ παγίδι αὐτοῦ, ὥστε ἐν αὐτῇ ταπεινῶσαι τὸν ἁρπαγέντα. Πάλιν ἐνεδρεύσας ἐν ἀποκρύφῳ, ἥρπασε πτωχὸν γενόμενον τὸν Ἰούδαν διὰ φιλαργυρίας, ὃν καὶ ἑλκύσας πρὸς ἑαυτὸν, ἐν ᾗ ἔκρυψε παγίδι ἐταπείνωσεν αὐτόν.

λγ΄. ΑΝΑΣΘΗΤΙ ΚΥΡΙΕ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ οἱ δυσσεβείᾳ καὶ παρανομίᾳ συζῶντες, δι᾽ ὧν πράττουσι, λέγουσιν ὡς ἐπιλέλησται ὁ θεός· δίδαξον αὐτοὺς διὰ τῆς πείρας, ὡς οὐκ ἐπιλέλησαι, οὐδ᾽ ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου, ἀλλὰ τῶν ἀδικουμένων κηδεμονίαν ποιῇς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Χεῖρα δὲ ὑψουμένην, τροπικῶς δύναμιν σημαίνει τοῦ θεοῦ τὴν κριτικήν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Καταπαιέτω ἡ χείρ σου (φησὶ) καὶ ὑψούσθω λοιπὸν, ἐπιφέρουσα τοῖς πλημμελοῦσι τὴν μάστιγα, κατά γε τὸ εἰρημένον διὰ τῆς Ἡσαΐου φωνῆς· ἐπὶ πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς, ἀλλ᾽ ἔτι χεὶρ ὑψηλή. αἴρεται γὰρ ἀεὶ πως ὑψοῦ τῶν παιόντων ἡ χείρ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εὔχεται διὰ τούτων ἤδη ποτὲ τὴν ἀνοχὴν τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν χρηστότητα, καὶ τὴν μακροθυμίαν κινηθῆναι, καὶ διεγερθῆναι ἐπὶ τὴν κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς κρίσιν, καθ᾽ ἣν ἡ χεὶρ θεοῦ ὑψωθεῖσα τὴν παρ᾽ ἑκάστῳ ἐκδίκησιν ποιήσεται. χεῖρα ὑψουμένην τροπικῶς τὴν δύναμιν σημαίνων τοῦ θεοῦ τὴν κριτικὴν, ἣ τέως μὲν μὴ ἐνεργοῦσα τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν κρίσιν, ἡσυχάζειν καὶ ταπεινοῦσθαι δοκεῖ· ἐὰν δὲ ἄρξηται ἐνεργεῖν, ἀποδιδοῦσα ἑκάστῳ κατὰ τὸ δίκαιον, τηνικαῦτα λέγεται ὑψοῦσθαι. Διὸ μὴ ἐπιλάθῃ τῶν σῶν πενήτων, τῶν τῷ πνεύματι πτωχευόντων, εἰδὼς ὅτι οἱ πάντες ὑπὸ τὰς σὰς χεῖρας τυγχάνουσι· διὸ λέλεκται τὸ παραδοῦναι αὐτοὺς εἰς χεῖρας σου. Τοιγαροῦν ὁ σὸς πτωχὸς ἀκούσας τῶν σῶν λογίων, φασκόντων, Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοὶ, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ. Ὅτι ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει

CATENA PATRVM.

CYRILLI. Aiunt leones in montibus, in ſpeluncis ſuis quieſcere, & quaſi abditos latere, ne cetera animalia, quibus aluntur, eorum aſpectu terreantur; cùm autem aliquod proximè accedere viderint, exilire ſtatim, & magno rugitu intolerabiliter frementes, inſultare, ac rapere quidquid obtigerit, pauore id exanimantes. *Leo* (enim inquit) *rugiet, & quis non timebit?* Leoni ergo ſimilis eſt diabolus. *Leones quomodo prædas inſiliunt.* Amos 3.8.

DIDYMI. In præcepto quod in paradiſo datum fuerat, rapuit pauperem, & traxit in laqueum ſuum, vt in illo raptum humiliaret. Rurſus inſidiatus in occulto rapuit Iudam pauperem per auaritiam factum, quem etiam ad ſe trahens, ipſum humiliauit in laqueo quem abſconderat. *Laquei diaboli quales.*

33. H. 2. EXVRGE DOMINE.] THEODORI. Cùm impiè improbeque viuentes, per ea quę agunt, dictitent Deum oblitum eſſe; doce ipſos per experientiam, te non eſſe immemorem, neque faciem tuam auertere, ſed eorum qui iniuriâ afficiuntur, curam gerere. *Impij putant Deum obliuiſci.*

EVSEBII. Per manum verò exaltatam, tropicè iudiciariam Dei poteſtatem ſignificat.

CYRILLI. Feriat (inquit) manus tua, & exaltetur tandem, vt puniat delinquentes, iuxta illud quod per vocem Iſaiæ dictum eſt: *In omnibus his non eſt auerſus furor, ſed adhuc manus eius extenta.* Extenditur enim quaſi continuò in altum manus ferientium. *Ferientes exaltant manum.* Iſaiæ 5, 25.

ORIGENIS. Rogat per hæc, vt aliquando Dei tolerantia & benignitas ac longanimitas moueatur, & ad iudicium aduerſus impium excitetur, in quo manus Dei eleuata vnumquemque iudicabit. Per manum eleuatam hîc tropicè ſignificat vim iudicij diuini, quæ quidem donec aduerſus impios iudicium inſtituat, quieſcere videtur atque humiliari: quando autem vim ſuam exerere incipiet, reddens vnicuique ſecundùm meritum, tunc dicitur exaltari. Quocirca non obliuiſcaris pauperum tuorum qui ſpiritu pauperes exſiſtunt, ſciens quoniam omnes ſub manu tua ſunt: quare dictum eſt, *Vt tradas eos in manus tuas.* Tuus itaque pauper eſt, qui audit ſermones tuos docentes: *Non voſmetipſos defendentes, chariſſimi, ſed date locum iræ. Nam mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus.* *Manus Dei eleuata quid inſinuet.* Rom. 12, 19.

CATENA PATRVM.

Dominus. Tibi vindictam committit, tibique ſeipſum concredit, confidens ſe vindictam à iuſto tuo iudicio conſecuturum.

Deus maximè auerſatur atheorum cogitationes.

HESYCHII. Interrogat, quodnam impij, ſcilicet diaboli, vel valdè impij hominis, peccatum Deus potiſſimùm auerſetur. Deinde inductam ipſe interrogationem ſoluit. *Dixit enim in corde ſuo, Non requiret*. Conuitiatur, inquit, Deum, vt qui res noſtras ſine prouidentia & ſine examine eſſe permittat. Quæ perſuaſio deceptis exitio eſſe reperitur: quare conſequenter ſubiunxit:

35. H. 14. TIBI DERELICTVS EST PAVPER.] THEODORI. Ita enim & Symmachus diſtinxit: *Vides, quoniam tu laborem & indignationem aſpicis*; & Aquila, *Vidiſti, quoniam tu laborem & irritationem reſpicis*.

Deus cognitor cogitationum impiarum.

ATHANASII. Tu, inquit, ô Domine omnia noſti, & nihil te latet eorum quæ fiunt, ſed neque eorum quæ in mentem & cogitationem veniunt. Quin labores hominum & furores eorum qui inſultant, & irritationes exactè noſti: quoniam omnium cogitationes conſideras, tuque is es, qui corda & renes ſcrutaris. Et cùm hæc videas, nihilominùs lenis es & longanimis, ſciens omnes eſſe ſub manu tua, nec eſſe quò ſe quis extra eam ſubducat.

36. H. 15. CONTERE BRACHIVM PECCATORIS.] CYRILLI. Hæc poſtulatio ſanctum decet, omniqúe laude plena eſt. Sanctum enim, omniqúe vitæ vtile eſt, vt omnis peccatoris brachium (id eſt poteſtas) conteratur: ad nihil enim aliud ipſum habet, quàm ad conterendum pauperem, & pupillum occidendum. Peccatoris huius brachium à Domino conteritur, & peccatum eius quæſitum, non inuenitur.

Brachium peccatoris debet conteri.

38. H. 17. DESIDERIVM PAVPERVM, &c.] THEODORETI. Hæc autem non ſimpliciter diuinus Vates præſenti Pſalmo coniunxit: ſed, cùm vellet inprimis oſtendere, quo pacto humana natura antiquitus affecta eſſet, & quòd vnigenitum Dei Verbum, opportunè carne aſſumptâ, adhibuerit medicinas vlceribus reſpondentes. Prætereà docet, eos qui nihil vtilitatis ex hoc beneficio percipere voluerunt, maioribus afficiendos eſſe ſupplicijs à Deo vniuerſitatis, in die illa ſecundi aduentus.

κύριος. Σοὶ τὴν ἐκδίκησιν ἐπιτρέπει, καὶ σοὶ ἑαυτὸν καταλείπει, πιστεύων ἐκδικίας παρὰ τῆς σῆς δικαιοκρισίας τυχεῖν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐρωτᾷ ποίαν ὁ θεὸς τοῦ ἀσεβοῦς, δηλαδὴ τοῦ διαβόλου, ἢ καὶ τοῦ λίαν ἀσεβοῦντος ἀνθρώπου, ἁμαρτίαν ἀποστρέφεται μάλιστα· εἶτα αὐτὸς ἐπαγαγὼν τὴν ἐρώτησιν, ἔλυσεν. Εἶπεν γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἐκζητήσει. Συκοφαντεῖ τὸν θεόν, φησιν, ὡς ἀπρονοήτως καὶ ἀνεξετάστως εἶναι συγχωροῦντα τὰ ἡμέτερα· ὅπερ ἀπωλείας πρόξενον τοῖς ἀπατωμένοις εὑρίσκεται· παραχρῆμα ἀκολούθως προσέθηκε·

λέ. ΣΟΙ ΕΓΚΑΤΑΛΕΛΕΙΠΤΑΙ Ο ΠΤΩΧΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Σύμμαχος διέστειλεν· Ὁρᾷς, ὅτι σὺ μόχθον καὶ παροργισμὸν ἐποπτεύεις· καὶ ὁ Ἀκύλας, Εἶδες, ὅτι σὺ πόνον καὶ παροργισμὸν ἐπιβλέπεις.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Σύ, φησιν, ὦ κύριε πάντα γινώσκεις, καὶ οὐδέν σε τῶν πραττομένων λανθάνει, οὐδὲ τῶν ἐν διανοίᾳ καὶ λογισμῷ ἀνιόντων. ἀλλὰ καὶ τοὺς πόνους τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς θυμοὺς τῶν ἐπηρεαζόντων, καὶ τοὺς παροργισμοὺς οἶδας ἀκριβῶς, ἐπειδὴ πάντων τοὺς λογισμοὺς κατανοεῖς, καὶ σὺ εἶ ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφρούς. Καὶ ταῦτα ἐφορῶν μακροθυμεῖς, εἰδὼς ὅτι ὑπὸ τὰς χεῖράς σου πάντες τυγχάνουσι, καὶ οὐκ ἔστι ποῦ ἐκτὸς οὐδενὶ διαδρᾶναι.

λς'. ΣΥΝΤΡΙΨΟΝ ΤΟΝ ΒΡΑΧΙΟΝΑ ΤΟΥ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἁγιοπρεπὴς ἡ αἴτησις, καὶ παντὸς ἐπαίνου μεστή. Ὅσιον γάρ, καὶ παντὶ τῷ βίῳ χρήσιμον, τὸ παντὸς ἁμαρτωλοῦ συντρίβεσθαι τὸν βραχίονα, τουτέστι τὴν δυναστείαν. ἐπ' οὐδενὶ γὰρ ἔχουσιν ἑτέρῳ, πλὴν ὅτι μόνον ἐπὶ τὸ συντρίβειν πτωχόν, καὶ ἀπολλύναι ὀρφανόν. Ἁμαρτωλοῦ τούτου ὁ βραχίων ὑπὸ κυρίου συντρίβεται, καὶ ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ ζητουμένη οὐχ εὑρίσκεται.

λή. ΤΗΝ ΕΠΙΘΥΜΙΑΝ ΤΩΝ ΠΕΝΗΤΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς ὁ προφήτης τῷ προκειμένῳ συνῆψε ψαλμῷ, ἀλλὰ πρῶτον μὲν δεῖξαι βουλόμενος, ὅπως διέκειτο πάλαι ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καὶ ὅτι μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, εἰς καιρὸν ἐνανθρωπήσας, κατάλληλα τοῖς τραύμασιν ἐπέθηκε φάρμακα. Πρὸς δὲ τούτοις διδάσκει, ὡς τούτους ὄνησιν οὐδεμίαν ἐκ τῆς εὐεργεσίας δέξασθαι μὴ βουληθέντας, μείζοσι παραδώσει κολαστηρίοις ὁ τῶν ὅλων θεός, ἐν τῇ τῆς δευτέρας ἐπιφανείας ἡμέρᾳ.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. Hic Pſalmus inſcribitur, *Pro occultis filij*; Hebræi legunt עַל מוּת לַבֵּן, *gal muth labben*, id eſt, *ſuper mortem filij*; ſed benè notat Bellarminus, pro *gal muth*, vnico verbo legi poſſe, *galamoth*, quod *occulta*, ſiue *arcana* ſignificat, atque ita probabiliter meliores codices, quibus Septuag. vſi ſunt, habuiſſe. Agit autem hic Pſalmus de vnico Filio Dei, qui diabolum debellauit. Cuius myſterium vocat Apoſtolus, *abſconditum à ſæculis*: de quo etiam S. Dionyſius Areopagita in Epiſt. 3. ad Caium ita ſcribit: Καὶ τοῦτο γὰρ Ἰησοῦ κέκρυπται, καὶ οὐδενὶ λόγῳ, οὔτε νῷ τὸ κατ' αὐτὸν ἐξῆκται μυστήριον, ἀλλὰ καὶ λεγόμενον ἄῤῥητον μένει, καὶ νοούμενον ἄγνωστον. *Etenim hoc Ieſu myſterium occultum eſt, nec vllo ſermone vel intellectu expreſſum: quin imò dum profertur arcanum, & dum intelligitur, ignotum manet.*

Col. 1, 26.

Ieſu myſterium occultum.

2. *Confitebor tibi Domine.*] Hoc ſimile eſt iſti quod Chriſtus apud Matthæum dicit: *Confiteor tibi Pater*, &c. Vide Euſebius in Catenâ, & Aſterius, ac Remigius à Lorino citati inſinuant, & cenſent, hæc à Dauide in perſona Chriſti prolata eſſe; præſertim cùm iſta verba ſequentia, *Narrabo omnia mirabilia tua*, Chriſto propriè videantur competere, cui Apoſtolus etiam illud Pſalmi XXI. attribuit: *Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* cui etiam Euangeliſta ſuffragatur, dicens: *Vnigenitus enim qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.* Quin & ipſemet Chriſtus Apoſtolis ait: *Omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Paraphraſis tamen & Theodoretus, in expoſitione ad verſ. 3. cenſent hunc Pſalmum, non ex perſona Saluatoris, ſed ad ipſum Saluatorem dictum eſſe.

Matth. 11, 25.

Chriſtus enarrat mirabilia Dei.

Hebr. 2, 12.
Pſ. 21, 23.
Ioan. 1, 18.
Ioan. 15, 15.

3. *Pſallam nomini tuo Altiſſime.*] Nota Deum hoc, & alijs locis in Scriptura dici *Altiſſimum*, & *Excelſum.*

Primò, quatenus eſt cauſſa omnis celſitudinis & ſublimitatis, quæ eſt in rebus creatis, ſiue ea ſit ratione loci & magnitudinis, quo modo cæli excelſi dicuntur; ſiue ratione officij & dignitatis, ſicut principes & reges excelſi ſunt; ſiue ratione naturæ, ſicut Angeli, qui rebus omnibus corporalibus longè ſunt excelſiores; ſiue ratione perfectionis & ſtatus, ſicut Beati, & in primis humanitas Chriſti, deinde B. Virgo mater Chriſti. Omnis enim celſitudinis huius ordinator, limitator, diſtributor ac largitor eſt Deus, qui omnes partes vniuerſi corporei & incorporei pulcherrimo ordine diſtribuit.

Deus dicitur Altiſſimus, vt eſt cauſſa omnis altitudinis.

Secundò, quia ipſe ſolus verè ſublimis & excelſus. Nam omnis celſitudo quæ eſt in rebus creatis, ipſius celſitudini comparata, non eſt celſitudo, ſed ſolùm imago vel vmbra celſitudinis ipſius. Omnes enim reges & principes, imò omnes Angeli & Beati, ſunt ſerui illius & mancipia naturâ ſuâ, quamuis ipſe ſuâ benignitate per communicationem Spiritus ſui eos in filios adoptarit, & nomine filiorum appellet.

Deus ſolus altiſſimus.

Tertiò, propriiſſimè dicitur *excelſus* & *altiſſimus*, quia ipſe, & ſecundùm eſſentiam ſuam, & ſecundùm omnes ſuas perfectiones eſt infinitè eleuatus ſupra omnem creaturam, non ſolùm actu exiſtentem, ſed etiam ſupra omnem poſſibilem & mente conceptibilem, quantumuis ea ſublimis, potens, ſapiens, magna, pulchra, ſancta concipiatur. Vnde non ſolùm dicitur *altiſſimus*, quia excelſior vel altior omnibus alijs, ſed quia infinitè altior; adeò vt inter ſupremam creaturam exiſtentem, & ipſum, ſint infiniti gradus ſpecierum angelicarum ſurſum tendendo. Idem dicendum de gradibus altitudinis. Vnde omnis creatura quantumuis excelſa, eſt infinito, vt ſic dicam, interuallo infra ipſum locata: etſi in eodem ſpatio. Hinc fit, vt inter creaturam & Deum ipſum ſit infinitum quoddam interuallum, non diſtantiâ loci, ſed naturæ, ſeu gradus: quod Myſtici Theologi *ſolitudinem* vocant.

Per eſſentiam Deus infinitè altiſſimus.

Inter Deum & creaturam eſt immenſum interuallum.

4. *In conuertendo inimicum meum retrorſum.*] Symmachus legit, ἀναστραφέντων τῶν ἐχθρῶν μου εἰς τὰ ὀπίσω, *cum ceciderint inimici mei retrorſum.* Quomodo etiam S. Hieron. vertit. Vbi nota cum Lorino, ſemper mali eſſe ominis abire, reuerti & conuerti retrorſum; vt patet in caſu eorum retrorſum, qui venerant ad comprehendendum Ieſum, auditis illis verbis eius, *Ego ſum.*

Retrorſum conuerti, eſt mali ominis.

Ioan. 18, 5.

5. *Quoniam feciſti iudicium meum.*] Chryſoſtomus, Alius, inquit, ἐδικάσας μου, *iudicaſti pro me.* q. d. Me (vtpote innocentem) abſoluiſti, hoſtes verò meos (vtpote reos) condemnaſti, & vltus es. Pulchrè hoc allegorizat Hugo à S. Victore, ex quo per compendium Lorinus ſic ait de Chriſto apud Patrem aduerſus diabolum cauſſam noſtram agente: Fecerat, inquit, diabolus iniuriam Deo, hominem fraudulenter abducendo, & violenter tenendo; homo præceptum contemnendo, & ſe alienæ ſeruituti ſubdendo; rurſus diabolus homini, falſis promiſſis decipiendo, & mala poſteà inferendo. Hominem iuſtè ſubiectum diabolo propter culpam, licet iniuſtè ob diaboli fraudulentiam, nullus à ſeruitute potuit liberare, niſi Deus. Deus cauſſam hominis ſuſcipere noluit, adhuc ei pro culpa iratus: Deo illatum damnum reſtituere, & pro contemptu ei ſatisfacere homo non poterat. Dedit homini Deus iuſtitiam, tribuens ei hominem, quem pro homine ſibi redderet, priore maiorem; nempe ſimul Deum, vt digna recompenſatio fieret: & pro contemptu pœnam ſponte ſubiuit moriendo. Iudicium denique noſtrum factum eſt, quando hic homo Chriſtus, deſcendens ad inferos, & portas mortis frangens, captiuitatem, quæ ibidem tenebatur, liberam eduxit.

Quomodo Deus per Chriſtum pro nobis iuſtitia ſua ſatisfecerit, & iudicium noſtrum fecerit.

IBIDEM. *Sediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam.*] Nota, ſedere in throno, proprium eſſe regum, præſertim eorum, qui ſecuro & beato rerum ſtatu perfruuntur. Vnde inter inſignia regni ponitur ſedes, quam propriè dici volunt thronum & ſolium. Sellam regni vocat Virgilius lib. 11. Æneidos.

Sedere in throno cui competat.

Et ſellam regni, trabeamque inſignia noſtri.

Hinc priuatum in regia ſella ſedere, tum apud Perſas (teſte Curtio lib. 8.) tum apud Romanos (vt notat Vopiſcus in Aureliano) capitale fuit. Iudices pariter *ſedere* dicuntur; vnde apud Romanos ſella erat Prætoris, è qua ius diceret: neque licuit ſententiam pronuntiare niſi ſedentem.

ANNOTATIONES CORDERII.

Dauid ergo Deum, vt potentiſſimum mundi regem ac iudicem deſcribit hîc in throno ſedentem, è quo vel ipſammet iudicat iuſtitiam. Vnde ſubdit:

Quis ordo in iudicando ſeruandus.

6. *Increpaſti Gentes, & perijt impius.*] Obſerua hîc cum D. Thoma ordinem in iudicando ſeruandum, vt primò quis reprehendatur, deinde puniatur, tandem extermineutr. Primum hîc ſignificatur per verbum *increpare*, ſecundum per *perire*, tertium per *deleri nomen in æternum.*

7. *Defecerunt frameæ.*] Aquila, ἐρημία, *ſolitudines*, quomodo etiam vertit S. Hieronymus; Symmachus, ἐρείπια, *ruinæ*. Didymus in Catena per *frameas* intelligit alienigenas doctrinas; Proſper accipit de euerſione idolorum. Apud Athanaſium in Vita S. Antonij diabolus verba iſta de

Diaboli frameæ defecerunt.

ſe ipſo expoſuit, dicens: *Nónne legiſti, Quia defecerunt inimici frameæ in finem, & ciuitates eorum deſtruxiſti? En nullum iam habeo locum, nullam poſſideo ciuitatem; iam mihi nulla ſunt arma: per omnes nationes, cunctaſque prouincias Chriſti perſonat nomen: ſolitudines quoque ipſæ monachorum ſtipantur choris*, &c. Finis ergo, vt exponit S. Auguſtinus, Chriſtus eſt, de quo

Rom. 10,4 dixit S. Paulus: *Finis legis Chriſtus.* In eum inimicus vires ſuas conuertit, frameis ſuis illum impetiuit; ſed offerens ille gladium verbi Dei, omnes frameas inimici retudit & hebetauit, ita vt penitus defecerint. Chriſtus enim, vt in Euan-

Luc. 11,22. gelio eſt, *fortior eo ſuperueniens vicit eum, & vniuerſa arma eius abſtulit, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuit.* Alij hunc verſum de Golia exponunt, quem Dauid proſtrauit, & propriâ frameâ interfecit.

Improbi ſunt ciuitates diaboli.

IBIDEM. *Et ciuitates eorum deſtruxiſti.*] Illæ ciuitates ſunt caſtella impudentiæ & vitiorum, in quibus imperat dæmon, poneropoles impiæ, vrbes inſanæ, luminique rebelles, ciuitates in-

*in Pſal. 9. fortunio deuotæ: quas * Ruffinus ait illos eſſe, in quibus doloſa & fraudulenta conſilia, velut curiæ locum obtinent; eſſe principatum, cui tamquam ſatellites & miniſtri adſunt officia membrorum, oculi ad curioſitatem, aures ad laſciuiam, manus ad rapinam, & membra cetera peruerſis conſilijs militantia. Huius ciuitatis quaſi plebs ſunt delicatæ omnes affectiones, & turbulenti motus animi, quotidianas ſeditiones in homine agitantes. Deſtruit ergo Chriſtus iſtiuſmodi ciuitates, excluſo & eiecto foras principe huius ſæculi, cum funeſta cohorte ſua, ſubruuntur maligna conſilia, turpes affectiones edomantur, membrorum & ſenſuum miniſteria ſub iugum mittuntur: adducuntur actiones ad bonorum operum gloriam, & conſcientiæ bonæ tranquillitatem, vt, quemadmodum ait Apoſto-

Rom. 6,12 lus diuinus, *non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.* Ita ferè S. Auguſtinus hunc locum explicat, dicens in ea ciuitate curiam eſſe doloſa conſilia; miniſtros ac ſatellites, ſenſus noſtros; plebem denique, inordinatas cordis affectiones, & turbulentos animi motus, qui ſeditionem concitant. Atque vtinam ex B. Auguſtini voto ſalutariter impiæ illæ ciuitates deſtruerentur, vt nimirum perdita conſilia profanæ curiæ mutentur in melius; ſenſus miniſtri flagitiorum atque ſatellites, in reliquum vitæ curſum, & pudori, & caſtimoniæ ſeruiant; populus denique ille turbulentus affectionum, ad Dei legem & rationis imperium componatur! tunc nimirum eſſet feliciſſima illa Chriſtianæ vitæ politia, & digna Deo.

8. *Perijt memoriu eorum cum ſonitu.*] De peccatoribus hîc Pſalmiſtam loqui teſtatur S. Hieronymus. Hi cum ſonitu tranſeunt, quia magnas excitare tragœdias ſolent, memoriam ſui, & nomen in terra celebrare volentes: ſed perijt memoria eorum cum ſonitu, in morte videlicet. Cùm primùm enim vitam cum morte commutant, ceſſat omnis ille ſonitus, & ſtrepitus vanitatis eorum. Videas ventum validum omnia commouentem, puluerem magnum excitantem, arbores concutientem, & ſtrepitum eximium facientem, quo tranſacto, nullum eius ſupereſt veſtigium: ſimul enim ventus & ſtrepitus eius euaneſcunt. Sic in mundo iſto magnates & principes videbis magno cum ſtrepitu famulorum, equorum & negotiorum tranſeuntium; ſed morte interueniente id experimento probabis quod hîc Pſalmiſta dicit: *Perijt memoria eorum cum ſonitu.* Nihil enim ſolidum, firmum ac verum in filijs huius ſæculi reperire eſt. nihil quod videas; ſolùm quod audias, præferunt. Enimuerò, vt Salomon monuit: *Quaſi tempeſtas tranſiens, non erit impius.* Cælum aliquando tenebris obducitur; deinde maligno fulgore intermicant fulgura, reboat æther, immugiunt tonitrua, furit tempeſtas. Quid ergo? pauor horrorque in terris. Sed ſolutâ demum in pluuias nube, tempeſtas ſilet, cælo redit ſerenitas, terras lux alma reuiſit. Quieuit tandem fragor, qui gentes terruerat, ſola in terris viſenda reſtant lutum ſordeſque. Ita ſe habent filij huius ſæculi. dum viuunt, honorum dignitatúmque nominibus ac titulis, pomparum vaniſſimarum ſtrepitu, auri argentíque tinnitu reboant, audiuntur, ſciuntur, celebrantur, mortalibus ſunt admirationi ac terrori. tempeſtas eſt. Ceterum mortis interuentu, ſepultis illorum cadaueribus, pariter illorum ſuperbia & memoria ſepelitur. Quin imò, vt idem Sapiens ait, *nomen impiorum putreſcet.* Licet exſtruant mauſolea, & ſcintillantes auro ædes & marmoribus pretioſis, inſcribant titulos magnificentiſſimis operibus, & proſtare vbique nomen ſuum velint; cæli oraculum eſt, *Impiorum nomen putreſcet*, hoc eſt, vt malè olens cadauer, breui tempore, ad omnium abominationem, durabit, ſubitò exoleſcet & delebitur. Quam ob cauſſam Ieremias dicit, impios *ſcribi in terra*, in leui puluere, in fauilla, quam tenuis aura diſijciat, vt non niſi volaticam, moxque perituram memoriam potentiæ ſuæ, diuitiarum, honorum, voluptatum ſperare poſſent.

Impiorum memoria perit cum ſonitu.

Potentes in ſæculo ſunt inſtar tempeſtatis.

Prou. 10, 25.

Impiorum nomen putreſcit.

Prou. 10, 7.

Ier. 17, 13.

9. *Parauit in iudicio thronum ſuum.*] Symmachus, ἥδρασεν, *firmauit*; S. Hieronymus, *ſtabiliuit, ad iudicandum ſolium ſuum.* S. Chryſoſtomus in Catena per *thronum* intelligit *iuſtitiam*; alij *throni* nomine ſumunt *Eccleſiam.* Damaſcenus lib. 1. de Fide cap. 18. præparationem docet admonere nos, ne velimus ante tempus iudicare, permittentes ei, qui ſingula prædeterminauit, ſecundùm proprium & conueniens tempus & locum. Præparatio præterea præparatos nos eſſe iubet. *Stat enim ad iudicandum Dominus, ſtat ad iudicandos populos.* Quare, vt in Euangelio Chriſtus monet, *eſtote parati; quia*

Thronus Dei, iuſtitia eſt.

Parati eſſe debemus, ad iudiciũ Dei.

Iſa. 3, 13.

Luc. 12, 40

qua

quâ horâ non putatis, Filius hominis veniet. Et in alio Pſalmo dicitur: *Parata ſedes tua Deus ex tunc: à ſeculo tu es.* Pulchrè etiam D. Baſilius in hunc Pſalmum, Chryſoſtomo ſuperiùs citato conſentiens: Dei, inquit, thronus non è ligno, ſed è iuſtitia eſt; quare tunc mens eius eſt ſedes, cùm iuſtitiam ac veram puritatem induerit. Ex hac ſede Dominus orbem terræ & populos iudicat, cùm non tantùm affectiones noſtras dirigit, ſed etiam terram corporis noſtri, ne ab honeſto deflectat, mirabiliter regit.

Pſal. 92, 2.

Mens iuſti eſt thronus Dei.

10. *Et factus eſt Dominus refugium pauperi.*] Chryſoſtomus, Alius, inquit, *τῷ ἐκτετριμμένῳ, attrito*; alius, *τεθλασμένῳ, confracto.* Ad Deum nempe, tamquam ad arcem tutiſſimam, quò vis iniquorum euadere non poſſit, ſe recipiunt pauperes, in eum ſperantes, ad eum cauſſam ſuam deferentes. Refugium enim ſolet editus tutuſque locus dici, quò ab hoſtium incurſu nos recipimus. De eiuſmodi refugio dixit Salomon: *Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur.* Nonnulli hoc loco pro *refugio* vertunt, *aſylum*; S. Hieronymus, *eleuatio.* Vox Hebræa מִשְׂגָּב *miſgab*, ſignificat propriè locum editum, propugnaculum fortiſſimum, arcem in ſublimi poſitam, ad quam vix vlla calamitas, & aduerſæ fortunæ ictus poſſit accedere.

Refugium quid.

Prou. 18, 10.

12. *Inter Gentes ſtudia eius.*] S. Auguſtinus, *mirabilia eius*; Symmachus, *μηχανὰς, artificia*; Aquila, *ἐναλλαγὰς, commutationes*; Chryſoſtomus, Alius, inquit, *ἐν τοῖς λαοῖς τὰ μηχανήματα αὐτοῦ, in populis molitiones eius.* S. Hieronymus ex Hebræo עֲלִילוֹת *galiloth* vertit, *cogitationes*; Campenſis, *conſilia*; Pagninus & Vatablus, *opera eius.* Plura de harum vocum acceptionibus vide apud Lorinum ad hunc locum.

13. *Non eſt oblitus clamorem pauperum.*] Nota ex Paraphraſi Græca hîc, *clamorem*, non tam vocis eſſe, quàm calamitatis, atque tribulationis, vel gemituum, vel internorum etiam dolorum & querimoniarum, oppreſſorum atque iniurijs affectorum. Ita Iob expoſtulando: *Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet: vociferabor, & nemo eſt qui iudicet.* Item in Exodo: *Vidi afflictionem* (ait Deus) *populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui.* Ita etiam clamabat vox ſanguinis Abel. Per *pauperes* autem intelliguntur ope deſtituti, miſeri, calamitoſi & oppreſſi homines.

Clamor pauperum eſt afflictio eorum.

Iob 19, 7.

Cap. 3, 7.

Gen. 4, 10.

15. *De portis mortis.*] Per *portas mortis*, Græcus Commentarius intelligit *periculorum multitudinem ac varietatem*; Origenes in Catena *peccata mortalia*, quæ nos ad mortem animæ adigunt; alij exponunt, *extremum periculum*, ad quod introitus ingreſſuſque ad mortem protinus ſequitur. Prauæ cupiditates ſunt *portæ mortis*, ait Ruffinus ad hunc locum, quia per illas itur ad mortem. Nihil facilius, quàm vt animi perturbationibus incitatus & deuius à ratione, in fœdam noxam crimenque præcipitet. Hoc in Saule D. Gregorius Nazianzenus animaduertit, cuius ruinæ calamitoſiſſimæ cauſſam eò refert, quòd, cùm cœpiſſet vir eſſe bonus & ſpiritualis, in ſe reliquerit *τὰ παλαιᾶς κακίας ζώπυρα, priſtinæ improbitatis fomitem*, atque adhuc in eo caro cum ſpiritu confligeret. Nondum penitus edomitæ paſſiones & compreſſæ, & tumultu interiora complentes, rationi obediebant. Hinc

Porta mortis quid.

Prauæ cupiditates ſunt portæ mortis.

illæ lacrymæ: hinc in Dauidem innocentem ferox & crudelis inuidia, impietas in Deum, barbarus in Leuitas furor, ſuperſtitio, clades, mors funeſta.

ANNOTATIONES CORDERII.

IBIDEM. *In portis filiæ Sion.*] Notat Ianſenius per portas ciuitatis, phraſi Scripturæ deſignari loca publica, in quibus eſt frequens conuentus populi; eò quòd in portis, aut circa portas ciuitatum, ſoleant ſedere iudices ad reddendum iura. Phraſi autem Hebraicâ *filia Sion*, dicitur, congregatio Sion: ſicut poſteà in Pſalmo XLIV. *filia Tyri* pro congregatione ac populo Tyri accipitur, eò quòd nimirum populus à ciuitate protegatur, ſicut filia à matre. In myſtico autem ſenſu *portæ filiæ Sion*, ſunt particulares Eccleſiæ, in quibus laudes Dei annuntiantur: *filia* verò *Sion*, populus Chriſtianus in vnam ciuitatem collectus.

Porta locum publicum deſignat.

Filia Sion, *id eſt congregatio Sion, myſticè Eccleſia eſt.*

16. *Exultabimus in ſalutari tuo.*] Editio Sixtina *exultabo*, in ſingulari legit, vti etiam Hebraicus & Chaldaicus textus, & Pſalterium Romanum atque Ambroſianum; quam lectionem Lorinus & paſſim interpretes magis probant. Complutenſis autem & Regia editio, Euthymius, & alij hoc legunt in plurali. Similis oratio eſt Cantici Habacuc: *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.* Item Cantici B. Virginis: *Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.*

Hab. 3, 18.

Luc. 1, 49.

IBIDEM. *Infixæ ſunt Gentes in interitu quem fecerunt.*] Ita nimirum frequenter vſuuenire ſolet, vt illi qui alijs interitum machinantur, ſuis ipſi capiantur laqueis, ſuis petantur artibus. Quæ res malignos homines vehementer terrere deberet, & eorum iniquos conatus reprimere, quò bonis infeſti eſſe deſinerent. Refert Plutarchus, Braſidam ducem educto telo è corpore, illum confodiſſe, qui telum intorſerat in Braſidam. Ita calumniatores Danielis in ſuum ipſi mucronem incurrerunt, & *in laqueo iſto quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.* Siquidem rex illos qui perditionis cauſſa fuerant Danieli, intromiſit in lacum, & deuorati ſunt in momento coram eo. Sic denique Aman, ille Aſſueri oculus, & primus à rege, ſuis ipſe telis confoſſus eſt, & in laqueo iſto quem Mardochæo abſconderat, comprehenſus eſt pes eius, quando ſuam ipſe trabem primus conſecrauit, & nobiliſſimum funus pependit ex alto. Sic optimam etiam ſe iniuiſſe rationem principes ſacerdotum exiſtimarunt, ne gens eorum & regnum à Romanis labefactaretur, ſi Chriſtum Seruatorem interficerent: at eius cæde effectum fuit, vt eorum reſpublica præcipitaretur, & tandem conuulſa periret. Vide plura de hoc argumento dicta ſuperiùs ad Pſalmi VII. verſ. 16. & 17.

Maligni proprijs laqueis capiuntur, & pereunt.

Dan. 4, 41.

18. *Canticum diapſalmatis.*] Superiùs dictum eſt, *Diapſalma*, quantum ex Græca voce dignoſci ac conijci poteſt, eſſe moram ſeu pauſam intermediam quæ inter pſallendum interponitur. *Canticum* itaque *diapſalmatis*, erit canticum quod pſalterio interquieſcente canitur.

Canticum diapſalmatis quid ſit.

19. *Patientia pauperum non peribit in finem.*] Notat ad hunc locum Hugo, Vatem non intuliſſe, Paupertas pauperis, vel labor pauperis non peribit; ſed *patientia* pauperis: id eſt, mala patienter tolerata Deus remunerabitur. Quia non tam Deus præmia ſubijcit pro labore & malis

Deus maximè patientiam remuneratur.

ANNOTATIONES CORDERII. malis quæ patimur, quàm pro patientia, quâ ipſa mala toleramus. Ipſius verba ſunt iſta: *Non dicit paupertas, vel fides, vel huiuſmodi: quia patientia pauperis maximè digna eſt remuneratione: eò quòd rarò inuenitur, & cum difficultate ſeruatur patientia cum paupertate; & illam* Prou. 16, 2. *maximè reſpicit Deus: Quia ſpirituum ponderator eſt Dominus.* Id eſt, Deus non tam pendit præmium pro malis quæ patimur, quàm pro ſpiritu patientiæ, quâ ipſa mala forti animo ferimus.

21. *Conſtitue Domine legiſlatorem.*] Aquila, θὲς κύριε φόβημα αὐτοῖς, *pone Domine terrorem eis,* quomodo etiam habet S. Hieronymus; nec multò aliter Theodotion, κατάστησον κύριε φόβον αὐτοῖς; Symmachus, τάξον κύριε νόμον αὐτοῖς, *pone Domine legem eis*; Scholion, ἐπίλαμψαι, *illuceſce.* D. Auguſt. & Hieronym. in Commentarijs per legiſlatorem particulariter intelligunt Antichriſtum, qui his qui noluerunt recipere veritatem, dabitur in pœnam doctor malæ legis, vt credant mendacio. Alij, inter quos Euthymius & Euſebius in Catena (& rectiùs certè) per legiſlatorem Chriſtum intelligunt. Christus legiſlator. Is enim etiam in malum impiorum conſtitutus eſt legiſlator, iudex & vindex eorum, vt ſcilicet rebelles vindicet ac puniat pro meritis. Conſtitutus eſt etiam in bonum illorum legiſlator, vt eius doctrinâ inſtructi ſalubriter intelligant ſuam infirmitatem, eamque humiliter agnoſcentes, ad Deum conuertantur. Legendum autem, *ſciant Gentes* (vti ſuperiùs eſt in textu) non autem, *vt ſciant,* quod paſſim Latina editio habet. Nam in Græco eſt verbum imperatiui modi γνώτωσαν, vti benè obſeruauit Ianſenius. Porrò Gentes propriè erant Gentiles illi, qui in mundo opera manuum ſuarum tamquam deos habebant, qui ſuperbè ac tumidè de ſe ipſis ſentiebant, & nihil niſi terrena ſapiebant, nec quidquam præter huius vitæ felicitatem cenſebant appetendum. His ergo Dauid optat conſtitui *legiſlatorem*, vel, vt alij vertunt, *incuti terrorem*, aut magnam aliquam immitti calamitatem, infirmitatem aut miſeriam, quæ tamquam crudelis tyrannus illos torqueat & terreat, vt hac ratione cognoſcant, ſe reuerà tantùm miſeros eſſe homines, nec humani quidquam à ſe alienum putent. Calamitates & miſeriæ veram noſtri notitiam docent. Qui ſenſus placuit S. Baſilio & Auguſtino ad hunc locum. Nihil ſanè potentius ad ſuperbos animos deijciendos, quàm grauis aliqua infirmitas, aut præter exſpectationem ingens immiſſa calamitas. Teſtis eſt Antiochus, qui (vt Annales ſacri memoriæ tradiderunt) *paulo antè ſidera cæli contingere ſe arbitrabatur*; ſed à Deo repentè percuſſus, *cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire, diuina admonitus plagâ, per momenta ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus. Et cum nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre poſſet, ita ait: Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.* 2. Mach. 9, 10. Idem quoque Alexandro Macedoni vſu veniſſe cognouimus, qui, accepto graui vulnere, videns ſanguinem defluentem, doloremque ſentiens, *Omnes*, inquit, *iurabant me filium Iouis: hoc tamen vulnus, hæcque ſagitta, hominem me eſſe oſtendunt.* ita Seneca epiſt. 60. & Plutarchus in Apophtheg. & Dio Chryſoſt. orat. 60. Similibus plena ſunt hiſtoriarum monumenta exemplis; quæ luculenter probant, nos per miſerias & calamitates ad veram noſtri ipſorum notitiam peruenire.

PSALMVS X. SECVNDVM HEBRÆOS.

Hebræi hinc Pſalmum decimum incipiunt. 22. H. 1. *Vt quid Domine receſſiſti?*] Nota, Hebræos ab hoc verſu Pſalmum hunc diuiſiſſe, atque hinc Pſalmum decimum inchoaſſe, quod item in Pſalmo CXIII. fecerunt. Ne autem Pſalmorum numerus excederet, neque plures eſſent quàm centum & quinquaginta, rurſus duos coniunxerunt, ſcilicet Pſalmum CXIV. cum Pſalmo CXV. item Pſalmum CXLVI. cum Pſalmo CXLVII. Vide de hac diſtinctione Theodoretum in Pſalmum CXV. Hanc Pſalmorum apud Hebræos diſtinctionem Genebrardus & Bellarminus à recentioribus factam arbitrantur; ſed illam ab antiquioribus etiam agnitam fuiſſe, magis probat Agellius, & cum ipſo Lorinus noſter ad hunc locum, quandoquidem hæc Hebræorum diſtinctio eſt in Hexaplis Origenis; & ceteri interpretes, atque etiam Syrus, ex hoc loco decimum Pſalmum numerauerunt, & à ſuperiore diuiſerunt. quod etiam Scholion in alia quadam Catena Græca teſtatur his verbis: ἐντεῦθεν ἡ ἔκδοσις ἀρχὴν τοῦ δεκάτου ψαλμοῦ περιέχει, *hinc editio initium decimi Pſalmi habet.*

IBIDEM. *Deſpicis in opportunitatibus in tribulatione.*] Aquila, εἰς καιρὸν, *in tempore*; Symmachus, ἐν καιροῖς θλίψεως, *in temporibus anguſtiæ.* vti exponit S. Hieron. Qui ſimul optimè explicat, quid ſit *in opportunitatibus deſpicere*, cùm Quid ſit opportunè deſpicere. ait: *Deſpicere tunc videtur, quando opportunum eſt tempus vt adiuuet, & non ſtatim occurrit in tribulatione.* Quare? *vt animam exerceat. Quia quantò magis differt, tantò magis anima dilatatur in deſiderio ſuo.* Exponit idem optimè D. Auguſtinus: *Id eſt opportunè deſpicis, & facis tribulationes, ad inflammandos animos deſiderio aduentus tui: his enim iucundior eſt fons ille vitæ, qui multùm ſitiuerint.*

23. H. 2. *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper.*] Græcè ἐμπυρίζεται; Aquila, ὀχλεῖται; Symmachus, φλέγεται. quæ ſynonyma ſunt. Hæc pars dupliciter accipi poteſt (vti notat Ianſenius) Primùm, vt verbum *incendi*, accipiatur pro perſecutionem pati (ſicut in Pſalmo VII. accipi oſtendimus.) Quid verbum incendi ſignificet. Secundò, vt ſit ſenſus, q. d. Dum impius hîc ſuperbè viuit, & pro ſua ſuperbia omnia agit, & ad ſummos honores peruenit, pauper hoc conſiderans, vritur & cruciatur in animo ſuo; ſiue, vt Iobus ait, Iob 17, 8. *ſuſcitatur*, zelo inflammatur, & inſurgit aduerſus impium, ſicutis qui apud Euripidem in Bellerophonte exclamat,

Θνήσκοιμ' ἄν· οὐ γὰρ ἄξιον λεύσσειν φάος
κακοὺς ὁρῶντας ἐκδίκως τιμωμένους.
Ah moriar! almum cernere haud tanti eſt iubar,
Vt honore plenos tuear indigno malos.

Poteſt hic locus etiam optimè de tribulatione iuſtorum intelligi, quam à ſuperbis impijs ſuſtinent, dum velut aurum igne probantur. Quò ſpectat illud Iſaiæ: *Ecce ego creaui fabrum ſufflantem* Iſa. 54, 16.

Iniquitas impiorum, inſeruit probationi iuſtorum.

ſlantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum. Vbi S. Hieron. putat fabrum eſſe diabolum, qui halitu ſuo prunas ardere facit, & vaſa fingit, id eſt, homines ſelectos inſtammat, quibus tamquam ſuæ inuidiæ & improbitatis inſtrumentis vtitur ad bonorum exitium, ſed ad exercitium ſimul & probationem. Nam ſicut pulchrè Tertullianus lib. de Fuga in perſecutionibus cap. 3. ait, *Cùm exurimur perſecutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore. Hæc ſunt ignea iacula diaboli, per quæ fidei vſtio & conflatio adminiſtratur.* Impij igitur dum in iuſtos inſurgunt vrendo, inflammando & perſequendo, eoſdem purificant, perficiunt & perpoliunt, quò clarior & illuſtrior eorum virtus eniteat. Vnde D. Gregorius lib. 16. Moral. cap. 15. *Aurum,* inquit, *in fornace ad naturæ ſuæ claritatem proficit, dum ſordes amittit. Quaſi aurum ergo quod per ignem tranſit, probantur animæ iuſtorum, quibus exuſtione tribulationis, & ſubtrahuntur vitia, & merita augentur. Hinc eſt quod Dauid ait: Dum ſuperbit impius, incenditur pauper.* Quæ verba Haymo & S. Bruno intelligunt de purgatione, quam tribulatio circa iuſtos operatur. Examinatur enim aurum dum incenditur, ſimul & purgatur ac illuſtrius redditur. Sic *etiam iuſtis, quidquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non eſt pœna criminis, ſed virtutis examen.* ita S. Auguſt. lib. 4. de Ciuitate Dei cap. 3.

Peccatores in malo gloriantes Deum irritant.

24. H. 3. *Quoniam laudatur peccator.*] Notat hìc benè Ianſenius Coniunctionem *quoniam*, ſic accipi poſſe, vt reddat cauſſam verſus præcedentis; nempe quòd meritò comprehendantur in conſilijs ſuis, quia adeò eos non pœnitet ſuorum malorum, vt etiam glorientur, & ab alijs laudari ſe patiantur in malis ſuis. Aut potiùs ſic accipitur, vt dicat cauſſam partis ſequentis verſus, *Exacerbauit Dominum peccator.* quæ pars apud Hebræos eſt in vno verſu cum ſuperioribus; vt intelligamus hanc eſſe cauſſam, ob quam non vereatur Dominum irritare peccator, quòd malitiæ ſuæ aliquos habeat commendatores. Chryſoſtomus ad hunc locum, Alius, inquit, ὅτι αἰνεῖται παράνομος κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ πλεονέκτης εὐλογεῖται, παρώξυνε τὸν κύριον, ὅταν ὑψωθῇ ὁ θυμὸς αὐτοῦ, οὐκ ἐκζητεῖ. *Quoniam laudans iniquus iuxta deſiderium, & auarus benedicens, irritauit Dominum; cùm exaltatus fuerit furor eius, non exquiret.* Alius, ὅτι ὕμνησεν ἐπὶ πόθῳ ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ πλεονέκτης εὐλογήσας διέσυρε τὸν κύριον, ἀσεβὴς κατὰ μετεωρισμὸν αὐτοῦ οὐ μὴ ἐκζητήσει, οὐκ ἔστι θεὸς πάσαις ἐννοίαις αὐτοῦ. *Quoniam hymnum dixit ſuper cupiditate animæ ſuæ, & auarus benedicens, infamauit Dominum; impius ſecundùm elationem ſuam non exquiret, non eſt Deus in omnibus cogitationibus eius.* Non dixit: Quia peccauit peccator, ſed *quoniam laudatur*, & benedicitur; id eſt, quoniam ita peccauit, vt peccata ſuæ laudis materiam voluerit exhibere, & propter illa laudari & benedici: ſicut impius Abſalom, qui ad ſui æſtimationem, gloriam, & triumphum, quem de Dauide patre ſuo ſe reportaſſe iactabat, in oculis totius populi vxores illius violauit: & crudelis Ioab, qui ſanguine, quem iniquè fudit, tinxit balteum & calceamenta ſua, vt oculis omnium, quam commiſerat, cædem exponeret, quaſi triumphalem ſibi ac glorioſam. Quod autem

2. Reg. 16.

Vulgatus tranſtulit, *exacerbauit*, in Hebræo eſt, *amaricauit*; S. Auguſtinus legit, *irritauit Dominum peccator.* Nec enim qui talis eſt, quomodocumque Deum offendit; ſed illum exacerbat, amaricat, irritat, & vehementiſſimè prouocat. Hinc contra quoſdam peccatores Deus ſe iratum oſtendit, non tam quia peccauerunt, quàm quia *peccatum*, inquit, *ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt.* Grandia quidem fuerunt Sodomorum peccata; ſed ex eo, inquit, S. Baſilius in cap. 3. Iſaiæ, Dei contra ſe iram maximè prouocarunt, quòd non ſolùm ad captandas voluptates naturæ legibus prohibitas animum intenderunt; ſed petulantem ſuam laſciuiam non occultauerunt, & in ea impudenter gloriabantur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Iſaiæ 3, 9.

25. H. 4. *Secundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret.*] S. Auguſtinus de Deo exponit, q.d. tantam eſſe iram eius aduerſus nonnullos peccatores, vt in iſta vita non exquirat, id eſt, non puniat, ſed procedere eos in impietate proſperè ſinat, ita vt metum & memoriam futuri iudicij perdant, atque hoc modo in peccatis ſuis moriantur. Sic etiam * alibi dicit, magnam peccati pœnam eſſe, metum ac memoriam futuri perdidiſſe iudicij: multùm iraſci Dominum, dum non iraſcitur; magnam infelicitatem cenſendam peccantium felicitatem. Reſeruat enim ſcelera Deus, & recondit in theſauris ſuis immenſis, & quantum creſcit cumulus facinorum innumerabilium, tantò ira fit Numinis potentior, & acrior ad vindicandum. Atque hoc eſt quod Iob ait: *Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea.* Dicit *in ſacculo*, vt procuratorem litium imitari videatur, qui varia cauſſæ firmamenta in ſacculo fert & conſeruat ad conuincendam improbitatem, ſcelusque perdendum. Vel in *ſacculo* idem eſt quod in theſauro, iuxta illud: *Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis?* Magnos iræ theſauros refertoſque ſignificat, quos improbi ingratique in Deum ſibi accumulant, &, vt loquitur D. Paulus, theſaurizant, cùm, excuſſo omni timore, diuinæ bonitati illudunt, dum aculeos diuinæ ſeueritatis, qui reconditi ſunt, excuſſos putant. Sed falluntur. Nam iuſtiſſimus ſcelerum vindex indignatur, & intereà minas intentat, & reſeruat, continetque iram ſuam proſilire cupientem ad impiorum malitiam conterendam. Hinc factum, vt in diuinis paginis ira Dei nominetur *reſeruatio*, & iraſci in Deo ſit idem quod *cuſtodire.* Sic apud Ieremiam: *Numquid iraſceris in perpetuum?* in Hebræo eſt נטר *natar*, quod ſignificat propriè *reſeruare* ſeu cuſtodire. Itaque Pagninus vertit, *numquid reſeruabis?* Tigurina, *numquid iram in perpetuum retinebis?* Conſimili modo apud Nahum Prophetam: *Et iraſcens ipſe inimicis ſuis*, propriè ex Hebræo vertit Regia, *reſeruans ipſe inimicis ſuis*, videlicet iram, pœnam, ſupplicium, cùm maturitas puniendi aduenerit. Hanc verò pœnæ & vltionis dilationem, magni ſupplicij loco deputauere ſapientes, cùm ſcirent fore aliquando, vt diuina ira ſic collecta, & abundantiſſimè reſeruata, quaſi rupto aggere vim furoris ſui eſſet in impium caput effuſura. Itaque S. Auguſt. ſerm. 37. de Verbis Domini, nullam pœnam temporaneam eſſe magnam exiſtimauit. Quod vt probaret, *Dauidem*, inquit,

Magna peccati pœna, non puniri in hac vita.

* Ser. 120. de Tempor.

Iob 9, 17.

Deut. 32, 34.

Rom. 2, 5.

Ira Dei dicta Hebrais reſeruatio.

Ier. 3, 5.

Nahum 1, 2.

Ira Dei reſeruatione fit grauior.

quit,

ANNOTATIONES CORDERII.

quit, *interroga, qui ait, Irritauit Dominum peccator. Quare autem hoc dixit? Vide quid ſequitur: Secundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret. Ideò nempe non requirit, quia multùm iraſcitur.* Hæc Doctor ſanctus. Quem imitatus D.Bernardus Serm.42. in Cantica ait, tunc magis iraſci Deum, cùm non iraſcitur.

26. ỽ. 5. *Non eſt Deus in conſpectu eius.*] S.Hieronymus, *nec Deus in omnibus cogitationibus eius*; Chryſoſtomus, Alius, inquit, οὐκ ἔστι Θεὸς δι' ὅλων τῶν ἐνθυμημάτων αὐτοῦ, *non eſt Deus per vniuerſas cogitationes eius.* Hebraicè eſt אין אלהים כל מזמותיו *en elohim chol mezimmothau*, id eſt, *non Deus omnes cogitationes eius.* hoc eſt, vt Lorinus & Genebrardus exponunt, ſine Deo ſunt omnes cogitationes eius: quidquid cogitat, non eſt Deus, vel cogitat in omni re quam agit, quòd non ſit Deus. Sic alibi ait: *Non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.* Qualis erat iſte iudex apud Lucam, *qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur.* Item illi ſenes inueterati dierum malorum, *qui euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cælum*, id eſt Deum. Sicut enim Dei memoria & conuerſio animi ad Deum, eſt cauſſa in nobis omnis boni, ita eius obliuio, & ab eodem auerſio, eſt cauſſa omnis mali.

Impij non habent Deum in conſpectu ſuo.
Pſal. 53,5.
Luc. 18, 2.
Dan. 13, 9.

Ibidem. *Inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.*] Græcè βεβηλοῦνται, *contaminantur*; S. Hieronymus, *parturiunt*; Hebraicè יחילו *iahhilu*, pro *iahhelu*, ab חלל *hhalal*, id eſt *polluit, profanauit.* ita Genebrardus. Alij *iahhilu* vertunt, *dolore afficiuntur.* q. d. In modum parientium tortæ ſunt & verſatæ: tunc enim viſcera omnia mulieris non ſolùm diſcruciantur, ſed & fœdantur. Alij actiuè, vt Vatablus, *dolore afficiunt*, ſeu torquent (alios ſcilicet) eorum viæ atque opera. Senſus quidem ferè eſt idem, malim tamen cum Genebrardo in inquinandi & profanandi ſignificatu hæc verba accipi, iuxta illud Pauli: *Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum; ſed inquinatæ ſunt eorum & mens & conſcientia.* Et mox: *Sunt abominabiles & increduli, & ad omne opus bonum reprobi.* Impius nempe inquinat vias & actiones ſuas omni tempore: nam nihil boni agit: non quòd omnia opera impiorum vel infidelium peccata ſint, ſi quando præſtent aliquod opus moraliter bonum; ſed quòd ne hoc quidem agant, aut vix agant, & ferè ſemper aliquâ prauâ circumſtantiâ vitient.

Tit. 1, 15.
Quomodo impij ſemper dicantur malè agere.

Ibidem. *Auferuntur iudicia tua.*] Græcè, ἀνταναιρεῖται, quod notat Heſychius ita dictum eſſe, vt intelligatur, viciſſim & ex aduerſo tolli. Nam cùm Deus comminatione iudicij peccatum auferre velit, diabolus ex aduerſo aufert memoriam illius comminationis. Cyrillus etiam eiuſdem vocabuli vim expendit. Chryſoſtomus, Alius, inquit, ἦρται ἡ κρίσις σου, *ſublatum eſt iudicium tuum.* Per *iudicia*, Genebrardus leges, iura & præcepta intelligit, S.Thomas beneficia, S.Baſilius omnes condemnationes, id eſt pœnas. ita vt (ſicut ait Auguſt.) animus ſibi malè conſcius, dum ſibi videtur nullam pœnam pati, credat Deum non iudicare. Sed vt benè alibi Propheta monet: *Iudicia tua abyſſus multa.* Diuina quippe iudicia profunda ſunt, & velut in recondita abyſſo latentia. De quibus vtinam ſæpiùs cogitaremus: quod non fieri niſi à paucis Deum verentibus, dolet hoc loco Regius Vates, & apud Deum ita queritur, *Auferuntur iudicia tua à facie eius*: vel, vt eſt propriè in Hebræo, *Altitudo ſunt iudicia tua à conſpectu illius*, hoc eſt, remota ſunt, magnâ quadam intercapedine ab eo diſtant, non videntur, non cognoſcuntur. Hinc, vt idem alio in loco Propheta canit: *Non eſt timor Dei ante oculos eorum.* Freno nempe timoris Domini excuſſo, in omnia ſcelera præcipites feruntur.

Impij timorem Domini abijciũt.
Pſal. 35,7.

27. ỽ. 6. *Non mouebor à generatione in generationem.*] Symmachus, οὐ περιτραπήσομαι εἰς γενεὰν καὶ γενεάν, ὅτι ἔσομαι ἐν κακώσει, *non circumuertar in generationem & generationem, neque ero in afflictione.* Iſtiuſmodi dementiam & arrogantiam Iſaias pulchrè exagitat: *Et dixiſti: In ſempiternum ero domina: non poſuiſti hæc ſuper cor tuum, neque recordata es nouiſſimi tui. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo: Ego ſum, & non eſt præter me ampliùs*, &c. Nec diſſimilis in Babylonem ſarcaſmus in Apocalypſi: *Quia in corde ſuo dicit: Sedeo regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo: ideo in vna die venient plagæ eius*, &c.

Impij putant felicitatem ſuam fore perpetuam.
Iſai. 47, 8.
Cap. 18, 7.

28. ỽ. 7. *Cuius maledictione os plenum eſt*, &c.] Hoc & ſequentibus quinque verſibus, veteratorium maledici detractoris, & blaſphemi calumniatoris ingenium moreſque graphicè depingit. *Cuius*, inquit, *os maledictione plenum eſt*, cùm omnibus maledicat, omnes execretur, etiam Deum, quem blaſphemat. Nulla ſanè mephitis tam grauem odorem ſpirat, atque os maledici, quod fœtentis animi ſentina eſt, & cordis epiſtomium, per quod omnis eius impuritas egeritur, vt non immeritò grauiſſimum orbis malum cenſeri debeat. Præclarè pro Plancio dixit Tullius: *Nihil eſt tam volucre quàm maledictum; nihil faciliùs emittitur, nihil citiùs excipitur, nihil latiùs diſſipatur.* Hoc nimirum maledicentiæ eſt tam grande malum, vt propè infinita illius ſint incommoda, quæ vix vllius orationis copia recenſeri poſſint. Pulchrè autem ait: *Sub lingua eius labor & dolor*; Hebraicè עמל ואון *hhamal vauen.* quod propriè eſt, *labor & iniquitas*, vt vertit Caietanus; vel *afflictio & vanitas*, vt exponit Vatablus. Adeò enim & iniquitas labori, & vanitas afflictioni contermina, vt & ipſa iniquitas labor ſit, & ipſa vanitas afflictio, quæ ſub lingua maledici, tamquam ſede propriâ commorantur. S.Gregorius libr.14. Moral. cap. 5. hæc diabolo accommodans, linguam eius vocat inſtigationem, ſuaſionemque illius quam facit proponendo tantùm ea quæ videntur bona, ſub quorum ſpecie abſcondit laborem & dolorem, qui in eis inuenitur; & mala, ad quæ pertrahere conatur: ſicut piſcator ſub ſpecie cibi conuenientis quem oſtentat, abſcondit hamum, quo piſcem capiat.

Os maledici eſt grauiſſimum orbis malum.
Sub lingua maledici labor & dolor.

29. ỽ. 8. *Sedet in inſidijs*, &c.] Symmachus transfert, ἐγκάθηται ἐνεδρεύων ἀεὶ τὰς αὐλὰς ἐν ἀποκρύφοις ἀποκτεῖναι ἀθῷον. Quod ita videtur vertiſſe S. Hieronymus, *ſedet inſidians iuxta veſtibula in abſconditis, vt interficiat innocentem.* Certè malum inſidioſiſſimum eſt calumnia. Et quemadmodum baſiliſci vis ſine morſu, vel ſolo aſpectu pernicioſiſſima dicitur; ita calumniator clàm falſas accuſationes inſtillat auribus, nullo palàm

Calumnia malum inſidioſum.

palàm infixo morſu, quo diluendi anſa præripiatur. ita plerique falſò delati extrema quæque pertulerunt. Scitè S. Athanaſius Apologia 1. Ὁ λίθῳ τρωθεὶς ζητεῖ τὸν ἰατρόν· τῶν δὲ λίθων ὀξύτερα τὰ ἐκ τῆς διαβολῆς ἐστι πλήγματα, ῥόπαλον γάρ ἐστιν ἡ διαβολὴ, καὶ μάχαιρα, καὶ τόξευμα ἀκιδωτὸν, ὥς εἶπε Σολομών· καὶ ταῦτα μόνη ἡ ἀλήθεια ἰᾶσθαι δύναται, ταύτης δὲ παρεωραμένης, αὐξάνει δεινότερα τὰ τραύματα. *Qui lapide feritur, quærit medicum: illius autem ex calumnia, grauiùs quàm lapides feriunt. Eſt enim calumnia, claua, & gladius, & iaculum acutum, vt dixit Salomon: ſed his veritas mederi poteſt, qua vbi negligitur, vulnera fiunt acerbiora.* Cuius vita (inquit Lyſias in Andocidem) inimicorum calumnijs eſt expoſita, nónne is in ipſa vita caret vitâ? Hanc mortem ſeriò deprecatus Dauid ait: *Non tradas me calumniantibus me.* Grauiſſima injuria eſt, damnare reum indictâ cauſsâ: atqui hoc omni ex parte molitur calumniator, qui quem accuſat, audientis iræ indefenſum objicit, & accuſatione clanculariâ defenſionem interuertit. Ita ex abdito iaculatur, vt non ſit qui reſiſtere, aduerſaque manu poſſit contendere, itaque ignaro & inſcio vnde bellum inferatur, ſit pereundum.

Pſal. 118, 121.

32. H. 11. *Dixit enim in corde ſuo: Oblitus eſt Deus*, &c.] Impium planè dictum, & in ſanctum Numen iniurioſum. Idem enim eſt ac ſi diceret: Non eſt in rebus humanis prouidentia, omnia caſu feruntur incerto, nec Dei iudicio gubernantur. Quod quidem eſſe crimen grauiſſimum, & odioſiſſimum Deo, animaduertunt ſancti Patres, & punientia Iura declarant. *Nihil* (inquit S. Hieron. in cap. 18. Iſaiæ) *horribilius blaſphemiâ, quæ ponit in excelſum os ſuum: omne quippe peccatum comparatum blaſphemiæ leuius eſt.* Certè proximè accedit ad infidelitatem, & repugnat religioni præſtantiſſimæ virtuti. Itaque pœnæ atroces ei ſunt diuino iudicio conſtitutæ, vt in Leuitico, vbi iubet Deus blaſphemum lapidibus obrui, luce & vitâ ſpoliari: & pleni ſunt hiſtoriarum annales multis exemplis eorum hominum, quos vltor Deus, ob hanc linguæ impietatem, diris cruciatibus viuos mortuoſque mactauit. Plura de hoc vitio vide apud Drexelium in Phaëthonte, parte 1. cap. 7. vbi horribilia & rara diuinæ in hoc ſcelus vindictæ exempla commemorat.

Blaſphemia eſt maximum peccatum.

Leu. 24.

35. H. 14. *Tu laborem & furorem conſideras.*] Græcè πόνον καὶ θυμὸν, quod S. Auguſtinus vertit, *laborem & iram*; Vulgata, *laborem & dolorem*; Symmachus, μόχθον καὶ παροργισμὸν, *laborem & irritationem*; quomodo etiam legit Aquila. Sequitur, *Vt tradas eum*; Græcè, τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν, pro quo Romæ nuper impreſſi ex codice Vaticano legunt, τοῦ παραδοῦναι αὐτοὺς, quod & Vulgata habet, *vt tradas eos.* Solius pronominis relatiui diſcrimen eſt, dum alij αὐτὸν, alij αὐτοὺς legunt. In Hebræo neutrum legitur, quod ſic habet בְּיָדֶךָ לָתֵת *lathet beiadecha*, id eſt, τοῦ παραδοῦναι εἰς χεῖράς σου, *ad tradendum in manus tuas*: quod S. Hieronymus vertit, *vt detur in manu tua.* Et fieri potuit, vt Septuaginta ſic tranſtulerint, & poſteà vt quiſque hoc variè intellexit, addiderit vel αὐτὸν, *ipſum*; vel αὐτοὺς, *ipſos*. Plura de hoc vide apud Lorinum noſtrum, qui de hac lectione fuſiùs diſputat.

IBIDEM. *Tibi derelictus eſt pauper.*] In Hebræo eſt verbum ex verbo, *ſuper te deſeret ſe pauper.* Deo nixus, & magno illius patrocinio fruens, nihil eſt quòd de ſe ſolicitus ſit: qui tam bonum & prouidum curatorem habet, ſe totum illius fidei amorique tutò poteſt ac debet concredere. S. Hieronym. vertit, *tibi derelinquetur fortis tuus*, quaſi idem ſit pauper & fortis, ex ſe quidem imbecillis & abiectus; ſed ex Dei præſidio incredibiliter robuſtus, omnique ex parte munitus. Vnde paulò antè Vates dixerat: *Factus eſt Dominus refugium pauperi*: vel, vt alij vertunt, *factus eſt aſylum*; vel, vt S. Hieronymus reddit, *eleuatio.* Quæ omnia vehementem & propè ſingularem ſanctiſſimi Numinis amorem erga inopes ſignificant. Afflictus enim & deſertus ab omnibus, pro beatiſſimo perfugio habet Deum: illi relictus eſt, illius curæ tum maximè committitur, cùm neminem habet alium qui curet. Quemadmodum peculiarem prouidentiæ ſuæ partem dicitur Deus tribuere viduæ, præſertim, vt loquitur S. Paulus, μεμονωμένῃ, *deſolatæ*, deſtitutæ ab omnibus, calamitati & iniurijs obiectæ, cui libentiſſimè Deus accurrit, vt ſoletur, & dulciſſimi affectus ſui vim & charitatem expromat. Difficilè ſanè dictu eſt, quantâ curâ, quamque dulci prouidentiâ res pauperum, viduarum ac pupillorum ſeu orphanorum moderetur Deus, adeò vt illos in ſeipſum, aut ſe in eos transfudiſſe videatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Mira Dei erga pauperes, viduas & orphanos prouidentia.

Verſ. 10.

36. H. 15. *Contere brachium peccatoris*, &c.] Id eſt, hoc effice, ne vlteriùs homo delinquat. *Brachium* enim *peccatoris*, deſignat potentiam peccandi, vt in Catena S. Cyrillus exponit. ac ſi dicat, Peccatori parce, peccata verò abige. Quapropter ſubdit: *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur*: Deus quippe verè contritum ac pœnitentem ita liberat à peccatis, vt ne veſtigium quidem peccati in eo reperiri poſſit. Nihil enim de peccato priſtino reſeruat, neque manet ſub pectore odium in peccatorem, ſi ſemel noxam abiecerit. Huic explicationi fauet verſio Symmachi ſuperiùs in Paraphraſi allata, quæ ſic habet, *inquiretur impietas eius, vt non inueniatur ipſe.* Id eſt, Deus quidem puniet peccatum, & ad ſupplicium inferendum diſquiret ipſum crimen; peccatorem autem non inueniet, neque quæret. Hoc enim intendit Deus, vt peccata quidem vel auferat, vel puniat; ipſum verò peccatorem ab ipſis peccatis & ſupplicijs immunem ſeruet. In hoc Deum imitetur quiſquis alteri præeſt, vt ſcilicet peccatum odio habeat, ac caſtiget; ipſum verò hominem qui delinquit, amet ac ſeruet illæſum: vnde, ſi ſemel peccator crimen exuerit, nihil in ipſo ſit, quod ei diſpliceat.

Deus peccatum perſequitur, vt ſeruet eum qui delinquit.

38. H. 17. *Præparationem cordis eorum audiuit.*] Pictura planè mirabilis. Deſcribit Deum cupidiſſimè aures ad cor admouentem, vt intelligat, ſi vel tenuiſſimus ſit animi motus, & propenſio in bonum. Nam priùs quàm erumpat cor in votum atque preces, amantiſſimus Deus aduolat, tendit manum, opitulatur: ipſam præparationem cordis, ſiue (vt Symmachus vertit) πρόθεσιν, *inchoatum propoſitum*, embryonemque voluntatis, vel (vt exponit Beda) bonam affectionem percipit auris diuina. Denique vocatus, & non vocatus adeſt Deus. In cuius beneficentiæ miraculo exclamat S. Gregorius Nazianz. orat. 40. *O miram beneficentiæ celeritatem! appetitio-*

Deus etiam preces noſtras anteuertit.

ANNOTATIONES CORDERII.

petitionem ipſam Deus ingentis pretij loco habet: ſitit ſitiri, bibere cupientibus potum præbet, cùm ab eo beneficium petitur, beneficio id ducit, &c. Ita S. Bernardus Serm. 9. in Cantica præuenientem hominum vota Deum & humaniſſimè anteuertentem miratur, & incredibili animi ſuauitate deprædicat. *Non vocatus*, inquit, *adſuit, & delectatus verbis, preuenit preces. Arbitror quòd interdum nec verba expectat, ſed ſolis cogitationibus aduocetur.* Tanta nimirum eſt beatiſſimæ mentis cupiditas nos iuuandi, atque è difficultatibus quotidianis eripiendi.

39. 11. 18. *Indicare pupillo & humili*, &c.] Inducit ſanctus Dauid Deum exaudientem preces ſeruorum ſuorum orantium, vt in fauorem & beneficium pupilli & humilis talem ſententiam proferat, quâ omnino à ſua ſuperbia deijcerentur: *Vt non apponat vltrà magnificare ſe homo ſuper terram.* In quibus verbis alludere videtur ad illud quod circa Ægyptios Deus fecit, quando illos, poſt frequentes diuerſiſſimaſque plagarum admonitiones, adhuc inſoleſcentes, tandem in mari Rubro demerſit. Tunc enim operuit eos vndique aqua, & non appoſuerunt ſeſe vltrà magnificare ſuper terram. Simile hîc iudicium petit Dauid contra ſuperbos, vt non apponant ſe vltrà vſque in ſempiternum magnificare & erigere ſuper terram.

Deus pauperes defendit, ne ſuperbi vltrà ſe efferant.

Exod. 14. 13.

IN PSALMVM X. ARGVMENTVM.

1. In finem, Pſalmus Dauid.

Hunc Pſalmum diuiniſſimus Dauid Saüle ipſum inſequente dictauit, ad illos qui ſuadebant vt fugâ ſalutem quæreret. Congruit autem cuilibet iniuriam perpeſſo, & in Deo ſpem collocanti. Inſcribitur verò In finem, *vt qui prædictionem contineat iuſti Dei iudicij, & pœnæ nefarijs hominibus inſligendæ.*

α΄. Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Τοῦτον τὸν ψαλμὸν, ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος ὁ θειότατος Δαβίδ, εἴρηκε πρὸς τοὺς παραινοῦντας αὐτῷ φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίσασθαι. Ἁρμόττει δὲ παντὶ ἀδικουμένῳ, καὶ τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα κεκτημένῳ. Εἰς τὸ τέλος δὲ ἐπιγέγραπται, ἅτε δὴ πρόῤῥησιν περιέχων τῆς δικαίας τοῦ Θεοῦ κρίσεως, καὶ τῆς ἐπενεχθησομένης τοῖς παρανόμοις κολάσεως.

PARAPHRASIS.

2 IN Domino confido: quomodo dicitis animæ meę, Transmigra in* montes ſicut paſſer?

* Vulg. montem

Quidnam, inquit, conſulitis mihi, vt aufugiam, monteſque pererrem, & paſſeris more etiam vmbras metuentis, huc & illuc commigrem; cùm ſpem in Deo fixam habeam, & propter illam hoſtes minimè timeam?

Spes in Deum pellit metum aliorum.

3. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas* in pharetra, vt ſagittent in * obſcura luna rectos corde.

* Vulg. ſuas
* Vulg. obſcuro

Hinc diſcimus, Prophetam conuertiſſe verba in Deum, colloquio quodammodò vtentem, & docentem arcus & iacula hoſtium parata eſſe, atque eorum ſcopum eſſe, vt veluti in illuni quadam nocte, fraudibus & inſidijs contra nos vtantur.

4. Quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt; iuſtus autem quid fecit?

Non rapui, inquit, regnum, ſed à tua

β΄. Ἐπὶ τῷ κυρίῳ πέποιθα, πῶς ἐρεῖτε τῇ ψυχῇ μου, Μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον;

Τί δήποτέ, φησι, παραινεῖτέ μοι φυγεῖν, καὶ τὰ ὄρη περινοστεῖν, καὶ στρουθίου δίκην ἐπτοημένου καὶ τὰς σκιὰς, τῇδε κἀκεῖσε μεταβαίνειν, βεβαίαν ἔχοντι τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, καὶ δι' ἐκείνην τοὺς δυσμενεῖς μὴ δειμαίνοντι;

γ΄. Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐνέτειναν τόξον, ἡτοίμασαν βέλη εἰς φαρέτραν, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν σκοτομήνῃ τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.

Ἐντεῦθεν διδασκόμεθα, ὡς πρὸς τὸν Θεὸν ἔστρεψε τοὺς λόγους ὁ προφήτης, ἐντεύξει χρώμενος, καὶ διδάσκων, ὡς εὐτρεπῆ τῶν πολεμίων τὰ τόξα καὶ βέλη, καὶ σκοπὸς αὐτοῖς οἷον ἐν σκοτομήνῃ τινὶ, ἤτοι δόλοις χρήσασθαι καθ' ἡμῶν.

δ΄. Ὅτι ἃ σὺ κατηρτίσω, καθεῖλον, ὁ δὲ δίκαιος τί ἐποίησε;

Οὐχ ἥρπασα, φησι, τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ τῆς

χειρο-

χειροτονίαν παρὰ τῆς σῆς χάριτος ἐδεξάμην, ἐκεῖνοι δέ με καταλῦσαι πειρῶνται, καὶ τῇ σῇ ὁπλιζόμενοι ψήφῳ.

έ. Κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, κύριος ἐν οὐρανῷ ὁ θρόνος αὐτοῦ.

Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὸν πένητα ἀποβλέπουσι· τὰ βλέφαρα αὐτοῦ ἐξετάζει τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.

Ἐκεῖνοι μὲν, φησι, κατ' ἐμοῦ κέχρηνται πονηρίᾳ· σὺ δὲ ὁ δίκαιος κριτὴς, τοῖς οὐρανίοις θώκοις ἐγκαθήμενος, καὶ τὴν οἰκείαν ἐπιφάνειαν ἐν τῷ ναῷ τῷ ἐπὶ γῆς ποιούμενος, ἐποπτεύεις μὲν τὴν οἰκουμένην ἅπασαν. Ἀρκεῖ δέ σοι μόνον τῶν ὀμμάτων τὰ βλέφαρα, τὰ ἀνθρώπινα πάντα καταμαθεῖν.

ς'. Κύριος ἐξετάζει τὸν δίκαιον, καὶ τὸν ἀσεβῆ· ὁ δὲ ἀγαπῶν τὴν ἀδικίαν, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.

Οἶδε γὰρ ἀκριβῶς καὶ ἀδίκων καὶ δικαίων τὰς πράξεις, καὶ ταλαντεύει τοῖς ἔργοις τὰς ἀντιδόσεις. ὁ δὲ ψυχὴν ἀγαπῶν, τὴν ἀδικίαν μισεῖ· ὁ δὲ περὶ ἐκείνην εὖ διακείμενος, ὄλεθρον τῇ ψυχῇ μηχανᾶται.

ζ. Βρέξει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς παγίδας· πῦρ, καὶ θεῖον, καὶ πνεῦμα καταιγίδος ἡ μερὶς τοῦ ποτηρίου αὐτῶν.

Ἀπὸ τῶν ἤδη περὶ τὰ Σόδομα γενομένων, σχηματίζει τὰς τιμωρίας, διὰ τούτου τὰς παντοδαπὰς κολάσεις παραδηλῶν. Ταῦτα, φησιν, ἑαυτοῖς ἀπεκληρώσαντο, τὴν παρανομίαν ἑλόμενοι. ποτήριον δὲ ἐνταῦθα τὴν τιμωρίαν ὀνομάζει.

ή. Ὅτι δίκαιος κύριος, καὶ δικαιοσύνην ἠγάπησεν, εὐθύτητα εἶδε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.

Ταῦτα, φησιν, ἐπιφέρει τοῖς κακίᾳ συζῶσιν ὁ τῶν ὅλων κύριος, ἐπειδὴ δικαιοσύνης ὑπάρχει πηγή, οἷόν τινι πηδαλίῳ τῇ εὐθύτητι χρώμενος, ἰθύνει τὰ σύμπαντα.

gratia inaugurationem accepi; illi autem me peſſumdare conantur, contra tuam ſententiam armati. PARAPHRASIS PATRVM.

5. Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cælo ſedes eius:

Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.

Illi quidem, inquit, ſuâ malitiâ contra me vſi ſunt; tu verò iuſtus iudex, inſidens ſedibus cæleſtibus, & proprium conſpectum in terreno templo exhibens, vniuerſam terram inſpicis. Solæ autem oculorum palpebræ tibi ſufficiunt, vt humana cuncta pernoſcas. *Deus omnium inſpector.*

6. Dominus interrogat iuſtum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

Nouit enim exactè, & iniuſtorum & iuſtorum actiones, & digna operibus rependit. Qui autem animam diligit, iniquitatem odit: qui verò benè erga hanc eſt affectus, perniciem animæ ſuæ machinatur. *Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.*

7. Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus * procellæ pars calicis eorum. ** Vulg. procellarum*

Ab ijs quæ olim Sodomis acciderunt, format ſupplicia, per hæc omnis generis pœnas ſignificans. Hæc, inquit, ſibi hereditarunt, qui iniquitatem elegerunt. Calicem autem hîc ſupplicium vocat. *Gen. 19.* *Hereditas peccatorũ, ſupplicia.*

8. Quoniam iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

Hæc, inquit, infligit iniquè viuentibus vniuerſorum Dominus: quoniam, cùm ſit iuſtitiæ fons, veluti quodam gubernaculo vtens æquitate, cuncta dirigit.

COMMENTARIVS PATRVM.

COMMENTARIVS.

Spes Dei, præſidium inexpugnabile.

2. IN DOMINO CONFIDO] Magna vis ſpei in Dominum: præſidium eſt inexpugnabile, auxilium inſuperabile. Huic etiam hic ſanctus confidens, ad eos qui fugam ſuadebant, vtque à locorum ſecuritate ſalutem acciperet; Quid, inquit, ſuades mihi fugam, & vt montes pererrem, &, inſtar paſſeris vmbras etiam metuentis, huc illucque commigrem; &, cùm ſpem firmam in Deum habeam, & totius orbis Dominus mihi in conflictu ductor ſit, ab eremo ſecuritatem petere, & profugum me eſſe iubes, propter bellum peccatorum? Etenim præter hanc fiduciam in Dominum, etiam hanc iuſtam non fugiendi cauſſam habeo; quòd nimirum peccatores ſint qui me oppugnant. Quomodo igitur conſulis imitari auium timiditatem? Per arcum autem & ſagittas, omnis generis inſidias ſignificauit. Sed nihil horum, inquit, metuo, tametſi armis ſint inſtructi. Nam quid proſunt arma, ſi vires deſint, quæ proueniunt ex ſpe in Deum? Occultas autem inſidias, obſcuram lunam appellauit: hoc enim vocabulum noctem illunem ſignificat, & ſubauditur particula, *ſicut*; vt ſit ſenſus, *Sicut in obſcuro*, ſeu nocte illuni. Alius legit, *tamquam in caligine*. q. d. Haud rectâ viâ aggrediuntur, idcircò illos etiam contemno: nihil enim inſidiatore eſt imbellius. Adhæc mihi alia ratio eſt, quòd aduerſus innocentes, & qui nihil deliquerunt, bellum moueant, & te oppugnent, tuaque mandata, eaque perfectiſſima, ſubuertere conentur; ſiue, quòd legis tranſgreſſores ſint, & propter me tua, quæ perfeciſti, opera deſtruere moliuntur. Nam quem vnxiſti regem, exauctorare machinantur, cõtra tuam ſententiã armati. Rectum autẽ vocat ſemetipſum, & qui cum ipſo erant, non iactabundus, ſed probè ſciens, ſe nihil aduerſus Saülem deliquiſſe.

Inſidiæ tenebris gaudent.

4. QVONIAM QVÆ PERFECISTI.] Nonnulli volunt hæc in apoſtrophe ad Deum dicta eſſe ſeorſim à ſuperioribus: poſſunt autem etiam ſic intelligi: Quòd nimirum peccatores haud contenti ſint ſuâ ipſorum perditione, ſed peccata ſua tamquã longum funem poſt ſe trahãt, dum Dei homines oppugnantes,

Peccatores non ſunt contenti ſuâ perditione, ſed alios ſimiliter trahunt.

β'. ΕΠΙ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΠΕΠΟΙΘΑ.] Μεγάλη τῆς ἐπὶ κύριον ἐλπίδος ἡ δύναμις, φρούριον ἀχείρωτον, συμμαχία ἀκαταγώνιστος. Ταύτῃ καὶ οὗτος πεποιθὼς, πρὸς τοὺς φυγεῖν προτρεπομένους, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν τόπων ἀσφαλείας τὴν σωτηρίαν πορίσασθαι, τί, φησὶ, παραινεῖς μοι φυγεῖν, καὶ τὰ ὄρη περινοστεῖν, καὶ στρουθίου δίκην ἐπτοημένου καὶ τὰς σκιὰς, τῇδε κἀκεῖσε μεταβαίνειν, βεβαίαν ἔχοντι τὴν πρὸς θεὸν ἐλπίδα, τὸν τῆς οἰκουμένης δεσπότην ἔχοντι στρατηγοῦντα, ἀπὸ τῆς ἐρημίας περιποιῆσαι τὴν ἀσφάλειαν, καὶ μετανάστην εἶναι κελεύεις, διὰ τὸν ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν πόλεμον; Καὶ γὰρ μετὰ τὸ πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, καὶ τοῦτο ἕτερον δικαίωμα τοῦ μὴ φυγεῖν ἔχω, τὸ τοὺς πολεμοῦντας εἶναι ἁμαρτωλούς. Πῶς οὖν συμβουλεύεις τὸ τῶν ὀρνίθων μιμεῖσθαι ψοφοδεές; Ἀπὸ δὲ τοῦ τόξου καὶ τῶν βελῶν, πᾶσαν ἐσήμανεν ἐπιβουλήν. Ἀλλ' οὐδὲν μοί, φησι, τούτων δέος, καίτοι παρεσκευασμένων τὴν ὅπλισιν. Τί γὰρ ὄφελος ὅπλων, ἰσχύος ἀπούσης, ἣ διὰ τῆς πρὸς θεὸν ἐλπίδος περιγίνεται; Καὶ τὸ τῆς ἐπιβουλῆς δὲ λαθραῖον δηλῶν, σκοτομήνην ἐκάλεσεν· ὃ σημαίνει τὴν ἀσέληνον νύκτα, καὶ λείπει τὸ ὡς, ἵν' ᾖ, ὡς ἐν σκοτομήνῃ. ἄλλος, ὡς ἐν ζόφῳ. οἷον, οὐκ ἐξ εὐθείας προσέρχονται, διὸ καὶ καταφρονῶ. οὐδὲν γὰρ ἀνδρὸς ἐπιβουλεύοντος ἀσθενέστερον. Μετὰ τούτων ἔχω τι ἕτερον, ὅτι καὶ πρὸς ἀνευθύνους, καὶ οὐδὲν ἠδικηκότας πολεμοῦσι. καὶ ὅτι σοὶ πολεμοῦσι, καὶ τὰ σὰ προστάγματα καθαιρεῖν ἐπιχειροῦσι, καὶ ταῦτα κατηρτισμένα· ἢ ὅτι καὶ παραβάται νόμου εἰσίν· ἢ ἀντὶ τοῦ τὰ σὰ ἔργα καταλύειν σπεύδουσι δι' ἐμέ. ὃν γὰρ ἔχρισας βασιλέα, σπεύδουσιν ἀκυρῶσαι, κατὰ τῆς σῆς ὁπλιζόμενοι ψήφου. Εὐθῆ δὲ ἑαυτὸν εἶπεν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, οὐ μεγαληγορῶν, ἀλλ' εὖ εἰδὼς ὡς οὐδὲν αὐτῷ πρὸς τὸν Σαοὺλ ἡμάρτηται.

δ'. ΟΤΙ Α ΣΥ ΚΑΤΗΡΤΙΣΩ.] Τινὲς δὲ ἐν ἀποστροφῇ φασι ταῦτα εἰρῆσθαι πρὸς τὸν θεὸν, οὐ συνημμένως τοῖς ἄνωθεν. Ἔστι δὲ νοῆσαι καὶ οὕτως· ὅτι οἱ ἁμαρτωλοὶ μὴ ἀρκούμενοι τῇ ἑαυτῶν ἀπωλείᾳ, ἀλλ' ἐπισυρόμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ὡς σχοινίον μακρὸν, τοῖς τοῦ θεοῦ πολεμοῦντες ἀνθρώποις,

κατα-

κατατοξεύειν αὐτοὺς πειρῶνται τοῖς τῆς κακίας ἰοῖς, τὸ βασκαίνειν κατ' αὐτῶν ὡς σκοτομήνην προβαλλόμενοι, ὡς αἱ σηπίαι τὸ μέλαν. καὶ ταῦτα δρῶσι τὰς κατὰ φύσιν ὀρθὰς ἐννοίας καθέλοντες ἐξ αὐτῶν, ἃς δὴ κατηρτίσατο.

Ο ΔΕ ΔΙΚΑΙΟΣ ΤΙ ΕΠΟΙΗΣΕ;] Διηγησάμενος τὴν τῶν πολεμίων παράταξιν καὶ ἀσθένειαν, ὅρα πῶς λέγει καὶ τὴν τοῦ δικαίου πανοπλίαν. Τῶν ἀσεβῶν οὕτω, φησὶ, παρατεταγμένων, πόθεν ὡπλίσατο ὁ δίκαιος; τί ἐποίησε; πρὸς τὸν Θεὸν κατέφυγε, τὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ πανταχοῦ· καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα, τῷ τῶν ἐναντίων ἐπετείχισε θράσει.

ε. ΚΥΡΙΟΣ ΕΝ ΝΑΩ ΑΓΙΩ.] Ἄλλος δὲ τὸ, ὁ δὲ δίκαιος τί ἐποίησεν; ἐπὶ τοῦ Θεοῦ λαμβάνων, φησίν· Ὁ δὲ δίκαιος τῶν ὅλων κριτὴς, ὁ κατοικῶν ἐν τῷ αὐτοῦ ναῷ ὡς ἐν οὐρανῷ, οὐδὲν τῶν ἐπὶ γῆς βλέπων, παρορᾷ.

ΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΕΝΗΤΑ.] Εἶδες σύμμαχον παρεσκευασμένον, πανταχοῦ παρόντα, πάντα βλέποντα; τοῦτο ἔργον ἔχοντα, προνοεῖν καὶ κήδεσθαι, κωλύειν ἀδικοῦντας, βοηθεῖν ἀδικουμένοις. Καὶ τὸ ἀπαράδραστον τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως σημᾶναι βουλόμενος, φησὶν, ὅτι καὶ μόνα τὰ βλέφαρα αὐτοῦ δύναται ἴσον τῶν ὀφθαλμῶν, εἰς ἀκριβῆ κατανόησιν τῶν ἡμετέρων. τὸ γὰρ ἐξετάζειν, τὴν τῶν κρυφίων γνῶσιν σημαίνει. Ἄλλος δὲ οὕτω τὸ ῥητὸν ἀναπτύσσει· οἰκεῖ ὁ Θεὸς ἐν ἁγίῳ καὶ οὐρανίῳ νοΐ, οὐρανίως βασιλεύων καὶ θεϊκῶς· αἱ δὲ ἐποπτικαὶ αὐτοῦ δυνάμεις φρουροῦσι τὸν πένητα. Ὡς ἀγαθὸς δὲ, βλεφάροις ἐξετάζει τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' οὐκ ὀφθαλμοῖς, ὡς ἂν μὴ παρατηρούμενος πάντα τὰ ἁμαρτήματα (τοῦτο γὰρ ἀνθρώποις ἀφόρητον) ὀφθαλμοῖς δὲ βλέπει τὸν πένητα, τὴν εὐεργεσίαν ποιούμενος. Εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν, τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐπὶ τὸν εὐεργετούμενον εἶναι, κἂν εἷς ὑπάρχῃ, τὰ δὲ βλέφαρα ἐπὶ τοὺς υἱοὺς πολλοὺς ὄντας, ἵν' αἱ μὲν εὐεργεσίαι δαψιλεῖς, αἱ δὲ κολάσεις τὸ κεκρυμμένον ἔχωσιν ἐπὶ Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ ἀπροσδιορίστως καὶ καθολικῶς εἶπε, τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, οὗτοι δὲ διαιροῦνται εἴς τε δικαίους, καὶ ἀδίκους, ἀμέσως ἐπήγαγε·

ς'. ΚΥΡΙΟΣ ΕΞΕΤΑΖΕΙ ΤΟΝ ΔΙΚΑΙΟΝ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΑΣΕΒΗ.] Ἀντὶ τοῦ, ἐπίσταται ἑκάστου

malitiæ ſuæ telis ipſos configere moliuntur, inuidentiam ijs quaſi caliginem, non ſecùs ac ſepiæ liquorem ſuum atrum, obijcientes. Atque hæc agunt, vt rectas ac naturæ conſonas, quas Deus inſpirauit, cogitationes ipſis auferant.

COMMENTARIVS PATRVM.

IVSTVS AVTEM QVID FECIT?] Poſtquam hoſtium aciem & imbecillitatem commemoraſſet, vide vt etiam vniuerſam iuſti armaturam recenſeat. Cùm, inquit, impij hoc modo inſtructi ſint, vndenam armatus eſt iuſtus? quid fecit? Ad Deum confugit, in cælo, & vbique præſentem: & ſpem in ipſum, aduerſariorum audaciæ oppoſuit.

Iuſti armatura ſpes in Deum.

5. DOMINVS IN TEMPLO SANCTO.] Alius autem illa verba, *Iuſtus autem quid fecit?* de Deo accipiens, ait: Iuſtus autem vniuerſorum iudex, qui in templo ſuo habitat, tamquam in cælo, nihil eorum quæ in terra ſunt reſpiciens, contemnit.

OCVLI EIVS IN PAVPEREM.] Vides promptum adiutorem, vbique præſentem, omnia cernentem? cuius eſt prouidere & curam gerere, iniuriantes prohibere, iniuriâ preſſis opitulari. Porrò ineuitabilem Dei notitiam ſignificare volens, ait, ſolas etiam palpebras ipſius, æquè atque oculos, valere ad accuratam rerum noſtrarum cognitionem: nam illud *interrogare*, rerum occultarum notitiam deſignat. Alius autem hoc modo dictum iſtud accommodabit, q. d. Habitat Deus in ſancta & cæleſti intelligentia, cæleſti ac diuino modo regnans: virtutes autem eius ſpectatrices protegunt pauperem. Tamquam benignus autem palpebris, & non oculis, res noſtras examinat, quippe non omnia peccata noſtra obſeruans (hoc enim eſſet hominibus intolerabile) ſed oculis pauperem reſpicit, cùm præſtat ipſi beneficium. Rectè etiam hoc dici poſſit; nempe oculos eius in beneficum eſſe intentos, tametſi vnicus eſſet; palpebras verò in filios qui multi ſunt; ita vt beneficia quidem Dei lauta ſint, & vberrima, in ſupplicijs verò conniuentia ipſius admiſceatur. Quoniam verò indefinitè & vniuerſim dixit *filios hominum*, hi autem diuiduntur in iuſtos & iniuſtos, immediatè ſubiunxit:

Deus promptè iuuat ſuos.

Deus benignus Iudex.

6. DOMINVS INTERROGAT IVSTVM ET IMPIVM.] Id eſt, nouit vtriuſque actio-

COMMENTARIVS PATRVM.

actionem. Cùm autem audiueris in cælis, vel in templo ſancto Deum habitare (id quod eius intrinſecum eſt velamenti) haudquaquam terminos aliquos circumſcriptos, vel locales habitationes, tranſitúſve intellige: hæc enim per condeſcenſionem, & ad captum noſtrum dicta ſunt. Omnis autem *qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.* Quoniam inimica animæ eſt iniquitas, atque etiam ante punitionem pœnam dat malignus: oſtendit enim vt etiam ipſa per ſe malitia illis è medio tollendis ſufficiat.

Deus quomodo in cælis habitet.

Iniquitas inimica animæ.

7. PLVET SVPER PECCATORES.] Cùm ipſam, quæ ex malitia prouenit, pœnam recenſuiſſet (quia multi hanc contemnunt) percellit animum malignorum, vehementi ſermone vtens, & terribilia nomina proferens, ac materias, quæ magnum includunt cruciatum: vt dum ait ignem, & ſulphur, & ſpiritum procellæ, carboneſque ignitos, ſuper ipſos pluiturum, metaphorico ſermone intolerabile ſupplicium, & vberem facilemque plagam, ac deuaſtationem proponere volens. *Pars* autem hîc ponitur pro ſorte, q. d. Hæc illorum ſors eſt, in his conſumentur. Deinde etiam cauſſa adiungitur: *Quoniam iuſtus Dominus*: q. d. Qui enim omnia videt, non ſinet hæc impunè pertranſire. Alius per verbum *ſuperpluet,* vbertatem & abundantiam ſupplicij denotauit: nam inſtar imbris diuina ſupplicia ſuperpluent. Non dixit autem Pluet, ſed Superpluet. Significat igitur haud ipſis ſufficere ſupplicia, quæ à concupiſcentijs cordium, & ignominia paſſionum, quibus ſe tradiderunt, intrinſecus concipiunt,
Pſal. 124,5 iuxta illud, *Declinantes autem in obligationes,* & quæ ſequuntur. *Laqueos* autem vocat pœnas improuiſas, quæ quodammodò illaqueant, & quaſi retibus implicant quos apprehenderunt. Partem autem calicis, appellat
Iſaiæ 51, 17. moleſtas retributiones: vt in Iſaia: *Quæ bibit poculum furoris.* Cuiuſcemodi etiam eſt hic calix, cuius plenitudo eſt ignis & ſulphur, ceteraque quæ Sodomis irrogata ſunt. Denotat autem ignis, comminationem vſtionis; ſulphur verò, occaſionem quæ magis ignem accendat; ſpiritus, turbinem tentationum: Quæ, inquit, irrogabit Dominus his qui malitiæ aſſueſcunt: quoniam fons eſt iuſtitiæ, atque omnia dirigit æquitate.

Deus qualia minetur ſupplicia.

Laquei pœnarum quales.

Qualis ſit calix retributionis.

τὴν πρᾶξιν. Ὅταν δὲ ἀκούσῃς ἐν οὐρανοῖς κατοικεῖν τὸν Θεόν, ἢ ἐν ναῷ ἁγίῳ, αὐτοῦ ἐνδότερον τοῦ καταπετάσματος, μὴ περιορισμούς τινας ἢ τοπικὰς οἰκήσεις καὶ μεταβάσεις νόει. συγκαταβατικῶς γὰρ ταῦτα, καὶ καθὼς ἐγχωροῦμεν ἀκοῦσαι, διαγορεύεται. Πᾶς δὲ ὁ ἀγαπῶν τὴν ἀδικίαν, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. ἐπεὶ πολέμιον ψυχῇ πονηρία, καὶ πρὸ τῆς κολάσεως δίκην δίδωσιν ὁ πονηρός. Δείκνυσι γάρ, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κακία, ἱκανὴ αὐτοὺς ἐξαναλῶσαι.

ζ΄. ἘΠΙΒΡΕΞΕΙ ἘΠῚ ἉΜΑΡΤΩΛΟΎΣ.] Εἰπὼν τὴν ἀπὸ τῆς κακίας δίκην, ἐπεὶ πολλοὶ ταύτης καταφρονοῦσι, κατασείει τὴν διάνοιαν τῶν πονηρῶν, ἐμφαντικῷ τῷ λόγῳ χρώμενος, καὶ διὰ φοβερῶν ὀνομάτων προϊών, καὶ ὕλας πολλὴν ἐχούσας τὴν τιμωρίαν, πῦρ, καὶ θεῖον, καὶ πνεῦμα καταιγίδος, καὶ ἄνθρακας ἄνωθεν λέγων αὐτὸν ὕσειν, τῇ μεταφορᾷ τῆς λέξεως τὸ ἄφυκτον τῆς τιμωρίας, τὸ δαψιλὲς καὶ τὸ εὔκολον τῆς πληγῆς, τὸ δαπανητικὸν παραστῆσαι βουλόμενος. Μερὶς δὲ ἀντὶ τοῦ κλῆρος, καὶ τοῦτο αὐτοῖς κλῆρος, ἐν τούτοις δαπανηθήσονται. Εἶτα καὶ ἡ αἰτία· Ὅτι δίκαιος κύριος· ἀντὶ τοῦ, ὁ γὰρ πάντα ἐφορῶν, οὐκ ἀνέξεται ταῦτα ἀτιμωρητὶ παραδραμεῖν. Ἄλλος, διὰ τοῦ ἐπιβρέξει, τὸ δαψιλὲς καὶ πλούσιον τῆς τιμωρίας ᾐνίξατο. δίκην γὰρ ὑετοῦ αἱ θεῖαι τιμωρίαι προσεπιβρέξονται. Οὐκ εἶπε δέ, βρέξει, ἀλλ' ἐπιβρέξει. Μήποτε οὖν δηλοῖ, ὅτι τοῖς ὑφ' ἑαυτῶν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν, καὶ τοῖς τῆς ἀτιμίας πάθεσι προδεδομένοις· αἱ κολάσεις ἐπιχορηγοῦνται, ὧν ἐντὸς συλλαμβάνονται, ὡς ἐπὶ τοῦ, Τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιάς, καὶ τὰ ἑξῆς. παγίδας δὲ τὰς κολάσεις φησί, τὰς ἀπροσόπτους, τὰς οἷον παγιδευούσας, καὶ ἐντὸς ἀρκύων ποιούσας τοὺς ἀγρευομένους. Μερίδα δὲ ποτηρίου τὰς ἐπιπόνους ἀνταποδόσεις, ὡς ἐν Ἡσαΐᾳ, ἡ πιοῦσα τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ. Ὁποῖον καὶ τουτὶ τὸ ποτήριον, οὗ πλήρωμα πῦρ καὶ θεῖον, καὶ τὰ ἑξῆς Σοδόμοις ἐπενεχθέντα. Δηλοῖ δὲ τὸ μὲν πῦρ, τὴν διὰ καύσεως ἀπειλήν· τὸ θεῖον δέ, τὴν διεγείρουσαν μᾶλλον τὸ πῦρ ἀφορμήν· τὸ πνεῦμα, τὴν τῶν πειρασμῶν συστροφήν. ἅ, φησιν, ἐπάξει κύριος τοῖς κακίᾳ συζῶσιν· ἐπεὶ δικαιοσύνης ὑπάρχει πηγή, καὶ τῇ εὐθύτητι ἰθύνει τὰ σύμπαντα.

CATENA PATRVM.

β' ΕΠΙ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΠΕΠΟΙΘΑ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τελεία φωνὴ, καὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον εἰπεῖν δυναμένου, Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ; οὐ κατὰ τὸν ἀτελῆ, τὸν φυγῇ μεταστάσεως τόπον ἐκ τόπου, καὶ περιφεύγοντα τοὺς διώκοντας, καθὰ δὴ στρουθίον τοὺς θηρεύοντας· ὃς κἂν διαφύγοι, λέγοι ἄν, Ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀναγνωστέον δὲ καὶ οὕτως· Ἐπὶ τῷ κυρίῳ πέποιθα, πῶς ἐρεῖτε τῇ ψυχῇ μου, ἰδοὺ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐνέτειναν τόξον, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐφ' οἷς παρορμᾷ τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ, μετεωρισθῆναι δίκην στρουθίου πτεροῖς ἀρετῆς, ἵνα περάσας ἐπὶ τὰ ὕψος ἔχοντα ὄρη πνευματικὰ, ἀβλαβὴς διαμένῃ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί λέγεις, φησὶ, τὸν τῆς οἰκουμένης ἔχω δεσπότην σύμμαχον, καὶ πρὸς τὴν ἀοίκητον με ἐκπέμπεις; Οὐκ ἐννοεῖς τὸ κατ' ἐμοῦ παρεσκευασμένον στρατόπεδον, πῶς ἀράχνης ἀσθενέστερον· ἁμαρτωλοὶ γάρ εἰσιν, οὐδὲν δὲ ἁμαρτωλοῦ γένοιτ' ἂν ἀσθενέστερον; Ἀλλὰ τόξα καὶ φαρέτραν ἔχουσι, καὶ παρεσκευασμένα αὐτοῖς ἅπαντα· ἀλλ' οὐδεμία τούτων ἰσχὺς, οὐδὲ ἐντεῦθεν αὐτοὺς δεδίττομαι· οὐδὲ γὰρ εἴ τινα ἐκλελυμένον εἶδον τόξον κατέχοντα, ἔδεισα ἄν. Ἀλλὰ καὶ δόλους ῥάπτουσι, καὶ οὐκ ἐξ εὐθείας προσέρχονται· διὰ τοῦτο μᾶλλον αὐτῶν καταγελῶ, ὅτι ἐν σκοτομήνῃ βάλλουσιν. οὐδὲν γὰρ ἀσθενέστερον ἀνδρὸς ἐπιβουλεύοντος. Μετὰ δὲ τούτων ἔχω καὶ ἕτερον εἰπεῖν, ὅτι οὐχὶ μόνον ἁμαρτωλοί εἰσιν, οὐδὲ ὅτι μετὰ δόλου, ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸς τοὺς ἀνευθύνους, καὶ μηδὲν αὐτοὺς ἠδικηκότας, οὐχ ὡς ἔτυχε διὰ τοῦτο ἀσθενεῖς αὐτοὺς ἐργάζεται. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ἑτέρα τίς ἐστιν ὑπόθεσις, καταλύουσα αὐτῶν τὴν ἰσχὺν, ἡ τοῦ πολέμου αἰτία. Ποία δὴ αὕτη; Ὅτι ἃ σὺ κατηρτίσω, αὐτοὶ καθεῖλον. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι, σοὶ πολεμοῦσι, καὶ μάχονται. καὶ γὰρ τὰ σὰ προστάγματα καθελεῖν ἐπιχειροῦσι, καὶ ταῦτα κατηρτισμένα. καὶ αὕτη δὲ οὐ μικρὰ ἀσθενείας ὑπόθεσις, τὸ τὰ σὰ προστάγματα μὴ φυλάξαντας, οὕτως εἰς πόλεμον ἰέναι. Διηγησάμενος δὲ περὶ τῆς ἀσθενείας τῶν πολεμίων, λέγει λοιπὸν καὶ τὴν τῶν δικαίων παράταξιν.

2. IN DOMINO CONFIDO.] EVSEBII. Perfecti vox eſt, & eius, qui iuxta Apoſtolum dicere poſſit: *Quis nos ſeparabit à charitate* **Dei?* non ſecundùm imperfectum, qui migrando ex hoc in illum locum, perſequentes ſe fugit, non ſecùs ac paſſer venatores: qui cùm effugerit, dicere poterit, *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.*

Perfecti viri eſt Deo confidere. Rom. 8, 35 *Vulgata *Chriſti.* *Imperfecti eſt fugere.* Pſa. 123, 7.

DIDYMI. Legendum autem etiam hoc modo: *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ; Ecce peccatores intenderunt arcum*, &c. Quibus verbis animam ſuam excitat, vt in altum ſe virtutis alis, more paſſeris, extollat, vt ſpiritales montes eminentes occupans, illæſa permaneat.

In periculis excelſa loca petenda.

CHRYSOSTOMI. Quid ais, inquit, Totius orbis Dominum habeo adiutorem, & ad terram deſertam me mittis? Non conſideras, exercitum, qui aduerſum me paratus eſt, araneâ imbecilliorem exiſtere: quoniam peccatores ſunt; peccatore autem nihil imbecillius eſt? Atqui arcus & pharetram habent, omniaque ipſis in promptu ſunt. Sed nullum horum robur eſt, neque idcircò illos timeo: neque enim, ſi quempiam membris luxatis arcum tenere videam, formidauero. Verùm etiam dolos ſtruunt, & haud directâ viâ aggrediuntur; idcircò etiam magis ipſos irrideo, eò quòd in obſcuro iaculentur: nihil enim imbellius eſt inſidiatore. Præterea etiam aliud habeo quod dicam; quòd nimirum non ſolùm peccatores ſint, & dolis agant, ſed etiam quòd contra innocentes procedant, qui nihil ipſos læſerunt: vnde non parum quoque eneruantur. Porrò adhæc etiam alia eſt ratio, quæ robur eorum debilitat; nempe ipſa belli cauſſa. Qualis porrò hæc? *Quoniam quæ tu perfeciſti, ipſi deſtruxerunt.* Quod autem dicit, eſt eiuſmodi: Contra te pugnant & belligerant: etenim mandata tua deſtruere conantur, eaque perfecta. Hoc autem etiam haud exiguum eſt imbecillitatis argumentum, quòd, cùm mandata tua non cuſtodiant, ad bellum procedant. Poſtquam autem de hoſtium imbecillitate verba fecit, iuſtorum deinde præſidium recenſet.

Peccatore & inſidiatore nil imbellius.

CATENA PATRVM.

Conatus impiorum quales.

ORIGENIS. Non quieſcentes, inquit, peccatores in perditione ſua, ſed peccata quaſi fune longo attrahentes, Dei homines infeſtant; eoſque venenatis malitiæ ſuæ telis perfodere nituntur; & eorum eximiæ puritati inuidentes; tenebras ipſis offundunt, non ſecùs ac ſepiæ atramentum: Atque hæc faciunt, naturales & ſecundùm naturam rectas; quas Deus inſeruerat, cogitationes ex ſeipſis abolentes.

Irriti ſunt conatus impiorum.

ASTERII. Aliàs etiam inſectatur illos, qui ſanctos infeſtant; vt qui non videant, quos iaculis petant. Etenim ſpeciem dumtaxat habent belligerantium: nam cùm arcum intendiſſent, non ſunt eiaculati; & cùm inſidias paraſſent, eas minimè exeruerunt, Deo prohibente. Oppugnant autem iuſtos, dum præ ſurditate aures ſuas auertunt. Ipſe enim aures perficit, iuxta illud, quod à Propheta dictum eſt: *Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi.*

Pſal. 39, 7.

5. DOMINVS IN TEMPLO SANCTO.] EVSEBII. Solus iuſtus & iudex Deus, cùm videret ſuos infeſtari, quid fecit? cùm in cælis habitet; & inconcuſſum regnum obtineat, nihil negligit eorum quæ in terra ſunt; ſed pauperi beneficarum virtutum ſuarum (quas oculos appellat) conſiderationem donat. Palpebræ autem deſignant iudicialem eius prouidentiam, & quâ cuncta diſcernit. Per iuſtitiam verò iuſtos diiudicat, ne quid & ipſi delinquant.

Deus omnia conſiderat.

Palpebræ quid deſignent.

ORIGENIS. Vel etiam ſic: Habitat Deus in ſancta & cæleſti cogitatione, cæleſti ac diuino modo regnans. Inſpectrices autem eius vires defendunt pauperem. Tamquam bonus verò palpebris, ſed non oculis, examinat res noſtras: vt qui non omnino omnia earum delicta obſeruet. hòc enim hominibus intolerabile foret. Oculis verò pauperem reſpicit, vberem beneficentiam exhibens, quantumuis vnicus is pauper fuerit; plurimorum autem ſupplicia cohibens, quæ etiam valdè abdita ſunt. Ceterùm in diuino examine magna erit bonorum operum ſecuritas. *Omnes* enim *manifeſtari oportet ante tribunal Dei, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.*

Deus nobiſcum coniuet in multis.

2. Cor. 5, 10.

Ὠριγένους. Μὴ ἀρκούμενοι, φησί, τῇ ἑαυτῶν ἀπωλείᾳ οἱ ἁμαρτωλοί, ἀλλ' ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ, τοῖς τοῦ Θεοῦ πολεμοῦσιν ἀνθρώποις, καὶ κατατοξεύειν αὐτοὺς πειρῶνται τοῖς τῆς αὐτῶν κακίας ἰοῖς, καὶ τῷ βασκαίνειν αὐτῶν τῇ τοσαύτῃ τοῦ ἡγεμονικοῦ καθαρότητι, τὸ σκότος περιβάλλονται κατ' αὐτῶν, ὡς αἱ σηπίαι τὸ μέλαν. Καὶ ταῦτα δρῶσι, τὰς φυσικὰς καὶ κατὰ φύσιν ὀρθὰς καθελόντες ἐννοίας ἐξ ἑαυτῶν, ἃς δὴ Θεὸς κατηρτίσατο.

Ἀστερίου. Καὶ ἄλλως δὲ ἐξασύρει τοὺς πολεμοῦντας τοῖς ἁγίοις, ὡς μὴ βλέποντας τίνας τοξεύουσι. Τοξαρέων σχῆμα μόνον ἔχουσι πολεμούντων· ἐντείναντες γὰρ οὐκ ἐτόξευσαν, καὶ ἑτοιμάσαντες οὐ πεπόμφασι τὴν ἐπιβουλήν, ἀπείργοντος τοῦ Θεοῦ. Πολεμοῦσι δὲ τοῖς δικαίοις, τὰ ἑαυτῶν ὦτα τῇ ἀνηκοΐᾳ καταστρέψαντες. Αὐτὸς γὰρ καταρτίζει τὰ ὦτα, κατὰ τό, Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, ὠτία δὲ κατηρτίσω μοι, παρὰ τοῦ προφήτου λεχθέν.

ε. Κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ.] Εὐσεβίου. Ὁ μόνος δίκαιος καὶ κριτὴς Θεός, τοὺς ἑαυτοῦ πολεμουμένους ὁρῶν, τί ἐποίησεν; ἐν οὐρανῷ κατοικῶν, καὶ βασιλείαν ἔχων ἀσάλευτον, οὐδὲν τῶν ἐπὶ γῆς παρορᾷ· χαρίζεται δὲ πένητι τῶν εὐεργετικῶν αὐτοῦ δυνάμεων τὴν ἐπισκοπήν (ἃς φησὶν ὀφθαλμούς.) σημαίνει δὲ βλέφαρα τὴν κριτικὴν αὐτοῦ καὶ πάντα διακρίνουσαν πρόνοιαν. Διὰ δικαιοσύνην δὲ κρίνει τοὺς δικαίους, μή τι καὶ αὐτοῖς πεπλημμέληται.

Ὠριγένους. Ἢ καὶ οὕτως· Οἰκεῖ Θεὸς ἐν ἁγίᾳ καὶ οὐρανίῳ νοήσει, οὐρανίως βασιλεύων καὶ θεϊκῶς. αἱ δὲ ἐποπτικαὶ αὐτοῦ δυνάμεις φρουροῦσι τὸν πένητα. ὡς ἀγαθὸς δὲ βλεφάροις ἐξετάζει τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' οὐκ ὀφθαλμοῖς, ὡς ἂν μὴ παρατηρούμενος αὐτῶν πάντα τὰ ἁμαρτήματα. τοῦτο γὰρ ἀνθρώποις ἀφόρητον. Ὀφθαλμοῖς δὲ βλέπει τὸν πένητα, δαψιλῆ τὴν εὐεργεσίαν ποιούμενος, κἂν εἷς ὁ πένης ὑπάρχῃ· τῶν δὲ πολλῶν τὰς κολάσεις συστέλλων, αἳ καὶ πολὺ τὸ κεκρυμμένον ἔχουσιν. Ἐν δὲ τῇ Θεοῦ ἐξετάσει, παρρησία τῶν ἀγαθῶν γενομένων πολλή. Τῷ βήματι γὰρ αὐτοῦ φανερωθῆναι πάντας δεῖ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ ἴδια τοῦ σώματος, ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθόν, εἴτε κακόν.

Χρυ-

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐκείνων, φησὶν, οὕτω παρατεταγμένων, πόθεν ὁπλίσαιτο ὁ δίκαιος; Κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ. Εἶδες πῶς συντόμως τὴν συμμαχίαν αὐτοῦ διηγήσατο. Ἐπὶ τὸν Θεὸν κατέφυγε, φησι, τὸν ἐν τῷ ναῷ ἐπουρανίῳ.

ΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΕΝΗΤΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες βοηθὸν πάντα ὁρῶντα καὶ ηὐτρεπισμένον; Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπιβλέπουσι τὴν οἰκουμένην, καὶ ἀποστρέφεται μὲν τοὺς πονηροὺς, ἐπαινεῖ δὲ τοὺς δικαίους. εἶτα ὅπερ ἐν τῷ προτέρῳ ψαλμῷ ἔλεγε, δεικνὺς ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κακία ἱκανὴ αὐτοὺς ἀναλῶσαι, Ὁ ἀγαπῶν τὴν ἀδικίαν, φησὶ, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Πολέμιον γὰρ τῇ ψυχῇ πονηρία.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Κἂν μὴ λέγῃ τις, ὅτι μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἐλέγχεται διὰ τοῦ ἀδικίαν ἀγαπᾶν μισῶν αὐτήν· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀκολασίαν ἀγαπῶν, ἢ δειλίαν, ἢ ἀφροσύνην.

ζ'. ΒΡΕΞΕΙ ΕΠΙ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥΣ ΠΑΓΙΔΑΣ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀπὸ τῶν ἤδη περὶ τὰ Σόδομα γενομένων, σχηματίζει τὰς αὐτῶν τιμωρίας. Καὶ γὰρ εἰς ἐκείνας τὰς πόλεις ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου πῦρ καὶ θεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Ταῦτα τοίνυν κἀνταῦθα ἠπείλησεν, οὐχ ὡς ταῦτα πάντως ἐπάξων, ἀλλὰ διὰ τούτων τὰς παντοδαπὰς κολάσεις παραδηλῶν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὰς ἐπιπόνους κολάσεις πολλαχῇ δηλοῖ τὸ ποτήριον, ὡς ἐν Ἡσαΐᾳ, Ἐξεγείρου Ἱερουσαλὴμ, ἡ πιοῦσα τὸ ποτήριον ἐκπτώσεως, τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ. Λέγει δὲ καὶ τῷ Ἱερεμίᾳ Θεός· Λάβε τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ ἀκράτου ἐκ χειρός μου, καὶ ποτίσεις αὐτὸ πάντα τὰ ἔθνη, πρὸς ἃ ἐγὼ ἀποστελῶ σε. Ὁποῖον τὸ προκείμενον ποτήριον, οὗ τὸ πλήρωμα πῦρ καὶ θεῖον, καὶ πνεῦμα καταιγίδος, οὗ δὴ σύμβολα τὰ κατὰ Σοδόμων ἐπενεχθέντα. Δηλοῖ δὲ τὸ πῦρ τὴν διὰ καύσεως ἀπειλὴν, τὸ δὲ θεῖον τὴν διεγείρουσαν· ἔτι μᾶλλον, τὸ πῦρ ἀφορμὴν, τὸ δὲ πνεῦμα τῆς καταιγίδος πειρασμοῦ συστροφήν. Εἴρηται γὰρ ἐν Ἡσαΐᾳ· ὡς καταιγὶς δι' ἐρήμου διέλθοι ἐρχομένη ἐγγὺς· φοβερὸν τὸ ὅραμα καὶ σκληρὸν ἀνηγγέλη μοι. Ἔστι δὲ καὶ τοῖς εὐσεβέσι ποτήριον τὸ μεθύσκον ὡς κράτιστον, περὶ οὗ τάχα κἀκεῖνο λέλεκται· Κύριος ἡ μερὶς τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου. καὶ δι' ἔργων ἀγαθῶν τὸ μὲν φυγεῖν, τὸ δὲ αἱρήσασθαι.

CHRYSOSTOMI. Ipſis, inquit, hoc modo inſtructis, vnde iuſtus armatur? *Dominus in templo ſancto ſuo.* Vides quàm breuiter auxilium eius recenſeat. Ad Deum, inquit, confugit, qui in templo cæleſti habitat.

CATENA PATRVM.
Deus auxiliator iuſti.

OCVLI EIVS IN PAVPEREM.] CHRYSOSTOMI. Vidiſtin' adiutorem omnia cernentem & expeditum? Oculi eius reſpiciunt orbem terrarum: atque malignos quidem auerſatur, iuſtos verò laudat. Deinde id quod præcedenti Pſalmo dixerat, oſtendens quomodo ipſamet malitia ſufficiens ſit ad illos deſtruendos; *Qui*, inquit, *diligit iniquitatem, odit animam ſuam.* Inimica enim animæ malitia eſt.

Deus cuncta intuetur.

ORIGENIS. Tametſi quis dicat ſe non odiſſe animam ſuam, euincitur tamen ipſam odiſſe, eò quòd iniquitatem diligat: ſimiliter etiam is qui incontinentiam diligit, vel ignauiam, vel vecordiam.

Iniquus odit animam ſuam.

7. PLVET SVPER PECCATORES LAQVEOS.] * THEODORI. Ab ijs quæ olim Sodomis euenerunt, iſtorum ſupplicia deſcribit. Etenim ſuper iſtas ciuitates *pluit Dominus à Domino ignem & ſulphur de cælo.* Hæc igitur hoc quoque loco minatus eſt, non quaſi illa omnino illaturus, ſed vt per hæc, omnia ſuppliciorum genera indicaret.

* *In Catena Dan. Barbari habetur,* THEODORETI.
Gen. 19, 24

EVSEBII. *Calix* ſæpè grauia ſupplicia inſinuat, vt in Iſaia: *Exurge Ieruſalem, quæ bibiſti * calicem lapſus, poculum furoris.* Dicit etiam Ieremiæ Deus: *Sume calicem vini * meri de manu mea, & propinabis * illum cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.* Qualis eſt calix hîc propoſitus, qui plenus eſt igne & ſulphure, & ſpiritu procellarum, cuius ſymbola ſunt quæ Sodomis illata fuerunt. Significat autem ignis minas conflagrationis; ſulphur verò id quod ipſum excitat: vel potiùs ignis, occaſionem; ſpiritus verò procellarum tentationis vorticem. Dictum eſt enim in Iſaia: *Sicut * procella de deſerto egreſſa veniens propè, terribilis viſio & dura nunciata eſt mihi.* Eſt tamen ſuus quoque pijs calix inebrians quàm præclarus, de quo fortaſſe & illud dictum eſt, *Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei.* Ille quidem per opera bona calix fugiendus, hic verò amplectendus eſt.

Calix *pro ſupplicio.*
Iſa. 51, 17.
* Vulg. *de manu Domini calicem iræ eius.*
Ier. 25, 15.
* Vulg. *furoris*
* Vulg. *de illo*
Iſaiæ 21, 1.
* Vulg. *turbines ab Africo veniunt, de deſerto venit, de terra horribili. viſio dura, &c.*
Pſal. 22, 5.
Pſal. 15, 5.

ANNO-

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. IN *finem.*] Quid ſignificet hæc inſcriptio, dictum ſuperiùs ad Pſalmum quartum. Alius apud S. Chryſoſt. huic Pſalmo titulum fecit Ἐπινίκιον τῷ Δαβίδ, id eſt, *Dauidis carmen triumphale*, vel, vt alius legit, τῷ νικοποιῷ, *victoria effectori*, ſcilicet Deo, è cuius præſidio cùm mirificam animi lætitiam ſpemque hauriret; ad præſtantem illam fiduciam celebrandam, & cum ceteris hominibus communicandam, Pſalmum hunc inſtituit, quem ſic inchoauit:

Mira Dauidis in Deum fiducia.

2. *In Domino confido.*] Sentiebat enim, & ſicut ea quæ oculis cernuntur animaduertebat, in medijs ærumnis vitæ, ſe diuino clypeo tegi atque defendi. Vnde D. Chryſoſt. locum hunc exponens, miratus viri pij fiduciam, & inuſitatam Dei protegentis humanitatem, ſpem illam recurrentis ad Deum, titulis ornat multis, & vocat φρούριον ἀχείρωτον, τεῖχος ἄμαχον, συμμαχίαν ἀκαταγώνιστον, λιμένα εὔδιον: *præſidium inexpugnabile, murum inſuperabilem, inuictum armorum genus, portum tranquillum*, &c. Hinc vtique Apoſtoli, & religionis Chriſtianæ lumina viri ſancti, qui omnes, quaſi forent ſub Dei lato & flammifero vmbone tuti, pro communi & heroico ſymbolo hoc à Dauide ſumpſiſſe videntur, *In Domino confido.* Chriſti nimirum imitatione, de quo Iudæi fatebantur dicentes: *Confidit in Deo.* Sic expreſsè D. Paulus honorato hoc elogio gloriatur, *Confido in Domino Ieſu:* & ante Euangelium heroës Machabæi victorijs inclyti, quas non tam ferro quàm diuinæ fiduciæ armis retulerunt. Qui cùm agerent apud ſuos de multitudine & potentia inimicorum, in hunc modum loquuntur: *Illi quidem armis confidunt ſimul & audaciâ: nos autem in omnipotente Domino, qui poteſt & venientes aduerſum nos, & vniuerſum mundum vno nutu delere, confidimus.* Sic apud Hebræos, cùm legis amor, Numiniſque timor viguit, velut teſſera communis id audiebatur: *In Domino noſtro confidimus.* Denique plenæ ſunt vtriuſque Teſtamenti paginæ, & omnium litterarum monumenta glorioſis factis, diuiniſque oraculis, quæ fiduciam hanc ſuadeant.

Sanctorum ſymbolum eſt fiducia in Deum.

Matth. 27, 43. Rom. 14, 14. 2. Machab. 8, 18.

IBIDEM. *Tranſmigra in montes.*] Græcè eſt, ἐπὶ τὰ ὄρη pluraliter: quod Vulgatus ſingulariter vertit, *in montem.* Apud S. Chryſoſtomum alius pro μεταναστεύου, *tranſmigra*, legit ὁρμάσθητι, *exula*; vel, vt alius habet, μετακινοῦ, *tranſmouere.* Ceterùm de crebra Dauidis fuga ad Achis in Geth, in ſpeluncam Odollam, in Maſpha ad Moabitas, in ſaltum Hareth, in Ceilam, in montem Ziph ſolitudinis, in collem Hachila, in deſertum Mahon, in Engaddi, denuo ad Achis, lege lib. primi Regum caput 21. vſque ad 27.

Crebra Dauidis fuga.

3. *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum.*] Elegans emblema eſt, in quo pinguntur peccatores, velut nocturni venatores Erebi, pharetram geſtantes, eamque aperientes, & ſagittas inde promentes, arcui adaptantes atque excutientes, vt in obſcuro rectos corde traijciant. Quem locum S. Gregorius Nazianz. orat. 22. de diabolo, peccatorum duce & anteſignano, exponens, *Ad vnumquemque*, inquit, *noſtrûm ſubdolè accedit; ac velut locum ſibi ipſi furtim aperiens, vt totus non ſecùs ac ſtrenuus quiſpiam exercitus per diſiectam muri partem, aut hoſtilem aciem irrumpat.* Ecce bellicum apparatum, cui fidunt peccatores. Sed, vt rectè hîc annotauit S. Chryſoſt. in Catena citatus, Quid arma iuuant, ſi non adſit virtus, ſi Dei deſit auxilium, quod contra ipſos pro bonis militat?

Peccatores iuſtis inſidiantur.

IBIDEM. *Parauerunt ſagittas.*] S. Auguſt. & Vulgata addunt, *ſuas*; Aquila & Symmachus legunt, ἥδρασαν βέλος αὐτῶν ἐπὶ τὴν νευρὰν, *firmauerunt ſagittam ſuam ſuper neruum*, quem propriè ſignificat Hebræum יֶתֶר *iether*, etſi hoc ipſum nomen in libro Iob Interpres *pharetram* reddiderit, & in libro Iudicum *neruiceum funem.* ita Lorinus noſter: qui ait parare ſagittas in pharetra, plus eſſe quàm in neruo, quatenus ſignificat multas ad ſæpiùs iaculandum ſagittas paratas. Iob 30, 11. Iudic. 16, 7

IBIDEM. *Vt ſagittent in obſcura luna.*] Græcè, ἐν σκοτομήνῃ, hoc eſt, vt ita dicam, *in obſcurilunio*, ſpiſſiſſimis tenebris, in nocte caliginoſa. Nam hoc nomen, vt Theodoretus explicat, τὴν ἀσέληνον νύκτα δηλοῖ, *illunem noctem ſignificat.* Vulgata vertit, *in obſcuro*; Sexta editio legit, εἰς τὸ ἐνδεῖξαι τὸ σκότος εἰς φῶς, *ad oſtendendas tenebras in luce*; Symmachus, ὡς ἐν ζόφῳ, *quaſi in caligine.* Eſt nimirum, vt S. Dionyſius peritè vocat, ζοφώδης καὶ ἀλαμπὴς κακία, hoc eſt, *caliginoſum, obſcurum & illune vitium.* Quod in ſacris cærimonijs declaratum fuit, cùm iuberentur omnes qui ad Chriſtianam religionem accederent, in baptiſmo conuerti ad Occaſum, & abrenuntiare principi tenebrarum, Ereboque fonti caliginis, obſcuræque noctis, quæ à ſcelere in animam inuehitur. Ne itaque in obſcuro ignitis diaboli ſagittis configamur, præcipuo quodam ſtudio nobis præmuniendum eſt cor, quod primùm gehennalis ſagittarius inuadit. Nam qui ſui cordis oſtium non occludit, ſed fœdis cogitationibus patêre ſinit, illiuſque munditiem nullâ ratione curat, breui tempore ſe videbit omnium vitiorum ſtabulantium fimo & fœtore coopertum, & virulentiſſimis luxuriæ iaculis vndique confoſſum. In quo argumento præclara eſt illa Clementis Alexandrini ſententia lib. 2. Stromatum dicentis: *Ac mihi quidem videtur cor non eſſe abſimile diuerſorio: illud enim perforatur & effoditur, & ſtercore ſæpe repletur, cum homines ſe petulanter gerant, & locum nihil omnino curent, vt qui ſit alienus. Eodem modo cor quoque, quamdiu nulla eius cura geritur, fit immundum, & multorum dæmonum habitaculum.* Hanc ob cauſſam vel in ipſo ſomno cordi adhibendam eſſe vigilantiam, probi omnes cenſuerunt. Nam de nocte princeps tenebrarum cum lucifuga ſua cohorte liberiùs vagari ſolet, inſidiaſque tendere, adeò vt in certo metuendoque periculo nemo ſecurus eſſe poſſe videatur. Excubant improbiſſimi illi latrones, *vt ſagittent in obſcuro rectos corde.* Tum ſagittas & ignea tela mittunt in pectus cubantium, & æſtum libidinis excitant, vel cogitationes alias, quibus delini-

Eccl. Hier. cap. 2. Vitium obſcurum & illune.

Cor in primis muniendum contra prauas cogitationes.

Noctu dæmon nobis maximè inſidiatur.

delinita mens & voluntas ſceleri conſentiat. Tempus aptum (inquit Nyſſenus hom. 6. in Cantica) εἰς ἐπιβουλὴν, *ad ſtruendas inſidias* aduerſus animas, nox ſunt & tenebræ. Quod præſentiens D. Ambroſius in Pſal. 35. ita monet: *Vigilandum eſt, ſemper caſtra Domini munienda ſunt: quia de nocte aduenit inimicus & aduerſarius, quando ſomno ſenſus tenetur, cibo corpus diſtenditur.*

4. *Quoniam quæ perfeciſti, deſtruxerunt.*] Sexta editio habet, ὅτι αἱ διαδοχαὶ, *quoniam traditiones*: quod apud S. Chryſoſt. alius legit, ὅτι αἱ διδασκαλίαι συντριβήσονται, *quoniam doctrinæ contererentur*; Aquila, ὅτι οἱ θεμέλιοι καθαιρεθήσονται, *quoniam fundamenta deſtruentur*; Symmachus, ὅτι οἱ θεσμοὶ κατελύθησαν, *quia leges diſſolutæ ſunt*, quomodo S. Hieronymus vertit; Hebraicè eſt הַשָּׁתוֹת *haſchatoth*, id eſt *poſitiones*, ſiue quæ poſita & fundata ſunt. q. d. Quæ perfeciſti, ô Dauid, & quæ rectè egiſti, quæ fundamenta poſuiſti tuæ potentiæ & dignitatis in aula regia, illi penitus euerterunt; præſidia quibus nitebaris, infirmarunt; tua in regem & rempubl. officia labefactarunt, tibique ſuis artibus & calumnijs regem infeſtum reddiderunt. Nullibi ſanè frequentiores ſunt iſtiuſmodi ſupplantationes, quàm in regum & principum aulis: vbi ſcilicet innumeræ ſuſpiciones, inuidiæ quotidianæ, plurimæ aſſentandi & calumniandi occaſiones. Nam vbi maiores ſe ſemper ſpes oſtentant, ibi & inuidiæ ſæuiores, odia perículoſiora, & æmulationes calidiores vigent, omnes ſe inuicem acerrimis oculis intuentur: & quemadmodum qui ſingulari certamine contendunt, vigilanter obſeruant, num aliquam corporis partem malè munitam conſpiciant, quâ gladium mergant; ſic inuidia lynceis ſpeculatur oculis, quâ calumniam immittat. Et cùm quiſque in aula primas obtinere cupiat, proximum ſubmouet & amolitur; priorem, ſi poſſit, ſupplantat.

In principum aulis, maximè ſunt ſupplantationes.

5. *Dominus in templo ſancto ſuo, &c.*] Videtur quodammodò Propheta innuere conformitatem & correſpondentiam vtriuſque dominatus & Hierarchiæ, cæleſtis videlicet ac terreſtris; vt, ſicut in cæleſti templo ſedet Deus Rex regum, & Dominus dominantium, ita in terreſtri ſedeat dominatione, & imperio ſacro ſublimis, ſimilique Angelorum ſatellitio ſtipatus. Nam & Sacerdos Angelus Domini eſt, vt Malachias ait. Quin & Apoſtolus dicit Sacerdotes vmbræ deſeruire cæleſtium; hoc eſt, ſimili ratione deſeruire in terra, ac cæleſtes illi ſpiritus in cælo deſeruiunt. Idcircò etiam Eccleſia noſtra militans in Euangelio ſæpè *regnum cælorum* appellatur; obſeruantque Patres, præſertim S. Dionyſius libro De Eccleſiaſt. Hierarch. & cum ipſo S. Auguſtinus, eam hoc nomen potiſſimùm accepiſſe, quoniam adinſtar cæleſtis regni ordinata eſt. Nam regni vocabulum ſubordinationem deſignat ab vno capite per intermedias dignitates, vſque ad infimæ plebis homines deſcendentem. Quare, ſicut cæleſte regnum ſignificat ſacratiſſimum illum ordinem, qui ab æterno Deo per intermedios Angelos, Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, Virgines, ad infimum vſque Beatum porrigitur; ita etiam indicat ſacrum illum ordinem, qui in Eccleſia militante ab eodem Deo per Summum Pontificem, reliquoſque Epiſcopos, Sacerdotes, Diaconos, Subdiaconos, & reliquos ordines ad infimum vſque laicum, quantumuis pauperem & abiectum, cum ſingulari prouidentia ſe extendit. Vnde ſubdit:

Sicut in cælo, ſic & in terra Deus Eccleſiæ præſſit.

Malac. 2, 7.

Hebr. 8, 5.

ANNOTATIONES CORDERII.

IBIDEM. *Oculi eius in pauperem reſpiciunt.*] Hæc oculorum diuinorum in pauperem reſpectio, ſingularem quamdam benigniſſimi Numinis erga egenum curam, & accuratam omnino prouidentiam declarat, quâ ipſum quodammodò in oculis ſuis ferre videatur. Hinc vbicumque eſt pauper, ſubitò reſpicit & occurrit clementiſſimus Deus, illumque amplexus, dulciſſimè ſuauiatur, in ſinu condit, in viſceribus reponit, illum tuetur; & eâ quidem humanitate, vt iuſtorum aliorum inuidiam quodammodò ſolicitare poſſe videatur. De hoc inexplicabili amore Dei erga egenos, multa in diuinis Litteris ſunt admirabilia: &, cùm omnes quidem iuſtos complectatur, pauperum tamen velut bonus & amabilis tutor propriè eſſe videtur, vt præcedentis Pſalmi verſu 35. oſtendimus ad illa verba: *Tibi derelictus eſt pauper.* O admirabilem felicitatem pauperis & afflicti, qui Deo derelictus eſt, & reconditos in ſe habet Dei oculos, bonorum omnium fontes, è quibus perenni quodam fluxu cæleſtis in ipſum benedictio iugiter promanat.

Deo magna eſt cura pauperum.

Pſal 9, 35.

Quòd ſi quis fortè contendat illa Pſalmi verba; *Oculi eius in pauperem reſpiciunt*, vel, vt in Hebræo eſt, *abſcondunt ſe*, non attribui hîc Deo, ſed tyranno, pauperis vitæ ac ſaluti, tamquam in occultis, inſidianti, *vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum*, &c. quemadmodum præced. Pſalmo dictum eſt; adhuc tamen diuina prouidentia in pauperis ſalutem inuigilans, in eo mirificè relucet, quòd nomen pauperis, hoc & ſuperiori Pſalmo ſæpiùs repetitum, in Hebræo ſit חֶלְכָאִים *chelcaim*: quæ vox non ſolùm *pauperem*, ſed etiam *exercitum* ſignificat (vt benè aduertit Genebrardus) quo nimirum impetus inſidiantis cohibetur. Non enim pauperem omni præſidio carentem impugnat, ſed in eo integrum exercitum diuinæ virtutis inſtructum, armatumque in acie offendit. Huic expoſitioni fauet plurimùm lectio Hieronymi, *in robuſtos* legentis: pro quo apud Theodoretum, Chryſoſt. & Euſebium legitur, ἐπέβλεψαν τὴν οἰκουμένην, *reſpiciunt orbem terræ*. Perinde ac ſi pauper toti mundo adæquaretur: quod de paupere iuſto Patres exponunt, qui toti mundo propter Deum renuntiauit. Vide quantum apud Deum valeat iuſtus, quem mundus vt pauperculum deſpicit: qui vnus quidem eſt, ſed tantus ac talis coram Deo, vt in ipſius oculis, veluti orbis vniuerſus, cum regnis, prouincijs, vrbibus, palatijs, diuitijs, ac bonis omnibus cenſeatur. Quin imò (quod magis eſt) totus orbis, ſi iuſtum in ſe non contineat, nihil omnino eſt, & ne nomen quidem habet in oculis Dei, quos verus orbis terrarum, hoc eſt, vir vnus iuſtus, ad ſe contuendum & amandum mirabiliter allicit.

Pſal. 9, 30.

Pauper dicitur Hebraicè exercitus.

Pauper iuſtus toti mundo æquiparatur in oculis Dei.

IBIDEM. *Palpebræ eius interrogant filios hominum.*] Significatur hîc exacta Dei cognitio circa opera hominum, qualis illa ſolet eſſe apud nos, quæ poſt crebras & exquiſitiores interrogationes comparatur. Palpebris autem interrogat, auctore Euthymio, quia, etſi conniuere videatur in eorum factis, non deſinit tamen omnia perfectè

Quid ſit Deum palpebris interrogare filios hominum.

ANNOTATIONES CORDERII.

ſectè agnoſcere, ac ſi diligenter de ſingulis exquirat. Siquidem diſtinctiſſimè omnia per interpoſitas palpebras penetrat; vt ſeparatos hinc iuſtos, inde impios coram ſe videat; ſuoque tempore, hos quidem puniat omni tormentorum genere; illos amicè recipiat in beatitudinem.

S. Hieronymus hîc per *filios hominum*, intelligit flagitioſos, & multorum criminum reos. interrogationem verò per palpebras ad rem iudiciariam pertinere notat Caſſiodorus. Palpebris autem interrogare magnam arguit attentionem, vt quando fixis immotè palpebris aliquid attentiùs intuemur. Eſt enim palpebrarum frequens ac naturalis motus, qui perpetuâ quaſi flabellatione viſum nonnihil impedire ſolet. Itaque Deus, iuxta horum Patrum ſententiam, immotis quaſi palpebris, filiorum hominum, id eſt flagitioſorum, crimina intuetur, non tamen ſtatim illa dijudicat: ſed priùs interrogat reos de delicto, & quaſi oblitus ſuæ infinitæ ſcientiæ, ad legitimam delicti inquiſitionem ac probationem procedit.

6. *Dominus interrogat iuſtum & impium.*] Apud S. Chryſoſt. alius legit, κύριος δίκαιος ἐξεταστὴς, *Dominus iuſtus examinator*; vel, vt alius, δίκαιον δοκιμάζει, καὶ ἀσεβῆ καὶ ἀγαπῶντα ἀδικίαν ἐμίσησεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. quæ ita vertiſſe videtur S. Hieronymus, *iuſtum probat, iniquum autem & diligentem iniquitatem odit anima eius.* Quod alius reddit, ὁ ἀγαπῶν ἀδικίαν, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, *qui diligit iniuſtitiam, odit ſuam ipſius animam.*

Quomodo dicatur Deus aliquos interrogare.

Interrogare autem in Scripturis dicitur Deus, quando ſcrutatur & explorat aliquos; aut certè quapiam tentatione probatos & exploratos cognoſcit. Odiſſe verò animis quis dicitur duobus modis, prout nimirum anima dupliciter conſiderari poteſt; nempe ſecundùm partem inferiorem, quam animalem vocant, & ſenſu potiſſimùm ducitur; & ſecundùm partem ſuperiorem, quâ ſummæ diuinitatis ac rerum cæleſtium eſt capax, & ſpiritualis nuncupatur.

Duplex animæ odium; bonum, & malum.

Secundùm inferiorem ergo portionem, ſeu ſenſualitatem, odit eam, quiſquis carnis deſiderijs non acquieſcit, ſed reſiſtit. quod omnino bonum & ſalutare animæ odium à nobis Saluator exigit, dicens: *Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Secundùm ſuperiorem verò portionem, ſiue ſpiritum, eam odit, quiſquis peccat: quo ſenſu hîc accipitur, & in Prouerbijs: *Qui cum fure participat, odit animam ſuam.* & in Sapientia: *Homo per malitiam occidit animam ſuam.* Iniquitas enim malum ſummum eſt animæ: ac propterea qui iniquitatem diligit, non bonum, ſed ſupremum malum vult animæ ſuæ; quod ſufficit (inquit ad hunc Pſalmi locum S. Baſilius) ad ipſam conſumendam & diſperdendam.

Ioan. 12, 25.

Prou. 29, 24.

Sap. 16, 14.

7. *Ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum.*] Vbi expende illud, *pars calicis eorum.* Temporale enim flagellum, quo in præſenti vita miſeri affliguntur, pars quædam eſt æterni cruciatus, qui ipſos in inferno manet. Quippe miſericors ac clemens Deus, iam peccatoribus dumtaxat partem illius calicis, quem, niſi reſipiſcant, vſque ad fæces in æternum bibituri ſunt, propinat; vt aliqualem amaritudinis eius guſtum & ſaporem, quò à peccatis abſterreantur, prælibent. Idcircò (vt pulchrè S. Gregorius lib. 15. Moral. cap. 21. ait) *non totum calicem, ſed partem calicis dixit: quia eorum paſſio hic quidem per dolores incipit, ſed in vltione perpetua conſummatur.* Hîc ſolum pars calicis propinatur, & minima quædam portio illius ſupplicij, quod in inferno manet eos, qui illud non reformidant, dum temporale flagellum ſuſtinent. Nihil enim aliud ſpectat aut intendit Deus, quando temporarias immittit afflictiones, niſi vt peccatores ex ijs æterna illa & intolerabilia odorentur tormenta, ſibique caueant.

Deus hic peccatoribus partem propinat calicis, quem in inferno potaturi ſunt.

Hinc olim *Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cælo.* Cur ad igneam pluuiam recurrit Dominus? Nónne vt mundum perderet Deus, cælum manauit aquis? cur modò ad pauculas vrbes perdendas, maluit ignem cælitus demitti quàm aquas? Certè non aliam ob cauſſam, niſi vt peccatores ſulphurei calicis partem delibarent, quem totâ æternitate in inferno potaturi ſunt; & alij eorum exemplo deterriti, à peccatis abſtinerent. Id quod pulchrè Saluianus lib. 1. de Gubernat. Dei docet his verbis: *Dum cum iudicio malos perdidit Dominus, iam adinſtar iudicij iudicauit. Cùm enim ad ſupplicium malorum, gehennam in futurum arſuram eſſe manifeſtum ſit, Sodomam & vicinas eius vrbes cæleſti flammâ conſumpſit. In præſenti autem illud, quod futurum eſt, Deus voluit declarare iudicium, quando ſuper impium populum gehennam miſit è cælo.* Hac itaque ratione peccatores tunc in præſenti vita caſtigabantur, & futuræ ſimul gehennæ ſpecies mundo explicabatur, vt aliquatenus ſaltem homines prælibarent ſaporem illius ſupplicij, quod peccatores in altera vita manet, vt immenſum eius expaueſcentes ardorem, ſibi ipſis conſulendo, rectam vitam agerent, quâ inferni incendium euitarent.

Gen. 19, 25.

Ceterùm hîc nota cum Ianſenio, frequentem eſſe in Scripturis hanc metaphoram, quâ per *partem calicis*, hoc eſt, admenſam vini portionem, certa cuiuſque ſors & merces tam bona quàm mala ſignificatur. Tranſlata verò eſt ab antiquo potantium ritu, quo per modimperatorem, hoc eſt conuiuij præſidem, ſua cuique portio dabatur exhaurienda. Cùm autem Scriptura grauiſſimam pœnam ſignificare vult, exemplum ducit è Sodoma & Gomorrha, quæ ſulphure & igne cæleſti deflagrarunt. Ita Babyloni minitatur Iſaias, dicens: *Erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta ſuperbia Chaldæorum, ſicut ſubuertit Dominus Sodomam & Gomorrham.* Eodem modo cùm vult deſcribere pœnam infernalem, deſcribit eam per ignem & ſulphur, alludens ad Sodomæ ſubuerſionem; eò quòd non ſit nobis cognita horribilior vltio, & quòd hæc (vt docet S. Petrus in Epiſtola ſua) ſit poſita in *exemplum eorum qui impiè acturi ſunt.*

Pars calicis pro quo ſumatur in Scripturis.

Iſaiæ 13. 19.

2. Pet. 2, 6.

Porrò myſticè, idem verbum Dei & pluuiam, & ignem ſulphureum, & laqueos appellat: nimirum illis qui audita exequuntur, imber eſt, quo irrigata anima omnia virtutum germina ex ſe emittit; his verò qui dicta obliuiſcuntur, ignis eſt ſulphureus, & æternæ pœnæ veluti prælibatio. Pulchrè ad hunc locum S. Auguſt. *Non enim*, inquit, *Propheta tantum, ſed omnes verbo Dei animas irrigantes, imbres dici poſſunt: qui cùm malè intelliguntur, pluet Dominus ſuper peccatores laqueos; cùm autem benè intelliguntur, fœcundant pectora.*

Verbum Dei pluuia, ignis & ſulphur.

8. Quo-

8. *Quoniam iuſtus Dominus.*] Nota nomen iuſti, ſecundùm veram S. Dionyſij & D. Thomæ Theologiam, de Deo quadrupliciter prædicari. Primò, dicitur iuſtus, vt fons & cauſſa omnis iuſtitiæ; quia omnis iuſtitia, rectitudo, ſanctitas tam Angelorum, quàm hominum, ab ipſo eſt, tamquam tenuis quædam adumbratio iuſtitiæ illius infinitè perfectæ, & infinitè ſupra omnem iuſtitiam creatam eleuatæ.

Deus quadrupliciter iuſtus dicitur.
Dio. nom. cap. 8. 1. p. q. 21.

Secundò, formaliter: quia, cùm ſuprema iuſtitia conſiſtat in amore Dei (per hunc enim efficimur ſupremo modo conformes legi æternæ) & ipſe ſit ſublimiſſimus & pleniſſimus amor ſui; neceſſe eſt ipſum eſſe formalem iuſtitiam, ſublimiſſimam, pleniſſimam, infinitè perfectam, & infinitè ſupra omnem Beatorum iuſtitiam eleuatam.

Tertiò, obiectiuè: quia ipſe eſt obiectum & regula omnis iuſtitiæ & rectitudinis. ipſum enim amare, ſuprema iuſtitia eſt. Nec obſtat, quòd reddere vnicuique quod ſuum eſt, *iuſtitia* vocetur; quia hæc eſt iuſtitia humana & politica, quæ infima eſt: hîc autem de ſuprema iuſtitia loquor, per quam homo abſolutè iuſtus dicitur coram Deo, & à qua etiam Deus iuſtus dicitur; quæ conſiſtit in amore Dei, & conformitate ſuprema cum lege æterna, in qua iuſtitia illa humana eminenter continetur.

Quartò, *iuſtus* dicitur, vt legiſlator & iudex; quia ſummè amat iuſtitiam, & infinitè odit iniuſtitiam (id eſt opera mala, diuinæ legi ac maieſtati repugnantia) eamque ſub æternæ damnationis pœna vetat. Denique ordinem iuſtitiæ, à dæmonibus & hominibus decurſu totius huius ſæculi violatum, reſtituet & inſtaurabit, vnicuique ſecundùm opera & merita ſua reddendo. Atque hoc poſtremo ſenſu Dauid hîc Deum iuſtum appellat: vnde ſubdit:

ANNOTATIONES CORDERII.

IBIDEM. *Et iuſtitias dilexit.*] Quantum certè Deus iuſtitiam diligeret, nunquam luculentiùs oſtendit, quàm quando Filium ſuum vnigenitum pro nobis omnibus in mortem tradidit, vt per eum diuinæ iuſtitiæ, per hominis peccatum læſæ, ex rigore ſatisfieret. Erat enim homo debitor, & non poterat ſatisfacere ad æqualitatem de rigore iuſtitiæ; nec id poterat præſtare, qui Deus non eſſet. Poterat quidem Deus gratis debitum omne dimittere, & alijs modis lapſum hominis reparare, vt ex S. Auguſt. D. Thomas 3. part. quæſt. 1. art. 2. demonſtrat: ſed hic neceſſarius erat, vt de toto rigore eſſet diuinę iuſtitiæ ſatisfactum. Ita igitur Deus iuſtitias dilexit, vt gratiſſimam habuerit Filij ſui dilectiſſimi mortem, per quam integrè & perfectè, ac de ſummo rigore iuſtitiæ eſſet ipſi factum ſatis. Quod benè obſeruauit B. Paulus, tradens cauſſam mortis Chriſti, *Ad oſtenſionem*, inquit, *iuſtitiæ ſuæ*: & vt iuſtitia ſua plenariam omnino reciperet ſatiſfactionem, Filium ſuum pro ſeruo expoſuit. Rom. 3, 25.

Deus ſuper omnia iuſtitiam diligit.

IBIDEM. *Æquitatem vidit vultus eius.*] Id eſt, ad rem nullam conuertit vultum, nulla res de vultu eius prodit, niſi recta, iuſta & æqua. Atque hoc eſt quod etiam alius Propheta dicit: *Mundi ſunt oculi tui, Domine, nec vales ad iniquitatem reſpicere.* Hab. 1, 13. Cùm enim iniquitas ſit contraria æquitati, nihil iniuſtum aut iniquum poteſt à Deo procedere. quod tamquam fundamentum quotidianæ ſuæ meditationis ſupponit Dauid, dicens: *Manè adſtabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.* Pſal. 5, 5.

IN PSALMVM XI. ARGVMENTVM.

α' Εἰς τέλος, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

1. In finem, pro octaua, Pſalmus Dauid.

Τῆς αὐτῆς διανοίας ἔχεται καὶ ὁ ψαλμὸς οὗτος. Διαβάλλει γὰρ τοὺς δόλῳ κεχρημένους, καὶ φιλίαν μὲν ὑπισχνουμένους, προϊεμένους δὲ αὐτὸν τῷ πολεμίῳ Σαούλ. Εἰς δὲ τὸ τέλος, καὶ ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, τὴν ἐπιγραφὴν ἔχει, ἅτε τῆς δικαίας τοῦ Θεοῦ κρίσεως μεμνημένος, καὶ χρόνοις ὕστερον τῆς προῤῥήσεως ἐσομένης.

Eumdem ſenſum & hic Pſalmus habet. Nam incuſat eos qui fraude vtebantur, amicitiamque promittebant, ipſum tamen inimico ſuo Saüli prodebant. Habet autem titulum, In finem, *&* pro octaua, *tamquam de iuſto Dei iudicio mentionem faciens, & quaſi vaticinatio poſterioribus ſæculis futura ſit.*

PARAPHRASIS.

β'. ΣΩΣΟΝ με κύριε, ὅτι ἐκλέλοιπεν ὅσιος· ὅτι ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων.

2. SALVVM me fac Domine, quoniam defecit ſanctus: quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum.

PARAPHRASIS PATRVM.

Rara fides in hominibus.

A te, Domine, ſalutem conſequi poſtulo; quoniam veritas propè eſt vt extinguatur, dum, vt vno verbo dicam, omnes mutuâ inter ſe infidelitate laborant.

3. Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum; labia doloſa in corde & corde locuti ſunt.

Amicitiam, inquit, ſimulant, & hoſtilia committunt, cum dolo inuicem colloquuntur. Hinc deinceps ipſis vindictam minatur.

4. Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam.

Quæ autem eſt ſpecies magniloquentiæ?

5. Qui dicunt: Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt?

Homines in maligno poſiti facilè blaſphemant.

Naturâ, inquit, ſermones metiri renuunt, neque diuinas leges reſpicere volunt; ſed efferato ore vtentes, cum audacia, quidquid volunt, loquuntur, diuinam longanimitatem contemnentes, neque ſub Dei poteſtate ſe eſſe arbitrantes. Talis erat Pharao, ideò dicebat: *Neſcio Dominum.* Talis & Rabſaces, qui auſus eſt dicere: *Ne te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, quoniam Ieruſalem liberabit de manu mea.* Talis Nabuchodonoſor, qui generoſos illos pueros exterruit, atque dicere non formidauit: *Quis eſt Deus qui eripiet vos de manu mea?* Verumtamen & illi eorum quæ committere auſi ſunt, pœnam perſoluerunt; & iſti de quibus propheticus ſermo loquitur, dignum luent ſupplicium. & hoc ſignificans ſubdit:

Exodi 5,2.

4.Reg.18, 35.

Dan.3,15.

6. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exſurgam, dicit Dominus.

Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo.

Deus afflictos reſpicit.

Non enim eos lugentes & gementes, ob iniuriam, quæ ipſis irrogata eſt, deſpiciam; ſed patientiam, veluti quemdam ſomnum, excutiens, ſalutem eorum perſpicuam & illuſtrem reddam. Sic enim

Τῆς παρὰ σοῦ, δέσποτα, σωτηρίας ἀπολαῦσαι παρακαλῶ, ἐπειδὴ κινδυνεύει τῆς ἀληθείας ἀποσβῆναι τὸ χρῆμα, πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀπιστίαν νοσηκότων.

γʹ. Μάταια ἐλάλησεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, χείλη δόλια ἐν καρδίᾳ, καὶ ἐν καρδίᾳ ἐλάλησαν.

Ὑποκρίνονται, φησι, φιλίαν, καὶ τὰ πολεμίων ἐργάζονται, μετὰ δόλου τι ἀλλήλοις διαλέγονται. Ἐντεῦθεν λοιπὸν αὐτοῖς ἀπειλεῖ τιμωρίαν.

δʹ. Ἐξολοθρεύσαι κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, καὶ γλῶσσαν μεγαλοῤῥήμονα.

Τί δὲ τῆς μεγαλοῤῥημοσύνης τὸ εἶδος;

εʹ. Τοὺς εἰπόντας, τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν, τὰ χείλη ἡμῶν παρ᾽ ἡμῶν ἐστι, τίς ἡμῶν κύριός ἐστιν;

Οὐκ ἀνέχονται, φησι, μετρῆσαι τῇ φύσει τοὺς λόγους, οὐδὲ εἰς τοὺς θείους ἐθέλουσιν ἀποβλέπειν νόμους, ἀλλὰ ἀθυροστόμοις κεχρημένοι στόμασι, μετὰ ἀδείας ὅπερ βούλονται φθέγγονται, τῆς θείας μακροθυμίας καταφρονοῦντες, καὶ μηδὲ τελεῖν ὑπὸ τὴν τοῦ θεοῦ δεσποτείαν νομίζοντες. Τοιοῦτος ἦν ὁ Φαραώ, διόπερ ἔλεγεν· Οὐκ οἶδα τὸν κύριον. τοιοῦτος ἦν Ῥαψάκης, λέγειν τολμῶν, Μή σε ἀπατάτω ὁ θεός σου, ἐν ᾧ σὺ πέποιθας ἐπ᾽ αὐτῷ, ὅτι ῥύσεται τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκ χειρός μου. τοιοῦτος Ναβουχοδονόσορ τοὺς γενναίους ἐκείνους διεδιττόμενος παῖδας, καὶ λέγειν οὐ φρίττων· Τίς ἐστιν ὁ θεός, ὃς ἐξελεῖται ὑμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν μου; Ἀλλ᾽ ὅμως κἀκεῖνοι ποινὴν ἔδοσαν ὧν ἐτόλμησαν· καὶ οὗτοι, περὶ ὧν ὁ προφητικὸς διέξεισι λόγος, τὰς ἀξίας τίσουσι δίκας. καὶ τοῦτο σημαίνων, ἐπήγαγεν·

ςʹ. Ἕνεκεν τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν, καὶ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων, νῦν ἀναστήσομαι, λέγει κύριος.

Θήσομαι ἐν σωτηρίῳ, παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ.

Οὐ περιόψομαι γὰρ αὐτοὺς ὀλοφυρομένους, καὶ στένοντας, διὰ τὴν εἰς αὐτοὺς τολμωμένην παρανομίαν· ἀλλὰ τὴν μακροθυμίαν, καθάπερ τινὰ ὕπνον, ἀποσεισάμενος, περιφανῆ καὶ λαμπρὰν αὐτῶν τὴν σωτηρίαν ποιήσομαι. Οὕτω γὰρ ὁ Σύμ-

Σύμμαχος ἡρμήνευσε· Τάξω σωτήριον ἐμφανῶς. καὶ διδάσκων ὡς ἀληθῶς ἔσται τὰ εἰρημένα, προσετέθεικε·

ζ. Τὰ λόγια κυρίου, λόγια ἁγνὰ, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον ἐν τῇ γῇ, κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως.

Τὸ ἑπταπλασίως ἀντὶ τοῦ πολλαπλασίως τέθεικε. τοῦτο γὰρ συνηθὲς τῇ γραφῇ.

η. Σὺ κύριε φυλάξεις ἡμᾶς, καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα.

Ὑπὸ γὰρ τῆς σῆς φρουρούμενοι χάριτος, οὐ μόνον τῆς παρούσης γενεᾶς τὰς παγίδας διαφευξόμεθα, ἀλλὰ καὶ τῆς αἰωνίου σωτηρίας τευξόμεθα.

θ. Κύκλῳ οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦσι· κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.

Οἱ μὲν τῇ δυσσεβείᾳ συζῶντες, τὴν θείαν καταλιπόντες ὁδὸν, τῇδε κἀκεῖσε περιπλανῶνται, καὶ κυκλοῦν, καὶ οἱονεὶ πολιορκεῖν τοὺς ἐπιεικεστέρους πειρώμενοι. Σὺ δὲ ἀπὸ τοῦ τῆς φύσεως ὕψους φαινόμενος, τῆς σῆς ἀξιοῖς κηδεμονίας τοὺς ὑπ' ἐκείνων πολεμουμένους, νῦν μὲν ψυχαγωγῶν ἐν ταῖς θλίψεσι, μετὰ βραχὺ δὲ τὴν σωτηρίαν δωρούμενος.

Symmachus interpretatus eſt: *Ponam ſalutare manifeſtam.* Et docens veriſſimè euentura quæ dicta ſunt, ſubiunxit: PARAPHRASIS PATRVM.

7. Eloquia Domini eloquia caſta: argentum igne examinatum, probatum * in terra, purgatum ſeptuplum. * Vulgata terræ,

Septuplum, pro ſæpenumerò poſuit. hoc enim Scripturæ conſuetum eſt.

8. Tu Domine ſeruabis nos, & cuſtodies nos à generatione hac, * & in æternum. * Vulgata omittit &

Nam à tua gratia cuſtoditi, non ſolùm præſentis generationis laqueos effugiemus; ſed & æternæ ſalutis compotes erimus.

9. In circuitu impij ambulant: ſecundùm altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.

Qui quidem impietati aſſueti ſunt, diuinâ viâ relictâ, huc & illuc oberrant, conantes circumuenire, & veluti obſidere manſuetiores. Tu verò ex altitudine naturæ apparens, tuâ curâ dignos putas eos, qui ab illis bello impetuntur; nunc quidem in afflictionibus animando, paulò verò pòſt ſalutem elargiendo. Impij ambulant in circuitu.

COMMENTARIVS.

β'. ΣΩΣΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ.] Οὗτος ὁ μακάριος μόνος ἀπολελειμμένος, πάντων τὴν ἐναντίαν βαδιζόντων, ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν καταφεύγει. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι γέγονεν ὅσιος, ἀλλ' ὅτι καὶ οἱ ὄντες ἀπόλλυνται, ἐπεὶ ἐκράτησεν ἡ κακία. ὥσπερ λέγων· Τῆς παρὰ σοῦ μοι χρεία φιλανθρωπίας, ἐπειδὴ κινδυνεύει ἀποσβῆναι τὰ τῆς ἀληθείας, πάντων πρὸς ἀλλήλους ἀπιστίαν νενοσηκότων. εἶδες, ὅτι οἱ ὅσιοι ἐκλελοίπασι; διὰ τοῦτο καὶ αἱ ἀλήθειαι ὠλιγώθησαν, οὐκ ἐν τοῖς ὁσίοις μόνοις αἱ ἀλήθειαι, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἀληθέσιν ἡ ὁσιότης. ἢ, ἐπειδὴ οἱ ὅσιοι ἐκλελοίπασι, διὰ τοῦτο καὶ αἱ ἀλήθειαι ὠλιγώθησαν. Σκόπει δὲ πῶς παρατετηρημένως ἐχρήσατο ταῖς λέξεσιν, ἐκλελοιπέναι μὲν φήσας τὸν κατορθοῦντα τὴν ὁσιότητα, ὀλιγωθῆναι δὲ τὰς ἀληθείας, ἀλλ' οὐχὶ

2. SALVVM ME FAC DOMINE.] Hic ſanctus ſolus derelictus, omnibus contrariam viam ineuntibus, ad Dei prouidentiam confugit. Et non dixit; Quoniam ſanctus fuit: ſed quòd hi etiam qui ſancti ſunt, pereant, eò quòd malitia præualuerit. Ac ſi diceret: Clementiâ tuâ mihi opus eſt, quia periclitatur veritas vt extinguatur, omnibus mutuâ inter ſe infidelitate laborantibus. Vides, vt ſancti etiam defecerint? idcircò quoque veritates imminutæ ſunt; nec in ſolis ſanctis veritates, nec in veracibus ſanctitas. Siue, quoniam ſancti defecerunt, idcircò etiam veritates imminutæ ſunt. Aduerte autem quàm circumſpectè verbis vſus ſit, dum defeciſſe quidem dicit eum qui colebat ſanctitatem; imminutas verò eſſe veritates, ſed Sancti quoque interdum deficiunt.

 nondum

COMMENTARIVS PATRVM.

nondum omnino periiſſe. Adeò vt in ſanctitate vitæ, ſummam vniuerſæ iuſtitiæ perfectionem demonſtrauerit, quam ante Chriſtum nemo ferè repertus eſt obtinuiſſe. Cùm verò vix etiam in aliquibus ex parte veritas reperiretur, quæ poſſet habere notam aliquam ſanctitatis; idcircò ſanctum quidem & Euangelicum virum haud extare dixit; eos verò qui ex parte veras quaſdam de Deo opiniones habebant, ſiue qui ex parte veritatem colebant, reperiri quidem aliquos, ſed paucos. Ceterùm, quemadmodum colores aliqui quidem ſunt veri, alij verò falſi: eodem modo multæ etiam ſunt veritates, ſed propriè veritas eſt id quod verè eſt. Quia verò etiam hæc peruerſa erant & offuſcata, non quòd ſubſtantiam perdidiſſent, ſed quòd ab hominibus relegata eſſent, adiecit, *A filijs hominum.*

Ante Chriſtum rara erat vera ſanctitas.

3. VANA LOCVTI SVNT.] Duas hîc malitias dicit: vnam, quòd vana locuti ſunt; alteram, quòd ad proximum. Et non hic, vel ille, ſed vnuſquiſque; dicens omnes fuiſſe corruptos. Neque ſimplex, aut ſuperficialis erat malitia: ſed interna, & ex corde, ſeu in corde. Alius habet, *in corde alio atque alio.* quod multam denotat duplicitatem, quod & acerbius eſt. Nam hoſtes quidem ſunt quodammodò manifeſti, & obſeruari poſſunt: qui verò vultu amicitiam ſimulant, dum aduerſantur, intolerabiles exiſtunt, iiſque qui ſicas abſcondunt, perniciosiores.

Occultus inimicus eſt nocentiſſimus.

4. DISPERDAT DOMINVS.] Prouidentiæ hoc eſt: non enim aduerſum eos orat, ſed pro eis. Non enim eos perdi, ſed malitiam è medio tolli petit: neque ipſos exterminari, ſed labia doloſa. Et rurſus, non ſubſtantiam, ſed linguam, id eſt, dolum auferri, faſtumq; exſcindi poſtulat. Deinde & mentem eorum reprehendens, Hæc, inquit, dicunt: *Labia noſtra à nobis ſunt; quis noſter Dominus eſt?* Inſanientium ſunt hæc verba. *Quid habes, quod non accepiſti?* reuerà non tua ſunt, ſed Domini. Hæc autem tibi dedit & conceſſit, non vt per ea blaſphemes; ſed vt glorifices Deum. Quomodo autem, cùm vniuerſa creatura prędicet potentiam Domini tui, tu dicis: *Quis noſter Dominus eſt?* Inſanæ ac diabolicæ hoc linguæ eſt, atque animi dæmoniaci & corrupti. Idcircò etiam ſermo iudicij ſublatus eſt, & gehenna fugit à memoria, dum pleriq; nolunt per hanc

Optandum non vt mali, ſed vt malitia tollatur.

1. Cor. 4, 7

Mali nolunt de iudicio & gehenna cogitare.

πάμπαν ἀπολωλέναι. Ὡς τῆς μὲν ἐν ὁσιότητι ζωῆς, τὸ τῆς καθολικῆς δικαιοσύνης δηλώσης ἀκρότατον, ἣν οὐδεὶς ἔχων εὑρέθη σχεδὸν πρὸ Χριστοῦ. Οὐκέτι δὲ καὶ τῆς εὑρισκομένης ἔν τισι μερικῆς ἀληθείας, δυναμένης ἔχειν τὸν χαρακτῆρα τῆς ὁσιότητος, διὸ τὸν μὲν ὅσιον καὶ εὐαγγελικὸν ἄνδρα οὐκ εἶναί φησι, τοὺς δὲ ἀληθεῖς ἔχοντας ἀπὸ μέρους ὑπολήψεις περὶ θεὸν, ἤτοι μερικὴν ἀλήθειαν καρπωθέντας, εὑρίσκεσθαι μὲν, ἀλλ' ὀλίγους. Ἀλλ' ὥσπερ τῶν χρωμάτων τὰ μὲν ἀληθῆ εἰσι, τὰ δὲ ψευδῆ, οὕτω καὶ πολλαί εἰσιν ἀλήθειαι, ἀλλὰ κυρίως ἀλήθεια τὸ ὄντως ὄν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῦτα διέστραπτο καὶ ἠμαύρωτο, οὐ τὴν ὑπόστασιν ἀπολέσαντα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων φυγαδευθέντα, προσέθηκεν, ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων.

γ'. ΜΑΤΑΙΑ ΕΛΑΛΗΣΕΝ.] Δύο λέγει κακίας, ὅτι καὶ μάταια ἐλάλησεν, καὶ πρὸς τὸν πλησίον· καὶ οὐχ ὁ δεῖνα, ἢ ὁ δεῖνα, ἀλλ' ἕκαστος. πάντας λέγων εἶναι διεφθαρμένους. Καὶ οὐδὲ ἁπλῆ, οὐδὲ ἐπιπόλαιος ἡ κακία, ἀλλὰ κάτωθεν, καὶ ἐκ καρδίας, ἢ ἐν καρδίᾳ. Ἄλλος· Ἐν καρδίᾳ ἄλλῃ, καὶ ἄλλῃ. ὃ πολλὴν δείκνυσι τὴν διπλόην· τοῦτο καὶ πικρότερον. Οἱ μὲν γὰρ πολέμιοι, δῆλοι πώς εἰσι καὶ ἐφώρατοι· οἱ δὲ προσωπεῖον φιλίας ὑποκρινόμενοι, ἐχθροὶ ὄντες, δυσφώρατοι, καὶ τῶν τὰ ξίφη κρυπτόντων χαλεπώτεροι.

δ'. ΕΞΟΛΟΘΡΕΥΣΑΙ ΚΥΡΙΟΣ.] Κηδεμονίας τοῦτο· οὐ γὰρ κατ' αὐτῶν εὔχεται, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν. Οὐ γὰρ εἶπεν αὐτοὺς ἀπολέσθαι, ἀλλὰ τὴν κακίαν ἀφανισθῆναι· οὐδὲ ἐξολοθρεῦσαι αὐτοὺς, ἀλλὰ τὰ χείλη τὰ δόλια. Καὶ πάλιν, οὐχὶ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ τὸν δόλον ἀναιρεθῆναι ἀξιοῖ, καὶ τὴν ὑπερηφανίαν ἐκκοπῆναι. κωμῳδῶν γὰρ αὐτῶν τὴν διάνοιαν, ταῦτα, φησι, λέγουσι· Τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστι, τίς ἡμῶν κύριός ἐστι; Μαινομένων τὰ ῥήματα. Τί ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; οὐ σά ἐστι, τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλὰ τοῦ δεσπότου. δέδωκε δέ σοι ταῦτα, καὶ ἐμίσθωσεν, οὐχ ἵνα βλασφημῇς δι' αὐτῶν, ἀλλ' ἵνα δοξάζῃς θεόν. Πῶς δὲ, τῆς κτίσεως ἁπάσης ἀνακηρυττούσης τοῦ δεσπότου σου τὴν ἰσχὺν, σὺ δὲ λέγεις· Τίς ἡμῶν κύριός ἐστι; Τῆς παραπληξίας καὶ διαβόλου τοῦτο γλώττης, καὶ ψυχῆς δαιμονώσης καὶ διεφθαρμένης. διὰ τοῦτο καὶ ὁ τῆς κρίσεως ἀνῄρηται λόγος, καὶ ἡ γέεννα τῆς μνήμης διέφυγε, φευγόντων τῶν πολλῶν τὸ περὶ

ταύτης

ταύτης λυπεῖσθαι παρὰ καιρὸν, ὅπερ ἀσυμφορώτατον. Ἀντὶ δὲ τοῦ μεγαλυνοῦμεν, ἄλλος φησὶ, δυναστεύσομεν. καὶ ἀντὶ, Τίς ἡμῶν κύριός; τί, φησι, κυριεύσει ἡμῶν; Ἔοικε δὲ τὸ ἐξολοθρεύσαι, κἀν τούτῳ εἰρῆσθαι, οἷον, ἐξολοθρεύσαι τὰ χείλη τὰ δόλια, ἐξολοθρεύσαι τοὺς εἰπόντας, Τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν, ἀντὶ τοῦ, τοὺς ὑπερήφανα φθεγξαμένους καὶ μεγαλορρημονήσαντας, ἢ τοὺς εἰπόντας, ἐπ' ἀδείας λαλήσομεν ὅπερ βουλόμεθα· τίς γὰρ ἡμῶν ἐστι κύριος; Τῆς γὰρ θείας μακροθυμίας καταφρονοῦντες, οὐδὲ τελεῖν ὑπὸ τὴν τοῦ Θεοῦ δεσποτείαν νομίζουσιν. Οἷος ὁ Φαραὼ, λέγων, Οὐκ οἶδα τὸν κύριον. καὶ ὁ Ναβουχοδονόσωρ, λέγων, Καὶ τίς ἐστι Θεὸς; ὃς ἐξελεῖται ὑμᾶς;

ϛʹ. ΕΝΕΚΕΝ ΤΗΣ ΤΑΛΑΙΠΩΡΙΑΣ ΤΩΝ ΠΤΩΧΩΝ.] Βαβαὶ! πόση ἡ τῆς ταπεινοφροσύνης ἰσχύς; ὅση τῶν κακῶς πασχόντων ἡ ἀντίληψις; οὐδὲ γὰρ ἀρετὴν ἐνταῦθά φησιν, ἀλλὰ τὸ κακῶς πάσχειν, ὥστε ἀναστῆναι εἰς ἐκδικίαν τὸν κύριον. Τίς οὐ δέδιε πρὸς τιμωρίαν ἀνιστάμενον κύριον; Τοσοῦτόν ἐστιν ἀδικούμενον φέρειν. Οὐ περιόψομαι, φησιν, ἀλλὰ τὴν μακροθυμίαν ὡς ὕπνον ἀποσεισάμενος, περιφανῆ τὴν σωτηρίαν ποιήσομαι. Τί δέ ἐστι, Θήσομαι ἐν σωτηρίῳ, παρρησιάσομαι ἐν αὐτῷ; ἀντὶ τοῦ, μετὰ παρρησίας αὐτῶν προστήσομαι, καὶ φανερῶς ποιήσομαι τὴν ὑπὲρ αὐτῶν σωτηρίαν, φησίν, ὥστε πάντας μαθεῖν, ἢ ἀντὶ τοῦ ὁρίσω, καὶ ποιήσω· ὡς καὶ τὸ· Ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, ἀντὶ τοῦ ὥρισε. Καὶ θεὶς μου τὴν βουλὴν ἐν σωτηρίῳ, παρρησιάσομαι ἐν αὐτῷ· ἤτοι δημοσίᾳ ποιήσομαι τὴν ἐκδίκησιν τῶν ὑπερηφάνων ἀβρυνομένων κατὰ τῶν καταδεεστέρων· ἀπολύσω δὲ τοῦ ταλαιπωρεῖν καὶ στενάζειν πτωχοὺς καὶ πένητας, τοὺς μὴ ἐπαμύνειν ἑαυτοῖς οἵους τε ὄντας δι' ἀσθένειαν. Κρειττόνως δὲ τῆς ταλαιπωρίας ἐρρύσατο ἐν τῇ ἀναστάσει. Εἶχε γὰρ σῶμα θνητὸν, ὁ λέγων, Νῦν ἀναστήσομαι, καὶ σωτήριον πᾶσιν ἀνθρώποις θήσομαι, διὰ τῆς ἐμῆς ἀναστάσεως. Καὶ ὁ θησαυρίζων ἐν οὐρανῷ, ὡς ἐν σωτηρίῳ τιθεὶς, παρρησιάσεται ἐν Θεῷ, μηδὲν ὑπὸ τῆς συνειδήσεως καταγινωσκόμενος.

ζʹ. ΤΑ ΛΟΓΙΑ ΚΥΡΙΟΥ ΛΟΓΙΑ ΑΓΝΑ.] Ποία αὕτη ἀκολουθία πρὸς τὰ εἰρημένα; Πολλὴ, καὶ συνεχής. Μὴ νομίσητέ, φησιν, ἁπλῶς

ante tempus torqueri, quod maximè noxium eſt. Pro *magnificabimus* autem alius ait, *Faciemus praualere*; & pro *Quis noſter Dominus? Quid*, inquit, *dominabitur nobis?* Videtur autem verbum *diſperdat* hîc etiam ſubaudiri, q. d. Diſperdat labia doloſa, diſperdat eos qui dicunt, *Linguam noſtram magnificabimus*: id eſt, eos qui ſuperba verba proferunt, & magnificè ſe iactitant; ſiue qui dicunt, Sine metu loquemur quod volumus. Quis enim noſter Dominus eſt? Nam cùm diuinam longanimitatem contemnant, non arbitrantur ſe eſſe ſub diuina poteſtate. Qualis erat Pharao, cùm dicebat, *Neſcio Dominum*: & Nabuchodonoſor dicens, *Et quis eſt Deus qui eripiet vos?*

COMMENTARIVS PATRVM.

Impij contemnunt Deum.

Exodi 5, 2

Dan. 3, 15.

6. PROPTER MISERIAM INOPVM.] Papæ! quanta eſt humilitatis vis? quanta manet illos retributio qui malè afficiuntur? Non enim aliquam hîc virtutem commemorat, ſed afflictionem, vt ob eam Dominus ad ſupplicium ſumendum exurgat. Quis non metuat Dominum ad vindictam exurgentem? Tanti eſt, ſi quis iniuriâ affectus, fortiter ferat. Non deſpiciam, inquit, ſed patientiam veluti quemdam ſomnium excutiens, manifeſtam adferam ſalutem. Quid autem eſt, quod dicit: *Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo?* id eſt, cum libertate, inquit, proponam & manifeſtam faciam eorum ſalutem, ita vt omnes illam percipiant; ſiue eam decernam, & efficiam: iuxta illud, *Quem conſtituit heredem vniuerſorum*, id eſt decreuit. Et ſtatuens meum conſilium in ſalutari, *Fiducialiter agam in eo*, ſiue publicè ſumam ſupplicium de ſuperbis iſtis, qui aduerſus inferiores inſoleſcunt: liberabo autem à miſerijs ac gemitibus inopes ac pauperes illos, qui propter imbecillitatem ſeſe ipſos vlciſci nequeunt. Excellentiùs autem à miſeria eos liberauit in reſurrectione. Habuit enim corpus mortale, qui dixit: Nunc reſurgam, & ſalutare ponam omnibus hominibus per meam reſurrectionem. Et qui in cælo theſaurizat, tamquam in ſalutari collocatus, fiducialiter aget in Deo, cùm conſcientia ipſum nullius criminis redarguat.

Propter afflictiones piorum, exurgit Deus ad vindictam impiorum.

Heb. 1, 2.

Deus infirmos adiuuat, & defendit.

7. ELOQVIA DOMINI ELOQVIA CASTA.] Qualis hæc eſt ſequela ad præcedentia? Multa ſanè, & continua. Nolite exiſtimare, inquit, hęc ſimplici

PARAPHRASIS PATRVM. ſimplici modo dicta eſſe, aut vanas minas poni. Verba enim eius pura ſunt, ab omni falſitate libera. Quemadmodum enim argentum igne examinatum nihil alienum habet ac ſpurium; ſic etiam Dei verba nihil admittunt falſitatis quæ omnino euenire oportet. Cernin' vt veritatem materiali exemplo declarauit? Quemadmodum enim, inquit, argentum ſæpenumerò in conflatorio & igne examinatum (hoc enim denotat vox *ſeptuplum*) alienum eſt ab aliena materia; ita etiam verbum Dei. Nonnulli *probatum* dicunt, idem eſſe quod exploratum. *Probatum* enim hîc dicitur probatio, vt apud Apoſtolum: *Vt probatio fidei veſtræ*, id eſt exploratio. Alij autem tam illud Apoſtoli, quàm præſentem locum acceperunt pro eo quod iam approbatum eſt; nec malè. Vbi autem hæc dixerat, quaſi in vaticinio ſubiungit precationem:

Sinceri argento puro comparantur.

Iac. 1, 3.

8. TV DOMINE SERVABIS NOS.] Vide, vt indeſinenter ad Deum confugiat, & hinc ſibi auxilium quærat. Quid autem eſt quod dicit: *In circuitu impij ambulant?* Nempe, quòd, licet nos circuli in morem concludant impij, nihil tamen mali patiemur. Nam ſecundùm altitudinem tuam, ſiue ſecundùm potentiæ tuæ magnitudinem, nos cuſtodis, & in ſublime euehis, ac glorioſos reddis. ſiue q. d. Multâ curâ, multâ prouidentiâ nos dignatus es: ὤρα enim idem eſt quod *cura*: & ſicut ὀλιγωρία idem eſt atque *incuria*, ſic πολυωρία eſt *diligentia*, ſeu magna ſollicitudo. *Filios* autem *hominum* vocat nos, quaſi contemptibiles, viles, ac calumnijs proſciſſos. Vel ſecundùm altitudinem tuam, id eſt, ipſos (quantum fas eſt homini) tibi ſimiles efficiens per illud iuxta imaginem. Sicut enim in ſupernis nemo te ſublimior exiſtit, ita nec in terra quidquam ſublimius hoc animali.

Deus ſuorum curam gerit.

ταῦτα εἰρῆσθαι, μηδὲ ἀπειλὴν κεῖσθαι περιττήν. καθαρὰ γὰρ αὐτοῦ ἐστι τὰ ῥήματα, ἀπηλλαγμένα ψεύδους. ὡς γὰρ ὁ πεπυρωμένος ἄργυρος οὐδὲν ἀλλότριον ἔχει καὶ νόθον, οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ ῥήματα ἀνεπίδεκτα ψεύδους, ἃ πάντως ἐκβῆναι δεῖ. Εἶδες πῶς δείκνυσι τὸ ἀληθὲς τῇ εἰκόνι τῆς ὕλης, Ὥς γὰρ τὸ χωνευθὲν, φησι, πολλάκις, καὶ πυρωθὲν (τοῦτο γὰρ τὸ ἑπταπλασίως) ἀλλότριόν ἐστιν ἀλλοτρίας ὕλης· οὕτως ἡ ἀπόφασις τοῦ Θεοῦ. Τινὲς δοκίμιον λέγουσιν, ἵν' ᾖ δεδοκιμασμένον. Δοκίμιον γὰρ ἡ δοκιμασία λέγεται, ὡς παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ· Ἵνα τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως ὑμῶν, ἀντὶ τοῦ ἡ δοκιμασία. Ἄλλοι δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου, καὶ τὸ προκείμενον, ἐπὶ τοῦ δεδοκιμασμένου ἐξέλαβον, καὶ οὐ κακῶς. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ὡς ἐν προφητείᾳ ἐπάγει εὐχήν.

η'. ΣΥ ΚΥΡΙΕ ΦΥΛΑΞΕΙΣ ΗΜΑΣ.] Ὅρα συνεχῶς ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγοντα, κἀκεῖθεν ζητοῦντα τὴν συμμαχίαν. Τί δέ ἐστι τὸ, Κύκλῳ οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦσιν; Ὅτι κἂν κυκλώσωσιν ἡμᾶς οἱ ἀσεβεῖς, οὐδὲν πεισόμεθα δεινόν. Κατὰ γὰρ τὸ ὕψος σου, ἤτοι κατὰ τὸ τῆς δυναστείας σου μέγεθος φυλάττεις, καὶ μετεωρίζεις, καὶ ἐνδόξους ἡμᾶς ποιεῖς. ἢ ἀντὶ τοῦ, πολλῆς φροντίδος, πολλῆς προνοίας ἠξίωσας. ὤρα γὰρ ἡ φροντίς. καὶ ὥσπερ ὀλιγωρία τὸ μὴ φροντίζειν, οὕτω πολυωρία τὸ ἄγαν φροντίζειν. Υἱοὺς δὲ ἀνθρώπων, ἀντὶ τοὺς εὐκαταφρονήτους, τοὺς ταπεινοὺς ἡμᾶς, τοὺς ἐνδιαβαλλομένους. Ἢ κατὰ τὸ ὕψος σου, ἀντὶ τοῦ, σοι ὁμοίους ποιήσας (ὡς ἀνθρώπῳ δυνατὸν) διὰ τὸ κατ' εἰκόνα. ὡς γὰρ σοῦ ἀνώτερος ἄνω οὐδεὶς, οὐδὲ ἐπὶ γῆς τοῦ ζώου τούτου.

CATENA PATRVM.

Explicatio tituli pro octaua.

2. PRO OCTAVA.] EVSEBII. Huius Pſalmi eadem inſcriptio eſt, quæ ſexti. Diximus autem & ſolui legem Moyſis, ſi infans in Sabbato octauam diem egerit, cùm in ea fiat circumciſio. Diximus etiam eamdem vim habere diem Dominicum, cùm ſit dies Dominicæ reſurrectionis, & octauus à primo, ſecundùm

α'. ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΟΓΔΟΗΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἡ αὐτή ἐστι τῆς ς' ἐπιγραφή. Ἐλέγομεν δὲ ὡς καὶ τὸν νόμον λύει Μωσέως, εἰ ἄγοι βρέφος ἐν σαββάτῳ ἡμέραν ὀγδόην, τῆς περιτομῆς ἐν αὐτῇ γινομένης. Τὴν ὁμοίαν ἔχειν ἐλέγομεν δύναμιν καὶ τὴν κυριακὴν, ἀναστάσιμον οὖσαν τοῦ κυρίου, καὶ τυγχάνουσαν ἀπὸ τῆς πρώτης ὀγδόην, πρώτην δὲ κατὰ

φύσιν

φύσει ὑπάρχουσαν. καθαρτικὴ γάρ ἐστι πάσης ψυχῆς.

Κυρίλλου. Ἡ τῆς ᾠδῆς δύναμις ἔντευξιν ἔχει κατὰ παντὸς μὲν ἀδίκου, καὶ πονηροῦ, διψύχου τε, καὶ ἑτερογνώμονος, ψευδεπιοῦς τε, καὶ βωμολόχου, δόλοις καὶ ἀπάταις ἐντεθραμμένου. Ἔοικε δέ πως καὶ τῆς ἑλλήνων σοφίας (ὡς πλείστης οὔσης) ποιεῖσθαι τὴν καταβολήν. Ποιεῖται δὲ καὶ μνήμην τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. Περιέχει δὲ καὶ ἐπαγγελίας παρ' αὐτοῦ γινομένας, ὡς ἄρτι παρεσομένου πρὸς ἐπικουρίαν τῶν ὑπὸ τοῦ διαβόλου πλεονεκτουμένων, καὶ ἵνα τὸν πλανώμενον ἐπιστρέψῃ. Ἄδεται δὲ ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, καθ' ἣν ἡ ἀνάστασις, καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν κλῆσις γέγονε.

β'. Σῶσόν με Κύριε.] Χρυσοστόμου. Δυσκατόρθωτον μὲν ἀρετὴ καθ' ἑαυτήν, μάλιστα δὲ ὅταν ἐν σπάνει τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων, ὁ ἐργαζόμενος αὐτὴν ᾖ. Οὐ λέγει, σῶσόν με, ὅτι οὐ γέγονεν ὅσιος, ἀλλ' ὅτι ἐκλέλοιπε, δεικνὺς ὅτι καὶ οἱ ὄντες, ἐπεὶ ἐπεκράτησεν ἡ κακία, ἀπώλοντο.

Θεοδωρήτου. Διὰ τί δὲ οὐκ εἶπεν, ὅτι ὠλιγώθησεν ἡ ἀλήθεια, ἀλλά, ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι; Τὸ μὲν διὰ τὰς διαφόρους ἀθεΐας τὰς ἐν τοῖς συναλλάγμασι, τὸ δὲ διὰ τὰς ἐν τοῖς δόγμασι κακοδοξίας.

Βασιλείου. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν χρωμάτων, καὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν, τὰ μέν ἐστιν ἀληθῆ, τὰ δὲ ψευδῆ, ὡς πορφύρα ἀληθής, καὶ πορφύρα ψευδής, οὕτως ἐπὶ τῶν ἀρετῶν. Ἀλήθεια δὲ ἐκεῖνό ἐστι, τὸ ὄντως ὄν. Ἐπεὶ οὖν ταῦτα διεστραμμένα ἦν καὶ ἠμαυρωμένα, οὐ τὴν ὑπόστασιν ἀπολέσαντα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων φυγαδευθέντα, διὰ τοῦτο οὐ μόνον εἶπεν, ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι, ἀλλὰ προσέθηκεν, Ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων.

Διδύμου. Καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ δέ φησιν· Ἕκαστος τοῦ πλησίον αὐτοῦ καταπαίξεται, ἀλήθειαν οὐ μὴ λαλήσουσι, μεμάθηκεν ἡ γλῶσσα αὐτῶν λαλεῖν ψευδῆ. Ἀλήθειαι δὲ εἶπε, καὶ οὐκ ἀλήθεια· τὸ μὲν διὰ τὰς διαφόρους ἀθεΐας τὰς ἐν τοῖς συναλλάγμασι, τὸ δὲ διὰ τὰς ἐν τοῖς δόγμασι κακοδοξίας.

δ'. Ἐξολοθρεύσαι Κύριος.] Εὐσεβίου. Θεοῦ γὰρ ἦν, οὐκ ἀνθρώπου, τῆς ἐκείνων

naturam verò primus. Eſt enim dies expiationis cuiuſlibet animæ. CATENA PATRVM.

CYRILLI. Vis Cantici huius increpationem continet aduerſus omnem iniquum & malignum, & corde duplicem, & aliena ſentientem, & mendacem, & ſcurrilem, nec non dolis ac fraudibus innutritum. Videtur etiam quodammodò Gentilium ſapientiam (vpote maximè frequentem) euertere. Quin & Chriſti omnium noſtrûm Saluatoris mentionem facit. Continet verò etiam promiſſiones ab ipſo factas: vt qui iam iam ſit adfuturus, ad opem à diabolo poſſeſſis afferendam, errantéſque in viam reuocaturus. Canitur autem pro octaua, in qua & reſurrectio & Gentium vocatio contigit.

2. SALVVM ME FAC DOMINE.] CHRYSOSTOMI. Virtus quidem per ſe exercitatu difficilis eſt; maximè verò quando is qui illam exercet, inter paucos viros probos exiſtit. Non dicit, *Saluum me fac, quoniam non fuit*, ſed, *quoniam defecit ſanctus*; vt oſtendat etiam, eos qui ſancti fuerunt, perijſſe, propterea quòd malitia inualuerit. *Virtus per ſe difficilis.*

THEODORETI. Ceterùm cur non dixit, Quoniam diminuta eſt veritas, ſed *Diminutæ ſunt veritates?* Partim quidem propter varias impietates ſeu iniquitates in contractibus; partim verò propter impias ſententias in doctrinis. *Veritas imminuitur per impietatem.*

BASILII. Quemadmodum enim in coloribus, alijſque ſpeciebus, alia quidem vera, alia verò falſa ſunt; vt purpura vera, & purpura falſa: ad hunc modum etiam virtutes ſe habent. Hoc enim demum quod verè eſt, veritas eſt. Quoniam igitur hæc etiam peruerſa erant & obfuſcata, non quòd ſubſtantiam perdidetint, ſed quòd ab hominibus fugata eſſent; ideò non ſolùm dixit, *Diminutæ ſunt veritates*, ſed adiecit, *A filijs hominum.*

DIDYMI. Quin & in Ieremia dicit: *Vnuſquiſque* * *proximo ſuo illudet, veritatem non loquentur, didicit lingua eorum loqui mendaciter.* Dixit autem *Veritates*, & non *veritas*: cùm propter varias impoſturas in commercijs, tum ob peruerſas in doctrinis opiniones. Iet. 9, 4. * Vulgata à proximo ſuo ſe cuſtodiat.

4. DISPERDAT DOMINVS.] EVSEBII. Dei ſiquidem, & non hominis, erat eorum *Dei ſolius eſt malos compeſcere.*

CATENA PATRVM. malitiam ſuperare, & blaſphemos aduerſus Ieſum ſermones reſtinguere. Ceterùm cum
Exod. 5, 2. Pharaone quoque dicente, *Neſcio Dominum*, ipſi pariter dicunt: *Quis noſter Dominus eſt?* exiſtimantes ſe eſſe dominos, & ſermonibus ſuis extinguere poſſe doctrinam Saluatoris, vt qui ſui iuris ſint. Huiuſmodi fuere labia Phariſæorum & Sadducæorum, cum hypocriſi ad Saluatorem accedentium, & ipſum magiſtrum appellantium, ſed clanculum ipſi inſidiantium. Magniloqui verò erant ſeniores, & principes Sacerdotum populi, qui Saluatorem interrogare audebant, & ſciſcitari ab
Matth. 21, 23. eo: *In qua poteſtate hæc facis? Et quis dedit tibi hanc poteſtatem?*

ORIGENIS. Idcircò neque verbum otio-
Non temerè mala dicenda. ſum, neque blaſphemum, neque quod omnino reprehendi poſſit, proximis noſtris temerè inferamus. Nam Dominus qui mala deſtruit, illa diſperdit, vt deletis iis quæ ſubirrepſerunt, prima Dei creatura, cui deteriora quaſi ex accidente aduenerant, emergat.

5. LABIA NOSTRA A NOBIS SVNT.] CYRILLI. Id eſt, nos auctores fuimus ſermonis ſpecioſi.

6. PROPTER MISERIAM.] EIVSDEM.
Exurgere accipitur pro adiuuare. Exurrecturum ſe dixit, non ſicut corporis reſurrectionem aut ſuſcitationem dicimus; ſed quale eſt annuere, cùm quis ſeruatricem manum laborantibus præbet.

EVSEBII. Vel etiam ſic: Qui propter me egeni & pauperes ſpiritu facti ſunt, ingemiſcunt ſemper, ſeſe humiliantes, ſermoni meo attendentes, & inconcuſſam fidem ſeruantes. Propter ipſos igitur reſurgam omnibus hominibus: in quo, tamquam in magno & præclaro facto, confidenter agam.

PONAM IN SALVTARI.] ORIGENIS. Qui
Vir iuſtus poſitus eſt in ſalutari. theſaurizat in cælo (cùm poſitus ſit in ſalutari) hæc dicit: Fiducialiter agam in Deo: nam conſcientia eum non arguit. Quamuis autem ſpecioſa ſint eloquia eorum qui non habent partem cum Chriſto, attamen non ſunt caſta, quippe mendaciis innumeris aſperſa; ſola verò Domini eloquia caſta ſunt, quibus nullum mendacium eſt admixtum.

7. ELOQVIA DOMINI, ELOQVIA CASTA.]
Eloquia Dei caſta. CYRILLI. Hoc eſt, quæ caſtos reddunt. Adeò enim illuſtria ſunt & pura, vt videantur eſſe argentum, igne non ſemel, ſed ſæpius

προσεληλυθέναι κακίας, καὶ σβέσαι λόγους βλασφημοῦντας κατὰ τὸν Ἰησοῦν. Ὁμοίως δὲ τῷ Φαραὼ φήσαντι, Οὐκ οἶδα τὸν κύριον, καὶ αὐτοί φασι, Τίς ἡμῶν κύριός ἐστι; νομίσαντες εἶναι κύριοι διὰ τῶν ἰδίων λόγων, τὴν τοῦ σωτῆρος σβέσαι διδασκαλίαν, ὡς ἂν ὄντες αὐτεξούσιοι. Τοιαῦτα δὲ ἦν τὰ Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων χείλη, μεθ' ὑποκρίσεως προσιόντων τῷ σωτῆρι, καὶ Ῥαββὶ καλούντων αὐτὸν, λάθρα δὲ κατ' αὐτοῦ τυρευόντων. Μεγαλοῤῥήμονες δὲ ἦσαν οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς τοῦ λαοῦ, τολμῶντες ἀνακρίνειν τὸν σωτῆρα, καὶ λέγειν αὐτῷ· Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην;

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Διὰ τοῦτο μήτε λόγον ἀργὸν εἰκῇ, μήτε βλάσφημον, ἢ ὅλως ἐπίληπτον προσαγώμεθα τοῖς πλησίον. Ὁ γὰρ κύριος ἐξαφανίζων τὰ χείρονα, ἐξολοθρεύει αὐτὰ, ἵνα ἀνακύψῃ, ἀφανισθέντων τῶν ἐπισυμβεβηκότων, τὸ πρῶτον κτίσμα τοῦ θεοῦ, ᾧ ἐπισυμβέβηκε τὰ χείρονα.

έ. ΤΑ ΧΕΙΛΗ ΗΜΩΝ ΠΑΡ' ΗΜΙΝ ΕΣΤΙ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τουτέστιν, ἡμεῖς εὐεργέται γεγόναμεν τῆς καλλιεπείας.

ϛ'. ΕΝΕΚΕΝ ΤΗΣ ΤΑΛΑΙΠΩΡΙΑΣ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἐξεγερθήσεσθαι λέγει, οὐχ ὅτι που φαμὲν σωματικὴν εἶναι τὴν ἀνάστασιν, ἤτοι τὴν ἔγερσιν, ἀλλ' οἷον τὸ διανεῦσαι λοιπὸν ἐπὶ τῷ τοῖς κάμνουσι χεῖρα τεῖναι τὴν σώζουσαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἢ καὶ οὕτως· οἱ πτωχοὶ δι' ἐμὲ καὶ πένητες γεγονότες τῷ πνεύματι, στένουσιν ἀεὶ, ταπεινούμενοι, προσέχοντές μου τῷ λόγῳ, καὶ πίστιν ἀκλινῆ διασώζοντες· ὧν ἕνεκεν ἀναστήσομαι πᾶσιν ἀνθρώποις, ἐφ' ᾧπερ ὡς μεγάλῳ παῤῥησιάσομαι κατορθώματι.

ΘΗΣΟΜΑΙ ΕΝ ΣΩΤΗΡΙΩ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ θησαυρίζων ἐν οὐρανῷ (τεθεὶς ἐν σωτηρίῳ) ταῦτά φησι· Παῤῥησιάσομαι ἐν θεῷ· ἡ γὰρ συνείδησις αὐτοῦ οὐ καταγινώσκει. Κἂν καλὰ δὲ λόγια παρὰ τοῖς οὐκ ἐκ τῆς μερίδος τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἔστιν ἁγνὰ, ἅτε ψεύδεσι μυρίοις συμπεφυρμένα· τὰ δὲ τοῦ κυρίου μόνα ἁγνά ἐστιν, οἷς οὐδὲν ψεῦδος ἀναμέμικται.

ζ'. ΤΑ ΛΟΓΙΑ ΚΥΡΙΟΥ ΛΟΓΙΑ ΑΓΝΑ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τουτέστιν ἁγνοποιά. λαμπρὰ δὲ οὕτως ἐστὶ, καὶ κεκαθαρμένα, ὥστε δοκεῖν ἀργύριον εἶναι πεπυρωμένον οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πλειστάκις.

πλειστάκις. τοῦτο γὰρ οἶμαι δηλοῦν τὸ ἑπταπλασίως. Δεδοκιμασμένα τοίνυν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ σωτῆρος τὰ λόγια.

Εὐσεβίου. Ὁ δὲ ἄργυρος πολλάκις πυρούμενος ἀμιγὴς ἑτέρας ὕλης ἐστίν· οὕτω καθαρὰ ψεύδους τοῦ κυρίου τὰ λόγια.

η. Σὺ κύριε φυλάξεις ἡμᾶς.] Ὠριγένους. Ἐπειδὰν οὖν φυλάξῃς τοὺς σοὺς πτωχοὺς κύριε, καὶ ἐπειδὰν ἡμᾶς περισκεπάσῃς, ἅμα τῇ ἐρχομένῃ γενεᾷ τῇ καλουμένῃ αἰωνίῳ, οἱ παράνομοι, τούτου ἐκτὸς γενόμενοι τῆς εἰς πάντας ἀνθρώπους χυθησομένης σου χάριτος, κύκλῳ περιπατήσουσι, θεωροὶ γενησόμενοι τῶν σωζομένων. καὶ τοῦτο ἔσται, ὅταν ὑψωθῶσιν οἱ εὐσεβεῖς υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.

Διδύμου. Κατὰ τοῦτο δὲ σημαινόμενον (τοῦ διατηρεῖν) καὶ ὁ σωτὴρ περὶ τῶν μαθητῶν ἔλεγε τῷ πατρί· Πάτερ ἅγιε τήρησον αὐτούς. ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτούς. Ἔστι γὰρ ἕτερον σημαινόμενον, καθ' ὃ περὶ τοῦ Ἀδὰμ λέγεται πρὸς τὸν ὄφιν, Αὐτός σου τηρήσει κεφαλήν, σὺ δὲ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν, ἀντὶ τοῦ ἐπιτηρήσει. Ὅταν δὲ τὴν ἐντολὴν τηρήσωμεν, τὴν πάσῃ φυλακῇ τηρήσειν καρδίαν λέγουσαν, τότε δεῖγμα ἱκανὸν προσφέρομεν τῆς πρὸς θεὸν ἀγαπήσεως, καὶ προαίρεσιν παρεχόμενοι, ἀντιλαμβανόμεθα βοηθείας, ὡς οὐκ αὐτάρκεις τοῦ σπουδαζομένου τυχεῖν, ἄνευ τῆς ἐκεῖθεν χειρός. Ἐὰν γὰρ μὴ κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων αὐτήν. Εὐχὴν δὲ τὴν δυναμένην προσάγομεν ταύτην, Σὺ κύριε φυλάξεις ἡμᾶς. Ἐν ὑψηλοῖς γὰρ ὑπάρχων, κατὰ τὸ πολὺ ὕψος τῆς ἀγαθότητός σου, τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐπολυώρησας, κρίνας αὐτοὺς ἀξίους εἶναι τῆς προστασίας ἔχειν ἐκ προνοίας τῆς σῆς.

examinatum. hoc enim arbitror, illud ſeptuplum ſignificare. Eloquia igitur Saluatoris, probata ſunt omnibus hominibus. CATENA PATRVM.

Evsebii. Argentum autem ſæpiùs igne examinatum, eſt purum ab altera materia: ſic etiam Domini eloquia ſunt ab omni falſitate pura.

8. Tv Domine servabis nos.] Origenis. Cùm itaque pauperes tuos cuſtodias Domine, & cùm nos protegas, etiam in ventura generatione, quæ ſempiterna nuncupatur; impij, cùm ſint expertes gratiæ tuæ, *Impij in* quæ in omnes homines erat effundenda, in *circuitu ambulant.* circuitu tunc ambulabunt, ſpectatores futuri ſaluandorum. quod fiet, quando probi filij hominum in ſublime attollentur.

Didymi. Iuxta huius verbi (ſcilicet *ſeruandi*) ſignificationem etiam de diſcipulis Saluator ad Patrem dixit: *Pater ſancte, ſerua* Ioan. 17, 11. *eos. Cùm eſſem cum eis, ego ſeruabam eos.* Eſt enim etiam alia huius verbi ſignificatio, ſecundùm quod de Adam dicitur ſerpenti, *Ipſe ſeruabit caput tuum, tu verò ſeruabis* Gen. 3, 15. *calcaneum eius*; id eſt *obſeruabit.* Quando autem præceptum ſeruauerimus, quod omni cuſtodiâ cor ſeruari præcipit, tunc erga *Sine auxilio Dei nihil valemus.* Deum dilectionis idoneum ſpecimen præbemus, & promptitudinem exhibentes, auxilium accipimus, tamquam qui non valeamus aſſequi quod intendimus, ſine auxiliari manu eius. Nam *niſi Dominus cuſtodierit* Pſal. 126, 1. *ciuitatem, fruſtrà vigilat qui cuſtodit eam.* Hanc autem potenti orationem offerimus, *Tu Domine ſeruabis nos.* Nam in altis exiſtens, ſecundùm magnam altitudinem bonitatis tuæ filios hominum multiplicaſti, eos dignos reputans, qui primâ prouidentiæ tuæ curâ regantur.

ANNOTATIONES CORDERII.

2. Salvvm *me fac Deus.*] Viden', vt doleat, & clamet ad Dominum Dauid? Sed quonam vrgente malo, Dei opem implorat? *Quoniam*, inquit, *defecit ſanctus.* Quaſi diceret, ad colendam pietatem tam neceſſarium eſſe iuſtorum hominum conſortium, vt, ſi hoc deſit, extraordinarium quoddam Dei auxilium requiratur, quo illius defectus compenſetur. *Scilicet* (inquit D. Chryſoſt.) *via difficilis, ſolus eſt viator, nullum habet via comitem.* q. d. Non habeo in tam arduo atque accliui ad virtutem aſcenſu, qui ſuæ probitatis exemplo, mihi ſe adiungat comitem, laboranti præſtò ſit, mœrentem ſoletur, feſſum excitet, ſuo pariter ſtudio ad ſuperandam itineris difficultatem exſtimulet. Neceſſe igitur eſt, vt mihi tu, ô bone Deus, manum porrigas; maximè, quia non modò defecit ſanctus, qui me iuuet incitetque; ſed innumeri ſunt, qui è contrà diuertant à via virtutis, imò qui virtutem irrideant, meque ei ſtudentem maledictis inſectentur. Quòd ſi igitur bonorum defectus tantum obeſt, quantum oberit malorum occurſus? Rem explicat D. Chryſoſt. in antiquis Patriarchis, qui pietatem inter impios non deſerebant. *Propterea*, inquit, *admiramur Abraham, propterea Lot, propterea Moyſem, quòd veluti in profunda nocte ſtellæ apparebant, & tamquam roſa inter*

Difficile eſt ſine ſocio virtutis viam decurrere.

Rari, qui inter malos boni ſint.

ANNOTATIONES CORDERII.

ter ſpinas, & oues inter lupos innumerabiles, vt qui viam omnibus contrariam ingrederentur. Et paulò pòſt ſubdit: *Si in nauigatione eſt difficile, cùm fluctus & æſtus contraferatur, nauem in contrarium dirigere, multò magis in virtute.* Propterea hic quoque iuſtus, vt qui ſolus virtutem apprehendiſſet, confugit ad Dei prouidentiam, dicens, *Saluum me fac Domine*: ſupernâ mihi manu opus eſt, cæleſtique ope, & diuino tuo auxilio.

Sanctus idem qui pius & Deo deuotus.

Quoniam defecit ſanctus.] Græcè ὅσιος, id eſt, *pius, innocens, Deo deuotus.* Vt enim Pſalmo IV. notauimus, τὸ ὅσιον, ſiue *ſanctitas*, ſumi ſolet pro timore & cultu Dei: Hebraicè חָסִיד *chaſid*, quod alij reddunt, *pium*, vel *miſericordem*, vel *gratioſum*, id eſt gratis ac liberaliter benefacientem, beneficum, &c. Aquila, ἁγνὸς, *caſtus*. Nota hinc ſumi poſſe argumentum ad probandum contra hæreticos, etiam eum qui ſanctus & iuſtus ſit, à ſanctitate & iuſtitia poſſe excidere, vti in Græco Commentario & in Catena docetur. Lege etiam Concilium Trident. ſeſſ. 6. can. 23. Non ſine cauſſa igitur lamentabatur pius Propheta, quòd defeciſſet ſanctus, quòd tam rara eſſet in mundo innocentia, quòd, cùm citò euolaſſet in cælos Aſtræa, multi aſtrorum pares, & Eccleſiæ honore fulgentes, velut è cælo cecidiſſent. Quærebat eos cæleſtes homines quaſi ad lucernam Tertullianus contra Gnoſticos cap. 10. vbi ait: *Illos cæleſtes homines ſi expoſtulem mihi oſtendi, faciliùs Aratus Perſea, & Cephea, & Erigonem, & Ariadnam inter ſidera delineabit.*

Sancti etiam deficere poſſunt.

IBIDEM. *Diminutæ ſunt veritates.*] Græcè ὠλιγώθησαν, id eſt, *raræ factæ ſunt*; S. Hieronymus concretè vertit, *fideles*, quod valet אֱמוּנִים *emunim*; Symmachus, αἱ πίστεις, *fides*. Apud Chryſoſtomum alius legit, ἐσπάνισαν πιστοὶ, *deſierunt fideles.* Notat Ianſenius dupliciter hîc accipi poſſe *veritates*. Aut vt ſignificet veras rerum aſſertiones, vt opponatur falſitati & mendacio: aut vt ſignificet fidelitates, & opponatur dolo: quomodo ſæpè in Scriptura accipitur. In priori ſignificatione dicitur, *Omnis homo mendax*. In ſecunda verò, *Virum fidelem quis inueniet?* Ceterùm vt quis verè fidelis ſit, non ſatis eſt, vt id quod promittit quomodocumq; præſtet; ſed inſuper requiritur, vt rem promiſſam eodem modò quo promiſerat, impleat. Sunt enim non pauci, qui cùm aliquid ſe facturos promiſerint, rem quidem compleant opere; verùm non eodem modo quo prius dixerant; ſed vel imminuant, mutiléntve, aut certè in longum tempus differant, quò expectantis animum ſuſpendunt: quos hic pungit Dauid, dicens: *Quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum.* Non queritur quòd defecerint veritates; ſed quòd diminutæ ſint. Diminutæ ſcilicet dicuntur veritates: quia licet rem promiſſam faciant, non tamen vndequaque perfectam, ſed imminutam & corroſam, & minoris pretij ac valoris. Hoc pulchrè notauit S. Ambroſ. lib. 2. Hexaëmeron cap. 2. vbi oſtendit Deum in prima mundi creatione, non ſolùm res ipſas effeciſſe, ſed & perfeciſſe verbo, *Cùm*, inquit, *ſermo eius ornatus naturæ ſit.* Ita nimirum vt eius verba & promiſſio non modò habeant effectum, ſed omnino ſuam rebus ipſis conferant perfectionem, ita vt nihil ex eis promittatur, quin fiat eodem modo quo dixerat.

Veritas dupliciter accipitur.

Pſal. 115, 11.

Prou. 20, 6.

Promiſſa fideliter & integrè adimplenda.

Quomodo paſſim homines diminuant veritates.

Eleganter ſanè Ambroſius; ſed ad mentem Pſalmiſtæ, meo quidem iudicio, accommodatiùs locum hunc explicauit Euthymius, quaſi terras (vt Aſtræa aliquando) veritas reliquerit; pæneque iam in vſu, in rebus præſertim maioris momenti, non ſit. *Sancti quidem*, inquit, *penitus defecerunt; veritates verò admodum paucæ relictæ ſunt: quandoquidem in rebus maioris momenti mentiri ſolent, qui in paruis fuerant veraces.* Veriſſimè: at enim opportuniùs eas, opinor, dixeris diminutas veritates, quibus, vt bonæ monetæ, aliquid iuſti ponderis atque menſuræ, ſiue debitæ materiæ deeſt: quia nimirum tantum obſtrepit veritati adulter ſenſus, quantum corruptor ſtylus. Eſt igitur imminuta veritas ambiguus ſermo, quem dum nec verum nec falſum iure appellare poſſis, fallaciſſimum neceſſariâ ratione dixeris. Vnde meritò Dauid ait: *Defecit ſanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates.* ac ſi dicat: Quantumuis virtuti ac bonis operibus operam nauare videamini, ſancti tamen non eſtis: quippe veritatem non integrè, ſed diminutè loquimini; ſimulatis, fallitis, blandis ad ſpeciem verbis vtimini; ſed animo dolos verſatis: ſanctus enim ab ijs omnibus alieniſſimum ingenium habet. Emphaticè ergo ab ijs fictis hominibus veriſque ſimulatoribus non minùs enixè liberari poſtulat Dauid, quàm à vaſtis aquarum vorticibus. quapropter eâdem loquendi formulâ dixit: *Saluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus; quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum:* quâ alibi ait: *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia: veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Quaſi idem fuerit vtrobique periculum. Quemadmodum eleganter dixit S. Ambroſius Epiſt. 44. *Nemo in dolo loquatur ad proximum ſuum: laqueus eſt in verbis noſtris*, &c. *Fouea alta eſt os maleuoli, grande innocentiæ præcipitium, ſed maius maleuolentiæ: innocens dum credit facilè, citò labitur*, &c. Firmant hæc quæ ſequuntur in Pſalmiſta.

Pſal. 68, 1.

3. *Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum.*] Quomodo diminutæ ſint veritates oſtendit, dum non integræ proferuntur, ſed permiſtæ mendacijs, amphibologijs, κακοτροπίαις, ac fallacijs, aliud ſentiendo, aliud loquendo, idque apud proximum, cum quo optimâ fide agendum eſſet. S. Hieron. vertit, *fruſtrà locuti ſunt*: quod ſignificat Hebræa vox שָׁוְא *ſchaue*, quæ etiam ad opus extenditur. Locutio enim (vt notat Hugo de S. Victore) non incongruè intelligi poteſt, non ſolùm in voce, ſed etiam in operatione: quia indicium cordis, non ſolùm vox eſt, ſed etiam exhibitio operis. *Scimus autem*, inquit, *quòd vanum eſt omne quod tranſit. Ille vanitatem in corde habet, qui tranſitoria diligit. Vanitatem loquitur, qui pro hac vita tranſitoria immoderatè laborans, ipſo ſuo ſtudio & opere eam ſe diligere oſtendit. Vanitatem autem ad proximum ſuum loquitur, qui exemplo ſuo eum ad petenda tranſitoria cohortatur.* ita Hugo.

Quis vanitatem habeat, & ad proximum eam loquatur.

IBIDEM. *Labia doloſa.*] Symmachus dicit, teſte Hieronymo, *lubrica*, hoc eſt, *mollia & delicata, quæ ad ficta humanitatis voculas blandiſſimè & doloſiſſimè accommodantur.* Quam ob cauſſam Chaldæus *adulationes*, interpretatur שְׁעִיעָתָא

Labia doloſa execranda.

ſcheh-

ſchebhibhata: ſed in Hebræo eſt שְׂפַת חֲלָקוֹת *ſepath chalakoth*, id eſt, *labium diuiſionum*, quòd nimirum à corde longiſſimè disiungatur; vt homines intelligamus non veros, nec ſinceros, ſed duplices, quorum intimus animi ſenſus mirificè à ſermone diſſentiat. Quod oſtendunt ea quæ proximè pius Vates adiungit: *In corde & corde locuti ſunt*. Quorum ſenſum Symmachus illuſtrat ſuâ verſione, cùm ait, ἐν καρδίᾳ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ, *in corde alio atque alio*, hoc eſt, duplici; quales
Iac. 1, 8. pingit Apoſtolus Iacobus *duplices animo*, & qui-
Eccli. 2, 14 rus Eccleſiaſticus ait, *Væ duplici corde*. Sunt igitur *labia diuiſionum*, quæ os à corde animoque diuidunt; præterea *diuiſionum*, quòd ipſum cor partiuntur, & ex vno duo faciunt. Nam cùm ſermo ſit homini conceſſus ad arcanos animi ſenſus patefaciendos, cùm pium cor ſignificat, & omni imbutum beneuolentiâ (quæ verè tamen non reperiatur) iam cor geminum efficit; alterum fictum, & blandiloquentiâ adumbratum, alterum verum quod in pectore continetur. Huiuſmodi hominem veteres dicebant *ſimiam fucatam*, aſcititijs ornamentis obductam: item *Mercurium* ἀμφιπρόσωπον, *bifrontem*, qui aliud antè, pòſt aliud præ ſe ferat. Res hæc fœda ſemper & indigna viſa fuit, etiam Ethnicis, adeò vt Homerus dicat:

Iliad. 9. Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.
Inimicus enim mihi ille æquè ac inferi portæ,
Qui aliud quidem in mente recondit, aliud verò eloquitur.

Theognis quoque iſtiuſmodi ſimulatores κιβδήλους, id eſt, *fucatos* ſiue *adulterinos* vocat, & monet velis remiſque fugiendos.

4. *Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam.*] Hîc fortiùs vehementiuſque Dauid ab eâ labe deterret propoſitâ Numinis ſeueritate, quam in ea punienda adhibebit. Quo in loco ſupplicij acerbitas ſceleris
Lingua magniloqua qualis. magnitudinem oſtendit, & impietatem erga Deum, in quam ij labuntur faciliùs, qui de ſe altè ſentiunt & loquuntur, & (quemadmodum de Iouiniano hæretico ait D. Hieron.) *buccis tumentibus inflata verba trutinantur*. vnde So-
Soph. 3, 11 phonias *magniloquos ſuperbiæ* vocat: *Auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ*. Quæ licet de omnibus generatim intelligantur, qui magnificè de ſe, & ſuis rebus gloriantur, maximè tamen in Scribas & Phariſæos, eorumque ſimiles conueniunt; & de illis intelligi hoc oraculum, auctor eſt D. Hieronymus. Sic de hæreticis vniuerſim, & ſceleſtis hominibus Iudas Apoſto-
Iudæ 16. lus: *Os eorum loquitur ſuperba*, linguam ſuam
Abdiæ 12. magnificant; contrà quàm Abdiæ Deus vetuerat:
Hæreſiarchæ ſunt magniloqui. *Non magnificabis os tuum*. Hoc autem vitium maximè proprium eſt hæreſiarchis, inter quos Simon Magus fuit impietate & vecordiâ nobilis,
Act. 8, 9. *dicens ſe eſſe aliquem magnum*, vt ait D. Lucas. Item virtutem Dei magnam, Paracletum, Deum, vt Eccleſiæ annales produnt. Sic eiuſmodi ho-
Dan. 7, 8. minibus impudoratis Daniel attribuit *os loquens ingentia*, id eſt, os tumidum, arrogans, iactabundum. Sed *diſperdet Dominus linguam magniloquam*, & vltimo exitio puniet. *Diſperdet*, hoc eſt, vt feſtiuè dicit Hugo Cardinalis, *bis perdet*, animo videlicet & corpore.

5. *Qui dixerunt: Linguam noſtram magnificabimus*, &c.] S. Hieron. vertit, *roboremus*, quod
ANNOTATIONES CORDERII. valet Hebraicum נַגְבִּיר *nagbir*. Apud S. Chryſoſtomum alius legit, δυναστεύσομεν, *dominabimur*, id eſt linguâ noſtrâ præualebimus. Notat Lorinus noſter, Septuag. fortaſſis in Hebræo codice, quo vſi ſunt, inueniſſe נַגְדִּיל *nagdil*: quod ſignificat μεγαλυνοῦμεν, *magnificabimus*. Modum porrò huiuſce magnificationis & iactantiæ ſubiungunt dicentes: *Labia noſtra à nobis ſunt: quis noſter Dominus eſt?* ſic legit Vulgata & Pſalterium Romanum; in alijs tamen Græcis codicibus non παρ' ἡμῶν, *à nobis*, ſed παρ' ἡμῖν, *apud nos*, legitur, quomodo etiam S. Auguſt. vertit. Aquila legit, χείλη παρέστιν ἡμῖν, τίς δεσπότης ἡμῶν; *labia adſunt nobis; quis Dominus noſter?* Apud S. Chryſoſt. alius transfert, σὺν ἡμῖν πάρεστι, τίς κυριεύσει ἡμῶν; *adſunt nobis: quis dominabitur nobis?* Ea nimirum hominum impiorum vecordia eſt atque dementia, vt etiam quæ dona Dei ſunt, ſibi arrogent, ſibi adſcribant, & tamquam ſua celebrent.
Eloquentiis impij ſibi arrogant quæ Dei ſunt. Hoc autem maximè ijs vſu venit, qui eloquentiæ ſuæ aut ingenio nimis fidunt. Splendidior enim eruditio illa vulgò ſui lena eſt, & in cæcum amorem inducit, præſertim eloquentia, quæ in populo, atque adeò in conuentu ſapientum laudem & admirationem obtinet. Tum verò facilè euenire poteſt, vt facundiæ pennis elati, vt pauones glorioſi, ſe magnificè mirentur & circumſpiciant, neque de Numine vel laudando vel propitiando cogitent, cuius dono & gratiâ præſtantem in dicendo vim conſecuti ſunt. Hinc illud dictum Symmachi viri clariſſimi lib. 1. Epiſt. 37. *Succeſſu eloquens inſoleſcit*. Hoc videre licet in Oratoribus Græciæ illis, quos nominauere Sophiſtas, profluenti quadam orationis copiâ, & mirificum in modum illuminatâ, quos ambitioſiſſimos fuiſſe laudis & gloriolæ accepimus, & quod de multis conſtat, maculis vitiorum notatos. Deſcribit iſtiuſmodi homines hoc loco Dauid, dicentes: *Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt*, hoc eſt, dicendo triumphabimus, laureatas linguas aureaſque ventilabimus: periti ſumus artis dicendi, apti & idonei ad perſuadendum. *Quis noſter Dominus eſt?* quis fluminibus aut fulminibus eloquentiæ noſtræ queat reſiſtere? Magnum certè illud malum eſt, & fons vberrimus vitiorum, dubitare, aut, quod etiam eſt funeſtius ſceleratiuſque, negare eſſe vllum Dominum, ſupremumque Numen, à quo lingua erudita, & expolita in dicendo vis pendeat. Quos homines in perditiſſimum vitæ genus ruere neceſſe eſt, quod de vetuſtis Philoſophis D. Paulus aſſeruit, quos ait quidem doctrinis vberrimis fuiſſe ornatos, ſed ijſdem infatuatos; quòd meritam laudem & honorem Deo non tribuerent. Hiſce optimè occurrit S. Chryſoſt. ad hunc locum ita ſcribens: Μαινόμεναι καὶ παραφέρονται τὰ ῥήματα, διὰ δὴ τοῦτο ὁ Παῦλος ἀπεναντίας αὐτοῖς φθεγγόμενος παραινεῖ· Οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν, τιμῆς ἠγοράσθητε· καὶ κελεύει μηδὲ ἑαυτοῖς ζῆν· Οὐ σὰ δὲ τὰ χείλη, φησὶν, ἀλλὰ τοῦ δεσπότου. αὐτὸς γὰρ ἐποίησεν αὐτὰ, αὐτὸς κατεσκεύασεν αὐτὸς ζωὴν ἐνέπνευσεν. Ἀλλὰ οὐ ἔχεις. Ἀλλ' ὅ πάντα ἃ ἔχομεν, ταῦτα ἡμέτερα· ἐπεὶ καὶ χρήματα ἔχομεν ἑτέρων παρακαταθεμένων· καὶ γλῶτταν μεθέμεθα, ἑτέρου ἡμῖν δεδωκότος. Οὕτω δὴ καί σοι ταῦτα ἐμίσθωσεν ὁ Θεὸς, οὐχ ἵνα ἀκάθαρτα φέρῃς, ἀλλ' ἵνα σπέρματα εἰς τὸ χρήσιμον μεταβάλλῃς. οὐχ ἵνα ἀπόνοιαν, οὐχ ἵνα δόλον, ἀλλ' ἵνα ταπεινοφροσύνην, ἀλλ' ἵνα εὐφημίαν, ἀλλ' ἵνα ἀγάπην ποιῇς δι' αὐτῶν βλαστάνειν.

ANNOTATIONES CORDERII.

ſâtur. Inſanientium & mente captorum ſunt hæc verba. Et ideò Paulus contrà ac ij loquens, monet: Non eſtis veſtri; pretio empti eſtis, & iubet eos non ſibi ipſis viuere. Non ſunt tua labia, ſed Domini. Ipſe enim ea fecit, ipſe conſtruxit, ipſe vitam inſpirauit. At tu habes. Sed non omnia quæ habemus, noſtra ſunt. Pecunias enim habemus, quas alij apud nos depoſuerunt: & agros conductos habemus, quos alij nobis dederunt. Ita hæc etiam tibi locauit Chriſtus, non vt feras ſpinas, ſed vt conuertas ſemina ad id quod eſt vtile: non vt arrogantiam, non vt dolum, ſed vt humilitatem, vt laudem ac benedictionem, vt dilectionem per ea facias germinare. Et paulò pòſt ibidem contra iſtiuſmodi blaſphemos ſic exclamat: *O verbum diabolicum! ô animam dæmoniacam! vides vniuerſam creaturam prædicare Domini tui potentiam, ſapientiam, &c. & tu ô homo dicis: Quis noſter Dominus eſt? hoc eſt furoris, hoc ſtuporis, hoc corrupti animi.*

1. Cor. 6, 19. Rom. 14, 7. 2. Cor. 5, 9.

Labia impia non ſunt Dei, nec à Deo, ſed eorum, & ab ipſis.

Ceterùm, cùm dicunt *noſtra*, verè loquuntur. Labia enim illa impura, ſuperba, plena blaſphemijs, nec Dei ſunt, nec à Deo ſunt: ab illis vtique, & illorum ſunt labia, quæ dicunt ſua. Rectè dicitis: à vobis veſtra ſunt vitia, ſcelera, æterna perditio: nec Deus peccatum, nec mortem fecit. *Siquidem* (vti pulchrè S. Gregorius Nazianz. orat. 2. docet) *ille vobis diuinitatis ſuæ impreſſit imaginem: at vos diuinæ imagini flagitioſâ viuendi ratione contumeliam infertis;* dum videlicet diuinam vitijs veſtris in pecuinam tranſmutatis ſimilitudinem.

6. *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum.*] Aquila vertit, ἀπὸ προνομῆς πενήτων, ἀπὸ οἰμωγῆς πτωχῶν, *à vaſtitate pauperum, à ploratu inopum*; Symmachus reddit, διὰ κακοπάθειαν πτωχῶν, διὰ οἰμωγὴν πενήτων, *propter afflictionem inopum, propter ploratum pauperum.* Omne hominum genus intelligit, qui ærumnis & calamitate vrgentur, quos inopum & pauperum nomine comprehendit. In Græco dicuntur πτωχοὶ, *inopes*; & πένητες, *pauperes*: inter quos S. Baſilius diſcrimen hoc ponit, quòd priores illi ſint, qui à florentibus rebus caſu aliquo turbulento exciderunt: vnde πτωχὸν deriuat à πίπτειν, *cadere*, cùm quis nimirum à magnifica & excitata fortuna ruit in miſeriam & calamitatem: πένητα verò, hoc eſt *pauperem*, deriuat à πονεῖν, *à laborando*, quòd rerum tenuitate anguſtijſque prematur, & laborem quotidianum exhauriat. Eiuſmodi verò homines ſæpè obijciuntur potentium contumeliæ & crudelitati, nec premuntur modò, verùm & opprimuntur. vnde ex parte pauperum ſola hîc ponitur ipſa quam miſeri patiuntur calamitas, atque ad ſummum gemitus & eiulatus. Nec enim dicit eos reſiſtere, conqueri, indignari, iraſcique. Ergo patienter ferunt, cùm premuntur: ideoque digni fiunt, pro quibus diuina inſurgat iuſtitia. Pulchrè ad hunc locum S. Chryſoſt. *Pauperum patientia, pauperum, inquam, eorum qui ſunt contriti corde; eſt quòd malè patiantur, defenſio. Non enim vitam vel virtutem, ſed malorum perpeſſionem dicit Deum excitare, & eum ad ſupplicium & vindictam euocare. Tanta res eſt, ſi tibi fiat iniuria, eam ferre forti animo: tantam Deus curam gerit eorum qui afficiuntur contumelijs. Maximæ defenſionis loco eſt calamitas, & mala pati.* Inſaniunt adhuc, qui potentiâ & opibus armati more tyrannnorum bellum habent indictum pauperculis, vt miſeros pactâ mercede fraudent; & graui imperio, tamquam in piſtrino ſeruire laſſarique cogant: & bonis etiam ipſorum, vt propriam expleant cupiditatem, exſpoliant miſeros, vt iſtis nihil aliud in vita relinquant, quàm miſeriam, & ex illa luctum & eiulatum. Sed (vt benè ad eumdem locum Chryſoſt.) *magna eſt vis eiulatus, quæ ſupernum euocat auxilium. Timete, quicumque pauperes iniuriâ afficitis: habetis vos potentiam, opes, pecuniam, & iudicum beneuolentiam; ſed habent illi arma omnium validiſſima, luctus, & eiulatus, & illud ipſum iniuriâ affici, quæ è cælis auxilium attrahunt.* Malè igitur ſibi conſulit, imò & exitium ſibi conſciſcit, quiſquis pauperes iſtos nihili pendit, eoſque opprimere ac diuexare audet. Fortior eſt pauper diuite, humilis potente, gemens & eiulans armato & præliante. Animaduerte tamen huiuſmodi pauperes, qui diuino præſidio muniuntur, illos eſſe qui cum ſua paupertate atque luctu, patientiam Chriſti coniungunt. Siquidem (vt ibidem adiungit S. Chryſoſt.) *bonum ac pium eorum animum Deus reueretur, quando mala patientes nullum malum verbum proferunt, ſolùm autem gemunt, & ſua mala deplorant.* Hæc ille. Vniuerſim dico: Nulla potentiora ſunt arma lacrymis precibuſque fidelium. His illi armati cùm perſecutiones aut tyrannorum aut infidelium patienter ferunt, ingentes ſolent de aduerſarijs reportare victorias. Quamobrem optimè ſui intulit idem Chryſoſt. *Hæc arma domos effodiunt, hæc fundamenta euertunt, hæc integras gentes ſubmergunt: gemitus dico eorum qui afficiuntur iniuriâ.* Stat enim pro ipſis miſericordiarum pater, cuius miſerationes ſunt in millia; nec tantùm ſtat, verùm etiam exurgit, vnde ſubdit:

Quinam ſint inopes, qui pauperes.

Patientia, eſt pauperis defenſio.

Pauperum arma ſunt fletus & eiulatus.

IBIDEM. *Nunc exurgam, dicit Dominus.*] Solet in oraculis Prophetarum Deus vt plurimùm ſedens depingi, iuxta illud, *Qui ſedes ſuper Cherubim:* quod propriè quodammodò ad regiam, imò diuinam eius maieſtatem, nec non iudiciariam poteſtatem ſpectare videtur. ad quam etiam ſuperiùs alluſit Dauid, dicens, *Sediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam.* In eo Deus throno immotus mouet omnia, & ſedens prouidentiæ curſum omnem, atque mundi politiam quietiſſimè moderatur. Verùm vbi videt ſtratos abiectoſque inopes, & maximè virtute conſpicuos, ſuperbâ hominum libidine & crudelitate vexari, contumelioſè haberi, dura multa grauiaque perpeti; tum verò tenere ſe non poteſt, quin intimâ miſeratione ictus exurgat. *Nunc exurgam, dicit Dominus.* Quod ſymbolum eſt animi prompti ad opitulandum, qui vires omnes cupiat exerere ad incommoda minuenda, ad ſubleuandam miſeriam, non modò animi, quæ maximè diuinum pectus attingit, verùm & externarum calamitatum. Quid inde ſequitur? *Ponam in ſalutari*, hoc eſt, eripiam ab infortunio, hominumque ludibrijs, & inhumanâ temeritate: attollam tutum in locum & ſalutarem, quò nullum impiorum hominum maleficium poſſit attingere. Nam *ſalutare* in diuinis Litteris ſumi ſolet pro munito editoque loco, qui perfugium ſit miſerorum, atque ſalus in magnis periculis, vnde, qui ſeruatur, irrideat malitiam inimicorum,

Dan. 3, 55.

Pſal. 9, 5.

Deus exurgit in auxilium pauperum.

Quid eſt ponere in ſalutari.

micorum, & nocendi vim effugiat. Ita enim loquitur Iſaias apud Septuag. *Vocabuntur ſalutare mœnia tua, & portæ tuæ ſculptura.* Quo in loco eximia duo bona continentur, præſidium, & honeſtamentum. Nam Deus non modò ſuos celſiſſimis & fortiſſimis muris ſepit ac tuetur, verùm etiam portis nobili artificio ſculptis condecorat. Vno verbo; manu inuictæ potentiæ ſuæ defendit, gratiâ & conſolatione ſuâ exornat. Hoc igitur eſt, *ponam in ſalutari*, quod alius legit, ἐν σωτηρίῳ σου, *in ſalute tua*; S. Hieron. reddit, *ponam in ſalutari auxilium tuum.* Ait Ianſenius hunc verſum videri ſubobſcurum, eò quòd non ſatis exprimatur quid in ſalute ſeu ſalutari ponendum ſit. Sed ex ijs quæ immediatè præceſſerunt, facilè intelligitur hoc de pauperibus dici. Poſſet etiam *ſalutare* accipi pro Saluatore, quemadmodum S. Auguſt. exponit, aut potiùs pro ipſa ſalute, quomodo Hebræus habet, & explicat Euthymius; quod eòdem recidit. Promittitur enim Saluator qui ab impijs oppreſſos in integrum reſtituat, quod ex parte quidem præſtitum eſt per Dauidem, qui ad regnum iam euectus, impios perſecutus fuit; ſed perfectè non præſtatur niſi per Chriſtum, qui vniuerſo terrarum orbi datus eſt Saluator, ſuaque doctrinâ, ſpiritu atque potentiâ, ſuos à vi & ſeductione impiorum liberat. Ceterùm quia verbo *ponam* nullus additur accuſatiuus, Euthymius verbum Græcum, quod eſt medium, reddit paſſiuè, vt ſit ſenſus: *Ponatur in ſalutari*; intelligendo hanc eſſe Chriſti vocem, ſe in ſalutifera cruce ponendum eſſe prædicentis. Verùm ex Hebræis conſtat, verbum θήσομαι, actiuè exponendum eſſe, *Ponam in ſalutari.* Quid pones, Domine, in ſalutari propter pauperes, propter peccatores? an pones iudicij thronum? an pones iuſtitiæ gladium? Reſpondet ad hoc acutè D. Auguſt. *Non dixit quid ponat, ſed in ſalutari.* Quaſi hoc vnum neceſſe habeamus ſcire; nimirum in quo ponat Deus. Quidquid enim à Deo poſitum fuerit in ſalutari, non poterit non ſalutem & miſericordiam pauperibus & miſeris peccatoribus adferre. Quid ni & gloriam? Quod Iob ſimillimo dicendi charactere inſinuare voluit, dicens: *Qui ponit humiles in ſublimi, & mœrentes erigit ſoſpitate:* id eſt, eos qui ſub pedibus omnium eſſe videbantur, attollit quaſi in aureum curruum miſericordiæ triumphantis, & per oculos non dicam hominum, verùm & Angelorum circumducit, vt miſerationes Numinis infinitas ipſi agnoſcant. Quemadmodum hoc loco Symmachus intellexit, qui ex Hebræo ita vertit, τάξω σωτήριον ἐμφανῆς, *ſtatuam ſalutare manifeſtum:* id eſt, faciam vt hoc meum præſidium inopum, quod ſuggerit miſericordia, in vtriuſque tam triumphantis quàm militantis Eccleſiæ luce reſplendeat. Vnde ſequitur, *Fiducialiter agam in eo.* Quod in Græco eſt, παῤῥησιάσομαι, & apud Noſtrum, *fiducialiter agere*, eſt propriè in hoc loco non timidè & verecundè ad cauſſam miſerorum accedere; ſed magnâ vti libertate, vim animi adijcere, exercere auctoritatem ſuam, regio quodam modo patrocinari, in tribuenda miſeratione neque lentum eſſe, neque parcum atque reſtrictum, affectum animi omnem expromere.

Iſa. 60, 18

Ter illa [illegible] pro qua hic accipiatur.

Iob 5, 11.

Quid ſit fiducialiter agere.

7. *Eloquia Domini, eloquia caſta*, &c.] Hoc eſt, pura, ſine labe, eò quòd nullam prorſus contineant falſitatem, nullam turpitudinem, nullam etiam vanitatem, nihilque ad rem non pertinens. Argento etiam, non iam recenter effoſſo, ſed frequenter à terra purgato, hoc eſt, puriſſimo & candidiſſimo, comparat eloquia Dei. Profana enim omnium hominum dicta, vel ſcripta quædam, non niſi plumbum aut terra ſunt: vt quæ obſcœnitate plena ſunt, quâ humanam mentem ad terrena deprimant. Quædam etiam argento ſimilia ſunt, ſed recenter effoſſo, & necdum repurgato; vt quæ vera quædam continent, ſed interim multis vanitatibus ad rem non pertinentibus, aut etiam erroribus reſperſa ſunt. Sunt etiam quorumdam profanorum ſcripta diligenter examinata & probata; ſed non igne diuini amoris, diuiniſque Spiritus. Sola Dei eloquia ſiue voce, ſiue ſcriptis, nobis commendata, puriſſimo ſunt ſimilia argento, igne diuino diligenter purgata ab omni eo quod terrenum eſt.

Eloquia Domini caſta.

ANNOTATIONES CORDERII.

Profana eloquia qualia.

Similem ſententiam Salomon in Prouerbijs poſuit, *Omnis*, inquit, *ſermo Dei ignitus, clypeus eſt ſperantibus in ſe. Ignitus*, hoc eſt, excoctus, purgatus, nihil falſitatis continens. Prou. 30, 5.

Ibidem. *Probatum in terra.*] Græcè, δοκίμιον ἐν τῇ γῇ; Sixtina, τῇ γῇ, *terrâ*; Vulgata, *terræ*, quod Scholion Sixtinæ editionis Septuaginta ait fortaſſis eſſe mendum; S. Hieronymus, *ſeparatum à terra*; Aquila, χωρουν, τῇ γῇ διυλισμένον, *permeans, terrâ defæcatum*; Chryſoſtomus ex Hebræo, τὸ χωνευόμενον, τὸ ῥέον ἐν τῇ γῇ, *quod conflatur, quod fluit in terra.* Antonius Agellius ad hunc locum putat τὸ δοκίμιον, non benè verti *probatum*; ſed vult eſſe nomen vaſis conflatorij, in quo aurum vel argentum excoquitur; ſed benè notat Lorinus noſter, nomen hoc nuſquam pro vaſe acceptum legi: ſed δοκίμιον paſſim pro *probatione* aut *experimento* accipitur, vt idem ſit quod δοκιμή. Sic in Prouerbijs δοκίμιον ἀργυρίῳ, καὶ χρυσίῳ πύρωσις, interpres Septuaginta vertit, *probatio argento, & auro ignitio.* & in Epiſtola Iacobi & Petri, δοκίμιον πίστεως, *probatio fidei*: vbi fidem ſimiliter argento auroque comparant probatiſſimo; cuius oppoſitum eſt; quòd Ieremias ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον, *argentum reprobum*, appellet. Licet autem in illis locis δοκίμιον ſubſtantiuè ſumatur, hic tamen adiectiuè vertendum eſt, vt *probatum* ſit idem quod *probatitium*, ſicut *fictum* idem quod *fictitium* dicitur.

Prou. 27, 21.
Iac. 1, 3.
1. Pet. 1, 7.
Iere. 6, 30.

Scripturam itaque ſacram cum moneta componit: circa quam dupliciter peccari ſolet: vt ſi argentum cum viliori materia permixtum ſit, neque ſatis expurgatum; vel certè, reapſe non ſit, ſed metallum aliud argentum referens. Pari modo in ſacram Scripturam peccatur: dum alij falſos ei ſenſus affingunt, vt hæretici; vel ſaltem cum ſcoria producunt, id eſt, cortici litteræ nimiùm adhærent, neque ſenſus ſpiritales à litterali cortice purgatos promunt, vt Thalmudici & Cabaliſtæ, ſimileſque Hebræi & Hebraizantes facere conſueuerunt. Quò igitur illi magis inſaniunt, in ſacris libris per adulterina interpretamenta (quæ veriùs dixeris nugamenta) oppugnandis aut coinquinandis; eò cautiores debent eſſe Catholici Doctores in veriſſimis eorum ſenſibus eruendis. *Eloquia* enim *Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum*, optimè excoctum, & à ſcorijs defæcatum; *probatum terræ*, hoc eſt à *terra* (prout in Græco eſt) ſeu expers

Duplici modo verbum Dei vitiatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

pers terræ, & nihil terreni habens (vt Interlinealis exponit;) *purgatum ſeptuplum*, hoc eſt ſæpenumerò (vt Theodoretus declarat.) Ponitur enim numerus certus pro incerto. Vel *purgatum* per ſeptem dona Spiritus ſancti, quæ in diuinis Litteris includuntur (vt D. Auguſt. interpretatur.) Itaque nullum in illis includitur venenum, ex quo à legentibus interitus timeatur. Imò nihil in illis eſt, quod viuificatricem quamdam vim non ſapiat ac redoleat. Hinc Propheta ſacer, quantam in diuinis eloquijs caſtitatem & ſanctitatem agnoſcit, tantam in nobis ad illa interpretanda ſinceritatem integritatemque requirit. Quamobrem D.Ambroſ. Serm.12. in Pſal.118. *Nihil*,inquit, *terrenum, nihil ſeculare,nihil corporeum, nihil leue atque mutabile in eloquijs conſtituamus cæleſtibus. Eloquia enim Domini, eloquia caſta: vt in his myſteriorum cæleſtium immaculata & pudica ſinceritas ſpiritali interpretatione reſplendeat. Non adulterinâ quadam opinione miſceamus terrena diuinis, & illud inuiolabile ſacramentum propheticæ viſionis, aut perennis oraculi,naturæ noſtræ æſtimatione violemus. Ideò enim addidit: Argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum; vt tamquam boni nummularij Spiritus, examinemus prophetici ſermonis argentum, ſecernentes Domini pecuniam,atque ab omni labe terrena, ſalutaris fontis infuſione purgantes; vt Chriſto dignè ſentire videamur, qui ait: Theſaurizate vobis in cælo.* Et rectè quidem. Nam ſicut ſacra doctrina tota cæleſtis eſt, non terreſtris: ita in cæleſtes ſenſus interpretanda, non in terreſtres detorquenda eſt.

Sacra Scriptura cantè, integrè, ſincerè interpretanda.

Matt.6,20

8. *Tu Domine ſeruabis nos.*] Hoc apud S. Chryſoſt. alius legit, φυλάξεις αὐτοὺς, *ſeruabis eos*, ſcilicet pauperes, de quibus ſuperiùs mentionem fecit. Alius reddit, φυλάξεις αὐτὰ, *cuſtodies ea*, quomodo S. Hieron. vertit, & tunc ad eloquia refertur. In Regijs verò & Complutenſibus Biblijs per optatiuum effertur, φυλάξαις καὶ διατηρήσαις, *ſerues & cuſtodias*: ſed ſenſus melior eſt per futurum, vt in Sixtinis & emendatioribus M.S. codicibus habetur.

9. *In circuitu impij ambulant.*] Id eſt, non vadunt per vias rectas,vt iuſti: ſed,ſicut Iſaias ait, *ſemitæ eorum incuruatæ ſunt in eis*, dum ad nocendum vndique circumdant probos; quomodo nimirum Satan ſiue diabolus *circuit quærens quem deuoret*. Sic etiam impij omnia moliuntur, vt pios viros lædant: nullum non mouent lapidem, vt malum inferant. Eleganter autem qui peccant, non dicuntur viam agere, ſed circuire, tamquam beſtiæ in piſtrino, quæ incedunt ſemper, procedunt numquam. Ita hi planè ſuam ſibi voluntatem, velut quoddam ſuarum actionum centrum quodammodò præfigunt, circa quod aſſiduè circumferuntur, alia atque alia obiecta amplexantes, numquam tamen à ſua voluntate recedentes; & cùm ſemper in via ambulent, numquam tamen ad patriam, quæ eſt viæ terminus, appropinquant. Nam vitia eorum & paſſiones, ſunt iſtæ volubiles rotæ, in quibus impiorum animæ tamquam Ixiones continuâ rotatione voluuntur. Diceres boues illos Babylonicos, qui perpetuâ vertigine in orbem feruntur. Sacri Annales vocant *circulum fundæ*; Salomon in Prouerbijs *rotam malorum*, vt quidam ex Hebræo vertunt. Eccleſiaſtici auctor cùm eoſdem incitatos & violentos animi motus exprimeret, *Præcordia*, inquit, *fatui, quaſi rota carri*. Lambunt terram, puluerem oſculantur, trahuntur, agitantur. Hæc via eſt illorum qui totos ſeſe corporeis voluptatibus, & proprijs voluntatibus tradiderunt. Prô cæci & miſeri, quos continuus deerrando diuexat ac fallit circuitus, dum ſeipſos, ac ſibi viciniora expetunt & inſectantur, nec ad Deum, in quo totum bonum eſt, à ſe ſuiſque, hoc eſt, ab ipſamet vanitate, tranſuolant aliquando! *Ambulant*, inquit S. Bernardus, *impij in circuitu, dum minora quæque bona quærentes, illud ſemper deſiderant, quod ſibi vicinius, necdum videntur adepti. Non poterit aliquando hic circuitus peragrari. Vis peruenire? incipe tranſilire. Alioqui proripieris miſer in deſiderio terrenorum, & à ſummo bono eò longiùs inuenieris, quo te ampliùs dederis caducis rebus & tranſitorijs appetendis. Anfractuoſa via eſt, & inambulabilis; faciliuſque peruenies ſpretis omnibus, quàm adeptis.* In hac etiam interminabili circuitione mirabiliter deſcribitur inane ſtudium impiorum, quò ad ſatietatem, voluptatem & quietem captandam in bonis rerum creatarum feruntur. Vnde idem S. Bernardus lib. de Diligendo Deo, *In circuitu*, inquit, *impij ambulant, naturaliter appetentes vnde finiant appetitum, & inſipienter reſpuentes vnde propinquent fini. Fini, dico, non conſumptionis, ſed conſummationis. Quamobrem non beato fine conſummari, ſed conſumi vacuo labore accelerant, qui rerum magis ſpecie, quàm auctore delectati, priùs vniuerſa percurrere, & de ſingulis cupiunt experiri, quàm ad ipſum curent vniuerſitatis Dominum peruenire.*

Sap.10,10
Iſa.59,8.
1.Pet.5,8.

Impiorum circuitus qualis.

1.Reg.25,29.
Prou.20,26.
Eccli.33,5

Serm.ſuper, Ecce nos reliquimus.

Non eſt quies extra Deum.

IBIDEM. *Secundùm altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.*] Græcè, ἐπολυώρησας, quod propriè ſignificat *magnipendiſti*, aut plurimùm curaſti, vt in Paraphraſi, Commentario & Catena exponitur. Eſt enim πολυωρέω, *diligenter & multùm curo*, à πολὺ, hoc eſt *multum*, & ὠρέω, quod eſt *curo, cuſtodio*: cuius oppoſitum eſt ὀλιγωρέω, *negligo, contemno*. Significatur ergo Deum, ſicut excelſus & magnus eſt, ita etiam ſemper magnam curam geſſiſſe hominum, ſiue ſecundùm altitudinem & magnitudinem bonitatis & miſericordiæ ſuæ, genus humanum numquam neglexiſſe. Atque hic eſt genuinus loci huius ſenſus. S. Chryſoſtom. interpretatur ἐπῆρας, ὕψωσας, *eleuaſti, extuliſti*. Ait enim τὰ μετέωρα ſignificare *alta, ſublimia*, atque in Oceano μετεωριςμοὺς, *maris & fluctuum elationes*, & ab eo quod eſt αἴρεσθαι, *eleuari, exaltari*, dictum eſſe πολυωρεῖν, *attollere*. Atque hoc ſenſu Dauid canit Deum homines in ſublime ſuſtuliſſe. Sed in quam tandem altitudinem? diſertè ponit, ſummum ipſum Deum alloquens: *Secundùm altitudinem tuam*, vſque ad diuinæ mentis commercium, vſque ad inexplicabilem potentiam, decus, maieſtatem; ſic vt vnicum ſupra ſe Numen habeat, ſub ſe cetera quæ in terris ſunt omnia. Non enim tam de numeroſitate hominum toto orbe ſatorum loquitur, quàm de illorum in ſummos honorum gradus exaltatione. Hinc apud S. Chryſoſtomum alius legit, ὅταν ὑψωθῶσιν οἱ εὐτελεῖς τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, *quando exaltati fuerint viles filiorum hominum*. Quæ verba ſic interpretatur idem Chryſoſtomus: Nos qui viles reputamur

Deus magnam gerit curam hominum.

Deus hominem magnificè extulit.

mur & contempti, humiliatos gloriâ afficis ſecundùm altitudinem tuam, hoc eſt ſimiles tui effeciſti, quatenus fieri poteſt vt homo ſit ſimilis Deo. Multiplicauit nempe Deus hominem, & exaltauit illum, efficiens non modò honoribus, ſed etiam opibus, cùm terreſtribus, tum cæleſtibus, conſpicuum & abundantem. PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM XII. ARGVMENTVM.

α΄. Εἰς τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Καὶ τοῦτον εἰς ἑαυτὸν ἤνεγκεν ὁ μέγας Δαβίδ, οὐ μὴν ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ πολεμούμενος. Τὰ μὲν γὰρ κατὰ τὸν Σαοὺλ, πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἦν, τὰ δὲ κατὰ τὸν Ἀβεσσαλὼμ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν. Διὰ τοῦτο κλαυθμοὺς καὶ στεναγμοὺς τοῖς λόγοις ἐγκέκραται.

1. In finem, Pſalmus Dauid.

Hunc Pſalmum etiam erga ſeipſum magnus Dauid protulit; non cùm Saülem fugit, ſed quando ab Abſalomo bello petebatur. Bella enim à Saüle illata, erant ante peccatum; ab Abſalomo verò, fuerunt poſt peccatum. Et propterea luctus & gemitus verbis immiſtus eſt.

PARAPHRASIS.

ΕΩΣ πότε κύριε ἐπιλήσῃ μου εἰς τέλος;

Τὴν ἀναβολὴν τῆς θείας βοηθείας ἐπιλησμονὴν προσηγόρευσε. Παρακαλεῖ δὲ μὴ εἰς τέλος ἐπιληθῆναι, τουτέστι, μὴ παντελῶς τῆς θείας γυμνωθῆναι προνοίας.

Ἕως πότε ἀποστρέψεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ;

Ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὀργιζομένων, καὶ τοὺς τούτοις προσκεκρουκότας ὁρᾷν οὐ βουλομένων, τέθεικε τουτὶ τὸ ῥητόν. διὸ μετ' ὀλίγα ἐπάγει· Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με. οὔτε πρόσωπον νοῶν τὸ πρόσωπον, οὔτε ἀποστροφὴν τὴν ἀποστροφὴν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων πάλιν σχηματίζει τὸν λόγον.

β΄. Ἕως τίνος θήσομαι βουλὰς ἐν ψυχῇ μου, ὀδύνας ἐν καρδίᾳ μου, ἡμέρας καὶ νυκτός;

Νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ξυχόμενος διατελῶ, καὶ τοὺς λογισμοὺς στρέφων τε καὶ ἀνελίττων, ποτὲ μὲν ἀπολαύσεσθαι φιλανθρωπίας ἐλπίζων, ποτὲ ἀμφιβάλλων εἰ τεύξομαι· ἄλλοτε δὲ ἀπαγορεύω τὰς χρηστοτέρας ἐλπίδας.

γ΄. Ἕως πότε ὑψωθήσεται ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμέ;

δ΄. Ἐπίβλεψον, καὶ εἰσάκουσόν μου κύριε.

Ταῦτα καὶ ἡμῖν ἁρμόττει λέγειν ὑπὸ τοῦ διαβόλου πολεμουμένοις, καὶ τὴν θείαν συμμαχίαν καλεῖν.

VSQVE QVO Domine obliuiſcêris me in finem?

Procraſtinationem diuini auxilij, obliuionem appellauit. Obſecrat autem ne in finem obliuioni tradatur: id eſt, ne omnino diuinâ prouidentiâ deſtituatur.

Vſquequò auertis faciem tuam à me?

Ex tranſlatione excandeſcentium, & eos qui ſe offenderunt, videre nolentium, hoc dictum poſuit: ideò paulò pòſt dicit: *Reſpice in me, & miſerere mei.* Neque faciem vt faciem intelligens, neque auerſionem vt auerſionem; ſed ab humanis rebus iterùm orationem format.

2. Quamdiu ponam conſilia in animâ mea, * dolores in corde meo * die & nocte? * *Vulgatâ* dolorem * per diem

Cùm dies noctéſque conficiar, cogitationes voluens & reuoluens, aliquando quidem clementiam adipiſci ſpero; aliquando verò ambigo, an voti compos futurus ſim; interdum verò meliores ſpes abijcio, ac deſpero. *Curarum moleſtia.*

3. Vſquequò exaltabitur inimicus meus ſuper me?

4. Reſpice, & exaudi me Domine.

Hæc & nos à diabolo oppugnatos dicere, diuinamque opem ſemper implorare conuenit.

PARAPHRASIS PATRVM.

Triſtitia nocti ſimilis.

Illumina oculos meos, ne vmquam obdormiam in morte:

Nam nocte calamitatum circumdatus, veluti quodam ſomno mœrore detineor. ſi verò auxilij tui lux affulſerit, & calamitatum noctem diſſipabit, & mœſtitiæ ſomnum ſedabit: ſin autem opem differas, timeo ne in mortem ſomnus incidat, cùm triſtitia cogitationibus fortior facta ſit.

Riſus inimicorum intolerabilis.

5. Ne quando dicat inimicus meus, Præualui aduerſus eum.

Ne, inquit, inimicorum riſui me expo- nas: hoc enim mihi omnium rerum grauium grauiſſimum accideret.

Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero:

6. Ego autem in miſericordia tua ſperaui.

Et hinc manifeſtum eſt, quòd poſt peccatum, hunc Pſalmum dictauerit. Non enim iuſtitiæ, ſed miſericordiæ confidit, & huic ſe confiſum fuiſſe dicit.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo:

Siquidem modò ſpem in miſericordia habeo; ſalutis verò compos factus, & à mœrore diſcedam, atque cum omni delectatione animi hymnorum cantilenam concinam. Hoc enim ſubiungens, ait:

Cantabo Domino qui bona tribuit mihi, & pſallam nomini Domini altiſſimi.

Nomen Dei inuocandum.

Etſi enim inexplicabilem tuam naturam ignoro; tamen mihi nomen tuum ſufficit, ad colendum & decantandum, omneque iuſtum auxilium poſtulandum: credo enim me hoc conſecuturũ eſſe, ſi nomẽ tantùm inuocauero.

Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον.

Τῇ νυκτὶ γὰρ τῶν συμφορῶν περιεχόμενος, οἷόν τινι ὕπνῳ τῇ ἀθυμίᾳ κατέχομαι. εἰ δὲ φανείη τῆς σῆς ἐπικουρίας τὸ φῶς, καὶ τὴν νύκτα διασκεδάσει τῶν συμφορῶν, καὶ τὸν ὕπνον παύσει τῆς ἀθυμίας· εἰ δὲ ἀναβάλλοις τὴν βοήθειαν, δέδοικα μὴ εἰς θάνατον ὁ ὕπνος μεταπέσῃ, ἰσχυροτέρας τῆς λύπης γενομένης τῶν λογισμῶν.

έ. Μήποτε εἴπῃ ὁ ἐχθρός μου, ἴσχυσα πρὸς αὐτόν.

Μή με, φησι, τοῖς δυσμενέσιν ἀποφήνῃς ἐπίχαρτον· πάντων γάρ μοι τῶν ἀνιαρῶν ἀνιαρότατον τοῦτο.

Οἱ θλίβοντές με ἀγαλλιάσονται, ἐὰν σαλευθῶ·

ϛ´. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ ἐλέει σου ἤλπισα.

Καὶ ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς μετὰ τὴν ἁμαρτίαν τοῦτον εἴρηκε τὸν ψαλμόν. οὐ γὰρ δικαιοσύνῃ, ἀλλ᾽ ἐλέει θαρρεῖ, καὶ τούτῳ πεποιθέναι φησί.

Ἀγαλλιάσεται ἡ καρδία μου ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου.

Νῦν γὰρ τὰς ἐλπίδας εἰς τὸν ἔλεον ἔχω· τῆς δὲ σωτηρίας ἀπολαύσας, καὶ τῆς ἀθυμίας ἀπαλλαγήσομαι, καὶ μετὰ θυμηδίας ἁπάσης τὴν ὑμνῳδίαν ποιήσομαι. Τοῦτο γὰρ ἐπάγων φησίν·

Ἄσω τῷ κυρίῳ τῷ εὐεργετήσαντί με, καὶ ψαλῶ τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ ὑψίστου.

Εἰ γὰρ τὴν ἄρρητον οὐκ ἐπίσταμαι φύσιν, ἀλλ᾽ οὖν ἀπόχρη μοι τὸ ὄνομά σου, εἰς τὸ προσκυνεῖν, καὶ ὑμνεῖν, καὶ πᾶσαν δικαίαν ἐπικουρίαν αἰτεῖν. πιστεύω γὰρ ὡς τεύξομαι, καὶ τοῦτο μόνον καλῶν.

COMMENTARIVS.

I. VSQVEQVO DOMINE.] Noui, inquit, Domine, quòd tu quidem tamquam agonotheta conſtitueris me prolixioribus certaminibus illuſtriorem declarare victorem: verumtamen cùm te inuocem, & non exaudiar, ſuſpicor me derelictum. Arqui haud paruum etiam

Bonum eſt

α´. ΕΩΣ ΠΟΤΕ ΚΥΡΙΕ.] Γινώσκω, φησὶν, ὅτι σὺ μὲν κύριε, ὡς ἀγωνοθέτης, διὰ μακροτέρων με παλαισμάτων βούλει περιφανέστερον νικητὴν ἀναδεῖξαι· ἀλλ᾽ ἐγὼ ἐπικαλούμενος, καὶ μὴ ἀκουόμενος, ὑφορῶμαί σου ἐγκατάλειψιν. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ

τοῦτο

τοῦτο ἀγαθὸν, τὸ λαμβάνειν αἴσθησιν τῆς τοῦ θεοῦ λήθης, ἤτοι ἐγκαταλείψεως. Μὴ γὰρ πάθος νόμιζε τοῦτο. Οὗτος δὲ καὶ τὸν χρόνον ἀναλογίζεται. Τὸ γὰρ, Ἕως πότε μακρὸν χρόνον δεικνύντος ἐστὶ, διὸ καὶ θρηνεῖ, καὶ τὴν ἀναβολὴν τῆς βοηθείας, λήθην ὠνόμασε· καὶ ἀξιοῖ μὴ εἰς τέλος ἐπιλησθῆναι, τουτέστι τῆς θείας γυμνωθῆναι προνοίας. Εἶδος δὲ θεοῦ προνοίας ἂν εἴη καὶ ἡ ἐγκατάλειψις. Ὅταν γὰρ προνοῶν, καὶ κηδόμενος καταφρονεῖται, ἀφίησιν ἡμᾶς, ἵνα γνῶμεν ὅπερ πεπόνθαμεν. Παιδεύσει σε γὰρ ἡ ἀποστασία σου. Τὸ δὲ, Ἕως πότε ἀποστρέψεις; ἐκ μεταφορᾶς ὀργιζομένων δεσποτῶν, καὶ μὴ βουλομένων τοὺς προσκεκρουκότας τῶν οἰκετῶν ὁρᾶν, τέθεικεν. Ἀπὸ γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων σχημάτων, τὰς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας δείκνυσι. τοῦτο γὰρ ἐπιτεταμένης λήθης. Ἀποστρέφει δὲ ὁ θεὸς πρόσωπον αὐτοῦ, ὅταν ἀνάξια πράττωμεν τῶν ἐπιταγμάτων αὐτοῦ. Πρόσωπον δὲ θεοῦ εἴη ἂν ἡ εὐεργετικὴ, καὶ ἐποπτικὴ, καὶ προνοητικὴ αὐτοῦ δύναμις. Ἀποστρέφεται δὲ, ἵνα μειζόνως ἡμᾶς ἐπισπάσηται. ὥσπερ καὶ ἐραστὴς μανικὸς τὸν ἐρώμενον ὑπερορῶν ἐγκαταλιμπάνει, οὐκ ἐκβάλλων τῆς διανοίας, ἀλλ' ἐπιστρέψαι βουλόμενος. εἰπὼν δὲ τὴν ἀποστροφὴν, λέγει καὶ τὰ τῇ λήθῃ προσγινόμενα.

β'. ΕΩΣ ΤΙΝΟΣ ΘΗΣΟΜΑΙ ΒΟΥΛΑΣ;] Ὁ Σύμμαχος, μέριμναν ἐν τῇ καρδίᾳ μου καθ' ἡμέραν. Ὡς γὰρ ὁ τοῦ λιμένος ἐξελθὼν, πανταχοῦ πλανᾶται· καὶ ὁ φωτὸς στερηθεὶς, πολλοῖς προσπταίει· οὕτως καὶ ὁ εἰς λήθην ἐμπεσὼν τοῦ θεοῦ, φροντίσιν ἐκδίδοται· ὡσεὶ ἔλεγε· Ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τρυχόμενος διατελῶ, καὶ τοὺς λογισμοὺς στρέφω καὶ ἑλίττω, καὶ ποτὲ μὲν ἀπολαῦσαι φιλανθρωπίας ἐλπίζω, ποτὲ δὲ ἀμφιβάλλων εἰ τεύξομαι, ἀπαγορεύω τὰς χρηστοτέρας ἐλπίδας, μήπως ἄρα ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ἀποθανοῦμαι. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο εἰς τὸν θεὸν ἐπιστρέψαι, πρὸς ἑαυτὸν τὸ τήκεσθαι, τὸ ὀδυνᾶσθαι, τὸ λόγον ποιεῖσθαι αὐτοῦ τῆς ἀποστροφῆς. Ὡς γὰρ μεθ' ἡμῶν ὄντος θεοῦ πάντα ἐκ ποδῶν τὰ λυποῦντα φεύγεται, οὕτως ἀποστάντος καὶ ἐπιλαθέντος, καὶ ψυχὴ διακόπτεται, καὶ καρδία ὀδυνᾶται, καὶ τὰ ἐναντία ἐπεμβαίνουσι, καὶ πάντα σκόπελοι καὶ κρημνοί. διὸ ἐπήγαγεν, Ἕως πότε ὑψωθήσεται] ὁ ἐχθρός μου; Ὑψοῦται γὰρ ἐχθρὸς, ταπεινουμένου

Vſquequò exaltabitur inimicus meus ?

hoc bonum eſt, ſenſum habere obliuionis ſeu derelictionis Dei. Neque verò exiſtimes hunc affectum eſſe inordinatum. Quin & temporis hic inijt rationem: nam iſtud *Vſquequo*, vocabulum eſt prolixum tempus denotantis; quare etiam luget, atque auxilij dilationem, obliuionem appellauit; & rogat ne obliuiſcatur in finem, id eſt, ne diuinâ prouidentiâ deſtituatur. Atqui etiam ipſa deſertio, ſpecies quædam eſt diuinæ prouidentiæ. Quando enim contemnitur, dum prouidet, ac noſtri curam habet; deſerit nos, vt agnoſcamus beneficium id, quo affecti fuimus. Inſtruet enim te defectio tua. Illud autem, *Vſquequò auertis*? ſumpſit ex metaphora excandeſcentium dominorum, & famulos, quibus offenſi ſunt, videre nolentium. A figuris enim ſeu formulis loquendi humanis, diuinas demonſtrat actiones. ſiquidem hoc profundæ obliuionis eſt. Auertit autem Deus faciem ſuam, quando mandatis eius indigna gerimus. Porrò Dei facies eſſe poſſit, vis eius benefaciendi, & inſpiciendi, ac prouidendi. Auertitur autem, vt magis nos alliciat: quemadmodum etiam inſanus amator, eum quem amat deſpiciens derelinquit; haudquaquam ipſum ex animo eijciens, ſed eum conuerti volens. Cùm autem dixiſſet auerſionem, recenſet etiam quæ obliuioni acciderunt.

2. QVAMDIV PONAM CONSILIA?] Symmachus legit, *ſolicitudinem in corde meo per diem*. Quemadmodum enim is qui portu egreſſus eſt, vbique errat vagabundus; & qui luce priuatus eſt, in plurimos impingit: ſic etiam qui in obliuionem Dei incidit, curis traditur. quaſi dixerit: Per ſingulos dies curis me conficio, & cogitationes voluo ac reuoluo, & aliquando quidem clementiam adipiſci ſpero; aliquando verò ambigens an adepturus ſim, meliores ſpes abijcio, ne fortaſſis in peccato moriar. Non parum verò & hoc ad Deum conuertendum momenti habet, ſi quis in ſe ipſo liqueſcat, ſi lugeat, ſi auerſionem eius magni faciat. Sicut enim Deo nobiſcum exiſtente, omnes è veſtigio triſtitiæ fugiunt; ſic ipſo recedente & obliuiſcente, & anima conuellitur, & cor mœret, & aduerſa ingruunt, & vbique ſcopuli & præcipitia exiſtunt, idcircò ſubiunxit: Exaltatur enim inimicus, dum humiliatur

COMMENTARIVS PATRVM.

habere ſenſum deſertionis Dei.

Auerſio Dei ab improbis.

Qui Dei obliuiſcitur, curis obruitur inutilibus.

COMMENTARIVS PATRVM.

Satanæ exaltatio, eſt hominum humiliatio.

is aduerſus quem habet inimicitiam, ſicut etiam contrà. Satanæ autem exaltatio eſt hominum humiliatio. Quemadmodum enim Deus in ſalute noſtra exaltatur, ita diabolus in perditione extollitur. Hæc etiam nos dicere conuenit quando oppugnamur, & diuinum auxilium aduerſus diabolum expoſcere. Sufficit, inquit, ipſi, ſi ſemel fuerit exaltatus, quando ego per peccatum humiliatus fui, vt quid iterùm exaltatur, dum nihil efficio rogando? Vt itaque humilietur,

4. RESPICE, ET EXAVDI ME DOMINE.] Inſpice, inquit, & vide quantum ipſe inſoleſcat. Et, ſi non propter meam miſeriam, attamen propter eius arrogantiam & inſolentiam, exaudi me. At cur primùm dixit, *reſpice*, ac deinde *exaudi?* Rogat vt ad proba facinora ſua attendat, & hoc modo preces eius admittat; quaſi nimirum Deus non exaudiat, niſi quis iuſtus exiſtat. Quoniam verò homini & luce oriente, & oculo ſano

Deus lux vera.

opus eſt; Deus autem eſt lux vera, & tenebræ in eo non ſunt vllæ; Propheta autem occæcatus erat, non ſecundùm externum oculum, ſed ſecundùm interiorem in concupiſcentia; idcircò Deum quaſi medicum rogat, dicens: *Illumina oculos meos, ne vmquam obdormiam in morte*, non illâ communi generis noſtri, ſed propriâ peccati.

Peccatum mors animæ.

Illa enim verè mors eſt, quæ animam à Deo ſeparat. Vel etiam hoc modo, q. d. In nocte calamitatum deprehenſus, veluti ſomno quodam mœrore detineor; quòd ſi verò auxilij tui lux mihi affulſerit, vtraque diſſipabit. Si enim opem differas, vereor ne ſomnus mihi mors fiat, dum triſtitia ſuperat cogitationes. Quin etiam inimicus, ſi viderit me in peccati mortem incidiſſe, dicet: *Quoniam prænalui aduerſus eum.* & ſibi, & viribus proprijs omnia adſcribet: noſtra enim ruina

Noſtra ruina, dæmoni lætitia.

ipſi vires addit. Quin & affligentes me inſultabunt, & irridebunt, & ſubſannando dicent: Quomodo Dauid, qui hæc magnifica verba iactabat, & iactabundus dicebat, *Et non mouebor in æternum*, loco motus eſt, & cecidit?

6. EGO AVTEM IN MISERICORDIA TVA SPERAVI.] At illi quidem, tamquam aduerſarij, & verbis, & factis, contra me ad luctam vnguntur; ego verò non in iuſtitia mea, ſed in miſericordia tua confido,

τοῦ πρὸς ὃν ἡ ἔχθρα· ὥσπερ καὶ τοὐναντίον. Καὶ τοῦ σατανᾶ δὲ ὕψος, ἡ τῶν ἀνθρώπων ταπείνωσις. ὡς γὰρ ὁ Θεὸς ἐν τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν ὑψοῦται, οὕτως ὁ διάβολος ἐν τῇ ἀπωλείᾳ ἐπαίρεται. Ταῦτα καὶ ἡμῖν ἁρμόττει πολεμουμένοις λαλεῖν, καὶ τὴν θείαν ἐξαιτεῖν συμμαχίαν κατὰ τοῦ διαβόλου. Ἀρκεῖ, φησὶν, αὐτῷ ἅπαξ ὑψωθέντι, ἐν τῷ ἐμὲ τῇ ἁμαρτίᾳ ταπεινωθῆναι, ἵνα τί καὶ πάλιν ὑψοῦται, ἐν τῷ μηδὲν ἐμὲ ἀνύειν αἰτοῦντα; ἵνα οὖν ταπεινωθῇ,

δ΄. ΕΠΙΒΛΕΨΟΝ, ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΜΟΥ ΚΥΡΙΕ.] Ἔπιδε, φησὶ, καὶ ἴδε αὐτὸν ἐπὶ πόσον μεγαλαυχούμενον. καὶ εἰ μὴ διὰ τὴν ἐμὴν ταλαιπωρίαν, ἀλλ᾽ οὖν διὰ τὴν ἐκείνου ἀλαζονείαν καὶ ἀπόνοιαν, εἰσάκουσόν μου. Καὶ διὰ τί πρῶτον ἐπίβλεψον, καὶ οὕτως εἰσάκουσον; Παρακαλεῖ ἰδεῖν αὐτοῦ τὰ κατορθώματα, καὶ οὕτω παραδέχεσθαι τὰ αἰτήματα· ἢ ὡς τοῦ Θεοῦ μὴ ὑπακούοντος, εἰ μή τις δίκαιος εἴη. Ἐπεὶ δὲ χρεία τῷ ἀνθρώπῳ καὶ φωτὸς ἀνατέλλοντος, καὶ ὀφθαλμοῦ ὑγιαίνοντος· φῶς δέ ἐστιν ἀληθινὸν ὁ Θεὸς, καὶ σκότος ἐν αὐτῷ οὐκ ἔνεστι, ἐσκοτίσθη δὲ ὁ προφήτης, οὐ τὸν ἔξω, ἀλλὰ τὸν ἐντὸς ὀφθαλμὸν ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ, ὡς ἰατρὸν οὖν ἀξιοῖ τὸν Θεὸν, Φώτισον, λέγων, τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον, οὐ τὸν κοινὸν τοῦ γένους, ἀλλὰ τὸν τῆς ἁμαρτίας ἴδιον. Θάνατος γὰρ ἐκεῖνος κυρίως, ὁ τὴν ψυχὴν χωρίζων ἀπὸ Θεοῦ. Ἢ οὕτως· ἐν τῇ νυκτὶ τῶν συμφορῶν περιληφθεὶς, οἷον τινι ὕπνῳ τῇ ἀθυμίᾳ κατέχομαι· εἰ δὲ τῆς σῆς ἐπικουρίας μοι ἐπιλάμψει τὸ φῶς, διασκεδάσει ἀμφότερα. Ἀναβαλλομένου γάρ σου τὴν θείαν ἐπικουρίαν, δέδοικα μὴ ὁ ὕπνος γένηται θάνατος, περιγινομένης τῆς λύπης τῶν λογισμῶν. Εἴπῃ δὲ καὶ ὁ ἐχθρὸς, εἰς τὸν τῆς ἁμαρτίας θάνατον κατενεχθέντα ἰδών με· Ὅτι ἴσχυσα πρὸς αὐτόν. καὶ ἑαυτῷ, καὶ τῇ οἰκείᾳ ἰσχύϊ τὸ πᾶν ἐπιγράψει. ἡ γὰρ ἡμῶν ἧττα ἐκείνῳ ἰσχὺν προστίθησιν. Ἀλλὰ καὶ οἱ λυποῦντες σκιρτήσουσι, καὶ γελάσουσι, καὶ μυκτηρίζοντες λέξουσι, πῶς Δαβὶδ ὁ μεγάλα καυχώμενος, καὶ οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα, μεγαλαυχῶν, ἐσαλεύθη, καὶ ἔπεσεν;

ϛ΄. ΕΓΩ ΔΕ ΕΝ ΕΛΕΕΙ ΣΟΥ ΗΛΠΙΣΑ.] Ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν καὶ λόγοις καὶ ἔργοις, ὡς ἀντίπαλοι κατ᾽ ἐμοῦ ἀλείφονται· ἐγὼ δὲ, οὐ τῇ δικαιοσύνῃ μου, ἀλλὰ τῷ ἐλέει σου θαρρῶ,

καὶ

καὶ προσανέχω. Διὸ καὶ σωτήριον δέδωκας, ἤτοι τὸν σὸν υἱὸν, ἐπὶ τῇ παρὰ σοῦ σωτηρίᾳ ἀγαλλιαθεῖσαν ἕξω τὴν καρδίαν, τὴν διὰ τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν σὴν ὑπέρθεσιν ὀδυνηθεῖσαν. Καὶ τῆς ἀθυμίας ἀπαλλαγεὶς, ᾄσω σοι τῷ κυρίῳ, ἤτοι ᾠδὴν ἀναθήσω εὐχαριστήριον, οὐκ τῇ θεωρίᾳ μόνῃ, ἀλλὰ καὶ τῷ ψάλλειν. Θεωρίαν μὲν γὰρ τὸ ᾄδειν, ἐνέργειαν δὲ πρακτικὴν τὸ ψάλλειν δηλοῖ· καὶ τούτῳ διαφέρει ψαλμὸς ᾠδῆς. Ὡς εὐγνώμων δὲ καὶ εὔελπις, καὶ πρὶν λαβεῖν, ὡς ἤδη λαβὼν εὐχαριστεῖ. Ἰστέον δὲ ὡς οὐ κεῖται τὸ ᾄσω καὶ ψαλῶ, παρ᾽ οὐδενὶ τῶν ἄλλων.

& innitor. Quoniam verò etiam dediſti ſalutare, ſiue filium tuum; idcircò pro ſalute à te parta cor exultans obtinebo, quod ob peccatū & tui neglectum mœrebat. Et à mœrore liberatus cantabo tibi Domino, id eſt, canticum gratulatorium tibi offeram; non ſolùm contemplando, ſed etiam pſallendo. Siquidem *canere*, contemplationem; *pſallere* verò, actionem ſignificat; & in hoc differt pſalmus ab oda. Ceterùm, tamquam mentis ac ſpei bonæ, etiam antequam accipiat, perinde ac ſi iam accepiſſet, gratias agit. Notandum verò quòd apud nullum è ceteris interpretibus habeatur, *Cantabo & pſallam.*

CATENA PATRVM.

Quæ ſit differentia inter canere & pſallere.

CATENA PATRVM.

α. ἝΩΣ ΠΟΤΕ ΚΥΡΙΕ ΕΠΙΛΗΣΗ ΜΕ;] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ μικρὸν ἀγαθὸν, τὸ λαμβάνειν αἴσθησιν τῆς θεοῦ λήθης. λήθην δὲ μὴ πάθος εἶναι νόμιζε, ἀλλὰ τὴν ἐγκατάλειψιν. Πολλοὶ γοῦν τοῦτο παθόντες, οὐδ᾽ αὐτὸ τοῦτο ἴσασιν, οὐδὲ ὀδύρονται. Οὗτος δὲ ὁ μακάριος, οὐ μόνον αὐτὸ ᾔδει, ἀλλὰ καὶ τὸν χρόνον ἀνελογίζετο. Τὸ γὰρ ἕως πότε, δεικνύντος ἦν μακρὸν ὄντα τὸν χρόνον, διὰ τοῦτο καὶ ὀδύρεται καὶ θρηνεῖ. Καὶ πόθεν ᾔδει ὅτι ἐπελάθετο αὐτοῦ ὁ θεός; Ἐπειδὴ ᾔδει, καὶ πότε ἐμέμνητο, καὶ σαφῶς ἠπίστατο, τί μὲν λήθη, τί δὲ μνήμη. Οὐ καθάπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅταν αὐτοῖς κατὰ ῥοῦν ἅπαντα τὰ τοῦ βίου φέρηται, τότε νομίζουσι μεμνῆσθαι αὐτῶν τὸν θεόν· διὰ τοῦτο οὐδὲ ὅταν ἐπιλανθάνεται αὐτῶν, ἴσασιν. Οἱ γὰρ τῆς λήθης τὸ σημεῖον οὐκ εἰδότες, οὐδὲ τῆς μνήμης ἴσασι. Πολλῶν γὰρ εὐθυμούντων κατὰ τὸν βίον θεὸς ἐπιλανθάνεται, καὶ μάλιστα τούτων· τῶν δὲ ἐν τοῖς ἐναντίοις ὄντων μέμνηται πολλάκις. Μνήμην γὰρ οὐδὲν οὕτως ποιεῖ παρὰ τῷ θεῷ, ὡς τὸ ἀγαθόν τι ποιεῖν, τὸ νήφειν, τὸ ἐγρηγορέναι, τὸ ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι. Ἡ λήθη οὖν οὐδέν ἐστιν, ἢ τὸ ἐν ἁμαρτίαις εἶναι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θεοῦ γὰρ λήθη χαλεπὴ μὲν, καὶ πρόσκαιρος· ἀλλὰ μὴν θάνατον ἐπιφέρει παντελῆ, καὶ ἀθάνατον.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Λήθην γὰρ θεὸς ποιεῖται τῶν ἐπιλανθανομένων αὐτοῦ διὰ τῆς ἁμαρτίας,

1. VSQVEQVO DOMINE OBLIVISCERIS ME?] CHRYSOSTOMI. Haud paruum bonum eſt, ſenſum capere obliuionis Dei. Obliuionem autem, non putes eſſe paſſionem, ſed deſertionem. Multi igitur cùm hoc patiantur, ne id ipſum quidem norunt, neque deflent. Hic autem ſanctus non ſolùm hoc ſciebat, verùm etiam tempus ſupputabat. Nam per illud *Vſquequò* denotabat tempus fuiſſe longum: idcircò etiam luget ac lamentatur. Et vnde ſciebat Deum ipſius oblitum eſſe? Quia nimirum ſciebat quando ipſius recordaretur: & exactè callebat, quid quidem obliuio, quid verò memoria exiſteret. Non vt ceteri homines, qui quando res huius vitæ omnes ipſis proſpero fluxu feruntur, tunc exiſtimant ipſorum meminiſſe Deum; quamobrem etiam non nouerunt, quando Deus eorum oblitus ſit. Qui enim non nouerunt ſignum obliuionis, neque etiam recordationis ſignum rectè norunt. Multorum enim, quibus res huius vitæ proſperè ſuccedunt, Deus obliuiſcitur, & quidem horum maximè; cùm ſæpenumerò meminerit eorum qui in aduerſis exiſtunt. Nihil enim adeò nobis Dei memoriam conciliat, quàm ſi boni quidpiam agamus, ſi ſobrij ſimus, ſi vigilemus, ſi virtuti incumbamus. Obliuio itaque nihil eſt aliud, quàm in peccatis exiſtere.

Deſertio Dei nobis deflenda.

Vnde ſciamus Deum noſtri obliuiſci, aut recordari.

HESYCHII. Grauis ſanè eſt obliuio Dei, etiam temporaria: quin imò mortem adfert omnimodam & immortalem.

Obliuio Dei mortem adfert.

EVSEBII. Obliuiſcitur enim illorum Deus, qui peccando eius obliuiſcuntur; &

Deus obliuiſcitur peccatorū.

CATENA PATRVM.

& auertit faciem ſuam ab eis qui turpe quid committunt, illos aſpectu ſuo indignos iudicans. Idcircò à conſcientia ſua ſtimulatus, & Dei iudicium formidans, ſubiungit:

2. QVAMDIV PONAM CONSILIA?] ATHANASII. Angore enim, inquit, diſcrucior, cum anima mea conſilium capiens, ne fortè in peccato moriar. Et hoc eſt quod maximè dolores animo meo adfert.

ORIGENIS. Plurima quis primùm ponit conſilia in anima ſua; deinde perficit in omnibus magnum conſilium Dei, cùm ſpiritus requieuerit ſupra radicem Ieſſe.

3. VSQVEQVÒ EXALTABITVR INIMICVS?] ATHANASII. Nam ſi colentibus nobis Deum, deprimitur inimicus; manifeſtum eſt, quòd peccantibus nobis extollitur.

Exaltatio ſatanæ, noſtra depreſſio.

HESYCHII. Exaltatio enim ſatanæ, depreſſio eſt hominum. Nam ſicut Deus in ſalute noſtra exaltari, ſic diabolus in perditione extolli dicitur.

CHRYSOSTOMI. Propheta autem hîc tres iuſtas adfert rationes, ad perſuadendum Domino, vt reſpiciat, & faciem ſuam ad ſe conuertat, ſuámque deprecationem exaudiat, nempe vires ac robur inimicorum, & præ hoc elationem & arrogantiam ipſorum, tertiò denique lætitiam & exultationem eorum; tantùm-non dicens: Etſi non propter meam deprecationem, meamque miſeriam faciem tuam ad me conuertas, Domine, tamen propter inſolentiam inimicorum (quoniam viribus ſuis multùm confidunt, & malis meis gaudent, & lapſus meos irrident) exaudi me, & illumina oculos meos, aufer à me altum iſtum ſomnum, quem in peccatis meis obdormiens, propè ad animæ meæ mortem produxi. Nam ſi ſolummodò à tua protectione dimouear, hoc ſibi gaudium, & gloriam, & robur eſſe putant, & in hoc ſuperbiunt, & intolerabiles fiunt. ſi verò etiam ad mortem redactus fuero, quid non hi facient?

Somnus peccati, ad mortem ducis.

6. EGO AVTEM IN MISERICORDIA TVA SPERAVI.] CHRYSOSTOMI. Vidiſti humilitatem Prophetæ? Tametſi innumera proba facinora haberet recenſenda, perque illa Deum ſibi cōciliare poſſet; nihil horum cōmemorat,

Non in factu proprio, ſed in

καὶ ἀποστρέψῃ τὸ πρόσωπον ἀπὸ τῶν αἰσχρόν τι πραττόντων, ἀναξίους εἶναι κρίνας τῆς ἐποπτείας αὐτοῦ. Διόπερ ὑπὸ τοῦ συνειδότος νυττόμενος, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δεδιὼς κρίσιν, ἐπάγει·

β'. ΕΩΣ ΤΙΝΟΣ ΘΗΣΟΜΑΙ ΒΟΥΛΑΣ;] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀνιῶμαι γάρ, φησι, βουλευόμενος κατὰ ψυχήν, μήπως ἄρα ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ἀποθανοῦμαι. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ μάλιστα ὀδύνας τῇ ψυχῇ μου κατασκευάζει.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Βουλὰς τίθεταί τις πρότερον πλείονας ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, εἶτα ἐπιτελεῖ τὴν ἐπὶ πᾶσι μεγάλην βουλὴν τοῦ Θεοῦ, ὅταν τὸ πνεῦμα ἀνεπαύσατο ἐπὶ τὴν Ἰεσσαὶ ῥάβδον.

γ'. ΕΩΣ ΠΟΤΕ ΥΨΩΘΗΣΕΤΑΙ Ο ΕΧΘΡΟΣ;] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰ γὰρ θεοσεβούντων ἡμῶν ταπεινοῦται ὁ ἐχθρός, δῆλον, ὅτι ἁμαρτανόντων ὑψοῦται.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὕψος γὰρ τοῦ σατανᾶ, ἡ τῶν ἀνθρώπων ταπείνωσις. Καθάπερ γὰρ ὁ Θεὸς ἐν τῇ σωτηρίᾳ ὑψοῦσθαι τῇ ἡμετέρᾳ, οὕτως ὁ διάβολος ἐν τῇ ἀπωλείᾳ ἐπαίρεσθαι λέγεται.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τρία δὲ δικαιώματα προσάγει εἰς τὸ δυσωπῆσαι τὸν δεσπότην ὁ προφήτης, ὅπως ἐπιβλέψῃ, καὶ ἐπιστρέψῃ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν, καὶ εἰσακούσῃ τῆς δεήσεως αὐτοῦ· τὸ κράτος καὶ τὴν ἰσχὺν τῶν ἐχθρῶν, καὶ παρὰ τοῦτο τὸ ὕψωμα, καὶ τὴν ἔπαρσιν αὐτῶν, καὶ τρίτον τὴν εὐφροσύνην καὶ τὴν ἀγαλλίασιν αὐτῶν, μονονουχὶ λέγων, ὡς εἰ καὶ μὴ διὰ τὴν ἐμὴν δέησιν, καὶ διὰ τὴν ἐμὴν ταλαιπωρίαν ἐπιστρέψεις μοι τὸ πρόσωπόν σου κύριε, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀλαζονείαν τῶν ἐχθρῶν, διότι ἐπὶ ἰσχύϊ φρονοῦσι μέγα, διότι ἐπιχαίρουσι τοῖς κακοῖς μου, καὶ ἐπιγελῶσί μου τὰ πτώματα· εἰσάκουσόν μου, καὶ φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, ἄφελε τὸν βαθὺν ὕπνον, ὃν ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ὑπνώσας, παρὰ βραχὺ πρὸς τὸν τῆς ψυχῆς ἀπενύσταξα θάνατον. Εἰ γὰρ μόνον ἀπὸ τῆς σῆς ἀσφαλείας σαλευθῶ, χαρὰ αὐτοῖς, καὶ μεγαλαυχία, καὶ ἰσχὺς τοῦτο νομίζεται, καὶ τοῦτο μεγαφρονοῦσι, καὶ εἰσιν ἀνύποιστοι. ἂν καὶ εἰς θάνατον κατενεχθῶ, τί οὐκ ἂν οὗτοι ποιήσειαν;

ς'. ΕΓΩ ΔΕ ΕΠΙ ΤΩ ΕΛΕΕΙ ΣΟΥ ΗΛΠΙΣΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες ταπεινοφροσύνην προφήτου; Καίτοι μυρία ἔχων εἰπεῖν κατορθώματα, καὶ δι' αὐτῶν δυνάμενος δυσωπῆσαι τὸν Θεόν, οὐδὲν τούτων λέγει,

ἀλλ'

ἀλλ' ὅτι μόνον τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ καταφεύγει. ὥστε δῆλον, ὅτι δι' ὅτι ταῦτα λέγει· Εἰ ἐποίησα τοῦτο, εἰ ἀπέδωκα, καὶ τοιαῦτα, εἰς πολλὴν ἀνάγκην τοῦ εἰπεῖν ἐμπεσὼν ταῦτα λέγει· ἧς μὴ παρούσης, οὐδὲν ἐκείνων φησὶν, ἀλλὰ τὸ ἔλεος καὶ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ ἀντὶ πάσης ἱκετηρίας προβάλλεται. εἶτα καὶ πεποιθὼς, ὅτι τῆς ἐλπίδος οὐ ψευσθήσεται, ἐπάγει· Ἀγαλλιάσεται ἡ καρδία μου. Εἶδες εὔελπιδα ψυχήν; Ἤτησε, καὶ πρὶν ἢ λαβεῖν, εὐχαριστεῖ, καὶ ᾄδει τῷ θεῷ, καὶ πάντα τῶν ἀπειληφότων διαπράττεται. Πόθεν δὲ οὕτως ἦν εὔελπις; ἀπὸ πολλῆς εὐγνωμοσύνης, ἀπὸ πολλῆς σπουδῆς τῆς πρὸς τὴν αἴτησιν. Ἤδει, ὅτι τῶν οὕτως αἰτουμένων θεὸς εἰσακούει. Τοῦτο, φησι, τὴν ἐμὴν εὐφραίνει ψυχήν.

ſed ad ſolam Dei miſericordiam confugit. Vnde manifeſtum fit, ipſum, quando iſtiuſmodi narrat, *Si feci hoc, ſi retribui*, & ſimilia, neceſſitate magna adactum iſta dixiſſe; quâ abſente, nihil iſtorum adfert; ſed miſericordiam clementiamque Dei pro omni ſupplicatione profert. Deinde etiam confiſus, ſe ſpe ſuâ minimè fruſtratum iri, ſubiungit: *Exultabit cor meum.* Vides animam bonâ ſpe plenam? Poſtulauit, & antequam acciperet, gratias agit, & Deo canticum offert, omniaque facit quæ ſolent ij qui acceperunt. Vndenam autem tam bona illi ſpes eſt? à proba conſcientia, & petendi diligentia. Sciebat quippe Deum exaudire eos qui hoc modo poſtulant. Hoc, inquit, animã meam lætificat.

CATENA PATRUM. *miſericordia Dei ſpes habenda.*

ANNOTATIONES CORDERII.

1. SCHOLION Græcum in titulo poſt nomen *Dauid*, addit hæc verba: Γενναῖος χειρὶ, καὶ μόνος, καὶ ποθεινός, καὶ οὗτος ἀγαπητός, *potens manu, & ſolus, & deſideratus, & hic amabilis.* quæ breue quodammodo Dauidis elogium continent. Nam inprimis potens manu fuit, qui leonem & vrſum diſcerpſit, apprehendens mentum eorum, & interficiens eos: *Et miſit manum ſuam in peram, tulitque vnum lapidem, & fundâ iecit, & circumducens percuſſit Philiſthæum in fronte, præciditque caput eius.* Solus verò non ſemel derelictus fuit, quando à facie Saulis & filij ſui Abſalomi fugit in Nobe ad Achimelech Sacerdotem, & ſæpiùs in ſpeluncam & deſertum, & ſe vnicum & pauperem profitetur. Verè quoque deſideratus & amabilis; qui fuit vir ſecundùm cor Dei, typus Chriſti, in quo promiſſiones factæ ſunt ſalutis in Iſraël, & totius generis humani.

Dauid manu potens, & amabilis. — 1. Reg. 17, 35. & 49. — 1 Reg. 21, 1. — Pſ. 24, 16. — Act. 13, 22.

IBIDEM. *Vſquequò Domine obliuiſcêris me in finem?*] S. Chryſoſt. ſuperiùs in Catena ad hunc locum expendit aduerbium illud, *vſquequò*. Diſceſſerat quidem Dauid à Deo per peccatum; ſed non longiùs, neque diu: & tamen dolet, & angitur, & dicit *Vſquequò*. Quia nimirum viro iuſto, vel per inſtans à Deo diſcedere, longiſſimum tempus videbâtur. Atque idcircò, perinde ac ſi Dominus & ab oculis, & ab animo, atque à memoria Dauidem prorſus aboleuiſſet, ita ſuum ſtatum ac vicem deplorat. Pro *obliuiſceris*, Græcè eſt ἐπιλήσῃ, quod eſt futuri temporis; S. Chryſoſtomus tamen ait alium legere in præſenti, ἐπιλανθάνῃ με τελείως, *obliuiſceris mei omnino.* vterque ſenſus bonus eſt, & in idem recidit. Sic vice verſâ illud alterum hemiſtichium, quod Vulgata in præſenti effert, *Auertis faciem tuam à me*; Sixtina editio Græca in futuro extulit, ἀποστρέψεις, *auertes*; vti etiam Aquila, Symmachus & Theodotion, qui habent, κρύψεις, *abſcondes*, quomodo etiam S. Hieron. vertit. *Auertere* autem vel *abſcondere faciem* Deus in Scriptura dicitur, cùm incommodis afficit, & iratus eſſe videtur, tranſlatione ab hominibus petitâ, qui nolunt eum intueri, erga quem graui animo ſunt. *Oſtendere* verò *faciem*, vel *reſpicere* dicitur Deus, cùm fauet, & malis medetur. Quâ etiam phraſi auctores profani vtuntur. *Nam niſi quis nos Deus reſpexerit*, ſcribit Attico Tullius, id eſt ſubſidio fuerit. Hinc etiam paulò pòſt Dauid Deum rogat, vt ſe reſpiciat.

Iuſto graue eſt, vel momento à Deo diſcedere.

Abſcondere & oſtendere faciem quid ſignificet in Scripturis.

2. *Quamdiu ponam conſilia?*] S. Auguſt. numero ſingulari *conſilium* legit; & apud S. Chryſoſt. alius vertit, τάξω γνώμας, *ordinabo ſententias.* quaſi militaria innuat conſilia & ſtratagemata, quibus Saülis & inſequentium ſe hoſtium furorem effugere, & eorum inſidias euitare poſſet. Res ſanè permoleſta, deliberare diu ancipiti anxioque animo, & conſultare captareque conſilia, quid inter tot diſcrimina facto ſit opus, quæ ratio ineunda euadendi: totâ die his agitari trepidis dubijſque cogitationibus, & continuâ malorum expectatione, quæ ſit ipsâ morte, dum non occurrit quo pacto effugiatur, toleratu difficilior. Quapropter ſubdit:

IBIDEM. *Dolores in corde meo.*] Græcè, ὀδύνας, S. Auguſtinus & Vulgata, *dolorem*; Symmachus, μέριμναν ἐν τῇ διανοίᾳ μου καθ' ἡμέραν, *ſolicitudinem in mente mea per diem.*

Hîc breuiter notandus eſt ordo, qui eſt in tribus primis verſibus; & poſteà etiam in ſequentibus. In primo enim quærit quod ad Deum pertinet, *Vſquequò obliuiſceris? vſquequò auertis?* In ſecundo quærit quod ad ſe pertinet: *Quamdiu ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo?* In tertio quærit quod ad inimicum ſuum pertinet: *Vſquequo exaltabitur inimicus meus?* Tria enim illum malè habebant, ſcilicet Dei neglectus, malorum cruciatus, & inimici gloriatio. Quo autem ordine conqueſtus eſt, eodem & liberationem à malis precatur. Nam contra id quod ipſum in Deo malè habebat, dicit: *Reſpice, exaudi me Domine.* Et *reſpice* quidem, vt annotauit D. Auguſt. refertur ad id quod dictum

Ordo & nexus verſuum huius Pſalmi.

ANNOTATIONES CORDERII.

ctum eſt, *Vſquequò auertis faciem tuam à me?* *Exaudi* refertur ad id quod dictum eſt, *Vſquequò obliuiſceris me in finem?* Contrà id verò quod ipſum in ſe cruciabat, dixit: *Illumina oculos meos, ne vmquam obdormiam in morte.* Contra inimici gloriationem ſubijcit, *Ne quando dicat inimicus meus: Præualui aduerſus eum.*

4. *Illumina oculos meos, ne vmquam obdormiam in morte.*] *Illuminare oculos*, Hebræis tantumdem valet ac dare ſpiritum vitalem: vitæ enim præcipuus vigor in oculis apparet. Hoc ſenſu dicit Salomon, tam pauperis quàm creditoris oculos à Domino illuminari. Et cùm Ionathas præ inedia deficeret, dicit ſacra hiſtoria, caliginem fuiſſe offuſam eius oculis: rurſum poſtquam fauum mellis guſtauit, lucem eius oculis fuiſſe redditam. Similis ferè metaphora eſt in verbo *dormiendi*, cùm ad mortem trahitur. Itaque fatetur Dauid, niſi à Deo affulgeat lux vitæ, ſe mortis tenebris ſtatim iri obrutum: ac ſe iam eſſe quaſi exanimem, niſi Dominus vigorem inſpiret. Vbi notandum hunc frequentem eſſe in Scripturis tropum, quo qui in malis verſantur, in tenebris degere; & qui malis liberantur, illuminari, hoc eſt recreari dicantur. Alter magis myſticus huius loci ſenſus eſt, iuxta quem petat lumine gratiæ diuinæ perfundi, ne per ignorantiam incidat in mortem peccati, & æternæ damnationis. A quo peccati ſomno Paulus hortatur vnumquemque vt ſurgat, his verbis: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Quæ verba putat B. Thomas ex Pſalmo 40. deprompta eſſe, vel ex Iſaiæ cap. 60. aut, vt alij, ex Eccleſiaſtici cap. 24.

Prou. 29, 13. 1. Reg. 14, 27.

Tenebræ pro quouis malo accipiuntur, & peculiariter pro peccato.

Eph. 5, 14.

5. *Ne quando dicat inimicus meus*, &c.] Simile quid in alio Pſalmo deprecatur: *Quia dixi, Nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.* Sic etiam Iudith ait: *Vt non dicant Gentes, Vbi eſt Deus eorum?* Hæc autem indignitas non parui eſt apud Deum momenti, vt nobis opem ferat; quia nimirum impij proteruè pijs inſultando, ipſimet Deo iniuriam inferunt, quem impotentem aut infidum arguunt, quòd ſuis cuſtoribus non opituletur. Quorſum enim tendunt eorum ludibria, niſi vt irritum & inane eſſe perſuadeant, quidquid pollicitus eſt Deus? cùm igitur proprium Dei ſit munus, compeſcere improborum proteruiam, quoties in ſuis ſceleribus gloriantur, meritò talem iactantiam impediri poſtulat Dauid, Deum rogans, ne ſeruum ſuum impijs ridendum propinet.

Pſ. 37, 17. Iudith 7, 21.

Inimicorum riſus Deum prouocat ad ſuorum tutelam.

6. *Ego autem in miſericordia tua ſperaui.*] Hæc optimè notat Ianſenius duobus modis accipi poſſe. Primò, vt intelligamus, hîc Prophetam coram Deo adducere ſpem ſuam in illum, ac promittere cantica gratiarum actionis, vt per hæc Deum ad exaudiendum inflectat. Secundò, vt intelligamus, hîc Dauidem propter ſpem in Deum, quæ numquam confundit, ſibi pollicentem exauditionem, vt ſit ſenſus: Quoniam ego ſemper ſperaui in miſericordia tua, ideò certò confido fore, vt cor meum de ſalute per te obtentâ exultet. Ac ſi diceret: Quamuis nunc ferè perditus videri queam, ego tamen per tuam miſericordiam me ſaluum fore & incolumem ſpero. Docet itaque hic locus, cùm nos vrgent extremæ tentationes, ſtatuendam eſſe Dei gratiam ante oculos, vt inter ſumma quæque diſcrimina benè ſperemus, & totam noſtram fiduciam in ſolo Deo repoſitam habeamus.

Spes Dauidis in Dei miſericordia eſt.

In periculis ſperandum in Deum.

IBIDEM. *Exultabit cor meum in ſalutari tuo.*] Significat ſe ex corde, id eſt ſincerè & abſque fuco, Deum celebraturum, & in eius ſalutari lætaturum. quod nihil aliud eſt, quàm lætitiæ materiam ex mera eius miſericordia & bonitate petere, quoniam in ea conſiſtit tota felicitas. Subintelligenda enim eſt antitheſis inter gaudium, quod ex ſeipſis captant homines, & quod in Deo quærunt. Ac quò melius exprimat Dauid, ſe nihil ſibi facere reliquum, quod ipſum vanâ delectatione detineat; *exultandi* verbum addit, quo ſignificat plenum lætitiæ cumulum ſibi in Deo omni ex parte conſtare, vt ne minima quidem gutta alibi quærenda ſit.

Exultatio & gaudium in ſolo Deo ſit.

IN PSALMVM XIII. ARGVMENTVM.

In finem, Pſalmus Dauid.

Etiam hic Pſalmus in finem remittit; quoniam futura prædicit. Argumentum verò eius hoc eſt: Sennacherib Rex Aſſyriorum aliquando Iudæam bello infeſtauit, multaſque ciuitates cepit; has quidem pactione, illas verò obſidione. Cùm verò etiam ſperaret Ieroſolymam obtinere, miſit Rabſacem ad Ezechiam, qui tunc temporis Iudæis imperabat, execrationibus, ſermonibuſq; impijs aduerſus Deum vtentem. Dicite (*enim aiebat*) Ezechiæ: Ne te decipiat Deus tuus, cui tu ipſe confiſus es, quoniam liberabit Ieruſalem de manu mea. *Ezechias verò, cùm eius magnũ exer-*

4. Reg. 18, & 19.

Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς εἰς τὸ τέλος παραπέμπει, ἐπειδὴ μέλλοντα προαγορεύει. Ἡ δὲ ὑπόθεσίς ἐστιν αὕτη. Ἐπεστράτευσε Σενναχηρὶβ ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς τῇ Ἰουδαίᾳ ποτὲ, καὶ πολλὰς πόλεις εἷλε, τὰς μὲν ὁμολόγῳ, τὰς δὲ πολιορκίᾳ. Ἐλπίσας δὲ καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ περιέσεσθαι, ἀπέστειλε Ῥαψάκην πρὸς Ἐζεκίαν, τὸν τηνικαῦτα τῶν Ἰουδαίων βασιλεύοντα, βλασφήμοις κατὰ τοῦ θεοῦ, καὶ δυσχερέσι χρώμενον λόγοις. Εἴπατε (γὰρ ἔλεγεν) Ἐζεκίᾳ, Μή σε ἀπατάτω ὁ θεός σου, ἐφ᾽ ᾧ σὺ πέποιθας ἐπ᾽ αὐτῷ, ὅτι ῥύσεται τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκ χειρός μου. Ὁ δὲ Ἐζεκίας, καὶ τῆς μεγίστης αὐτοῦ στρα-

τιᾶς

πᾶς, καὶ τῆς τῶν λόγων μανίας καταφρονήσας, τῇ οἰκείᾳ χρώμενος εὐσεβείᾳ, τὴν θείαν ἐπεκαλέσατο συμμαχίαν, καὶ παραυτίκα ταύτης ἀπήλαυσεν. Ὁ γὰρ δίκαιος θεὸς δι' ἑνὸς ἀγγέλου, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας τῶν Ἀσσυρίων ἀνεῖλε, τοὺς δὲ ἄλλους ἔτρεψεν εἰς φυγὴν, καὶ τοῖς πολιορκουμένοις τὴν παράδοξον σωτηρίαν ἐπόρισεν.

citum & verborum veſaniam deſpexiſſet, propria pietate vſus, diuinam opem implorauit; & hanc ſtatim conſecutus eſt. Nam iuſtus Deus per vnum Angelum, centum octoginta quinque millia Aſſyriorum perdidit; alios verò in fugam conuertit, atque inopinatam ſalutem obſeſſis conceſſit. PARAPHRASIS PATRVM.

PARAPHRASIS.

α. ΕΙΠΕΝ ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἔστι θεός.

Σφόδρα τοῖς τοῦ Σενναχηρὶβ καὶ τοῦ Ῥαψάκου λόγοις συμβαίνει τοῦ ψαλμοῦ τὸ προοίμιον.

1. DIXIT inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.

Exordium Pſalmi valdè congruit ſermonibus Sennacherib & Rabſacis.

Διεφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασιν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός.

Ὑπόθεσις, φησὶ, καὶ ῥίζα τῆς ἀσεβείας ἡ τοῦ βίου διαφθορά. εἰς ἀκολασίαν γὰρ σφᾶς αὐτοὺς καὶ θηριώδη βίον ἐκδεδωκότες, τοῦ θεοῦ τὴν μνήμην τῆς διανοίας ἐξέβαλον. ἠκολούθησαν δὲ τῇ τοῦ ἡγουμένου παραπληξίᾳ καὶ οἱ ὑπήκοοι.

Corrupti & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: nō eſt qui faciat * bonitatem, non eſt vſq; ad vnum. * Vulg. bonum,

Fundamentum, inquit, & radix impietatis, vitæ corruptela eſt. Cùm enim ſemetipſos intemperantiæ atque ferinæ vitæ addixiſſent; Dei memoriam à mente proiecerunt. Subditi autem ducis etiam inſaniam ſecuti ſunt. Corruptela morum, radix impietatis.

β. Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἰδεῖν εἰ ἔστι συνιὼν, ἢ ἐκζητῶν τὸν θεόν.

2. Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.

γ. Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός.

3. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat * bonitatem, non eſt vſq; ad vnum. * Vulg. bonum,

[Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν.

Ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει· ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα.

Σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν, οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.]

[Sepulcrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant: venenum aſpidum * labia eorum. * Vulg. ſub labijs

Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.

Contritio & infelicitas in viis eorum: & viam pacis non cognouerunt; non eſt timor Dei ante oculos eorum.]

Ἐκείνων μέντοι τοιαῦτα καὶ δρώντων καὶ λεγόντων, οὐκ ἠνείχετο ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν,

Illos vtique iſtiuſmodi & facientes & dicentes, haud tulit is qui in altis habitat, &

PARAPHRASIS PATRVM.

Deum non latent cogitationes impiorum. Gen. 18, 20

& humilia reſpicit; verùm cùm exactè etiam cogitationes examinauerit, vidit omnes, tam impietate quàm iniquâ vitâ implicatos. Hæc ſimilia videntur ijs quæ ad Abraham dicta ſunt: *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt*, &c.

4. Nónne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam* in cibo panis?

* *Vulg.* ſicut eſcam

5. Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Deus ſuos defendit, & terret hoſtes.

Vos, inquit, qui deuoratis, noluiſtis hoc cognoſcere. Verùm ex ipſo rerum euentu diſcetis, meum populum vobis haud expugnatu facilem futurum; neque quemadmodum panem, qui comeditur, ipſum deuorabitis, meâ prouidentiâ contemptâ. Hoc enim dicit: *Dominum non inuocauerunt.* Propterea vos qui audacter loquimini, & nihil veremini, timori & terrori ſuccumbetis, & in fugam conuertemini, cùm nemo vos exterruerit, aut perſecutus fuerit. Nam hoc declarant verba iſta, *Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.*

6. Quoniam Dn̄s in generatione *iuſtorū̄ eſt: conſilium inopis confudiſtis, quoniam Dn̄s ſpes eius eſt.

* *Vulg.* iuſta

Ezechias Deo gratus ſeruatur.

Hæc autem facit vniuerſorum Dominus, ob Ezechiæ virtutem, & generationem ſub ipſo piè inſtitutam. Cuius, vt vilis hominis, deſpiciendo irriſiſtis ſpem firmam, quam in me collocauit. hanc enim Conſilium vocauit, pro propoſito. Ille quidem tamquam ſacram anchoram ſpem meam apprehendit; atque ſalutis compos factus fuit, vti ſperauerat.

7. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſraël?

Chriſtus ortus ex Sion.

Duplicem hic locus hãbet vaticinationem. Non ſolùm enim tunc factam ſalutem obſeſſis prædicit; verùm etiam multis pòſt temporibus, ſalutarem Saluatoris noſtri aduentum, qui illinc exortus eſt, vaticinatur.

* *Vulg.* auerterit

Cùm * conuerterit Dominus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob, & lætabitur Iſraël.

καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ· ἀλλ' ἐξέτασιν ἀκριβῆ καὶ αὐτῶν τῶν λογισμῶν ποιησάμενος, εἶδεν ἅπαντας, καὶ τῇ δυσσεβείᾳ, καὶ τῇ τοῦ βίου παρανομίᾳ κατεχομένους. Ταῦτα ἔοικε τοῖς πρὸς Ἀβραὰμ εἰρημένοις· Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας πεπλήθυνται καὶ τὰ ἑξῆς.

δʹ. Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου ἐν βρώσει ἄρτου;

εʹ. Τὸν κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο, ἐκεῖ ἐδειλίασαν φόβον, οὗ οὐκ ἦν φόβος.

Οὐκ ἠβουλήθητε, φησιν, οἱ κατεσθίοντες συνιδεῖν. Τὸ δὲ δι' αὐτῆς μαθήσεσθε τῶν πραγμάτων τῆς πείρας, ὡς οὐκ ἔσται ὑμῖν εὐάλωτος ὁ ἐμὸς λαός. οὐδὲ καθάπερ ἄρτον τινὰ ἐσθιόμενον δαπανήσετε αὐτὸν, τῆς ἐμῆς προμηθείας καταφρονοῦντες. Τοῦτο γὰρ λέγει· Τὸν κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο. οὗ τῇ χάριτι οἱ ἀδεῶς τοιαῦτα φθεγγόμενοι, καὶ μηδὲν ἀδημονοῦντες, φόβῳ καὶ δειλίᾳ περιπεσεῖσθε, καὶ εἰς φυγὴν τραπήσεσθε, μηδενὸς τῶν ἀνθρώπων ὑμᾶς ἐκπλήττοντος, καὶ διώκοντος. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, Ἐκεῖ ἐδειλίασαν φόβον, οὗ οὐκ ἦν φόβος.

ϛʹ. Ὅτι κύριος ἐν γενεᾷ δικαίων· βουλὴν πτωχοῦ κατῃσχύνατε, ὁ δὲ κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ ἐστί.

Ταῦτα ποιεῖ τῶν ὅλων ὁ κύριος, διὰ τὴν τοῦ Ἐζεκίου ἀρετὴν, καὶ τὴν εὐσεβῶς ὑπ' ἐκείνου ποιμαινομένην γενεάν. οὗ ὡς εὐτελοῦς, ὑμεῖς καταφρονήσαντες ἐκωμῳδήσατε τὴν εἰς ἐμὲ βεβαίαν πεποίθησιν. ταύτην γὰρ ἐκάλεσε βουλὴν, ἀντὶ τοῦ σκοπόν. Ἐκεῖνος μέντοι καθάπερ ἄγκυραν τὴν ἐμὴν κατέσχεν ἐλπίδα, καὶ μέντοι καὶ τετύχηκε τῆς σωτηρίας, ὡς ἤλπισε.

ζʹ. Τίς δώσει ἐκ Σιὼν σωτήριον τῷ Ἰσραήλ;

Τοῦτο δὲ διπλῆν ἔχει τὴν προφητείαν. Οὐ γὰρ μόνον τὴν τηνικαῦτα γενομένην τοῖς πολιορκηθεῖσι προαγορεύει σωτηρίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν πολλοῖς ὕστερον χρόνοις τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενομένην ἐκεῖθεν σωτήριον ἐπιφάνειαν.

Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ.

Ἐπεί-

Ἐπειδὴ αἱ δέκα φυλαὶ ἤδη ἦσαν ἐξηνδραποδισμέναι, καὶ μέντοι καὶ τῆς Ἰουδαίας πόλεις συχναί, ἐπεύχεται κἀκείνας τῆς αὐτῆς τῆς σωτηρίας τυχεῖν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀπολαβεῖν. Τηνικαῦτα ἔσται, φησί, μείζων ἡ εὐφροσύνη τῷ διπλῆν ἔχοντι ὀνομασίαν λαῷ· οὐ μόνον γὰρ Ἰακώβ, ἀλλὰ Ἰσραὴλ ὠνομασθέντι, καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῷ προπάτορι τεθείσης ὀνομασίας κληρονομήσαντι.

Cùm enim decem tribus, & multæ Iudæorum ciuitates iam pridem in ſeruitutem redactæ eſſent, rogat etiam vt illæ ſalutem eamdem conſequantur, & libertatem recipiant. Tunc erit, inquit, maxima lætitia populo, qui geminam habet appellationem: ſiquidem non tantùm Iacob, verùm etiam Iſraël nominabatur, vtpote cognominis, à Deo ipſorum auo impoſiti, heres. COMMENTARIVS PATRVM. *Iacob etiam Iſraël dictus.*

COMMENTARIVS.

β'. ΕΙΠΕΝ ΑΦΡΩΝ ΕΝ ΚΑΡΔΙΑ ΑΥΤΟΥ.] Ἰδικῶς μὲν, ὡς εἴρηται, ἐπὶ Ῥαψάκου, ἁρμόσει δὲ καὶ κατὰ πάντων ἀθέων καὶ βλασφήμων τὰ ῥήματα. τῶν γὰρ τοιούτων οἱ μὲν οὐδὲ εἶναι θεόν, οἱ δὲ εἶναι μὲν, ἀλλὰ μὴ προνοεῖν ἔλεγον. Καὶ πάντες εἰς ἀθεΐαν ἐτράπησαν, εἰ καὶ καρδίᾳ ταῦτα ἔλεγον, ἀλλ' οὐ στόματι, τὰς φυσικὰς ἐννοίας, ἃς εἶχον περὶ θεοῦ, αἰσχυνόμενοι. Ἄφρων οὖν, οὐχ ὁ κοινῶν ἐννοιῶν λειπόμενος, ἢ τῆς συνδεαστικῆς ἐντρεχείας· ἀλλ' ὁ τῆς μιᾶς τῶν ἀρετῶν, τῆς φρονήσεως, περὶ ἧς εἴρηται· Ὁ κτώμενος φρόνησιν, ἀγαπᾷ αὐτήν. Ὅτι γὰρ εἶχε τὴν φυσικὴν ἐντρέχειαν, παρίστησιν ἡ λέξις δηλοῦσα, ὡς οὐκ εἰς ἐπήκοόν τινων, ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ λέγει μὴ εἶναι θεόν. τῷ ὄντι γὰρ ἐν τῇ τοῦ λέγοντος ἄφρονος καρδίᾳ οὐκ ἦν, πανταχοῦ ὤν. ἢ ἄφρονα τὸν διάβολόν φησιν, ὃς ἐν καρδίᾳ τοῦτο, καὶ ἐν ἑαυτῷ εἶπε. τί δὲ ἀπὸ τούτου συμβέβηκε;

ΔΙΕΦΘΑΡΗΣΑΝ ΚΑΙ ΕΒΔΕΛΥΧΘΗΣΑΝ ΕΝ ΕΠΙΤΗΔΕΥΜΑΣΙΝ.] Εἰ δὲ ἐν ἐπιτηδεύμασι διεφθάρησαν, οὐχ ἡ φαύλη ἔννοια διαφθείρει, ἀλλὰ τὸ ἐκ ταύτης ἀποτέλεσμα. ἀπὸ γὰρ τοῦ νομίσαι μὴ εἶναι θεὸν, ἐξέδωκαν ἑαυτοὺς παντὶ βδελυκτῷ καὶ πονηρῷ ἐπιτηδεύματι, ὡς μή τινα εὑρεθῆναι χρηστότητος ἀντεχόμενον· ὅθεν ἐπάγει·

β'. ΚΥΡΙΟΣ ΕΚ ΤΟΥ ΟΥΡΑΝΟΥ ΔΙΕΚΥΨΕ.] Διέκυψε, φησίν, ὁ κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἰδεῖν εἰ εὕροι τινὰ χρηστότητος ἐργάτην· καὶ οὐκ ἦν. Ἐξ οὐρανοῦ δὲ τὸν πανταχοῦ παρόντα διακύψαι λέγει, ἀνθρωπίνως σχηματίζων τὸν λόγον, ἢ ἐκ τῶν καλλίστων τούτων ἐθέλων δηλῶσαι μερῶν, ὡς ἐν τῷ· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἢ τὴν ἐπιδημίαν δηλῶν. Ἡ γὰρ πάντων ἔκλησις ἀναγκαίαν δέδειχε τοῦ

2. DIXIT INSIPIENS IN CORDE SVO.] Hæc verba quidem, vti dictum, propriè ſunt de Rabſace, verùm adaptabuntur etiam omnibus impijs ac maledicis: ſiquidem horum aliqui non eſſe Deum; alij verò eſſe quidem, ſed non habere prouidentiam, dixerunt. Atqui omnes ad impietatem deflexerunt, tametſi corde hæc dixerint, & non ore, naturales quos de Deo habebant, inſtinctus reueriti. Inſipiens igitur eſt, non qui communibus ſenſibus deſtitutus, vel diſcurſus ſolertiâ; ſed qui vnicâ virtute, prudentiâ, caret, de quâ dicitur: *Qui poſſidet prudentiam, diligit eam.* Quòd enim habuerit diſcurſum naturalem, ipſemet textus indicat; quoniam non ad auditorem quempiam, ſed in corde ſuo dixit, non eſſe Deum. Reuerà enim in inſipientis corde non erat, qui aliàs vbique eſt. Vel inſipientem vocat diabolum, qui illud in corde, & apud ſemetipſum dixit. Quid porrò hinc euenit? *Impij Deum negant.* *Inſipiens corde qui Deum negat.*

CORRVPTI ET ABOMINABILES FACTI SVNT IN STVDIIS SVIS.] Si autem in ſtudijs ſuis corrupti fuerint, non ipſa praua cogitatio corrumpit, ſed id quod ex hac perficitur. Eo enim quòd non putarint eſſe Deum, ſemetipſos omni abominabili ac prauo ſtudio addixerunt, ita vt nullus reperiretur probitatis ſtudioſus. vnde ſubiungit:

2. DOMINVS DE CÆLO PROSPEXIT.] Proſpexit, inquit, Dominus de cælo, ad videndum, ſi reperiat aliquem cultorem probitatis: & non erat. Dixit autem, eum qui vbique præſens eſt, de cælo proſpexiſſe, humano more ſermonem formans; vel ex pulcherrimis partibus hunc volens ſignificare, vti in illo, *Pater noſter qui* Math. 6, 9 *es in cælis*; vel aduentum deſignans. omnium enim vocatio oſtendit neceſſariam fuiſſe *Quid ſit proſpicere Deum de cælo.*

COMMENTARIVS PATRVM.

præſentiam Saluatoris. Si autem declinauerint, vtique recti erant; & ſi inutiles facti ſint, vtique à ſtatu vtili excidentes, inutiles facti ſunt & infames.

4. NONNE COGNOSCENT OMNES?] Hoc per interrogationem legendum, talis enim eſt conſtructio: Nónne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, quòd Dominus in conſilio iuſtorum ſit? vel per affirmationem, q. d. Cùm non cognoſcant iam eruditi, cognoſcent afflicti ac lamentantes. Quid cognoſcent? Quoniam Deus vltionum Dominus. Alius dixit vaticinium hoc eſſe de vocatione Gentium, quæ conuertendæ erant. Quocircà etiam interrogat, annon, Domino adueniente, ſint à feritate ceſſaturæ, & Dominum cognituræ? Non dixit autem, Qui edunt, ſed *qui deuorant*, feris agreſtibus ipſos comparans propter immanitatem. Tam ſunt acerbi, inquit, vt pro cibo ac pane nos conſumant: & cùm hoc faciant, Dei leges intelligere noluerunt. Ceterùm cùm tam immanes ſint, & tam proni ad iniquitatem, vnde timorem minimè expectabát, inde perturbati ſunt. Quam ob cauſſam? vt cognoſcát, quoniam Dominus in conſilio iuſtorum, curam gerens eorum qui curam habent iuſtitiæ. Quaſi enim interrogatus reſpondit. Si enim in medio duorum ac trium reperitur; quantò magis in integra generatione quæ iuſtitiam operatur? Poſſunt autem hæc etiam accipi de Sennacherib, & Rabſace, qui Ieroſolymam obſidebat. Noluiſtis, inquit, domi, ſiue per vos, quod oportebat, agnoſcere; per experientiam cognoſcetis, populum meum haud expugnatu facilem eſſe; neque ipſum quaſi panem deuorabitis, prouidentiam meam contemnentes. Hoc enim denotant verba iſta, *Dominum non inuocauerunt*. Quocircà qui nihil timebatis, pauore concidetis nemine perſequente: hoc enim volunt iſta verba, *Vbi non erat timor*. Etſi enim, inquit, inopis conſilium, ſiue propoſitum Ezechiæ, quem inopem vocat, ſecundùm prudentiam extenuaſtis, ac ſi vobis reſiſtere non valeret; verumtamen ego Dominus, ad quem confugit per orationem, ſpes eius ſum, atque ita ipſum defendam, vt cognoſcatis etiam vos, quòd qui ſperat in Deum, non confundatur.

Impij cognoſcunt Deum in ſupplicijs.

Cognoſcitur Deus in conſilio iuſtorum.

Deus adiutor pauperum.

7. QVIS DABIT EX SION SALVTARE?] Sic oportebat, inquit, & ipſum ſperare, & Deum

σωτῆρος τὴν παρουσίαν. εἰ ἐξέκλιναν δὲ, πάντως ὅτι εὐθεῖς ὄντες· καὶ εἰ ἠχρειώθησαν, πάντως ὅτι ἐκ τοῦ εὐχρήστου μεταπεσόντες, ἠχρείωνται, καὶ ἠτίμων.

δ'. ΟΥΧΙ ΓΝΩΣΟΝΤΑΙ ΠΑΝΤΕΣ;] Τοῦτο κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον· τὸ γὰρ ἑξῆς οὕτως. Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅτι κύριος ἐν βουλῇ δικαίων; Ἢ κατὰ βεβαίωσιν, Μὴ γνόντες, φησὶ, νουθετούμενοι, γνώσονται ὀδυνώμενοι. Τί γνώσονται; Ὅτι θεὸς ἐκδικήσεων κύριος. Ἄλλος περὶ τῆς κλήσεως εἶπε τοῦτο τῶν ἐθνῶν προφητείαν εἶναι, μελλόντων μεταβληθῆναι. Διὸ καὶ ἐρωτᾷ, μὴ τοῦ κυρίου ἐλθόντος οὐ παύσονται τῆς θηριωδίας, καὶ ἐπιγνῶσι τὸν κύριον; Οὐκ εἶπε δὲ, οἱ ἐσθίοντες, ἀλλ' οἱ κατεσθίοντες, θηρίοις αὐτοὺς διὰ τὸ ὠμὸν παραβάλλων. Οὕτως εἰσὶ πικροὶ, ὅτι ἀντὶ βρώματος καὶ ἄρτου καταδαπανῶσιν ἡμᾶς, καὶ τοῦτο δρῶντες, τοὺς τοῦ θεοῦ νόμους γνῶναι οὐκ ἠβουλήθησαν. Ἀλλ' οἱ οὕτω θρασεῖς, οἱ οὕτως ἠρεθισμένοι πρὸς ἀδικίαν, ὅθεν οὐ προσεδόκησαν φόβον, ἐκεῖθεν ἐπτόηνται. Διὰ τί; Ἵνα γνῶσιν, ὅτι κύριος ἐν βουλῇ δικαίων, κηδόμενος τῶν ἐπιμελουμένων τῆς δικαιοσύνης. Ὡς γὰρ ἐρωτηθεὶς, ἀπεκρίνατο. Εἰ γὰρ ἐν μέσῳ δύο καὶ τριῶν εὑρίσκεται, πόσῳ μᾶλλον ἐν ὁλοκλήρῳ γενεᾷ δικαιοσύνην ἐργαζομένῃ; Ἔστι δὲ ἐκλαβεῖν ταῦτα καὶ ἐπὶ Σενναχηρεὶβ, καὶ Ῥαψάκου πολιορκοῦντος Ἱερουσαλήμ. Οὐκ ἐβουλήθητε, φησὶ, οἴκοθεν συνιδεῖν, τὸ δέον, διὰ τῆς πείρας γνώσεσθε, ὡς οὐκ ἔστιν εὐάλωτος ὁ λαός μου· οὐδὲ καθάπερ ἄρτον δαπανήσητε αὐτὸν, τῆς ἐμῆς προμηθείας καταφρονοῦντες. Τοῦτο γὰρ, Τὸν κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο. οὗ χάριν οἱ μηδένα δεδιότες, δειλίᾳ περιπεσεῖσθε, μηδενὸς διώκοντος. τοῦτο γὰρ τὸ, οὗ οὐκ ἦν φόβος. Κἂν γὰρ τὴν τοῦ πτωχοῦ βουλὴν, ἤτοι τὸν σκοπὸν τοῦ Ἐζεκίου, ὃν πτωχὸν καλεῖ, κατὰ τὸ φρόνημα ἐξηυτελίσατε, ὡς οὐ δυνηθέντα ἀντάραι ὑμῖν· ἀλλ' ὁ κύριος ἐγὼ, πρὸς ὃν κατέφυγε δι' εὐχῆς, ἐλπὶς αὐτοῦ εἰμι, καὶ οὕτως αὐτοῦ ἀντιλήψομαι, ὡς γνώσεσθαι καὶ ὑμᾶς, ὅτι ὁ εἰς θεὸν ἐλπίζων οὐ καταισχύνεται.

ζ'. ΤΙΣ ΔΩΣΕΙ ΕΚ ΣΙΩΝ ΤΟ ΣΩΤΗΡΙΟΝ;] Οὕτως ἐχρῆν, φησὶ, κἀκεῖνον ἐλπίσαι, καὶ τὸν θεὸν

Θεὸν παρασχεῖν· τίς γὰρ ἕτερος δυνατὸς, ἢ αἰχμαλωσίαν λῦσαι καὶ ἐπαναγαγεῖν, ἢ εὐφροσύνην προξενῆσαι τῷ δήμῳ παντὶ, πλὴν μόνου Θεοῦ; Ἢ διὰ τὸ τὰς δέκα φυλὰς ἤδη ἐξηνδραποδίσθαι, ἐπεύχεται κἀκείνας τυχεῖν σωτηρίας καὶ ἐλευθερίας. Οὕτω γὰρ μείζων, φησὶν, ἔσται ἡ εὐφροσύνη, τῷ διπλῆν ἔχοντι προσηγορίαν λαῷ, Ἰακώβ τε ὀνομαζομένῳ καὶ Ἰσραήλ. Ἢ πάντων ἐκκλινάντων, ἐπεὶ λοιπὸν χρεία τοῦ σῶσαι δυναμένου ἦν, καὶ ἁμαρτίας ἀφεῖναι, ἥκει ὁ ῥυόμενος ἐκ Σιὼν, τῆς κάτω καὶ ἄνω. Διὸ καὶ σωζόμενοι τῶν ἐθνῶν, οἱ ἀληθῶς Ἰσραὴλ καὶ Ἰακὼβ, δίκαιοι καὶ προφῆται, συναγαλλιάσονται, πληρουμένων αὐτοῖς τῶν προηγγελμένων. Καὶ Συμεὼν γὰρ εἰπὼν, Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, ἐπήγαγε, Δόξαν λαοῦ σου Ἰσραὴλ, τίς δώσει; Ὅρα δὲ πῶς διψᾷ τὸν καιρὸν, καὶ οἷον μέλλοντος οὐκ ἀνέχεται, καθ' ὃν ἐπιλάμψειν ἔμελλε τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, εἴτ' οὖν ὁ μονογενὴς υἱός. Φησὶ δὲ αὐτὸν υἱὸν τοῦ Ἰσραὴλ, τάχα που διὰ τὸ ἀφικέσθαι πρὸς αὐτοὺς προηγουμένως. Οὐκ ἀπεστάλην γὰρ, φησὶν, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα οἴκου Ἰσραὴλ τὰ ἀπολωλότα.

Deum opem præbere. Quis enim alius poſſit, vel captiuitatem ſoluere & reducere, vel lætitiam conciliare populo vniuerſo, præter Deum ſolum? Vel, quòd decem tribus iam in captiuitatem redactæ erant; rogat vt & illæ ſalutem ac libertatem cõſequantur. Sic enim, inquit, maior erit lætitia populo, qui geminam appellationem habet, Iacob nempe atque Iſraël nuncupato. Vel, cùm omnes declinaſſent; quoniam deinceps opus erat aliquo, qui ſaluare poſſet, atque peccata dimittere; venit redemptor ex Sion inferiore atque ſuperiore. Quare etiam qui ſaluandi erant ex Gentibus, cùm ſint verè Iſraël & Iacob, viri iuſti ac Prophetæ, collætabuntur, cùm promiſſiones ipſis factæ fuerint adimpletæ. Etenim Simeon, quando dixerat, *Lumen ad reuelationem Gentium*, ſubiunxit, *Gloriam plebis tuæ Iſraël*, quis dabit? Vide autem quomodo ſitiat tempus illud, & quaſi futurum non ſuſtineat, quo illuceſcere debebat ſalutare Dei, nempe Filius vnigenitus. Dicit autẽ ipſum filium Iſraël, quia nimirum primariò ad ipſos mittendus erat. *Non enim miſſus ſum*, inquit, *niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël.*

COMMENTARIVS PATRVM.

Solus Deus poteſt ſalutem dare.

Luc. 2, 32.

Matth. 15, 24.

CATENA PATRVM.

ά. ΕΙΠΕΝ ΑΦΡΩΝ ΕΝ ΚΑΡΔΙΑ ΑΥΤΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τῶν δὲ ἀθέων οἱ μὲν μὴ εἶναι Θεὸν παντελῶς ἔδοξαν, ἀλλ' εἶναι διάκενον ὄνομα. οἱ δὲ μὴ ὄντα ἀνέπλασαν, τὸν ὄντα παρωσάμενοι. οἱ δὲ εἶναι μὲν ἔφασαν, μὴ προνοεῖν δὲ τῶν ἐπὶ γῆς. Οἱ δὴ πάντες εἰς ἀθεΐαν περιετράπησαν, φρονοῦντες οὕτως, εἰ καὶ μὴ ἐτόλμων εἰπεῖν, δι' ἃς ἔχουσι πάντες φυσικὰς ἐννοίας περὶ Θεοῦ. διὸ καρδίᾳ ἔλεγον, ἀλλ' οὐ στόματι. ἐν τούτῳ γὰρ καὶ πολλοὺς λέγειν ἐδόκουν θεούς. ἠλέγχοντο δὲ ἀφ' ὧν ἔδρων. ἀπὸ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Μηδεμιᾶς γὰρ ἀσελγείας φειδόμενοι, παντὶ δὲ τρόπῳ τὸν βίον διαφθειρόμενοι, εἰ καὶ μυρίους ὡμολόγουν θεοὺς, δῆλοι ἦσαν οὐδὲν ὑγιὲς φρονοῦντες περὶ Θεοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἄφρων τοίνυν ὁ κοινῆς ἐννοίας λειπόμενος. ἐὰν γὰρ ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου ἐστὶν, οὐκοῦν τὸ μὴ φοβεῖσθαι καὶ ἀθετεῖν, ἀντίκειται τῇ σοφίᾳ.

I. DIXIT INSIPIENS IN CORDE SVO.] EVSEBII. Ex atheis nonnulli quidem non eſſe omnino Deum putarunt, ſed eſſe dumtaxat inane nomẽ: alij non exiſtentẽ finxerunt, reijcientes eum qui exiſtit: alij verò eſſe quidem dixerunt, ſed non habere prouidentiam eorum quæ in terra fiunt. Qui omnes cùm ita ſentirent, in atheiſmum prolapſi ſunt, tametſi non auſi fuerint id profiteri, propter naturales quas omnes de Deo habent notiones. Ideò id corde, non ore, dicebant: ſiquidem ore etiam multos deos profiteri videbantur. Ceterùm ex ijs quæ agebant, confutabantur: *ex fructu enim arbor cognoſcitur.* Nam cùm à nulla laſciuia abſtinerent, ſed omni modo vitam corrumperent, tametſi mille deos profitebantur, manifeſtum erat eos nullum ſanum de Deo ſenſum habere.

DIDYMI. Inſipiens profectò, quiſquis communi ſenſu deſtitutus eſt. Si enim *initium ſapientiæ* ſit *timor Domini*; vtique nihil timere & contemnere, ſapientiæ contraria ſunt.

Atheorum quales ſententia.

Aliqui Deum ore fatentur quem corde negant.

Matth. 12, 33.

Eccli. 1, 16.

CATENA PATRVM. Iſaiæ 14. 14.

Anonymi. Primus verſiculus magnam habet affinitatem cum illo dicto diaboli, *Similis ero Altiſſimo.* Sicut autem is qui notitiam habet Dei, ſermonem eius ſeruat, & mandata ipſius in opus deducit; ſic omnis qui peccat, cùm Deum ignoret, ad hoc dilabitur. Nam cùm ex anima pietatem virtutum principem eiecerit, fugat quoque ceteras virtutes ipſam comitantes.

Pietas virtutũ princeps.

2. Dominvs de cælo proſpexit.] Chryſoſtomi. Quæcumque corporeo modo de Deo dicuntur, ita prout Deum decet intelligenda ſunt. Vt cùm in cælis habitare dicitur, tamquam templo diuinis iſtis mentibus quæ in cælo ſunt, vtens. Quin etiam ſæpenumerò in diuina diſciplina, cæli appellatio ſpiritalem ſanctam Sion ſignificat, in quâ maximè quærendus eſt Deus. Ex hoc corporeo loquendi modo viliores mentes arguit, vt videant, num quis exiſtat, qui prudenter Deum quærat. Fit autem vt, malitiâ cum impietate gliſcente, quodammodò dici poſſit, Non eſt miſericordia, non eſt veritas, non eſt notitia Dei in terra, & his ſimilia. Cùm itaque homines hoc modo læſi eſſent, quomodo non oportebat ad bonum Saluatorem reſpicere, vt, ſi quampiam intelligendi rationem reperiret, eamdem adaugeret, & ſeſe quærentibus manifeſtaret? manifeſtatur enim ijs qui non ſunt ipſi increduli. Habet porrò hoc quaſi occultam Iudęorum accuſationem. Quòd ſi enim omnes homines inutiles facti ſint vſque ad vnum, vtique & hi qui pars ſunt vniuerſitatis. Oportebat autem morbi hominum magnitudinem proponere, vt omnibus oſtenderetur, quàm neceſſarius Saluatoris eſſet aduentus.

Deus vbi habitet.

Deus quibus ſe manifeſtet.

Origenis. Hi qui dicunt: *Serui inutiles ſumus*; implicitè dicunt, *Inutiles facti ſumus.*

Evsebii. Ceterùm hæc occultam continent Iudæorum accuſationem, ſiquidem omnes homines inutiles facti ſunt vſq; ad vnum.

Iudæi inutiles facti.

Athanasii. Hoc legendum ſecundùm interpunctionem, & extrinſecus ſubintelligenda eſt vox, *Dominus.* Et *Omnes*, inquit, *declinauerunt.*

Evsebii. At qui ſunt iſti? niſi qui olim operabantur iniquitatem, quique anteà Dominum non inuocauerunt. Erit enim aliquando tempus, cùm ipſum cognoſcent, quo tempore etiam timorem Dei ac metum bonum aſſument.

Operarij iniquitatis, fient ſerui frugi.

Ανωνυμου. Ἔχει πολλὴν οἰκειότητα ὁ πρῶτος στίχος περὶ τοῦ διαβόλου, τοῦ εἰπόντος, Ἔσομαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ. ὥσπερ δὲ ὁ γνῶσιν ἔχων τοῦ θεοῦ, τηρεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ εἰς ἔργα μεταβάλλει· οὕτω πᾶς ἁμαρτάνων, ἀγνοῶν θεὸν, εἰς τοῦτο ἔρχεται. Ἐκβαλὼν γὰρ ἀπὸ ψυχῆς τὴν πρωτεύουσαν τῶν ἀρετῶν εὐσέβειαν, συναναχωρεῖν οὔσας αὐτῇ φυγάδας τὰς ἀρετάς.

β. Κυριος εκ του ουρανου διεκυψε.] Χρυσοστομου. Ὅσα σωματικῶς λέγοιντο περὶ θεοῦ, θεοπρεπῶς νοητέον. Οἷον ἐν οὐρανοῖς λέγεται κατοικεῖν, ὡς ναῷ χρώμενος ταῖς θείαις δυνάμεσι, ταῖς ἐν οὐρανοῖς. Ἀλλὰ καὶ πολλαχοῦ τῆς θείας παιδεύσεως ἡ τοῦ οὐρανοῦ προσηγορία δηλοῖ τὴν νοητὴν ἁγίαν Σιὼν, ἐν ᾗ μάλιστα θεὸν προσήκει ζητεῖν. Ἐκ τούτου σωματικῶς ἐπισκόπει τοὺς τῆς ὑποδεεστέρας καταστάσεως, τοῦ ἰδεῖν, εἴ τίς ἐστι συνετῶς ἐκζητῶν τὸν θεόν. Γίνεται δὲ τοῦτο, κακίας σὺν ἀσεβείᾳ κρατούσης, ὡς λεχθῆναι, οὐκ ἔστιν ἔλεος, οὐδὲ ἀλήθεια, οὐδὲ ἐπίγνωσις θεοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Οὕτω τῶν ἀνθρώπων βλαβέντων, πῶς οὐκ ἔδει τὸν ἀγαθὸν ἐπιβλέψαι σωτῆρα, ὡς ἂν ἀφορμήν τινα συνέσεως εὕροι, ταύτην πληθυνεῖ; καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν ἐμφανίσῃ ἑαυτόν; ἐμφανίζεται γὰρ τοῖς μὴ ἀπιστοῦσιν αὐτῷ. Ἔχει δὲ ὡς λανθάνουσαν τὴν Ἰουδαίων κατηγορίαν. εἰ γὰρ πάντες ἠχρειώθησαν ἄνθρωποι ἕως ἑνὸς, μέρος καὶ οὗτοι τυγχάνουσι τοῦ παντός. Ἔδει δὲ τῆς ἐν ἀνθρώποις νόσου παραστῆσαι τὸ μέγεθος, ἵνα δειχθῇ πᾶσιν ἀναγκαία τοῦ σωτῆρος παρουσία.

Ὠριγενους. Οἱ λέγοντες, Δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν, δυνάμει λέγουσιν ἠχρειώθημεν.

Ευσεβιου. Ἔχει δὲ καὶ λανθάνουσαν τὴν Ἰουδαίων κατηγορίαν. εἴγε πάντες ἠχρειώθησαν ἄνθρωποι ἕως ἑνός.

Αθανασιου. Καθ᾽ ὑποστιγμὴν ἀναγνωστέον, καὶ ἔξωθεν τὸ κύριον προσληπτέον. καὶ πάντες, φησὶν, ἐξέκλιναν.

Ευσεβιου. Τίνες δέ; ἀλλ᾽ ἢ οἱ πάλαι ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, καὶ οἱ πρότερον μὴ ἐπικαλούμενοι τὸν κύριον. Ἔσται γάρ ποτε καιρὸς, ὅτε ἐπιγνώσονται αὐτὸν, καθ᾽ ὃν καὶ φόβον ἀναλήψονται τοῦ θεοῦ, καὶ δειλίαν ἀγαθήν.

δ. Ουχι

δ'. ΟΥΧΙ ΓΝΩΣΟΝΤΑΙ ΠΑΝΤΕΣ;] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Προφητεύει μεταβολὴν τῶν ἐθνῶν εἰς ἡμερότητα καὶ εὐσέβειαν. Διὸ καὶ ἐρωτᾷ, μὴ τοῦ κυρίου ἐλθόντος οὐ παύσονται τοῦ θηριώδους βίου, καὶ ἐπιγνώσονται τὸν κύριον; Ἐκεῖ ἐδειλίασαν. Ἔσται καιρός, φησίν, ὅτε οἱ προῤῥηθέντες φοβηθήσονται τὸν κύριον, παρ' οἷς οὐκ ἦν πρότερον φόβος. ἐκεῖ δὲ ἐν τῇ μελλούσῃ συνήσεσθαι γενεᾷ, περὶ ἧς ἐπάγει·

ϛ'. ΟΤΙ ΚΥΡΙΟΣ ΕΝ ΓΕΝΕΑ ΔΙΚΑΙΩΝ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐκ Σιὼν δὲ λέγεται, κατὰ τὸ ἐκ σπέρματος εἶναι Ἰσραήλ, ἢ ἐκ τῆς ἄνω Σιών, διὸ καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Τῶν δὲ ἐθνῶν σωζομένων οἱ ἀληθεῖς Ἰσραὴλ δίκαιοι καὶ προφῆται ἀγαλλιάζονται συγχαίροντες ἡμῖν. αἰχμαλωτίζεται δὲ ψυχὴ, διὰ ῥαθυμίας ὑφ' ἁμαρτίας γενομένη, καὶ ἐκπεσοῦσα τῆς ἀρετῆς. ἐπιστρέφει δὲ τυχοῦσα τῆς διὰ μετανοίας ἀφέσεως, ἣν διὰ τοῦ σταυροῦ παρέχει ὁ κύριος. Ὁ αὐτὸς δὲ, καθ' ὃ πτερνίζει τὰ πάθη, λέγεται Ἰακώβ, ἀγαλλιώμενος ἐν τῷ νικῆσαι τὰς ἐνεργούσας ταῦτα δυνάμεις. καθ' ὃ δὲ καθαρθεὶς ὁρᾷ τὸν θεὸν, Ἰσραήλ. τοῦτο γὰρ ὁ νοῦς ἐστιν ὁρῶν τὸν θεόν.

CATENA PATRVM.

4. NONNE COGNOSCENT OMNES?] CHRYSOSTOMI. Prædicit conuerſionem Gentium ad manſuetudinem ac pietatem. Quocircà etiam rogat, annon, Domino adueniente, ceſſaturæ ſint ab efferata vita, & cogniture Dominum? *Ibi timuerunt.* Erit, inquit, tempus, quando hi qui prædicti ſunt, timebunt Dominum, quibus anteà non erat timor. *Ibi* autem ad futuram generationem referendum, de qua ſubiungit:

6. QVONIAM DOMINVS IN GENERATIONE IVSTORVM EST.] CYRILLI. *Ex Sion* autem dicitur, ſecundùm quod eſt ex ſemine Iſraël, vel ex ſuperna Sione; quare etiam ſpes noſtra eſt in regno cælorum. Cùm autem Gentes ſaluantur, veri Iſraëlitæ, iuſti ac Prophetæ exultant, nobiſcum lætantes. Captiuatur autem anima, dum per ſocordiam peccato ſubdita fit, & à virtute excidit: conuertitur verò, quando per pœnitentiam obtinet remiſſionem, quam per crucem Dominus exhibuit. Idem, ſecundùm quòd ſupplantat paſſiones, Iacob dicitur, exultans in eo quòd potentias iſtas concitantes vincat: ſecundùm verò quòd iam expurgatus Deum videt, Iſraël nominatur. hoc enim eſt mens videns Deum.

Captiuitas animæ peccatum.

Iſraël mens Deum videns.

ANNOTATIONES CORDERII.

Diabolus primus Deum negauit. Gen. 3, 5.

1. DIXIT *inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.*] D. Chryſoſt. ad hunc locum exiſtimat diabolum fuiſſe illum inſipientem, de quo Propheta loquitur: *Primus*, inquit, *inſipiens diabolus, qui inſipientiæ fuit primus ſeminator, qui primus præco deorum multitudinis: Eritis ſicut dij. Qui multos dicit, vnum negauit. Primus ergo ex ſeipſo inſipiens, inſipientiæ ſeminator diabolus fuit, quod cum eſſet prudens, rem ſtultiſſimam aggreſſus eſt. Quænam illa? voluit æqualis eſſe, dicens: Ponam thronum meum ſuper nubes, & ero ſimilis Altiſſimo. Suſtulit vocem, Deus, & poſuit, Altiſſimus, erubeſcens eum nominare, quem iam negauerat.* Et poſt pauca, vbi Iudæos & hæreticos, patris ſui diaboli in negando Deo imitatores oſtendit, addens pulchram animaduerſionem, ſubdit: *Diligenter, quæſo, attende, quàm ſolers & accuratus fuerit diaboli accuſator Propheta: Dixit inſipiens in corde ſuo, non ait: Dicit, ſed, Dixit: Semel auſus eſt, & dixit. Et quoniam cùm dixiſſet, eiectus eſt e cælis tamquam ſuperbus inſurrector, non ampliùs per ſe dicere auſus eſt. Quoniam enim ſemel tantùm dixit: Ponam thronum meum ſuper nubes, & ero ſimilis Altiſſimo, & Deum negans, Deum expertus eſt; ex alto deturbatus, & in imo ab hominibus conculcatus, non ampliùs auſus eſt dicere: Non eſt Deus; ſed per ironiam & ſimulationem Deum nominauit:* Iſa. 14, 14.

Quare dixit Deus: Ne comedatis de ligno? Noui te qui ſis, ſanctus Dei. Quia ergo ſemel dixit dogma impium, non audet ampliùs dicere. Scit enim quid paſſus ſit. Non dicit inſipiens, ſed dixit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus. Non enim ampliùs hoc dicit per ſe, & nullo intermedio: ſed dixit in corde ſuo; in quolibet, qui eadem cum eo ſentit, & non diſcrepat ab eius moribus. Dixit in Pharaone: Non noui Dominum. dixit per Sennacherib: Non poteſt Deus, &c. dixit per Nabuchodonoſor: Quis eſt Deus qui eripiet vos, &c. ita Chryſoſt. perquam eleganter: in quo & diaboli inuidia, odiumque erga Deum perbellè deſcribitur, & aſſertio lumine ipſo rationis indubitata de veritate vnius Dei, quam nec ipſe per ſe diabolus negare auſus eſt, optimè demonſtratur. Quare qui Deum negat, meritò vocatur *inſipiens*; Græcè eſt ἄφρων, id eſt, *mente carens, amens*; S. Auguſt. legit, *imprudens*: Hebraicè eſt נָבָל *nabal*, quod Genebrardus *nequam*, ſeu nebulonem exponit, qui mente, virtute omni, & ſapientiâ caret, ratione vacuus eſt; vt qui non tantùm inſipiens, ſed etiam ſceleratus ſit, quippe ſtultitiam, cum improbitate coniunctam habens; qui ſit vanus in rebus omnibus, cui omnia defluant. Pro voce *Deus* hîc in Hebræo eſt אֱלֹהִים *elohim*: quæ vox propriè iudicem ſonat, & prouidentiam reſpicit, non eſſentiam, id eſt, non ſignificat Deum, quatenus eſt primum

Gen. 3, 1. Luc. 4, 35. Exodi 5, 2. 4. Reg. 18, 35. Dan. 3, 15.

Qui Deum negat, non tantùm inſipiens, ſed & ſceleratus.

ANNOTATIONES CORDERII.

primum ens, rerum opifex, & cauſſa; ſed quatenus eſt iudex, moderator & gubernator vniuerſitatis, qui ſcelera hominum puniat, & qui res humanas curet. q.d. Sceleratus, cùm in profundum vitiorum venerit, demum ſecum ſtatuit, nullam eſſe Dei alicuius prouidentiam, nullum iudicium poſt hanc vitam futurum, in quo virtutibus præmia donentur, & peccata ſupplicijs puniantur. Quid inde? ruit præceps in omne ſcelus, ipſamque idololatriam, quam egregiè Tertull. lib. de Idololatr. cap. 2. vocat *deuoratorium ſalutis*, quaſi malorum ſit abyſſus, & immenſa vorago, quâ ſalus & animæ bonum omne hauritur. Quid enim aliud ex tam inſana atheorum ſtoliditate atque impietate expectandum? Vnde ſequitur:

IBIDEM. *Corrupti ſunt.*] Græcè, *διεφθάρησαν*; pro quo Sixtina editio legit, *διέφθειραν*, *corruperunt*, ſubintelligendo ſeipſos, vel viam ſuam. quod videtur Hebræo conformius: verbum enim הִשְׁחִיתוּ *hiſchchitu* corruptionem ſignificat eorumdem in ſeipſos. Hoc in Paraphraſi de morum corruptela exponitur. Aptè etiam Chryſoſt. in hunc Pſal. corruptionem de idololatria interpretatur, his verbis: *Διεφθάρησαν, ὅτι φθορὰν τῷ ἀφθάρτῳ ἐπεστράτευσαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν ἀφθάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου· ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν.* *Corrupti ſunt, quia corruptionem aduerſus incorruptibilem inuexerunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudine corruptibilis hominis, homines mente corrupti.* Meritò autem Scriptura idololatriam appellat corruptionem: vt enim ablatâ vitâ, corpus tabeſcit; ſic anima verâ Dei religione ſublatâ, quodammodò corrumpitur, & ad nihilum tendit.

Idololatria vocatur corruptio.

Pulchrè ad hunc Pſalmi locum S. Hieron. *Si Dei*, inquit, *notitiam habuiſſent, corrupti & abominabiles non fuiſſent. Corrupti, hoc eſt, ab illa integritate bonæ naturæ degeneres: abominabiles, id eſt odibiles.* Id ipſum explicans S. Bernardus Serm. 37. de paruis. *Sic fiunt*, inquit, *homines corrupti in anima, abominabiles in corpore: corrupti coram Deo, abominabiles coram hominibus. Sequitur: Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Tria genera ſunt hominum, quorum omnium nullum eſt quod faciat bonum. Quidam enim ſunt qui Deum nec intelligunt, nec requirunt; & hi mortui ſunt: alij intelligunt quidem, ſed non requirunt; & hi impij ſunt: alij requirunt, ſed non intelligunt; hi fatui ſunt.* ita S. Bernardus. Quæ adhuc vberiùs, vti ſolet, S. Chryſoſt. ſic exponit: *Omnis*, ait, *qui peccat, non agnouit Dominum: cùm enim vitium virtutes perſequatur, pietas quoque vnà cedit ac religio: vt quæ ideo adſint, quod id non adſit*, &c. Vnde exiſtunt tantæ tenebræ perturbationum, & tam craſſæ, vt nihil ſit tam monſtroſum, tamque inſolitum atque impium, quod illis inuoluta mens non excipiat. Quod innuit hoc loco Regius Vates, cùm infeliciſſimum eorum hominum ſtatum miſeratione proſequitur: *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in affectionibus ſuis.* Ita legit D. Auguſtinus. & addit prophetico dicto illuminando: *Ipſæ ſunt affectiones quæ corrumpunt animam, & ſic excæcant, vt poſſit etiam dicere imprudens in corde ſuo: Non eſt Deus.* Quæ maiores & deteſtabiliores cogitari poſſunt tenebræ, quæque magis ad caliginem inferorum

1. Ioan. 2, 4

Vitia & cupiditates corrumpunt animam.

accedant, quàm vt homo ratione præditus, & naturâ propè dicam ipſâ religioſus, Numen diuinum repudiet, & ſignatum ſuper nos lumen, impio & conſcelerato motu extinguat? Quod eſſe punientis Dei magnum & metuendum ſupplicium, grauiſſimus idem Pater libr. 1. Confeſſ. cap. 18. monuit, cùm ait Deum arcanæ prouidentiæ ſuæ lege, & more iuſto, *ſpargere pœnales cæcitates ſuper illicitas cupiditates.* Vnde ſequitur:

IBIDEM. *Non eſt qui faciat bonum.*] Nota hoc intelligendum eſſe de corruptione naturæ, per fidem & gratiam non ſanatæ: de qua etiam illud accipit Apoſtolus Rom. 3. 9. hinc probans gratiæ neceſſitatem: eò quòd omnes homines naſcantur in ſtatu peccati, & inutiles ſint ad opera facienda quæ Deo placeant, niſi priùs per Dei gratiam & redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, reconcilientur, & iuſtificentur. Vnde vniuerſalis iſta propoſitio non tam rigidè accipienda eſt, quaſi ſignificet, neminem eſſe qui faciat aliquod opus bonum morale; ſed neminem eſſe qui iuſtè viuat, ſeruando totam legem moralem. Alioquin viribus naturæ, nonnulla leuioris momenti bona opera, quæ non ſunt ad ſalutem, fieri etiam ab impijs & infidelibus poſſe, longè communior Theologorum habet ſententia. quam & ratio perſuadet: quia videtur abſurdum, nihil boni quod rationali naturæ congruat, abſque gratiæ, quæ ſupra naturam ſit, auxilio fieri poſſe. De hac naturæ noſtræ corruptela vide S. Auguſt. libr. 22. de Ciuit. cap. 22. vbi pulchrè proſequitur omnes animæ corporiſque corruptiones. *Qui itaque Deum negauit, & de eo, qui rerum omnium curam gerit, non cogitat; non mortem, non conſummationem, non iudicium, non retributionem expectat; Et ideò nihil boni facit*, ait S. Chryſoſt. ad hunc locum. Vbi enim fides non eſt, difficillimum eſt, & in moribus, & in natura, quæ corrupta eſt, & ob repugnantes legi mentis affectiones, rationem ægrè ducem ſequitur, inueniri bonitatem. *Enimuerò* (inquit idem aurei oris Doctor) *corrupti ſunt in ſtudijs ſuis. Quoniam quæ natura negauit, ea mala excogitauit affectio. Corrupti ſunt, quoniam vulnerati, & putrefacti, & malè olentes, & tabo ſanieque madentes. Abominabiles, quoniam tamquam porci in peccatorum cœno volutati, exoſi euaſerunt.* Effractis enim pudoris & modeſtiæ retinaculis, & timore Dei eliminato, diuina & humana iudicia contemnunt, in omnium conſpectu ſeſe nefandis ſceleribus contaminant. Hos graphicè depingens Ioël, *Computruerunt*, inquit, *iumenta in ſtercore ſuo. Iumenta* vocat homines rationis impotes, in carnem & terram effuſos, inertes & vecordes, qui ſcelere & maleficijs paſcantur. *Stercus* appellat malos mores & facinoroſos, odore & exemplo tetros, qui ingratiſſimi Deo, ceteris noceant. Vide plura de his infrà Pſal. 52. qui cum hoc conſentit.

Natura corrupta inutilis ad bonum faciendum.

Vbi non eſt fides, difficile eſt reperire bonos mores.

Ioël. 1, 17.

2. *Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum.*] Nimirum (explicat D. Chryſoſt.) vt videant homines Deum indignantem, & ceſſent peccare. Quemadmodum, ſeruis inferiùs in atrio aut platea ſe petulanter gerentibus, dominus ex alto proſpicit, vt, cùm eum ſerui viderint, timeant & deſiſtant: ita etiam, cùm vniuerſa terra proſiliret ad impietatem, Dominus de cælo in terram

Præſentia Dei continet nos in officio.

terram proſpexit, vt terrore affecta peccare deſiſtat. Cuius rei teſtis eſt Propheta qui dixit: *Terra tremuit & quieuit, cùm exurgeret in iudicium Deus.* Quamobrem inſanit ille qui apud Eccleſiaſticum dicit: *Quis me videt?* vt & adulter, qui ait: *Non me videbit oculus.* Vtrumque locum expendens D. Ambroſ. lib. 1. Offic. cap. 14. *Malus,* inquit, *ſtudet latere; cùm Deum latere non poſſit, qui intra profundum abyſſi, & intra hominum mentes, non ſolùm tractata, ſed etiam voluenda cognoſcit. Quid autem tam ſtolidum, quàm putare quòd Deum quidquam prætereat? Si enim radius ſolis fundit lumen ſuper omnem terram, & in ea quæ clauſa ſunt ſe inſerit; quomodo non poteſt intelligibilis Dei ſplendor in cogitationes hominum & corda ſimet, quæ ipſe creauit, inſerere?* Deinde ſanctus Pater cauſſam veram aſſignat tam ſtolidæ temeritatis eorum, qui Dei ſe poſſe oculos effugere arbitrantur. *Nolunt,* inquit, *ſupra ſe eſſe iudicem quem nihil fallat. Nolunt ei dare occultorum ſcientiam, qui metuunt occulta ſua prodi.* Sed fruſtrà ſibi ipſis illudunt: eſt enim πανόπτης & καρδιογνώστης Deus, qui omnes actus hominum etiam internos acerrimâ mentis acie intuetur, vt ſuo tempore æternis pœnis vel præmijs eos puniat aut remuneretur. Huius ergo proſpectus diuini cauſſam mox ſubiungit:

Pſal. 75, 9.

Eccli. 23, 25.

Iob 24, 15.

Dei oculos nihil effugit.

IBIDEM. *Vt videat, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.*] Hanc benigniſſimi Numinis propenſam ad homines adiuuandos voluntatem, & erga nos curam prorſus ſingularem, agnoſcens S. Baſilius: *Diſce,* inquit, *Domini in homines amorem & curam. Proſpicit de cælo, vt ſuccurrat; vt videat, num ſit ægrotans medicum requirens.* Adiri vult Deus, quæri, implorari deſiderat, à pauperculis, à mendiculis, ab vlceroſis: imò velut è ſpecula proſpectat, an ſit qui Deum adeat, ab eo quidquam expetat. *Oculi eius in pauperem reſpiciunt.* Amor id facit maieſtatis neſcius, imis ſumma libens adæquat. Quod mirificè more ſuo expendens S. Chryſoſt. ait Deum reſpicere peccatorem, *vt pœnitentem tamquam amicum amplecteretur, & vt iuſtum amaret; vt videat, an ſit ægrotus, qui quærat medicum; an pauper, qui requirat theſaurum; vt videat ſi eſt intelligens, vt cum eo tamquam prudente & intelligente diſſerat; requirens Deum, vt illum inueniat.* Hinc videas, quanto Deus in pretio habeat iuſtum, & quæ ſit vera prudentia & intelligentia; nimirum virtutem ſequi, requirere Deum. Et quidem Deus, cùm ſit ipſamet ſapientia, ſi colloqui & agere volet amicè cum hominibus; vtique cum ſapientibus & prudentibus conuerſabitur, non cum ſtultis. Ceterùm, quia ſtultorum infinitus eſt numerus, idcircò fortè *filios hominum,* quomodo peccatores plerumque appellari ſolent, numero plurali expreſſit; vt autem ſignificet quàm rarus ſit in mundo iuſtus ac ſapiens, in ſingulari ponitur *intelligens, aut requirens Deum.* Adde, quòd particula *ſi* dubitationem innuat, an fortè inueniatur. Nam vti ſubdit,

Mira Dei charitas erga homines.

Pſal. 10, 5.

Peccatores ſunt multi, ſed rarus iuſtus.

3. *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt.*] Id eſt, à virtutis ſtudio, & obſequio Dei, ad huiuſce vitæ illecebroſa oblectamenta, turpemque impuræ gentis conſuetudinem deerrarunt; nec non deuij, & propheticæ vaccæ laſciuienti conſimiles, à recta via virtutis & bonitatis abierunt. Chaldæus vertit, *conuerſi ſunt retrò,* זרו לאחורא *Zaru laachora.* Derelictâ virtutum viâ, ſeſe iterùm nequitiæ mancipauerunt. In Hebræo eſt הכל סר, *hacol ſar,* id eſt, *omnis rebellauit,* aut, vt S. Hieron. vertit, *receſſit.* Qui anteà in caſtris principis in orbe Dei militabant, virtutum ducem & ſigniferam pietatem ſecuti, facti emanſores, & perduelles impij, ſacramentum eiurauerunt. Symmachus hoc loco putat alluſum ad ſcoriam, q. d. Omnes impuri facti ſunt, degenerarunt in ſcoriam: aurum illud argentumque nobile, luce bonitatis & virtutis olim illuminatum, & æſtimatione pretioſum, in vilem materiam euanuit, in vitiorum abiectionem, ceu ſcoriam, defluxit. Quare iſtam piorum hominum metamorphoſim Ieremias cùm luctu proſequi inſtitueret, optat ſibi plenum vndis caput, & fontes vberrimos lacrymarum; quod incredibilem mali magnitudinem oſtendit. Tum miſerans ſic ait: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum?* Per *aurum & lapides ſanctuarij,* ſiue (vt Paraphraſis Chaldæa vertit) *margaritas ſanctas,* intelligit Eccleſiæ principes & ſacerdotio decoratos, quos elegit ad ſanctuarium Deus cærimoniaſque moderandas. Porrò hunc locum ex Hebræo aliqui vertunt, *omnes putruerunt, & rancidi ſunt facti marcidique:* vbique tetrum ſpargunt odorem, & mephitim exhalant. Metaphora ducta eſt à rancidis corruptiſque cibis, qui putruerunt, & propterea nauſeam pariunt, & maximè à delicatis hominibus repudiantur. In quo dæmon illud idem facere videtur, quod Hetruſci olim prædones, qui viuos cum mortuis & olidis cadaueribus inhumanâ crudelitate & inauditâ barbarie colligabant, vt ſimul teterrimâ ſanie putreſcerent. Ita prædo animorum homines cum vitio copulat, vt eodem ſitu & pædore corrumpantur.

Plurimi à Deo & virtute deficiunt, & recedunt.

ANNOTATIONES CORDERII.

Thren. 4, 1.

Peccatores fœtent, & à vitio corrumpuntur.

IBIDEM. *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.*] Eſt repetitio eiuſdem hemiſtichij, quo virtutis orbitatem lamentatur, quam modo non abſimili Michæas deplorat, dicens: *Væ mihi, non eſt botrus ad comedendum: perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt.* Certè ſi quis conſideret lacrymabilem huius æui ſtatum, variamque morum corruptelam, idem cum vtroque Vate ſentiet, dicetque. Ita enim nunc virtus vbique terrarum aut exulat, aut, vbi admittitur, non habitationis lege, vt inquilina, ſed hoſpitij gratiâ, vt peregrina recipitur, non nimis diu retinenda. At vitium ampliſſimi iuris ac dominij, regna ſua non ampliùs numerat; latè nimis dominatur. Palliata iniuſtitia, oculatiſſima inuidia res ſuas audacter hìc agunt, & multò quàm audaciſſimè, exoſum cælo vitium, ſpurciſſima luxuria. Sic demum proborum numerus ad paucos redigitur, qui ad improborum myriadas collatus, Biantis dictum confirmat: *Rari boni, praui plurimi.*

Mich. 7, 1.

Magna proborum paucitas.

IBIDEM. *Sepulcrum patens,* &c.] Nota tres iſtos verſiculos, quadratâ parentheſi ſuperiùs in Paraphraſi incluſos, à Græco textu abfuiſſe; ſed in Sixtinam & Vulgatam editionem ex Apoſtolo ad Romanos cap. 3. verſ. 13. irrepſiſſe; cùm paſſim illos Græci codices prætermittant, nec etiam in

Quomodo tres verſiculi ex D. Paulo huc tranſlati ſint.

ANNOTATIONES CORDERII.

in Hebræo aut Chaldæo habeantur. quare etiam Complutenſes & Regij eoſdem non ponunt. Docet quoque D. Hieron. in ſuis ad hunc Pſalmum Commentarijs minimè exiſtimandum eſſe, D. Paulum ex hoc Pſalmo dictos verſiculos deſumpſiſſe: ſed quoniam ex hoc Pſalmo quoſdam verſus citauerat, ijſdem quædam alia ex varijs Scripturæ locis contexta ſubiecit; nonnulli ex D. Paulo huc totam eius citationem tranſtulerunt, exiſtimantes totam hinc depromptam fuiſſe.

Quàm aptè autem guttur impiorum ſepulcro patenti comparetur, vide ſuperiùs explicatum ad Pſal. 5, 11. vnde hæc pars deſumpta videtur à Paulo, atque inde huc tranſlata, vt dixi. Patentis

Os laſciuū, eſt patens ſepulcrum.

certè tumuli atque cadaueris fœtores non tantùm graues ſunt, ſed & inſalubres; narium peſtis maxima. ſic oris laſciui homines fœtorem exhalant teterrimum, *Sepulcrum patens eſt guttur eorum.* Non ſepulcrum dumtaxat, cadauerosis oſſibus plenum, ſed & patens, inquit Chryſoſt. vt & alij participes fiant fœtoris. Nos quidem cadauera terrâ obruimus; hi contrà faciunt, & eruunt ex imo ſpurciſſimum obſcœnitatis cadauer, multorumque naribus affricant peſtilentiſſimam hanc ſaniem: pulchrum illis videtur perire cum multis. Sepulcrum fœtidiſſimum obſcœna lingua. Sed, ô mi Deus! quantus horum ſepulcrorum in orbe numerus eſt? vbique ſepulcra ſunt patentia, è quibus laſciuiæ cœnum exhalat. vbique Lerna Veneris, Cocytus Cupidinis, vbique Mephitis impudicitiæ, Camarina luxuriæ: nemo quod bonum eſt loquitur, ſermones caſti exulant vbique. Id quod queritur

Ierem. 8, 6. Ieremias Vates dicens: *Attendi, & auſcultaui; nemo quod bonum eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo.* Et profectò hæc iuſtiſſima eſt cauſſa querelarum, quando vix vlla eſt domus, in qua non ſæpiùs ſermones impudici miſceantur. Extra orbem migrandum eſt ei, qui aurium caſtimoniam ſauciari non vult impuriſſimis colloquijs. Porrò illud quod ibidem ſequitur,

Venenum aſpidum ſub labijs eorum, deſumptum ex Pſal. 139. v. 4. vbi ſimiliter maledicæ linguæ virulentiam deſcribit, quòd in morem aſpidis noxium virus & mortem immittat, promptâ & inuictâ contagione. Vnde δῆγμα ἀσπίδος, *morſus aſpidis*, de immedicabili vulnere & malo dicitur, cui vix vlla medicina fieri poſſit, quòd

Aſpidis morſus quàm noxius ſit & letalis.

intra quatuor horas hominem exanimet. Quam ob cauſſàm Nicander, peracutus naturæ ſpeculator, aſpidem φοινήεσσαν *crudelem*, & ἰοχέαιραν *veneno gaudentem*, vocat. Accedit & illud in morſu aſpidis, quòd ſint adeò tenuia eius veſtigia in corpore, vt vix appareant; tam ſubtilis ac potens eſt veneni vis ad facilè penetrandum, ſeque in interiora inſinuandum. Quæ omnia maledicæ ac detractoriæ linguæ letiferam malignitatem m[illegible]ficè adumbrant ac declarant.

Qu[illegible] os maledictione plenum eſt.] Hoc etiam d[illegible] ap[illegible]m aliunde, ſcilicet ex Pſal. 9. v. 28. vel, ſecundùm Hebræos, Pſal. 10. verſ. 7. vbi & explicatum eſt.

IBIDEM. *Contritio & infelicitas in vijs eorum.*] Pulchrè ad hunc locum & ſuccinctè S. Hieron. *Contritio*, inquit, *corporis, infelicitas animæ; in vijs eorum, in operibus eorum: ſemper peccatores in via ſua infeliciter conteruntur. Vias* dixit: non enim miſeris datur vllo in loco aut negotio, aut rei cuiuſque articulo conſiſtere; nimirum ob ſtimulos conſcientiæ. quo malo nihil inquietius. Inſectatur enim flagitioſos furialis quædam vltricibus armata flammis vindicta, vehementiſſimeque miſeros perturbat, vim animo inferente conſcientiâ, quæ horribilem metum & infandam vndique perniciem intentat. Nam ſubitò ac ſcelus hominem occupauit, vt Tiſiphone poëtica, ferro & flammâ, & multiplici dracone cincta, furiali motu circumſiſtit, nec terrificus illius aſpectus, & crudeles minæ vitari poſſunt, quæ omnem illi ad pacem viam intercludunt. Horum porrò omnium malorum cauſſa & origo eſt, quia *non eſt timor Dei ante oculos eorum.* vbi autem Dei timor non eſt, ibi nec Dei notitia. Lux enim prima intelligentiæ oborientis, & Dei cognitio, timoris eſt atque reuerentiæ. Id quod verè ac concinnè Tertullianus lib. de Pœnitentia cap. 6. his verbis ſignificat: *Dominum ſimul cognoueris, timeas: ſimul inſpexeris, reuerearis.* Hinc terror apud Græcos Dei nomen inuenit, quibus δέος idem eſt quod timor, inde natum θεὸς ſiue *Deus*, vt vult Clemens Rom. Epiſt. 2. vt ſit tacita velut omnium conſenſio, Dei timorem perpetuò cum illius cognitione copulatum eſſe. Inde etiam factum eſt, vt in arcanis litteris, inter nomina Dei numeretur *timor*, & pro eodem ipſo Deo ponatur. Quomodo Patriarcha Iacob loqui ſolebat, vt in Geneſi: *Niſi timor Iſaac adfuiſſet mihi*, hoc eſt, *Deus* quem timuit Iſaac, prout Vatablus exponit: & in fine capitis eiuſdem dicitur iuraſſe *per timorem patris ſui.* Verùm vt à vocabulis ad rem ipſam redeamus; hoc ipſius Scripturæ & Sanctorum omnium teſtimonio certum eſt, ſine timore neque pietatem, neque religionem, neque veram aliquam virtutem poſſe ſubſiſtere; cùm illa ſit ſalutis fundamentum, initium ſapientiæ, mater ſanctitatis, virtutum cuſtos, & vniuerſim omnium expultrix vitiorum; vti pulchrè ac fusè ex Patribus, & varia eruditione probat & oſtendit Creſollius noſter Anthologiæ ſuæ cap. 7.

Infelix & inquieta malorum vita.

Vbi non eſt Dei timor, non eſt Dei notitia.

Timor Græcè δέος dicitur.

Nomen timor ſubinde pro Deo ponitur in Scriptura.

Gen. 31, 42. & 53.

4 *Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem?*] Hæc intelligi poſſe ait Chryſoſt. κατ' ἀπόφασιν, *negatiuè*, hoc eſt, ignorabunt. Non cognoſcent, inquit, quòd ſplendidi ſancti Numinis oculi intuentur orbem terrarum, quòd quæ malè & conſceleratè fiunt, ei diſplicent. Non cognoſcunt legem Domini, quam ſingulari audacia violant. Eſt lippitudo in oculis, in mente caligo, impium cor, atque in ſcelus imminens, nihil vident. In appetendis rebus atque deligendis iudicium eſt carnis, non ſpiritus: vnde exiſtit cæcitas illa miſeranda, quam inter pœnas infandorum ſcelerum viri ſapientes reponunt. Nec enim quæ vident intuentur, nec quæ audiunt excipiunt, vtroque ſenſu fœdiſſimè capti. de quibus dici verè poteſt, quod de Iudæis Tertullianus Apolog. cap. 21. *eſſe multatos ſapientiâ, & intelligentiâ, & oculorum & aurium fruge.*

Iniqui ſunt cæci & ignorantes.

IBIDEM. *Qui deuorant plebem meam in cibo panis.*] Ita etiam legunt Complutenſes & Regij; Sixtina, βρώσει ἄρτου, *comeſtione panis*; Symmachus, ὡσεὶ ἄρτον, *ſicut panem*; quomodo etiam S. Auguſtinus legit; Vulgata, *ſicut eſcam panis.* Vbi deuo-

deuorandi verbo innuitur optimè rapacitas potentiorum, quibus pauperum ſubſtantia pro cibo eſt. Vt enim quotidie cibo facilè libenterque veſcimur, eumdemque pro libitu tractamus, comminuimus ac deglutimus; ita planè cum pauperibus ſeſe habere ſolent ditiores, quorum illi cibus ſunt, quem ſolius proprij commodi habitâ ratione, abſque miſericordia plerumque deuorant. quod ſummam ſimul ſæuitiam, cum facilitate ac voluptate coniunctam arguit, quâ potentiores in vexandis ac ſpoliandis pauperculis vtuntur. Significanter etiam apponitur, *in cibo panis*, cuius maximè obuius & quotidianus eſt vſus, & qui totus ita abſumitur, vt, cùm ex alijs edulijs plerumque oſſa, ſpinæ, nuclei, putamina, & ſimilia relinquantur, ex pane tamen abſumpto nihil ferè reſiduum ſuperſit. Quo quidem ex vna parte ſumma helluonum auiditas, auaritia, voracitas & rapacitas; ex altera verò parte, ſumma puſillorum calamitas & miſeria ſignificatur: quippe qui cùm tyrannidi potentium reſiſtere nequeant, toti quanti ſunt, vnà cum ſubſtantia, familia, proprijs ſudoribus corporis, & ærumnoſæ vitæ laboribus, à magnatibus deuorantur. Simili quoque phraſi apud Iobum dicitur *abominabilis & inutilis homo, qui bibit quaſi aquam iniquitatem.* Nimirum abſque impedimento, ſummâ facilitate, vehementi auiditate pariter & voluptate, iniquitatem admittunt potentiores; ac, ſi preſsè proprieque accipias, iniuſtitiam in rapinis, violentijs ac latrocinijs exercent. De ijs dicitur in Prouerbijs: *Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* Quotidianam ſcilicet, ſemper appoſitam nutrimento ſimul atque oblectamento menſam habent in plebeijs magni ac principes viri; ob quam cauſſam Homerus Iliados α Regem *δημοβόρος* appellat, id eſt, *populi voratorem.* Queritur itaque de magnatibus, qui opprimunt populum, eaque facilitate ſubſtantiam opeſque puſillorum depeculantur, quâ fruſtulum panis editur. Quibus inſuper tam grata eſt oppreſſio paruulorum vti panis, ſine quo nulli cibi appetuntur, & qui ſolus ſi adſit, ad vitam ſufficit. Inſeruiunt videlicet magnatibus in republica paruuli, & principibus ſubditi, ad illorum cupiditates & nutriendas, & inflammandas; etſi deinde miſeri verſentur comminuanturque, vti panis fruſtula, dentibus deuorantium.

Deuorantur à diuitibus pauperes.

Iob 15,16.

Prou. 4,17

Potentiorum menſa ſunt pauperes.

S. Chryſoſt. locum hunc de detractoribus exponit, plebem Dei deuorantibus, adeò vt homines maledicendi vitio dediti, velut Circæo poculo, in naturam & conditionem belluarum inigraſſe videantur. Quin imò etiam feris immaniores peioreſque eſſe contendit: *Quia feræ,* inquit, *cùm carnem humanam guſtauerint, mox ceſſant, propter inſuetum nutrimentum erubeſcentes: improbi autem atque inuidi, perpetuò fidelem maledictis exedentes, non ſatiantur. Quòd autem etiam hi qui ſunt eiuſdem fidei, eos deuorant qui eamdem habent cum eis fidem, dicit Apoſtolus: Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini.* vbi notandus eſt ordo verborum Apoſtoli, *mordetis, comeditis, conſumamini.* Senſim enim detractio vires ſumit, & augmentum capit: ſiquidem detractores primùm mordent; poſteà comedunt; tandem conſumunt & abligguriunt, nihil omnino reliquum facientes. Quamobrem oportet ab initio hanc peſtem euellere, & morbo ſerpenti occurrere, ne in perniciem excreſcat. Quandoque enim rem parui momenti in medium afferimus: dum verò lingua incaleſcit, omnia penitus effundit, nihil reliquum facit. In quam ſententiam adducit ibidem Chryſoſt. illud Iſaiæ: *Et eleuabit Dominus hoſtes Raſin ſuper eum, & inimicos eius in nihilum vertet, Syriam ab Oriente, & Philiſthiim ab Occidente, & deuorabunt Iſrael toto ore.* Vbi expende illud, *toto ore.* Detractores enim initio orationis quædam inferunt aduerſus proximos ſub quibuſdam figuris & inuolucris verborum, ne videantur detrahere, & potiùs ſignis corporis, aut capitis motu rem inſinuant: poſteà verò aperto ore & hiante rictu totum virus euomunt, aperteque alienam famam carpunt. Attendit prætereà Chryſoſt. quomodo Iſaias alienigenis, ſcilicet Syris & Philiſthæis, aſſimilet eos qui populum Dei deuorant: quia nimirum detractio prorſus aliena eſſe debet à populo Chriſtiano; adeò vt illi qui alijs detrahunt, manifeſtis hoſtibus nocentiores meritò exiſtimentur.

Detractores deuorant plebem Dei.

ANNOTATIONES CORDERII.

Iſaiæ 9,11.

Nunc ergo quam pœnam mereantur expende.

5. *Dominum non inuocauerunt.*] Hæc ad pauperum oppreſſores ac detractores conſequenter referens Chryſoſt. *Intellige,* inquit, *quæ dico: Qui deuorant populum meum ſicut eſcam panis, Dominum non inuocauerunt, etſi putauerunt ſe inuocare. Quemadmodum enim qui ex rapina Deo aliquid offert, non offert, quandoquidem Deus ea non ſuſcipit: ita qui fratrem deuorant, Deum inuocantes, non inuocant.* Sic ille. Quid eſt quòd detractores Deum non inuocant? An ob hoc ipſum quòd alienis factis oblatrant, vocem perdunt? certè conſtat quòd aliquando Deum orent, ſed quia non exorant, idcircò dicuntur Deum non inuocaſſe. Hoc etiam optimè referri poteſt ad illud quod anteà dictum fuit: *Non eſt timor Dei ante oculos eorum;* ita vt idcircò Deum non inuocauerint, quia non timuerunt: vnde factum vt vero ac ſalutari timore Domini carentes, in vanum & noxium timorem humanum inciderint, de quo ſubdit:

Quomodo detractores & crudeles Deum non inuocent.

IBIDEM. *Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.*] Nimirum alia potiùs omnia, quàm Deum metuunt, vnde neceſſe eſt vt ſæpè vano & flagitioſo timore commoueantur. Heſychius hunc Pſalmi locum illuſtrans, meticuloſos hos homines vocat *ψοφοδεεῖς καὶ κενοφόβους*, qui vanos ſtrepitus, & inania veluti ſpectra perhorreſcunt, in quos Sophocleum illud conuenit, *πάντα φοβουμένῳ ψοφεῖ, meticuloſo ſtrepunt omnia.* Hebræi *timorem mendacij,* vel *timorem idoli,* vocant. Vnde hoc loco Chaldæus vertit, *ibi timuerunt timore mendacij, quo non decebat timere.* Venuſtè ſic appellat timorem vanum, falſum, fictitium, timorem nihili & idoli. Eſt enim conſuetudo diuinarum Litterarum vocare *mendacium* vel *idolum,* res vanas, nihil ſolidi habentes, quæque à ratione diſſentiant, licet aliquid boni præ ſe ferre videantur. Quare cùm arguit filios hominum Dauid, *Vt quid,* inquit, *diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Aſterius illic *mendacium* appellari dicit rem quamlibet falſam, quæ celeriter effluat; imaginem quamdam volaticam, quæ menti illudat. Eiuſmodi eſt timor inanis è vaniſſimis

Qui non habet Dei timorem, incidit in timorem vanum & noxium.

Pſal. 4,3.

ANNOTATIONES CORDERII. niſſimis rebus exceptus, quem *timorem mendacij* rectè nuncupant. Huic vano trepidoque metui, ſi fraus, ſi malitia, ſi commodorum ſpes, aut incommodorum formido acceſſerit; fiunt ſæpè contra iuſtitiam multa, & communem honeſtatem, niſi virtus & animi conſtantia eos motus repreſſerit. Nam inconſiderati ſæpè metus multos impulerunt, ad infanda ſceleratiſſimè conſciſcenda, quales Iudæorum fuerunt, qui metuentes ne Romani eorum gentem atque locum tollerent, inexpiabili parricidio, Meſſiam dignum morte pronuntiarunt. Quod S. Auguſt. animaduertit, retulitque ad illos Dauidicum hoc oraculum, *Illic trepidauerũt timore, vbi non erat timor.*

Ioan. 11, 48.

Simili metu ſæpè aguntur, qui vulgò nominantur Politici, adminiſtri politiarum, vrbium, rerumpublicarum, qui humano conſilio vtentes, dum metuunt ne aduerſa dominationi & communi rerum ſtatui eueniant; cælo abdicato, & legum diuinarum cogitatione, perdita ineunt conſilia, lites ſuſcitant, bella ſuſcipiunt, aliena bona inuadunt, diuinum ius & humanum peſſumdant, ſæpè trepidant vbi non eſt timor; & dum vilium rerum damna formidant, ſpe cæleſtium & æternorum ſpoliantur. In hac claſſe plurimi ſunt in orbe terrarum, qui dum formidant ne ambitionis ſuæ fructu ſpolientur, ne inſignium ſpe commodorum & ſperatâ voluptate fruſtrentur, néve opes minuantur, dum dedecus metuunt, & imperiti vulgi rumuſculos & ſermones, poſtpoſito Numinis metu, indignis ſe facinoribus perfidioſè contaminant. In quos illud conuenit Ariſt. lib. 3. Ethic. cap. 11. πολλὰ δείματα κενὰ τοῦ πολέμου, *belli eſſe terrores inanes multos.* Quod in minutum, & abiectum, & inaniſſimis mundi opinionibus victum animum referunt ſapientes. Itaque ille idem in Politicis lib. 7. cap. 1. ait eſſe quoſdam qui metuant περιπετομένας μυίας, *circumuolitantes muſcas*, in quibus nimirum nulla ſit animi fortitudo atque virtus. Quod etiam commune fuit Academiæ iudicium, in qua docebatur, eum qui timet omnia, etiam τὴν σκιὰν, *vmbram ſuam*, ἄνανδρον καὶ δειλόν, *ignauum & meticuloſum* appellandum.

Mundanus timor vanus.

Math. 14, 31. In Euangelio Chriſtus *modicæ fidei* homines, vt fracto animo degeneres, vocat diſcipulos, qui præſente Filio Dei, de cuius ope atque præſidio ſecuri eſſe debuiſſent, in coorta ſæua tempeſtate, vt in certo & ineuitabili naufragio exhorreſcebant. In cuius rei contemplatione Baſilius Seleucienſ. orat. 22. de importuno illo metu exclamat, Ἔλεγχος ἀπιστίας ὁ φόβος, *infidelitatis argumentum eſt timor.* Nimirum qui ſe potiùs in difficillimis rebus atque metuendis, quàm Deum videt & conſiderat, nec vllam capit Chriſtiano pectore dignam conſtantiam, & in impios ſæpè timores, inaniſſimoſque labitur.

Superuacuus timor in Iure punitur. Atque hunc eumdem mundanum timorem *ſuperuacuum* Iura dicerent, quem cenſoriâ velut virgulâ notant & puniunt, nec ſufficere pronuntiant, vt excuſari homines poſſint, & beneficio legum iuuari. Sic cùm ff. ex quib. cauſ. l. 2. aiunt Prætoris edicto adiuuari illos, qui metus cauſsâ abfuiſſent, prouidentiſſimè addunt, *Si non ſuperuacuo timore deterriti abfuiſſent.* Et lege conſequenti dicitur, non ſufficere quolibet terrore adductum timuiſſe, ſed huius rei diſquiſitionem ad Iudicem pertinere. vnde videtur regula ea Iuris manaſſe ff. de reg. Iur. l. 184. *Timoris vani iuſta excuſatio non eſt.*

In cæleſti quidem foro, & diuina curia, mundani timoris nulla iuſta excuſatio eſt, vt non ſit mirum, ſi grauiſſimè illi puniantur, qui vaniſſimo terrore deluſi, ne leue incommodum ſentirent, Dei legem voluntatemque abiecerunt. Fit enim ſæpè Dei prouidentiâ, vt illud ipſum quod magnoperè ſtultâ contentione refugiebant, illis eueniat, & quidem inexpectatis incommodis & ignominiâ cumulatum. Itaque dicunt vel inuiti cum Iobo: *Timor, quem timebam, euenit* Iob 3, 25.
mihi: aut quod aliàs ille idem heros, ſapientis animi ſpecimen, in arcanis ſuis ſymbolis poſuit: *Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix.* Atque hæc de mundano timore doctè, & ad hunc Pſalmi locum appoſitè, Creſollius noſter in Anthologia ſacra cap. 7. diſſeruit.

6. *Quoniam Dominus in generatione iuſtorum eſt.*] Ita quoque legunt Euthymius, Complutenſes & Regij, nec non Chaldæa Paraphraſis; cùm Vulgata legat *iuſta*, & Sixtina δικαίᾳ. Hæc autem Dei inter illos præſentia eximium prorſus fauorem ſignificat, ſicut Chriſtus ſe in medio duorum vel trium ſuo nomine congregatorum futurum promiſit. Quòd ſi in medium duorum vel trium venit; multò magis, vt argumentantur Baſilius, Chryſoſt. Didymus, in *generationem iuſtorum*, vti etiam Auctor operis Imperf. hom. 45 in Matth. tum ex hoc loco, tum ex alio probat, in quo eſt, *Generatio rectorum benedicetur.* Item ex eo: *Hæc eſt generatio quærentium eum.* Pſ. 111, 2. Pſal. 23, 6.

7. *Quis dabit ex Sion.*] Nota cum Ianſenio, hinc apparere, ad litteram Dauidem hunc Pſalmum compoſuiſſe pro captiuitate aliqua populi Iſraëlitici, quæ intelligi poteſt ſub Saüle rege impio, ſub quo iuſti detinebantur captiui, vt non quæ vellent dicerent & agerent. Secundùm ſenſum autem myſticum, intelligendus eſt Dauid ad Chriſtum reſpexiſſe, ac electo Dei populo precari eam ſalutem, quæ poſteà per Chriſtum præſtita eſt, quâ liberatus eſt Dei populus à captiuitate diabolica, ſub qua detinebatur, addictus ſeruituti peccati, atque obnoxius æternæ morti. Secundùm ſenſum verò anagogicum, hoc verſu rectè precantur iuſti liberationem à captiuitate quam adhuc patiuntur, quamdiu ſunt in carne hac mortali, in qua propter carnis ac dæmonis ſuggeſtiones, ac prauorum hominum conſuetudinem & oppreſſionem, nondum ſpiritus hominis perfectam eſt aſſecutus libertatem, quam in die iudicij aſſequetur; ob quam aſſequendam exclamat Paulus: *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?* Rom. 7, 24.

Senſus litteralis. *Myſticus.* *Anagogicus.*

IN

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM XIV. ARGVMENTVM.

ά. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Ἐπειδὴ καὶ τοῖς τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦσι προτεθέσπισε τὴν σωτηρίαν ὁ πρὸ τούτου ψαλμὸς, καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις ἤδη γεγενημένοις προηγόρευσε τὴν ἀνάκλησιν· εἰκότως ἐν τῷ δὲ τῷ ψαλμῷ παραίνεσιν εἰσφέρει, καὶ βίον ὑποτίθεται, καθ' ὃν προσήκει τοὺς πολιτεύεσθαι τοὺς ὑπὸ Θεοῦ τεταγμένους, καὶ τοσαύτης ῥοπῆς ἀπολαύοντας. Καὶ σχηματίζει τὸν λόγον εἰς ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν.

1. Pſalmus Dauid.

Quandoquidem præcedens Pſalmus habitatoribus Ieruſalem ſalutem vaticinatus eſt, & captiuis libertatem prædixit; meritò in præſenti Pſalmo admonitionem adfert, & proponit vitam, quâ ſub Dei poteſtate conſtitutos, taliq́ue fauore fruentes, viuere decet. Et format ſermonem per interrogationem & reſponſionem.

PARAPHRASIS.

ΚΥΡΙΕ τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου;

Τίς ἄξιος, ὦ δέσποτα, τῷ σῷ ναῷ προσεδρεύειν, καὶ ἐν τῇ πόλει τῇ σῇ βιοτεύειν; ὁποῖον εἶναι τοῦτον προσήκει; ποίοις ἐπιτηδεύμασι κεχρημένον; Σκήνωμα γὰρ τὸν τοῦ Θεοῦ προσαγορεύει ναὸν, ὄρος δὲ ἅγιον τὴν Ἱερουσαλήμ. Οὕτω πυθόμενος, δέχεται τὴν ἀπόκρισιν.

β'. Πορευόμενος ἄμωμος, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην.

Δεῖ, φησι, τοιοῦτον ἀπηλλάχθαι κακίας, καὶ μώμου παντὸς ἐλεύθερον εἶναι, πᾶσαν δὲ ἀρετὴν ἐπιμελῶς μετιέναι. Τὴν γὰρ δικαιοσύνην ἐνταῦθα τὴν τελείαν ἀρετὴν ὀνομάζει· ἀμέλει ταύτης τὰ εἴδη διέξεισι.

γ'. Λαλῶν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, ὃς οὐκ ἐδόλωσεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ.

Χρὴ γὰρ αὐτὸν ψεύδους μὲν ἐλευθέραν ἔχειν μὴ μόνην τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν διάνοιαν, δόλου δὲ καὶ διπλόης παντελῶς ἀπηλλάχθαι, ὥστε μηδεμίαν παρ' αὐτοῦ βλάβην εἰς τὸν πέλας χωρεῖν.

Καὶ οὐκ ἐποίησε τῷ πλησίον αὐτοῦ κακόν.

Μάλα δὲ ἀκολούθως καρδίας ἐμνημόνευσε πρῶτον, εἶτα γλώττης, καὶ τότε τῆς πράξεως. Ἔργου γὰρ ἡγεῖται ὁ λόγος, λόγου δὲ νοῦς.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Quis dignus eſt, ô Domine, tuo templo aſſidere, atque in tua ciuitate vitam degere? qualem hunc eſſe conuenit, & quibus ſtudijs vti? Nam *tabernaculum* Dei templum appellat; *montem* verò *ſanctum*, Ieruſalem. Cùm ſic interrogaſſet, reſponſum recipit. *Quis habitet in Dei tabernaculo.*

2. Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.

Oportet, inquit, talem expertem eſſe malitiæ, & ab omni reprehenſione liberum, omnemq́ue virtutem ſtudioſè exercere. *Iuſtitiam* enim hîc perfectam virtutem nominat: cuius ſpecies vtique enarrat. *Iuſtus cohabitat Deo.*

3. Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua.

Ipſum enim non tantùm linguam à mendacio puram habere oportet, verùm etiam mentem à dolo & fraude penitus ſinceram, vt ab ipſo nullum damnum ad propinquum deriuetur. *Menti & lingua pura ſit.*

Nec fecit proximo ſuo malum.

Admodum autem congruenter de corde primùm mentionem fecit, deinde de lingua, & tandem de actionibus. Opus enim præcedit ſermo, ſermonem verò mens.

PARAPHRASIS PATRVM.

Compatiendum afflictis.

Et opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.

Si qui verò in quamdam calamitatem inciderint, irridere atque inſultare non decet; ſed potiùs condolere eis, iuxta legem Apoſtoli, quæ iubet lugere cum lugentibus.

Rom. 12.

4. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius * omnis malignus:

* *Vulgata omiſit* omnis

Iniquus etiam in proſperitate miſerrimus.

Si quis autem iniquam elegerit vitam, licet ſecundis ventis feratur, ſumma vtens proſperitate, miſerrimum tamen putato. Quoniam verò opprobria repudiauit, meritò hoc adiecit, bonorum virorum ac malorum diſcrimen edocens.

Timentes autem Dominum glorificat:

Religioſi venerandi.

Pium namque eſt omnes eos obſeruare, atque omni veneratione & honore dignos putare, qui res diuinas magni faciunt.

Qui iurat proximo ſuo, & non decipit * eum:

* *Vulg. omiſit.*

5. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munera ſuper * innocentes non accepit.

* *Vulg.* innocentem

Iuſtitiæ functiones quæ.

Iuſiurandum igitur veritas confirmet, & opes auaritia non inquinet; fœnus autem huius quædam ſpecies eſt. Iudex autem non accipiat munera, & puram à muneribus ſententiam proferat: nam munerum corruptela iudicium corrumpit.

Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

Huius autem virtutis præmium eſt, diuinâ ope continuò frui, & in multis bonis degere, & æternam vitam expectare. Hæc non minùs nobis quàm antiquis congruunt, quoniam præter antiquam legem, etiam nouam recipimus, & maiori gratiâ potiti ſumus.

Καὶ ὀνειδισμὸν οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα αὐτοῦ.

Εἰ δὲ καί τινι συμφορᾷ τινὶ περιπέσοιεν, ἐπιχαιρεκακεῖν οὐ δεῖ, καὶ ἐπεμβαίνειν, ἀλλὰ μᾶλλον κοινωνεῖν τῆς ἀθυμίας, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν νόμον, τὸν παρεγγυῶντα κλαίειν μετὰ κλαιόντων.

δ΄. Ἐξουδένωται ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶς πονηρευόμενος.

Εἰ δέ τις τὸν παράνομον ἕλοιτο βίον, τοῦτον ἡγείσθω τρισάθλιον, κἂν ἐξ οὐρίων φέρηται, τὴν ἄκραν ἔχων εὐημερίαν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ ὀνειδίζειν ἐξέβαλεν, εἰκότως τοῦτο προσετέθεικεν, ἀγαθῶν ἀνδρῶν καὶ κακῶν διδάσκων διαφοράν.

Τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν κύριον δοξάζει.

Ἅπαντας γὰρ τοὺς περὶ πολλοῦ τὰ θεῖα ποιουμένους σέβειν ὅσιον, καὶ πάσης ἀξιοῦν αἰδοῦς καὶ τιμῆς.

Ὁ ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀθετῶν αὐτόν.

ε΄. Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δῶρα ἐπ᾽ ἀθῴοις οὐκ ἔλαβε.

Τοὺς μὲν οὖν ὅρκους ἡ ἀλήθεια βεβαιούτω, καὶ τὴν εὐπορίαν ἡ πλεονεξία μὴ μολυνέτω. εἶδος δὲ ταύτης ὁ τόκος. Ἀδωρότατος δὲ ἔστω δικάζων, καὶ καθαρὰν δώρων ἐκφερέτω τὴν ψῆφον. ἡ γὰρ δωροδοκία διαφθείρει τὸ δίκαιον.

Ὁ ποιῶν ταῦτα, οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

Ταύτης δὲ ἆθλον τῆς ἀρετῆς, τὸ τῆς θείας ἐπικουρίας διηνεκῶς ἀπολαύειν, καὶ ἐν πολλοῖς ἀγαθοῖς διάγειν, καὶ τὴν αἰώνιον προσμένειν ζωήν. Ταῦτα οὐχ ἧττον ἡμῖν, ἢ τοῖς πάλαι ἁρμόττει, ἐπειδὴ καὶ πρὸς τῇ παλαιᾷ καὶ τὴν καινὴν νομοθεσίαν δεδέγμεθα, καὶ μείζονος χάριτος τετυχήκαμεν.

COM

COMMENTARIVS.

α. Κύριε τίς παροικήσει;] Ἢ διαπορητικόν ἐστι τὸ τίς, ὡς τὸ, Τίς ἔγνω νοῦν κυρίου; Καὶ τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος; ἢ τάχα ὡς ἐρωτηματικὸν ὡς ἀπόκρισιν ἐπιζητοῦντος παρὰ τοῦ κυρίου, ᾧ διαλέγεται. πρὸς ὃν ἡ θεία φωνὴ, λύουσα τὸ ἐρώτημα, φησί· Πορευόμενος ἄμωμος, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἡ οὖν παροικία ἐστὶ διαγωγὴ πρόσκαιρος, οὐχ ἱδρυμένην ζωὴν, ἀλλὰ παροδικὴν, ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐπὶ τὰ κρείττω μεταστάσεως ὑποφαίνουσα. εἴη ἂν ἁγίων ἀνδρῶν παροικία, παροδεύειν τὸν βίον, καὶ ἐπείγεσθαι πρὸς ἑτέραν ζωήν. Σκήνωμα δὲ κυρίου, κατὰ μὲν τὸ ῥητὸν, ὁ ἐν Ἱερουσαλὴμ ναός· ὄρος δὲ ἡ Ἱερουσαλήμ. πρὸς δὲ διάνοιαν, ἡ παρ' αὐτοῦ δεδομένη σὰρξ τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ εἰς ἐνοίκησιν. Τίς οὖν, φησι, ὡς ἀλλοτρίᾳ τῇ σαρκὶ προσέξει; ἡ γὰρ ἀξία τοῦ θεοῦ σὰρξ, γίνεται αὐτοῦ σκήνωμα. Εἶτα προκοπὴ καὶ πρόοδος πρὸς τὸ τελειότερον, τὸ, Τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει; ὄρος Ἱερουσαλὴμ λέγει, ἐπουράνιον πόλιν. Προσεληλύθατε, γάρ φησιν, ὄρει θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. Ὁ παρελθὼν οὖν τὴν σάρκα ἀπροσπαθῶς, ὡς ἀλλοτρίαν παροικῶν, οὐχ ὡς ἰδίας ἐξηρτημένος· ἐκ τοῦ διὰ τὸ νεκρῶσαι τὰ ἐπὶ γῆς μέλη, ἄξιος ἔσται τῆς ἐν τῷ ὄρει κατασκηνώσεως. Ἀλλὰ σπάνιος οὗτος, διὸ καὶ ἐρωτᾷ. Καὶ ἄμωμος μέν ἐστιν, ὁ μηδενὸς ἀγαθοῦ ἐλλειπὴς, ὁ μῶμον οὐκ ἔχων, ὁ εἰς πᾶσαν τελείωσιν ἀρετῆς τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον ἀπηρτισμένος· ἐργαζόμενος δὲ δικαιοσύνην, ὁ τὸ πρακτικὸν ἑαυτοῦ διὰ τῶν σωματικῶν ἐνεργειῶν τελειῶν. Δεῖ γὰρ πρὸς τῷ ἀνεγκλήτῳ καὶ πράξεις ἐπάγειν δικαίας, καὶ οὐ μόνον ποιεῖν τὴν δικαίαν πρᾶξιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ διαθέσεως δικαίας ἐργάζεσθαι, κατὰ τὸ, Δικαίως τὸ δίκαιον διώξῃ. Οὐκ εἶπε δὲ, πορευθεὶς, ἀλλὰ πορευόμενος. οὐ γὰρ μία πρᾶξις τελειοῖ τὸν σπουδαῖον, ἀλλὰ παντὶ προσήκει τῷ βίῳ ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις συμπαρατείνεσθαι. Λαλεῖ δὲ ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ, εἴτ' οὖν ἀπὸ καρδίας, ὁ τῇ καρδίᾳ ὢν καθαρὸς, μὴ ἐπισκοτουμένην ἔχων ταύτην ἀπὸ ψεύδους προκαλύμματος. Ἡ γὰρ καρδία τὸ ἄδολον εἴωθεν ὑποφαίνειν

1. DOMINE QVIS HABITABIT?] Particula *quis*, vel hæſitantis ſeu dubitantis eſt, vt in illo: *Quis nouit ſenſum Domini?* &, *Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens?* Vel fortè interrogatiuum eſt, quaſi cuiuſdam à Domino (cùm quo loquebatur) reſponſum poſtulantis. Ad quem diuina vox, quæſtionem reſoluens, ait: *Qui ingreditur ſine macula*, & quæ ſequuntur. Incolatus igitur eſt diuerſorium temporaneum, non ſtabilem, ſed fluxam vitam habens, & ſpem oſtendens ad meliora commigrandi. Sancti autem viri incolatus eſt, hanc vitam nonniſi pertranſire, & ad alteram properare. Tabernaculum autem Domini ad litteram eſt templum Ieroſolymitanum, mons verò Ieruſalem: ſecundùm intelligentiam verò tabernaculum caro eſt, hominis animæ ab eo ad habitandum data. Quis igitur, inquit, carni huic, vt alienæ, attendet? nam caro quæ Deo digna eſt, ipſius tabernaculum efficitur. Deinde ad id quod perfectius eſt procedens ait: *Quis requieſcet in monte?* Montem vocat Ieruſalem ciuitatem cæleſtem: *Acceſſiſtis* enim, inquit, *ad montem Dei viuentis, Ieruſalem caleſtem.* Qui igitur carnem hanc ſine affectione pertranſijt, & tamquam alienam incoluit, neque vt propriæ adhæſit; in eo quòd mortificauerit membra ſua ſuper terram, dignus erit vt in monte requieſcat. Verùm talis rarus eſt, quocirca etiam interrogat. Et *immaculatus* quidem eſt, qui nullius boni expers exiſtit, qui maculâ caret, qui interiorem hominem omni virtutis genere perfectè inſtruxit: *operans* autem *iuſtitiam* eſt, qui ea quæ ſibi per corporeas operationes peragenda ſunt, ritè abſoluit. Oportet enim ad vitæ innocentiam iuſtas quoque actiones adiungere, & non ſolùm ea quæ iuſta ſunt, facere, ſed & iuſto rectoque animo, iuxta illud, *Iuſtè quod iuſtum eſt proſequêris.* Non dixit, Qui ingreſſus eſt, ſed *Qui ingreditur.* Non enim vnus actus perficit ſtudioſum, ſed per omnem vitam virtutis actionibus incumbendum eſt. *Loquitur* autem *veritatem in corde*, id eſt, ex corde, qui corde puro eſt, neque illud falſitatis velo obtenebratum habet. Solet enim cor, ſincerum, ſeu minimè fucatum,

Iſa. 40, 13.
Matt. 24, 45.
Incolatus quid.
Tabernaculum quid litteraliter, & myſticè.
Mons eſt caleſtis Ieruſalem.
Hebr. 12, 22.
Immaculatus quis.
Iuſtus quis.
Deut. 16, 20.
Vnus actus non facit iuſtum.
Quis corde puro ſit.

COMMENTARIVS PATRVM.

Qui linguâ rectius ſit.

ad aliquid affectum declarare. Congruè autem cordis mentionem fecit, ac deinde linguæ, & tandem actionis: actionem enim præcedit ſermo, ſermonem verò mens. Linguâ verò minimè doloſum ait eſſe illum, qui per illam proximo nihil mali machinatur; quod factu difficile eſt. *Opprobrium* autem *non accipere* eum, qui proximis ex ſuperbia peccantibus non exprobrat. Vel hoc eò dicit, quòd proximis nihil exprobrauerit, vel quòd nihil opprobrio dignum egerit ob vitam inculpabilem. Porrò illud, neque dolum in lingua habere, neque proximo quidquam mali facere, idem eſt atque operibus & verbis Deo placere & hominibus.

Iuſtitiæ & iuſti officium in quo ſitum ſit.

4. AD NIHILVM DEDVCTVS EST IN CONSPECTV EIVS MALIGNVS.] Summæ iuſtitiæ eſt, ius ſuum vnicuique pro dignitate diſtribuere: putà, iniquos ad nihilum deducere, nihili pendere, quamuis opibus affluant, generis nobilitate polleant: contrà verò, timentes Dominum, etſi pauperes & afflictos, beatos exiſtimare. Hiſce adiungitur is qui iurat, ſiue qui proximo aliquid aſſeuerat, & non decipit. Hic enim rectè iurare homini perfecto, inter eas virtutes quæ ipſum decent, conceditur; in Euangelio verò iuramentum omne prorſus prohibitum: Chriſtus enim cùm perfectiora proponat, periurij occaſionem reſcindit. Qui enim benè iurat, aliquando etiam falli poteſt; qui verò non iurat, is etiam periurij periculum vitauit. Iuramentum autem eſt firma rei cuiuſlibet confirmatio, vt in illo, *Iuraui, & ſtatui:* nunc autem promiſſa proximo confirmamus per *Eſt, eſt; Non, non.* Aliàs autem omnino non iurandum eſſe Dauid haud ſanciuit; ſed ſponte iurantem propoſuit, quem & laudat, non quòd iurarit, ſed quòd benè iurauerit. Permiſerunt autem Prophetæ iurare per Deum, at iurare per idola planè ſuſtulerunt. Dignus autem habitus eſt commemoratione, qui neque auaritiâ opulentiam inquinauit, neque inſatiabiles vſuras exegit. Oportet enim gratis humanum ſe præbere, nec quærere retributionem, & ſine munere iudicium ferre, & puram à donis ſententiam proferre. Quia munerum corruptela iudicium corrumpit, adeoque excæcat, vt etiam innocẽtes ſupplicio afficiat. quod malum grauiſſimum. Licet etiam ſpiritualiter abſque vſura fœnerari, cùm quis ſermonem doctrinæ, tamquam argentum, exponit ad quidpiam corpo-

Cui permiſſum iuramentum.

Iuramentum quid. Pſal. 118, 106.

Matth. 5, 37.

Quale iuramentum permiſſum & vetitum.

Munera ſunt iudicij recti corruptela.

τῆς πρὸς ὅπερ ὁρμῆς. Ἀκολούθως δὲ καρδίας ἐμνημόνευσεν, εἶτα γλώττης, καὶ τότε πράξεως. ἔργου γὰρ ἡγεῖται λόγος, λόγου δὲ νοῦς. Γλώττῃ δὲ μὴ δολιῶσαι τὸν μὴ διὰ ταύτης φησὶ τῷ πλησίον πραγματευσάμενόν τι κακόν. ὃ δυσκατόρθωτον· μὴ ὀνειδίσαι δὲ τὸν μὴ ὀνειδίσαντα τοὺς ἔγγιστα διὰ ὑπερηφανίας ἁμαρτάνοντας. ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι οὐκ ὀνειδιστικῶς διετέθη τοῖς γείτοσιν, ἢ ὅτι ἄξια οὐκ ἐποίησεν ὀνειδισμοῦ, ἀνεπιλήπτως βιούς. Τοῦτο δὲ, καὶ τὸ μὴ δολοῦν ἐν γλώσσῃ, μηδὲ τῷ πλησίον αὐτοῦ ἐργάζεσθαι κακὸν, εἴη ἂν τὸ ἔργοις καὶ λόγοις εὐδοκιμεῖν παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις.

δ'. ΕΞΟΥΔΕΝΩΤΑΙ ΕΝΩΠΙΟΝ ΑΥΤΟΥ ΠΟΝΗΡΕΥΟΜΕΝΟΣ.] Ἄκρας δικαιοσύνης τὸ διανέμειν ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν, καὶ ἐξουδενοῦν μὲν πονηρίαν, καὶ οὐδενὸς ἀξίαν ἡγεῖσθαι, κἂν πλούτῳ καὶ εὐγενείᾳ κομᾷ· μακαρίζειν δὲ τοὺς φοβουμένους τὸν κύριον, κἂν ἐν τοῖς ἐναντίοις γνωρίζονται. Καὶ τούτοις προσοικειοῦνται ὁ ὀμνύων, ἤτοι διαβεβαιούμενος τῷ πλησίον, καὶ μὴ ἀθετῶν· Συγκεχώρηται μὲν γὰρ ἐνταῦθα τὸ εὐορκεῖν, ἐν δὲ τοῖς τελείοις πρέπουσιν ἀνδραγαθήμασιν· ἐν εὐαγγελίῳ δὲ ἀπηγόρευται καὶ ὁ ὅρκος. τελειότερα γὰρ παραδιδοὺς ὁ Χριστὸς, καὶ τῆς ἐπιορκίας τὴν ἀφορμὴν ἐκκόπτει. Ὁ μὲν γὰρ εὐορκῶν τάχα ποτὲ καὶ παρασφαλείη· ὁ δὲ μὴ ὀμνὺς τὸν τῆς ἐπιορκίας κίνδυνον διαπέφευγεν. Ὅρκος δέ ἐστιν, ἡ ἀμετάθετος περὶ ἑκάστου βεβαίωσις, ὡς ἐν τῷ· Ὤμοσα καὶ ἔστησα. νῦν δὲ ἡ φυλακὴ τῆς πρὸς τὸν πλησίον διαβεβαιώσεως, τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ οὐ, οὐ. ἄλλως δὲ οὐδὲ ὀμνῦναι ὁ Δαβὶδ οὐκ ἐνομοθέτησεν, ἀλλὰ τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ ὀμνύοντα παρέστησεν, ὃν καὶ ἐπαινεῖ, οὐχ ὅτι ὤμοσεν, ἀλλ' ὅτι εὐώρκησεν. Συνεχώρουν δὲ οἱ προφῆται τὸ ὀμνύειν κατὰ θεοῦ, τὸ ὀμνύειν κατὰ εἰδώλων ἐκκόπτοντες. Ἄξιος δὲ κέκριται τοῦ καταλόγου, ὁ μὴ πλεονεξίᾳ τὴν εὐπορίαν μολύνων, μηδὲ τῷ ἀπλήστῳ τοκογλυφῶν. Χρὴ γὰρ προῖκα φιλάνθρωπον εἶναι, καὶ μὴ ζητεῖν ἀμοιβὴν, καὶ ἀδωροδόκητα δικάζειν, καὶ καθαρὰν δώρων ἐκφέρειν τὴν ψῆφον· ὡς τῆς δωροδοκίας διαφθειρούσης τὸ δίκαιον, καὶ ἀποτυφλούσης τοσοῦτον, ὡς καὶ ἀθώους ὑπὸ καταδίκην ποιεῖν· ὃ βαρύτατον. Ἔστι δὲ δανεῖσαι καὶ αὐτὸ τόκου χωρίς, τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον δανείζοντα ὡς ἀργύριον, ἐπὶ τῷ τι κερδᾶναι σωμα-

σωματικὸν, ἤτοι τροφήν· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης. δανείζει γὰρ ἄνευ τόκου, τῷ μὴ κατ' ἀξίαν τῶν λογικῶν ἀργυρείων εἶναι τὴν τροφήν. σκοπῆσαι δὲ δεῖ, πῶς ἐν τῇ δοκούσῃ ἀποκρίσει τοῦ Θεοῦ πάσης ἀρετῆς διδασκαλία ἐμφέρεται. Ὁ δὲ ἐν τούτοις προσμένων, ἤτοι ταῖς αἷς κατόρθωσεν ἀρεταῖς, φησι, διὰ βίου οὐ σαλευθήσεται.

corporeum, v.g. victum, lucrandum. eo enim dignus eſt qui operatur: nam ſine vſura fœneratur, eò quòd cibus rationabili argento vilior exiſtat. Ceterùm obſeruandum, quomodo in reſponſo Dei quod datur, omnis virtutis doctrina contineatur. Qui autem in his perſeuerat, ſcilicet virtutibus quas operatus eſt, per totam, inquit, vitam non commouebitur. CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν, διδάσκων τί ἂν ἄνθρωπον παρασκευάσῃ τῆς μακαρίας ἐκείνης τυχεῖν λήξεως. διὸ ἀρχόμενός φησι·

α΄. ΚΥΡΙΕ ΤΙΣ ΠΑΡΟΙΚΗΣΕΙ;] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τὸν τέλειον ἡμῖν ὁ λόγος ὑπογράψαι βουλόμενος, τὸν τῶν μακαρισμῶν ἐπιτυγχάνειν μέλλοντα, τάξει τινὶ καὶ ὁδῷ τῶν περὶ αὐτὸν θεωρουμένων χρησάμενος, ἀπὸ τῶν προσεχεστέρων καὶ προφανῶν, τὴν ἀρχὴν πεποίηται. Κύριε τίς παροικήσει; Ἡ παροικία ἐστὶ διαγωγὴ πρόσκαιρος, οἷον ἡ σὰρξ ἡμῶν. Τίς οὖν ὡς ἀλλοτρίᾳ τῇ σαρκὶ ταύτῃ προσέξει; ὥσπερ γὰρ οἱ πάροικοι ἀλλοτρίαν ἐκμισθούμενοι γῆν, πρὸς τὸ βούλημα τοῦ ἐκδεδωκότος γεωργοῦσι τὴν χώραν, οὕτω καὶ ἡμῖν κατὰ συγγραφὴν ἡ τῆς σαρκὸς ἐπιμέλεια παραδίδοται, ὥστε προσηκόντως αὐτὴν φιλοπονήσαντας, ἔγκαρπον παραδοῦναι τῷ δεδωκότι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀπὸ τῶν προσεχεστέρων προβαίνων, διαγράφει τὸν τέλειον. Παροικία δέ ἐστι διαγωγὴ πρόσκαιρος ἐπ' ἐλπίδι τῆς κρείττονος. Διό φησι καὶ Δαβίδ· Πάροικός εἰμι καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. Πάροικος γὰρ Ἀβραὰμ, μηδὲ βῆμα κεκτημένος ποδὸς, μόλις δὲ τάφον πριάμενος. Ὁ δὴ σύμβολον τοῦ ζῶντα μὲν ἐν σαρκὶ πάροικον εἶναι προσήκειν, μεταβαίνοντα δὲ ταύτης, τοῖς οἰκείοις τόποις ἐναναπαύεσθαι. Καὶ μακάριόν φησιν ἐν ἀλλοφύλοις παροικοῦντα, μὴ ὡς οἰκείοις προσπεπηγέναι τοῖς ἐν τῇ γῇ. Σκήνωμα δὲ Θεοῦ ἡ παρ' αὐτοῦ δεδομένη σὰρξ τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ πρὸς ἐνοίκησιν. Τίς οὖν ὡς ἀλλοτρίᾳ κεχρημένος, ἔγκαρπον αὐτὴν παραδώσει τῷ δεδωκότι, ὡς ἂν γένηται καὶ σκήνωμα τοῦ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις ἐνοικοῦντος; Εἶτα πρὸς τὸ μεῖζον προκόπτει· Καὶ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; Οὐκ

ATHANASII. Hunc Pſalmum canit, docens, quid hominem diſponat vt beatæ iſtius quietis compos fiat. Idcircò exordium faciens ait:

1. DOMINE QVIS HABITABIT?] BASILII. Sermo hic virum perfectum nobis deſcribere volens, qui beatitudinem adepturus ſit, ordine quodam & viâ meditationum ipſius vſus, ab ijs quæ prima magiſque attendenda videntur, exordium fecit. *Domine quis habitabit*, ſiue *accolet?* Accolatus eſt temporaria commoratio, qualis eſt caro noſtra. Quis igitur carni huic veluti alienæ attendet? Quemadmodum enim accolæ terram pretio acceptam ad voluntatem eius à quo illam acceperunt, colunt: ita & nobis carnis cura ex præcepto traditur, vt congruè illam exercentes, fertilem eam reddamus ei qui illam dedit. *Accolatus quid.*

EVSEBII. A propinquioribus procedens, deſcribit hîc virum perfectum. Accolatus autem eſt temporaria commoratio, ſpe melioris. Quocirca Dauid ait, *Aduena ſum & peregrinus, ſicut omnes patres mei.* Aduena enim fuit Abraham, ne pedis quidem paſſum propriæ terræ poſſidens, vixdum etiam ſepulcrum emens. Quo veluti ſymbolo innuit, hominem dum in hac carne viuit, aduenam eſſe oportere; ex hac verò migrantem, in proprijs ſedibus requieſcere. Et beatum ait, in alienigenis commorantem, rebus terrenis, non tamquam proprijs addictum fuiſſe. Tabernaculum porrò Dei, caro eſt, quæ ab ipſo data eſt animæ hominis ad inhabitandum. Quis igitur hac tamquam alienâ vſus, frugiferam illam reddet largitori, ita vt etiam fiat tabernaculum Dei, qui in ſanctis habitat? Deinde ad maiora progreditur: *Et quis requieſcet in monte ſancto tuo?* Non

Pſal. 38, 13. *Gen. 23, 15.* *Tabernaculum Dei caro hominis.*

CATENA PATRVM.

Hebr. 12, 22. in terreno monte Sion, vti Iudæis placet, ſed de quo Paulus ait: *Acceſsiſtis ad montem Dei viuentis, Ieruſalem cæleſtem.* Qui igitur carnem hanc pertranſiuerit, & mortificauerit membra ſua quæ ſunt ſuper terram, completâ ſanctitate, requieſcet in ciuitate ſancta, quam deſiderans Dauid, dixit:
Pſal.41, 5. *Pertranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei.* Et,
Pſal.83, 1. *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum!* Huius autem raritatem inſinuat illud *quis?* cui ſimile eſt iſtud:
1. Cor. 2, 16. *Quis cognouit ſenſum Domini?* & hoc: *Quis annuntiabit vobis locum æternum?* &,
Luc.12,42 *Quis prudens & fidelis diſpenſator?* Fortè verò etiam poſtquam Deum interrogauerat, reſponſum accepit.

2. QVI INGREDITVR SINE MACVLA.] ORIGENIS. Iſtud, *Qui ingreditur ſine macula,* imitaberis, ſi conſideraueris Abrahamum, quemadmodum illi locutus ſit Dominus. Eadem enim etiam nobis in Scripturis locutus eſt: ſi modò intelligentes illa, fecerimus, Deum audiuerimus, atque ambulauerimus ſicut locutus eſt nobis. *Et operatur iuſtitiam.* Ad hunc modum etiam dices: Qui operatur temperantiam, ſimiliter fortitudinem, eodem modo prudentiam, ſic etiam pietatem, ita & ſapientiam ceteraſque virtutes. Hoc verò etiam eſt operari terram ſuam, vt panibus ſaturetur.

Quomodo ſine macula ingrediendum.

3. QVI LOQVITVR VERITATEM IN CORDE SVO.] BASILII. Rurſus & hæc eamdem ſimilitudinem & ſocietatem inter ſe habent, ſcilicet loqui veritatem in corde, & non agere dolum in lingua ſua. Quoniam id quod loquimur, ex cordis abundantia prouenit, verbis velut ex fonte affectus intrinſeco fluentibus. Priùs dixit in corde veritatem, deinde in verbo ſimplicitatem, quod per linguam fit. Duas autem veritatis ſignificationes reperimus. Vnam quidem, quæ comprehenſio ſit earum rerum quæ ad beatam vitam deducunt; alteram verò, quæ ſit ſana ſcientia rerum in hac vita gerendarum. Illam igitur veritatem, ſalutis adiutricem, in hominis perfecti corde exiſtentem, oportet ſine dolo in rebus omnibus proximo exhibere. In huius autẽ vitæ negotijs, ſi forſitan veritatis ſtudioſus aberrauerit, nihil ei oberit quoad illa quæ iam propoſita ſunt. Quot enim ſtadia ſint terrę vel maris, quótve in cęlo aſtra moueatur, ſi

Veritas in corde ſit, & dolus à lingua abſit.

Duplex veritas.

Veritas ſpeculatiua non eſt ad rectam vitam neceſſaria.

ἐν τῇ γηΐνῃ Σιὼν, ὅπερ Ἰουδαίοις δοκεῖ, ἀλλὰ περὶ ἧς ὁ Παῦλος φησίν· Προσεληλύθατε ὄρει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιον. Παρελθὼν οὖν τις τὴν σάρκα ταύτην, καὶ νεκρώσας αὐτοῦ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν ἁγιασμὸν κατορθώσας, ἐν τῇ ἁγίᾳ κατασκηνώσει πόλει, ἧς ἐπιθυμῶν ὁ Δαβὶδ ἔλεγε· Διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. Καὶ, Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου κύριε τῶν δυνάμεων; Τὸ δὲ τούτου σπάνιον ἐμφαίνει τὸ Τίς; ὡς τὸ, Τίς ἔγνω νοῦν κυρίου; καὶ τὸ, Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον; καὶ τὸ, Τίς ἄρα φρόνιμος καὶ πιστὸς οἰκονόμος; μήποτε δὲ καὶ τὸν Θεὸν ἐρωτήσας, ἔτυχεν ἀποκρίσεως.

β΄. ΠΟΡΕΥΟΜΕΝΟΣ ΑΜΩΜΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ, Πορευόμενος ἄμωμος ζηλώσεις, νοήσας τὸ περὶ Ἀβραὰμ, καθάπερ ἐλάλησεν αὐτῷ κύριος. καὶ ἡμῖν γὰρ ταῦτα ἐν ταῖς γραφαῖς ἐλάλησεν, ἅπερ καὶ ἐὰν νοήσαντες ποιήσωμεν, ἠκούσαμεν Θεοῦ, καὶ ἐπορεύθημεν καθάπερ ἐλάλησεν ἡμῖν. Καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην. Περικείμενος τούτῳ ἐρεῖς, ἐργαζόμενος σωφροσύνην, ὁμοίως ἀνδρείαν, ὁμοίως φρόνησιν, ὁμοίως εὐσέβειαν, ὁμοίως σοφίαν, καὶ λοιπὰς ἀρετάς. τοῦτο δέ ἐστι καὶ τὸ ἐργάζεσθαι τὴν ἑαυτοῦ γῆν, ἐπὶ τῷ πλησθῆναι ἄρτων.

γ΄. ΛΑΛΩΝ ΑΛΗΘΕΙΑΝ ΕΝ ΚΑΡΔΙΑ ΑΥΤΟΥ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Πάλιν καὶ ταῦτα τὴν αὐτὴν κοινωνίαν ἔχει πρὸς ἄλληλα, τό τε λαλεῖν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ, καὶ τὸ μὴ δολοῦν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ. Ἐπειδὴ τὸ λαλούμενον, ἐκ τοῦ περισσεύματός ἐστι τῆς καρδίας, οἷον ἀπὸ πηγῆς τῆς ἔνδοθεν διαθέσεως τοῦ λόγου ῥέοντος. πρότερον εἶπεν τὴν ἐν καρδίᾳ ἀλήθειαν, εἶτα τὸ ἐν λόγῳ ἄδολον, τῷ διὰ τῆς γλώσσης ἐνεργουμένῳ. Δύο δὲ τὰ σημαινόμενα τῆς ἀληθείας εὕρομεν. Ἓν μὲν τὴν περὶ τῶν πραγμάτων τῶν εἰς τὸν μακάριον βίον φερόντων κατάληψιν· ἕτερον δὲ τὴν περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον εἴδησιν ὑγιῆ. Ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἀλήθειαν, τὴν συνεργὸν τῆς σωτηρίας, ἐν τῇ καρδίᾳ οὖσαν τοῦ τελείου, χρὴ ἐν πᾶσιν ἀδόλως τῷ πλησίον μεταδιδόναι. ἐν δὲ τοῖς κατὰ βίον πράγμασιν, ἐάν που καὶ διαπίπτῃ τῆς ἀληθείας ὁ σπουδαῖος, οὐδὲν ἐμπόδιον αὐτῷ πρὸς τὰ προκείμενα ἔσται. Πόσα γὰρ στάδια γῆς ἢ θαλάσσης, καὶ πόσα τῶν ἀστέρων κινεῖται,

CATENA PATRVM.

ἐὰν μὴ εἰδῶμεν τὴν ἐν τύποις ἀλήθειαν, οὐδὲν ἡμῖν ἐμποδίσει πρὸς τὸ ἐπιτυχεῖν τῆς ἐν ἐπαγγελίαις μακαριότητος. Τάχα δέ τι καὶ τοιοῦτον ἡμῖν ὁ λόγος παρίστησιν, ὅτι τὰ περὶ τῆς ἀληθείας, τουτέστι τὰ μυστικά, λαλεῖν προσήκει οὐ παντί, ἀλλὰ τῷ πλησίον, ἀντὶ τοῦ, οὐκ εἰς τοὺς τυχόντας ἐκφαίνειν, ἀλλὰ τοὺς κεκοινωνηκότας τῶν μυστηρίων. Ἡ δὲ ἀλήθεια, ὁ κύριος ἡμῶν ἐστι. ὡς οἶνος δὲ δολοῦται τῷ χείρονα αὐτῷ παραμίγνυσθαι, ἢ τὸ ὕδωρ αὐτῷ παραχεῖσθαι, οὕτω καὶ ἀλήθεια δολοῦται τοῖς ἑαυτῆς λόγοις τῶν δυσφημοτέρων παρακλαπέντων. Καὶ οὐκ ἐποίησε τῷ πλησίον αὐτοῦ κακόν. Πάντα ἄνθρωπον πλησίον ἡγεῖσθαι, ὁ κύριος ἐν τῇ παραβολῇ ἐδίδαξε. Δυσκατόρθωτον δὲ τοῦτο, καὶ πολλῆς δεόμενον ἐπιμελείας, μήτε μικρῷ τινι, μήτε μείζονι καταβλάπτειν τὸν πλησίον.

Ησυχιου. Πρότερον ἀληθεύειν ἡμᾶς κατὰ καρδίαν, καὶ μετὰ ταῦτα κατὰ τὴν γλῶσσαν βούλεται. Ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, Οὐκ ἐποίησε τῷ πλησίον κακόν, ἐνταῦθα οὐ φόνου μόνου, ἀλλὰ καὶ πάσης ἄλλης ἁμαρτίας ἐκώλυσεν.

Και ονειδισμον ουκ ελαβεν.] Κυριλλου. Ἔχει τι τὸ ἀσαφὲς ὁ λόγος. ἄδηλον γάρ, πότερόν ποτε παρὰ τῶν ἔγγιστα οὐκ ἔλαβεν ὀνειδισμόν, ἤγουν αὐτὸς κατ᾽ ἐκείνων τὸν ὀνειδισμὸν οὐκ εἰσέφερε; Καὶ οἶμαι δὲ ἔγωγε τοῖς δικαιοσύνης ἐπιμεληταῖς ἐπεῖναι πρέπειν κατὰ ταὐτὸν ἀμφότερα. καρπὸς γὰρ τῆς ἐπιεικείας, τὸ σεπτὸν οὕτω ποιεῖσθαι τὸν βίον, ὥστε μὴ παρ᾽ ἑτέρων ὀνειδίζεσθαι, μήτε μὴν αὐτὸν κατονειδίζειν ἑτέροις. νοσεῖ γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις, καὶ πίπτει ῥᾳδίως εἰς τὸ πλημμελές.

Ησυχιου. Τοὺς δὲ ἔγγιστα ὥσπερ ἡμεῖς, ἁμαρτωλοὺς καὶ ἀσθενεῖς νοήσομεν, ἵνα μὴ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτίας ἑτέροις ὀνειδίζωμεν, νουθετοῦμεν δὲ μᾶλλον ἀλλήλους, καὶ διδάσκωμεν.

Βασιλειου. Ἀμφίβολος ἡ λέξις, πότερον αὐτὸς ἄξια τοῦ ὀνειδίζεσθαι παρὰ τῶν ἔγγιστα οὐκ ἐποίησε, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔλαβε παρ᾽ αὐτῶν ὀνειδισμόν· ἢ οὐδένα τῶν ἔγγιστα αὐτοῦ ὠνείδισε τῶν ἐν ἀνθρωπίνοις πταίσμασι γενομένων, ἢ πηρώμασι σωματικοῖς. οὔτε γὰρ τὸν ἁμαρτάνοντα ὀνειδιστέον, κατὰ τὸ γεγραμμένον· Μὴ ὀνείδιζε ἄνθρωπον ἐπιστρέφοντα ἀπὸ ἁ-

ſi in his & ſimilibus veritatem ignoremus, nihil nobis ad beatitudinem à Deo promiſſam conſequendam impedimenti adferet. Forſan Pſalmus hic etiam aliquid tale nobis proponit, quòd nimirum illa quæ de veritate ſunt, (hoc eſt, myſtica) loqui non conueniat cuilibet, ſed proximo, hoc eſt, non prodenda eſſe illa vulgò, ſed narranda ijs qui myſterijs ſeu ſacramentis initiati ſunt. Veritas porrò eſt Dominus noſter. Quemadmodum autem vinum dolo afficitur, dum illi quid peius admiſcetur, vel ſi aqua ipſi affundatur: ſic & veritas dolo vitiatur, quando eius verbis falſa & deteriora connectuntur. *Et non fecit proximo ſuo malum.* Omnem hominem pro proximo habendum eſſe Dominus in parabola edocuit. Hoc autem obſeruatu difficile eſt, multamque requirit diligentiam, vt neque in minimo, neque in magno proximo noceamus.

Veritas myſtica quibus communicanda.

Hesychii. Corde priùs, & deinde linguâ, nos vult eſſe veraces. *Ex abundantia enim cordis, os loquitur.* Cùm autem dicit: *Nec fecit proximo ſuo malum*; non hîc cædem tantùm, ſed & quodlibet aliud crimen vetuit.

Matth. 12, 34.

Ibidem. Et opprobrivm non accepit.] Cyrilli. Habet hic ſermo quidpiam obſcuritatis. Non liquet enim vtrùm à proximis non acceperit opprobrium, an verò ipſemet ijs opprobrium non intulerit? Atque ego quidem arbitror, iuſtitiæ ſtudioſis vtraque eodem modo ineſſe debere: ſiquidem fructus æquitatis eſt, ita ſanctè vitam inſtituere, vt neque ab alijs opprobria quis accipiat, neque ipſe alijs inferat. Infirma eſt enim hominis natura, & facilè in delictum aliquod incidit.

Vita ſit opprobrij expers.

Hesychii. Cogitabimus autem proximos, peccatores & imbecilles eſſe, vti nos, ne, cùm ipſi peccatores ſimus, alijs peccatum obijciamus, quin inuicem potiùs adhortemur atque inſtruamus.

Alios ex nobis metiri oportet.

Basilii. Dubia eſt dictio, vtrùm ipſe non fecerit aliqua quæ meritò exprobrari poſſent à proximo, & idcircò non acceperit opprobrium ab ipſis, an potiùs nullum proximorum ipſe vituperarit, in lapſibus humanis, vel defectibus corporeis. Nam ne quidem is qui peccat, probris inſectandus, vti ſcriptum eſt: *Ne improperes homini auertenti ſe à peccato.*

Opprobria cauenda.

Eccli. 8, 6.

CATENA PATRVM. *ratio.* Et Apoſtolus reprehenſionem ſeu increpationem præcipit, & non improperium. 1. Tim. 4. Increpatio quidem ad peccatoris correctionem ſpectare videtur; opprobrium verò fit ad lapſi confuſionem.

4. AD NIHILVM DEDVCTVS EST IN CONSPECTV EIVS.] CYRILLI. Nihili-penſio non tam à ſuperba mente prouenit, quàm ab ea quæ malum odit, & praua deteſtatur.

THEODORI. Ceterùm, pium eſt omnes diuinorum cultores maximè venerari, & omni honore ac reuerentiâ proſequi.

TIMENTES AVTEM DOMINVM GLORIFICAT.] HESYCHII. Tametſi imbecilles ſint, tametſi pauperes, tametſi barbari, tametſi *Maligni contemnendi, probi honorandi.* alienigenæ. Qui enim malignos contemnit, timentes verò Dominum glorificat; multos à nequitia auertit, & ad pietatem conuertit.

QVI IVRAT PROXIMO SVO.] BASILII. Quid hoc eſt? Hîc iuramentum inter eas virtutes quæ perfectum decent, *Quomodo permittatur, & prohibeatur iuramentum.* conceditur: in Euangelio verò prorſus prohibetur. Quid igitur dicemus? Quòd Domino vbique idem ſcopus propoſitus ſit, vt nimirum peccatorum effectus præueniat, & à primis initijs iniquitatem exſcindat. Sic- Exodi 20, 14. ut enim vetus lex ait, *Non mœchaberis;* Matth. 5, 27. Dominus verò, *Non concupiſces:* ſic etiam hoc loco, Prophetæ quidem ſatis eſt ſi benè iuretur, Dominus verò periurij occaſionem tollit.

ASTERII. Sed neque Dauid iurare præcepit; at eum qui per ſe iurauerat, iuramentum non violantem laudat; non quòd iurarit, ſed quòd ipſum ſeruet. Permiſit autem iu- Amos 8, 14. * Vulg. in delicto * Vulg. via Berſabee. ramentum, ne per idola iurarent, ſicut illi *qui iurant * per propitiationem Samariæ, & dicunt: Viuit Deus tuus Dan; & viuit * Deus tuus Berſabee.* Et iterùm: *Iurarunt,* inquit, *in* Pſal. 62, 12. *ijs qui non ſunt. Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo.*

μαρτίας. καὶ ὁ Ἀπόστολος ἔλεγχον προστάττει, καὶ οὐκ ὀνειδισμόν. Καὶ ἔοικεν ὁ μὲν ἔλεγχος ἔχειν διόρθωσιν τοῦ ἁμαρτάνοντος, ὁ δὲ ὀνειδισμὸς ἀσχημοσύνη τοῦ ἐπταικότος γίνεται.

δ΄. ΕΞΟΥΔΕΝΩΤΑΙ ΕΝΩΠΙΟΝ ΑΥΤΟΥ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἡ ἐξουδένωσις οὐκ ἐξ ὑπερόπτου φρονήματος, ἀλλ' ἐκ μισοκάκου μᾶλλον, καὶ βδελυττομένου τὰ πονηρά.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἅπαντας δὲ τοὺς περὶ πολλοῦ τὰ θεῖα ποιουμένους σέβειν ὅσιον, καὶ πάσης ἀξιοῦν αἰδοῦς καὶ τιμῆς.

ΤΟΥΣ ΔΕ ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΥΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΔΟΞΑΖΕΙ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Κἂν ἀσθενεῖς ὦσι, κἂν πτωχοὶ, κἂν βάρβαροι, κἂν ἀλλότριοι. ὁ γὰρ τοὺς πονηρευομένους ἐξουδενῶν, τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν κύριον δοξάζων, πολλοὺς ἐκ πονηρίας ἀποτρέπει, προτρέπει δὲ πρὸς εὐσέβειαν.

Ο ΟΜΝΥΩΝ ΤΩ ΠΛΗΣΙΟΝ ΑΥΤΟΥ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τί δήποτε ἐνταῦθα μὲν ἡ εὐορκία συγχωρεῖται ἐν τοῖς τοῦ τελείου πρέπουσιν ἀνδραγαθήμασιν· ἐν δὲ τῷ εὐαγγελίῳ παντελῶς ἀπαγορεύεται. Τί οὖν φαμέν; Ὅτι πανταχοῦ τοῦ αὐτοῦ σκοποῦ ἔχεται ὁ κύριος, προλαμβάνων τῶν ἁμαρτημάτων τὰ ἀποτελέσματα, καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἀρχῆς ἐκτέμνων τὴν πονηρίαν. Ὡς μὲν γὰρ ὁ παλαιὸς λέγει νόμος, Οὐ μοιχεύσεις· ὁ δὲ κύριος, Οὐδὲ ἐπιθυμήσεις· οὕτω κἀνταῦθα, ὁ μὲν ἀρκεῖται τῇ εὐορκίᾳ, ὁ δὲ τῆς ἐπιορκίας τὴν ἀφορμὴν διακόπτει.

ΑΣΤΕΡΙΟΥ. Ἀλλ' οὐδὲ ὀμνύναι προσέταξεν ὁ Δαβίδ· τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ δὲ ὀμνύντα ἐπαινεῖ, μὴ παραβαίνειν αἱρούμενον, οὐχ ὅτι ὤμοσεν, ἀλλ' ὅτι τηρεῖ. Συνεχώρησε δὲ τὸν ὅρκον, ἵνα μὴ κατὰ εἰδώλων ὀμνύωσιν, ὡς οἱ ὀμνύοντες κατὰ τοῦ ἱλασμοῦ Σαμαρείας, καὶ λέγοντες Ζῇ ὁ θεός σου Δὰν, καὶ ζῇ ὁ θεός σου Βηρσαβεέ. καὶ πάλιν, Καὶ ὤμνυον ἐν τοῖς μὴ οὖσι, φησιν. ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ θεῷ, ἐπαινεθήσεται πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS, *Ipſi Dauid,* inſcribitur: aliqui tamen Græci codices M.S. εἰς τὸ τέλος, *in finem,* præfigunt, vt Complutenſes & Regij, & nonnulli etiam Cæſareæ bibliothecæ Viennenſis. Atque Euthymius quidem, qui ſic etiam legit, τὸ τέλος, *finem,* non pro eo quod vltimum, ſed quod perfectum eſt, accipit, ſcilicet in virtute; Heſychius *Cur hic Pſalmus non inſcribatur in finem.* verò pro aduentu Chriſti. Verùm S. Baſilius negat hunc Pſalmum, cùm de virtutibus agat, *in finem* inſcribi debere, ne peccato iuuentutem præſorbens, ſenectuti quod marcidum eſt, ſeruet. Eamdem quoque rationem aſſignat Chryſoſt. dicens: *Pſalmus Dauid. Et cur non amplectitur*

in

In finem? Quoniam docet de iuſtitia, & de reliquis virtutibus. Non debet in finem vita ſuadere hæc acquirere; ſed ab initio, ab ipſis incunabulis, à teneris vnguiculis cum eis verſari. Ad quod alij, qui *in finem* addunt, optimè reſpondent, iſta verba non ad acquiſitionem, ſed ad conſummationem virtutum, ac finalem in ijs perſeuerantiam referenda eſſe. Atque hoc modo vtraque ſententia conciliari poteſt.

1. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?*] Græcè, τίς παροικήσει; *quis accolet*, ad breuem commorationem, eorum more qui ſubitò migraturi ſunt? Quare doctè S. Hieron. vertit, *quis peregrinabitur?* vt verbum Hebræum יָגוּר *iagur* inſinuat; quod non ſecus ac Græcum παροικήσει, denotat migrationem, ſiue aliò migrantium breuem manſionem. Quo verbo pulchrè vſus eſt, vt indicet nos omnes reſpectu cæli, non ciues natos, ſed velut peregrinos per adoptionem adſcriptos eſſe. Per *tabernaculum* autem, & *montem ſanctum*, quidam Hebræi ad litteram intelligunt montem Sion, & tabernaculum Moyſi in eo à Dauide erectum; voluntque hîc doceri, quâ ratione Leuitæ in tabernaculo Dei dignè habitare & verſari poſſint. Alij accipiunt hîc totam terram promiſſionis, iuxta illud Exodi: *Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine*, &c. Latini Patres plerique per *tabernaculum Dei* Eccleſiam Chriſti hîc in terris militantem accipiunt; eò quòd nomen tabernaculi militantibus propriè, & non in pace viuentibus conueniat. Ceterùm, cùm (vti benè notat Ianſenius) in fine Pſalmi dicatur, *Qui facit hæc, non mouebitur in æternum*; rectiùs etiam ſecundùm primum & litteralem ſenſum, per *tabernaculum*, & *montem Dei*, intelligitur regnum cælorum, quod ſæpenumerò in Scripturis tabernaculum Dei vocatur, eò quòd, teſte D. Paulo, Moſaicum tabernaculum figura fuerit cæleſtis habitationis Dei. Hinc etiam in alio Pſalmo dicit Propheta: *Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula.* & in Apocalypſi: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus*, &c.

Peregrini ſumus reſpectu cæli.
Quid per tabernaculum, & montem ſanctum intelligatur.
Exod. 15.
Tabernaculum Dei Eccleſia.
Cælum propriè Dei tabernaculum.
Hebr. 9.
Pſal. 60, 5.
Apoc. 21, 3

Porrò S. Baſilius ait, *tabernaculum* hîc nominari hominis carnem, ad animæ habitationem à Deo datam: quæ ſi digna Deo fuerit, Dei quoque tabernaculum efficitur, prout ipſe in ſanctis viris inhabitare ſolet. Talem autem eſſe carnem illius qui in hac vita ſit πάροικος, *incola & peregrinus*. Quales ſe omnes clariſſimi virtute viri ſunt profeſſi, qui contento & inflammato ſtudio ad felicitatem rapiebantur, & ſobriè hoc mundo, vt alieno, vtebantur. Cuius rei præmium luculentum fore pronuntiat pius Vates, *Requieſcet in monte ſancto tuo.* Quòd, qui omnia corporis membra ἁγιασμῷ, ſanctimoniâ exornauerit, vt addit S. Baſilius, dignus ſit in monte ſancto requieſcere, qui eſt locus ſempiternæ amœnitatis, vbi cælites viæ laboribus defuncti, æuo beato perfruuntur. Quærit ergo Dauid, quis ſit iturus in tabernaculum Domini, & in monte ſancto eius domicilium poſiturus; videlicet in glorioſiſſimo illo Dei monte, vbi feliciſſima eſt Beatorum ſedes, & amœnitatum omnium diuerſorium. Reſpondet ad hoc verſu ſequenti:

Corpus inſtrumeſt Dei tabernaculum.

2. *Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.*] *Ingredi*, ſiue *ambulare*, in arcano ſermone eſt vitam agere, in definito vitæ curſu progredi, tendere ad beatam metam, vbi continuò ſe brauium & pulcherrimæ coronæ decus aperit. Hoc igitur conſequitur qui ingreditur ſine macula. In Græco eſt, πορευόμενος ἄμωμος, *ambulans immaculatus*; in Hebræo legitur, הוֹלֵךְ תָּמִים *holech thamim*, hoc eſt, qui perfectioris vitæ ſtudioſus eſt, qui eſt immaculatus in via, ſiue qui perfectus eſt perfectione viæ, non patriæ, id eſt, quantum ferre poteſt humana imbecillitas. Alioquin nemo ſine omnimodo ſaltem veniali peccato in hac via, ſiue vita, conuerſatur: ſed, vt benè ad hunc locum ex D. Thoma Lorinus notat, macula propriè dicta non oritur, niſi ex mortali peccato, quod omnes per Dei gratiam cauere, & poſſumus, & debemus. Ille autem næuus qui ex veniali reſidet, cùm admodum leuis ſit, neque ſingulariter animam defœdet, viro iuſto minimè tollit nomen immaculati. Quare optimè Chaldæus vertit, *qui pergit in perfectionem*: qui aſcenſiones in corde ſuo diſponit, & leuat ſe ſupra ſe, donec videat Deum in Sion. Idem eſt planè quod deinde ait: *Et operatur iuſtitiam.* quæ iuſtitia virtutum omnium vim & varietatem continet, & complexus quidam eſt decori Chriſtiani, & perfectionis.

Ingredi idem eſt

ANNOTATIONES CORDERII.
quod vitam agere.
Pſal. 118, 1.
Veniale peccatum non adfert propriè maculam.
Pſal. 83, 6.

Huius ergo verſiculi hic eſt ſenſus, notante Baſilio ibidem, videlicet vt prima pars verſus cum ſecunda cohæreat. *Qui ingreditur ſine macula*, id eſt, qui internam animi bonitatem ſanctis excolit meditationibus, *& operatur iuſtitiam*, id eſt, ea quæ mente concipit, opere complet: quaſi hæc duo ſibi inuicem reſpondeant, & mutuo nexu ſe mutuo complectantur; nimirum interiora & exteriora animi bona; perſpicacitas dico contemplationis, & ſedulitas actionis; ſiue manuum innocentia, cordiſque munditia: quibus duobus potiſſimùm omnis illa ſanctitas continetur, quâ, quantum homini fas eſt, ad diuini Numinis commercium admittimur. Prima igitur omnium Chriſtianorum in Dei tabernaculo (quod eſt Eccleſia) commorantium cura eſſe debet, vt hac operum iuſtitiâ, & mentis puritate, quantum fieri poteſt, numeris omnibus abſolutâ reſplendeant. Sed præ ceteris homines Deo voti, & ſacris Ordinibus initiati, eo animorum ornamento debent excellere. Sunt quippe Deo viciniores, & quodam etiam commercio, atque mirabili coniunctione cum eo copulati, qui fons vberrimus eſt totius ſanctitatis; vnde par eſt vt copioſiùs hauriant, & cum ceteris communicent. Vult enim ille ſanctimoniæ pater, vt omnia quæ propiùs ad illum accedunt, eximiâ quoque puritate polleant. Quâ ratione theſmotheta Moyſes ipſa vaſa templi, & quæcumque ad Dei cultum, & ſacrificiorum pompam adhibebantur, *ſancta*, id eſt munda, vocat, vt expreſsè notauit Origenes. Quantò magis vult ſacerdotes, quos propè ὁμοσίτους, *commenſales*, domeſticos & familiares habet, quique in Leuitico, & à Gregor. Nazianzeno orat. 6. ἐγγίζοντες Θεῷ, *appropinquantes Deo* dicuntur, beati Numinis ſanctitatem, ſine vlla ſorde & ſcelere imitari? *Sanctificabor*, inquit, *in ijs qui appropinquant mihi.* Quamobrem S. Dionyſius Eccleſ. Hierarc. cap. 3. obteſtatur omnes, præſertim ſacris initiatos, vt Chriſtum Ieſum puritatis ſpeculum ac iuſtitiæ ſolem ante oculos ſemper habeant, cuius ἀναμαρτη-

Ad Deum accedenti, cordis munditia, & operum iuſtitia eſt neceſſaria.
Sacris initiati maiori puritate præſtare debent.
Leuit. 10, 3.
Chriſti puritas imitanda.

ANNOTATIONES CORDERII.

Epheſ. 1, 4.

σίαν, καὶ παντελῆ καθαρότητα, impeccantiam, & vndique perfectam & incontaminatam puritatem imitentur. Hic enim vberrimus & pretioſus maximè vitæ & mortis Chriſti fructus eſt, vt, quemadmodum ait Doctor Gentium *ſimus ſancti & immaculati in conſpectu eius*, hoc eſt, Deo ſacri, à terrena omni contagione puriſſimi; vno verbo, *ſancti*, &, quod addit, *immaculati*: in Græco eſt *ἄμωμοι*, quæ vox etiam hoc loco legitur; id eſt tam puri, vt ne Momus quidem reperire poſſit aliquid in nobis, quod vel carpat aut irrideat. Similem huic quæſtionem ac reſponſionem vide infrà Pſalmo 23. à ſacro Vate propoſitam, & explicatam.

Rectitudo locutionis in quo ſita ſit.

3. *Qui loquitur veritatem*, &c.] Hæc ſpectant ad rectitudinem locutionis, quæ conſiſtit in veritate, ſeu in conformitate ad id quod verè eſt in mente, ſic vt omne excludat mendacium, falſitatem, dolum, & verborum ambiguitatem, animo decipiendi allatam; quæ rectitudo locutionis, veræ ac perfectæ virtutis interioris argumentum eſt. Itaque *loqui veritatem in corde ſuo*, eſt ea quæ iuſta & ſancta ſunt, interiùs meditari; *non agere* autem *dolum in lingua ſua*, eſt exteriùs prodere, quæ interiùs mente quis verſat. Vnde patet hæc duo iterùm ſibi inuicem cohærere, vt S. Baſilius hunc locum exponens optimè animaduertit, his verbis: *Rurſus & hæc ſimilitudinem quamdam & ſocietatem inter ſe habere videntur; loqui veritatem in corde, & non agere dolum in lingua ſua: qualem habent illa, eſſe immaculatum, & facere iuſtitiam. Quemadmodum enim ibi, & interioris hominis perfectionem, & in rebus exteriùs agendis dexteritatem: ſic & in hoc loco, quomodo hoc quod loquimur, ex cordis abundantia loquimur, veluti ex emanante fonte intimi affectus; priùs dixit, in corde veritatem, deinde in verbo ſimplicitatem.*

Cordis & linguæ debet eſſe concordia.

Ita nimirum, vt nulli ſint in corde anfractus, malitiâ implexi, veteratoriâ fraude ſimulati, quos inobſcuret oratio: ſed cor & lingua dulci ſymphoniâ concinant, ſibique reſpondeant, hymnumque veritati, & principi illius Deo aſſiduè perſoluant. quæ candidi animi gratia eſt, & rationis in linguam prodeuntis & loquentis pulchritudo. Chryſologus ſanè præclarè ad hoc propoſitum ſerm. 57. *Inter cor & linguam*, inquit, *totum ſalutis humanæ verſatur & geritur ſacramentum.* Cuius aſſertionis Apoſtolum habet patronum, qui Romanos ſic affatur: *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Vnde non eſt mirum, ſi Chryſologus huic negotio tribuat ſacramentum; Numen ſiquidem interuenit. Cor Deo loquitur, os & lingua homini ſatisfaciunt: vel, vt veriùs dicam, vtrumque religioſè copulatum & Deo & humano generi ſeruit; disiungi verò non poſſunt, quin ſancta veritas mundi regina, fideſque violetur. In iiſdem illis duobus, vt aureis in cardinibus, non modò fides, verùm & caritas, & omne humanæ vitæ commercium voluitur. labante vno atque reſoluto, myſtici corporis elegantiſſima ſpecies, & decora ſtructura ruinam molitur. Nam quæ poteſt eſſe in eo caritas genuina, & dulciſſimæ humanitatis ſenſus, cuius cor ait, lingua negat? cuius pectus amaro felle obducitur, lingua melle ſaccaroque dulceſcit? An non monſtrum horrificum eſt hoc, biforme,

Rom. 10.

cælo inimicum, hominibus odioſum, in corde ſtrictum habere gladium, inuidiâ & crudelitate politum; in lingua pacem amoremque ventilare? Iure igitur regius Vates huiuſmodi monſtra, in quæ frequenter inciderat, à Dei tabernaculo ac monte ſancto eliminat, & alibi ſæpiùs oratione ſuâ pungit, & tota mente abominatur.

IBIDEM. *Nec fecit proximo ſuo malum.*] Id eſt, qui alienam famam non denigrauit detrahendo aut conuiciando: neque proximo ſuo nocuit, eius malum audiendo. ita Hugo Cardinalis hunc locum exponit. Laudis ſcilicet eſt calumniam non tantùm non feciſſe, ſed nec ab alijs factam ad aures admiſiſſe: maximæ verò ac primæ laudis, calumnias & probra in ſe congeſta æquo animo pertuliſſe. vnde ſubdit, *Et opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.* ita nimirum, vt, ſi fortè illi conuicium aut opprobrium à petulanti lingua impactum fuerit; illud contempſerit, non regeſſerit: nec idcircò ſuccenſuerit, ſed æquo animo tulerit, aut etiam, iuxta Chriſti mandatum, pro perſequentibus & calumniantibus orarit. Hæc ſanè nobiliſſima ſui victoria eſt, ſic ſeipſum triumphare. *Non eſt igitur* (inquit Hilarius ad hunc locum) *opprobrium aduerſus proximos ineundum; ſed, ſi quid in his iniurioſum, ſi quid petulans, ſi quid incontinens deprehenditur, ſine exprobrationis amaritudine, blandimento dictionis eſt corrigendum. Hoc humilitas, hoc ſui diffidentia, quæ validiſſima fiduciæ cuſtos eſt, curat: ne ſit admonitio contumelia, ne ſit emendatio opprobrium, ne ſit doctrina conuicium.* Simili planè ſenſu Chryſoſt. hom. 11. in Epiſt. ad Rom. *Vince*, inquit, *in bono malum, quandoquidem & iſtud vincere eſt. Pugnans enim tum potiſſimùm vincit, non quando ſuum ipſius corpus pugnæ exponit, vt plagas excipiat, ſed quando ſeipſum eruens, efficit vt omnem ſuam potentiam aduerſarius in aëre fruſtrà & inaniter effundat: id quod & in conuicijs fit. Nam quando viciſſim conuicia regeris, vinceris, non ab homine; ſed, quod turpius eſt, ab illibero illo affectu. ſi verò tacueris, vincis, & trophæum figis, & innumeros acquiris qui te coronent, quique conuicium ipſum mendacij damnent.* Quemadmodum enim iaculum, ſi in ſolidum quid inciderit, nonnumquam in mittentem retorquetur: ita conuicium in virum conſtantem miſſum, recidit in auctorem. Prudenter ſanè Plato, cùm ei amicorum aliquis retuliſſet, eſſe nonnullos qui ipſum conuicijs & opprobrijs inſectarentur: At ego, inquit, ita mores componam, vt obtrectatoribus fides nulla habeatur. Optimum eſt illud contra omne contumeliarum genus remedium. Atque hoc ſenſu locum hunc Pſalmiſtæ Baſilius & Ruffinus intelligere videntur: non quaſi vir iuſtus opprobrium non regeſſerit proximis ſuis; ſed quaſi vitæ merito apud vicinos & proximos ſuos benè audiat, & ab ijs quæ famam lædere poſſunt, omnino caueat. *Grandis res dicitur* (inquiunt illi) *Numquam vicinus murmurauit contra eum, numquam inuenit aliquam occaſionem detrahendi ei; hæc virtus excedit humanam conditionem, Dei gratia eſt.* Ita quidem de perfecto viro, qui in monte Dei habitaturus eſt, Propheta ſacer. Ceterùm obſerua, extrema illa verba: *Et opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos*; ſic efferri à S. Hieronymo, *& opprobrium non ſuſtinuit*

Detractio nec dicenda, nec audienda.

Math. 5, 55.

Etiam conuicianti, conuicium non reddendum.

Mores ita componendi, vt qui ijs obtrectant, mendacij arguantur.

nuit

nuit ſuper vicino ſuo; ab Agellio autem transferri, *opprobrium non ſuſtinuit propter proximos ſuos.* Vt ſit ſenſus, ac ſi dicat: Proximos ſuos, id eſt domeſticos atque coniunctos, ita inſtituit, ita ſe cum illis gerit, vt eorum cauſsâ nihil opprobrij perferat, nihilque illis obijci ab altero poſſit. Nam ſi rectè viuunt, hoc illi laudi potius erit quàm probro; ſin malè viuunt, malè viuentes coarguit atque caſtigat: itaque ſuo munere functus, nihil in ſe reſidere culpæ patitur. Vbi vides ad ingreſſum ſine macula, qui idem eſt cum via immaculata, non modò pertinere cordis munditiam, linguæ ſinceritatem, & manus intemeratas, ſed eam inſuper domeſticorum inſtitutionem, à qua nihil patriſamilias probro verti poſſit.

4. *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus.*] Per *malignum* intelligit Hugo detractorem, & hunc ſenſum elicit, ac ſi dicat, Non paſſus eſt, vt quiſquam ipſo præſente vlli detraheret: vnde ceſſauerunt omnes à detractione. Sicut enim ille qui patulis auribus detractionem excipit, detractores auget & multiplicat: ſic viciſſim ille qui non patitur vt ſe præſente cuipiam detrahatur, detractores imminuit, imò confundit. Quis enim alium carperet, niſi eſſet qui eius dicta benignè exciperet? Audi ipſum Hugonem ad hunc locum ſic loquentem: *Vel aliter*, inquit, *poteſt exponi, vt iungatur ei quod immediatè præcedit, Opprobrium non accepit: id eſt, detractor deductus eſt ad nihilum, quia non audet detrahere coram ipſo, qui non accipit opprobrium dictum de proximo ſuo.* Nam, vt pulchrè dixit Sapiens, *Ventus Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem.* Id eſt, ſicut ventus qui flat à Septemtrione, nubes abigit, & aërem ſerenat: non aliter qui vultu triſti detractorem excipit, ei ſilentium indicit. Ad quem locum ita breuiter S. Hieron. *Si non eſt auditor, deeſt detractor.*

Vbi non eſt auditor, deeſt detractor.

Prou. 25, 23.

IBIDEM. *Qui iurat proximo ſuo, & non decipit.*] Græcè, καὶ οὐκ ἀθετῶν, id eſt, qui non reddit irritum iuramentum factum proximo, vt interpretatur Didymus: ſeu qui non violat iuſiurandum. Non longè ab hoc ſenſu receſſit Symmachus, qui reddidit, ὁ ὀμόσας τοῦ ἑταῖρος εἶναι, καὶ μὴ ἀλλάσσων, *qui iurauit amicum ſe fore, & non mutatur.* Quem in ſua expoſitione ſequitur Euſebius: Ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ πράγματί φησιν εὐλόγως ποτὲ δεῖν ὀμνύναι, καὶ ὀμνύοντα μὴ παραβαίνειν τοὺς ὅρκους· ἔστι δὲ τοῦτο, ἡ ἐπὶ τῇ ἑταιρίας γνησίας καὶ φιλίας συνθήκῃ. *Hoc loco hac vna in re inquit rectè iurari, & iuranti iuramentum non eſſe violandum. Quænam porrò ea res alia eſt, niſi vt ſincera ſocietas & amicitia iungatur?* Et in hoc elaborauerunt duces religionis, & præceptores Eccleſiæ Apoſtoli, vt intelligeremus communem omnium caritatem ſine fuco eſſe oportere. Hinc aurea illa vox Pauli: *Dilectio ſine ſimulatione.* Item S. Ioannes diuini Spiritus amanuenſis obteſtatur, vt *non diligamus verbo, neque linguâ, ſed opere & veritate.* Denique omnium ſapientum hæc eſt ſententia, nemini probo viro eſſe committendum, vt à corde lingua diſſideat, aut ſpeciem intus contineat longè ab exteriori repugnantem. Cùm ergo veritas, & candidi pectoris ſinceritas non ſolùm in ſermone, ſed etiam actione ac vitâ omni relucere debeat; tum vel maximè iuranti neceſſaria eſt, ne ſanctiſſimum Numen in teſtimonium ſuæ perfidiæ aduocare ſacrilegè videatur. Eſt quidem iuriſiurandi vſurpatio religionis actus laudabilis atque pius, cùm certæ conditiones adhibentur, de quibus diſputant Theologi; quia tamen illas, prout oportet, adhibere difficile eſt, & in earundem omiſſione magnum peccando ſitum eſt periculum, iure prohibet in Euangelio Chriſtus, ne iuremus omnino. Non quòd damnet iuriſiurandi omne genus, quod laudabiliter fieri aliquando poteſt, ſed vt refrænet impotentis animi temeritatem, vt non ſæpè & leuiſſimis de cauſſis, ſed cum matura prudentia, & non abſque neceſſitate, iuremus. Sciebat quippe Chriſtus hominum imbecillitatem, quæ in lapſum prona eſt, facileque euenire poſſe, vt qui ſæpè ac facilè iurat, peieret aliquando. Quam cauſſam D. Ambroſius in Pſal. 118. profert, dicens: *Voluit Deus te non iurare, ne periures.* Hoc ipſum periculum S. Auguſtinus ſerm. 28. de Verbis Domini pulcherrimi dicti ſui auctoritate confirmat: *Falſa iuratio exitioſa eſt; vera iuratio periculoſa; nulla iuratio ſecura.* Quamobrem ſapienter monet Eccleſiaſticus: *Iurationi non aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa.* Quò ſpectat etiam effatum illud D. Thomæ in Opuſculis: *Iuramentum eſt ſicut medicina, quæ non ſemper accipitur, ſed in neceſſitate.*

Iuſiurandum inuiolatè ſeruandum.

Rom. 12, 9.

1. Ioan. 3.

ANNOTATIONES CORDERII.

Iurare periculoſum eſt

Matth. 5, 34.

Eccli. 23, 9

5. *Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.*] Omni enim auaritiæ labè careat neceſſe eſt, qui ad Dei tabernaculum & montem eius ſanctum adſpirat: hæc autem cùm in vſurarijs & iniquis contractibus, nec non munerum prenſatione locum maximè habeat, ab vtriſque virum iuſtum quàm alieniſſimum eſſe decet. Nam vt acutè ſimul & ſuccinctè S. Leo ſerm. 6. de ieiunio decimi menſis ait: *Fœnus pecuniæ, funus eſt animæ.* Non dixit autem Pſaltes, *Qui non accepit*, ſed, *non dedit ad vſuram:* quia ab eo qui paratus eſt dare ad vſuram, licet in neceſſitate ad vſuram accipere; eò quòd peccatum dantis iam antè præceſſerit in propoſito, aut præparatione voluntatis. Cur autem hoc particulare vitium præ ceteris à iuſto remoueat, cauſſa eſt, quia *radix omnium malorum eſt cupiditas*, vt Apoſtolus ait: quam φιλαργυρίαν nominat, pecuniarum ſitim, ardoremque argenti immoderatum; quem Ariſtoteles lib 10. Ethicorũ cap. 8. naturæ lumine cognouit, ἐμπόδιον εἶναι πρὸς θεωρίαν, *impedimento eſſe contemplationi.* Quo nihil verius à Philoſopho dici potuit. Non eſt ſperandum, vt illi homines, qui in pecuniarum & vilium rerum tractatione, & perennibus mundi curis tenentur, aſſurgant ad cœleſtia contemplanda. Amor enim diuitiarum excæcat vehementer animum, tenebriſque obſidet tartareis, quæ ſingulare damnum afferunt. Hinc hebeſcit gratiæ lumen, & totius humanitatis ſplendor ita obruitur, vt vix cæleſtia compareant. Sapienter D. Baſilius hom. 1. in Hexaëmeron, ad excolendas res diuinas, & intelligentiâ percipiendas requirit animum ἀπεπλεγμένον μεριμναις βιωτικαῖς, *non temporariæ vitæ curis, vt tenebris inobſcuratum*, non funeſtâ caligine obductum & impeditum.

Auaritia excludit à monte Dei, & bonis cæleſtibus.

1. Tim. 6, 10.

Sequitur: *Et munera ſuper innocentem non accepit.*] Nec immeritò: quia gradus ad æternam remunerationem, eſt temporalium munerum contemptus. Imò in hac vita nemo iucundiùs

Gradus ad gloriam eſt munerum cõtemptus.

ANNOTATIONES CORDERII.

diùs & abundantiùs Deo fruitur, quàm qui ſe conſeruat à muneribus integrum. Id quod eodem quo Dauid ſenſu, & verbis non diſſimilibus expreſſit Iſaias: *Qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ne videat malum. iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius: panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt: regem in decore ſuo videbunt oculi eius.* Sicut enim munera excæcant oculos ſapientum, & à fortiori ſtultorum, ne Deum agnoſcant: ita munerum repudiatio oculos purgat & illuſtrat, vt veritatem perfectiùs attingant, & perſpicaciùs Deum contemplentur. Quare D. Bernardus de Modo benè viuendi ad ſororem cap. 61. *Si munera,* inquit, *oculos ſapientum excæcant; etiam oculos ſeruorum Dei, ne Chriſtus videatur, conturbant. Non poteſt mens ſerui Dei ad contemplandum Deum eſſe libera, ſi adhuc terrenis cupiditatibus obſcuratur.* Et poſt pauca: *Qui cauſſa amoris Dei ab hominibus dona vanitatis & ſuperfluitatis non recipit, Deum in maieſtate ſua videbit, & cum omnibus Sanctis in decore illius in perpetuum gaudebit.* Hunc igitur in terrenorum munerum contemptu imitemur, vt in cæleſtium donorum fruitione conſequamur.

Iſa. 33, 15. & 16.

Munerum repudiatio illuſtrat mentis oculos.

IN PSALMVM XV. ARGVMENTVM.

1. Tituli inſcriptio, ipſi Dauidi.

Hic Domini paſſionem ac reſurrectionem prædicit, nec non ſalutem eorum qui in ipſum crediderunt. Inſcriptio autem præter mortem, etiam victoriam deſignat. Columna enim non ſepulcris ſolis imponitur; verùm & vincentibus erigitur, litteraſque inſculptas recipit, quæ neſcientibus victoriam indicent. Hoc itaque huius tituli inſcriptio declarat.

Columna mortuis, & victoribus erigi ſolet.

ά. Στηλογραφία τῷ Δαβίδ.

Ἐνταῦθα προαγορεύει τὸ διαπότου τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων τὴν σωτηρίαν. Δηλοῖ δὲ ἡ ἐπιγραφὴ πρὸς τῷ θανάτῳ, καὶ τὴν νίκην. στήλη γὰρ οὐ τάφοις ἐπιτίθεται μόνον, ἀλλὰ καὶ νικῶσιν ἀνίσταται, καὶ γράμματα δέχεται τὴν νίκην τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκοντα. Τοῦτο τοιγαροῦν σημαίνει ἡ τῆς στηλογραφίας ἐπιγραφή.

PARAPHRASIS.

CONSERVA me Domine, quoniam ſperaui in te.

2. Dixi Domino, * Dominus meus es tu:

* Vulg. Deus

Ex perſona Saluatoris eſt præſens hic Pſalmus ſecundùm humanitatem prolatus. Vt etiam in Euangelijs ait: *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte.* Eodem modo & hic poſtulat vt conſeruetur; & à ſeipſo conſeruatur. Illud quidem vt homo, hoc verò vt Deus, Patre nimirum ipſi cooperante.

Matth. 26, 39.

Quoniam bonorum meorum non eges.

Humanæ, inquit, iuſtitiæ non indiges. Nam ſi quis illam coluerit; hinc ipſi, & non tibi, emolumentum prouenit.

Deus humana iuſtitia non eget.

3. Sanctis, qui ſunt in terra eius, mirificauit * Dominus omnes voluntates ſuas in eis.

* *Vulgata omittit* τὸ *Dominus*

Inſinuat hìc illos qui in Chriſtum crediderunt

ΦΥΛΑΞΟΝ με κύριε, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα.

β΄. Εἶπα τῷ κυρίῳ, κύριός μου εἶ σύ·

Ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος ὁ παρὼν ἐστὶ ψαλμὸς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον· ὡς καὶ ἐν εὐαγγελίοις· Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. Οὕτω καὶ νῦν αἰτεῖ φυλαχθῆναι, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ φυλάττεται. τὸ μὲν ὡς ἄνθρωπος, τὸ δὲ ὡς θεὸς, συνεργοῦντος αὐτῷ δηλαδὴ τοῦ πατρός.

Ὅτι τῶν ἀγαθῶν μου οὐ χρείαν ἔχεις.

Ἀνενδεὴς, φησὶν, ὑπάρχεις, τῆς ἀνθρωπίνης δικαιοσύνης. Ὁ γὰρ ταύτην μετερχόμενος, ἑαυτῷ, καὶ οὐχί σοι, τὸ κέρδος ποιεῖται.

γ΄. Τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐθαυμάστωσεν ὁ κύριος πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς.

Τοὺς εἰς Χριστὸν πιστεύσαντας αἰνίττεται,

ται, οἷς φησι διαφανῆ γεγενῆσθαι τοῦ θεοῦ τὰ θαύματα· ἐπειδὴ πάντα, φησι, πεπληρώκασι τὰ προστάγματά μου.

δʹ. Ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν, μετὰ ταῦτα ἐτάχυναν.

Πολλαί, φησι, πολλαχόθεν ἐπανέστησαν προσβολαὶ δήμων καὶ δημαγωγῶν, πλὴν ἁπάντων περιγενόμενοι, μετὰ τάχους ὅτι πλεῖστον τὸν δρόμον ἐτέλεσαν, καὶ τὴν νύσσαν κατέλαβον. ἔοικε δὲ τούτῳ τὸ ἀποστολικόν· Ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι.

Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου.

Τούτους δέ, φησι, τοὺς ἐπανισταμένους αὐτοῖς τιμωρίᾳ παραδώσω, καὶ τὴν μνήμην αὐτῶν κατακρύψω τῇ λήθῃ, ὥστε καὶ αὐτὰς τὰς προσηγορίας παντάπασιν ἀγνοεῖσθαι.

εʹ. Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου·

Κατὰ τὸ ἀνθρώπινον παρὰ θεοῦ καὶ πατρὸς ἔχει τὴν μερίδα, ἤτοι τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν. Ποτήριον δὲ ὃν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομεμένηκε θάνατον λέγει. ὡς ἐν τῷ, Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο.

Σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου ἐμοί.

Οὐκ εἶπεν, ὁ διδούς, ἀλλ᾽ ὁ ἀποκαθιστῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ ἄνθρωπος ἁπάντων ἔχων τὴν ἐξουσίαν, καὶ τὸ ζῆν ἀθάνατον, διὰ τῆς παραβάσεως ἀμφοτέρων ἐξέπεσε (τῆς τε δεσποτείας, καὶ τῆς ζωῆς) ἀνθρωπίνως ὁ δεσπότης ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ποιεῖται τὴν αἴτησιν, ἀξιῶν ἀπολαβεῖν τὴν προτέραν ζωήν τε καὶ δεσποτείαν.

Σχοινία ἐπέπεσέ μοι ἐν τοῖς κρατίστοις μου· καὶ γὰρ ἡ κληρονομία μου κρατίστη μοι ἐστί.

Σχοινία ἐπιβουλάς φησι. Λέγει οὖν ὅτι ταύτης ἕνεκα τῆς κρατίστης κληρονομίας, τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, τὰς παρούσας ἐπιβουλὰς ὑπομένει.

ζʹ. Εὐλογήσω τὸν κύριον τὸν συνετίσαντά με· ἔτι δὲ καὶ ἕως νυκτὸς ἐπαίδευσάν με οἱ νεφροί μου.

runt, quibus dicit Dei mirabilia facta eſſe perſpicua, Quoniam omnia, inquit, mea præcepta impleuerunt. PARAPHRASIS PATRVM.

4. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: poſteà accelerauerunt. *Fidelibus Dei mirabilia manifeſtata ſunt.*

Multi, inquit, impetus populorum & præſidum vndique conſurrexerunt; verumtamen omnibus ſuperiores facti, vt plurimùm quàm maximâ celeritate curſum perfecerunt, metámque contigerunt. Congruit huic iſtud dictũ Apoſtoli: *Cùm infirmor, tunc potens ſum.* *Omnia propter Deum ſuperanda.* 2. Cor. 12, 10.

Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Hos autem, inquit, qui contra ipſos inſurrexerunt, ſupplicio afficiam, & memoriam eorum obliuione obliterabo, ita vt ipſamet nomina etiam penitus ignorentur. *Memoria impiorum perit.*

5. Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei:

Secundùm humanitatem à Deo ac Patre partem habet, nempe Eccleſiam ex Gentibus. Calicem verò vocat mortem, quam pro nobis ſuſtinuit, iuxta illud: *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte.* Matth. 26, 39.

Tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi.

Non dixit, Qui das, ſed *qui reſtitues.* Cùm enim homo qui ab initio rerum omnium poteſtatem, & vitam immortalem acceperat, per præuaricationem vtriſque excidiſſet (ſcilicet imperio & vitâ) Dominus vt homo, pro humana natura preces fundit, rogans, vt priſtinam vitam & imperium recipiat. *Homo in Chriſto reſtituitur priſtinæ dignitati.*

6. Funes ceciderunt mihi in præclaris * meis; etenim hereditas mea præclara eſt mihi. * *Vulg. omittit.*

Funes, inſidias nominat. Dicit igitur, ſe propter præclaram hanc hereditatem, atque ob hominum ſalutem, præſentes inſidias ſuſtinere. *Chriſtus propter nos inſidias ſuſtinuit.*

7. Benedicam Dñm qui tribuit mihi intellectum: inſuper & vſq; ad noctem * erudierunt me renes mei. * *Vulg. increpuerunt*

PARAPHRASIS PATRVM.

Tentatio nocti ſimilis.

Verumtamen à Domino edoctus, & optimis cogitationibus vſus, paſſionis noctem ſuperabo. *Noctem* enim appellauit tentationum obfuſcationem.

8. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.

9. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea; inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

10. Quoniam non relinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ.

Humanitas Christi à diuinitate roborata.

Loquitur itaque & hîc Chriſtus Dominus ſecundùm humanitatem. q.d. Quoniam à diuina natura ſemper confirmatus, ad patiendum accedo, & reſurrectionis ſpe potiar, & ad vitam reuertar; vt omnibus hominibus hanc viam demonſtrem.

Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finem.

Math. 26, 37.

Chriſtus pro paſſione gloriam accepit.

Quoniam cùm ad paſſionem accedens dixit, *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem;* meritò his verbis vſus eſt, de reſurrectione mentionem faciens, docens ſe pro illa mœſtitia in perpetuo gaudio fore; cùm etiam ſecundùm naturam humanam, impatibilis, immutabilis & immortalis factus ſit. Nam vt Deus hoc erat ſemper. Quin etiam ei facile erat hoc humanæ ſuæ naturæ concedere recens in vtero formatæ: verùm per afflictiones progredi permiſit naturam quam aſſumpſit; vt hoc modo, poſtquam peccati potentiam euertiſſet, diaboli tyrannidem ſedaret, & mortis imperium deſtrueret, omnibuſque hominibus reſurgendi anſam præberet. Vt homo igitur, & incorruptionem, & immortalitatem accipit.

Ἀλλ' ὅμως ὑπὸ κυρίου σοφιζόμενος, καὶ ἀρίσταις χρώμενος λογισμοῖς, τὴν τοῦ πάθους νυκτὸς περιέσομαι. νύκτα γὰρ ἐκάλεσε τὸ ζοφῶδες τῶν πειρασμῶν.

η΄. Προωρώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ.

θ΄. Διὰ τοῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου· ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι.

ι΄. Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.

Λέγει τοίνυν ὁ δεσπότης Χριστὸς ἀνθρωπίνως κἀνταῦθα. Ὅτι διηνεκῶς ὑπὸ τῆς θείας στηριζόμενος φύσεως πρὸς σωτηρίαν προΐημι πάθει, καὶ τῇ ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως τεύξομαι, καὶ εἰς τὴν ζωὴν ἐπανήξω, ταύτην ἅπασιν ἀνθρώποις ὑποδεικνὺς ὁδόν.

Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς, πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου, τερπνότης ἐν τῇ δεξιᾷ σου εἰς τέλος.

Ἐπειδὴ πρὸς πάθει προσιὼν ἔλεγεν, Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου, εἰκότως τούτοις ἐχρήσατο τοῖς λόγοις, τῆς ἀναστάσεως μνημονεύσας, διδάσκων, ὡς ἀντὶ τῆς ἀθυμίας ἐκείνης, ἐν διηνεκεῖ θυμηδίᾳ γενήσεται, ἀπαθὴς, καὶ ἄτρεπτος, καὶ ἀθάνατος, καὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν γενόμενος. Ὡς γὰρ θεὸς, τοῦτο ἦν ἀεί. Μέντοι καὶ τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει εὐθὺς ἐν τῇ μήτρᾳ διαπλασθείσῃ τοῦτο παρασχεῖν ῥᾴδιον ἦν· ἀλλὰ διὰ τῶν παθῶν ὁδεῦσαι συνεχώρησεν ἣν ἀνέλαβε φύσιν, ἵνα οὕτω, τῆς ἁμαρτίας καταλύσας τὴν δυναστείαν, παύσῃ μὲν τοῦ διαβόλου τὴν τυραννίδα, καταλύσῃ δὲ τοῦ θανάτου τὸ κράτος, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις παράσχῃ τὴν τῆς ἀναβιώσεως ἀφορμήν. Ὡς ἄνθρωπος τοίνυν, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ τὴν ἀθανασίαν λαμβάνει.

COM-

COMMENTARIVS.

COMMENTARIVS PATRVM.

α'. ΦΥΛΑΞΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ.] Ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος εἰρῆσθαι τὸν ψαλμὸν εἶπόν τινες κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Διὸ καὶ ὡς ἐν εὐαγγελίοις παρελθεῖν τὸ ποτήριον ηὔχετο, αἰτεῖ καὶ νῦν φυλαχθῆναι. αἰτῶν μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἑαυτὸν δὲ φυλάττων ὡς θεὸς, πατρικῇ συνεργίᾳ. Ὡς δὲ ἕτεροι, αἰτεῖ φυλακὴν ἑαυτῷ ἢ ἑτέροις ὁ προφήτης. Εἶπα, γάρ φησι, τῷ κυρίῳ, ἀντὶ τοῦ, Σὲ μόνον ἔκρινα εἶναι θεὸν, ἀνενδεῆ ὄντα τῆς ἀνθρωπίνης δικαιοσύνης, ἢ τῶν κατὰ νόμον θυσιῶν. Ὃ γὰρ ἄν τις δράσοι, ἑαυτὸν ὠφελεῖ, σοὶ δὲ ἐκ τούτου κέρδος οὐδέν. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀγαθὸν οὐκ ἔστιν ἄνευ σου, ἀντὶ τοῦ, πᾶσα ἡ τῶν ἀγαθῶν φορὰ διὰ τῆς σῆς ὑπάρχει μοι χάριτος.

γ'. ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ ΤΟΙΣ ΕΝ ΤΗ ΓΗ.] Ἀντὶ τοῦ, τοῖς ἠγαπημένοις ἐν πίστει, γνωστὸν ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρός. ἢ ὅτι ἐν οὐρανῷ οἱ ἅγιοι τὸ πολίτευμα ἔχοντες, ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ διατρίβουσι, κἂν ἐν ταύτῃ ὦσι τῇ γῇ. Θελήματα δὲ θεοῦ αἱ κατ' εἶδος ἀρεταὶ, ἃς θαυμαστοῖ ὁ θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, ὡς πλεῖόν τι ἐχόντων τούτων τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ἐν τῷ κατ' ἀρετὴν ἐνεργεῖν. Οὐδὲ γὰρ ἡ αὐτὴ ἀνδρεία τῶν ἀποστόλων καὶ μαρτύρων, τῇ τῶν ἄλλων ἀνδριζομένων· οὐδὲ ἡ σωφροσύνη Ἰωσὴφ κατὰ τοὺς ἑτέρους. Οὕτω δέ τις θαυμαστωθεὶς, αἰσθάνεται τῆς ἰδίας ἀσθενείας, ὡς πολὺ τῆς θείας ἰσχύος καὶ τοῦ μεγέθους ἀπολειπόμενος. Ἀλλ' εἰ καὶ πληθύνονται, οὐ παραμένουσι· μέχρι γὰρ αἰσθήσεως, καὶ μόνον ἴχνους παραμένουσι, διὰ τὸ ἰσχύειν ἐν τῷ δυναμοῦντι Χριστῷ. Ἢ τοὺς ἀποστόλους ἔοικε λέγειν, καὶ τοὺς δι' ἐκείνων πεπιστευκότας, ἐν οἷς καὶ διαφανῆ γέγονε τὰ θεῖα θαυμάσια, ὡς πάντα τετηρήκασι τὰ θεῖα προστάγματα. Ἐπληθύνθησαν δὲ αὐτῶν αἱ ἀσθένειαι, ἤ, ὡς ἕτερος, τὰ διαπονήματα, πολλῶν ἐπαναστάντων, δήμων, δημαγωγῶν, στρατηγῶν, βασιλέων, ὧν πάντων περιγενόμενοι, τὸν δρόμον ἐτέλεσαν. Ἢ τὸ βραχὺ καὶ πρόσκαιρον τῶν θλίψεων, πρὸς τὸν ἄπειρον αἰῶνα δείκνυσιν. Ἔστι καὶ περὶ εἰδωλολατρῶν, ὧν εἰ καὶ ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι, ἤτοι ἡ ἀπιστία,

1. CONSERVA ME DOMINE.] Nonnulli dixerunt Pſalmum hunc ex perſona Saluatoris fuiſſe pronuntiatum, ſecundùm naturam humanam. Quoniam ſicut in Euangelijs rogauit, vt tranſiret ab eo calix; ita & nunc conſeruari poſtulat: petens id quidem vt homo, ſeipſum verò conſeruans vt Deus, Patre cooperante. Secundùm alios verò, Propheta ſibi, vel alijs, præſidium petit. *Dixi*, enim inquit, *Domino*. q. d. Te ſolum iudicaui eſſe Deum, nullius humanæ iuſtitiæ indigum, vel legalium ſacrificiorum. Si quis enim boni quidpiam fecerit, ſibi ipſi prodeſt, tibi autem nihil. Symmachus verò vertit, *bonum non eſt ſine te*, id eſt, omnis bonorum prouentus per tuam gratiam mihi obtingit.

Matth. 26, 39.

Deus nullius eget.

3. SANCTIS QVI IN TERRA.] Id eſt, dilectis in fide, notam fecit voluntatem Patris. Siue, quoniam ſancti, cùm in cælo conuerſationem habeant, in terra eius degunt, tametſi in hac terra exiſtant. Voluntates autem Dei ſunt ſecundùm ſpeciem virtutes, quas mirificat Deus in ſanctis ſuis; vt qui ceteris hominibus amplius quid illarum habeant, eò quòd ex virtute operentur. Neque enim eadem fortitudo Apoſtolorum & Martyrum, cum iſta quâ alij confirmati ſunt; neque continentia Ioſephi eſt ſimilis ceterorum. Cùm autem ſic quiſpiam mirificatus fuerit, propriæ fit conſcius infirmitatis, vt multùm à diuina virtute ac magnitudine deficiens. Verumtamen etſi multiplicentur, minimè permanent; nam ſenſu tenus & ſolo veſtigio permanent, quatenus nempe potentes ſunt in Chriſto illos roborante. Vel etiam Apoſtolos viſus eſt intelligere, & eos qui per illos crediderunt; in quibus etiam diuina mirabilia facta ſunt conſpicua, cùm omnia diuina mandata cuſtodiuerint. *Multiplicatæ* verò *ſunt infirmitates eorum*, vel, vt alius, *moleſtiæ eorum*, cùm multi aduerſus ipſos inſurrexerunt, populi, præſides, duces ac reges: quibus omnibus ſuperiores facti, curſum perfecerunt. Vel etiam declarauit, quàm momentaneæ ac breues exiſtant tribulationes, ſi comparentur cum ſæculo ſempiterno. Licet hoc etiam de idololatris dictum accipere; quorum etſi multiplicatæ ſint infirmitates, nempe infidelitas;

Voluntas Dei ſanctificatio noſtra.

Sancti in hac vita multas patiuntur moleſtias, quas omnes ſuperant.

Commentarius patrum.

tamen accelerauerunt, poſtquam reſipuerunt: quare in ipſis etiam mirificatæ ſunt Dei voluntates, cùm veniâ digni habiti ſunt.

4. Non congregabo.] Alius accipit, ac ſi Deus aduerſum Iudæos, reiectionis eorum cauſſas diſertè per negationem enuntians, dicat: *Non congregabo conuenticula eorum*, neque recordabor illorum, quia ſanguinibus & cædibus ipſi obſtant: de Gentibus autem quaſi interrogando petat: Quandoquidem accele-

Deus ſuos congregat.

rauerunt, & Dominum illucentem ſuſceperunt, numquid congregabo? id eſt, certè congregabo. Promittit autem ſe in Euangelio ſeu nouo teſtamento fidelium congregationes congregaturum, non per victimas aut ſanguines, ſed potiùs per Dei laudes & ſacrificium incruentum; neque ampliùs contumelioſis nominibus ipſos compellaturum, idololatras vel atheos nuncupando. Olim enim operibus eorum condignè hæc nomina gerebant; nunc verò vocati & electi vocabuntur. Vel quoniam adiūgitur, *Per labia*, videtur Deus non ſuperficie tenus, ſed ex profundo affectu horum memoriam facere, & non ex ſanguinibus, ſed ex immortalitate congregare.

Hereditas & pars noſtra Deus.

5. Dominvs pars hereditatis meæ.] Siue, ac ſi dicat, hereditas nobis ſemper Deus eſt, & mandata eius. Eſt autem hic ſermo de Patre. Atqui quomodo virtus per ſe genita, pars ſit & hereditas? Quia nimirum ſuſcipimus Deum propriâ voluntate, & vnuſquiſque, hic quidem errorem eligit, ille verò Deum. Vel ſecundùm humanitatem hoc Chriſtus

Hereditas Chriſti Eccleſia ex Gentibus.

dicit, hereditatem quidem vocans regnum Gentilium; calicem verò mortem quam pro nobis ſuſtinuit. Vel calicem etiam vocat hereditatem, quæ lætitiam ipſi poteſt adferre; cùm talis olim non eſſet hereditas Iſraël, ſed execrabilis potiùs & deteſtabilis. Vel hoc ait de Eccleſia, cuius pars & hereditas Deus eſt, quem omnis anima rationalis deſiderat, & ad quem adſpirat, præſentia contemnens, vt ſperatâ hereditate potiatur, ſiue ab ipſo in vniuerſali reſtitutione illuſtretur. Quamobrem non dixit, Qui conſtitues, ſed *qui reſtitues*. Nam à Deo excidit, & in interitum prolapſa eſt: denuò autem per Dei benigni-

Funes quid in Scriptura ſignificent.

tatem in priſtinam ſortem reſtituitur. *Funes* autem, vel inſidias vocat, quas Chriſtus pro ſalute hominum ſuſtinuit, (quam præ-

ἀλλ' ἐτάχυναν μετανοήσαντες, διὸ καὶ ἐθαυμαστώθη ἐν αὐτοῖς τὰ θεῖα θελήματα, συγγνώμης ἀξιωθέντων.

δ΄. Οὐ μὴ συναγάγω.] Ἄλλος, ὡς ἂν κατὰ μὲν Ἰουδαίων δι' ἀποφάσεως ἐναργῶς διαγορεύων ὁ θεὸς τὰς αἰτίας τῆς αὐτῶν ἀποβολῆς· Οὐκ ἂν συνάξαιμί, φησι, τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, οὐδὲ μνησθείην, διὸ τὸ αἵμασι καὶ φόνοις αὐτοὺς ἐνέχεσθαι. περὶ δὲ ἐθνῶν, ὡς ἐν ἐρωτήσει, ἐπεὶ γάρ, φησιν, ἐτάχυναν, καὶ παρεδέξαντο τὸν ἐπιλάμψαντα κύριον, Οὐ μὴ συναγάγω; ἀντὶ τοῦ, Ναὶ συνάξω. Ταῦτα δὲ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, ἤτοι τὴν νέαν διαθήκην, ἀθροιζομένων πιστῶν ἐπαγγέλλεται, μὴ διὰ θυσιῶν καὶ αἱμάτων τὰς συναγωγὰς συναγαγεῖν, δι' αἰνέσεως δὲ μᾶλλον καὶ ἀναιμάκτου θυσίας· μηδὲ ὀνειδιστικὰς ἔτι προσαγαγεῖν αὐτοῖς ὀνόματα, εἰδωλολάτρας αὐτοὺς καὶ ἀθέους ἀποκαλῶν. Πάλαι μὲν γὰρ ἀξίως τῶν πράξεων ἐπῆγον τὰς προσηγορίας· νῦν δὲ κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ κληθήσονται. ἢ ἐπεὶ πρόσκειται τό, Διὰ χειλέων, ἔοικε μὴ τὸ ἐξ ἐπιπολῆς, ἀλλὰ τὸ ἐκ διαθέσεως βάθος ἐχούσης μνήμην ποιήσασθαι τούτων τὸν θεόν, καὶ μὴ ἐξ αἱμάτων, ἀλλ' ἐξ ἀθανασίας συναγαγεῖν.

έ. Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου.] Ἢ ἀντὶ τοῦ, κλῆρος ἡμῖν ἀεὶ ὁ θεός, καὶ τὰ ἐκείνου προστάγματα. περὶ δὲ τοῦ πατρὸς ὁ λόγος. Πῶς δὲ ἡ αὐτογενὴς δύναμις μερὶς καὶ κληρονομία; Ἐπειδὴ τὸν θεὸν αἱρέσει οἰκείᾳ δεχόμεθα· καὶ ἕκαστος, ὁ μὲν τὴν πλάνην αἱρεῖται, ὁ δὲ τὸν θεόν. Ἢ ἀνθρωπίνως τοῦτό φησιν ὁ Χριστός, κληρονομίαν μὲν καλῶν τὴν τῶν ἐθνῶν βασιλείαν, ποτήριον δὲ ὃν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινε θάνατον. Ἢ καὶ τὸ ποτήριον τὴν κληρονομίαν, ὡς εὐφραίνειν αὐτὸν δυναμένην· οὐκ οὔσης πάλαι τοιαύτης τοῦ Ἰσραήλ, ἀλλὰ στυγητὸς καὶ ἀπηχθημένος. Ἢ περὶ τῆς ἐκκλησίας, ἧς μερὶς καὶ κλῆρος ὁ θεός, οὗ πᾶσα ψυχὴ λογικὴ ἐφίεται, καὶ πρὸς ὃν συννεύει, τῶν παρόντων καταφρονοῦσα, ὅπως τύχῃ καὶ τῆς ἐλπιζομένης κληρονομίας, ἤτοι τῆς παρ' αὐτοῦ ἐλλάμψεως ἐπὶ τῇ ἀποκαταστάσει. Διὸ οὐκ εἶπε, καθιστῶν, ἀλλ' Ἀποκαθιστῶν. Ἀποπέπτωκε γὰρ τοῦ θεοῦ, καὶ κατώλισθεν εἰς φθοράν. ἀποκαθίσταται δὲ αὖθις διὰ φιλανθρωπίαν, εἰς τὴν ἀρχῆθεν κλῆσιν. Σχοινία δὲ ἢ τὰς ἐπιβουλὰς λέγει, ἃς Χριστὸς ὑπὲρ τῆς ἀνθρώπων σωτηρίας ὑπέμεινεν) ἣν κρατίστην

τίστην φησὶ κληρονομίαν) ὡς ἐν τῷ· Σχοινία ἁμαρτωλῶν περιεπλάκησάν μοι. ἢ περὶ τοῦ προτέρου λαοῦ τοῦτο εἴρηται. ἐγενήθη γὰρ μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ, Ἰακὼβ σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ· ἧς ἀπωσθείσης δι' ἀσέβειαν, ἕτερον ἀντεδόθη σχοίνισμα κράτιστον. Ἢ οὕτως, ὁ τὸν κύριον ἔχων μερίδα, καὶ τῶν αὐτοῦ ἀπολαύσει· κἀκείνων ἕκαστος ἐρεῖ, Μερίς μου εἶ ἐν γῇ ζώντων. Κληρονομεῖ δὲ πρὸς ἀναλογίαν βίου καὶ πίστεως. σύμβολον γὰρ μέτρου τὸ σχοινίον. Νῦν οὖν ὁ λέγων, ἐμφαίνει ὡς εἰς τὸ κράτιστον τῆς κληρονομίας ἡ μερὶς ἦλθεν αὐτοῦ, καὶ πέπτωκεν ὁ κλῆρος εἰς ἀγαθά. Σχοινία λέγονται καὶ ἃ τοῖς ἁγίοις ἐκτείνει σκάνδαλα ὁ ἐχθρὸς ἐμποδίζειν πειρώμενος, ἃ καρτερῶς ὑπομένουσι, διὰ τὴν ἐλπιζομένην κρατίστην κληρονομίαν, εἴτε βελτίστην.

ζ'. ΕΥΛΟΓΗΣΩ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Οὐκοῦν εὐχαριστήσω σοι, φησὶν, ὑπὲρ πάντων. οὐ γὰρ μόνον γῆν μοι παρέσχες πρὸς κτῆσιν ἐξαίρετον, ἀλλὰ καὶ σύνεσιν τοῦ πράττειν ἃ δεῖ. Ἢ εὐλογεῖ τὸν κύριον, φαντασίας θείας ἐγγενομένης τῷ νῷ. ἐκ γὰρ προσώπου αὐτοῦ γνῶσις καὶ σύνεσις. Ἢ εὐλογεῖ τὸν θεὸν ἡ ἐκκλησία, ὡς παρ' αὐτοῦ δεξαμένη τὴν τῶν μυστηρίων σύνεσιν. Ἢ ὅτι ὑπὸ κυρίου νουθετούμενος, καὶ ἀρίστοις χρώμενος λογισμοῖς. τοῦτο γὰρ σημαίνει διὰ τῶν νεφρῶν. Τῶν πειρασμῶν περιέσομαι, οὓς διὰ τῆς νυκτὸς ἐσήμανε. Παιδεύουσι δὲ νεφροὶ τελειωθέντες διὰ νοήσεως, τὸν ἐφιστάντα, φῶς παρέχοντες γνώσεως, μέχρι λυθῇ τῆς ἀγνοίας ἡ νὺξ, περὶ ἧς εἴρηται τὸ, Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. Ἢ τὰ βαθύτερα τῶν νοημάτων, διὰ τῆς νυκτὸς παρίσταται καταλλήλως τῷ εἶναί τινα λόγον σκοτεινὸν, τουτέστι μυστικὸν, φανερῶν ὅτι καὶ ἕως ταύτης τῆς νυκτὸς παιδεύουσιν οἱ νεφροὶ, τὰ ἀπόκρυφα καὶ αἰνιγματώδη σαφηνίζοντες. Λέγεται τοίνυν, ὡς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς νεφροῖς σπερματικαί τε δυνάμεις καὶ γοναὶ συνίστανται, ἀφ' ὧν εἰς τοὺς γεννητικοὺς πόρους χωροῦσαι, αἴτιαι γίνονται γεννημάτων· οὕτως εἰσὶ καὶ ψυχῆς δυνάμεις, ἀφ' ὧν προΐασιν ἀναλογοῦντα σπέρμασι νοήματά τινα, καθ' ἃ συνίστανται νοήματα τοῦ ἔσω ἀνθρώπου, ἐν πράξεσιν ἐπαινεταῖς, καὶ θεωρίαις τῆς ἀληθείας, ἔχοντα τὸ εἶναι. Καὶ οἱ αἰσθητοὶ δὲ νεφροὶ παιδεύουσι τὸν ἄκραν ἔχοντα σωφροσύνην, ἕως καὶ νυκτὸς ἐπεχόμενοι

clariſſimam appellat hereditatem) iuxta illud: *Funes peccatorum circumplexi ſunt me.* Vel de priori populo hoc dictum eſt: nam factus eſt *pars Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius*, cui propter impietatem repudiatæ, præclariſſimus alius funiculus ſurrogatus eſt. Vel hoc modo, q. d. Qui Dominum habet in partem, etiam ijs quæ ipſius ſunt, potietur. Et quilibet illorum dicet ei: *Pars mea es tu in terra viuentium.* Cernit autem hereditatem, ſecundùm vitæ ac fidei proportionem. funis enim menſuræ ſymbolum eſt. Qui igitur hæc dicit, inſinuat, præclariſſimam ſibi hereditatis partem obtigiſſe, ſortemque bonam eueniſſe. *Funes* etiam dici poſſent offendicula illa, quæ ad ſanctos impediendos inimicus tendere conatur; quæ ipſi generosè ſuſtinent, ſpe præclariſſimæ ſiue optimæ iſtius hereditatis adeundæ.

COMMENTARIVS PATRVM.

Pſal. 118, 61.

Deut. 32, 9.

7. BENEDICAM DOMINVM.] Benedicam igitur, inquit, tibi pro omnibus. Nam non ſolùm mihi electam terram dediſti in poſſeſſionem: verùm etiam prudentiam agendi quæ oportet. Vel benedicit Dominum, diuinâ quadam ipſi inditâ imaginatione: nam ex vultu eius notitia & intelligentia prouenit. Vel benedicit Deum Eccleſia, quòd ab ipſo acceperit myſteriorum intellectum. Vel quòd à Domino eruditus ſit, atque optimis vtatur cogitationibus: hoc enim ſignificat per renes. Tentationes, inquit, ſuperabo, quas per noctem denotauit. Increpant autem ſeu erudiunt renes per intelligentiam perfecti illum qui eos conſtringit, lumen cognitionis ſuppeditando, donec ignorantiæ nox deficiat, de qua dicitur: *Nox præceßit, dies autem appropinquauit.* Vel profundiores intelligentiæ per noctem deſignantur, vt quæ ſint idem quod ſermo obſcurus, ſiue myſticus; declarans quomodo vſque ad noctem iſtam erudiant renes, obſcura & ambigua quæque explicando. Dicitur itaque, vt in ſenſilibus renibus virtutes ſeminales ac genitales ſitæ ſunt, è quibus dum in genitalia vaſa promanant, cauſſæ exiſtunt generationum: ita etiam quaſdam animæ virtutes eſſe, à quibus conformes quædam ſeminibus cogitationes emanent, è quibus interioris hominis intelligentiæ conſtent, quæ in laude dignis actionibus, & veritatis contemplationibus verſantur. Senſibiles autem renes increpant eum qui ſummâ præditus eſt continentiâ, vſque dum noctu temperanti

Benedicendus Deus pro bonis ſuis.

Renes quomodo dicantur nos increpare.

Rom. 13, 12.

COMMENTARIVS PATRVM.

cogitatione inhibiti, corporea ſemina ſecernant.

8. PROVIDEBAM DOMINVM.] Manifeſtè hoc redarguit ſtuporem Iudæorum: nam & Petrus Apoſtolorum princeps in Actis hæc ad Chriſtum accommodauit. In quantum enim Deus eſt, ipſe omnia ſtabilit continetque: quatenus verò homo eſt, conuenit etiam ipſi à dextris habere Dominum, vt non commoueatur. Vbique enim humanitatis legibus conformatur, & ob id quod exinanitioni congruit, non verecundatur. Aduerte igitur quàm in Chriſto gratioſa facta ſit natura noſtra, vt in Patris conſpectum adducti ſimus, qui propter transgreſſionem reiecti eramus, & ipſum vindicem obtinuerimus ac defenſorem. Quòd ſi illud *commoueri* motum peccaminoſum ſignificet; certè Deus Verbum, qui abſque immutatione incarnatus fuit, & Deus permanſit, licet vt homo dicatur prouidere Dominum à dextris ſuis, vt non peccet; non percellitur, tametſi Pilato adſtet, regeſque circumſtiterint, ac principes conuenerint. nam peccatum non fecit. Cùm verò habeat Deum ac Patrem à dextris ſuis, laudabili lætitiâ lætatur. Quemadmodum etiam deſcribit ſuæ impeccantiæ rationem ad ſponſam, docens etiam ipſam eodem modo ſe componere, & imaginari Deum ipſum in conſpectu ſuo. Per verba autem *à dextris*, ſignificatur impartibilitas Patris ac Filij. Propterea lætabatur: *Quoniam,* inquit, *prouidebam Dominum in conſpectu meo,* atque hiſce ſpebus me erigebam: & quæ quærebam nactus, in gaudio exiſtebam. Ait enim cor ſuum lætatum fuiſſe, & linguam ſuam exultaſſe; vt qui vtrumque purum obtinebat, & omnino culpæ omnis expers. Dicitur autem caro eius requieuiſſe in ſpe, propter reſurrectionem illicò futuram.

10. QVONIAM NON DERELINQVES.] Hæc quidem mortem demonſtrant; his ipſis tamen etiam vitam innuit ſempiternam. Nam hæc etiam deſcendentem & aſcendentem ſignificant. vti & illud: *Numquid qui dormit, non adijciet vt reſurgat?* & mortem ac reſurrectionem prædicit. In ſpe igitur requieuit caro, propter futuram, vt dictum eſt, reſurrectionem. Manens enim illæſa, iterùm coniuncta fuit animæ, in inferno minimè derelictæ. Haud enim irratio-

Act. 2, 25.

Chriſtus vt homo, habet Deum à dextris ſuis.

Per Chriſtum reſtituti ſumus in conſpectum Patris.

Conſpectus Dei lætificat.

Amos 5, 2.

Caro Chriſti incorruptibilis.

σώφρονι λογισμῷ, τὰς σωματικὰς ἐκκλείειν γονάς.

η΄. ΠΡΟΩΡΩΜΗΝ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Περιφανῆ ἔλεγχον ἔχει τῆς Ἰουδαίων ἐμβροντησίας. καὶ Πέτρος γὰρ ὁ κορυφαῖος ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰς Χριστὸν ταῦτα περιεστήρμοσε. καθὸ μὲν γὰρ θεὸς, αὐτός ἐστιν ὁ πάντα στηρίζων καὶ συνέχων· καθ᾽ ὃ δὲ ἄνθρωπος, πρέποι ἂν αὐτῷ, καὶ τὸ ἐκ δεξιῶν ἔχειν τὸν κύριον, ἵνα μὴ σαλευθῇ. Συμπλάττεται γὰρ πανταχοῦ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις, καὶ τὸ τῇ κενώσει πρέπον οὐκ ἐπαισχύνεται. Ὅρα γοῦν ὡς γέγονεν ἡμῶν ἡ φύσις εὐδόκιμος ἐν Χριστῷ, καὶ προσηνέχθημεν εἰς τὸ τοῦ πατρὸς πρόσωπον, οἱ διὰ τὴν παράβασιν ἀπωσμένοι, καὶ ἐσχήκαμεν αὐτὸν ἐπαμύνοντα καὶ στηρίζοντα. εἰ δὲ τὸ σαλευθῆναι κίνησιν ἁμαρτητικὴν δηλοῖ, ἀλλ᾽ ὁ θεὸς λόγος ἀτρέπτως σαρκωθεὶς, καὶ μείνας θεὸς, κἂν ὡς ἄνθρωπος λέγηται προορᾶν τὸν κύριον ἐκ δεξιῶν, ὥστε μὴ ἁμαρτεῖν· οὐ κλονηθείη κἂν Πιλάτῳ παραστῇ, κἂν παραστῶσιν οἱ βασιλεῖς, καὶ συναχθῶσιν οἱ ἄρχοντες. ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν. Ἔχων δὲ ἐκ δεξιῶν τὸν θεὸν καὶ πατέρα, ἐπαινετὴν εὐφροσύνην εὐφραίνεται. Καθὼς ὑπογράφει τῆς ἰδίας ἀναμαρτησίας τὸν τρόπον πρὸς τὴν νύμφην, διδάσκων κἀκείνην διατίθεσθαι κατὰ τὰ αὐτά, καὶ φαντάζεσθαι αὐτὸν θεὸν ἐνώπιον αὐτῆς. Διὰ τοῦ, ἐκ δεξιῶν δὲ σημαίνεται τὸ ἀμέριστον πατρὸς καὶ υἱοῦ. Διὰ τοῦτο εὐφράνθη, ἐπεί, φησι, προωρώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου, καὶ ταῖς ἐκεῖθεν ἐλπίσιν ἐμαυτὸν ἐξήρτων, καὶ τυχὼν ὧν ἐζήτουν, ἐν εὐφροσύνῃ κατέστην. Εὐφρανθῆναι μέντοι αὐτοῦ τὴν καρδίαν, καὶ ἀγαλλιαθῆναι τὴν γλῶτταν φησι, ὡς ἑκατέραν καθαρὰν ἔχων, καὶ ἀμέθεκτον πάντη πάσης αἰτίας. εἴρηται δὲ ἐπ᾽ ἐλπίδι κατεσκηνωκέναι ἡ σὰρξ αὐτοῦ, διὰ τὴν ἐσομένην παραυτίκα ἀνάστασιν.

ι΄. ΟΤΙ ΟΥΚ ΕΓΚΑΤΑΛΕΙΨΕΙΣ.] Θανάτου μὲν ταῦτα δηλωτικά, ἐν αὐτοῖς δὲ τούτοις τὴν αἰώνιον μηνύει ζωήν. Καταβαίνοντος γὰρ καὶ ἀναβαίνοντος ἔχει δήλωσιν ταῦτα· ὥσπερ καὶ τό· Μὴ ὁ κοιμώμενος, οὐχὶ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι; καὶ θανάτου καὶ ἀναστάσεως προέρρησεν. Ἐπ᾽ ἐλπίδι οὖν κατεσκήνωσεν ἡ σάρξ, διὰ τὴν ἐσομένην ἀνάστασιν, ὡς εἴρηται. ἀβλαβὴς γὰρ μείνασα, συνεζεύχθη πάλιν τῇ μὴ εἰς τὸν ᾅδην καταλειφθείσῃ ψυχῇ. Οὐ γὰρ

ἄλογος ἦν, ἀλλὰ ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς ὁμοούσιος, ὡς καὶ ἡ σὰρξ τῇ σαρκί. Κἂν γὰρ ἔδοξε διὰ τὸν σταυρὸν πεπονθέναι, ἀλλ᾽ οὐκ εἶδε διαφθοράν.

ΕΓΝΩΡΙΣΑΣ ΜΟΙ ΟΔΟΥΣ ΖΩΗΣ.] Ὁδοὺς ζωῆς λέγει τὰς ἐντολάς, τὰς ἐπὶ τὴν αἰώνιον φερούσας ζωήν. τῷ γὰρ ταύτας βαδίσαντι, ἀκολουθεῖ τὸ θείαν ἔχειν τέρψιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, εἴτε τῷ υἱῷ. Ὁ δὲ εἰς τέλος ἔσται ὡς ἀδιάδοχος. Ἢ τοὺς ἡμῖν οὐχ ἑαυτῷ πρέποντας λόγους, καθὸ θεός, προσφέρει, ὁ τὸ ἀνθρωπότητος ἔχων τὸ πρόσωπον, ὡς καθ᾽ ἡμᾶς γεγονώς. οὐ γὰρ αὐτὸς ἠγνόει τὰς τῆς ζωῆς ὁδούς, ἢ ὁδοὺς ζωῆς, τὴν ἀνάστασιν. φύσει γὰρ ὢν ζωή, τὸν ἑαυτοῦ ναὸν ἐζωοποίησε, ὃ καὶ εἰς εὐφροσύνην γέγονεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τοῦ πάθους ἔλεγε· Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου, εἰκότως πληρωθήσεσθαί φησιν εὐφροσύνης, τῆς ἀναστάσεως μνημονεύσας. τὸ δέ, μετὰ τοῦ προσώπου σου, ἀντὶ τοῦ, ἐκ προσώπου σου, τουτέστιν, ἐκ τῆς ἐπιφανείας σου καὶ βοηθείας, πληρώσεις με εὐφροσύνης, καὶ τῇ δεξιᾷ σου χειραγωγούμενος, ἐν τέρψει ἔσομαι διηνεκεῖ. Ἢ σημαίνει διὰ τῆς τερπνότητος, ὅτι ἐν τέρψει καὶ εὐφροσύνῃ διηνεκεῖ ἔσονται οἱ ἅγιοι, μετὰ τὸ ἀναβιῶναι κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρόν.

irrationalis erat, ſed humanis animabus conſubſtantialis, vti & caro carni. Licet enim per crucem paſſa fuiſſe viſa ſit; attamen non vidit corruptionem. COMMENTARIVS PATRVM.

NOTAS MIHI FECISTI VIAS VITÆ.] *Vias vitæ* vocat mandata, quæ ad vitam perducunt ſempiternam: qui enim in his ambulat, diuinam obtinet delectationem, quæ in dextra Dei, ſiue Filio, conſiſtit. Qui etiam in finem erit, vtpote carens ſucceſſore. Vel certè, nobis, non autem ſibi, tamquam Deus, conuenientes ſermones profert; vt qui humanum vultum habeat, quatenus ſecundùm nos natus eſt. Non enim ignorabat ipſe vitæ vias, ſiue vias vitæ, reſurrectionem. Nam cùm naturâ ſuâ vita eſſet, templum ſuum viuificauit: quod etiam illi factum eſt in lætitiam. Quandoquidem verò etiam ante paſſionem dixerat, *Triſtis eſt anima mea*; meritò dicit ſe gaudio repletum fuiſſe, dum meminit reſurrectionis. Illud autem, *cum vultu tuo*, idem eſt atque *ex vultu tuo*, id eſt, ex apparitione & auxilio tuo implebis me lætitiâ, & à dexterâ tuâ ductus, in perpetuo gaudio verſabor. Vel per delectationem ſignificat, ſanctos in perpetua delectatione & lætitia poſt reſuſcitationem futuros, ſecundùm tempus reſurrectionis.

Viæ vitæ, mandata Dei.

Matth. 26, 37.

CATENA PATRVM.

α. ΣΤΗΛΟΓΡΑΦΙΑ ΤΩ ΔΑΒΙΔ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῷ Δαβὶδ ἐπιγράψαι στηλογραφίαν, τῷ περιέχειν προφητείαν αἰωνίου μνήμης ἀξίαν. Ὥσπερ γὰρ οἱ μέγιστοι τῶν ἀγωνιζομένων ἐν σταδίοις ἀθληταὶ στήλης ἀξιοῦνται, καὶ τῶν ἐν πολέμοις κατορθωμένων εἰς τὴν μετὰ ταῦτα μνήμην ἵστανται τρόπαια· οὕτω τὸ μέγα τρόπαιον τοῦ σωτῆρος, ὅπερ ἤγειρε καθελὼν τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, γραφαῖς ἄνωθεν ἐστηλιτεύθη προφητικαῖς. Διὸ καὶ Πέτρος τῶν ἐν αὐτῷ μνημονεύσας, ἐπήγαγεν· Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παρρησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαβίδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε, καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης. Προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ θεός, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστόν, καθίσαι ἐπὶ τὸν θρο-

I. TITVLI INSCRIPTIO, IPSI DAVID.] ORIGENIS. *Ipſi Dauid* inſcripſerunt *ſtilographiam*, eò quòd contineat prophetiam æternâ memoriâ dignam. Quemadmodum enim maximi athletæ, qui in ſtadijs decertant, digni habentur columnâ, ijſque rerum in certaminibus fortiter geſtarum ad poſteritatis memoriam tropæa ſtatuuntur: ita magnum tropæum Saluatoris, quod, eo qui mortis imperium habebat, ſublato, erexit, oraculis iam pridem propheticis, quaſi columnæ inciſum fuit. Quapropter etiam Petrus, eorum quæ in ipſo erant mentionem faciens, ſubiunxit: *Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha Dauid, quoniam defunctus eſt, & ſepultus eſt, & ſepulcrum eius eſt apud nos vſque in hodiernum diem. Propheta igitur cùm eſſet, & ſciens quia iureiurando iuraſſet illi Deus de fructu lumbi eius ſecundùm carnem ſurrecturum eſſe Chriſtum, vt ſedeat ſuper ſedem*

Stilographia quid.

Act. 2, 29.

CATENA PATRVM.

dem eius; prouidens locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus, cuius omnes nos teſtes ſumus.

Peccatorum actiones cadunt.

DIDYMI. Poſſis etiam dicere hoc modo: Peccatorum actiones minimè permanent. Temporaria enim dicta eſt peccati voluptas, & non ſuperfuturum eſſe crimen peccatoris ac maligni; quæſitum enim non inuenietur.

Sanctorum facta manent.

At non eiuſmodi eſt vita ſanctorum; ſiquidem inuiſibilia & æterna contemplando ſectantur: de quorum vnoquoque dicitur, *Iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.* Eſt enim vita eorum quaſi columna, & ſymbolum victoriæ. Ceterùm etiam columnas vocant ea loca, vbi decreta legum affiguntur, quæ κύρβεις, ſeu *tabulas*, appellant: quam appellationem quoque doctrinæ ſanctorum ſortiuntur, non in tabulis lapideis inſcriptæ, ſed *in tabulis cordis carnalibus*; facilè enim cedunt, & ſcripturam ſuſcipiunt.

Pſ. 111, 3.

2. Cor. 3, 3.

THEODORI ANTIOCHENI. Hic Pſalmus nono ſimilis eſt, quantum ad argumentum. Nam etiam hîc gratias agit, propter euerſionem hoſtium finitimorum, à Deo punitorum: quod etiam ipſi contigit. Plurimos enim, & ferè omnes, vicinos vltus eſt, opitulante Deo. Porrò omnia quæ in Pſalmo continentur, ſub populi perſona loquitur. Quandoquidem enim euerſionem inimicorum ſibi lucro apponebant; docet eos quomodo ipſos deceat, & quibus verbis ob hoſtium euerſionem Deo gratias agere.

Gratiæ quales agendæ pro hoſtibus ſuperatis.

CONSERVA ME DOMINE.] ORIGENIS. Tamquam inimicis inſtantibus, ait: *Conſerua me.* nam qui in Domino, & in nullo alio ſperat, ab ipſo cuſtoditur. Nullus autem peccator verè hanc vocem poteſt pronuntiare. Cùm enim ſeruus ſit eius quod facit peccati, non poteſt Deo famulari. Is autem qui practicæ & contemplatiuæ vitæ columnam erexit, clamat: *Dixi Domino, Deus meus es tu:* & de donis tuis munera tibi offero, non tamquam indigenti (Nemo enim hæreticorum hoc dicens, verum proferet.) Non ſolùm autem hoc de ſenſibilibus, ſed etiam de ſpiritalibus oblationibus intelligendum eſt. Nam licet ſacrificium virtutum obtulerimus, licet corpus noſtrum per omnimodam continentiam ſacrificauerimus; ſcimus

Deus bonorum noſtrorum non eget.

νοι αὐτοῦ· προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ κατελείφθη εἰς ᾅδου, οὔτε ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ Θεός, οὗ πάντες ἡμεῖς ἐσμὲν μάρτυρες.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Λέγοις δ᾽ ἂν καὶ οὕτως, αἱ τῶν ἁμαρτωλῶν οὐ παραμένουσι πράξεις. Πρόσκαιρος γοῦν ἡ τῆς ἁμαρτίας ἀπόλαυσις εἴρηται, καὶ τὸ μὴ ἔσεσθαι τὴν ἁμαρτίαν τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ πονηροῦ. Ζητουμένη γὰρ οὐχ εὑρεθήσεται. Ἀλλ᾽ οὐχ ὁ τῶν ἁγίων βίος τοιοῦτος· σκοποῦσι γὰρ τὰ μὴ βλεπόμενα, καὶ αἰώνια, περὶ ὧν ἑκάστου λέγεται· Ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Στήλη γάρ πως ὁ τούτων βίος, καὶ σύμβολον νίκης. Ἀλλὰ καὶ στήλας φασίν, ἔνθα γραφαὶ περὶ νόμων ἀνάκεινται, ἃς κύρβεις καλοῦσι καὶ πίνακας. ὁποίας ἔτυχον προσηγορίας αἱ τῶν ἁγίων διδασκαλίαι, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις γραφεῖσαι, ἀλλ᾽ ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις· εὔεικτοι γάρ εἰσι, καὶ δέχονται τὴν γραφήν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ. Ὅμοιός ἐστι τῷ ἐνάτῳ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν. Κἀνταῦθα γὰρ εὐχαριστεῖ ὑπὲρ τῆς τῶν περιοίκων ἀναιρέσεως τιμωρηθέντων ὑπὸ Θεοῦ· ὃ δὴ καὶ γέγονεν ἐπ᾽ αὐτοῦ. Πολλοὺς γὰρ καὶ μικροῦ πάντας τοὺς περιοίκους ἐτιμωρήσατο, διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ συμμαχίας. Ἅπαντα μέντοι τὰ τοῦ ψαλμοῦ, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ φησιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνοις ἦν κέρδος ἡ τῶν ἐχθρῶν ἀναίρεσις, ἐκείνους διδάσκει ὅπως αὐτοὺς προσήκει, καὶ τίσι κεχρημένους τοῖς ῥήμασιν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῆς τῶν πολεμίων ἀναιρέσεως.

ΦΥΛΑΞΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὡς πολεμίων ἐπικειμένων, λέγει· Φύλαξόν με· ὁ γὰρ ἐπὶ τῷ κυρίῳ ἐλπίζων, καὶ ἐπὶ μηδενὶ ἄλλῳ, φυλάσσεται ὑπ᾽ αὐτοῦ. Οὐδεὶς δὲ ἁμαρτάνων δύναται ἐπαληθεῦσαι τῇ φωνῇ. Δοῦλος γὰρ ὢν ἧς ποιεῖ ἁμαρτίας, οὐ δύναται δουλεύειν Θεῷ. Ὁ δὲ τοῦ πρακτικοῦ, καὶ θεωρητικοῦ βίου στήσας στήλην, βοᾷ· Εἶπα τῷ κυρίῳ, Κύριός μου εἶ σύ, καὶ ἐκ τῶν σῶν δομάτων προσάγω σοι δῶρα, οὐχ ὡς ἐνδεεῖ (οὐδεὶς γὰρ τῶν αἱρετικῶν τοῦτο λέγων ἀληθεύσει.) οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν προσαγομένων, ἀλλὰ καὶ πνευματικῶν, προσεοικυῖα ἡ φωνή. Κἂν γὰρ ἀρετὰς ἱερουργῶμεν, κἂν τὰ ἑαυτῶν σώματα, διὰ παντελοῦς σωφροσύνης θύωμεν, ἴσμεν

ὅτι

id

ὅτι δέχεταί αὐτὸν ὁ Θεὸς, οὐκ εἰς ἰδίας ὠφελείας, ἀλλ' ὅπως ἡμῖν δῷ τὰ ἐξ οὐρανοῦ ἀγαθὰ, αἰτοῦσιν αὐτόν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ κοινὸν ὥσπερ πρόσωπον τῆς ἀνθρωπότητος ἀναλαβὼν, τοὺς πρὸς θεὸν καὶ πατέρα ποιεῖται λόγους· οὐχ ὑπὲρ γε μᾶλλον ἑαυτοῦ, δι' ἡμᾶς δὲ, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν διὰ τὴν οἰκονομίαν. Κύριον οὖν ὀνομάζει τὸν πατέρα, διὰ τὸ ἐν τῇ τοῦ δούλου γεγονέναι μορφῇ. Φυλαχθῆναι δὲ αὐτὸν αἰτεῖ, διὰ τὴν ἐκκλησίαν, ἥ ἐστιν ἡ σάρξ αὐτοῦ· ἡ γὰρ σάρξ αὐτοῦ ἡ ἐκκλησία. Φυλαχθῆναι δὲ ταύτην αἰτεῖ. εἰκότως οὖν καὶ εἰς τὸ αὐτοῦ πρόσωπον ἀναφέροιτ' ἂν ἡ φυλακή.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁρᾷς τῆς ἐκκλησίας τὴν εὐγνωμοσύνην, ὁμοῦ γὰρ καὶ τὴν ἑαυτῆς πτωχείαν, καὶ τοῦ νυμφίου τὸν πλοῦτον ὡμολόγησεν. εἶπα, φησι, τῷ κυρίῳ, τουτέστι τῷ Χριστῷ. Κύριός μου εἶ σύ· οὐκ εἶ, φησι, ψιλὸς ἄνθρωπος, ἀλλὰ κύριος, ἐπειδὴ δούλην εἰς γάμου κοινωνίαν, καὶ τὴν ἀπόβλητον ἔλαβες.

γ'. ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ ΤΟΙΣ ΕΝ ΓΗ ΑΥΤΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἁγίους εἶναί φησι τοὺς ἡγιασμένους ἐν πνεύματι· γῆν δὲ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν. τὸ δὲ ἐθαυμάστωσεν, ἀντὶ τοῦ ἔδειξεν τέθηται· τὸ δὲ αὐτοῦ, τὸν πατέρα σημαίνει. ἵνα ᾖ τὸ ὅλον οὕτω, Τοῖς ἡγιασμένοις ἐν πίστει γνωστὸν ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, διὸ καὶ καλεῖται τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Γῆν δὲ καὶ τὴν ἐκκλησίαν νοήσεις.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ ἁμαρτωλὸς ἔξω τῆς γῆς ἐστι θεοῦ, ᾧ οὐκ ἔδειξε τὰ θαυμάσια. Ὁ Χριστὸς δὲ περὶ τῶν κατ' αὐτὸν μεμορφωμένων τελείων ἐρεῖ, πάντα τὰ θελήματά μου ἐν αὐτοῖς. Καὶ ἐπληθύνθησαν μὲν αἱ ἀσθένειαι τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, ἐτάχυναν δὲ τῇ μετανοίᾳ μεταβάλλοντες.

δ'. ΟΥ ΜΗ ΣΥΝΑΓΑΓΩ ΤΑΣ ΣΥΝΑΓΩΓΑΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἕτερος ἡρμήνευσεν· Οὐ σπείσω τὰς σπονδὰς ἐξ αἱμάτων, ἀλλὰ παραδώσω καινὰ μυστήρια πᾶσι, καὶ θυσίαν ἀναίμακτον. Ἀλλ' οὐδὲ μνησθήσομαι τῶν παλαιῶν ὀνομάτων αὐτῶν· ἐλέγοντο γὰρ βέβηλοι, καὶ εἰδωλοθύται, ἀλλὰ παραδώσω αὐτοῖς ἀκούειν οἱ εὐσεβεῖς καὶ ἅγιοι.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Συνάγων, φησὶ, συναγωγὰς ἐκ τῶν ἐθνῶν, οὐ δι' αἱμάτων αὐτὰς συνάξω, τουτέστιν, οὐ παρασκευάσω διὰ τῆς νομικῆς μοι προσέρχεσθαι λατρείας, δι' αἰνέ-

id non propter ſuam vtilitatem Deum acceptare; ſed vt nobis cæleſtia bona conferat, petentibus eum. CATENA PATRVM.

Athanasii. Communem quaſi humanitatis perſonam indutus, Deum & Patrem his verbis alloquitur: Non ſanè magis propter ſe, quàm propter nos & pro nobis, tamquam vnus è nobis diuinâ diſpenſatione factus. Dominum ergo Patrem appellat, quòd in forma ſerui exiſteret. Petit autem ſe conſeruari propter Eccleſiam, quæ eſt eius caro: ſiquidē caro eius, Eccleſia eſt; hanc autem poſtulat conſeruari. Meritò igitur etiam ad ipſius perſonam conſeruatio hæc referri poteſt. *Eccleſia caro Chriſti dicta.*

Hesychii. Vides Eccleſiæ gratitudinem: ſimul enim & ſuam paupertatem, & ſponſi diuitias profeſſa eſt. *Dixi*, inquit, *Domino*, (id eſt Chriſto) *Dominus meus es tu*. Non es, inquit, purus homo, ſed Dominus: ſiquidem ſeruam in vxorem & ſociam duxiſti, & reiectam tibi coniunxiſti. *Chriſtus Eccleſiæ ſponſus.*

3. Sanctis qvi in terra svnt eivs.] Athanasii. *Sanctos* vocat eos qui ſpiritu ſanctificati ſunt; *terram* verò, Chriſti Eccleſiam. At illud *mirificauit*, pro Oſtendit poſitum eſt. Illud verò *eius* Patrem notat, vt totum ſit, ac ſi dicat: Sanctificatis in fide notam fecit voluntatem Patris; quamobrem magni conſilij Angelus nuncupatur. Pſal. 95.

Theodoreti. Terram autem etiam Eccleſiam intelliges.

Origenis. Peccator eſt extra terram Dei, vt cui Deus non oſtendit mirabilia. Chriſtus autem de viris perfectis, qui ſe ipſi conformarunt, dicet: Omnes voluntates meæ in eis ſunt. Et multiplicatæ quidem ſunt infirmitates eorum qui ex Gentibus erant; attamen feſtinauerunt, per pœnitentiam reſipiſcentes. *In viris perfectis voluntas Dei eſt.*

4. Non congregabo conventicvla.] Origenis. Alius interpres habet: Non libabo libamina de ſanguinibus, ſed dabo noua Sacramenta omnibus, & ſacrificium incruentum. Sed neque veterum ipſorum nominum recordabor: appellati enim fuerunt profani & idololothytæ; ſed efficiam vt audiant pij ac ſancti. *Deus amat noua Sacramenta.*

Athanasii. Congregans (inquit) cœtus ex Gentibus, non per ſanguinem eos congregabo; hoc eſt, non inſtituam vt ad me per veterem legis cultum, ſed per laudem *Per laudes, & incruentum ſacrificium colitur Deus.*

CATENA PATRVM.

dem potiùs, ac per ſacrificium incruentum accedant.

Cyrilli. Si quis hæc tamquam de Iudæis allata intelligere velit, per enuntiationem verſiculos iſtos legere oportet: quaſi Deus reiectionis Iſraëlis cauſſas diſertè reddat. *Non congregabo* (inquit) *conuenticula eorum:* ſed nec per labia mea nominum illorum amplius mentionem faciam. Sed quamobrem *de ſanguinibus* ait? propterea quòd ipſi ſanguinis effuſioni & cædibus plurimis implicarentur.

Apollinarii. Modum noui cultus diuini exponit, qui ſine ſanguinibus fit; & manifeſtat mutationem, quæ per Spiritum ſanctum facta eſt, ſecundùm quam non ampliùs ſumus qui priùs, neque iiſdem nominibus, aut ampliùs filij hominum appellati, ſed filij Dei.

Lex noua incruenta.

5. Dominvs pars hereditatis meæ.] Athanasii. Ac ſi apertè magis diceret: Tradidit mihi Pater meus Gentes in hereditatem & partem, cui & obediens fui vſque ad mortem: calix enim mortem ſignificat, iuxta illud quod dictum eſt, *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte.*

Matt. 26, 39.

Theodoreti. Quæ in ſecundo Pſalmo dicta fuere, memoriâ repetenda ſunt. Etenim ibi humano more rurſus Pater ad ipſum locutus eſt: *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Et in ſacris Euangelijs ipſe ad ſuum Patrem de ſanctis Apoſtolis ait: *Pater quos dediſti mihi, tui erant, & tu eos mihi dediſti, & nemo ex ijs perijt, niſi filius perditionis.* Sed quemadmodum hîc humano more loquitur, rogans vt accipiat; eodem modo alibi ſe omnium Dominum eſſe demonſtrat. *Oues,* enim inquit, *meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis.* Verumtamen in præſenti Pſalmo ſecundùm hominem dicit: *Dominus pars hereditatis meæ.*

Pſal. 2, 8.

Ioan. 17, 6, & 12. *Chriſtus ſuos ſeruat.*

Ioan. 10, 27.

Origenis. Tamquam ſummus ſacerdos hoc dicit, cuius pars Dominus eſt, iuxta illud, *Pars mea Deus in æternum.* Fit autem etiam panis Dominus, exhibens doctrinam, & confirmans cor manducantis: calix verò eſt ſecundùm contemplationem veritatis, præbens lætitiam cognitionis illi qui ex affectu bibit. Porrò calicem hunc propinat vitis illa vera, vt

Chriſtus eſt panis & calix confirmans & lætificans.

σεως δὲ μᾶλλον, καὶ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας.

Κυριλλου. Εἰ μέν τις βούλοιτο νοεῖν ταῦτα ὡς ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, ἀποφαντικῶς ἀναγνωστέον τοὺς στίχους, οἷον ἐναργῶς διαγορεύοντος τοῦ Θεοῦ τὰς αἰτίας τῆς ἀποβολῆς τοῦ Ἰσραήλ. Οὐκ ἂν συνάξαιμί, φησιν, τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, ἀλλ' οὐδ' ἂν μνησθείην ἔτι αὐτῶν τῶν ὀνομάτων διὰ χειλέων μου. Καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ἐξ αἱμάτων, φησί; τουτέστι, διὰ τὸ πλείστοις αὐτοὺς αἵμασιν ἐνοχλεῖσθαι καὶ φόνοις.

Απολιναριου. Τὸν τρόπον λέγει τῆς καινῆς θεοσεβείας, τὸν ἄνευ αἱμάτων, καὶ τὴν ἐξαλλαγὴν δηλοῖ τὴν ἐν ἁγίῳ πνεύματι, καθ' ἣν οὐκέτι ἐσμὲν οἱ πρότεροι, οὐδὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων, οὐκέτι υἱοὶ ἀνθρώπων, ἀλλ' υἱοὶ Θεοῦ.

έ. Κυριος μερις της κληρονομιας μου.] Αθανασιου. Ὡσεὶ σαφέστερον ἔλεγεν, Ὁ πατήρ μου εἰς κλῆρον μου καὶ μερίδα τὰ ἔθνη δέδωκεν, ᾧ καὶ γέγονα ὑπήκοος μέχρι θανάτου· τὸ γὰρ ποτήριον τὸν θάνατον σημαίνει, κατὰ τὸ εἰρημένον, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω μοι τὸ ποτήριον τοῦτο.

Θεοδωρητου. Ἀναμνησθῆναι δεῖ τῶν ἐν τῷ δευτέρῳ εἰρημένων ψαλμῷ. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἀνθρωπίνως πάλιν πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν ὁ πατήρ· Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις αὐτὸς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἔφη περὶ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων· Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. Ἀλλ' ὥσπερ ἐνταῦθα ἀνθρωπίνως διαλέγεται λαβεῖν παρακαλῶν, οὕτως ἑτέρωθι δείκνυσιν, ὡς αὐτός ἐστι τῶν ἁπάντων δεσπότης. Τὰ πρόβατα, γάρ φησι, τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς. Ἐν τῷ παρόντι μέντοι ψαλμῷ ἀνθρωπίνως λέγει τὸ, Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου.

Ωριγενους. Ὡς ἀρχιερεὺς τοῦτο λέγει, οὗ μερὶς κύριος, κατὰ τὸ, Μερίς μου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα. Γίνεται δὲ καὶ ἄρτος ὁ κύριος, παρέχων διδασκαλίαν, καὶ στηρίζων τοῦ ἐσθίοντος τὴν καρδίαν. ποτήριον δὲ κατὰ θεωρίαν τῆς ἀληθείας, παρέχων εὐφροσύνην τῆς γνώσεως, τῷ διὰ συγκαταθέσεως πίνοντι. Χορηγεῖ δὲ τοῦτο ἄμπελος ἡ ἀληθινή, ὡς

τὰ

τὸν πότον ταῦτα λέγειν χαριστηρίως, Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ποτήριον δὲ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ κληρονομίαν παρὰ τοῦ πατρὸς ὀνομάζει, ὡς εὐφραίνειν αὐτὸν δυναμένην, οὐκ οὔσης τοιαύτης τῆς πάλαι (τουτέστι τοῦ Ἰσραὴλ) συγχυτῆς δὲ μᾶλλον καὶ ἀπηχθημένης. ὡς εὐφραντικὸν τοίνυν αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας ποτήριον ὀνομάζει. Ἔφη γάρ που πρὸς αὐτὸν Ἡσαΐας· Καὶ ὡς εὐφραίνεται νεανίσκος ἐπὶ παρθένῳ, οὕτως εὐφραίνεται κύριος ἐπὶ σοί.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Κληρονομίας φησὶ, τουτέστι τοῦ μυστηρίου τούτου. Κληρονομίαν γὰρ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ ἡ ἐκκλησία οὐ κέκτηται, πλὴν μόνον τὸν Θεόν. Ὅστις αὐτῇ τὸν κλῆρον εὐτρεπίζει τὸν μέλλοντα, διὰ τοῦτο εἰκότως ὁ στίχος ὁ ἑπόμενος προσκεῖται.

ΣΥ ΕΙ Ο ΑΠΟΚΑΘΙΣΤΩΝ ΤΗΝ ΚΛΗΡΟΝΟΜΙΑΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εἰς τὴν ἀρχαίαν λέγει κατάστασιν, τὴν πρὸ τῆς παραβάσεως, καθ' ἣν εἶχεν ἁπάντων τὴν ἐξουσίαν, καὶ ζωὴν ἀθάνατον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ γὰρ ἐπαγγειλάμενος, καὶ τὰς ἐπαγγελίας ἀποπληρῶσαι δύναται. Οὐκ εἶπεν δὲ, Σὺ εἶ ὁ διδοὺς, ἀλλὰ, σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν, ἵνα τοῦ παραδείσου δηλώσῃ τὴν τρυφὴν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν δημιουργικὴν εἰκόνα. ἑκατέρας γὰρ διὰ τὴν παρακοὴν ἐκπεσόντες ὑπήρχομεν.

ϛ. ΣΧΟΙΝΙΑ ΕΠΕΠΕΣΕ ΜΟΙ ΕΝ ΤΟΙΣ ΚΡΑΤΙΣΤΟΙΣ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταύτης ἕνεκεν, φησι, τῆς κληρονομίας τὰς παρούσας ἐδεξάμην ἐπιβουλάς. σχοινία γὰρ τὰς ἐπιβουλὰς ὀνομάζει. Οὕτως καὶ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ· Σχοινία ἁμαρτωλῶν περιεπλάκησάν μοι, καὶ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σύμβολον δὲ μέτρου τὸ σχοινίον, καὶ κλήρου. Νῦν δὲ ὁ λέγων ἐμφαίνει, ὡς εἰς τὰ κράτιστα τῆς κληρονομίας μερὶς ἦλθεν αὐτῷ, καὶ πέπτωκεν ὁ κλῆρος εἰς ἀγαθά.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὕτως ἐγενήθη σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Εὐδοκῶν δὲ τῇ ἰδίᾳ κληρονομίᾳ, ὡς κρατίστῃ, ταῦτά φησι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πάλαι μὲν γάρ, φησιν, ἄλλη τις ἦν ἡ κληρονομία, καὶ ἄλλα σχοινίσματά μου. ὅτε γὰρ διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Ἀλλὰ τότε μὲν μερὶς, καὶ κληρονομία, καὶ σχοίνισμα ὁ πρότερος ἦν λαός· οὗ δὴ ἀποπεσόντος, καὶ ἀπο-

qui bibit, cum gratiarum actione dicat, *Dediſti lætitiam in corde meo.* CATENA PATRVM. Pſal. 4, 7.

CYRILLI. Calicem appellat traditam illi à Patre hereditatem: vtpote quæ ipſum lætum reddere & hilarem poſſit; quod vetus illa, (ſcilicet Iſraël) facere non poterat, cùm potiùs grauis & moleſta eſſet. Eccleſiam itaque vt ipſum exhilarantem, appellat Calicem. Dixit enim alicubi ad ipſum Iſaias: *Et ſicut lætatur iuuenis ſuper virgine, ita lætatur Dominus ſuper te.*

Calix Chriſti Eccleſia eſt. Iſaiæ 62, 5.

HESYCHII. Hereditatis (inquit) hoc eſt myſterij huius. Nam in præſenti ſæculo, præter ſolum Deum, non habet Eccleſia hereditatem. Hic illi futuram hereditatem parat: propterea huic verſiculo ſequens iure additur.

Chriſtus hereditas Eccleſiæ.

TV ES QVI RESTITVES HEREDITATEM.] THEODORI. In priſtinum, inquit, ſtatum, qui erat ante tranſgreſſionem; in quo habebat homo omnium poteſtatem, & vitam immortalem.

* ANONYMI. Nam qui promiſit, promiſſa quoque præſtare poteſt. Non dixit autem, *Tu es* qui das, ſed *qui reſtitues*; vt paradiſi delicias, atque etiam opificis imaginem ſignificaret. Nam ab vtriſque propter inobedientiam excidimus.

* Catena Danielis Barbari hęc habet ſub nomine ASTERII.

6. FVNES CECIDERVNT MIHI IN PRÆCLARIS.] THEODORETI. Huius, inquit, cauſsâ hereditatis, præſentes inſidias amplexus ſum: *Funes* enim inſidias nominat. Similiter etiam in alio quodam Pſalmo: *Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & legem tuam non ſum oblitus.* Pſal. 118, 61.

ANONYMI. Funis ſymbolum eſt menſuræ ac ſortis ſeu hereditatis. Modò autem, hoc dicendo, declarat ſibi præclariſſimam hereditatis partem obtigiſſe, ſortemque in bonum cecidiſſe.

Funibus hereditas diuidebatur.

ORIGENIS. Hoc modo factus eſt funiculus hereditatis eius Iſraël. Sibi autem in hereditate ſua, vtpote præclariſſima, cõplacens, hęc ait.

EVSEBII. Quondam enim, inquit, alia fuit hereditas mea, & alij funes mei. Nam *quando diuidebat Altiſſimus gentes, facta eſt pars Domini populus eius Iacob, funiculus hereditatis eius Iſraël.* At tunc quidem pars, & hereditas, & funiculus erat prior ille populus: quo excidente, & propter ini-

Deut. 32, 8. *Iudæi erant olim hereditas Dei, nunc ſunt Chriſtiani.*

CATENA PATRVM.

quitates eius eiecto, alia pars, & alij funiculi, & ſortes aliæ pro prioribus illis mihi datæ ſunt in præclaris. Hæc enim, inquit, ſecunda & optima, & mihi grata accidit.

7. BENEDICAM DOMINVM.] HESYCHII. Deo benedicit Eccleſia, vt quæ ab ipſo myſteriorum intelligentiam acceperit, ac Iudæorum errorem declinauerit.

Chriſtus erudiebatur ſecundùm humanitatē. *Luc. 2, 52.*

THEODORETI. Nemo autem hoc abſurdum putet, Dominum Chriſtum ſecundùm humanam naturam erudiri, cùm audiat D. Lucam dicentem: *Ieſus autem proficiebat ſapientiâ & gratiâ apud Deum & homines.* Quin rurſus audiat eumdem dicentem, Angelum ei apparuiſſe, qui eum inſtante paſſione trepidantem, & guttas ſanguinis ſudantem confortauit. Si autem Angeli auxilio indigebat, vt oſtenderet naturam formæ ſerui, multò magis profectò à diuinitate, quæ in ipſo habitabat, docebatur. Nam cùm ſit homo & Deus, inſtruebatur quidem vt homo, fons verò ſapientiæ erat vt Deus.

Luc. 22, 43.

8. PROVIDEBAM DOMINVM IN CONSPECTV MEO SEMPER.] ATHANASII. In quantum ipſe Chriſtus Deus eſſe intelligitur, ipſe eſt qui confirmat & ſuſtinet vniuerſa; in quantum verò homo factus eſt, conuenit etiam illi dicere, à dextris ſe habere Dominum, ne commoueatur. Vbique enim humanitatis menſuræ conformatur, nec ob diuinam diſpenſationem, decor exinanitione confunditur. Conſidera igitur, quanto honore affecta fuerit natura noſtra in Chriſto. Siquidem qui priùs eramus eiecti propter præuaricationem Adam, iterùm ad Dei faciem adducti ſumus, ipſumque auxiliatorem & confortatorem habuimus.

Chriſtus qui vt Deus omnia ſuſtinet, vt homo ſuſtentatur.

HESYCHII. Vides æqualem Filij cum Patre dignitatem? Nonnumquam enim Filius ſtare à dextris aut ſedere dicitur; nunc verò Patri dextrum locum attribuit: vt diſcas vnam eſſe Geniti & Genitoris poteſtatem, tametſi iam propter carnem humilia loquatur.

THEODORI ANTIOCHENI. Dominus ſuſceptor, quoniam adiuuat me, nec ſinit me peruerti. Illud enim: *A dextris eſt mihi ne commouear,* idem eſt atque, Auxiliatur mihi; à dextra ſcilicet & potiori parte auxiliū vocans.

THEODORETI. Hæc ſuperuacaneum eſt nos explicare, cùm D. Petrus olim verborum

βλήτου γινομένου διὰ τὰς ἀσεβείας αὐτοῦ, ἕτερα μερίς, καὶ ἄλλα σχοινία, καὶ ἕτεροι κλῆροι, ἀντὶ τῶν προτέρων ἐκείνων ἐδόθησάν μοι ἐν τοῖς κρατίστοις. Αὕτη γάρ, φησιν, ἡ δευτέρα κρατίστη, καὶ ἀρέσκουσά μοί ἐστιν.

ζ'. ΕΥΛΟΓΗΣΩ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Εὐλογεῖ τὸν θεὸν ἡ ἐκκλησία, ὡς παρ' αὐτοῦ δεξαμένη τῶν μυστηρίων τὴν σύνεσιν, καὶ τὴν πλάνην τῶν Ἰουδαίων ἐκκλίνασα.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Μηδεὶς δὲ ἀνάρμοστον ἡγείσθω, τὸ συνετίζεσθαι κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τὸν Χριστὸν, ἀκούων τοῦ θείου Λουκᾶ λέγοντος· Ἰησοῦς δὲ προέκοπτε σοφίᾳ καὶ χάριτι, παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Ἀκουσάτω δὲ αὐτοῦ πάλιν λέγοντος, ὅτι δειλιάσαντα παρὰ τὸ πάθος, καὶ ἱδρώσαντα θρόμβους αἵματος, ἄγγελος προσελθὼν ὑπεστήριξεν. Εἰ δὲ ἀγγελικῆς ἐδεήθη ῥοπῆς, ἵνα δείξῃ τὴν φύσιν τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, πολλῷ δήπουθεν παρὰ τῆς ἐνοικούσης θεότητος ἐσοφίζετο. Ἄνθρωπος γὰρ ὢν καὶ θεός, ἐσοφίζετο μὲν ὡς ἄνθρωπος, πηγὴ δὲ σοφίας ἦν ὡς θεός.

η'. ΠΡΟΩΡΩΜΗΝ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΝΩΠΙΟΝ ΜΟΥ ΔΙΑΠΑΝΤΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καθ' ὃ μὲν ὁ Χριστὸς νοεῖται θεός, αὐτός ἐστιν ὁ πάντα στηρίζων καὶ ἀνέχων· καθ' ὃ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, πρέποι ἂν αὐτῷ, καὶ τὸ λέγειν, ἐκ δεξιῶν ἐσχηκέναι τὸν κύριον, ἵνα μὴ σαλευθῇ. Συμπλάττεται γὰρ πανταχοῦ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις, καὶ τὸ τῇ κενώσει πρέπον οὐκ αἰσχύνεται διὰ τὴν θείαν οἰκονομίαν. Ὅρα γοῦν ὅπως γέγονεν ἡ φύσις ἡμῶν εὐδόκιμος ἐν Χριστῷ· Προσαχθῆναι μὲν γὰρ εἰς πρόσωπον τοῦ πατρὸς, οἱ ἐκβεβλημένοι διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, καὶ ἐσχήκαμεν αὐτὸν ἐπαμύνοντα καὶ στηρίζοντα.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θεωρεῖς υἱοῦ καὶ πατρὸς ὁμοτιμίαν; Ποτὲ μὲν γὰρ ὁ υἱὸς ἑστάναι ἐκ δεξιῶν, ἢ καθῆσθαι λέγεται· νῦν δὲ τῷ πατρὶ τὸν δεξιὸν τόπον ἀπονέμει· ἵνα μάθῃς μίαν εἶναι τοῦ γεννηθέντος, καὶ τοῦ γεννήσαντος δύναμιν, εἰ καὶ νῦν ταπεινὰ διὰ τὴν σάρκα φθέγγεται.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ. Κύριος ὁ προσδεχόμενος, ὅτι βοηθεῖ μοι, καὶ οὐκ ἐᾷ περιτραπῆναι. τὸ γὰρ, Ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ, ἀντὶ τοῦ, βοηθεῖ μοι, ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ καὶ τοῦ κρείττονος τὴν βοήθειαν καλέσας.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταῦτα περιττὸν ἡμᾶς ἑρμηνεύειν, τοῦ θεσπεσίου Πέτρου, τοῦ καὶ τὴν

παρὰ

παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τῆς παρὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ τὴν παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀποκάλυψιν δεξαμένου, πάλαι τύπον τῆς ἑρμηνείας πεποιημένου. Οὗτος γὰρ ἐν Ἰουδαίοις δημηγορῶν, καὶ ταύτην ἐνεγκὼν εἰς μέσον τὴν ἑρμηνείαν, οὕτως ἔφη· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παρρησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαβὶδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε, καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἔστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης. Προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν, καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ· προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. Ταῦτα καὶ τοῖς παρερμηνεύειν τολμῶσιν ἀναγκαῖον προσφέρειν, καὶ μάλιστα καὶ Ἰουδαίοις· προφανῆ γὰρ ἔλεγχον ἔχει τῆς Ἰουδαίων ἐμβροντησίας. λέγει τοίνυν ὁ δεσπότης Χριστὸς ἀνθρωπίνως καὶ ἐνταῦθα· Ὅτι διηνεκῶς ὑπὸ τῆς θείας στηριζόμενος φύσεως, τῷ σωτηρίῳ πρόσειμι πάθει, καὶ τῇ ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως εὐφραίνομαι. Οὔτε γὰρ ἡ ψυχή μου εἰς ᾅδου καταληφθήσεται, οὔτε ἡ σάρξ μου ὑπομενεῖ τὴν κατὰ φύσιν διαφθοράν· ταχείας γὰρ ἀναστάσεως τεύξομαι, καὶ εἰς τὴν ζωὴν ἐπανήξω, ταύτην ἅπασιν ἀνθρώποις ὑποδεικνὺς τὴν ὁδόν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Θεὸς γὰρ φύσει καὶ ζωὴ, καὶ ζωοποιὸς, ἐζωοποίησε τὸν ἑαυτοῦ ναὸν, οὐχ ἑαυτοῦ τὸ χρῆμα κατορθῶν, ἀλλ' εἰς ὅλην τοῦ ἀνθρώπου παραπέμπων τὴν φύσιν ὃ ἐντεῦθεν ἀγαθόν. Οὐκ ἠγνόησε τοίνυν τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς, καίτοι τοῦ προπάτορος Ἀδὰμ ἠγνοηκότος αὐτήν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ ἐκ τούτων μάλιστα δηλοῦται, τελείως ἐνηνθρωπηκέναι τὸν κύριον· ἡ μὲν γὰρ σὰρξ ἐναπετέθη τῷ μνημείῳ, ἡ ψυχὴ δὲ αὐτοῦ γέγονεν ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας· ἐπ' ἐλπίδι δὲ κατεσκήνωσεν ἡ σὰρξ, διὰ τὴν εὐθέως ἐσομένην ἀνάστασιν. Ἀβλαβὴς γὰρ μείνασα συνεζεύχθη πάλιν τῇ μὴ εἰς τὸν ᾅδην καταλειφθείσῃ ψυχῇ. Οὐκοῦν οὐκ ἄλογος ἦν αὐτοῦ ἡ ψυχὴ, οὐ γὰρ ἂν ὑπέστη χωρισθεῖσα τοῦ σώματος, οὐδ' ἂν εἰς ᾅδην πεπόρευτο τῶν λογικῶν ψυχῶν τὸ χωρίον. Οὐκοῦν ὁμοούσιος ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς, ὡς καὶ ἡ σὰρξ τῇ σαρκὶ, ἐκ τῆς ἁγίας προελθοῦσα Μαρίας. Εἰ δὲ καὶ ἔδοξε πεπονθέναι διὰ τὸν σταυρὸν, ἀλλ' οὐκ εἶδε διαφθοράν· ἀβλαβὴς γὰρ ἦν ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα δι-

horum interpretationem tradat, acceptâ ex Patre,& ex Filio, & ex Spiritu ſancto reuelatione. Hic enim cùm inter Iudæos concionaretur, adducto hoc in medium teſtimonio, ſic ait: *Viri fratres, licet audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid, quoniam & defunctus eſt, & ſepultus eſt, & ſepulcrum eius eſt apud nos vſque in hodiernum diem. Propheta igitur cùm eſſet, & ſciret quia iureiurando iuraſſet illi Deus, de fructu lumbi eius ſurrecturum eſſe Chriſtum, vt ſedeat ſuper ſedem eius; prouidens locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque derelicta eſt anima eius in inferno, neque caro eius vidit corruptionem.* Iis qui perperàm interpretari audét, & Iudæis maximè,hæc proponenda ſunt: manifeſtam enim continent confutationem Iudæorũ delirationis.Loquitur igitur Dominus Chriſtus humano more etiam hîc:Quoniam à diuina natura continuè corroboratus, ad ſalutarem paſſionem accedo,& reſurrectionis ſpe gaudeo. Nec enim anima mea in inferno derelinquetur, nec caro mea corruptionem ſecundùm naturam ſuſtinebit:nam citò reſurrectionis compos ero, & ad vitam redibo, omnibus hominibus hanc viam oſtendens.

CYRILLI. Deus enim,cùm & vita,& vitæ auctor naturâ ſuâ ſit, viuificauit templum ſuum, non in ſui ipſius vtilitatem id faciens, ſed bonum quod inde redundabat, ad vniuerſam hominis naturam referens.Non ignorauit ergo viam vitæ, licet primus pater Adam illam ignorarit.

DIDYMI. Ex his planè oſtenditur, humanam naturam Dominum perfectè aſſumpſiſſe; ſiquidem carne in ſepulchro poſitâ, anima eius in corde terræ fuit tribus diebus & tribus noctibus: caro autem in ſpe requieuit, propter reſurrectionem illicò futuram. Nam illæſa permanens,rurſus animæ, quæ non fuit derelicta in inferno,coniuncta eſt.Itaque anima ipſius minimè erat expers rationis: nam à corpore ſeiuncta ſubſiſtere nequiuiſſet, neque ad infernum profecta fuiſſet, qui animarum rationalium locus exiſtit. Eiuſdem igitur ſubſtantiæ eſt cum animabus humanis, ſicut etiam cum carne, caro quæ ex beata Maria orta eſt. Etſi verò propter crucem pati viſa ſit; attamen non vidit corruptionem, cùm anima & corpus ſine læſione permanſerint.

CATENA PATRVM.

Act.2,29.

Chriſti caro incorrupta.

Chriſtus omnia refert ad noſtram vtilitatem.

Chriſtus eſt perfectus homo.

Chriſti caro non vidit corruptionem.

CATENA PATRVM.

ſerint. Ex quibus iterùm coagmentatis demonſtratum eſt, Sanctum Dei corruptionem minimè vidiſſe, ſed potiùs cauſſam dediſſe reſurrectioni ceterorum mortuorum. Nam per ipſum primogenitum ex mortuis reſurgentem, corruptibilitas & mortalitas noſtra incorruptionem & immortalitatem induens, cum Sancto Dei, qui non vidit corruptionem, immortalis efficitur.

Chriſtus oſtendit nobis vias vitæ.

10. NOTAS MIHI FECISTI VIAS VITÆ.] DIDYMI. Cùm incarnatum Dei Verbum à mortuis ſurrexiſſet, ſecundùm quod homo factus eſt, non deſinens eſſe Deus, laudat oſtendentem ſibi vias, quæ ducunt ad vitam ſempiternam, vt & perfectâ lætitiâ impleatur is, qui ſanctos omni iucunditate cumulat. Ceterùm Dei vultus, eſt imago & character ſubſtantiæ eius. Qui autem vias has perambulauerit, conſequens eſt vt in dextera Dei (quæ veritas & ſapientia exiſtit) diuinam obtineat iucunditatem. Hæc eſt vnigenitus Dei Filius, cuius delectatio in finem erit, cùm ſit vltimum optabile.

μενον. Ἐξ ὧν συντεθέντων πάλιν ὁ τοῦ θεοῦ ὅσιος ἀπεδείχθη διαφθορὰν οὐκ ἰδὼν, ἀλλ' αἰτίαν δοὺς καὶ τῇ τῶν ἄλλων ἀνεγέρσει νεκρῶν. δι' αὐτὸν γὰρ πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν γεγονότα, τὸ φθαρτὸν καὶ θνητὸν ἡμῶν, ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν ἐνδυσάμενον, συναπαθανατίζεται τῷ μὴ ἑωρακότι διαφθορὰν ὁσίῳ τοῦ θεοῦ.

ι. ΕΓΝΩΡΙΣΑΣ ΜΟΙ ΟΔΟΥΣ ΖΩΗΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς ὁ σαρκωθεὶς τοῦ θεοῦ λόγος, καθ' ὃ γέγονεν ἄνθρωπος, οὐκ ἀπολειφθεὶς τοῦ εἶναι θεὸς, ἀνυμνεῖ τὸν φανερώσαντα αὐτῷ τὰς φερούσας ὁδοὺς ἐπὶ τὴν αἰώνιον ζωὴν, ἵνα εὐφροσύνης πληρωθῇ τελείας, ὁ πάσης εὐφροσύνης ἐμπιμπλὰν τοὺς ἁγίους. Θεοῦ δὲ πρόσωπον, ὁ εἰκὼν αὐτοῦ, καὶ ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Τῷ δὲ ταύτας ὁδεύσαντι τὰς ὁδοὺς, ἀκολουθεῖ τὸ θείαν τέρψιν ἔχειν ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, οὔσῃ ἀληθείᾳ καὶ σοφίᾳ. ἥτις ἐστὶν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, οὗ τέρψις εἰς τέλος ἔσται, οὔσα ἔσχατον ὀρεκτόν.

ANNOTATIONES CORDERII.

Quid ſit tituli inſcriptio ſeu στηλογραφία.

TITVLVM huius Pſalmi paſſim omnes Interpretes perobſcurum fatentur. In Latinis eſt, *Tituli inſcriptio ipſi Dauid*; in Græco, Στηλογραφία τῷ Δαβίδ; Hebraicè מִכְתָּם לְדָוִד, *michtham le Dauid*: quod S. Hieron. vertit, *humilis & ſimplicis Dauid.* Fortè (inquit Bellarminus) quia מַךְ *mach* ſignificat *pauperem*, & per hoc *humilem*, & תָּם *tham* ſignificat *ſimplicem* & *perfectum.* Magis tamen probabile eſt Septuag. non legiſſe מִכְתָּם *michtham, ſed* מִכְתָּב *michthab*, vltimâ litterâ paululùm immutatâ. Nam à verbo כָּתַב *chathab*, quod *ſcribere* ſignificat, fit nomen מִכְתָּב *michthab*, id eſt, *ſcriptura*, ſeu *inſcriptio.*

Quæ ſint myſteria in voce Hebræa michtham.

Ceterùm, quia vox Græca στηλογραφία non ſignificat quamcumque ſimplicem inſcriptionem, ſed inſcriptionem aliquam memorabilem, ac prorſus admirabilem, in columna inciſam ad memoriam poſteritatis ſempiternam; propterea hoc loco per *inſcriptionem* intelligere debemus titulum aliquem memorabilem, qui numquam aboleri poſſit, ſed in omnium memoria perpetuò vigere debeat. Chaldæus interpretatur *cælaturam*, ſiue *ſculpturam* rectam, pulchram: quaſi litteris aureis, gemmeiſque notis ſit ornatum inciſumque trophæum ad prodendum ſempiternum decus *humilitatis* & *ſimplicitatis*; quæ decora ſunt duo Chriſtianæ vitæ, ſupra omnium opinionem pulcherrima. Sed vt lingua ſancta eſt diuinitus excogitata, ita ferax notionum eſt illuſtrium: & eadem illa vox *michtham* grandibus myſterijs abundat, *quæ diuitias ſimplicitatis* (vt verbis vtar D. Pauli) nobis ante oculos ponunt, quaſi regina ſit virtutum *ſimplicitas*, opulentiâ magnâ circumfluens.

2. Cor. 8, 2.

Quidam igitur *michtham* interpretantur, *aurum obrizum*, vt Caietanus; ita vt hic Pſalmus de ſimplicitate pretioſa memorans, totum ex puro putoque auro carmen eſſe videatur. R. Salomon *coronam* interpretatur, vt inſigne aureum, quo ſimplicium caput eximiè illuſtretur. Alij denique genus quoddam eſſe volunt inſtrumenti muſici, aureis cælaturis inſculpti ad magnificentiam, vt nihil non exquiſitum adhibeatur, pulchrum & auguſtum, ad commendandum hoc animi ornamentum. Magna quidem fuit Dauidis humilitas, ſingularis quoque ſimplicitas, vt meritò hoc poëma ſacrum eius nomini dedicetur: ſed in Rege virtutum Chriſto, flores illi duo delibati omni ſanè perfectione eminent. Vnde ad illum Apoſtolorum principes Pſalmum hunc retulerunt: quippe diuinitus afflati vaticinium illud de reſurrectione Meſſiæ interpretantur: *Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Addo & communi Eccleſiæ voce, eumdem ipſum Pſalmum, vt proprium, addici hominibus ſacris, cùm piam illam & ſolemnem obteſtationem contineat: *Dominus pars hereditatis meæ*, quod aureum ſignaculum eſt Initiatorum. vt, cùm in titulum oculos inijcient, hæc, vt dicebamus, continentem, *Humilis & ſimplicis Dauid*, vel potiùs *humilis & ſimplicis* IESV, animos ſuos comparent & inflamment, ad geminas eas virtutes æmulandas, vt abeuntes ab hac vita, velut honoratam ſibi columnam, & Chriſtianæ gloriæ monumentum relinquant.

1. Con-

ANNOTATIONES CORDERII.

1. *Conſerua me Domine, quoniam ſperaui in te.*] Ex primis hiſce Pſalmi verbis ſtatim ſe prodit humilitas & ſimplicitas Dauidis, nihil ſibi arrogantis, ſed ſolâ opis diuinæ ſpe nitentis, vt tituli inſcriptio verificetur. Vnde diſcimus, ſpem in Deum, idoneam eſſe cauſſam accipiendæ ab eo protectionis; ideoque viro iuſto, vt in gratia perſeueret, ſuper omnia in Domini auxilio confidendum, ſine quo, quantumcumque ſanctus ſit, & ſpiritu vegetus videatur, ſi robore virtutis ſuæ niti velit, citò corruet: quia, vt Iſaias ait, *iuuenes*, qui ſpiritali vigore pleni putabantur, *in infirmitate cadent*, quòd proprijs viribus nimiùm confiderent. *Qui autem conſeruari ſperat in Domino* (inquit S. Hieron. lib. 3. contra Pelagianos cap. 3.) *protegetur ab eo, qui dat laſſo virtutem; & his qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat.* Nam (vt ibidem ſubdit Iſaias) *qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem* (id eſt fortitudine ſuâ, quam à Domino acceperant, per humanam fragilitatem collabaſcente, aliam Domino reſtaurante induent: & qui terreni corporis mole prægrauati, præ acedia & torpore ſenſualibus affectionibus indulgentes, humi ſerpebant) *aſſument pennas ſicut aquilæ*, id eſt feruentia pietatis deſideria concipient, quibus ad Deum euolabunt: & qui arduam virtutis viam ingredi formidabant, diuinâ gratiâ opitulante, per eam *current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient.*

Spe ſuſtentamur, & conſeruamur à Domino.

Iſaiæ 40, 30.

Ceterùm prout hic verſus in Paraphraſi, Commentario & Catena ex perſona Saluatoris prolatus fuiſſe exponitur; magnopere nobis orationem commendat, vt etiam voti compotes, eam in rebus certis, & iam obtentis, non negligamus. Siquidem certus erat Chriſtus, etiam vt homo, atque infallibili veritate ſciebat, ſuam ipſius ſacroſanctam humanitatem ab vnione hypoſtatica Verbi numquam diſſoluendam fore; hoc ipſum tamen precatur ne vmquam fiat, ſed vt Deus vnionem illam ſui cum humanitate conſeruet. Quid igitur petit, quod in æternum poſſidet? Quia ſcilicet tam grata Deo accidit hominis oratio, vt etiam rogari velit ad donandum quod iam donauit, & ad conſeruandum quod certiſſimè conſeruat: adeò vt ipſum quoque diuinitatis decretum infallibile de ſempiterna humanitatis vnione conſeruanda, fructus aliquo modo eſſe poſſit orationis.

Etiam pro ſperatis iam habemus nobis orandus eſt Deus.

2. *Dominus meus es tu.*] Græcè κύριος, pro quo Vulgata *Deus* legit. Idonea profectò ſpei ac fiduciæ ratio eſt, poſſe Deo dicere: *Dominus meus es tu.* Qui enim Dominus eſt (inquit S. Chryſoſt. in Pſal. 138.) κήδεται καὶ προνοεῖ, *& curam gerit, & prouidet.* Hinc illa magnifica Dei pollicitatio, ad ſpem & fiduciam erigentis: *Noli timere, quia te redemi, & vocaui te nomine tuo, meus es tu.* Quæ verba dulciſſima ſunt, & mirificâ iucunditate complent animum. Res Dei ſumus, ad illum pertinemus, nocere nobis nemo poteſt, quin eo ipſo Dei potentiam irritet, maieſtatem violet. *Meus*, inquit, *es tu*, ſingulari quadam ratione, non eo tantùm modo, quo cælum & terra ipſius ſunt, quòd creator ſit omnium: ſed *quia*, inquit, *te redemi.* Sic vt pretium illud incomparabile, quod Chriſtus pro nobis obtulit, ſit aureum pignus ſui erga nos amoris, magnam ſimul ſecuritatem & protectionem pollicens. Huc accedit, quòd Deus non ceterorum more hominum Dominus ſit, qui ſeruos mancipiaque habent, quibus ita benè faciunt, vt eorumdem ſimul tamen viciſſim, vt ipſimet ſuis conſulant rebus, operâ indigeant, nec omnino carere omnibus poſſint, ſi tueri vitam & gradum velint. Creaturarum enim inter ſe nexus tantus eſt, vt alterius etiam inferioris egeat alia, quoniam omnes pertinent ad conſtitutionem vniuerſi, cuius ſingulæ partes ſunt integrantes. Deus autem, vti pulchrè Bernardus lib. 5. de Conſider. cap. 11. meditatur, cùm ſit *voluntas omnipotens, beneuolentiſſima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, ſumma beatitudo, creans mentem ad ſe participandum, viuificans ad ſentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, iuſtificans ad promerendum, accendens ad zelum, fecundans ad fructum, dirigens ad æquitatem, formans ad beneuolentiam, moderans ad ſapientiam, roborans ad virtutem, viſitans ad conſolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuans ad immortalitatem, implens ad felicitatem, circumdans ad ſecuritatem*; ante omnem creaturam idem, qui nunc, fuit ab æterno, αὐτάρκης, *ſufficiens ſibi ipſi*, & nullius indigens. Quare ſubdit:

Magna fiducia eſt Deo dicere, Dominus meus es tu.

Iſa. 43, 1.

Deus eſt Dominus nullius indigens.

IBIDEM. *Quoniam bonorum meorum non eges.*] Quod Aquila vertit, ἀγαθωσύνη μου οὐ μὴ ἐπὶ σοί, *bonitas mea non ſuper te*; Symmachus, ἀγαθόν μοι οὐκ ἔστιν ἄνευ σοῦ. Quod S. Hieron. vertit, *benè mihi non eſt ſine te*; Chaldæus, *bonum meum non datur, niſi à te.* Id eſt nullum bonum mihi accidere poteſt, cuius tu non ſis auctor. Aquilæ autem interpretatio duobus modis exponi poteſt. Primo modo, q. d. Bonum quod mihi præſtas, non tu præſtare cogeris officio vel debito aliquo, aut merito meo vllo compulſus; ſed ad benè mihi faciendum tua te clementia & benignitas ſola adducit. Altero modo ſic, vt Septuag. tranſtulerunt, q. d. Si quid ego boni facio, id minimè ad te pertingit: neque enim mea benefacta tibi conferunt aliquid aut proſunt. qui ſenſus videtur ſimplicior, & magis genuinus. Sic in Ethicis Ariſtotel. lib. 7. cap. 12. de Deo dicit, Δῆλον γὰρ ὡς οὐδενὸς προσδεόμενος ὁ θεὸς, οὐδὲ φίλων δεήσεται. *Manifeſtum enim eſt, quòd nullâ re egens Deus, nec amicis egebit.* Ex eo igitur Dauid cognoſcit ac vocat Deum ſuum, quòd illum adeò in ſe ipſo diuitem, ſibique ſufficientem nouerit, vt nullius omnino extra ſe indigeat. Quamobrem noſtra ſacrificia, & quæcumque alia in eius obſequium præſtamus, nihil illi conferunt adaugentque honoris ac commodi: *Quòd ſi ea requirit & præcipit, idcircò facit* (inquit Euthymius) *vt prætextum & occaſionem habeat retributionis maiorum bonorum.* Hinc quidquid tandem à nobis Deo offeratur, nihil planè extra Deum, vel ſpectatâ qualitate muneris, vel dignitate offerentis, dignum tanti Numinis maieſtate cenſendum eſt. Nam (vt ait Nazianzen. in Orat. in Paſcha) *dignum munus offerre Deo, vix ipſi quoque Angeli poſſunt: illi, inquam, primi intellectuales & puri ſupernæ gloriæ ſpectatores ac teſtes.* Quòd ſi Deus ipſe vult & iubet, vt illi à nobis oblationes fiant, & ſacrificia offerantur; per ea quidem noſtro dumtaxat commodo ſtudet, vt egregiè D. Auguſt. epiſt. 5. ad Marcellum teſtatur his verbis: *Nihil Deus iubet, quod ſibi proſit;*

Deus omnia liberaliter donat.

Deus nullius eget.

Homini vtile eſt Deum adorare.

ANNOTATIONES CORDERII.

proſit; ſed illi cui iubet. Ideò verus eſt Dominus, qui ſeruo non indiget, & quo ſeruus indiget. Nec in veteri Teſtamento ſacrificiorum egebat Deus, nec cuiuſquam eget vmquam; ſed rerum diuinitus impartitarum, vel imbuendo virtutibus animo, vel æternæ ſaluti adipiſcendæ quædam ſigna ſunt, quorum celebratione atque functione non Deo, ſed nobis vtilia pietatis officia exercentur. Idem lib. 10. de Ciuit. cap. 5. *Quis*, inquit, *ita deſipiat, vt exiſtimet aliquibus vſibus Dei eſſe neceſſaria, quæ in ſacrificijs offeruntur? Non ſolùm igitur pecore vel aliâ re corruptibili atque terrenâ, ſed ne ipsâ quidem iuſtitiâ hominis Deum egere credendum eſt: notumque quo rectè colitur Deus, homini prodeſſe, non Deo.* Sic ille.

Deus animum offerentis ſpectat.

Maximè tamen gratum eſt Deo externi ritus ſymbolum, eò quòd in illo ſignificetur animus offerentis, pius, gratus, & in Dei obſequium humiliter, promptè ſancteque addictus. *Vnde Deus* (inquit S.Hieron. in cap.66. Iſaiæ) *non quærit ſacrificia, ſed animum. Et ex dantis corde, id quod datur, accipitur.* Atque ex hoc vera & ſincera Dei & Chriſti erga nos dilectio comprobatur: quia non dilexit noſtra, ſed nos; & ſi quando noſtra ſibi offerri voluit, non nos propter illa, ſed illa

Deus verè nos, non noſtra diligit.

propter nos dilexit. Siquidem Deus noſter eſt, quoniam bonorum noſtrorum non eget. Hinc amore quo nos amauit, non quæſiuit fortunas noſtras, quia ſic pauperes non admiſiſſet; non ſcientias noſtras, quia ſic ſtultos & ignorantes non reſpexiſſet; nec decorem noſtrum, quia ſic turpes & deformes non ſtatuiſſet; nec famam aut opinionem noſtram, quia ſic viles & deſpectos non dilexiſſet; ſed dilexit nos ipſos, & tamquam pijſſima mater in ſinum nos ſuæ dilectionis collegit. Quia verò nos pauperes ſumus & egeni, ſtulti & ignorantes, deformes & inſuaues, viles atque deſpecti; ipſe tales amauit, vt cæleſtibus diuitijs ditaret, diuino lumine cumularet, & perpetuâ gloriâ bearet. Et, quod magis mirandum eſt, tantus Deus, cui in ſua maieſtate nihil dignum poteramus offerre, ſemetipſum nobis attemperauit, &, vt S.Chryſoſt. hom. 2. de incomprehenſibili Dei natura ait, κατάβασιν ἐποίησε, *condeſcenſum fecit.* Id quod vberiùs explicans S.Auguſt. ſerm. 70. de Tempore:

Cùm Deus nullius egeat, pauperes eſſe voluit ſuos vicarios, in quibus ipſi benefaceremus.

Cùm, inquit, *ipſe nullatenus bonorum noſtrorum egeat, vt tamen aliquid dignum erga eum poſſemus facere, eſurire dignatus eſt in pauperibus ſuis. Se enim fecit pauperem in paupere, famelicum in famelico, nudum in nudo, infirmum in infirmo: vt quia illi in ſeipſo nullam dignam poteras oblationem offerre, poſſes in illo quem vides pauperem, famelicum & nudum. Si enim Deus ſe tibi præſentem exhibet, indigens fruſto panis, condigna ipſi pro eo ſtatu erit oblatio, ſi fruſtum panis offeras. Si ſe tibi offert nudus, condigna erit oblatio, ſi veſtimentum, quo caret, impertias*, &c. Atque huc fortè reſpexit Dauid, quando deſiderabat aliquam Deo dignam oblationem facere, & rem attentè conſiderans, nullam vidit, quæ talis eſſe poſſet; quia nimirum Deus bonorum omnium plenus, nullius eget. Quid igitur faceret Dauid, vt Deo dignum aliquid offerret? Diuino prorſus conſilio ad pauperes ſe conuertit, in quibus Deo gratiſſimum munus obtulit; vnde ſubdit:

3. *Sanctis qui ſunt in terra eius, mirificauit Dominus omnes voluntates ſuas in eis.*] Vulgata legit, *mirificauit omnes voluntates meas in eis;* S. Auguſt. ex perſona Dauidis reddit, *mirificaui omnes voluntates meas in illis*; Theodoretus, ἐθαυμάστωσεν ὁ κύριος, ὅτι πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς, *mirificauit Dominus, quoniam omnes voluntates eius in eis.* In alijs quoque codicibus inuenitur vox κύριος, & illud πάντα eſt initium ſequentis partis verſiculi: Euſebius tamen & Theodoretus videntur legiſſe vt hîc, itemque Athanaſius. Aquila vertit, ὑπερμεγέθεσί μου πᾶν θέλημα ἐν αὐτοῖς, *ingentibus meis omnis voluntas mea in eis*; Symmachus, εἰς τοὺς μεγάλους πᾶν τὸ θέλημά μου ἐν αὐτοῖς, *in magnos omnis voluntas mea in eis.*

Deus in pauperibus ſpiritu ſuas mirificat voluntates.

Vbi per *ſanctos* rectè intellexeris ſpiritu pauperes, quos Chriſtus in Euangelio beatos nuncupat, in quibus Deus verè *voluntates ſuas*, & quidem optimas, quippe gratiarum plenas, *mirificauit*, id eſt mirificas & planè admirabiles oſtendit; quando ſemetipſum illis primùm aperuit, & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtauit eis. Nam Chriſtus vix natus lucem intueri cœpit quam crearat, humaniſque oculis ducere diem, cùm cæleſtes miſit nuntios ad cogendam pauperum paſtorum pompam, ſuperbis quidem homuncionibus deſpicabilem, ſed militiæ cæleſti venerandam: qui non auro gemmiſque rutilantes, nec potentiâ tumidi, aut philoſophiâ glorioſi, ſed moribus culti, ſimplicitate verecundiaque decori, aduentantem in mundum Meſſiam honorarent. Par iudicium deinde Chriſtus in Apoſtolis legendis oſtendit, quos principes religionis, & lumina orbis terrarum eſſe cupiebat: neque enim illos legit è diuitum ſuperborum, aut Scribarum arrogantium & ſuperciliosorum Phariſæorum cœtu, qui ad fraudem & malitiam eruditi, populi applauſum & reuerentiam callido artificio emerebantur; ſed è communi vita pauperes ac ſimplices, innocentiâ vitæ & bonitate commendatos. Quæ omnia mirificum ſanè ac prorſus ſingularem ſanctiſſimi Numinis amorem erga pauperes ſpiritu declarant.

Singularis Dei in pauperes fauor.

Quin imò etiam ad alios quoſcumque neceſſitate pauperes fauorem hunc extendere non dubitauit: quia quamuis multi eorum ſint magni peccatores, ſuos tamen eſſe voluit theſaurarios, qui ipſummet Deum repræſentent, in cuius perſona & nomine ſe nobis exhibent; adeò vt illos in ſeipſum, aut ſe in eos transfudiſſe quodammodò videatur.

Pauperes Dei perſonam repræſentant.

Hinc in decretorio illo magno die non dicet: *Eſuriuit pauper, & dediſtis illi*; ſed, *eſuriui, & dediſtis mihi manducare*, vt illum intelligamus habitare ſub ſchemate pauperis, qui de cælo imperium mundi molitur. Atque hoc penitus eſt mirandum, inter opera Chriſtiana, quibus felicitas æterna promittitur, opera miſericordiæ primo loco referri in cæleſtes rationes. *In cælo* (inquit Chryſolog. ſerm. 14.) *prima eſt eſurientis annona, prima ſtipendia pauperis tractantur in cælo, erogatio pauperis prima diuinis ſcribitur in diurnis.* Hinc illius beneficentiæ actiones propriè nominantur *opera cælorum*, vt egregiè monet Sidonius Apollinaris lib. 6. epiſt. 12.

Eleëmoſynæ ſunt opera cælorum.

cuius illud eſt dictum pulcherrimum: *Fidelium calamitates indigentiamque miſeratus, facit in terris opera cælorum.* Mihi quidem à diuina prouidentia collocati pauperes videntur velut domus Dei admiſſionales, qui abeuntibus ab hac vita in beatum illud domicilium ianuam aperiant.

aperiant. Verè igitur *mirificauit Dominus omnes voluntates ſuas in eis.* Sequitur:

4. *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum.*] Aquila, πληθυνθήσονται διαπονήματα αὐτῶν, *multiplicabuntur labores eorum*; Symmachus, πολλαὶ αἱ κακοπάθειαι αὐτῶν ἀκολουθοῦσι ταχέως, *multæ calamitates eorum ſequentes citò*; Theodotion, ἐπληθύνθησαν τὰ εἴδωλα αὐτῶν, εἰς τὰ ὀπίσω ἐτάχυναν, *multiplicata ſunt idola eorum, retrorſum accelerauerunt*; S. Hieron. *multiplicabuntur idola eorum.* In Hebræo eſt יִרְבּוּ *irbu*, quod futuri temporis eſt; ſæpè tamen futurum pro præterito accipitur, prout verterunt Septuag. vti benè obſeruat Bellarminus, qui pulchrè quoq; notat עַצְּבוֹתָם *gatzbotam*, quod multi vertunt, *idola*, propriè ſignificare *infirmitatem* & *dolorem*, & per figuram accipi pro idolis; vel quia idola infirma ſunt, & nullius potentiæ, vel quia peccatores, ac per hoc infirmos homines faciunt. Explicatur autem hoc verſu effectus beneuolentiæ Chriſti in electos, qui anteà debiles erant ob vulnera grauiſſima peccatorum, ita vt ambulare non poſſent; & poſteà ſanati per gratiam, currere cœperunt viam mandatorum Dei.

Idola infirma.

Dei gratia robuſtes & agiles facit.

Rectè hîc etiam per *infirmitates* intelligi poſſunt tribulationes, quibus dum iuſti exercentur, maiores in virtute progreſſus faciunt; quia *virtus* (vt Apoſtolus ait) *in infirmitate*, hoc eſt, in tribulatione ſeu aduerſitate, *perficitur*. Meritò igitur Dominus ſanctis & electis ſuis tribulationes immittit, quia nimirum antequam ſanctam conuerſationem arriperent, fortaſſis in grauia fuerant peccata prolapſi, & poſt conuerſionem ſuam modicos defectus & leuia peccata patrare non ceſſant, ad quæ ipsâ carnis fragilitate propemodum impelluntur: tribulationes verò præterita crimina, & præſentia peccata, non ſine ſuauiſſima Dei diſpenſatione caſtigant. Sic videmus mendico Lazaro accidiſſe, qui recepit hîc mala, id eſt labores ac corporis dolores & ærumnas in vita ſua, vt caſtigatis & purgatis defectibus ſuis, conſolationem diuiti Epuloni negatam acciperet. Nonnumquam etiam vitiorum fallaci ſuauitate perfecti tentantur, & rerum temporalium curis, velut ſirenum cantu præpediuntur ne nouos faciant in virtute progreſſus; & tribulationis flagello à vitijs arcentur, à rerum labentium amore reuelluntur, & ad alacriùs currendum in via ſpiritus incitantur.

Tribulationes iuuant ad profectum.

2. Cor. 12, 9.

Ibidem. *Non congregabo conuenticula*, &c.] Aquila, οὐ μὴ σπείσω σπονδὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων: quod S. Hieron. reddit, *non libabo libamina eorum de ſanguine*; Hebraicè eſt נָסַךְ *naſach*, quod *libare* ſignificat. Verumtamen, cùm (vt obſeruat Bellarminus) hoc verbum quoque *tegere* & *operire*, ſignificet, ea autem quæ teguntur, congregentur, vt tegi poſſint; credibile eſt, hoc verbum quoque ſignificare idem quod *congregare*. Sententia verò eſt eadem. Nam quia ad ſacrificia celebranda cœtus congregari ſolent; ideò perinde eſt, ſiue dicatur: *Non libabo libamina eorum de ſanguine* id eſt, non placebunt mihi ſacrificia eorum, quæ ſanguinis effuſione conſtant: & *Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus.* Id eſt, non placebunt mihi congregationes eorum ad ſacrificia cruenta celebranda; proinde non ero auctor, vt eiuſmodi cœtus fiant. Sic in alio Pſalmo ait: *Non accipiam de domo tua vitulos*, &c.

Deus non amat cruenta ſacrificia.

Pſal. 49, 9.

Ibidem. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.*] Hæc S. Hieron. conformiter Commentario Græco, & Origeni in Catena in bonam partem interpretatur de Chriſto Domino, qui nomina & facta priora illorum obliuiſcitur, qui ad fidem & gratiam ipſius deducuntur. *Mutamur*, inquit, *in lauacro, & ex filijs hominum vocamur filij Dei. Vox Chriſti: Non memor ero iſtorum nominum, quæ priùs ante fidem habuerunt, illa non recordabor; quia creſcentibus meritis nomina addita ſunt noua. Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos*, &c. *Prò admirabilem vim pœnitentiæ! ante illam peccator dicebaris, & apud Deum & Angelos, imò & inter dæmones infamia ſortitus nomina cenſebaris: ille ſacrilegus, ille blaſphemus, ille fur, ille fornicarius, ille maledicus, &c. Igitur in confeſſione omnia illa nomina ſunt deleta: iuſtus deinde, amicus, & filius Dei nominaris.* Similiter D. Auguſt. locum hunc exponens, *Sed ſpiritali*, inquit, *mutatione obliuiſcentur quid fuerint, nec à me iam, vel peccatores, vel inimici, vel homines, ſed iuſti, & fratres mei, & filij Dei vocabuntur per pacem meam.* Senſus itaque huius loci ex prædictorum Patrum mente eſt iſtiuſmodi, ac ſi dicat: Non memorabitur in his vltra nomen impietatis, quia credentes in te acceperunt nomen tuum nouum, quod benedicetur in terris. Scilicet cùm ante baptiſmum idololatræ eſſent, iam deinde in Chriſto nati, dicentur Chriſtiani, & filij Dei.

Pœnitentium delicta Deus obliuiſcitur.

Ioan. 15, 15.

Nihilominùs æquè fortaſſis aptè hoc in Græca Paraphraſi ſuperiùs in peiorem partem accipitur; ita nimirum vt de impijs agens Deus, dicat ſe illos ad æterna ſupplicia damnaturum, & memoriam eorum ſempiternâ obliuione obliteraturum, ita vt ipſorum nomina penitus ignorentur, iuxta illud: *Nomen eorum deleſti in æternum, & in ſæculum ſæculi.* Hinc S. Auguſt. lib. 16. de Ciuit. cap. 11. à Cham impio illo Noë filio nullam omnino regionem, aut gentem, nec vrbem aut locum vllum (vt à ceteris eius fratribus) appellationem ſumpſiſſe obſeruat, his verbis: *Nulla hîc reſonat origo vocabuli, quaſi Deus nollet tam impium nomen, cum ſanguine & poſteris propagari.* Hinc Apoſtolus quoque de fornicario illo publico ſcribens, *Eum*, inquit, *qui ſic operatus eſt.* Nomen illius ſubticuit: quod in maximis flagitijs facere conſueuit, vt tam profligati hominis nomen obrueretur. Ob quam cauſſam diuinitus factum arbitror, vt nequaquam commemorata ſint nomina à ſacris ſcriptoribus, nec diuitis Epulonis, ad cuius ianuam vlceroſus Lazarus emendicabat; nec illius ſtulti, qui nocte ſecum colloquebatur: *Anima mea habes multa bona poſita in annos plurimos*, &c. nec illius diuitis, qui ne ſua relinqueret, Chriſtum Dominum ſequi noluit. *Quia* (inquit D. Paulinus epiſt. 31.) *ſine dubio indigni erant, vt ſermone diuino nominarentur, quos aut vita obliterauit impietas, aut auaritia deleuit.*

Pſal. 9, 6.

1. Cor. 5.

Impiorum nomina vt indigna reticentur in Scriptura.

Luc. 16.

Luc. 12.

Luc. 18.

5. *Dominus pars hereditatis meæ.*] Nota Paraphraſin, & Commentarium, & Patres in Catena hoc de Chriſto exponere, cuius hereditas eſt Eccleſia. Itaque Chriſtum intelligunt vocare Dominum partem hereditatis ſuæ, quòd is eſſet quem tamquam ſuam portionem ſibi Eccleſia Chriſti hereditas delegiſſet: ita & partem calicis Dominum Deum vocari intelligunt, quòd ipſe

Eccleſia Chriſti hereditas.

ANNOTATIONES CORDERII.

eſſet merces & præmium paſſionis Chriſti, quæ calicis nomine aliquoties in nouo Teſtamento ſignificatur. Sic cùm ſequitur, *Tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi*; intelligunt ſignificari Gentes à Deo alienatas, per fidem Chriſto reſtituendas.

Deus hereditas iuſtorum.

Verùm, cum Ianſenio, ſimplicius fuerit ſecundùm Scripturæ phraſim intelligere Dominum dici *partem hereditatis*, quòd ipſe ſit portio hereditaria iuſtis: *partem* item *calicis*, quòd ipſe ſit veluti attributa iuſtis portio, quâ illis datum eſt frui, & ſeſe oblectare, quomodo ſuprà dixit, ignem & ſulphur eſſe partem calicis impiorum. *Calicis* enim nomine, ſecundùm Hebræam phraſim, deſignatur, quidquid alicui ferendum, ſentiendum, hauriendum & poſſidendum obtingit. In hunc ſenſum ex Eccleſiaſtico vſu clericis dicendus præcipitur hic verſus. Quomodo etiam Numer. 18. v. 10. dicit Dominus Aaroni, *Ego pars & hereditas tua.* (Pſal. 10, 8.)

De hac hereditatis ſuæ parte præclariſſima ſibi gratulans S. Auguſt. & ad eamdem poſtulandam & prenſandam alios quoque exſtimulans, in Pſal. 39. ait: *Quid enim Deo melius dabitur mihi? Amat me Deus, amat te Deus. Ecce propoſuit; Pete quod vis. Si tibi Imperator diceret, Pete quod vis, quos tribunatus Comitatúſve mutares? quanta tibi proponeres, & accipienda, & aliis largienda? Deo tibi dicente, Pete quod vis; quid petiturus es? Excute mentem tuam, exerce auaritiam tuam, protende quantum potes, & dilata cupiditatem tuam: non quicumque, ſed omnipotens Deus dixit, Pete quod vis. Si poſſeſſionum es amator, deſideraturus es totam terram: vt omnes qui naſcuntur, coloni tui, aut ſerui tui ſint. Et quid cùm totam terram poſſideres? Mare petiturus es, in quo viuere tamen non poteris. In hac auaritia te piſces ſuperabunt. Sed fortè inſulas poſſidebis? Tranſcende & hæc, pete & aërem, quamuis volare non poſſis: porrige cupiditatem tuam vſque ad cælum: dic tuum eſſe ſolem, lunam, ſtellas; quia ille qui fecit omnia, dixit, Pete quod vis: tamen nihil inuenies carius, nihil inuenies melius quàm ipſum qui fecit omnia.* IESVM *pete qui fecit, & in illo, & ab illo habebis omnia quæ fecit. Omnia cara ſunt, quia omnia pulchra ſunt; ſed quid illo pulchrius eſt? Fortia ſunt, ſed quid illo fortius? Et nihil magis vult dare, quàm ſe. Si aliquid inueneris melius, pete. Si aliud petieris, iniuriam facies illi, & damnum tibi, præponendo illi quod fecit. In hoc amore dixit illi anima quædam: Et nunc ipſa eſt pars mea Dominus, id eſt, tu es pars mea. Eligant ſibi qui volunt quid poſſideant, faciant ſibi partes de rebus; Pars mea tu es, te mihi elegi. Et iterùm: Dominus pars hereditatis meæ. Poſſideat te, vt poſſideas illum: eris prædium ipſius, eris domus ipſius. Poſſidet vt proſit, poſſidetur vt proſit. Numquid vt aliquid ei tu proſis? Nam dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Poterat dulcius? poterat ſuauius? Eant nunc qui rebus perituris inhiant, qui terrena oblectamenta ſectantur; poſſidere Deum negligunt, nec ab ipſo poſſideri amant. Felices qui ita protendunt deſiderium ſuum, ita fauces animæ dilatant, ita porrigunt vota, vt rebus friuolis ac vanis mentem paſcere renuant, nec rebus citò perituris, aut certè eripiendis diſtendi, ſolius conditoris ſui poſſeſſionem quærentes, ipſumque conditorem, qui beatæ mentis hereditas eſt numquam eripienda, ſemper permanſura.

Deus omni poſſeſſioni præferendus.

Pſal. 72, 26.

Pſal. 15, 5.

6. *Funes ceciderunt mihi in præclaris.*] Græcè, ἐν κρατίστοις, id eſt, *in optimis*; Symmachus, ἐν τοῖς καλλίστοις, *in pulcherrimis*; Aquila, ἐν ταῖς εὐπρεπείαις, *in venuſtis*; S. Hieron. *lineæ ceciderunt mihi in pulcherrimis*; Chaldæus, *ſortes ceciderunt mihi in dulcedine.* S. Auguſtinus & Euthymius locum hunc explicant de Verbo Dei incarnato ſibi complacente, & gloriante in poſſeſſione humanæ naturæ, quam ſibi vniuit. Nam in Scriptura *funis* tropicè ſumitur pro hereditate, quoniam adhibitis funibus menſorijs agros & latifundia dimetiebantur ac diſcernebant; iuxta illud: *Sorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.* Verbum igitur diuinum, iuxta ſententiam S. Auguſtini, ſibimetipſi gratulando ait: *Funes ceciderunt mihi in præclaris*, ſeu *claritatibus.* Vbi verbum illud *ceciderunt* ſortem indicat, quæ cùm feliciter cedit, gaudium magnum parit. Significat igitur ſibi in vtero B. Virginis quaſi ſortitò datam eſſe præclariſſimam hominis naturam, quam ſcilicet Spiritus ſanctus igneis ſuis funibus, id eſt ſplendidiſſimis donis ac gratijs, ita supernè inferneque diſtinxit, id eſt mente & carne limitauit atque exornauit, vt non niſi Verbi diuini propria eſſe poſſet. Hic eſt ille metator, quem D. Chryſologus interueniſſe aſſerit in opere incarnationis, quem vt Virgo Deipara in ſe ipſa ſenſit, ſtatim ſe Deum ſuum concipere agnouit, qui adaptatis ſibi ex virginea eius ſubſtantia membris, quaſi in propriam poſſeſſionem, dignamque & conuenientem ſibi domum, ingrediebatur. Alias huius loci expoſitiones vide ſuperiùs in Paraphraſi, Commentario & Catena.

Complacet ſibi Verbũ diuinum in hereditate quam adijt per incarnationem.

Pſal. 77, 41.

Spiritus ſanctus Chriſti humanitatem extenſis gratiarum donis ordinauit.

7. *Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum.*] S. Hieron. vertit, *qui dedit mihi conſilium*; Paraphraſtes Chaldæus, *conſulentem mihi.* Quòd ſecutus foret Deum, conſiliorum ducem, & auctorem actionum, mirabiles in ſe fructus experiebatur, & ſucceſſus omnium rerum lætabiles, ob quos æternam prædicationem memoriamque pollicetur. Si huius clariſſimi viri prudentiam, qui habere Deum conſiliarium in omnibus ſuis rebus cupiebat, Chriſtiani multi non ſequantur; pudorem inijcere illis poteſt Epictetus, qui expers Euangelij, pulcherrimum tamen illud monitum reliquit in Enchiridio ſuo cap. 39. *Magno animo deos vt conſiliarios accedito: deinde ſi quid conſilij datum fuerit, memento quos in conſilium adhibueris.* Sed tantæ rei cohortationem à ſacro potiùs quàm profano lubet excipere. Nam Gregor. Nazianzenus epiſt. 120. ad nobilem quemdam ſcribens mundi vinculis irretitum, quem lucrari Deo cupiebat, *Monet*, inquit, *Salomon cum conſilio vinum bibere: ego autem, conſilio iſto nonnihil immutato, hoc dico,* μετὰ θεοῦ βούλευ, *cum Deo conſilium cape, & ab officio minimè aberrabis.* Quod ſapientis ac ſancti viri conſilium optandum eſt vt ſequantur omnes.

Dei conſilium ſequendum.

IBIDEM. *Et vſque ad noctem erudierunt me renes mei.*] Vbi notandum in primis, illud *vſque ad noctem* ſumendum eſſe, vt doctiſſimi quidam interpretes monuerunt, incluſiuè, hoc eſt per noctem, tempore quietis, ἐν ὥρᾳ ἀφράκτῳ, dum

ſilent

ANNOTATIONES CORDERII.

ſilent omnia. Pro *erudierunt*, quod etiam in fonte eſt, & à S. Hieron. vertitur, & in Græco eſt ἐπαίδευσαν, Vulgata dixit, *increpuerunt*; quòd παιδεία, vt alicubi notat S. Auguſt. ſignificet per moleſtias eruditionem. Bellarminus exponit, hortando erudierunt, docuerunt animando, excitando. Per *renes* autem Græci Patres intelligunt λογισμοὺς, *cogitationes, meditationes.* Nam quòd à Græcis Latiniſque dicitur cor atque pectus ſedem eſſe & quaſi domicilium ſapientiæ & conſiliorum; id renibus tribuere ſolent Hebræi. Quare ſenſus Dauidis in hoc loco eſt: *Vſque ad noctem erudierunt me renes mei*; id eſt, vt quidam vertunt, *omnibus noctibus erudit me pectus meum.* q. d. *Renes mei*, id eſt, cogitatio mea omnis per noctem me docet atque excitat, vt mundi opificem Deum agnoſcam, & illius potentiſſimum in omnes dominatum; vt rerum labentium inanitatem, & voluptatum omnium fumum intelligam; vt videam imbecillitatem meam, meliorum rerum inſcitiam, labes, inertiam, me denique ſentiam moriturum. Hæc & ſimilia curricula fuere mentis, & fructuoſiſſimæ cogitationes, in quibus Dauid interruptæ quietis horas piè ponebat.

Παιδεία quid. *Quid per renes intelligatur.* *Qualis fuerit nocturna Dauidis meditatio.*

8. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper.*] In Hebræo eſt, *Poſui Dominum coram me ſemper*, quomodò Pagninus & Regia legunt. q. d. Ego in omnibus quæ dixi vel feci, ſemper ad illum reſpexi, illum omnium meorum operum, ſermonum & cogitationum habui finem, in quem omnia quæ agerem, dicerem aut cogitarem, tamquam in ſcopum dirigerem. Vulgatus tamen verbo illo *prouidebam*, aliquid ampliùs voluit exprimere. Videtur enim loqui metaphorâ ſumptâ ab eo, qui ædificium aliquod ingens extruere molitur, qui vt ſapiens architectus, iuxta Luc. 14, 28 Domini conſilium, *prius ſedens computat ſumptus, qui neceſſarij ſunt*, ne fortè impar ſit tanto operi perficiendo; & ſic impenſas & operam perdens, alijs inchoatorum minas murorum intuentibus, ludibrium debeat. Præcelſa nobis æternæ beatitudinis turris, bonorum operum contignationibus in cælum vſque ſurrigenda eſt; quamobrem de ſumptibus ad eam perficiendam neceſſarijs ante omnia nobis proſpiciendum eſt. Hoc vtique faciebat Dauid, qui in ſolo Deo ſperabat, eumque ſemper in conſpectu ſuo habebat. Ille ſumptus gratiarum abundanter ſuppeditabat, & conatus eius ad optatum finem dirigebat, necubi fortè à ſcopo deerrarent, aut caſſi conciderent. Vtrumque autem Dauid beneficio memoriæ conſpectus Dei acceptum refert. Inurenda igitur & inſculpenda menti noſtræ iugis memoria præſentis Dei, & actiones omnes noſtras intuentis. Quod efficaciſſimum aduerſus omnia vitia remedium & antidotum eſſe, omnes Sancti cenſuerunt: quo ſe mirificè adiutum Dauid profitetur, dicens: *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.* Id eſt, ſemper eum mihi præſentem cogitaui, cuius timore à malo reuocabar. Meritò autem, inquit, Dominum mihi præſentem cogito, quoniam reuerâ mihi ſe ſemper à dextris præſentem exhibet, tamquam dux & defenſor meus. Plurimùm ſanè ad vitam rectè inſtituendam iuuat iſta cogitatio; adeſſe nobis Iob 13, 27. Deum, & obſeruare omnes ſemitas, vt Iob ait, & veſtigia pedum noſtrorum conſiderare. Quemadmodum verò improborum plurimos, in vitijs audaces fecit ſtultiſſimum illud, *Nemo te videt:* ita innumeros alios ad illuſtrem vitæ ſanctitatem prouexit vnicum iſtud, *Deus videt omnia.* Primus certè Martyr & virgo Abel, ex hac vna præſentiæ diuinæ notitia, ad omnem virtutis cultum profecit. Clariſſimus huius rei teſtis Ioſephus libr. 1. Antiquit. cap. 3. *Abel*, inquit, *iuſtitiam colebat, & omnibus actionibus ſuis Deum præſentem ratus, virtuti operam dabat.* Moyſes ille Deus Pharaonis, qui & Numini à ſecretis conſilijs fuit, dux infiniti populi, Vatum maximus, non aliâ re magis diuinam in ſe liberalitatem emeruit, quàm aſſiduâ diuinæ præſentiæ veneratione. Paulus id affirmans, *Fide*, inquit, Hebr. 11, 27. *reliquit Ægyptum* [Moyſes] *non veritus animoſitatem regis: inuiſibilem enim tamquam videns ſuſtinuit.* Admirandus quoque in hoc Rex Dauid: Regiorum quidem negotiorum mole premitur, & tamen in hoc vno eſt aſſiduus: *Oculi mei*, inquit, *ſemper ad Dominum.* Pſal. 24, 15. Perinde atque ſi dicat: Vix mihi quidquam abit temporis, quo non meminerim præſentis Numinis. Et affirmantiùs longè de ſeipſo hîc teſtatur, *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper:* id eſt, aſſiduus mihi in oculis eſt Deus. Quantam porrò inde conſolationem hauſerit, ſequenti verſu pandit.

Deus ſemper in conſpectu habendus.

9. *Propter hoc lætatum eſt cor meum*, &c.] Ex illa nimirum diuinæ præſentiæ memoria viro iuſto tanta oboriebatur animi lætitia, vt ſemper triumphare quodammodò videretur. Hinc ſi fortè aliquando triſte quidpiam illi accidiſſet, ſola Dei memoria omnem ei extemplò triſtitiam adimebat, & ſuauiſſimam animi lætitiam reſtituebat: *Memor*, inquit, *fui Dei, & delectatus ſum.* Pſal. 76, 4. Inde cordis lætitia oriebatur, & firma ſpes excitabatur diuinæ tutelæ: nec ſe valebat lingua eius continere præ lætitia, quin cum iubilo gratias ageret Deo. Quæ omnia, vt ait S. Chryſoſt. nihil aliud ſignificant, niſi ἡδονὴν μεθ' ὑπερβολῆς, *inſignem quamdam exquiſitamque lætitiam.*

Dei memoria iuſtis magnam adfert lætitiam.

IBIDEM. *Inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.*] Hæc ſpes iuſtis magnam in morte adfert conſolationem, quam pulchrè deſcribit S. Dionyſius Eccleſ. Hierarch. cap. 7. vbi multa conſolationis pleniſſima de obitu Chriſtianorum meminit: Nam *dum ad mortem pergunt*, inquit, *qui ſanctam vitam traduxerunt, ad veras Dei promiſſiones intuentes, quarum veritatem quodammodò in* [*Chriſti*] *reſurrectione iam conſpexerunt, cum firma & vera ſpe, gaudioque diuino, ad mortis terminum, tamquam ad finem certaminum, proficiſcuntur: quod certò ſciant ſua omnia, propter futuram ſuam reſurrectionem, in tuto fore in illa perfecta æternaque vita & beatitudine.* Et, quibuſdam de funeſto impiorum fine interiectis, iterùm de viro pio ſubdit, quantâ in felici illo ex hac vita tranſitu lætitiâ compleatur. *Nam vir pius*, inquit, *qui ad extremum quaſi actum ſuorum certaminum venit*, εὐφροσύνης ἱερᾶς ἀποπληροῦται, *ſancto gaudio completur, & cum magna voluptate viam ſecundi ortus* [id eſt reſurrectionis] *ingreditur.* Addit deinde illius propinquos & familiares in eius morte beatum ipſum prædicare, quòd τῆς νικο-

Iuſti reſurrectionis & præmij ſpe pleni cum lætitia moriuntur.

ANNOTATIONES CORDERII.

εἰς τέλος, ad laureatum triumphalemque finem optatiſſimè peruenerit. Duci autem ab illis corpus ad pium locum, atque ad Hierarcham, *οἱ ἐπὶ στεφάνων ἱερῶν δόσιν, quaſi ad ſanctarum coronarum donationem.*

Quanta ſit gloria cæli abundantia.

10. *Adimplebis me lætitia*, &c.] Hic locus alio quodam modo ſic in Hebræo legitur: *Notam facies copiam* vel *abundantiam lætitiarum vultus tui, & dulcedines in dextera tua æternas.* Nam quod Septuag. dixerunt, *εἰς τέλος*, Vulgata, *in finem*; Hebræus, *ſempiternum* vocat. Illam autem abundantiam lætitiarum, aliàs nominat

Pſal. 35,9. *torrentem voluptatis*, qui omnem cupiditatem exſatiet, & alio loco Dei gloriam, vultus diuini lumen admirandum, os illud eximium Numinis, vt redundantem bonorum omnium Oceanum, in quem Angeli contuentes dulciter exhorreſcunt, venerabundi geſtiunt, placidiſſimè ſatiantur. Hinc Propheta à vultu ad manum oculos deijciens, *Delectationes*, inquit, *in dextera tua vſque in finem*; S. Hieronymus vertit, *decores in dextra tua æternos:* vt deſignet æterni illius boni pulchritudinem, quæ numeris ſuis abſoluta eſt, atque omni ratione perfecta: alij commodiùs vertunt, *dulcedines*, ſeu *voluptates in dextera tua æternas.* In quo liberaliſſimæ Dei manus clara & immenſa, & quæ nullâ explicari oratione poteſt, munificentia deſcribitur. Illic enim diuini theſauri fundentur, aperientur fontes dulciſſimarum omnium rerum, & dextera illa, quæ Angelos hominesque molita eſt, ad eoſdem omni genere voluptatis cumulandos, pandetur. Quæ cogitatio pios omnes mirificè recreat. Pulchrè autem dicit, *Delectationes in dextera tua vſque in finem.* Nam, vt Hugo à S. Victore ait, *ſiniſtra Dei bona ſunt temporalia; dextera Dei bona æterna. In temporalibus autem bonis delectationes quædam ſunt; ſed vſque in finem non ſunt: quia in hac vita ſemper gaudium dolor ſequitur, & omnis delectatio amaro fine terminatur. In dextera autem Dei delectationes vſque in finem ſunt: quia in vita æterna, nec gaudia in mœrorem, nec delectationes in dolorem mutari poſſunt.*

In temporalibus bonis delectatio tranſitoria, in æternis delectatio eſt vſque in finem.

IN PSALMVM XVI. ARGVMENTVM.

1. Oratio Dauid.

Perſecutionem patiens à Saule, & omnigenas ſuſtinens inſidias, Deum vniuerſorum in auxilium vocat.

α΄. Προσευχὴ τοῦ Δαβίδ.

Διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, καὶ παντοδαπὰς ὑπομένων ἐπιβουλὰς, τὸν τῶν ὅλων θεὸν εἰς ἐπικουρίαν καλεῖ.

PARAPHRASIS.

EXAVDI Domine iuſtitiam meam: intende * deprecationi meæ.

* Vulgata deprecationem meam.

Auribus percipe orationem meam, non in labijs doloſis.

Rurſus hîc *iuſtitiam*, non perfectam virtutem vocat; ſed iuſtam poſtulationem.

2. De vultu tuo iudicium meum prodeat; oculi * mei videant æquitatem.

* Vulg. tui

Precor te, inquit, vt de aduerſarijs meis iudices. Noui enim ſententiæ tuæ æquitatem.

3. Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.

Hic docet, ſe, cùm ſæpiùs Saülem captiuum cepiſſet, interficere noluiſſe; ſed beneficijs iniuriam remuneraſſe. Quapropter etiam noctis meminit, quâ hoc fecit. Tropicè autem calamitates vocat noctes, ob mœroris obſcuritatem; ſicut etiam

Nox tropicè calamitas.

ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ κύριε δικαιοσύνης μου, πρόσχες τῇ δεήσει μου.

Ἐνώτισαι τὴν προσευχήν μου, οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις.

Πάλιν ἐνταῦθα τὴν δικαιοσύνην, οὐ τὴν τελείαν ἀρετὴν λέγει, ἀλλὰ τὴν δικαίαν αἴτησιν.

β΄. Ἐκ προσώπου σου τὸ κρίμα μου ἐξέλθοι, οἱ ὀφθαλμοί μου ἰδέτωσαν εὐθύτητα.

Ἀντιβολῶ σε, φησι, δικάσαι τοῖς κατ᾽ ἐμέ. οἶδα γὰρ τῆς ψήφου σου τὸ δίκαιον.

γ΄. Ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου, ἐπεσκέψω νυκτὸς, ἐπύρωσάς με, καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία.

Ἐνταῦθα διδάσκει ὡς πολλάκις λαβὼν τὸν Σαοὺλ ὑποχείριον, ἀνελεῖν οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ᾽ εὐεργεσίαις τὸν ἄδικον ἠμείψατο. Διὸ καὶ τῆς νυκτὸς ἐμνημόνευσεν, ἐν ᾗ τοῦτο ἔδρασε. Τροπικῶς δὲ καὶ τὰς συμφορὰς νύκτας καλεῖ, διὰ τὸ ζοφῶδες τῆς ἀθυμίας· ὥσπερ καὶ

πύρω-

πύρωσιν τὴν δοκιμασίαν. Ἐπύρωσας γάρ με, φησί, καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία. Καθάπερ γάρ τινα χρυσὸν δοκιμάσας, ἀκίβδηλον εὗρες, ὦ δέσποτα.

δʹ. Ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων· διὰ τοὺς λόγους τῶν χειλέων σου ἐγὼ ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληράς.

Τοσοῦτόν, φησιν, ἀπέχον τοῦ λυμήνασθαι τὸν πολέμιον, ὅτι καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ λοιδορίας ἐλευθέραν γλῶτταν ἐφύλαξα, καὶ ἃ πράττων ἐκεῖνος διατελεῖ, ταῦτα λέγειν οὐκ ἀνέχομαι ἐγώ. Τοῦτο δὲ τὸ ἐπίπονον δέδρακα, ταῖς σαῖς πειθόμενος ἐντολαῖς.

εʹ. Κατάρτισαι τὰ διαβήματά μου ἐν ταῖς τρίβοις σου, ἵνα μὴ σαλευθῶσι τὰ διαβήματά μου.

Ἱκετεύω τοίνυν, φησί, μὴ παρατραπῆναί μου τὸν σκοπόν. Ἔσται δὲ τοῦτο, εἰ τῆς σῆς ῥοπῆς ἀπολαύσαιμι. Διαβήματα γὰρ τῆς πράξεως τὴν ὁρμὴν προσηγόρευσεν.

ϛʹ. Ἐγὼ ἐκέκραξα, ὅτι ἐπήκουσάς μου ὁ θεός. κλῖνον τὸ οὖς σου ἐμοί, καὶ εἰσάκουσον τῶν ῥημάτων μου.

Οὐ μάτην τοίνυν τοῖς λόγοις ἐχρησάμην, ἀλλὰ πεῖραν ἔχων τῆς σῆς φιλανθρωπίας. ἤκουσας γάρ μου καλοῦντος πολλάκις· δέξαι τοίνυν τὴν ἱκετηρίαν.

ζʹ. Θαυμάστωσον τὰ ἐλέη σου, ὁ σῴζων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σέ.

Κίνησον, φησι, πολλὰς γλώσσας εἰς ὑμνῳδίαν. Οἱ γὰρ ἐλεούμενοι παρὰ σοῦ, τὸν ἀδικούμενον βλέποντες, ὑμνήσουσί σου τὴν προμήθειαν. εἴωθας δὲ τοῖς εἰς σὲ πεποιθόσι τὴν ἐπικουρίαν ὀρέγειν.

ηʹ. Ἐκ τῶν ἀνθεστηκότων τῇ δεξιᾷ σου, φύλαξόν με κύριε ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ.

Ἀνθεστηκότας τῇ θεοῦ δεξιᾷ τοὺς πολεμοῦντας αὐτῷ προσηγόρευσε, καὶ μάλα εἰκότως. ὑπὸ θεοῦ γὰρ ἐχρίσθη, καὶ παρ' αὐτοῦ τῆς βασιλικῆς χειροτονίας τετύχηκε. Λέγει τοιγαροῦν, ὅτι τῇ σῇ ἀντιτάττονται ψήφῳ, οἱ κατ' ἐμοῦ τὴν μάχην ἀναδεξάμενοι, παρακαλῶ τοσαύτης φυλακῆς ἀπολαῦσαι, ὅσης ἡ κόρη τοῦ ὀφθαλμοῦ.

incendium appellat probationem. Nam *igne,* inquit, *me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.* Cùm enim tamquã quoddã aurum me exploraſſes, purũ me inueniſti, ô Domine.

PARAPHRASIS PATRVM.

Ignis tropicè probatio.

4. Vt non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras.

Tantum, inquit, abſuit vt hoſtem offenderem, vt etiam linguam ſeruauerim liberam à conuicijs aduerſus ipſum: & quæ ipſe perpetrat, hæc ne dicere quidem audeo. Hanc autem rem adeò duram ac difficilem feci, vt mandatis tuis morem gererem.

Linguam cohibere, difficile.

5. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea.

Peto igitur, inquit, ne propoſitum meum inuertatur. Erit autem hoc, ſi tuum fauorem adeptus fuero. Greſſus enim, agendi illum impetum appellauit.

6. Ego clamaui, quoniam exaudiſti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

Non temerè igitur hiſce verbis vſus ſum, ſed beneuolentiæ tuæ experimentum habens. Exaudiſti enim me frequenter te inuocantem; admitte igitur preces meas.

7. Mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te.

Excita multas linguas ad decantandas laudes tuas. Qui enim miſericordiam abs te conſecuti ſunt, videntes eum à quo iniuriã affecti ſunt, tuam decãtabunt prouidentiã; conſueuiſti autem ijs qui in te cõfidunt opitulari.

Miſericordiam experti, laudãt Deum.

8. A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me * Domine vt pupillam oculi.

** Vulg. omittit Domine*

Reſiſtentes dexteræ Dei, appellauit eos qui ipſum oppugnabant, idque meritò; quoniam à Deo vnctus erat, & ab eodem regiâ dignitate inſignitus fuerat. Dicit igitur: Quoniam hi qui contra me bellum gerunt, tuæ ſententiæ ſe opponunt; obſecro, vt talem conſequar cuſtodiam, qualem pupilla oculi conſequitur.

PARAPHRASIS PATRVM.

Sub vmbra alarum tuarum protege me:

9. A facie impiorum qui me afflixerunt.

Alarum cuſtodia qualis.

Ruſus aliâ vſus comparatione, obſecrat ſibi opem adferri. Audiuerat enim à Moyſe dicente: *Expandens alas ſuas ſuſcepit eos.* Alas autem nominat velocem & expeditam prouidentiæ ſecuritatem.

Deut. 32, 12.

Inimici animam meam circumdederunt.

10. Adipem ſuum concluſerunt, os eorum locutum eſt ſuperbiam.

Omnem enim, inquit, naturalem commiſerationem excludentes, alta tumidaque verba proferunt.

11. Proijcientes me nunc circumdederunt me; oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.

Inſidiantium mores quales.

Mihi autem, inquit, inſidias & omnis generis dolos contexunt. Ipſi me à patrio ſolo exegerunt, & rurſus huc & illuc concurſant, me arripere deſiderantes: quoniam nolunt rectè aſpicere, ſed habent mentis oculum obliquum.

12. Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam, & ſicut catulus leonis habitans in abditis.

Abiectâ naturali ratione, feras imitantur prædæ auidas, & eam obſeruantes, & derepentè aggredientes.

13. Exurge Domine, præueni * eos, & ſupplanta * eos: eripe animam meam ab impio, * frameas tuas

* Vulg. eum:

* Vulg. frameam tuam.

14. Ab inimicis manus tuæ.

Illorum quidem, ô Domine, impetum impedi, quibus noſti impedimentis. Hoc enim dixit *Supplanta*, ex metaphora eorum qui currentes latenter proſternunt. Me autem ab eorum inſidijs libera, tuâ frameâ contra illos vtens.

Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum: & de

Ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με·

θ'. Ἀπὸ προσώπου ἀσεβῶν τῶν ταλαιπωρησάντων με.

Πάλιν ἑτέρᾳ χρησάμενος εἰκόνι, προμηθείας τυχεῖν ἀξιοῖ. ἤκουσε γὰρ Μωσέως λέγοντος· Διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτοῦ, ἐδέξατο αὐτούς. Πτέρυγας δὲ τὴν ὀξεῖαν καὶ σύντομον τῆς προνοίας ἀσφάλειαν ὀνομάζει.

Οἱ ἐχθροί μου τὴν ψυχήν μου περιέσχον.

ι'. Τὸ στέαρ αὐτῶν συνέκλεισαν, τὸ στόμα αὐτῶν ἐλάλησεν ὑπερηφανίαν.

Πᾶσαν γάρ, φησιν, ἀποκλείσαντες τὴν φυσικὴν συμπλαγχνίαν, φθέγγονται μὲν ὑψηλὰ καὶ ὑπέρογκα.

ια'. Ἐκβαλόντες με νυνὶ περιεκύκλωσάν με· τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἔθεντο ἐκκλῖναι ἐν τῇ γῇ.

Ἐνέδρας δέ μοι, φησι, παντοδαπὰς καὶ λόχους ἴσασιν. Αὐτοί με τῆς πατρῴας ἐξήλασαν γῆς, καὶ πάλιν τῇδε κἀκεῖσε διατρέχουσι, συλλαβεῖν με ἐφιέμενοι. ἐπειδὴ τὸ εὐθὲς οὐκ ἐθέλουσι βλέπειν, ἀλλ' ἑτεροκλινὲς ἔχουσι τῆς διανοίας τὸ ὄμμα.

ιβ'. Ὑπέλαβόν με ὡσεὶ λέων ἕτοιμος εἰς θήραν, καὶ ὡσεὶ σκύμνος οἰκῶν ἐν ἀποκρύφοις.

Τὸ λογικὸν τῆς φύσεως ἀπορρίψαντες, θηρία μιμοῦνται τροφῆς ἐφιέμενα, καὶ ταύτην περισκοποῦντα, καὶ ἐξαίφνης ὁρμῶντα.

ιγ'. Ἀνάστηθι κύριε, πρόφθασον αὐτοὺς, καὶ ὑποσκέλισον αὐτούς· ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ ἀσεβοῦς, ῥομφαίας σου

ιδ'. Ἀπὸ ἐχθρῶν τῆς χειρός σου.

Ἐκείνων μὲν δέσποτα κώλυσον τὴν ὁρμὴν οἷς οἶδας κωλύμασι. Τοῦτο γὰρ ὑποσκέλισον εἶπεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν θέοντας καταβαλόντων λαθραίως. Ἐμὲ δὲ τῆς ἐκείνων ἐπιβουλῆς ἐλευθέρωσον, τῇ ῥομφαίᾳ σου χρώμενος κατ' αὐτῶν.

Κύριε ἀπ' ὀλίγων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν· καὶ τῶν

κεκρυμ-

κεκρυμμένων σου ἐπλήσθη γαστὴρ αὐτῶν.

Εἰ καὶ σοί, φησι, τῷ θανάτῳ παραπέμψαι ῥάδιον, ἀλλ' οὖν ἱκετεύω ζῶντας αὐτοὺς σκεδασθῆναι, καὶ τὴν κακὴν αὐτῶν συμφωνίαν διαλυθῆναι, καὶ τῶν ἀποκειμένων σοι τιμωριῶν μετασχεῖν.

Ἐχορτάσθησαν υἱῶν, καὶ ἀφῆκαν τὰ κατάλοιπα τοῖς νηπίοις αὐτῶν.

Οἶδα, φησιν, ὡς τὴν δικαίαν σου τιμωρίαν οὐ μόνον αὐτοῖς ἐπάξεις, ἀλλὰ καὶ τοῖς υἱέσι, καὶ τοῖς ἐγγόνοις τὴν τῶν προγόνων πονηρίαν μιμησαμένοις. Τὸ δὲ χορτασθήσονται, ἀντὶ τοῦ εἰς κόρον μεθέξουσι τῶν κακῶν.

ιέ. Ἐγὼ δὲ ἐν δικαιοσύνῃ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ σου· χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου.

Ἐκεῖνοι μὲν, φησι, τοιαύτας δώσουσι δίκας, ἐγὼ δὲ τοῖς παρὰ τῆς δικαίας σου προνοίας ἀγαθοῖς ἐντρυφήσω, πεῖραν μεγίστην τῆς σῆς εὐεργεσίας δεξάμενος.

abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum. PARAPHRASIS PATRVM.

Etſi, inquit, tibi facile ſit homines ad mortem tranſmittere; tamen obſecro, vt viuentes ipſi diſſipentur,& eorum mala conſpiratio diſſoluatur; atque ſuppliciorum quæ irrogas participes fiant.

Saturati ſunt filijs: & dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis.

Scio, inquit, te iuſtam tuam pœnam non ſolùm ipſis inflicturum, verùm & filijs, & poſteris qui maiorum ſuorum malitiam fuerint imitati. Hoc autem verbum *ſaturabuntur*, idem eſt atque, ad ſatietatem vſque malorum participes erunt. *Quando Deus etiam ad poſteros pœnam extendat.*

15. Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cùm apparuerit gloria tua.

Illi quidem, inquit, tales dabunt pœnas; ego autem bonis, quæ à tua iuſta prouidentia conſecutus ſum, perfruar; cùm maximum beneficentiæ tuæ experimentum acceperim.

COMMENTARIVS.

α. Εἰσάκουσον κύριε δικαιοσύνης μου.] Οἱ δὲ ἄλλοι τὸ μου οὐ προσέθηκαν, ἀλλ' ὁ μὲν Σύμμαχος καὶ Θεοδοτίων, κύριον δικαιοσύνης ὠνομάκασι· ὁ δὲ Ἀκύλας, εἰσάκουσον δίκαιον, ἀντὶ τοῦ δικαίως, ἢ τοῦ δικαιοσύνην μου· ἐπεὶ οὐ ψιλῶν ῥημάτων ἀκούει ὁ θεὸς, ἀλλ' ἀρετῆς, τῆς ὥσπερ βοώσης διὰ τῶν πράξεων. Τὸ δὲ, οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις, ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν, οὐ διὰ χειλέων δολίων. Καθαροῖς γὰρ χείλεσι τὴν ἱκεσίαν προσφέρω, οὐχ ἕτερα μὲν φρονῶν, ἕτερα δὲ φθεγγόμενος, ἀλλὰ σύμφωνον ἔχων τῇ γνώμῃ τὴν γλῶτταν. Πολλῆς δὲ γέμει ὁ λόγος τῆς πεποιθήσεως. οὐ γὰρ ὡς καυχώμενος λέγει, ἀλλὰ τῇ δικαίᾳ θαῤῥῶν αἰτήσει.

β'. Ἐκ προσώπου σου τὸ κρίμα μου ἐξέλθοι.] Ἀντιβολῶ σέ, φησι, δικάσαι τοῖς κατ' ἐμέ· τὸ δὲ δικαίωμά μου γενέσθω κατὰ τὴν σὴν εὐθύτητα, ἤτοι δικαίαν κρίσιν ἐπιδέτωσαν οἱ ὀφθαλμοί σου· ἢ ἀντὶ τοῦ, τὰς ἐμὰς εὐθύτητας, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν κέρδος ἰδέτωσαν. Ὅταν γὰρ ἐμὲ βλέπωσιν οἱ ὀφθαλμοί σου, ἀπο-

1. Exavdi Domine ivstitiam meam.] Alij autem voculam *meam* non adiunxerunt; ſed Symmachus quidem ac Theodotion; *Dominum iuſtitiæ* nominarunt; Aquila verò legit, *exaudi iuſtum*, id eſt, iuſtè, ſiue iuſtitiam meam: quoniam non nuda verba Deus attendit, ſed virtutem, quæ quodammodò per opera clamat. Illa verò verba, *Non in labijs doloſis*, Symmachus reddit, *non per labia doloſa*. Mundis enim labijs, inquit, ſupplicationem hanc offero, non alia ſentiens, & alia loquens; ſed linguam habens menti conſonam. Oratio autem hæc plena eſt fiduciæ. Non enim tamquam iactabundus loquitur, ſed iuſtæ poſtulationi [ſeu cauſſæ] confidens. *Deus non tam verba, quàm opera attendit.*

2. De vvltv tvo ivdicivm mevm prodeat.] Rogo te, inquit, vt de aduerſarijs meis iudices; at iudicium meum fiat ſecundùm æquitatem tuam, ſiue iuſtam ſententiam conſpiciant oculi tui, id eſt, meas æquitates, & emolumentum ex ijs exiſtens, aſpiciant. Quando enim me oculi tui reſpiciunt, auer-

tuntur

COMMENTARIVS PATRVM.

tuntur ab inimicis meis. Vel quoniam iudex iuſtus ſedit tamquam rex, & occultorum explorator, petit ab oculis eius aſpici, ne circa iudicium erret, id quod iuſtum eſt ignorando. Illud autem, *Probaſti cor meum*, idem eſt, ac ſi dicat: Cognouiſti quàm ſæpè me de Saüle captiuo non ſim vltus, verùm etiam me à contumelia contra ipſum abſtinuerim. Noctem verò vocat propter calamitates, vti etiam in progreſſu, examen ignis, vocat probationem. q. d. Exploratum habes, me nulli vmquam iniuriam inferre cogitaſſe, ſiue propter diuitias, ſiue aliam ob cauſſam. Illud autem,

Viſitatio nocturna, quid tropicè.

Viſitaſti nocte, idem eſt ac ſi dicat, Vidiſti me numquam profundo ſomno detentum fuiſſe, quo minùs iuſtitiam indagarem, à te illuſtratus. Quoniam, iuxta Iobum, in lumine tuo per tenebras ambulabam: lex enim tua eſt lucerna pedibus meis. Vel ferocium hominum inſultum, eò quòd nihil placidi habeant, noctem vocat, in qua Deus ipſum reſpiciens, & afflictionum igne examinans, probatum

Difficilis linguæ cuſtodia.

eſſe cenſuit. Deinde docet quomodo & hoc obſeruauerit, vt ne verbo quidem tenus aliorum actiones carperet, ſed & à conuicijs abſtineret. Ceterùm, inquit, *oculi tui videant æquitates, vt non loquatur os meum opera hominum.* Hæc autem tam difficilia, inquit, & laborioſa ſuſtinui, vt mandatis tuis obedi-

Via virtutis difficilis.

rem. Symmachus verò ait, *Vias obſeruaui tranſgreſſoris*; oſtendens vt omnes tranſgreſſiones euitauerit, ſciens harum vias eſſe difficiles. Vel illud, *Propter verba labiorũ tuorum*, idem eſt ac ſi dicat, Propter mandata tua atque legitima, omnem ſuſtineo calamitatem. vel *vias duras*, vocat vias virtutis, eò quòd cum ſudore ac labore virtus perficiatur: anguſta enim & moleſta eſt via, quæ ducit ad vitam.

5. PERFICE GRESSVS.] Rogat ne à pro-

Greſſus animi quales.

poſito diuertatur, actionis impetum *greſſus* appellans. Hoc autem fiet, inquit, ſi tuo fauore fruar. Vel *greſſus* vocat primos animi motus: hiſce enim in diuinis præceptis benè firmatis, ceteri quoque greſſus, ſiue actiones, non commouebuntur. Vel hoc nobis pro regula quadam ſcriptum eſt, docens ne nobis ipſis nitamur, aut fidamus, ſed vt à Chriſto ſemper auxilium im-

Semitæ Domini quales.

ploremus. Semitæ verò Domini ſunt obſeruationes mandatorum, & actiones virtutum,

ςρέφον) τὴν ἐναντίαν μου. ἢ ἐπεὶ κριτὴς ἐκάθητο ὡς βασιλεὺς, καὶ τῶν βαθυτέρων δοκιμαστὴς, αἰτεῖ ὀμματωθῆναι, ἵνα μὴ περὶ τὴν κρίσιν σφαλῇ, ἀγνοήσας τὸ δίκαιον. Τὸ δὲ, Ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου, ἀντὶ τοῦ, ἔγνως ὡς πολλάκις λαβὼν τὸν Σαοὺλ ὑποχείριον, οὐκ ἠμυνάμην, ἀλλὰ καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ λοιδορίας ἀπεσχόμην. Τὴν δὲ νύκτα λέγει διὰ τὰς συμφορὰς, ὡς καὶ προϊὼν πύρωσιν τὴν δοκιμασίαν. ἢ ἀντὶ τοῦ, ἐδοκίμασας, ὅτι οὐδέποτε διενοήθην ἀδικῆσαι ἀνθρώπον, ἢ διὰ χρήματα, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν. Τὸ δὲ, Ἐπεσκέψω νυκτὸς, ἀντὶ τοῦ, εἶδες ὅτι οὐδέποτε κατεκρατήθην ὕπνῳ βαθεῖ, τὸ δίκαιον μὴ ἐρευνώμενος, ὑπὸ σοῦ φωτιζόμενος. Ὅτι, κατὰ τὸν Ἰὼβ, ἐν τῷ φωτί σου ἐπορευόμην ἐν σκότει· λύχνος γὰρ ἦν τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου. Ἢ τὴν ἐπανάστασιν τῶν σκυθρωπῶν, διὰ τὸ μηδὲν ἱλαρὸν ἔχειν, νύκτα καλεῖ, ἐν ᾗ ἐπισκεψάμενος αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ πυρώσας διὰ τῶν θλίψεων, δόκιμον ἀπέφηνεν. εἶτα διδάσκει ὡς καὶ τοῦτο παρεφυλάττετο, τὸ μηδὲ μέχρι ῥημάτων εἰπεῖν τὰς τῶν ἀνθρώπων πράξεις, ἀλλ' ἀπείχετο καὶ λοιδορίας. Τὸ δὲ ἑξῆς, φησιν, οἱ ὀφθαλμοί σου ἰδέτωσαν εὐθύτητας, ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. Ταῦτα δὲ τὰ δυσχερῆ, φησι, καὶ ἐπίπονα ἔτλην, ταῖς σαῖς πειθόμενος ἐντολαῖς. Σύμμαχος δὲ, ὁδοὺς ἐφυλαξάμην παραβάτου, δεικνὺς ὡς πάντα τὰ τῶν παραβατῶν ἀπέφυγε, χαλεπὰς εἰδὼς τὰς τούτων ὁδούς. Ἢ τὸ, διὰ τοὺς λόγους τῶν χειλέων σου, ἀντὶ τοῦ, διὰ τὰ προστάγματά σου καὶ τὰ νόμιμα ὑπέχω πᾶσαν ταλαιπωρίαν. ἢ ὁδοὺς σκληρὰς τὰς κατ' ἀρετὴν, διὰ τὸ σὺν ἱδρῶτι καὶ πόνῳ κατορθοῦσθαι· στενὴ γὰρ καὶ τεθλιμμένη ἡ ἀπάγουσα πρὸς τὴν ζωήν.

ε. ΚΑΤΑΡΤΙΣΑΙ ΤΑ ΔΙΑΒΗΜΑΤΑ.] Ἀξιοῖ μὴ τοῦ σκοποῦ παρατραπῆναι, τῆς πράξεως τὴν ὁρμὴν διαβήματα προσαγορεύσας. Τοῦτο δὲ γενήσεται, εἰ τῆς σῆς, φησι, ῥοπῆς ἀπολαύσω. Ἢ διαβήματα τὰ πρῶτά φησι τῆς ψυχῆς κινήματα· τούτων γὰρ βεβαιωθέντων ἐν τοῖς θείοις προστάγμασιν, οὐδὲ τὰ ἄλλα διαβήματα, ἤγουν αἱ πράξεις, σαλευθήσονται. Ἢ εἰς ὑπογραμμὸν ἡμῖν τοῦτο γέγραπται, διδάσκων μὴ ἐφ' ἑαυτοῖς φρονεῖν ἢ θαῤῥεῖν, ἀλλὰ τῆς παρὰ Χριστοῦ ἀεὶ προσδεῖσθαι βοηθείας. τρίβοι δὲ κυρίου, τῶν ἐντολῶν αἱ τηρήσεις, καὶ αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι,

ὁμαλαὶ

ὁμαλαὶ καὶ λεῖαι γινόμεναι, τῶν συνεχῶς πατεῖσθαι ἀπὸ τῶν προσιόντων φθάσαι ἐπὶ τὸ τέλος, ὅπερ ἐστὶν ἡ μακαριότης· ἅπερ οὐκ ἂν σφαλείην, ὑπὸ κυρίου καταρτίζομαι. δι' ὧν ὁ ὁδεύσας, ἐρεῖ τὸ, Ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον καὶ κατεύθυνα. Οὐ μάτην δὲ κράζω, φησὶν, ἀλλ' ἐπεὶ πολλάκις παρακαλέσαντός μου ἤκουσας, αἰτῶ καὶ νῦν ἀκουσθῆναι. Ἢ κατ' ἐναλλαγήν ἐστιν, ἀντὶ γὰρ τοῦ ἐπακούσῃς εἶπεν ἐπήκουσάς μου. Κραυγὴ δέ ἐστι πρὸς θεὸν, ἡ ἐπιτεταμένη νόησις· ἀκοὴ δὲ ἡ συγκαταβαίνουσα δι' ἀγαθότητα δύναμις αὐτοῦ, πρὸς τὸ τοὺς ἡμετέρους λόγους πληρῶσαι. Θαυμαστωσάτω δὲ τὰ ἐλέη σου, ἀντὶ τοῦ, ποίησον τὴν φιλανθρωπίαν σου παρὰ πάντων θαυμάζεσθαι, κινοῦσαν γλώσσας πολλῶν πρὸς ὕμνον σου. Οἱ γὰρ βλέποντες τὸν ἀδικούμενον ἐλεούμενον, ὑμνήσουσί σου τὴν πρόνοιαν. Θαυμαστοῖ δὲ θεὸς τὰ ἐλέη αὐτοῦ, παραδόξως εὐεργετῶν, ἢ καὶ πρὸς δικαίους καὶ ἁμαρτωλοὺς χρηστευόμενος. Τοὺς ἐλπίζοντας δὲ εἶπεν ἁπλῶς, οὐ τοὺς ἐκ σπέρματος Ἰσραὴλ, ἵνα κοινὴν δείξῃ τὴν πρόνοιαν. Τῶν ἀνθεστηκότων δὲ τῇ δεξιᾷ σου, ἀντὶ τοῦ, τῶν πολεμίων τῶν ἀντιπαττομένων τῇ βοηθείᾳ σου τῇ πρός με, περὶ Σαοὺλ λέγων, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ. Ἐπεὶ γὰρ γνώμῃ ἐχρίσθη πρὸς βασιλείαν, καλῶς τοὺς αὐτῷ ἀντιτατομένους, καὶ τῷ θεῷ ἐχθροὺς εἶναι ἔφησεν.

η'. ΦΥΛΑΞΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ.] Τοσαύτης ἀξιοῖ φυλακῆς ἀπολαῦσαι καὶ κηδεμονίας, ὅσης ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ κόρη, ἣ καθάπερ τινὰς περιβόλους ἔχει τὰ βλέφαρα, ἀντὶ δὲ σκολόπων τὰς βλεφαρίδας, καὶ τῶν ὀφρύων τὰς προβολὰς, τὸν ἱδρῶτα ταῖς κροτάφοις παραπεμπούσας, καὶ τῆς ἐκεῖθεν βλάβης ἀπαλλαττούσας τὸ ὀπτικόν. Καὶ ἑτέραν δὲ προμηθείας εἰκόνα εὑρὼν, ἀξιοῖ νεοττοῦ τινος τρόπον περισκέπεσθαι, τὴν ὀξεῖαν καὶ σύντομον τῆς προνοίας ἀσφάλειαν πτέρυγας ὀνομάζων· ῥάστη γὰρ τῶν πτερύγων ἡ κίνησις. Ἢ σκέπην πτερύγων τὰς συνεκτικὰς δυνάμεις τῆς παντελοῦς προνοίας, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ταῖς ἰδίαις πτέρυξι σκεπόντων τοὺς νεοσσοὺς πετεινῶν. Διὰ δὲ τῆς πλείονος βοηθείας τὴν πλείονα τῶν ἐναντίων δηλοῖ ἐπιβουλὴν, τῶν ταλαιπωρησάντων με, ἀντὶ τοῦ, τῶν εἰς ταλαιπωρίαν ἀγαγόντων με. εἶτα διηγεῖται τὸ τῶν συμφορῶν μέγεθος, λέγων·

θ'. ΟΙ ΕΧΘΡΟΙ ΜΟΥ.] Ὁ Σύμμαχος, οἱ ἐχθροί μου περὶ εὐχῆς ἐκύκλωσάν με, τῶν

quæ faciles ſiunt ac leues, dum aſſiduè teruntur ac frequentantur ab his qui ad finem ſuum properant, id eſt beatitudinem; à quibus vt non aberrem, à Domino perficior. Qui autem per has ambulauit, dicet: *Sine iniquitate cucurri, ac direxi.* Psal. 58,5. Non temerè autem, inquit, clamo; ſed quoniam me frequenter inuocantem exaudiſti, peto etiam nunc exaudiri. Vel per enallagen, ſeu temporis mutationem, pro *exaudies*, dixit *Exaudiſti me.* Clamor autem ad Deum, eſt attenta conſideratio; auditus autem eſt virtus eius quæ per bonitatem condeſcendit ad ſermones noſtros adimplendos. Mirificentur verò miſericordiæ tuæ, id eſt, fac vt benignitas tua omnibus ſit admirationi, excita linguas plurimorum in laudem tuam. Qui enim viderint iniuriâ affectum miſericordiam tuam conſecutum eſſe, proui[de]ntiam tuam laudabunt. Mirificat auten[t D]eus miſericordias ſuas, quando mirifica præſtat beneficia, vel etiam iuſtis ac peccatoribus benefacit. Dixit autem abſolutè ſperantes, non tantùm eos qui ex ſemine Iſraël ſunt, vt communem prouidentiam demonſtraret. *A reſiſtentibus autem dextera tua*, id eſt, ab inimicis qui auxilio tuo erga me ſe opponunt, loquens de Saüle ac ſocijs eius. Cùm enim electione diuinâ vnctus eſſet ad regnum, rectè dixit eos qui ſe ipſi opponebant, etiam Deo aduerſari.

Clamor eſt intenta conſideratio.

Miſericordia Dei quando mirificentur.

8. CVSTODI ME DOMINE.] Tantam optat cuſtodiam conſequi & curam, quantam oculi pupilla, quæ quaſi quædam munimenta habet palpebras, pro vallis autem pilos obtinet ciliorum, habet etiam ſuperciliorum quaſi aggeres, qui ſudorem ad genas tranſmittant, & videndi vim à nocumento defendant. Quin & aliâ prouidentiæ ratione adinuentâ, rogat vt in morem pulli cuiuſdam protegatur, celerem & expeditam prouidentiæ ſecuritatem alas nuncupans: facillimus enim eſt alarum motus. Vel vmbram alarum vocat contentrices omnipotentis prouidentiæ virtutes, ex metaphora volucrum pullos ſuos alis protegentiũ. Per auxiliorum verò multiplicitatem, multiplices inimicorum inſidias declarat: qui me, afflixerunt, id eſt, in miſeriam induxerunt. Explicat deinde calamitatum magnitudinem dicens:

Accurata cuſtodia argumentũ.

9. INIMICI MEI.] Symmachus ait, inimici mei pro voto me circumdederunt,

COMMENTARIVS PATRVM.

Inſidiantium ſtudia qualia ſint.

adipe ſuo concluſerunt, ore ſuo locuti ſunt ſuperbè. Cùm me beatum pronuntiabant, ilicò circumdabant me,& oculos ſuos obliquè detorquebant. Cuiuſlibet eorum ſpecies erat inſtar leonis prædæ inhiantis, quod obſidionem denotat, ac multam inimicorum immanitatem. Deſcribit enim eorum opera & formam, quibus ipſorum feritas & immanitas deſignatur: opera quidem fuiſſe conſilium ſanguinarium, & verba adulatoria ad decipiendum: ipſos autem corpore quidem nitidiſſimos extitiſſe, adipe communitos, oculis verò flammigeraſſe inſtar leonis in prædam irruentis, & occultè inſidiantis. Alius legit, *Oculos ſtatuerunt in terra, ſpectare volentes temporanea, ſuperba loquentes*, ſed nihil benigni & amici. Alius *adipem* lætitiam &

Adeps tropicè quid.

proſperitatem vocans, ait: Abuſi ſunt proſperitate ac poteſtate,atque ita delicijs emolliti ſunt, vt numquam ſperandum ſit, eos ad viam rectam reuerſuros. Quòd enim in ſecuritate ſint, concluſionem vocat. Vel *adipem* vocans beneuolentiam, & amicitiam fraternam, ſignificat eos naturalem omnem commiſerationis affectum excluſiſſe, neque locum aliquem beneuolis cogitationibus dediſſe. Non ſolùm, inquit, tumida verba proferunt, verùm etiam inſidias meditantur, & è patrio ſolo eiectum in terram alienam me ablegare conantur. Secundùm ſenſum verò ſpiritualem inimici ſunt dæmones,qui ad nocendum circumeunt illum, quem à virtute deijciunt. Quamobrem rectè dictum eſt, *Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris.* v. g. ſi inſilierit ſpiritus fornicationis, continentiam ne deſere; & ſic de alijs. Idem enim omnium ſcopus eſt vt deijciant in terram, & faciant ea ſapere quæ carnis ſunt. Et oculos ſuos, inquit, ſtatuerunt, vt me à Dei ſtatione dimotum, inclinent. Porrò adeps etiam eſſe poſſit craſſities iſta, quæ ex malitia ſuperiori animæ portioni accedit.

Hoſtes ſpirituales quàm noxij ſint.

Eccle.10,4

Quomodo ijs reſiſtendum ſit.

13. EXVRGE DOMINE.] Sed quoniam illi, inquit,tales ſunt,& craſſi,& potentes,& præcipites ad malum; exurge, cùm te putent ob longanimitatem dormire, & more ſupplantantis, curſum eorum infringe, ita vt cadant quidem illi qui me perſequuntur; ego verò qui perſecutionem patior, quietem inueniam, & de framea impia inimicorum manus

στέατι αὐτῶν ἀπεσφράγησαν, τῷ στόματι αὐτῶν ἐλάλησαν ὑπερηφάνως. μακαρίζοντές με, παραχρῆμα περιεκύκλουν με, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἔπηξαν ἐπεγκλινεῖς. Ἰδέα ἑκάστου αὐτῶν ὡς λέοντος ἐπιθυμοῦντος θηρεῦσαι, ὅπερ πολιορκίαν ἐμφαίνει, καὶ πολλὴν ὠμότητα τῶν ἐχθρῶν. Ὑπογράφει γὰρ αὐτῶν καὶ ἔργα καὶ σχῆμα, δι' ὧν τὸ ἄγριον αὐτῶν διασημαίνεται καὶ ὠμόν. ἔργα μὲν βουλὴν φονικὴν καὶ ῥήματα κολακευτικὰ πρὸς ἐνέδραν. εἶναι δὲ αὐτοὺς λιπαρωτάτους μὲν τὸ σῶμα, στέατι πεφραγμένους, φλόγα δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑποβλέποντας, λέοντι παραπλησίως ἐπὶ θήραν ὁρμῶντι, καὶ ὑποκαθημένῳ λαθραίως. Ἄλλος, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔθεντο ἐν τῇ γῇ, σκοπεῖν θέλοντες τὰ πρόσκαιρα, ὑπερήφανα λαλοῦντες, ἀλλ' οὐδὲν καθῆκον ἢ φιλικόν. Ἄλλος, στέαρ τὴν εὐφροσύνην καὶ εὐημερίαν λέγων, φησίν, Ἀπεχρήσαντο τῇ εὐημερίᾳ καὶ δυναστείᾳ, καὶ οὕτως εὐθαλεῖς εἰσι διὰ τὸν λιπασμὸν, ὡς μηδὲ προσδοκᾶν αὐτοῖς ποτὲ τῆς εὐθηνίας περιτραπῆναι. τὸ γὰρ ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι, συγκλεισμὸν εἶπεν. ἢ στέαρ τὴν εὔνοιαν, καὶ φιλαδελφίαν σημαίνων, αὐτοὺς πᾶσαν φυσικὴν ἀποκλείσαντας εὐσπλαγχνίαν, καὶ οὐδὲ χώραν τινὰ φιλανθρώποις λογισμοῖς δεδωκότας. Οὐ μόνον ὑπέρογκα φθέγγονται, ἀλλὰ καὶ ἐπιβουλὰς μελετῶσι, καὶ τῆς πατρῴας γῆς ἐκβαλόντες, ἐκκλῖναι με ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ σπεύδουσι. Πρὸς δὲ διάνοιαν, οἱ ἐχθροὶ δαίμονες ἐπὶ βλάβῃ κυκλοῦσιν, ὃν τῆς ἀρετῆς ἐκβάλλουσι. Διὸ καλῶς εἴρηται· Ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπί σε, τόπον σου μὴ ἀφῇς· οἷον, ἐὰν πορνείας πνεῦμα, σωφροσύνην μὴ ἀφῇς, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. εἷς γὰρ σκοπὸς αὐτοῖς, κατενεγκεῖν εἰς γῆν, καὶ τὰ σαρκὸς ποιῆσαι φρονεῖν. Καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἔθεντο, φησι, τοῦ παρακλῖναί με τῆς κατὰ θεὸν στάσεως σαλευθέντα. Στέαρ δὲ εἴη ἂν καὶ ἡ ἐκ τῆς κακίας προσγινομένη τῷ ἡγεμονικῷ παχύτης.

ιγ. ΑΝΑΣΤΗΘΙ ΚΥΡΙΕ.] Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνοί, φησιν, οὕτως εἰσὶ, καὶ παχεῖς, καὶ δυνατοὶ, καὶ εὔδρομοι περὶ τὸ κακὸν, ἀνάστηθι, νομιζόμενος αὐτοῖς διὰ μακροθυμίας καθεύδειν, καὶ ἔκκοψον αὐτῶν τὸν δρόμον δίκην ὑποσκελίζοντος, ὥστε πεσεῖν μὲν τοὺς διώκοντας, εὑρεῖν δὲ ἐμὲ τὸν διωκόμενον ἄνεσιν, καὶ ἐκ τῆς ῥομφαίας τῆς ἀσεβοῦς τῶν ἐχθρῶν τῶν χει-

ἐρὸς σου ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου· ῥομφαίαν καλῶν, τὴν κατ' αὐτοῦ μηχανὴν πάσης μαχαίρας τμητικωτέραν ἐργαζομένην ἐπιβουλήν. Ὡς γὰρ ἄνω τοὺς ἀνθεστῶτας αὐτῷ ἀνθεστηκέναι εἶπε τῇ τοῦ θεοῦ δεξιᾷ, οὕτως κἀνταῦθα, τοὺς αὐτοῦ ἐχθροὺς λέγει τῆς χειρὸς τοῦ θεοῦ. Εἰ δὲ πρὸς δοτικὴν τὸ, ῥομφαία σου, ἀντὶ τοῦ, χρώμενος τῇ ῥομφαίᾳ σου ῥῦσαί με· πρὸς δὲ αἰτιατικὴν ῥομφαίαν σου, ὅτι καὶ τὴν ῥομφαίαν σου ῥῦσαι ἀπὸ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν σου. εἶεν δὲ αὖ ῥομφαῖαι αἱ ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς μαρτυρίαι, αἷς οἱ εὐσεβεῖς βάλλουσι πάντας τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ταύτας οἱ ἀσεβεῖς πολλάκις ἁρπάζοντες, καὶ στρεβλοῦντες αὐταῖς τοὺς εὐσεβεῖς πολεμοῦσι, δεῖται καὶ ταύτην τούτων ῥυσθῆναι. ἐπεὶ γὰρ οἱ σκελισθέντες, ὠφελοῦνται ἀπιστοῦντες τῆς ἑαυτῶν προαιρέσεως, δέος μοι καὶ τῇ ῥομφαίᾳ σου, φησὶ, κατ' αὐτῶν· ἣν ἀποσπάσαντες, ἐχρήσαντο κατ' ἐμοῦ. Ἔστι δὲ ὁ θεοῦ λόγος τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν.

ιδ'. ΚΥΡΙΕ ΑΠΟ ΟΛΙΓΩΝ.] Ἀκύλας, κύριε ἀπὸ τεθνηκότων ἐκ καταδύσεως μέρος αὐτῶν ἐν ζωῇ· Σύμμαχος, κύριε ἀπὸ νεκρῶν, ἀπὸ ἐνδεδυκότων ἡ μερὶς ἐν ζῶσι. Ῥυσθῆναι δὴ εὔχεται ἀπὸ τῶν ἐν νεκροῖς ἤδη λελογισμένων, διὰ τὸ πάντας ἐστερῆσθαι τῆς κατὰ θεὸν ζωῆς. Κατὰ δὲ τοὺς ἑβδομήκοντα, ἐπειδὴ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι, τούτων αὐτοὺς εὔχεται τοὺς ἁμαρτωλοὺς χωρισθῆναι ἔτι ζῶντας, ἵνα μὴ συζῶντες τοῖς δικαίοις, βλάπτωσι τῇ συναναστροφῇ τοὺς ἀκεραιοτέρους. Εἰ δὲ σὺ κύριε ὁ ἀπολύων, αἰτῶ, φησιν, ἐπεὶ ἐξουσίαν ἔχεις θανάτῳ ἀπολύειν, (τῷ γὰρ ὅρῳ σου παραπέμπεις εἰς θάνατον, κατὰ τὸ, Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ) μὴ ἐν τῷ θανάτῳ φυλάξαι αὐτοῖς τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ ζώντων διασκεδάσαι τὰ βουλεύματα, καὶ ποιῆσαι κατ' ἀλλήλων χωρεῖν τοὺς κατὰ μου συμφωνοῦντας. καὶ ἐπεὶ ἐγὼ φανερὰν αἰτῆσαι κατ' αὐτῶν τιμωρίαν οὐκ οἶδα, αὐτὸς αἷς ἐπίστασαι τιμωρίαις περίβαλον αὐτούς. Περιφραστικῶς δὲ γαστέρας αὐτοὺς λέγει. Ὁ γὰρ Σύμμαχος, χορτασθήσονται, ἀντὶ τοῦ, ἔμπλησον αὐτοὺς ὧν ἐν ἀποκρύφῳ τιμωριῶν ἔχεις. καὶ οὕτως πλήρωσον, ὡς πληρωθῆναι αὐτῶν καὶ τὰ ἐνδόσθια, ἐπεκταθῆναι δὲ μέχρις ἐκγόνων, καὶ οὐ μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, τὴν τῶν προγόνων πονηρίαν μιμουμένους. Ἄλλος ὁ μερισμὸς τῆς ζωῆς, τοῖς ἐπὶ κακῷ συμφωνοῦσιν ὠφέλιμος· ποιεῖ

nus tuæ liberem animam meam; frameam appellans machinationem contra ſe, omni gladio acerbiores inſidias ſtruentem. Quemadmodum enim ſuprà, ſibi reſiſtentes, diuinæ dexteræ reſtitiſſe dixit; ſic etiam hîc inimicos ſuos, vocat inimicos manus Dei. Si in datiuo legatur ῥομφαίᾳ σου, id eſt *frameâ tuâ*, ſenſus erit, vtens frameâ tuâ libera me. per accuſatiuum verò ῥομφαίαν σου, erit, frameam tuam libera de manu inimicorum tuorum. Frameæ quoque intelligi poſſent diuinæ Scripturæ teſtimonia, quibus viri pij aduerſarios omnes proſternunt. Cùm igitur etiam hæc impij frequenter arripiant, & in ipſoſmet pios torqueant, rogat etiam vt hæc ab iſtis liberetur. Vt enim hi qui ſupplantati ſunt, ſuis ipſi iudicijs diffidentes, adiuuentur, opus eſt mihi, ait, contra illos frameâ tuâ, quâ diſtrictâ vſi ſunt aduerſus me. Eſt autem Dei verbum omni gladio acutius.

COMMENTARIVS PATRVM.

Framea quid tropicè.

Framea quid myſticè.

14. DOMINE A PAVCIS.] Aquila legit, *Domine à mortuis ex demerſione pars eorum in vita*; Symmachus, *Domine à mortuis, de indutis pars in viuentibus*. Ceterùm exoptat liberari ab his qui iam pridem inter mortuos computati ſunt, eò quòd omnes priuati ſint vitâ ſecundùm Deum. Secundùm Septuaginta verò, quoniam pauci ſaluandi ſunt, ab his optat peccatores adhuc viuentes ſegregari, ne cum iuſtis conuerſando noceant immaturioribus. Si autem, inquit, Domine tu ſis is qui ſoluit, cùm poteſtatem habeas per mortem diſſoluendi (tuo enim decreto ad mortem tranſmittis, iuxta illud, *Terra es, & in terram redibis*) rogo ne reſerues ipſis pœnam in morte, ſed viuentium conſilia diſſipa, & fac ab inuicem diſiungi illos qui contra me conſpirant. Et quoniam ego manifeſtum ab ipſis ſupplicium exigere non ſcio, tu ipſe, quibus noſti, ſupplicijs ipſos circumda. Paraphraſticè autem ipſos vocat ventres: nam Symmachus vertit, *ſaturabuntur*, pro, imple ipſos pœnis, quas habes in abſcondito; atque ita imple, vt eorum quoque viſcera repleantur, quin etiam vſque ad poſteros ſupplicia perueniant, & non ad hos ſolùm, verùm etiam ad filios horum, qui maiorum ſuorum malitiam imitantur. Alia vitæ ſeparatio eſt, quæ in malo conſpirantibus vtilis exiſtit. Eorum

Improbi mortui cenſentur.

Gen. 3, 19.

COMMENTARIVS PATRVM.

enim ab inuicem diſiunctio reddit imperfectum id quod patraturi erant: quod & in turris ædificatione contigit. Illud autem *de abſconditis*, alij quidem intellexerunt de ſupplicijs, vti dictum eſt; alij verò de foſſilibus omnibus metallis (vt auro, & argento, quorum materias quidem produxit Deus, ſed hominum curioſitas, cùm abſcondita eſſent, foras eduxit.) Quibus non ſolùm ipſi ad ſatietatem abuſi fuerunt, verùm etiam poſteris reliquerunt: vnde etiam Symmachus ait, *de reconditis*. Cùm enim, inquit, omnibus delicijs, nec non rebus in terra pretioſis redundarent, adeò vt etiam ad iniquitatem exorbitarent; copioſam inſuper prolem habuerunt, quibus & reliquias diuitiarum reliquerunt. Illud enim *ſaturati ſunt filijs*, eſt, liberis: nam in Hebraico eſt בנים *banim*, quod liberos ſignificat. Perſtringit enim illos tamquam inſanos, quòd, cùm prolem à Deo copioſam accepiſſent, non virtutem ipſis, ſed malitiæ ſuæ, vel diuitiarum reliquias dereliquerint.

Diuitiæ plerumque ſubſeruiunt iniquitati.

15. EGO AVTEM IN IVSTITIA.] Ceterùm illi quidem, cùm iſta faciant, huiuſmodi pœnâ digni ſunt: ego autem cùm in iuſtitia tibi appaream, ſiue nihil iniquè in ipſos geſſerim, auxilio tuo replebor, & per opera iuſta gloriam tuam conſequar. Atque illi quidem ſaturati ſunt, ego verò ex parte modò cognoſcens; ſatiabor, quando potero faciem ad faciem applicare. Intelligi hoc etiam poſſet de gloria reuelanda & Vnigenito; quoniam dictum eſt: *Et videbit omnis caro ſalutare Dei.*

Iuſtus ſatiatur gloriâ Dei.

Luc. 3, 6.

γὰρ ὃ πράττειν ἔμελλον ἀτελὲς, ἡ ἀπ' ἀλλήλων διάστασις, ὃ καὶ ἐπὶ τῆς πυργοποιΐας γέγονε. Τὸ δὲ κεκρυμμένων, οἱ μὲν εἶπον, ὡς εἴρηται τιμωριῶν· οἱ δὲ ἐκ μεταλλευομένων πάντων (οἷον χρυσίου καὶ ἀργυρίου, ὧν ὁ μὲν θεὸς τὰς ὕλας παρήγαγεν, ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων περιεργία τὰ κεκρυμμένα ἐξέφηνεν.) οἷς εἰς κόρον οὐ μόνον αὐτοὶ κατεχρήσαντο, ἀλλὰ καὶ ἐγγόνοις κατέλιπον. ὅθεν οὖν καὶ ὁ Σύμμαχος ἀποθέτων εἶπε. πάσης γάρ, φησιν, ἐμπλησθέντες τρυφῆς, καὶ τῶν ἐν γῇ τιμίων, ὡς καὶ πρὸς παρανομίαν ἀπολακτίσαι, καὶ τέκνων πλῆθος ἐσχήκασιν, οἷς καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ πλούτου κατέλιπον. Τὸ ἐχορτάσθησαν γὰρ υἱῶν, τέκνων λέγει· βανὶμ γὰρ καὶ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ κεῖται, ὃ σημαίνει τέκνων. διαβάλλει γὰρ αὐτοὺς ὡς ἀγνώμονας, ὅτι τέκνα παρὰ θεοῦ παραλαβόντες εἰς πλῆθος, οὐκ ἀρετὴν αὐτοῖς, ἀλλὰ τὰ κατάλοιπα τῆς ἑαυτῶν κακίας ἢ τοῦ πλούτου κατέλιπον.

ιε'. ΕΓΩ ΔΕ ΕΝ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ.] Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τοιαῦτα διαπραξάμενοι, τοιαύτης δίκαιοι τιμωρίας ἀπολαῦσαι· ἐγὼ δὲ μετὰ δικαιοσύνης σοι φανεὶς, ἤτοι οὐδὲν ἄδικον εἰς αὐτοὺς διαπραξάμενος, πληρωθήσομαι τῆς σῆς βοηθείας, καὶ ἀπολαύσω τῆς δόξης σου διὰ δικαίων ἔργων. καὶ οἱ μὲν ἐχορτάσθησαν, ἐγὼ δὲ ἐκ μέρους γινώσκων ἄρτι, τότε χορτασθήσομαι, ὅτε προσβαλεῖν δυνατὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. λέγοι δ' ἂν ὀρθῶς τὴν μέλλουσαν δόξαν, καὶ τὸν μονογενῆ. εἴρηται γάρ· Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ.

CATENA PATRVM.

ATHANASII. Canitur hic Pſalmus in perſona viri ſecundũ Deum perfecti.

1. EXAVDI DOMINE IVSTITIAM MEAM.] ORIGENIS. Omnis iuſtus ſeruus eſt iuſtitiæ: Deus autem ſolùs iuſtus, dominus iuſtitiæ. Dauid itaque cùm nullius ſibi doli conſcius exiſteret, cum fiducia ad Deum hæc dicit, deprecando.

Omnis iuſtus ſeruus eſt iuſtitiæ, Deus verò eius dominus.

ATHANASII. Multâ fiduciâ plenus eſt hic ſermo. Illud autem *iuſtitiam meam*, hoc loco non vt iactabundus dicit, nec quaſi ſe iuſtum oſtentet; ſed vt qui iuſtè à te auxilium poſtulet, & roget

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἄδεται ὁ ψαλμὸς ἐκ προσώπου τοῦ κατὰ θεὸν τελείου.

α'. ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΚΥΡΙΕ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πᾶς δίκαιος, δοῦλος δικαιοσύνης ἐστὶν, ὁ δὲ θεὸς μόνος δίκαιος, δεσπότης δικαιοσύνης. Ὁ Δαβὶδ οὖν, συνειδὼς ἑαυτὸν καθαρεύειν ἀπὸ παντὸς δόλου, μετὰ τῆς πρὸς θεὸν παρρησίας, ταῦτα λέγει εὐχόμενος.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πολλῆς πεποιθήσεως ὁ λόγος μεστός. Τὸ δὲ τῆς δικαιοσύνης, ἐνταῦθα οὐχ ὡς καυχώμενος λέγει, οὐδ' ὡς δίκαιον ἑαυτὸν ἀποφαίνων, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ, δικαίως αἰτοῦντος τὴν παρά σου βοήθειαν, καὶ ἀξιοῦντος

ἀπαλ-

ἀπαλλαγῆναι ὧν ἀδίκως ὑπέμενε μάτην ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος. καὶ εἰσάκουσον, φησί, καὶ παράσχου τὴν αἴτησιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐ γὰρ ψιλῶν ἀκούει ῥημάτων Θεὸς, ἀλλὰ τῆς ἀρετῆς ὥσπερ βοώσης διὰ τῶν πράξεων. πρόσχες, φησὶν, ὡς βεβασανισμένος αἰτοῦντι, καὶ οὐχ ὑπὲρ μικρῶν ἢ θνητῶν, φήσαντος καὶ τοῦ σωτῆρος· Αἰτεῖτε τὰ μεγάλα, καὶ τὰ μικρὰ προστεθήσεται ὑμῖν. Ἀξιοῖ δὲ δοκιμασθῆναι καὶ τὴν φωνὴν, εἴ τι φέρει ἀκάθαρτον. Ἔστι γὰρ ὅτε σεμνά τε καὶ γραφικὰ λέγομεν, οὐ κεκαθαρμένοις τοῖς χείλεσιν. Ἔστι δὲ ὅτε μετὰ διαβολὰς καὶ ἐπιορκίας καὶ ῥήματα βδελυρὰ τῷ Θεῷ προσευχόμεθα. Ὁ δὲ δίκαιος μέχρι καὶ τῶν κοινῶν ῥημάτων καθαίρεται, εἰδὼς τὸ, Περὶ παντὸς ἀργοῦ ῥήματος δώσετε λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Τῆς γὰρ οὕτω καθαρᾶς φωνῆς, καὶ μελετώσης τὰ θεῖα λόγια τοὺς λόγους ὁ Θεὸς ἐνωτίζεται. Τριῶν δὲ ὄντων ὧν ᾔτησε, τὸ κρεῖττον προτέτακται.

β'. ΕΚ ΠΡΟΣΩΠΟΥ ΣΟΥ ΤΟ ΚΡΙΜΑ ΜΟΥ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, αὐτὸς δικαστὴς τῶν ἐπ' ἐμοὶ γενοῦ, καὶ τὴν σὴν εὐθύτητα, ἤγουν τὴν σὴν δικαιοκρισίαν, ἐπιδέτωσάν μου οἱ ὀφθαλμοί.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἰ πᾶσαν τὴν κρίσιν ἔδωκεν ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ, ἐκ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἄρα τὸ κρῖμα ἐξέρχεται. εἰκὼν γάρ ἐστι τοῦ πατρὸς ὁ Χριστός.

ΑΣΤΕΡΙΟΥ. Ἢ καὶ οὕτως· ἡ σὴ, κύριε κρίσις ἔχει τό τε δίκαιον, καὶ τὸν ἔλεον· Ἔλεον γὰρ καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι κύριε. Ἐπεὶ οὖν μόνος αὐτὸς καὶ τὸν δίκαιον στεφανοῖς, καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐλεεῖς, ἐκ προσώπου σου τὸ κρῖμα μου ἐξέλθοι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐκ ἀλαζονευόμενος, ὡς ἐνόμισάν τινες, ὁ Δαβὶδ εἴρηκε τὰ προκείμενα· ἀλλὰ ποιῶν πάντα τὰ θελήματα τοῦ Θεοῦ, σὺν ἀγαθότητι κριθῆναι θέλων, ταῦτά φησιν. ὀφθαλμοῖς δὲ τοῖς ἔνδον εὔχεται τὴν εὐθύτητα, καθ' ἣν κρίνει Θεὸς, ἐξάγων τὸ κρῖμα ἐκ προσώπου αὐτοῦ. ἢ καὶ εὔχεται τὴν ἀρετὴν, τὴν εὐθύτητα Θεοῦ, θεάσασθαι, δῆλον ὡς μήπω ταύτην ἰδών. πῶς οὖν ἀλαζονεύεται; Ταῦτα δὲ περὶ τῆς τελείας ἀρετῆς νομιστέον εἰρῆσθαι, ἥτις ὀψέ ποτε παραγίνεται πλείστων ὅσων προηνυσμένων.

γ'. ΕΔΟΚΙΜΑΣΑΣ ΤΗΝ ΚΑΡΔΙΑΝ ΜΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πολλὴν ἑαυτοῦ δείκνυσι τὴν καθαρότητα. δοκιμάζεται γάρ τις, γενναίως

liberari ab his quæ iniuſtè à Saüle impetitus, iniquè ſuſtinebat. Et *exaudi*, inquit, & petita concede. CATENA PATRVM.

EVSEBII. Deus enim non nudis verbis attendit, ſed virtuti quodammodò per opera clamanti. Intende, inquit, quaſi qui tentationibus probatus ſit rogans, idque non pro paruis & caducis, cùm & Saluator dicat: Petite magna, & parua adijcientur vobis. Ceterùm petit etiam vocem ipſam probari, vtrùm quid impuri proferat. Quandoque enim ſancta loquimur, & Scripturæ verba pronuntiamus, at labijs non puris. Nonnumquam etiam poſt conuicia & periuria, vel baq; execranda, Deum oramus. At ſanctus etiam vſque ad communia verba perpurgatur, ſciens dictum eſſe, *De omni verbo otioſo reddituri eſtis rationem in die iudicij.* Tam mundæ enim vocis, ac diuina oracula meditantis ſermonibus Deus intendit. Cùm autem tria eſſent quæ petijt, id quod potius erat, antè poſitum eſt.

Deus non tam verbis quàm virtutibus attendit.

Matth. 6, 3

Matth. 12, 36.

2. DE VVLTV TVO IVDICIVM MEVM.] CYRILLI. Simile eſt ac ſi dicat: Tu ipſe iudex rerum mearum eſto, tuamque rectitudinem, ſiue tuum iuſtum iudicium, videant oculi mei.

EVSEBII. Si Pater omne iudicium Filio dedit, vtique ex Filio ipſo iudicium proficiſcitur. imago enim Patris Chriſtus eſt.

ASTERII. Vel etiam ſic: Iudicium tuum, Domine, iuſtitiam habet, & miſericordiam. Nam *miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Quoniam igitur ipſe ſolus, & iuſtum coronas, & delinquentium miſereris, *de vultu tuo iudicium meum prodeat.*

Iudicium Dei habet miſericordiam & iuſtitiam.

Pſ. 100, 1.

DIDYMI. Haud faſtu elatus (vt nonnulli exiſtimarunt) hæc dixit Dauid, ſed cùm omnes Dei voluntates faceret, cum benignitate iudicari volens, hæc ait. Optat autem internam oculorum rectitudinem, ſecundùm quam Deus iudicat, educens iudicium de vultu ſuo. Vel optat virtutem, quæ Dei rectitudo eſt, intueri; vtpote quam nondum viderat. Quomodo ergo inſoleſcit? Hæc autem de perfecta virtute dixiſſe exiſtimandus eſt, quæ tunc tandem accedit, cùm pluſima priùs perfecta fuerint.

3. PROBASTI COR MEVM.] ANONYMI. Ingentem ſuam oſtendit puritatem. Nam aliquis probatur, cùm generosè

ſuſtinet moleſtias ingruentes. Qui autem noctu,& in ſomnis à turpibus ac malis imaginationibus non corripitur, hæc dicat.

Dei examen tollit malitiam.

ORIGENIS. Notandum eſt hoc verbum *viſitaſti*, non de ſupplicijs dictum eſſe. Rurſus ſciendum eſt, diabolum ex oppoſito ignite aduerſus Deum. Cùm autem Deus igne examinat, vtique reperit præexiſtentem malitiam; vel quia non præexiſtit, non reperit. Dixit autem *opera hominum*, pro *de operibus hominum*. Vel *opera hominum* ſunt ſermones minimè diuini, quos homines proprijs cogitationibus commenti ſunt.

Afflictiones nocti comparantur.

DIDYMI. Conſidera quomodo ſtatum moleſtiarum, propter obſcuritatem,& quia nihil hilaritatis habet,noctem appellet:in qua cùm Deus ipſum viſitaſſet, probatum inuentum pronuntiauit, & cùm per afflictiones tentaſſet, innoxium ab omni iniquitate oſtendit.

ASTERII. Vel etiam *probaſti cor meum*, quoniam nemini iniuriam facere cogitaui. *Viſitaſti nocte*; ſiquidem dum abs te illuminatus ſum, & quod iuſtum eſt quæro, numquam à ſomno profundo victus ſum. Nam, iuxta

Iob 29,3. * Vulg. Ad lumen eius

Iob,* *In luce tua ambulabam in tenebris*. Lucerna enim erat pedibus meis lex tua.

EVSEBII. Ceterùm hic ſermo humanam

Prou. 20,9

tranſſcendit intelligentiam. Quis enim gloriabitur ſe mundum habere cor? & quis auſit dicere ſe purum eſſe à peccatis? Soli ergo Chriſto prædicta competunt. Numquid autem & deſcenſum ad inferos, noctẽ appellauit, in qua probatus, viſitatione Patris per reſurrectionem dignus habitus eſt? quam vbi adeptus fuit, purus tamquam aurum à fornace demonſtra-

Solus Chriſtus mundus à peccato.

Iſaiæ 53,9

tus eſt. Solus enim *peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius*, vt Iſaias teſtatur.

4. PROPTER VERBA LABIORVM TVORVM.] CHRYSOSTOMI. Propter verba Dei, poſſumus ſeruare vias duras. Dei autem donum eſt, in ipſius vijs,& non extra eas ambulare, ac pertranſire: nam ſic greſſus noſtri non commouebuntur. Alius autem ait: Obſeruaui greſſus præuaricantium, oſtendens quomodo omnem tranſgreſſorem euitauerit: difficiles enim ac duræ ſunt talium viæ. Porrò in his docemur de nobis ipſis non præſumere, ſed pro Dei auxilio ſemper deprecari. Semitæ autem Domini, ſunt obſeruationes mandatorum, quin potiùs virtutum actiones.

In vijs Dei ambulandum.

ὑπομένων τὰ ἐπερχόμενα δυσχερῆ. Ὁ δὲ νυκτὸς, καὶ ἐν ὕπνοις ἀνεπίδεκτος αἰσχρῶν καὶ πονηρῶν φαντασιῶν, ταῦτα λεγέτω.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Σημειωτέον τὸ, ἐπεσκέψω, οὐκ ἐπὶ κολάσεων κείμενον. Πάλιν ἰστέον, ὅτι ἐναντίως ὁ διάβολος πυρὶ τῷ θεῷ. Θεὸς δὲ πυρῶν, ἤτοι τὴν προϋπάρχουσαν εὑρίσκει ἀδικίαν, ἢ ἐπεὶ οὐ προϋπάρχει, οὐχ εὑρίσκει. Τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων, ἀντὶ τοῦ, περὶ τῶν ἔργων τῶν ἀνθρώπων. Ἢ ἔργα τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν οἱ μὴ θεῖοι λόγοι, οὓς ἄνθρωποι ταῖς ἰδίαις ἐπινοίαις εἰργάσαντο.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὅρα ὅτι τὴν κατάστασιν τῶν σκυθρωπῶν, διὰ τὸ ἀφεγγὲς, καὶ μηδὲν ἱλαρὸν ἔχειν, νύκτα καλεῖ, ἐν ᾗ ἐπισκεψάμενος αὐτὸν ὁ θεὸς, δόκιμον ἀπέφηνε, καὶ πυρώσας διὰ τῶν θλιβερῶν, καθαρὸν πάντων ἀδικημάτων ἀνέδειξε.

ΑΣΤΕΡΙΟΥ. Ἢ καὶ ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου, ὅτι μὴ διενοήθην ἀνθρώπων ἀδικῆσαι. Ἐπεσκέψω νυκτὸς· ὅτι μηδέποτε ὕπνῳ κατεκρατήθην βαθεῖ, τὸ δίκαιον διερευνῶν, καὶ ὑπό σου φωτιζόμενος. Κατὰ γὰρ τὸν Ἰὼβ, Ἐν τῷ φωτί σου ἐπορευόμην ἐν σκότει. Λύχνος γὰρ ἦν τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὑπερβαίνει δὲ τὴν ἀνθρωπίνην ὁ λόγος διάνοιαν. Τίς γὰρ καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; καὶ τίς καυχήσεται λέγων, καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτιῶν; Μόνῳ ἄρα προσήκει τῷ Χριστῷ τὰ λεγόμενα. Μήποτε δὲ καὶ τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον ἐκάλεσε νύκτα, καθ' ἣν δοκιμασθεὶς, τῆς παρὰ τοῦ πατρὸς ἐπισκοπῆς ἠξιώθη διὰ τῆς ἀναστάσεως; καὶ ταύτης ἔτυχε καθαρὸς ἀναδειχθεὶς ὁποῖα χρυσὸς ἐκ χωνείας. Μόνος γὰρ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καθά φησιν Ἡσαΐας.

δ'. ΔΙΑ ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ΤΩΝ ΧΕΙΛΕΩΝ ΣΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Διὰ τοὺς λόγους τοῦ θεοῦ, τὰς σκληρὰς ὁδοὺς δυνάμεθα φυλάττειν. Θεοῦ δὲ δῶρον, τὸ ἐν τρίβοις αὐτοῦ, καὶ μὴ ἔξω αὐτῶν βαίνειν, καὶ διαβαίνειν. Οὕτω γὰρ οὐ σαλευθήσεται ἡμῶν τὰ διαβήματα. Ἄλλος δέ φησιν· ὁδοὺς ἐφυλαξάμην παραβατῶν, δεικνὺς ὡς πάντα παραβάτην ἀπέφυγε. Χαλεπαὶ γὰρ αὐτῶν τοιούτων ὁδοὶ καὶ σκληραί. Διδασκόμεθα δὲ ἐν τούτοις μὴ φρονεῖν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλὰ δεῖσθαι ἀεὶ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ βοηθείας. Τρίβοι δὲ κυρίου, τῶν ἐντολῶν αἱ τηρήσεις, μᾶλλον δὲ αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι.

ΗΣΥΧΙΟΥ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ποῖα διαβήματα καταρτισθῆναι ἐν ταῖς τρίβοις τοῦ Θεοῦ, ποῖα δὲ μὴ σαλευθῆναι ὁ προφήτης εὔχεται; Διαβήματα πρῶτα τὰ τῆς ψυχῆς κινήματα κεκτήμεθα, καὶ ταῦτα καταρτισθῆναι, τουτέστι βεβαιωθῆναι, ἐν ταῖς τρίβοις τοῦ Θεοῦ, ἐν τοῖς προστάγμασι τοῖς θείοις δηλονότι προσεύχεται. Τούτων γὰρ καταρτισθέντων, οὐδὲ τὰ ἄλλα ἡμῶν διαβήματα, τουτέστιν αἱ πράξεις, σαλεύονται· ἁμαρτία γὰρ αὐτὰ μοχλεῦσαι οὐ δύναται.

ζ'. ΘΑΥΜΑΣΤΩΣΟΝ ΤΑ ΕΛΕΗ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πολλοὶ δὲ ἔλεοι γίνονται Θεοῦ, διὰ τὸ ἀκολουθίᾳ τινὶ ἀνθρωπίνῃ συμβαίνειν, οὐ θαυμαστούμενοι ὑπὸ τοῦ ποιοῦντος αὐτούς. Ὀλίγοι δέ εἰσιν οἱ θαυμαστούμενοι, ὅτε ἐκ τοῦ παραδόξως καὶ τερατικῶς γίνονται. Οἷον, ἔστωσαν οἱ ἐλεούμενοι, οἱ πυρετῶν ἢ λέπρας ἐλευθερούμενοι. οὗτοι δὲ εἰ μὲν ὁδῷ ἰατρικῆς θεραπεύοιντο, ἠλεήθησαν μὲν ὑπὸ Θεοῦ, οὐ μὴν θαυμαστοῦντο τοῦ ἐλέους ἑαυτοῦ αὐτοῖς. εἰ δὲ μετὰ ἁφῆς Ἰησοῦ ἐπιτιμῶντος τῷ πυρετῷ (ὡς παραχρῆμα δύναμιν ἀποδίδοσθαι ὑγιαινόντων καὶ ἐκτεινόντων ἐνεργείας) ἢ ἁπτομένου καὶ λέγοντος, Θέλω, καθαρίσθητι, ἀπαλλάττοιντο τῆς λέπρας, ὡς θαυμαστοῦντος τοῦ Θεοῦ τὸ ἑαυτοῦ ἔλεος ἐπὶ τοὺς τοιούτους.

η'. ΕΚ ΤΩΝ ΑΝΘΕΣΤΗΚΟΤΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὁ ἀνθεστηκὼς Χριστῷ, ἀνθέστηκε τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ δὲ διορατικώτατος, ὡς κόρη ὢν ὀφθαλμοῦ τοῦ ἐν τῷ ὅλῳ Χριστοῦ σώματι, τοῦτο ἐρεῖ, οὗ ἅπτεσθαι, ἔστι τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ ἅπτεσθαι τοῦ Θεοῦ.

ΕΝ ΣΚΕΠΗ ΤΩΝ ΠΤΕΡΥΓΩΝ ΣΟΥ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ὁ δίκαιος ἀπὸ τῶν ἀσεβῶν ταλαιπωρίζεται καὶ ταλανίζεται· ἔσθ' ὅτε καὶ ὡς ἀνόητος ἐλεούμενος, ἀλλὰ τότε ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων τοῦ Θεοῦ σκεπάζεται, ἵνα μὴ σεισθῇ ἀπὸ τοῦ ταλανίζεσθαι.

ι'. ΟΙ ΕΧΘΡΟΙ ΜΟΥ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Κυκλοῦσι γὰρ τὴν ψυχὴν ἡμῶν οἱ δαίμονες, καὶ θηρίων δίκην ἕκαστος περιλαμβάνει παγιδεῦσαι βουλόμενος. Στέαρ δὲ τῶν δαιμόνων, καὶ τροφὴ λιπαρά, οἱ ἁμαρτάνοντες, οὓς ταῖς ἡδοναῖς ἀπολαύοντας, ὥστε μηκέτι διαφυγεῖν, συγκλείουσι. Ποίαν δὲ ὑπερηφανίαν; τὴν ἀποστασίαν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀπιστίαν τοῦ μέλλοντος, τῆς κρίσεως τὴν ἀθέτησιν. ταῦτα γὰρ οἱ θέμενοι ἁμαρτεῖν, τοὺς ἀπατωμένους προτρέπονται.

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Quoſnam greſſus in Dei ſemitis perfici, quos item non commoueri Propheta rogat? *Greſſus* primos animi motus tenemus, quos *perfici*, hoc eſt confirmari, *in ſemitis* Dei, hoc eſt in diuinis mandatis, orat. Nam ijs ſtabilitis ac perfectis, reliqui greſſus noſtri, hoc eſt actiones, non nutant: nam peccatum eos dimouere non poteſt.

Greſſus noſtri ſunt animi motus.

7. MIRIFICA MISERICORDIAS TVAS.] ORIGENIS. Fiunt autem plurimæ miſericordiæ Dei; quæ quia humanâ quadam ſequelâ contingunt, non mirificantur ab eo qui has facit. Paucæ autem ſunt quæ mirificantur: quando ex mirabili quodam ac prodigioſo modo accidunt. Pro exemplo ſint hi qui miſericorditer à febribus vel lepra liberati ſunt. Si quidem hi medicinæ viâ curati fuerint, à Deo quidem miſericordiam conſecuti ſunt, non tamen ipſius miſericordia in eis mirificata eſt: ſin tactu Ieſu febrim increpantis (vt qui ſtatim robur ac valetudinem reſtituere valeat) vel tangentis ac dicentis, *Volo, mundare*, liberati fuerint à lepra; tum Deus quodammodò miſericordiam ſuam in iſtiuſmodi mirificat.

Quæ miſericordia Dei mirificatur.

8. A RESISTENTIBVS.] THEODORETI. Qui reſiſtit Chriſto, reſiſtit dexteræ Dei.

ORIGENIS. Qui autem perſpicaciſſimus eſt, in vniuerſo Chriſti corpore veluti oculi pupilla exiſtens, hoc dicet: quem tangere, eſt tangere pupillam oculi Dei.

Viri perfecti, ſunt quaſi pupilla oculi Dei.

SVB VMBRA ALARVM TVARVM.] BASILII. Iuſtus ab impijs, miſer & miſerabilis habetur; aliquando etiam tamquam inſipiens miſericordiam accipit: verùm tunc ſub vmbra alarum Dei protegitur, vt à miſeria non proſternatur.

Iuſtus ab impijs contemnitur, ſed à Deo protegitur.

10. INIMICI MEI ANIMAM MEAM.] HESYCHII. Circumdant enim animam noſtram dæmones, & ferarum more, quilibet eam irretire tentat. Adeps verò dæmonum, & eſca pinguis, ſunt peccatores, quos voluptatibus ineſcatos, ne ampliùs effugiant, circumcludunt. Sed qualis ſuperbia? Apoſtaſia & defectio à Deo, futurorum incredulitas, iudicij negatio. Ad hæc enim ij qui peccare iubent, eos qui ſunt decepti, adhortantur.

Dæmones animæ noſtræ inhiant.

11. PROIT-

CATENA PATRVM. *Adulatores laudant vt interimant.* 11. PROIICIENTES ME NVNC.] THEODORI ANTIOCHENI. Qui quondam, inquit, me beatum prædicabant, nunc perſequuntur & circumdant, vt è medio tollant. Sic enim & Symmachus ait, *beatum me prædicantes, confeſtim circumdederunt me. Proijcientes* verò hîc vocauit eos qui beatum prædicabant, quia non ſincerâ mente priùs beatum dixerant; ſed vt eijcerent, & à decenti via diuerterent, ad impoſturam vſi ſunt vocabulis beatitudinis.

12. SVSCEPERVNT ME QVASI LEO.] CYRILLI. *Satân leoni ſimilis.* Quin & hoc ſciendum, quòd moleſtiſſimus ac nocentiſſimus ille leo, id eſt ſatan, apertè per ſatellites ſuos nos inuadat; ipſe verò, ceu leonis catulus, in ſpecu latitet, ſiquidem inſidias occultè parat.

THEODORI ANTIOCHENI. Expectant me, vt perdant, more leonis prædam expectantis. Pro *expectant* autem, dixit *ſuſceperunt*. Quoniam qui ſuſcipiunt, aliquid futurum expectant. Id eſt, talem de me opinionem habent, vt me veluti feram quamdam venentur & capiant. Simile eſt & illud: *Suſcepimus Domine miſericordiam tuam*: hoc eſt, expectauimus futuram in nobis humanitatem tuam. Pſ. 47, 10.

13. EXVRGE DOMINE.] ORIGENIS. Dei frameam aliquando inimici manus eius aſſumunt aduerſum nos. Petit igitur à Deo, hanc ab inimicis liberari, & auferri.

ATHANASII. Quælibet iuſti anima, & præcipuè illorum qui peccatores ab impietate ad Dei cultum reuocant, tamquam gladius eſt, contra malignos ſpiritus exacutus. Hanc igitur frameam, inquit, ô Domine, quam ipſe contra hoſtes tuos exacuiſti, libera ab inimicis manus tuæ. At quinam eſſe poſſint inimici manus Dei, niſi qui fidei, quæ eſt in Vnigenitum (qui & manus illius eſt) aduerſantur? *Iuſti anima, eſt inſtar gladij acuti.*

HESYCHII. Frameam appellat iuſtitiam Dei, inſtar gladij integras dæmonum acies exſcindentem. *Framea eſt Dei iuſtitia.*

EVSEBII. *Eſt* autem *Dei ſermo efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti:* quem anima accepit ad hoſtes ſuos vlciſcendos. Hoſtes enim incautas animas ſubuertunt, dum Scripturas peruertunt, quas ab ijs rogat liberari. Hebr. 4, 12. *Sermo Dei, gladius eſt acutus.*

ια΄. ΕΚΒΑΛΟΝΤΕΣ ΜΕ ΝΥΝΙ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ. Οἱ ποτέ, φησι, μακαρίζοντες, νυῦ καταδιώκουσι καὶ περικυκλοῦσι, ὥστε ἀνελεῖν. Οὕτως γὰρ λέγει καὶ Σύμμαχος, μακαρίζοντες παραχρῆμα περιεκύκλωσάν με. Ἐκβάλλοντας δὲ τοὺς μακαρίζοντας ἐνταῦθα ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ μὴ γνησίᾳ τῇ διανοίᾳ τὸν μακαρισμὸν ἐποιοῦντο τὸ πρότερον· ὥστε δὲ ἐκβαλεῖν, καὶ ἐκτρέψαι τῆς πρεπούσης ὁδοῦ, ἀπάτης ἕνεκεν τοῖς τοῦ μακαρισμοῦ ῥήμασιν ἐκέχρηντο.

ιβ΄. ΥΠΕΛΑΒΟΝ ΜΕ ΩΣΕΙ ΛΕΩΝ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἴστέον γε μὴν, ὅτι καὶ ἐμφανῶς ἐπιπηδᾷ διὰ τῶν οἰκείων ὑπασπιστῶν ὁ παγχάλεπος λέων, τουτέστιν ὁ σατανᾶς· ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ὡς σκύμνος κρύπτεται, ἀρτύει γὰρ λεληθότως ἐπιβουλάς.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ. Περιμένουσί με, ὥστε ἀνελεῖν, δίκην λέοντος θήραν προσδοκῶντος. Ἀντὶ δὲ περιμένουσιν, εἶπεν τό, ὑπέλαβον. ἐπειδὴ οἱ ὑπολαμβάνοντες ἔσεσθαί τι προσδοκῶσι. Τουτέστι ταύτην ἔχουσι περὶ ἐμοῦ τὴν ὑπόληψιν, ὅτι λήψονται ὥσπερ τινὰ θῆρα. Οὕτω καὶ τό· Ὑπελάβομεν, ὁ Θεὸς, τὸ ἔλεός σου, τουτέστι περιεμείναμεν καὶ προσεδοκήσαμεν ἔσεσθαί σου ἐν ἡμῖν τὴν φιλανθρωπίαν.

ιγ΄. ΑΝΑΣΤΗΘΙ ΚΥΡΙΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὴν ῥομφαίαν τοῦ Θεοῦ ἐσθότε οἱ ἐχθροὶ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἀναλαμβάνουσι καθ' ἡμῶν. Ταύτην οὖν ῥυσθῆναι καὶ ἀρθῆναι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν εὔχεται τῷ Θεῷ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἑκάστη τῶν δικαίων ψυχὴ, καὶ μάλιστα τῶν ἑλκόντων τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐξ ἀσεβείας εἰς θεοσέβειαν, οἱονεί πως ῥομφαία ἐστὶν ἠκονημένη κατὰ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας. Ταύτην οὖν τὴν ῥομφαίαν, ὦ δέσποτα, φησι, ἣν αὐτὸς κατὰ τῶν σῶν ἐχθρῶν ἠκόνησας, ῥῦσαι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν τῆς σῆς χειρός. Τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ ἐχθροὶ, ἢ ἀνθιστάμενοι τῇ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ πίστει, ὅστις ἐστὶ καὶ χεὶρ αὐτοῦ;

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ῥομφαίαν καλεῖ τοῦ Θεοῦ τὸ δίκαιον, μαχαίρας δίκην ὅλας τὰς τῶν δαιμόνων παρατάξεις ἐκτέμνοντα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἔστι δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ὁ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, ἣν ἔλαβε ψυχὴ πρὸς τοὺς πολεμίους ἀμύνεσθαι. Οἱ γὰρ ἐχθροὶ τὰς ψυχὰς τὰς ἀκεραίους καταπαλαίουσι, τὰς γραφὰς παραφθείροντες, ἃς ἀπὸ τούτων ῥυσθῆναι παρακαλεῖ.

ιδ'. Κύριε ἀπ' ὀλίγων ἀπὸ γῆς.] Κυρίλλου. Ὀλίγους, ὥσγε οἶμαι, φησὶ τοὺς ἐξειλεγμένους ἐν τούτοις, δῆλον δὲ ὅτι τοὺς ἁγίους, καὶ τὴν ἀπόβλεπτον παρὰ Χριστοῦ λαχόντας κλῆρον. Καὶ αὐτὸς δέ φησιν ὁ σωτήρ, Πολλοὶ μὲν οἱ κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. Διαμέρισον τοίνυν αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν. Ἀποδίελε, φησὶ, τῶν ἁγίων, καὶ ἀπόστησον τῶν ἱερωτάτων τοὺς πονηρούς· πρέπει γὰρ τοῦτο τῇ ζωῇ αὐτῶν. Τοῖς γὰρ ἀποσειομένοις τὸν ἀπὸ θεοῦ ζυγὸν, καὶ ἀπηνῆ τοῖς αὐτοῦ θεσπίσμασιν ἀντανατείνουσι τὸν αὐχένα, πῶς ἂν δοθείη κλῆρος ἢ μερὶς μετὰ τῶν εὐήνιον ἐχόντων τὸν νοῦν, καὶ ὅπερ ἂν βούλοιντο πρὸς τοῦτο μάλιστα ἐσπουδακόσι;

Εὐσεβίου. Ἀντὶ δὲ τοῦ, διαμέρισον αὐτοὺς, ὁ μὲν Ἀκύλας ἐξέδωκε, Μέρος αὐτῶν ἐν ζωῇ· ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἡ μερὶς αὐτῶν ἐν ζῶσιν. ἡ πᾶσα γὰρ κληρονομία τῶν ἐχθρῶν τοῦ θεοῦ, ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ, ἐν ᾗ καὶ ἐπλήσθησαν πάσης τρυφῆς. ἀντὶ δὲ τοῦ κεκρυμμένων, ἀποθέτων εἶπεν ὁ Σύμμαχος· ὅσα γὰρ τίμια, καὶ ἀπόθετα τοῦ παρόντος ἐσχήκασι βίου, χρυσόν τε, καὶ ἄργυρον, καὶ λίθους πολυτελεῖς, καὶ τέκνων ἐσχήκασι πλῆθος, οἷς καὶ τὰ κατάλοιπα τοῦ πλούτου κατέλειπον· ἐμπλησθέντες αὐτοὶ πρότερον, τῶν ἐν τοῖς μετάλλοις ἀπείργον μηδὲν τῶν ὑπὸ γῆν κεκρυμμένων καὶ ἀποκειμένων ἀφέντες.

Ἐχορτάσθησαν υἱῶν.] Ὠριγένους. Τῶν ἰδίων γεννημάτων ἐχορτάσθησαν, ὧν λείψανα τοῖς ἑαυτῶν νηπίοις καταλελοίπασι. τοῦτο γὰρ καὶ ἐν ἀραῖς Λευιτικοῦ πρόσκειται· φάγεσθε τὰς σάρκας τῶν υἱῶν ὑμῶν.

Ἡσυχίου. Οὐχ ὥς τινες νομίζουσι, τὸ βρῶμα ἐνταῦθα ὁ ψαλμῳδὸς διαβάλλει τῶν υἱῶν (οὐδὲ γὰρ τὰ εἰσπορευόμενα εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον,) ἀλλ' αὐτοὺς ὡς λίαν ἀγνώμονας, ὅτι τέκνα ἀπὸ θεοῦ λαμβάνοντες εἰς πλῆθος, οὐκ ἀρετὴν αὐτοῖς, ἀλλὰ κατάλοιπα τῆς ἑαυτῶν κακίας ἀντὶ κλήρου παρέδωκαν.

ιε'. Ἐγὼ δὲ ἐν δικαιοσύνῃ.] Ὠριγένους. Ἐν δικαιοσύνῃ καὶ πάσῃ ἀρετῇ ὀφθήσεται ὁ ἅγιος τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ. οὐδεὶς δὲ ἄδικος ὀφθήσεται. Ὁ δὲ μακαριζόμενος χορτασμός ἐστιν ἐν τῷ ὀφθῆναι, καὶ τεθεᾶσθαι τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ πᾶν τὸ ἔλεον τῆς ψυχῆς ἀναπληροῦσα τροφή· ἧς ὁ πεινῶν, καὶ ὑγιεινῶς ὀρεγόμενος, χορτασθήσεται πληρούμενος αὐτῆς.

14. Domine a paucis de terra.] Cyrilli. *Paucos* (vt arbitror) electos hoc loco vocat, ſanctos ſcilicet, & eos qui præſtantem à Chriſto hereditatem conſecuti ſunt. Quin & ipſe Saluator ait: *Multi quidem ſunt vocati, pauci verò electi.* Quare *diuide eos in vita eorum.* Separa, ait, à ſanctis, & longè ſtatuas improbos à ſacroſanctis viris: competit enim hoc eorum vitæ. Nam impoſitum à Deo iugum excutientibus, & duras in eius decreta ceruices erigentibus, quomodo ſors aut pars dari poſſit cum ijs qui benignâ mente præditi fuerunt, & in id quod ſtudioſè quæſiuerunt, maximè inſudarunt?

CATENA PATRVM. *Electi ſunt pauci.*

Matth. 20, 16.

Evsebii. Pro *diuide eos*, Aquila tranſtulit, *pars eorum in vita*; Symmachus verò, *pars illorum inter viuos.* Siquidem omnis hereditas inimicorum Dei, eſt in præſenti vita, in qua etiam omnibus delicijs repleti ſunt. Pro *de abſconditis* verò, *de repoſitis* dixit Symmachus. Nam pretioſa & recondita quæque præſentis vitæ poſſederunt: vt aurum & argentum, & lapides pretioſos, & liberorum multitudinem habuerunt: quibus etiam diuitiarum reliquias reliquerunt, cùm ipſi priùs expleti fuerint, nullum metallorum ſub terris reconditorum inexquiſitum ſinentes.

Hereditas impiorum, ſunt bona terrena.

Ibidem. Satvrati svnt filiis.] Origenis. Proprijs prolibus ſaturati ſunt, quarum reliquias paruulis ſuis reliquerunt. Hoc enim etiam in maledictionibus Leuitici ponitur: *Comedatis carnes filiorum veſtrorum.* Leuit. 26, 29.

Hesychii. Non, vt quidam putant, reprehendit hîc Pſalmiſta eſcam filiorum (nam ea quæ introëunt in os, non coinquinant hominem,) ſed ipſos vt valdè inſanos arguit, quòd, cùm copioſam à Deo prolem acceperint, non virtutem ipſis, ſed malitiæ ſuæ reliquias pro hereditate dereliquerint. Marc. 7, 15

15. Ego avtem in ivstitia.] Origenis. In iuſtitia atque omni virtute apparebit ſanctus ante faciem Dei: nullus autem iniquus ibi comparebit. Beata verò ſatietas erit in apparitione & clara viſione gloriæ Dei. Hæc enim eſt cibus qui totam animæ menſam replet, quem qui eſurit, & ſalubriter appetit, ab ipſo repletus ſatiabitur.

Dei viſio ſatiat Sanctos.

CATENA PATRVM.

Improbi terrenis, ſancti rebus ſpiritualibus ſatiantur.

DIDYMI. Replebor omnibus delicijs in regno cælorum. Atque aliter, Illi quidem hæc, ego autem in iuſtitia conſpectui tuo apparebo. Non enim virtus eſt in ijs quæ abſcondita ſunt à te, vti eorum eſt malitia. Atque illi quidem rebus terrenis ſaturati ſunt: at ego modò ex parte cognoſcens, (1. Cor. 13, 9.) tunc ſatiabor, quando aduenerit id quod perfectum eſt, quod tunc facie ad faciem intueri potero. Ceterùm apparituram gloriam vocat etiam Filium Vnigenitum: ſcriptum eſt enim, *Videbit omnis caro ſalutare eius*; (Luc. 3, 6.) &, *Apparebit gloria Domini.* Quoniam etiam videbimus gloriam Filij, *gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis.* (Ioan. 1, 14.)

Christus eſt gloria ſanctorum.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐμπλησθήσομαι πάσης τρυφῆς ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ. καὶ ἄλλως· Ἐκεῖνοι μὲν ταῦτα, ἐγὼ δὲ ἐν δικαιοσύνῃ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ σου. Οὐ γὰρ τῶν ἀπὸ σοῦ κρυπτομένων ἡ ἀρετὴ, ὡς ἡ ἐκείνων κακία. Καὶ οἱ μὲν τῶν ἐπὶ γῆς ἐχορτάσθησαν, ἐγὼ δὲ ἐκ μέρους γινώσκων ἄρτι, τότε χορτασθήσομαι κατὰ τὸ ἀρχόμενον τέλειον, ᾧ δυνατὸν τότε προσβαλεῖν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Λέγοι δ᾽ ἂν ὀφθησομένην δόξαν καὶ τὸν μονογενῆ υἱόν· γέγραπται γὰρ, ὡς ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Καὶ, ὀφθήσεται ἡ δόξα κυρίου. ὅτι καὶ ὀψόμεθα τὴν δόξαν τοῦ υἱοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.

ANNOTATIONES CORDERII.

Qualis ſit hæc Dauidis oratio.

PSALMVS hic, vt ex titulo patet, orationem continet iuſti Dauidis, perſecutionem iniuſtè ſuſtinentis, à qua poſtulat liberari, cùm propter ſuam innocentiam, tum propter Dei iuſtitiam ſimul & miſericordiam, tum denique propter inimicorum ſe perſequentium malignitatem. S. Baſilius cenſet hunc Pſalmum eſſe editum, quando à Saüle acerbas perſecutiones ac iniurias perpetiebatur; quas quàm libenti animo propter Deum remiſerit, ſacra Regum narrat hiſtoria. Ad Deum igitur conuerſus primùm petit, vt adinſtar æqui iudicis, auditâ & expensâ ſuis momentis cauſsâ, iuſtum iudicium proferat.

1. *Exaudi Domine iuſtitiam meam.*] Id eſt, cauſſam meam iuſtam: Græcè eſt, *δικαιοσύνης μου.* quod licet etiam verti poſſit, *iuſtitiæ meæ*, optimè tamen ad ſenſum tranſtulit S. Hieronymus, *iuſtitiam meam:* vt etiam inferiùs in hoc ipſo Pſalmo, *Εἰσάκουσον τῶν ῥημάτων μου, exaudi verba mea.* Aquila apertiùs, *τὸ δίκαιόν μου, ius meum*; Symmachus & Theodotion alium ſenſum ſecuti, *iuſtitiæ meæ*, tranſtulerunt: vt in Pſalmo 4.

Pſal. 4, 1. *Exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ.* Alij pronomen *μου* non addiderunt. quod nec in Hebræo exprimitur, ſed tantùm, *Exaudi Domine iuſtitiam.* q. d. Id peto fieri, quod iuſtitia ipſa expoſcit, eo modo, quo is, cui ſua eſt explorata iuſtitia, iudicem interpellat, dicens vt id pronuntiet, quod iuſtitia ipſa ſuggerit & clamat. S. Chryſoſt. obſeruat hoc loco, remiſſionem offenſæ, & dilectionem inimicorum, ac beneficentiam erga illos, vocari *iuſtitiam.* Hac certè virtutis laude Dauid in paucis excelluit, quando Saülem inimicum ſuum capitalem, implacabili odio flagrantem, necem ſibi machinantem, toties in poteſtate habens, non tantùm non eſt vltus, verùm etiam omni beneficiorum genere ſibi demereri ſtuduit, & atrociſſimas iniurias ab eo ſibi irrogatas, ex animo condonauit. Secundùm hanc itaque iuſtitiam à Deo iudicari & exaudiri poſtulat: de qua etiam alibi dixit: *Iudica me Domine ſecundùm iuſtitiam meam:* ſecundùm quam ſcilicet Chriſtus in Euangelio promittit: *Si dimiſeritis peccata hominibus, dimittet & vobis Pater veſter peccata veſtra.* Non quòd homo per illam iniuriarum remiſſionem de iuſtitia culparum ſuarum remiſſionem mereatur: (hæc enim non cadit ſub meritum, ſicut nec prima gratia, quæ gratis confertur, vt ex ſacris Scripturis & Patribus demonſtrant Theologi cum D. Thoma 1. 2. quæſt. 114. art. 5.) ſed quia, quando remiſſio iniuriarum nobis à proximo illatarum fit propter Deum, & eo modo quo fieri debet, maximè iuuat (vt docet D. Auguſt. Enchiridij cap. 71.) ad remiſſionem peccatorum facilè obtinendam, cuius poſtulandæ ſimul & impetrandæ fiduciam præſtat, ob Dei promiſſionem, quam S. Leo Serm. 5. Domin. 2. Quadrag. *pactum ſacratiſſimum* vocat, ratione cuius cum S. Auguſtino dicere poſſimus: *Redde quod promiſiſti, quia fecimus quod iuſſiſti.* Vnde apud S. Lucam ipſemet Chriſtus nobis hanc orandi, quâ voti compotes fiamus, formulam præſcripſit: *Dimitte nobis debita noſtra, ſiquidem & nos dimittimus omni debenti nobis.* Vbi aduerbium illud *ſiquidem* vim obtinet cauſſalis, ſeu motiui, ac ſi diceret: Dimitte nobis, quia nos dimittimus. Hinc S. Auguſtinus in Pſal. 143. indicans remedium, quo peccatorum noſtrorum remiſſionem obtinere poſſimus, *Omnia*, inquit, *delentur, cùm ex vero corde, & plena fiducia dicimus: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus. Dic toto corde, dic totâ fiduciâ, dic ſecurus: Dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus*, &c. *Vis, inquit, vt dimittam? dimitte. Aliquid & contra te teneo, aliquid & tu contra alterum tenes: dimitte, & dimitto. Aliquid petis à me, aliquid petit alter à te: da, & do*, &c. Petimus enim nobis dimitti à Deo, quemadmodum & ipſi alijs parcimus. Quod S. Gregor. Nyſſenus hom. 5. de Orat. Dominica cùm expenderet, ait eleganter, fruſtrà fieri ab illo orationem, cuius debitor eſt in carcere: *Nam ſonus miſeri inter vincula faciet*, inquit, *ne alterius exaudiatur oratio.* Durè omninò & crudelibus à Deo ſupplicijs mactabuntur, qui inhumani in alios ſæuierunt. Non expectent humanitatem & manſuetudinem iudicis, qui alteri ſuam denegauerint, cùm

Quid hic Dauid per iuſtitiam intelligat.

Qui alteri condonat iniurias, meretur vt à Deo exaudiatur, & ſua delicta ei condonentur.

Pſal. 7, 9.

Matth. 6, 14.

Luc. 11, 4.

Deus dimittit nobis, ſi proximo dimiſerimus.

cùm idem ius pati conueniat. Quod vrget ſublimi ſuâ oratione Saluianus lib. 3. de Gubernat. *Quid dignius? quid iuſtius? non audiuimus, non audimur: non reſpeximus, non reſpicimur. Legem enim quodammodò imponimus Deo, & iudiciorum formam, vt, quemadmodum nos gerimus erga alios, ita ſe nobis exhibeat.* Hoc ius ille condidit, nobis impoſuit, quo nullum eſſe πρᾳότερον καὶ ἡμερώτερον, *mitius & manſuetius*, ait S. Chryſoſt. Orat. de ſimultate. Dauid itaque optimè tibi conſcius, quanta cum inimicis ſuis manſuetudine vſus eſſet, iure merito ſecundùm iuſtitiam iſtam à Deo viciſſim ſe exaudiri poſtulat.

IBIDEM. *Intende deprecationi meæ.*] Græcè, τῇ δεήσει μου; S. Auguſt. quoque legit in datiuo; Vulgata, *deprecationem meam*; Aquila, αἰνέσει μου, *laudationi meæ*; Hebraicè eſt רנח *rinnach*, quæ vox magnum & vehementem clamorem ſignificat. Quando itaque ad iuſtitiam accedit deprecatio, tunc perfecta eſt oratio, quia tales preces iuſtitia commendat. Iuſtitia enim orantis ad fructum orationis tantum momenti adfert, vt S. Cyprianus de Opere & eleëmoſ. dicat, deprecationes ſolas ad impetrandum parum valere, *niſi factorum & operum acceſſione farciantur.* Et tract. de Orat. Dominica: *Citò*, inquit, *ad Deum orationes aſcendunt, quas ad eum merita noſtri operis eleuant.* Vtrumque igitur oranti coniungendum. vnde ſubdit:

Deprecatio cum iuſtitia, eſt oratio perfecta.

IBIDEM. *Auribus percipe orationem meam, non in labijs doloſis.*] Subaudi *prolatam.* Id eſt (inquit S. Auguſt.) *quam effundo non in labijs mendacibus*; S. Hieron. legit, *abſque labijs mendacibus.* q. d. Non aliud ore, aliud mente gerens. *Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugit fictum*, vt ait Sapiens, quem S. Iacobus δίψυχον, *duplicem animo* nominat, quaſi duas animi cellulas habentem, in quarum vna rectitudo atque veritas, in alia fraus, mendacium, perfidiaque verſetur. Hinc oriuntur *labia doloſa*, quæ ſimplex ac rectus Dauid, omni animo atque mente abominabatur. de quibus vide plura ad Pſalmi XI. v. 3. annotata. Hugo à S. Victore ad hunc locum tria diſtinguit genera orantium. *Alij*, inquit, *ſunt qui ſolis labijs, alij qui ſolo corde, alij qui & labijs & corde orant. Qui ſolis labijs orant, doloſi ſunt, quia non habent in corde, quod ore proferunt. Qui corde & labijs orant, veraces ſunt, quia ſicut loquuntur, ita ſentiunt. Qui ſolo corde orant, deuoti ſunt, quia orationem ſuam à Deo tantùm audiri volunt. Quando ergo in oratione verba proferimus, ſi cogitamus quod loquimur, facimus quod debemus. Si autem, dum verba orationis fundimus, aliud quodcumque in corde verſamus, etiamſi illud bonum ſit, quia tamen ordinatum non eſt, prorſus à culpa liberi non ſumus: ita tamen, ſi id quod dicimus, intelligere valemus. Si quis autem non intelligens verba orationis proferat, etſi non intelligere valet quod dicit; ſi tamen bonâ intentione dicit, ſine fructu non erit. Si autem orantes vana cogitamus, etiamſi veritatem loquimur, cogitando vanitatem, vani efficimur. Si autem dum os veritatem loquitur, in corde turpitudo verſatur; iam non ſolùm vani, ſed etiam abominabiles in conſpectu Dei reputamur. Aliud tamen eſt, quando homo hæc inuitus patitur, atque aliud, quando in eis per deliberationem delectatur.*

Oratio ſit ſincera.

Sap. 1, 5.
Iac. 1, 8.

Tria genera orantium.

ANNOTATIONES CORDERII.

2. *De vultu tuo iudicium meum prodeat.*] Id eſt, ab ore tuo iudicium meum prodeat, & ſententia pronuntietur. Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis tuis, in quos nullus error cadere poteſt: noſti quæ promiſeris, vidiſti itidem quæ feci. ſicut res ipſas oculis & vultu agnoſcis; iuſtum iudicium proferto; ita vt etiam *oculi mei viderint æquitates.* Sic habent plerique Græci codices, & Commentarij, quos ſequitur S. Auguſt. nonnulli tamen etiam è Græcis, vti & Commentarius quem ſuperiùs attulimus, legunt, ὀφθαλμοί σου, *oculi tui*, quemadmodum Vulgata legit & Pſalterium Romanum, quæ *æquitatem* etiam ſingulariter tranſtulerunt. Scholion autem quod Aſterio tribuitur, exponit oculos Dei Apoſtolos eſſe intelligendos, pro quibus Propheta orat, vt videant æquitatem. Sed hæc planè myſtica eſt expoſitio. S. Hieronym. in Epiſt. ad Suniam meritò præfert lectionem Vulgatæ, & legendum ait, *Oculi tui videant æquitatem*: id, quod iuſtum & æquum eſt, pronnuntia. Hæc quodammodò prooemij loco præmiſit Dauid: iam deinceps ad rem ipſam exponendam progreditur, & quidnam ſit, in quo iudicium fieri poſtulet, exponit.

3. *Probaſti cor meum*, &c.] Notanda hîc diſtinctio iſtorum verborum, *Probaſti, viſitaſti, examinaſti*, quæ ſic explicat D. Thomas. *Probat*, inquit, Deus, cùm dijudicat an habeat quis cordis rectitudinem: *viſitat*, iuuando, & corrigendo: *examinat*, vtrùm habeat firmitatem. Hugo de S. Victore de examine bonorum & malorum agens, ad hunc locum ait: *Examen in libra eſt illud deſuper, in quo perpēdimus, ad quam partem pondus ſeorſum inclinet. Igne ergo tribulationis iuſtus examinatur: quia perfecta virtus in aduerſitate cognoſcitur. Valdè mali iam examinati ſunt, quia per iniquitatis pondus ad ſiniſtram partem ſe inclinauerunt. Valdè boni examinati ſunt, quia per grauitatem cōſtantiæ, & perſeuerantiam virtutis, ad dextram ſe conuerterunt. Mediocres adhuc examinati non ſunt: quia ad quam partem pertineant, humana iudicia necdum diſcernere poſſunt.* Dauid ergo multis aduerſitatibus exercitatus, hæc dicit: *Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte*, hoc eſt, vehementi tribulatione ac denſiſſimis mœrorum offuſis tenebris exploraſti, quid corde valerem; & tamen deprehendiſti probatæ in aduerſis fidei, ac ſoliditatis: ſeu exploraſti, num tenebris circumfuſum aberraret cor; & tamen in te vno ſuarum affectionum vero Septemtrione fixum reperiſti. *Igne me examinaſti.* Alludit ad conſuetam auri examinandi rationem. Solent quippe artifices, vt auri maſſam aliquam explorent, partem aliquam primùm in ſtatera appendere, deinde verò igni excoquendam tradere, & iterùm ad trutinam vocare: quantum autem de pondere ignis detraxit, tantumdem ſordium aut alieni metalli habuiſſe comprobatur: quòd ſi nihil ponderis detractum eſt, tunc aurum puriſſimum & defæcatiſſimum fuiſſe conſtat. Huc ergo Dauid ſpectans, ait: *Igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.* Id eſt, iam inde poſtquam me tribulationis igni excoquendum tradidiſti, iterùm ad trutinam vocaſti, atque tribulationem anteactam nihil de morum meorum grauitate, ac vitæ integritate, detraxiſſe comperiſti, adeoque nihil in me vanum,

Diſtinctio inter probare, viſitare, examinare.

Quinam & quomodo examinentur.

Dauid vt aurum in igne tribulationis probatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

num, nihil ſubdolum vmquam extitiſſe. non eſt inuenta in me vlla inæqualitas. Nam tantumdem poſt tribulationem momenti habui, quantum anteà, & mihi ipſi ſemper ſimilis omnino fui.

Iac. 1, 2.

Ad hanc auri explorandi rationem alluſiſſe ſimiliter videtur S. Iacobus in Canonica ſua, cùm dicit: *Omne gaudium exiſtimate fratres, cùm in varias tentationes incideritis, ſcientes quòd probatio fidei veſtræ patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habet, vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes.* Nimirum qui tentationibus probatus, patienter ſuſtinet, *opus perfectum habet*, id eſt, tamquam aurum igni traditum nulla ex parte deficit. Ergo patienter, inquit, ſuſtinete, *vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes:* vt nimirum tunc, cùm Deus æſtimationis ſuæ librâ veſtram virtutem explorabit, integros vos, & nulla ex parte detritos, aut pondere imminutos fuiſſe comperiat.

Tempus tribulationis vocatur nox.

Porrò quòd ait viſitationem ſuam nocte contigiſſe, tempus ipſum afflictionis deſignat, quo grauiſſimas à Saüle paſſus eſt perſecutiones: quas quomodo tulerit, explicat exemplo auri, quod tantò clariùs rutilat, quantò maioribus flammis exuſtum eſt. Ita nimirum Dauid, quò maiores à Saüle perſecutiones ſuſtinebat, eò illuſtriores charitatis ſuæ radios emittebat, offenſas ei condonando, quas ingentibus inſuper beneficijs retaliabat; vitam eius conſeruando, & honorem illi ſummum exhibendo, & ne verbulo quidem ipſum lædendo Id quod ſequ. verſu inſinuat:

Mira Dauidis linguæ continentia.

4. *Vt non loquatur os meum opera hominum.*] Hoc eſt, peccata Saülis. q d. vt Theodoretus interpretatur, *Tantum abfuit, vt hoſtem offenderim, vt etiam linguam ſeruauerim liberam à conuicijs contra illum: & quæ ille perpetrat, hæc ne dicere quidem ego audeo.* Mira profectò linguæ continentia. erubeſcebat enim Dauid dicere, quæ facere Saul minimè verebatur, & quæ hic factu non indigna, ille vel effatu indigniſſima iudicabat. Ceterùm hic notanda ſunt verba, quibus à peccatis Saülis ſibi ſilentium indixit: *Non loquatur*, inquit, *os meum opera hominum.* Non dixit Peccata, ſed *opera*, ne videretur acerbiùs criminari: non dixit, Opera peccatorum, ſed *opera hominum*, ne appellationis acerbitate offenderet auditorem: non dixit Saülis, ſed *hominum*; vt communi omnium vocabulo proprium vnius crimen occultaret: non dixit Hominis, ſed *hominum*, ne ſingularitate nominis, ſingularem aliquem impetere crederetur. Quid humanius fingi poterat? quid modeſtius? Vbi nota inſignem loquendi phraſim.

Quæ vocentur opera hominum.

Nam *opera hominum* vocare ſolemus, ea quæ conſona ſunt humanæ fragilitati, ac propenſioni naturæ per peccatum vitiatæ; qualia ſunt vltio inimicorum. Hinc dicimus opus eſſe hominum, diligere amicos, & odio proſequi inimicos, illumque hominem vocamus, qui hoc facit. Hæc autem opera hominum (inquit Dauid) non tantùm non reipsâ perfeci, ſed ne quidem in ore habui, aut prolocutus ſum; quia numquam vel minimum verbulum de vltione ſumenda protuli. Quid igitur feciſti?

Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras.] Vbi Notandum, quemadmodum vias faciles appellare ſolemus eas quæ ſunt

Quæ ſint viæ faciles, quæ duræ.

appetitui ſuaues, vt amare amantem, benefacere benefacienti, benedicere benedicenti, odiſſe odientem, perſequi perſequentem, maledicere maledicenti, &c. ita è diuerſo diligere odientem, perſequenti benefacere, ac maledicenti benedicere (quòd hæc carnis inclinationi aduerſentur) iure merito *vias duras* vocari. Has, inquit Dauid, cuſtodiui & perambulaui, nec ab ijs vel ad latum vnguem deflexi; idque *propter verba labiorum tuorum*, quibus hæc præcepiſti, promittens iſta facientibus remiſſionem peccatorum, ac deinde regnum cælorum. quæ præcepiſti ſub promiſſione, hæc ego perfeci ſub ſpe: iudica ergo, & ſententiam profer: redde quod promiſiſti, quia feci quod iuſſiſti.

1. Reg. 26, 10.

Dauidis glorioſus de ſeipſo triumphus dum Saüli parcit.

Videtur autem Dauid alludere ad præclariſſimam quam de ſemetipſo retulit victoriam, quando Saülem ſe perſequentem, quem in tentorio ſuo dormientem inuenerat, & occidere poterat, illæſum dimiſit, manum continens à chriſto Domini, ſolius haſtæ & ſcyphi aquæ (quæ ad decumbentis caput erant) ablatione contentus; hoc ipſo euidenter demonſtrans, ſe eâdem facilitate vitam ipſi auferre potuiſſe, quâ illa quæ ei proxima erant, abſtulerat. Non eſt dubium, quin inferior appetitus iraſcibilis, iuſtâ indignatione ſuccenſum Dauidis animum vehementer concitauerit, ad vindictam de capitali hoſte, quem iam in manu habebat, capiendam, & Saülis vitam, quam æquè ac haſtam facilè poterat tollere, auferendam; cui tantum Dauid abfuit vt conſentiret, vt potiùs, ſicut aliàs, quando ſummâ ſiti aquæ cruciabatur, eamdem ſibi à milite per mille diſcrimina oblatam, & labijs ſitientibus admotam, non bibit, ſed Deo libans effudit; ita modò non minori (vti credibile eſt) vltionis ſiti exardeſcens, eamdem actu prorſus heroico ſic repreſſerit, vt ne leuiſſimè quidem ipſum attingere, aut manum ſuam in chriſtum Domini extendere ſuſtinuerit; ſed prorſus intactam Saülis, quam in ſuis manibus habebat, animam, velut gratiſſimum Deo ſacrificium obtulerit, ac de ſemetipſo glorioſiſſimè triumpharit.

Via iuſtitiæ quomodo dura, & leuis.

Atque hoc eſt, quod ait ſe propter verba Dei cuſtodiuiſſe *vias duras:* vias, inquam, iuſtitiæ; quas licet Saluator noſter leues dicat, ſcilicet per gratiam & exemplum ſuum, meritò tamen Dauid hîc *duras* vocat, quia carni corruptæ duræ ſunt.

Via dura, via iniuſtitiæ.

Quamquam, cùm in Hebræo legatur פָּרִיץ *paritz*, quod S. Hieron. *lationis*; Symmachus, ὁδοὺς παραβάτου, *vias tranſgreſſoris*, vertit, per *vias duras* hîc æquè commodè fortaſſis intelligi poſſunt viæ iniuſtitiæ, quas Sap. cap. 5. impij teſtantur eſſe difficiles. Sed tunc verbum *cuſtodiui*, ſumendum eſt pro caui, vt ſit ſenſus, eum propter verba Dei vias duras iniuſtitiæ cauiſſe ac declinaſſe.

Quis cuſtodiat vias duras propter verba labiorum Dei.

Pulchrè ad hunc locum Hugo de S. Victore. *In hac præſenti*, inquit, *vita in via ſumus: quia per hanc ad aliam vitam tranſimus; ſed quia humana infirmitas diu in eodem perſiſtere non poteſt, tot quaſi vias ingredimur, per quot actiones variamur. Quia verò in hac vita nihil ſine labore facere poſſumus, quaſi gradientes duras vias habemus. Sed has duras vias illi non cuſtodiunt, qui in hac vita delectari quærunt: qui autem ſponte hic ſe humiliant & affligunt, ij duras vias cuſtodiunt. Sed quis eſt, qui Deo dicere poteſt: Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras? Quæ ſunt verba labiorum eius? Verba labiorum noſtrorum, peccata noſtra ſunt:*

ſicut.

Pſal.21,2. *ſicut dicitur in Pſalmis: Longè à ſalute mea verba delictorum meorum. Verba labiorum Dei, præcepta eius ſunt. Quiſquis ergo præteritorum delictorum conſcius, ſponte per pœnitentiam ſe affligit, is propter verba labiorum ſuorum vias duras cuſtodit: qui autem laborat ne præcepta Dei transgrediatur, & vt voluntatem eius impleat, ſuis voluntatibus vim facit, is propter verba labiorum eius vias duras cuſtodit. Ille ſoluit debitum, hic implet præceptum.*

5. *Perfice greſſus meos.*] Hæc ſanè pulcherrima eſt & digniſſima piis hominibus oratio: quam linguæ ſacræ interpretes dum aſſequi volunt, gratâ quâdam & ποικιλώδει varietate exponunt, vnde ſalutaria documenta licet capere. *Greſſus* vocat (*Greſſus quid myſtici.*) dici actiones, omnia conſilia, rerum adminiſtrationem, vitæ curſum. Nam vita via quædam eſt ad felicitatem, & *ambulare* in diuinis Litteris, idem eſt quod viuere, & tendere ad immortalitatem. Orat ergo, *Perfice greſſus meos in ſemitis tuis.* Loco *perfice*, in Græco eſt κατάρτισαι, quod duo ſignificat, videlicet inſtaurare, & omnibus ſuis partibus numeriſque explere. Quaſi magnus ille vir diceret, Labant greſſus, diſſolutæ ſunt actiones, vita incompoſita eſt. Tu igitur, ô mundi opifex arbiterque Deus, inſtaura quod deeſt, & perfectionem illam concede, quam iubes. (*Dei directio obſeruanda & ſequenda.*) Numquam illa impia in me notetur claudicatio in vtramque partem, vt à virtute in vitium deflectam vecordi voluntate, ſed te Paſtorem ſequar meum, & fidum viæ ducem, quem ſequi felicitas eſt; à quo deſeri, miſeria. Sed vox Hebræa תָּמֹךְ *tamoch*, non *perfice*, ſed aliud quiddam ſignificat, nimirum *ſuſtenta*. Quare ita vertit ſanctus Hieron. *ſuſtenta greſſus meos in callibus tuis*; Chaldæus, *ſuffulci*; Symmachus, συγκράτησον, *corrobora*; Theodotion, τελείωσον, *conſumma*. Quæ eſt humilis animi confeſſio imbecillitatem ſuam agnoſcentis. (*Sine Deo ruimus in præceps.*) Nam ſine Deo in ſcelus præcipites ferimur, dum lubricum blandæ voluptatis, libidoque deiicit, aut ſalebræ aliorum vitiorum hauriunt. Suſtenta igitur, ô ſpes noſtra, & ſuffulci titubantes greſſus in ſemitis tuis, in Chriſtianæ vitæ curriculo, in hac mea quotidiana peregrinatione, vt deuota tibi hæc anima ſine prolapſione ad te perueniat.

Loquitur enim de pedibus animi, hoc eſt affectibus, quibus ad beatam vitam ambulamus, qui niſi clementiſſimi Numinis prouidentiâ, & amico præſidio dirigantur, in præcipitium certum agamur neceſſe eſt. Hîc verò mirum quiddam in natura contingit, vt, cùm vinctis quidem pedibus, & firmiſſimè colligatis, ambulare nemo queat; animi tamen pedes ſi vinciantur, tum procedant longè in viâ celeriùs, & beatiſſimo quodam curſu ad Deum euolent. (*Vinctis affectuum pedibus in via Dei celeriùs proceditur, quàm ſolutis.*) Sapiens id clarè pronuntiat: *Iniice pedem tuum in compedes illius* (ſcilicet ſapientiæ) *& in torques illius collum tuum. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & baſes virtutis.* (Eccli.6,25) Liceat hîc cum B. Cypriano exclamare: *O pedes feliciter vincti, qui itinere ſalutari ad paradiſum diriguntur!* Alloquitur ipſe Martyres. Et genus quoddam martyrij dicunt Patres, ſic affectus habere vinctos & frenatos, vt numquam ſe aduerſus Dei nutum & rationem commoueant. Sed illi compedes erunt *in protectionem fortitudinis*, in robur animi, in firmamentum religionis & pietatis: quòd eo nihil ſit fortius, qui animi ſui perturbationes domitas habet, & obedientes rationi: tum erunt *baſes virtutis*, hoc eſt, veluti quædam ad pulchritudinem eximiæ, & ſingulari artificio poſitæ ſtylobatæ, in quibus vt ſpecioſiſſimæ Diuorum ſtatuæ, ſic virtutes omnes commodiſſimè reponantur. Vel erunt βάσεις, hoc eſt, *greſſus virtutis*, quòd ex illa affectuum omnium moderatione, non niſi excellentes actiones manabunt. ita Creſollius Myſtagogi lib.3. cap.6. (ANNOTATIONES CORDERII.)

6. *Ego clamaui, quoniam exaudiſti me*, &c.] Hîc Propheta mouetur ad precandū, & clamandum, eò quòd expertus fuit ſe ſæpiùs à Deo exauditum. Ideò, ait, clamaui, quia tu iam audieras, & vota mea expleueras. (*Deus hominis vota & vocem excitat.*) Et quia ſolitus es me exaudire, idcircò nunc *inclina aurem tuam, & exaudi me.* Duo autem hîc præmittit (inquit Caietanus) alterum propriæ fiduciæ in Deo: *Ego clamaui*, quia ſcio te intimo meo deſiderio reſponſurum. Alterum, defectus proprij meriti: *Inclina aurem tuam, & exaudi me.* In quo profitetur vocem ſuam non tanti eſſe meriti, vt ad aures Dei perueniat, niſi Deus vocis quodammodò defectum ſupplendo, inclinet aurem ſuam.

7. *Mirifica miſericordias tuas.*] Alij apud Vatablum vertunt, *ſegrega*: ſed minùs rectè, cùm à quo ſeparauerit, nihil ſit adiectum. Verbum autem *mirificandi* hîc magnam habet energiam. Pulchrè S. Gregorius: *Tunc*, inquit, *miſericordiæ Domini miræ apud noſmetipſos qui eripimur fiunt, cùm per eaſdem miſericordias, quàm grauia fuerint pericula quæ euaſimus, agnoſcimus.* (Lib.32. Moral.c.8. *Quando miſericordiæ Dei mirificentur.*) Et * alibi: *Tunc nobis miſericordiæ Dei mirificantur, cùm nobis ad memoriam miſeriæ noſtræ reuocantur.* (* Hom.18. in Ezech.)

8. *Cuſtodi me vt pupillam oculi.*] Quænam eſt illa pupilla Dei? Chriſtus, inquit Hugo Victorinus in Pſalm.21. Rectè meo iudicio & ſapienter: eſt enim Filius Dei: video autem in erudita antiquitate filios nominari oculos. (*Per oculos, filij ſignificantur.*) Quo ex more doctiſſimus Nazianz. Orat. 16. Filium dixit ὀφθαλμὸν ζωῆς, *oculum vitæ*, parentibus ſuis. Hinc in ludicris Onirocriticorum myſteriis, dexter oculus, ſignificat filium, inquit Artemidorus lib.1.cap.28. & oculos ſimillimos eſſe liberis, quòd ſint pulchri atque amabiles, & corporis ipſius lumina. Quin & Hebræi, quorum ſermo ſæpè myſticus cum elegantia iunctus eſt, *pupillam* vocant בַּת־עַיִן *bath hhain*, hoc eſt, *filiam oculi.* Vnde S. Hieronymus hunc Dauidis locum ita vertit, *cuſtodi me quaſi pupillam filiam oculi.* (*Deus nos amat vt pupillam oculi.*) Quantum igitur hoc valet ad excitandam hominum fiduciam, quos Deus vt *pupillam*, hoc eſt Filium ſuum Chriſtum, incredibili amore cuſtodit, & à malo tuetur? Addo ad humaniſſimam hanc Dei amantis prouidentiam illuſtrandam, in pretioſa illa pupilla nos omnes contineri, nec pium lædi vllum & violari poſſe, niſi diuina ipſa pupilla violetur. Sumus enim præſtabili Creatoris beneficio non modò filij, verùm etiam viuæ & expreſſæ illius imagines, ſemper in oculis perlucentes, vt noſtri obliuiſci non queat. Sic pupillæ proprium eſt referre imagines, vt ea cauſâ primigenia lingua *pupillam* vocet אִישׁוֹן *iſchon*, formâ diminutiuâ, quaſi *maſculum*, ſeu paruum virum dicas, quòd in ea ſemper intuentium

tium ſpecies, vt in terſo & polito ſpeculo, repræſentetur. Imitati Hebræos Græci, eandem appellauere κόρην, *virginem*, pupam, pupulam, pupillam. Deus humanum genus in pupilla continuò circumfert, de die, de nocte, videt omnium noſtrûm imagines, & eximio quodam amore rapitur ad nos protegendos. Illæ imagines neque tenebris, neque ſomno, non ægritudine, neque vllo alio caſu delentur. Habet enim oculum, vt ait Chryſoſt. ἀκοίμητον, numquam dormientem, non conniuentem. Omnia in conſpectu illius lux ſunt, & ad viuum ſuis ſe formis & naturis explicant. Aſclepiodoto viro ſapienti, noctis tenebræ, quo minùs legeret, impedimento non erant, vt Photius meminit: adeo viuidos habuit oculos, tamque luminoſos. Multò minùs tenebræ vllæ impedient Deum, qui lumen eſt, ne aſſiduè nos intueatur, noſtri imaginem ferat, nos diligat. In æterna Dei pupilla omnium noſtrûm manent imagines, quas in eis ſummus amor effinxit, nec eaſdem ipſa æternitas deletura eſt. Qua ex re tantam animi conſolationem hauriebat Anaſtaſius Papa IV. vt pro ſymbolo honorato, diuinũ hoc hemiſtichium tulerit: *Cuſtodi me vt pupillã oculi.* Par votum eſt piorum omnium, qui in huius vitæ ærumnis, in difficultatibus, in periculis, ad immenſam Dei miſericordiam confugiunt. Quorum metus & angores, afflictumque animum ſuſtentat, & intimâ ſuauitate reficit amabiliſſimo illo Vatis oraculo: *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.*

Deus nos ſemper in oculis gerit.

Zach. 2, 8.

Hoc autem peculiari ratione de virginibus ſacris, & hominibus Deo dicatis, intelligendũ eſt. Eſt enim magna pupillæ virginiſque cognatio, magnus nexus. Græcè κόρη *pupillam* ſignificat, & *virginem*; quia nempe virgo quælibet, vt pupilla ſollicitè ab omni leuitatis palea cuſtodiri, & ab omni impuritatis puluiſculo ſubduci debet. Minimis quibuſque rebus turbatur oculus & infeſtatur: ferre arenulas manus, & pedes, aliaque corporis membra poſſunt, oculi non poſſunt; adeò vt neceſſe fuerit illos palpebris, ciliis & ſuperciliis ad cuſtodiam à natura præmuniri. Haud ſanè minùs ſollicitè cuſtodiri & virgo debet. Idcircò cum oculo oculiue pupilla virgo comparatur, quia parietibus veluti palpebris debet recludi, & ab omni leuitatis & inuerecundiæ palea, à minimo quoque puritatis impedimento ſubduci. Pulchrè S. Chryſoſt Hom. 22. ad popul. *Pupilla*, inquit, *appellatur oculus, vt, ſicut ille duabus palpebris, velut in quodam conclaui, clauſus eſt, ita & virgo permaneat.* Sic ille. Quàm facile læditur pupilla! quàm facilè, & quàm minimis caſtimonia! nihil tam exiguum, quod cauere non debeat qui caſtitatem amat, vel leuis puluiſculus puritatis pupillam turbabit: ergo etiam à leuiſſimis caueat, qui maxima timet, atque adeò vix reparanda pudicitiæ damna. Id quod pulchrè Saluianus lib. 3. de Prouidentia, his verbis declarat: *Perfectæ & ſinceriſſimæ ſanctitatis volens cultores ſuos facere Saluator, iuſſit ab his cautiſſimè etiam minima vitari; & vt quàm pura eſt pupilla oculi, tam pura eſſet Chriſtiani omnis vita: vt, ſicut ſaluâ intuitus incolumitate pulueris labem in ſe oculus non reciperet; ſic vita noſtra labem in ſe penitus impudicitiæ non haberet.* Dauid ergo ab omni labe purus eſſe deſiderans, ſimilem pupillæ oculi cuſtodiam à Deo poſtulat; quam ſimul aliâ metaphorâ illuſtrat:

Pupillæ & virginis affinitas.

Virgo vt pupilla cuſtodienda.

Chriſtiani vita, ab omni labe impudicitiæ cuſtodienda.

Sub vmbra alarum tuarum protege me.] In Hebræo eſt nomen סֵתֶר *ſether*, quod propriè *tegumentum* ſignificat: tanquam ipſa protectio ad modum alarum ſe habeat, quas ſuper pullos aues expandunt. Ita Chriſtus accuratam quam ſuorum habet curam ac protectionem ſignificãs, ſemetipſum comparat gallinæ pullos ſub alas ſollicitè congreganti, & ſedulò protegenti. Alarum inſuper metaphora celeritatem commendat diuinæ opitulationis, & promptitudinẽ protectionis: vti pulchrè Græcus Commentarius. S. Baſilius ad hunc locum notat: *Aliâ*, inquit, *denuò vſus ſimilitudine precatur, vt prouidentiâ diuinâ frui poſſit. Alarum autem appellatione celerem & compendioſam diuinæ prouidentiæ ſecuritatem exprimit.* Quiſquis igitur vel malorum hominum, vel etiam dæmonum inſidiis & inſultibus vrgetur, ſi ad Dei protectionem confugerit, & ſub diuini auxilij alas ſe contulerit, nihil ei vltrà timendum erit.

Dei protectio cum alis comparatur.

Matt. 23, 37.

10. *Adipem ſuum concluſerunt.*] Symmachus, τῷ στέατι αὐτῶν ἀπεφράγησαν, *adipe ſuo concluſi ſunt*, aut *concluſerunt*, vt S Hieronymus propiùs ad hebraiſmum. Vbi nota cum Ianſenio, hæc verba duplicem poſſe habere ſenſum. Primum, vt per *adipem* viſcera intelligantur, circa quæ ſolet eſſe multa pinguedo: per viſcera autem ſignificetur miſericordia, quæ in viſcerum commotione ſentitur. Alterum, vt per *adipem* intelligatur opum affluentia, quæ ſuperbiæ, contemptus Dei hominumque, cauſa pleriſque eſſe ſolet, iuxta illud: *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus: dereliquit Deum factorem ſuum.* Ita in Iob dicitur: *Cucurrit aduerſus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt: operuit faciem eius craſſitudo, & de lateribus eius aruina dependet.* Vnde etiam alius Pſalmus ait: *Prodijt ex adipe iniquitas eorum*, &c. S. Auguſtinus *adipem* intelligit *lætitiam*. *Lætitiâ*, inquit, *ſuâ pingui cooperti ſunt*; quaſi nimirum ad ſanguinem inhiantes, & necem eius animo concipientes, exultatione geſtirent. Sic alibi etiam in Pſalmis *adeps* pro lætitia accipitur: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Agellio autem exquirenti quidnam ſit *adipis concluſio*, locus Oſee occurrit, ex quo hunc Pſalmi locum elucidat. *Occurram eis*, inquit Deus, *quaſi vrſa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum*, ſeu *cordis eorũ*, ſic enim Hebræus habet. quem locum Septuag. verterunt, καὶ διαρρήξω συγκλεισμὸν καρδίας αὐτῶν, *& dirumpam concluſionem cordis eorum*: hoc eſt, duritiam, denſitatem & conſtipationem cordis eorum, per tumorem, ſuperbiam & obſtinationem. Quod ergo in Oſee eſt *concluſio cordis*, hoc eſt in hoc Pſalmo *adipis concluſio*. Sic alibi in Pſalmis dicitur, *Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum:* hoc eſt, obduratum, denſatum, conſtipatum. In Hebræo autem idem nomen חלב & lac & adipem ſignificat, ſolis punctis variatis: *halab* enim lac eſt, *heleb* verò adeps. Adde, quòd magnam habeat affinitatem litterarum cum dictione לֵב *leb*, quæ cor ſignificat: ita vt quod in Pſalmo 118. dictum eſt cor ſuperborum eſſe coagulatum, idem ſit cum eo quòd dicuntur adipem ſuum concluſiſſe. Vnde liquet tam

Adeps quid ſignet.

Deut. 32, 15.

Iob 15, 27

Pſal. 72. 7.

Pſal. 62, 6.

Quid adipis concluſio deſignet.

Oſee 13, 8.

Pſal. 118, 70.

tam lactis coagulationem, quàm adipis concluſionem, cordis obdurationem, & animi ſuperbiam deſignare.

Proiicere, & laudare vt cohæreant.

11. *Proiicientes me.*] Symmachus vertit, *μακαρίζοντές με, beatificantes me*, id eſt, me beatum prædicantes, ita vt laudare, aut beatū prædicare idem ſit quod proiicere. Hinc apud Hebræos verbum ידה *iadah*, non ſolùm *proiicere*, ſeu *deiicere*, ſed etiam *laudare*, ac *celebrare* ſignificat; vt notat Pagninus in Lexico, & Oleaſter in cap. 49. Geneſeos, vbi has duas inter ſe aduerſas notiones in concordiam vocare conatur; quia nempe ille qui laudat, in laudatum laudes proiicit. Veriùs fortè dixiſſet, illum ipſum qui laudatur proiici deiicique dum laudibus obruitur. Sic enim plerumque fit, vt adulatores, dum quempiam laudibus efferunt, deiicere ac ſternere tentent, & ſæpè illum mente reiiciant ac ſpernant, quem verbis videntur extollere. Adeò vt talis prædicatio proiectio ſit, atque ita beatificare, verius ſit proiicere, vt in idem recidat proiici & beatificari. Iſtiuſmodi ergo laudem oportet proiicere, ne à laudatoribus blandis proiiciamur. Excutiuntur ſtatim ſcintillæ ignis, cùm in nos aduolarint: non ſegniùs excutiantur & laudes. Nam, vt Salomon ait, *Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurū; ſic probatur homo in ore laudantis.* Latet igitur ignis in laudibus, vt flammas videatur in nos euomere, qui nos laudat. Certè ſcintillæ illa verba ſunt, quibus euehimur laudibus, quæ niſi excutiantur, nos amburent. Sicut ergo ſcintillæ ignis excutiuntur à veſtimentis, ſic excuti à mentibus debent verba laudantium. Comburi vult, qui has ſcintillas apud ſe retinet, oblatas laudes mentis excipit ſinu, & gaudet dum laudatur. Deceptoria plerumque laus eſt, & magis nocent blandi laudatores, quàm hoſtes ſæuientes.

Prou. 27, 21.

Deceptoria laus venenum habet, cùm mel præfert.

Olim ad mortem damnatis pocula melle perfuſa propinabantur, quæ lethali veneno referta, mortem inferebant. Idem in laudibus time, idem caue. Indicat hoc Syneſius de Regno, dum ait: Ὁ δ' ἐφ' ἅπασι γιγνόμενος ἔπαινος, σὺν ἡδονῇ λυμαινόμενος, ἐοικέναι μοι δοκεῖ τῷ φαρμάκῳ, ἃ μέλιτι δεύσαντες τοῖς ἀπολουμένοις ὀρέγουσιν. *Ea ex omnibus laus, quæ perniciem cum voluptate adfert, venenatis potionibus ſimilis mihi eſſe videtur, quas melle perfuſas, morituris propinant.* Nemo igitur tam fatuus ſit, qui decipi falsâ laudum dulcedine ſe ſinat; moriturus, ſi venenum traiiciat, imò ſi vel tantùm deguſtet. adeò nocens hoc venenum eſt, illicò hominem deiicit & occidit.

Oculos in terram declinare, ſignum crudelitatis eſt.

Ibidem. *Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.*] Terram ſcilicet aſpiciunt, qui crudelia meditantur. Nam qui cælum ſuſpicit, Deumque eſſe ſupremum iudicem, & ſcelerum vindicem in eo reſidere intelligit, nequaquam ad nocendum aliis animum adducet. Aquila vertit, τοῦ ἐκκλῖναι ἐν τῇ γῇ, *ad declinandum in terram*; Symmachus, παρεκκλίνειν ἐν τῇ γῇ, *detorquere, & quaſi altera ex parte declinare in terram.* q. d. Statuerunt oculos ſuos, vt viderent ſicubi pedes mei declinarent, vel vt me declinare facerent. Vnde Euſebius commodè expoſuiſſe videtur, περισαλεῦσαί με, καὶ ἀποκινῆσαι τῆς στάσεως, καὶ τῆς κατὰ Θεὸν πορείας ἐσπούδαζον. *Commouere me, & dimouere à ſtatu meo, & à progreſſione itineris ſecundùm Deum, ſatagebant.*

13. *Exurge Domine*, &c.] De ſalutis inimico loquitur, qui vi & excogitatâ improbitate in perniciem immineat. *Exurge*, inquit, ô Deus, *præueni eum.* in fonte eſt, *Præueni faciem eius:* hoc eſt, occurre venienti, reſiſte in faciem, armorum tuorum potentiam obiice, comprime ferociam, prior occupa, & venientem aggredere. *Supplanta eum*, deiice in terram, illide ſolo, & fortiſſimâ tuâ manu proſtratus, mordeat humum, vitâ ſpirituque ſpolietur. Vel, vt eſt in lingua ſancta, *incurua eum*, contunde audaciam, lectiſque ſpoliis victor ego tibi epinicia concinam.

Iuſti malunt à Deo ipſo quàm ab improbis affligi ſeu puniri.

Ibidem. *Eripe animam meam ab impio*, &c.] Id eſt, tolle poteſtatem me perſequendi ab hoſtibus potentiæ tuæ, quorum iniuriis valdè diſcrucior. Ægerrimè ſanè ferunt iuſti, ſe à malis affligi; quare quando peccarunt, ſupplicium ſibi potiùs ab ipſo Deo, quàm ab alio infligi petunt. Deus enim per ſe filios quos amat, caſtigat; hoſtes verò ac reprobos aliis ſatellitibus puniendos tradere conſueuit. Quod probè agnoſcens Dauid, dicit: *Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.* In Hebræo conſtruitur & interpungitur hoc modo, *Ab impio frameâ tuâ, ab inimicis manu tuâ.* Malus enim & hoſtis Dei eſt gladius, & manus ipſa quâ Deus malos alios punit, & bonos exercet. vt apud Iſaiam, Aſſur *virga furoris Domini & baculus ipſe eſt.* ita D. Hieronymus & Genebrardus hunc locum interpretantur. *Iſaiæ 10, 5.*

14. *Domine à paucis de terra*, &c.] Varias lectiones, & earumdem explicationes habes ſuperiùs in Commentario Græco. Hic tantùm addam expoſitionem Coſmæ Indicopleuſtæ, Ὀλίγους τοὺς σωζομένους καλεῖ, ὡς τὸ, τί ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; ἀπὸ τούτων δέχεται τοὺς ἐχθροὺς χωρισθῆναι ἔτι ζῶντας, ἤγουν τοὺς πονηροὺς, ἵνα μὴ τῇ συναναστροφῇ τοὺς ἀκεραιοτέρους βλάπτωσι. γαστέρας δὲ περιφραστικῶς αὐτοὺς καλεῖ τοὺς ἐχθροὺς, οὓς καὶ χορτασθῆναι λέγει ἐκ τῶν κεκρυμμένων τιμωριῶν, τῶν ἀφανῶν δηλαδὴ, καὶ ἀνελπίστως ἐπερχομένων. ὡς καὶ μέχρις υἱῶν καὶ ἐκγόνων αὐτῶν εἰς κόρον ἀπολαύειν, διὰ τὸ πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀφομοιοῦσθαι. *Paucos eos qui ſaluantur vocat, iuxta illud: Quàm pauci ſunt, qui ſaluantur! Ab his precatur hoſtes diuidi adhuc viuentes, nimirum improbos homines, ne conuerſatione ſuâ ſimpliciores lædant. Ventrem præterea paraphraſticè eoſdem hoſtes appellat, eoſque adimplendos ait abſconditis, ſuppliciis nimirum occultis, & ex inſperato aduenientibus, ita vt etiam filij & nepotes eorum illis ipſis ad ſatietatem fruantur, cùm ſeſe ad parentum ſimilitudinem compoſuerint.* Simili ferè ratione hic locus etiam in Commentario exponitur, & in Catena.

Pauci ſunt illi qui ſaluantur. Luc. 13, 23.

Ibidem. *Saturati ſunt filijs.*] Ita optimi codices. Et, ſi ratio habeatur vocis Hebraicæ בנים *banim*, non potuit aliter verti, quàm Latinè *filiis*; Græcè υἱῶν, prout habent codices Complutenſes & Regij. Codex Vaticanus habet ὑείων, *porcinis*, quod inde videtur profluxiſſe, eò quòd in antiquioribus libris ſcriptum eſſet ſine accentu, & librariis vſitatum eſſet ad ι litteram adiungere υ, viciſſimque ad υ adiungere ι. In quibuſdam etiam reperitur ὑῶν, *porcis*: in Scholio autem codicis Vaticani ad marginem appoſito ad verbum ὑῶν, hæc leguntur: Ἀντὶ τοῦ ἀκαθαρσίας: Οὐ μόνον γὰρ αὐτοὶ ἀκάθαρτοι γεγόνασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῶν τῆς ἀκαθαρσίας μετέδωκαν. Id eſt, *Pro immunditia: non ſolùm enim ipſi immundi fuerunt, ſed etiam filiis ſuis immunditiam communicauerunt.* In aliis etiam

Vnde varietas lectionum huius loci orta ſit.

iam

ANNOTATIONES CORDERII.

iam codicibus eſt υἱῶν, atque ad eum locum ſic legitur: Ἐχορτάσθησαν τῶν παρανομιῶν, *impleti ſunt iniquis.* Καὶ ἄλλως· πάσης, φησὶ, παρανομίας ἐνεπλήσθησαν, καὶ εἰς παῖδας τὰ αὐτῶν παρέπεμψαν. *Et aliter: Omni, inquit, tranſgreſſione repleti ſunt, & ad filios ſuos tranſmiſerunt.* Apollinarius quoque in Paraphraſi habet:

Πλησθέντες σιάλων, λίπον υἱέσι λείψανα δαιτός.

Impleti porcellis, reliquerunt filiis reliquias conuiuij.

In Pſalterio Romano & Arabico, & apud Arnobium eſt *porcinâ.* S. Paulinus in Epiſt. vltima ad S. Auguſtinum vtramq; lectionem agnoſcit, cùm ſcribit: *Saturati ſunt porcinâ, vel, ſicut in quibuſdam Pſalteriis ſcriptum audio, ſaturati ſunt filiis.* Eamdem varietatem notat S. Auguſt. in Epiſtola, quâ reſpondet Paulino: & in hunc Pſalmum adfert hæc: *Sanè illo verſu, vbi dictum eſt, Saturati ſunt porcinâ; nonnulla exemplaria, Saturati ſunt filiis, habent. Ex ambiguo enim Græco interpretatio duplex venit.* Omnino in Græcis codicibus lectio υἱῶν frequentior eſt & melior.

Sunt autem qui hæc verba, *Saturati ſunt filiis,* ad nefariam cædem immolationemque filiorum referant: idque Euſebius etiam probauit, dicens: Τῶν ἰδίων γεννημάτων ἐκορέσθησαν, ὧν λείμματα τοῖς ἐν αὐτοῖς νηπίοις καταλελοίπασι. τοῦτο δὲ ἐν ἀραῖς Λευιτικοῦ εἴρηται· Καὶ φάγεσθε τὰς σάρκας τῶν υἱῶν ὑμῶν. *Suâ prole ſaturati ſunt, quorum reliquias paruulis qui inter eos erant, reliquerunt. Id autem in execrationibus Leuitici dictum eſt: Et edetis carnes filiorum veſtrorum.*

Iudæis execratio data de filiorum carnibus comedendis.

Leuit. 26, 29.

Ad eumdem ferè modum Heſychius, Τὸ ἐχορτάσθησαν υἱῶν, ἐπεὶ μὴ πρόσκειται τῶν ἰδίων, ἢ σῶν, ἢ τοῦ Ἰσραὴλ, δύναται ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, ἵνα ᾖ, ἐχορτάσθησαν τῶν υἱῶν σου, οἵτινές εἰσιν Ἰσραήλ. *Illa verba, Saturati ſunt filiis, quia non eſt additum Propriis, aut Tuis, aut Iſraël, poſſunt ad Iſraël referri: vt ſit, Saturati ſunt filiis tuis, qui ſunt Iſraëlitæ.* Fuſiùs idem exponit hoc modo Euſebius: Διδάσκει διὰ τούτων, ὡς τῶν μὲν ἀσεβῶν, καὶ τῶν πολλάκις ὀνομασμένων ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ, ἡ μερὶς, καὶ ὁ κλῆρος, καὶ πᾶσα ἡ περιουσία ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ τυγχάνει, καὶ ἐν τῷ θνητῷ βίῳ, ἐν ᾧ καὶ ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν πάσης τροφῆς, καὶ πάσης ἀπολαύσεως, καὶ τρυφῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν κεκρυμμένων φησὶν, ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἑρμήνευσε, καὶ τῶν ἀποθέτων. ὅσα γάρ ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, καὶ τῇ θνητῇ ζωῇ τίμια τῶν νομιζομένων ἀποθέτων καὶ ἀποκρύφων ἐχρήσαντο. Αὐτοὶ γοῦν καὶ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ πάντα γῆς μέταλλα περιειργάσαντο, λίθους τε παντοίους τιμίους καὶ πολυτελεῖς ἐξηρεύνησαν, καὶ τούτων ἁπάντων ἐπλήσθησαν, τέκνων τε, καὶ υἱῶν, καὶ θυγατέρων ἐνεπλήσθησαν. διὸ ἐπιλέγει· ἐχορτάσθησαν υἱῶν. καὶ οὐ μόνον γε αὐτοὶ τούτων ἐχορτάσθησαν, ἀλλ' ἐμπλησθέντες αὐτοί τε περιττεύει, κλήρους καὶ διαδοχὰς τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐγγόνοις καταλελοίπασι. *Docet per hæc verba, quòd impiorum hominum, & eorum quos frequenter Dei hoſtes appellauit, pars & hereditas, & copia omnes in hac præſenti vita ſint; in qua repletus eſt venter eorum vario cibo, multiſq; voluptatibus ac deliciis; nec non abſconditis, inquit: pro quo Symmachus vertit, Et repoſitis. Nam ſi qua ſunt in hoc ſæculo, & hac mortali vita, quæ expetantur, & repoſita & abſconſa putentur, habuerunt. Ipſi certè & aurum & argentum, & omnia terræ metalla exquiſierunt: lapides etiam varios pretioſos & præclaros ſcrutati ſunt; & his omnibus expleti, filiis quoque & filiabus ſatiati ſunt. Ideo ſubiungit, Saturati ſunt filiis. Neque ipſi ſolummodò his rebus ſatiati ſunt; ſed ipſi primùm expleti, hereditates & ſucceſſiones poſteris reliquerunt.*

Impiorum felicitas in hac vita, in quibus ſita ſit.

Et poſt pauca; quia per vocem *abſcondita,* pœnas illis à Deo reſeruatas intellexerat, conſequenter ſatietatem, pœnæ magnitudinem intelligit, eiuſque reliquias in caput filiorum redundaturas. Eius hæc verba ſunt: Οἶδα, φησὶ, ὡς τὴν δικαίαν σου τιμωρίαν οὐ μόνον αὐτοῖς ἐπάξεις, ἀλλὰ καὶ τοῖς υἱοῖς καὶ τοῖς ἐγγόνοις τὴν προγόνων πονηρίαν μιμησαμένοις. *Scio, inquit, te iuſta ſupplicia non modò ipſis illaturum, ſed etiam liberis & nepotibus, qui parentum nequitiam fuerint imitati.*

Porrò ex hac tanta lectionum diuerſitate ſatis conſtat, quàm neceſſaria ſit vtriuſque, Græcæ ſcilicet & Hebraicæ, linguæ cognitio ad genuinum ac proprium Scripturæ ſenſum intelligendum, ſine quâ, vti hic præſens, ita & alia plurima ſacræ paginæ loca intelligi aut explicari minimè poſſunt; quemadmodum S. Auguſt. Epiſt. 58. de hoc Pſalmi loco nominatim aſſerit, poſtquam conſultis exemplaribus Græcis, vnde illa in Latinis orta ſit diuerſitas, haud operoſè intellexit. Nam cùm eſſet ἐχορτάσθησαν υἱῶν, *ſaturati ſunt filiis,* alij vnâ demptâ litterulâ ὑῶν legerũt, hoc eſt *ſuibus* vel *porcinâ.* Priorem autem lectionem eſſe genuinam, non conſtat modò è proximè ſequentibus verbis, vbi νήπιοι, *paruuli,* nominantur, quod cum filiis rectè conuenit; verùm etiam ex Hebræo fonte, cuius dictio (vti anteà diximus) propriè filios ſignificat. Vt hinc liquidò appareat, quantum proſit vtriuſque linguæ peritia ad intelligentiam diuinarum Litterarum. Atque vt meliùs eadem ipſa verba illuſtrarentur, videte quid magnus ille Doctor fecerit. *Inſpexi,* inquit, *etiam codices Græcos, vtrùm datiuus caſus eſſet, quod dictum eſt, filiis; an genitiuus, quo illa lingua vtitur pro ablatiuo, & inueni genitiuum.* Vnde vlteriùs patet, vt etiam apicum, interpunctionum & caſuum minuta obſeruatio in Scripturis minimè negligenda ſit, cùm ex illorum varietate, ſententiæ quoque diuerſitas oriatur. Nam (vt in præſenti exemplo maneamus) cùm dico, *Saturati ſunt filiis,* ſi dandi caſu ponitur *filiis,* ſenſus hic erit, eos ſaturos in commodum filiorum fuiſſe: quemadmodum ſi quis in gratiam filiorum magnos & opulentos theſauros comparauiſſet, rectè diceretur, illum eſſe diuitem liberis, id eſt, in vſum liberorum. At verò cùm in auferendi caſu ponitur, copiâ & numero filiorum redundauiſſe familiam ſignificat, in quo magnam felicitatis ſuæ partem Hebræi collocabant.

Quàm neceſſaria ſit Græcæ & Hebraicæ linguæ cognitio, ad intelligendas Scripturas.

15. *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.*] S. Hieronymus ex Hebræo vertit, *implebor, cùm vigilauero, ſimilitudine tuâ:* videlicet poſt excitationem à mortuis. Illa eſt glorioſa expletio, quæ nihil vacuum & inane dimittit, nihil quod prætereà poſſit animus appetere & perſequi. Beata ſaturitas ſine nauſea, voluptas ſine faſtidio, perennium deliciarum vſus abſque mollitie, & continua ſine labore vllo felicitas. Dum viuimus, oculos & animos gerimus inſatiabiles; quò plus ingeritur, plus appetunt: nulla hîc lætitiæ plenitudo: lætamur, ſed non implemur: in ſuperficie natat hilaritas noſtra, mœror in profundo hæret. Ideò Rex Dauid ſublimi ſpiritu, *Quid mihi eſt in cælo,* ait, *& à te quid volui ſuper terram?* Domine, aulici mei miniſtri modò hanc, modò illam animi relaxationem mihi monſtrant, vt ad hilaritatem me prouocent: at ego nihil vſquam reperio,

Qualis ſit ſatietas Beatorum.

Nihil eſt in hac vita quod nos ſatiet.

Pſal. 72, 25.

reperio, quod ſolidè vel exhilaret, vel ſatiet. Quantumuis opulentiſſimi regni diuitiis ac deliciis circumfluam, nondum tamen ſatiatum eſt cor meum. Quidquid hactenus ingeſſi, exaruit & euanuit, perinde ac ſi hydriolam aquâ plenam, in accenſum clibanum effundas, vi caloris mox omne abſorbetur. Pectus meum adhuc vacuum eſt & eſuriens: nec illud, credo, ſatiarem, ſi omnes mundi delicias, ſi centum, ſi mille regna ingererem. Nulla hîc ſatietas; *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* Vide Drexelium libro ſecundo de Cælo, capite XI. vbi concionatoriè ac rhetoricè fuſiùs locum hunc amplificat elegánter. PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM XVII. ARGVMENTVM.

α΄. Εἰς τὸ τέλος τῷ παιδὶ κυρίου τῷ Δαβίδ, ἃ ἐλάλησε τῷ κυρίῳ τοὺς λόγους τῆς ᾠδῆς ταύτης, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐρρύσατο αὐτὸν κύριος ἐκ χειρὸς πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ, καὶ εἶπεν.

Δήλη ἡ ἐπιγραφὴ, καὶ ἑρμηνείας μὴ δεομένη. Ἔγκειται δὴ ἐν τῇ τῶν βασιλειῶν ἱστορίᾳ τοῦδε τοῦ ψαλμοῦ ἡ διάνοια. Θαυμάσαι δὲ ἄξιον τὴν τοῦ προφήτου φιλοσοφίαν. Τοσαύτας γὰρ ἐπιβουλὰς παρὰ τοῦ Σαοὺλ ὑπομείνας, οὐ συνέταξεν αὐτὸν τοῖς ἐχθροῖς, ἀλλὰ πολεμίων χωρίσας, οὐχ ὡς δυσμενοῦς ἐμνημόνευσεν. Εἰς τὸ τέλος δὲ πρόσκειται, ἐπειδὴ καὶ προφητείαν ἔχει τῆς τῶν ἐθνῶν ἐκκλήσεως, καὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀλλοτριώσεως, ἃ μακροῖς ὕστερον ἐγένετο χρόνοις.

1. In finem puero Domini Dauid, * quæ locutus eſt Domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saül: & dixit. * vulg. qui

Clara eſt inſcriptio, & explicatione non indiget. In hiſtoria autem Regum ſenſus huius Pſalmi poſitus eſt. 2. Reg. 22. *Verùm admiratione digna eſt Prophetæ huius philoſophia. Cùm enim tot inſidias à Saüle ſuſtinuiſſet, haudquaquam tamen ipſum inimicis annumerauit; ſed eo ab inimicis ſegregato, eius non tamquam maleuoli meminit.* David immemor iniuriarum. In *finem verò inſcribitur; quia nimirum etiam continet vaticinium de Gentium vocatione, & Judæorum repudiatione, quæ multis pòſt ſæculis contigerunt.*

PARAPHRASIS.

β΄. ἈΓΑΠΗΣΩ σε κύριε ἡ ἰσχύς μου.

γ΄. Κύριος στερέωμά μου, καὶ καταφυγή μου, καὶ ῥύστης μου.

Ὁ θεός μου, βοηθός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν.

Ὑπερασπιστής μου, καὶ κέρας σωτηρίας μου, καὶ ἀντιλήπτωρ μου.

Ὑπισχνεῖται ὁ μακάριος Δαβὶδ τὸν θεὸν ἀγαπήσειν, οὐχ ὡς οὐδέπω τοῦτο τέλειον κατορθώσας, ἀλλὰ κόρον τῆς ἀγάπης λαβεῖν οὐκ ἀνεχόμενος. εἶτα τὰς εὐεργεσίας θείας ποιεῖται προσηγορίας, καὶ τὸν κατάλογον ὧν ἔτυχεν ἀγαθῶν, κατάλογον ὀνομάτων ἐργάζεται. Καὶ καλεῖ τὸν θεὸν ἰσχύν, ὡς ταύτης μεταλαχών·

2. DILIGAM te Domine fortitudo mea.

3. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Deus meus, adiutor meus, & ſperabo in eum.

Protector meus, & cornu ſalutis meæ, & ſuſceptor meus.

Promittit beatus Dauid ſe Deum dilecturum eſſe, non quòd hoc perfectè nondũ impleuerit; ſed quòd nulla ipſum amoris huius ſatietas caperet. *Gratitudo Dauidis erga Deum.* Deinde diuinæ beneficentiæ denominationes recenſet, & iuxta numerum beneficiorum in ſe collatorum, numerum appellationum componit. Hinc vocat Deum *fortitudinem*, tamquam hanc conſecutus: *fir-*

PARAPHRASIS PATRVM.

firmamentum, tamquam firmus contra hoſtes effectus: *refugium*, cùm Deum vt murum, & firmum vallum habuerit: *liberatorem*, tamquam per Deum ab inimicis liberatus: *adiutorem*, tamquam illinc opem nactus: *protectorem*, vt anteſignanum in tempore factum: *cornu ſalutis & ſuſceptorem*, tamquam eius prouidentiâ ſeruatus.

4. Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero.

Hic diſcimus, de beneficiis ex merâ liberalitate collatis gratias agere, & rurſus neceſſaria poſtulare. Hoc enim, inquit, faciens, inimicis ſuperior euadam. Deinde recenſet omnigenos inimicorum inſultus.

5. Circumdederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

6. Dolores inferni circumdederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.

Dolores mortis *quales.*

Dolores mortis & *inferni*, vocat mortis pericula. Quemadmodum enim dolores ſunt prope ipſum partum; ſic maxima diſcrimina ad mortem appropinquant.

Torrentes iniquitatis *quid.*

Torrentes autem *iniquitatis*, iniuſtos atque frequentes inimicorum impetus appellauit. Etenim ſicut torrens aquarum concurſus hinc inde venientes recipiens, repentè impetum facit: ſic etiam Saül, ceteriq́ue hoſtes impreſſionibus vtebantur.

Laquei mortis *qui.*

Laqueos autem *mortis*, inſidias nuncupauit. Nam quod animalibus laqueus eſt, hoc iis qui bello petuntur, ſunt inſidiæ.

7. In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui:

Et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam: & clamor meus in conſpectu eius, * introibit in aures eius.

* *Vulgata* introiuit

A tot tantiſque calamitatibus obſeſſus, omni humano auxilio deſpecto, diuinam opem implorauí, nec ſpes me fefellit: nam actutum meas preces admiſit. *Templum*

Spes in Deum non fallit.

στερέωμα, ὡς στερεὸς κατὰ πολεμίων γινόμενος· καταφυγήν, ὡς τεῖχος ἐσχηκὼς τὸν Θεὸν καὶ περίβολον ὀχυρόν· ῥύστην, ὡς διὰ τοῦ Θεοῦ τῶν δυσμενῶν ἀπηλλαγμένος· βοηθόν, ὡς ἐκεῖθεν ἐπικουρίας τυχών· ὑπερασπιστήν, ὡς πρόμαχον ἐν καιρῷ γεγενημένον· κέρας σωτηρίας καὶ ἀντιλήπτορα, ὡς τῇ αὐτοῦ προμηθείᾳ διασωθείς.

δ΄. Αἰνῶν ἐπικαλέσομαι τὸν κύριον, καὶ ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου σωθήσομαι.

Ἐνταῦθα διδασκόμεθα χάριν μὲν ὁμολογεῖν ὑπὲρ τῶν ὑπηργμένων ἀγαθῶν, αἰτεῖν δὲ πάλιν τὰ ἐκ δέοντα. τοῦτο γάρ, φησί, ποιῶν, κρείττων ἔσομαι τῶν δυσμενῶν. Εἶτα διηγεῖται τὰς παντοδαπὰς τῶν πολεμίων ἐπαναστάσεις.

ε΄. Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου, καὶ χείμαρροι ἀνομίας ἐξετάραξάν με.

ϛ΄. Ὠδῖνες ᾅδου περιεκύκλωσάν με, προέφθασάν με παγίδες θανάτου.

Ὠδῖνας θανάτου καὶ ᾅδου, καλεῖ τοὺς θανατηφόρους κινδύνους. Καθάπερ γὰρ αἱ ὠδῖνες παρ' αὐτὸν γίνονται τὸν τόκον, οὕτως οἱ μέγιστοι κίνδυνοι τῷ θανάτῳ πελάζουσι. χειμάρρους δὲ ἀνομίας τὰς ἀδίκους καὶ ἀθρόας τῶν ἐχθρῶν προσβολάς. Καθάπερ γὰρ ὁ χείμαρρος τὰς τῶν ὑδάτων συρροίας, ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν φερομένας δεχόμενος, ἐξαπιναίως προσβάλλει, οὕτω Σαοὺλ καὶ οἱ ἄλλοι πολέμιοι ταῖς ἐφόδοις ἐχρῶντο. Παγίδας δὲ θανάτου, τὰς ἐνέδρας ἐκάλεσεν. ὅπερ γὰρ τοῖς ἀλόγοις ἡ παγίς, τοῦτο τοῖς πολεμουμένοις ὁ λόχος.

ζ΄. Ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐπεκαλεσάμην τὸν κύριον, καὶ πρὸς τὸν Θεόν μου ἐκέκραξα·

Καὶ ἤκουσεν ἐκ ναοῦ ἁγίου φωνῆς μου, καὶ ἡ κραυγή μου ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσελεύσεται εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ.

Ὑπὸ τοσούτων πολιορκούμενος συμφορῶν, πάσης ἀνθρωπίνης καταφρονήσας ἐπικουρίας, τὴν θείαν ἐπικαλεσάμην ῥοπήν, καὶ τῆς ἐλπίδος οὐκ ἐψεύσθην· παραυτίκα γάρ μου τὰς ἱκετείας ἐδέξατο. Ναὸν

δὲ

δὲ ἐνταῦθα οὐ τὸν χειροποίητον λέγει (οὐ γὰρ ᾠκοδόμητο τηνικαῦτα) ἀλλὰ τὸν οὐρανόν.

η. Ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ, καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων ἐταράχθησαν, καὶ ἐσαλεύθησαν, ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ θεός.

θ. Ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ πῦρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ καταφλεγήσεται· ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ.

Ταῦτα ἅπαντα τέθεικεν, οὐχ ὡς πάντως οὕτω γεγενημένα, ἀλλ' ὡς οὕτω τῇ πίστει νενομισμένα. Οὐ μόνον δὲ τιμωρούμενος ὁ θεός, ἀλλὰ καὶ δεδιττόμενος τοὺς ἀνθρώπους, τοιαῦτα πολλάκις πεποίηκε, βρονταῖς καὶ σεισμοῖς ἐκπλήττων, καὶ πυρί. Οὕτω τὸν Ἰσραὴλ δεδίξασθαι θελήσας, τὸ Σινᾶ ὄρος καπνιζόμενον ἔδειξε. Διὰ τούτων τοίνυν ὁ παρὼν προφήτης, τὴν τοῖς πολεμίοις ἐπενεχθεῖσαν τιμωρίαν ἐμήνυσε. Διδάσκει δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, μὴ τὰ ὅμοια δρᾶν, ἵνα μὴ τὰ ὅμοια πάθωσιν.

ι. Ἔκλινεν οὐρανούς, καὶ κατέβη, καὶ γνόφος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.

ια. Καὶ ἐπέβη ἐπὶ Χερουβίμ, καὶ ἐπετάσθη, ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων.

ιβ. Καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ.

Πάλιν ἐνταῦθα τοῦ θεοῦ τὴν ἐπιφάνειαν διηγούμενος, ἱκανὸν τοῖς ἀκροαταῖς ἐπιτίθησι δέος. Ἀλλ' ὅμως οὔτε κατάβασιν, οὔτε ἀνάβασιν τῆς θείας ἡμεῖς ἐπιστάμεθα φύσεως· ἀπερίγραπτον γὰρ τὸ θεῖον. Τὸ διάφορον δὲ τῆς οἰκονομίας διὰ τούτων παιδευόμεθα. ποτὲ μὲν γὰρ πρᾳότερον ἐπιφαίνεται τοῖς ἀνθρώποις, ποτὲ δὲ μεγαλοπρεπέστερον. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ φόβον ἐνθεῖναι βουλόμενος, παράδοξόν τι δείκνυσι καὶ ἀήθες. Τὸ τοίνυν, ἔκλινεν οὐρανούς, καὶ κατέβη, νοήσομεν, ὅτι τὴν οἰκείαν ἐπιφάνειαν ἔδειξε· γνόφον δὲ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, τὸ τῆς παρουσίας ἀόρατον· τὴν δὲ τῶν Χερουβὶμ ἐπίβασιν, καὶ τὴν ἀνέμων πτῆσιν, τὸ τῆς ἐπιφανείας ὀξύ. τὸ δὲ, ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, τὸ τῆς φύσεως ἀθεώρητον. τὸ δὲ, κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ, τὸ περὶ αὐτὸν φῶς.

hîc non manu factum dicit (nec enim tunc temporis erectum fuerat) ſed cælum.

PARAPHRASIS PATRVM.

8. Commota eſt, & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis* Deus.

9. Aſcendit fumus in ira eius; & ignis à facie eius * exardeſcet: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

* Vulgata omiſit Deus.

* Vulg. exarſit.

Omnia autem hæc poſuit, non quòd omnino ſic acciderint, ſed quòd ita credita ſint. Non ſolùm enim vlciſcens Deus, verùm etiam exterrens homines, ſimilia ſæpè fecit; tonitruis, ac terræ motibus, & igne terrorem iniiciens. Sic cùm Iſraëli timorem afferre voluit, Sinai montem igne fumantem oſtendit. Propterea igitur hic Vates pœnam hoſtibus inflictam commemorauit. Docet verò etiam alios homines, ne ſimilia crimina patrent, vt non ſimilia patiantur.

Deus multis modis nos terret à malo.

10. Inclinauit cælos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus eius.

11. Et aſcendit ſuper Cherubim, & volauit: volauit ſuper pennas ventorum.

12. Et poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu eius tabernaculum eius.

Rurſum hîc Dei aduentum exponens, multùm auditoribus timorem incutit. Verumtamen neque deſcenſum, neque aſcenſum diuinæ naturæ nos nouimus: diuinum enim Numen incircumſcriptũ eſt. Per hæc autem diſcimus differentiam diſpenſationum: nam aliquando quidem mitiori modo hominibus apparet, aliquando verò magnificentiori. Nonnumquam metum incutere volens, inopinatum quidpiam & inſolitum demonſtrat. Illud itaque, *Inclinauit cælos, & deſcendit,* ſic intelligemus, quòd proprium aſpectum exhibuerit; *caligo* autem *ſub pedibus eius,* eſt eius præſentia inuiſibilis: porrò aſcenſus ſuper Cherubim, & volatus ſuper ventos, deſignat aduentus eius velocitatẽ: illud autem, *Poſuit tenebras latibulum ſuum,* naturæ inuiſibilitatem: illud verò, *In circuitu eius tabernaculum eius,* lucem quæ circa ipſum eſt.

Dei aſcenſus & deſcenſus qualis.

Deus in caligine habitat.

PARAPHRASIS PATRVM.

1. Tim. 6, 16.

ideò & beatus Paulus ait: *Qui ſolus lucem inhabitat inacceſſibilem.*

Tenebroſa aqua in nubibus aëris.

13. Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt, grando, & carbones ignis.

14. Et intonuit de cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam.

* *Vulg.* ſuas,

15. Et miſit ſagittas *, & diſſipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.

Deus de tenebris lucet.

Quemadmodum nubium coactione tenebricoſus factus aër, fulguris ſplendorem emittit: eodem modo cùm vniuerſorũ Deus videri non poſſit, ſpiritalis lucis radios emittit, & eos qui malitiæ aſſueti ſunt, pœnali ſuo igne punit: hoc enim declarauit, ſubdens, *Grando*, &c.

16. Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum.

Ab increpatione tua Domine, ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ.

Deus differt pœnam, propter pœnitentiam.

Hæc autem, inquit, facit vniuerſorum moderator, vt puniendi potentiam ſuam hominibus demonſtret, ac doceat, quòd in puncto temporis extremam perniciem afferre poſſit; benignitate tamen vtens, vindictam procraſtinet, atque pœnitentiam expectet.

17. Miſit de ſummo, & accepit me: & aſſumpſit me de aquis multis.

Et docens quid per aquas tropicè intelligat, ſubiunxit:

* *Vulg.* Eripuit

18.* Eripietme de inimicis meis fortiſſimis, & ab his qui oderũt me: quoniã confortati ſunt ſuper me.

Deus ſuis adiunxat.

Manifeſtò, inquit, ſuam erga me curam meis hoſtibus oſtendit. Hoc enim innuunt illa verba: *Miſit de ſummo, & accepit me.* Id eſt omnibus perſuaſit, ſe mihi cælitus opem attuliſſe. Hac autem prouidentiâ me dignatus fuit, cùm me inimicis meis fortiorem oſtendit.

διὸ καὶ ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος, Ὁ μόνος φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον.

Σκότεινον ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων.

ιγʹ. Ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως ἐνώπιον αὐτοῦ αἱ νεφέλαι διῆλθεν, χάλαζα καὶ ἄνθρακες πυρός.

ιδʹ. Καὶ ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ ὁ θεὸς, καὶ ὁ ὕψιστος ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ.

ιεʹ. Καὶ ἐξαπέστειλε βέλη, καὶ ἐσκόρπισεν αὐτοὺς, καὶ ἀστραπὰς ἐπλήθυνε, καὶ συνετάραξεν αὐτούς.

Καθάπερ τῇ πυκνότητι τῶν νεφελῶν ζοφώδης γενόμενος ὁ ἀὴρ, τὴν ἀστραπῆς ἐκπέμπει τὴν αἴγλην, οὕτως ἀόρατος ὢν ὁ τῶν ὅλων θεὸς, τοῦ νοεροῦ φωτὸς τὰς ἀκτῖνας ἀφίησι, καὶ τῷ κολαστικῷ πυρὶ κολάζει τοὺς πονηρίᾳ συζῶντας· τοῦτο γὰρ παρεδήλωσεν, ἐπαγαγών, χάλαζα, καὶ τὰ ἑξῆς.

ιϛʹ. Καὶ ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων, καὶ ἀνεκαλύφθη τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης.

Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου κύριε, ἀπὸ ἐμπνεύσεως πνεύματος ὀργῆς σου.

Ταῦτα δέ, φησι, ποιεῖ ὁ τῶν ὅλων πρύτανις, τὴν τιμωρητικὴν αὐτοῦ δύναμιν τοῖς ἀνθρώποις ἐπιδεικνὺς, καὶ διδάσκων ὡς δύναται μὲν ἐν ἀκαρεῖ πᾶσαν πανωλεθρίαν ἐπενεγκεῖν· φιλανθρωπίᾳ δὲ χρώμενος ἀναβάλλεται τὴν τιμωρίαν, καὶ προσμένει τὴν μεταμέλειαν.

ιζʹ. Ἐξαπέστειλεν ἐξ ὕψους, καὶ ἔλαβέ με· καὶ προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν.

Καὶ διδάσκων τί καλεῖ τροπικῶς ὕδατα, ἐπήγαγε·

ιηʹ. Ῥύσεταί με ἐξ ἐχθρῶν μου δυνατῶν, καὶ ἐκ τῶν μισούντων με· ὅτι ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ ἐμέ.

Περιφανῶς, φησι, τὴν περὶ ἐμὲ κηδεμονίαν τοῖς ἐμοῖς ἔδειξε πολεμίοις. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ἐξαπέστειλεν ἐξ ὕψους, καὶ ἔλαβέ με. ἀντὶ τοῦ, πέπεικεν ἅπαντας, ὡς οὐρανόθεν μοι τὴν ἐπικουρίαν παρέσχε. Ταύτης δέ με τῆς προμηθείας ἠξίωσε, τῶν πολεμίων ἰσχυρότερόν με δεικνύων.

ιθʹ. Περι-

ιθ΄. Προέφθασάν με ἐν ἡμέρᾳ κακώσεώς μου, καὶ ἐγένετο ὁ κύριος ἀντιστήριγμά μου.

κ΄. Καὶ ἐξήγαγέ με εἰς πλατυσμὸν, ῥύσεταί με, ὅτι ἠθέλησέ με.

Ἐνταῦθα τὴν τοῦ Ἀβεσαλὼμ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπανάστασιν αἰνίττεται. Οὐ γὰρ κάκωσιν, ἀλλὰ ταλαιπωρίαν ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν, ὅπερ δηλοῖ τῆς ψυχῆς ἀσθένειαν, δι' ἣν ἡ ἁμαρτία γίνεται. Ἀλλ' ἐμὲ ὠθούμενόν, φησι, καὶ καταβαλλόμενον ὑπήρεισεν ὁ Θεὸς, καὶ τὴν στενοχωρίαν εὐρυχωρίαν εἰργάσατο, ἀντὶ τοῦ προσδοκωμένου θανάτου τὴν ζωὴν χαρισάμενος. Ἐλπίζω δὲ ὅτι εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον τῆς αὐτῆς ἀξιώσει με βοηθείας, καὶ κρείττων ἔσομαι τῶν δυσμενῶν, κἂν ὅτι μάλιστα πλείστην ἔχωσι δύναμιν.

κα΄. Καὶ ἀνταποδώσει μοι κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ τὴν καθαριότητα τῶν χειρῶν μου ἀνταποδώσει μοι.

κβ΄. Ὅτι ἐφύλαξα τὰς ὁδοὺς κυρίου, καὶ οὐκ ἠσέβησα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μου.

κγ΄. Ὅτι πάντα τὰ κρίματα αὐτοῦ ἐνώπιόν μου· καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ οὐκ ἀπέστησαν ἀπ' ἐμοῦ.

Οὐκ ἄδικον, φησι, ποιεῖταί μου τὴν πρόνοιαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐμὸν σκοπὸν ἐπιστάμενος, καὶ εἰδὼς ὅτι ἐμοὶ σπουδὴ αὐτοῦ φυλάττειν τὰς ἐντολάς. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴν ἔδειξε περὶ αὐτὸν τοῦ Θεοῦ γεγενημένην κηδεμονίαν, δείκνυσι ταύτης τὸ δίκαιον, προτρέπων εἰς ἀρετὴν τοὺς ἀκούοντας, καὶ διδάσκων οὐχ ὡς οἷόν τε ταύτης ἡμᾶς τυχεῖν, μὴ γνησίαν εὔνοιαν περὶ τὸν Θεὸν κτησαμένους. Οὐδὲ γὰρ τὸν τῶν οἰκείων κατορθωμάτων κατάλογον γυμνῶσαι πᾶσιν ὁ προφήτης ἠθέλησεν, ἀλλ' ὑποδεῖξαι, πῶς οἷόν τε τῆς θείας ἀπολαῦσαι ῥοπῆς.

κδ΄. Καὶ ἔσομαι ἄμωμος μετ' αὐτοῦ, καὶ φυλάξομαι ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου.

Ἀπεχόμενός, φησιν, ἐκείνων, ὧν κακῶς εἰργασάμην, ἄμωμος εἰς τὸν ἔπειτα γενήσομαι χρόνον. Οὕτως ὁ μέγας Δαβὶδ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων μνημονεῦσαι βιασθεὶς, ἵνα δεί-

19. Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus eſt Dominus * firmamentum meum.

20. Et eduxit me in latitudinem: ſaluum me * faciet, quoniam voluit me.

PARAPHRASIS PATRVM.
* Vulg. protector meus.
* Vulg. fecit,

Hîc innuit Abſalomi rebellionem, ob peccatum patratum. Nam Symmachus non afflictionem, ſed miſeriam appellauit, quod animæ imbecillitatem ſignificat, per quam peccatum committitur. Verumtamen, inquit, pulſum me & deiectum Deus confirmauit, & anguſtias in cordis latitudinem conuertit, pro morte quam expectabam, vitam tribuens. Spero autem me in poſterum eâdem ope & auxilio dignandum, & inimicis ſuperiorem euaſurum, tametſi quàm maximâ polleant poteſtate.

Deus mala in bonum conuertit.

21. Et retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam, & ſecundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi.

22. Quia cuſtodiui vias Domini, nec impiè geſſi à Deo meo.

23. Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo: & * iuſtitiæ eius non receſſerunt à me.

* Vulgata iuſtitias eius non repuli.

Non iniuſtè, inquit, mei curam gerit; quoniam & ſcopum meum nouit, & videt omne meum ſtudium in hoc verſari, vt mandata eius ſeruem. Poſtquam enim demonſtrauit Deum multam ſui curam gerere; huius rei iuſtitiam oſtendit, ad virtutem adhortans auditores, atque docens, nos hanc aſſequi minimè poſſe, niſi Deum ſincerâ mente diligamus. Haud enim Vates rectè facta ſua omnibus ſingillatim enumerare voluit, ſed demonſtrare quomodo diuinum fauorem conſequi poſſimus.

Deus amat eos qui ſeruant mandata.

24. Et ero immaculatus cum eo, & obſeruabo me ab iniquitate mea.

Ab illis, inquit, abſtinens quæ malè perpetraui, in poſterum ero immaculatus. Sic magnus Dauid rectè factorum ſuorum mentionem facere coactus, quo diui-

A malis abſtinens, purus fit.

PARAPHRASIS PATRVM.

næ prouidentiæ iuſtitiam oſtenderet, patratam impietatem occultare noluit.

25. Et retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam, & ſecundùm puritatem manuum mearum, in cõſpectu oculorũ eius.

Tunc igitur, inquit, cùm penitus innocens ero, perfecta bona aſſequar. Omnia enim reſpicit Deus vniuerſitatis, & ſecundùm probas operationes (has enim puritatem manuum appellauit) ac pium mentis propoſitum, facit retributiones. Hoc ipſum verò deinceps clariùs explicat.

Puritas manuum, ſunt bonæ actiones.

26. Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris:

27. Et cum electo electus eris, & cum peruerſo peruertêris.

Iuxta, inquit, hominum voluntates, tu Domine accommodas remunerationes. Nam ſanctis res ſanctitate dignas præbes, & innocentibus atque à peccato liberis res congruas, & electis perfectiſque res perfectas; digreſſis autem à via recta, & contrariam ambulantibus, vice verſâ facis vt congruum viæ finem inueniant.

Deus ſe noſtris actionibus accommodat.

28. Quoniam tu populum humilem ſaluum facies: & oculos ſuperborum humiliabis.

Nam moderata voluntate vſos, vel ex calamitate aliqua depreſſos, ſalute dignos facis, atque illuſtres reddis: at ſupercilia tollentes, in terram ſe inclinare cogis.

Deus humiles ſaluat, ſuperbos deprimit.

29. Quoniam tu * illuminabis lucernam meam Domine: Deus meus * illuminabis tenebras meas.

* *Vulgata* illuminas, illumina

Quandoquidem tenebras appellauit afflictiones, meritò ab his liberationem appellat lucem. Hanc verò, inquit, à tua prouidentia conſequor. Quoniam lucerna quæ verum lumen ſuſcepit (ſic autem vocat ſerui formam) & mea eſt, & ex meis lumbis formabitur. Hoc verò etiam in alio Pſalmo ait: *Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo.*

Lucerna Chriſti corpus.

Pſal. 131, 17.

30. Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum.

ξῃ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τὸ δίκαιον, οὐκ ἠνέσχετο τὴν γεγενημένην κρύψαι παρανομίαν.

κε΄. Καὶ ἀνταποδώσει μοι κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ τὴν καθαριότητα τῶν χειρῶν μου, ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ.

Τότε δή, φησιν, ὅταν παντελῶς ἄμωμος γένωμαι, τελείαν τεύξομαι τῶν ἀγαθῶν. Πάντα γὰρ ἐφορᾷ ὁ τῶν ὅλων Θεός, καὶ πρὸς τὰς ἀγαθὰς πράξεις (ταύτας γὰρ ὠνόμασε χειρῶν καθαρότητα) καὶ τὸν εὐσεβῆ τῆς διανοίας σκοπὸν ποιεῖται τὰς ἀντιδόσεις. Τὸ αὐτὸ δὲ σαφέστερον τοῖς ἑξῆς δηλοῖ.

κς΄. Μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἀνδρὸς ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ·

κζ΄. Καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις.

Πρὸς τὰς γνώμας, φησί, τῶν ἀνθρώπων ἁρμόττεις τὰς ἀντιδόσεις, ὦ δέσποτα. Τοῖς γὰρ ὁσίοις παρέχεις τὰ τῆς ὁσιότητος ἄξια, καὶ τοῖς ἀθῴοις, καὶ ἁμαρτίας ἀπηλλαγμένοις τὰ πρόσφορα, καὶ τοῖς ἐκλεκτοῖς καὶ τελείοις τὰ τέλεια· τοῖς δὲ τῆς εὐθείας ἐκτραπεῖσι, καὶ τὴν ἐναντίαν ὁδεύουσι, καταλλήλως παρασκευάζεις εὑρεῖν τῆς ὁδοῦ τὸ τέλος.

κη΄. Ὅτι σὺ λαὸν ταπεινὸν σώσεις, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπερηφάνων ταπεινώσεις.

Τοὺς μὲν γὰρ μετρίῳ φρονήματι κεχρημένους, ἢ ἐκ περιστάσεως τεταπεινωμένους, σωτηρίας ἀξιοῖς, καὶ περιφανεῖς ἀποφαίνεις. τοὺς δὲ τὰς ὀφρῦς αἴροντας, κύπτειν εἰς γῆν ἀναγκάζεις.

κθ΄. Ὅτι σὺ φωτιεῖς λύχνον μου κύριε, ὁ Θεός μου φωτιεῖς τὸ σκότος μου.

Ἐπειδὴ σκότος τὰς θλίψεις ἐκάλεσεν, εἰκότως φῶς ὀνομάζει τὴν τούτων ἀπαλλαγήν. Ταύτης δέ, φησιν, ἀπολαύω παρὰ τῆς σῆς προνοίας. ἐπειδὴ ὁ λύχνος τὸ ἀληθινὸν ὑποδεξάμενος φῶς (καλεῖ δὲ οὕτω τὴν τοῦ δούλου μορφὴν) ἐμός ἐστι, καὶ ἐκ τῆς ἐμῆς ὀσφύος πλασθήσεται. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει ψαλμῷ· Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβίδ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ χριστῷ μου.

λ΄. Ὅτι ἐν σοὶ ῥυσθήσομαι ἀπὸ πειρατηρίου, καὶ ἐν τῷ Θεῷ μου ὑπερβήσομαι τεῖχος.

Πᾶσαν,

Πᾶσάν, φησὶν, ἐπιβουλὴν, καὶ πᾶσαν ἐνέδραν, διὰ τῆς σῆς διαφεύξομαι χάριτος. πειρατήριον γὰρ καὶ τεῖχος τὴν ἐνέδραν καλεῖ.

Omnem, inquit, fraudem ac dolum per tuam gratiam euitabo. *Tentationem* enim & *murum*, inſidias vocat. PARAPHRASIS PATRVM.

λά. Ὁ θεός μου ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ.

Τουτέστι, δικαίως ἰθύνεις τὰ σύμπαντα, καὶ τούτου χάριν θαῤῥῶ.

31. Deus meus impolluta via eius.

Id eſt, iuſtè dirigis omnia, & propterea confido.

Τὰ λόγια κυρίου πεπυρωμένα.

Τοῦτο δὲ παρὰ τῶν ἀψευδῶν σου λογίων μεμάθηκα. πεπυρωμένα γὰρ (ὡς καὶ ἤδη προειρήκαμεν) τὰ δόκιμα λέγει, καὶ ψευδοῦς ἀπηλλαγμένα.

Eloquia Domini igne examinata.

A veracibus autem tuis verbis hoc didici. Nam igne examinata (vt paulò antè dicebamus) probata vocat, & à mendaciis libera. *Eloquia Dei igne examinata.*

Ὑπερασπιστής ἐστι πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν.

Οὐκ ἐγὼ μόνος, φησὶν, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ταύτην εἰς αὐτὸν ἔχοντες τὴν ἐλπίδα, τῆς αὐτῆς ἀπολαύσονται βοηθείας.

Protector eſt omnium ſperantium in ſe.

Non ego autem ſolus, inquit, verùm etiam omnes, qui hanc in ipſum ſpem habent, eâdem ope perfruentur.

λβ'. Ὅτι τίς θεὸς πάρεξ τοῦ κυρίου; καὶ τίς θεὸς πλὴν τοῦ θεοῦ ἡμῶν;

Οὐ γάρ ἐστι θεὸς ἕτερος, ἵνα ὁ μὲν τούτῳ, ὁ δὲ ἐκείνῳ προσάγῃ τὴν αἴτησιν.

32. Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum noſtrum?

Neque enim eſt alius Deus, vt hic quidem petitionem huic Deo offerat, alter verò illi. *Vnus Deus ſaluator.*

λγ'. Ὁ θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν, καὶ ἔθετο ἄμωμον τὴν ὁδόν μου.

Τῇ αὐτοῦ, φησι, δυνάμει ῥωσθεὶς κἀγὼ τὴν εὐθεῖαν τρίβον ὁδεύειν ἐπείγομαι.

33. Deus qui præcinxit me virtute, & poſuit immaculatam viam meam.

Ipſius, inquit, potentiâ roboratus, etiam ego ſemitam rectam incedere feſtino.

λδ'. Καταρτιζόμενος τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφου, καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἱστῶν με.

Καθάπερ γὰρ τοῖς ἐλάφοις ἔδωκε κατὰ φύσιν, τὰ ἰοβόλα θηρία καταπατεῖν, οὕτω με κρείττονα καὶ ὑψηλότερον τῶν πολεμίων ἀπέφηνε.

34. Qui perfecit pedes meos tamquam * cerui, & ſuper excelſa ſtatuens me.

* *Vulg.* ceruorum.

Sicut enim ceruis à natura inſitum eſt, venenatas feras conculcare; ſic me ſuperiorem & illuſtriorem hoſtibus reddidit. *Cerui venena abſumunt.*

λέ. Διδάσκων χεῖράς μου εἰς πόλεμον·

Εἰς εὐχὴν γὰρ ταύτας ἐκτείνων, περιγίνομαι τῶν δυσμενῶν.

35. Qui docet manus meas ad prælium:

Etenim ad preces manus expandens, ſupero inimicos meos. *Manus pro precibus.*

Καὶ ἔθου τόξον χαλκοῦν τοὺς βραχίονάς μου.

Καὶ διὰ δὴ τοῦ τόξου τοῦ χαλκοῦ καὶ ἀῤῥαγοῦς, τὸ εὔτονον δείκνυσι τῶν βραχιόνων συμβολικῶς.

Et poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.

Per arcum nempe æreum & infractum, brachiorum firmitatem ſymbolicè demonſtrat.

λς'. Καὶ ἔδωκάς μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας, καὶ ἡ δεξιά σου ἀντελάβετό μου.

36. Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ: & dextera tua ſuſcepit me.

Et

PARAPHRASIS PATRVM.

Et diſciplina tua correxit me in finem: & diſciplina tua, ipſa me docebit.

Καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος, καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει.

Et peccantes, inquit, docuiſti, & lapſos erexiſti; & docuiſti eos quantum malum ſit peccatum, & ſalute eos dignos reddidiſti.

Καὶ ἐπαίδευσας, φησίν, ἡμαρτηκότας, καὶ πεπτωκότας ἀνώρθωσας, καὶ ἐδίδαξας ὅσον ἡ ἁμαρτία κακόν, καὶ τῆς σωτηρίας ἠξίωσας.

* Vulgata omittit &

37. * Et dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata veſtigia mea.

λζ. Καὶ ἐπλάτυνας τὰ διαβήματά μου ὑποκάτω μου, καὶ οὐκ ἠσθένησαν τὰ ἴχνη μου.

In afflictionis anguſtia, conſolationis latitudinem dediſti, à qua recreatus vſque in præſens tempus,

Ἐν τῇ στενοχωρίᾳ τῆς θλίψεως, ἔδωκας τὴν εὐρυχωρίαν τῆς παρακλήσεως, ἀφ' ἧς ψυχαγωγούμενος μέχρι τοῦ παρόντος,

38. Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant.

λη. Καταδιώξω τοὺς ἐχθρούς μου, καὶ καταλήψομαι αὐτούς· καὶ οὐκ ἀποστραφήσομαι, ἕως ἂν ἐκλίπωσιν.

39. Confringam illos, nec poterunt ſtare: cadent ſubtus pedes meos.

λθ. Ἐκθλίψω αὐτούς, καὶ οὐ μὴ δύνωνται στῆναι, πεσοῦνται ὑπὸ τοὺς πόδας μου.

Prouidentia Dei eſt optima armatura.

Sic à diuina prouidentia corroboratus, omnes inimicos me deuicturum ſpero, & non priùs deſtiturum, quàm eos ſubiugauerim. Hoc eſt enim cadere ſubtus pedes.

Οὕτως ὑπὸ τῆς θείας προνοίας ῥωσθείς, ἐλπίζω πάντων περιγενέσθαι τῶν δυσμενῶν, καὶ μὴ πρότερον ἀποστῆναι, ἕως ἂν αὐτοὺς ὑπηκόους ἐργάσωμαι. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὑπὸ πόδας πεσεῖν.

* Vulg. & addit, omnes omittit.

40. Et præcinxiſti me virtute ad bellum, * ſupplantaſti * omnes inſurgentes in me ſubtus me.

μ. Καὶ περιέζωσάς με δύναμιν εἰς πόλεμον, συνεπόδισας πάντας τοὺς ἐπανισταμένους ἐπ' ἐμὲ ὑποκάτω μου.

Fortitudinem quidem ac robur mihi largitus es; hoſtium verò impetum eliſiſti. Atque hoc in Goliatho & Saüle factum videre licet. Nam illum quidem in fatuis verbis agendi tempus terentem, fundâ proſtrauit; hunc verò ſomno preſſum facilè declinauit, & effugit.

Ἐμοὶ μὲν ἀνδρείαν ἐδωρήσω καὶ ῥώμην, τῶν δὲ πολεμίων ἐπέδησας τὴν ὁρμήν. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἰδεῖν καὶ ἐπὶ τοῦ Γολιάθ, καὶ ἐπὶ τοῦ Σαοὺλ γεγενημένον. Τὸν μὲν γάρ, τὸν τοῦ πράττειν καιρὸν εἰς ἀνοήτους ἀναλίσκοντα λόγους, τῇ σφενδόνῃ κατήνεγκε· τὸν δὲ ὕπνῳ πεδήσαντα, ῥᾳδίως διέφυγε.

41. Et inimicos meos dediſti mihi dorſum.

μα. Καὶ τοὺς ἐχθρούς μου ἔδωκάς μοι νῶτον.

Dorſum pro fuga.

Id eſt, in fugam vertiſti. Proprium enim eſt fugientium terga dare.

Ἀντὶ τοῦ, εἰς φυγὴν ἔστρεψας. Ἴδιον γὰρ τῶν φευγόντων, τὰ νῶτα διδόναι.

Et odientes me diſperdidiſti.

Καὶ τοὺς μισοῦντάς με ἐξωλόθρευσας.

Scilicet Saülem, Achitophelem, Abſalomum, & infinitos alios.

Δηλαδὴ τὸν Σαούλ, τὸν Ἀχιτόφελ, τὸν Ἀβεσσαλώμ, καὶ μυρίους ἄλλους.

42. Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret: ad Dominum, nec exaudiuit eos.

μβ. Ἐκέκραξαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ σώζων· πρὸς κύριον, καὶ οὐκ εἰσήκουσεν αὐτῶν.

Οὐκ

Οὔτε γὰρ ἀλλόφυλοι, εἰς ἐπικουρίαν καλοῦντες τοὺς οἰκείους θεοὺς, τῆς παρ' αὐτῶν προνοίας ἀπήλαυσαν· οὔτε Σαοὺλ καὶ Ἀβεσσαλὼμ τὸν θεὸν ἐσχήκασι σύμμαχον.

μγ'. Καὶ λεπτυνῶ αὐτοὺς ὡσεὶ χοῦν κατὰ πρόσωπον ἀνέμου, ὡς πηλὸν πλατειῶν λεανῶ αὐτούς.

Ἔρημοί, φησι, γενήσονται παντελῶς τῆς σῆς μοι χάριτος συνεργούσης.

μδ'. Ῥύσῃ με ἐξ ἀντιλογίας λαοῦ, καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν.

με'. Λαὸς, ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι, εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου.

Ἐκ προσώπου ταῦτα προαγορεύει τοῦ δεσπότου Χριστοῦ.

μϛ'. Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν, καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν.

Οἱ δὲ υἱοὶ προσαγορευθέντες, καὶ ἐν υἱῶν τάξει γραφέντες, ἀλλοτρίους σφᾶς αὐτοὺς πεποιήκασιν, ἀγνώμονες περὶ τὰς εὐεργεσίας γενόμενοι, καὶ περὶ τὴν πίστιν χωλάναντες, καὶ τὴν εὐσεβῆ τρίβον καταλιπόντες.

μζ'. Ζῇ κύριος, καὶ εὐλογητὸς ὁ θεός μου, καὶ ὑψωθήτω ὁ θεὸς σωτηρίας μου.

Μνημονεύσας τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀντιλογίας, αἰνίττεται τὸ πάθος, καὶ τὴν μετὰ τὸ πάθος ἀνάστασιν. Καὶ ἐπειδὴ Ἰουδαῖοι εἰώθασι τὸν ἐσταυρωμένον νεκρὸν καλεῖν, αὐτὸς βοᾷ· Ζῇ κύριος· καὶ οὐ μόνον ζῇ, ἀλλὰ καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνελήλυθε, καὶ τοῖς βουλομένοις παρέχει τὴν σωτηρίαν.

μη'. Ὁ θεὸς, ὁ διδοὺς ἐκδικήσεις ἐμοὶ, καὶ ὑποτάξας λαοὺς ὑπ' ἐμέ· ὁ ῥύστης μου ἐξ ἐχθρῶν μου ὀργίλων.

μθ'. Ἀπὸ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ ὑψώσεις με· ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ῥύσῃ με.

Καὶ ταῦτα τοίνυν ἐργασάμενος μακροῖς ὕστερον χρόνοις, ῥῦσαι κἀμὲ τῶν ἀδίκων πολεμούντων, καὶ ὃν ὑπέταξάς μοι λαὸν, ἀπόφηνον εὐπειθῆ.

Nam nec alienigenæ, domeſticorum deorum præſidium implorantes, ab illis opem conſecuti ſunt; nec Saül & Abſalom Deum habuerunt auxiliarem. PARAPHRASIS PATRVM. *Fruſtrà falſi dij inuocantur.*

43. Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.

Erunt, inquit, penitus deſtituti tuâ gratiâ, quæ me adiuuat.

44. Eripies me de contradictionibus populi: conſtitues me in caput Gentium.

45. Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.

Hæc prædicit ex perſonâ Chriſti Domini.

46. Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.

Illi autem qui filij appellati, atque in filiorum ordinem relati ſunt, alienos ſe reddiderunt, cùm beneficiis ingrati extiterint, & circa fidem claudicauerint, & piam ſemitam dereliquerint. *Filij Dei degeneres.*

47. Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis meæ.

Cùm de Iudæorum occlamatione mentionem feciſſet, latenter innuit paſſionem, & poſt hanc, reſurrectionem. Et quoniam Iudæi crucifixum, mortuum vocare ſolent, ipſe exclamat, *Viuit Dominus:* & non ſolùm viuit, verùm etiam in cælos rediit, & volentibus ſalutem affert. *Crucifixus pro mortuo reputatur.*

48. Deus qui das vindictas mihi, & ſubdis populos ſub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.

49. Et ab inſurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.

Cùm igitur hæc longis pòſt temporibus operaturus ſis; libera me etiam ab iis qui me bello iniuſto proſequuntur, & populum quem mihi ſubdidiſti, obedientem mihi exhibe.

50. Pro-

COMMENTARIVS PATRVM.

50. Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine: & nomini tuo pſalmum dicam.

Nam per Gentes quæ paulò pòſt vocandæ erunt, in omnibus Eccleſiis per totum orbem te celebrabo. Etenim per vniuerſum orbem Dauid per piorum hominum ora Deum laudat.

Dauid per omnium ora Deum laudat.

ν'. Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι κύριε, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ.

Διὰ γὰρ τῶν μικρὸν ὕστερον κληθησομένων ἐθνῶν, ἐν ἁπάσαις ταῖς κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαις ὑμνήσω. Καὶ γὰρ ἐν ἁπάσῃ τῇ οἰκουμένῃ διὰ εὐσεβῶν στομάτων ὁ Δαβὶδ ἀνυμνεῖ.

51. Magnificans ſalutes regis eius, & faciens miſericordiam chriſto ſuo Dauid, & ſemini eius vſque in ſæculum.

Tu enim cùm me in regem vnxeris, non ſolùm tueris, verùm etiam illuſtrem reddis. Hac verò prouidentiâ non tantùm me, & meos poſteros dignaberis; ſed etiam in ſæculum vſque ſplendorem hunc ſemini meo cuſtodies.

να'. Μεγαλύνων τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, καὶ ποιῶν ἔλεος τῷ χριστῷ αὐτοῦ τῷ Δαβὶδ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ ἕως αἰῶνος.

Σύ με γὰρ χρίσας εἰς βασιλέα, οὐ μόνον σώζεις, ἀλλὰ καὶ περίβλεπτον ἀποφαίνεις. Ταύτης δὲ τῆς προνοίας οὐκ ἐμὲ μόνον, καὶ τοὺς ἐμοὺς ἀξιώσεις παῖδας, ἀλλὰ καὶ ἕως αἰῶνος τῷ σπέρματί μου φυλάξεις τὴν περιφάνειαν.

COMMENTARIVS.

1. DILIGAM TE DOMINE.] Amore beneficia compenſat: ſolam enim beneuolentiam is qui à Deo beneficia accepit, poteſt ei rependere. quid enim aliud retribuere quis poſſit? Qui autem diligit, is etiam dilectum colit. Ceterùm, non per modum promittentis dixit, *diligam*, quaſi hactenus non dilexiſſet; ſed quòd eum nulla caperet ſatietas dilectionis. Deinde verò catalogum facit beneficiorum in ſe collatorum; vocatque Deum *fortitudinem*, vt qui hanc ab illo acceperat, & ſic de ceteris. Omnia mihi, inquit, opportunè acciderunt. Atque ad perfectum quidem hymnum etiam procœmium hoc ſufficiebat: nunc verò etiam diuerſis verbis eadem repetit, omnia Dei beneficia in memoriam reducens. Atque *protectorem* quidem dixit, ex metaphora eorum qui ſcutum præferunt, & ſagittam auertunt. *Cornu* verò *ſalutis* ex translatione animalium, cornibus ſe defendentium; vel etiam per *cornu* robur deſignauit. Laudando autem quis inuocat, quando precationi laudes aliquas diuinas admiſcet. Hinc verò diſcimus pro acceptis beneficiis gratias eſſe referendas, & ea quæ nobis neceſſaria ſunt, deinceps poſtulanda. Cùm hactenus tantùm exorſus ſit, prolixiùs exinde pericula & auxilia recenſet,

Gratitudo pro beneficiis Deo debetur.

Cornu pro defenſione.

α'. ΑΓΑΠΗΣΩ ΣΕ ΚΥΡΙΕ.] Ἀγαπητικῶς εὐεργεσίας ἀμείβεται. ταύτην γὰρ τῷ θεῷ τὸν εὖ πεπονθότα μόνην ἀντιδιδόναι δυνατόν. Τί γὰρ ἄν τις καὶ ἀντιδώσειεν; Ἀγαπῶν δέ τις, καὶ θεραπεύει τὸν ἀγαπώμενον. Οὐχ ὡς ὑπισχνούμενος δὲ εἶπεν· Ἀγαπήσω, ὡς οὔπω κατορθώσας, ἀλλὰ λαβεῖν τῆς ἀγάπης κόρον οὐκ ἀνεχόμενος. Κατάλογον δὲ ποιεῖται ὧν ἔτυχεν ἀγαθῶν, καὶ καλεῖ τὸν θεὸν ἰσχὺν, ὡς ταύτης μεταλαχὼν, καὶ ὡσαύτως περὶ τῶν ἄλλων. Πάντα μοί, φησιν, ἐγένετο κατὰ καιρόν. Καὶ ἤρκει μὲν εἰς τέλειον ὕμνον καὶ τὸ προοίμιον, νῦν δὲ ἐν διαφόροις λέξεσιν ἀνακυκλῶν τὰ αὐτὰ ἀναλαμβάνει, εἰς ἀνάμνησιν ἐρχόμενος ἁπάσης εὐεργεσίας θεοῦ. Καὶ τὸ μὲν ὑπερασπιστὴς, ἐκ μεταφορᾶς εἶπε τῶν τὰς ἀσπίδας προτιθέντων, καὶ ῥυομένων βέλους. Κέρας δὲ σωτηρίας ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν σωζομένων ζώων διὰ τῆς τῶν κεράτων ἀμύνης· ἢ διὰ τοῦ κέρως τὴν ἰσχὺν ἐσήμανεν. Αἰνῶν δέ τις ἐπικαλεῖται, καταμιγνὺς τῇ εὐχῇ αἴνους καὶ θεολογίας. μανθάνομεν δὲ ἐκ τούτου χάριν μὲν ὁμολογεῖν, ὑπὲρ τῶν ὑπηργμένων ἡμῖν ἀγαθῶν, αἰτεῖν δὲ καὶ αὖθις τὰ δέοντα. Ἕως τούτου προοιμιασάμενος, διηγηματικώτερον ἐξηγεῖται, καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ τὰς βοηθείας,

προ-

τρεπτικώτερον χρώμενος τῷ λόγῳ, εἰς αὔξησιν τῶν χαλεπῶν, καὶ τῆς ῥυσαμένης φιλανθρωπίας.

ϛ'. ΠΕΡΙΕΣΧΟΝ ΜΕ ΩΔΙΝΕΣ ΘΑΝΑΤΟΥ.] Εἰπὼν δὲ περιέσχον, ἐξαίφνης εἶπε, προέφθασαν· ὃ σημαίνει τὸ προέλαβον, ἐπίτασιν λέγων τῶν χαλεπῶν. Πολιορκούμενος δὲ ὑπὸ τοσούτων συμφορῶν, τί πέπραχεν; Ἐπεκαλέσατο τὸν κύριον. Ταρασσόμενος γὰρ ἐκ τῶν προειρημένων, ἐπὶ τὸν λιμένα, φησὶ, κατέφυγον, καὶ οὐ διήμαρτον τῆς ἐλπίδος. Ἤκουσε γὰρ ἐκ ναοῦ· λέγει δὲ ἐπουράνιον πόλιν· οὔπω γὰρ ὁ αἰσθητὸς κατεσκεύαστο.

η'. ΕΣΑΛΕΥΘΗ.] Πάντα γὰρ ἐν ταραχῇ καὶ κλόνῳ κατέστη, ὡς τοῦ κοινοῦ δεσπότου ὀργιζομένου. Καὶ ἦν, φησιν, ἰδεῖν τὴν μὲν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ μιμουμένην πῦρ, οὗ προέτρεχε καπνὸς, μηνύων τῆς ὀργῆς τὴν ἐπίτασιν. καπνὸς γὰρ προτρέχων σημαίνει τοῦ πυρὸς τὴν ἔκκαυσιν. Εἶτα ἐπιμένων τῇ τροπῇ, Καὶ ἄνθρακες, φησιν, ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ. Ἐκδηλοτέρως δὲ ταῦτα λαβεῖν ἔξεστιν εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ ἐκείνου πάθος. οὐ γὰρ ἐπὶ Δαβὶδ ἐσαλεύθη ἡ γῆ, οὐδὲ τὰ ὄρη τρόμον ὑπέστη ἐκ θείας ὀργῆς, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ θάνατος ὤδινε, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀνήφθησαν ἄνθρακες, οἱ περὶ αὐτὸν ἅγιοι. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ, οἱ βλέποντες αὐτὸν καθαρῶς, ἄνθρακες ἂν εἶεν τῇ πρὸς αὐτὸν ἑνώσει πυρούμενοι. Δυνατὸν δὲ καὶ ἀναγωγικῶς ταῦτα λαβεῖν, ὥστε τὸ μὲν σαλευθῆναι τὴν γῆν δηλοῦν, ἢ τοὺς ἐνοικοῦντας πληρουμένους τῆς περὶ αὐτὸν φήμης. ἢ τὸ σαρκικὸν φρόνημα τῶν γηΐνων γνωμῶν. Θεμέλια δὲ ὀρέων, τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, καὶ τοὺς αὐτῶν βαθεῖς λογισμοὺς τῶν δαιμόνων, οἳ ὄρη προσαγορεύονται, διὰ τὴν τῆς πονηρίας φλεγμονήν τε καὶ οἴδησιν. Ἀνέβη δὲ καπνὸς, σύμβολον ἐμπρησμοῦ τῆς ἀπάτης, παρὰ τοῦ πῦρ ἐλθόντος βαλεῖν ἐπὶ γῆς, ἀφ' οὗ πυρὸς καὶ ἄνθρακες ἀνήφθησαν οἱ Ἀπόστολοι, ἐμπιπρῶντες τὴν ἀπιστίαν.

ι'. ΚΑΙ ΕΚΛΙΝΕΝ ΟΥΡΑΝΟΥΣ.] Ἐὰν μὲν ἐπὶ τῆς οἰκονομίας λάβοις τὸ ἔκλινεν, ἴσον ἐστὶ τῷ, ἐταπείνωσεν ἑαυτόν. Ἔκλινε γὰρ οὐρανοὺς, ἵνα συνάψῃ τὴν γῆν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐπεδήμησεν ἐν γῇ διὰ σαρκὸς, ἣν καὶ γνόφον ἐκάλεσε. Τέθειται γὰρ ἡ σὰρξ ὡς γνόφος μέσον ἡμῶν, ὥσπερ ἐπὶ Μωσέως τὸ κάλυμμα, ἵνα μὴ

ad omnes ſermonem accommodans, vt ita pericula & liberatricem clementiam extollat. COMMENTARIVS PATRVM.

5. CIRCVMDEDERVNT ME DOLORES MORTIS.] Cùm dixiſſet *circumdederunt*, ſtatim ſubiunxit, *præoccupauerunt:* quod idem eſt ac præuenerunt, augmentum indicans calamitatum. Tot autem malis circumdatus, quid fecit? Inuocauit Dominum. Ex iis enim quæ prædicta ſunt, conturbatus, ad portum, inquit, confugi; neque ſpes me fefellit. Audiuit enim de templo ſuo: intelligit autem cæleſtem ciuitatem: necdum enim ſenſibile templum extructum erat. *In periculis inuocandus Deus.*

8. COMMOTA EST.] Omnia enim commota ſunt & perturbata, vtpote communi Domino iraſcente. Et erat, inquit, videre iram Dei, imitari ignem, quem fumus anteceſſit, indicans iræ intenſionem: fumus enim præuius deſignat ignis accenſionem. Deinde in eâdem figura permanens, ait: *Et carbones ſuccenſi ſunt ab eo.* Manifeſtiùs autem hæc accipere liceat de Chriſto, atque eius paſſione. Neque enim tempore Dauidis commota eſt terra, neque montes ob diuinam iram contremuerunt; ſed tempore crucifixionis & mors parturiuit, & ex ipſa ſuccenſi ſunt carbones, id eſt Sancti eius. Cùm enim Deus noſter ignis ſit, qui ipſum purè vident, carbones erunt, ex vnione cum ipſo ſuccenſi. Poſſent hæc etiam anagogicè accipi, ita vt cõmotio quidem terræ deſignet, vel eius incolas famâ ipſius plenos extitiſſe; vel certè prudentiam carnalem terrenarum cogitationũ. *Fundamenta* verò *montium* intelligit virtutes aduerſarias, & profundas ipſorummet dæmonum cogitationes, qui *montes* appellantur propter malitiæ tumorem atque inflationem. Aſcendit autem fumus, qui ſymbolum combuſtionis fraudis, ab eo qui venit ignem mittere in terram: à quo igne etiam carbones ſuccenſi ſunt Apoſtoli, qui infidelitatem combuſſerunt. *Ira Dei ignem imitatur.* *Deus ignis eſt, & Sancti carbones.* *Dæmones, montibus comparati.*

10. ET INCLINAVIT CÆLOS.] Si quidem illud *inclinauit*, de incarnatione acceperis, idem erit quod *humiliauit ſemetipſum.* Inclinauit enim cælos, vt terram cælo coniungeret; & peregrinatus eſt in terra per carnem, quam & caliginẽ nuncupauit. Poſita enim erat caro, tamquam caligo, in medio noſtri, ſicut etiam in Moyſe velamentum erat poſitũ, ne *Cælum in Chriſti incarnatione inclinatũ.* *Chriſti caro caligo fuit.*

COMMENTARIVS PATRVM.

natura tenebricoſa reconditam pulchritudinem facilè perciperet: neque, ſi facilè eam acquireret, facilè etiam reiiceret, ob facilem acquiſitionem. Aſcendit verò etiam ſupra Cherubim in aſcenſione, quemadmodum in Actis ſcriptum reperitur. *Pennas* autem *ventorum* appellat nubem, quæ ipſum ſuſcepit. Porrò *in circuitu eius* tabernaculum eius, ſit Eccleſia, in qua habitauit. *In circuitu* autem, quia promiſit ſe in medio fore duorum vel trium, qui congregati fuerint in nomine eius. Vide autem quàm pulchrè ſermonem figuret: cùm enim caliginem nominaſſet, atque vidiſſet hac voce quid indecens contineri, ſubiunxit verbum *aſcendit*, oſtendens ceu Regem eâ vectum fuiſſe. Rurſus verò *latibulum* dicens, ſubiunxit, *In circuitu eius*, oſtendens caliginem inimicis oppoſitam fuiſſe, circa ipſum verò lucem extitiſſe.

Actor. 1.

Pennæ ventorum quales.

12. TENEBROSA AQVA IN NVBIBVS.] Congruenter iis quæ præceſſerunt, ſubiunxit tenebroſam aquam. Confudit, inquit, aërem vniuerſum, & obſcurauit, atque omnia erant caligo, ab eo quod aëri accidebat iram Dei deſcribens. Nam aëris conuolutio caliginem efficit; & neceſſe eſt idem fieri de aqua, nubibus nigricantibus ex aëris conuolutione. Quemadmodum igitur aër obfuſcatus fulguris coruſcationem emittit; ita Deus, cùm ſit inuiſibilis, & ſpiritalis, etiam lucis radios emittit, & igne & grandine malignos punit. Nonnulli autem obſcurum propheticum ſermonem intellexerunt, quippe in ſymbolis reconditum; nubes autem Prophetas, quæ nempe nubes à longinquo radio illuſtratæ, id eſt, longo antè tempore illuminatæ, res futuras hominibus prænuntiarunt. Et quoniam propheticis ſermonibus etiam minæ immiſcentur, has & per grandinem, & carbones ignis Prophetæ inſinuarunt, aut declararunt. Porrò à coruſcatione *in conſpectu*, per moderatam illuſtrationem, id eſt, ab eius illuſtratione, proceſſerunt nubes claræ ac conſpicuæ, eò quòd adeſſet is qui per illas prænuntiabatur, cùm priùs propter obſcuritatem aqua tenebroſa exiſterent. Quoniam verò additur, *In conſpectu eius*; poſſent etiam per hoc intelligi Apoſtoli, à coruſcatione, ſiue prædicationis illuſtratione, coram illo procedentes, qui inſtar nubium cæleſti rore, id eſt

Caligo quid phyſicè.

Caligo pro obſcuro ſermone.

Nubes ſpiritales ſunt Prophetæ.

Nubes lucidæ Apoſtoli.

ῥᾳδίως ἴδῃ σκοτεινὴ φύσις κάλλος ἀπόθετον, μηδὲ ῥᾳδίως κτησαμένη, ῥᾳδίως καὶ ἀποβάλῃ διὰ τὴν εὐκολίαν τῆς κτήσεως. Ἐπέβη δὲ καὶ ἐπὶ Χερουβὶμ ἐν τῇ ἀναλήψει, ὡς ἐν ταῖς πράξεσι γέγραπται. Πτέρυγας δὲ ἀνέμων, τὴν νεφέλην φησὶν, ἥτις αὐτὸν ὑπέλαβεν. εἴη δ' ἂν καὶ κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ, ἡ ἐκκλησία, ἐν ᾗ ἐπεσκήνωσε. Κύκλῳ δὲ, διὰ τὸ ἐπαγγείλασθαι, ἐν μέσῳ εἶναι αὐτὸν δυοῖν καὶ τριῶν, τῶν ἐν τῷ αὐτοῦ ἐπισυνηγμένων ὀνόματι. Ὅρα δὲ πῶς σχηματίζει τὸν λόγον εἰς κάλλος. εἰπὼν γὰρ γνόφον, καὶ ἰδὼν ἀπρέπειαν διὰ τοῦ ὀνόματος, ἐπήγαγεν, ἐπέβη, δεικνὺς ὡς βασιλέα ἐποχούμενον. Πάλιν δὲ ἀποκρυφὴν εἰπὼν, ἐπήγαγε κύκλῳ αὐτοῦ. ὅτι τὸ σκότος φησὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν περιβέβληται, περὶ αὐτὸν δὲ φῶς ἦν.

ιβ'. ΣΚΟΤΕΙΝΟΝ ΥΔΩΡ ΕΝ ΝΕΦΕΛΑΙΣ.] Ἀκολούθως τοῖς προηγουμένοις ἐπήγαγε τὸ σκοτεινὸν ὕδωρ. συνέχεεν ἅπαντα, φησὶ, τὸν ἀέρα, καὶ συνεζόφωσε, καὶ ἦν πάντα γνόφος, ἀπὸ τοῦ περὶ ἀέρα γινομένου τὴν τοῦ Θεοῦ σχηματίσας ὀργήν. ἡ γὰρ τοῦ ἀέρος συστροφὴ γνόφον ἐργάζεται, καὶ ἀνάγκη ταὐτὸν εἶναι κατὰ τὸ ὕδωρ, ταῖς νεφέλαις μελανθείσαις ὑπὸ τῆς τοῦ ἀέρος συστροφῆς. Ὥσπερ οὖν ζοφωθεὶς ὁ ἀὴρ τὴν τῆς ἀστραπῆς αἴγλην ἐκπέμπει, οὕτως ἀόρατος ὢν ὁ Θεὸς, καὶ τὰς νοερὰς φωτὸς ἀκτῖνας ἀφίησι, καὶ πυρὶ καὶ χαλάζῃ κολάζει τοὺς πονηρούς. Σκοτεινὸν δέ τινες τὸν προφητικὸν ἐξέλαβον λόγον, ὡς ἐν συμβόλοις ἐναποκείμενον· νεφέλας δὲ τοὺς προφήτας, οἵτινες νεφέλαι ἀπὸ τῆς πόρρω ἐλλαμφθέντες αὐγῆς, τουτέστιν ἀπὸ μακροῦ τοῦ χρόνου ἐλλαμφθέντες, τὰ ἐσόμενα προεῖπον ἀνθρώποις. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀπειλὴ τοῖς προφητικοῖς ἔγκειται λόγοις, καὶ ταύτην διὰ τῆς χαλάζης, καὶ τῶν ἀνθράκων ᾐνίξαντο ἢ διῆλθον οἱ προφῆται. Ἀπὸ δὲ τῆς τηλαυγήσεως ἐνώπιον, διὰ τὴν μετρίαν ἔλλαμψιν, τουτέστιν ἀπὸ τῆς ἐπιλάμψεως αὐτοῦ, διῆλθον νεφέλαι φανεραὶ καὶ ἀρίδηλοι, διὰ τὸ παρεῖναι τὸν ὑπ' αὐτῶν προκαταγγελθέντα, πρότερον διὰ τὴν ἀσάφειαν ὕδωρ οὖσαι σκοτεινόν. Ἐπεὶ δὲ ἐνώπιον αὐτοῦ πρόσκειται, εἶεν ἂν καὶ οἱ Ἀπόστολοι, ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως, ἤτοι τῆς τοῦ κηρύγματος λάμψεως, ἔμπροσθεν αὐτοῦ διελθόντες, οἱ νεφελῶν δίκην τῇ οὐρανίῳ δρόσῳ, τῇ τῆς

πίστεως λόγῳ, τὸν κόσμον κατήρδευσαν. Διὸ καὶ ἀκολούθως αἱ χάλαζαι κολάσεων εἴδη, τοὺς μετὰ τὴν ἔκβασιν τῶν προφητευθέντων ἀπιστοῦντας ἔτι ἀμυνόμεναι. Καὶ ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ. Πῶς ἐβρόντησεν ὁ ἀνωτέρω κλίνας τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καταβὰς, εἰ μὴ πάντως ἀνεληλύθει, ὃ διὰ τοῦ ἐπέβη ἐπὶ Χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη, ὑπεδήλωσε; ἢ τοῦτο ὅτε τὸν παράκλητον ἀπέστειλε, βροντῆς ὀνομασθείσης, τοῦ τότε γενομένου ἤχου. Ὅτε καὶ ἔδωκε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, διαμερίσας τὰς γλώττας διὰ τοῦ παρακλήτου· καὶ ἀπέστειλεν οἷα βέλη τοὺς μαθητὰς, πρὸς διασκορπισμὸν τῶν ἀπίστων. ἢ κατὰ ῥητὸν εἰσάγει αὐτὸν ὡσπερεὶ στρατηγὸν, εἰς συμμαχίαν αὐτοῦ. Βέλη δὲ πάντα τὰ βαλλόμενα λέγει, χαλάζαν, ἄνθρακας, εἴ τι πέφυκε βάλλεσθαι. καὶ ἀστραπὰς δὲ, φησι, συνέπεμπεν, ὡς μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἀτενίζειν πρὸς αὐτόν.

ιϛʹ. Καὶ ὤφθησαν αἱ πηγαί.] Γέγονε γὰρ τοῦτο πολλαχοῦ, διαστάσης τῆς γῆς. Νῦν δὲ τοῦτό φησι, ὅτι φόβῳ τῶν ἐπηρτημένων δειμάτων. καὶ εἴ τι ἐν βάθει κρυπτόμενον εἶχεν ἡ γῆ, ἀπέφηνε. Καλὴ δὲ καὶ ἡ ἀποστροφὴ τοῦ λόγου, ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου. Δείκνυσι γὰρ ὡς οὐκ ἄλλον ἦν τὸ φοβῆσαι τὴν κτίσιν, ἀλλὰ σοῦ τοῦ ποιήσαντος. συνῆψε δὲ καὶ τῇ ἐπιτιμήσει καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ὀργῆς πνεῦμα, ὡς ἂν δείξειε μὴ εἶναι ἁπλῆν τὴν ἐπιτίμησιν, ἢ ἀπὸ τῶν ἐξαποσταλμένων βελῶν, καὶ νοητῶν ἀστραπῶν, διαταραχθέντων τῶν πονηρίας πνευμάτων. Ὤφθησαν αἱ πηγαὶ, ἤτοι αἱ γενέσεις τῶν τῆς πονηρίας ὑδάτων. Ἀπὸ δὲ ἐμπνεύσεως τῆς ὀργῆς ἀνεκαλύφθη τὰ τῆς πολυθέου πλάνης θεμέλια, ἢ περιαιρεθείσης τῆς ἐπικειμένης ἀγνοίας. Ὤφθησαν δὲ αἱ ἐνεσπαρμέναι ἔννοιαι περί τι καλὸν, καὶ τοῦ θεοῦ. Ἢ καὶ πᾶσαν γραφὴν ἀσφαλείᾳ κεκαλυμμένην πηγάς φησιν ὀφθείσας.

ιζʹ. Ἐξαπέστειλεν ἐξ ὕψους.] Περιφανῆ, φησι, τὴν πρός με κηδεμονίαν τοῖς πολεμίοις ὑπέδειξεν, ὡς νομίσαι πάντας οὐρανόθεν εἶναί μοι τὴν ἐπικουρίαν. Ὑδάτων δὲ πολλῶν, ἢ τῶν βιωτικῶν περιστάσεων, ἢ τῶν πολεμίων, καὶ τῶν ἐκεῖθεν συμφορῶν, ἢ τῶν ταραχωδῶν καὶ ἁλμυρῶν πραγμάτων τοῦ βίου, ἢ ἀντικειμένων δυνάμεων συγκεχυμένων καὶ τεταραγμένων. Ἐχθρῶν δὲ δυνατῶν, τάχα μὲν τῶν ἐν ὑπεροχαῖς ἀνθρώπων, τάχα δὲ τῶν ἀοράτων.

fidei prædicatione, mundum irrigarunt. Quare etiam conſequenter grandines fuerint quædam punitionum ſpecies, quæ poſt eorum quæ prædicta ſunt euentum adhuc incredulis inferunt vltionem. *Et intonuit de cælo.* Quomodo intonuit, qui ſuperiùs inclinauit cælos, & deſcendit, niſi omninò aſſumptus fuerit, quod inſinuatur per *Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit?* vel niſi hoc contigerit quando Paracletum miſit, ſonitum qui tum fiebat, tonitru appellans. quando item dedit vocem ſuam, linguas per Paracletum diſpertiens: & emiſit diſcipulos quaſi ſagittas, ad infideles diſpergendos. Vel ad litteram inducit ipſum quaſi ducem, in adiutorium ipſius. *Sagittas* autem vocat omnia quæ proiiciuntur; vt grandinem, carbones ignis, & ſi quid aptum eſt emitti. Quin etiam, inquit, ſimul fulgura emiſit, ita vt non poſſent in ipſum intueri.

Comentarius Patrum.

Spiritus ſancti aduentus qualis.

16. Et apparvervnt fontes.] Contigit enim hoc frequenter, cùm terra ſciſſa eſt. Nunc autem ait hoc contigiſſe præ metu imminentium periculorum: & ſi quid in profundo reconditum terra habuit, id reuelauit. Quin & pulchra eſt conuerſio ſermonis: *Ab increpatione tua.* Oſtendit enim creaturam neminem alium timuiſſe præter te creatorem ſuum. Ceterùm etiam increpationi ſubiunxit ſpiritum iracundiæ; vt oſtenderet non ſimplicem fuiſſe increpationem, ſiue à ſagittis emiſſis, ſiue ſpiritalibus fulgetris, nequitiæ ſpiritibus perturbatis. Apparuerunt fontes, ſiue origines aquarum nequitiæ. Ab inſpiratione verò iræ reuelata ſunt fundamenta erroris circa multitudinem deorum, ſiue ignorantiæ iſti errori coniunctæ. Apparuerunt verò inſitæ nobis cogitationes de rebus honeſtis, ac Deo. Siue etiam omnem Scripturam ſecuritate tectam, per fontes illos qui apparuerunt, intelligit.

Creatura timet creatorem.

17. Misit de svmmo.] Manifeſtam, inquit, mei curam meis hoſtibus oſtendit: vt exiſtimarent omnes, cælitus mihi auxilium adueniſſe. *De aquis* autem *multis*, id eſt, de neceſſitatibus temporalibus, vel inimicis, & calamitatibus inde emergentibus, vel perturbatis & inquietis huius vitæ rebus, vel aduerſis poteſtatibus confuſis ac perculſis. De *inimicis* autem *potentibus*, fortè quidem hominibus eminentibus, fortè verò inuiſibilibus.

Aquæ, ſunt temporales calamitates.

COMMENTARIVS PATRVM.

Liberabit me, quoniam confortati ſunt ſuper me, & in tempore afflictionis inſurrexerunt aduerſus me; vel damna intelligens, vel animæ ob peccatum imbecillitatem, propter quam prolapſa eſt in peccatum. Verumtamen, inquit, *Dominus firmamentum meum factus, eduxit me in latitudinem* ex anguſtia tribulationis, & rerum dilatationem ac rectitudinem mihi præbuit, & quaſi expulſum ſuſtentauit. Etenim alibi ait: *Impulſus, euerſus ſum vt caderem*, &c. Deus enim firmat eum, qui in die tribulationis ad ipſum confugit, ne impulſus cadat. Dilatatur autem aliquis in tribulatione, non quòd naturam exuat, ſed quòd generoſè ferat.

Pſal. 117, 13.
Deus protegit & dilatat afflictos.

20. SALVVM ME FACIET, QVONIAM VOLVIT ME.] Quoniam, inquit, ipſi placuit me eſſe & conſeruari, confiſus ſum quòd etiam impoſterum me liberabit. Vel illud *voluit*, de condonatione peccati dictum eſt. Niſi enim, inquit, me voluiſſet, haudquaquam Prophetam ad me miſiſſet. Haud iniuſtè verò, inquit, mei curam geret; quoniam & propoſitum meum nouit, quòd ſtudium mihi ſit omnia mandata eius cuſtodire. Vbi enim magnam Dei de ſe curam oſtenderat, huius rei iuſtitiam demonſtrat, ad virtutem adhortans. Quin etiam lapſos per ſubſequentia benefacta ſe decet erigere. *Iuſtitiam* autem hîc intelligit vniuerſam virtutem practicam; *puritatem* verò *manuum* vocat practicas operationes, abſque macula factas, eò quòd ab optima ſint intentione ſeu habitudine. Nihil autem ſibi arrogat, bonorum quæ geſſit, cauſas Deo adſcribens: *vias* enim mandata vocat. Non agit autem impiè, qui de dogmatibus veritatis rectè ſentit. Ceterùm non profitetur ſe hîc impeccabilem, ſed quòd iis qui ipſi inſidiabantur, puriores manus habuerit. *Omnia* autem *iudicia* dixit: eò quòd *iudicium* dupliciter accipiatur. Aliquando quidem pro iuſta ſententiæ prolatione, qualis eſt iudicij directio: nonnumquam verò pro condemnatione, vt quorum iudicium legitimum eſt. Omnia igitur ſunt in conſpectu amici Dei, ita vt nihil ipſum lateat.

Iuſtitia eſt omnis virtus.

Mandata ſunt viæ.

Iudicij duplex acceptio.

24. ET ERO IMMACVLATVS.] Qui propter gloriã, vel aliam ob cauſam ſe immaculatum ſeruat, non eſt cum Deo, ſicuti hi qui propter Deum benè agũt. Porrò immaculatos ſeruat

Vno cum Deo ſeruat immaculatum.

ῥύσεταί με, ὅτι ὑπὲρ ἐμὲ κατεκραταίωνται, καὶ ὅτι ἐν καιρῷ κακώσεως ἐπανέστησάν μοι. ἢ τὰς συμφορὰς λέγων, ἢ τὴν ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ τῆς ψυχῆς ἀσθένειαν, δι' ἣν πρὸς ἁμαρτίαν ὠλίσθησε. Καίτοι, φησὶν, ὁ κύριος στερεωμός μου γενόμενος, εἰς πλάτος ἐξήγαγέ με ἐκ τῆς διὰ τὴν θλίψιν στενοχωρίας, καὶ εὐρυχωρίαν μοι πραγμάτων, καὶ εὐθηνίαν παρέσχετο, καὶ οἷον ὠθούμενον ὑπήρεισε. Καὶ ἀλλαχοῦ γὰρ λέγει· ὠσθεὶς, ἀνετράπην τοῦ πεσεῖν, καὶ ἑξῆς. Ἐν κακώσεως γὰρ ἡμέρᾳ τὸν καταφυγόντα πρὸς αὐτὸν, ἀντιστηρίζει ὁ Θεὸς, ὡς ἂν μὴ κλονηθεὶς καταπέσῃ. Πλατύνεται δέ τις ἐν θλίψει, οὐκ ἔξω γενόμενος φύσεως, ἀλλὰ γενναίως φέρων.

κʹ. ΡΥΣΕΤΑΙ ΜΕ, ΟΤΙ ΗΘΕΛΗΣΕ ΜΕ.] Ἐπεί, φησιν, ἔδοξεν αὐτῷ εἶναί με, καὶ σώζεσθαι, πέποιθα ὡς καὶ πρὸς τὸ μέλλον ῥύσεται. ἢ τὸ ἠθέλησε, περὶ τῆς συγχωρήσεως τῆς ἁμαρτίας. εἰ γὰρ μὴ ἠθέλησέ, φησιν, οὐκ ἂν τὸν προφήτην πρός με ἀπέστειλεν. Οὐκ ἀδίκως δέ, φησι, ποιήσεταί μου πρόνοιαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐμὸν σκοπὸν εἰδὼς, ὅτι σπουδή μοι πάσας φυλάττειν τὰς αὐτοῦ ἐντολάς. Ἐπεὶ γὰρ πολλὴν ἔδειξε τὴν περὶ αὐτὸν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν, δείκνυσι ταύτης τὸ δίκαιον, προτρέπων εἰς ἀρετήν. Ἢ καὶ ὠλισθηκότας ἀναλαμβάνειν δεῖ ἑαυτοὺς, διὰ δευτέρων κατορθωμάτων. Δικαιοσύνην δὲ τὴν καθόλου πρακτικὴν ἀρετὴν, καθαριότητα δὲ χειρῶν τὰς πρακτικὰς λέγει ἐνεργείας, ἀμολύντους γενομένας, τὰς ἀπὸ βελτίστης ἕξεως ἰούσας. Οὐκ ἀλαζονεύεται δὲ, ἀνατιθεὶς τὰς ὧν κατώρθωσεν αἰτίας Θεῷ. ὁδοὺς γὰρ λέγει τὰς ἐντολάς. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀσεβεῖ ὁ περὶ τὴν τῆς ἀληθείας δογμάτων ὀρθῶς διειληφώς. Ἢ οὐδὲ ἀναμάρτητον ἑαυτῷ ἐνταῦθα μαρτυρεῖ, ἀλλ' ὅτι τῇ τῶν ἐπιβουλευόντων συγκρίσει, καθαρωτέρας αὐτοῦ εἶχε τὰς χεῖρας. Πάντα δὲ τὰ κρίματα εἶπε, διὰ τὸ διττῶς λέγεσθαι τὸ κρῖμα. Πῆ μὲν ἐπὶ τῆς δικαιοκρισίας, ὡς καὶ τὸ, κρῖμα κατευθύνειν· πῆ δὲ ἐπὶ κατακρίσεως, ὡς ἐπὶ τοῦ, ὧν τὸ κρῖμα ἔνδικόν ἐστι. Πάντα οὖν ἐνώπιόν ἐστι τοῦ θεοφιλοῦς, ὡς μηδὲν αὐτὸν λανθάνειν.

κδʹ. ΚΑΙ ΕΣΟΜΑΙ ΑΜΩΜΟΣ.] Ὁ διὰ δόξαν ἔχων τὸ ἄμωμον, ἢ ἑτέρως, οὐκ ἔστι μετὰ Θεοῦ, ὥσπερ οἱ διὰ Θεὸν τὸ ἀγαθὸν ἐργαζόμενοι. Ἀμώμους δὲ φυλάττει ὁ

πρὸς

πρὸς Θεὸν ἕνωσις, ἧς ὁ χωρισθεὶς, γίνεται μωμητός. Ἐπαγγέλλεται δὲ καὶ φυλάξασθαι ἀπὸ τῆς ἀνομίας, ἢ τῆς γεγενημένης αὐτῷ, ἢ τῆς θελκτικῆς, ὃ διαπαντὸς ὀφείλει φυλάττεσθαι. Τὸ γὰρ τῆς σαρκὸς φρόνημα, ἔχθρα ὂν πρὸς Θεὸν, ἀνομία ἀνθρώπου ἐστὶν, ἀφ' ἧς φυλάττεται ὁ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατῶν. Ἀνθ' ὧν, φησιν, ἀνταποδώσει κύριος, κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, δικαιοσύνην μὲν λέγων τὸν εὐσεβῆ σκοπὸν, καθαρότητα δὲ χειρῶν τὰς ἀγαθὰς πράξεις, ἢ δικαιοσύνην τὴν ἐκ πίστεως· τοῖς γὰρ πιστεύουσιν ὀρθῶς εἰς δικαιοσύνην ἡ πίστις λογίζεται. Συζευγνύει δὲ καθαρότητα, τοῖς ἀμολύντως ἐνεργημένοις τῆς πίστεως ἔργοις, ὧν χωρὶς ἡ πίστις νεκρά. Τὸ δὲ ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, ὁ Σύμμαχος, ἀντικρὺ εἶπεν. Οὐ γὰρ ἀνθρώπων, φησὶν, ὀφθαλμοῖς ἐσπούδαζον τὴν καθαρότητα δεικνῦναι, οὐδ' ὥστε ἀρέσκειν τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' ἀντικρὺ τῶν τοῦ κριτοῦ ὀφθαλμῶν, πᾶσαν ἐποιούμην σπουδὴν τῆς ἑαυτοῦ καθαρότητος.

κϛ'. ΜΕΤΑ ΟΣΙΟΥ ΟΣΙΟΣ ΕΣΗ.] Ἔθος γὰρ, φησι, καταλλήλως κεχρῆσθαι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ πρὸς τὰς γνώμας αὐτῶν ἁρμόττειν τὰς ἀντιδόσεις: καὶ τοὺς μὲν καθαροὺς ἀμείβῃ, ὁσίους τε ὄντας καὶ καθαρούς, τοῖς δὲ τὴν ἐναντίαν βαδίζουσι κατάλληλον παρασκευάζεις εὑρεῖν τὸ τῆς ὁδοῦ τέλος. Κἀμὲ οὖν εἰκότως προνοίας ἠξίωσας· εἰ γὰρ ἤμην ἐναπομείνας τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ τῇ ἐκ ταύτης διαστροφῇ, κατάλληλον ἂν τὸ κρῖμα ἐπήγαγες· ἐπεὶ δὲ ἐφύλαξα τὰς ὁδούς σου, ὁ μετὰ ὁσίου ἀξιούμενος, οὐ κατὰ τὴν ἐν καιρῷ γεγενημένην ἡρμόσω μοι διαστροφὴν, κατὰ δὲ τὴν μετὰ ταῦτα ζωὴν, καὶ τὸν ἐν δικαιοσύνῃ μου βίον: ὁσιοῦται γὰρ Θεὸς ὅσια χορηγῶν τοῖς ὁσίοις πρὸς τελείωσιν· πρὸς μέλλοντα δὲ τὸ διαστρέψεις εἶπε. Τὴν γὰρ πρὸς τὰ φαῦλα πορείαν κωλύων ὁ Θεὸς, τὸν ἐπὶ κακὰ τρέχοντα διαστρέφει, φράσσων τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐν σκόλοψι, καὶ τὰς τρίβους αὐτοῦ ἀνοικοδομῶν. Οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, φησὶ, ποιεῖς, τοὺς μὲν μετριότητι συζῶντας σωτηρίας ἀξιοῖς, τοὺς δὲ ὑπερηφάνους ταπεινῶσαι περιβάλλεις. Ἢ σκοπῆσαι δεῖ, μήποτε προφητικῶς λαὸν μὲν ταπεινὸν, κατὰ δὲ Σύμμαχον πρᾶον, τὸν τῶν Ἀποστόλων αἰνίττεται χορόν· ὑπερηφάνους δὲ τοὺς ἐξάρχοντας τῆς ἐκ περιτομῆς, οὓς ἀλαζονευσαμένους ἐταπείνωσε, λαὸν σώσας τὸν ἐξ ἀρετῶν ἐγνωσμένον καὶ πιστόν.

vnio cum Deo, à qua qui recedit, macu- COMMENTA-
lam contrahit. Dicit verò etiam, quòd custo- RIVS PA-
dierit se ab iniquitate; siue ab illa quam fece- TRVM.
rat, siue ab eo quod ipsum alliciebat, quod
ſemper cauere oportet. Nam carnis cura Deo *Carnis cu-*
inimica, hominis est iniquitas, à qua præser- *ra, Deo*
uatur, is qui ſpiritu facta carnis mortificat. *inimica.*
Pro quibus, inquit, *retribuet mihi Dominus,*
ſecundùm iuſtitiam meam; iuſtitiam nempe *Iuſtitia*
vocans piam intentionem; *puritatem* verò *eſt pura*
manuum, probas actiones, vel *iuſtitiam* illam *intentio,*
quæ ex fide eſt: nam iis qui rectè credunt, *& viua*
fides reputatur ad iuſtitiam. Coniungit au- *fides.*
tem puritatem operibus fidei immaculatè factis, ſine quibus fides mortua eſt. Iſtud autem, *In conſpectu oculorum eius*, Symmachus vertit, *è regione.* Non enim, inquit, ſtudui oculis hominum puritatem oſtentare, neque plurimis placere; ſed coram oculis iudicis omne ſtudium propriæ puritatis collocabam.

26. CVM SANCTO SANCTVS ERIS.] Soles
enim, inquit, hominibus vices rependere, & *Deus ſe*
ſecundùm voluntates eorum etiam accom- *noſtris me-*
modare retributiones. Ac puros quidem re- *ritis accom-*
muneraris, quòd ſancti ſint & caſti; contrariam *modat.*
verò viam ambulantibus, proportionatum præparas vt inueniant viæ finem. Meritò igitur etiam me prouidentiâ dignatus es. Nam ſi in peccato, & quæ inde oritur peruerſitate permanſiſſem, congruum ſupplicium intuliſſes: ſed quoniam cuſtodiui vias tuas, & cum iuſto computatus ſum, non ſecundùm præteritam peruerſitatem meam ſententiam accommodaſti; ſed ſecundùm vitam, quam poſtmodum tranſegi in iuſtitia. Sanctificatur nempe Deus, dum ſancta præbet ſanctis, ad perfectionem. Dixit autem in futuro, *peruertêris.* Deus enim iter ad mala prohibens, ad iniqua currentem diuertit, palis obſtruens illius viam, & ſemitas eius reddens inacceſſas. Sic autem, inquit, etiam in aliis facis, ac moderatè quidem viuentibus ſalutem impertis; ſuperbos verò & elatos humilias. Conſideratione quoque dignum, num fortè prophetico more, populum quidem humilem, vel, vt Symmachus vertit, mitẽ, Apoſtolorum chorum inſinuet; ſuperbos verò, principes circumciſionis, quos inſoleſcẽtes humiliauit, ſaluum faciens populũ virtutibus ac fide probatum.

Lucernam

COMMENTARIVS PATRVM. *Chriſtus lucerna.* Lucernam verò vocat Chriſtum, ex ipſo ſecundùm carnem oriundum: ſiquidem lucerna erat à Dei vnione illuſtrata. Ait igitur ad Dominum, quòd, cùm ſit lux vera, ineffabiliter vnitus lucernæ ex me aſſumendæ, quæ futura erat lux in ipſum, etiam tenebras in me obortas diſſipabis. Quin etiam à te conforrtatus, in te tranſgrediar murum, vbi & cum ſecuritate ſalutem à te conſequar; vel *murum* vocat inimicorum munitiones, quibus ipſum obſidere conabantur.

29. QVONIAM TV ILLVMINAS LVCERNAM.] Cùm tenebras vocaſſet tribulationes, meritò harum ſublationem lucem appellauit. *Intellectus eſt animi lucerna.* Aliàs etiam intellectus animi *lucerna* nuncupatur, vtpote lucis capax: neque enim ipſe ſecundùm eſſentiam ſuam lux eſt. *Paſſiones ſunt tenebræ.* Huius autem tenebræ, ſunt vis iraſcibilis & concupiſcibilis, quæ ab intellectu illuſtrantur, quando, hic diuinos ſplendores admittit: ſiquidem illæ cognitionis incapaces ſunt, vtpote irrationales. Quando autem intellectus non eſt illuſtratus ſcientiâ; multò minus hæ. & hoc eſt illud: *Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt.* (Matth. 6, 23.) Habet enim intellectus affinitatem cum oculo, irrationalia verò cum corpore. *Viri proli accenſam habent lucernam.* Porrò forſan qui à Domino veritate illuſtrati ſunt, lucernam accenſam habent; qui verò actiones ſecundùm rectam rationem dirigũt, ex eo quòd à mente illuſtrentur, etiam tenebras ſuas habent illuminatas. Et qui ſpiritalia, prout oportet, contemplantur, lucernam habent à Domino illuminatam; & qui, vti decet, ſenſilia intuentur, ſecundùm ſenſum illuſtrantur; qui quòd rationis expers ſit, ſecundùm ſe tenebroſus exiſtit. Illud autem, *In te eripiar*, idem eſt ac, per te liberabor à tentatione. Etſi etiam calamitates mihi occurrerint inſuperabiles, auxilio tuo me quaſi murum iis ſuperiorem conſtitues. Grauibus enim difficultatibus liberari nemo poteſt, niſi fuerit in Deo; exiſtit autem quis in Deo, qui eius eſt particeps.

31. DEVS MEVS, IMPOLLVTA.] Hæc, inquit, Dei opera munda ſunt, & immaculata, iuſtè cuncta dirigentis, quòd afflictos adiuuet, atque ſuperbos humiliet. *Eloquia Dei pura.* Et idcircò eloquia eius de his tamquam argentum igne examinatum, pura ſunt, ab omni reprehenſione ac falſitate perpurgata, & probata.

Λύχνον δὲ τὸν ἐξ αὐτοῦ καταγόμενον κατὰ σάρκα τὸν Χριστόν. λύχνος γὰρ ἦν, ἑνώσει θεοῦ φωτιζόμενος. Φησὶν οὖν πρὸς κύριον, ὅτι φῶς ὑπάρχων ἀληθινὸν, ἀπορρήτως ἑνωθεὶς τῷ λύχνῳ τῷ ἐξ ἐμοῦ, τῷ γενησομένῳ φωτὶ εἰς αὐτὸν, καὶ τὸ ἐν ἐμοί ποτε γενόμενον σκότος ἀνελεῖς. Καὶ δυναμωθεὶς παρὰ σοῦ, τὸ ἐπὶ σοὶ ὑπερβήσομαι τεῖχος, ἔνθα καὶ σὺν ἀσφαλείᾳ τῆς παρὰ σοῦ τεύξομαι σωτηρίας· ἢ τεῖχος, τὰ τῶν ἐχθρῶν ὀχυρώματα λέγει, ὧν ἐπειρῶντο περιστοιχίζεσθαι.

κβ'. ΟΤΙ ΣΥ ΦΩΤΙΕΙΣ ΛΥΧΝΟΝ.] Σκότος καλέσας τὰς θλίψεις, εἰκότως τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν φῶς ἐκάλεσε. Καὶ ἄλλως δὲ νοῦς λέγεται λύχνος τῆς ψυχῆς, ὡς φωτὸς δεκτικός. οὐ γὰρ αὐτὸς ἐστι κατ' οὐσίαν φῶς. Σκότος δὲ ταύτης, τὸ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν· ἃ δὴ φωτίζεται ὑπὸ τοῦ νοῦ, δεξαμένου τὰς θείας αὐγάς. ἐπιστήμης μὲν οὐ τυγχάνοντα δεκτικὰ, καὶ γάρ εἰσιν ἄλογα. Σὺν ἐπιστήμῃ δὲ τοῦ νοῦ μὴ φωτισθέντος, πολύ γε μᾶλλον οὐδὲ ταῦτα. καὶ τοῦτό ἐστι τό· Εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος ἐστίν. Ἀναλογεῖ γὰρ ὁ μὲν νοῦς ὀφθαλμῷ, τὰ δὲ ἄλογα σώματι. Τάχα δὲ καὶ οἱ περιλαμφθέντες ἀληθείᾳ παρὰ κυρίου, λύχνον ἔχουσιν ἡμμένον· τὰς δὲ πράξεις κατ' ὀρθὸν ἄγοντες λόγον, ἐκ τοῦ παρὰ τοῦ νοῦ πεφωτίσθαι, καὶ τὸ σκότος αὐτῶν ἔχουσι φωτιζόμενον. Καὶ οἱ τὰ νοητὰ, καθὰ δεῖ, θεωρήσαντες, λύχνον ἔχουσιν ὑπὸ κυρίου πεφωτισμένον, καὶ οἱ ὡς δεῖ τὰ αἰσθητὰ θεώμενοι, φωτίζονται τὴν αἴσθησιν, ἢ τῷ ἄλογον εἶναι, καθ' ἑαυτὴν σκότος ἐστί. Τὸ δὲ, Ἐν σοὶ ῥυσθήσομαι, ἀντὶ τοῦ, διὰ σοῦ ἀπαλλαγήσομαι πειρασμοῦ. Καὶ εἰ καὶ συμφοραί μοι ἀπαντήσειαν ἀνυπέρβλητοι, ὥσπερ τεῖχος, ἀνώτερον θήσεις τῇ σαυτοῦ βοηθείᾳ. Περιστάσεων γὰρ οὐκ ἔστι ῥυσθῆναι πικρῶν, ἢ ἐν τῷ θεῷ γεγονότα· γίνεται δέ τις ἐν θεῷ, μετέχων αὐτοῦ.

λα'. Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ ΑΜΩΜΟΣ.] Αὗται, φησι, τοῦ θεοῦ αἱ πράξεις καθαραὶ καὶ ἀμέμπτοι, δικαίως ἰθύνοντος πάντα, τῷ βοηθεῖν τοῖς καταπονουμένοις, καὶ ταπεινοῦν τοὺς ὑπερηφάνους. Καὶ τὰ περὶ τούτων λόγια αὐτοῦ, ὡς τὸ πεπυρωμένον ἀργύρειον, καθαρὰ πάσης μέμψεως καὶ ψεύδους, βεβασανισμένα, δεδοκιμασμένα.

Ὅτι

Ὅτι ὑπερασπιστής ἐστι πάντων τῶν ἐπ' αὐτὸν ἠλπικότων. Ἢ καὶ τὴν πρὸς θεὸν ἄγουσαν ὁδὸν ἄμωμον λέγει, ἥτις ἐστὶν ἀρετή. Τὸ δὲ ὑπερασπιστὴς ἀνδρός ἐστι φωνὴ τῆς ἰδίας ἀσθενείας ἐπῃσθημένου, πρὸς ἐχθροὺς δυνατοὺς, καὶ καταφεύγοντος εἰς θεόν. ὡς ἐπὶ τοῦ, Δίκασον κύριε. πρὸς ὃν καὶ λέλεκται, Ὅπλῳ κυκλώσει σε. Εἶτα ἐκ τῆς βοηθείας ἡ παρρησία. Τίς θεὸς πάρεξ τοῦ κυρίου; Ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ λόγος, μόνος θεὸς ἀληθὴς, διὸ καὶ μονογενὴς, διὰ τὸ μόνος εἶναι, ὡς ὁ πατὴρ, θεός. οἱ γὰρ ἄλλοι παρουσίᾳ θεοῦ λόγου, θεοὶ κατασκευάζονται. Ἐκείνους γὰρ εἶπε θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος γέγονε τοῦ θεοῦ. Ὁ δὲ σωτὴρ ποιητὴς θεῶν, οὐ μεθέξει θεός. εἰπὼν δὲ περὶ Χριστοῦ, ὡς φύσει θεὸς, νῦν λέγων· ἢ τίς θεὸς; μόνον λέγει εἶναι, κατ' αὐτὸν τὸν πατέρα. ἡμῖν δὲ εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός. Ἴσως δὲ καὶ ἐκ παρ' ἀλλήλων τοὺς δύο προηνέγκατο στίχους.

λγʹ. ΘΕΟΣ Ο ΠΕΡΙΖΩΝΝΥΩΝ ΜΕ.] Οὗτός, φησιν, ὁ ἀληθὴς θεὸς, ᾧ ἐπεποίθειν, ἐν μὲν τῷ νικᾷν, δυνάμει με περιεζώννυε, καὶ ἀβλαβῆ μοι τὴν περὶ τὰ πρακτέα ἐτίθει ὁδόν. εἰ δὲ καὶ φεύγειν ἔδει, οἷα τὰ ἀνθρώπινα, δρομαιότερόν με κατὰ τὰς ἐλάφους ἐποίει, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ἀνώτερον· ἐπιτευκτικὸν εἶναι κατὰ τὴν μάχην διδάσκων, καὶ τιθεὶς τοὺς βραχίονας ὡς τόξον. προσυπακούεται γὰρ τὸ ὡς· οἷον, ὡσανεὶ χαλκοῦν ποιῶν κατὰ τὴν ἰσχὺν τούτους. Τὸ εὔτονον γὰρ διὰ τοῦ χαλκοῦ ἐσήμανεν. Ἐξ οὗ μοι καὶ ἡ κατ' ἐχθρῶν νίκη ἐγένετο, τῆς δεξιᾶς ἐκείνου συναντιλαμβανομένης, καὶ ὑπερασπιζούσης μοι. Ἄλλως καὶ ἀπρακτούντων ἡμῶν τὰ πρὸς σωτηρίαν, δυναμοῖ τὴν ἀνθρωπείαν ἰσχὺν ὁ θεὸς συνάγων πρὸς ἑαυτόν. Καθ' ὁμοίωσιν δὲ τῆς αὐτοῦ ὁδοῦ ἀμώμου οὔσης, παρεσκεύασε καὶ ἡμῖν διὰ τῶν μαθητῶν ἄμωμον ὁδόν. Ἐλάφοις γὰρ μὲν ἀπεικάζονται οἱ ἅγιοι, διὰ τὸ ὀρειβατεῖν. καὶ αὐτοὶ γὰρ τὰ ἄνω σκοποῦσι. Κἂν γὰρ ἄλλοι, φησὶ, καθέλκεσθαι ἐπὶ τὰ βάθη βιάζωνται τῆς κακίας, αὐτοὺς δρομικοὺς διδάσκων εἶναι, τῷ καταλλήλῳ τίθησιν ὕψει.

λϛʹ. ΚΑΙ Η ΠΑΙΔΕΙΑ ΣΟΥ.] Παιδείαν τὴν ἐκ νόμου παίδευσιν λέγει. Οἷον διὰ πάντων με, φησι, εὐεργετῶν, δέδωκας καὶ νόμους, δι' ὧν ἐπαιδευόμην τὸ δέον. Μανθάνων γὰρ ἐκεῖθεν ὡς οὐ δεῖ ἀδικεῖν, ἀπειχόμην τούτου. Ἀλλ' ἵνα μὴ βλάπτωμαι,

Quoniam protector eſt omnium ſperantium in ſe. Vel etiam viam quæ ad Deum adducit, *immaculatam* vocat, quæ eſt virtus. Porrò verbum *protector*, vox viri eſt propriæ imbecillitatis conſcij, contra inimicos potentes, & ad Deum confugientis, vt in illo, *Iudica Domine.* Ad quem etiam dictum eſt: *Scuto circumdabit te.* Deinde ex auxilio fiducia. *Quis præter Dominum?* Solum enim Dei Verbum Deus verus eſt; quare etiam vnigenitum exſiſtit, eò quòd ſolum ſit, vti Pater, Deus: nam alij, per præſentiam Dei Verbi, dij fiunt. Illos enim dixit Deos, *ad quos ſermo Dei factus eſt.* Saluator autem eſt conditor deorum, & non Deus participatione. Cùm autem dixiſſet de Chriſto, quòd naturâ Deus ſit, nunc dicens: *Aut quis Deus?* ſolum ait eſſe ſecundùm ipſum Patrem. *Nobis autem vnus Deus Pater, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus.* Fortè verò etiam relatiuè duos iſtos verſiculos extulit.

COMMENTARIVS PATRVM.

Via Dei immaculata.

Vnus Deus verũ multi dei per participationem.

Ioan. 10, 36.

2. Cor. 8, 6

33. DEVS QVI PRÆCINXIT ME.] Hic, inquit, verus Deus, cui confiſus fui; dum vincebam, virtute præcinxit me, & innoxiâ mihi circa res agendas viam propoſuit. Quòd ſi verò (vt res humanæ ferebant) fugiendum erat; ceruis me velociorem reddidit, & inſidiantibus ſuperiorem; docens me in pugna voti compotem exiſtere, & ponens brachia mea tamquam arcum: ſubauditur enim vocula, *tamquam.* q. d. Tamquam æs efficiens illâ quoad robur. Per æs enim ſoliditatem declarauit. Vnde etiam mihi aduerſus hoſtes obtigit victoria, dexterâ ipſius mihi ſuccurrente, ac me protegente. Aliàs etiam nobis ſalutis negotium non vrgentibus, humanam virtutem Deus roborat, ad ſe adducendo. Secundùm ſimilitudinem autem viæ ſuæ immaculatæ, præparauit etiam nobis per diſcipulos viam immaculatam. Porrò Sancti quoque ceruis aſſimilantur, trans montes currentibus: nam & hi ſuperna ſpectant. Et licet, inquit, ceteri ad malitiæ profundum vergere cogantur, ipſe eos currere docens, ad congruam extollit altitudinem.

Deus ſuos dirigit in rebus agendis.

Sancti ceruis ſimiles.

36. ET DISCIPLINA TVA.] *Diſciplinam* vocat doctrinam ex lege. q. d. Per omnia mihi benefaciens, etiam leges dediſti, quibus honeſtatem edoctus ſum. Ex iis enim diſcens minimè faciendam eſſe iniquitatem, abſtinui ab illa. Quin etiam ne læderer,

Diſciplina quid.

COMMENTARIVS PATRVM.

rurſus ex eâdem benignitate, ſufficiens mihi ſubſidium præbuiſti: nempe cordis dilatationem. Vel *diſciplinam* intelligit doctrinam (Prou. 19, 20.) correctricem, iuxta illud, *Suſcipe diſciplinam*: vel laborioſam vitæ rationem, iuxta illud, (Hebr. 12, 5) *Noli negligere diſciplinam Domini.* Iſtud autem, *Dilataſti greſſus meos*, idem eſt ac ſi dicat: Auferens ſcandala & laqueos, quos præparauerant mihi inimici mei, latiorem mihi viam reddidiſti; ſiue pro anguſtiis afflictionum, latam mihi conſolationis viam conceſſiſti. (*Deus dilatat corda per conſolationes.*) Nam Symmachus pro *dilataſti*, legit, *ſpatioſam viam dediſti*, vt non inuertantur tali mei. Vel *greſſus* ait, quatenus à malitia quis tranſit ad virtutem; qui quidem greſſus ſub initium moleſti ſunt illi qui arctam viam ingreditur, ſed progreſſu dilatantur. Quòd enim poſt virtutis labores quies percipiatur, veſtigia firmantur.

38. PERSEQVAR INIMICOS.] Tamquam infinitis à Deo beneficiis affectus, audaciam cepit inimicos perſequendi. Finis autem perſecutionis, eſt omnimoda illorum defectio. Nihil, inquit, me impediet, non labor, non timor; ſed ſuperior euadam, & non deſiſtam donec eos ſubegero. (*Malis prodeſt, ſanctis ſuccumbere.*) Proderit autem ipſis cadentibus, quòd ſanctis ſubiecti ſint. *Confringam* autem, id eſt, in tales anguſtias redigam, vt nullam in fuga ſtationem inueniant. Parcit autem iis qui in inimicitia non perſeuerant: hos enim non vult perdi, ſed à malitia reuocari, huius rei ſenſum ipſis iniiciens. Deinde rurſus Deo victoriam adſcribens, *Et præcinxiſti me*, inquit, *virtute ad bellum, & ſupplantaſti*, id eſt, inimicorum impetum inhibuiſti: ſiquidem Goliathum lapide proſtrauit, Saülem ſomno detentum effugit, vti & Gethæos. (*Dorſum, pro fuga & auerſione ſumitur.*) Illud: *Dediſti mihi dorſum*, id eſt, in fugam vertens inimicos meos, dediſti mihi vt illos in terga proiicerem. *Odientes* verò intelligit Achitophelem, Saülem & ceteros. Quin etiam vir probus confidenter coram Domino conſiſtit; improbus verò propter propriam malitiã retroiicitur. Cùm enim ipſe Deo terga verterit, & non faciem; vtique etiam ipſe tergum habebit propter auerſionem. Porrò manifeſtum eſt quantum noceant virtutes noxiæ, cùm faciem occupant; verùm in terga proiectæ, nihil valebunt, iuxta illud: (Pſal. 128, 3) *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.*

πάλιν ἐκ τῆς τοιαύτης ἐπιτασείας, ἱκανὴν παρέχες βοήθειαν, πλατυσμὸν παρεχόμενος. Ἢ παιδείαν τὴν παιδευτικὴν διδασκαλίαν, κατὰ τό, Ἐπιλαβοῦ παιδείας· ἢ τὴν ἐπίπονον ἀγωγήν, κατὰ τό· Μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου. Τὸ δέ, Ἐπλάτυνας τὰ διαβήματά μου, ἀντὶ τοῦ, περιελών, φησι, τὰ σκάνδαλα καὶ τὰς παγίδας ἃς κατεσκεύασαν οἱ ἐχθροί, εὐρυτέραν μοι τὴν πορείαν ἐποίησας. ἢ ἀντὶ τοῦ, ἐκ στενοχωρίας τῶν θλιβερῶν, εὐρυχωρίαν ἔδωκας παρακλήσεως. Ὁ γὰρ Σύμμαχος, εὐρυχώρησας εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, ἐπλάτυνας, ἵνα μὴ περιτραπῶσιν οἱ ἀστράγαλοί μου. Ἢ διαβήματα λέγει, καθὸ ἐκ κακίας πρὸς ἀρετὴν διαβαίνει τις. ἃ κατ' ἀρχὰς μὲν ἐπίπονά ἐστι τῷ τὴν τεθλιμμένην ὁδεύοντι, τῇ δὲ προκοπῇ πλατύνεται. Τῷ γὰρ μετὰ τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους ἀνάπαυλαν δέχεσθαι, ἰσχυροποιεῖται τὰ ἴχνη.

λη'. ΚΑΤΑΔΙΩΞΩ ΤΟΥΣ ΕΧΘΡΟΥΣ.] Ὡς διὰ μυρίων εὐεργετηθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ, θάρσος ἔλαβε καταδιῶξαι τοὺς ἐχθρούς. Τέλος δὲ τῆς διώξεως, ἡ ἐκείνων εἰς τὸ παντελὲς ἔκλειψις. Οὐδέν μοι γενήσεται, φησιν, ἐμποδών, οὐ κόπος, οὐ φόβος, ἀλλὰ περιέσομαι, καὶ οὐκ ἀποστήσομαι ἕως ὑπηκόους ἐργάσομαι. Ὠφελοῦνται δὲ πίπτοντες οἱ ἁγίοις ὑποταττόμενοι. Τὸ δὲ Ἐκθλίψω, τουτέστιν, οὕτω στενοχωρήσω, ὡς μηδὲ στάσιν εὑρεῖν ἐν φυγῇ. Φείδεται δὲ τῶν ἐν τῇ ἔχθρᾳ μὴ μενόντων. Οὐ γὰρ ἀπολέσαι τούτους ζητεῖ, ἀλλὰ τῆς κακίας μετακινῆσαι, αἴσθησιν αὐτοῖς ἐμβάλλων. Εἶτα ἀνατιθεὶς πάλιν τῷ θεῷ τὴν νίκην, Καὶ περιέζωσάς με, φησι, δύναμιν εἰς πόλεμον, καὶ συνεπόδισας, ἀντὶ τοῦ ἐπέδησας τὴν τῶν πολεμίων ὁρμήν. Τὸν μὲν γὰρ Γολιὰθ λίθῳ κατήνεγκε, τὸν Σαοὺλ ὕπνῳ πεδηθέντα ἐξέφυγε, καὶ τοὺς Γεθαίους. Τὸ δέ, Ἔδωκάς μοι νῶτον, ἀντὶ τοῦ, φυγάδας καταστήσας μου τοὺς ἐχθρούς, ἔδωκάς μοι κατὰ νώτου βάλλειν αὐτούς. μισοῦντας δέ, οἷον τὸν Ἀχιτόφελ, τὸν Σαοὺλ, καὶ ἑτέρους. Καὶ ὁ σπουδαῖος δὲ διὰ παῤῥησίας ἐνώπιον κυρίου παρίσταται· ὁ δὲ φαῦλος δι' ἰδίαν κακίαν ὀπίσω ἐκβάλλεται. Ἐπεὶ γὰρ ἔστρεψε πρὸς θεὸν νῶτα, καὶ οὐχὶ πρόσωπον, νῶτον ἕξει καὶ αὐτὸς διὰ τὴν ἀποστροφήν. δῆλον ὡς αἱ μοχθηραὶ δυνάμεις εἰς πρόσωπον ἐρχόμεναι βλάπτουσι, εἰς νῶτον δὲ ῥιφθεῖσαι, οὐδὲν δύνανται, κατὰ τό, Ἐπὶ τὸν νῶτόν μου ἐτέκταινον οἱ ἁμαρτωλοί.

μβ'. ΕΚΕ-

μβ΄. ΕΚΕΚΡΑΞΑΝ, ΚΑΙ ΟΥΚ ΗΝ.] Διὰ τοὺς ἀλλοφύλους τοῦτο· βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἐπειδὴ οὐδὲν ἦσαν αὐτῶν οἱ θεοὶ, οὐδὲ ἐπικαλούμενοι αὐτῶν βοηθείας ἐτύγχανον, μὴ ἰσχυόντων σώζειν ἐκείνων. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Σεμεῒ, καὶ ὁ Σαοὺλ, καὶ οἱ λοιποὶ πολέμιοι τὸν θεὸν ἐσχήκασι σύμμαχον. Διὰ δὲ τοῦ, Λεπτυνῶ αὐτοὺς, τὸ ἀνυπόστατον τῶν ἐθνῶν αἰνίττεται. Ἀλλὰ καὶ ὡς πηλὸν, φησὶ, πλατειῶν λεανῶ, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἄν τις πηλὸν ἐν πλατείᾳ καταπατοίη, οὕτω διαβήσομαι κατ' αὐτῶν. Οἶδα δὲ, φησιν, ὅτι καὶ ῥύσῃ με τῶν ἀντιλεγόντων τοῦ λαοῦ μου, ἢ τῶν ἀλλοφύλων, καὶ καταστήσεις ἄρχοντα ἀλλοτρίων. Ἐπεὶ δὲ τὸν Δαβὶδ οὐκ ἴσμεν ἐθνῶν βασιλέα γεγενημένον, ἀνάγοιτο ἂν ταῦτα εἰς τὸ τοῦ σωτῆρος πρόσωπον, ἀποστρεφομένου μὲν δι' ἀπείθειαν Ἰουδαίους, αἰτοῦντος δὲ τὰ ἔθνη εἰς κληρονομίαν. Καὶ τὸ, λαὸς, ὃν οὐκ ἔγνων, ἐπὶ Χριστοῦ. οὐ γὰρ ἀγνοίας ἐστὶ σημαντικὸν (πάντα γὰρ οἶδεν ὡς θεὸς) ἀλλὰ κατ' οἰκειότητα· οἷον, μὴ ᾠκειωμένοι. Καὶ γὰρ ἀγνοοῦντα τὸν ἀληθῆ θεὸν τὰ ἔθνη ἠγνοοῦντο· γνόντες δὲ ἐγνώσθησαν. Διόπερ οὐκ εἶπεν, ὃν οὐ γινώσκω (ὁ γὰρ ἐπὶ τῆς κακίας ἐνεργῶν, οὐ γινώσκεται,) ἀλλ' ὃν οὐκ ἔγνων πάλαι, νῦν δὲ δῆλον, ὅτι γινώσκω. Ἔμφασιν δὲ ἔχει τὸ, εἰς ἀκοὴν ὠτίου, τοῦ τὸν ὑπακούοντα θεοῦ, μὴ θνητῇ χρῆσθαι ἀκοῇ, ἀλλ' ὠτίῳ ἐκ προσθήκης γινομένῳ τῷ ἔχοντι, ὡς ἐπὶ τοῦ, Προσέθηκέ μοι ὠτίον. Υἱοὺς δὲ ἀλλοτρίους τοὺς Ἰουδαίους φησὶν, οἳ τὰς προφητικὰς ῥήσεις, ἑτέρως ἢ ὡς προσῆκε νενοηκότες, καὶ τῇ τοῦ γράμματος παχύτητι παρακαθεσθέντες, καὶ μὴ ἀκολουθοῦντες τῷ πνεύματι, πεπαλαίωνται, καὶ ἀπὸ τῶν τῆς σωτηρίας αὐτῶν τρίβων ἐχώλαναν. Ἢ οἱ ὑποταγέντες τῷ Δαβὶδ ἀλλόφυλοι, υἱοὶ ἀλλότριοι ὄντες, χρόνῳ τῆς οἰκείας καταγνόντες δεισιδαιμονίας, πρὸς τὸν ἀληθῆ θεὸν μετέστησαν. Ὁ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ ἐπαλαιώθησαν, καὶ ἐχώλαναν, ἀτιμωθήσονται, καὶ ἐντραπήσονται.

μζ΄. ΖΗ ΚΥΡΙΟΣ, ΚΑΙ ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ.] Ζῆν λέγεται ὁ θεὸς, οὐ ζωῆς μεταλαμβάνων, ἀλλὰ ταύτην παρέχων. Εὐκαίρως δὲ ἀναπεφώνηκε τὸ· ζῇ κύριος. Μνημονεύσας γὰρ τῆς τοῦ λαοῦ ἀντιλογίας τοῦ, ἆρον, ἆρον, καὶ ὅτι νεκρὸν καλοῦσι τὸν σταυρωθέντα,

42. CLAMAVERVNT, NEC ERAT.] Ait hoc propter alienigenas: vult enim dicere, deos eorum, cùm nihili eſſent, inuocatos opem non tuliſſe, quòd ſalutem ipſis adferre nequeant. Sed nec Semei, nec Saül, ceterique hoſtes, Deum habuerunt adiutorem. Per verba iſta, *Comminuam eos*, Gentium imbecillitas & inſufficientia inſinuatur. Quin etiam, inquit, *vt lutum platearum delebo eos*: id eſt, ac ſi quis in platea lutum conculcet, ita per ipſos tranſibo. Ceterùm, inquit, ſcio quoniam *& eripies me de contradictoribus populi mei*, ſiue alienigenis, & conſtitues me principem alienorum. Cùm autem non ſciamus Dauidem Gentium regem exſtitiſſe, vtique hæc ad perſonam Saluatoris cōmodè referri poſſunt; vt qui ob inobedientiam Iudæos auerſatus fuit, petiit verò Gentes in hereditatem ſibi. Atque illud: *Populus quem non cognoui*, de Chriſto dictum. non enim ignorantiam deſignat (omnia enim nouerat, in quantum Deus) ſed familiaritatem, q.d. Qui non ſunt mihi familiares. Etenim Gentes quæ verum Deum ignorabant, ignorabantur; cognoſcentes verò cognitæ ſunt. Quare non dixit, Quem non cognoſco (nam malum agens, non cōgnoſcitur) ſed quem non cognoueram olim, nunc manifeſtum eſt quòd cognoſcam. Ceterùm verba iſta, *In auditu auris*, emphaſim habent: quòd nimirum is qui Deo obedit, non vtatur auditu mortali, ſed aure quæ adiecta eſt eam habenti, iuxta illud: *Addidit mihi aurem*. Filios autem alienos vocat Iudæos, qui propheticas prædictiones, aliter quàm conueniebat, interpretantes, & craſſitudini litteræ adhærentes, neque ſpiritum ſecuti, inueterati ſunt, & à ſemitis ſalutis ſuæ claudicauerunt. Vel alienigenæ, qui Dauidi ſubiecti erant, filij alieni exiſtentes, dæmoniaco ſuo cultui tempore ſuo renuntiantes, ad verum Deum tranſierunt. Symmachus pro *inueterauerunt* & *claudicauerunt*, vertit, *inhonorabuntur* & *confundentur*.

47. VIVIT DOMINVS, ET BENEDICTVS.] Dicitur Deus viuere, non quòd vitam participet, ſed illam præbeat. Opportunè autem ſubiunxit illud: *Viuit Dominus*. Cùm enim Iudæorum occlamationis meminerit, quâ clamarunt, *Tolle, tolle*; & quoniam crucifixum mortuum vocant, ipſe

COMMENTARIVS PATRVM.

Idola, & mali homines, parum valent iuuare.

Chriſtus Rex Gentium.

Qui Deum ignorat, ignoratur ab eo.

Iſaiæ 50.4

Iudæi ſunt filij alieni.

Quomodo dicatur Deus viuere.

Ioan. 19. 15.

COMMENTARIVS PATRVM.

ipſe clamat, *Viuit Dominus, & benedictus*, id eſt, celebrari dignus eſt. Et licet humiliauerit ſemetipſum, attamen ſublimis eſt. Exaltatur autem Deus, quando nos magnitudinem eius apprehendimus, & magna de ipſo cogitamus. Quorum enim opera magna ſunt, magni ſunt & ipſi. Et quoniam ſublime opus eſt ſalus noſtra, neceſſe eſt vt & eius auctor magnus ſit. Porrò vindictas, vel, iuxta Symmachum, ſupplicia quidem inferri dicit & aduerſus eos qui ipſi rebellarant; adeò vt iis ſuperior euaſerit. Prophetat verò etiam de Chriſto, quòd populo incredulo tradendus ſit. Porrò *inimici iracundi*, ſint populus Iudaicus, qui ipſum appellauit Samaritanum: *vir* autem *iniquus* ſit Iudas, quippe qui hoſtibus magiſtrum tuum tradidit; vel Pilatus, vt qui ipſum ſine cauſa ſupplicio affecit.

Exaltatur Deus, cùm magnitudinem eius apprehendimus.

50. PROPTEREA CONFITEBOR.] *Propterea*, ſcilicet propter tua in me beneficia, gratias tibi referã pro vniuerſis, ſiue Iudæis, ſiue Gentibus, & in hymnis nomen tuum celebrabo. Tu enim es, qui magna prodigia & ſalutes es operatus, multaq́; vſus benignitate erga me quem vnxiſti. Quin etiam promiſiſti te omnibus meis poſteris propitium futurum. Cùm enim nouiſſet ex Spiritu ſancto, promiſſiones non in ipſo ſolo circumſcribi, verùm etiam in ſemen eius deriuari; Chriſtum inſinuans, hoc modo locutus eſt. Nam rerum euentus ſic commonſtrauit; ſcilicet os Dauidis benedictum, quod etiam Gentes ſanctificat, non de alio hîc locutum eſſe, quàm de Domino vniuerſorum. Nequeunt enim verba iſta *vſque in ſaeculum*, in ipſis ſaluari, cùm mors ipſos redarguat, ita vt nemo ſit in ſæculum benedictus. Sed neque Gentibus Dauid imperauit, licet per hymnos ſuos in omnibus Gentibus pſallat Deo. Hoc igitur Iudaico ſenſu intellectum, redarguit prophetiam: nam vſque ad captiuitatẽ Dauidis poſteri, poſteà verò ſolus Zorobabel in regno ſuffectus fuit. Cùm autem Spiritus ſanctus veritatem prædixerit, neceſſe eſt vt *ſemen eius* intelligamus eum, qui ex ipſo ſecundùm carnem ſurrexit; qui quidem habebat regnum vt Deus; id verò rurſus accepit, cùm homo factus eſt. *Erit enim*, inquit Iſaias, *radix Ieſſe*, & reſurgens imperat Gentibus.

Gratitudo Dauidis.

Solus Christus in ſæculum benedictus.

Iſaiæ 11, 1

αὐτὸς βοᾷ, Ζῇ κύριος, καὶ εὐλογητός, ἀντὶ τοῦ, ἄξιος εὐφημεῖσθαι. Καὶ εἰ καὶ ἐταπείνωσεν ἑαυτόν, ἀλλ' ὑψηλός ἐστιν. Ὑψοῦται δὲ Θεός, αἴσθησιν ἡμῶν λαμβανόντων τοῦ μεγέθους αὐτοῦ, καὶ μεγάλα φρονούντων περὶ αὐτοῦ. ὧν γὰρ μεγάλα τὰ ἔργα, μεγάλοι καὶ αὐτοί. Καὶ ἐπεὶ ὑψηλὸν ἔργον ἡ σωτηρία ἡμῶν, ἀνάγκη ὑψηλὸν εἶναι καὶ τὸν ταύτης αἴτιον. Ἐκδικήσεις δέ, ἢ κατὰ Σύμμαχον τιμωρίας, ἐπιτεθῆναι μὲν λέγει, καὶ κατὰ τῶν αὐτοῦ ἐπαναστάντων, ὡς καὶ ὑψηλότερον ἐκείνων γενέσθαι. Προφητεύει δὲ καὶ περὶ Χριστοῦ, τῷ ἀπειθοῦντι λαῷ δοθῆναι. εἶεν δ' ἂν καὶ ὀργίλοι ἐχθροί, ὁ Ἰουδαϊκὸς λαός, Σαμαρείτην αὐτὸν καλῶν· ἀνὴρ δὲ ἄδικος ὁ Ἰούδας, ὡς ἐναντίοις τὸν διδάσκαλον ἀμειψάμενος, ἢ ὁ Πιλᾶτος ὡς ἀναιτίως κολάσας.

ν'. ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ.] Διὰ τοῦτο, ἤτοι διὰ τὰς εἰς ἐμὲ εὐεργεσίας εὐχαριστήσω σοι ἐπὶ πάντων, εἴτε Ἰουδαίων, εἴτε ἐθνῶν, καὶ ὑμνήσω τὸ ὄνομά σου. Σὺ γὰρ εἶ ὁ τὰς μεγάλας παραδοξοποιΐας, καὶ σωτηρίας ἐνεργῶν, καὶ πολλῇ φιλανθρωπίᾳ χρησάμενος πρὸς ὃν ἔχρισας ἐμέ. Ἐπαγγειλάμενος δέ, καὶ τοῖς ἐξ ἐμοῦ πᾶσι καλῶς χρήσασθαι. Ἐπεὶ γὰρ ᾔδει ἐκ πνεύματος ἁγίου, ὡς αἱ ἐπαγγελίαι οὐκ ἐν αὐτῷ μόνον περιγράφονται, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ σπέρμα αὐτοῦ διαβαίνουσιν, αἰνιττόμενος τὸν Χριστόν, οὕτως εἶπεν. ἡ γὰρ ἔκβασις τῶν πραγμάτων οὕτως ἔδειξεν, ὅτι τὸ στόμα τοῦ Δαβὶδ τὸ εὐλογημένον, καὶ ἁγιάζον τὰ ἔθνη, οὐκ εἰς ἄλλον ἦν, ἀλλ' εἰς τὸν τοῦ παντὸς κύριον. Οὐ γὰρ σώζεται τό, ἕως αἰῶνος, ἐκείνοις, τοῦ θανάτου αὐτοὺς ἐλέγξαντος, ὡς οὐδεὶς ἦν εἰς αἰῶνας εὐλογημένος. Ἀλλ' οὐδὲ ἐθνῶν ἐβασίλευσεν ὁ Δαβίδ, εἰ καὶ διὰ τῶν ἰδίων ὕμνων ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι ψάλλει τῷ Θεῷ. Ἰουδαϊκῶς οὖν νοούμενον ἐλέγχει τὴν προφητείαν. Μέχρι γὰρ τῆς αἰχμαλωσίας οἱ ἐκ Δαβίδ, καὶ μετὰ ταῦτα Ζοροβάβελ μόνος εἰς τὴν βασιλείαν διήρκεσεν. Ἀλήθειαν δὲ τοῦ πνεύματος προφητεύοντος, ἀνάγκη σπέρμα νοεῖν τὸν ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα ἀναστάντα, ἔχοντα μὲν τὸ βασιλεύειν, καθὸ Θεός· λαβόντα δὲ πάλιν, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος. Ἔσται γάρ, φησὶν Ἡσαΐας, ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν.

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

α. Εἰς τὸ τέλος, τῷ παιδὶ Κυρίου.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπινίκιον ᾠδὴν ᾄδει τῷ νικοποιῷ, καὶ πάσης νίκης αἰτίῳ Θεῷ. εἰς τὸ τέλος δὲ, ἢ ὅτι μετὰ πάσης τῆς ἱστορίας αὐτοῦ τὰς πράξεις, περὶ τὸ τῆς ζωῆς εἴρηται τέλος· ἢ διὰ τὸ προλέγειν τὰ ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· ἢ καὶ ὅτι παραπέμπει τὸν ἐντυγχάνοντα τοῖς τελευταίοις τοῦ ψαλμοῦ, ἐν οἷς τῶν ἐθνῶν λέγει τὴν κλῆσιν. Ἐρύσατο δὲ αὐτὸν καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ, τουτέστι τῆς πράξεως, ἵνα μὴ πάθῃ τὰ παραπλήσια.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Περιέχει ὁ ψαλμὸς ἐπανάστασιν ἐχθρῶν, καὶ ἐπίκλησιν εἰς συμμαχίαν Θεοῦ, καὶ κάθοδον τοῦ μονογενοῦς, καὶ ἀνάληψιν, καὶ τὰ κατὰ τῶν δαιμόνων πραχθέντα, καὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐκβολὴν, καὶ τῶν ἐθνῶν κλῆσιν. Τὸ δὲ, Ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ, ἀναφέροιτ᾽ ἂν εἰς τοὺς νοητοὺς ἐχθροὺς, καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα.

ΑΣΤΕΡΙΟΥ. Τέλος δὲ λέγει τῶν ἐχθρῶν τὴν καταστροφὴν, ἔφθασε γὰρ ἐπ᾽ αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος, ὧν καὶ διηγεῖται τὴν κατάλυσιν, ἄλλα τε λέγων καὶ τό· συνεπόδισας τοὺς ἐπανισταμένους ἐπ᾽ ἐμὲ ὑποκάτω μου. διὰ τί δὲ τῷ παιδὶ Κυρίου, καὶ οὐ τῷ προφήτῃ, ἢ τῷ ψάλτῃ, ἢ τῷ βασιλεῖ, ἢ τῷ τῶν δαιμόνων φυγαδευτῇ; Ὅτι ἐκεῖνα μὲν τοῦ Θεοῦ τὰ χαρίσματα· τὸ δὲ παῖδα γενέσθαι Θεοῦ, μέγα φέρει τὸ καύχημα. Κατ᾽ ἀρετὴν γὰρ καὶ ἀνδρείαν, οὐ καθ᾽ ἡλικίαν παῖδά φησιν. Καὶ Ἀβραὰμ γὰρ ἐτῶν ἑκατὸν γεγονὼς, παῖδα ἑαυτὸν τοῦ Κυρίου καλεῖ, λέγων· Μὴ παρέλθῃς τὸν παῖδά σου· πρὸς ὃν ἔφη καὶ ὁ Κύριος· Οὐ μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου. Ἀνακαινισθήσεται γάρ, φησιν, ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου. Ἀλλὰ καὶ παῖς Κυρίου, ὡς δοῦλος Κυρίου. Ἃ ἐλάλησε τῷ Κυρίῳ· ὡς φίλος τῷ δεσπότῃ, καὶ ὡς πατρὶ τῷ Θεῷ διελέγετο. Ὁμιλίαν δὲ τὴν ἱκεσίαν ἔφη, διὰ τὴν πολλὴν παρρησίαν. Λόγους δὲ ᾠδῆς, ἀλλ᾽ οὐ ψαλμὸν εἶπεν ᾠδῆς. Ὅτι γηράσας οὐ κιθαρίζων, ἢ τυμπανίζων, ἀλλ᾽ ὁμιλῶν ἐλάλει Θεῷ· γεγηρακόσι γὰρ ὄχλος ὄργανα μουσικά. Καὶ Βερζελλὶ γὰρ ὁ Γαλααδίτης δεξιωσάμενος τὸν Δαβὶδ ἐν τῷ πολέμῳ τοῦ Ἀβεσσα-

I. IN FINEM, PVERO DOMINI.] EVSEBII. Triumphale canticum concinit victori, & omnis victoriæ auctori Deo. *In finem* verò, vel quia poſt omnes eius actiones in hiſtoria contentas, circa finem vitæ editum eſt: vel quia quæ in fine ſæculorum futura ſunt, prædicit: vel quia lectorem ad ea remittit, quæ in extremis huius Pſalmi partibus continentur, in quibus Gentium vocationem prænuntiat. Ceterùm liberauit etiam ipſum de manu Saül, id eſt, ab actione eius, ne & ipſe ſimilia pateretur. *Explicatio tituli.*

ATHANASII. Continet hic Pſalmus inimicorum inſultum, & diuini auxilij implorationem, Vnigeniti deſcenſum & aſcenſionem, quæque aduerſus dæmones acta ſunt; Iſraëlis eiectionem, & Gentium vocationem. Illud verò, *De manu inimicorum eius, & de manu Saül*, ad ſpiritales hoſtes, atque horum principem referri poteſt. *Argumentum Pſalmi.*

ASTERII. *Finem* intelligit hoſtium euerſionem; peruenit enim in eos ira in finem, quorum & vaſtationem, & interitum commemorat, inter alia dicens & hoc: *Supplantaſti inſurgentes in me, ſubtus me.* Cur verò *puero Domini*, dixit, & non Prophetæ, aut cantori, aut Regi, vel dæmonum fugatori? Quia nimirum illa dona Dei erant: eſſe verò puerum Dei, magnam illi gloriam adferebat. Hic enim ſe virtute & fortitudine, non ætate, puerum vocat. Nam & Abraham centum natus annos, ſe *puerum Domini* appellat, dicens: *Ne tranſeas* * *puerum tuum.* Ad quem & Dominus dixit: *Num celare potero Abraham puerum meum? Renouabitur* (enim inquit) *ſicut aquilæ iuuentus tua.* Sed & *puer Domini*, tamquam ſeruus Domini dicitur. *Quæ locutus eſt Domino:* Dominum vt amicus, & Deum tamquam patrem alloquebatur. Allocutionem autem ſupplicationem vocauit, propter magnam fiduciam. *Verba* autem *cantici*, non verò Pſalmum cantici dixit. Quoniam cùm iam ſenex eſſet, non citharâ vel tympano vtendo, ſed familiariter agendo, Deo loquebatur: nam ſenibus iam moleſta ſunt muſica inſtrumenta. Nam & Berzellai Galaadites, cùm Dauidi in bello contra Abſalomum fidus exti-

verſ. 40. *Magnũ eſt eſſe puerum Dei.* Gen. 18, 3. * Vulg. *ſeruum* ibid. v. 17. Pſal. 102, 5. *Dauid ſenex, non amplius citharizabat.* 2. Reg. 19, 33.

CATENA PATRVM.
* Vulg. *vt requi-eſcas ſecu-tus me-cum.*

extitiſſet, dicente ipſi Dauide: *Veni mecum in Ieruſalem,* * *& delicatè tractabo ſenectutem tuam in pace. Quot reſidui, inquit, dies vitæ erunt mihi? Filius octoginta annorum ego ſum hodie, num cognoſcam inter bonum & malum? & audiam adhuc vocem cantorum & cantatricum? Diem* verò appellat, cùm perfectam victoriam conſecutus eſt, & ab omnibus pariter inimicis ereptus eſt. Aliàs verò etiam, per omnem vitam, vnicum diem belli

Pſal. 55, 2. habuit. dixit enim, *Miſerere mei Deus, quoniã conculcauit me homo, totâ die impugnans tribulauit me.* Et qui alloquitur Dominum, in die eſt; & qui ceu à tenebris ab inimicis atque tentationibus ereptus eſt, in die eſt. *Et de manu Saül.* & non dixit, inimici, ſed ſatis ei fuit accuſationis loco nomen efferre. Nam ſicut audito nomine Cain, ſtatim fratricidam intelligimus; ſic percepto nomine Saül, inſidiatorem & inimicum Dauidis agnoſcimus.

2. DILIGAM TE DOMINE.] ORIGENIS. *Deus per ſe fortitudo.* Ipſa per ſe fortitudo, & ipſum per ſe firmamentum ſanctorum, Dominus eſt. Nemo igitur eorum qui extra Dominum ſunt, fortis eſt, aut firmus. Non autem idem eſt firmum, quod durum; neque forte, quod robur inſanientium. *

EVSEBII. Aliàs verò etiam *fortitudinem* vocat Deum, humanam confitens imbecillitatem, vt quæ nil poſſit abſque Deo. Nam
Deus fortitudo ſperantium in eum.
Phil. 4, 13. & Paulus ait: *Omnia poſſum in eo qui me confortat Chriſto.* Aquila verò & Symmachus pro *firmamento*, interpretati ſunt *petram.*
2. Cor. 10, 4. Quin & magnus Apoſtolus dixit: *Petra autem erat Chriſtus.* Super hanc petram domum
Matth. 7, 24. ſuam ædificans Dauid, viro prudenti comparatus eſt qui ædificauit domum ſuam ſuper petram. Quapropter etiam omnium hoſtium ſuorum, inſtar pluuię, ventorum & fluminum ipſi ingruentium, victor euaſit. Sed neque in ſatellitibus aut exercitu ſperauit, ſed in Deo, quem pro adiutore, armatura & cornu ha-
Pſal. 43, 6. buit: vt & ipſe dicere poſſet, *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu.*

Cornu ſalutis Chriſtus. ASTERII. Cornu autem ſalutis Chriſtus eſt, propter quod & Zacharias dixit: *Et erexit*
Cant. Zach. Luc. 1, 69. *cornu ſalutis in domo Dauid pueri ſui.* Dictus verò *cornu*, quoniam ex patribus &
Rom. 9, 4. principibus populi natus fuit. *Quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem.*

λώμ, Δαβὶδ αὐτοῦ λέγοντος· Διάβηθι μετ' ἐμοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ διαθρέψω τὸ γῆράς σου ἐν εἰρήνῃ. Πόσαι λοιπὸν, ἔφη, ἡμέραι ζωῆς ἔσονταί μοι; υἱὸς ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐγώ εἰμι σήμερον, μὴ γνώσομαι ἀναμέσον ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, καὶ ἀκούσομαι ἔτι φωνὴν ἀδόντων καὶ ἀδουσῶν; ἡμέραν δὲ λέγει, καθ' ἣν ἡ τελεία γέγονε νίκη, καὶ καθ' ἣν πάντων ὁμοίως ἐρρύσθη τῶν πολεμίων. Καὶ ἄλλως δὲ πᾶσαν τὴν ζωὴν μίαν ἔσχεν ἡμέραν πολέμου· ἔλεγεν γοῦν, Ἐλέησόν με ὁ Θεὸς, ὅτι κατεπάτησέ με ἄνθρωπος, ὅλην τὴν ἡμέραν πολεμῶν ἔθλιψέ με. Καὶ ὁ λαλῶν δὲ τῷ κυρίῳ, ἐν ἡμέρᾳ ἐστὶ, καὶ ὁ ῥυσθεὶς ὡς ἀπὸ σκότους τῶν ἐχθρῶν καὶ τῶν πειρασμῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐστί. Καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ. καὶ οὐκ εἶπε, τῶν δυσμενῶν, ἀλλ' ἠρκέσθη ἀντὶ κατηγορίας τῷ ὀνόματι. ὡς γὰρ τὸν Κάϊν ἀκούοντες, εὐθέως τὸν ἀδελφοκτόνον λογιζόμεθα, οὕτω τὸν Σαοὺλ, τὸν ἐπίβουλον νοοῦμεν καὶ πολέμιον τοῦ Δαβίδ.

β'. ΑΓΑΠΗΣΩ ΣΕ ΚΥΡΙΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ αὐτοϊσχὺς καὶ αὐτοστερέωμα τῶν ἁγίων, ὁ κύριός ἐστιν. Οὐδεὶς οὖν ἰσχυρὸς ἢ στερεὸς τῶν οὐκ ἐν κυρίῳ. οὐ ταυτὸν δὲ τὸ στερεὸν τῷ σκληρῷ, οὐδὲ τὸ ἰσχυρὸν τόνοις φρενιτικοῖς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ ἄλλως δὲ ἰσχὺν καλεῖ τὸν Θεὸν, ὁμολογῶν τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, καὶ ὡς οὐδὲν ἂν ἰσχύσειν ἄνευ Θεοῦ. καὶ Παῦλος γὰρ ἔφη· Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. Ἀκύλας δὲ καὶ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ στερεώματος, πέτραν ἡρμήνευσαν. Ἔφη δὲ καὶ ὁ μέγας Ἀπόστολος· Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. Ἐπὶ ταύτην τὴν πέτραν τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν οἰκοδομῶν ὁ Δαβὶδ, ἀφωμοίωτο τῷ φρονίμῳ τῷ οἰκοδομήσαντι τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἐπὶ τὴν πέτραν. Διὸ καὶ πάντων κρείττων ἐγένετο, τῶν ὑετοῦ δίκην, πνευμάτων τε, καὶ ποταμῶν προσβαλλόντων αὐτῷ πολεμίων. Ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ δορυφόροις ἤλπιζεν ἢ στρατὸν, ἀλλ' ἐπὶ Θεὸν, βοηθὸν αὐτὸν ἔχων, πανοπλίαν καὶ κέρας, ὥστ' ἂν εἰπεῖν καὶ αὐτὸν, Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν.

ΑΣΤΕΡΙΟΥ. Κέρας δὲ σωτηρίας ὁ Χριστὸς, διὸ καὶ Ζαχαρίας εἶπε, Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἐν οἴκῳ Δαβὶδ παιδὸς αὐτοῦ. κέρας δὲ, ἐπεὶ ἀπὸ τῶν πατέρων καὶ ἀρχόντων τοῦ λαοῦ γεγένηται. Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, τὸ κατὰ σάρκα.

κέρας δὲ καὶ ἡ βασιλεία. καὶ ὑψώσει κέρας Χριστοῦ αὐτοῦ.

ϛ. Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου.] Ἀνωνύμου. Ὁ Χριστὸς καθὼς ἄνθρωπός, φησὶ ταῦτα. τούτῳ γὰρ ὁ θάνατος ὠδῖνας ἔτικε, καὶ οἱ ἀνομίας χείμαρροι ἐξετάραξαν αὐτὸν, ὅτι εἶπεν, Ἡ ψυχή μου τετάρακται· οὐ μὴν κατέσχον τοῦτον. Καὶ ὠδῖνες ᾅδου περιεκύκλωσαν, οἰηθέντες αὐτὸν καταλαβεῖν, οὐ μὴν υἱὸς ᾅδου ἐγένετό ποτε. προέφθανον δὲ αὐτὸν, ἤγουν προῆλθον, καὶ αἱ πρὸς θάνατον ἁμαρτίαι, τουτέστιν παγίδες, ἀλλ' αὐτὸν οὐχ ἑάλωσαν. Οὐκοῦν χειμάρρους ἀνομίας ἐρεῖς τὰ ῥεύματα τῆς κακίας· καὶ θανάτου παγίδας, τὰς πρακτικὰς ἁμαρτίας.

Διδύμου. Ἢ καὶ χείμαρροι ἀνομίας, διὰ τὸ εἰς ἀνομίαν ἔρχεσθαι τοὺς μὴ γενναίως ὑφισταμένους τὰ πειρατήρια. Καὶ μὴν ὠδῖνες θανάτου καὶ ᾅδου, τὰ πρὸς θάνατον ἁμαρτήματα.

Ἀστερίου. Λέγοι δ' ἂν, καὶ ὡς αἱ κυοφοροῦσαί με συνέλαβον ἁμαρτίαι. Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου. Ἐπὰν γάρ τις ἐν ἀνομίαις συλληφθῇ, τέως ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ διαβόλου κρατεῖται ὡς ἔμβρυον. Ἐὰν οὖν μετανοήσῃ, ζῶν ἀπὸ τῆς κοιλίας τοῦ διαβόλου, ὡς Ἰωνᾶς ἀπὸ τῆς κοιλίας τοῦ κήτους, ἐξέρχεται· εἰ δὲ μὴ, νεκρὸς καὶ υἱὸς θανάτου ἐξέρχεται. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ Δαβὶδ ἐν ἁμαρτίαις συλληφθεὶς, τῇ τε μοιχείᾳ καὶ τῷ φόνῳ, μετενόησε, καὶ τοὺς δεσμοὺς τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ διέῤῥηξεν ὁ Θεὸς, ὡς λέγει· Σὺ διέῤῥηξας τοὺς δεσμούς μου. Ὁμολογεῖ δὲ τὰς ὀλεθρίας ὠδῖνας, φησὶ, Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου, ἀλλ' οὐ κατέσχον με. χείμαρροι δὲ ἀνομίας οἱ λογισμοὶ τῆς ἐπιθυμίας, αἱ ἀρχαὶ τῶν κακῶν. Ἐὰν οὖν ἡ ψυχὴ ὡς ἐπὶ πέτραν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ τεθεμελίωται, οἱ χείμαρροι τῆς ἀνομίας ταύτην ἐκταράττουσιν, οὐ μὴν καταστρέφουσιν.

ζ'. Ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐπεκαλεσάμην.] Ὠριγένους. Ἐν μέσαις ταῖς θλίψεσι, καὶ ἀκμαζούσαις αὐταῖς ἐπικλητέον τὸν Κύριον, καὶ κεκρακτέον πρὸς Θεόν. Οὕτω γὰρ ἡμῶν ἐπακούσεται ἐκ τοῦ ναοῦ αὐτοῦ λόγων, καὶ ἀπὸ τοιαύτης διαθέσεως ἡμῶν ἡ εὐχὴ μετὰ παῤῥησίας ἐλεύσεται, ὡς εἰς οἰκεῖον τόπον εἰς τὰ λεγόμενα ὦτα αὐτοῦ. μήποτε δὲ καὶ ὁπλιζόμεθα κατὰ τῶν ἐχθρῶν, ἐν αὐτῷ τῷ αἰνεῖν, καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Κύριον.

Cornu quoque regnum eſt. *Et ſublimabit cornu Chriſti ſui.* CATENA PATRVM. 1.Reg.2, 12.

5. CIRCVMDEDERVNT ME DOLORES MORTIS.] ANONYMI. Chriſtus in quantum homo hæc dicit: huic enim mors dolores peperit, & torrentes iniquitatis ipſum conturbauerunt; hinc dixit, *Anima mea turbata eſt*; verumtamen ipſum non comprehenderunt. Et *dolores inferni* eum *circumdederunt*, putantes ipſum apprehendere; verùm numquam filius inferni extitit. Porrò *præoccupauerunt*, ſiue præuenerunt, etiam ipſum peccata quæ ducunt ad mortem, id eſt laquei; ſed eum non ceperunt. Itaque *torrentes iniquitatis* rectè dixeris, fluenta malitiæ; *& mortis laqueos*, practica peccata.

Chriſtum dolores mortis circumdederunt. Ioan.12, 27.

DIDYMI. Vel *torrentes iniquitatis:* quia qui tentationes generosè non ferunt, in iniquitatem facilè prorumpunt. Ceterùm *dolores* quoque *mortis* & *inferni*, ſint peccata illa quæ ad mortem ducunt.

ASTERII. Quin etiam dici poſſit, peccata quaſi vtero ſuo me conceperunt. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Nam vbi quiſpiam peccatis detentus fuerit, ſtatim in vtero diaboli tamquam fœtus continetur. Si verò pœnitentiam egerit, de ventre diaboli, vt Ionas de ventre ceti, viuus egreditur: ſin ſecùs, mortuus, & filius mortis exit. Quoniam igitur Dauid in iniquitatibus per adulterium & cædem conceptus pœnitentiam egit; Deus quoque vincla eius diſrupit, vt diceret, *Tu dirupiſti vincula mea*. Confeſſus autem noxios dolores, ait: *Circumdederunt me dolores mortis*, ſed non detinuerunt me. *Torrentes* verò *iniquitatis*, ſunt concupiſcentiæ cogitationes, quæ principia ſunt malorum. Cùm ergo animus in timore Dei, tamquam ſupra petram ædificatus eſt, tunc torrentes iniquitatis eum conturbant, ſed non deturbant.

In iniquitatibus concepti ſumus. Pſal. 50,6. *Pœnitentia liberat à morte.* Pſal. 116, 16. *Torrentes iniquitatis ſunt concupiſcentiæ.*

7. IN TRIBVLATIONE MEA INVOCAVI.] ORIGENIS. In mediis tribulationibus, iiſque feruentibus, inuocandus eſt Dominus, & clamandum ad Deum. Sic enim exaudiet ſermones noſtros de templo ſuo, & à tali affectu profecta oratio noſtra cum fiducia ingredietur velut in locum proprium, in aures ſcilicet eius. Numquam autem armamur contra hoſtes noſtros in ipſa laudatione ac inuocatione Domini.

In tribulatione Deus inuocandus.

8. COM-

CATENA PATRVM.

8. COMMOTA EST ET CONTREMVIT TERRA.] THEODORI ANTIOCHENI. Ac ſi dicat: Cùm Deus audiuiſſet, & ad iram concitatus eſſet, primùm quidem omnia commota ſunt, tam terra, quàm montes. Deinde apparuit initio fumus iræ eius, & poſtmodum ignis accenſus fuit; id eſt, palàm iratus apparuit, propter ſupplicium quod inimicis irrogabat. Denique cùm & ſupplicij grauitatem explicare vellet, in obuia metaphora à rebus corporeis deſumpta pergens, ſubiunxit, *Aſcendit fumus.*

Quomodo Deus ira ſuccendatur.

DIDYMI. Aſcendit autem fumus in ira eius, inutili materiâ conſumptâ, quæ proportionẽ habet cum iis quæ à prauis hominibus ſupra fundamentum Chriſtum extructa ſunt, putà, *ligna, fœnum, ſtipula:* hæc autem ſunt prauæ actiones & cogitationes. Ceterùm carbones aliquando quidem pœnas ſignificant, vt in iſto: *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitiat, da ei bibere. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius.* Et illud: *Cadent ſuper eos carbones ignis, & deſtrues eos.* Huiuſmodi erunt tibi auxilio. Nonnumquam verò ignitos Dei ſermones, qui cogitationes animi purgant, vti patet ex Iſaia dicente: *Et miſſus eſt vnus ex Seraphim, & accepit carbonem forcipe de altari.* Accendit igitur ad ſplendorem cogitationes animæ ad hoc præparatæ: peccatores verò emundat, actiones eorum adurendo. Hunc autem ignem niſi ſuſceperint, comburet eos ignis æternus.

Ignis conſumit prauas actiones ceu ſtipulam. 1. Cor. 3, 12. *Carbones quid ſignificent.* Rom. 12, 20. Pſ. 139, 11. *Sermones Dei igniti, purgant animam.* Iſaiæ 6, 6.

ORIGENIS. Stanti quidem ſtetit Deus, moto autem mouetur, vti ad Moyſem dictum eſt: *Sta coram Pharaone.* Quando etiam Adam Deo non obediuit, ſed potiùs vxori morem geſſit; tunc audiuit Dominum præterambulantem, ſiquidem non ampliùs ſtabat ipſi Deus. Quin etiam tamquam bonus iudex non ſtetit. Ceterùm Deo ſe mouente, contremiſcit, non cælum, ſed terra, & fundamenta montium conturbantur; quæ fundamenta montium conturbabit ignis, qui ex furore Domini ſuccenditur. *Vultus autem Domini ſuper facientes mala;* ſanctos enim illuminat, iuxta illud, *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui.* Manifeſtò autem per ea quæ prædicta ſunt, demonſtrat Dei deſcenſionem.

Deus ſe nobis accommodat, pro merito noſtro. Exodi 7, 15. Gen. 3, 8. Pſal. 33, 17. Pſal. 4, 7.

η. ΕΣΑΛΕΥΘΗ ΚΑΙ ΕΝΤΡΟΜΟΣ ΕΓΕΝΗΘΗ Η ΓΗ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ. Ἵν' εἴπῃ, ὅτι τοῦ Θεοῦ ἀκούσαντος, καὶ συγκινηθέντος εἰς ὀργὴν, πρῶτον μὲν ἅπαντα ἐσαλεύετο, γῆ τε, καὶ ὄρη. εἶτα ἐδείχθη καπνὸς τῆς ὀργῆς αὐτοῦ τὸ προοίμιον, καὶ μετὰ τοῦτο πῦρ ἀνήφθη, τουτέστι, φανερῶς ὀργιζόμενος ἐδείχθη, διὰ τῆς κατὰ τῶν ἐχθρῶν τιμωρίας. Εἶτα βουλόμενος καὶ τῆς τιμωρίας τὴν ἐπίτασιν εἰπεῖν, τῇ ἀκολουθίᾳ τῆς οἰκείας χρησάμενος σωματοποιήσεως ἐπήγαγεν, Ἀνέβη καπνός.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀνέβη δὲ καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, τῆς μοχθηρᾶς ὕλης δαπανωμένης, ἀναλογίαν ἐχούσης πρὸς τὰ ἐποικοδομούμενα ἐπὶ τῷ Χριστοῦ θεμελίῳ ὄντι ὑπὸ φαύλων ἀνθρώπων, ξύλα, χόρτον, καλάμην. φαῦλαι δὲ ταῦτα πράξεις καὶ γνῶμαι. Οἱ δὲ ἄνθρακες ποτὲ μὲν κολάσεις σημαίνουσιν, ὡς ἐν τῷ· Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότισε αὐτόν· τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσῃς ὑπὸ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. καὶ τῷ· Πεσοῦνται ἐπ' αὐτοῖς ἄνθρακες πυρὸς, καὶ καταβαλεῖς αὐτούς. οὗτοι ἔσονταί σοι βοήθεια. Ποτὲ δὲ τοὺς διαπύρους τοῦ Θεοῦ λόγους, καθαίροντας τοὺς τῆς ψυχῆς λογισμούς. καὶ δῆλον ἐξ Ἠσαΐου φήσαντος· Καὶ ἀπεστάλη ἓν τῶν Σεραφὶμ, καὶ ἔλαβεν ἄνθρακα τῇ λαβίδι ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου. Πυρεῖ τοίνυν εἰς φαιδρότητα τοὺς λογισμοὺς τῆς ἑτοίμου πρὸς τοῦτο ψυχῆς· ἁμαρτωλοὺς δὲ καθαίρει, τὰς πράξεις αὐτῶν καταφλέγων. Τὸ δὲ πῦρ εἰ μὴ δέξωνται τοῦτο, καταφλέξει τὸ πῦρ αὐτοὺς τὸ αἰώνιον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῷ μὲν ἑστηκότι ἕστηκεν ὁ Θεὸς, τῷ δὲ σαλευομένῳ σαλεύεται, ὡς Μωσεῖ λέγεται· Στῆθι ἐναντίον Φαραώ. ὅτε μὲν τοίνυν Ἀδὰμ παρήκουσε τοῦ Θεοῦ, μᾶλλον δὲ τῆς γυναικὸς ἤκουσε, τότε ἤκουσε τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος, οὐκέτι γὰρ αὐτῷ ἱστήκει ὁ Θεός. Καὶ ὡς ἀγαθὸς δὲ ὁ κρίνων οὐχ ἕστηκε. Σαλευομένου δὲ Θεοῦ, ἔντρομος γίνεται, οὐκ οὐρανὸς, ἀλλὰ γῆ, καὶ θεμέλια τῶν ὀρέων ταράσσεται, ἅπερ θεμέλια τῶν ὀρέων ταράξει τὸ ἐκκαιόμενον πῦρ ἐκ τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ. Πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά· ἁγίους γὰρ φωτίζει· οἷον, ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου. Προδήλως δὲ δείκνυσι τοῦ Κυρίου τὴν κατάβασιν, διὰ τῶν προειρημένων.

ΙΣΙΔΩΡΟΥ.

ΙΣΙΔΩΡΟΥ. Ἄνθρακες ἀνήφθησαν, ἐκ τοῦ Θεοῦ δηλονότι οἱ ἅγιοι, τῇ πρὸς αὐτὸν ἑνώσει θεούμενοι, ἄνθρακες προσαγορεύονται.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς σαλεύεται, ἵνα μηκέτι ἡ γῆ αὐτοῦ καταφρονῇ, ἀλλ' ὡς σωτῆρα φοβῆται αὐτόν· καὶ ἵνα μηκέτι ἀκίνητα ᾖ τὰ τῶν ὀρέων θεμέλια, ἀλλ' ἐν ταραχῇ. Καὶ ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς καίον πῦρ καταναλίσκον, πρῶτον ἀναβαίνων ἀπολύει καπνὸν, εἶτα ἀνάπτει ἄνθρακας, εἶτα καταβαίνει κλίνας οὐρανὸν, καὶ μετὰ τοῦτο δείκνυσι τὸν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ γνόφον. εἶτα ἐπιβὰς τῶν Χερουβὶμ πέταται, καὶ πέταται ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. Ἀνάβασιν δὲ καὶ κατάβασιν δεῖ νοεῖν τὰς διαφόρους αὐτοῦ οἰκονομίας· ἐπεὶ ὁ Θεὸς παντὶ, καὶ πανταχοῦ πάρεστι.

ι. ΚΑΙ ΕΚΛΙΝΕΝ ΟΥΡΑΝΟΥΣ, ΚΑΙ ΚΑΤΕΒΗ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἔκλινεν οὐρανοὺς, ἵνα τὴν γῆν τῷ οὐρανῷ συνάψῃ, καὶ τοῖς κάτω πρὸς τὰ ἄνω κοινωνίαν χαρίσηται. Οὐκ ἂν δὲ τοῦτο ἐγένετο, εἰ μὴ καταβὰς τοῦτον τὸν τρόπον, ἐπεδήμει τῇ γῇ, καθ' ὃν ἠδύνατο δέχεσθαι· τουτέστιν ἐν σαρκὶ, ἥντινα γνόφον ὑπὸ τοὺς πόδας ἐκάλεσε.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἡ δὲ κατάβασις τῇ τοῦ σωτῆρος ἀκόλουθος οἰκονομίᾳ. Κατέβη δὲ, οὐ τοπικῶς, ἀλλ' ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, μορφὴν δούλου λαβών. Τὸ δὲ ἀσαφὲς καὶ λανθάνον τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, διὰ τοῦ γνόφου παρίσταται. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ Μωϋσῆς, ὡς ἦν ἀνθρώπῳ δυνατὸν, εἰσελήλυθεν. Τοιαύτη καὶ ἡ δευτέρα ἐπιδημία, τῷ μὴ δι' ὅλων ἐγνῶσθαι τοῖς θνητοῖς. Τὸ δὲ Χερουβ ἑρμηνεύεται πληθυσμὸς γνώσεως. τοῖς οὖν λογικοῖς τούτοις ζώοις, ἢ καὶ ταῖς τοιαύταις ψυχαῖς ἐπιβὰς ὁ Θεὸς, ἵπταται διὰ τῆς ὀξυτάτης νοήσεως. Ἀνέμους δὲ εἰ μὲν τοὺς αἰσθητοὺς λάβοις, τῷ λόγῳ τῆς προνοίας ἐπιβαίνει τούτων Θεὸς, ἄγων αὐτοὺς ὡς βούλεται. ἐξάγων γάρ ἐστιν ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ. Εἰ δὲ τοὺς πνεύματι μετεωριζομένους, καὶ ὡς ἀνέμους πνοὰς ἐκπέμποντας, σοφοὺς ἄνδρας νοήσεις, καὶ τούτων ταῖς πτέρυξι (τουτέστι ταῖς ὑψηλοτέραις νοήσεσιν) ὁ Θεὸς ἐπιβαίνων, ἵπταται πανταχοῦ. Καὶ ἀνέμους δὲ διδασκαλίας, περὶ ἑτεροδόξων λέγων, εἶπεν ὁ Ἀπόστολος. Ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι, καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης.

ISIDORI. *Carbones ſuccenſi ſunt*: ex Deo nimirum Sancti, per eius vnionem deificati, carbones appellantur. CATENA PATRVM. *Sancti ſunt inſtar carbonum.*

ORIGENIS. Deus tamquam bonus mouetur, ne amplius terra ipſum negligat, ſed vt ſaluatorem reuereatur: & ne amplius fundamenta montium immota ſint, ſed conturbentur. Quin etiam Deus, tamquam bonus, eſt ignis conſumens: qui primùm aſcendens fumum reſoluit, ac deinde carbones ſuccendit; denique deſcendit, inclinans cælum; ac poſteà demonſtrat caliginem, quæ eſt ſub pedibus eius. Deinde ſuper Cherubim aſcendens volat, & volat ſuper pennas ventorum. Per aſcenſum autem & deſcenſum intelligere oportet varias eius diſpenſationes; quoniam Deus cuilibet & vbiq; præſens eſt. *Deus igni comparatus.*

10. ET INCLINAVIT CÆLOS, ET DESCENDIT.] HESYCHII. *Inclinauit cælos*, vt terram cælo coniungeret, & inferioribus cum ſupernis communicationem præberet. Hoc autem minimè factum fuiſſet, niſi deſcendens eo quo ſuſcipi poterat modo, in terram aduenisset; ſcilicet in carne, quam *caliginem ſub pedibus* appellauit. *Chriſtus in terram veniens, cælos inclinauit.*

DIDYMI. Deſcenſus iſte Saluatoris diſpenſationi conſentaneus erat. Deſcendit autē, non localiter; ſed *cùm in forma Dei eſſet, formā ſerui ſuſcipiens*. Obſcuritas verò & arcanum diuinæ cognitionis, per caligine̅ repræſentatur. ſiquidem in hanc etiam Moyſes, quoad ab homine fieri poterat, ingreſſus fuit. Iſtiuſmodi eſt etiam ſecundus aduentus, eò quòd nulli mortalium planè ſit cognitus. Porrò vox *Cherub* interpretatur multitudo cognitionis. Huiuſmodi igitur rationalibus animantibus, vel etiam ſimilibus animis, inſidens Deus, volat per acutiſſimam cognitionem. Ventos verò ſi de ſenſilibus intelligas, ratione prouidentiæ aſcendit illos Deus, ducens eos prout vult: ipſe enim eſt, *qui producit ventos de theſauris ſuis*. Si autem viros ſapientes ſpiritu euectos, & adinſtar ventorum flatus emittentes, intellexeris; horum quoque pennas (id eſt ſublimes cogitationes) Deus aſcendens, quaquauerſum volat. Quin & Apoſtolus doctrinæ ventos appellauit, cùm de iis qui errores docebant, diceret: *Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris.* Phil. 2, 6. *Caligo quid.* *Cherub quid.* *Venti quid.* Pſal. 134, 7. *Doctrinæ venti.* Epheſ. 4, 14.

CATENA PATRVM.

Iſtiuſmodi igitur ventorum pennis inſidet ſpiritus erroris: aſt alas venti veræ doctrinæ Deus aſcendens, vbi vult ſpirat.

11. ET ASCENDIT SVPER CHERVBIM.] THEODORI. Ceterùm cùm animaduertiſſet ex huiuſmodi figurata dicẽdi forma indecentiam quamdam ſeu vilitatem oriri, quorumdam interiectione ſermonẽ auget, veluti cùm dixit: *Deſcendit de cælis, & habuit caliginem ſub pedibus ſuis.* Cùm, inquam, hinc humilis videretur præſentia eius, interiecit illud, *Aſcendit ſuper Cherubim*; oſtendens ipſum tamquam regem curru vectum, atque ita venturum eſſe.

12. TENEBROSA AQVA IN NVBIBVS.] CHRYSOSTOMI. Multis Scripturæ locis *nubes* Prophetas ſignificant. Aqua igitur quæ in ipſis erat ante manifeſtationem Saluatoris, obſcura eſſe dicitur: quando autem loquente Deo in Filio ſuo, lex impleta fuit & Prophetæ, præ fulgore & illuſtratione in conſpectu eius conuenient nubes, manifeſtæ factæ propter præſentiam eius qui per ipſas præſignatus eſt. Vel obſcuram & occultam conuerſationem intelligit, quam poſt aſſumptionem, vſque nunc cum hominibus inſtituit. *Tabernaculum* verò ſignificat Eccleſiam. Cùm igitur obſcuræ nubes per declarationem prolatæ ſint in lucem, nullus peccatoribus excuſationis prætextus relictus eſt. Quare ſtatim poſt nubium coruſcationem, ſequitur grando, & carbones ignis, quæ ſunt ſpecies ſuppliciorum. Quin etiam vbi exitum ſortita ſunt quæ de Chriſto fuerant prænuntiata, cælitus tonitrua facta ſunt, dicente Deo: *Hic eſt Filius meus dilectus.*

Propheta nubibus comparati.

Peccatores poſt Christi manifeſtationem inexcuſabiles ſunt.

Luc. 9, 35.

DIDYMI. Poſſis etiam dicere hoc modo. Vbi obſcuræ nubes, per Domini manifeſtationem, in lucem conuerſæ ſunt, nullus excuſationis locus peccatoribus relictus eſt. Quare fulgorem nubium, grando & carbones ignis ſtatim ſubſequuntur, quæ ſunt ſpecies ſuppliciorum. Cumque ea quæ de Chriſto vaticiniis prænuntiata ſunt, euentum ſortita fuiſſent; illicò *intonuit de cælo Deus.* Quod oſtenſum eſt partim ex eo, quòd magniloquę prophetiæ exitum habuerunt; partim ex eo quòd Deus ſublimes Theologiæ de vnigenito Filio ſenſus mẽtibus immiſerit, ac dixerit: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Etenim non caro & ſanguis ipſis hoc

Grando & carbones, ſuppliciorum prænuncij.

Tonitru quod in Christi manifeſtatione.

Matth. 17, 5.

Matth. 16, 17.

Τῶν δὲ τοιούτων ἀνέμων ταῖς πτέρυξιν ἐπιβαίνει πνεῦμα πλάνης, τῆς δὲ ἀληθοῦς ὁ θεὸς ἐπιβαίνων διδασκαλίας, ὅπου βούλεται πνεῖ.

ια΄. ΚΑΙ ΕΠΕΒΗ ΕΠΙ ΧΕΡΟΥΒΙΜ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλ᾽ ὅταν ἀπὸ τοῦ σχηματισμοῦ ἴδῃ τινὰ ἀπρέπειαν ὑποφαινομένην, ἢ ταπεινότητα, τῇ παρενθέσει τῶν ἐν μέσῳ πάλιν αὔξει τὸν λόγον· οἷον εἶπεν, Ὅτι κατέβη ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ εἶχεν γνόφον ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἐπειδὴ πάνυ ταπεινή τις ἐντεῦθεν ὑπεφαίνετο ἡ παρουσία, παρενέθηκε τό, Ἐπέβη ἐπὶ Χερουβὶμ· δεικνὺς αὐτὸν ὡς βασιλέα ἐφ᾽ ἅρματος ὀχούμενον, καὶ οὕτω παραγενόμενον.

ιβ΄. ΣΚΟΤΕΙΝΟΝ ΥΔΩΡ ΕΝ ΝΕΦΕΛΑΙΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πολλαχοῦ τῆς γραφῆς αἱ νεφέλαι τοὺς προφήτας σημαίνουσι. Τὸ οὖν ἐν αὐταῖς ὕδωρ πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος σαφηνείας, σκοτεινὸν εἶναι λέγεται· ὅτε δὲ λαλήσαντος τοῦ θεοῦ ἐν υἱῷ πληρωθῇ νόμος καὶ προφῆται, ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως καὶ τῆς ἐπιλάμψεως ἐνώπιον αὐτοῦ συνελθοῦσαι νεφέλαι, φανεραὶ γενόμεναι, διὰ τὸ παρεῖναι τὸν ὑπ᾽ αὐτῶν προκαταφωνηθέντα. Ἢ τὴν ἀφανῆ καὶ λανθάνουσαν διατριβὴν λέγει, ἣν σὺν ἀνθρώποις εἰς ἔτι καὶ νῦν ποιεῖται μετὰ τὴν ἀνάληψιν. Σκηνὴ δὲ τὴν ἐκκλησίαν δηλοῖ. Τῶν σκοτεινῶν γοῦν νεφελῶν εἰς φῶς διὰ σαφηνείαν προελθουσῶν, οὐδεμιᾶς ἀπολογίας ἀπολείπεται πρόφασις τοῖς ἁμαρτάνουσι. Διὸ εὐθέως τῇ τηλαυγήσει τῶν νεφελῶν ἀκολουθεῖ χάλαζα, καὶ ἄνθρακες πυρός, τὰ τῶν κολάσεων εἴδη. Καὶ ἐκβάσεως δὲ τετυχηκότων τῶν περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητευομένων, οὐρανόθεν βροντή, τοῦ θεοῦ εἰπόντος· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Λέγοις δ᾽ ἂν καὶ οὕτω. Τῶν σκοτεινῶν νεφελῶν εἰς φῶς διὰ σαφηνείας τοῦ κυρίου προελθουσῶν, οὐδεμιᾶς ἀπολογίας ὑπολείπεται πρόφασις τοῖς ἁμαρτάνουσι. Διὸ εὐθέως τῇ τηλαυγήσει τῶν νεφελῶν ἀκολουθεῖ χάλαζα καὶ ἄνθρακες πυρὸς τὰ τῶν κολάσεων εἴδη. Καὶ ἐκβάσεως δὲ τετυχηκότων τῶν περὶ Χριστοῦ προφητευομένων, ὁ θεὸς εὐθὺς οὐρανόθεν βροντᾷ. Τοῦτο μὲν παρὰ τῇ ἐκβάσει μεγαλοφώνους δεδεῖχθαι τὰς προφητείας· τοῦτο δὲ παρὰ θεολογίας ὕψος τὸν θεὸν ταῖς διανοίαις περὶ τοῦ μονογενοῦς ἐμβαλεῖν υἱοῦ, καὶ λέγειν· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Τοιγαροῦν οὐχ αἷμα καὶ σὰρξ αὐτοῖς

ins-

ἀπεκάλυψεν, ἀλλ' ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος τὸν ἴδιον υἱὸν παρασκευάσας, πρὸς ὑποδοχὴν τῆς θείας βροντῆς, ἐν γῇ σωματικῶς γεγονέναι, καὶ τὴν ἰδίαν ψυχὴν νόμῳ θνητότητος προέσθαι ὑπὸ τοῦ πλάσματος, ὡς ἂν ἐκ τῆς οὐρανόθεν ἐρχομένης βροντῆς, μετεωρισθέντες τῶν γηΐνων, προσπελάσωσι τοῖς οὐρανίοις, τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου φοροῦντες. Τοῖς ἐναντίως δὲ διακειμένοις ἐξαποστέλλει βέλη, συνταράξαι δυνάμενα τοὺς ὁμονοοῦντας ἐν τῷ κακῷ. Λέγει δὲ νῦν βέλη τοὺς προαναφωνουμένους περὶ κολάσεως λόγους. ταράττονται γὰρ ταῖς περὶ αὐτῆς ἀπειλαῖς.

ις'. Καὶ ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων.] Ἀθανασίου. Μετὰ τὴν καθαίρεσιν τῶν ἐχθρῶν, ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων· δηλαδὴ ὁ σωτήριος τοῦ εὐαγγελίου λόγος, ὅστις καὶ θεμέλια τῆς οἰκουμένης γέγονεν, ἐπ' αὐτὸν γὰρ ἐποικοδομήθημεν. Ἢ καὶ οὕτω, πηγὰς νοήσεις τοὺς ἁγίους προφήτας, ἅτε δὴ τὸν σωτήριον ἀναβλύζοντας λόγον. Οὕτω γὰρ γέγραπται περὶ αὐτῶν· Καὶ ἀντλήσετε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ πηγῶν τοῦ σωτηρίου. Θεμέλια δὲ τῆς οἰκουμένης, καὶ τὴν Μωσέως τοῦ πανσόφου γραφὴν νοήσεις. κρηπῖδα γὰρ πίστεως καὶ θεογνωσίας, ἐν αὐτῇ καὶ προτιθειμένην εὑρήκαμεν τὸ Χριστοῦ μυστήριον ἐν τύποις ὠδίνουσαν, ἅμα τοῖς προφήταις. Ὤφθησαν τοίνυν αἱ πηγαί, ἀντὶ τοῦ ἐφανερώθησαν. Ἢ πηγὰς νοήσεις καὶ θεμέλια τῆς ὑπ' οὐρανὸν τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· ἀναπηγάζουσι γὰρ καὶ αὐτοὶ τὸν σωτήριον λόγον, καὶ κρηπῖδα τῇ ὑπ' οὐρανὸν κατεβάλλοντο τὴν πίστιν. Πηγὰς δὲ ὑδάτων, καὶ θεμέλια τῆς οἰκουμένης, νοήσεις πάλιν τὸ σωτήριον βάπτισμα.

Ὠριγένους. Ὅλα ἐκεῖνα τὰ σκυθρωπὰ, διὰ τοῦτο τὸ χρηστόν. Ἐπιτιμᾷ οὖν, καὶ ἐμπνεῖ πνεῦμα ὀργῆς, ἵνα ὀφθῶσιν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων, καὶ ἀνακαλυφθῶσι τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης. Εἰ ἀγαθὸν τὸ ὀφθῆναι καὶ φανερωθῆναι τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, ὧν ἡγεῖται ὁ εἰπών· Ἐμὲ ἐγκατελίπετε, πηγὴν ὕδατος ζῶντος· ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ ἀποκαλυφθῆναι τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης, ἵνα θεωρηθῇ ἡ ἁγία Τριάς, ἥτις ἄρχεται τῶν κτισμάτων. Πῶς τὰ τούτων ποιητικὰ, κἂν σκυθρωπὰ εἶναι δοκῇ, εὐλόγως τίς αἰτιάσεται; τὴν χάλαζαν, καὶ τοὺς ἄνθρακας πυρὸς, καὶ τὰ βέλη, καὶ τὰς ἀστραπὰς, καὶ ἐπιτιμήσεις τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν ἔμπνευσιν τοῦ πνεύματος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. Ἅμα δὲ τήρει, ὅτι ἡ ἐπιτίμησις θε-

reuelauit,ſed Pater cæleſtis,cùm Filium ſuum præparauit,ad diuinum tonitru excipiendum, dum in terra corporaliter natus eſt, & animam ſuam lege mortalitatis pro figmento poſuit; vt homines per tonitru cælitus miſſum, à terrenis rebus in altum euecti, cæleſti appropinquent, imaginem cæleſtis gerentes. Iis verò qui contrariis rationibus affecti ſunt, immittit ſagittas, quæ in malo conſentientes conturbare poſſint. *Sagittas* autem hoc loco vocat ſermones,qui ſupplicia prænuntiant:ſiquidem eorumdem minis percellunt. CATENA PATRVM.

16. ET APPARVERVNT FONTES AQVARVM.] ATHANASII. Poſt euerſionem hoſtium, apparuerunt fontes aquarum; ſcilicet Euangelicus ſermo ſalutaris, qui etiam orbis terræ fundamentum factus eſt:nam ſuper ipſum ædificati ſumus. *Euangelium eſt terræ fundamentum.* Vel etiam ſic: *fontes* intelliges ſanctos Prophetas, vtpote ſalutarem ſermonem ſcaturientes. *Prophetæ ſunt fontes.* Ita enim de illis ſcriptū eſt: *Et haurietis aquas cum gaudio de fontibus Saluatoris.* Iſa. 12, 3. *Fundamenta* quoque *orbis terrarum*, Moyſis ſapientiſſimi ſcripturam intelliges. In ea enim Chriſti myſterium, fidei ac diuinæ cognitionis baſim, in figuris præſignatum vnà cum Prophetis inuenimus. Apparuerunt igitur fontes, id eſt,manifeſtati ſunt. Vel *fontes* ac *fundamenta* huius quæ ſub cælo eſt terræ, ſanctos Apoſtolos intelliges: ſiquidem & ipſi ſalutarem ſermonem emittūt, & fidem ſub cæleſtis[Eccleſię] fundamentum poſuerunt. *Apoſtoli Eccleſiæ fundatores.* *Fontes* quoque ac *fundamenta orbis terrarum*, baptiſmum ſalutarem interpretaberis.

ORIGENIS. Omnia iſta terribilia ſunt ob hocce bonum. Nempe increpat & inſpirat iræ ſpiritum, vt appareant fontes aquarum, & reuelentur fundamenta orbis terrarum. *Deus iraſcitur & minatur in bonum finem.* Si bonum ſit apparere & reuelari fontes aquarum, quibus præſidet is qui dicit: *Me dereliquiſtis, fontem aquæ viuæ;* Iere. 2, 13. vtique etiam bonū eſt reuelari fundamenta orbis terrarum, vt ſancta Trinitas conſpiciatur, quæ imperat creaturis. Quomodo illa quæ hæc faciunt, tametſi horribilia videantur, accuſare iuſtè quis poſſit? grandinem, inquam, & carbones ignis, & ſagittas, & fulgura, & increpationes Dei, & inſpirationem ſpiritus iræ eius. Simul autem obſerua, increpationem etiam quam- *Increpationis vtilitas.*

CATENA PATRVM.

dam curationem eſſe eius qui increpatur, dum perſtringitur vt à prauis operibus deſiſtat. Vnde cùm febrim, & ventos, & mare à Ieſu increpari audis, hæc intellige prout Ieſu bonitatem decet. Vel ſic: nempe vt orbem terrarũ conſtituant cogitationes, & verba, & opera, quę habitibus & affectibus ſuperſtruuntur. Quando igitur diſſipauerit improbos ſagittis, eoſque conturbauerit fulgetris, occultis hominum patefactis, Deo abſcondita tenebrarum illuſtrante, fundamenta etiam orbis terrarum reuelabit, impios ſuppliciis increpando. *Fundamenta* etiam *orbis* appellari poſsẽt viri diuini, propter ſoliditatem, quibus ſuperædificantur hi qui ſecundùm Chriſtum inſtituuntur. Quin & hi reuelantur, quando de improbis ſupplicia ſumuntur, dum illos pœna minimè tangit. Verùm non ſtatim punit Deus peccatores; ſed iram ante pœnam denuntiat: & hoc eſt ipſum inſpirare ſpiritum iræ ſuæ.

Fundamenta orbis ſunt viri ſancti.

17. MISIT DE SVMMO.] ANONYMI. Ipſe de alto aſſumpſit me, tranſgreſſum ſuſcipiens de aquis multis vitæ humanæ, & liberans de inimicis potentibus in lædendo. Obſerua verò, quòd inimici potentes dicti ſint. Fortaſſis etiam dogmata impietatis ſint *aquæ multæ*, quæ non poſſunt extinguere charitatem. Porrò *potentes inimici* ſunt hoſtes inuiſibiles, homineſque qui falsâ ſuâ ſcientiâ in errorem alios inducunt.

Aquæ, ſunt impia dogmata.

Inuiſibiles inimici, ſunt potentes.

19. PRÆVENERVNT ME IN DIE AFFLICTIONIS MEÆ.] ORIGENIS. Qui tribulationem patiuntur, & non anguſtiantur, ſciant ſe à tribulatione liberandos, & ad ſanctam Dei latitudinem adducendos eſſe. Nam in die afflictionis ad ipſum confugientem confirmat Deus, ne malis concuſſus ſuccumbat: & in tribulationibus gementem confirmans, ad latitudinem educit, iuxta illud: *In tribulatione dilataſti mihi.* Quod fit etiam dum non omninò liberatur, ſed generosè ſuſtinet.

1. Cor. 4, 8.

Patientia parit cordis dilatationem.

Pſal. 4, 2.

21. ET RETRIBVET MIHI DOMINVS.] ANONYMI. Qui attollit ſanctas manus, audetque dicere, *Eleuatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinum*, puritatem quoque manuum ſe habere profitebitur. Hic autem ſermo eſt eius qui conſiderat vt quidlibet fiat cum iudicio. Sunt autem quædam Dei iudicia circa quemlibet peccatorem. Quando igitur quis omnia de peccatis omnibus iudi-

Pſal. 140, 2.

Puritas manuum neceſſaria oranti.

ἐπιτιμία τίς ἐστι τοῦ ἐπιτιμωμένου, ἐπιπλησσομένου ἵνα παύσηται ἐνεργῶν τὰ χείρονα. Ὅταν οὖν πυρετὸν, καὶ ἀνέμους, καὶ θάλασσαν ἐπιτιμώμενα ὑπὸ Ἰησοῦ ἀκούσῃς, νόει ἀξίως τῆς Ἰησοῦ χρηστότητος. Ἢ οὕτως· οἰκουμένην συνίστησι νοήματα, καὶ λόγοι, καὶ πράξεις, ἐποικοδομούμενα τῇ ἕξει τε καὶ διαθέσεσιν. Ὅταν οὖν σκορπίσας τοὺς φαύλους τοῖς βέλεσι, συνταράξῃ ταῖς ἀστραπαῖς, τῶν κρυπτῶν τῶν ἀνθρώπων φανερουμένων, φωτίζοντος τοῦ θεοῦ τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ θεμέλια τῆς οἰκουμένης ἀνακαλύψει, τοὺς ἀσεβεῖς διὰ κολάσεων ἐπιτιμῶν. Θεμέλια δὲ οἰκουμένης καὶ ἄνδρες θεῖοι διὰ τὸ ἄπτον, ἐφ᾽ οἷς ἐποικοδομοῦνται οἱ κατὰ Χριστὸν πολιτευόμενοι. καὶ οὗτοι δὲ ἀνακαλύπτονται, ἐπιτιμήσεως γινομένης κατὰ τῶν πονηρῶν, μηδαμῶς ἁπτομένης αὐτῶν τῆς κολάσεως. Οὐ παραυτίκα δὲ κολάζει ὁ θεὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, προαναφωνεῖ δὲ τῆς ὀργῆς τὰς κολάσεις. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐμπνέειν αὐτὸν πνεῦμα τῆς ὀργῆς αὐτοῦ.

ιζʹ. ἘΞΑΠΕΣΤΕΙΛΕΝ ἘΞ ὝΨΟΥΣ.] ἈΝΩΝΥΜΟΥ. Αὐτὸς ἐξ ὕψους ἔλαβέ με, τὸν παραβάντα προσλαβόμενος ἀπὸ πολλῶν ὑδάτων τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, καὶ ῥυσάμενος ἐξ ἐχθρῶν ἐν τῷ ἐχθραίνειν δυνατῶν. Ὅρα μέντοιγε, ὅτι δυνατοὶ εἶναι οἱ ἐχθροὶ μεμαρτύρηνται. Ἴσως δὲ καὶ τὰ τῆς ἀθεότητος δόγματα ὕδωρ ἐστὶ πολὺ, οὐ δυνάμενον σβέσαι τὴν ἀγάπην. Ἐχθροὶ δὲ δυνατοὶ, οἵ τε ἀόρατοι, καὶ ἄνθρωποι οἱ διὰ ψευδωνύμου γνώσεως τὴν ἀπάτην ἐργαζόμενοι.

ιθʹ. ΠΡΟΕΦΘΑΣΑΝ ΜΕ ΕΝ ΗΜΕΡΑ ΚΑΚΩΣΕΩΣ ΜΟΥ.] ὨΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ θλιβόμενοι, καὶ μὴ στενοχωρούμενοι, ἴστωσαν ἐξαχθησόμενοι ἀπὸ τῆς θλίψεως, καὶ εἰς ἅγιον τοῦ θεοῦ πλατυσμὸν ἀχθήσεσθαι. Ἐν γὰρ ἡμέρᾳ κακώσεως τὸν πρὸς αὐτὸν καταφεύγοντα, ἀντιστηρίζει θεὸς, ὡς ἂν μὴ κλονηθεὶς καταπέσῃ· καὶ ἀντιστηρίζων ἐκφέρει εἰς πλάτος τὸν στενούμενον ταῖς θλίψεσι, κατὰ τό· Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με. ὅπερ γίνεται, οὐ πάντως ἀπαλλαττομένου, γενναίως δὲ φέροντος.

καʹ. ΚΑΙ ἈΝΤΑΠΟΔΩΣΕΙ ΜΟΙ ΚΥΡΙΟΣ.] ἈΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ ἐπαίρων ὁσίους χεῖρας, καὶ θαῤῥῶν εἰπεῖν· Ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου, θυσία ἑσπερινὴ, καὶ καθαρότητα χειρῶν ὁμολογήσει ἔχειν. Θεωροῦντος δὲ ὡς ἕκαστον κρίσει γίνεται, λόγος. Ἔστι δέ τινα κρίματα τοῦ θεοῦ περὶ ἑκάστου τῶν ἁμαρτανομένων. Ἐπὰν οὖν τὰ περὶ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων κρί-

ματα

ματα πάντα πρὸ ὀφθαλμῶν τις ἔχῃ, ἐρεῖ· Πάντα τὰ κρίματα αὐτοῦ ἐνώπιόν μου. Καὶ ἄλλως οὐδὲν ὁ ταῦτα λέγων ἑαυτοῦ καταγινώσκει. Ὅθεν καὶ ἐπὶ τὸν σωτῆρα αὐτὰ δεῖ ἀναφέρεσθαι, τὸν πεπειρασμένον κατὰ πάντα καθ᾽ ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας.

κδ′. Καὶ ἔσομαι ἄμωμος μετ᾽ αὐτοῦ.] Τοῦ αὐτοῦ. Χωρὶς θεοῦ, οὐκ ἔστιν εἶναι ἄμωμον. Μετ᾽ ὀλίγα οὖν φησί· Καὶ ἔθετο ἄμωμον τὴν ὁδόν μου. Οὐκ ἔστι δὲ κατὰ τὸν λέγοντα τό· Ἀνταποδώσει μοι κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ τὸ ἑξῆς, ἔχειν ἀνομίαν. Καὶ τό· Φυλάξομαι ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, δύναται ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὸ λεγόμενον τὸ ἐν ἡμῖν σκότος, κατὰ τό· Εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος ἐστί, τὸ σκότος πόσον;

κϛ′. Μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ.] Ὠριγένους. Ὡς ἔσομαι ἄμωμος μετ᾽ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, οὕτως ὁ θεὸς μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσεται, καὶ μετὰ ἀθώου ἀθῷος ἔσται, καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσται αὐτός. Μετὰ στρεβλοῦ δὲ οὐχὶ στρεβλὸς ἔσται (οὐδὲ γὰρ θεμιτὸν) ἀλλὰ διαστρέψεις, ὡς μετὰ Φαραώ.

Ἀθανασίου. Εἰκότως κατηξίωσάς με τῆς σῆς εὐεργεσίας, φησίν, ἐπειδήπερ δίκαιος ὤν, οἶδας μετὰ ὁσίου ὁσιοῦσθαι. εἰ γὰρ ἤμην ἐναπομείνας τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ παντελῆ διαστροφὴν ὑπομείνας. Οἶδας ὅτι καὶ σὺ αὐτὸς ὁ μέγας κριτής, τῇ ἐμῇ ἁμαρτίᾳ κατάλληλον ἐπήγαγες τὸ σαυτοῦ κρῖμα. Ἐπειδὴ δὲ ἐφύλαξα τὰς ὁδούς σου, τούτου χάριν ὁ μετὰ ὁσίου ὁσιούμενος, καὶ μετὰ ἀθώου ἀθωούμενος, οὐ κατὰ τὴν ἐν καιρῷ τινὶ γεγενημένην μοι διαστροφὴν ἡρμόσω· κατὰ δὲ τὴν μετὰ ταῦτα ζωήν, καὶ τὸν ἐν δικαιοσύνῃ βίον τὴν ἀμοιβήν μοι παρέξεις ἐν τῷ σῷ δικαστηρίῳ.

κη′. Ὅτι σὺ λαὸν ταπεινὸν.] Εὐσεβίου. Καὶ ἄλλως ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀναγαγόντες, σκοπήσωμεν, μήποτε προφητικῶς λαὸν μὲν ταπεινόν, κατὰ τὸν Ἀκύλαν πένητα, ἢ κατὰ Σύμμαχον πρᾶον, τὸν χορὸν αἰνίττεται τὸν ἀποστολικόν· ὑπερηφάνους δὲ τοὺς ἐξάρχοντας τῶν ἐκ περιτομῆς, οὓς ἀλαζονευσαμένους κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐταπείνωσεν ὁ θεός, λαὸν σώσας τὸν πιστὸν ἐξ ἀρετῶν ἐγνωσμένον. Περὶ δὲ τοῦ λύχνου Δαβὶδ λέγει ἐν ρλα′ ψαλμῷ, Ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβίδ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου. δηλῶν τὸν ἐξ αὐτοῦ καταγόμενον κατὰ

cia ante oculos habet, dicet: *Omnia iudicia eius in conſpectu meo.* Ceterùm qui hæc dicit, in nulla re ſeipſum negligit. Vnde hæc etiam ad Saluatorem referenda ſunt, quippe *tentatum per omnia pro ſimilitudine, abſque peccato.* CATENA PATRVM. Hebr. 4, 15

24. ET ERO IMMACVLATVS CVM EO.] EIVSDEM. Abſque Deo, non eſt eſſe immaculatum. Quare paulò pòſt ait: *Et poſuit immaculatam viam meam.* Non conuenit autem illi, qui ait: *Retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam,* &c. vt vllam habeat iniquitatem. Quin & illud: *Cuſtodiam me ab iniquitate mea,* referri poſſet ad id quod in nobis tenebræ vocatur, iuxta illud: *Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſint; ipſæ tenebræ quantæ erunt?* *Abſque Deo nemo immaculatus.* Verſ. 25. Matth. 6, 23.

26. CVM SANCTO SANCTVS ERIS.] ORIGENIS. Quemadmodum immaculatus ero cum ipſo Deo; ſic etiam Deus cum ſancto ſanctificabitur, & ipſe cum innocente innocens erit, & cum electo electus. Verùm cum peruerſo nequaquam peruerſus erit (hoc enim nefas) ſed peruertêris, vt cum Pharaone. *Deus eſt ſanctus ſanctis.*

ATHANASII. Meritò, inquit, me tuâ beneficentiâ dignum iudicaſti, quandoquidem iuſtus cùm ſis, noſti cum ſancto ſanctus effici. Si enim peccato immoratus fuiſſem, etiam omnimodam auerſionem ſuſtinuiſſem. Noſti ſimiliter, cùm ipſe ſis magnus iudex, te conſentaneam peccato meo ſententiam tuam laturum fuiſſe. Sed quoniam cuſtodiui vias tuas, idcircò, qui cum ſancto ſanctus, & cum innocente innocens efficeris, non conformaſti te auerſioni meæ, quæ aliquando contigit, ſed vitæ poſteà tranſactæ, & pro vita iuſta, in tuo iudicio mihi retribues. *Deus ſe noſtris meritis accommodat.*

28. QVONIAM TV POPVLVM HVMILEM.] EVSEBII. Aliter etiam ad ſuperiora ſermonem reducentes, conſideremus num prophetice per *populum humilem,* ſecundùm Aquilam, *pauperem;* vel, iuxta Symmachum, *manſuetum,* Apoſtolicum chorum deſignet: per *ſuperbos* verò elatos Principes populi circumciſionis, quos contra Saluatorem inſoleſcentes Deus humiliauit, populum fidelem ex virtutibus cognitum ſaluum faciens. De lucerna verò Dauid in Pſalmo CXXXI. ait: *Produtam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo,* ſignificans Chriſtum ex ipſo ſecundùm *Populus humilis, ſunt Apoſtoli.* Pſal. 131, 17. *Chriſtus lucerna Dauid.*

CATENA PATRVM.

carnem oriundum. Lucerna enim erat per vnionem Dei illuminata, & omnibus lucens. Nunc igitur ait ad Dominum, Cùm ſis lux vera, lucernæ quæ ex me orietur, ineffabili modo coniunctus, eam illuminabis, quin & innatas mihi tenebras omnino auferes, vt ne memoriam illarum vllam habiturus ſim; & potentiâ tuâ ſuffultus, cælorum murum tranſgrediar: vbi cum ſecuritate ſalutem à te conſequar. Vel per *murum* intelligit hoſtium munitiones, quibus me obſidere conantur.

31. DEVS MEVS, IMPOLLVTA VIA EIVS.] ORIGENIS. Via impolluta Chriſtus eſt, qui dixit: *Ego ſum via.* Cùm autem eloquia Domini igne examinata ſint, qui ipſa audiunt, dicunt: *Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis?* Quin & *ſpiritu ferventes* ſunt, & alienum à Deo ignem non admittunt, qui in ſagittis maligni eſt. Sed Dominus qui dixit, *Ignem veni mittere in terram,* eloquia habuit ignita; quare ait, *Et quid volo niſi vt accendatur?*

Chriſtus via. Ioan.14,6. — Luc. 24, 32. — Rom. 12, 11. — Pſal.119. 4. — Luc.12,49.

EVSEBII. Non enim Dominus deſides nos eſſe ſinit, neque remiſſos in ijs quæ ſalutem noſtram concernunt, per certamina contra hoſtes noſtros nos exercens: quin & humanas noſtras vires confirmat ac roborat. Quemadmodum autem dictum eſt, *Deus, impolluta via eius:* ſic ad ſuam ſimilitudinem (inquit) me quoque adaptauit omnis generis diſciplinis, immaculatam mihi vitæ viam reddens. Diuina quoque Scriptura ceruis Sanctos aſſimilat, ſiquidem ſpiritales ſerpentes è medio tollunt, more cerui qui ſerpentes abſumit & perſequitur. Quin & montiuagum animal eſt, curſuque velox: cuiuſmodi quoque Sancti, qui ſuperna, non terrena, ſpectantes, regni cælorum deſiderio tenentur.

Deus non patitur nos eſſe deſides. — *Sancti ceruis ſimiles.*

DIDYMI. Hoc loco quidem dicitur: *Qui præcinxit me virtute,* apud Paulum verò veritate præcinguntur, qui induti ſunt armaturam Dei. Ex quo colligitur veritatem eſſe Chriſtum Dei virtutem: ait enim Saluator, *Ego ſum veritas;* Paulus verò, *Chriſtus Dei virtus.*

Epheſ. 6, 14. *Chriſtus veritas & virtus.* Ioan. 14, 6. 1. Cor. 1, 18.

32. QVONIAM QVIS DEVS PRÆTER DOMINVM?] ANONYMI. Secundùm hoc ſolus Deus verus, eſt Deus ac Pater: niſi fortè quis id, quod pro raro ſæpè ponitur, ad Vnigenitum referat.

σάρκα Χριστόν. Λύχνος γὰρ ἦν ἑνώσει Θεοῦ φωτιζόμενος, καὶ πᾶσιν ἐκλάμπων. Νῦν οὖν λέγει πρὸς κύριον, ὅτι φῶς ὑπάρχων ἀληθινὸν, ἀπορρήτως ἑνωθεὶς τῷ λύχνῳ τῷ ἐξ ἐμοῦ γεννησομένῳ, φωτιεῖς αὐτὸν, καὶ τὸ ἐν ἐμοὶ δήποτε σκότος γενόμενον παντελῶς ἀνελεῖς, ὡς μηδὲ τούτου μνήμην ἔχειν ἐμὲ, καὶ δυναμωθεὶς παρὰ σοῦ, τοῦ ἐν οὐρανοῖς ἐπιβήσομαι τείχους, ἔνθα σὺν ἀσφαλείᾳ τῆς παρὰ σοῦ τεύξομαι σωτηρίας. Ἢ τεῖχος τὰ τῶν ἐχθρῶν ὀχυρώματα λέγει, δι᾽ ὧν με πειρῶνται περιστοιχίζεσθαι.

λα΄. Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ, ΑΜΩΜΟΣ Η ΟΔΟΣ ΑΥΤΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἄμωμος ὁδὸς ὁ Χριστός ἐστιν, ὁ εἰπών, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. Ἐπεὶ δὲ τὰ λόγια κυρίου πεπυρωμένα ἐστὶν, οἱ ἀκούοντες αὐτῶν λέγουσιν, οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν; Καὶ πνεύματι δὲ ζέουσι, καὶ ἀλλότριον Θεοῦ οὐ παραδέχονται πῦρ, ὅπερ ἐστὶν ἐν τοῖς βέλεσι τοῦ πονηροῦ· ἀλλ᾽ ὁ εἰπὼν κύριος, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, πεπυρωμένα εἶχε λόγια· διό φησι, Καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη;

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐδὲ γὰρ ἀπρακτοῦντας ἡμᾶς ὁ δεσπότης ἀπολιμπάνει, οὐδὲ τὰ πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν καθυφίησι, ἀλλὰ τῶν πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τοὺς ἡμετέρους γυμνάζων ἀγώνων. ὅτι καὶ δυναμοῖ τὴν ἀνθρωπίνην ἡμῶν ἰσχύν. ὡς δὲ εἴρηται· ὁ Θεὸς, ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ· οὕτω καθ᾽ ὁμοίωσιν κἀμὲ (φησι) παρεσκεύασε παντοίοις μαθήμασιν, ἄμωμον τοῦ βίου μου ποιῶν τὴν ὁδόν. Ἐλάφοις γε μὴν ἀπεικάζει τοὺς ἁγίους ἡ θεία γραφή· ἑρπετῶν γὰρ νοητῶν εἰσιν ἀναιρετικοὶ, κατὰ τὴν ἔλαφον ἀναιροῦσαν αὐτὰ καὶ διώκουσαν. Ἀλλὰ καὶ ὀρειβατεῖ τὸ ζῶον καὶ δρομικόν. οὕτως οἱ ἅγιοι τὰ ἄνω σκοποῦντες, καὶ οὐ τὰ ἐπὶ γῆς, πόθῳ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐνταῦθα μὲν οὖν περιζωννύων με δύναμιν, εἴρηται, παρὰ δὲ Παύλῳ τὴν ἀλήθειαν περιζώννυνται, οἱ τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ ἐνδυσάμενοι. Ἐξ οὗ συνάγεται, τὴν ἀλήθειαν εἶναι τὸν Χριστὸν καὶ τοῦ Θεοῦ δύναμιν. Φησὶ γὰρ ὁ σωτὴρ, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· ὁ δὲ Παῦλος, Χριστὸς Θεοῦ δύναμις.

λβ΄. ΟΤΙ ΤΙΣ ΘΕΟΣ ΠΑΡΕΞ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ;] ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Κατὰ τοῦτο μόνος Θεός ἐστιν ἀληθινὸς ὁ Θεὸς, καὶ πατήρ· εἰ μὴ ἄρα τό τις ἐπὶ τοῦ σπανίου πολλάκις κείμενον, ἐπὶ τὸν μονογενῆ ἀνοίσοι.

λγ΄. Ο

λγ. Ο ΘΕΟΣ Ο ΠΕΡΙΖΩΝΝΥΩΝ ΜΕ ΔΥΝΑΜΙΝ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἐνταῦθα μὲν ἡ ζώνη δύναμις, παρὰ δὲ Παύλῳ ἀλήθεια. Καταρτίζονται δὲ οἱ πόδες ὡς ἐλάφων, τοῦ τρέχοντος καλῶς, καὶ τὸν δρόμον πληροῦντος.

μδ΄. ΡΥΣΗ ΜΕ ΕΞ ΑΝΤΙΛΟΓΙΑΣ ΛΑΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον γενόμενος ταῦτά φησι Χριστὸς, ὃν ὁ Θεὸς κατέστησεν εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν· κεφαλὴ γὰρ τῆς ἐκκλησίας ὁ Χριστός.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἰ γὰρ καὶ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, κλίνας οὐρανοὺς καὶ καταβὰς, ἀλλ' ὑψηλός ἐστι, κατὰ τό· Ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσεν, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα.

33. DEVS QVI PRÆCINXIT ME VIRTVTE.] EIVSDEM. Hoc loco quidem cingulum eſt virtus, apud Paulum verò veritas. Perficiuntur autem pedes tamquam ceruorum, eius qui rectè currit, & curſum perficit.

ANNOTATIONES CORDERII. Cingulum virtus & veritas. Ephes. 6, 14.

44. ERIPIES ME DE CONTRADICTIONIBVS POPVLI.] ORIGENIS. Chriſtus hæc dicit, qui in ſignum contradictionis factus eſt, quem Deus poſuit in caput Gentium: caput enim Eccleſiæ Chriſtus eſt.

Luc. 2, 34. Chriſtus caput Gentium.

EVSEBII. Quamuis enim ſemetipſum humiliauerit, cælos inclinans, & deſcendens; ſublimis tamen eſt, iuxta illud: *Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.*

Phil. 2, 9.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS huius Pſalmi clarus eſt, in quo ſumma Dauidis modeſtia & manſuetudo relucet, quòd, cùm nullum Saüle infenſiorem haberet inimicum; eum tamen ab inimicorum numero excluſerit, dum ſeorſum ab illis nominauit: vti ſuperiùs in argumento Græcus Paraphraſtes & Theodoretus annotarunt. Satis itaque ex inſcriptione conſtat, totum hunc Pſalmum ex perſona Dauidis recitari: quamquam in eo nonnulla inſerantur, quæ ipſimet Chriſto primariò competant, quæ in nouo Teſtamento ex hoc Pſalmo pro ipſo citantur. Vnde duo colligit Ianſenius. Primum ſcilicet, ex citatione alicuius loci è Pſalmis depromptí, non ſtatim concludendum eſſe, Pſalmum iſtum illi ſoli, pro quo citatur, accommodandum. Alterum, in ijs ipſis quæ de ſemetipſo Propheta cecinit, Chriſti quoque figuram præ ſe tuliſſe: in quem proinde etiam illa ex intentione S. Spiritus, & quidem perfectiùs quadrant; quemadmodum viciſſim Dauidi ad litteram nonnulla magis conueniunt: Spiritu nimirum ſancto hæc Cantica miro quodam artificio ſic temperante, vt (quoniam Vates de ſeipſo frequenter loquitur, non ſine reſpectu ad eum cuius typum geſſit; & de Chriſto plerumque agit, tamquam à ſe præfigurato) quædam ſint quæ ipſi figuræ, quædam etiam quæ figurato magis congruant.

Quædam in Pſalmis Chriſto, quædam Dauidi primariò conueniunt.

Notandum prætereà, in Pſalmis ſæpè tempora confundi, & præterita pro futuris, & futura pro præteritis frequenter accipi; ac proinde, vbi ſenſus exigit, hæc per illa eſſe exponenda. Quod in hoc Pſalmo præcipuè locum habet, quia Septuag. hîc ſæpè per futurum exprimunt, quæ ſecundùm Hebræam phraſim præteritum requirunt. Totus autem hic Pſalmus habetur etiam 2. Regum cap. 22.

In Pſalmis ſæpè præterita pro futuris exprimuntur, & contrà.

2. & 3. *Diligam te Domine*, &c.] Vbi doctè animaduertit Bellarminus, in Hebræo pro voce *diligam*, non eſſe verbum אָהַב *ahab*, quod ſimpliciter amare ſignificat, ſed רָחַם *racham*, quod ſignificat amare ex intimis viſceribus: vt declaret ſe Deum omni animi affectione complecti, in oculis intimaque mente ferre, & vitâ ſuâ ſibi eſſe cariorem. Reddit cauſſam, *Dominus firmamentum meum, & refugium meum.* Vbi Septuag. & noſter Interpres metaphoras linguæ ſanctæ, quâ Dauid vtebatur, exponere clariùs ad communem loquendi rationem voluerunt. Nam pro *firmamentum*, dixit ille סַלְעִי *ſalhhi*, hoc eſt, *petra mea*, videlicet firmum & ſolidum fundamentum, in quo ſtetit inuictus, cùm procellæ furentium inimicorum ſtantem euertere conarentur. Pro *refugium meum* eſt מְצוּדָתִי *metſurathi*, hoc eſt, *arx mea*, ſeu valida munitio, ad quam mihi patuit refugium. Cùm in tuto, inquit, ſum, Deus mihi eſt firmamentum; cùm in periculum incidi, eſt tuti perfugij locus, adamantina munitio, acropolis muro igneo cincta: è faucibus miſeriarum eripit me, omnibus denique modis me protegit.

Septuag. hic proprijs verbis efferunt quæ in Hebræo per metaphorâ dicuntur.

Notat Hugo à S. Victore ordinem hîc eſſe conuerſum. *Primum enim*, inquit, *eſt liberator; quia hominem à poteſtate diaboli eripuit: deinde refugium, quia de proprijs viribus diffidentem, benignè ad patrocinandum excipit: deinde firmamentum ſtanti, ne cadat: deinde fortitudo, pugnanti, vt vincat; Liberator, per baptiſmum; Refugium, per pœnitentiam; Firmamentum, per patientiam; Fortitudo, per victoriam. Ecce quo ordine euaſit malum. Deinde ſecundus verſiculus oſtendit, quomodo conſecutus ſit bonum. Deus meus, quia per fidem illuminat. Adiutor meus, quia ad benè operandum adiuuat. Sperabo in eum, quia cor ad amorem ſui inſlammat. Protector meus, quia ſupra id quod ferre poſſumus, tentari non permittit. Cornu ſalutis meæ, quia etiam perſequentem diabolum nos contemnere facit. Poſtremò, ſuſceptor meus, quia finito curſu, peruenientibus cælum aperit.* Vt igitur cum Leſſio Theologicè hæc nomina explicemus; dicitur inprimis Deus *fortitudo noſtra*, quia ipſius ope, ex ſtatu peccati aſſurgimus ad ſtatum gratiæ, & filiorum Dei. Secundò, quia ipſius ope vincimus hoſtes noſtros fortiſſimos & calidiſſimos, & omnes eorum machinas diſſoluimus. Tertiò, ipſius ope ſubeuntur martyria, etiam à virgi-

Quomodo Deus ſit liberator, refugium, firmamentum & fortitudo noſtra.

Item adiutor, protector, cornu ſalutis, ſuſceptor.

Quaratione Deus ſit & dicatur fortitudo noſtra.

ANNOTATIONES CORDERII.

virginibus & pueris, & omnis tyrannorum ſæuitia ſuperatur. Quartò, ipſius ope in rebus arduis præſtatur perſeuerantia. Quintò, ipſius ope conſcenditur in cælum, & æterna vita obtinetur. Denique ipſe eſt fortitudo Sanctorum, quia ipſius ope poſſunt omnia, quæ ad gloriam Dei & ſalutem animarum pertinent.

quomodo firmamentum noſtrum. Dicitur autem *firmamentum noſtrum:* quia omnis firmitas iuſtorum in iuſtitia, & omnis conſtantia in bono, contra omnes tentationes inconcuſſa perſeuerans, ab ipſo eſt. Secundò, quia omnis firmitas Beatorum in illo ſtatu beatiſſimo ab ipſo pendet, & ipſius decreto ſtabilitur. Tertiò, quia generatim omnis firmitas creaturæ, tam ſpiritualis quàm corporalis, quam habet vel in ſua natura, vel in ſuis perfectionibus, vel in ſuis operationibus, vel in ſuo ſtatu, ab ipſo pendet, per eius potentiſſimum & immutabilem influxum.

quomodo refugium noſtrum. Dicitur quoque *refugium noſtrum.* Primò, quia in omnibus afflictionibus animi & corporis, in omnibus tentationibus, periculis, anguſtijs & neceſſitatibus, quando aliunde opem non ſperamus, refugium habemus ad ipſum, & poſſumus nos per orationem ad ipſum conuertere, opem implorando: atque ipſe cum firma ſpe & fiducia ad ſe confugientes numquam repellit, quantumuis anteà illum offenderint, & multis gehennis digni ſint: ſed ſemper eos exaudit, præſtando id quod ab ipſo petunt, vel aliquid longè vtilius petentibus. Secundò, quia vbi omnes aliæ creaturæ nos deſerunt, vel opem ferre nequeunt, ipſe ſolus numquam deſerit, ſed ſemper, & intra & extra & circum nos vndique adeſt nobis, paratus iuuare, conſolari & ſaluare:
Pſal. 45, 1. vt meritò cum Dauide dicere poſſimus: *Deus noſter refugium & virtus, adiutor in tribulationibus,* &c. Tertiò, quia eſt ſingulare refugium omnium iuſtorum, qui huius ſæculi pertæſi, eiuſque fallacias, malignitatem & ærumnas fugientes, ad Deum, tamquam fontem vitæ, & omnium bonorum abyſſum (in qua ſola perfectam quietem obtinebunt) toto deſiderio ſuſpirant. Ipſe enim eſt extremus omnium deſideriorum terminus & finis, ad quem omnes toto mentis impetu confugere debent, vt beatam quietem aſſequantur.

Chriſtus liberator & redemptor noſter. Dicitur etiam *liberator* ſeu *redemptor.* Primò, quia, cùm omnes eſſemus captiui & perditi, ſatanæ ſerui effecti, & æternæ damnationis rei, ipſe ſolus miſertus noſtri, nos liberauit, in libertatem aſſeruit, ex ſeruis diaboli filios Dei effecit; & ex reatu damnationis æternæ, ad ius cæleſtis hereditatis tranſtulit. Idque non facili modo, non paucis verbis, ſicut creauit mundum: ſed infinitis laboribus, atque adeò ſui ſanguinis, ſuæque vitæ pretio, vnà cum immenſis doloribus impenſo. Secundò, quia non ſimpliciter nos redemit, ſed copioſiſſimè, & modo præſtantiſſimo, ſoluendo pretium infinitum, & conſtituendo nobis ex ſuis meritis fontem perennem reconciliationis, ita vt non ſemel tantùm poſſimus reconciliari Deo, & ſatisfacere diuinæ iuſtitiæ, ſed decies, centies, millies, quotieſcumque peccare contigerit: parum enim fuiſſet in tanta noſtræ naturæ fragilitate, ſemel tantùm poſſe Deo reconciliari. vnde benigniſſimè conſtituit, vt ſemper per veram pœnitentiam reconciliari ei poſſimus. Talis redemptionis nullum apud homines, vel principes, extat exemplum. Sanguis ipſius ſufficiens eſt pretium apud iuſtitiam diuinam pro infinitis reconciliationibus infinitorum mundorum, & infinitorum peccatorum. Ita titulus Redemptoris ac Liberatoris conuenit Chriſto in ea excellentia, in qua nulli puræ creaturæ eſt communicabilis.

Deus quomodo ſit adiutor. Dicitur inſuper *adiutor.* Primò generatim, reſpectu omnium; quia omnis potentia aliquo modo operatiua, & omnis vis creata ita ab illo aſſiduè dependet, vt nulla poſſit operari abſque illius concurſu, cooperatione & adiutorio. Quod adiutorium ipſi facile eſt præbere, cùm ipſe rebus omnibus intimè ſit præſens, & actu ſemper naturam, eſſe & vires influat in omnia. Secundò peculiariter dicitur *adiutor noſter.* Primò, quia ſine eius ſingulari adiutorio, nemo poteſt à ſtatu peccati & damnationis reſurgere, & ad ſtatum filiorum Dei aſſurgere. Secundò, nemo poteſt hoſtium ſuorum inſidias euadere, & tentationes ſuperare. Tertiò, nemo poteſt bonum quod ad vitam æternam ſit vtile, operari. Quartò, nemo valet in bono vſque ad finem perſeuerare. In his omnibus eius ſingulari adiutorio eſt opus. Quin imò etiam Beatis *adiutor* eſt, quia in ſtatu beatitudinis nemo poteſt ipſum videre, & beatifico amore amare, nemo ipſius immenſam dulcedinem guſtare, hoc eſt, ipſo frui, ſine ipſius peculiari adiutorio, quod per lumen gloriæ & caritatis homini præſtatur.

Deus quomodo ſit protector. Dicitur ſimiliter *protector.* Primò generatim; quia omnem naturam creatam conſeruat in ſua ſpecie, integritate, & bono ſtatu naturæ conſentaneo, & tuetur à noxijs. Secundò ſpeciatim dicitur *protector,* reſpectu hominum, qui infinitis periculis & incommodis ſunt ſubiecti. Primò, quia ab innumeris peccatis nos tuetur, in quæ quilibet noſtrûm incideret, niſi eius benigna protectio nos muniret. Nullum enim eſt peccati genus, in quod in tanta naturæ imbecillitate, & ad malum pronitate, non fuiſſemus diaboli aſtu & potentiâ facilè impulſi, & non quotidie adhuc impelleremur, niſi ipſe nos ſuâ benignitate miris modis protegeret. Vnde nemo poteſt in ſeipſo gloriari, quòd ſuâ induſtriâ ipſe omnia illa euitauerit; ſed debet ſe quiſque coram Deo humiliare, & agnoſcere ſuam imbecillitatem, Deique benignitatem: nec minùs gratias agere de malis quæ non fecit, quàm de bonis quæ fecit. Secundò, quia, ſicut protexit nos ab innumeris peccatis, in quæ alioquin fuiſſemus lapſuri; ita quoque protexit ab innumeris periculis æternæ damnationis, quam millies iam incurriſſemus, niſi ſuâ clementiâ nos protexiſſet. Quicumque enim eſt in ſtatu peccati mortiferi, reus eſt ignis æterni, ad quem ſtatim à dæmonibus abriperetur, ſi Deus id ipſis permitteret. Vnde eo ipſo quo nos protegit à peccato, ex conſequenti, & mediatè, etiam protegit à damnatione æterna. Tertiò, quia non ſolùm hac ratione nos protegit ab æterna damnatione, ſed etiam immediatè ac directè, nempe quotieſcumque reipſâ ſumus in ſtatu peccati mortiferi: tunc enim ſtamus ad portas inferni, & nihil ad damnationem ſupereſt, quàm vt Deus iuſtiſſimam iram ſuam erumpere geſtientem non cohibeat, vel diabolum nos abripere ardentem non coërceat, vel cauſas alias creatas, mortem nobis illaturas, non auertat. Verùm ipſe

ipſe infinitâ clementiâ ſuâ,& iram ſuam cohibet, & vim diabolicam comprimit, & cauſſas alias, vnde mors alioquin nobis obueniret, ſæpè auertit; hoc modo nos à damnatione protegens, & ſeruans ad pœnitentiam ac ſalutem. Quartò, non ſolùm à peccatis & damnatione æterna, ſed etiam ab alijs innumeris calamitatibus, afflictionibus, tentationibus & incommodis nos protegit, in quæ ſine eius benigna cuſtodia eramus prolapſuri; & per quæ in varia peccata, ac demum in æternum exitium, eramus deuoluendi. Ipſe enim certiſſimè nouit, quid ex ſingulis huiuſmodi caſibus nobis eſſet obuenturum; quid animæ noſtræ exitium, quid ſalutem eſſet allaturum. Vnde ea quæ præuidet futura aliquando exitio, ſæpiſſimè ſuâ benignitate auertit. Itaque de his omnibus quotidie illi gratiæ agendæ. Quintò, quia iuſtos peculiari curâ protegit tamquam filios & heredes regni; ſed maximè eos qui ſe eius obſequio conſecrarunt. Circa hos protectio eſt valdè ſingularis: ſunt enim veluti gemmæ pretioſæ in theſauris Domini. Vnde Dominus eos tamquam gemmas aſſeruat, & cuſtodit *vt pupillam oculi*, quâ nihil homini charius; & protegit *ſub vmbra alarum ſuarum*, ſicut *gallina pullos ſuos*. Sextò, quia etiam eſt protector Beatorum, quatenus eos protegit ab omni lapſu, peccato, errore, triſtitia, à morte, & omni incommodo corporis & animæ. Hoc autem facit, quatenus cuſtodit, & continuat in illis lumen gloriæ: hoc enim ſi per ceſſationem diuini influxus aliquando extingueretur, mox deſinerent eſſe beati, & rediret priſtina infirmitas, & poſſent relabi in omnes noſtras miſerias, ac etiam in æternam damnationem.

Pſal. 16, 8.
Matth. 23.

Ceterùm quomodo Deus noſtra *ſalus*, & *ſuſceptor* dicatur, ſuperiùs in Annotationibus ad Pſalmum 4. v. 4. & 9. expoſuimus: vbi vide quæ dicta ſunt.

5. *Circumdederunt me dolores mortis.*] Apud Septuag. eſt ὠδῖνες, *dolores parturientis*, quos mulieres in partu ſuſtinent, qui ſunt eiuſmodi, vt ipſimet morti æquiparentur. Chaldæus ita clarè exponit, *Circumdedit me anguſtia, tamquam mulierem, quæ ſedet in ſella parturientis, & virtus non illi eſt ad pariendum.* Sed latet myſterium in Hebræa dictione חֶבְלֵי *chable*, quæ & *dolores*, & *funes* ſignificat: vnde quidam vertunt, *circumdederunt me funes mortis*, vt indicetur tantos eſſe parturientium dolores, vt miſeræ & afflictæ matres, tamquam fidiculis tortæ, & diſtentæ in eculeo videantur. Hæc autem eò referuntur, vt non ſolùm magnitudo doloris, qui in parturiente maximus eſt, ſignificetur: ſed etiam vt ſimilitudo natiuitatis cum morte exprimatur, & in ipſis naſcendi primordijs, moriendi exitus præmonſtrentur; nec minor dolor viuendi initium, quàm viuendi finem comitari oſtendatur: ac ſi illud initium nihilo ab hoc fine diſcriminetur. Quare grauiter Tertullianus de Carne Chriſti cap. 6. *Mutuum*, inquit, *debitum eſt inter ſe natiuitati cum mortalitate. Forma moriendi, cauſſa naſcendi eſt.* Quod probat in Chriſto Domino, qui vt moreretur, natus eſt; qui mori non poterat, niſi naſceretur. Tam infallibili lege neceſſe eſt, vt mors natiuitatem conſequatur.

Dolores parturientis ſunt ſimiles mortis.

Natiuitas, & mors plena dolorũ.

IBIDEM. *Torrentes iniquitatis conturbauerunt me.*] S. Hieron. vertit, *torrentes diaboli*; alij, *torrentes belial* transferunt, vt eſt in Hebræo, & ſignificat, *abſque iugo.* Sermo eſt de Saüle, eiuſque ſatellitibus, qui Dauidem perſequebantur tam effreni impetu, ſicut ſolet hibernis auctus imbribus torrens ex alto præcipitans obuia quæque ſubuertere, vt ſuperiùs in Græca Paraphraſi explicatur. Sunt igitur peccatores adinſtar hiberni torrentis, ſic ruunt impetu, ſic obuia quæque vaſtant, ſic nullâ vi cohibentur, nec Dei timoris, legis, ac iuris diuini & humani, pudoris, honoris, ipſiuſque rationis repagulis eorum impetus ad peccandum & nocendum ſiſti poteſt. Sed inſtat tamen miſericors Deus aduerſus peccatorem, vt conuertat. Quod aliquando in ſeipſo expertus Auguſtinus libr. 8. Confeſſionum cap. 10. ita cum Domino loquitur: *Inſtabas tu Domine in occultis meis, ſeuerâ miſericordiâ flagella ingeminans timoris & pudoris.* Verè *torrentes belial*, ſine iugo; quia ſicut œſtro percitus, aut venabulo percuſſus taurus, aut equus effrenis & indomitus; ſic ad malum furijs aguntur peccatores. At miſeri timeant; quòd torrentes ſint. Nam, vt hîc D. Auguſt. annotauit, *torrentes iniquitatis* vocantur turbæ iniquæ, ad tempus commotæ, veluti flumina pluuialia, citò deſitura. Didymus in Catena torrentes *iniquitatis* vocat eos qui tentationes generosè non ferunt, & idcircò in iniquitatem facilè prorumpunt: Aſterius ibidem ait eſſe concupiſcentiæ cogitationes, quæ principia ſunt malorum: Heſychius ipſam libidinem, ſiue carnis illecebroſam voluptatem intelligit. Nec enim aliud peccatum æquali fertur impetu, aut parem perniciem infert.

ANNOTATIONES CORDERII.

Malorum impetus ad peccandum.

Qui ſint torrentes iniquitatis.

Hugo Cardinalis hîc nouem adfert rationes, ob quas peccatum dici poſſit *torrens*, quæ omnes luxuriæ cumprimis congruere videntur. *Prima eſt*, inquit, *quia torrens impetuosè currit, ſic peccatum. Seneca: Virtus lenta, vitium impetuoſum. Secunda eſt, quia propter obicem fortiùs currit, ita prohibitum magis appetitur. Vnde*

Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſq; negata.

Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. Virtus peccati lex. Tertia, quia turbidus; ita peccatum ab effectu, quia animam turbidam facit. Anima mea turbata eſt valdè. Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Quarta, quia tumultuoſus, ſic peccator. Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Quinta, quia cauat terram, & conſumit, ſic peccatum naturalia. Lapides excauant aquæ, & illuuione paulatim terra conſumitur. Sexta, quia accidentaliter venit, ſic peccatum. Vnde Seneca: Virtutes ſunt in proprio ſubiecto, vitia in alieno. Septima, quia non firma ſecum trahit, ſic peccatum non radicatos in charitate ſecum trahit. In charitate radicati, & fundati, &c. Torrens Cadumim traxit eorum cadauera. Cadumim interpretatur mare rubrum, & ſignificat peccatum. Octaua, quia præcipitat ſe in mare, ſic peccator præcipitat ſe in infernum. Stipendia peccati mors. Nona, quia prouenit ex nimbus calore ſolutis; ſic peccatum eſt ex diabolo, qui priùs erat ſicut nix in cælo, ſed calore ſuperbiæ ſolutus eſt. Et iſte torrens conturbat homines. Sic ille.

Peccatum torrenti ſimile ob nouem cauſas.

Rom. 5, 20
1. Cor. 15, 56.
Pſal. 6, 4.
Ier. 2, 18.
Iſa. 57, 20.
Iob 14, 19.
Epheſ. 3, 17.
Iudic. 5, 21
Rom. 6, 23.

6. *Dolores inferni circumdederunt me.*] 2. Reg. 22, 6. vbi hæc repetuntur, habetur, *funes inferni*, pro quo Chaldæus Paraphraſtes vertit, *caſtra impiorum.*

Impij cum inferno cõparantur.

ANNOTATIONES CORDERII.

picrum. Vbi vides impios *inferni* nomine ſignificari; quaſi magnum ſit impijs cum inferis commercium. Ceterùm *dolores inferni*, qui omnium, quos aut natura pati, aut cogitatio poteſt effingere, grauiſſimi habentur, vocauit Dauid illos, quibus inuidi contabeſcunt. Sic enim exponit D. Auguſt. *In his qui me circumdederunt, vt perderent me, erant dolores inuidiæ, qui mortem operantur, & ad infernum perducunt.*

Quando terra mota fuerit, & quid hic per hoc intelligatur.

8. *Commota eſt, & contremuit terra.*] Aquila, καὶ ἐκινήθη, καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ, *& mota, & concuſſa eſt terra.* Quidam (vt Ianſenius teſtatur) hæc putant Deum pro Dauide, ſicut hic narratur, præſtitiſſe, etſi non legamus ea facta, ſicut hæc Deus priùs fecerat, cùm Iſraël Mare rubrum tranſiret, & cùm Ioſue pugnaret contra Reges Amorrhæorum. Et de Dauide legitur, quòd non priùs inierit prælium contra Philiſtæos, quàm audierat ſonitum gradientis in cacumine pyrorum. Alij rectiùs hæc omnia metaphoricè & hyperbolicè accipiunt, intelligentes hæc Prophetam poëticâ quadam exornatione narrare, atque per hæc ſignificare, quomodo Deus ſibi adfuerit, ſummo horrore hoſtibus immiſſo, atque illis mirabiliter cæleſti virtute proſtratis. Alij (vt Commentarius Græcus) hæc de Chriſto propriè exponunt, & intelligunt illa miracula quæ in cælo & in terra Chriſto crucifixo oſtenſa ſunt, ad declarationem ſceleris Iudæorum, & indignationis diuinæ. Alij denique, quæ ad litteram hîc dicuntur à Deo irato facta in vindictam impiorum, intelligunt myſticè Dei beneficio per Euangelicam prædicationem præſtita, Deo non hominibus irato, ſed vitijs.

2. Reg. 5. 24.

9. *Ignis à facie eius exardeſcet.*] In Sixtinâ, κατεφλέγησεν, *exarſit:* ita etiam Vulgata; S. Auguſtinus, *exardeſcit*; Aquila, ἀπὸ στόματος αὐτοῦ φάγεται, *ab ore eius comedit*; Symmachus, ἐκ στόματος αὐτοῦ ἀναλίσκων, quod S. Hieronymus reddit, *ex ore eius deuorans.* Quibus verbis maximam iram deſcribit per metaphoram. Sicut de Agamemnone Homerus:

Iliad. 1. Ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην.

Oculi autem ei igni lucenti ſimiles erant.

Æneid. 12. Et Virgilius: —*Oculis micat acribus ignis.*

Fumus & ignis & ſimilia in Deo quid denotent.

Solent enim irati homines naribus quemdam calidum vaporem ſpirare, (quem *fumum* Pſalmus appellat) & quaſi ignem oculis ſcintillare; quæ Propheta Deo ἀνθρωποπαθῶς figuratè accommodat. Neque verò iſtiuſmodi ira in Deo exiſtimanda eſt vlla eſſe, neque fumus aut vapor è naribus eius efflari: ſed his ſimilitudinibus, ſeueram vltionem, quæ iræ apud homines effectus eſſe ſolet, figuratè & tranſlatis verbis indicat.

Ignis pietatis à facie Dei exardeſcit.

In ſenſu myſtico hic locus exponi poteſt de igne charitatis, q. d. Cùm primùm in Dei conſpectum venerunt, omnino facilè charitatis ignem conceperunt. Verba enim illa *à facie eius*, multam facilitatem innuunt, iuxta phraſim Hebræam. Sed quænam cauſſa fuit, vt tam facilè ad pietatem accenderentur? Poſterius hemiſtichium oſtendit: *Carbones ſuccenſi ſunt ab eo.* Non ligna erant recèns de ſilua abſciſſa, ſed carbones ſemiuſti, qui iam antè flammas exceperant, quapropter facilè conflagrarunt. Carbo enim (vt vulgò ſatis notum eſt) fomentum illud ignis dicitur, quod ſemel exuſtum fuit, ideoque faciliùs iterùm ignem concipit, & tenaciùs continet. Aptè hac ſimilitudine eos depingit Propheta, qui extremi iudicij, futurique ignis memoriam ſæpè verſauerunt: hi enim carbones ſunt iam ſemel vſti ab illo igne, quem ſæpiùs mente verſant. hos autem facilè ignis pietatis adurit. Illi verò, qui nihil de æterno igne cogitant, quaſi ligna recèns abſciſſa, iniectas pietatis flammas non concipiunt. Hæc eſt mens S. Auguſtini dictum locum hiſce verbis exponentis. *Aſcendit fumus in ira eius: aſcendit lacrymoſa deprecatio pœnitentium, cùm cognouiſſent, quæ comminetur Deus impijs. Et ignis à facie eius exarſit: & flagrantia charitatis poſt pœnitentiam de notitia eius exardeſcit. Carbones ſuccenſi ſunt ab eo: qui iam mortui erant, deſerti ab igne deſiderij, ac luce iuſtitiæ, & frigidi tenebroſique remanſerant, rurſus accenſi & illuminati reuixerunt.*

Deus lentus in ſuis, celer in proximi iniurijs vindicandis.

10. *Inclinauit cælos.*] Scilicet (inquit Genebrardus) vt celeriùs adeſſet, cælos veluti contraxit verſus terras. Celeritatis ſtudio non eos aperuit ad deſcendendum, ſed inclinauit ſecum, & in terras traxit: nimirum vt bonos tueatur, & improbos vlciſcatur. Illud enim vſu venire ſolet, vt Deus, qui in corripiendis delictis, quæ contra ipſum directè ac ſolum committuntur, conniuere vt plurimùm videtur; ad vlciſcenda tamen facinora, quæ aduerſus proximum patrantur, ocyùs Euro accurrat, & graues intentet pœnas.

Qualis caligo ſit ſub pedibus Dei.

Ibidem. *Caligo ſub pedibus eius.*] Quâ nimirum diuinitas eius abſconditur, ne à nobis videatur, quemadmodum S. Gregorius lib. 17. Moral. cap. 15. exponit his verbis: *Caligo namque eſt ei ſub pedibus, quia non in ea claritate ab inferioribus cernitur, quâ in ſuperioribus dominatur.* Hanc nobis diuinè deſcribit S. Dionyſ. Epiſt. 5. ad Dorotheum ita ſcribens: *Diuina caligo lux eſt inacceſſa, quam inhabitare Deus perhibetur,* &c. Quem locum Pachymera illuſtrans: *Eſt,* inquit, *dictio hac deſumpta ex diuino Dauide dicente: Et caligo ſub pedibus eius. Idcircò enim addit: Quam inhabitare Deus perhibetur. Nam ſi ſub eius pedibus caligo eſt, liquet eum totâ iſtâ caligine, incomprehenſibilem alioquin & inuiſibilem, circumquaque operiri.* Huc etiam ſpectat illud Iobi de hac Dei ab oculis noſtris abſconſione dicentis: *Qui tenet vultum ſolij ſui, & expandit ſuper illud nebulam.* vbi *tenere vultum*, perinde eſt ac continere faciem ne videatur. *Solium* verò Dei cælum appellatur, quòd ceteris orbis partibus excellentius & dignius ſit tantâ maieſtate. *Vultum* ergo *ſolij ſui* vocat ſpeciem cæli, ſiue id quod apparet cùm cælum ſerenum aſpicimus. Dicitur autem expandere ſuper illud nebulam, quaſi dicas, velum throno oppandere, quò magis venerandum, magiſque metuendum eius ſolium appareat, denſis nubibus & nebulis obtectum, vt non niſi per caliginem quaſi à remotis mortalibus videatur, vtpote indignis ipſum in ſua lucida claritate, prout in ſemetipſo eſt, contueri. Hinc legimus, Deum Moyſi & Prophetis ſolitum ſe nube, velut ſipario, tectum oſtendere, vt intelligamus hominum generi vix concedi, vt aciem mentis in eas tenebras & inacceſſam lucem intendat. Vide plura de hac caligine apud S. Dionyſium cap. 1. & 2. Myſticæ Theologiæ, & ibidem noſtras Annotationes.

Iob 26, 9.

Cælum eſt Dei ſolium.

Thronus Dei in nubibus.

11. *Et*

Mira Dei promptitudo, ad ſuis ſuccurrendum.

11. *Et aſcendit ſuper Cherubim, & volauit.*] Vides hîc admirabilem Dei ſuccurrentis ad vindicandos ab improborum iniurijs ſuos electos deſcriptam celeritatem. Hebraicè eſt יִרְכַּב *yrchab*, id eſt, *equitauit ſuper Cherubim*, per metaphoram equitantium, aut quadrigâ vectorum, quâ & profani vtuntur Poëtæ fingentes equos alatos, aut deos etiam ipſos, vt Mercurium, Irim, &c. Prô quàm timendum ſpectaculum impijs & iniuſtis; quàm verò lætum & expectatum pijs, iniurias ſuſtinentibus, videre Deum armatum, & equo aligero vectum, vt fidelibus ſuis aduerſus inimicorum impetus opituletur! Hinc alibi Regius Vates potens hoc auxilium implorans: *Qui ſedes*, inquit, *ſuper Cherubim, manifeſtare.* Quòd

Cherubim quid ſignificet.

exponens D. Auguſt. ait, *Cherubim* ſignificare plenitudinem ſcientiæ, cui Deus ſupereminet, monetque poſſe nos fieri Cherubim, & habere in nobis præſidentem Deum, ſi habuerimus plenitudinem ſcientiæ, non cuiuſcumque, ſed diuinæ legis. Hinc illa S. Hieronymi docta monitio (nam video SS. Patres in hoc conſpirare, vt ſacram ſcientiam nobis commendent) qui hortatur, vt fiamus templum ſanctum, condaturque in nobis arca teſtamenti, cuſtos legis Domini, & Cherubim ſcientiæ multitudo, & interiora pectoris noſtri in nouum vocabulum tranſeant, dicamurque דְּבִיר *debir*, quod *oraculum* ſiue *reſponſum*, vel, vt Græci dicerent, λαλητήριον, *locutorium*, appellare poſſumus, vt piæ à nobis voces & diuinæ audiantur. Magna profectò Cherubinorum dignitas, qui, vt ex ipſis, tamquam ex proprijs diuinitatis ſedibus, diuina excellentia ſapientiaque manifeſtetur, eliguntur.

Sublimitas diuinæ ſapientiæ ſedentis ſuper Cherubim.

Vndè vlteriùs colligitur diuinæ ſapientiæ ſublimitas, dum ſuper Cherubim ſapientiæ pleniſſimos ſedere perhibetur, vt omnem ſapientiam creatam infinito interuallo ſuperare intelligatur. Quò hîc alluſit Dauid dicens, *Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit.* q.d. Altior aſſurgit diuinus intellectus, quàm Cherubicus: ſiquidem vbi hic ſiſtit, ille euolat: nec vmquam creata ſcientia conſequitur increatam. Vnde benè D. Auguſt. ad hunc locum: *Exaltatus eſt*, inquit, *ſuper plenitudinem ſcientiæ, vt nemo ad eum perueniret, niſi per charitatem.*

Deus ex improuiſo improbos ferit.

12. *Et poſuit tenebras latibulum ſuum.*] Secundùm litteram (vt benè Lorinus exponit) pergit Dauid in deſcriptione aduentantis cum terrore aduerſus improbos Domini, & è caliginoſa nube, denſiſſimiſque tenebris, ex improuiſo incautos nihil huiuſmodi ſuſpicantes, velut è latebra adorientis, quò ſecuriùs certiuſque illos ferire poſſit. Vbi nota, Scripturam, quotieſcumque ſignificat Deum latere, aut occultum eſſe, adhibere plerumque vocabulum tenebrarum, aut aliud ſimile, quo importetur obſcuritas: ſicut

Ezech. 1, 4 Ezechieli, ante primam illam viſionem obſcuriſſimam, viſa eſt *nubes magna, & ignis inuoluens*: vtrumque enim obſcuritatem & horrorem exaggerat. *Nubes magna*, quia vndique obducit; *ignis inuoluens*, quia non vt illuminet, ſed vt perturbet, ſe in illam inſinuat, adeoque horridam præfert procelloſamque caliginem, qualem etiam hîc paulò pòſt Propheta Regius deſcribit.

Myſticè autem ſignificat Deum eſſe nobis prorſus abſconditum & occultum, ſic vt neminem ad ſui cognitionem admittere videatur, Has autem tenebras, non ex defectu, ſed abundantia lucis diuinæ, immenſâ ſuâ claritate creatam omnem intelligentiam caligare facientis, prouenire docet optimè S. Dionyſius toto lib. de Myſtica Theologia: vbi cùm hæc fuſiùs in Annotationibus meis explicuerim, non eſt quòd repetam: ipſam, ſi libet, arcanam tanti Patris Theologiam conſule, & ex eius luce, tenebrarum harum illuſtrationem cape.

ANNOTATIONES CORDERII. Tenebræ ex abundantia lucis diuinæ.

Nubes ſunt Dei tabernaculum, vehiculum, paludamentum & gloria.

IBIDEM. *In circuitu eius tabernaculum eius.*] Nempe (vt exponit Chaldæus) quaſi confectum ex nubibus. Ex illis enim (vt dixi) ſibi Deus quodammodò currum triumphalem, Imperatoriam ſellam, & tabernaculum conficit, ijs velut honorato paludamento veſtitur, in ijs vt ſplendido & multicolore palatio inhabitat. Hinc cùm Moyſi de aduentu ſuo prædicit, *Veniam*, inquit, *ad te in caligine nubis.* Eodem illo inſtructu magnifico venientem mirabatur Iſaias: *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem.* In Iſa. 19, 1.
Græco eſt, κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, *ſedet in nube leui*; in Hebræo, *equitabit ſuper nubem leuem.* Quæ proinde nubes aut Imperatorium ſolium videatur, aut regia carruca, cæleſtibus quibuſdam ornamentis collucens. Quin & ijſdem in naturis magnificentiſſimæ gloriæ ſuæ pompam oſtentare, atque in ſui admirationem intuentium oculis voluit objicere. Nam cùm plenè iam perfectum tabernaculum inexplicabili præſentiæ ſuæ ſplendore cohoneſtare vellet, non alio gloriæ vehiculo aut comitatu vſus fuiſſe ſcribitur, quemadmodum ex illo loco Exodi colligimus: *Operuit nubes tabernaculum, & gloria Domini impleuit illud.* Exodi 40, 32. Hoc autem Dei *tabernaculum*, quod paulò antè *latibulum* nuncupauit, ſitum eſt in denſioribus nubibus, quæ aquis plenæ terras obſcurant, de quibus ſubdit: *Tenebroſa aqua in nubibus aëris.* Hinc Iobus quoque optimus diuinorum operum æſtimator, ea quæ nobis vt quotidiana vileſcunt, contemplans, ad perfectiones diuinas inueſtigandas ſibi gradum conſtruit, dicens: *Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum.* Iob 26, 8. Eſt ſcilicet veri potentiſſimique Numinis, habere perfectiſſimum imbris dominatum. Et quidem mirum eſt, quomodo vapores calore in altum elati, à Deo ligentur, hoc eſt, denſentur, ſtringantur, & in leuiſſimis nubium vehiculis, huc illucque agantur.

Deus perfectum habet imbris dominatū.

Prædicatores ſunt nubes ſpirituales.

Myſticè autem ſatis conſtat, in diuino ſermone præcones verbi Dei *nubes* appellari. Ad hoc ſiquidem munus à Deo auocantur, cùm ex terrenæ humilitatis humo, & ex ſæculi huius mari, cæleſti quadam vi tolluntur, vbi Spiritu Dei agitati, quò ipſe voluerit deducuntur; quemadmodum nubes è terra ac mari in aëra ſublatæ, à ventis impelluntur. Prædicatores ergo nubes ſunt, in quibus Deus aquas doctrinæ cæleſtis recondit, ad irrigandam terram. *Ideo* (inquit Gregorius lib. 17. Moral. cap. 12.) *dictum fuit: Tenebroſa aqua in nubibus, id eſt occulta ſcientia in Prophetis*: quæ clarior in Euangelicis prædicatoribus erat reponenda, quâ totum orbem illuminarent.

13. *Præ fulgore eius*, &c.] Hoc eſt, ob nimium Dei ſplendorem, à facie ipſius emicantem, denſiores illæ nubes diſſipatæ ſunt, & ex ijs vnà cum pluuijs grando, & ignita fulmina ad perdendos impios eruperunt.

ANNOTATIONES CORDERII.

Apoſtoli & prædicatores nubibus coruſcantibus ſimiles. Iſa. 60,8.

Myſticè, *Per nubes* (inquit S. Gregorius lib. 17. Moral. cap. 12.) *certum eſt ſanctos Apoſtolos & diuini verbi præcones deſignari, qui per mundi partes circumquaque tranſmiſſi, & verbis nouerant pluere, & miraculis coruſcare: quos Iſaias Propheta longè anteà intuens, dixit: Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant?* Pari quoque elegantia S. Auguſt. in Pſalm. 96. ſcribens, *Vnde,* inquit, *fulgura? De nubibus. Quæ ſunt nubes Dei? Prædicatores veritatis. Vides nubem in cælo nebuloſam, obſcuram, & habet intus neſcio quid latens. Si coruſcet de nube, emicat ſplendor: ex eo ipſo quod contemnebas, inde exilijt quod expaneſcas. Miſit Dominus noſter Ieſus Chriſtus Apoſtolos ſuos, prædicatores ſuos ſanctos, velut nubes: videbantur homines, & contemnebantur, quomodo videntur nubes, & contemnuntur, antequam de illis exiliat quod mireris. Erant enim illi primùm homines carnem portantes, infirmi; deinde idiotæ, indocti, ignobiles; ſed erat in illis quod fulguraret, erat in illis quod coruſcaret. Accedebat Petrus homo piſcator, & orabat, & ſurgebat mortuus,* &c. Homines erant Apoſtoli, tenues tamquam nubes, ſed qui fulgura emittebant, & tonitruis reſonabant, quibus omnes terrebant.

Tonitruum in Scriptura, vox Dei vocatur. Pſal. 28,3. Iob 37,4. Iob 38,34 Iob 40,4. Eccli. 43, 18. Iſa. 30,30. Ioël. 2, 11. Ezech. 10, 5. Exodi 20, 19. Ioan. 12, 28.

14. *Altiſſimus dedit vocem ſuam.*] Nota tonitru in ſacris Litteris ſæpe *vocem Domini* appellari: vt patet ex hoc loco, & Pſalm. 28. *Vox Domini ſuper aquas: Deus maieſtatis intonuit.* Similiter apud Iobum Eliu: *Tonabit,* inquit, *voce magnitudinis ſuæ. Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter.* Deus item apud eumdem ait: *Numquid eleuabis in nebula vocem tuam?* Et iterùm: *Si habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas?* Sapiens quoque de Deo loquens dicit: *Vox tonitrui eius verberabit terram.* Sic & Iſaias locutus de procella in Aſſyrios excitanda: *Auditam,* inquit, *faciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorem brachij ſui oſtendet in comminatione furoris.* Et Ioël vaticinatus excidium Hebræorum per Chaldæos inductum: *Dominus,* inquit, *dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui.* Quaſi nimirum Deus tonitruis Hebræos perterreret, & Chaldæos animaret. Denique Ezechiel: *Sonitus,* inquit, *alarum cherubim audiebatur, quaſi vox Dei omnipotentis loquentis;* Symmachus & Theodotion transferunt, *quaſi tonitruum Dei.* Vnde cùm Dominus in monte Sinai tonaret, dicebat populus, *Non loquatur nobis Dominus.* Et vice verſa, cùm de cælo veniret vox æterni Patris ad Chriſtum Dominum dicentis, *Et clarificaui, & iterùm clarificabo:* turba quæ ſtabat & audiebat, dicebat tonitruum eſſe factum. Vbi vides, nunc tonitruum diuinis vocibus, nunc diuinas voces tonitruis comparari.

Minæ Dei quem effectum habeant in reprobis & electis.

15. *Fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.*] Scilicet in reprobis, vt plurimùm, id ſolùm efficit minarum multiplicatio, vt perturbentur, ſtetque in perturbatione vis earum: in electis verò vltrà progreditur, vt emendentur. Tantum momenti eſt in ipſa ſubiecti (vt vocant) diſpoſitione. Sic eâdem radiorum ſolarium multiplicatione limus dureſcit, cera liqueſcit. Quod in Pharaone poſt plagarum multiplicationem, & fulgurum minas, ad quas hîc alludere videtur, planè apparuit: induratum enim, vt anteà, manſit cor eius. Contrà verò Iob conturbatus à Deo multiplici plagarum vi, emollitus eſt; vt ipſemet de ſe teſtatur, dicens: *Deus molliuit cor meum, & Omnipotens conturbauit me.* Molliuit ſcilicet eum varijs afflictionibus. Nec myſterio vacat, quòd ipſam emollitionem primo loco poſuerit, & poſtea conturbationem; cùm tamen hæc reipſa præceſſerit. Eſt enim id quod Theologi dicunt, conturbationem poſteriorem eſſe in intentione, etſi prior ſit in executione; contrà verò emollitionem, quæ poſterior quidem eſt in executione, priorem eſſe in intentione Dei.

Pharao obduratus plagis. *Iob emollitus.* Iob 23,16

16. *Et apparuerunt fontes aquarum.*] Significat his verbis, inimicorum ſuorum conſumptionem Dei nutu & imperio factam. q. d. Illa hoſtium meorum multitudo, quæ terram operuerat, eo modo quo aquæ fluminum alueos ac fontes contegunt, repentè diſſipata terram inanem reliquit, non ſecùs atque ſubductâ aquarum copiâ, fontes & aluei apparent.

Orbis fundamenta ſunt viri Apoſtolici. Mich. 6,2.

Ibidem. *Et reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum.*] Pulchrè in Catena Athanaſius & Origenes locum hunc de viris Apoſtolicis exponunt. Illos nempe Dauid, Numinis ſine dubio afflatu, *fundamenta orbis terrarum* vocauit, vt Euthymius quoque interpretatur. Conſimili inſtinctu Michæas *fundamenta terræ*: hoc eſt, inquit Cyrillus, ἑδραιώματα ϗ ὑπόβαθρα, *firmamenta & baſes,* quòd res aliorum ipſis fulciantur ac innitantur. Similiter S. Baſilius in cap. 1. Iſaiæ Apoſtolos dixit θεμελίους *fundamenta. Niſi,* inquit, *in fundamento Apoſtolorum perſeuerimus, ædificantes pretioſa & honore digna, quaſi nullo nixi fundamento, cum impetu præcipites ibimus.* Quin & Chryſoſtomum & Cyrillum, duos clariſſimos Doctores, Nicephorus lib. 14. cap. 28. appellat *Eccleſiæ fundamenta:* ſed longè adhuc magnificentiùs Ephræm Syrus Orat. de Sacerd. Sacerdotem appellat *fundamentum ſolidum ac ſtabile, à terra ad axem vſque cæli pertingens.* Eleganter Iſaias, vt fuit vir nobilis, inquit S. Hieron. ſic aureum gemmeumque orationis genus ad pingenda hæc fundamenta illuſtrandaque adhibuit. Nam quos Zacharias ſimpliciter dixit *lapides ſanctos,* quibus Cyrillus ait intelligi Eccleſiæ duces atque rectores, ipſe gemmas pretioſas nominat. Sic enim habet de Eccleſia: *Sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſapphiris, & ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos.* Tria penit admirabiliter è ſplendidiſſimis gemmis confecta, fundamenta, portas, propugnacula, quòd pro gradus & officiorum varietate, illa in Apoſtolicos viros conueniant. Sunt *fundamenta,* quòd molem religionis ſuſtineant: ſunt *portæ,* quatenus in fidei poſſeſſionem inducunt eos, qui diuinitus illuminantur, eiſdemque cæleſtis palatij fores aperiunt: ſunt denique *propugnacula* & muri quidam Chriſtianæ pietatis, quam defendunt.

Zach. 9. Iſa. 54,11

Aquæ ſignificant calamitates. Pſal. 68,2.

17. *Aſſumpſit me de aquis multis.*] A plurimis periculis ac vexationibus diuinâ feliciter ope ſe liberatum profitetur. Eſt enim aqua hieroglyphicum lacrymarum, vexationis, moleſtiæ, calamitatum, vti plurimis locis Regius Vates oſtendit: illius enim vox in mœrore & calamitate poſiti eſt, *Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam;* è quibus cùm eſſet iam liberatus, eucha-

riſticon

riſticon hoc cecinit, *Aſſumpſit me de aquis multis*; Chaldæus habet, *de populis multis*. Sic in Apocalypſi carus Deo Ioannes, *aquas multas* vocat populos multos. Vnde *aqua* pro multitudine magna in ſacrorum Vatum Commentarijs ponitur; vt apud Ieremiam, qui innumerabilem Chaldæorum exercitum, ad ruinam imperiorum inundantem cùm vellet exprimere, nominauit *aquam multam*. Id opinor factum, ob magnam aquarum copiam, cùm ferè vbique reperiatur: hinc etiam in ſermone diuino hieroglyphicum eſt abundantiæ. Sic magnitudinem iræ ſuæ Deus, & velut abundantiſſimam copiam, atque redundantem, Oſeæ ore, aquæ ſimilitudine amplificauit. *Super eos effundam quaſi aquam iram meam.* Inde putei Iſaac nuncupati fuere *latitudinis* & *abundantiæ*, vt Moyſes in Geneſi prodidit. Hæc prima mihi videtur in arcanis aquæ ſignificationibus, vt pro copia & affluentiâ ponatur: ex quo deinde factum eſt, vt in ſacris quoque ſymbolis ad populum, ſiue hominum multitudinem exprimendam adhibeatur. Hîc ergo Dauid per *aquas multas* inimicorum ſuorum multitudinem ſignificat, vt ſequenti verſu exponit, ab ijs ſe diuinâ ope liberatum eſſe gaudens.

Apoc. 17, 1.
Aquæ pro populis ſumuntur.
Ier. 51, 55.
Aqua ſymbolum multitudinis & abundantiæ.
Oſeæ 5, 10.
Gen. 26, 22.

20. *Et eduxit me in latitudinem*, &c.] Id eſt, ex loco anguſtiarum & ærumnarum, in latum & ſecurum locum me deduxit. Quâ in re Deus amicis ſuis quàm eximius patronus ſit, luculenter declarat, cùm in ſumma rerum deſperatione ſummam ſalutem adfert. Hanc autem *latitudinem* S. Hieronymus exponit eſſe ſpem, quæ cor timore periculorum contractum recreat & dilatat. S. Auguſt. locum hunc de Eccleſia, & ab Eccleſia dictum accipit. Siquidem Apoſtoli, cùm plurimos iam Iudæorum ad Chriſti fidem conuertiſſent, iuſſi à Deo per Gentilium prouincias Chriſtum euangelizare, ex vtroque populo latiſſimam & glorioſiſſimam Eccleſiam ædificarunt, quæ idcircò ſeipſam intuens & admirans ait: *Eduxit me*, ſcilicet *in* ſpiritalem fidei *latitudinem*, quæ etiam ad omnem temporis latitudinem extenditur; quia in ſempiternum perdurabit. Huic enim Eccleſiæ, quam Chriſtus fundauit, nulla vnquam alia; vti nec legi Chriſtianæ, ampliùs alia lex vlla, quæ quidem diuina ſit, ſuccedet in æternum. Ad hanc inſuper latitudinem accedit latitudo myſteriorum. Siquidem in lege & Eccleſia Chriſti omnia fidei myſteria, & quæcumque ad ſalutem hominum pertinent Dei arcana, præcepta & conſilia pateſcunt; ad quæ intelligenda & ſeruanda copioſa quoque gratiæ dona conceduntur. Denique inexhauſtus diuinæ bonitatis ac miſericordiæ theſaurus in Eccleſia fidelibus communicandus poſſidetur. Pulchrè autem addit, *Quia voluit me*: vt oſtendat hoc non tam eſſe noſtri meriti, quàm diuini beneplaciti, ac propitiæ voluntatis; cui tamen ex parte noſtra ne deſimus, ſed cum ea fructus iuſtitiæ proferamus neceſſe eſt, vt iuſtam retributionem accipiamus, de qua ſubdit:

Deus amicos ex anguſtijs educit in latitudinem.
Mira Eccleſiæ Dei latitudo.

21. *Et retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam*, &c.] Id eſt, ob innocentiam perſonæ, & iuſtitiam cauſſæ meæ, liberabit me Dominus. Hugo Cardinalis ex hoc & proximè præcedentibus ac ſequentibus verſibus colligit ſeptem gradus ad beatitudinem; quorum primus eſt beneuola Dei voluntas & electio, quam paulò ante ſignificauit his verbis: *Quoniam voluit me.* Secundus fides, præſertim in Chriſtum mediatorem ac redemptorem, quia *ſaluum me fecit*. Tertius eſt charitas: *Eduxit me in latitudinem.* Quartus eſt bona voluntas noſtra, quæ cum Dei gratia iuſtitiam operatur, de qua hîc dicit: *Retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam.* Quintus bona operatio, quam deſignat per τὸ *ſecundùm puritatem manuum mearum.* Sextus perſeuerantia, quæ his verbis inſinuatur: *Quia cuſtodiui vias Domini*, ſcilicet vſque ad finem. Septimus æterna retributio, quam *retribuet*, &c. *in conſpectu oculorum eius.*

Septem gradus ad beatitudinem ex Hugone.
ANNOTATIONES CORDERII.

23. *Omnia iudicia eius in conſpectu meo.*] S. Auguſt. addit, *ſunt ſemper.* Quod autem ſequitur: *Et iuſtitiæ eius non receſſerunt à me*, eodem modo habetur apud Theodoretum, καὶ τὰ *δικαιώματα αὐτοῦ οὐκ ἀπέστησαν ἀπ' ἐμοῦ*. Sed in alijs codicibus eſt, οὐκ ἀπέστησα ἀπ' ἐμοῦ. quod Vulgata & Auguſt. vertunt, *& iuſtitias eius non repuli à me*; S. Hieron. legit, *præcepta eius non amoui à me*. Intelligit autem præcepta iudicialia & moralia, quibus omnis iuſtitia; fortaſſis etiam cærimonialia, quibus religio Iudæorum continebatur.

24. *Et ero immaculatus cum eo.*] Quod Chaldæus transfert, *& fui perfectus in timore eius.* Ita Moyſes in Deuteron. cùm ſuperſtitioſas obſeruationes prohibuiſſet, poſtremò intulit: *Perfectus eris, & abſque macula cum Domino Deo tuo.* Ad quæ verba Dauid hîc alluſiſſe videtur. Pulchrè autem S. Auguſt. in lib. de Perfectione iuſtitiæ docet, Sanctos etiam in hac vita appellari poſſe immaculatos, non quòd nullas contrahant maculas, ſed quia cupiunt & ſtudent nullas contrahere, & ſi quas contrahunt, continuò eas per orationem abſtergunt. Vel quia peccatis mortalibus carent, quæ propriè maculam inurunt; & vitant venialia, quantum licet per humanam fragilitatem. Quod etſi non ſit eſſe immaculatum ſimpliciter; eſt tamen eſſe immaculatum pro ſtatu huius viæ. Primum igitur omnium, ad æternæ ſalutis præmium conſequendum, neceſſe eſt eſſe immaculatum, id eſt, habere conſcientiam mundam ab omni inquinamento culpæ lethalis, cùm qua æternæ beatitudinis præmium nequit conſiſtere. Vnde non ſatis eſt quomodocumque immaculatum exiſtere; ſed *cum eo*, id eſt, coram Deo, &, vt Apoſtolus ait, *in conſpectu eius in charitate*. Non vult nos habere hypocritarum ſanctitatem, quæ talis reputatur in conſpectu hominum; ſed veram, quæ talis eſt in conſpectu Dei, & in charitate, ita vt nos ad ipſum mutuò contuitu ſimus conuerſi. Eſt enim charitas virtus theologica, quæ nos aptè ad Deum, ceu vltimum finem, diſponit, noſque totos in ipſum intentos facit, vt nihil diligamus niſi Deum, aut propter Deum. Hoc ergo Dauid intelligit, cùm ait: *Et ero immaculatus cum eo.* Quod autem ſubdit, *Et obſeruabo me ab iniquitate mea*; S. Auguſt. videtur intelligere de adulterio & homicidio commiſſo, quod iniquitatem ſuam vocare ſolitus fuit: vt cùm dixit, *Iniquitatem meam ego cognoſco*; &, *Dele iniquitatẽ meam.* q. d. Non ero *quaſi canis reuerſus ad vomitum*, ſed omnes impoſterum peccandi occaſiones ſedulò vitabo. Alij de quouis peccato intelligunt: q. d. Ab omni iniquitate mundum me cuſtodiam: quam rectè ſuam vocat, quia iniquitas noſtra

Deut. 18, 13.
Quomodo Sancti in hac vita vocentur immaculati.
Epheſ. 1, 4.
Oportet eſſe immaculatum coram Deo, & non ſolùm coram hominibus.
Quid hîc per iniquitatem ſignificetur?
Pſal. 50, 2. & 5.
Prou. 26, 11.

ANNOTATIONES CORDERII.

eſt propria, & in nos redundat, non in Deum. Aliqui cum Ianſenio credunt *iniquitatem* hic vocari fomitem, quem Apoſtolus appellat *peccatum carnis*, non quòd peccatum ſit: ſed quia, vt Concilium Tridentinum explicat, ex peccato oritur, & ad peccatum perpetuò inclinat & impellit. *Obſeruabo*, inquit, *me. Obſeruare* autem in Scriptura ſacra, eſt attentiſſimâ ſolicitudine, & ſolicitiſſimâ curâ, omnibus oculis vndique rem aliquam circumſpicere, & in eam intendere: quomodo dixit idem Dauid: *Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit?* Et de Chriſto Domino Euangeliſtæ dicunt, quoniam Phariſæi *obſeruabant eum*. Dauid ergo cùm ait, *Obſeruabo me ab iniquitate mea*, idem eſt ac ſi dicat, Omni curâ & ſolicitudine memetipſum cuſtodiam; auertens oculos ab omni vanitate, linguam à mendacio, aures à ſuſurris & detractione, cor ab illicito appetitu, &c. Qui enim talem ſui curam non habet, nec perpetuâ ſolicitudine ſibimetipſi inuigilat, non poteſt ſe immaculatum cuſtodire in hoc ſæculo: ſicut qui per ardentes prunas incedit, non poteſt non comburi, niſi attento ſemper oculo circumſpiciat, vbinam pedem figat.

Rom. 8, 3. Seſſ. 5. Can. 5.

Pſal. 119, 3

Marci 3, 2. Luc. 6, 7.

25. *Et retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam, &c.*] Pulchrè ad hunc locum obſeruat Græcus Commentarius, *iuſtitiam* hîc vocari piam intentionem; *puritatem* verò *manuum*, probas actiones. Coniungit autem puritatem fidei cum operibus bonis, tum vt oſtendat vnumquemque recipere ſecundùm opera, & non ſecundùm fidem ſolam, quæ ſine operibus mortua eſt: tum vt intelligamus, pietatem ad omnia vtilem eſſe, & promiſſionem habere eius, quæ nunc eſt, & futuræ vitæ. *Retribuet* ergo Deus *ſecundum iuſtitiam* quidem, & *puritatem manuum*, de quo dictum eſt: *Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua:* non tamen ſecundùm menſuram iuſtitiæ, aut operum bonorum in ſeipſis conſideratorum; ſed ſecundùm menſuram puritatis in conſpectu oculorum eius. Id eſt (vt S. Auguſt. exponit) non iuxta id quod homines vident, ſed iuxta id quod Deus videt. Nam *Dominus intuetur cor*, & iuxta affectum cordis, qui in conſpectu eius patet & manifeſtus eſt, vnumquemque Deus attendit & reſpicit. Manus itaque ablutas puraſque habere debemus, non vt eas putidè oſtentemus hominibus, vtque humanas laudes aucupemur: mundicies iſta immunda fit, dum hoc fine oſtenditur; ſed vt Deo ſoli mentis puritate placeamus. Atque hoc eſt quod ait: *In conſpectu oculorum eius*. Non dixit, In conſpectu oculorum hominum, ſed Dei; vt omnem iactantiæ occaſionem ſubmoueret. Dauid itaque (vt notat Euſebius) puritatem ſuam atque iuſtitiam oculis hominum non oſtentabat, vt illis placeret; ſed ante oculos ſummi Iudicis eam exhibere ſtudebat.

Non ſecundùm ſolam fidem, ſed etiam ſecundùm opera, fieri retributionem.

1. Tim. 4, 8

Pſal. 51, 13

1. Reg. 17, 7.

Puritas in conſpectu Dei, non hominum, exhibenda.

26. *Cum ſancto ſanctus eris.*] Ita etiam Vulgata habet, & plurimi codices Græci; Sixtina, ἁγιασθήσῃ, *ſanctificaberis*; S. Cyprianus, *iuſtificaberis*; Tertullianus libr. de Adorat. in Spiritu, modò legit, *cum iuſto iuſtus eris*; modò verò, *cum ſancto ſanctificaberis*; Symmachus, πρὸς ὅσιον ὁσίως πράξεις, *erga ſanctum ſanctè ages*; Scholion, μετὰ κεχαριτωμένου χαριτωθήσῃ, *cum gratioſo gratioſum te reddes*. Hæc verba ſignificant Deum plerumque ſe nobis talem, qualem nos ipſi, exhibere; ſic vt menſura Dei, vitæ ac morum noſtrorum menſuræ reſpondeat: quemadmodum pulchrè S. Greg. Nazianz. carmine 68. de virtute humana in hunc modum cecinit:

Deus talem ſe nobis exhibet, quales nos ipſi.

Καὶ γὰρ δὴ μέτροισι Θεοῦ, καὶ μέτρα βίοιο
Ἕσπεται, ὡς δὲ μέτροισι βίου, καὶ μέτρα Θεοῖο.
Nam vitæ menſura comes velut eſſe ſupernæ
Certa ſolet, ſummi quoq; ſic mẽſura Monarchæ,
Menſuram noſtræ comitatur congrua vitæ.

Id ipſum Seneca epiſt. 41. naturali lumine agnouit, dicens: *Sacer intra nos ſpiritus ſedet, bonorum malorumque noſtrorum obſeruator, & cuſtos: hic prout à nobis tractatus eſt; ita ipſe nos tractat.* Nimirum hoc loco (vt benè obſeruat Agellius) id indicat Dauid, Deum & homines quamdam contractus ſpeciem inter ſe inire: vt ſi hi bonâ fide cum Deo agant, atque ei integro animo obſequantur, ipſe integrum ac munificum datorem erga illos ſe viciſſim exhibeat; quòd ſi ſecùs fecerint, & debitæ gratitudinis ſpecimen & officia Deo non perſoluerint (id enim eſt peruerſum eſſe) ipſe etiam alium ſe ijs, quàm anteà, oſtendat; & benignæ gubernationis rationem imminutans, gratiæ ſuæ dona imminuat, ſubtrahatque.

IBIDEM. *Cùm viro innocente innocens eris.*] Pro *viro*, in Hebræo eſt גבר *gabar*, quæ vox propriè ſignificat virum robuſtum, ſtrenuum, heroicum, qui fortiter ſe gerit: *innocenti* verò reſpondet תמים *thamim*, id eſt, *perfectus*, ſeu *conſummatus*, inculpatus vitâ & moribus; quibus in Hitpaël appoſitè concinit verbum תתמם *thithammam* (pro quo Noſter poſuit, *innocens eris:*) quod in coniugatione illa propriè ſignificat, perfectè ac conſummatè ſe habere cum aliquo. Sequitur:

Deus cum innocente innocens & perfectus.

27. *Cum electo electus eris.*] Vbi pro *electo*, in fonte eſt, נבר *nabar*, id eſt, *mundante*, purificante & poliente ſeipſum: ſiue purificato, mundato, polito, terſo, qui ſplendore & pulchritudine perfectæ vitæ fulget; cui opportunè reſpondet, *electus eris*; vt ei qui ita ſplendet innocentis vitæ ſplendore, non vulgarem remuneratorem, ſiue auxiliatorem ſe præbeat, ſed electum, qui in illius ſinum menſuram confertam, coagitatam & ſupereffluentem conferat. Quæ omnia manifeſtè oſtendunt, talem ſe Deum erga homines gerere, quales ipſi fuerint; atque ijs peculiaria gratiæ dona & auxilia tribuere, qui peculiari obſequio & ſolicitudine ipſum proſequuntur, iuſto adiutorio, ceu amplo & oblongo ſcuto eos protegente, ne quid in illis improtectum & plagæ obuium hoſtis reperiat; & quò ipſi liberaliores in Deum fuerint, eò liberaliorem illum in ſeipſos experiri.

Deus electo electus eſt.

IBIDEM. *Cum peruerſo peruerteris.*] Græcè διαστρέψεις: quod propriè eſt *peruertes*, ſubaudiendo *te*. *Peruerſum* hîc vocat (vt benè notat Agellius) eum qui longè alia reddit Deo, quàm quæ pro acceptis beneficijs debet. Reſpicere enim videtur Dauid ad verba illa Moyſis: *Generatio praua atque peruerſa, hæccine reddis Domino, popule ſtulte & inſipiens?* Cùm hoc igitur *peruerſo peruerteris*, id eſt, longè alium te oſtendes, quàm ille putet; & quem priùs beneficijs cumulaueras, illi ob ingratitudinem vice verſâ pœnas & ſupplicia, prout meretur, infliges. Peruertitur ergo Deus, non quòd peruerſitatem in ſe habeat

Deut. 32, 5

Quomodo Deus dicatur peruerti cum peruerſo.

habeat vllam, ſed quia gubernationis ſuæ rationes pro cuiuſque meritis mutat & variat: aut quia efficit, vt omnia quæ ille peruerſus molitur, in diuerſum cadant, & longè alium exitum habeant, quàm putarat. Annotat quidam Græcus Anonymus, Ἐν μὲν τοῖς ὁσίοις ὅσιός ἐστιν ὁ Θεὸς, ἐν δὲ τοῖς ἀθῴοις ἀθῷος, ἐν δὲ τοῖς ἐκλεκτοῖς ἐκλεκτὸς, ἐν δὲ τοῖς στρεβλοῖς οὐ στρεβλὸς, ἀλλὰ συστρεβλούμενος αὐτοῖς, διὰ τὸ εὔφημον· Στρεβλὸν γὰρ εἰπεῖν τὸν Θεὸν ἐφυλάξατο. τούτους τοὺς στίχους οἱ ἁπλούστεροι ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων πολλάκις λαμβάνουσιν. οὕτω δὲ συστρεβλοῦται Θεὸς, ὡς ἐν τῷ * Δευτερονομίῳ λέγει· Ἐὰν εἰσπορεύησθε πρός με πλάγιοι, εἰσπορεύσομαι κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς ἐν θυμῷ πλαγίῳ. *In ſanctis ſanctus eſt Deus, & in innocentibus innocens, in electis etiam electus: ſed in peruerſis non item peruerſus; ſed ſimul cum ipſis peruertetur, ominis gratia. Nam peruerſum dicere Deum refugit. Hos verſus ſimpliciores quique de hominibus frequenter vſurpant. Sic autem ſimul peruertitur Deus, vt in * Deuteronomio idem dicit: Si ingrediemini aduerſum me obliqui, ingrediar & ego aduerſum vos in furore obliquo.*

* ἐν τῷ Λευιτικῷ.

* Leuitico cap. 26. verſ. 24.

Similis ſimilem amat & quærit.

Nota verſum hunc & præcedentem, vulgò pro adagio vſurpari, vt indicentur commoda conuerſationis cum probæ vitæ hominibus, & incommoda familiaritatis cum improbis. Solere nimirum vnumquemque fieri aut eſſe, quales ſunt quibuſcum amicitiam & conſortium init. Nam vt Græco prouerbio dicitur; Ὁμοιότης τῆς φιλότητος μήτηρ; *ſimilitudo amoris mater*; &, vt Ariſtoteles ait, Ὅμοιον ὁμοίου ἐφίεται, *ſimile appetit ſimile*. Id quod pulchro verſu Homerus declarauit, & ad hunc Pſalmi locum appoſitè cecinit:

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει.
Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.

Nunc adeò malus ecce malum comitatur, vt vſque
Ad ſimilem Deus adducit ſimilemq́; paremq́;.

Hæc & eiuſdem argumenti plurima alia Prouerbia vide apud Delrium noſtrum in Adagialibus veteris Teſtamenti, tom. 2. adag. 51.

28. *Populum humilem ſaluum facies*, &c.] Hoc Dauidis pronuntiatum, ſimile eſt iſti Eliphazi apud Iobum ſententiæ: *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria; & qui inclinauerit oculos, ipſe ſaluabitur.* Vterque autem locus Euangelico dicto conformis eſt: *Qui ſe humiliat, exaltabitur.* Humiliatus nimirum à ſeipſo, vel ſi ab alio, æquo animo deiectionem ferens, exaltationis faſtigium aſcendit; & ſi oculos præ humilitate demiſerit, infimumque locum, vbi ſe conſtituat, aſpexerit; in præmium, non quemcumque honorem, ſed illum magnum, & numquam defiturum, æternæ ſalutis accipiet. Hanc autem oculorum demiſſionem, pro ſigno humilitatis poni docet S. Gregor. libr 16. Moral. cap. 11. vti viciſſim oculorum elationem euidentiſſimum eſſe ſuperbiæ argumentum, dicens; *Quia quantum per membrorum miniſterium deprehendi poteſt, prima ſuperbiæ oſtenſio eſſe in oculis ſolet. Hinc enim ſcriptum eſt: Et oculos ſuperborum humiliabis. Hinc de ipſo ſuperbientium capite dicitur: Omne ſublime videt. Hinc de illa, quæ ei per fidelitatem adhæſit, ſcriptum eſt: Generatio cuius excelſi ſunt oculi, &c.* Rem eſſe odioſiſſimam vidit Sapiens, & magna ſermonis auctoritate condemnat ſceleſtam iſtam nationem quæ oculis ſublimiùs elatis, inflati animi pompam tumoremque ſignificat. Notanter verò in Prouerbijs ſuperbi oculi, *ſublimes* dicuntur, ad hunc modum: *Sex ſunt, quæ odit Dominus: oculos ſublimes*, &c. vbi Septuag. legunt, ὀφθαλμὸς ὑβριστοῦ, *oculus contumelioſi*, pulchrè explicantes, quò potiſſimùm hæc ſublimium oculorum elatio eat: vt videlicet alios deſpiciant, contemnant, & contumeliâ afficiant. Quod ſuperborum ingenium eſt; ſicut è contrà humilium (vt loco citato S. Gregorius ait) *oculos inclinare, & nullum reſpiciendo deſpicere, ſed ſe minores atque impares cunctis quos aſpiciunt æſtimare. Saluabitur itaque qui oculos inclinat: quia qui falſum ſuperbiæ verticem deſerit, veritatis altitudinem aſcendit.*

Iob 22, 29.

Matth. 23, 12.

Qui ſe humiliat, exaltatur, & contra.

Superbia potiſſimùm ex oculis apparet.

Pſal. 17, 28.

Iob 41, 25.

Prou. 30, 13.

ANNOTATIONES CORDERII.

Prou. 6, 16.

29. *Quoniam tu illuminas lucernam meam.*] Id eſt animam, & vitam, iuxta illud Sapientis: *Lucerna Domini ſpiraculum hominis*: aut certè felicitatem ac proſperitatem, vt apud Iobum, *Lucerna impiorum extinguetur.* Id eſt, proſperitas impiorum delebitur, quæ vt lucerna oleo, ita temporali opulentiâ nititur. Hanc igitur lucernam (inquit Dauid) id eſt, animam vitamque meam, in tenebris afflictionum degentem, ac pænè extinctam illuminas atque lætificas; & cùm ærumnis premitur, ſpe illam ſubleuas, & recreas rerum commutatione feliciorum. Poſſet hoc etiam, magis ſpiritualiter, de luce gratiæ iuſti animam illuminante intelligi, ac ſi Deo dicat: Tu luce gratiæ, ac fauore auxilij ſpecialis benignè me dirigens, lætificans ac proſperans, in tenebris difficultatum, dolorum, & periculorum animæ & corporis, affulges mihi, vt inter calamitates caliginoſæ huius vitæ, inoffenſo pede incedam. Quo ſenſu Iob dixit: *Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.* Id eſt, quando illuminatio gratiæ eius, quaſi fax aut candela lucens, ſuper apicem mentis, ſiue verticem rationis meæ ſplendebat, meque in omnibus credendis & agendis illuminabat; & ego non rebellis, nec inobediens lumini, ducatum eius diligenter obſeruabam, omnia mea ſecundùm diuini luminis inſtructionem ſollicitè dirigens; vt ſic omnia agerem, prout Deo quàm maximè grata eſſe intellexiſſem, idque in denſiſſimis huius mundi tenebris, vbi vel maximè opus eſt lumine diuino, ſine quo velut in obſcura nocte impingimus. Quantumcumque enim quis lucernam ad excipiendum lumen aptauerit, niſi tamen ignis acceſſerit, ardere non poteſt: ſic etiam anima noſtra, nec ſibi ardere, nec alijs lucere poteſt, niſi diuinum gratiæ lumen acceperit. Ita pulchrè S. Auguſt. in Pſalm. 119. ait: *Nemo enim iuſtè viuit niſi iuſtificatus, id eſt, iuſtus effectus; ab illo autem fit homo iuſtus, qui numquam poteſt eſſe iniuſtus. Sicut lucerna non à ſeipſa accenditur, ita neque anima ſibi præſtat lucem, ſed clamat ad Deum: Tu illuminabis lucernam meam Domine.*

Lucerna Prou. 20, 27. pro anima: Iob 21, 17. pro proſperitate, & Dei fauore ſumitur.

Iob 29, 3.

Lucerna gratiæ Dei neceſſaria eſt in tenebris huius vitæ.

30. *Quoniam in te eripiar à tentatione.*] Græcè, ἀπὸ πειρατηρίου. quod vult Agellius non à verbo πειράζειν, *tentare*, ſed à nomine πειρατὴς, *pirata*, deriuari; ſic vt πειρατήριον hîc ſignificet latrunculorum cuneum, ſeu militum agmen infeſtum, vel locum piratis obnoxium. Hæc vox Græca inuenitur etiam Iobi cap. 7. vbi S. Hieron. pro ea *militiam* vertit; alij, *tentationem*. Deriuatur autem ἀπὸ τοῦ πείρειν, quod eſt *traycere*, quia nimirum

πειρατήριον quid ſit.

Iob 7, 1.

ANNOTATIONES CORDERII.

mirum piratæ mare traijciunt; vel ἀπὸ τῆς πείρας, *à tentando.* Non enim iuſtum bellum inferunt, ſed tentant, an primo impetu & incurſu conatus ſuccedat. Videtur autem Dauid hìc innuere illud agmen latrunculorum Amalecitarum, qui in
1.Reg.30,1. Siceleg irruerant, & vrbe ferro ignique vaſtatâ prædam maximam abegerant. Ceterùm quantum ope Dei fretus ſe poſſe confidat, ſubdit: *In Deo meo tranſgrediar murum.* Redeat Pericles, & Piræços muros ſtruat quadraginta cubitis altos, tam verò latos, vt duo currus inter ſe iuncti amplius ſpatium non deſiderent; ego tamen, ait Dauid, hos muros tranſgrediar. Redeant Carthaginienſes, & triplicem educant murum omni æuo celebrem; ego tamen hunc ipſum tranſgrediar. Redeant Babelis architecti, & turrim ædi-
Gen.11,4. ficent, *cuius culmen pertingat ad cælum*; ego tamen & hanc tranſgrediar in Deo meo, quoniam in illo eripiar à tentatione. Sed & maiora, magiſque ardua promittens Dauid: *In te,* inquit,
2.Reg.22,30. *curram accinctus; in Deo meo tranſiliam murum.* Parum ei erat, currere & ſudare, ſed armis etiam indutus, & cataphractus vult currere. Parum ei erat, murum quantumcumque craſſum aut altum tranſgredi, iam etiam tranſire vult vel cælo certantem molem. Celſior aut denſior murus vix vlli obijcitur quàm ſua cuique voluntas. hunc murum & tranſgredi neceſſe eſt & tranſilire. Quiuis cogitet: Deus me patientem eſſe cupit & caſtum, facilem dare veniam inimicis, benè de alijs ſentire, benè loqui: & cur ego non idem velim? Profectò voluntas mea hactenus vt murus obſtitit: at iſte me murus non terrebit; tranſgrediar, tranſiliam. Omnia poſſum in eo qui me confortat. ita pulchrè Drexelius noſter lib. 2. Heliotropij cap. 6. vbi hæc fuſiùs proſequitur & concionatoriè dilatat.

31. *Eloquia Domini igne examinata.*] Symmachus vertit, ῥῆσις τοῦ κυρίου δόκιμος, *locutio Domini probata.* Aptè ad hunc locum Philo Iudæus lib. de Decalogo: παγκάλως, φησὶ, καὶ θεοπρεπῶς ἐκ τοῦ πυρὸς ἐστὶ λέγεται προήχθαι, *omnino pulchrè, inquit, & dignè Deo dicitur vox ex igne procedere.* De ignis examine vide plura ſuperiùs, ad Pſal. 11. v. 7. & Pſal. 16. v. 3. annotata.

Vox Dei, igne probata.

33. *Deus qui præcinxit me virtute.*] Hoc eſt, dedit mihi fortitudinem ac robur, vt acerrimè dimicarem, & glorioſè vincerem.

Robur, ex vita immaculata.

Poſuit immaculatam viam meam.] Id eſt, vitam meam fecit ipſe immaculatam, quia eius legem monitaque ſecutus, illi ſoli integro corde obtemperare conatus ſui.

34. *Qui perfecit pedes meos tamquam cerui.*] Numero ſingulari, ὡσεὶ ἐλάφου, ita libri Græci, & S. Auguſt. Vulgatus tamen tranſtulit pluraliter, *tamquam ceruorum*, quod S. Hieron. aſſeuerat omnes interpretes tranſtuliſſe. Cum Regio Vate
Habac.3,19. colludit Propheta Habacuc: *Deus Dominus fortitudo mea, & pones pedes meos quaſi ceruorum.* Munitum ſe dicit fortitudine à Deo communicatâ; & nihilominùs ceruinis, ſeu fugacibus pedibus inſtructum. Inanis profectò videtur hæc fortitudo, quę tantùm ad fugiendum valeat. Quid igitur cum manibus promptiſſimis ad pugnandum, pedes ad fugiendum velociſſimi coniunguntur? Niſi fortè

Fortitudo ſpiritalis in fuga peccati ſita eſt.

Ventoſa in lingua pedibuſque fugacibus iſtis,

vt Virgilius cecinit, fortitudo conſiſtat? Ita ſanè ſe res habet in pugna ſpiritali, præſertim aduerſus concupiſcentiam carnis: nam qui ab eius tentationibus ſibi cauent ac fugiunt, ſtrenuiſſimi cenſentur bellatores. Vt facilè quis intelligat, etiam in fuga à tentationibus fortitudinem diuinam collocari. Ac ſi vterque Propheta dicat, eò diuinum robur ac fortitudinem ire, eoque homines impellere, vt peccatum, peccatique occaſiones, fugiant adinſtar ceruorum, videlicet non modò fugaciſſimorum timidiſſimorumque animalium, ſed qui inter omnia animalia, fugiendi ſunt maximè periti; quippe qui (vt Plinius lib. 8. cap. 32. ait) *fugiunt latratu canum audito ſecundâ ſemper aurâ, vt veſtigia cum ipſis abeant.* Omni igitur circumſpectione viro forti peccatum fugiendum. Ceterùm in vtriuſque Vatis loco, per *pedes ceruorum*, non incongruè poſſumus intelligere, *pedes Angelorum*, qui in Canticis, iuxta Theodoretum & Nyſſenum, *ceruorum* nomine ſignificantur. Qui enim à carnis tentationibus fugiunt, dum ceruinam fugacitatem habere videntur, angelicam potiùs puritatem imitantur. Cant. 1,7.

35 *Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.*] Ac ſi dicat, ex diuina fortitudine, & Dei ad præliandum inſtitutione, non minùs fortem, quàm æreum arcum redditum fuiſſe, atque ideò viam virtutis inoffenſo ſe pede decurriſſe.

Diuina inſtitutio facit fortes à pede.

36. *Diſciplina tua ipſa me docebit.*] In Hebræo eſt, *manſuetudo tua multiplicauit me.* Agit nimirum Vates Regius de ſua in præliando dexteritate, fortitudine, ac felicitate, quam Deo acceptam adſcribit; ita tamen vt ſuam etiam manſuetudinem commemoret, ob quam Deus ipſum Saüle ceteriſque hoſtibus ſuperiorem effecit, regno inſignem, & victorijs ac triumphis glorioſum reddens. Vbi obiter notandum eſt, eodem nomine vocari à Propheta *diſciplinam* & *manſuetudinem.* Nulla enim doctrina tam facilè imprimitur, tamque firmiter inhæret, quàm manſuetudo & patientia viri iuſti, molli reſponſione frangentis iram, & blando affectu lætoque vultu omnia tolerantis. Caietanus ita pulchrè ad hunc locum commentatur, ac ſi dicat, Dono virtutis manſuetudinis ſecundùm te mihi conceſſo, multiplicaſti me, augendo milites, exercitum, regnum. Virtus enim manſuetudinis, quæ enituit in Dauide, euexit ipſum, teſte ipſo Saüle. Et quia manſuetudo Dauidis fuit intuitu Dei, & non laudata ab hominibus, ideò dixit, *manſuetudo tua.* ita Caiet. Fortaſſis etiam Dauid hìc multa & magna quibus à Deo erat cumulatus, accepta refert beneficia manſuetudini, quâ Deus benigniſſimus vitia illius patienter ſuſtinuit, ac ſuauiter correxit, denique pœnitentem ad maximarum virtutum apicem euexit. Hoc enim inſinuant illa verba præcedentia: *Correxit me in finem.* Ad quod ita pulchrè Hugo de S. Victore: *Eſt, inquit, quidam finis bonus, & eſt quidam ſinis* [sic] *malus. Finis malus eſt profundum peccatorum: finis bonus conſummatio virtutum. Diſciplina autem Dei in finem corrigit: quia eos etiam qui in profundum peccatorum lapſi ſunt, ad conſummationem virtutum perducit. O bona, ô dulcis diſciplina Dei! Vtinam cognoſcamus eam, vtinam ſuſcipiamus eam, vtinam ſuſtineamus eam! Quæ tamen eſt, vt videamus, vt concupiſcamus, vt apprehendamus, vt teneamus eam. In tribus conſiſtit: in præceptis, in tentamentis, in flagellis.*

Manſuetudinis & diſciplina cognatio.

Quomodo diſciplina Dei corrigat in finem, & qualiter ſuſcipienda.

In

In præceptis experitur Deus obedientiam tuam, in tentamentis conſtantiam, in flagellis patientiam. Præcepta obedienter ſuſcipe, tentamentis conſtanter reſiſte, flagella patienter ſuſtine. Hæc tamen tria, id eſt obedientia, conſtantia, patientia ſibi inuicem deeſſe non poſſunt: quia in ſingulis omnia neceſſaria ſunt. In præceptis quidem, vt ea primùm obedienter ſuſcipias, deinde conſtanter perficias, poſtremò tempus retributionis patienter ſuſtineas. In tentamentis autem obediens eſſe debes: vt, ſi fortè Deus vitiorum incurſu te ſolicitari, & ad tempus voluerit fatigari, per elationem non contradicas. Conſtans, ne per delectationem ad conſenſum defluas. Patiens, ne importunitate, vel inſtantia tentationis, tandem aliquando

Diſciplina quid propriè. *emolleſcas.* Sic ille. Hæc igitur *diſciplina*, quæ Græcè παιδεία dicitur, eſt directio ſeu inſtitutio monentis, docentis, imperantis, quæ proinde obedientiæ vim continet, de qua Dauid loquitur. Itaque Euſebius è Symmacho ita vertit, καὶ τὸ ὑπακούειν με, αὐξήσει με, *& obedientia mea augebit me*; ex Aquila verò, καὶ πραότης μου ἐπλήθυνέν με, *& manſuetudo mea multiplicauit me.* hoc eſt, auxit, referſit, cumulauit me. Vterque rem eamdem nonnullâ vocum varietate complexus

Manſuetudinis & obedientiæ coniunctio. eſt: idem enim propemodum obedientia, quod manſuetudo eſſe videtur. Certè geminæ germanæque ſorores ſunt illæ duæ virtutes, adeò inter ſe nexæ, vt vna ſine alia eſſe nequeat. Qui vocem imperantis & nutum excipit, & non inuitus alteri obedit, is quoque animi manſuetudine excellat neceſſe eſt, & domitos habeat nimiùm efferueſcentes animi motus, qui ſæpè frenum excutiunt, nec regi & moneri patiuntur. Hîc ergo Dauid obedientiam quoque *diſciplinæ* nomine comprehendit, & mirificos illius fructus amplificat; cùm ſecundùm Symmachum ait: *Obedientia mea augebit me*, id eſt, me abundantem, omnibus gratiæ donis opulentum, & hoſtibus ſuperiorem efficiet: nam, vt Salomon

Prou. 21, 28. ait, *vir obediens loquetur victoriam.*

37. *Et non ſunt infirmata veſtigia mea.*] Præclarè Euſebius docet quid ſit non infirmari veſtigia, dicens: Ὁ Ἰησοῦ ἑπόμενος, ἐπακολουθεῖ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ. ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατεῖν τὴν τετριμμένην ὑπὸ Ἰησοῦ ὁδὸν, ἰσχυρὰ κτᾶται τὰ ἴδια ἴχνη, ὡς ἔργῳ φάναι, οὐκ

Qui Chriſtum ſequitur, firma ſortitur veſtigia. ἠσθένησαν τὰ ἴχνη μου ἐν τῇ στενοχωρίᾳ τῆς θλίψεως. *Qui ſequitur Ieſum, veſtigia eius ſubſequitur, & eo ipſo quòd viam à Ieſu tritam calcat, id aſſequitur, vt ſua veſtigia firma ſint, ita vt reipſa dicat, Non ſunt infirmata veſtigia mea in anguſtia tribulationis.* Itaque metaphoram ſumpſit ab ijs qui viam præeunt, & iter ſequentibus parant, & facilem viam reddunt.

39. *Perſequar inimicos meos, & comprehen-*

Inimici noſtri vitia & paſſiones. *dam illos*, &c.] Inimicos illos D. Auguſt. & Cardinalis Hugo, vel peccata, vel affectiones carnis interpretatur, quibus nihil eſt ſaluti hominum inimicius. Illos ergo ſceleratos communeſque inimicos ait vir ille magnus ſe velle perſequi, & comprehẽdere, vel, vt eſt lib. 2. Reg. 22. *conterere*, vt exaggerati animi conſtantiam declaret, cedere neſcientis, in hoſtile dorſum imminentis. Ceterùm pro *Non conuertar donec deficiant*, S. Hieronymus vertit, *non conuertar donec conſumam eos.*

Non licet dimidia bonitate contentus eſſe. Non deſiſtam à glorioſo facinore, donec perditos videam hoſtes, penituſque deletos. Idem erit belli finis & vitiorum. Ariſtoteles ait eum, qui dominatum in alios habet, ita eſſe moratum animoque affectum oportere, vt vel virtutem ſit

ANNOTATIONES CORDERII. conſecutus, vel ſaltem ſit ἡμίχρηστος & ἡμιπόνηρος, *ſemibonus, & non improbus, ſed dimidia ex parte malus.* Philoſophia Chriſtiana aliud monet, quæ

Vitia penitus extirpanda. non vult aliquem eſſe dimidiâ bonitate & malitiâ contentum, ſed hoc conniti, vt vitium omne tollatur: hoc ſtudere, hoc perſequi, & emori potiùs in hoc genere contentionis, quam eſſe pretioſam viri ſapientes aiunt. Nam memini S. Leonis, qui aſſerit, genus crucis eſſe longè pretioſum & ſublime, litigare quotidie contra vitia ſua, increpare ſe quâdam conſciâ auctoritate virtutis. Porrò illius pugnæ præmium eſt gratia virtuſque, bonum ingens, quod Perſarum gazas, flauiſſas Quiritium, talenta Græcorum, theſauros Lydiorum, & cimelia omnium diuitum, longè pretio & dignitate exuperat. Quò enim quiſque à peccato magis recedit, eò gratiæ, diuiniſque donis vicinior, & Deo plenior efficitur. *Quantum à vitiis receſſeris, tantum virtutibus propinquabis*, ait * Euſebius Emiſſenus. * Hom. 3. de Epiphania.
Addit pulchram dicti ſui rationem, *quia abdicatio criminum, adoptio meritorum eſt.*

40. *Et præcinxiſti me virtute ad bellum.*] Pulchrè ad hunc locum Hugo Çarenſis rationem reddit, cur Dauid, qui v. 33. virtute Dei præcinctum ſe viciſſe retulerat, hîc iterùm præcinctionis huius mentionem faciat: vt ſcilicet ſciamus poſt victorias magno & nouo Dei auxilio nobis opus eſſe, vt contra inanem gloriam, quæ de vitiorum victoria ſurgit, ſtrenuè depugnemus. *Iſtud* (inquit Hugo) *ſuprà habitum eſt, & expoſitum: & bis ponitur hoc, quia oportet bis præcingi, & in principio, & in fine. Finem enim ſignificat hic, cùm dicit Ad bellum, quod ſuprà non dixit. Et cùm homo totum bellum credit ſe perfeciſſe, tunc incipit ei bellum ſuperbiæ, ſiue inanis gloriæ. vnde verſus:* *Poſt victoriam, vana gloria bellum redintegrat.*

Cùm bene pugnaris, cùm cũcta ſubacta putaris,
Quæ magis infeſtat, vincenda ſuperbia reſtat.

Propter hoc dicit Gregorius: Valdè cauendum eſt vitium, quod de victoria ſurgit vitiorum. Sic ille: cui mirificè conſonat Arnobius Carnotenſis tract. de Operib. ſex dierum, dicens: *Verè appetitus laudis & humanæ gloriæ, ſcabies eſt virtutis, tinea ſanctitatis, quod vltimum malum ſæpè expugnatus hoſtis in fine expectat. Cùm enim gloria noſtra ſit bonæ teſtimonium conſcientiæ, ſæpè fit, vt victores vincamur, dum de ipſa victoria in nobis, non in Domino, gloriamur.* *Inanis gloria tinea ſanctitatis vincentes vincit.*

42. *Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret*, &c.] Agit de Saüle ceteriſque ſuis perſecutoribus diuini Numinis contemptoribus, qui poſtquam Prophetarum voces ita reſpuerunt, vt penitus obſurduiſſe viderentur; tandem & ipſi neceſſitate compulſi, *clamauerunt ad Dominum, nec exaudiuit eos.* Iuſtiſſima ſanè punitio, vt Deum non audientes, à Deo non audiantur. *Dei contemptores meritò non exaudiuntur à Deo.*
Sic impius Eſau, qui non vacando in tabernaculis, doctrinæ ſtudebat, ſed vagando in agris venationi inſidiabat, negligens doctrinæ auditor, poſtquam ſalubres præceptiones contempſerat, ne quidem clamans & eiulans à Deo exauditus fuit: *Non enim* (inquit Apoſtolus) *inuenit pœnitentiæ locum, quamuis cum lacrymis inquiſiſſet eam.* Hebr. 12. 17.
Similiter Antiochus Rex, cùm ſæpiùs à Deo de ſua ſuperbia admonitus, non audiret, & 2. Machab. 9. 6.

ANNOTATIONES CORDERII. nullo modo à ſua malitia ceſſaret: hanc quoque iuſtam pœnam meruit impius ſurdaſter, vt in extremis anguſtijs magnis Deum clamoribus deprecatus, minimè audiretur, iuxta id quod de
Ibid. 13. ipſo ſcribitur: *Orabat autem hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.*

43. *Comminuam eos vt puluerem*, &c.] Hoc eumdem ſenſum habet cum eo quod Pſal. 1. dixit,
Pſal. 1, 4. impios fore *tamquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ.* vbi vide plura de hac comparatione in Annotationibus explicata.

Chriſtus eſt in caput Gentium conſtitutus. 44. *Conſtitues me in caput Gentium.*] Hic & ſequentes duo verſiculi, prophetiam continent de regno Chriſti, ex alienigenis & Gentilibus conflando, qui in Iudæorum, Chriſto rebellium, locum erant ſurrogandi.

Gentes Chriſto vocanti obedientes fuerunt. 45. *Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi.*] Nimirum populus Gentilium, qui ignorabat Deum verum, & ignorabatur ab eo, cùm inter Dei filios non numeraretur, nec inter oues illius. *In auditu auris obediuit mihi.*] Id eſt, ad primam vocem, antequam ſecunda ad aures veniret, obtemperauit. Nam, vt loquitur D. Bernardus Serm. de virtute obedientiæ, *vno eodemque momento procedit, & imperantis imperium, & obſequium obſequentis.* Pulchrè Didymus ad hunc locum ait, hîc denotari, aurem diuinitus communicatam, quam dicit Iſaias *erigi* & *ape-*
Iſaiæ 50, 4. & 5. *riri* à Deo, Dauid *perfici*. Commodè hæc di-
Pſal. 30, 7. cuntur de naturæ opifice, ac gratiæ largitore Deo, cuius hoc donum eſt, omni orationis copiâ celebrandum. Intelligit enim Dauid aurem, quæ prompta & aperta ſit ad Dei legem imperiumque audiendum, & omni animi inclinatione ad obediendum feratur. Inde verò magna & multiplicia bona oriuntur, & non modò obedientia, verùm etiam reliquarum virtutum omnium chorus efflorescit.

46. *Filij alieni mentiti ſunt mihi*, &c.] Id eſt
Iudæi facti Iudæi, qui aliquando filij, alieni nunc facti, & mentiti ſunt, Regem ſuum negantes, & ſe regiæ illius poteſtati ſubtrahentes, claudicantes à lege, & à veritate aberrantes, inueterati in malo. In illos proinde quadrat illud Domini: *Multi ab* Matth. 8, 11.
Oriẽnte & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob, in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Felices, qui, ſpernentibus Iudæis, Chriſtum Regem totis animis admiſerunt, & ſecuti ſunt. Pulchrè ad hunc locum S. Auguſt. *Filij*, inquit, *non mei, ſed potiùs alieni; quibus dicitur: Vos ex patre diabo-* Ioan. 8, 44.
lo eſtis. Vide, quàm ſit hominibus exitiale peccatum. Eos enim, qui naturâ, teſtamento, promiſſionibus ac fide fuerant filij Abrahæ ſanctiſſimi Patriarcharum, peccata ipſa, præſertim infidelitas erga Deum, degeneres, imò & adulterinos, & (quod multò magis eſt execrandum) orci & diaboli partus effecerunt. *Inueterati ſunt* (pergit S. Auguſt. hæc paraphraſticè exponens) *Quibus*, inquit, *vt renouarentur, nouum teſtamentum attuli, in veteri homine remanſerunt, & claudicauerunt, tamquam vno pede debiles, quia vetus tenentes, nouum teſtamentum reſpuunt. Claudi effecti ſunt etiam in ipſa lege vetere, potiùs traditiones ſuas ſequentes, quàm Dei.* ita S. Auguſt. Meritò igitur Deus ſuperbam Iudæorum gentem, omnium reliquarum contemptricem, damnauit ad beſtias, ad mancipiorum conditionem, ad orbis famulatum, regno, quo gloriabantur, ſpoliatam; & tranſtulit illud ad Gentes à Deo & veritate tunc exulantes: depreſſit verò populum quem antè ſibi delegerat, & ancillare hunc docuit Gentibus, quas antè depreſſerat, & gratiæ ſuæ lumine deſtituerat. Quod etiam vſu venire indies videmus, cùm humillimum quemque ſibi Dominus aſſociat, cæleſtibus remuneratur donis, cæloque adſcribit ciues, & regni ſui ſocios, adeoque & in filios ſuos adoptat, & heredes ſtatuit gloriæ ſuæ.

ſunt filij alieni, & veteres.

IN PSALMVM XVIII. ARGVMENTVM.

1. In finem, Pſalmus Dauid.

α΄. Εἰς τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Lex Dei triplex. *Legum diuinarum tres ſpecies, conformiter beato Paulo, à Dauide docemur. Primam quidem in creatione, quæ conditorem prædicat. Deinde illam quæ per Moyſem data fuit, quæ maiorem notitiam, volentibus illam attendere, præbet. Tertiam denique legem gratiæ perfectam, quæ animas purgat, & à præſenti corruptione liberat. Propterea etiam in finem nos hic Pſalmus tranſmittit, nouum teſtamentum in fine prædicens.*

Τῶν θείων νόμων εἴδη τρία, συμφώνως τῷ μακαρίῳ Παύλῳ, παρὰ τοῦ Δαβὶδ διδασκόμεθα. Πρῶτον μὲν τὸ ἐν τῇ κτίσει, κηρύττοντα δημιουργόν. Εἶτα τὸ διὰ Μωσέως, πλείονα γνῶσιν, τοῖς προσέχειν ἐθέλουσιν, ἐντιθέντα. Καὶ τρίτον τὸν τῆς χάριτος τέλειον, τὰς ψυχὰς ἀποκαθαίροντα, καὶ τῆς παρούσης ἐλευθεροῦντα φθορᾶς. Οὗ δὴ χάριν καὶ εἰς τέλος ἡμᾶς ὁ ψαλμὸς παραπέμπει, τὴν καινὴν ἐν τῷ τέλει διαθήκην προσαγορεύων.

PARAPHRASIS.

2. CÆLI enarrant gloriam Dei, & * opus manuum eius annuntiat firmamentum.

* vulg. opera

β΄. ΟΙ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα.

Ἀρκεῖ,

Ἀρκεῖ, φησὶ, καὶ μόνον φαινόμενον τὸ κάλλος καὶ μέγεθος τῶν οὐρανῶν, τοῦ δημιουργοῦ τὴν μεγαλουργίαν κηρύξαι.

γ'. Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν.

Καὶ γὰρ ἡ τεταγμένη νυκτὸς καὶ ἡμέρας διαδοχὴ, τοὺς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ τεθέντας ὑποδεικνύουσιν ὅρους, οὓς παραβαίνειν ἡ ἄψυχος οὐκ ἀνέχεται κτίσις. Περὶ γὰρ τὴν χρείαν τῶν ἀνθρώπων ἡμέρα καὶ νὺξ αὐξανόμεναί τε καὶ μειούμεναι, καὶ παρ' ἀλλήλων τὸν χρόνον δανειζόμεναι, καὶ πάλιν ἀλλήλαις τὸ χρέος ἐκτιννύμεναι, τὴν ἐφεστῶσαν αὐταῖς ὑποδεικνύουσι προμήθειαν.

δ'. Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν.

ε'. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.

Οὔτε γὰρ λόγον, φησὶν, ἀφιεῖσαι, οὔτε ῥήματα προσφέρουσαι, ἀλλὰ τὸν κανόνα, καὶ τὴν οἰκείαν τάξιν ὑποδεικνῦσαι, πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν εἰς τὴν θείαν καλοῦσιν ὑμνῳδίαν.

ϛ'. Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ.

Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν.

ζ'. Ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ.

Καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυβήσεται τῆς θέρμης αὐτοῦ.

Τοῦτο σαφέστερον οἱ τρεῖς ἑρμήνευσαν. Τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα ἐν αὐτοῖς, τουτέστι τοῖς οὐρανοῖς, ὥστε αὐτὸν ἐπ' ἐκείνων ὀχούμενον, κατὰ μὲν τὸ κάλλος μιμεῖσθαι νυμφίον, ἐκ παστάδος προϊόντα μετὰ πολλῆς τῆς εὐπρεπείας· κατὰ δὲ τὸ τάχος, γίγαντά τινα μετὰ πολλῆς διατρέχοντα τῆς ῥώμης, μηδενὸς ἐμποδὼν ἱσταμένου. παντὶ δὲ ζώῳ μεταδίδωσι τῆς οἰκείας θερμότητος· τῆς μέντοι θέρμης, ἀντὶ τοῦ φωτὸς, ἐμνημόνευσεν.

η'. Ὁ νόμος κυρίου ἄμωμος,

Sufficit, inquit, vel ſola cælorum pulchritudo atque magnitudo quæ conſpicitur, ad opificis magnificentiam prædicandam. PARAPHRASIS PATRVM. *Cæli enarrant gloriam Dei.*

3. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.

Etenim ordinata ſucceſſio noctis & diei, terminos à conditore poſitos demonſtrat, quos hæc inanimata mundi machina tranſilire non poteſt. Cùm enim nox atque dies ad hominum vtilitatem creſcant atque decreſcant, cumque à ſe mutuo tempus mutuentur, & rurſum debitum ſibi vltrò citróque reddant; prouidentiam, quæ ipſis præeſt, oſtendunt. *Rerum & temporum ordo, prouidentiam Dei demonſtrat.*

4. Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.

5. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Nam nec ſermonem, inquit, emittentes, nec verba proferentes; ſed regulam & proprium ordinem demonſtrantes, omnem terram atque mare ad diuinas laudes decantandas inuitant.

6. In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.

* Exultabit vt gigas ad currendam viam. * Vulg. *Exultauit*

8. A ſummo cælo egreſſio eius.

Et occurſus eius vſque ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.

Hoc magis dilucidè tres interpretes explanarunt. *Soli poſuit tabernaculum in ipſis,* videlicet cælis, vt ipſe ab illis veheretur; ſecundùm pulchritudinem verò ſponſum imitetur, ex thalamo multo cum decore prodeuntem; ſecundùm velocitatem autem, gigantem quemdam magno cum robore currentem, nullâ re obſtaculum ponente. Omni autem animali ſuum calorem impertit: caloris ſiquidem pro lumine meminit. *Solis decor, & vtilitas.*

8. Lex Domini immaculata, con-

PARAPHRASIS PATRVM. uertens animas: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis.

9. Iuſtitiæ Domini rectæ, lætificantes * cor: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

* Vulgata corda:

10. Timor Domini * caſtus, permanens in ſæculum ſæculi: iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa.

* Vulgata ſanctus,

11. Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum.

Legis varia nomina. *Legem*, & *teſtimonium*, & *iuſtitias*, & *præceptum*, & *iudicia*, vocat legem Moſaicam. Et vocatur quidem *lex*, tamquam optimum reipublicæ ſtatum diſpenſans atque ordinans: *teſtimonium* verò, veluti peccantes teſtificans, & tranſgreſſionis vindictam oſtendens: *iuſtitiæ* autem, quaſi iuſtum docens, & prohibens iniuſtum: *præceptum* verò, tamquam quid agendum ſit præcipiens, & domini more imperans: *iudicia* verò, veluti diuina iudicia oſtendens, atque edocens. Dicit igitur: *Legis effectus & vtilitas.* Cùm Dei lex penitus ab omni reprehenſione libera ſit, hominum animas conuertit. Teſtimonium verò exterrendo, imperfectis atque infantibus iuſtitiam præſtat. Porrò iuſtitiæ cor lætificant, iuſtificationis cauſſam demonſtrantes. Præceptum verò mentis oculos illuminat, docens quid vniuerſitatis Deum honoret. Pietas denique ac timor Dei, horum cuſtodiam ſuppeditando, æternorum bonorum fruitionem conciliant. Meritò autem timorem Domini caſtum appellat, id eſt, reprehenſione carentem, tamquam humanum timorem improbans, vt qui puſillanimitatis appellationem contineat. *Iudicia* autem *vera atque iuſtificata* nuncupans, (vtpote honores, & ſupplicia iuſta hominibus afferentia) hæc ait & auro lapidibuſque pretioſis pretioſiora, atque melle dulciora exiſtere.

12. Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.

Maximum, inquit, præmium, volentibus

ἐπιστρέφων ψυχάς, ἡ μαρτυρία κυρίου πιστή, σοφίζουσα νήπια.

θ'. Τὰ δικαιώματα κυρίου εὐθέα, εὐφραίνοντα καρδίαν, ἡ ἐντολὴ κυρίου τηλαυγής, φωτίζουσα ὀφθαλμούς.

ι'. Ὁ φόβος κυρίου ἁγνός, διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος· τὰ κρίματα κυρίου ἀληθινά, δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό.

ια'. Ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον, καὶ λίθον τίμιον πολύν, καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον.

Νόμον, καὶ μαρτυρίαν, καὶ δικαιώματα, καὶ ἐντολὴν καὶ κρίματα, τὸν Μωσαϊκὸν νόμον καλεῖ. Καὶ καλεῖται μὲν νόμος, ὡς τὴν ἀρίστην πολιτείαν ῥυθμίζων, καὶ διατάττων. Μαρτυρία δέ, ὡς τοὺς ἁμαρτάνοντας διαμαρτυρόμενος, καὶ τῆς παραβάσεως τὴν τιμωρίαν ὑποδεικνύς. Δικαιώματα δέ, ὡς διδάσκων τὸ δίκαιον, καὶ ἀπαγορεύων τὸ κακόν. Ἐντολὴ δέ, ὡς τὸ πρακτικὸν ἐντελλόμενος, καὶ κελεύων δεσποτικῶς. Κρίματα δέ, ὡς τὰς θείας ψήφους ὑποδεικνύς, καὶ διδάσκων. Λέγει τοίνυν, ὁ νόμος θεοῦ μώμου παντὸς ἐλεύθερος ὤν, τὰς τῶν ἀνθρώπων ἐπιστρέφει ψυχάς. Δεδιττομένη δὲ ἡ μαρτυρία, τοὺς ἀτελεῖς καὶ νηπίους σοφίζει. Εὐφραίνει δὲ τὴν καρδίαν τὰ δικαιώματα, τῆς δικαιοσύνης τὴν αἰτίαν ὑποδεικνύντα. Ἡ ἐντολὴ δὲ φωτίζει τῆς διανοίας τὸ ὀπτικόν, διδάσκουσα τίνα τὸν τῶν ὅλων θεραπεύει θεόν. Ἡ εὐλάβεια μέντοι, καὶ ὁ τοῦ θεοῦ φόβος, τὴν τούτων ὑποτιθέμενοι φυλακήν, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν προξενοῦσι τὴν ἀπόλαυσιν. Εἰκότως δὲ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον ἁγνὸν προσηγόρευσε, τουτέστι μέμψεως καθαρόν, ὡς τοῦ ἀνθρωπείου φόβου ψεγομένου, καὶ δειλίας προσηγορίαν ἔχοντος. Τὰ δὲ κρίματα ἀληθινά, καὶ δεδικαιωμένα ὀνομάσας (ἅτε δὴ καὶ τιμάς, καὶ τιμωρίας ἐνδίκους ἐπιφέροντα τοῖς ἀνθρώποις) ταῦτα ἔφη, καὶ χρυσοῦ, καὶ λίθων τιμίων τιμιώτερα, καὶ μέλιτος εἶναι γλυκύτερα.

ιβ'. Καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτά· ἐν τῷ φυλάσσειν αὐτὰ ἀνταπόδοσις πολλή.

Μεγίστη, φησίν, ἀνταπόδοσις πρόκειται

τοῖς

τοῖς ταῦτα φυλάσσειν προαιρουμένοις. καὶ ἐπειδὴ εἴρηκε φυλάσσειν τὰ τοῦ θεοῦ κρίματα, εἰς νοῦν λαβὼν τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, καὶ τοῦ ῥήματος τὸ ὑπέρογκον λογισάμενος, εὐθὺς ἐπήγαγε·

ιγʹ. Παραπτώματα τίς συνήσει; ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, καὶ ἀπ᾽ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου.

Καὶ γὰρ εἰ προθυμίᾳ πολλῇ φυλάξαι βουληθῶ τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ, ὑπὸ τῆς φυσικῆς ἀσθενείας εἰς πολλὰ παρὰ γνώμην καθέλκομαι, καί τινα μὲν ἀγνοῶν πλημμελῶ, τινὰ δὲ ἀπὸ τῶν προσπιπτουσῶν νικώμενος περιστάσεων. Κἂν διαφύγω τῶν ἔργων τὴν ἁμαρτίαν, ῥύπου παντὸς ἀναπιμπλῶσιν οἱ λογισμοί. διὰ τοῦτο ἱκετεύω σε τὸν καθᾶραι δυνάμενον, καὶ βοῶ· ἐκ τῶν κρυφίων μου, καὶ τὰ ἑξῆς.

ιδʹ. Ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, τότε ἄμωμος ἔσομαι, καὶ καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης.

ιεʹ. Καὶ ἔσονται εἰς εὐδοκίαν τὰ λόγια τοῦ στόματός μου, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου ἐνώπιόν σου διαπαντός.

Τῆς δὲ σῆς ἐπικουρίας ἀπολαῦσαι ποθῶ, ἵνα τὰς τούτων ἐπιβουλὰς διαδρὰς, μώμου σοι παντὸς ἐλευθέραν τὴν ψυχὴν παραστήσω, καὶ τῶν προπεπταισμένων παρά σου λαβὼν τὴν συγχώρησιν, αἰώνιόν σοι προσενέγκω τὴν ὑμνῳδίαν, τῶν σῶν λογίων διηνεκῆ τὴν μελέτην ποιούμενος.

Κύριε βοηθέ μου, καὶ λυτρωτά μου.

Ἁρμόδιον δὲ τῷ ψαλμῷ τὸ ἀκροτελεύτιον τέθεικε. Κύριον μὲν γὰρ ἐκάλεσεν, ὡς ποιητὴν καὶ δημιουργόν· λυτρωτὴν δὲ ὡς διὰ τῆς παλιγγενεσίας τοῦ παναγίου βαπτίσματος, τῆς μὲν προτέρας ἐλευθεροῦντα φθορᾶς, καὶ τῆς τῶν δαιμόνων δουλείας λυτρούμενον, ἀφθαρσίαν δὲ καὶ ἀθανασίαν δωρούμενον. Καὶ ταῦτα δὲ κἀκεῖνα ὁ ψαλμὸς περιέχει. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα τὴν δημιουργίαν διδάσκει καὶ πρόνοιαν, τὰ δὲ μέσα τὸν νόμον, καὶ τὰ τελευταῖα τὴν χάριν.

hæc cuſtodire, proponitur. Et quoniam Dei iudicia cuſtodire ſe dixit, humanam imbecillitatem in memoriam reuocans, atque huius verbi faſtum conſiderans, ſtatim ſubiunxit: PARAPHRASIS PATRVM.

13. Delicta quis * intelliget? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. * Vulg. intelligit

Etſi enim Dei mandata magna cum fiducia ſeruare voluero, à naturali infirmitate ad multa præter opinionem trahor; & nonnulla quidem inſcienter pecco, aliquando verò ab ingruentibus calamitatibus oppreſſus. Et licet operibus peccatum declinauero; tamen cogitationes omni ſorde me polluunt; propterea te obſecro, qui me expiare potes, & exclamo, *Ab occultis meis*, &c. *Homo facilè peccat in aliquo.*

14. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto * magno. * Vulgata maximo.

15. Et erunt vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Tuâ autem ope perfrui deſidero, vt horum inſidias ſubterfugiens, animam penitus ab omni labe liberam tibi exhibeam: &, præteritorum peccatorum veniâ à te impetratâ, ſempiternam tibi hymnorum cantilenam offeram, tua oracula perpetuò meditando. *Auxilium Dei, ad benè viuendum neceſſarium.*

Domine adiutor meus, & redemptor meus.

Accommodatam pſalmo perorationem poſuit. Nam Dominum quidem vt creatorem & opificem vocauit; redemptorem verò, tamquam per ſancti Baptiſmatis regenerationem, à priſtino quidem interitu liberantem, & à dæmonum ſeruitute redimentem; incorruptionem verò & immortalitatem largientem. Pſalmus autem tam hæc quàm illa continet. Et prima quidem pars mundi fabricam & prouidentiam docet, media verò legem, vltima denique gratiam.

COMMENTARIVS PATRVM.

COMMENTARIVS.

2. CÆLI ENARRANT GLORIAM.] Pulchrè, pro eo quòd creandi vim & ſapientiam, & magnificentiam Dei recenſeret (ſiquidem hæc omnia in Dei gloriam cedunt) à rebus viſibilibus, compendioſo nomine omnia ſimiliter *gloriam* appellauit. At vox *cæli* in plurali nemini admirationem moueat. Solet enim Scriptura aliquando quidem ſingulariter, aliquando verò pluraliter hoc efferre, vti etiam Chriſtus ait: *Pater noſter, qui es in cælis.* Verùm quomodo enarrant, cùm nec vocem nec os habeant? nempè per viſum ipſum. Quando enim vides pulchritudinem, amplitudinem, altitudinem, ſitum, figuram, tanti temporis durationem; hæc vtique viſu diſcens, glorificas eum qui corpus tam nobile fabricauit. Sufficit, inquit, id quod apparet, ad opificis magnificentiam deprædicandam. Non dixit: *Enarrarunt*, ſed *enarrant*. Non enim inceperunt, ac deinde ſiluerunt; ſed ex quo cœperunt, inceſſanter Dei gloriam enarrant. Conſequenter autem ſubiunxit *firmamentum*, Moyſem imitatus. Vult enim ſignificare, quòd tam ſupremum cælum, quàm infimum, ſiue firmamentum, auctoris ſui ſapientiam indicent. *Opus* autem *manuum eius annuntiat*, id eſt, quodammodò eloquitur, quòd ſit opus Dei. Hoc humano more dictum eſt. Deinde poſtquam cælos recenſuit, ſubiungit, *Dies diei*; q. d. Non ſolùm hi, ſed etiam dies ac nox, propter ſucceſſionem & ordinem. Nam veluti in lance ac libra, vniuerſi ſpatij longitudinem diuiſerunt: & quaſi quædam ſorores, paternam hereditatem (ſcilicet annum) æqualiter diuidentes, ne in minimo quidem ſe mutuo defraudant. Horum igitur æqualitatem inſinuans ait: *Et nox nocti indicat ſcientiam.* Qualem iſtam? ſcilicet conditoris. Non enim ſibi mutuo inſultant, ſiue augeantur, ſiue minuantur, ſed neque proprium ordinem tranſgrediuntur. Qui vtique ordo ordinantem manifeſtat: quod enim non eſt ab aliquo coordinatum, ordinem habere nequit. *Eructat* autem, & *annuntiat* ſeu *indicat*, idem eſt, ex metaphora eorum qui ex corde loquuntur.

Quomodo cæli ſine voce Deum laudent.

Dies & noctes quomodo Deum manifeſtent.

β'. ΟΙ ΟΥΡΑΝΟΙ ΔΙΗΓΟΥΝΤΑΙ ΔΟΞΑΝ.] Καλῶς, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τὸ δημιουργικὸν τοῦ θεοῦ, τὸ σοφὸν, τὸ μεγαλεῖον (εἰς δόξαν γὰρ θεοῦ πάντα συντείνει) ἀπὸ τῶν ὁρωμένων περιληπτικῷ ὀνόματι πάντα ὁμοίως δόξαν ἐκάλεσε. Τὸ δὲ πληθυντικὸν οἱ οὐρανοὶ ξενιζέτω μηδένα. Ἔθος γὰρ τῇ γραφῇ, καὶ ἑνικῶς τοῦτο, καὶ πληθυντικῶς ἐκφωνεῖν, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἀλλὰ πῶς διηγοῦνται φωνὴν μὴ ἔχοντες, ἢ στόμα; διὰ τῆς ὄψεως αὐτῆς. Ὅταν γὰρ ἴδῃς τὸ κάλλος, τὸ μέγεθος, τὸ ὕψος, τὴν θέσιν, τὸ σχῆμα, τὸ πρὸς τοσοῦτον διαρκὲς χρόνου, διὰ τῆς ὄψεως διδασκόμενος, δοξάζεις τὸν ποιήσαντα οὕτω σῶμα καλόν. Ἀρκεῖ, φησι, μόνον φαινόμενον, τὴν τοῦ δημιουργοῦ κηρύξαι μεγαλουργίαν. Οὐκ εἶπε διηγήσαντο, ἀλλὰ διηγοῦνται. Οὐ γὰρ ἤρξαντο καὶ ἐσιώπησαν, ἀλλ' ἀφ' οὗ ἤρξαντο, ἀπαύστως διηγοῦνται τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν. Ἀκολούθως δὲ ἐπήγαγε καὶ τὸ στερέωμα, Μωσεῖ κατακολουθῶν. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι καὶ ὁ ἀνώτερος οὐρανὸς, καὶ κατώτερος, ἤτοι τὸ στερέωμα, μηνύουσι τὴν τοῦ πεποιηκότος σοφίαν. Τὸ δὲ ποίησιν τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει, ἀντὶ τοῦ φθέγγεται πως, ὅτι ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ. Ἀνθρωπίνως δὲ τοῦτο. Εἶτα εἰπὼν τοὺς οὐρανοὺς ἐπάγει, Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ, ἀντὶ τοῦ, καὶ οὐχ οὗτοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἡμέρα, καὶ ἡ νύξ, διὰ τοῦ ῥυθμοῦ καὶ τῆς τάξεως. Ὡς γὰρ ἐν ζυγῷ καὶ πλάστιγγι τοῦ παντὸς διαστήματος τὸ μῆκος διείλοντο, καὶ καθάπερ τινὲς ἀδελφαὶ πατρῷον κλῆρον (τὸν ἐνιαυτὸν) ἰσομοιρίᾳ διανειμάμεναι, οὐδ' εἰς τὸ τυχὸν ἀλλήλαις ἐπηρεάζουσι. Τὴν οὖν ἰσότητα αὐτῶν αἰνιττόμενός φησι· Καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. Ποίαν; τὴν περὶ τοῦ ποιήσαντος. Οὐ γὰρ ἐπεμβαίνουσιν ἀλλήλαις, καὶ ταῦτα αὐξανόμεναι, καὶ λήγουσαι, ἀλλ' ὅμως τὴν ἰδίαν τάξιν οὐχ ὑπερβαίνουσιν. Ὅπου δὲ τάξις, τοῦ τάξαντος ἀπόδειξις. Τὸ γὰρ μὴ τεταγμένον ὑπό τινος, τάξιν ἔχειν οὐ δύναται. Ἐρεύγεται δὲ καὶ ἀναγγέλλει, τὸ αὐτὸ, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐκ τῆς καρδίας φθεγγομένων.

δ'. ΟΥΚ ΕΙΣΙ ΛΑΛΙΑΙ.] Δείκνυσιν ὅτι φωνὴν ὥσπερ διὰ ὄψεως ἡ κτίσις ἀφίησι, καὶ βαρβάροις, καὶ Ἕλλησι, καὶ πᾶσι εὐσύνοπτον. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. Οὐκ ἔστιν ἔθνος, οὐδὲ γλῶσσα, φησὶν, ἡ μὴ συνιεῖσα ταύτης τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τοσοῦτος αὐτῶν ὁ φθόγγος, ὡς δύνασθαι ὑπὸ πάντων ἀκούεσθαι. Οὐ γὰρ ἀνθρωπίναις εἰκάζονται, ὡς τὸν Ἕλληνα μὴ νοεῖν τὸν βάρβαρον, ἀλλὰ πᾶσαι αὗται γνωσταὶ, καὶ σαφεῖς, μίαν παρέχουσαι γνῶσιν ἅπασι, παρά του ἐγίνοντο. Οὐχ ὡς ἐμψύχων ὄντων δὲ, προσωποποιΐα γάρ ἐστιν. Ὃ σαφέστερον ὁ Σύμμαχος· Οὐ ῥῆσιν, οὐδὲ λόγον, ὧν οὐκ ἀκούονται αἱ φωναὶ, ἀλλ' εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. Οὐ γὰρ λόγον, φησὶν, ἀφιᾶσιν, οὐδὲ ῥῆμα προφέρουσι, ἀλλὰ τὴν τάξιν ὑποδεικνῦσαι, πάντας πρὸς ὑμνῳδίαν καλοῦσι τοῦ κτίσαντος. Προσεχρήσατο δὲ τοῖς ῥητοῖς ὁ Παῦλος περὶ τῶν Ἀποστόλων.

ϛ'. ΕΝ ΤΩ ΗΛΙΩ ΕΘΕΤΟ ΤΟ ΣΚΗΝΩΜΑ.] Πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ ὁ ἥλιος διδάσκαλος καθέστηκε τῆς τοῦ θεοῦ δοξολογίας. Ἀπὸ γὰρ οὐρανοῦ, καὶ ἡμέρας, καὶ νυκτὸς, ἀναγκαίως ἐπὶ τοῦτον μεταβαίνει, τῇ Μωσαϊκῇ ἑπόμενος τάξει. Πῶς δὲ καθέστηκεν; οἷα γὰρ δεσπότου καὶ ποιητοῦ ἀπαράβατον νόμον τηρεῖ, καὶ ἐκπορεύεται μὲν ὄρθριος, ὥσπερ ἐξ ἀδύτου νυμφῶνος, ὡραϊσμένος οἷα νυμφίος. Ἐπεὶ δ' ἂν δὲ τὸν ὁρίζοντα ὑπερβῇ, εὐμεγέθης ὡς γίγας χαίρων διιππεύει, καὶ τὸν οἰκεῖον ἀκμητὶ δρόμον διεξανύει, πᾶσιν ἐξ ἴσου τῆς θέρμης καὶ τῆς ἀκτῖνος μεταδιδούς. Διὸ εἴρηται, Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο· ὅπερ ἀσαφῶς εἰρημένον, λευκότερον ἡρμήνευσαν οἱ λοιποί. Ὁ μὲν Ἀκύλας εἰπὼν, Τῷ ἡλίῳ ἔθετο σκήνωμα ἐν αὐτοῖς· ὁ δὲ Σύμμαχος, τῷ ἡλίῳ ἔταξε σκηνὴν ἐν αὐτοῖς, ἤτοι οἶκον. Ποῦ ἔθετο; Ἐν τοῖς προλεχθεῖσι, φησι. ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τῷ στερεώματι τὸ τοῦ ἡλίου οἴκημα ἔθετο ὁ θεός. ὃ καὶ παστὸν ὠνόμασε· καθὼς καὶ Μωσῆς φησι· Καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι. Ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ δὲ, Τῷ ἡλίῳ ἔθετο σκήνωμα ἐν αὐτοῖς. ὃ οἷον ἐν ὑπερβατῷ ἐξελλήνισαν, ἴσως τῶν ἀντιγράφων οὕτως ἐχόντων, ἢ βουλόμενοι παραστῆσαι, ὡς τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ ἡ τοῦ οὐρανίου σώματος στροφὴ διάδηλος γίνεται, καὶ οἱονεί τι σκήνωμα τοῖς οὐρανοῖς ὁ ἥλιος ἀναφαίνεται. Ἢ τὸ αὐτοῦ εἶπεν, οὐ περὶ τοῦ οὐρανοῦ αὐτοῖς ἐπελθών, ἀλλὰ περὶ τοῦ θεοῦ, κατὰ τοιαύτην τὴν ἔννοιαν.

4. NON SVNT LOQVELÆ.] Oſtendit quomodo creatura quaſi per viſum emittat vocem tam barbaris quàm Græcis, eamq; omnibus manifeſtam. Quod autem dicit, eſt huiuſmodi: Non eſt, inquit, gens, neque lingua, quæ hanc vocem non intelligat; ſed tantus eorum ſonitus eſt, vt ab omnibus audiri valeat. Neque enim humanis linguis ſimiles ſunt, ita vt Græcus barbarum non intelligat; ſed omnibus notæ ſunt ac manifeſtæ, vnam omnibus notitiam exhibentes, cum ab aliquo factæ ſunt. Non quaſi animatæ ſint: eſt enim proſopopœia. Quod clariùs Symmachus ait: *Non verbum, neque ſermonem, quorum non audiantur voces; ſed in omnem terram.* Non enim, inquit, ſermonem emittunt, aut verbum proferunt: ſed ordinis ſui oſtenſione, omnes ad conditoris laudem prouocant. Accommodatè autem Paulus vſus eſt his verbis, de Apoſtolis loquens.

COMMENTARIVS PATRVM. *Omnis creatura declarat creatorem.* *Rom. 10, 18.*

6. IN SOLE POSVIT TABERNACVLVM.] Præter ea quæ dicta ſunt, etiam ſol ipſe profeſſor conſtitutus eſt laudis Dei. A cęlo enim, ac die & nocte, neceſſariò ad hunc tranſit, ordinem Moſaicum ſecutus. Quomodo autem conſtitutus eſt? quatenus nempè Domini ac conditoris ſui legem ſeruat inuiolatam; & egreditur quidem matutinus, tamquam de ſponſali thalamo, ſplendidus vti ſponſus. Vbi autem horizontem tranſſcendit, procerus vt gigas eum gaudens perequitat, curſumque ſuum ſine labore abſoluit, omnibus ex æquo calorem & radios cõmunicans. Quocirca dicitur, *In ſole poſuit*; quod cùm obſcurè ſatis dictum ſit, magis dilucidè reliqui interpretati ſunt: Aquila quidem, *ſoli poſuit tabernaculum in ipſis*; Symmachus verò, *ſoli poſuit vmbraculum in ipſis*, id eſt domum. Vbi poſuit? In ijs, inquit, quæ prædicta ſunt. In cælo & firmamento ſolis habitaculum poſuit Deus: quod & thalamum nominauit, vt etiam Moyſes ait: *Et poſuit ipſos in firmamento.* In Hebræo autem eſt, *Soli poſuit tabernaculum in ipſis.* Quod quaſi per hyperbaton ſic Græcè reddiderunt, fortè quia ſic habebãt exemplaria, vel quod vellẽt declarare, ſolis motu cæleſtis corporis cõuolutionem fieri manifeſtam, & ſolem quaſi quoddam tabernaculum cælis apparere. Vel illud *ſuum* dixit, non de cælo ipſis loquens, ſed de Deo, iuxta hunc ſenſum.

Sol, præco laudis Dei. *Gen. 1, 15.*

Quòd

COMMENTARIVS PATRVM.

Sol ſpeculum,in quo relucet Deus.

Quòd nimirum Deus ſolem propoſuerit, vt exemplum ſuæ illuſtrationis; atque ita tamquam tabernaculum aliquod ſuum viſibiliter efformauerit,id eſt,veluti ſpeculum quoddam ſuum conſtituerit,& habitaculum quod ipſum indicaret, non ſecùs ac domus regia ſplendorem regis inſinuat. Neque enim fabuloſis hæreticorum nugis attendendum eſt, qui tradunt Saluatorem poſt reſurrectionem corpus ſuum quod geſſit, in ſolari globo depoſuiſſe cuſtodiendum vſque ad ſecundum aduentum. Alius autem ſic explicat dictum illud, quòd nimirum ipſum tantæ molis exiſtentem, à nullo ferri, ſed à ſeipſo ſuſtentari, & ſemetipſum ferre fecerit.Id eſt,ſoli præcepit, vt ſeipſum ferret. Atque ipſa quidem magnitudo eius ſatis erat ad admirationem.Nunc verò & addit pulchritudinem, ac dein velocitatem: poſtquam enim dixerat ipſum explere curſum ſuum,ſpatium etiam declarauit. *A ſummo*,inquit,*cælo vſque ad finem eius.* A meta enim ſeu ab Orientis centro incipiens, vnius noctis ac diei ſpatio totum orbem percurrit. Prætereà tanta eius eſt vtilitas,vt nemo expers ſit ipſius caloris ac fœcunditatis. Calorem autem, & non lumen, memorauit, vt maiorem oſtendat efficacitatem: lumine enim etiam eminùs fruimur, non autem calore, niſi appropinquemus. Sol autem etiam longiſſimè radios emittens, calorem cum lumine impertit. Mirificè autem per omnia ſolem laudauit, vt auctoris eius munificentiam declararet.

Solis pulchritudo, & vtilitas.

8. Lex Domini immacvlata.] Atqui hæc ſufficiebant ad creatorem hominibus demonſtrandum: verumtamen adhæc & legem nobis adiumento largitus eſt,quæ errantes dirigere poſſet. Diuerſis autem nominibus legem Moſaicam appellat. Cùm autem *immaculata* ſit, immaculatas reddit animas, & *ſapientiam præſtat paruulis*,dum minarum teſtimonio deterret. Ceterùm, dum quis etiam cauſſam diſcit iuſtificationis Dei,lætatur. Quin & cor illuminat, per ea quæ præcipit illi qui Deum colit, & per illa quibus terret, pios reddendo, æterna bona conciliat.Caſtus autem eſt hic timor, & à reprehenſione purus;humanus autem metus probroſus eſt,quare etiam puſillanimitas vocatur.Quin & diuinam ſententiam iuſtificat,quòd iuſtè honores atq; ſupplicia hominibus infligat,quorum

Lex nobis ad directionem data.

Effectus legis quales.

Timor Dei ſanctus.

ὅτι εἰκόνα ὁ Θεὸς τῆς ἑαυτοῦ φωτοδοσίας τὸν ἥλιον προὔθηκε, καὶ οὕτως ὡς σκήνωμά τι ἑαυτοῦ τὸν ὁρώμενον ἀφομοιῶσαι, ἀντὶ τοῦ, ἔσοπτρον ἑαυτοῦ τοῦτον τέθεικε, διάγγελον οἰκητήριον, οἷον τι βασίλειον οἴκημα, τὸ τούτου κάλλος μηνύοντα. Οὐ γὰρ προσεκτέον τοῖς τῶν αἱρετικῶν φληνάφοις, οἵ φασιν ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὁ σωτὴρ ἐν τῇ ἡλιακῇ σφαίρᾳ ἀπέθετο ὃ ἐφόρησε σῶμα, φυλάττεσθαι, μέχρι τῆς δευτέρας παρουσίας. Ἄλλος δὲ οὕτως ἀναπτύσσει τὸ ῥητόν· ὅτι τοσοῦτον ὄντα τὸ μέγεθος, παρ' οὐδενὸς ἐποίησε φέρεσθαι, ἀλλ' ὑφ' ἑαυτοῦ βαστάζεσθαι, καὶ ἑαυτὸν φέρειν. Ἀντὶ τοῦ, αὐτὸν τὸν ἥλιον ἔταξε φέρειν ἑαυτόν. Καὶ ἤρκει μὲν καὶ τὸ μέγεθος εἰς θαῦμα. Νῦν δὲ προστίθησι καὶ τὸ κάλλος, εἶτα καὶ τὸ τάχος· εἰπὼν γὰρ, ὅτι δρόμον ἐκπληροῖ, καὶ τὸ διάστημα ἐσήμανεν. Ἀπ' ἀρ[illegible], φησι, τοῦ οὐρανοῦ μέχρι τοῦ τέλους· ὡς γὰρ ἀπὸ νύσσης ἀρξάμενος, τοῦ κατ' ἀνατολὰς φέροντος κέντρου, διατρέχει νυχθημέρῳ ἐν τὸν σύμπαντα κόσμον. Εἶτα καὶ ἡ χρεία, ὡς μηδένα γίνεσθαι ἀνεπαίσθητον τῆς αὐτοῦ θέρμης, καὶ ζωογονίας. Θέρμης μέντοι, οὐ φωτὸς, ἐμνημόνευσε, μείζονα δεικνὺς τὴν ἐνέργειαν. Φωτὸς γὰρ καὶ πόρρωθεν ἀπολαύομεν, θέρμης δὲ οὐδαμῶς, εἰ μὴ πλησίον γενοίμεθα. Ὁ δὲ ἥλιος πόρρωθεν ἀφιεὶς τὴν ἀκτῖνα, καὶ θέρμης σὺν τῷ φωτὶ μεταδίδωσι. Θαυμαστῶς δὲ διαπαντὸς ἐπῄνεσε τὸν ἥλιον, ἵνα δείξῃ τοῦ πεποιηκότος τὴν φιλοτιμίαν.

ή. Ο ΝΟΜΟΣ ΚΥΡΙΟΥ ΑΜΩΜΟΣ.] Ἀπόχρη καὶ ταῦτα δεῖξαι τοῖς ἀνθρώποις τὸν ποιητὴν, ἀλλ' ὅμως καὶ νόμον ἔδωκεν εἰς βοήθειαν, ἐπιστρέψαι τοὺς πλανωμένους δυνάμενον. Διαφόροις δὲ ὀνόμασι τὸν Μωσαϊκὸν νόμον καλεῖ· Ἄμωμος δὲ ὢν, ἀμώμους ποιεῖ τὰς ψυχὰς, καὶ τοὺς νηπίους σοφίζει, τῇ τῶν ἀπειλῶν μαρτυρίᾳ φοβῶν. Ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν τις μαθὼν τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιώσεως, εὐφραίνεται. Φωτίζει δὲ καὶ τὴν καρδίαν, δι' ὧν ἐντέλλεται τῷ θεραπεύοντι τὸν Θεὸν, καὶ δι' ὧν δεδίττεται, εὐλαβεῖς ποιῶν, τὰ αἰώνια προξενεῖ ἀγαθά. Ἁγνὸς δὲ οὗτος ὁ φόβος, καὶ μέμψεως καθαρός· ὁ γὰρ τῶν ἀνθρώπων, ἐπίψογος, διὸ καὶ δειλία καλεῖται. Καὶ τὴν θείαν δὲ δικαιοῖ ψῆφον, τιμὰς ἐπάγων ἐνδίκως καὶ τιμωρίας ἀνθρώποις, ὧν ὁ βίος τοῖς

ἀλό-

ἀλόγοις οὐ παραβάλλεται κτήνεσιν, ἢ πάλιν ἀλόγως ζῶσιν· ἢ φόβον τὸν τελειωτικόν φησιν, ὃς καὶ μόνος ἁγνός. Ὁ γὰρ προκαταρκτικὸς φόβος οὐκ ἔστιν ἁγνὸς, διὰ τὴν τῶν πονηρῶν ἔργων ὑπόληψιν, τῶν ἑκάστου τῶν ἀρχομένων κολλᾶσθαι θεῷ, οἷς περὶ τούτου ἐχραίνθησαν. Ἢ ἐπεὶ ἁγνεία ἁμαρτημάτων ἀποχὴ, ἁγνὸς ὁ ἁγνοὺς ποιῶν. ἢ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ νομικοῦ φόβου, ἐκεῖνος γὰρ κολαστικὸς ἦν. Ἢ ἁγνὸς, ἐπεὶ τῷ μαθόντι ὅτι ἐστὶ θεὸς, ἀναγκαῖόν ἐστι φοβεῖσθαι, καὶ καθαρῶς διάγειν, εἰδότι ὡς οὐκ ἔστι παραβάντα μὴ δοῦναι δίκην. Ἀληθινὰ γὰρ καὶ δεδικαιωμένα τὰ θεῖα λόγια. ἃ δὴ καὶ ἄξια τοῦ ἀγαπᾶσθαι ὑπὲρ τὰς τιμιωτέρας ὕλας, καὶ τοῖς εὐσεβέσι τῶν ἐν ἡδονῇ πάντων γλυκύτερα. Τοῦτο δὲ οἶον ἐκ διαθέσεως εἴρηκεν, ἀφ᾽ ὧν γὰρ αὐτὸς διέκειτο περὶ θεὸν, διδάσκει διακεῖσθαι καὶ τοὺς λοιπούς. Ἕτερος νόμον φησὶ, τὸν διὰ τῆς κτίσεως θεωρούμενον. ὃ γὰρ ποιεῖ, φησὶν, ὁ γραπτὸς νόμος, παιδεύων τοὺς εἰδότας τὰ γράμματα τὸ οἰκεῖον βούλημα, τοῦτο ποιεῖ καὶ ὁ διὰ τῆς κτίσεως νόμος, παιδεύων τοὺς συνετοὺς ὁρῶντας, ὅτι ἐστί τις δημιουργός. Ἄλλος τὸν εὐαγγελικὸν νόμον. Πιστὴ δὲ ἡ τοῦ θεοῦ μαρτυρία, μαρτυρουμένη ἐπ᾽ ἔργοις ἀγαθοῖς, καὶ βεβαία. αὕτη καὶ νηπίους σοφίζει, τοὺς ἐν Χριστῷ γεννωμένους ὡς τὰ παιδία, καὶ ἄφρονας, καὶ ἀνθρωπίνης σοφίας ἀπείρους. Καὶ τὰ δικαιώματα εὐθῆ (μηδὲν ἔχοντα σκολιὸν) εὐθεῖς τοὺς παραδεχομένους ποιεῖ, καὶ ἐν εὐφροσύνῃ. Καὶ ὁ θεῖος φόβος εὐλαβείᾳ καὶ σεβασμῷ ἁγνοὺς ἀπεργάζεται, καὶ πρόσκαιρος οὐκ ἔστιν. Ἀλλὰ καὶ τὰ κρίματα ἀληθινὰ, διὰ τὴν ἣν κρίνει ἀλήθειαν, ὧν τῇ ἡδονῇ οὐδὲν τίμιον παραβάλλεται. Ταῦτα πάντα ὁ τοῦ θεοῦ δοῦλος φυλάττων, πολλὴν ἕξει τὴν ἀμοιβήν. γίνεται γὰρ μισθὸς τῆς φυλακῆς αὐτῶν, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν. Ἢ οὕτω· Καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου, οἷον δεδοκίμασταί μοι εἶναι ταῦτα ἐπιθυμητὰ καὶ γλυκέα, ὡς μὴ ἄχρηστα τῷ φυλάσσοντι, ἀμοιβὰς παρέχειν πολλάς.

ιγ΄. ΠΑΡΑΠΤΩΜΑΤΑ ΤΙΣ ΣΥΝΗΣΕΙ;] Ἐντεῦθεν διδάσκει, ὅτι μετὰ τὸ εὐσεβεῖν, δεῖ φροντίζειν τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν καὶ περὶ τὰ ἀνθρώπινα. ἀλλὰ πρότερον διαπορεῖ, Παραπτώματα, λέγων, τίς συνήσει; ἀντὶ τοῦ, τὸν δὲ λόγον τῶν ἁμαρτημάτων. Τίς ἄρα οὕτω συνετὸς, ὥστε διϊδεῖν καὶ φυλάξασθαι,

vita pecoribus ratione carentibus, vel irrationali modo viuentibus, non aſſimilatur: vel timorem vocat perficientem, qui ſolus ſanctus eſt. Nam timor initialis, non eſt ſanctus, propter prauorum operum ſuſpicionem, quâ quilibet laborat qui Deo adhærere incipit, quòd ijs hactenus fuerint coinquinati. Vel quia, cùm ſanctitas ſit à peccatis abſtinentia, ſanctus vocatur, quòd ſanctos efficiat; vel ad differentiam timoris legalis; ille enim ſupplicium adferebat. Vel *ſanctus*, quia is qui diſcit Deum eſſe, neceſſum eſt vt eum timeat, & caſtè viuat, ſciens eum qui præuaricatur, ſupplicium non euadere. Oracula enim Dei vera ſunt, & iuſtificata, quæ vtique etiam digna ſunt vt diligantur præ materijs pretioſis: quæ & viris pijs omni etiam voluptate ſuauiora. Hoc autem quodammodò ex affectu dixit: ex quo enim ipſe erga Deum benè affectus fuit, alios etiam docet vt erga eum benè afficerentur. Alius legem illam intelligit, quæ per creationem conſpicitur. Quod enim, inquit, lex ſcripta facit, litterarum peritis mentem ſuam explicando: hoc facit etiam lex creaturæ, ſeu naturæ, prudentes ſpectatores erudiens, aliquem eſſe conditorem. Alius intelligit legem Euangelicam. Porrò *teſtimonium* Dei *fidele* eſt, dum bonis operibus ſuffragatur, & conſtans exiſtit. Hæc & *ſapientiam præſtat paruulis*, in Chriſto natis, tamquam infantibus, & inſipientibus, & humanæ ſapientiæ expertibus. Et iuſtitię rectæ (cùm nihil obliqui habeant) rectos faciunt, & lætificant ſuſcipientes. Et diuinus timor, pietate ac religione ſanctos efficit, neque temporaneus exiſtit. Quin & *iudicia vera*, propter eam quam iudicant veritatem, quorum delectationi nulla res pretioſa comparatur. Hæc omnia ſi Dei ſeruus obſeruauerit, amplam habebit remunerationem. Horum enim obſeruationis præmium ſunt ea quæ oculus non vidit. Vel ſic: *Etenim ſeruus tuus*, q. d. Viſa mihi ſunt iſta deſiderabilia dulciaque, vt quæ cuſtodienti minimè inutilia, magnas præbeant remunerationes.

Oracula Dei pretioſa.

Teſtimonium Dei fidele.

Iudicia Dei vera.

13. DELICTA QVIS INTELLIGET?] Docet hîc vnà cum pietate curandum eſſe, ne quis peccet etiam circa res humanas. Sed primùm quaſi dubitando ait: *Delicta quis intelligit?* id eſt, peccandi rationem. Quis vtique tam peritus eſt, vt diſpicere atque obſeruare valeat, atque

Occulta peccata difficulter intelliguntur.

COMMENTARIVS PATRVM.

atque intelligere differentiam voluntarij & inuoluntarij? Statim itaque tranſit ad voluntarium, *occulta* vocans illa quæ ſunt ſecundùm concupiſcentiam, cui ſuccumbimus: *aliena* verò, quæ extrinſecùs nobis inopinatò accidunt, quæ externi fortuita vocare ſolent, quales ſunt res aduerſæ. Vel quoniam manifeſta quidem & completa peccata facilè quis noſſe poſſit; rarus autem exiſtat, qui deprehendat ea quæ in abſcondito & cogitationibus committuntur. ſiquidem particula *quis*, ponitur hîc pro raro. Rogat igitur vir iuſtus vt ab his expietur, cùm ipſe non ſufficiat iſtis cognoſcendis: quod nî fiat, etiam aliena eum inuadere poterunt. Parce igitur, inquit, me mundando, ne hoc eueniat, & in opus peccatum prodeat. Niſi enim, inquit, abolitæ fuerint internæ ſordes incumbentes, occaſio erunt vt me aliena comprehendant. Parcens igitur ſeruo tuo, non permittes me ab alienis comprehendi, ſi ab occultis meis mundaueris me. Alius, Multa, inquit, me pertrahunt ad peccandum, ſcilicet imbecillitas naturalis, aduerſitas, ignorantia; &, quamuis opus fugero, coinquinor cogitatione, & te adiutore opus habeo. Aquila pro *alienis*, Etiam, inquit, *à ſuperbis conſerua me ſeruum tuum.* Cùm enim rectè agentes quandoque paſſio iſta ſequatur, dum nimirum animus languet, ita vt præ tumore exorbitent; neceſſariò, cùm dixit, *Quia ſeruus tuus cuſtodit ea*, rogat vt ab animi elatione liberetur; à quâ purgatus, ait ſe fore immaculatum, vt qui non ampliùs præfidat. Vel quoniam etiam poterat de alienis peccatis accuſari, vt quando v.g. magiſter negligit diſcipulos, vel pater filios, vel ſacerdos & princeps populum. Hi enim, cùm non ſecùs atque ipſi negligentiâ ſuâ culpam contrahant, puniuntur.

Multa trahunt ad peccatum.

Aliena peccata quæ nobis imputentur.

14. Si mei non fuerint dominati.] Id eſt, ſi mihi non fuerint dominatæ occultæ cogitationes prauæ, atque ſuperbia; *tunc*, inquit, *immaculatus ero*, ab omni peccato expiatus. Vel quia, ſi illa quæ ſecundùm concupiſcentiam in occulto accidunt, & externas meas aduerſitates ſuſtuleris, mundus inuenior à voluntario delicto, quod *peccatum maximum* appellauit: quoniam inuoluntarium delictum, quantumuis magnum ſit, veniam obtinet. Vel *maximum* vocat id quod opere completum eſt. Quo facto, *Et erunt vt complaceant eloquia*: id eſt, erunt ad beneplacitum, ad

Peccatum voluntarium eſt maximum.

καὶ γνῶναι διαφορὰν ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου; Εὐθὺς οὖν χωρεῖ πρὸς τὸ ἑκούσιον, κρύφια καλῶν τὰ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν, καθ' ἣν ἡττώμεθα· ἀλλότρια δὲ τὰ ἔξωθεν ἡμῖν ἐπισυμβαίνοντα ἀπροόπτως, ἅπερ καλεῖν ἔθος τοῖς ἔξωθεν τυχηρά· οἷον τὰ περιστατικά. Ἢ ἐπεὶ τὰς μὲν φανερὰς καὶ ἀποτελεστικὰς ἁμαρτίας τις εἴσεται, τὰ δὲ ἐν κρυπτῷ γινόμενα καὶ ἐνθυμήσεσιν, ὁ φωράσων σπάνιος· τὸ γὰρ τίς; νῦν ἐπὶ τοῦ σπανίου. Εὔχεται γοῦν ὁ δίκαιος ἀπὸ τούτων καθαρθῆναι, ὡς μηδὲ αὐτὸς ἱκανὸν αὐτὰ συνιδεῖν. εἰ μὴ γεγονότος, ἔστιν ὑπ' ἀλλοτρίοις ἁλῶναι. Φεῖσαι τοίνυν, φησί, καθαρίσας, ἵνα μὴ τοῦτο γένηται, καὶ προσέλθῃ εἰς ἔργον ἡ ἁμαρτία. εἰ γὰρ μὴ ἀφανισθείη ὁ ἔνδοθεν ῥύπος ἐπιτεθείς, ἀφορμὴ γενήσεται τοῦ ἁλῶναί με ὑπ' ἀλλοτρίων. Φειδόμενος οὖν τοῦ σοῦ δούλου, μὴ ἐάσῃς ὑπ' ἀλλοτρίων ἁλῶναι, ἀπὸ τῶν κρυφίων καθαρίσας με. Ἄλλος, πολλά, φησι, καθέλκει με πρὸς ἁμαρτίαν, ἀσθένεια φυσική, περίστασις, ἄγνοια, καὶ κἂν τὴν πρᾶξιν φύγω, ῥυποῦμαι τὸν λογισμόν, καὶ βοηθοῦντός σου δέομαι. ὁ δὲ Ἀκύλας, ἀντὶ τοῦ ἀλλοτρίων, καίγε ἀπὸ ὑπερηφάνων συντήρησόν με τὸν δοῦλόν σου. Ἐπεὶ γὰρ τοῖς κατορθοῦσιν ἔσθ' ὅτε τὸ πάθος τοῦτο παρέπεται, χαυνουμένης τῆς διανοίας, καὶ διὰ τῦφον ἐκτραχηλίζονται, ἀναγκαίως, εἰπών, ὅτι ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτά, ἱκετεύει ῥυσθῆναι τῆς ὑπερηφανίας, ἀφ' ἧς καθαρθεὶς λέγει ἄμωμος ἔσεσθαι, ὡς μήπω θαρρῶν. Ἢ ἐπεὶ ἔνι καὶ ἀπ' ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ἐλέγχεσθαι, οἷον ὅταν μαθητῶν ῥαθυμήσῃ διδάσκαλος, ἢ πατὴρ τέκνων, ἢ λαοῦ ἱερεὺς καὶ ἄρχων. οὗτοι γὰρ ὡς αὐτοὶ τὴν αἰτίαν ἐν τῷ ῥαθυμεῖν δεδωκότες κολάζονται.

ιδ'. ΕΑΝ ΜΗ ΜΟΥ ΚΑΤΑΚΥΡΙΕΥΣΩΣΙ.] Τουτέστιν, ἐὰν μή μου οἱ ἐν κρυφῇ πονηροὶ λογισμοί, καὶ ἡ ὑπερηφανία κατακυριεύσωσι, τότε, φησίν, ἄμωμος ἔσομαι, τῆς παντελοῦς καθαρθεὶς ἁμαρτίας. Ἢ ὅτι τὰ κατ' ἐπιθυμίαν συμβαίνοντα ἐν κρυφῇ, καὶ τὰ ἔξωθεν περιστατικὰ εἰ περιέλῃς μου, εὑρίσκομαι καθαρὸς ἑκουσίου πλημμελήματος, ὃ μεγάλην ἁμαρτίαν ἐκάλεσεν, ἐπεὶ τὸ ἀκούσιον, ὡς ἂν ᾖ μέγα, συγγνώμην ἔχει. Ἢ μεγάλην τὴν ἀποτελεσματικήν φησιν. οὗ γενομένου, Καὶ ἔσονται εἰς εὐδοκίαν τὰ λόγια, ἀντὶ τοῦ εἰς εὐαρέστησιν, εἰς

ἀγα-

ἀγαθὸν θέλημα. Καὶ ἡ καρδία μου μελετήσει τὰ δέοντα· ἤτοι λόγια, ἃ προεῖπεν εὐχόμενος, ἤτοι τὰ τῆς εὐχῆς μου, τὰ τῆς δοξολογίας, ἐν ἀποδοχῇ γενήσεται. ὅτι καὶ μελετῶν ἐν λογισμοῖς, ἄμωμος ἔσομαί σοι, διαπαντὸς βοηθούμενος ἐφ' οἷς καλῶς προῄρημαι, καὶ λυτρούμενος ὧν βούλομαι πταίειν. Ἢ τὴν τοῦ βαπτίσματος χάριν προσαγορεύει, καὶ τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν διδοῦσαν, καὶ πρὸς τὸ μέλλον βοηθοῦσαν. Καὶ ἁρμόδιον τῷ ψαλμῷ τὸ ἀκροτελεύτιον τέθεικε· κύριον μὲν καλέσας ὡς ποιητήν, λυτρωτὴν δέ, ὡς διὰ τῆς παλιγγενεσίας φθορᾶς ἐλευθεροῦντα, καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδύοντα.

bonam voluntatem. Et cor meum decentia meditabitur, ſcilicet eloquia, quæ orans prædixit: id eſt meæ orationes, ac laudis oblationes acceptæ erunt. Quin & meditans in cogitationibus immaculatus ero tibi, ſemper adiutus in ijs quæ ritè propono, & redemptus ab his in quæ impingere volo. Vel prædicit gratiam baptiſmatis, quæ & præteritorum remiſſionem tribuit, & in futurum tempus auxilium impertit. Atque accommodatam pſalmo perorationem poſuit, appellando quidem Dominum vt conditorem, redemptorem verò, tamquam per regenerationem ab interitu liberantem, & incorruptionem largientem.

CATENA PATRVM.

Baptiſmi efficacia.

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰσαγωγικὴν διδασκαλίαν περιέχει ὁ παρὼν ψαλμός, ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων πρὸς τὰ ἔθνη. διὸ καὶ οὐρανόν, καὶ ἥλιον, καὶ τὰ ἕτερα στοιχεῖα (οὓς καὶ μεγάλους ἐνόμιζον θεοὺς) ταῦτα ἀνυμνεῖν τὸν ποιητὴν αὐτῶν λέγεται.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς τῶν εἰς ἀγαθὸν τέλος παραπεμπόντων ἐστίν· ὡς δὲ τοὺς ἐχθροὺς καταγωνισαμένου, Σύμμαχος ἐξέδωκεν, ἐπινίκιος ᾠδὴ τοῦ Δαβίδ· διὰ τὸ ἀνακεῖσθαι τοὺς ἐπινικίους ὕμνους τῷ τὰς νίκας δωρουμένῳ θεῷ.

β'. ΟΙ ΟΥΡΑΝΟΙ ΔΙΗΓΟΥΝΤΑΙ ΔΟΞΑΝ ΘΕΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὔτε γὰρ γῆ, οὔτε ὁ ἐκ γῆς χοϊκὸς διηγήσασθαι δύναται δόξαν θεοῦ. Ὁ γὰρ ὢν ἐκ τῆς γῆς, περὶ τῆς γῆς λαλεῖ. Τάχα δὲ οὐρανοί εἰσιν, οἱ τοῦ οὐρανίου τὴν εἰκόνα φοροῦντες, οἵτινες διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, εἰσὶ δὲ καὶ οὐρανοὶ ποίημα χειρῶν θεοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Εἰ δέ τις μεγίστην καὶ καλλίστην οἰκοδομίαν θεώμενος, τὸν οἰκοδόμον θαυμάζει, καὶ ὁ σκάφος ὁρῶν εὖ καὶ καλῶς κατεσκευασμένον, τὸν ναυπηγὸν ἐννοεῖ, καὶ τῇ θεωρίᾳ τῆς εἰκόνος, ἡ τοῦ ζωγράφου συνεισέρχεται μνήμη· πολλῷ δήπουθεν ἡ κτίσις ὁρωμένη, πρὸς τὸν δημιουργὸν ποδηγεῖ τοὺς ὁρῶντας. Οὐρανοῦ δὲ καὶ στερεώματος ἐμνημόνευσεν, ἀκολούθως τῇ τοῦ μεγάλου Μωσέως διδασκαλίᾳ. καὶ γὰρ ἐκεῖνος πρῶτον εἶπε γεγενῆσθαι τὸν οὐρανόν, εἶτα διηγεῖται καὶ τὴν τοῦ στερεώματος δημιουργίαν, ὃ πάλιν οὐρανὸν προσηγόρευσε.

ΑΣΤΕΡΙΟΥ. Λογικοὺς δὲ οὐρανοὺς διηγου-

ATHANASII. Introductoriam doctrinam ad Gentes ex perſona Apoſtolorum, hic Pſalmus continet: quare & cælum, & ſol, & elementa reliqua (quæ magnos deos putabant) factorem ſuum laudare dicuntur.

EVSEBII. Etiam hic Pſalmus inter eos eſt, qui ad lætum nos finem dirigunt. Quaſi autem hoſtium debellatori, Symmachus *Canticum pro victoria Dauid*, reddidit, eò quòd victoriarum datori Deo victoriæ hymnos contineat.

2. CÆLI ENARRANT GLORIAM DEI.] ORIGENIS. Neque enim terra, neque de terra terrenus enarrare poteſt gloriam Dei. Nam *qui ex terra eſt, de terra loquitur.* Fortè verò cæli ſunt, qui gerunt imaginem cæleſtis: hi gloriam Dei enarrant, ſunt autem etiam cæli opus manuum Dei.

Terreni non poſſunt enarrare gloriam Dei. 1.Cor.15.

THEODORETI. Si autem quis maximum & pulcherrimum ædificium inſpiciens, architectum miratur, & nauigium videns benè pulchreque conſtructum, naupegum conſiderat, & cum contemplatione imaginis, memoria pictoris ſimul occurrit; multò magis mundi fabrica quæ videtur, ad opificem videntes adducit. De cælo autem & firmamento mentionem fecit, magni Moyſis doctrinam ſecutus: etenim ille primùm cælum factum fuiſſe dicit, deinde & firmamenti facturam enarrat, quod rurſus cælum appellauit.

Vt opus artificem, ſic cæli Deum manifeſtant.

Gen.1.

ASTERII. Rationales autem cælos Dei gloriam

Rationales cæli, ſunt Angeli & Sancti.

CATENA PATRVM.

*Ezech. 3, 12. Iſa. 6, 3. * Vulgata exercituũ. Luc. 2, 13.*

gloriam enarrantes, rectè dixeris Angelos, & homines ſanctos. Nam Ezechiel audiuit Angelos & Archangelos, Cherubim ac Seraphim dicentes: *Benedicta gloria Domini de loco ſuo.* Et Iſaias: *Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus * ſabaoth, plenum eſt cælum & terra gloriâ eius.* Et Lucas dicit: *Facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantium Deum.* Illa vox *enarrant*, aſſiduam gloriæ celebrationem ſignificat. Quod vtique & faciunt omnes Sancti, qui in terris ſimilem angelicæ vitam ducunt. Et Prophetæ quoque dicunt: *Ipſe fecit nos, & non ipſi nos.* Et Apoſtoli: *Ipſius enim ſumus factura.*

Pſal. 99, 3. Epheſ. 2, 10.

μένους δόξαν Θεοῦ, λέγοις ἂν ἀγγέλους, καὶ ἁγίους ἀνθρώπους. Ἀγγέλων γὰρ καὶ Ἀρχαγγέλων, Χερουβίμ τε, καὶ Σεραφὶμ ἤκουσεν Ἰεζεκιὴλ λεγόντων, Εὐλογημένη ἡ δόξα κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. καὶ Ἡσαΐας, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαώθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ Λουκᾶς δέ φησιν, Ἐγένετο σὺν τῷ ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, αἰνούντων τὸν Θεόν. Τὸ δὲ διηγοῦνται, τὴν διὰ παντὸς δοξολογίαν δηλοῖ. Ὃ δὴ ποιοῦσι καὶ πάντες οἱ ἅγιοι, τὴν τῶν ἀγγέλων πολιτείαν ἐπὶ τῆς γῆς μιμούμενοι. Καὶ οἱ προφῆται δὲ λέγουσιν, Αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς, καὶ οὐχ ἡμεῖς. Καὶ οἱ ἀπόστολοι, Αὐτοῦ γὰρ ἐσμὲν ποίημα.

3. Dies diei ervctat verbvm.] Anonymi. Symmachus autem hæc magis dilucidè tranſtulit: *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam; non verbis aut ſermonibus, quorum audiantur voces; ſed in omnem terram exiuit ſonus eorum.* Nam neque ſermonem, neque vocem emittentes, ſed proprium ordinem oſtendentes, omnem terram & mare, ad laudis canticum inuitant. Quin & Apoſtolus Apoſtolo Euangelicam prædicationem tradidit, Andreas Petro, Philippus Nathanaëli, & Ioannes duobus diſcipulis ſuis.

Ordo rerum Deum manifeſtat.

Ioan. 1.

γʹ. Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα.] Ἀνωνύμου. Σύμμαχος δὲ σαφέστερον ἐξέδωκε. Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀπαγγέλλει γνῶσιν· οὐ ῥήσεσιν, οὐδὲ λόγοις, ὧν ἀκούονται αἱ φωναί, ἀλλ' εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ἦχος αὐτῶν. Οὐδὲ γὰρ λόγον, οὐδὲ φωνὴν ἀφιεῖσαι, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν τάξιν ὑποδεικνῦσαι, πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν εἰς τὴν ὑμνῳδίαν καλοῦσι. Καὶ ἀπόστολος δὲ τῷ ἀποστόλῳ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα παρέδωκε, Ἀνδρέας τῷ Πέτρῳ, Φίλιππος τῷ Ναθαναήλ, καὶ Ἰωάννης τοῖς δυσὶ μαθηταῖς αὐτοῦ.

Viri contemplatiui, ſunt cæli.

homines actiui, ſunt firmamentum.

Perſpicua cognitio, diei ſimilis.

Notitia arcana, nocti ſimilis.

Origenis. Sed & hi qui contemplatricem vitam amplectuntur, in cælo theſaurizant; & cùm ibi cor habeant, cæli ſunt qui prædictam Dei gloriam enarrant, per ſpiritalium rerum contemplationem. Qui autem actricem vitam agunt, firmamentum exiſtunt, cùm ſint conſtantes, atque hi opus manuum Dei annuntiant, quoniam Dei opera exercent, atque ipſius etiam opera exiſtunt. Ceterùm perſpicua cognitio cùm ſit diei, alteri perſpicuæ cognitioni conformis exiſtens, eructat verbum. v. g. Scriptura vetus, ſpiritalibus referta cibis, de plenitudine ſua eructans, præbet verba nouo teſtamento. Nox verò quę eſt profundiſſima rerum arcanarum comprehenſio, ad aliam nos obſcuritatem adducit, quam comprehenſionem Dei ſpiritus tribuit his qui ipſum habent: hic etiam profunda Dei ſcrutatur. Ceterùm loquela ſermonibus præmittitur, ſermones autem ſcientiã adducunt, dum exhibent demonſtrationes. Vtrumq; autem idcirco de Deo dictum eſt, vt audiantur; quare nulla ſupereſt incredulis excuſatio.

Ὠριγένους. Ἀλλὰ καὶ οἱ τὸν θεωρητικὸν ἀσπαζόμενοι βίον, θησαυρίζουσιν ἐν οὐρανῷ· κἀκεῖ τὴν καρδίαν ἔχοντες, οὐρανοί εἰσι, διηγούμενοι τὴν προειρημένην Θεοῦ δόξαν, διὰ θεωρίας τῶν περὶ νοητῶν πραγμάτων. Οἱ πρακτικοὶ δέ, στερέωμά εἰσιν, ἑδραῖοι τυγχάνοντες, καὶ ἀπαγγέλλουσι τὴν ποίησιν τῶν τοῦ Θεοῦ χειρῶν, ἐργαζόμενοι τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τούτου τυγχάνοντες ἔργα. Καὶ ἡ φωτεινὴ δὲ νόησις ἡμέρας οὖσα, ἑτέρᾳ φωτεινῇ νοήσει σύμφωνος οὖσα, ἐρεύγεται ῥῆμα· ὡς ἡ παλαιὰ γραφή, τῶν πνευματικῶν πληρωθεῖσα τροφῶν, ἀπὸ τοῦ πληρώματος ἐρευγομένη, προσφέρεται ῥήματα τῇ καινῇ διαθήκῃ. ἡ δὲ νύξ, ἡ βαθυτάτη τῶν μυστικῶν πραγμάτων διάληψις, πρὸς ἑτέραν ἡμᾶς ἀσάφειαν ὁδηγεῖ, ἥνπερ διάληψιν δίδωσι τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα τοῖς ἔχουσιν αὐτό. τὸ καὶ τὰ βάθη ἐρευνῶν τοῦ Θεοῦ. Ἡ λαλιὰ δὲ προποιεῖται τοῖς λόγοις, οἱ δὲ λόγοι τὴν ἐπιστήμην ἐπάγουσι, τὰς ἀποδείξεις παρέχοντες. Ἀμφότερα δὲ διὰ τοῦτο παρὰ Θεοῦ λέλεκται, ὅπως ἂν ἀκουσθῶσι, διὸ καὶ τοῖς ἀπειθοῦσιν οὐκ ἔστιν ἀπολογία.

χωροῦ-

χωροῦσι δὲ τὸν φθόγγον ὅσοι τυγχάνουσι γῆ πρὸς σπόρον ἐπιτηδεία, τὴν λέξιν τὴν κατὰ τὸ αἰσθητὸν τῆς γραφῆς. Οἱ δὲ τούτους ὑπερβεβηκότες, καὶ πέρατα χρηματίζοντες, δέχονται τὰ ῥήματα σαφῶς παιδευόμενοι. Οὐ φθόγγου γὰρ ἀκούων ὁ Πέτρος ἔλεγε, Ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις. καὶ ὁ σωτὴρ ἔφη, Τὰ ῥήματα ἃ λελάληκα ὑμῖν, πνεῦμά ἐστιν. Ἀποστόλοις γὰρ ἔλεγε, πέρατα τυγχάνουσι οἰκουμένης.

ϛʹ. ΕΝ ΤΩ ΗΛΙΩ ΕΘΕΤΟ ΤΟ ΣΚΗΝΩΜΑ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καθ' ἀναγωγὴν δὲ σκήνωμα θεοῦ ἡ ἐκκλησία. Ἀλλὰ καὶ πᾶς χωρῶν τὴν δόξαν κυρίου, τεθεμελίωται ἐν αὐτῷ· ἥλιος γὰρ δικαιοσύνης Χριστός. Λέγοιτο δὲ καὶ Χριστὸς ἐν τῷ αἰσθητῷ οἰκεῖν ἡλίῳ, ἀναλόγως ἐξ αὐτοῦ θεωρούμενος, ὡς ἐξ αἰσθητοῦ νοητός. Δικαιοσύνης οὖν ἥλιος ὤν, ἐκ παστοῦ τῶν πατρικῶν ἐκπορεύεται κόλπων. ἑκὼν δὲ καὶ οἷον ἀγαλλιώμενος, τὴν ἅπασαν οἰκονομίαν ἐπλήρωσε, καταβὰς ἐξ ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὔμπαλιν ἀναβὰς ὅθεν καὶ ἐξέβη. Ἀλλ' οὐδὲ διαφεύγει τις τὸ πῦρ, ὅπερ ἦλθε βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, ὡς τῷ πνεύματι ζέοντας γενέσθαι τινας.

ΑΣΤΕΡΙΟΥ. Ἢ καὶ οὕτως. Κἂν γὰρ οἱ τυφλοὶ μὴ βλέπουσι τοῦ ἡλίου τὸ φῶς, ἀλλὰ τῆς θέρμης αἰσθάνονται· οὕτως οἱ ἄπιστοι, κἂν ἠρνήσαντο τοῦ Χριστοῦ τὴν θεότητα, ἀλλὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἔμαθον. ἢ καὶ διὰ τὴν δευτέραν παρουσίαν, ὅτε ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται· πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται. τότε γὰρ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει.

ηʹ. Ο ΝΟΜΟΣ ΚΥΡΙΟΥ ΑΜΩΜΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ πνευματικὸς νόμος, τοῖς πνευματικοῖς καθάρσιος, ἐπιστρέφει ψυχήν. ἡ μαρτυρία κυρίου δύναται τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ σταυρῷ μαρτύριον εἶναι, ἡ πιστὴ τοῦ κυρίου μαρτυρία, τοὺς νηπίους σοφίζουσα. Τὰ δικαιώματα κυρίου, ἃ περιέχει δικαιοσύνην, τῆς πρὸς ἕκαστον κατ' ἀξίαν ἀποδόσεως, τοῦ κυρίου ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ ἐστι δικαιώματα, ἢ τὰ περὶ τῆς πρὸς ἕκαστον αὐτοῦ οἰκονομίας. ταῦτα γὰρ νοηθέντα, εὐφραίνει καρδίαν. Ἡ ἐντολὴ κυρίου ἐν εἴδει γενικοῦ νόμου ἐστὶν ἐντολή· οὐ κεκρυμμένως δὲ αὕτη, ἀλλὰ τηλαυγῶς λέγεται, καὶ φυλαχθεῖσα φωτίζει τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμούς. Ὁ φόβος κυρίου ἁγνός· τῷ γὰρ φόβῳ κυρίου ἐκκλίνει πᾶς ἀπὸ κακοῦ, καὶ οἱ καρποὶ αὐτοῦ διαμένουσιν εἰς αἰῶνα αἰῶνος.

CATENA PATRVM.

Capiunt autem ſonum, quicumque ſunt terra ſemini accommodata, ſcilicet ad ſenſilem Scripturæ ſenſum litteralem. Qui verò hos tranſſcenderunt,& fines appellantur, ſuſcipiunt verba manifeſtè eruditi. Neque enim ſonum ſolum auribus percepit Petrus, cùm dixit: *Verba vitæ æternæ habes.* Quin & Saluator ait: *Verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus ſunt.* Dicebat enim hoc Apoſtolis, qui erant fines orbis terrarum.

Qui ſonum, & qui verba Dei excipiant.

Ioan. 6, 69.

Ioan. 6, 64.

6. IN SOLE POSVIT TABERNACVLVM.] ANONYMI. Secundùm anagogen verò tabernaculum Dei eſt Eccleſia. Quin & omnis qui gloriam Domini capit, firmatus eſt in ipſo: ſol enim iuſtitiæ Chriſtus eſt. Quin & Chriſtus ipſe dici poſſet in ſenſili ſole habitare, quatenus ex ipſo analogicè conſpicitur, vt ex ſenſili intelligibilis. Cùm igitur ſit ſol iuſtitiæ, de thalamo ſinus paterni egreditur: ſponte verò, & quaſi exultans, totam diſpenſationem impleuit, dum à ſummo cæli deſcendens occurrit,iterùm aſcendendo vnde & fuerat egreſſus. Ceterùm non effugit quiſquam ignem,quem venerat mittere in terram, adeò vt aliqui facti ſint ſpiritu feruentes.

Eccleſia, Dei tabernaculum.

Chriſtus ſol iuſtitiæ.

Luc. 12, 49.

Rom. 12, 11.

ASTERII. Vel etiam ſic: Etſi enim cæci ſolis lucem non videant, calorem tamen eius ſentiunt:ita infideles,licet Chriſti diuinitatem negent,ipſius tamen nominis virtutem didicerunt. Vel etiam in ſecundo aduentu,quando *Deus manifeſtè veniet: Deus noſter, & non ſilebit: ignis in conſpectu eius exardeſcet.* Tunc enim *vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit.*

Virtus Dei omnibus innoteſcit.

Pſal. 49, 3.

1. Cor. 3, 13.

8. LEX DOMINI IMMACVLATA.] ORIGENIS. Lex ſpiritalis,quæ viris ſpiritalibus expiationi eſt,conuertit animam: *teſtimonium Domini* poteſt eſſe Chriſti in cruce martyrium, quod Domini teſtimonium cùm fidele ſit, ſapientiam præſtat paruulis: *iuſtitiæ Domini,* quæ continent iuſtitiam, ſuum cuilibet prò dignitate retribuendo, ſunt Domini in lege eius iuſtificationes,vel illæ quæ ad eius gubernationem erga quemlibet ſpectant: hæ enim intellectæ, cor lætificant. *Præceptum Domini,* in ſpecie eſt præceptum legis generalis: hoc autem non occultè, ſed palàm clarè promulgatur, & cuſtoditum animi oculos illuminat. *Timor Domini ſanctus:* nam timore Domini omnis declinat à malo: & fructus eius manent in ſæculum ſæculi.

Lex ſpiritualis qualis.

CATENA PATRVM.

1. Tim. 1, 15. Deut. 32, 4. * Vulg. *abſque vlla iniquitate.* 1. Cor. 1, 9. *Teſtimonium Dei fidele.*

DIDYMI. Vel etiam hoc modo, Deus fide dignus, vt qui bonis operibus, & cognitioni veritatis teſtimonium præbet, iuxta illud: *Fidelis ſermo:* non quidem vt credens, ſed vt creditus. Et iterùm: *Deus fidelis, &* * *non eſt iniquitas in eo.* Et, *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis.* Itaque teſtimonium fidele, propter firmitatem: ipſum autem ſapientes reddit eos qui conuertuntur, & fiunt ſicut paruuli. Quin & ſapientes reddit per Euangelium modò genitos infantes; fortaſſis etiam inexpertes humanæ ſapientiæ, illitteratos, & idiotas. Iuſtitiæ autem, cùm nil obliqui habeant, rectos faciunt eos qui illas ſuſcipiunt, qui triſtitiæ expertes, diuinâ lætitiâ cumulantur.

Timor Dei ſanctus.

Porrò timor Dei ſanctus, vt cui nulla paſſio miſceatur; non enim ſimilis eſt illi, quem diuina charitas expellit, cùm idem ſit quod pietas & veneratio, quæ etiam ſempiternos reddit, & temporanea non eſt.

Iudicia Dei recta. Rom. 2, 2.

Iudicia verò quæ Deus iudicat, dicuntur recta propter veritatem, ſecundùm quam iudicat. Paulus quoque ait: *Scimus enim quoniam iudicium Dei ſecundùm veritatem, in eos qui talia agunt.* Sunt verò etiam falſa impiaque iudicia, ad quæ etiam alluſit, ad illorum diſtinctionem. Hæc autem diuina, ad inuicem relata, iuſtitiam manifeſtant, non autem, ſi ſingula ſenſum expenderis: perſpicuè enim ab inuicem dependere noſcuntur.

Voluptate ſpirituali nil iucundius.

Huic autem, inquit, quæ ex prædictis percipitur, voluptati nihil eſt in vita pretioſum quod comparari queat. Rerum enim ſpiritalium dulcedini, nulla ſenſibilium aſſimilari poteſt: quorum animalem ſenſum qui tranſcendit, ab his ad illa totum deſiderium extendit. Hæc enim omnis Dei ſeruus cuſtodiens, copioſam habebit retributionem, quod non fit in ſenſibilibus: vnde ſubiungit:

12. ETENIM SERVVS TVVS CVSTODIT EA.] ORIGENIS. Si ſeruus cuſtodit, qui non cuſtodit, non eſt ſeruus.

Seruus Dei cuſtodit ea quæ Deus deſiderat.

Cuſtodit autem deſiderabilia Dei, qui nihil aliud deſiderat præter ipſa: idcircò pro remuneratione obtinet ea quæ deſiderauit: qui autem ea quæ aperta ſunt, rectè geſſit, pro occultis deprecatur.

14. SI MEI NON FVERINT DOMINATI.] THEODORETI. Per hæc vtique nouum Teſtamentum prænuntiat, & Baptiſmi gratiam, & Spiritus ſancti donum, à quo & præteritorum peccatorum veniam credentes accipiunt, atque inpoſterum ſa-

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἢ καὶ οὕτως· ἀξιόπιστος ὁ Θεὸς μαρτυρεῖν ἀγαθοῖς ἔργοις, καὶ γνώσει τῆς ἀληθείας, κατὰ τό· Πιστὸς ὁ λόγος. Οὐ μὲν ὡς πιστεύων, ἀλλ' ὡς πιστευόμενος. Καὶ πάλιν· Ὁ Θεὸς πιστὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. καὶ, Πιστὸς ὁ Θεός, δι' οὗ ἐκλήθητε. Ἤγουν ἡ μαρτυρία πιστὴ, διὰ τὸ βέβαιον· αὐτὴ δὲ σοφοὺς ποιεῖ τοὺς στρεφέντας, καὶ γινομένους ὡς τὰ παιδία. Σοφίζει δὲ καὶ τὰ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἀρτιγέννητα βρέφη, ἴσως δὲ καὶ τοὺς ἀπείρους ἀνθρωπίνης σοφίας, ἀγραμμάτους καὶ ἰδιώτας. Τὰ δικαιώματα δὲ μηδὲν ἔχοντα σκολιὸν, εὐθεῖς τοὺς παραδεχομένους ποιεῖ, ὅπερ λύπην οὐκ ἔχοντες, ἐν εὐφροσύνῃ γίνονται δὲ θείᾳ. ὡς μὴ παθητικὸς δὲ ὁ θεῖος φόβος, ἁγνός· οὐ γάρ ἐστι κατὰ τὸν ἐκβαλλόμενον ἀπὸ τῆς θείας ἀγάπης· ὁ αὐτὸς ὢν εὐλάβεια καὶ σεβασμὸς, ὃς καὶ αἰωνίους ἀπεργάζεται, καὶ πρόσκαιρος οὐκ ἔστιν. Ἃ δὲ κρίνει Θεὸς, εὐθέα κρίματα, διὰ τὴν ἀλήθειαν λέγεται, καθ' ἣν κρίνει. Λέγει καὶ Παῦλος, Οἴδαμεν γὰρ ὅτι τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν, ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας. ἔστι δὲ καὶ ψευδῆ, καὶ ἄδικα κρίματα, πρὸς ἃ καὶ διεῖλε πρὸς διάκρισιν αὐτῶν. ταῦτα δὲ τὰ θεῖα μετ' ἀλλήλων, τὸ δίκαιον δείκνυσιν, ἀλλ' οὐχ ὅταν ἕκαστον ἐξετάζῃς καθ' ἑαυτό. σαφῶς γὰρ ἀλλήλων ἠρτημένα γνωρίζεται. Τῇ δὲ τῶν εἰρημένων ἡδονῇ, φησιν, οὐδὲν ἐν βίῳ τίμιον παραβάλλεται. Τῇ γὰρ τῶν νοητῶν γλυκύτητι τῶν αἰσθητῶν οὐδὲν ἀπεικάζεται· ἂν αἴσθησιν ψυχικὴν ὁ μεταστήσας, ἀπὸ τούτων εἰς ἐκεῖνα τὴν ἐπιθυμίαν ὅλην λαμβάνει. ταῦτα γὰρ πᾶς ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος φυλάττων, πολλὴν ἕξει τὴν ἀνταπόδοσιν, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιβ'. ΚΑΙ ΓΑΡ Ο ΔΟΥΛΟΣ ΣΟΥ ΦΥΛΑΣΣΕΙ ΑΥΤΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εἰ ὁ δοῦλος φυλάσσει, ὁ μὴ φυλάσσων, οὐ δοῦλος. φυλάσσει δὲ τὰ ἐπιθυμητὰ τοῦ Θεοῦ, ὁ ἐπιθυμῶν οὐκ ἄλλο τι ἢ αὐτά. διὸ ἔχει ἀνταπόδοσιν τυχεῖν τῶν ἐπιτεθυμημένων. τὰ φανερὰ δὲ κατορθώσας, περὶ τῶν κρυφίων εὔχεται.

ιδ'. ΕΑΝ ΜΗ ΜΟΥ ΚΑΤΑΚΥΡΙΕΥΣΩΣΙ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διὰ τούτων μέντοι τὴν καινὴν διαθήκην προαγορεύει, καὶ τὴν τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν, καὶ τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν δωρεάν· ὑφ' ἧς καὶ τῶν προεπταισμένων τὴν ἄφεσιν λαμβάνουσιν οἱ πιστεύοντες, καὶ εἰς τὴν ἐπι-

τα

τὰ χείρον, ἱκανὴν βοήθειαν ἔχοντες, καὶ τῶν ἐπανισταμένων παθῶν, καὶ τῶν ἐπιβούλων καὶ πονηρῶν περιγίνονται πνευμάτων.

tis auxilij habentes, tum inſurgentibus affectionibus, tum inſidiantibus ac prauis ſpiritibus ſuperiores fiunt.

ANNOTATIONES CORDERII.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐὰν οἱ ἀλλότριοι μὴ κατακυριεύσωσιν ἡμῶν, τότε ἄμωμοι ἐσόμεθα, οὐ πρότερον τοιοῦτοι ὄντες. ἄμωμοι δὲ ἐσόμεθα καθαιρούμενοι καὶ ἀπὸ μεγίστης ἁμαρτίας. Καὶ τοῦ μὲν μηδὲν ἁγνὸν προφερομένου ἐκ τοῦ ἰδίου στόματος, τὰ λόγια ἔσονται εἰς εὐδοκίαν, ἅτε ἀνοίγοντος τὸ στόμα μόνῳ λόγῳ Θεοῦ. Τοῦ δὲ τοιούτου ἡ μελέτη τῆς καρδίας διὰ τὴν παῤῥησίαν ἐνώπιόν ἐστι τοῦ Θεοῦ, διαπαντός.

ORIGENIS. Si alieni non fuerint nobis dominati, tunc immaculati erimus, cùm anteà tales non eſſemus. Erimus autem immaculati, ita vt à peccato maximo ſimus expiati. Atque eius quidem qui nihil ſancti ex ore ſuo proferebat, eloquia erunt vt complaceant; quippe non aperientis os niſi ſermoni Dei. Iſtiuſmodi verò meditatio cordis propter libertatem in conſpectu Dei eſt ſemper.

Qui ſint immaculati.

ANNOTATIONES CORDERII.

2 CÆLI *enarrant gloriam Dei.*] Hæc verba myſteriorum plena ſunt, & hominum intelligentiæ proponuntur, vt animos ad Numinis cognitionem amoremque attollant. Cælum enim maximè naturam diuinam, & procreantis omnia vim, potentiam, & inexplicabilem ſapientiam, eximiè declarat. Ait igitur Propheta: *Cæli enarrant gloriam Dei.* vbi vox *enarrant*, non implet vim Hebræi nominis מְסַפְּרִים *meſapperim*, quo Dauid vſus eſt, ad cogitationes ſuas magnificentiùs explicandas. Significat enim *narrare*, *ſcribere*, *numerare*, atque, vt notat Auguſt. Eugubinus, καταλογεῖν, multa recenſendo & numerando complecti. Vult proinde pius Vates, cælum eſſe librum, ſcriptum aureis litteris grandibuſque, qui narrationem contineat inauditæ varietatis, & inſignium rerum enumerationem. Hinc S. Chryſoſt. homil. 10. ad Populum, ait cælum poſitum eſſe à Deo βιβλίον μέγιστον καὶ ἰδιώταις καὶ σοφοῖς, *maximum librum*, *& idiotis*, *& ſapientibus.* Addit πᾶσιν ἁπλῶς χρήσιμον, *omnibus generatim vtilem eſſe.* Liber ille tam apertus, tam pictus, & tantâ varietate pulcherrimus, clariſſima in luce *enarrat gloriam Dei*, vel, vt dicunt Septuag. δόξαν, *claritatem, exiſtimationem*, *magnificentiam*; vel, vt Chaldeus, *pretioſitatem*; vel, vt Doctores Hebræi, *vim, valorem, grauitatem*; vel, vt Patres, *diuinitatis imaginem atque dotes.* Itaque animaduertit S. Greg. Nyſſenus in Vita Gregorij Thaumaturgi, Abrahamum, cùm apud Chaldæos in Philoſophia eſſet inſtitutus, & cæli apud ſe pulchritudinem, ordinemque ſiderum, vim & efficientiam reputaret; earum rerum cognitione vſum ὡς ὑποβάθρᾳ, *vt ſcala & adminiculo*, ad ſuperi boni contemplationem fuiſſe, & per ea quæ videntur, ad diuina, quæ tantùm intelligentiâ percipiuntur, religioſè perueniſſe. Meritò igitur ad litteram Græca Paraphraſis & Commentarius hunc locum explicant de cælis materialibus, qui ordine & aſpectu ſuo nos ad gloriam Dei contemplandam excitant. Nam (vt pulchrè S. Chryſoſt. hom. 9. ad Populum ait) *tacet quidem cælum, ſed ipſius aſpectus vocem tubâ clariorem emittit per oculos.* Eodem ferè modo S. Gregorius Nyſſenus in Hexaëmeron, verſum hunc expendens, *Artificioſum*, inquit, *quod in cælis ex conuerſionis concentu ſpectaculum viſitur, apud peritos munere fungitur orationis.* Etſi enim corpora mutà ſint & inanima, nihilominùs adeò aſpectu pulchra videntur, vt viſa defixos teneant oculos, quaſi dulciſſimo modulaminum concentu mulcerent aures, & animos delinirēt. Certè intuentium oculis, & auidè penſitantium animis hominum, tot in alto modulantur Orphei, Amphiones, Sirenes, quot cæli, & quot in cælis aſtra videntur. Neque de his maleſuadâ blanditie cantillantibus (vti de Muſis ad carmina vltrò venientibus) mœſtus cùm eſſet in ergaſtulo, Boëtius conqueſtus diceret: *Ite hinc malæ Sirenes, vſque in exitium dulces.* Cum oculis pariter animi & animorum deſideria in cæleſtem illam Beatorum patriam intendantur: *Vbi* (vt loquitur S. Bernardus Serm. 11. in Cantica) *erit mira ſerenitas, plena ſuauitas, æterna ſecuritas*: vbi tandem videbimus Deum ſicuti eſt. Profectò cælum & Dei prædicat omnipotentiam, & pulchritudinem oſtendit, vt illius aſpectu inuitati, & prorſus conuicti, de infinita conditoris eius pulchritudine philoſophemur. Ad hoc Minutius Felix in Octauio nos inuitans, *Cælum*, inquit, *ipſum vide, quàm latè tenditur, quàm rapidè voluitur, vel quod in noctem aſtris diſtinguitur; vel quod in diem ſole luſtratur: iam ſcies, quàm ſit in eo ſummi moderatoris mira & diuina libratio.* Sancti quippe viri non hærent in ſola cælorum aut ſiderum conſideratione; ſed vlteriùs mentem referunt ad laudandum & amandum eum, qui tantum opus tam exquiſito artificio eſt molitus.

Quomodo cæli gloriam Dei enarrent.

Cæli clamant & canunt, cum videntur.

Ceterùm in arcano & ſpirituali ſenſu *cæli* diuerſimodè à SS. Patribus explicantur. Ac inprimis locum hunc Aſterius in Catena pulchrè exponit de rationalibus cælis, ſcilicet Angelis & ſanctis hominibus: Origenes, Gregorius, Tertullianus & alij myſticè de Apoſtolis, Euangeliſtis, & prædicatoribus exponunt. Tropologicè Hugo Cardinalis cæleſtes qualitates hoc modo prædicatoribus accommodat. *Prædicator*, inquit, *à terra eleuatus eſt per contemplationem, amplus per charitatem, ſplendens per ſapientiam, ſerenus per animi tranquillitatem; motus celeriter ab intelligentia, per obedientiam; pluens per inſtructionem, tonans per obiurgationem, fulgurans per miracula, influens per liberalitatem, purus per ſanctitatem, ſedes Dei per gratiam & humilitatem.* Hæc vide fuſiùs apud Hugonem ad hunc

Prædicatores cælis ſimiles.

ANNOTATIONES CORDERII.

hunc locum. Similiter S. Bernardus ſerm. 27. in Cant. *Habet*, inquit, *Eccleſia cælos ſuos, homines ſpirituales, vitâ & opinione conſpicuos, fide puros, ſpe firmos, latos charitate, contemplatione ſuſpenſos. Et hi pluentes pluuiam verbi ſalutarem, tonant increpationibus, coruſcant miraculis, hi enarrant gloriam Dei.* Præclarè quoque Arnobius in Pſal. 58. *Cæli*, inquit, *facti ſunt Apoſtoli habentes in ſe ſolem iuſtitiæ, & merita in modum ſtellarum, pro varietate diuerſo ſplendore radiantia.* Cælum igitur eſt D. Petrus, os illud magnum, veritatis & Theologiæ ſcaturigo; cælum Paulus Doctor Gentium; cælum quilibet è magiſtris Eccleſiarum, qui ἐκφάντορες, vt S. Dionyſius loquitur, & interpretes ſunt diuinitatis.

4. *Non ſunt loquelæ, neque ſermones, &c.*] Pulchrè ad hunc locum Euſebius: Οὕτω κεκράγασιν αὐτοῖς ἔργοις αὐτῶν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν φωναὶ, τοῖς ἐπαΐειν αὐτῶν δυναμένοις, ὡς μηδεμίαν ἀκοὴν λανθάνειν τὴν διδασκαλίαν αὐτῶν. Πεπλήρωται γοῦν ἡ σύμπασα τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένη τῆς εὐρύθμου καὶ ἀμοιβαίας αὐτῶν χορείας, δι' ὃ λέλεκται· Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐκ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. *Adeò vociferantur ipſis operibus illæ dierum ac noctium voces, ijs qui eas poſſunt audire, vt eorum doctrina nullas aures lateat. Certè vniuerſus hominum orbis conſonâ ac reciprocâ illorum choreâ plenus eſt; propterea dictum eſt: Non ſunt loquelæ, neque ſermones quorum non audiantur voces eorum.* q. d. Nulli vſquam ſunt homines, quâcumque linguâ & ſermone loquantur, qui non percipiant, quid dies & noctes ſuâ illâ compoſitâ mutuæ ſucceſſionis viciſſitudine prædicent: nempe notitiam Dei, qui omnia fecit, moderatur & regit. Eſt autem conſtructio verborum idiomatis Græci, *Non ſunt loquelæ, neque ſermones*, hominum ſcilicet, *quorum non audiantur*, id eſt à quibus non audiantur, *voces eorum*, dierum ſcilicet & noctium.

Dies & noctes quomodo Deum prædicent.

5 *In omnem terram exiuit ſonus eorum.*] Ex citatione S. Pauli apparet hunc locum (vti notat Ianſenius) præter litteralem de cælis intelligentiam, etiam allegoricè accipiendum de Apoſtolis. Quidam tamen intelligunt Paulum à ſenſu litterali minimè receſſiſſe, eumque non loqui de Apoſtolorum prædicatione, vt quæ tum nondum exierit in omnes fines terræ, ſed de cæleſtium corporum prædicatione. Cùm enim Iudæi culparent in Paulo, quòd ſalutis promiſſionem Gentibus euulgaret; intelligunt eum quærere, an ipſæ quoque Gentes audiſſent aliquando de Deo: ac reſpondere ex hoc loco, apertam illis fuiſſe diſcendæ pietatis & cultus Dei viam, *quia in omnem terram exiuit ſonus eorum, &c.* quaſi dicere voluerit, Deum iam anteactis ſæculis patefeciſſe Gentibus gloriam ſuam, iuxta id quod cap. 1. dicit, atque hoc amplioris doctrinæ, quæ per Euangelium acceſſit, fuiſſe præludium. Nec mirum videri debere, ſi vtriſque tandem ſe promiſcuè Deus patefaciat, quos pridem communiter ad ſe inuitaſſet.

Rom. 10, 18.
Quomodo S. Paulus hunc locum acceperit.

6. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum.*] Symmachus, τῷ ἡλίῳ ἔταξε σκηνὴν ἐν αὐτοῖς. quod S. Hieronymus vertit, *ſoli poſuit tabernaculum in eis*, & Theodoretus refert tres interpretes ita vertiſſe. Pulchrè hunc locum exponit Diodorus: Αὐτὸς, φησὶν, ἐδημιούργησε τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὰς ἡμέρας καὶ τὰς νύκτας, καὶ παρέχουσι τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν τῆς ποιήσεως τοῖς συνετῶς ὁρῶσι. τὸ δὲ κατὰ τὸν ἥλιόν φησι, καὶ πᾶσαν φύσιν ὑπερβαίνει θαύματος· ἐπὶ τοσοῦτον ὄντα καὶ τηλικοῦτον τὸ μέγεθος, ἐποίησεν ὑπ' οὐδενὸς φέρεσθαι, ἀλλ' ὑφ' ἑαυτοῦ βαστάζεσθαι, καὶ ἑαυτὸν φέρειν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ἔθετο ἐν αὐτῷ· ἀντὶ τοῦ, αὐτὸν τὸν ἥλιον ἔταξε φέρειν ἑαυτὸν, ὅ ἐστιν ὑπερβαλλούσης δυνάμεως τοῦ πεποιηκότος. *Ipſe, inquit, fabricatus eſt cælos, & dies ac noctes, quæ prudenter intuentibus certam cognitionem ſuæ conditionis præbent. Quod autem in ſole ſpectatur, inquit, omne miraculum ſuperat: qui cùm tantâ ſit magnitudine, fecit Deus vt nullo vehiculo ferretur, ſed ipſe à ſe geſtaretur, ſeque ipſum ferret. Hoc namque eſt, Tabernaculum ſuum poſuit in ipſo, id eſt, ſolem vt ſeſe ferret, conſtituit: quod ſummam probat vim conditoris.* Enimuerò quem non moueat pulchritudo ſolis, qui eſt princeps luminum reliquorum, cuius tanta, tamque eximia eſt naturæ conditio, vt antiqui vim Numinis atque poteſtatem illi tribuerent? Imò verò vetuſtiſſimi è Græcia, apud quos viguit eruditio litterarum, cùm ſole in hoc vniuerſo nihil viderent eſſe auguſtius, ab illo Dei nomen excogitarunt. Nam cùm vſu animaduertiſſent, ſolem cumprimis atque ſtellas propè inexplicabili celeritate mundum obire omnem, ἀπὸ τοῦ θεῖν, *à currendo*, nominauere θεὸν, hoc eſt, *Deum.* Hinc Apollo in Græcia, Mithra in Perſide, ſol vbique gentium diuino olim cultu celebrabatur. Sed remotâ ſuperſtitione impiâ, non eſt negandum, quin ſol vnum ſit de pulcherrimis Dei operibus, quod omni hominum generi ſuſpiciendum videatur. Itaque illum exornant diuinæ Litteræ, &, vt fit in excellentium rerum admirabilitate exponenda, varijs, vt ita dicam, emblematis adumbrant. Siracides nominauit *vas admirabile, opus Excelſi:* hoc eſt, Demiurgi palmarium opificium. Dicitur autem vas admirabile, quòd ſit diuinæ mentis & potentiæ inſtrumentum. Hoc enim Græcum nomen σκεῦος, quod eſt apud Septuag. ſignificat: quomodo S. Paulus vocatur σκεῦος ἐκλογῆς, *vas electionis*; aliqui vertunt, *inſtrumentum electum*, quidam *organum.* Ita certè à Mercurio Triſmegiſto ſol dicitur ὄργανον, *inſtrumentum*, quòd, vt ego interpretor, à rerum molitore Deo adhibeatur ad generationes & corruptiones, ad concentum omnem vniuerſi, ad effectus denique ſuſcipiendos, quos nulla mens conſequi poteſt. Quando ergo *vas admirabile* ſol dicitur à Sapiente, nihil, meo iudicio, aliud voluit, niſi eius vim, efficientiam & potentiam incredibilem adumbrare. Sicut etiam in libro Iudicum tribuitur illi δυναστεία, *vis, potentia, fortitudo.* Nam vbi noſter Interpres habet, *Sicut ſol in ortu ſuo ſplendet*; Hebræi & Græci legunt, *ſicut ſol cùm oritur* ἐν δυναστείᾳ αὐτοῦ, *in fortitudine ſua.* Quam ſymbolicè quoque expreſſit Eccleſiaſticus his verbis, *Triplicitèr ſol exurens montes, radios igneos exſufflans.* Illud *tripliciter*, ſiue, vt in Græco eſt, τριπλασίως, perfectam & cumulatam vim in agendo ſignificat. Quam vim cùm Propheta Regius hic vellet exprimere, ſolem nominauit *gigantem*, vti tricorporem quemdam Geryonem præpollentem viribus vbique victorem, atque, vt Homerus canit, παμφανόωντα, vndique armis collucentem. Sed ne ferum quemdam atque homicidam cogitaremus, appellat eumdem *ſponſum*, qui veluti è thalamo geniali prodiens, comâ inauratâ, micantibus oculis, roſeoque ore per liquidas cæli vias

Solis pulchritudo admirabilis.

Sol antiquitus pro Deo habitus, & ab eo Deus nominatus.

Eccli. 43, 2.
Sol, vas admirabile.

Act. 9, 15.

Solis vis & efficacia mirabilis.

Iud. 5, 31.

Eccli. 43, 4.

Sol giganti & ſponſo comparatus.

ANNOTATIONES CORDERII.

vias concinnè decurrit. De quo eleganter S. Ambroſ. lib. 4. Hexaëm. cap. 1. *Sol*, inquit, *oculus eſt mundi, iucunditas diei, cæli pulchritudo, naturæ gratia, præſtantia creaturæ.* Paulò etiam magnificentiùs magnus Dionyſius lib. de Diuinis nominibus cap. 4. ſolem dixit, τῆς θείας ἀγαθότητος ἐμφανῆ εἰκόνα, *claram expreſſamque diuinæ bonitatis imaginem eſſe:* quam bonitatem in homines omnes effuſam, ſol lucis & caloris ſui communicatione imitatur.

Tabernaculum diuinitatis eſt caro Chriſti.

Myſticè verſum hunc de Chriſto exponit Coſmas Indicopleuſtus, dicens: Σκήνωμα ἡ τοῦ κυρίου σάρξ, ἡ προσληφθεῖσα ἐν τῇ αὐτοῦ θεότητι, *tabernaculum eſt Domini caro, quæ aſſumpta eſt in eius diuinitate.* q. d. In ſole, hoc eſt in diuinitate, poſuit tabernaculum ſuum, & corpore humano quod aſſumpſit, tamquam obtento tabernaculo, diuinitatem occultauit: ipſam autem humanitatem ſuam omnibus manifeſtam exhibuit, in qua diuinitas Verbi corporaliter habitat, & ex qua Verbum ipſum, tamquam ex tabernaculo ſuo militari, bellum aduerſus peccatum & diabolum gerit. Non incongruè tamen hoc etiam intelligi poteſt de B. Virgine, in qua, tamquam in tabernaculo, Deus homo factus, & ex qua natus prodiens humanis oculis viſibilis apparuit. *In ſole* autem dicit, quia Virginis admirandæ virtutes toti mundo innotuerunt. *Magna enim* (inquit D. Anſelmus lib. de Excell. Virginis cap. 2) *atque miranda diuinorum ſignorum indicia natiuitatem Virginis præcurrerunt: quatenus eò maior veneratio fidelium circa eius exortum exiſteret.* Quidni etiam in ſole, hoc eſt in Virgine, Deus dicatur tabernaculum ſuum poſuiſſe? Illa enim eſt orbi vniuerſo eminens & conſpicua vti ſol, quam beatam dicunt omnes generationes. Fulgor illius omnem ſenſum & cogitationem excedit. Quod autem ſequitur: *Et ipſe tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*, de Chriſto etiam ex Virginis vtero prodeunte ſic exponit Damaſcenus Orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ: *Sempiternum lumen, quod ex ſempiterno lumine antiquiorem ſæculis exiſtentiam habet, ex Virgine Maria corporaliter, ac tamquam ſponſus de thalamo prodit.* Sequitur: *Exultauit vt gigas ad currendam viam.* Hoc etiam de Chriſto ſic exponit S. Gregorius hom. 29. de Aſcenſ. *Veniendo quippe ad redemptionem noſtram, quoſdam, vt ita dicam, ſaltus dedit. Vultis ipſos eius ſaltus agnoſcere? De cælo venit in vterum, de vtero venit in præſepe, de præſepi venit in crucem, de cruce venit in ſepulchrum, de ſepulchro rediit in cælum. Ecce, vt nos poſt ſe currere faceret, quoſdam pro nobis ſaltus, manifeſtata per carnem veritas dedit: quia exultauit vt gigas ad currendam viam ſuam, vt nos ei diceremus ex corde: Trahe nos poſt te: curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Plura de hoc vide S. Bernardum, Serm. 53. in Cantica. Chriſtus ergo fuit honoratus potenſque gigas, & cæli heres, non ob robur totius corporis (quamquam & robuſtus dici potuit, ob exquiſitam corporis temperationem) ſed ob diuinam animi conſtantiam, quâ fretus & terribilia omnia ſuperabat, nec vllo metu, aut animi humilitate deiiciebatur. Cùm iam inde ab introitu in vitam, à magno illi parente vitæ curſus obiiceretur, perquam ſanè laborioſus, & ærumnis affluens; omnem illam ſcenam metuendam acerbiſſimorum dolorum lubens volens excepit, & incredibili animi generoſi voluntate, *exultauit vt gigas ad currendam viam.* Exeruit illam fortitudinem omni cogitatione maiorem, & in omni vita ſic illam exercuit, vt ſol ab ecliptica ſua potiùs, quàm à perfecta ipſe iuſtitia & honeſto recederet.

B. Maria Dei tabernaculum.

& ſole rutilantior.

Vterus B. Virginis ſponſi thalamus.

Chriſtus vt gigas currit, & ſaltus facit.

Cant. 1, 4.

Porrò Anonymus in Catena *tabernaculum* exponit Eccleſiam, & ſolem Chriſtum. Cui conformiter ex S. Auguſtini ſententia Bellarminus noſter tom. 2 lib. 3. cap. 2. optimè hoc verſu probat ſignificari Eccleſiam eſſe viſibilem. Siquidem illa verba: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, S. Auguſt. Tract. 2. in Epiſt. S. Ioannis ſic explicat, ac ſi dicat: In manifeſto poſuit Eccleſiam ſuam: vt, ſicut ſol non poteſt omninò latere, ita nec Eccleſia poſſit abſcondi.

Eccleſia Dei tabernaculum inſtar ſolis conſpicuū.

7. *A ſummo cælo egreſſio eius.*] Benè notat hic Ianſenius, Hebraicam dictionem קְצֵה *ketſeh*, pro qua nos hoc loco bis habemus, *ſummum*, manifeſtè ſignificare *extremitatem*, & *finem*; ac proinde Græcam dictionem ἄκρον, quæ & *ſummum* & *extremum* ſignificat, hoc loco magis propriè per *extremum* vertendam fuiſſe: quemadmodum etiam in Matthæo, vbi legimus, *Congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cælorum vſque ad terminos eorum.* vbi pro vtraque dictione *ſummis* & *terminos*, Græcis eadem eſt dictio ἄκρων. vnde manifeſtum eſt, interpretem Latinum *ſummum cæli*, poſuiſſe ſemper pro extrema cæli parte. Pro *ſummo cælo* autem magis propriè verteretur, *ſummo cæli*; Græcè, ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ, vt articuli τοῦ vis exprimatur, & reſpondeat ei quod ſequitur, *Vſque ad ſummum eius.* Vnde *ſummum cælum* à nobis accipi debet pro ſumma cæli parte, quemadmodum etiam in Deuteronomio, cùm dicitur: *Interroga de diebus antiquis qui fuerunt ante te, ex die quâ creauit Dominus Deus hominem ſuper terram, à ſummo cælo vſque ad ſummum eius.* vbi etiam ſignificatur, ab Oriente vſque ad Occidentem; ſicut & hoc loco. *Summum* ergo *cæli* non dicitur his locis reſpectu verticis noſtri, ſed reſpectu motus ſolis: vt *ſummum* ſit vltra quod motus ſolis apud nos non protenditur, hoc eſt *Oriens*, vnde ſol nobis oritur; & *Occidens*, vbi nobis deſinit apparere. Ceterùm quomodo hæc Soli iuſtitiæ competant, obſcurum non eſt intelligere: ipſe enim per incarnationem ſuam egreſſus eſt in mundum, è ſummo cælorum oriens nobis ex alto; & rurſus per aſcenſionem occurrit vſque ad ſummum cælorum, ceſſans nobis ſuam viſibilem præſentiam exhibere; donec rurſus noua illa dies oriatur, in qua venturus eſt ad iudicium. Quare non eſt dubium, quin hæc verba de aſcenſione Domini in cælos, quando velut ſol, qui in meridie in altiſſimo cæli puncto conſpicitur, ſuper cælos cælorum eleuatus eſt, commodè cum Leone Magno ſerm. 1. de Aſcenſione, Gregorio hom. 29. Irenæo lib. 4. cap. 66. Iuſtino in Colloquio cum Tryphone, accipi poſſint. In qua ſanè ſimilitudine inprimis obſeruandum eſt, ſolem in meridie, ſiue in ſummo cæli, cùm ad noſtrum Zodiacum, hoc eſt, ad illud cæli punctum, quod noſtris capitibus directè reſpondet, peruenit; tantâ claritate ac lumine corpora circumquaque illuſtrare, vt nullas ipſa vmbras faciant. Per *vmbras* autem, vſitatiſſimâ Scripturæ phraſi, bona ſæcu-

Matth. 24, 31.

Deut. 4, 32. Quid per ſummum cælum, hic intelligatur.

Chriſtus aſcendens infidelitatis vmbram abegit, & diuini Spiritus ardore frigus animorum abſumpſit.

ANNOTATIONES CORDERII.

ſæcularia ſignificari ſatis conſtat. Chriſto igitur iuſtitiæ ſole in ſummo cæli puncto poſt aſcenſionem conſtituto, ita fidelium corda diuina eius luce colluſtrata, & enthei ſpiritus ardore ſuccenſa ſunt, vt omnes in ijs illicò temporalium bonorum vmbræ euanuerint, & omnis tepor ac frigus ſpiritale diuini amoris igne abſumpta ſint. Atque hoc eſt quod ait: *Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Hinc dicebat S. Fulgentius epiſt. 6. ad Theodorum de Conuerſione cap. 4. *Quis non illius vitæ deſiderio præſentem deſpiciat? quis non illius abundantiæ delectamento, diuitias temporis labentis exhorreat? quis non illius regni dilectione omnia terrena contemnat?* Satis etiam appoſitè S. Gregorius ad vmbratum præ ſolis fulgore euaneſcentium imaginem, *Inardeſcit*, inquit, *in cæleſtibus animus, nihil in terris libet: deformis conſpicitur, quidquid de terrenæ rei placebat ſpecie, quia ſola pretioſæ margaritæ claritas refulget in mente.* Breuiſſimè verò & pleniſſimè Tertull. lib. 1. Ad vxorem, cap. 4. *Cæleſtia recogitas, & terrena deſpicies.*

Quid per legem hic intelligatur.

8. *Lex Domini immaculata.*] Per *legem* hîc non ſolùm Dei præcepta, ſed inſtitutionem & doctrinam morum vniuerſam intelligit, quâ Deus nos ſuam voluntatem, & totius vitæ informandæ rationem edocet. Atque hoc modo tota Scriptura ſacra *lex* dici poteſt, quomodo S. Greg. Nyſſenus præfatione in Cantica exponit, dicens: *Spiritale legis nomen comprehendit etiam hiſtoricas narrationes; adeò vt vniuerſa à Deo inſpirata Scriptura ſit lex ijs qui ipſam legunt, non ſolùm per præcepta, ſed etiam per hiſtoriam erudiens, & ad cognitionem myſteriorum, & ſinceram vitæ inſtitutionem.* Hæc igitur *lex Domini immaculata*, vel, vt Pſalteria Romanum & Ambroſianum habent, *irreprehenſibilis.* quod Tertullianus lib. 1. contra Marcionem cap. 1. legit, *inuituperabilis*; Hebraicè, תְּמִימָה *themimah*; Græcè, ἄμωμος, id eſt *næui expers*, integra, perfecta: quod licet de vtraque lege dici poſſit; excellenter tamen quadrat in legem Chriſti, ſeu noui Teſtamenti, quæ antiquam complet ac perficit.

Lex Chriſti conuertit, & recreat animas.

Conuertens animas.] In Hebræo eſt מְשִׁיבַת *meſchibat*, à verbo הֵשִׁיב *heſib*, quod ſignificat *reducere*, aut *reuocare* id quod deuium erat: ita lex Chriſti Iudæos à lege veteri, Gentiles à lege dæmonum, quos colebant, ad Euangelicam veritatem & vitam reuocat, & adducit. Ceterùm, vt Brixianus tomo 1. obſeruat, idem verbum Hebræum ſignificat etiam *reſpirare*, & *requieſcere*, & *leuem alacremque reddere.* Quæ omnia præſtat lex Chriſti obſeruantibus eam. Vnde quidam vertunt, *quietans animas*; alij, *faciens reſpirare animas.* Verè enim lex Chriſti alleuiat, & magnam animis quietem adfert, & ſecuritatem. Ita locum hunc intellexiſſe viſus eſt S. Auguſt. cùm in Pſal. 59. de leui iugo Chriſti loquens ait: *Alia ſarcina premit & aggrauat te, Chriſti autem ſarcina ſubleuat te, iuxta illud:* Matth. 11, 30. *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Alia ſarcina pondus habet, Chriſti ſarcina pennas habet. Nam & aui ſi pennas detrahas, quaſi onus tollis, & quò magis onus abſtuliſti, eò magis in terra remanebit. Quam exonerare voluiſti iacet, non volat, quia tuliſti onus: redeat onus, & volat. Talis eſt Chriſti ſarcina. Portent illam homines, non ſint pigri: non attendantur illi qui eam ferre nolunt; ferant eam qui volunt, & inuenient, quàm leuis ſit, quàm ſuauis, quàm rapiens in cælum, & à terra eripiens*, &c. S. Bernardus epiſt. 11. locum hunc de lege charitatis exponit; quòd hæc *ſola ab amore ſui & mundi auertere poſſit animum, & in Deum dirigere. Nec timor quippe, nec amor priuatus conuertit animam. Mutant interdum vultum, vel actum; affectum numquam. Facit quidem etiam ſeruus nonnumquam opus Dei, ſed quia non ſponte, in ſua adhuc duritie permanere conuincitur. facit & mercenarius, ſed quia non gratis, propriâ trahi cupiditate cognoſcitur.* Sic ille probat egregiè legem Domini immaculatam, nec in timore ſeruili, nec in amore mercenario inueniri. Adiungit ergo: *Sit itaque ſeruo ſua lex timor ipſe quo conſtringitur; ſit mercenario ſua cupiditas, quâ & ipſe arctatur, quando ab ipſa tentatur abſtractus & illectus: ſed harum nulla aut ſine macula eſt, aut animas conuertere poteſt. Charitas verò conuertit animas, quas facit & voluntarias. Porrò in eo eam dixerim immaculatam, quòd nihil ſibi de ſuo retinere conſueuit. Cui nempe de proprio nihil eſt, totum profectò quod habet, Dei eſt: quod autem Dei eſt, immundum eſſe non poteſt. Lex ergo Domini immaculata charitas eſt. quæ non quærit quæ ſua ſunt.* Sic ille. Hæc itaque lex charitatis, eſt lex Chriſti, quæ non tantùm omni caret maculâ, ſed etiam obſeruatores ſuos reddit immaculatos; nec ſolùm conuertit animas, verùm etiam reficit, recreat & tranquillat; ac plenè cordis ſitim famemque excruciantem reſtinguit.

Lex charitatis ſola eſt immaculata.

IBIDEM. *Teſtimonium Domini fidele.*] Eamdem Dei legem, id eſt Scripturam ſacram, vocat *Domini teſtimonium*, quia teſtatur nobis eius voluntatem; continetque diuinas promiſſiones & minas, nec non hiſtoriam, quæ fidem à lectore vel auditore exigit, cùm ſit omnino certa probataque, nec fallere vllo modo valeat. *Sapientiam præſtans paruulis:* id eſt humilibus & ſimplicibus, cum quibus, vt ait Sapiens, eſt *ſermocinatio eius*, vel, vt in Hebræo eſt, *arcanum eius*: quia ſcilicet Deus, cùm ſincerâ mente Scripturas legunt, occulta ſapientiæ ſuæ ipſis manifeſtat. Sanè Deus lectorem humilem ac pium, luce animi imminuens obſcuritatem, ad ſublimium rerum intelligentiam ducit. Quod S. Gregor. Nyſſenus vocat eleganter καλύμματος περιαίρεσιν, *veli ablationem*, & τὴν κύριον ἐπιστροφὴν, *conuerſionem ad Dominum.*

Scriptura, cur Dei teſtimonia vocetur.

Prou. 3, 32. Humilibus tribuit ſapientiam.

9. *Iuſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda.*] Per *iuſtitias* iterum Dei legem intelligit, quia ſcilicet iuſtum reddit cuſtodem ſuum. Dicuntur autem *iuſtitiæ* ſeu leges *rectæ*, quòd rectam viam oſtendant, & per eam incedentes, deuiare aut aberrare non ſinant: *lætificantes* verò *corda*, quia ſummam continent ſuauitatem, quâ cor ipſum animumque perfundunt. *Eſt enim* (inquit Cyrillus in Michææ cap. 4.) *ſermo Saluatoris incredibili ſuauitudine præditus*, ϗ κατευφραίνει εἰδὼς καρδίαν, *quique nouerit hominis cor lætitiâ perfundere.* Ceteræ nimirùm voluptates ad cor nequeunt peruenire, ſolæ ſpiritales hoc poſſunt, & quæ ex Dei lege hauriuntur. Illam ipſam incredibilem ſuauitatem doctiſſimi Eccleſiæ Patres multis ſymbolis adumbrare conſueuerunt. Hinc S. Dionyſius epiſt. 9. illa quæ putantur dulcia in hominum vita, lac, mel, vinum, quæ ſingulari volupta-

Lex Dei recta, & lætificans corda.

voluptate in communi vſu capiuntur, cum diuina Scriptura componit, eique iure merito poſtponit: hanc in eo illis ſimilem dicens, quòd habeat vim augendi, vt lac; recreandi, vt vinum; purgandi pariter & tuendi, vt mel. Quæ omnia, inquit, diuina Sapientia dat ijs, qui ad ipſam accedunt.

Ibidem. *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.*] Legem hîc alio item nomine *præceptum* vocat, & quidem *lucidum*, quia clarè & ſine aliqua amphibologia nobis proponitur; ipſumque mentis oculos illuminat, quia in ſe rationes continet, quibus intellectus quilibet illuſtratur. Hoc autem excellenter congruit præcepto dilectionis, quod qui ſequitur, in luce eſt:
1.Ioan.2, 9,10,11. qui namque non diligit, in tenebris verſatur, vt dilectus Deo Ioannes non ſemel clamat.

Timor Dei caſtus, ſanctus filialis, reuerentialis.

10. *Timor Domini caſtus.*] Græcè ἁγνὸς, *purus*, dos animi innocentis, & refugientis à peccato; in Hebræo eſt טהורה *tehorah:* quod S. Hieron. alijque vertunt, *mundus*; Vulgata, *ſanctus*. Hic timor dicitur etiam *filialis*, quo nimirum quis timet offendere Deum bonum parentem, omni honore digniſſimum; neque audet illius nutum legemque violare, ne diuinæ beneuolentiæ fructu gratiæque priuetur. Qui affectus, cùm ſit bonorum filiorum proprius, & coniunctus cum intima reuerentia & honore, quo parentes ſuos proſequuntur, etiam *reuerentialis* nuncupatur. Græci Patres hunc timorem vocant εὐλάβειαν, metum religioſum, Dei reuerentiam: vnde εὐλαβεῖς ſunt qui in ſacris Litteris dicuntur *timorati*, vt notat S. Hieron. ad cap. 50 Iſaiæ.
Luc.2,25. Et in Euangelio magnifica ea laus & prædicatio Simeonis, *Iuſtus & timoratus*. Iſta εὐλάβεια, ſiue *timida reuerentia*, nota eſt probi animi atque verecundi, qui Deum, vt amabiliſſimum Dominum, vt gloriæ regem, vt magnificentiſſimè ſupra naturam omnem euectum reueretur, cuius excellentiæ vim capere nequit. Ex eo enim quòd præſtantiſſimam & incomparabilem illam maieſtatem reuereamur, oritur in animo timor ſanctus, admiratione & demiſſione pleniſſimus, à vitio & omni ſceleris contagione purus, in quo animi ſanctitudo & innocentia poſita eſt. Idem timor nominatur etiam *caſtus*, ab ingenuæ fideliſque ſponſæ amore, quo lædere ſponſum veretur, vti pulchrè docet Caſſianus Collat. 11. cap. 13.

Timor reuerentialis in cælis manet.

Ibidem. *Permanens in ſæculum ſæculi.*] Vnde patet, *timorem caſtum*, & quem Theologi *reuerentialem* nuncupant, hærere in cælitibus. Eccleſiæ quoque dogma eſt in arcana Liturgia conſecratum, *tremere poteſtates*, in curia Ange-
Iob 26,11. lica non poſtremas. Sic apud Iobum beati, in luce atque oculis diuinæ maieſtatis, humillimè ſtrati & abiecti, *contremiſcunt, & pauent ad nutum*
Apoc.4,10 *eius*. Sic in altis cæli palatijs glorioſi Reges deponunt coronas ante pedes eius. Quippe agnoſcunt atque ſuſpiciunt immenſam illam ſupra ſe Numinis potentiam, & venerandam maieſtatem, in cuius oculis, & ſplendore magnificæ gloriæ, nihil eſt omnis creatura: quam nictu, & ſubito vno nutu ſpargere in puluerem poteſt, atque è naturæ finibus exterminare. Hinc auctorem ſuum verentur, & è nihilo ſuo, amoris alis ſubuehuntur ad honorandum metu pio Numen, & omni mente venerandum. *Sed timor hic* (inquit Auguſt. Tract. 43. in Ioann.) *non perturbat, ſed confirmat*. Et de ſingulis dici poteſt illud Fulgentij: *Non timet formidine criminis, ſed robore firmitatis, & firmitate virtutis.* Timor igitur Dei, vel inuito Satanâ, vſque in cælum attollitur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Iudicia Dei idem quod lex.

Ibidem. *Iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa.*] Hic etiam, vt alibi ſæpiùs in Scriptura, *iudicij* nomine lex intelligitur, quæ nihil eſt aliud, quàm iudicium quoddam rationis, aut mentis legiſlatoris, quod tamquam ſententia firma in ſubditos profertur. Hæc ergo iudicia Dei vocat *vera, iuſtificata in ſemetipſa*; quia, vt idem Vates Regius alibi canit, *Fidelia omnia* Pſal. 110, 8.
mandata eius, confirmata in ſæculum ſæculi, facta in veritate & æquitate. Vbi expendit S. Baſilius illud ſignum vniuerſale, *omnia:* non ſunt mandata vel iudicia eius talia, vt vnum ſit iuſtum & conueniens, alterum iniuſtum & diſconueniens: ſed omnia ſunt *fidelia*, id eſt ſummâ firmitudine ſtabilita, quæ propterea nullâ contrariâ conſuetudine abrogari poſſint. Et iure quidem meritò, quia *facta* ſunt *in veritate & æquitate*. In *veritate* quidem, quia recta ſunt, vtpote ſummæ veritati intellectus diuini conformia; ideoque (inquit D. Baſilius) nihil tortuoſi, nihil obſcuri, ſicut humanæ leges, continent. In *æquitate* verò, quia ſecundùm æquitatem conſtituta ſunt, ideoque poſſibilia. Non enim æquum eſſet, vt dominus ſub graui pœna præciperet ſeruo id, quod illi eſſet omnino impoſſibile. Hinc alibi Dauid ait:
Omnia mandata tua æquitas; Pagninus in Hebræo vertit, *iuſtitia*. Talia ergo ſunt eius mandata, vt in ſe ſint recta, & in ordine ad nos poſſibilia, & conuenientia. Iuſtitia namque eſt, quæ æqualitatem facit, & attendit. Quare ſi inæqualia eſſent viribus noſtris Dei fauore adiutis, vtique iniuſta eſſent: quod de mandatis & iudicijs diuinis dici non poteſt, cùm ſint omnia in veritate & æquitate iuſtificata in ſemetipſa. Pſal. 118, 172.

Omnia iudicia & mandata Dei vera & iuſta.

Sacra Scriptura, ſeu lex Dei, pretioſior auro & vnionibus.

11. *Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum.*] Vnde ſancti Patres in illis animi Chriſtiani diuitias collocatas eſſe dicunt, quas qui condidit in mentis penetrale, vt in refertum & opulentum gazophylacium, diues ſit; qui non condidit, etiam inter magnos pecuniarum aceruos egeat. S. Athanaſius lib. de Virginit. Scripturam ſacram nominat τὰ Θεοῦ κειμήλια, id eſt *ſacros Dei theſauros:* quos ille quanti fecerit declarat, dicens eſſe μαργαρίτας τιμίους, *pretioſos vniones*. Illis autem qui ſtudioſè mentis aciem in diuina oracula intendunt (inquit S. Gregorius Thaumaturgus Orat. de Annunt.) ἀνακαλύπτεται ὁ θησαυρὸς τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, *theſaurus cognitionis Dei aperitur*. Vnde Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 146. Timotheum Lectorem, qui diligenter ſacras Litteras meditabatur, & cum alijs communicabat, vocat τίμιον ἔμπορον μαργαριτῶν, *mercatorem eximiarum margaritarum*. Quæ omnia ſacrarum Litterarum pretium ac dignitatem mirificè commendant, quæ quàm plena ſimul ſint dulcedinis, Propheta Regius luculenter declarat, quando ait eſſe *dulciora ſuper mel & fauum.* Olim Thamnathæi dixerunt ad Samſonem, cùm ænigma illius vellent explicare, *Quid dulcius* Iudic. 14, 18.
melle? Reſponderet promptè, opinor, atque verè D. Auguſt. lib. 9. Confeſſ. cap. 3. diuinas Litteras, quas nominat *de melle cæli melleas, & de lumine Dei luminoſas*. E quarum lectione atque ſtudio, ille ipſe venerandus Eccleſiæ Doctor factus eſt

Sacræ Litteræ dulciores melle.

ANNOTATIONES CORDERII.

totus melleus, ſi Seuero credimus clariſſimo viro, qui ad D. Auguſtinum ſcribens (Epiſt. 37. inter Auguſtini) opuſcula illius ait eſſe *fauos nectaris plenos, delicias animæ*. S. Damaſus Pontifex Max. ambroſiam quamdam in ſacris libris animaduertebat, quam nouies melle dulciorem eſſe tradunt. Nam in quadam epiſtola ſua ad D. Hieron. (quæ inter eius epiſtolas numeratur 37.) de Scripturarum loquens ſtudio, *Quo nihil*, inquit, *puto in hac luce iucundius, quo animæ pabulo omnia mella ſuperantur*. Similia de ſacrarum Litterarum mira dulcedine apud alios paſſim Patres reperies, qui prolixi ſunt in earumdem commendatione. Vnum tantùm adhuc audire libet Chryſoſt. hom. 69. in Matth. de diuini verbi melle loquentem: *Hoc mel*, inquit, *non ſilueſtres è floribus apes collegerunt, nec rorem concoctum ſuis aluearijs immiſerunt; ſed Spiritus gratia pro fauis & aluearibus in animis ſanctorum impoſuit*. A tanta igitur ape diuinæ ſapientiæ mel productum, quantâ dulcedine refertum eſſe neceſſe eſt? Deus apis, diuinum mel, diuina quoque mellis dulcedo, ac nullis terrenis delicijs comparanda, vt meritò Dei verba diuino Prophetæ *dulciora ſuper mel & fauum* dicantur & fuerint.

12. *Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea.*] Hunc verborum cum præcedentibus nexum expendens B. Laurentius Iuſtinianus, *Etenim*, inquit, *ſeruus tuus probat dulcia, quia ſeruus tuus non tantùm dicens, etiam opere cuſtodit ea*. Sapida nimirum Dei iudicia cuſtodienti ſunt; inſipida verò ei, qui illa negligit cuſtodire. Paria habet S. Ambroſ. in Pſal. 118. *Cuſtodienti*, inquit, *dulcia ſunt diuina iudicia, negligenti autem ea amara eſſe non dubium eſt*. Neglectus nempe diuinorum verborum ferali quodam felle ipſa inficit.

Lex Dei dulcis cuſtodienti, amara negligenti ipſam.

Sequitur: *In cuſtodiendis illis retributio multa.*] Vbi argutè notat idem Iuſtinianus, non dictum, *pro cuſtodiendis*; ſed, *in cuſtodiendis*: quia etiam in hac vita, ijs qui Dei præcepta cuſtodiunt, maxima retributio, cum ineffabili iucunditate ſeruatur, quæ futuræ & æternæ velut quædam arrha & pignus ſit.

13. *Delicta quis intelliget?*] In Vulgata legitur in præſenti, *intelligit*. vbi *delicta* quotidianos vocat defectus, qui ſanctimoniæ notas inurunt, & indecora ſtigmata Deo odioſa. Septuag. ponunt παραπτώματα, hoc eſt propriè *lapſus*, caſus, nec-opinantis animi prolapſiones. Vnde S. Ambroſius vertit, *lapſus quis intelligit?* S. Hieronymus, *errores*; Aquila, ἀγνοίας, *ignorantias*: hoc eſt, delicta, quæ minùs ſentientibus & cogitantibus excidunt. Vnde παραπτώματα ſunt propriè, non πτώματα; caſus, non ruina. Athletarum inter ſe olim certantium caſus, appellabant *ruinam*, Græci πτώματα, vt animaduertit S. Ambroſ. in Pſalm. 36. qui caſus induſtria & erudito artificio fieri ſolebat. In quotidiana verò vita, præter mentem, vt plurimùm, & cognitionem euenit prolapſio. Quam ob cauſſam παραπτώματα, non πτώματα, vt in palæſtra, hoc eſt, non *ruina*, ſed *caſus* nuncupantur, vel, vt dixi, ἀγνοίαι, *ignorantiæ*. Quare S. Hieronym. * ait multos opinari παραπτώματα eſſe quaſi initia peccatorum, cùm tacita cogitatio ſubrepit, & ex aliqua parte conniuentibus nobis, nondum nos tamen impulit ad ruinam. Sed communiter Patres leuiora peccata intelligunt, quæ ex humana imbecillitate, vel ſocordiâ & indiligentiâ committuntur. Propterea in diuinis oraculis dicuntur πλημμέλειαι, *delicta*, quæ ἁμαρτίαις, hoc eſt *peccatis*, in cap. 6. Leuitici opponuntur. Vocis Græcæ proprietatem exponit eruditè S. Auguſt. quæſt. 20. in Leuit. Eſt enim apud Græcos μέλειν, *curare*, vnde πλημμέλεια, diligentiæ & curæ vacuitas, debitæ curæ omiſſio, vno verbo *incuria*, indiligentia. ſitque illud vocabulum, ex eo quòd neceſſarium ſit πάλιν μέλειν, *iterum curare*, hoc eſt præteritam ſocordiam poſteriore curâ, & ipſâ quidem meliore, ſarcire. quæ delicti rationem probè explicant. Ait igitur pius Vates, conſcientiâ obſcurâ ſolicitus, & diuinum iudicium reuerens: *Delicta quis intelligit?* Quis tam Argus in humanis inuenietur, vt quotidianas ſuas prolapſiones numeret, dæmonis impetus, cordis motus, conſcientiæ maculas, fraudes mentis, & impuras voluntatis affectiones intelligat? Nam ſæpè in communibus actionibus mundani pulueris ſordes contrahimus, neque excutimus: Circæum velut poculum, non à ficta fabulis heroina, ſed nobis à carne porrectum ebibimus, nec ſentimus: ſæpè à prædone animorum tela & venena vibrante, de nobis trophæa reportantur; & ſecuri ſumus, & victi ridemus. *Delicta quis intelligit?* Par D. Pauli animaduerſio, qui lapſus, inque ijs notandis conſimiles animi nebulas patiebatur. Sic enim ſcribit ad Romanos: *Quod enim operor, non intelligo*. Quod Methodius apud Epiphanium hæreſi 63. ſic illuſtrat: nam ſæpè nobis bona facientibus, inſinceræ & illicitarum rerum cogitationes obrepunt, etiam nobis nolentibus. Iam ſi verè Proſper aſſerüit, etiam illos qui ſanctè dono Spiritus ſancti viuunt, tamen propter quaſdam difficultates quas trahunt, ſiue ſcientes, ſiue neſcientes, aliquoties aut ſuo peccato cedere, aut alieno conſentire: quid illis fiet, qui nec ſancti ſunt, neque vſu & diuinis doctrinis corroborati ad ſuperandas inimici tentationes, proni in vitium, capi faciles, & blandimentis voluptatis illecti? an non ſequi ruinam neceſſe eſt, niſi multùm & diligentiſſimè caueant, delicta vitent, & labendi occaſiones omnes amoliantur? Ita diſertè Creſollius noſter in Anthologia ſacra cap. 3.

Quid interſit inter caſum & ruinam.

* in cap. 2. ad Epheſ.

πλημμέλεια quid?

Nemo ſatis quotidianos defectus nouit.

Rom. 7, 15

Ceterùm hoc loco perperam abutitur Lutherus, qui in aſſertione ſecunda eum adducit, vt probet homines etiam iuſtificatos ſemper habere delicta; ſcilicet ratione concupiſcentiæ, quæ ex peccato originali remanet etiam in iuſtificatis vſque ad mortem. Sed Bellarminus tom. 4. lib. 5. cap. 11. benè reſpondet, hunc locum non pertinere vllo modo ad concupiſcentiam, quæ remanet poſt iuſtificationem: tum quia in iuſtificatione peccata omnia remittuntur, tum quia concupiſcentia non eſt res occulta aut obſcura, vt de illa dici debeat: *Delicta quis intelligit?* tum denique, quia non opus eſt orare pro concupiſcentia, aut eius motibus inuoluntarijs expiandis, vt S. Auguſt. docet lib. 1. epiſt. 200. Loquitur itaque Dauid de peccatis actualibus, ſiue venialibus (quibus raro caremus) ſiue mortalibus occultis, de quibus non omnino certi ſumus, an ſint nobis remiſſa, iuxta illud Apoſtoli: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum*. Hinc S. Hieron. lib. 1. & 2. aduerſus Pelag. & S. Bernardus in Epiſt. 42. ſententiam huius loci eſſe

Lutheri expoſitio refutatur.

Iuſti etiam non ſunt certi de ſua iuſtificatione.

1. Cor. 4, 4

eſſe volunt, neminem eſſe iuſtorum qui plenè intelligat careátne peccatis an non. Et quamuis hic locus interdum exponi ſoleat de peccatis venialibus; tamen probabilius eſt extendi ad omnia, cùm ſententia ſit generalis, & nihil ſequatur abſurdi ſi generaliter exponatur. Nam nemo in hac vita ſine peculiari Dei reuelatione certus eſſe poteſt, ſe omni etiam peccato mortali carere, quia, vt rectè Salomon ait, *Sunt iuſti atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei; & tamen neſcit homo, vtrùm amore an odio dignus ſit: ſed omnia in futurum ſeruantur incerta.* Vbi iuſto mentis quidem puritatem adſtruit, ſed puritatis cognitionem negat. Quam quidem poſſumus quibuſdam coniecturis venari, non tamen infallibili notione apprehendere; quoniam ex multis, quibus aliquid falſum ſubeſſe poteſt, hæc gratiæ cognitio dependet. Quapropter vita ſpiritalis animæ, non eſt nobis pariter ac vita naturalis comperta, cuius notionem tot impedimenta minùs certam faciunt, tot dubitationes obſcurant. Vnde quiſque iuſtus meritò debet ſibi hanc Dauidis precationem aſſumere: *Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me.*

Eccle. 9, 2.

14. *Et ab alienis parce ſeruo tuo.*] S. Hieron. ex Hebræo vertit, *à ſuperbis.* Vnde non immeritò aliqui mirantur, quomodo Septuag. tranſtulerint, *ab alienis*, cùm in Hebræo non ſit nomen זָרִים *zarim*, quod *ἀλλοτρίους*, *alienos*; ſed זֵדִים *zedim*, quod *ὑπερηφάνους*, *ſuperbos* ſignificat. Ac nonnulli quidem credunt Septuag. deceptos ex ſimilitudine duarum litterarum Hebraicarum daleth & res, & pro *zedim* legiſſe *zarim*. Sed S. Auguſt. lib. 15. de Ciuit. cap. 23. & lib. 1. Quæſt. in Geneſim, quæſt. 169. nullatenus concedit in lectione Septuag. huiuſmodi defectum admittendum: & multò minùs in tranſlatione Pſalmorum, quæ incorrupta ſeruata eſt, quam tamquam meliorem Eccleſia elegit, & alijs prætulit. Credit itaque illos ſpiritu prophetico afflatos, & à Deo ipſo excitatos, aliquando non ſtrictè verbum pro verbo reddidiſſe: ſed interpretum etiam officium agentes, ea quæ Spiritus ſanctus intendebat, poſuiſſe. In Hebræo igitur habetur, *à ſuperbis*, non maſculinè (vt quidam contendunt) quaſi dicat ab hominibus ſuperbis, aut tyrannis; ſed in neutro genere, vt B. Auguſt. annotauit, & Genebrardus aduertit: q. d. *A ſuperbijs*, aut ab ijs quæ ſuperbiam ſapiunt redolentue. Hæc igitur Septuag. vocarunt *aliena*, indicantes nihil ab hominum natura magis alienum eſſe debere quàm ſuperbiam, ſiquidem ex ſe nihil habet, vnde illa oriri poſſit: nam oritur ex aliqua excellentia: homo autem ex ſeipſo nihil habet niſi vanitates & defectus. Vnde, ſicut alienus eſt ab aqua ignis, & ignis ab aqua, ita ſuperbia eſſe debet aliena ab hominum natura.

Superbia maximè hominibus debet eſſe aliena.

ANNOTATIONES CORDERII.

Alij tamen ſimpliciùs locum hunc exponunt, de peccatis alienis propriè dictis, quę ab alijs quidem committuntur, ſed nobis interim auctoribus, vel quoquo modo adiutoribus, aut ſaltem non impedientibus, vt idcircò nobis etiam imputentur. Qualia ſunt, quæ iuxta Catechiſmum Caniſij noſtri nouem potiſſimùm modis committuntur: ſcilicet, conſilio, iuſſione, conſenſu, iritatione, laudatione ſeu adulatione, reticentiâ vel indulgentiâ, rei alienæ participatione, & prauâ facti alieni defenſione.

Quæ ſint peccata aliena.

Alij denique hîc intelligunt deſignari motus concupiſcentiæ, qui dicuntur nobis alieni, quatenus deliberationem rationis præuertunt, & licet in nobis, non tamen à nobis, ſed quaſi ab alio, nempe ab inordinato affectu, etiam inuitis excitantur: non ſecùs quàm ſtridor dentium in febricitante. Quia igitur Dauid nonnumquam ab his motibus ad conſenſum voluntatis, & executionem prauæ operationis pellectus, peccato ſuccubuerat, non fruſtrà ab his ſibi parci poſtulat: & ſuæ poſtulationis cauſſam adiungit, dicens:

Motus concupiſcentiæ indeliberati, ſunt nobis alieni.

IBIDEM. *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.*] Aliqui nomine *maximi delicti*, intelligunt peccatum opere commiſſum; quia tunc peccatum ad ſummum venit in ſua ſpecie, quando non ſolùm cogitatione, conſenſu & locutione, ſed & opere perpetratur. Ita ſolet peccator à minimis principijs ad maxima quæque peccata delabi, vt Cain ex inuidiæ motu, ad ſceleſtiſſimum fratricidium: fratres Ioſeph, ex liuore quem conceperant, quòd pater plus ceteris eum diligeret, ad immenſa impietatis flagitia: Dauid ex conſpectu mulieris, in adulterium & homicidium: Iudas ex auaritiæ affectu, ad proditionem ipſius Dei. Hæc peccata maxima plerumque principium ſumunt à leuibus tentationum inſultibus, quibus ſi diligenter cum Dei auxilio attendamus, ad illa maxima peccata non perueniemus. Plerique ſancti Patres cum S. Auguſtino & Hieronymo ad hunc locum, per *delictum maximum* intelligunt ſuperbiam, cuius rei varias aſſignant rationes, quas egregiè D. Thomas 1. 2. quæſt. 84. art. 2. & 2. 2. quæſt. 162. art. 6. & 7. expendit, vt demonſtret ſuperbiam meritò maximum & primum peccatum dicendum.

Quid per peccatum maximum intelligatur.

15. *Dominus adiutor meus, & redemptor meus.*] Quomodo Deus adiutor & redemptor noſter ſit & dicatur, vide ſuperiùs in Annotationibus ad Pſalmi 17. verſum tertium fusè explicatum.

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM XIX. ARGVMENTVM.

1. In finem Pſalmus Dauid.

Hieroſolymitanam Sennacheribi obſidionem, ante plurimos annos beatus Dauid prædicit, & Ezechiæ in templo precationem. Exhibet autem & populum pro rege orantem, & intercedentem vt preces eius ſint acceptæ.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Τοῦ Σενναχηρεὶβ τὴν πολιορκίαν τῆς Ἱερουσαλήμ, πρὸ πολλῶν ἐτῶν ὁ μακάριος προαγορεύει Δαβίδ, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ ναοῦ τοῦ Ἐζεκίου ἱκετείαν. Δείκνυσι δὲ καὶ τὸν λαὸν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως εὐχόμενον, καὶ παρακαλοῦντα δεκτὴν αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ἱκετείαν.

PARAPHRASIS.

2. EXAVDIAT te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.

3. Mittat tibi auxilium de ſancto, & de Sion tueatur te.

4. Memor ſit omnis ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pingue fiat.

DIAPSALMA.

Populus pro rege orare debet.

Par erat, vt populus, cùm Ezechiæ regis pietatem noſſet, rogaret Deum, vt omnigenorum eius ſacrificiorum memor exiſteret, & pacem denuò largiretur, quò pluribus ipſum ſacrificijs placaret.

5. Tribuat tibi ſecundùm cor tuum, & omne conſilium tuum * compleat.

** Vulgata confirmet.*

Iuſtum, inquiunt, iudicem precamur, vt tuæ animæ puritati congruentem remunerationem largiatur.

6. Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomine Dei noſtri magnificabimur.

Deo namque tuas petitiones exaudiente, etiam nos lætitiæ participes erimus, Dei potentiâ clari & illuſtres redditi.

7. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniã ſaluum fecit Dñs chriſtum ſuum.

Quæ ſit laus poſtulantis.

Laus poſtulantis eſt, cùm rerum petitarum fit compos, cùm nihil petit, quod Deus non præbeat. Rerum autem, inquiunt, ipſarum

β΄. ΕΠΑΚΟΥΣΑΙ σου κύριος ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, ὑπερασπίσαι σου τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ Ἰακώβ.

γ΄. Ἐξαποστείλαι σοι βοήθειαν ἐξ ἁγίου, καὶ ἐκ Σιὼν ἀντιλάβοιτό σου.

δ΄. Μνησθείη πάσης θυσίας σου, καὶ τὸ ὁλοκαύτωμά σου πιανάτω.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Εἰκὸς δὲ καὶ τὸν λαόν, ἐπιστάμενον τὴν Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως εὐσέβειαν, θεὸν τῶν παντοδαπῶν αὐτοῦ παρακαλεῖν μνησθῆναι θυσιῶν, καὶ δοῦναι πάλιν εἰρήνην, ὡς ἂν πλείοσιν αὐτὸν θυσίαις ἐξιλάσηται.

ε΄. Δῴη σοι κύριος κατὰ τὴν καρδίαν σου, καὶ πᾶσαν τὴν βουλήν σου πληρώσαι.

Τὸν δίκαιον, φασι, κριτὴν ἱκετεύομεν, τῇ τῆς ψυχῆς σου καθαρότητι κατάλληλον τὴν ἀντίδοσιν δοῦναι.

ϛ΄. Ἀγαλλιασόμεθα ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου, καὶ ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα.

Σοῦ γὰρ τὰς αἰτήσεις λαμβάνοντος, καὶ ἡμεῖς κοινωνήσομεν τῆς εὐφροσύνης, περιφανεῖς καὶ περίβλεπτοι τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει γενόμενοι.

ζ΄. Πληρώσαι κύριος πάντα τὰ αἰτήματά σου· νῦν ἔγνων ὅτι ἔσωσε κύριος τὸν χριστὸν αὐτοῦ.

Ἐγκώμιον γὰρ τοῦ αἰτοῦντος τῶν αἰτημάτων ἡ πλήρωσις, μηδὲν αἰτοῦντος ὧν μὴ παρέχει θεός. Δι᾽ αὐτῶν δέ, φασι, μεμαθήκαμεν τῶν

τῶν πραγμάτων, ὡς τῷ θεῷ θαῤῥήσας ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς τεύξεται τῆς σωτηρίας.

Ἐπακούσεται αὐτοῦ ἐξ οὐρανοῦ ἁγίου αὐτοῦ· ἐν δυναστείαις ἡ σωτηρία τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ.

Ἐπειδὴ γὰρ ἔδειξεν αὐτὸν προσευχόμενον κάτω, δείκνυσι καὶ βοηθούμενον ἄνωθεν. Ἐν δυναστείαις δὲ τῆς σωτηρίας δύναμιν τοῖς προσιοῦσιν ὀρέγει.

η. Οὗτοι ἐν ἅρμασι, καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις, ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν ἐπικαλεσόμεθα.

θ. Αὐτοὶ συνεποδίσθησαν, καὶ ἔπεσον· ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν, καὶ ἀνωρθώθημεν.

Ἐκεῖνοι, φησιν, ἵπποις καὶ ἅρμασι θαῤῥοῦντες, οὐδεμιᾶς ἐκεῖθεν ὠφελείας ἀπώναντο, ἀλλ' ἀοράτως συμποδισθέντες κατέπεσον· ἡμεῖς δὲ τὴν θείαν ἐπικαλεσάμενοι συμμαχίαν, τῆς σωτηρίας προφανῶς τετυχήκαμεν, καὶ οἱονεὶ καταπεπτωκότων τῷ φόβῳ τῶν πολεμίων, ὑπέρτεροι τῶν δυσμενῶν ἀπεφάνθημεν.

ι. Κύριε σῶσον τὸν βασιλέα, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλεσώμεθά σε.

Τοιγάρτοι τοσαύτης ἀπολαύσαντες ἀντιλήψεως, ἱκετεύομέν σε δέσποτα, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ τὸν ἡμέτερον βασιλέα ταύτης μεταλαγχάνειν διηνεκῶς.

euentu didicimus, regem noſtrum Deo fretum, ſalutem conſecuturum. PARAPHRASIS PATRVM.

Exaudiet illum de cælo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dexteræ eius.

Poſtquam enim oſtendit ipſum inferiùs precantem, declarat etiam ipſum supernè adiuuari. In potentatibus autem Deus ſalutis virtutem præbet ad ſe accedentibus.

8. Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei noſtri inuocabimus.

9. Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt; nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.

Illi, inquit, equis & curribus freti, nihil vtilitatis inde perceperunt; ſed [neſcio quo pacto] inuiſibiliter præpediti, conciderunt: nos autem diuino auxilio implorato, ſalutem palàm conſecuti ſumus, & ob terrorem hoſtibus quaſi collapſis, ſuperiores inimicis apparuimus. *Dei auxilium præualet copijs militaribus.*

10. Domine ſaluum fac regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

Huiuſcemodi ergo adiumentum conſecuti, obſecramus te Domine, vt & nos ipſi, & rex noſter huius auxilij ſemper participes ſimus.

COMMENTARIVS.

ϛ'. ΕΠΑΚΟΥΣΑΙ ΣΟΥ ΚΥΡΙΟΣ.] Ἐπεὶ πρὸς τὸν θεῖον ναὸν ἔδραμεν Ἐζεκίας, τὴν βλάσφημον μετὰ χεῖρας ἔχων τοῦ Σενναχηρεὶμ ἐπιστολὴν, ἱκετεύει ὁ λαὸς δεχθῆναι αὐτοῦ τὴν ἱκετηρίαν, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐπικουρίας τυχεῖν. Ὑπερασπίσαι σου τὸ ὄνομα, τὸ ὀνειδισθὲν δηλονότι παρὰ τῶν Ἀσσυρίων. Ἐξ ἁγίου δὲ, αὐτὶ τοῦ ναοῦ ὅθεν ἐπιφέρει· Καὶ ἐκ Σιὼν ἀντιλάβοιτό σου, μνησθεὶς τῆς πρὸς αὐτὸν εὐσεβείας σου, καὶ παρέξει εἰρήνην, εἰς τὸ πλείοσιν αὐτὸν θυσίαις ἐξιλεώσασθαι. Καὶ κατὰ τὴν καρδίαν σου δὲ, ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὸ τῆς ψυχῆς σου καθαρὸν, καὶ πληρώσαι σου τὴν βουλήν. Τίς δὲ αὕτη; ἢ τὸ πεσεῖν τοὺς πολεμίους (οὗ γινομένου, πάντες σὺν σοὶ ἐν εὐφροσύνῃ ἐσόμεθα) ἢ διὰ τοῦ φανῆναι ἐπακούσαι

2. EXAVDIAT TE DOMINVS.] Poſtquam ad diuinum templum accurrit Ezechias, maledicentiæ plenam Sennacheribi epiſtolam manu tenens, populus rogabat vt ipſius preces admitterentur, & inde opem conſequeretur. *Protegat te nomen*, quod nimirum ab Aſſyrijs contumeliam acceperat. *De ſancto* autẽ, id eſt templo, vnde ſubiungit: *Et de Sion tueatur te*, memor tuæ erga ipſum pietatis, dabit etiam pacem, vt pluribus ipſum ſacrificijs places, ac propitium reddas. *Et ſecundùm cor tuum*, id eſt ſecundùm animæ tuæ puritatem, etiam compleat conſilium tuum. Ecquod illud? Siue vt hoſtes concidant (quo facto, omnes tecum in lætitia verſabimur) ſiue, vt appareat te exaudiri. *Qualiter populus pro Ezechia orauerit. 4.Reg.19.*

COMMENTARIVS PATRVM. *Afflictis orandum.* diri. Ad orationem inuitat afflictum; quoniam qui affligitur, oratione opus habet, nec debet negligenter agere, neque ſpem deponere. *Protegat te* verò, id eſt, tamquam ſcutum tibi ſit appellatio Dei Iacob. At cur non Abraham & Iſaac? (hunc enim è tribus nuncupat.) Fortè propter afflictiones quas Iacob ſuſti- *Iacob ſymbolum iuſti.* nuit, adeò vt eius vita, ſymbolum ſit athletici inſtituti. Qui cum tribulationibus conflictatur, protegitur à Deo Iacob, vt & ipſe ſupplantator effectus, affligentem expugnet, vnà cum ſpiritibus afflictiones ſuſcitantibus. *De ſancto* autem, ſeu cæleſti templo. Nam templum, Sanctum nominauit, ſiue Saluato- Habac. 3, 3 ris noſtri, de quo & illud: *Sanctus de monte Pharan:* atque ideò etiam *de Sion*, ibi enim Pſal. 49, 1. Saluator vitâ ſuâ eluxit, iuxta illud, *Ex Sion ſpecies decoris eius.* Quin etiam ſumitur pro ex *Mortificatio ſacrificium eſt.* cæleſti Sione. Memor autem ſit ſacrificij quod fit per mortificationem. Nam *ſacrificium Deo* Pſal. 50, 19. *ſpiritus cõtribulatus.* Ipſe igitur, cui rationales hoſtias obtuliſti, *det tibi ſecundùm cor tuum:* id eſt, ea quæ mente poſtulaſti, *& conſilium tuum impleat*, (modò non à Deo aliena ſint quæ concepiſti) vt & nos ſimul collætemur *in ſalutari tuo. Salutare* autem intelligit de quo Luc. 2, 11. dicitur: *Quia natus eſt vobis hodie Saluator.* In quo etiam magnificari dicuntur. Cùm enim, inquit, alij alijs in rebus magnificentur, nos autem *in nomine Domini Dei noſtri*.

7. NVNC COGNOVI.] *Chriſtum* vel Dauidem, *Sacerdotes & Reges Chriſti dicti.* vel Ezechiam vocat: nam de ſacerdotibus ac Regibus nomen illud dicebatur: vel propter Saluatoris ſecundùm carnem diſpenſationẽ ac reſurrectionem: vel etiam, quia dum nos ſaluamur, ipſe quoque ſaluari perhibetur, cuius nos membra ſumus, cùm vnum corpus ſimus. Porrò ſaluaſti nos per potentiam dexteræ tuæ; *dexteram* verò actiones, magnas autem virtutes auxilium vocauit: vel diuina ſigna prædicit, quæ Chriſtus in terra degens, operatus fuit. Nam in virtutibus & prodigijs dexteræ Patris, ſalus noſtra procurata fuit.

8. HI IN CVRRIBVS.] Illi quidem, inquit, his *Non in curribus & equis, ſed in Deo ſalus.* freti, ceciderunt; nos autem, nomine Domini armati, ſalui facti ſumus. Hoc autem Dauidi quidem contigit contra Goliath; tamen etiam Chriſto vſuuenit, cuius typus erat Dauid, *Currus & equi quid tropologicè.* quando Apoſtoli vocatione ipſius freti, eos, qui in Græcanica ſapientia tamquam in

σου. εἰς προσευχὰς παρακαλεῖ τὸν θλιβόμενον, εὐχῆς γὰρ δεῖ τῷ θλιβομένῳ, καὶ μὴ ὀλιγωρεῖν, μηδὲ τὰς ἐλπίδας καταβάλλειν. Ὑπερασπίσαι σου δὲ, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἀσπὶς σοι γενέσθω ἡ τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ προσηγορία. Διὰ τί δὲ μὴ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαάκ; (αὐτὸν γὰρ τῶν τριῶν χρηματίζει) ἴσως δι' ἃς ὑπέμεινε θλίψεις ὁ Ἰακὼβ, ὡς τὸν βίον αὐτοῦ σύμβολον εἶναι πολιτείας ἀθλητικῆς. ὁ πρὸς θλίψεις ἀγωνιζόμενος, ὑπερασπίζεται πρὸς τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς πτερνιστὴς γενόμενος, καταπαλαίσῃ τὸν θλίβοντα, καὶ πνεύματα τὰ τούτων κινητικά. Ἐξ ἁγίου δὲ, ἢ τοῦ οὐρανίου ναοῦ. ὁ γὰρ ναὸς ἅγιον ὠνομάζετο· ἢ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, περὶ οὗ καὶ τὸ, Ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους Φαράν· διὸ καὶ τὸ ἐκ Σιών· ἐκεῖθεν γὰρ ὁ σωτὴρ τῷ βίῳ ἐπέλαμψε· κατὰ τὸ, Ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. ἀναλαμβάνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς ἐπουρανίου Σιών. Μνησθείη δὲ θυσίας τῆς διὰ νεκρώσεως. θυσία γὰρ τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον. Αὐτὸς γὰρ, ᾧ τὰς λογικὰς θυσίας προσενήνοχας, δώῃ σοι κατὰ τὴν καρδίαν σου, ἀντὶ τοῦ, ὅσα κατὰ διάνοιαν ᾔτησας· καὶ πληρώσαι τὴν βουλῆς (εἰ μὴ ἀλλότρια Θεοῦ τὰ βεβουλευμένα ᾖ) ὡς καὶ ἡμᾶς συνευφρανθῆναι τῷ σωτηρίῳ σου. Σωτήριον δὲ περὶ οὗ εἴρηται· Ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτήρ. ἐφ' ᾧ καὶ μεγαλυνθῆναι λέγουσιν. Ἄλλων γὰρ ἐπ' ἄλλοις μεγαλυνομένων φησὶν, ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι κυρίου Θεοῦ ἡμῶν.

ζ. ΝΥΝ ΕΓΝΩΝ.] Χριστὸν, ἢ τὸν Δαβὶδ, ἢ τὸν Ἐζεκίαν· ἐφ' ἱερέων γὰρ καὶ βασιλέων ἐλέγετο, ἢ διὰ τὴν κατὰ σάρκα τοῦ σωτῆρος οἰκονομίαν, καὶ τὴν ἀνάστασιν. ἢ καὶ ὅτι σωζομένων ἡμῶν, αὐτὸς λέγεται σώζεσθαι, οὗ καὶ μέλη ἐσμὲν, σώματος ὄντες ἑνός. Ἔσωσας δὲ διὰ τῆς δυναστείας τῆς δεξιᾶς σου. δεξιὰν γὰρ τὰς πράξεις, τὰς δὲ μεγάλας δυνάμεις τὴν βοήθειαν εἶπεν. ἢ τὰς θεοσημίας προαναφωνεῖ, ἃς κατὰ τὴν ἐπὶ γῆς διατριβὴν ὁ Χριστὸς εἰργάσατο· ἐν γὰρ δυνάμεσι καὶ τέρασι τῆς τοῦ πατρὸς δεξιᾶς ἡ σωτηρία ἡμῶν ᾠκονομήθη.

η. ΟΥΤΟΙ ΕΝ ΑΡΜΑΣΙΝ.] Ἐκεῖνοι μὲν, φησὶ, πεποιθότες ἐπὶ τούτοις, ἔπεσον, ἡμεῖς δὲ τῷ ὀνόματι κυρίου καθωπλισμένοι ἐσώθημεν. Τοῦτο δὲ γέγονε μὲν καὶ ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ ὡς κατὰ τοῦ Γολιάθ. γέγονε δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οὗ τύπος ὁ Δαβὶδ, ὅτε οἱ Ἀπόστολοι τῇ ἐπικλήσει αὐτοῦ τοὺς ἐπὶ τῇ ἑλληνικῇ σοφίᾳ, ὡς ἐν ἅρμα-

ἅρμασι καὶ ἵπποις μεγαλοφρονοῦντας, κατέβαλον. Νοήσεις δὲ ἵπποις καὶ τὰ σκιρτήματα τῶν παθῶν, οἷς ἐπιβαίνουσι δαίμονες· ἅρματα δὲ τὴν σύμπνοιαν τῶν ὁρμητικῶν παθῶν, ἐν οἷς παρασκευάζονται καθ' ἡμῶν· ἃ τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ καταγωνίζεται.

ί. ΚΥΡΙΕ ΣΩΣΟΝ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ.] Ἐξ εὐχῆς ἀρξάμενος, καὶ εἰς εὐχὴν καταλήγει τὸν λόγον. Ἐπευχόμεθά, φησι, καὶ δυσωποῦμεν, τόν τε βασιλέα σώζεσθαι, καὶ ἡμᾶς· ἢ σώζεσθαι ἡμῖν τὸ ἀξίωμα τοῦ βασιλέως Χριστοῦ, τὸ καλεῖσθαι Χριστιανούς.

curribus & equis, gloriabantur, deiecerunt. Poſſis etiam *equos* intelligere inſolentias paſſionum, quibus dæmones inſident; *currus* verò impetuoſarum affectionum conſpirationem, quibus aduerſus nos armantur: quæ diuino auxilio ſuperantur. CATENA PATRVM.

10. DOMINE SALVVM FAC REGEM.] Cùm ab oratione inceperit, in oratione quoq; concludit ſermonem. Rogamus, inquit, & obſecramus vt regem, & nos ſalues: ſiue, vt nobis ſartam tectam ſerues dignitatem Regis Chriſti, à quo Chriſtiani nuncupamur.

CATENA PATRVM.

ά. ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Λέγεται μὲν ὁ ψαλμὸς, ὡς ἐκ προσώπου τῶν περὶ τὸν Δαβὶδ ἑταίρων, αὐτῷ τῷ Δαβὶδ ἐπευχομένων ποιοῦντι θυσίας. Ἀναφέρεται δὲ καὶ εἰς πρόσωπον τῶν Ἀποστόλων, ὡς ἐν ἡμέρᾳ τοῦ σταυροῦ λεγομένων.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀνάκειται μὲν ὁ ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ κατὰ τὴν ἐπιγραφήν. Μήποτε δὲ δεομένῳ ῥυσθῆναι τῶν ἰδίων ἐχθρῶν, χορὸς ἀγγέλων, ἢ καὶ θεῷ λειτουργούντων ἀνθρώπων, συνηύχετο τὰ προκείμενα;

β΄. ΕΠΑΚΟΥΣΑΙ ΣΟΥ ΚΥΡΙΟΣ ΕΝ ΗΜΕΡΑ ΘΛΙΨΕΩΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ ἐν στενῇ καὶ τεθλιμμένῃ τυγχάνων ὁδῷ, ἐπαγούσῃ ἐπὶ τὴν ζωὴν, καὶ ἐν ἡμέρᾳ ἐστὶ θλίψεως, διὸ τυγχάνει τῆς ἐν τῷ ἐπακούεσθαι εὐλογίας, ἧς ἀποτυγχάνει ὁ ἐν πλατείᾳ ὤν. διὸ μᾶλλον ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως εἶναι θελήσωμεν. ὑπερασπίσει γὰρ ἡμῶν τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ Ἰακὼβ, εἰ ἐνδυσάμενοι τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ, στῶμεν πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου.

ΑΣΤΕΡΙΟΥ. Ἄλλοι φασὶν ὅτι τὴν εὐχὴν ταύτην ηὔξατο τῷ Δαβὶδ ὁ προφήτης μέλλοντι μονομαχῆσαι πρὸς Γολιάθ. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὄνομα θεοῦ Ἰακὼβ φησι, τῶν ἐθνικῶν θεῶν νομισθέντων ἂν βεβοηθηκέναι νικῶντι Δαβίδ. Ἀντιδιέστειλε τοίνυν αὐτὸν τοῖς θεοῖς, ἐν οἷς ὁ Γολιὰθ ἐπηράσατο τῷ Δαβὶδ, ἵνα μὴ πάλιν εἴπωσιν οἱ Ἰσραηλῖται χορεύοντες, ὡς ἐν τῇ ἐρήμῳ· οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραὴλ, οἵτινες ἀνεβίβασάν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ἢ καὶ συνῳδά φασι τῷ Δαβὶδ εἰπόντι πρὸς τὸν ἀλλόφυλον· Σὺ ἔρχῃ πρός με ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν δόρατι, καὶ ἐν ἀσπίδι, ἐγὼ δὲ ἔρχομαι πρὸς σὲ ἐν ὀνόματι κυρίου παρατάξεως Ἰσραήλ. Ἐν ἡμέρᾳ

1. ATHANASII. Dicitur hic Pſalmus, tamquam ex perſona ſociorum ipſius Dauid, ipſi ſacra facienti bene precantium. Ceterùm & ad perſonam Apoſtolorum refertur, tamquam in die crucis hæc dicentium.

EVSEBII. Pſalmus hic, iuxta titulum, ipſi Dauidi adſcribitur. Numquid autē, dum ab hoſtibus ſuis liberari rogabat, chorus etiam Angelorum, vel Deo ſacrificantium hominum, hæc ipſa cum illo ſimul orabat?

2. EXAVDIAT TE DOMINVS IN DIE TRIBVLATIONIS.] ORIGENIS. Qui in anguſta & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, is etiam eſt in die tribulationis: quare obtinet benedictionem exauditionis, quâ fruſtratur is qui in lata via exiſtit. Quamobrem potiùs velimus eſſe in die tribulationis: proteget enim nos nomen Dei Iacob, ſi induti armaturam eius, inſultibus diaboli reſiſtamus. Tribulatis Deus protegit.

ASTERII. Dicunt alij, hanc precationem habuiſſe Prophetam, cùm Dauid ſingulari certamine aduerſus Goliath pugnaturus eſſet. Idcircò etiam nomen Dei Iacob profert, quòd dij Gentium victori Dauidi opem tuliſſe putarentur. Quamobrem oppoſuit illum dijs, in quibus Goliath execratus fuerat Dauid, ne rurſus Iſraëlitæ, vt olim in deſerto, chorum ducentes, dicerent: *Iſti ſunt dij tui Iſraël, qui eduxerunt te de terra Aegypti.* Exodi 32, 4. Vel etiam conſona dicunt Dauidi qui ad alienigenam dixit: *Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum Iſraël.* 1. Reg. 17, 45. In die

CATENA PATRVM.

In die tribulationis inuocandus eſt Deus.

autem tribulationis, & non ſecuritatis, aut pacis: quia dum tribulamur, tum vel maximè celerem opem imploramus: quam conſecuti, dicemus: *De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine:* (Pſal. 117, 5.) iuxta illud, *Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & glorificabis me.* (Pſal. 49, 15) Non cruentum autem hîc ſacrificium dicit (ſiquidem ipſe dixit: (Pſal. 50.) *Sacrificium & oblationem noluiſti, holocauſtis non delectaberis*: &, *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique:*) ſed id quod fit membrorum mortificatione, quemadmodum ait: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* iuxta quod cum Paulo dicet aliquis: (Gal. 6, 14.) *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.*

Qualis ſacrificij meminerit Deus.

4. MEMOR SIT OMNIS SACRIFICII TVI.] ANONYMI. Particula *omnis* indicat multitudinem, ac ſi paucitatis non meminiſſet. Impinguat autem Deus holocauſta alicuius, vt pinguedo ignem in altari nutriat.

5. TRIBVAT TIBI SECVNDVM COR TVVM.] EIVSDEM. Vtpote ſcienti quid & quomodo orare oportet. Siue tribuat tibi Dominus id ad quod tendit cor, ſcilicet conſilium tuum, tamquam bonum.

Salutare Dei quale.

6. LÆTABIMVR IN SALVTARI TVO.] ORIGENIS. Salutare Dei eſt, vt in ipſo ſaluemur. In filijs autem hominum non eſt hæc ſalus. Implentur autem petitiones eius qui magna cæleſtiaque poſtulat.

7. EXAVDIET ILLVM.] ANONYMI. Exaudit enim Dominus omnem regem, qui à Rege regum regitur.

THEODORETI. *Dexteram* hîc iterùm humano more dixit, diuinam ſic appellans efficacitatem.

δὲ θλίψεως, καὶ οὐκ ἀδείας, οὐδὲ εἰρήνης. ἐπειδὴ θλιβόμενοι μάλιστα ταχείας βοηθείας δεόμεθα, ἧς ἐπιτυχόντες, ἐροῦμεν, Ἐκ θλίψεως ἐπικαλεσάμην τὸν κύριον, καὶ ἐπήκουσέ μου εἰς πλατυσμόν· κατὰ τὸ, Ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. Οὐ τὴν δι' αἱμάτων δὲ λέγει θυσίαν· (αὐτὸς γὰρ ἔλεγε· Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. καὶ, ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν) ἀλλὰ τὴν διὰ νεκρώσεως μελῶν, καθά φησι, Θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καθ' ἣν τις ἐρεῖ μετὰ Παύλου, Ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.

δ'. ΜΝΗΣΘΕΙΗ ΠΑΣΗΣ ΘΥΣΙΑΣ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ πάσης, ἐμφαίνει πλῆθος, ὡς οὐ μεμνημένου ὀλίγης. Πιαίνει δὲ ὁ θεὸς ὁλοκαύτωμά τινος, ἵνα ἡ πιότης τρέφῃ τὸ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου πῦρ.

ε'. ΔΩΗ ΣΟΙ ΚΥΡΙΟΣ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΚΑΡΔΙΑΝ ΣΟΥ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὡς εἰδότι τί προσεύξασθαι δεῖ, καὶ καθ' ὃ δεῖ. ἢ δώῃ σοι κύριος εἰς ὃ χωρεῖ ἡ καρδία, τὴν βουλήν σου, ὡς ἀγαθήν.

ς'. ΑΓΑΛΛΙΑΣΟΜΕΘΑ ΕΠΙ ΣΩΤΗΡΙΩ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Σωτήριόν ἐστι θεοῦ, τὸ ἐν αὐτῷ σώζεσθαι. Ἐν υἱοῖς δὲ ἀνθρώπων οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σωτηρία. Πληροῦνται δὲ τὰ αἰτήματα τοῦ αἰτοῦντος μεγάλα καὶ ἐπουράνια.

ζ'. ΕΠΑΚΟΥΣΕΤΑΙ ΑΥΤΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπακούει γὰρ κύριος παντὸς βασιλέως, βασιλευομένου ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν βασιλευόντων.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Δεξιὰν πάλιν ἐνταῦθα ἀνθρωπίνως εἴρηκε, τὴν θείαν οὕτως ὀνομάζων ἐνέργειαν.

ANNOTATIONES CORDERII.

2 EXAVDIAT *te Dominus in die tribulationis.*] Pſalmum hunc iuxta Paraphraſin & Commentarium Græcum, ex perſona populi Ezechiæ diuinam opem imprecantis explicando, per *diem tribulationis*, dies belli intelligendus, quo Ezechias rex à Sennacherib iniurioſè ſimul & cõtra Deum cõtumelioſè impetebatur. Verè enim dies tribulationis eſt dies belli, ob innumera quæ ſecum adfert damna & afflictiones, vt iure cognatam militiæ malitiam dixerimus, & tribulationi bellum. In aliorũ autem ſententia, qui hæc ex perſona Dauidis, aliorumq; Prophetarum, aut iuſtorum ad Chriſtum dicta volunt, *dies tribulationis* de die paſſionis exponitur, quando Chriſtus, cum clamore valido Patrem orans, *exauditus eſt pro ſua reuerentia*, vt Apoſtolus ait, & de diabolo victor euaſit. Chriſti enim paſſio κατ' ἐξοχὴν *tribulatio* nuncupatur, vtpote omnem aliam quantumuis magnam multis nominibus excedens.

Dies belli eſt dies tribulationis.

Chriſtus in die paſſionis pro nobis orans exauditus eſt. Hebr. 5, 7.

Ceterùm hæc Prophetæ precatio, licet non iuuaret Chriſtum, qui nullius comprecantis adiutorio egebat; conducebat tamen ad effectum orationis ac tribulationis Chriſti in nobis amplificato merito (vt benè notat Ianſenius) pluribuſque cum ex eodem meriti fonte promerentibus, auguſtiùs producendum. Sicut etiam Deus voluit meritis Chriſti, ceterorum etiam Patriarcharum

Cur Chriſtus voluit nos eſſe comprecatores ſuos.

chaim, & hominum iuſtorum benedictiones orationeſque accedere; vt effectus noſtræ ſalutis, adquem ſolius Chriſti meritum ſufficiebat, plurim meritis ex Chriſto velut fonte profluentibus, referretur acceptus. Idque in magnam Chriſti gloriam redundat, quòd non ſolùm habendæ, verùm etiam alijs emerendæ, vel impetrandæ iuſtitiæ conſortium amicis ſuis largiatur.

3. *De Sion tueatur te.*] Hoc S. Auguſt. tamquam de Eccleſia dictum ſic exponit: *Faciens,* inquit, *tibi ſanctiſſimum corpus Eccleſiæ, de ſpeculatione tutum, quæ expectat quando venias à nuptijs. Sion* enim *ſpeculatio* interpretatur. Vt ſit ſenſus, ac ſi dicat: Speculari te faciat mortem, & finis tibi memoriam immittat: quæ contra peccatum te tueatur, & in virtute contineat, & ad omne bonum inſtruat: ſiquidem ad hoc mortis & extremorum memoria, & conſideratio finis plurimùm conducit.

Sion quid ſignificet.

4. *Memor ſit omnis ſacrificij tui.*] In Hebræo eſt כָּל מִנְחוֹתֶךָ *col minchoteca*, id eſt, omnium munerum tuorum, quæ (vt notat Lorinus noſter) erant ſacrificia leuiora, minoriſque ſumptus, vt, de farina, pane, oleo, vino, thure: Hebræa enim dictio, licet communis ſit omni ſacrificio; quia tamen hîc opponitur holocauſto, certam ſpeciem ſignificat, ſicut etiam ferè toto libro Leuitici, vti Ianſenius & Lorinus hîc annotarunt.

Ibidem. *Et holocauſtum tuum pingue fiat.*] Ex Hebræo legi poteſt, *incineretur*, vel *in cinerem redigatur:* igne ſcilicet de cælo illud abſumente, & gratiſſimum Deo eſſe ſignificante. Cinis enim humilitatis ſymbolum (cuius meminit Abraham) coram Domino ſacrificium noſtrum impinguat. Niſi animum tuum humilitate condideris, aptum Deo ſacrificium offerre non poteris. In Græco eſt *πιανάτω, impinguetur:* quod Origenes exponit, *φαιδρυνάτω, στεατάτω, nitidum faciat, adipe farciat*; Symmachus apud Theodoretum; *τὴν ἀναφοράν σου πίονα ποιήσαι, oblationem tuam pinguem faciat.* Sic in Eccleſiaſtico dicitur: *Oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in conſpectu Altiſſimi.* Myſticè S. Gregorius hom. 20. in Ezech. pinguedinem ſacrificij atque medullam ait eſſe cordis humilis lacrymas ex amore Dei omnipotentis: S. Ambroſ. de Abel cap. 5. ait eſſe pabulum fidei ac deuotionis, & verbi cæleſtis vberiorem alimoniam: Bernardus ſerm. 1 de Natiuit. dicit eſſe fontis gratiæ & bonæ conuerſationis irrigationem. Ceterùm, exiſtimo ſatis appoſitè per hoc ſacrificium, quod è ſimila & thure offerebatur, & per hoc holocauſtum, in quo totum animal cremabatur, orationem poſſe intelligi. Quæ vt odor ſimilæ, & ſuffitus thuris in cælum aſcendit, & quidquid in nobis eſt, quaſi charitatis igne conſumit. Eſt ergo ſenſus quaſi diceret: Orationem tuam Deus, vt odorem ſuauiſſimum, gratam habeat, & deuotionis ac ſuauitatis pinguedine repleat, vt eâ illectus, ſecundùm deſiderium tuum faciat, & quidquid poſtulaueris, affatim tribuat.

Humilitas impinguat ſacrificium noſtrum.

Eccli. 35, 8.

Pinguedo & medulla ſacrificij quid myſticè.

Oratio, ſacrificium & holocauſtum Deo gratum.

Porrò Rupertus per *holocauſtum* hoc loco Euchariſtiam intelligit: quod holocauſtum tunc pingue fit, quando cum debita diſpoſitione ad illud accedimus. Hinc enim eſt quòd multi ad Euchariſtiam accedentes, in virtute non proficiant, quia videlicet eorum ſacrificium humilis animi pietate, ac tanti boni conſideratione non pingueſcit. Olim tam apud profanos quàm apud ſacros quædam erant victimæ Dijs non gratæ, & quæ malum omen portendebant; v. g. ſi parum ſanguinis victima effunderet, ſi abſque corde inueniretur, ſi clauda, manca aut macra exiſteret; vel aliud vitium haberet: cuiuſmodi victimæ vel omnino ab altari repellebantur, aut certè minùs Deo acceptæ, aut etiam mali ominis cenſebantur. Quando ergo Propheta dicit: *Holocauſtum tuum pingue fiat*; vult nos maxima præparatione animi ac deuotione ad Euchariſtiam accedere, vt vberem eius fructum percipiamus: ne victima per ſe alioquin Deo gratiſſima, ob indignitatem offerentis deſpiciatur. Nam vt pulchrè Rupertus ait: *Ille adeps in iſto primogenito eſt arietum, ſcilicet in carne & ſanguine eius vera diuinitas, & verum Dei Verbum. Vnde & nos hodieque cum Propheta dicimus illi: Memor ſit Dominus omnis ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pingue fiat. Videlicet, ſicut tunc, quando per ſemetipſum hoc Sacramentum condidit: ita & nunc, vbicumque idem per Eccleſiæ manus ipſe conficit, pinguedo ſpiritus & vitæ adſit: ne quem noſtrûm propter peccata ſua, diuinæ virtutis adeps refugiat; & ipſe macrum ſacrificium, corpus ſolummodo dentibus conterendo, corporis & ſanguinis Domini reus exiſtat.*

Euchariſtia, quibus ſit ſacrificium pingue; & quibus macrum.

ANNOTATIONES CORDERII.

5. *Tribuat tibi ſecundùm cor tuum.*] Non dixit, *ſecundùm petitiones carnis tuæ*, ſeu exterioris hominis, quæ à Deo vtiliter negantur: ſed *ſecundùm cor tuum*, id eſt ſecundùm cordis, ſeu interioris hominis, petitiones, quæ vtiliter conceduntur: de quibus alibi Dauid ait: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Vbi notat S. Ambroſ. ſolas petitiones cordis noſtri, ſeu ſecundùm cor noſtrum, quæ ſolæ dici debent petitiones noſtræ; nam petitiones carnis, à nobis alienæ cenſeri debent: illas, inquam, ſolas à Deo implendas & confirmandas, idque tantummodò Dauidem exoptaſſe. *Qui* (inquit Ambroſ.) *ſecundùm cor ait, non ſecundùm appetentiam carnis: Et illas petitiones, inquit, quæ prodeunt ex intimo corde, confirmet; non quæ ex carnis huius illecebra & voluptatibus diriguntur.*

Petitiones cordis, non carnis, à Deo implentur.

Pſal. 36, 4.

6. *Lætabimur in ſalutari tuo.*] Quaſi diceret: Apage hinc lætitia mundialis, abeſto magnificatio hominum, nos nec lætitiam, nec magnificationem accipimus, quam Deus & Chriſtus non pariat. *Lætabimur*, inquit, *in ſalutari tuo.* Vera mundi ſalus in Ieſu Chriſto, in quo lætabimur. vnde ſubdit:

In ſolo Deo lætandum.

In nomine Dei noſtri magnificabimur.] Ex Hebræo vertunt alij, *triumphabimus*; ad verbum, *vexillabimus, vexillum erigemus*; ſiue *explicabimus*; vt ſolemus dicere, Deo duce, & auſpice Chriſto, in nomine Domini, ſignis collatis in hoſtem, ruimus. Præmiſſâ namque ad Deum oratione, inuocatoque illius nomine, non modò alacriter quæcumque aggredimur difficilia: verùm etiam in ipſo ſtatim congreſſu, & victoriam certò iam futuram, nobis ipſa oratio pollicetur. *Eſt enim oratio* (vt ait S. Auguſt.) *Deo ſacrificium, hominibus ſubſidium, dæmonibus flagellum.* Hîc itaque Vates Regius de ſacra militia loquitur, in qua pij contra viſos & inuiſos inimicos belligerant, duce Deo: cuius, inquit, nomine corroborati, victis hoſtibus, vt magni & beati, omnium famâ & laude celebrabimur.

In nomine Domini ſolius eſt ſalus, victoria & triumphus.

ANNOTATIONES CORDERII.

bimur. S. Hieron. ita vertit, *in nomine Dei noſtri ducemus choros*, vt videlicet victores ſolent, cantu & lætitiâ fortunam ſuam proſequentes. Ceterùm illud quod ex Hebræo propriiſſimè verti diximus, *vexilla erigemus*, ſic intelligendum ait Arias Montanus, vt Regius per hoc Vates monere voluerit, in erectis vexillis Dei nomen inſcribendum, cui rei geſtæ gloriam omnes tribuamus. Hoc fortes Machabæi fecerunt, qui nomen inde ad æternam memoriam nobile conſecuti ſunt, quòd ſymbolo quodam breuiori in militaribus ſignis, illam victricem & auſpicabilem ſententiam ferrent: *Quis ſimilis tui in fortibus Domine?* Illi autem clariſſimi viri, macti laureis, & trophæorum immenſâ copiâ, tam abfuerunt ab oſtentatione glorioſa virium ſuarum, & ſuperbi animi confidentia, tamque fuerunt imbecillitatis ſuæ, & diuini præſidij conſcij, vt, cùm multas victorias retuliſſent, tribuerent ſibi nihil, ſed vni Deo ſummo omnium ductori, ac ſoſpitatori ſuo laudes pangerent, atque ad eius ſanctiſſimos pedes laureas ſuas abijcerent. Sic enim

1. Machab. 3, 19. diſertè profitebantur: *Non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cælo fortitudo eſt*. Porrò quoniam paulò pòſt v. 7. ſequitur, *Nunc cognoui, quoniam ſaluum fecit Dominus*; & poſteà v. 9. dicitur, *Surreximus, & erecti ſumus*; rectè intelligi poteſt, poſt verbum *magnificabimur* referri verba gratulationis, quam promittunt ſe cum lætitia & triumpho edituros poſt adeptam victoriam. Niſi malumus hæc dicta eſſe ex bona confidentia inter orandum concepta de Dei fauore, vt præterita illa, *ceciderunt, ſurreximus* & *erecti ſumus*, pro futuris exponantur.

Non in equis aut curribus fidendum. 8. *Hi in curribus, & hi in equis.*] Hæc verba ſic explicat S. Auguſt. vt in curribus fidant, & in equis, qui volubili rerum temporalium vertigine trahuntur, & ſuperbis extolluntur honoribus. Sic enim ille ſcribit in huius Pſalmi enarratione: *Hi in curribus, & hi in equis. Hi volubili ſucceſſione temporalium bonorum trahuntur, & hi ſuperbis preferuntur honoribus, atque in his exultant.* Sic ille. Nullus ſe his credat curribus, nullus his equis; ſolo Deo nitamur, ſpe ſolâ diuinâ paſcamur; caueat, qui currus hos quærit, ne velut alter Pharao cum curribus & equitibus in mare mergatur. Nam, vt alibi idem

Pſal. 32, 7. oraculum diuinum ait: *Fallax equus ad ſalutem*, quod Vatablus ex Hebræo vertit, *mendacium eſt ipſe equus*, vel *vanitas eſt equus ad ſecuritatem* ſalutemque tribuendam. Sub *equi* autem voce quoduis auxilij genus per ſynecdochen deſignat: ſiquidem in genere ſentit, eos qui terrenis medijs vitam ſuam probè munitam exiſtimant, vt plurimùm in ipſo articulo deſtitui, & ferè deluſos perire, vt hoc modo eorum ſtultitiam Deus coarguat. Pulchrè ad hoc propoſitum S. Ambroſ. ſerm. 5. in Pſal. 118. ait: *Equos currentes aſpicis, vanitas eſt, quia vanè currunt, qui aſcendentem ſaluare non poſſunt. Denique recurſus ipſe te doceat, quia vanè currunt, qui non directum conficiunt iter*, &c. Mendacium igitur, mendacium planè eſt, quo nituntur homines improuidi, & cæleſtium ignari, cùm in humanis illis adiumentis confidunt. Illa eſt vera & propria Chriſtianorum bonorum gloriatio: *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus*. Id eſt, in humanis illi fidunt, nos autem præſidio diuino freti, vires Dei & auxilium implorabimus. Opponit hîc Propheta Regius duas hominum claſſes; alteram quidem eorum qui in curribus & equitibus fiduciam habent; alteram verò illorum qui in nomine Dei noſtri fiduciam ſuam collocant: quaſi fieri non poſſit, vt hi qui ſub nomine Domini militant, vllum habeant commercium cum his qui curribus & equis vehuntur. Quâ phraſi viros nobiles & heroes notat: *Quorum* (inquit Origenes) *nos, ſi rectè ſub Ieſu duce militamus, debemus in nobiſmetipſis abſcindere vitia, & accepto ſpiritali gladio, ſubneruare omnem equitatum peſſimum vitiorum, & currus debemus incendere, id eſt omnem à nobis arrogantiæ & elationis ſpiritum reſecare, vt vltra non in equis, neque in armis, ſed in nomine Dei noſtri inuocemus*. Vbi obiter nota cum Ianſenio & Bellarmino noſtro, frequenter apud Hebræos occurrere hanc phraſim, quâ *inuocare in nomine Domini* ponitur, pro *inuocare nomen Domini*. Alioquin myſtico ſenſui benè congruit, vt ad Chriſtum reſpicientes dicamus: *Inuocabimus Deum in nomine Domini Dei noſtri*, iuxta illud, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo*, &c. Ioan. 14, 13.

Quid ſit inuocare in nomine Domini.

9. *Ipſi obligati ſunt*, &.] Græcè *συνεποδίσθησαν*, id eſt propriè, *compediti ſunt*, ſiue compedibus obligati; S. Hieron. vertit, *incuruati ſunt*; alij transferunt, *obliquati ſunt*; in quibuſdam codicibus legitur, *infirmati ſunt*. Vbi nota cum Ianſenio ordinem verborum quo hîc vtitur Propheta. Illis enim qui ſuperbè ſe erexerant, & erecto collo confidenter incedebant, priùs tribuit incuruari, aut obligari, ac deinde cadere: nam hoc ſequitur incuruationem & obligationem. Illis verò qui deijciendi videbantur, quique ſe Deo demiſsè ſubmittebant, tribuit primùm ſurgere à deiectione, ſcilicet intentatâ; deinde ſtatim erectum perfectæ ſignum confidentiæ. Nam antequam quis erectus ſtet, priùs ſurgat neceſſe eſt.

IN PSALMVM XX. ARGVMENTVM.

1. In finem Pſalmus Dauid.

ά. Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Rurſum diuinus David, quaſi ex perſona populi, hunc quoque Pſalmum conſcripſit, pro valetudine regis Ezechiæ Deum laudans.

Πάλιν ὁ θεῖος Δαβίδ, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ, καὶ τοῦτον ἔγραψε τὸν ψαλμὸν, ἐπὶ τῇ τοῦ βασιλέως Ἐζεκίου ὑγείᾳ τὸν θεὸν ἀνυμνῶν.

PARA-

PARAPHRASIS.

β. Κύριε ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου ἀγαλλιάσεται σφόδρα.

γ. Τὴν ἐπιθυμίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ ἔδωκας αὐτῷ, καὶ τὴν θέλησιν τῶν χειλέων αὐτοῦ οὐκ ἐστέρησας αὐτόν.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Δυνατὸς ὤν, φησὶ, καὶ φιλάνθρωπος, εὐμενῶς ἐδέξω τοῦ βασιλέως ἡμῶν τὴν προσευχὴν, καὶ πάσας αὐτῷ δέδωκας τὰς αἰτήσεις, μείζους δὲ μᾶλλον τῆς αἰτήσεως δωρεὰς ἐδωρήσω. τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν·

δ. Ὅτι προέφθασας αὐτὸν ἐν εὐλογίαις χρηστότητος· ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στέφανον ἐκ λίθου τιμίου.

Τὴν βασιλείαν γὰρ οὐκ αἰτηθεὶς παρέσχες αὐτῷ· οἰκείᾳ δὲ φιλοτιμίᾳ, τῷ βασιλικῷ στεφάνῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κατεκόσμησας.

ε. Ζωὴν ᾐτήσατό σε, καὶ ἔδωκας αὐτῷ μακρότητα ἡμερῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος.

Ἔλαβε γὰρ καὶ ἅπερ ἱκετεύσας ἐπήγγειλε, καὶ τετύχηκε ζωῆς ἧς ἐπόθησε. Τὸ γὰρ εἰς αἰῶνα αἰῶνος, τὸν μέλλοντα βίον παραδηλοῖ, τὸν τοῖς ἁγίοις ἡτοιμασμένον.

ϛ. Μεγάλη ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τῷ σωτηρίῳ σου, δόξαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτόν.

Οὐ γὰρ μόνον αὐτῷ σωτηρίαν δεδώρησαι, ἀλλὰ καὶ περιφανῆ αὐτὸν πεποίηκας, τῷ τε τῶν πολεμίων παραδόξῳ θανάτῳ, καὶ τῷ τὸν ἥλιον τὴν ἐναντίαν δραμεῖν.

ζ. Ὅτι δώσεις αὐτῷ εὐλογίαν εἰς αἰῶνα αἰῶνος, εὐφρανεῖς αὐτὸν ἐν χαρᾷ μετὰ τοῦ προσώπου σου.

Ἐν πάσαις, φησὶ, ταῖς γενεαῖς ἀοίδιμος ἔσται, καὶ πολυθρύλλητος, τοσαύτην ἐσχηκὼς παρά σοι παῤῥησίαν. Τὸ γὰρ μετὰ τοῦ προσώπου σου, παρὰ τῷ προσώπῳ σου τέθεικεν ὁ Σύμμαχος. Εὐφροσύνην τοίνυν ἕξει, φησὶ, καὶ διηνεκῆ θυμηδίαν τοῦ προσώπου, τε-

2. Domine in virtute tua lætabitur rex, & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

3. Deſiderium cordis eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

DIAPSALMA.

Cùm, inquit, potens ſis & benignus, humaniter preces noſtri regis admiſiſti, & omnes petitiones ei conceſſiſti; quin potiùs maiora petitionibus dona largitus es. Hoc enim ſubiunxit: *Deus liberalis in donis.*

4. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

Nam non rogatus illi regnum donaſti; propriâ verò liberalitate, regali diademate caput eius ornaſti.

5. Vitam petijt à te, & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculum * ſæculi. ** Vulgata repetit & in ſæculum*

Accepit enim & quæcumque obſecrando petijt, & optatam vitam obtinuit. Hoc enim *in ſæculum ſæculi*, futuram vitam demonſtrat, ſanctis præparatam.

6. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum.

Non ſolùm enim ei vitam donaſti, verùm illuſtrem illum reddidiſti & clarum: tum admirabili hoſtium interitu, tum etiam quòd ſol prodigiosè retroceſſerit.

7. Quoniam dabis ei benedictionẽ in ſæculum ſæculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

In omnibus, inquit, generationibus celebris & famoſus erit; quòd tantam tecum habuerit familiaritatem. Hoc enim *cum vultu tuo*, tranſtulit Symmachus, *iuxta vultum tuum.* Lætitiam igitur, inquit, habebit, & continuam vultus recreationem, tuam *Deus glorificat ſperantem in ſe.*

nempe

PARAPHRASIS PATRVM.

nempe adeptus beneuolentiam. Hoc autem illi accidit, quoniam in te ſpem collocauit. Vnde ſubiunxit:

τέστι τῆς εὐμενείας τυγχάνων. αἴτιον δὲ τοῦτο αὐτῷ γέγονε, τὸ ἐπὶ σοὶ πεποιθέναι. ὅθεν ἐπήγαγεν·

8. Quoniam rex ſperat in Domino, & in miſericordia Altiſſimi non commouebitur.

η. Ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐλπίζει ἐπὶ κύριον, καὶ ἐν τῷ ἐλέει τοῦ ὑψίστου οὐ μὴ σαλευθῇ.

Superior enim eſt inimicis is qui tuæ gratiæ compos exiſtit. Hanc ille conſequitur, qui in nullo homine fidens, tuâ ſolâ ſpe nititur.

Κρείττων γάρ ἐστι τῶν πολεμούντων ὁ τῆς σῆς χάριτος ἀπολαύων. Ἀπολαύει δὲ ταύτης, ἀνθρώπῳ μὲν οὐδενὶ θαρρῶν, τῇ δὲ σῇ ἐλπίδι θαρρυνόμενος μόνῃ.

9. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

θ. Εὑρεθείη ἡ χείρ σου πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς σου· ἡ δεξιά σου εὕροι πάντας τοὺς μισοῦντάς σε.

Dextera Dei, pro potentia.

Dexteram autem & *manum* diuinam potentiam appellauit.

Δεξιὰν δὲ καὶ χεῖρα, τὴν θείαν ἐνέργειαν κέκληκε.

* Vulgata omittit Quoniam

10. * Quoniam pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

ι. Ὅτι θήσεις αὐτοὺς ὡς κλίβανον πυρὸς εἰς καιρὸν τοῦ προσώπου σου· κύριος ἐν ὀργῇ αὐτοῦ συνταράξει αὐτούς, καὶ καταφάγεται αὐτοὺς πῦρ.

11. Fructum eorum de terra perdes, & ſemen eorum à filijs hominum.

ια. Τὸν καρπὸν αὐτῶν ἀπὸ γῆς ἀπολεῖς, καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων.

Deo facile eſt perdere inimicos.

Facillimum tibi eſt, inquit, velut clibanum incendere eos, atque conficere in igne, tamquam materiam combuſtioni aptiſſimam; & non ipſos ſolùm, verùm etiam eorũ poſteros. Nam hos & *ſemen* & *fructum* nuncupauit, vt omnis eorum memoria deleatur. Hoc autẽ *in tempore vultus tui*, id eſt, in tempore iræ tuæ, cùm hoc facere bonum cenſueris, & opportunum eſſe tempus vindictæ iudicaueris.

Vultus, pro ira.

Ῥᾷστόν σοι, φησί, κλιβάνου δίκην ἐξάψαι αὐτούς, καὶ καταναλῶσαι ὡς ὕλην εὔπρηστον ἐν πυρί. καὶ οὐκ αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκείνων ἐγγόνους. τούτους γὰρ καὶ σπέρμα, καὶ καρπὸν προσηγόρευσε, ὥστε πᾶσαν αὐτῶν ἐξαλειφθῆναι τὴν μνήμην. Τὸ δὲ εἰς καιρὸν τοῦ προσώπου σου, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ τῆς ὀργῆς σου καιρῷ, ὅταν τοῦτο δοκιμάσῃς γενέσθαι, καὶ ἐπιτήδειον εἶναι κρίνῃς τὸν τῆς τιμωρίας καιρόν.

12. Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt conſilia * quibus non poſſint ſtare.

* Vulg. quæ non potuerunt ſtabilire.

ιβ. Ὅτι ἔκλιναν εἰς σὲ κακά, διελογίσαντο βουλὰς αἷς οὐ μὴ δύνωνται στῆναι.

Impij in Deum maledici.

Id eſt, contra te linguam mouerunt, & maledictis vſi ſunt. Et qui videbantur eſſe ſapientes in falſa cognitione, cogitauerunt conſilia quæ non potuerunt ſtabilire.

Τουτέστι, κατά σου τὴν γλῶσσαν ἐκίνησαν, καὶ βλασφήμοις λόγοις ἐχρήσαντο. Καὶ οἱ δοκοῦντες εἶναι σοφοὶ ἐν τῇ ψευδωνύμῳ γνώσει, διελογίσαντο βουλάς, ἃς οὐκ ἠδύναντο στῆσαι.

13. Quoniam pones eos dorſum, in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.

ιγ. Ὅτι θήσεις αὐτοὺς νῶτον, ἐν τοῖς περιλοίποις σου ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπον αὐτῶν.

Nemo Deũ poteſt effugere.

Symmachus legit, *pones ipſos auerſos*. Eos enim qui Angeli plagam effugerunt, terga dare coges: & eos qui nunc fugiunt, quique terga dederunt, & qui ſibi perſuaſerunt ſe mortem declinaſſe, poteris conuertere, & ſiſtere, & mulctare.

Ὁ Σύμμαχος, θήσεις αὐτοὺς ἀποστρόφους. Τοὺς γὰρ τὴν τοῦ ἀγγέλου διαφυγόντας πληγήν, τὰ νῶτα δοῦναι καταναγκάσεις· καὶ τοὺς νῦν φεύγοντας, καὶ νῶτα δεδωκότας, καὶ ἡγουμένους διαπεφευγέναι τὸν θάνατον, αὖτις στρέψαι, καὶ στῆσαι, καὶ κολάσαι σοι δυνατόν.

ιδ. Ὑψώ-

ιδ΄. Ὑψώθητι κύριε ἐν τῇ δυνάμει σου, ᾄσομεν καὶ ψαλοῦμεν τὰς δυναστείας σου.

Δείκνυται γάρ σου τὸ ὕψος, φησὶ, διὰ τῆς ἀῤῥήτου δυνάμεώς σου. ἡμεῖς δὲ ᾄδοντες καὶ ὑμνοῦντές σε, διατελέσομεν τὰς σὰς θαυματουργίας διεξιόντες.

14. Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & pſallemus virtutes tuas.

Demonſtratur enim, inquit, tua altitudo, per inexplicabilem potentiam tuam, nos verò canentes & celebrantes te, tua mirabilia opera enarrabimus.

COMMENTARIVS PATRVM.

COMMENTARIVS.

β΄. Κύριε ἐν δυνάμει σου.] Διὰ τὴν προκειμένην γενομένην μαθόντα τὸν Δαβὶδ τὰ περὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ μέλλοντος βλαστάνειν Χριστοῦ ἐσόμενα σωτήρια τοῖς ἀνθρώποις, οὐκ ἀπεικὸς εὐφρανθῆναι αὐτόν. ᾧ καὶ παρὼν ἐπεύχεται ψαλμὸς, μὴ μέχρι γνώσεως, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων αὐτῷ γενέσθαι τὴν εὐφροσύνην. Τοῦτο γὰρ ἐπεθύμει κατὰ ψυχὴν, καὶ λαβεῖν ἐδεῖτο, ὃ καὶ δοθὲν γέγονεν αὐτῷ στέφανος ἐκ λίθου τιμίου, τὴν κεφαλὴν δοξάζων. Δοξάζεται γὰρ ἐν πᾶσι ἔθνεσιν ὁ Δαβὶδ, μετὰ τοῦ κυρίου αὐτοῦ τοῦ κατὰ σάρκα υἱοῦ. Τὴν ἐπιθυμίαν μὲν τῆς καρδίας φησὶν ἁπλῶς ἅπερ ᾔτησεν ἐν εὐχῇ. Θέλησις δὲ χειλέων ἐστὶν ἡ περὶ τῶν νενοημένων ἀπαγγελία. Τὸ δὲ προέφθασας, ἀντὶ τοῦ οὐχ ὅσα ᾔτησε μόνον δέδωκας, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὃ ᾔτησε, νικήσας φιλοτιμίᾳ τὴν τοῦ αἰτήσαντος ἀπληστίαν, ἀντὶ τοῦ, καὶ μὴ αἰτήσαντι δέδωκας. Βασιλείαν γὰρ μὴ αἰτήσας ἔλαβεν. Ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων δέ τις στεφανοῦται. Οἷον ὁ δικαίως διώξας τὸ δίκαιον, τὸν τῆς δικαιοσύνης λήψεται στέφανον. καὶ ὁ τῷ κυρίῳ κατατρυφήσας, στεφάνῳ τρυφῆς ὑπερασπίζεται, καὶ ἑξῆς. Ζωὴν δὲ ἢ τὴν παροῦσαν, ἢ μᾶλλον τὸν μέλλοντα βίον δηλοῖ. ἢ περὶ Ἐζεκίου, καὶ τῆς ἐκ τῆς νόσου ὑγείας, οὗ καὶ μεγάλη γέγονεν ἡ δόξα, τῷ τε τῶν πολεμίων παραδόξῳ θανάτῳ, καὶ τῷ τοῦ ἡλίου ἀναποδισμῷ· ἢ τὸ τοῦ θεοῦ σωτήριον δόξαν περιποιεῖ μεγάλην τῷ ἀναστάντι ἐκ νεκρῶν Χριστῷ, καὶ παντὶ τῷ συναναστάντι αὐτῷ. Τὸ δὲ ἐπιθήσεις ἐμφαίνει, ὅτι καὶ πρὸ ταύτης τῆς δόξης ἑτέραν εἶχε, κατὰ τὸ Ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω. Καὶ ἡ μεγαλοπρέπεια δὲ, ἤτοι τὸ μεγάλοις πρέπον, ἐν τῷ σωτῆρι γεγένηται. Τί γὰρ μεῖζον τοῦ νεκροὺς ἐγεῖραι, ἐπὶ θαλάσσης βαδίσαι, καὶ τῶν ἄλλων θαυμάτων; Δέδοται αὐτῷ καὶ εὐλογία, καθ' ἣν τοὺς προσπελά-

2. Domine in virtute tua.] Cùm Dauid ex oraculis tunc extantibus, ſalutaria illa, quæ hominibus per Chriſtum ex ipſo naſciturum obuentura erant, cognouiſſet, haud abſimile eſt ipſum lætitiam percepiſſe. Cui etiã præſens Pſalmus, non ſolùm cognitione tenus, verùm etiam reipſà lætitiam apprecatur. Hoc enim ſecundùm animam deſiderabat, & accipere poſtulabat; quod item datum, ipſi corona extitit de lapide pretioſo, inſigniens caput eius. Nam in omnibus Gentibus Dauid, vnà cum Domino, ſuo ſecundùm carnem filio, glorificatur. *Deſiderium* quidem *cordis* vocat ſimpliciter id quod petijt in oratione. *Voluntas* autem *labiorum*, eſt eorum quæ mente concepta ſunt enuntiatio. Porrò, *præueniſti*, inquit, id eſt, non ſolùm ea quæ petijt, tribuiſti, verùm etiam pluſquam petijt, liberalitate ſuperans petentis auiditatem: id eſt, dediſti etiam non petenti. Accepit enim regnum, quod non poſtulauerat. Ceterùm benefactis ſuis quis coronatur. Sic qui iuſtè iuſtum proſecutus fuerit, iuſtitiæ coronam accipiet: & qui in Domino delectatus fuit, coronâ deliciarum protegitur, &c. Vitam autem, ſiue præſentem, ſiue potiùs futuram declarat. Vel agit de Ezechia, & eiuſdem ex morbo ſanitate: cuius quoque magna fuit gloria, cùm ob hoſtium mirabilem interitum, tum etiam ob ſolis retrogradationem: vel certè ſalutare Dei gloriam attribuit quàm maximam Chriſto ex mortuis reſurgenti, omnique cum illo reſurgenti. Illud autem, *impones*, ſeu *appones*, inſinuat ipſum etiam ante hanc gloriam, quamdam aliam habuiſſe. iuxta illud: *Clarificaui, & iterùm clarificabo.* Quin & magnificentia, ſiue id quod magnos decet, fuit etiam in Saluatore. Quid enim magnificentius, quàm mortuos reſuſcitare, ſuper mare ambulare, aliaque miracula patrare? Data eſt etiam ipſi benedictio, quâ ad ſe acceden-

Dauid ſpe in Chriſtũ exhilaratur.

Deus excedit vota piorum.

Ioan. 12, 28.

Chriſti magnificentia quanta.

cedentibus benedicit. Illud autem, *Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo*, Domini noſtri ſecundùm carnem conuerſationem inſinuat. Tametſi enim Dauid olìm mortuus fuerit, haud tamen ignarus fuit aduentus eius qui ex ipſo erat oriturus. Iuſtorum enim animæ viuunt in manu Domini, & futura intuentur, maximè cùm à vinculis hiſce fuerint abſolutæ, & à circumſtante terrenâ nube liberæ; adeò vt etiam cùm ipſo exiſtentes non prohibeantur procul diſſita intueri, atque alijs prædicere. *Cum vultu* igitur, ſiue cum figura ſubſtantiæ paternæ, rex Dauid lætificabitur. Vel iſtud, *Cum vultu tuo*, dicit, pro ex vultu tuo, vultum Dei vocans apparitionem & ſuſceptionem. Vult enim dicere, Quoniam lætificaſti eum, & gaudio impleuiſti, apparendo & ſuccurrendo. Sperans enim obtinuit id quod ſperabat, & benignitate adiutus, minimè eſt euerſus. Superior erit inimicis ſuis, gratiâ tuâ fretus: non commouebitur à firma ſtatione, quoniam ſpes non confundit.

Iuſti futurorum conſcij.

Hebr.1,3.

Vultus Dei, eſt apparitio eius.

9. INVENIATVR MANVS TVA.] Id eſt comprehendet, venabitur omnes, non aliquos, ſcilicet cùm puniet, vel expugnabit eos qui diuinæ legi aduerſantur. Inimicos autẽ dixerit etiam impios, ita vt per ea quæ patiuntur agnoſcant Deum qui cunctis præeſt: vel eos qui oderunt Deum, intelligit peccatores. Si enim in eo qui mandata Dei ſeruat, dilectio Dei perficitur, manifeſtum eſt, odiſſe eum qui non ſeruat: qui & perijſſe dicitur. Ceterùm venit Saluator, qui eſt dextera Patris, ad quærendum id quod perierat. Ponit autem Scriptura manum quidem pro vindicta, iuxta illud, *Manus tua gentes diſperdidit:* dexteram verò pro ſalute ceteriſque bonis, iuxta illud, *Dextera Domini fecit virtutem.* Conſequenter etiam nunc manum dedit inimicis, dexteram verò, ad inueniendum eos qui oderunt, vt inuenti non pereant. Porrò inuentis ijs, quid ages? *Pones eos vt clibanum.* q. d. Facillimum tibi eſt tamquam clibanum accendere, & conſumere, non ipſos ſolùm, ſed etiam poſteros eorum, in tempore iræ tuæ (hoc enim vultus inſinuat) ſcilicet, quando id fieri conſtitueris, ac decreueris. Non fruſtrà inquit, rex ſpe tuâ fretus eſt, ſed ſciens omnibus ſuperiorem eſſe dexteram tuam; adeò, vt velociſſimos quoſque etiam comprehendat. Siue in ſecundo aduentu oſtendens ipſos

Deus comprehendit impios, dum eos punit.

Matth.18,11.

Pſal.43,3.

Dextra pro ſalute.

Pſal. 117,16.

Deus ponit impios vt clibanum ignis.

πελάζοντας εὐλογεῖ. τὸ δὲ, εὐφρανεῖς αὐτὸν ἐν χαρᾷ μετὰ τοῦ προσώπου σου, τὴν κατὰ σάρκα ἐπιδημίαν αἰνίττεται τοῦ κυρίου. εἰ γὰρ καὶ πάλαι ὁ Δαβὶδ ἐτεθνήκει, ἀλλ' οὐκ ἀνεπαίσθητος ἦν τῆς τοῦ ἐξ αὐτοῦ γενομένου ἀφίξεως. ζῶσι γὰρ ἐν χειρὶ κυρίου αἱ τῶν δικαίων ψυχαί, καὶ τὰ γενόμενα ὁρῶσιν· ἀπολυθεῖσαι μάλιστα τοῦ δεσμοῦ, καὶ τοῦ ἐπιπροσθοῦντος γεώδους νέφους, ὥστε γε καὶ σὺν αὐτῷ οὔσαι, οὐδὲν ἐκωλύθησαν τὰ πόρρω θεᾶσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις προλέγειν. Μετὰ τοῦ προσώπου οὖν, ἤτοι μετὰ τοῦ χαρακτῆρος τῆς ὑποστάσεως τῆς πατρικῆς, ὁ βασιλεὺς Δαβὶδ εὐφρανθήσεται. Ἢ τὸ, μετὰ τοῦ προσώπου σου, ἀντὶ τοῦ ἐκ προσώπου σου λέγει, πρόσωπον θεοῦ καλῶν τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ ἀντίληψιν. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ηὔφρανας αὐτὸν, καὶ χαρᾶς ἐπλήρωσας, ἐπιφανεὶς καὶ βοηθήσας. ἐλπίσας γὰρ ἔτυχεν ὧν ἤλπισε, καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ βοηθηθεὶς, οὐ παρετράπη. κρείττων ἔσται τῶν πολεμίων, τῆς σῆς χάριτος ἀπολαύων· οὐ σαλευθήσεται τῆς ἐρρωμένης στάσεως, ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.

θ'. ΕΥΡΕΘΕΙΗ Η ΧΕΙΡ ΣΟΥ.] Ἀντὶ τοῦ καταλήψεται, θηρεύσει πάντας, οὐ τινάς· ἤγουν τιμωρουμένη, ἢ πολεμοῦσα τοῖς ἀντιτεταγμένοις τῷ θείῳ νόμῳ. Λέγοι δ' ἂν ἐχθροὺς καὶ τοὺς ἀθέους, ὥστε δι' ὧν πάσχουσι γνῶναι τὸν ἐπιστατοῦντα τοῖς ὅλοις θεόν· ἢ μισοῦντας θεὸν ἐνταῦθα τοὺς ἁμαρτάνοντας. εἰ γὰρ ἐν τῷ τηροῦντι τὰς ἐντολὰς ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ τελειοῦται, δῆλον ὡς ὁ μὴ τηρῶν, μισεῖται, ὃς καὶ ἀπολωλέναι λέγεται. Ἀλλ' ἦλθεν ὁ σωτὴρ, ἡ τοῦ πατρὸς δεξιὰ, ἐπὶ τὸ ζητῆσαι τὸ ἀπολωλός. τάττει δὲ ἡ γραφὴ ἐπὶ μὲν κολάσεως τὴν χεῖρα, ὡς τὸ, Ἡ χείρ σου ἔθνη ἐξωλόθρευσε. τὴν δὲ δεξιὰν, ἐπὶ σωτηρίας καὶ τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν, ὡς τὸ, Δεξιὰ κυρίου ἐποίησε δύναμιν. Ἀκολούθως οὖν καὶ νῦν τὴν χεῖρα δίδωσι τοῖς ἐχθροῖς, τὴν δὲ δεξιὰν πρὸς τὴν τῶν μισούντων εὕρεσιν, ὡς ἂν εὑρεθέντες μὴ ἀπόλωνται. Εὑρὼν δὲ, τί ποιήσεις; Θήσεις αὐτοὺς ὡς κλίβανον. ὡσεὶ λέγων, ῥᾷστόν σοι κλιβάνου δίκην ἐξάψαι, καὶ καταναλῶσαι, οὐκ αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν, ἐν τῷ τῆς ὀργῆς σου καιρῷ (τοῦτο γὰρ πρόσωπον.) ἤγουν, ὅταν παραστῇ σοι, καὶ δοκιμάσῃς τοῦτο γενέσθαι. Οὐ μάτην, φησὶν, ὁ βασιλεὺς τῇ σῇ ἐλπίδι τεθάρρηκεν, ἀλλ' εἰδὼς ὅτι πάντων κρείττων ἡ σὴ δεξιὰ, ὥστε καταλήψεσθαι καὶ τοὺς ταχυτάτους. Ἢ αὐτὶ πυρὸς αὐτοὺς ἀποδείξεις μετό-

χους,

χὰς, ἐν τῇ δευτέρᾳ σου παρουσίᾳ, ὃ ἑαυτοῖς ἐξέκαυσαν· ὅταν ἐπιλάμψῃς τὸ πρόσωπόν σου, τὴν σὴν δεικνὺς βασιλείαν. ὡς ἂν ἑαυτοῖς πυρὸς κλίβανος γίνωνται, ἔνδοθεν ἔχοντες τὸ ἐκκαιόμενον πῦρ, ὡς οἱ πυρέττοντες. Ἢ οὕτως· οὐ διαπαντὸς αὐτοὺς θήσεις ὡς κλίβανον πυρὸς, ἀλλ' ἕως ἐπιλάμψεως τοῦ προσώπου σου. ὡς γὰρ οὐ μάτην ἐκκαίεται κλίβανος, ἀλλ' ἐπὶ τέλει χρηστῷ, οἷον ἀρτοποιίᾳ, οὕτω τίθεται καὶ τὰς κολάσεις ὁ θεὸς, μέχρις ἂν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἰδεῖν δυνησώμεθα. Λήψεται δέ τις ταῦτα καὶ κατὰ Ἰουδαίων, διὰ τὸ πρὸς αὐτὸν εἶναι τὸν λόγον τὸν κύριον. Εἶτα τίθησι τὴν αἰτίαν δι' ἣν ταῦτα πείσονται, Ὅτι ἔκλιναν εἰς σὲ κακά· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὅτι συνέφραξαν κατά σου εἰς κακόν. Εἰ γὰρ καὶ ἀνθρώποις ἐπολέμουν, ἀλλ' εὐσεβέσι πολεμοῦντες, εἰς σὲ τὴν ὕβριν ἀνέφερον. ἀλλ' οὐ κατισχύσουσιν αὐτῶν, οὐδὲ στήσονται αἱ ἐπιβουλαὶ πρὸς τῆς σῆς ὀργῆς, φυγάδων καθισταμένων. Λέγοιντο δ' ἂν ἐκκλίνειν εἰς αὐτὸν κακὰ, καὶ οἱ ἄθεα δόγματα περὶ θεοῦ λέγοντες, καὶ ὁ προδοὺς αὐτόν. Σημείωσαι δὲ, ὅτι κατ' ἔκκλισιν ἐπιτελεῖται κακὰ, καὶ οὐ κατ' εὐθύτητα. Ἀλλ' ἕξουσι, φησι, τὴν κακίαν ἄστατον καὶ ἀβέβαιον οἱ κακοί. οὓς δὲ θεὸς ἀποστρέφεται, τίθησι νῶτον, δυναμένους πρόσωπον εἶναι, πρὸς τὸ τὰ ὀπίσθια κατανοοῦντας, διὰ τῶν ποιημάτων πάλιν πρὸς αὐτὸν ἀναφέρεσθαι. Τινὲς δὲ ταῦτα περὶ Ἰουδαίων φασὶ, διαλογισαμένων βουλὴν ἀδύνατον στῆναι, θανάτῳ περιβαλεῖν τὸν ἀθάνατον· οἱ πρῶτοι, φησι, τεταγμένοι διὰ τὴν τῶν πατέρων ἐκλογὴν, κατόπιν τῆς τῶν ἐθνῶν βαδιοῦνται κλήσεως, ἐν τῇ πρὸς Χριστὸν πίστει. Κατὰ δὲ ῥητὸν οὕτως. Ἀπολεῖς αὐτοὺς, ἀνθ' ὧν ἔκλιναν, ἤτοι ἐβλασφήμησαν εἰς σὲ οἱ Ἀσσύριοι, καὶ ἐλογίσαντο ἐννοίας ἀδυνάτους· οὕτω γὰρ Σύμμαχος. Τί δὲ ἐλογίσαντο; ἐμπρῆσαι τὴν πόλιν, αἰχμαλωτίσαι τὸν δῆμον, ἀνελεῖν τὸν βασιλέα, ἃ στῆναι καὶ γενέσθαι οὐκ ἔμελλεν. ἐπεὶ νῶτον ἡμῖν αὐτοὺς εἰργάσω, καὶ φυγάδας κατέστησας. Τὸ δὲ, Ἐν τοῖς περιλοίποις σου ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπον αὐτῶν, ἐν ὑπερβατῷ κεῖσθαι εἶπόν τινες· Ἐν τοῖς περιλοίποις αὐτῶν ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπόν σου, ἀντὶ τοῦ, ἀνελὼν τινας, τοὺς περιλοίπους φυγάδας κατέστησας. ἀλλ' οὐδ' ἐκείνων ἐφείσω. ἑτοιμάσεις γὰρ, ἤτοι στηρίσεις τὸ πρόσωπόν σου, καὶ κατ' αὐτῶν, ἕως κἀκείνους

COMMENTARIVS PATRVM.

fore igni obnoxios, quem ſibi ſuccenderunt; quando nimirum illuminabis vultum tuum, regnum tuum demonſtrans. Itaque ſibi ipſis clibanus ignis exiſtunt, intra ſe accenſum ignem continentes, vt febricitantes. Vel hoc modo: non ſemper ipſos pones vt clibanum ignis, ſed donec illumines faciem tuam. Quemadmodum enim non fruſtrà clibanus accenditur, ſed ad bonum finem, ſcilicet ad panificium: ita etiam Deus irrogat ſupplicia, donec faciem eius videre valeamus. Aliquis verò hæc etiam contra Iudæos accipiat, quòd ipſimet verbo Deo aduerſentur. Deinde ponit cauſſam, ob quam iſta patientur: *Quoniam declinauerunt in te mala*; Symmachus ait, *quoniam concluſerunt aduerſus te in malum.* Etſi enim homines oppugnauerint, attamen pijs aduerſando, tibi contumeliam irrogarunt: verumtamen ipſis non præualebunt, neque inſidiæ ipſorum reſiſtent iræ tuæ, ipſis in fugam actis. Quin etiam dici poſſent declinare in eum mala, qui impia de Deo dogmata effutiunt, quique ipſum prodit. Aduerte autem mala perpetrari ſecundùm electionem, & non ſecundùm rectitudinem. Ceterùm, inquit, praui habebunt malitiam inconſtantem & inſtabilem. Quos autem Deus auerſatur, ponit dorſum, cùm potuiſſent eſſe facies, ſi ea quæ retro ſunt, conſiderantes, per creaturas rurſus ad ipſum tenderent. Nonnulli verò hæc de Iudæis efferunt, qui conati ſunt conſilium impoſſibile ſtabilire, morti tradendo immortalem; qui, inquit, propter patrum electionem, primo loco poſiti, poſteriores facti ſunt Gentibus in vocatione ad fidem Chriſti. Litteralis autem ſenſus hic eſt, q. d. Perdes illos, eò quòd declinauerint, ſiue tibi maledixerint Aſſyrij, & cogitationes impoſſibiles cogitauerint: ſic enim Symmachus legit. Quid porrò cogitauerunt? nempe ſuccendere ciuitatem, captiuare populum, regem è medio tollere: quæ minimè erant ſtabilienda, neque futura. Quoniam feciſti eos nobis dorſum, & in fugam vertiſti. Illud autem, *In reliquijs tuis præparabis vultum eorum*; quidam cum hyperbato poſitum aſſeruerunt, & intellexerunt ſic: *In reliquijs ipſorum præparabis vultum tuum*, q. d. Nonnullis è medio ſublatis, reliquos in fugam dediſti. Sed nec ipſis peperciſti: præparabis enim, ſiue ſtabilies vultum tuum etiam contra ipſos, donec eos

Deus non fruſtrà punit impios.

Verſ. 12.

Praui ſunt inconſtantes.

Dorſum pro fuga.

Verſ. 13.

CATENA PATRVM.

è medio tollas, ſiue reliqua etiam ſupplicia ijs infligere, tibi facile eſt.

10. Exaltare Domine.] Id eſt, ſuperior euadas inimicis tuis, nobiſque ope tuâ vicinior ſias. Altus es naturâ, id quod es demonſtra. Demonſtratur enim altitudo tua per ineffabilem virtutem, vt perſeueremus mirabilia tua decantantes. Siue ac ſi dicat: Quandoquidem infirmitati noſtræ condeſcendens infirmi quid aſſumpſiſti, cùm crucifixus es, *exaltare in virtute tua.* Ceterùm verbum *cantare*, intelligendum eſt de contemplatione, *pſallere* verò de virtutis exercitatione.

Quando Deus exaltetur.

Cantus eſt contēplatio, Pſalmus virtutis exercitatio.

ἀνέλῃς, ἢ τὰς ὑπολοίπους σου τιμωρίας ἀπαιτές σοι ἐπαγαγεῖν αὐτοῖς.

ιδ΄. Ὑψώθητι κύριε.] Ἀντὶ τοῦ, ὑψηλότερος γενοῦ τῶν ἐναντίων, καὶ πλησίον ἡμῶν τῇ βοηθείᾳ. Ὑψηλὸς εἶ φύσει, ὅπερ εἶ δεῖξον. Δείκνυται γάρ σου τὸ ὕψος διὰ τῆς ἀῤῥήτου δυνάμεως, ἵνα διατελέσωμεν ὑμνοῦντες τὰ μεγαλεῖά σου. Ἢ αὐτὶ τοῦ· ἐπεὶ συγκαταβαίνων τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν, ἀσθενές τι ἀνείληφας σταυρωθεὶς, ὑψώθητι ἐν τῇ δυνάμει σου. Τὸ μέντοι ᾄδειν ἐπὶ θεωρίας ληπτέον, τὸ δὲ ψάλλειν ἐπὶ τῆς κατ᾽ ἀρετὴν ἐνεργείας.

CATENA PATRVM.

1. Athanasii. Hunc quoque Pſalmum premonſtrati regis amici cõcinunt, tamquam lætante iam rege, quòd è ſemine ſuo ſalutare mundo ſit profecturum. Hoc enim erat quod ex animo deſiderabat, ſibique dari maximè quærebat, quod & obtentum, quaſi corona de lapide pretioſo ipſi erat caput eius exornans. Dauid enim cum Domino ſuo, eodemque filio ſecundùm carnem, inter omnes Gentes gloria condecoratur. Neque corona tantùm fuit illi hoc ſalutare, ſed etiam vita, & longitudo dierum, & gloria; & magnificentia, & lætitia, & gaudium, & ſpes, & miſericordia inconcuſſa.

Chriſtus, gloria Dauidis.

Evsebii. Ea quæ hîc dicuntur, ad felicem finem remittunt, & inimicorum Dei interitum deſignant. Quapropter ſecundùm Symmachum, eſt *canticum pro victoria*; ſecundùm Aquilam verò, *victori canticum.*

2. Domine in virtute tua lætabitur.] Origenis. Si Chriſtus Dei virtus ſit, vtique in ipſa lætabitur. Quemadmodum autem virtus & ſapientia, ita etiam ſalus exiſtit.

Chriſtus Dei virtus, & noſtra ſalus.

Anonymi. Totus autem Pſalmus poſſet etiam de Chriſto explicari, & de eo qui cum ipſo regnat. Qui conſtitutus eſt ſuper Sion montem Dominus, ipſe Rex eſt, qui diuinâ lætitiâ lætatur ob præſentem virtutem Dei.

3. Desiderivm cordis eivs.] Origenis. *Deſiderium* quidem *cordis* in intelligibilibus, & viſio oculorum in viſibilibus & ſpectaculis: *voluntas* verò *labiorum* in eorũ quæ intellectu viſuq́; percepta ſunt, enuntiatione cõſiſtit.

α΄. Ἀθανασίου. Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν οἱ προδηλωθέντες ἑταῖροι τοῦ βασιλέως ἀναπέμπουσιν, ὡς ἤδη αὐτοῦ εὐφραινομένου, διὰ τὸ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ γεγενημένον τῷ κόσμῳ σωτήριον. Τοῦτο γὰρ ἦν ὃ ἐπεθύμει κατὰ ψυχὴν, καὶ ἐδεῖτο λαβεῖν, ὅπερ καὶ δοθὲν γέγονεν αὐτῷ οἷά τις στέφανος ἐκ λίθου τιμίου, τὴν κεφαλὴν δοξάζων. Δοξάζεται γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὁ Δαβὶδ μετὰ τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ καὶ υἱοῦ κατὰ σάρκα. Οὐ μόνον δὲ στέφανος αὐτῷ γέγονε τὸ σωτήριον, ἀλλὰ καὶ ζωὴ, καὶ μακροημερεύσις, καὶ δόξα, καὶ μεγαλοπρέπεια, καὶ εὐφροσύνη, καὶ χαρὰ, καὶ ἐλπὶς, καὶ ἔλεος ἀσαλεύθευτον.

Εὐσεβίου. Εἰς αἴσιον ἀναπέμπεται τὰ λεγόμενα τέλος, καὶ τὴν ἐχθρῶν τοῦ θεοῦ σημαίνει τὴν ὄλεθρον. Διὸ κατὰ μὲν Σύμμαχον, ἐπινίκιός ἐστιν ᾠδή· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, τῷ νικοποιῷ μελῴδημα.

β΄. Κύριε ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται.] Ὠριγένους. Εἰ Χριστὸς θεοῦ δύναμις, δήποτε ἐπ᾽ ἐκείνῃ εὐφρανθήσεται. ὡς δὲ δύναμις καὶ σοφία, οὕτω καὶ σωτηρία.

Ἀνωνύμου. Πᾶς δὲ ὁ ψαλμὸς δύναιτο καὶ περὶ Χριστοῦ ἑρμηνεύεσθαι, καὶ τοῦ συμβασιλεύοντος αὐτῷ. Ὁ κατασταθεὶς ἐπὶ Σιὼν ὄρος κύριος, βασιλεύς ἐστι, εὐφραινόμενος θείαν εὐφροσύνην, ὑπὸ τῆς παρούσης δυνάμεως τοῦ θεοῦ.

γ΄. Τὴν ἐπιθυμίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ.] Ὠριγένους. Ἐπιθυμία μὲν καρδίας ἐν νοητοῖς, καὶ θεωρία ὀφθαλμῶν ἐν ὁρατοῖς καὶ θεάμασι, θέλησις δὲ χειλέων ἐν τῇ περὶ τῶν νενοημένων καὶ τεθεωρημένων ἐπαγγελίᾳ.

Ἀνω-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ σαρκικῶς μηδὲν ἐπιθυμῶν, καὶ τῷ πνεύματι περιπατῶν, ἐπιθυμίαν καρδίας λαμβάνει ἀπὸ θεοῦ. Τούτου γὰρ ὁ θεὸς ἐν ἀγαθοῖς ἐμπιπλᾷ τὴν καρδίαν.

δ'. ΟΤΙ ΠΡΟΕΦΘΑΣΑΣ ΑΥΤΟΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τόνδε προκείμενον βασιλέα, καὶ τὸν αὐτοῦ μιμητὴν προέφθανε θεὸς ἐν εὐλογίαις χρηστότητος, ἀναβιβάζων εἰς τὰς ὑπερκοσμίους ἐπαγγελίας, ἐν ἀρραβῶνι δὲ τούτων ἐντεῦθεν ἐστι γενέσθαι. ἐξ ὧν γάρ τις ἐπιτηδεύει, στεφανοῦται. Ὁ γὰρ δικαίως τὸ δίκαιον διώξας, ἀπολήψεται τὸν τῆς δικαιοσύνης στέφανον. ὁ δὲ τὴν τριάδα δοξάζων ὀρθῶς, κομιεῖται τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον. Τοῦ Ἀποστόλου δὲ λέγοντος τοῖς μαθηταῖς, Χαρὰ καὶ στέφανός μου, πολλῷ μᾶλλον οἱ Χριστοῦ μαθηταὶ, λίθοι τίμιοι διὰ τῆς ἀρετῆς, ὡς στέφανος πλακέντες, ἐπιτεθήσονται τῇ Χριστοῦ κεφαλῇ.

ε'. ΖΩΗΝ ΗΤΗΣΑΤΟ ΣΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστιν, ἣν δίδωσι τῷ μιμητῇ τοῦ Χριστοῦ. ἤγουν αὐτῷ τῷ Χριστῷ ζωὴν αἰτησαμένῳ δέδωκεν ὁ πατὴρ, ἵνα ζωοποιήσῃ τοὺς νεκρούς. Μακρότης δὲ ἡμερῶν καὶ τῷ φωτίσαντι ἑαυτὸν φῶς γνώσεως, ἔχοντι πᾶν δόγμα τῆς ἀληθείας πεφωτισμένον. Ἑκάστη γὰρ παραγγελία νοήσεως, ἡμέρα ἐστίν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ βασιλεὺς ὡς ἀγαθὸν ᾐτήσατο τὴν ζωὴν ἀπὸ κυρίου, καὶ εἴληφεν. Ἀγαθὸν δέ ἐστιν ἡ ζωὴ, ὁ εἰπὼν, Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. καὶ τάχα ὁ δόξας φιλοζωεῖν Ἐζεκίας, ἐκείνην ἤθελε τὴν ζωὴν, ἣν συμβολικῶς ἐφιλοζώει.

ς'. ΜΕΓΑΛΗ Η ΔΟΞΑ ΑΥΤΟΥ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἡ δόξα τοῦ βασιλέως μεγάλη ἐστὶν ἐν τῷ σωτηρίῳ τοῦ κυρίου, καὶ οὐχ ἔν τινι τῶν κατωτέρων ἐκείνου. εἶχε δὲ δόξαν καὶ μεγαλοπρέπειαν, ὅτε ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Περιφανῆ γὰρ αὐτὸν πεποίηκεν ὁ θεὸς, τῷ τε τῶν πολεμίων παραδόξῳ θανάτῳ, καὶ τῷ τὸν ἥλιον τὴν ἐναντίαν δραμεῖν. οὕτω δὲ τοῦτο πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάσσης ἐγένετο γνώριμον, ὡς τὸν τῶν Βαβυλωνίων βασιλέα δῶρα πέμψαι, τοῖς πάλαι δῶρα τοῖς Ἀσσυρίοις παρέχουσι. Τοῦ γὰρ Ἐζεκίου χάριν ὑπέλαβε τοῦτο δεδρακέναι ἢ πεπονθέναι τὸν ἥλιον, τῷ τῶν Ἀσσυρίων θανάτῳ χρώμενος τεκμηρίῳ.

θ. ΕΥΡΕΘΕΙΗ Η ΧΕΙΡ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦτο περὶ πονηρευομένων φησί. κλίβανος γάρ εἰσι πυρὸς, ἐπεὶ ἐθερμάνθησαν ὡς κλίβανος

ANONYMI. Is qui carnaliter nihil concupiſcit, ſpirituque ambulat, deſiderium cordis ſui accipit à Deo. Huius enim cor bonis adimplet Deus. CATENA PATRVM. *Bonorum deſiderium impletur.*

4. QVONIAM PRÆVENISTI EVM.] THEODORETI. Præſentem regem, eiuſque imitatorem, præuenit Deus in benedictionibus benignitatis, ad cæleſtes adducens promiſſiones, quarum etiam hîc pignus accipere poſſumus: ex ijs enim quæ quis agit, coronatur. Nam qui iuſtè iuſtum proſequitur, accipiet iuſtitiæ coronam: qui verò SS. Trinitatem ritè laudauerit, is immarceſcibilem gloriæ coronam referet. Cùm autem Apoſtolus dicat diſcipulis ſuis, *Gaudium & corona mea*, multò magis Chriſti diſcipuli, cùm ſint lapides pretioſi propter virtutem, tamquam corona contexti, ipſius Chriſti capiti imponentur. *Iuſti coronantur.* Phil.4,1.

5. VITAM PETIIT A TE.] ANONYMI. Gratia Dei, eſt vita æterna; hanc [Deus] dat imitatori Chriſti. Quin & ipſi Chriſto vitam petenti, dedit Pater, vt mortuos viuificaret. *Longitudo* verò *dierum* eſt & illi, qui ſeipſum illuminat luce cognitionis, vt qui omnem doctrinam veritatis perſpectam habet. Quælibet enim præceptio ſcientiæ, dies exiſtit. Rom. 5, 13. *Gratia Dei vita æterna.* Ioan. 5.

ORIGENIS. Rex tamquam aliquid boni, petebat vitam à Domino, & accepit. Bonum autem eſt vita, qui dicebat: *Ego ſum vita.* Et forſitan Ezechias, qui vitæ cupidus videbatur, petebat vitam illam quam ſymbolicè adamabat. Ioan.14.

6. MAGNA EST GLORIA EIVS.] EIVSDEM. Gloria regis magna eſt in ſalutari Domini, & non in aliqua re ipſo inferiore. Habuit autem gloriam & magnificentiam, quando Deus eum exaltauit. *Deus eſt gloria iuſti.*

THEODORETI. Illuſtrem enim ipſum fecit Deus, tum admirabili hoſtium interitu, tum etiam quòd ſol præpoſtero ordine cucurrerit. Adeò autem hoc terrâ marique notum factum fuit, vt Babyloniorum rex ijs dona miſerit, qui olim Aſſyrijs dona largiebantur. Propter Ezechiam enim hoc ſolem effeciſſe, vel paſſum eſſe opinabatur, Aſſyriorum internecione pro indicio vtens. 4.Reg.20.

9. INVENIATVR MANVS TVA.] ORIGENIS. Hoc de peruerſis ait: clibanus enim ignis ſunt, quoniam accenſa ſunt velut clibanus corda *Mali ſunt clibano ſimiles.*

CATENA PATRVM.

corda ipſorum. Atque alibi etiam dictum eſt: Omnes adulteri, ſunt vt clibanus corda ipſorum.

Anonymi. Qui propter voluptatem mali ſunt, & mendacia colunt, præ ſupplicij expectatione conturbantur, & ſic affectos ignis depaſcitur, non corporeus, ſed pœnitudinis eorum quæ commiſerunt: fructum autem perdet, non ſubſtantiam; ſed prauas affectiones & operationes. Impios verò ac prauos vocat ſemen quod Deus delet.

Impij vana cogitant.

12. Cogitavervnt consilia.] Theodoreti. Symmachus verò ait, *cogitauerunt cogitationes quæ non poſſunt fieri.* Prædicit autem maledicas voces Aſſyriorum. Et ſperauerunt, inquit, quemadmodum idolis ſuperiores fuerunt, ſic etiam vero Deo fore.

13. Qvoniam pones eos dorsvm.] Anonymi. Poſtquam poſuerit odientes Dominum vt clibanum ignis in tempore vultus ſui, &c. Quando, inquit, poſt hæc poſuerit ipſos fugientes, dorſum; tunc præparabit faciem eorum in reliquijs, vt in his demum poſt tantos labores, quietem obtineant, videantque.

Cyrilli. Quidam hunc Pſalmum ad Chriſtum referentes, pœnas & ſupplicia in Iudæos commemorari dixerunt, ab eo loco vbi ait, *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis.* Hæc enim, inquit, illis infligentur, quando apparebit facies tua, propter ea quæ contra te machinati ſunt, arbitrantes (quod fieri non poterat) Dominum gloriæ morte circumuenire. Quamobrem dorſum poſiti ſunt ijs qui ex Gentibus crediderunt. Primùm quidem filij, & populus Dei appellati; poſtmodum verò alijs, qui poſtremis temporibus ex Gentibus vocati ſunt, filiationis adoptionem relinquentes, qui & primi facti ſunt, iuxta illud: *Erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. In reliquijs* autem dixit: quoniam quando plenitudo Gentium intrauerit, tunc etiam omnis Iſraël ſaluus fiet.

Iudæi Gentibus poſtpoſiti.

Matth. 19, 30.

Rom. 11, 25.

14. Exvrge Domine in virtvte tva.] Origenis. Si virtus Dei Chriſtus, dum exaltatur in virtute ſua Dominus, in Chriſto exaltatur. Canit autem aliquis, quando contemplatur; & pſallit, dum virtutem operatur. Ceterùm oportet potentias eius contemplari, & ſecundùm hoc agere.

Deus in Chriſto exaltatur.

αἱ καρδίαι αὐτῶν. Καὶ εἴρηται δέ που, Πάντες μοιχεύοντες, ὡς κλίβανος αἱ καρδίαι αὐτῶν.

Ἀνωνύμου. Οἱ δὲ δι' ἡδονὴν κακοὶ, καὶ δοξάζοντες τὰ ψεύδη, ἐπὶ προσδοκίᾳ τιμωρίας ταράττονται, καὶ οὕτως ἔχοντας καταφάγεται πῦρ, οὐ σωματικὸν, ἀλλὰ τὸ τῆς ἐφ' οἷς ἔδρασαν μεταμελείας. καρπὸν δὲ ἀπολεῖ, οὐ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ πονηρὰς ἕξεις καὶ ἔργα. σπέρμα δὲ τοὺς δυσσεβεῖς φησι καὶ κακοὺς, ὅπερ ἀφανίζει ὁ Θεός.

ιβ'. Διελογίσαντο βουλάς.] Θεοδωρήτου. Ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἐλογίσαντο ἐννοίας ἀδυνάτους. Προλέγει δὲ τὰς βλασφήμους φωνὰς τῶν Ἀσσυρίων, καί φησι προσεδόκησαν καθάπερ τῶν εἰδώλων, οὕτω καὶ τοῦ ὄντως Θεοῦ περιέσεσθαι.

ιγ'. Ὅτι θήσεις αὐτοὺς νῶτον.] Ἀνωνύμου. Μετὰ τὸ θέσθαι τοὺς μισοῦντας τὸν κύριον ὡς κλίβανον πυρὸς, εἰς καιρὸν τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπάν, φησι, μετὰ ταῦτα θῇ αὐτοὺς φεύγοντας νῶτον, τότε ἑτοιμάσει τὸ πρόσωπον αὐτῶν ἐν τοῖς περιλοίποις, ἵνα καὶ ἐν τούτοις μετὰ τοὺς τοσούτους πόνους ἀνέσεως τύχωσι καὶ θεωρήσωσι.

Κυρίλλου. Εἰς δὲ τὸν Χριστὸν τινὲς ἐξειληφότες τὸν παρόντα ψαλμὸν, εἰς τοὺς Ἰουδαίους τὰς τιμωρίας ἐξέλαβον, ἀπὸ τοῦ, εὑρεθείη ἡ χείρ σου πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς σου. Ταῦτα γὰρ ἐπενεχθήσεταί, φασιν, αὐτοῖς εἰς τὸν καιρὸν τῆς τοῦ προσώπου σου παρουσίας, δι' ἅπερ ἐμηχανήσαντο κατὰ σοῦ, νομίσαντες ἀδυνάτως τὸν τῆς δόξης κύριον θανάτῳ περιβάλλειν. διὸ καὶ τέθεινται νῶτον τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστοῖς. Πρῶτοι μὲν υἱοὶ Θεοῦ καὶ λαὸς χρηματίσαντες, ὕστερον δὲ ἄλλοις τῆς υἱοθεσίας παραχωρήσαντες τοῖς ἐπ' ἐσχάτων κληθεῖσιν ἐθνικοῖς, οἵτινες καὶ πρῶτοι γεγόνασι, κατὰ τό· Ἔσονται οἱ πρῶτοι ἔσχατοι, καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι. Ἐν δὲ τοῖς περιλοίποις φησὶν, ἐπείπερ ὅτι τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε καὶ πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται.

ιδ'. Ὑψώθητι κύριε ἐν τῇ δυνάμει σου.] Ὠριγένους. Εἰ δύναμις Θεοῦ ὁ Χριστὸς, ὑψούμενος ἐν τῇ δυνάμει ἑαυτοῦ ὁ κύριος, ἐν Χριστῷ ὑψοῦται. Ἄδει δέ τις θεωρῶν, καὶ ψάλλει κατ' ἀρετὴν ἐνεργῶν. δεῖ δὲ καὶ θεωρεῖν τὰς δυναστείας αὐτοῦ, καὶ κατὰ ταῦτα πράττειν.

Ἀστε-

ΑΣΤΕΡΙΟΥ. Ἄλλος δέ τις ἄνωθεν τὸν ψαλμὸν οὕτως ἐξείληφεν, ὡς οἱ περὶ τὸν παρόντος ψαλμοῦ περὶ τοῦ Δαβὶδ εἰπόντες, Σῶσον κύριε τὸν βασιλέα, καὶ τὰ ἑξῆς· τὴν εὐχὴν εἰς ἔργον ἐλθοῦσαν ἰδόντες, τὸ κύριε, φασιν, ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασιλεύς. κἂν θλίβηται γὰρ ἀεὶ, ἀλλ᾽ ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτοῦ. ἐνδυναμοῦται γὰρ τῇ ὑπομονῇ, λέγων· ὁ δὲ κύριος παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με. Καὶ πᾶς ὁ βασιλεύων τῶν παθῶν ἐστὶ βασιλεύς, εὐφραινόμενος ἐπὶ τῇ δυνάμει τοῦ θεοῦ, τουτέστι τῇ εὐαγγελικῇ διδαχῇ. οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι, φησὶν ὁ Παῦλος, τὸ εὐαγγέλιον· δύναμις γὰρ θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν. Διό φησι, καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου ἀγαλλιάσεται. Νοσοῦσαν γὰρ τοῦτο τὴν οἰκουμένην ἰάσατο. Τίνος δὲ Δαβὶδ ἐπεθύμησεν; Ἐπεπόθησέ, φησιν, ἡ ψυχή μου τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. Ἐπιποθεῖ, καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ κυρίου. καὶ ψάλλει νῦν μεθ᾽ ἡμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Ἐπεθύμησεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ κύριος ἀφῆκεν αὐτῷ. Προέφθασας αὐτὸν ἐν εὐλογίαις χρηστότητος. Ὅτι θεὸς ἄξιον ἐξ ἀναξίων ἐκλέγηται, πρὸ τῆς χειροτονίας αὐτὸν εὐλογεῖ. Καθὼς εὑρίσκεται λέγων περὶ Παύλου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς ἐστιν. οὕτως ἐπαινεῖ τὸν Δαβίδ· Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου· καὶ, Ἑώρακα ἐν υἱοῖς Ἰεσσαὶ ἐμοὶ εἰς βασιλέα. Ταύταις αὐτὸν ταῖς εὐλογίαις προέφθασεν. αἵτινες οὐκ εἰσὶ βλασφημίαι, ὡς τό· Εὐλόγησε Ναβουθὲ τὸν θεὸν, καὶ βασιλέα· ἀντὶ τοῦ, ἐβλασφήμησε· καὶ πάλιν· Εἰ μὴ εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει. Ἀλλὰ καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τὸν στέφανον τοῦ Σαοὺλ, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως Ἀδρααζὰρ βασιλείαν. Καὶ ζωὴν αἰτηθεὶς, ἔδωκεν αὐτῷ τὴν τῆς μετανοίας, εἰπόντι, Ἐν τῇ ὁδῷ σου ζῆσόν με· καὶ, Τὸ λόγιόν σου ἔζησέ με. Εἰς αἰῶνα δὲ αἰῶνος, διὰ τὰ καὶ εἰς τὸν μέλλοντα βίον τοῖς ἁγίοις εὐτρεπισμένα.

CATENA PATRVM.

ASTERII. Alius nonnemo ſuperiùs hunc Pſalmum ſic expoſuit, ac ſi illi qui præcedenti Pſalmo pro Dauide dixerunt, *Saluum fac Domine Regem*, & quæ ſequuntur; cùm vidiſſent preces opere completas eſſe, dixerint: *Domine, in virtute tua lætabitur Rex.* Nam licet aſſiduè affligatur, in multa nihilominùs tribulationis probatione gaudij abundantia ipſi adeſt. Siquidem patientiâ roboratur dicens: Dominus autem adfuit, & confirmauit me. Et omnis qui affectionibus dominatur, rex eſt, & in virtute Dei, hoc eſt, in Euangelica doctrina, lætatur. *Non enim erubeſco* (inquit Paulus) *Euangelium: virtus enim Dei eſt in ſalutem.* Quapropter ait: *Et ſuper ſalutare tuum exultabit.* Ægrotantem enim orbem terrarum ipſum curauit. Quid porrò Dauid deſiderauit? *Concupiuit*, inquit, *anima mea deſiderare iudicia iuſtitiæ tuæ.* Et, *Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.* Et etiamnum nobiſcum pſallit in Eccleſijs. Remiſſionem peccatorum concupiuit, & Dominus remiſit ei. *Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis.* Quando Deus ex indignis dignum eligit, tum ante electionem illi benedicit. Quemadmodum de Paulo dicere reperitur: *Quoniam vas electionis eſt.* Eodem modo Dauidem laudat: *Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundùm cor meum.* Et, *Inter filios Ieſſe regem mihi conſtitui.* Hiſce benedictionibus ipſum præuenit, quæ non ſunt blaſphemiæ, vt illud: *Benedixit Naboth Deum & regem*, pro maledixit, ſeu blaſphemauit. Et rurſus: *Niſi in faciem benedixerit tibi.* Ceterùm etiam poſuit ſuper caput eius coronam, ſcilicet Saülis, & regis Adraazar regnum. Et vitam rogatus, dedit illi vitam pœnitentiæ, dicenti, *In via tua viuifica me.* Et, *Eloquium tuum viuificauit me.* *In ſæculum* verò *ſæculi*, propter ea quæ Sanctis in vita futura præparata ſunt.

Rex eſt qui paſſionibus dominatur. — Rom.1,16 — Pſal. 118, 20. — Pſal. 83,3. — *Deus electos præuenit.* — Act.9,15. — Act.13,22. — *Benedictiones Dauid, quales.* — 3.Reg.21,13. — Iob 2,11. — Pſal. 118, 37. — Ibid. 50.

ANNOTATIONES CORDERII.

QVI præcedentem Pſalmum ex perſona populi pro ſalute regis Ezechiæ deprecantis explicuerunt; hunc quoque ex eiuſdem populi perſona exponunt pro ſalute regis iam obtenta Deo gratias agentis. Alij verò qui illum ad Dauidem, aut Chriſtum retulerunt, eôdem pariter & hunc referunt.

2. *Domine, in virtute tua lætabitur rex.*] Scilicet Ezechias, vt Græcus Paraphraſtes exponit, ob ſanitatem miraculosè recuperatam, & hoſtes eius Aſſyrios ab Angelo interfectos. Vel rex Dauid, ob Chriſtum è ſuo ſemine in ſalutem totius orbis oriturum, vt Græcus commentator explicat. Vel denique Rex regum Chriſtus, ob gloriam corporis in reſurrectione per virtutem diuinitatis acceptam; & ob ſalutem paſſio-

Quis rex hic ſignificatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

paſſione ſuâ partam generi humano, vt S. Athan. Auguſt. alijque Patres interpretantur.

Rex eſt qui ſibi imperat.

Tropologicè *rex* dici poteſt quilibet iuſtus, qui ſe regat, ſibi imperet & dominetur. Hoc certè ſenſu S. Ambroſ. exponens illud Regij Vatis oraculum, *Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt*, ait eos intelligi, qui carni imperitant, qui flagitio neſciunt eſſe obnoxij, docentque peccatum poſſe ſuperari. Talis fuit magnus Abraham, qui cùm eſſet in omni vitæ parte moderatus atque ſapiens, ob animi excellentiam præſtantemque virtutem omni perturbatione maiorem, Rex fuit appellatus. Eleganter Sidonius Apollinaris lib. 2. epiſt. 13. *Sicut*, inquit, *hominibus reges, ita regibus dominandi deſideria dominantur*. Vt mihi quidem meritiſſimò reges nominari poſſe videantur, qui victrices animorum atque regum appetitiones inuictâ mente atque generoſâ domuerunt. Quare Socrates apud Stobæum ſerm. 46. optimum regem ſapienter definiebat, *τῶν παθῶν ἄρχοντα, qui affectus ſuos moderaretur*. Hinc nempe oritur beatiſſimus animi ſtatus, quem veteres Philoſophi αὐτάρκειαν vocant, cùm quis rebus ſuis contentus, non aliunde ſuſpenſas vitæ rationes habet; verùm omni fortunâ ſuperior, quietus, & humaniſſimâ voluptate perfruens, imitatur beatarum mentium conditionem, quæ in bono feliciſſimè conquieſcunt. Nam αὐτάρκειαν, eam videlicet virtutem, quæ in rerum humanarum quodam veluti regio dominatu hominem conſtituit, Græci nominari voluerunt ab *ἑαυτοῦ ἄρχειν, quod quis ſibi imperet*, motuſque animi ſui moderetur. Talis igitur quiſquis eſt, cùm Vate Regio in virtute Domini lætabitur, & de ſalute ſuâ ſecurus, exultabit vehementer.

Pſal. 47, 5.
Gen. 23.

3. *Deſiderium cordis eius tribuiſti ei.*] Reſpondet hic verſus voto iſti Pſalmo præcedenti his verbis expreſſo: *Tribuat tibi ſecundùm cor tuum*, id eſt, non iuxta id quod caro & homo exterior deſiderat, qui frequenter noxia appetit; ſed ſecundùm cordis deſiderium, ſiue iuxta id quod animus & homo interior expoſcit. vnde Sixtina editio, τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ψυχῆς, *deſiderium animæ*, poſuit; quemadmodum etiam S. Auguſt. hoc loco vertit.

Ibidem. *Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.*] Id eſt, ad præſcriptum oris omnia dediſti. vnde Sixtina editio legit, *καὶ τὴν δέησιν τῶν χειλέων αὐτοῦ οὐκ ἐστέρησας αὐτόν, & petitione labiorum eius non fraudaſti eum*; Chaldæus habet, *prolationem labiorum eius non prohibuiſti.* Benè hîc obſeruant Agellius & Lorinus, propriè ſermonem eſſe de precibus votiuis: quippe qui antequam in expeditionem exiret, vota nuncupauerit, ſi victoriâ potiretur. Quidquid igitur, inquit, optauerat, tribuiſti, & voti ſui compotem feciſti. Sic in alio Pſalmo ait: *Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea.* Confirmari hoc poteſt verbis Pauli: *Offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt fructum labiorum confitentium nomini eius.*

Pſal. 65, 14.
Heb. 13, 15.

4. *Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis.*] Græcè eſt *χρηστότητος, benignitatis*; S. Hieron. ex Hebræo vertit, *bonitatis.* Sæpè autem pro bono dulce ponitur, quia quod bonum eſt, frequenter etiam dulce, id eſt iucundum, exiſtit: vnde Vulgatus *dulcedinem* vertit. Accipitur autem *benedictio dulcedinis* hoc loco pro beneficijs à dulciſſima Dei bonitate profectis, hominique gratiſſimis. Benedictiones enim Dei, ſunt eius beneficia & dona, ſicut & eius dicere, facere eſt. Porrò quòd dicitur Deus præueniſſe eum ſuis beneficijs, duo ſignificat, videlicet & quòd antequam peteret, aut de eis cogitaret, affecerit eum ampliſſimis beneficijs: vt ſit amplificatio eius quod dicitur v. 2. datum illi, quidquid vel corde vel ore poſtulauit: & quòd quocumque ſe verteret, vbique ſibi parata bona inueniret, quæ illi vltrò offerrentur, & quaſi obtruderentur. Meritò autem gratia præueniens dulcior quodammodò benedictio appellatur. *Quia* (vt ait * Bernardus) *non modò immeritos, ſed & malè meritos præuenit, vt, dum adhuc ſumus filij iræ, & operamur opera mortis, ipſe cogitet ſuper nos cogitationes pacis, & non afflictionis: & ne petentibus quidem, imò & impœnitentibus; non inuocantibus, ſed prouocantibus; non interpellantibus, ſed etiam repellentibus, ſpiritum bonum, ſpiritum vitæ, adoptionis ſpiritum largitur. Quid illi animæ dulce ſapiat, cui miſericordia tanta non ſapit?* Meritò proinde *benedictio dulcedinis* nominatur, ea quæ præuenit: quia quæ adiuuat, *fortitudinis*; quæ conſummat, *plenitudinis* eſt.

Benedictio dulcedinis quid ſignificet.
Gratia præueniens, eſt dulcis benedictio.
* Serm. 19. ex paruis.

Subtilis eſt D. Hieronymi interpretatio verſum hunc explicantis de Chriſto Domino, cui Deus Pater grauiſſimam impoſuit obedientiam vſque ad mortem crucis: ſed anteà illum benedictionibus dulcedinis præuenit; & poſt redemptionis, ex obedientia Patris, opus conſummatum, coronâ immortalitatis, & apud homines honoris ac famæ gloriâ exornauit. Etſi autem benedictionibus dulcedinis ſeu bonitatis, inſinuentur gratiæ infinitæ atque admirabiles, quibus Chriſtus homo à Deo præuentus fuit; nihilominùs etiam alias D. Hieron. intelligit benedictiones hoc loco ſignificari. Ait enim: *Præueniſti eum, &c. Hoc eſt à longe, quando Melchiſedec benedixit Abraham. & deinde quotquot benedictiones in Patriarchis vſque ad Chriſti aduentum fuerunt, Chriſtus in ipſis benedictus eſt. Quoniam præueniſti eum, hoc eſt, antè præuenit eum benedictionibus dulcedinis, quàm à Iudæis fel porrectum guſtaſſet, quia anteà eum iſtæ benedictiones præuenerũt. Guſtauit, & noluit bibere: Guſtauit, quia de morte noſtra ſuſcepit; noluit bibere, hoc eſt, non permanſit in morte.* ita S. Hieron. Sunt qui illa verba, *Præueniſti eum*, ſic explicant, vt intelligant maiora, quàm petat aut exoptet ille iuſtus, de quo agitur, à Deo conceſſa ſignificari. Quemadmodum accidit iſti ſeruo, qui cùm multa talentorum millia debuiſſet, nec eſſet ſoluendo, tantùm rogauit, *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi*; & Dominus miſericordiâ commotus, non tempus quidem, quod vnum petierat, prorogauit, vt ſeruus debitum ſolueret, ſed omne *debitum dimiſit ei*. Quem locum expendens S. Chryſoſt. hom. 27. in Geneſin, ſic effatur: *Bonus Dominus, miſericors, noſtrique curam gerens, ſupplici bene volens, non ſolùm quantum petijt, ſed quantum ne cogitare quidem auſus fuit, dedit. Is enim Dei mos eſt, vt vincat & præueniat petitiones noſtras.* Sed hac in re nullum illuſtrius exemplum, quàm quod erga latronem in cruce fuit exhibitum, adferri poteſt. Precabatur ille: *Domine memento mei, cùm veneris in regnum tuum.*

Chriſtus benedictionibus præuentus ante paſſionem.
Matth. 27, 34.
Matth. 18, 26.
Deus petitiones noſtras præuenit, & vincit.
Luc. 23, 42.

tiuum. Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiſo. Vbi ſic D. Ambroſius, *Pulcherrimum*, inquit, *affectandæ conuerſionis exemplum, quod tam citò latroni venia relaxatur; & vberior gratia, quàm precatio: ſemper enim plus Dominus tribuit, quàm rogatur.* Et Serm. 8. in Pſal. 118. expendens illam dantis celeritatem, per aduerbium *hodie* ſignificatam, ſic ait: *Futurum promittit, ſed id quod futurum eſt, vnius diei ſpatio non patitur protelari.* Addiderim, pulcherrimè appellari *benedictiones dulcedinis*, ea vel præmia promerita, vel dona gratuita, vel beneficia poſtulata, quæ longè maiora ſunt meritis, poſtulatis ac votis: illa enim dari ſupererogatio, mira dulcedo eſt accipienti.

Latronis in cruce impetratio benedictionis.

IBIDEM. *Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.*] Nonnulli, qui Pſalmum hunc ad litteram de Dauide exponunt, putant hoc dici de corona illa, quæ ablata de capite regis Ammonitarum, Dauidis vertici impoſita ſcribitur in libris Regum; & conſequenter autumant hunc Pſalmum occaſione illius victoriæ, in gratiarum actionem, tamquam νικητήριον à Dauide recitatum. Ianſenius tamen, cùm etiam priùs à principio regni ſui Dauidem Saülis exemplo coronâ regiâ vſum fuiſſe veroſimile ſit; magis probat, vt per *coronam* hoc loco nihil aliud quàm regalis dignitas Dei beneficio obtenta ſignificetur. Alij qui Pſalmum hunc ad Chriſtum referunt, per *coronam* hîc regale Chriſti ſacerdotium intelligunt; quod in ipſa conceptione per vnctionem diuinitatis à primo momento ſuæ incarnationis; rex ſimul & ſacerdos in æternum mirabiliter conſecratus, & cæleſtium omnium benedictionum dulcedine præuentus, accepit.

2.Reg.12.

Myſticè autem per *coronam de lapide pretioſo*, intelligitur *corona gloriæ*, quæ non lapillorum luce auroque magis quàm ſplendore inſignium virtutum & meritorum præniteat. Nam ſi verum eſt quod ait Tzetzes chil. 13. ver. 48. in corona olim triumphantium magna & honorata, fuiſſe pulcherrima expreſſa facinora, ob quæ illam meruiſſent; imago fuit quædam cæleſtium, quòd in corona Beatorum ponendæ ſint à Deo notæ meritorum, ad vniuſcuiuſque laudem & memoriam ſempiternam. Gemmas autem & lapillos cùm audimus, neceſſe eſt vt ad dotes beatæ vitæ pulcherrimas cogitandas mentem attollamus, quæ non niſi clariſſimis rebus atque pretioſis adumbrari debuerunt. Itaque Innocentius III. Papa Serm. 2. de vnico Martyre, in ea corona pulchritudinis & gloriæ, pretioſos ſeptem lapillos diſtinguit, quorum quatuor in gyro fulgeant dotis quadruplicis corporeæ, cum tribus, inquit, in ſummo triplicis dotis animæ glorificatæ, quæ ſunt comprehenſiua cognitio, dilectio, delectatio. Duodecim alij gemmas diademati glorioſo tribuunt, quas præclarè noſter Viegas in Apocal. cap. 2. diſtinxit, & hauſtis è diuina Scriptura coloribus expreſſit.

Corona gloriæ qualis.

5. *Vitam petijt à te, & tribuiſti ei, &c.*] Hæc plerique Græci ad litteram exponunt de ſedecim annis ad vitam Ezechiæ ob eius pœnitentiam & orationem adiectis. Alij de vita Dauidis ab inſidijs inimicorum, præſertim Saülis, præſeruata. Sed optimè Bellarminus, aliique Latini interpretes hoc exponunt, de beata Chriſti vita poſt reſurrectionem, pro qua imminente paſſione Deum Patrem exorauit; &, vt Apoſtolus ait Heb. 5, 7. *in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationeſq; ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Siquidem Deus *tribuit ei longitudinem dierum in ſæculum ſæculi:* id eſt, vitam ſempiternam. *Chriſtus* enim *reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors ei vltrà non dominabitur.* Neque ſolùm vitam accepit, vt Vulgata vertit, *in ſæculum, & in ſæculum ſæculi;* ſiue, vt Aquila & Theodotion reddunt, εἰς αἰῶνα καὶ ἔτι, *in ſæculum & vltrà*; Symmachus, καὶ εἰς ἀπέραντον, *& in infinitum*, id eſt, ſine termino: ſed etiam nominis claritatem numquam obſcurandam, de qua ſubdit:

ANNOTATIONES CORDERII.

Rom. 6, 9.

6. *Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo.*] Quoniam, vt Apoſtolus ait, *Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen; vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* Vnde patet, hos verſiculos ad litteram de Chriſto intelligi, & ipſo mediante de omnibus iuſtis, qui ſunt membra myſtici eius corporis, quod eſt Eccleſia: quæ ſancto eius Spiritu viuificatur, regitur, nec non ſalutis per ipſum & gloriæ particeps efficitur ſempiternæ.

Phil. 2, 8.

7. *Quoniam dabis eum in benedictionem.*] Id eſt, facies eum omnis benedictionis fontem, vt ex ipſo, tamquam principio meritorio, omnis benedictio in homines promanet. *Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.* Hoc Symmachus reddit, χαροποιήσεις αὐτὸν ἐν εὐφροσύνῃ παρὰ τῷ προσώπῳ σου: quod S. Hieron. vertit, *exhilarabis eum in lætitia apud vultum tuum.* Id eſt, vbi aliquem ex eius membris ad conſpectum vultus tui perduxeris, omni eum gaudio replebis: quando nimirum illi dices, *Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui:* vbi apertis empyrei cæli cataractis, torrentes voluptatis exundant, erumpit oceanus ingens liquidarum lætitiarum; & immenſum quantum dulcium, quibus ſatura mens Beatorum veluti obruitur. Cuius gaudij magnitudinem alibi etiam iiſdem ferè quibus hîc verbis, incredibili animi ſuauitate Propheta Regius in hunc modum prædicat: *Adimplebis me lætitiâ cum vultu tuo;* in Hebræo eſt, *ſatietas gaudiorum cum vultu tuo*, hoc eſt, in præſentia tua, vbi nimirum faciem tuam, beneuolentiæ notis pictam & auguſtam filijs tuis oſtendis. *Cum vultu tuo*, hoc eſt, vbi es præſens, vbi eſt omne lætitiarum genus, & quidquid animum exhilarare poteſt.

Matth. 25, 21.

Pſal. 15, 10

9. *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis.*] Id eſt, omnes illos comprehendat atque conſtringat manus tua, vt euadere nullus poſſit: ſiue manus tua par ſit ac ſufficiat illis conſtringendis. Vnde etiam Symmachus ſic tranſtulit, καταλήψεται ἡ χείρ σου πάντας τοὺς ἐχθρούς σου, *comprehendat manus tua omnes inimicos tuos.* Ad quam Symmachi verſionem accommodatè Euſebius, πρὸς ὀλίγον ἐπαρθέντας αὐτοὺς οὐκ εἰς μακρὰν ἡ σὴ χεὶρ καταλήψεται, καὶ ἡ σὴ δεξιὰ φεύγοντας θηρεύσει. *Hoſtes tuos ad exiguum tempus elatos, mox manus tua comprehendet, & dextera tua fugientes capiet.* Sic apud Iſaiam rex Aſſyriorum gloriatur: *Inuenit quaſi nidum manus mea fortitudinem popu-*

Deus inimicos ſuos comprehendit.

Iſaiæ 10.

pulo-

ANNOTATIONES CORDERII.

Manus Domini idem eſt ac virtus ad puniendum.

pulorum, hoc eſt comprehendit. Igitur *manus Domini* in Scriptura frequenter ſumitur pro potentia diuina ad puniendum (vt Euſebius lib. 8. de Præparat. Euangelica cap. 5. ad finem teſtatur) vel etiam pro plaga & punitione ipſa diuinitus illata. Exempla paſſim obuia ſunt. *Immittam manum meam ſuper Ægyptum*, ait Dominus in Exodo. Sic etiam Ruth de ſe dicit: *Egreſſa eſt manus Domini contra me.* Eamdem à ſe amoueri rogans Iob, *Manum*, inquit, *tuam longè fac à me.* Similiter Dauid ſibi grauem expertus clamat: *Grauata eſt ſuper me manus tua*, & paſſim alibi. Quam ſignificationem illuſtrans D. Ambroſius in Pſal. 37. *Manum*, inquit, *Dei, virtutem intelligimus puniendi. Hæc manus Regem Ægyptiorum, propter Abrahæ iniuriam, ob tentatam Saræ pudicitiam, flagellauit. Hæc manus Ægyptiorum currus, equos & populos, rubri maris demerſit profundo. Hæc manus mentem grauauit regis Saül, vt gratiam ſui conſeruatoris odiſſet, & gladium in ſe ſuum conuerteret; ne captiuus ſenex viueret, filijs & regno ſuperſtes.* Vbi etiam aduertit, plagam manu diaboli immiſſam, aliquando *manum Domini* vocari; quòd Deus ad puniendum, tamquam manu ſuâ, diaboli miniſterio vtatur. Iam verò, ſi non altera tantùm Dei manus, ſed vtraque ſimul ad puniendum concurrat, quantum, quæſo, id ſupplicium euadet? Videtur certè hoc loco Dauid illud impijs imprecari, dum ait: *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.* Nam in priori hemiſtichio *manus* nomine intelligenda eſt ſiniſtra, iuxta vulgarem hebraiſmum, quo nomen generis abſolutè poſitum, ad deteriorem ſpeciem limitatur: in poſteriori autem exprimitur ipſa dextera; ita vt ſenſus ſit, Vtraque manus tua, Domine, ſiniſtra pariter & dextera, ad puniendos peccatores aliquando tandem adhibeatur. Hactenus enim mulcebas dexterâ, & ſolâ ſiniſtrâ puniebas; quia iuſtitiam cum miſericordia temperabas: nunc autem vtramque exere, & in extremum ſupplicium impende, vt calicem mero iuſtitiæ vino plenum abſque vlla miſericordia omnibus peccatoribus propines. Vnde ſubdit:

Exodi 7, 4. Ruth 1, 13. Iob 13, 21. Pſal. 31, 4.

Damnatos Deus vtraque manu flagellat.

10. *Pones eos vt clibanum ignis*, &c] Scilicet in inferno, vbi inſtar clibani, intus in animo inflammabuntur damnati, & foris in corpore ardebunt in æternum. Ita S. Gregorius lib. 9. Moral. ad illa verba Iobi, *Deuorabit eum ignis*, &c. locum hunc exponit. *Clibanus*, inquit, *intrinſecùs ardet; is verò qui ab igne deuoratur, ab exteriori incipit parte concremari. Vt ergo ſacra eloquia ardere & interiùs & exteriùs reprobos demonſtrarent, eos & ab igne deuorari, & ſicut clibanum poni teſtantur, vt per ignem crucientur in corpore, & per dolorē ardeant in mente.*

Iob 20, 26. Interiùs & exteriùs impij cruciantur.

12. *Quoniam declinauerunt in te mala.*] Symmachus, ὅτι συνήγαγον κατά σου εἰς κακὸν, *quoniam obſtruxerunt contra te in malum.* Aptè Euſebius *declinare mala* ſic dictum putat, quaſi inſidias tendere. Eius verba ſunt: Εἰ γὰρ καὶ ἀνθρώποις ἐδόκουν πολεμεῖν, ἀλλ' ἐπεὶ μὴ δι' ἄλογον αἰτίαν, μηδὲ διά τινα πρᾶξιν ἄτοπον ἐκείνοις ἐπεβούλευον, διὰ δὲ μόνην τὴν εἰς σὲ εὐσέβειαν· εἰκότως εἴποι ἄν τις αὐτοὺς σοὶ τῷ Θεῷ ἐπιβεβουλευκέναι, καὶ πάσας τὰς μηχανὰς ἃς ἐπεβούλευσαν κατὰ τῶν ὁσίων, κατὰ σοῦ τοῦ Θεοῦ μεμηχανῆσθαι. *Etſi enim*, inquit, *cum hominibus pugnare videbantur; tamen quia non propter crimen aliquod aut facinus illis inſidiabantur, ſed propter ſolam in te pietatem; iure dici poteſt, eos tibi Deo inſidiatos, & quas aduerſum pios homines machinas excogitauerant, eas omnes aduerſum te Deum ſtruxiſſe.*

Qui piis inſidiatur, ipſi Deo inſidiatur.

IBIDEM. *Conſilia quibus non poſſint ſtare.*] Ita quoque Complutenſes & Regij. Sixtina, διελογίσαντο βουλὴν ἣν οὐ μὴ δύνωνται στῆσαι, *cogitauerunt conſilium quod non potuerunt ſtabilire*; alij, βουλὰς ἃς, *conſilia quæ non potuerunt ſtabilire*, ita Vulgata; Symmachus, ἐλογίσαντο ἐννοίας ἀδυνάτους, *cogitauerunt cogitationes infirmas* ſeu *impoſſibiles*; S. Hieronymus, *cogitauerunt ſcelus, quod non potuerunt*, ſcilicet ad exitum perducere.

13. *Pones eos dorſum.*] Symmachus, θήσεις αὐτοὺς ἀποστράφους, *pones eos auerſos.*

IBIDEM. *In reliquijs tuis.*] Aquila, ἐν τοῖς κάλοις σου ἑδράσεις ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, *in funibus tuis firmabis in faciem eorum*; Hebraicè, בְּמֵיתָרֶיךָ *bemethharecha*, id eſt, *in funibus*. ita etiam S. Hieron. ita vt ſignificetur laxandum eſſe arcui neruum, & ſagittam emittendam in faciem inimicorum; Symmachus, τοῖς περιλειπομένοις σου ἑδράσεις κατὰ προσώπου αὐτῶν, *ſuperſtitibus tuis firmabis ad faciem eorum.* Plura de his vide apud Lorinum ad hunc locum.

IN PSALMVM XXI. ARGVMENTVM.

1. In finem pro ſuſceptione matutina, Pſalmus Dauid.

ά. Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Hic Pſalmus Chriſti Domini paßionem, & reſurrectionem, & Gentium vocationem, & totius orbis ſalutem prædicit. Atque inſcriptio hoc demonſtrat. Nam Suſceptio matutina, Saluatoris noſtri apparitio eſt, quæ inſtar auroræ in tenebris ſedentibus illuxit.

Suſceptio matutina, eſt apparitio Saluatoris.

Οὗτος ὁ ψαλμὸς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ προαγορεύει τὰ τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τὴν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν, καὶ τῆς οἰκουμένης τὴν σωτηρίαν. Καὶ ἡ ἐπιγραφὴ δὲ τοῦτο δηλοῖ. Ἀντίληψις γὰρ ἑωθινὴ, ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνεια, ἡ δίκην ὄρθρου τοῖς ἐν σκότει καθημένοις ἐπιλάμψασα.

PARAPHRASIS.

PARAPHRASIS PATRVM.

β. Θεός ὁ θεός μου, πρόσχες μοι, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με;

Τοῦ ἰκρίου προσηλωμένος ταύτην ὁ δεσπότης προήκατο τὴν φωνήν. Ἐγκαταλελεῖφθαι δὲ λέγει, ὡς ἁμαρτίας οὐδεμιᾶς ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγενημένης, τοῦ δὲ θανάτου κεκρατηκότος, ὃς κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων τὴν ἐξουσίαν ἐδέδεκτο. Ἐγκατάλειψιν τοίνυν καλεῖ, οὐ τὸν τῆς ἡνωμένης θεότητος χωρισμὸν, ὥς τινες ὑπειλήφασιν, ἀλλὰ τὴν γεγενημένην τοῦ πάθους συγχώρησιν.

Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου.

Ὥσπερ δικαιοσύνης ὢν πηγὴ, τὴν ἡμετέραν ἁμαρτίαν ἔλαβε, καὶ εὐλογίας ὢν πέλαγος, τὴν ἐπικειμένην ἡμῖν ἐδέξατο κατάραν, οὕτω καὶ τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἐποιήσατο λόγους.

γ. Ὁ θεός μου κεκράξομαι ἡμέρας, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ· καὶ νυκτὸς, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί.

Νύκτωρ, φησὶ, καὶ μεθ᾽ ἡμέραν βοῶντος οὐκ ἀκήκοας, ἀλλὰ τῷ πάθει παρέδωκας. Ὅμως νενόηκα, ὡς οὐ μάτην ἀναβάλλου τὴν τῆς αἰτήσεως δόσιν, ἀλλὰ μέγα τι καὶ σωτήριον ἐκ τοῦ πάθους οἰκονομῶν.

δ. Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ.

Τὸ πάντων παραδοξότατον, φησιν, ὅτι σοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ τούτῳ σώματι κατοικοῦντος ἐνεργεῖται τὸ πάθος. Ἔπαινον δὲ αὐτὸν Ἰσραὴλ ὀνομάζει, ὡς ὑπὸ τῶν οἰκείων θεραπόντων ἐπαινούμενον.

ε. Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἤλπισαν, καὶ ἐρρύσω αὐτούς.

ς. Πρὸς σὲ ἐκέκραξαν, καὶ ἐσώθησαν· ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν.

Καίτοι, φησὶν, οἶδα σαφῶς, ὡς ἅπαντες ἡμῶν οἱ πατέρες τῇ σῇ βοηθείᾳ θαρρήσαντες, οὐκ ἐψεύσθησαν τῆς ἐλπίδος, καὶ εἰς ἐπικουρίαν σε καλέσαντες, τῆς σῆς προνοίας ἀπήλαυσαν.

2. Deus Deus meus, reſpice in me: quare me dereliquiſti?

Patibulo affixus Dominus, in hanc vocem prorupit. Derelictum autem ſe fuiſſe dicit, vt qui, cùm nullum peccatum commiſiſſet, morti tamen obnoxius fuerit, quæ contra peccatores acceperat poteſtatem. Vocat igitur derelictionem, non ſeparationem coniunctæ diuinitatis, vt quidam opinati ſunt; ſed illam, quæ contigit, paſſionis permiſſionem. *Chriſtus quomodo à Patre derelictus.*

Longè à ſalute mea verba delictorum meorum.

Quemadmodum, cùm ſit fons iuſtitiæ, noſtrum peccatum aſſumpſit; cumque ſit pelagus benedictionis, maledictionem nobis imminentem ſuſcepit;ſic etiam pro nobis hæc verba fecit. *Quomodo Chriſtus pro nobis peccatum aſſumpſerit.*

3. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi.

Noctu, inquit,& interdiu clamantem non exaudiſti,ſed paſſioni tradidiſti. Verumtamen noui, te non fruſtrà conceſſionem petitionis meæ procraſtinare; ſed magnum quid ac ſalutiferum ex paſſione procurare. *Cur Pater non exaudierit paſſionis deprecationem.*

4. Tu autem in ſancto habitas, laus Iſraël.

Hoc, inquit, omnium maximè mirandum eſt, quòd te in ſancto hoc corpore habitante, paſſio operetur. Laudem autem Iſraël ipſum nominat, vt qui à proprijs ſuis cultoribus laudetur.

5. In te ſperauerunt patres noſtri:ſperauerunt,& liberaſti eos.

6. Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt:in te ſperauerunt,& non ſunt confuſi.

Equidem, inquit, manifeſtè noui, cùm omnes patres noſtri tuo auxilio confiſi eſſent, ſpe minimè eos fruſtratos eſſe, cumque tuum auxilium implorаſſent, tuæ prouidentiæ fructum cepiſſe.

PARAPHRASIS PATRVM.

7. Ego autem ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Chriſtus vermis. Ego autem, inquit, vt vermis, vilis viſus ſum, & ridiculus factus.

8. Omnes videntes me deriſerunt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput.

9. Sperauit in Domino, eripiat eum: ſaluum faciat eum, quoniam vult eum.

Sub crucifixionem eius hæc dicta ſunt: nempe, *Alios ſaluos fecit*, &c. Et illud, *Sperauit in Domino, eripiat eum*, vt in ſacris Euangelijs reperitur. Matth.27,42. Luc.23,35.

10. Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab vberibus matris meæ.

11. In te proiectus ſum ex vtero: de ventre matris meæ, Deus meus es tu.

Hæc etiam beatus Iſaias vaticinatus eſt. Nam cùm dixiſſet, *Ecce virgo concipiet in vtero*: ſubiunxit, *Butyrum & mel comedet*, &c. Beatus igitur Dauid Chriſti Domini quoque perſonam gerens, ait: Quoniam & tu formaſti me in vtero, & inde rurſus eduxiſti: & adhuc lactens, matriſque vbera ſugens, in tua cura ſpes meas collocaui. Iſa.7,14.

12. Ne diſceſſeris à me, quoniam tribulatio proxima eſt: quoniam non eſt qui adiuuet me.

Sine Dei ope nil poſſumus. Niſi enim Deus adſit certantibus, robur ſuppeditando; ſuccumbunt. Chriſtum autem diſcipulorum chorus dereliquit. Deinde ſubiungit ſpecies afflictionis.

13. Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obſederũt me.

14. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens.

Tauri ſunt principes, vituli verò ſubditi. Vocat quidem *tauros* Sacerdotes ac Scribas, quibus principatus populi cõmiſſus erat, quiq; multâ ferociâ vtebantur: *vitulos* verò eorum ſubditos, & quidem *pingues*, tamquã bonis ab

ζ. Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ.

Ἐγὼ δέ, φησι, δίκην σκώληκος εὐτελής τε ὤφθην, καὶ καταγέλαστος ἐγενόμην.

η. Πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν.

θ. Ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν.

Ἐπὶ τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ ταῦτα εἴρηται· τὸ, Ἄλλους ἔσωσε, καὶ τὰ λοιπά. καὶ τὸ, Ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτόν· ὡς ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις ἐστὶν εὑρεῖν.

ι. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός· ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου.

ια. Ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας· ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου, θεός μου εἶ σύ.

Ταῦτα καὶ ὁ μακάριος προεθέσπισεν Ἡσαΐας. εἰρηκὼς γὰρ, Ὅτι ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, ἐπήγαγε· Βούτυρον καὶ μέλι φάγεται, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ ὁ μακάριος τοίνυν Δαβὶδ τῷ τοῦ δεσπότου κεχρημένος προσώπῳ, φησίν· Ὅτι σύ με καὶ διέπλασας ἐν μήτρᾳ, καὶ ἐκεῖθεν πάλιν ἐξήγαγες, καὶ ἔτι τιθηνούμενος, καὶ τὴν μητρῴαν ἕλκων θηλὴν, τῆς σῆς κηδεμονίας τὰς ἐλπίδας μου ἐξήρτησα.

ιβ. Μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι θλίψις ἐγγὺς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι.

Εἰ γὰρ μὴ παρείη τοῖς ἀγωνιζομένοις, καρτερίαν διδοὺς ὁ θεὸς, καταπίπτουσι. Τὸν Χριστὸν δὲ καταλελοίπει ὁ τῶν μαθητῶν χορός. Ἐπιφέρει δὲ καὶ τῆς θλίψεως τὰ εἴδη.

ιγ. Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοὶ, ταῦροι πίονες περιέσχον με.

ιδ. Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος.

Καλεῖ ταύρους μὲν τοὺς ἱερέας καὶ γραμματέας, τὴν τοῦ λαοῦ πεπιστευμένους ἀρχὴν, καὶ πολλῇ θρασύτητι κεχρημένους· μόσχους δὲ τοὺς ὑπ' αὐτοὺς, καὶ πίονας, ὡς τοῖς ὑπ' αὐτῶν

ἀγα-

ἀγαθοῖς ἐντρυφήσαντας. Παραδείγματα δὲ τούτων ὁ ψαλμὸς τὰς τούτων ἐπαναστάσεις, οἳ τὸ τηνικαῦτα ταύρων θρασύτητα, καὶ λεόντων μανίαν ἐμιμήσαντο.

ιε΄. Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθη, καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου.

Ὀστᾶ τοὺς ἱεροὺς φησὶν ἀποστόλους, ἐπειδὴ καὶ σῶμα τὴν ἐκκλησίαν καλεῖ, ἰσχὺς δὲ τοῦ σώματος τὰ ὀστᾶ. Ἐσκορπίσθησαν δὲ ἅπαντες κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, δίκην ὕδατος διαιρεθέντες.

Ἐγενήθη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου.

ις΄. Ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου· καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με.

Καὶ ταῦτα πάντα ἐπὶ τοῦ τοῦ πάθους καιροῦ. ἡ καρδία μὲν τῇ δειλίᾳ ὡς πυρὶ διελύθη, καὶ ἡ ἰσχὺς τὴν προτέραν ἐνέργειαν οὐκ ἐδείκνυ, καὶ μέντοι καὶ ἡ γλῶσσα ἀκίνητος ἔμενε. Τὸν δὲ τάφον χοῦν θανάτου ὠνόμασεν, ἅτε δὴ χωννυμένων τῶν θαπτομένων.

ιζ΄. Ὅτι περιεκύκλωσάν με κύνες πολλοί· συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με.

Μετὰ τοὺς Ἰουδαίους, τοῦ ἐξ ἐθνῶν μνημονεύει στρατοῦ· τούτοις γὰρ αὐτὸν ἐκεῖνοι παρέδοσαν. εἰκότως δὲ ταύρους μὲν ἐκείνους, κύνας δὲ τούτους ὠνόμασεν. Εἶτα διηγεῖται τὰ ὑπ' αὐτῶν τολμηθέντα.

ιη΄. Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου.

Καὶ μέντοι καὶ τῷ Θωμᾷ τῶν ἥλων τοὺς τύπους ὑπέδειξε, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς λόγχης πληγήν. Τὸ δὲ, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου, τουτέστιν, οὕτω με διέτειναν προσηλοῦντες, ὥστε ῥᾴδιον εἶναι τῷ βουλομένῳ καὶ τὸν τῶν ὀστῶν ἀριθμὸν διαγνῶναι.

ιθ΄. Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν, καὶ ἐπεῖδόν με.

Δηλαδὴ ἐπιτωθάζοντες καὶ γελῶντες.

Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου

ipſo ſuppeditatis perfruentes. Hic Pſalmus itaque deſcribit horum rebelliones; vt qui tunc taurorum immanitatem, leonumque ferociam imitati ſint. PARAPHRASIS PATRVM.

15. Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.

Oſſa vocat ſanctos Apoſtolos, quoniam & corpus Eccleſiam nuncupat: robur autem corporis oſſa ſunt. Diſſipati ſunt autem omnes tempore paſſionis, inſtar aquæ effuſi. *Cur oſſa vocet Apoſtolos.*

Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens in medio ventris mei.

κζ΄. ΦΑΓΟΝΤΑΙ ΠΕΝΗΤΕΣ.] Μετ᾽ ὀλίγον δὲ ἔφαγον, ἀλλ᾽ οὐ φάγονται. Ἀλλ᾽ ὅτε μὲν ἔφαγον, πίονες ἐγένοντο· πρὶν δὲ φάγωσι, πένητες εἴρηνται, ὡς μήπω τροφὴν εἰληφότες τὴν παρ᾽ αὐτοῦ. ἐμπλησθέντες δὲ αἰνέσουσι τὸν κύριον. καὶ τίς ὁ καρπός; Ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν. Ὁ γὰρ τῆς ζωῆς ἄρτος ζωὴν αἰώνιον δίδωσιν. ἔφη γὰρ, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. Πένητες δὲ οἱ ἐξ ἐθνῶν, τῆς εὐσεβείας μὴ ἐσχηκότες τὸν πλοῦτον, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες. εἶεν δ᾽ ἂν πένητες, καὶ οἱ τὸν μοχθηρὸν μὴ ἔχοντες πλοῦτον, ἢ ἐπ᾽ ἔργοις ἀγαθοῖς, ἢ τοὐναντίον. Τί δὲ ποιήσουσιν οἱ ἐμπλησθέντες θείας διδασκαλίας; μνησθήσονται, καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς κύριον· ἀντὶ τοῦ, σταυροῦ ἐπιφανέντος, ἀναμνησθήσονται ὅτι ἦν ἄρα τις ἀληθινὸς δεσπότης αὐτοῖς, καὶ γνόντες, ἐπιστραφήσονται. Καλῶς δὲ τὸ μνησθήσονται, ὡς βαθείας τῆς λήθης καταχεχυμένης αὐτῶν τοῦ δημιουργοῦ, καὶ ἐπιστραφέντες προσκυνήσουσιν. Εἶτα διασαφεῖ περὶ τίνων ὁ λόγος, ὅτι περὶ τῶν ἐθνῶν ταῦτα. Ἀντὶ δὲ τοῦ πατριαί, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος ἐξεδώκασιν, αἱ συγγένειαι; καὶ λίαν ἀκριβῶς. Ποῖον γὰρ ἔθνος οὐκ ἔχει συγγενείας ἐπιστραφείσας πρὸς κύριον; Ἔσται δὲ ταῦτα, διότι αὐτὸς δεσπόσει τῶν ἐθνῶν, ἀλλ᾽ οὐ δαίμονες, ὡς ἐδόκουν πρότερον. Βασιλεῦσαι γὰρ λέγεται τῶν ἐπὶ τῆς γῆς (καίτοι βασιλεὺς πάντων ὢν καθὸ θεὸς) διὰ τὸ ἐπιστρέψαι αὐτοὺς ἐκ τῆς τῶν δαιμόνων πλάνης εἰς τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν. Εἰς τὸν Δαβὶδ τὸ, φάγονται πένητες, καὶ τὰ ἑξῆς, ὥστε φησί, πάντας τοὺς ὑπακούοντάς σου (τούτους γὰρ λέγει πένητας) ἔχειν ἀφορμὴν εὐφροσύνης, τὰ κατ᾽ ἐμέ. Καὶ οὐχ οὗτοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ μὴ προσήκοντες τῷ ἔθνει τῷ ἡμετέρῳ, γνόντες τὴν ποιεῖς τῶν ὑπὸ σὲ πρόνοιαν, ἐπιστραφήσονται πρὸς σέ, καὶ ὁμολογήσουσι μόνον βασιλέα τῶν ὅλων.

λ΄. ΕΦΑΓΟΝ, ΚΑΙ ΠΡΟΣΕΚΥΝΗΣΑΝ.] Ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὁρᾶται τοῦτο γινόμενον. μετὰ γὰρ τὴν μυστικὴν τροφὴν τὴν πιαίνουσαν τὴν ψυχὴν προσκυνεῖται τῶν ἀγαθῶν ὁ δοτὴρ ὑπὸ τῶν δι᾽ αὐτῆς ἐκτραφέντων. Ἐπειδὴ δὲ

In perſona verò Dauid, Etiam hoc ipſum inquit, quòd te laudo, à te habeo. Nam tuis beneficijs dediſti mihi occaſionem te laudandi: quare etiam in frequenti eccleſia gratias tibi referam, & ſi quidquam voui, coram multis teſtibus reddam vniuerſa.

COMMENTARIVS PATRVM.

27. EDENT PAVPERES.] Paulò pòſt verò ait, *manducauerunt*, ſed non comedent. Ceterùm quandoquidem comederint, impinguati ſunt; antequam autem comederent, pauperes vocabantur, vt qui necdum ab ipſo cibum accepiſſent. Saturati verò laudabunt dominum. Et quo fructu? *Viuent corda eorum.* Nam panis vitæ, vitam æternam tribuit: dixit enim, *Ego ſum panis vitæ*. Pauperes autem ſunt Gentiles, qui non habebant diuitias religionis, & ſpe carebant. Fuerint verò etiam pauperes, qui nefarijs opibus carent, vel operibus bonis, aut contrà. Quid porrò facient qui diuinâ doctrinâ ſaturati ſunt? *Reminiſcentur, & conuertentur ad Dominum.* Id eſt, dum crux apparebit, recordabuntur, verum aliquem Dominum ipſis extitiſſe, & hunc agnoſcentes, conuertentur. Pulchrè autem *reminiſcentur*, ac ſi profunda quædam obliuio conditoris ipſos tenuiſſet; & conuerſi eum adorabunt. Deinde declarat de quibus ipſi ſermo ſit, ſcilicet de Gentibus. Loco *familiæ* verò, Aquila & Symmachus ediderunt, *cognationes*, idque perquam accuratè. Quænam enim gens non habet cognationes, quæ ad Dominum conuerſæ ſint? Erunt autem hæc, quoniam ipſe dominabitur Gentium; at non dæmones, vti priùs videbantur. Dicitur enim imperare his qui in terra ſunt (tametſi Rex ſit omnium, in quantum Deus) quòd conuertat eos ab errore dæmonum ad fidem ſuam. Iſta verò, *Edent pauperes, &c.* ad Dauidem relata, idem ſunt, ac ſi dicat: Omnes qui tibi obediunt (hos enim pauperes appellat) habebunt occaſionem de me lætandi. Et non hi ſolùm, ſed & iſti qui ad gentem noſtram non pertinent, cognoſcentes eam quam ſubditorum tuorum geris prouidentiam, conuertentur ad te, ſolumque vniuerſorum regem confitebuntur.

Ioan. 6, 41.

Pauperes tropologicè quid.

Verſ. 28.

Chriſtus in hominibus Dei memoriam reſuſcitauit.

30. MANDVCAVERVNT ET ADORAVERVNT.] In Eccleſijs hoc factum videtur. Siquidem poſt myſticum iſtum cibum qui animam impinguat, bonorum dator adoratur ab his qui illo paſti ſunt. Ceterùm, cùm opor-

Deus poſt ſacrã Synaxim adoratur.

COMMENTARIVS PATRVM.

oportcat ipſi genu omne flecti, ſequitur: *In conſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram.* Pro *cadent* Aquila dixit, *flectent,* figuram demonſtrans genuflectentium, & frontem in terram defigentium: Symmachus

Chriſto flectitur omne genu.

verò clariùs dixit, ſic coniungens, *In conſpectu eius genuflectent omnes qui deſcendunt in puluerem, quorum anima viuet, ſemen autem ſeruiet ipſi.* Quorum, inquit, ſpes eſt animæ vita, & quorum ſemen ſeruiet ipſi, hi omnes adorabunt. Secundùm Septuaginta verò, ſermonem hunc accipere oportet ex perſona Saluatoris, de omni anima quæ eſt ipſi addi-

Fideles ſunt ſemen Chriſti.

cta. Et *ſemen* vocat fideles, qui per Apoſtolos ipſi in filios adoptati ſunt: item hi *qui deſcendunt in terram*, intelligi quoque poſſent defuncti. Nam poſt reſurrectionem, alij quidem ex amore, alij verò præ timore adorabunt. Pulchrè autem dixit animam eius viuere, at non ſeruire. Nam natura aſſumpta, vnita eſt diuinitati quæ ipſam aſſumpſit, & eiuſdem gloriæ ac honoris particeps effecta eſt: vita enim Chriſti ſancta fuit, & immacu-

Pingues terræ tropologicè quid.

lata. Intellige etiam *pingues terræ*, iſtos qui in rebus quidem terrenis educati ſunt, ſed ſpiritu facta carnis mortificarunt, ita vt terrena minimè ſapiant. Quod ad Dauidem attinet; cùm ſuperiùs dixiſſet pauperes ſaturandos eſſe, nunc ait idem pinguibus ſiue delicatis, ac diuitibus euenturum. Et omnis mortalis adorabit, (hoc enim eſt illud, *Qui deſcendunt in terram*) præſertim verò ego, poſterique mei, ac ſequentes generationes, annuntiabunt gloriam tuam, etiam *populo qui naſcetur,* id eſt, quem faciet Dominus, id eſt, longè lateque famam tuam celebrabunt.

32. ANNVNTIABITVR DOMINO.] Iſtud, *Generatio præterit, & generatio aduenit,* nonnulli de duobus populis intellexerunt, Iudæis quidem à Domino recedentibus: Gentibus verò aduenientibus. Hæc igitur ge-

Eccle. 1, 4.

neratio annuntiabitur Domino, à præconibus de ipſa dicentibus: *Omnes gentes, quaſcumque feciſti, venient, & adorabunt.* Et Salua-

Pſal. 85, 9.

tor: *Eum qui venit ad me, non eijciam.*

Ioan. 6, 37.

Non dixit eum qui iam peruenit: nam & eum, qui quod in ſe eſt facit quò ad ipſum veniat, vt virtutes exerceat, minimè eijcit. Qui autem hanc annuntiant, &

Chriſtus ſuſcipit omnes ad ſe venientes.

δεῖ αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψαι, ἕπεται τό, Ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς γῆν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, προσπεσοῦνται, κάμψουσιν Ἀκύλας εἶπε, τὸ σχῆμα δεικνὺς τῶν κλινόντων γόνυ, καὶ τὸ μέτωπον εἰς γῆν ἐπερειδόντων· ὁ δὲ Σύμμαχος σαφέστερον εἶπεν ἐπισυνάψας· Ἔμπροσθεν αὐτοῦ ὀκλάσουσιν ἅπαντες οἱ καταβαίνοντες εἰς χόνιν, ὧν ἡ ψυχὴ ζήσεται, σπέρμα δὲ λατρεύσει αὐτῷ. ὧν, φησιν, ἐλπὶς ζήσεσθαι τὴν ψυχὴν, καὶ ὧν τὸ σπέρμα δουλεύσει αὐτῷ, πάντες οὗτοι προσκυνήσουσι. Κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα, ἐκ προσώπου δεῖ νοῆσαι τοῦ σωτῆρος τὸ λέγειν, περὶ πάσης ἀνακειμένης αὐτῷ ψυχῆς. Καὶ λέγει σπέρμα τοὺς διὰ τῶν ἀποστόλων υἱοθετηθέντας αὐτῷ πιστούς. ἢ καταβαίνοντες εἰς γῆν νοηθεῖεν ἂν καὶ οἱ τεθνηκότες. Μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν, οἱ μὲν πόθῳ, οἱ δὲ φόβῳ προσκυνήσουσι. Καλῶς δὲ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν ζῆν εἶπεν, ἀλλ' οὐ δουλεύειν. ἡ γὰρ ληφθεῖσα φύσις, ἡνώθη τῇ λαβούσῃ θεότητι, καὶ τῆς αὐτῆς δόξης μετείληφε καὶ τιμῆς. ἁγία γὰρ καὶ ἄμωμος ἡ Χριστοῦ γέγονε ζωή. Νόει δὲ πίονας γῆς, καὶ τοὺς γηΐνοις ἐντεθραφέντας, πνεύματι δὲ θανατοῦντας τὰς πράξεις τοῦ σώματος, ὡς μὴ φρονεῖν ἐπίγεια. Εἰς τὸν Δαβίδ. εἰπὼν ἄνω ὅτι καὶ οἱ πένητες ἐμπλησθήσονται, νῦν φησιν, ὅτι τὸ αὐτὸ πείσονται καὶ οἱ πίονες, ἤτοι οἱ ἁβροὶ, καὶ οἱ πλούσιοι. Καὶ πᾶς θνητὸς προσκυνήσει (τοῦτο γὰρ, οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν γῆν.) ἐγὼ δὲ, καὶ οἱ ἐξ ἐμοῦ ἐπὶ πλέον, καὶ αἱ μετὰ ταῦτα δὲ γενεαὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δόξαν σου, καὶ τῷ τεχθησομένῳ λαῷ, αὐτὶ τοῦ, ὃν ποιήσει ὁ κύριος, αὐτὶ τοῦ, ἐς μακρὸν διαπέμψουσι τὴν σὴν εὐφημίαν.

λϐ. ΑΝΑΓΓΕΛΗΣΕΤΑΙ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Τό, γενεὰ προάγεται, καὶ γενεὰ ἔρχεται, ἐπὶ τῶν δύο λαῶν ἐξέλαβόν τινες, τῆς μὲν Ἰουδαϊκῆς ἀποφοιτησάσης κυρίου, τῶν δὲ τῶν ἐθνῶν ἐρχομένης. Αὕτη οὖν ἀναγγελήσεται τῷ κυρίῳ, πρὸς τῶν πρεσβευόντων ὑπὲρ αὐτῆς λεγόντων, Πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι, καὶ προσκυνήσουσι. Καὶ ὁ σωτὴρ, Τὸν ἐρχόμενον πρός με, οὐ μὴ ἐκβαλῶ. οὐκ εἶπε τὸν ἐλθόντα· τὸν γὰρ ἐνεργοῦντα τὸ πρὸς αὐτὸν ἥκειν, τὸ πράττειν τὰ τῆς ἀρετῆς, οὐκ ἐκβάλλει. Οἱ δὲ ταύτην ἐπαγγέλλοντες, καὶ τὴν δικαιοσύνην τοῦ θεοῦ, τὴν διὰ πίστεως Ἰησοῦ ἐνεργουμένην, ἀναγγέλλουσι τῷ τεχθησομένῳ λαῷ, ὃν ὁ κύριος

iuſtitiam Dei, quæ per fidem Ieſu operatur, populo naſcituro prædicant, quem fecit

Domi-

ἐποίησε, καλέσας τὸν οὐ λαὸν, λαὸν αὐτοῦ. Τεχθησόμενος γὰρ λαὸς, ὁ διὰ τῆς καινῆς διαθήκης περιποιημένοι αὐτῷ, ὥστε ὁ ἐν νόμῳ Μωϋσέως, οὐκέτι λαὸς αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ πιστεύοντες μετὰ τῆς, μὴ πρὸ τούτου λαοῦ, αὐτοῦ συναριθμοῦνται, ὡς χάριτι καὶ αὐτοὶ, ὡς καὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν, εἰς λαὸν αὐτοῦ καταριθμουμένων. προειπὼν γὰρ, ὅτι καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ, διασαφεῖ νῦν. τί τὸ σπέρμα, γενεὰν ἐρχομένην λέγων, καὶ λαὸν τεχθησόμενον, οἳ ἐκ τῶν αὐτοῦ λογικῶν σπερμάτων ἐβλάστησαν. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ, ἀναγγελήσεται, ἀναγραφήσεται τῷ κυρίῳ ἐν βιβλίῳ ἐξέδωκεν. Οὐ γὰρ ὡς μὴ εἰδότι ἤμελλεν ἡ ἐρχομένη γενεὰ ἀναγγέλλεσθαι, ἀλλ' ἀνατεθήσεται τῷ κυρίῳ βίβλος προφητείας, περὶ λαοῦ τοῦ μέλλοντος.

Dominus, qui vocat non populum, populum ſuum. *Populus* enim *qui naſcetur*, ſunt hi qui per nouum teſtamentum ab ipſo adoptati ſunt, adeò vt hi qui ad legem Moyſis ſpectant, non ſint ampliùs populus ipſius; quin etiam hi qui cum hoc, non ante hunc populum crediderunt, ipſius populo annumerantur; quippe per gratiam, non ſecùs atque hi ex Gentibus, populo ipſius aggregati. Cùm enim anteà dixiſſet, *Et ſemen meum ſeruiet ipſi*, modò declarat, quale ſit ſemen illud, cùm *generationem venturam* nuncupat, & *populum qui naſcetur*, qui ex eius ſeminibus ratione præditis germinarunt. Symmachus verò, pro *annuntiabitur*, edidit, *adſcribetur Domino in libro*. Non enim tamquam ignaro annuntianda erat ventura generatio; ſed dicabitur Domino liber prophetiæ, qui eſt de populo futuro.

CATENA PATRVM. 1.Pet.2,10

CATENA PATRVM.

α. Ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως.] Ἀθανασίου. Ἄδεται ὁ προκείμενος ψαλμὸς ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς· τουτέστιν ὅτε νυκτὸς καὶ ἀχλύος διαβολικῆς ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς, ἐπιλάμψας ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἢ καὶ ἀντίληψιν ἑωθινὴν τὸν τῆς ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ὀνομάζει καιρόν. Ἐγήγερται γὰρ ὄρθρου βαθέως, ὁδοποιήσας τῇ ἀνθρώπου φύσει τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ὁδόν. Ἄδει δὲ τὸν ψαλμὸν ὁ Χριστὸς ἐκ προσώπου τῆς ἀνθρωπότητος· σαφῶς δὲ καὶ τὰ συμβαίνοντα αὐτῷ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ, ἐξηγεῖται ἡμῖν.

Εὐσεβίου. Τὴν ἐκ τοῦ καιροῦ τῆς ἀναστάσεως σωτηρίαν λέγει γενησομένην, φήσαντος Λουκᾶ· Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέως ἐπὶ τὸ μνῆμα ἦλθον γυναῖκες, φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα. ὅτε καὶ ἤκουσαν ἐκ τῶν ἀνδρῶν τῶν δυοῖν· Τί ζητεῖτε ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη. Τὴν πᾶσαν οὖν οἰκονομίαν τοῦ σωτηρίου πάθους, τῇ ἀναστάσει αὐτοῦ τὸ θεῖον ἀνατίθησι πνεῦμα. Ὁ δὲ ψαλμὸς περιέχει καὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν σύστασιν, καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν, πρόγνωσίν τε γενεᾶς καὶ τοῦ τεχθησομένου λαοῦ.

Διδύμου. Ἀλλὰ καὶ ἀντίληψις ἑωθινὴ κατορθοῦται τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἀνίσχοντος, τῆς νυκτὸς δὲ τῆς ἀγνοίας δεχομένης τὸ πέρας·

1. PRO SVSCEPTIONE.] ATHANASII. Canitur hic Pſalmus *pro ſuſceptione matutina*, hoc eſt, quando illuceſcens vnigenitum Dei Verbum; vti ſcriptum eſt, *oriens ex alto*, nos à nocte & caligine diabolica liberauit. Vel etiam *matutinam ſuſceptionem* appellat tempus Dominicæ reſurrectionis: reſurrexit enim valdè manè, humanæ naturæ ad immortalitatem viam patefaciens. Canit autem hunc Pſalmum Chriſtus ex perſona humanitatis: perſpicuè etiam nobis exponit, quæ ipſi crucis tempore à Iudæis illata ſint. *Matutina ſuſceptio quid ſignificet.*

EVSEBII. Tradit ex reſurrectionis tempore ſalutem adfuturam, dicente Luca: *Vnâ autem * ſabbatorum valdè diluculo ad monumentum venerunt mulieres, portantes quæ parauerant aromata.* quando etiam audiuerunt ex viris duobus: *Quid quæritis viuentem cum mortuis? non eſt hic, ſed ſurrexit.* Vniuerſam igitur diſpenſationem paſſionis Saluatoris, diuinus Spiritus adſcribit eius reſurrectioni. Ceterùm hic Pſalmus quoque continet Eccleſiæ conſtitutionem, & Gentium vocationem, nec non præcognitionẽ generationis ac populi naſcituri. Luc. 24,1. * Vulgata ſabbati. Ibid. 6.

DIDYMI. Ceterùm matutina ſuſceptio perficitur & oriente iuſtitiæ Sole, & ignorantiæ nocte finem accipiente: &

CATENA PATRVM.

& ſumpto exordio, occurrit ad perfectam illuſtrationem diuini luminis & à Trinitate manantis (vt cuius gratiâ ſunt omnia, ipſum autem nullius, ſiquidem vltimum eſt quod appetitur.) Nulla verò mutatio perſonæ fit in hoc Pſalmo, ſed totus eſt ex perſona Chriſti, vnde etiam dictiones ipſius nouo Teſtamento inſertæ ſunt.

Pſalmus hic totus ex perſona Chriſti.

2. DEVS DEVS MEVS.] ORIGENIS. Hæc eſt vox Chriſti Domini crucifixi. Quin & aliàs quoque figurat id quod nobis accidit. Nos enim eramus primùm derelicti, & deſpecti; nunc verò poſtmodum aſſumpti, & ſalui facti paſſionibus eius qui erat impatibilis: vti in ijs quæ in Pſalmo ſequuntur, noſtram inſipientiam & delictum ſibi accommodans, ait.

GREGORII NAZIANZENI. Ceteroquin etiam affectiones noſtras in ſeipſo efformat. Nos enim eramus priùs derelicti, ac deſpectui habiti: deinde iam adſciti, & ſeruati paſſionibus eius qui paſſionis expers erat: ſicut etiam inſipientiam noſtram, & delictum noſtrum ſibi vendicans, ſequentia Pſalmi verba profert.

Chriſtus in ſe noſtras ſuſcepit paſſiones.

LONGE A SALVTE MEA VERBA DELICTORVM MEORVM.] ANONYMI. Impium populum, & Iudam deflet. Nihil enim, inquit, emolumenti acceperunt ex ſalute quæ eſt ex me.

3. DEVS DEVS MEVS CLAMABO PER DIEM.] ANONYMI. Id eſt, in rebus proſperis (hoc enim dies) *& nocte*, nempe aduerſitatum, clamo ad te. Etenim proſperitate vtenti periculum eſt elationis, & malis oppreſſo, ne non perſeueret. Significat autem Deum exaudire illos, qui in vtroque caſu ad eum clamant. Nam illud *non exaudies?* per interrogationem lectum, declarat exaudiendum.

Dies pro proſperis, nox pro aduerſis ſumitur.

5. IN TE SPERAVERVNT PATRES NOSTRI.] EIVSDEM. Patriarchæ, inquit, è quibus ſecundùm carnem exiſto, in te ſperauerunt, meam illuſtrationem expectantes, & ſpe potiti ſunt, per me à morte ac diabolo liberati.

Patriarchæ per ſpem in Chriſtum liberati.

7. EGO AVTEM SVM VERMIS.] EIVSDEM. Quin etiam in nobis vermis fit, quando peccamus, conſcientiam noſtram increpando, & corrodendo.

10. QVONIAM TV ES QVI EXTRAXISTI ME DE VTERO.] ORIGENIS. Cùm enim Deus na-

καὶ ἀρχομένη, καταντᾷ πρὸς τέλειον φωτισμὸν τοῦ παρὰ τῆς τρισλαμποῦς καὶ θείου φωτός (οὗ χάριν πάντα, αὐτὸ δὲ οὐδενός· τελικώτατον γάρ ἐστιν ὀρεκτόν.) Οὐδεμία δὲ προσώπου μεταβολὴ κατὰ τὸν παρόντα ψαλμόν, ἀλλ' ἔστιν ὅλος ἐκ προσώπου Χριστοῦ· ἐξ οὗ αἱ λέξεις παρετέθησαν ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ.

β'. Ο ΘΕΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Αὕτη ἡ φωνὴ τοῦ κυρίου Χριστοῦ, τῷ σταυρῷ προσηλωμένου. Καὶ ἄλλως δὲ τυποῖ τὸ ἡμέτερον πάθος. ἡμεῖς γὰρ ἦμεν οἱ ἐγκαταλελειμμένοι, καὶ παρεωραμένοι πρότερον· εἶτα νῦν προσειλημμένοι, καὶ σεσωσμένοι τοῖς τοῦ ἀπαθοῦς πάθεσιν, ὥσπερ τὴν ἀφροσύνην ἡμῶν, καὶ τὸ πλημμελὲς οἰκειούμενος, διὰ τῶν ἑξῆς τοῦ ψαλμοῦ φησι.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖ. Καὶ ἄλλως δὲ ἐν ἑαυτῷ τυποῖ τὸ ἡμέτερον πάθος. ἡμεῖς γὰρ ἦμεν οἱ ἐγκαταλελειμμένοι, καὶ παρεωραμένοι πρότερον· εἶτα νῦν προσειλημμένοι, καὶ σεσωσμένοι τοῖς τοῦ ἀπαθοῦς πάθεσιν, ὥσπερ τὴν ἀφροσύνην ἡμῶν, καὶ τὸ πλημμελὲς οἰκειούμενος, τὰ ἑξῆς διὰ τοῦ ψαλμοῦ φησι.

ΜΑΚΡΑΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΜΟΥ ΟΙ ΛΟΓΟΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑΠΤΩΜΑΤΩΝ ΜΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸν ἀσεβοῦντα λαόν, καὶ Ἰούδαν ὀδύρεται· οὐδὲν γάρ, φησιν, ὠφελήθησαν ἀπὸ τῆς ἐξ ἐμοῦ σωτηρίας.

γ'. Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ ΚΕΚΡΑΞΟΜΑΙ ΗΜΕΡΑΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τουτέστιν ἐν εὐθυμίαις (τοῦτο γὰρ ἡμέρα) καὶ νυκτί, δηλαδὴ τῇ περιστάσει, βοῶ πρός σε. Καὶ γὰρ εὐθυμοῦντι κίνδυνος ἐπάρσεως, καὶ συνεχομένῳ κακοῖς, τὸ μὴ καρτερεῖν. Δηλοῖ δὲ ὅτιπερ εἰσακούει τῶν ἐν ἑκατέρῳ κραζόντων θεός. Κατ' ἐρώτησιν γὰρ ἀναγινωσκόμενον, τὸ οὐκ εἰσακούσῃ, εἰσακούειν δηλοῖ.

ε'. ΕΠΙ ΣΟΙ ΗΛΠΙΣΑΝ ΟΙ ΠΑΤΕΡΕΣ ΗΜΩΝ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οἱ πατριάρχαι φησίν, ἐξ ὧν εἰμι τὸ κατὰ σάρκα, ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, τὴν ἐμὴν προσδοκῶντες ἐπίλαμψιν, καὶ τῆς ἐλπίδος ἔτυχον, ῥυσθέντες ὑπ' ἐμοῦ ἀπὸ θανάτου καὶ διαβόλου.

ζ'. ΕΓΩ ΔΕ ΕΙΜΙ ΣΚΩΛΗΞ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καὶ ἐν ἡμῖν δὲ γίνεται σκώληξ, ἡνίκα ἂν ἁμαρτάνωμεν, τὴν συνείδησιν ἡμῶν διελέγχων καὶ κατατρώγων.

ι'. ΟΤΙ ΣΥ ΕΙ Ο ΕΚΣΠΑΣΑΣ ΜΕ ΕΚ ΓΑΣΤΡΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Θεὸν γὰρ γεννώμε-

τον ὁ πατὴρ ἐμαιεύσατο. οἶμαι δὲ ὅτι καὶ μόνον, ἐπεὶ καὶ μόνος ἐξ ἁγίου πνεύματος ἦν.

ιγ'. ΠΕΡΙΕΚΥΚΛΩΣΑΝ ΜΕ ΜΟΣΧΟΙ ΠΟΛΛΟΙ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Νόει δὲ μόσχους καὶ τὰς ἐπιγείας τὰ γήϊνα πονηρὰς δυνάμεις, αἱ ῥημάτων ἀπατηλῶν περιστάμεναι δι' αὐτῶν κρατίζουσι. Ταύρους δὲ πίονας, διὰ τὸ πολυμαθές. Λέγοι δ' ἂν καὶ ταῦτα ὁ σωτὴρ, διὰ τοὺς πολιορκοῦντας αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν, ὧν ὁ σοφιστικὸς λόγος, εἰς ἁρπαγὴν τῶν ἀπατωμένων ἠνέωκται.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τῶν Ἰουδαίων τοὺς ἄρχοντάς φησι, περὶ ὧν ἐν ξζ'. λέγει ψαλμῷ· Ἐπιτίμησον τοῖς θηρίοις τοῦ καλάμου, ἡ συναγωγὴ τῶν ταύρων ἐν ταῖς δαμάλεσι τῶν λαῶν. Ἐνταῦθα μὲν οὖν σαφῶς τοὺς μὲν λαοὺς δαμάλεις ὠνόμασε, τοὺς δὲ ἄρχοντας ταύρους. ὧδε μέντοι τὸ μόσχοι πολλοὶ, δαμάλαι φησὶν Ἀκύλας. ἀντὶ δὲ τοῦ ταῦροι πίονες, δυνάσται Βασὰν διαδηματίσαντό με, τοῦ λόγου τὴν στρατιωτικὴν αἰνιττομένου τάξιν Πιλάτου (Βασὰν καλέσας αὐτὴν,) οἵπερ ἀντὶ διαδήματος αὐτῷ στέφανον ἐπέθηκαν ἀκανθῶν. Ἰουδαῖοι δὲ τὸ στόμα ἤνοιξαν ἐπ' αὐτὸν, αἶρε, αἶρε βοῶντες, σταύρωσον αὐτὸν, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. Οὐδὲν δὲ λέοντος οἱ τοιοῦτοι διέφερον, αἵματος διψῶντες Χριστοῦ.

κα'. ΡΥΣΑΙ ΑΠΟ ΡΟΜΦΑΙΑΣ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ δυναμένη τὴν ψυχὴν πλῆξαι ῥομφαία, νοητὴ ἄρα ἐστὶ, περὶ ἧς εἴρηται, Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία.

κγ'. ΔΙΗΓΗΣΟΜΑΙ ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΣΟΥ ΤΟΙΣ ΑΔΕΛΦΟΙΣ ΜΟΥ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ταῦτα οἱονεὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ὑπ' αὐτοῦ λέγεται, ἐπακουσθέντος ἐφ' οἷς προσηύξατο.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀδελφοὺς καλεῖ, ὡς ἄνθρωπος γὰρ καὶ ἀδελφὸς ὀνομάζεται. μονογενὴς γάρ ἐστι, καὶ πρωτότοκος, καὶ τὸ μὲν ἁρμόττει ὡς θεῷ καὶ κυρίῳ· ὡς γὰρ θεὸς, μόνος γεγέννηται, καὶ μονογενὴς ὀνομάζεται· ὡς δὲ ἄνθρωπος, καὶ πρωτότοκος κέκληται. καὶ μάρτυς ὁ ἀπόστολος λέγων, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς.

κε'. ΟΤΙ ΟΥΚ ΕΞΟΥΔΕΝΩΣΕΝ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐμοῦ γὰρ τοῦ θησαυροῦ τῶν ἀγαθῶν, καὶ πτωχεύσαντος δι' ὑμᾶς, ἵνα πλούσιοι γένησθε, τὴν ἐμὴν ὑπὲρ ὑμῶν οὐκ ἐμύχθισε προσευχήν. διόπερ αὐτὸν χαριστηρίως ὑμνήσατε. Νῦν γὰρ σάρκα περικείμενοι, καὶ ἐκ μέρους

ſceretur, Pater obſtetricabatur: exiſtimo autem quòd ſoli; quia nimirum ſolus erat de Spiritu ſancto. CATENA PATRVM.

13. CIRCVMDEDERVNT ME VITVLI MVLTI.] ANONYMI. Quin etiam *vitulos* intellige malignas poteſtates, quæ terrena curant, quæ verbis deceptorijs ſubiugant quibus imperant. Sunt autem tauri pingues, propter multam ſcientiam. Potuerit hæc etiam dixiſſe Saluator, propter eos qui Eccleſiam eius obſident, quorum ſermo captioſus apertus eſt in capturam eorum qui decipiuntur.

EVSEBII. Iudæorum principes intelligit, de quibus in Pſalmo LXVII. dicit: *Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum.* Atque ibi quidem diſertè populos *vaccas*, principes verò *tauros* appellauit. Hic itaque illud, *vituli multi* dixit Aquila, *vaccæ*; & loco, *tauri pingues, optimates Baſan traduxerunt me.* vbi militarem Pilati aciem (quam Baſan appellauit) latenter inſinuat, qui ipſi pro diademate coronam ſpineam impoſuerunt. Iudæi verò ſuper ipſum aperuerunt os ſuum, clamantes: *Tolle, tolle, crucifige eum: ſanguis eius ſit ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Huiuſmodi autem homines, cùm ſanguinem Chriſti ſitirent, nil à leonibus differebant.

Pſal. 67, 31.

Principes Iudæorum, tauris ſimiles.

Ioan. 19, 15.

Matth. 27, 25.

21. ERVE A FRAMEA ANIMAM MEAM.] ORIGENIS. Framea quæ animam ferire poſſit, vtique ſpiritalis eſt; de qua dicitur: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Luc. 2, 35.

23. NARRABO NOMEN TVVM FRATRIBVS MEIS.] EIVSDEM. Hæc quodammodò ab ipſo à mortuis reſurgente dicta ſunt, quando exauditus fuit pro ijs, pro quibus orauerat.

THEODORETI. Fratres vocat, nam tamquam homo etiam frater nuncupatur: ſiquidem vnigenitus eſt, & primogenitus. Atque illud quidem ipſi vt Deo ac Domino competit: tamquam Deus enim, ſolus genitus eſt, & vnigenitus nominatur; vt homo verò, etiam primogenitus appellatur. cuius rei teſtis eſt Apoſtolus, dicens ipſum eſſe *primogenitum in multis fratribus.*

Chriſtus vnigenitus Dei, & primogenitus reſpectu noſtri.

Rom. 8, 29.

25. QVONIAM NON SPREVIT.] DIDYMI. Cùm enim meus eſſet bonorum theſaurus, & propter vos inops factus eſſem, vt diuites eſſetis, meam pro vobis orationem non deſpexit. quapropter ipſum cum gratiarum actione laudate. Modò enim carnem induti, & ex parte

Chriſtus pauper factus, vt nos ditaret.

cognoſcentes ac prophetantes, diuitias meas capere non potuiſtis: quare rogaui vt vobis donarentur ea, per quæ diuites efficeremini.

26. APVD TE LAVS MEA.] ANONYMI. *Laudem* vocat glorificationem. Licet autem hanc à Patre ipſi delatam videre, quando
Ioan. 12, 28. venit vox de cælo dicens, *Et clarificaui, & iterum clarificabo.*

Perfectus eſt quem Deus laudat. DIDYMI. Quem Deus laudat, cùm nihil ipſum lateat, vtique ob perfectam virtutem id facit. Magnæ igitur fiduciæ eſt ſermo hic. Porrò magna eſt Eccleſia, quæ ex viris magnis conſtat; ſicut Eccleſia frequens eſt, quæ ex multis congregatur.

27. EDENT PAVPERES.] EVSEBII. Paulò verò
Vtilitas communionis. pòſt dicit, *comederunt*, ſed non comedent. Ceterùm cùm comediſſent, pingues facti ſunt: priuſquam verò comederent, pauperes appellabantur, quòd nondum ipſius cibum accepiſſent. Saturati autem laudabunt Dominum: Et quis eius fructus? *Viuent corda eorum in ſæculum ſæculi.* nam panis vitæ immortalitatem confert, & vitam æternam. Dixit enim:
Ioan. 6, 41. *Ego ſum panis vitæ, qui de cælo deſcendi, &*
Ibid. 52. *do vitam mundo.* Et rurſus: *Si quis manducauerit ex meo pane, viuet in æternum.*

32. ANNVNTIABITVR DOMINO GENERATIO VENTVRA.] THEODORETI. Fletu digna eſt Iudæorum cæca veſania, quòd in diuinis oraculis ſemper verſantes, veritatem in his ſplendentem minimè conſpiciant; ſed in Dauidem dictatum eſſe hunc Pſalmum enuntient, cùm audiant Dauidem exclamantem: *Annuntiabitur Domino generatio ventura, & annuntiabunt iuſtitiam eius populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.* & antè: *Reminiſcentur, & conuertentur ad Dominum omnes fines terræ, & adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ Gentium. Et manducauerunt, & adorauerunt eum omnes pingues terræ.* Nam nihil horum Dauidi accidiſſe videmus, nec alicui eorum qui ex Dauide deſcenderunt. Solus autem Chriſtus Dominus, ex Dauide ſecundùm carnem, Deus Verbum factus homo, cùm ex Dauide formam ſerui accepiſſet, omnem terram atque mare diuinâ cognitione impleuit, atque perſuaſit ijs qui olim errabant, atque idola colebant, vt pro ijs qui non ſunt, Deum verum adorarent.

γινώσκοντές τι καὶ προφητεύοντες, τὸν ἐμὸν χωρεῖν οὐκ ἐδύνασθε πλοῦτον· διόπερ ἐδεήθην ὑμῖν δωρηθῆναι τὰ δι' ὧν ἐγένεσθε πλούσιοι.

κϛ'. ΠΑΡΑ ΣΟΥ Ο ΕΠΑΙΝΟΣ ΜΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἔπαινον τὴν δοξολογίαν φησίν. ἔστι δὲ ταύτην παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῷ γινομένην ἰδεῖν, ὅτε ἦλθε φωνὴ ἄνωθεν λέγουσα, Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὃν Θεὸς ἐπαινεῖ, ἐπεὶ μηδὲν αὐτὸν λανθάνει, ἐπ' ἀρετῇ τελείᾳ τοῦτο ποιεῖ. Μεγάλης οὖν παῤῥησίας ὁ λόγος. Μεγάλη δὲ ἡ ἐκκλησία, ἡ ἐκ μεγάλων συνισταμένη· ὡς ἡ ἐκκλησία πολλή, ἡ ἐκ πολλῶν.

κζ'. ΦΑΓΟΝΤΑΙ ΠΕΝΗΤΕΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μετ' ὀλίγον δέ φησιν, ἔφαγον, ἀλλ' οὐ φάγονται. Ἀλλ' ὅτε μὲν ἔφαγον, πίονες ἐγένοντο· πρὶν δὲ φάγωσι, πένητες εἴρηνται, μήπω τροφὴν εἰληφότες τὴν ἐξ αὐτοῦ. ἐμπλησθέντες δὲ αἰνέσουσι τὸν κύριον. Καὶ τίς ὁ καρπός; Ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ὁ γὰρ τῆς ζωῆς ἄρτος ἀθανασίαν δίδωσι, καὶ ζωὴν αἰώνιον. Ἔφη γάρ· Ἐγώ εἰμι ἄρτος τῆς ζωῆς, ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ διδοὺς ζωὴν τῷ κόσμῳ. καὶ πάλιν, Ἐάν τις φάγῃ ἐκ τοῦ ἐμοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

λβ'. ΑΝΑΓΓΕΛΗΣΕΤΑΙ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΓΕΝΕΑ Η ΕΡΧΟΜΕΝΗ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἄξιον δὲ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐμβροντησίαν θρηνεῖν, ὅτι τοῖς θείοις λογίοις διηνεκῶς ἐντυγχάνοντες, τὴν ἐν τούτοις διαλάμπουσαν οὐ συνορῶσιν ἀλήθειαν, ἀλλ' εἰς τὸν Δαβὶδ εἰρῆσθαι τὸν ψαλμὸν ἀποφαίνονται; τοῦ Δαβὶδ βοῶντος ἀκούοντες· Ἀναγγελήσεται τῷ κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ κύριος. καὶ πρότερον· Μνησθήσονται, καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς· καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. ἔφαγον καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς. τούτων γὰρ οὐδὲν ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ εὕρομεν γεγενημένον, οὐδὲ ἐπί τινος τῶν ἐκ Δαβίδ. Μόνος δὲ δεσπότης Χριστὸς, ὁ ἐκ Δαβὶδ κατὰ σάρκα, ὁ ἐνανθρωπήσας θεὸς λόγος, ὁ ἐκ Δαβὶδ λαβὼν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν τῆς θεογνωσίας ἐπλήρωσε, καὶ πέπεικε τοὺς πάλαι πλανωμένους, καὶ τοῖς εἰδώλοις προσφέροντας τὴν προσκύνησιν, ἀντὶ τῶν οὐκ ὄντων τὸν ὄντα προσκυνῆσαι θεόν.

ANNO.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. PSALMVS hic inſcribitur: *Pro ſuſceptione matutina. Suſceptionem* autem *matutinam* S. Athan. in Catena exponit Chriſti natiuitatem, vel reſurrectionem, quæ temporis fuerunt matutini: quo ſenſu etiam Euſebius ibid. & Didymus accipiunt, quos S. Auguſt. & plerique Patres ſequuntur. Vbi notandum in Pſalmis, *ſuſcipere* idem eſſe, quod *auxiliari*, & conſequenter *ſuſceptorem* pro auxiliatore, nec non *ſuſceptionem* pro auxilio accipi; quia nimirum is qui alteri opitulatur, & auxilio eſt, cauſſam aut perſonam eius ſuſcipit defendendam. Itaque tituli ſenſus, *Pro ſuſceptione matutina*, id eſt, *pro auxilio matutino*, quod ſcilicet Chriſtus à Patre poſtulauit, vt, tenebris paſſionum depulſis, lætiſſimam reſurrectionis lucem velociter adferret. In Hebræo eſt vox אַיֶּלֶת *aieleth*, quæ, vt obſeruauit Abenezra, propriè ſignificat *aſcenſum*, ſiue *ſtellam matutinam*; vt argumento ſit, tunc Chriſti diuinitatem hominum cordibus illuxiſſe, cùm paſſionem ipſe mortemque ſuſtinuit; nec aliud crucis ignominiam, quàm aſcenſum in ſupremum dignitatis faſtigium, vbi eius maieſtas ſpecioſiſſimè radiaret, fuiſſe. Aquila ex Hebræo vertit, ὑπὲρ τῆς ἐλάφου τῆς ὀρθρινῆς, quod S. Hieron. reddit, *pro cerua matutina*; alij, *pro cerua auroræ*: quæ verſio ſuauiſſimè Chriſtum cum cerua (vt Plinius ait) animalium placidiſſima confert. Quia ſcilicet, non ſecùs atque à canibus venaticis cerua, ita Chriſtus à rabidis Iudæis & militibus Romanis, matutino tempore paſſionis, ab Anna ad Caiapham, & à Pilato ad Herodem pertractus, verberibus laceratus, at tandem in crucem actus fuit; cuius vox mitiſſima in hoc Pſalmo eſt eiuſmodi: *Circumdederunt me canes multi.* Heu quot cæleſtem illam ceruam canes circumdederunt, quàm ſæuos diuinæ illius carni dentes infixerunt! nec verò ab ea inſectanda deſtiterunt, quouſque illi vitam eriperent. Verumtamen velox eſt, & ſaltu agilis. Siquidem tertiâ die, matutino tempore, mortis tartarique voragine ſuperatâ, è ſepulcro proſilijt; celerique ſaltu in cælum vſque peruenit.

Chaldæus denique hunc titulum ita vertit, *ſuper potenti oblatione perpetua aurorâ, hymnus David*: vel, vt exponit Nebienſis, *pro virtute ſacrificij continuaque immolationis.* Fuit enim in cruce potens Chriſti oblatio, quæ Deum vniuerſo generi humano infenſum placare, totius orbis debitum ſoluere, immanes hominum hoſtes, peccatum, ſatanam, mortemque ſuperare potuit: Nulla certè fuit vmquam potentior oblatio, nullum potentius ſacrificium, cuius vires in omnia ſæcula, in totam vſque æternitatem extendantur. Quidquid enim gloriæ per totam æternitatem felix illa beatorum hominum propago poſſidebit, id vniuerſum huic oblationi debetur. Fuit igitur oblatio ſacrificiúmve Chriſti potens, ac in perpetuum ſaluare valens; & iugiter in Euchariſtia renouatur, idque in aurora, quoniam ab ea Miſſæ celebrari incipiunt. Videri quoque poteſt Chaldæus Paraphraſtes reſpexiſſe ad arietem illum, quem Abraham pro filio ſuo Iſaac mactauit; vocatur enim אַיִל *ail*: vel ad iuge ſacrificium matutinum, quod vocant ἐνδελεχισμὸν, vt Auguſt. Eugubinus obſeruat.

Tropologicè autem quæ ſit hæc *matutina ſuſceptio*, ſeu *aurora*, ex qua titulus huic Pſalmo præfigitur, exponit S. Ambroſ. in Orat. de reſurrect. carnis. Nempe hæc aurora eſt motuum corporeorum mortificatio. Dicitur autem aurora: quia ex ea omnes virtutes exordium capiunt. Ergo qui chorum virtutum in animum inducere intendit, vt motus prauos & inordinatos ante omnia compeſcat neceſſe eſt. Nam ſicut aurora dici, ita mortificatio ceteris animi virtutibus viam pandit. In quem ſenſum ibidem Ambroſ. adducit illud Pſalmi: *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*, &c. Qui ſunt iſti peccatores terræ, niſi motus inordinati, qui nos ad peccandum alliciunt? Oportet ergò illos *in matutino*, hoc eſt, in ipſo virtutis limine, interficere, antequam ad vlteriora gradum faciant. Sicut enim aurora diem, ita reliquas virtutes & ſpiritus perfectionem mortificatio præcedit. *In huius igitur Solis iuſtitiæ matutino* (inquit S. Ambroſius) *peccatorum caligo tota perimitur: ſicut ipſe Propheta ait ex perſona Domini: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: hoc eſt, oriente in nobis Sole iuſtitiæ, qui habitaculum Domini ſumus, omnis cogitatio iniqua ſubuertitur.*

Porrò myſticè Propheta Regius hac inſcriptione inſinuare videtur, & ſimul nobis commendare orationem matutinam: vis enim quædam atque robur è pia iſtiuſmodi precatione in pectus inſunditur, ad proterendos ſalutis inimicos, & difficultates in virtutis via ſuperandas. Vnde etiam tantæ rei neceſſitatem colligere licet. Nam cùm ea ſit humanæ vitæ & voluntatis imbecillitas, quam vnuſquiſque experitur, & ſit *vanum ante lucem ſurgere*, niſi mundi Imperator parenſque omnium Deus manum tendat, & ſuſtentet; certè par eſt, vt ad eum confugiamus, quem *magnum fortitudine* Nahum indigitat, & ab illo robur mutuemur. Circumſtant enim vndique nos pericula, & cum luce primoq; die nouum in fretum ingredimur, turbulentiſſimo quodam æſtu horribile, vbi quot actiones, tot penè Charybdes aperiuntur, reſſant Aquilones, titubat virtus, bona mens ſæpè naufragium patitur. Pulchrè S. Greg. Nyſſenus hom. 12. in Cant. *Qui*, inquit, *nauigationem inſtituunt, oram ſoluentes, & conuertentes proram in Oceanum*, εὐχὴν ποιοῦνται τῆς ναυτιλίας προοίμιον, *votum faciunt, quaſi quoddam prooemium nauigationis. Summa voti eſt, vt Deus ſit* καθηγεμὼν τῆς εὐπλοίας, *dux ad bonam felicemque nauigationem.* Ita manè, ſi ad deuotam orationem, vt ad ſacram anchoram, mentem adijcientes, benigni Numinis auram conciliauerimus, illo duce & moderatore fluctuum, per quotidianas vitæ moleſtias, velut inter Symplegadas tuti enauigabimus.

2. *Deus Deus meus, reſpice in me*, &c.] Notant hìc plerique Interpretes, verba iſta, *Reſpice in me*, non haberi in Hebræo, ſed à Septuag. fuiſſe adiecta. Hinc, vt Euſebius ait, τὸ πρόσχες μοι, ὡς μὴ κείμενον ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, καὶ ὁ σύρος ὠβέλισται. *Illud,*

Matutina ſuſceptio quid tropologicè.

Pſal. 100, 8

Myſticus tituli ſenſus orationi matutinæ accommodatus.

Pſal. 126, 2

Nahum 1.

ANNOTATIONES CORDERII.

Reſpice in me, tamquam quod in Hebraico non ſit, Saluator etiam omiſit, qui in cruce ſolis iſtis verbis vſus eſt: *Deus Deus meus, vt quid me dereliquiſti?* apertè demonſtrans, hunc Pſalmum totum ad ſe pertinere, ſicut & Euangeliſtæ ſatis indicarunt, non ſolùm ex eo quòd ex hoc Pſalmo citauerunt illud, *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea*, &c. ſed etiam quòd iiſdem, quibus hic Propheta, verbis deſcripſerunt inimicos Chriſti in cruce ipſum deriſiſſe, & mouentes capita ſua dixiſſe: *Confidit in Deo, liberet nunc eum ſi vult.* Vt certè vel ex hoc Pſalmo colligere liceat, quantus Propheta fuerit Dauid, qui Chriſti paſſionem tam clarè & particulatim præuiderit, & clariùs quàm quiuis ceterorum Prophetarum, explicuerit. S. Hieron. locum hunc exponens: *Hic*, inquit, *humanitas loquitur, quemodo derelicta fuit in Adam, quando præceptum tranſgreſſus eſt; vel in paſſione derelictus Chriſtus, pro parte carnis.* Hic poſterior ſenſus eſt planè litteralis: nullus enim tempore paſſionis fuit influxus conſolationis virium ſuperiorum in inferiores. Quin & paſſus eſt, quieſcente Verbo; quod propterea non fuit otioſum, quoniam adfuit naturæ patienti, vt in paſſionem conſentiens, & ſuſtentans hypoſtaticè naturam humanam; quemadmodum Dionyſius Carthuſ. de Orthodoxa fide art. 56. & Genebrardus ad hunc locum exponunt. Non erat etiam Verbum Dei otioſum, eò quòd patienti humanitati ſuæ inter ſummos cruciatus vitam ſuſtentabat, & prorogabat, ne deficeret, ſed ampliùs adhuc pateretur: vires igitur ad patiendum ſuppeditabat, non autem conſolationem, quâ tormentorum dolores vel tantillùm mitigaret. Vnde non immeritò Chriſti humanitas, ſe in extremo iſto agone ſolito diuinitatis ſolatio penitus orbatam ſentiens, in iſtiuſmodi querelas erumpens clamat: *Deus Deus meus, quare me dereliquiſti?* Queſtus olim fuerat Iob, cùm inclamaret: *Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliti ſunt mei.* Sed non dereliquerat athletam ſuum Dominus, ſicut dereliquit Filium ſuum vnigenitum. In quo etiam gloriabatur Propheta Regius: *Pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me.* Atque huc eiuſdem illa ſunt: *Sperent in te qui nouerunt te, quoniam non dereliquiſti quærentes te.* Et alibi: *Non vidi iuſtum derelictum.* Et tamen derelictum videmus Chriſtum, quo nec iuſtior eſſe poteſt, nec Deo gratior. Id in pijs ſuis in Chriſti paſſionem Exercitationibus expendens Scribanius noſter, in admirationis affectum erumpens exclamat: Quis crederet, niſi ipſe diceret? Nam quis crederet Patrem cæleſtem deſtituere poſſe Filium? ac, vt ita dicam, ſeipſum in Filio? potuiſſe hoc perferre amorem illum magnum, quo Filium diligebat Pater? aut potuiſſe obliuiſci Filij ſui vnici, Dei de Deo, in gratiam noſtri, Patrem? vt videatur maiore nos Pater amore complexus, quàm Filium; maiore hoſtes ſuos iuratos, quàm amiciſſimum ſibi Filium, eiuſdem ſecum ſubſtantiæ, diuinitatis eiuſdem. O amor! Quid nos rependimus pro hoc amore? Imò voluit Filius deſtitui à Patre, amore noſtri captus: tum vt hac deſtitutione mereretur, ne nos deſtitueret Pater; tum vt ſatisfaceret Patri pro omni deſtitutione, quâ nos in omni ſcelere deſerimus Patrem, & adhæremus inſenſiſſimo illius hoſti dæmoni: deſerimus conditorem Deum, & addicimur iratiſſimo ſalutis noſtræ inimico: deſerimus præſtantiſſimum Dominum, & adiungimur crudeliſſimo... mitiorem Dominum, & adiungimur crudeliſſimis animæ corporiſque noſtri tortoribus nullo æuo mitigandis, omni exaſperandis: deſerimus ſumma omnia æternùm pollicentem, obſequimur flammas & ſulphura æternùm propinaturis: illius monita & conſilia negligimus, cùm eant in ſalutem; horum ſuggeſtiones & impulſus ſequimur, cùm eant in interitum. Bis fatui, illius deſertione, horum proſecutione. bis etiam miſeri, beatitudinis excluſione, pœnarum addictione. vtrimque æternùm. Sic more ſuo piè & affectuosè Scribanius.

Pſalmum hunc totum de Chriſto eſſe Euangeliſtæ confirmant.

Matth. 27.

Chriſti humanitas in paſſione fuit ſine ſolatio.

Iob 19, 13.

Chriſti derelictio in quo ſit grauior, quàm aliorum.

Pſal. 26, 10

Pſal. 9, 11.

Pſal. 36, 25

Peccatum in peccato ſuo Deum deſerit.

IBIDEM. *Longè à ſalute mea verba delictorum meorum.*] Symmachus, τῶν ὀδυρμῶν μου, *querimoniarum mearum*; Quinta editio, τῆς βοήσεώς μου, *clamoris mei*; VI. Editio τῆς δεήσεώς μου, *deprecationis meæ*; Aquila, τοῦ βρυχήματός μου, *rugitus mei*, & ſic habet S. Hieron. Loci huius varias interſtinctiones & explicationes vide apud Lorinum noſtrum. Liquidiſſima & clariſſima eſt illa quæ ſuperiùs in Paraphraſi & Commentario Græco expoſita eſt; ſcilicet hæc verba dicta eſſe à Domino, ex perſona ſui corporis quod eſt Eccleſia, ſiue ex perſona naturæ humanæ, cuius delicta in ſe ſumpſerat expianda: quæ & Auguſtini ſententia eſt, cui etiam accedit Euſebius. Ὥσπερ Ἰωάννης ἔλεγε· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ ὁ Παῦλος, Ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησε· καὶ Χριστὸς ἡμᾶς ἐλυτρώσατο ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Τοιγαροῦν ὥσπερ δικαιοσύνης ὑπάρχων πηγή, τὴν ἡμετέραν ἁμαρτίαν ἀνέλαβεν, εὐλογίας ὢν πέλαγος, τὴν ἐπικειμένην ἡμῖν ἐδέξατο κατάραν, καὶ σταυρὸν ὑπομείνας, αἰσχύνης καταφρονήσας· οὕτω καὶ τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἐποιήσατο λόγους. Εἰ γὰρ τὴν ὀφειλομένην ἡμῖν παιδείαν ὑπῆλθεν ἑκὼν (παιδεία γὰρ εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν, ὥς φησιν ὁ προφήτης) πολλῷ μᾶλλον τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἀνθ' ἡμῶν ἐχρήσατο λόγους, καὶ βοᾷ, Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. Μὴ ἀποβλέψῃς, φησίν, εἰς τὰ τῆς φύσεως πλημμελήματα, ἀλλὰ δὸς τὴν σωτηρίαν διὰ τὰ ἐμὰ παθήματα. Id eſt: *Quemadmodum Ioannes dicebat: Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi: & Paulus: Pro nobis peccatum fecit; & Chriſtus nos liberauit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Igitur quemadmodum cùm eſſet iuſtitiæ fons, peccatum noſtrum ſuſcepit, & cùm eſſet pelagus benedictionis, maledictionem nobis impoſitam ſuſcepit, & crucem pertulit confuſione contemptâ; ſic pro nobis quoque verba locutus eſt. Nam ſi deſtinatam nobis diſciplinam ſponte ſubijt (diſciplina namque pacis noſtræ ſuper eum, vt inquit Propheta) multo magis pro nobis vice noſtrâ locutus eſt, & clamat: Longè à ſalute mea verba delictorum meorum. Ne aſpicias, inquit, naturæ communis peccata, ſed da ſalutem propter meos cruciatus.*

Chriſtus loquitur in perſona naturæ aſſumptæ.

Ioan. 1, 29. 2. Cor. 5, 21. Gal. 3, 13.

Iſaiæ 53, 5.

3. *Clamabo per diem, & non exaudies, &c.*] Sunt adhuc verba Chriſti humanitatis, ſe diuinâ conſolatione fruſtratam conquerentis. Pro iſtis autem verbis, *& non ad inſipientiam mihi*, S. Hieron. iuxta Quintam & Sextam editionem vertit, *nec eſt ſilentium mihi*; ſiue, quòd ipſe non ſileret, inceſſanter orando; ſiue quòd Deus ſilentium illi nullum concederet, aſſiduis eum increpationibus & flagellis vrgendo, adinſtar ſcilicet hominis

minis irati, qui verberibus & obiurgationibus famulum excipiens, nullum eius precibus locum dat. Tropologicè S. Auguſt. Epiſt. 120. ad Honoratum de gratia noui teſtamenti, locum hunc ſic exponit: *Hoc ergo dicit: Nonne quidem exaudies clamantem per diem, id eſt in rebus proſperis, vt eas non amittam; & nocte, id eſt, in rebus aduerſis, vt proſpera quæ amiſſa ſunt, redeant: verùm hoc mihi non ad inſipientiam facies, ſed potiùs vt ſapiam, quid iam per noui teſtamenti gratiam à te expectare, quid deſiderare, quid poſcere debeam.* Id ipſum exemplo Pauli confirmans: *Clamauit*, inquit, *Paulus, vt auferretur ab eo ſtimulus carnis, & non eſt exauditus vt auferretur, & dictum eſt ei: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Ergo non eſt exauditus, ſed non ad inſipientiam, ſed ad ſapientiam; vt intelligat homo medicum eſſe Deum, & tribulationem medicamentum eſſe ad ſalutem, non pœnam ad damnationem. Sub medicamento poſitus vreris, ſecaris, clamas; non audit medicus ad voluntatem, ſed audit ad ſanitatem.*

Deus cur interdum non exaudiat etiam iuſtos.

2. Cor. 12, 9.

4. *Tu autem in ſancto habitas.*] Hoc eſt, in ſanctuario, in arca fœderis, non magis auro quàm maieſtate & gloriâ ſcintillanti, in propitiatorio, vnde nobis reſponſa dare conſueuiſti, vbi te magnificum exhibes, & naturæ Deum, hominumque dominatorem: vbi te Cherubini adorant, & beatæ mentes triſagio te ſuo aſſiduiſſimè venerantur. Quæ diuinæ præſentiæ cogitatio, non Dauidem modò flammis cæleſtibus illuminatum, ſed populum vniuerſum, & præſertim myſtas & ſacerdotes, commouebat ad retinendam animi ſanctimoniam & pietatem. Quid igitur eos facere par eſt, qui ad aram ſacroſanctis religionibus horrentem, ad tabernaculum, Dei ſedem & regium velut thronum accedunt: vbi Deus ipſe inhabitat cum tota cæli pompa, cum ſplendore gratiarum, circumamictus gloriâ ſuâ & maieſtate? Atque hinc Patres ducunt argumentum ad commendandum pijs Pontificibus, & reliquis initiatis, ſingularem animi ſanctitudinem, quòd admiſſi ad diuinam arcam & altare, ſoliumque ſempiterni Dei, familiariùs cum eo verſentur. ita Creſollius noſter lib. 3. Myſtagogi cap. 24. vbi ſacros homines ad pulcherrimum, diuinumque hoc munus ſtudiumque incitat. Sunt enim illi veri Iſraëlitæ, quibus propriè Dei laus tribuitur, qui idcircò hîc à Pſalte Regio *laus Iſraël* nuncupatur, cùm ait: *Tu autem in ſancto habitas laus Iſraël.* Id eſt, *In illis habitas,* (inquit S. Auguſt.) *quos ſanctificaſti, & quos facis intelligere, quia ad vtilitatem quoſdam non exaudis, & ad damnationem quoſdam exaudis.* Sancti igitur domus ſunt & habitatio Dei, domus ſunt & habitatio laudis Iſraël, illius ſcilicet, qui in ſanctis & iuſtis gloriam ſuam manifeſtat, & ſe æternis laudibus digniſſimum eſſe commonſtrat. Vnde docti quidam ex Hebræo vertunt, *ô ſancte habitans in laudibus Iſraëlis*: hoc eſt, qui ſemper laudaris ab Iſraële. Decet omnino vt omnes ſedulò & maturè incipiant id agere, quod in omnem æternitatem diuino beneficio ſunt acturi, cùm Beati in pangendis Dei laudibus feliciſſimum æuum quantum quantum eſt, inſumant. Hinc S. Chryſoſt. in Pſal. 144. laudis officium, quod Deo à pijs in hoc mundo

Summa reuerentia in templo adhibenda.

Deus, laus Iſraël, in ſanctis habitat.

tribuitur, ait eſſe μελλούσης ζωῆς τὰ προοίμια, *futuræ vitæ prooemium*, æternitatis præludium, inductorium veluti guſtum felicitatis.

ANNOTATIONES CORDERII.

7. *Ego autem ſum vermis.*] Nota in Commentario Græco tres pulchras rationes, ob quas Chriſtus appelletur vermis. Primò propter humilitatem & abiectionem paſſionis. Secundò, quia ſicut vermis lignum, ita diabolum deſtruxit. Tertiò, ob natiuitatem ex Virgine. Cui conſentit S. Maximus in Scholijs ad S. Dionyſij cap. 2. Cæleſtis hierarch. dicens: Σκώληκι αὐτὸν παρείκασεν, ὡς μὴ ἀπὸ σπέρματος γεννηθέντα, ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ σπέρματος χωρὶς, ὡς οἱ σκώληκες, οἵτινες οὐκ ἀπὸ σπέρματος τίκτονται, ἀλλ᾽ ἀπὸ γῆς, ἢ ἀπὸ σήψεως. *Ipſum vermi comparauit, quòd non, vti nos, ex ſemine genitus ſit, ſed ſine ſemine, ſicut vermes qui non ex ſemine generantur, ſed ex terra, vel ex putredine.* Hiſce ſimilia habet Euthymius.

Cur Chriſtus vermis appelletur.

Verùm hîc ad litteram, in primo ſenſu, ſcilicet pro humilitate & abiectione paſſionis nomen *vermis* ſumendum eſſe non eſt dubium: ſiquidem in ea Chriſtus vt vermis habitus, calcatus pedibus vt vermis, protritus vt vermis; nec alio modo habitus, quàm haberi vermis ſolet. Quopropter addit: *Sum vermis, & non homo.* Partim ferali laceratione, quæ omnem ab illo hominis formam abſtulerat. Non quòd corporis tantùm elegantiam & venuſtatem abſtuliſſet, ſed omnem omnino humani corporis ſpeciem. Partim etiam, quia habitus à ſuis, cæſus, conſputus, calcatus vt vermis, non vt homo; apud quos non hominum, ſed vermium loco fuit, pari neglectu. Partim denique quia à peccatoribus non aliâ veneratione habetur, quàm vermium: nam ſi vt hominem haberent, vt hominem reuererentur: nunc nihilo magis verentur quàm vermem. Ita nimirum peccator habere Deum pro verme conſueuit: nam ſi haberet pro Deo, non inſurgeret in grauiora peccata. imò ſi haberet pro homine, non tam barbarè ſæuiret in hominem. Habet pro verme; nec magis in ſceleribus ſuis Deum reueretur, quàm vermem. Et vt ſolent homines adrepentes vermes pedibus conterere, ita in mandatorum diuinorum tranſgreſſione, quantum in ipſis eſt, conterunt Deum. nec maiori loco mandata eius habent, quàm vermes: tam faciles in illorum calcatione, quàm ſunt in vermium; neque magis diuinâ, quàm vermium terrentur præſentiâ. Ita Deum habent contemptim, vt nihilo magis illius, quàm vermium reuereantur aſpectum: vt pro eodem illis ſit vermis & Deus. Ita pulchrè Scribanius in pijs ſuis in Paſſionem Domini Exercitationibus locum hunc Pſalmographi contra peccatores expendit, & exaggerans ſubdit: *Opprobrium hominum, & abiectio plebis.* An non verè opprobrium hominum Chriſtus, Iudæorum, Phariſæorum, Scribarum, populi, militum Gentilium? Intuere inuerecundos riſus, ſcurriles iocos, calcationes, alapas, vincula, ſputa, omnis generis flagella, pro corona regia ſpinas, pro ſceptro arundinem, ſubſannationes, genuflexiones, caſtiſſimi corporis erubeſcendas nudationes, falſa teſtimonia, publici latronis prælationem, ſtoliditatis impoſitionem, ſeductoris nomen & blaſphemi, & inimici Cæſaris: vt iure opprobrium ſe hominum fuiſſe dicat. Fuit & abiectio plebis, cùm Barabbam prætulerunt, cùm nullo ſanguine, nullis vulneribus, ac nec totius

Chriſtus in paſſione habitus vt vermis.

Peccator Deum contemnit vt vermem.

Chriſtus in paſſione hominum fuit opprobriũ, & abiectio plebis.

Annotationes Corderii.

totius corporis immani laceratione moti, ingeminarunt crucem, minisque Pilatum ad innocentis damnationem compulerunt. Verè abiectio, non tantùm Herodis, Scribarum & Phariſæorum, ſed infimæ plebis, infimorumque calonum: quorum putido ore, vultu & corpore toto conſputus iacet. Id quod in paſſione ſemel à Iudæis, modò à peccatoribus Chriſto ac Deo in omni grauiori delicto quotidie opprobrium irrogatur. Quod enim poteſt manifeſtius opprobrij ſignum dari, quàm in oculis Dei, Regis, patris, iudicis, liberis vbique habenis peccari, nullâ reuerentiâ præſentis, & intuentis omnia Dei, Regis, patris, iudicis? ô quæ non meritò timenda peccatori? quæ non opprobria? eoque maiora, quo conſcius ſibi peccator erit ſui, dum viueret, in Deum opprobrij.

8. *Omnes videntes me, deriſerunt me,* &c.] Illorum in Chriſtum de cruce pendentem ſannos & blaſphemias virulentas deſcribit Euangeliſta his verbis: *Prætereuntes blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicentes: Vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, ſalua temetipſum: ſi Filius Dei es, deſcende de cruce. Similiter & principes Sacerdotum illudentes cum Scribis & ſenioribus, dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere; ſi rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo, liberet eum nunc, ſi vult eum.* Illudebant Domino populus, milites, principes, Scribæ, ſeniores; &, quod inauditum in omni barbarie, illudebant pendenti de cruce, & morti proximo. Improperant ſalutem alijs datam; & dum confitentur miracula, impietatem ſuam aperiunt, qui tantorum miraculorum patratorem, poſt tot ſalutes plurimis impertitas, tam crudeliter habent, ingratiſſimi ſimul & crudeliſſimi. Nec quidquam olim ignauius apud veteres, etiam in altiſſima gentilitate & barbarie, quàm inſultare miſeris & mortuis. Exprobrant ſalutem alijs impertitam: imbecillitatem obijciunt in ſalute propria procuranda; idque eo tempore, quo vicinus morti miſericordiam mouere debebat, & hoſtium etiam corda ad mititatem flectere.

Matth. 27, 39.

Iudæorum in Chriſtum crucifixū ſanni & blaſphemiæ.

9. *Sperauit in Domino,* &c.] Non peccata, ſed pietatem exprobrant: adeò ſcilicet inſanierunt hoſtes iſti virtutis atque ipſius Dei, vt Chriſto Domino ſolam ipſam virtutem, in Deo ſpem, erga Deum amorem, pro ſummis contumelijs ridendo & illudendo exprobrauerint. Adauget verò furorem, quod aiunt: *Quoniam vult eum.* Scilicet Pater (inquit Hieron.) qui talem filium habere voluit, per quem peccata mundi tolleret.

Iudæi Chriſto virtutem exprobrant.

10. *Tu es qui extraxiſti me de ventre.*] S. Hieron. *tu autem propugnator meus ab vtero;* Tertullianus lib. de Carne Chriſti cap. 20. *tu es qui auulſiſti me ex vtero matris meæ.* Pulchrè hoc exponit Græcus Commentarius de Chriſto, cui ſimilia refert Anonymus, Παρίστησιν ὅτι οὐ κατὰ φύσιν, οὐδὲ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀνθρώποις, οὐδὲ τοῖς λοιποῖς ζώοις παραπλησίως, τοῖς ἐξ ἄρρενος καὶ θηλείας συνισταμένοις, καὶ τὰ τῆς αὐτοῦ γεννήσεως συνετελεῖτο, εἶχεν δέ τι πλεῖον παρὰ τὴν κοινὴν φύσιν. Oſtendit, *non ſecundùm naturam, neque vt ceteri homines & reliqua animantia, quæ ex mare & femina gignuntur, ad eumdem quoque modum eius generationem eſſe perfectam; ſed amplius quiddam in ea fuiſſe præter vſitatum ordinem curſumque naturæ.* Hanc eamdem expoſitionem B. Auguſt. refert Epiſt. 120. ad Honoratum: *Sed quid eſt,* inquit, *Tu extraxiſti me de ventre; ſi ad ipſum Ieſum de Virgine procreatum refertur, quaſi alios Deus non extrahat, in cuius prouidentia eſt omnis ordo naſcendi? An inde ſignificare voluit partum Virginis, ſeruatâ Virginis integritate mirabili, cùm ait: Tu extraxiſti me de ventre matris meæ? vt quod illic mirabiliter factum eſt, cùm Deus feciſſe dicitur, nemini incredibile videatur.* Pulcherrimè autem ad hunc locum Euſebius de Euangel. Demonſtrat. lib. 10. tract. poſtremo. Εἰδὼς δὲ μὴ χείρονα ἔσεσθαι τὴν τοῦ θανάτου συμφορὰν τῆς πρώτης αὐτοῦ εἰς σάρκα εἰσόδου, καὶ τῆς ἐκ θηλείας καὶ παρθένου γενέσεως, κατὰ καιρὸν ἐν τοῖς περὶ θανάτου τῆς γενέσεως αὐτοῦ μνημονεύει λέγων πρὸς τὸν πατέρα. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός, ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου· ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας, ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου θεός μου εἶ σύ. τούτων δὲ εἰκότως ἀναφέρει τὴν μνήμην εἰς παραμυθίαν τῆς τῆς παρούσης ἀπαλλαγῆς. ὥσπερ γάρ, φησί, γέγονάς μου βοηθός, σῶμα ἀνθρώπειον ἀναλαβόντος, ὅτι καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς κυοφορούσης με γαστρὸς σὺ αὐτὸς ὁ θεός μου καὶ πατήρ μου, ὥσπερ μαιευόμενος τὴν ἐμοὶ κατεσκευασμένην ἐξ ἁγίου πνεύματος σάρκα ἐξέσπασας, τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ὀρέξας, ὡς ἂν μή τις ἐνέδρα καὶ ἐπιβουλὴ ἐξ ἀντικειμένων δυνάμεων καὶ πονηρῶν πνευμάτων διαφθονουμένων τῇ εἰς ἀνθρώπους παρόδῳ μου γένοιτο. ἐπεὶ καὶ κατὰ τὴν πρώτην σύλληψιν σὺ πάλιν τὸ κατὰ γαστρὸς ἐπεσκίασας, ὡς ἂν λάθοι τοὺς ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ ἐξ ἁγίου πνεύματος τῆς ἁγίας παρθένου σύλληψις. ὅπερ μέγα μυστήριον ὁ σὸς Ἀρχάγγελος ἐξέφηνε Γαβριὴλ τῇ Μαρίᾳ εἰπών, πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. ὥσπερ οὖν ἡ σὴ τότε τοῦ ὑψίστου δύναμις συλλαμβανόμενον μὲ ἐπεσκίασε, τικτόμενον δὲ ἐξέσπασεν ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου· οὕτω πολλή μοι τυγχάνει παραμυθία, ὅτι καὶ τοῦ θανάτου με πολὺ μᾶλλον ἀνασπάσεις. *Cùm autem primam corporeæ naturæ aſſumptionem; ortumque illum de femina & virgine, ipsâ mortis calamitate minimè deteriorem eſſe intelligeret; mortis tempore ea quæ ad ortum ſpectant, commemorat, ſic ad Patrem dicens: Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab vberibus matris meæ. In te proiectus ſum ex vtero: de ventre matris meæ Deus meus es tu. Meritò autem illorum mentionem facit, vt ſeipſum conſoletur, & à præſentibus malis auertat. Sicut enim, inquit, mihi adiutor fuiſti, cùm corpus humanum aſſumpſiſſem, quando etiam ex ipſo, qui me geſtabat, vtero, tu ipſe Deus meus & Pater meus, tamquam obſtetricis munere functus, carnem ſancti Spiritus operâ compactam extraxiſti, tuamque potentiam interpoſuiſti; ne aduerſariæ poteſtates, & nequam ſpiritus, inſidijs aut fraudibus ſuis, meo ad homines aduentui inuidentes, ſe opponerent: nam etiam in ipſo primo conceptu ventrem illum maternum obumbraſti, vt illa ſancta Virginis conceptio Spiritus ſancti operâ perfecta, ſæculi huius principibus occultaretur; quod magnum myſterium Archangelus ille tuus Gabriel aperuit Mariæ dicens: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Sicut igitur tua tum Altiſſimi potentia, cùm conciperet, obumbrauit; cùm pareret, è matris vtero extraxit: ſic maxima mihi fiducia eſt, multò magis fore, vt me ex morte quoque extrahas.* Sic ille.

Chriſti natiuitas fuit præter ordinem naturæ.

Paſſ., natiuitatis & mortis Chriſti comparat ſeſe ſingulatim.

Luc. 1, 35.

Horum igitur verborum, *Spes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus ſum ex vtero,* ſenſus eſt eiuſmodi, ac ſi dicat: Ab eo temporis puncto,

Chriſtus ex vtero, in diuinam prouidentiã ſe proiecit.

ſto, quo in vtero anima mea procreata fuit, & coniuncta corpori, præſtanti quâdam fiduciâ me, Pater, in tuam ſanctiſſimam prouidentiam commiſi, & quodammodò proieci: tu verò exceptum manibus tuis protegis. Hac ergo generoſâ animi conſtantiâ ſpiritum ſuum in eaſdem Genitoris manus commiſit, & efflauit: hac terruit Orcum, debilitauit ſatanam, aperuit cælum, reliquit exemplum quod imitaremur. Iuxta textum Hebraicum ad verbum hic verſus ita ſonat: *Expoſititius factus ſum apud te ex vtero matris meæ.* Id eſt, ex quo me mater mea in hanc lucem edidit, ſtatim me expoſuit. Me, inquam, quem vitâ ſuâ chariorem habebat, expoſuit hominibus, vt ipſi tamquam expoſitum filium leuarent, ac ſecum auferrent: expoſuit Patri, vt Pater cum illo, non quaſi cum naturali filio; ſed veluti cum leuato quopiam è terra infante, & quaſi cum ſeruo ageret: expoſuit denique frigori, laboribus, paſſioni & morti. Et quidem eò ſpectaſſe Virginem Cyprianus exiſtimat, cùm infantem Ieſum recèns natum, è gremio & brachijs, in quibus molliùs omnino decumberet, in præſepe tranſtulit, & ſuper paleas fœnumque depoſuit: nimirum vt iam tum ex illa hora infantem Deo Patri ſimul & hominibus exponeret: his ſcilicet, vt leuarent & auferrent; illi verò, vt tamquam cum expoſititio deinceps ageret. Significat ergo ſe, ſuamque matrem in partu illo, ſine vlla creaturarum aut naturæ ope, ſoli fiduciæ ſpeique diuinæ concreditos fuiſſe, ex qua omnis eorum vitæ ratio ſatis apta pendebat. Sic apud profanos quoque ſapientes legimus eum inſtitutum fuiſſe morem, vt natus infans ſubitò in terra deponeretur, quaſi proiectus in ſinum Opis, quam terram dicebant, matrem omnium ac Deam, à qua præſidium expectaret, ſine quo eſſet omnium infirmiſſimus. Atque ijdem ipſi, ad teſtandam hominum imbecillitatem, deos deaſque excogitauerunt, qui ſingulis propè vitæ actionibus præſiderent, hominesque iuuarent, quòd ſine Deo per ſe nihil poſſent. Deam igitur quamdam nominabant *Leuanam*, quæ ſic proiectos in terram infantulos leuaret, & fidei velut parentum & beneuolentiæ committeret, vti fusè ac pulchrè deſcribit S. Auguſt. lib. 4. de Ciuit. cap. 11. & lib. 6. cap. 9. Sapiens omnino diceretur hoc inuentum, ſi anili ſuperſtitione caruiſſet: nam aptè ſignificabat, hominem per ſe abſque Deo, neque viuere, aut in humanis quidquam perficere, ac ne mori quidem beatè poſſe. Quæ ſalutaris Theologia videri debet, quam & Propheta Regius hoc loco tradit: in quo fortè profani illi hæc legentes, ad ſuas ſuperſtitiones tranſtulerunt.

Chriſtus inſtar infantis expoſititij fuit in hoc mundo.

Mos antiquus infantes recèns natos in terram deponendi.

13. *Tauri pingues obſederunt me.*] S. Hieron. *tauri Baſan*; Chaldæus, *principes Baſan*; Aquila, ταῦροι λιπαροί, *tauri opimi*; Symmachus, σιτευτοί, *altiles*; alius in notis ad Biblia Sixtina, δυνάσται Βασὰν διεδειγματίσαντό με, *dynaſtæ Baſan traduxerunt me*. Agellius hæc eadem Aquilæ attribuit, ſed refert pro διεδειγματίσαντο, verbum διεδηματίσαντο, q. d. *diadematizauerunt*, hoc eſt coronauerunt, ad coronam ſpineam alludens, quam milites robuſti ac fortes capiti Saluatoris noſtri validè infixerunt. Hebraicè eſt אַבִּירֵי בָשָׁן כִּתְּרוּנִי *abbire Baſhan chittheruni*: id eſt, *tauri Baſan circumdederunt me*; &, vt alij, *robuſti Baſan coronauerunt me*; Septuag. autem figurato nomine *tauros pingues* reddiderunt, quia nimirum regio Baſan, cùm paſcualis eſſet, tauros pinguiſſimos ferebat. Fortiſſimos porrò viros ex Baſan extitiſſe legimus: nam & Og ipſe rex de reliquijs gigantum fuit, & tota illa regio *terra gigantum* priùs appellabatur. Ergo *tauros pingues*, vaſtos & robuſtos homines, & (vt Symmachus alicubi transfert) παμμεγέθεις, *prægrandes*, intelligimus: quales milites illos ex cohorte Romana fuiſſe par eſt, qui Chriſtum flagellarunt, & ſpinis coronarunt. Vel etiam intelligit Phariſæos, Scribas & ſacerdotes, iſtarum beſtiarum inſtar efferatos & petulantes, circumcircà inſtare blaſphemijs, calumnijs, falſiſque teſtimonijs, vt Chriſtum neci traderent. Satis fuit appellare illos *pingues*, vt inde ſtatim conijci poſſet belluina eorum rebellio, iuxta illud: *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit.* q. d. Ideò recalcitrauit & beſtialiter egit, quia incraſſatus eſt. Hinc ſæpè in Scripturis ſingulari quodam infamiæ titulo impij & iniqui homines vocantur pingues, craſſi, obeſi. Sic de mercenarijs paſtoribus apud Ieremiam dicitur: *Quaſi vituli ſaginati verſi ſunt.* Et ad voluptuarios, guloſos atque carnales Amos clamat: *Audite verbum hoc vaccæ pingues*, &c. De quibus ſæpè Pſalmiſta, præſertim vbi ait: *Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum.*

Quid per tauros pingues ſignificetur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Deut. 3.

Ier. 46, 21.

Amos 4, 1.

Pſal. 72, 7.

15. *Sicut aqua effuſus ſum*, &c.] Hæc de alio dici non poſſunt quàm de Chriſto. Neque enim Propheta, aut ſicut aqua effuſus, aut diſperſa illius oſſa, aut vt teſta exaruit, aut in puluerem mortis deductus fuit. Quæ in Chriſto Domino noſtro videmus, cùm tamquam aquam effudit in horto lacrymas, ſudorem, ſanguinem: factumque idem in columna, in corona ſpinea, in crucis baiulatione, in cruce. Itaque vt vilis aqua effuſus eſt in ſanguine ſuo Chriſtus, maximè in crudeli membrorum omnium in cruce extenſione; quâ renouata vulnera omnia, & validiùs aperta, & data via ſanguini. Diſperſa verò ſunt oſſa, mutuo à ſe diſiuncta, & loco mota barbarâ hac effuſione.

Chriſtus ſicut aqua effuſus in paſſione.

IBIDEM. *Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens in medio ventris mei.*] Chaldæus reddit, *in medio viſcerum meorum.* Sanè viſcerum nomine delicatiſſimum affectum ſignificari notum eſt. Vnde Hebræum רחם *racham*, quod eſt *medullitus amare*, periti quidam deducunt à רֶחֶם *rechem*, hoc eſt *matrice*, quæ tuetur fœtum, ac fouet. Græci quoque hunc tenerum & intimum animi amorem dicunt σπλάγχνα, *viſcera.* Sic Doctor Gentium cupiebat omnes in viſceribus Chriſti, cùm vehementiſſimam, &, vt ita loquar, viſceralem Dei charitatem ſignificaret. En igitur cauſſam ſimul, & finem, ob quem effuſus, ſiue exinanitus fuerit Chriſtus. Quia videlicet præ amoris igne, quo genus humanum proſequebatur, liquefactum cor eius fuit in medio ventris, ſiue viſcerum eius: ſeque inſtar aquæ, ad ſordes peccatorum noſtrorum abluendas, liberaliſſimè effudit. Id eleganter S. Auguſt. ad hunc locum obſeruauit, dicens: *Aqua quando effunditur, aut abluit, aut rigat: effuſus eſt Chriſtus ſicut aqua, abluti ſunt ſordentes, rigatæ ſunt mentes.*

Viſcera teneritudinem affectus deſignant.

Philip. 1, 8.

16. *Aruit tamquam teſta virtus mea.*] Vbi pulchrâ teſtæ ſimilitudine, cuius humor excoquitur, & igne exſiccatur, denotat ſe penitus exaruiſ-

Chriſtus in paſſione ſicut teſta exaruit.

exaruiſſe, atque in puluerem mortis redactum, vt natiuum opum ac diuitiarum ſuarum humorem in nos transfunderet. Significat ergo Chriſtus ſe exaruiſſe vt teſtam, cùm nihil humoris illi reliquum crudelitas feciſſet. Quæ etiam cauſſa fuit, quòd lingua adhæreret faucibus illius; ſecuta mors, & terræ reconditus pulueri aſſociatus eſt. Appoſitè ad hunc locum S. Gregorius hom. 22. in Euang. *Qui*, inquit, *ex morte conualuit, carnes eius ab igne durauerunt. Vnde etiam per Pſalmiſtam dicitur: Exaruit velut teſta virtus mea. Quid enim teſta ante ignem, niſi molle lutum? ſed ei ex igne agitur, vt ſolidetur virtus. Ergo humanitas eius, velut teſta exaruit; quia ab igne paſſionis ad virtutem incorruptionis creuit.*

Canis ſymbolum impudentiæ.

17. *Circumdederunt me canes multi.*] Canis ſymbolum eſt impudentiæ, à quo dici κυνοβλῶπας profligati pudoris homines, ait Heſychius, qui videlicet in oculis immodeſti animi audaciam vbique circumferant. Quæ cauſſa fuit, cur doctiſſimus Poëtarum Homerus magnum bellatorem, nobilemque principem induxit, contumelioſiſſimè appellantem alium κυνῶπα, *caninis oculis & inuerecundis præditum*, hoc eſt gnauiter impudentem. Tales fuerunt Iſaiæ tempore Hebræi, & præſertim Phariſæi & Sacerdotes, quos ipſe vocat, *impudentiſſimos canes*; & alio in loco, *populum impudentem*, vt ibidem S. Hieronym. notat. Sed numquam impudentiores ſunt viſi, quàm cùm Dei Filium, beatæ vitæ viam aperientem, procacibus dictis, & infandâ contumeliâ irriſere, atque in ſanctum & expetitum Meſſiam, omni cultu adorandum, non caninos tantùm oculos, verùm & impios dentes exeruerunt, ad eum impudentiſſimè lacerandum, de quibus tantò antè Dauidis ore hîc conqueritur: *Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me.* Vt enim canes innocentem prædam, ſic Iudæi Chriſtum cinxerunt in eſcam & mortem. Sequitur:

Iſa.56,11.
Iſa.33,19.

Iudæi vt canes Chriſtum circumdederunt, & laniarunt.

Foderunt manus meas, & pedes meos; dinumerauerunt omnia oſſa mea.] Non tantùm ob validam corporis protenſionem, ſed quòd verberum multitudine nudata ſuis eſſent carnibus. Pro *foderunt* Tertullianus transfert, *exterminauerunt*. Quod vnum inter omnia Hebrææ gentis in Chriſtum admiſſa facinora in cruce Dominus ipſe lamentatur: nimirum adeò ingratum eſſe Iudæorum populum, ac ſuæ miſericordiæ inimicum, vt manus Domini ad benefaciendum ſemper liberas, expanſas, effuſas, & (liceat dicere) prodigas, à ſe amouerent, exterminarent, foderent, cruci affigerent.

18. *Dinumerauerunt omnia oſſa mea*, &c.] Certè aduerſarij Dominum ita ludibrio habitum cum contemptu contemplati ſunt, oculos paſcentes tam ignominioſo ſpectaculo. Omnibus enim modis Chriſtum Iudæi abiectum, atque omni honore memoriaq; indignum hominibus oſtendi voluerunt. Sed fruſtrà. Nam quò ſe Dominus viliorem illis videri permiſit, eò fidelibus ſuis ſpecioſior, cælo terræque ſublimior, & potentior tandem apparuit. Quare illud quod ait: *Conſiderauerunt, & inſpexerunt me*, &c. non modò ad contemptum inimicorum, ſed etiam ad ſpectantium admirationem referri debet. Stupor quippe fuit, apparere nudum Chriſti Domini corpus, cuius nitori, puritati & pulchritudini nihil vmquam par in mundo licuit videre. Idcircò igitur extenduntur in cruce Chriſti manus, pedes, membraque vniuerſa, vt nuda qui inſpicerent, in ijs diuinam munditiem annotarent: quemadmodum eleganter expendit Theodoretus ſerm. 10. de Prouidentia dicens: *En diligentiùs nunc nudum in cruce videns ſcrutare. Inſpice linguam omni probro carentem, & auditum omni noxâ liberum: oculos item, qui nullam extrinſecus corruptionem ſenſerunt: & manus ab iniuſtitia quidem alieniſſimas, omni autem iuſtitiâ ornatas: pedeſque non in malitia currentes, ſed virtutis ſtudium emenſos. ſcrutare quàm diligentiſſimè omnia corporis membra: omnia extenſa ſunt, & manifeſta omnia patent, vt ſingulorum poſſit mundities euidentiſſimè conſtare.*

Chriſtus in cruce planè nudus ludibrio expoſitus.

19. *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea*, &c.] Profuderant vniuerſum ſanguinem: diuidunt veſtimenta; quæ partim ſecant, partim ſorte partiuntur. Ita nihil integrum relinquunt Domino, vt cùm ſæuire vltrà non poſſent in corpus, ſæuiant in veſtes. Vide odij magnitudinem; quod non contentum corpore, furorem ſuum deuomit in veſtem. Pulchrè ad hunc locum Scribanius in ſuis Exercitationibus in paſſionem. Exemplum, inquit, hîc vides eorum, qui Chriſtum in Martyribus perſecuti; quorum poſt profuſum ſanguinem, facultatibus inſidiantes, nullam partem intactam reliquerunt, nullam crudelitatis & liuoris ſui vacuam. Ita ſatiari vnâ re odia non poſſunt: noui ſemper aliquid quærunt, in quod furores ſuos nouo modo profundant.

Veſtes Chriſti diuiduntur & ſorti committuntur.

Illi etiam Domini veſtem ſcindere dicuntur, qui doctrinarum nouitate, adultero calamo fidem à Domino per Apoſtolos, Apoſtolicique ſeminis viros traditam ſcindunt, adulterantes Scripturarum ſenſum nouis commentis. Ita Petrus Alexandrinus martyrio vicinus, Achillæ & Alexandro Arij deprecatoribus dixiſſe fertur, noctu apparuiſſe ſibi Ieſum veſte diſciſſâ, cauſſamque rogatum reſpondiſſe: *Arius veſtem meam, quæ eſt Eccleſia, lacerauit.* Sub Arij verò nomine hæreticos intellige omnes, qui Eccleſiæ vnitatem doctrinarum varietate dilacerant: & dum in Eccleſiam ſæuiunt, ſæuiunt in Chriſtum, Eccleſiæ ſponſum.

Hæretici Chriſti veſtem, id eſt Eccleſiam, ſcindunt.

Veſtem etiam Chriſti ſcindere videntur pauperum & diſcipulorum Chriſti oppreſſores. Auari etiam & immites, qui opibus innatantes, egentium ſubuenire neceſſitatibus negligunt. Quibus fortiter improperat Dominus in die ſuo magno, ſibique attribuit, quidquid in his peccatum: ſibique negatum, quidquid negatum illis: ſubtractum ſibi, quidquid ſubtractum illis: ſibi etiam conceſſum, quidquid conceſſum illis.

Auari & pauperum oppreſſores, ſcindunt Chriſti veſtimenta.

Quicumque denique grauioribus ſe ſceleribus inquinant, ſcindere Domini veſtem dici poſſunt. Scindunt enim innocentiam, quâ tecti à Deo fuerant, & quæ meritò veſtis Domini dici poteſt. Scindunt baptiſmalem togam, quâ induti à Domino fuerant: & dum ſe per ſcelera à Domino ſcindunt, ſcindere Dominicam veſtem non incongruè dici videntur poſſe.

Magni peccatores, Chriſti veſtem ſcindunt.

21. *De manu canis vnicam meam.*] *Vnicam* ſuam vocat *ſpiritum corporis ſui*, vt Chaldæus vertit, hoc eſt animam; quam Septuag. dicunt μονογενῆ, *vnigenitam*, id eſt ſuper omnia eximiè caram & dilectam. Vel nominat *vnicam* ob ſolitu-

Anima cur vnica dicatur.

litudinem, in quâ anima morientis verſatur, nu-
da & deſtituta à familiaribus, ſola in campum
ingreſſa cum bellatrice dæmonum cohorte, in
extremo illo agone pugnatura. Igitur Aquila pro
vnicam meam, poſuit μοναχήν; S. Hieron. quaſi
verbum ex verbo, *ſolitariam meam*. Hanc ergo
animulam ſolam, & deſertam alieno auxilio, il-
lud ipſum tempus ſibi ante oculos ponens Rex
pius, erui *de manu canis* poſtulat. Quo hierogly-

Diabolus eſt Stygius canis rabioſus.

phico monet Euſebius diabolum intelligi, quem
Gentiles, inquit, Cerberum tricipitem finxerunt.
Neque enim ſatis erat, caput illi vnum tribuere,
vnicaſque fauces, qui tot ora ſemper habet hian-
tia, tam ardentem & immenſam cupiditatem
exorbendi noſtri ſanguinis, animæque deuoran-
dæ. Tunc verò morte comitatus, tria guttura pan-
dit, & terrificè latrat, & inuadit, & pauore ani-
mum complet. Geſtit enim & furiatur odioſâ &
caninâ inuidiâ, & obiectu etiam virtutum præ-
teritæ vitæ, vt in lapides contra ſe iactos, morſu
irruit. Hic canis ſemper rabiem & furorem pa-
titur, quæ funeſta eſt canum peſtis, & in omnem
partem noxia. Omne animal, inquit Ariſtoteles
de Animal. lib. 8. c. 22. à cane rabido morſum,
interit, ſolus homo non ſine periculo euadit.
Quod in hoc cane eſt veriſſimum, ſicut & illud
Galeni ad Piſonem, illis qui à rabioſo cane mor-
ſi ſunt, corpus inareſcere & febri intus acri exuri,
& animam delirare. Quæ cùm ſint formidoloſa,
quis non extimeat huic in vitæ, quaſi viæ termi-
no, cani occurrere? Orat autem *de manu canis*
erui, vt inſuperabilem potentiam rapientemque
ſignificet, quam in hoſte humani generis vt in
moloſſo truci horrebat. Eſt enim *manus* ſym-

Manus pro poteſtate.

bolum poteſtatis plenæ & deſpoticæ. χεὶρ, ait
Suidas, hoc eſt *manus*, eſt ἐξουσία, δύναμις, *poteſtas,
potentia*. Hinc in Iure manus iniectio de pote-
ſtate abſoluta, quam quis ſibi in rem vendicat.

Æneid. 10.

Iniecere manum Parcæ, ait Virgilius, cùm mo-
rientem vt mancipium ſuum rapiunt. Hanc igi-
tur manum ferream & intolerandam Stygij canis
vehementiſſimè Dauid metuebat.

22. *Et à cornibus vnicornium humilitatem*

Quæ ſit vis & natura vnicornis ſeu monocerotis.

meam.] Monocerotem aiunt immanem robu-
ſtamque belluam, viuido cornu, arduo, ponde-
roſo, vel gigantes ipſos, vt turres carneas poſſe
euertere: nec vllius hominis robur tantum eſſe,
tamque ingenioſam induſtriam, vt furioſam ani-
mantem coërcere aut effugere poſſit. Fulmen di-
cas, cùm erumpit incredibili celeritate, audaciâ
promptâ, æreis quodammodò neruis, indomitâ
feritate. Cui tamen ſi pudicam virginem obij-
cias, qui nec gladios timet, nec fumantes ſonan-
teſque bombardas, placidiſſimè reſiſtit, frenat
motus animi impotentis, & cornu illud paulò
antè violentum, virgineo in ſinu deponit. Naturæ
ſolertia in hoc animante vim & laudem eiuſmo-
di virtutis, & potentiſſimæ comitatis, adumbraſſe
mihi videtur. Nullus vmquam repertus fuit
monoceros, tam ruens impetu, & ingenio ferox,
quàm homo iracundiâ præceps, & potentiâ vel-
ut cornu ſuperbè glorioſus: hunc tamen ſpiran-
tem ignem, qui vt Leuiathan ille Propheticus
prunas ardere facit, manſueti & humilis animi
comitas, vt obiecta virgo domat, euentu mirabi-
li. Si lubet in diuinas Litteras animum intendere,
in quibus *cornu* de regibus dicitur ſymbolo po-
tentiæ & auctoritatis, quod elatum continuò vi-

detur, & imminens ad ictum ob ſuperbum do-
minatum; Saülem rectè monocerotem dicemus,
cornu robuſtum, ſceptro inſoleſcentem, coronâ
tumidum, iracundiâ præferocem. In quo Dauid,
quem extinctum, & naturæ finibus extermina-
tum eſſe cupiebat, liquidò oſtendit, quantum
comis & humilis oratio poſſit, ad animos violen-
to æſtu bullientes reſtinguendos. Animaduertit

ANNOTATIONES CORDERII.

Saülis ſeritas Dauidis humilitate mitigata.

hoc Theodoretus in libr. 1. Reg. & honorificè
prædicauit. Nam cùm poſſet inimicum Saülem
manu conficere, à quo ad necem ſtudio immani
& impio quærebatur; tantum abeſt, vt in eum
manus iniecerit, vt contentus regiæ oram chla-
mydis præſcidiſſe, humaniſſimis verbis eum pla-
caret, & obteſtaretur, ne perſequi vellet pulicem
vnum, atque mortuam propè caniculam. Quin &
patrem dominumque illum vocat, tantâ amoris
teneritudine, & mitis animi bonitate, vt quoti-
dianis eius beneficijs cumulatus videretur. Quod
egregiè Theodoretus vocat illius *philoſophiam*,
hoc eſt diuinum ſapientiæ genus, admirandam-
que virtutem. Quid igitur eſt conſecutum? Ille
cruoris paulò antè ſitiens, eâ victus animi humi-
litate, vt draco virus, ſic omnem ex animo fu-
rorem eijcit, in ſe redit, commouetur: & ita qui-
dem, vt etiam lacrymas effunderet: Ita enim ſa-
cri Annales dicunt: *Leuauit Saül vocem ſuam,* 1. Reg. 24.
& flenit. Quod demirans vt prodigium nouum
D. Chryſoſt. hom. de Dauide & Saüle: *Non*, in-
quit, *perinde miror Moyſen, quòd è ſaxo præru-
pto fontes eliciat aquarum, vt admiror Dauidem,
quòd ex oculis lapideis fontes eduxit lacryma-
rum.* Quinetiam quem paulò antè cane peiùs &
angue oderat, dulciſſimo honoris titulo compel-
lat, filiumque nominat. *Numquid vox hæc tua
eſt, fili mi Dauid?* Et quod magis quoque eſt
mirandum, hoſtem, ait Chryſoſt. filijs ſuis re-
linquit tutorem, ſuaſque proles in illius deponit
manu. *Iura mihi ne deleas ſemen meum*, &c.
Sic nimirum vnicornis ille ferox, in conſpectu
manſuetudinis, vt virginis, trucem iram poſuit.

26. *Vota mea reddam in conſpectu timentium
eum.*] Similis locus eſt in Pſal. 115. *Vota mea* Pſal. 115. 15.
reddam coram omni populo eius. Alludit autem
ad ſacrificium pacificum in periculis, arduiſque

Vota in periculis fieri ſolita.

negotijs voueri ſolitum, quod votis potiti ſuis
ſoluebant, inuitatis ad hoc amicis, vt ex eo ſimul
coram Deo in lætitia epularentur. Pollicetur ergo
Dominus ſe gratitudinis ſigna editurum, perſol-
uendo vota, quæ in extremis anguſtijs nuncupa-
uerat, idque non ſine ſolemni pietatis exercitio,
cuius & alij amici ſint participes cum ſingulari
gaudio & fructu. Id autem quomodo Chriſtus

Chriſtus qualiter vota ſua ſoluerit in Euchariſtia inſtitutione.

præſtet, non poteſt veriùs oſtendi, quàm per in-
ſtitutionem Euchariſtiæ, per quam à ſe inſtante
morte inſtitutam, & frequentari iuſſam, Chri-
ſtus in Eccleſia Sacerdotum miniſterio agit quo-
tidie gratias Patri pro præſtita liberatione gene-
ris humani, vt qui de illo edunt, paſſionis eius
memoriam celebrantes, ſpiritaliter ſaturentur,
vitamque conſequantur ſempiternam. Vnde rectè
S. Auguſt. hoc loco vota Chriſti interpretatur Sa-
cramenta corporis & ſanguinis ipſius. Et in ſe-
cunda expoſitione: *Quæ*, inquit, *ſunt vota eius?
Sacrificium quod obtulit Deo. Noſtis quale ſa-
crificium? norunt fideles vota, quæ reddit coram
timentibus eum.* Quibus verbis apertè ſignifi-
cat, Sacramenta corporis & ſanguinis Domini,

eſſe

ANNOTATIONES CORDERII.

eſſe idem illud ſacrificium, quod ſemel in cruce obtulit Deo, quodque idem quotidie offert per manus ſacerdotum: item, quòd *vota* dicantur, non ſolùm quia in vltima cœna inſtituta & offerri iuſſa; ſed etiam quia idem corpus olim ex voto Chriſtus Deo obtulit in cruce. Proinde etiam hoc nomine admiratione dignus eſt Propheta Dauid, quòd non ſolùm Chriſti paſſionem tam apertè præuiderit; ſed & ſacrificij noſtri nouitatem prædixerit in illius memoriam pro ſacrificijs veteribus in Eccleſia cum tanto fructu celebrandam. Per *vota* igitur Chriſti intelligitur Ven. Euchariſtia, quia huc tetendit Chriſti deſiderium, vt ipſe fatetur: *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.* (Luc. 22, 16.) Ceterùm quibus daturus eſt hæc vota? *In conſpectu timentium eum:* id eſt, daturus eſt hæc tanta dona timentibus eum. nimirum ijs qui Chriſtum timent & colunt, cumque animi puritate ac timore reuerentiali ad Euchariſtiam accedunt, qui & vberes ex ea fructus percipiunt. vnde ſubdit:

Soli pij & ſpiritu pauperes ſaturantur Euchariſtiâ.

27. *Edent pauperes, & ſaturabuntur.*] De Euchariſtia locum hunc paſſim exponunt Patres & interpretes, qui & per *pauperes* dicunt humiles ac pios ſignificari, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, qui ſoli hoc cibo ſaturantur. Quia quamquam etiam diuites impij corporaliter hoc cibo veſcantur, non tamen ſpiritualiter: id eſt, dentibus quidem Sacramentum conterunt, ſed eius virtutem ac fructum minimè percipiunt; quin potiùs iudicium ſibi manducant & bibunt, vt Apoſtolus ait, non diiudicantes corpus Domini. (1. Cor. 11, 29.) Vide hæc multoties ac fusè explicata à P. Pinna tom. 2. in Eccleſiaſticum Ethologia 418. 537. 579. & alijs plurimis locis. Sequitur:

Et laudabunt Dominum.] Id eſt, ſimul vtrumque munus explebunt, ſcilicet, ſimul manducabunt, & ſimul in laudes ora ſoluent: vel quia ipſa Euchariſtia, vt nomen ſonat, eſt gratiarum actio, quæ pro ſeipſa exoluitur; vel quia dignè ſumentes tantâ ſuauitate afficit, vt cogat nos ſtatim laudes Deo ſoluere. Vel ſanè vtrumque ſimul fit, quia perpetuò fit, iuxta illud, *In ſæcula ſæculorum laudabunt te.* (Pſal. 83.) Ita Hugo: *Non poſt comeſtionem*, inquit, *ſed comedendo laudabunt, & laudando comedent; quia vtrumque continuum, vtrumque æternum.*

Dignè communicantes, facilè vitia à ſe omnia expellunt.

28. *Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ.*] Ad litteram agit hîc de Gentium ad fidem conuerſione; poteſt tamen etiam ad Euchariſtiæ fructum referri; vt ſignificetur, tantum eſſe Ven. Euchariſtiæ beneficium, vt, ſi eius homines, prout par eſt, meminiſſent, facilè, relictis vitijs, ad Deum ſeriò conuerterentur, ac rebus ſæcularibus nuntium remittentes, totos ſeſe diuino obſequio manciparent: *Eſſentque* (vt ait Hugo) *vniuerſi homines fines terræ; quia in eis amor terrenorum finiretur & deficeret.* Vbi *fines terræ* iuxta Hugonem, ipſi ſunt homines, qui Euchariſtiam dignè ſumentes, fines terræ dicuntur, quia in eis terrena omnia finem habent. In quem ſenſum trahit etiam Hugo illud quod ſequitur: *Et adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium.* Vbi per *familias gentium* intelligit diuerſa genera peccatorum, quæ vti familiæ hominum ad vnum aliquem communem patrem, ſic ad certum aliquod vitium genus ſuum referunt: ſignificans omnia illa peccatorum genera citò abolenda, ſi omnes debita cum reuerentia Euchariſtiæ beneficio, vti par eſt, vterentur.

Ad Eccleſiam etiam diuites acceſſerunt.

30. *Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ.*] Pſalterium Romanum habet, *diuites terræ*, vt nimirum ſignificetur numerus Chriſtianorum, qui primùm ferè ſolis pauperibus conſtabat, ita multiplicandus, & honorandus, vt ad eum etiam diuites ac potentes acceſſuri ſint. Vel poteſt etiam intelligi, illos, qui priùs virtute pauperes ac macilenti acceſſerant, ex huius menſæ participatione diuites ac pingues euaſiſſe; vt ſignificetur, illas ſanctitatis diuitias fuiſſe conſequenter ex Chriſti Domini corpore reportatas. Nec immeritò: nam ex illa cæleſti menſa, in ſuos conuiuas & opulentia & potentia deriuantur. Potentia inprimis: *Pone menſam*, (inquit Deus apud Iſaiam) *& contemplare in ſpecula comedentes & bibentes, ſurgite principes.* (Iſaiæ 21, 5.) Vbi opportunè ad rem præſentem D. Hieron. *Dicitur*, inquit, *per Prophetam ad omnes credentes, vt comedentes & bibentes corpus & ſanguinem Domini, vertantur in principes.* Quaſi qui ad hoc conuiuium humiles & abiecti ingrediuntur, ex eo principes & nobiles egrediantur. En potentiam ab hoc conuiuio deſumptam. Sed & opulentiam ex eodem deriuatam ſignificauit hoc loco Vates Regius; qui poſtquam dixit, *Edent pauperes;* ſtatim ſubiunxit, *Manducauerunt omnes pingues terræ.* Accubuerunt quidem pauperes; ſed *pingues*, id eſt diuites, ſurrexerunt: *vt qui*, inquit Theodoretus, *ab illo diuino cibo tales effecti ſunt.* S. Auguſtin. tamen in Epiſt. ad Honoratum, opponit hos pingues terræ pauperibus, de quibus ſuperiùs dixerat, *Edent pauperes, & ſaturabuntur:* ita nimirum, vt pauperes ſaturentur & laudent Dominum; ſuperbi verò & pingues terræ adorent tantùm, & non ſaturentur. Plures alias diuerſas huius loci expoſitiones vide apud Lorinum noſtrum.

Humiles & pauperes, per Euchariſtiã ſiunt principes & diuites.

IN PSALMVM XXII. ARGVMENTVM.

1. Pſalmus Dauid.

α΄. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Præſens Pſalmus canitur ex perſona Gentium, exultantium, quòd Dominus ipſas paſcat. Cùm enim in præcedenti Pſalmo dixiſſet, Manducauerunt & adorauerunt; *nunc & cibi huius largitorem introducit, quem & paſtorem appellat.*

Ἐκ προσώπου τῶν ἐθνῶν ᾄδεται ὁ προκείμενος ψαλμὸς, ἀγαλλιωμένων ἐπὶ τῷ ποιμαίνειν αὐτοὺς τὸν κύριον. Προειρηκὼς γὰρ ἐν τῷ πρὸ τούτου, τὸ ἔφαγον καὶ προσεκύνησαν, νῦν εἰσάγει καὶ τὸν τῆς τροφῆς χορηγὸν, ὃν καὶ ποιμένα καλεῖ.

PARA-

PARAPHRASIS.

PARAPHRASIS PATRVM.

Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει·

β'. Εἰς τόπον χλόης, ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν.

Οὕτως ἅπαντες, οἱ τῆς σωτηρίου τροφῆς ἀπολαύσαντες βοῶσι. Παντοδαπὴν γὰρ ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν ὁ ποιμὴν οὗτος, τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένοις χαρίζεται. Χλόην δὲ ἐνταῦθα τὴν θείαν καλεῖ διδασκαλίαν. Πρότερον γὰρ τοῖς λογίοις ἐκτρέφει, καὶ τότε μυστικωτέραν προσφέρει τροφήν.

Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.

γ'. Τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν.

Τὸ τῆς παλιγγενεσίας ὕδωρ αἰνίττεται, ἐν ᾧ βαπτιζόμενος, ὁ τῆς χάριτος ἐφιέμενος, τὸ γῆρας τῆς ἁμαρτίας ἀποδύεται. Τούτων δέ μοι, φησι, μεταδέδωκε, πρότερον μὲν τῆς πλάνης ἐλευθερώσας·

Ὡδήγησέ με ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

Ἅπαντα δὲ ταῦτα τῆς αὐτοῦ δῶρα φιλοτιμίας. Οὐ γὰρ διὰ τὴν ἡμετέραν ἀρετὴν ἀπηλαύσαμεν τούτων.

δ'. Ἐὰν γὰρ καὶ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακά, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ.

Τοιοῦτον ἔχων, φησὶν, ἐπίκουρον, οὐδὲ αὐτὰς δείσω τοῦ θανάτου τὰς πύλας.

Ἡ ῥάβδος σου, καὶ ἡ βακτηρία σου, αὐταί με παρεκάλεσαν.

Προστίθησι δὲ τούτοις ῥάβδον καὶ βακτηρίαν. τῇ μὲν γάρ, φησιν, ὑπερείδει μου τὴν ἀσθένειαν, τῇ δὲ ποδηγεῖ με πρὸς τὴν εὐθεῖαν ὁδόν.

ε'. Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων με.

Ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον με, ὡσεὶ κράτιστον;

Δῆλα ταῦτα τοῖς μεμυημένοις, ἴσασι γὰρ τὸ πνευματικὸν ἔλαιον, ᾧ τὴν κεφαλὴν ἐπαι-

DOMINVS* paſcit me, & nihil mihi deerit. *Vulgata regit

2. In loco paſcuæ, ibi me collocauit.

Hoc modo omnes qui ſalutari cibo perfruuntur, exclamant. Nam omnis generis bonorum fruitionem hic paſtor largitur ijs qui ab ipſo paſcuntur. Paſcuam autem hîc vocat doctrinam diuinam. Primùm enim oraculis nos alit, ac deinde magis myſticum cibum affert. *Deus nos ſpiritaliter paſcit.*

Super aquam refectionis educauit me.

3. Animam meam conuertit.

Regenerationis aquam innuit, in qua, dum baptizatur is qui gratiam concupiſcit, peccati vetuſtatem exuitur. Horum autem, inquit, participem me fecit, cùm primùm ab errore me liberaſſet. *Baptiſmus nos regenerat.*

Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum.

Omnia autem hæc magnificentiæ eius dona ſunt. Non enim propter noſtram virtutem horum compotes facti ſumus.

4. Nam etſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es,

Talem, inquit, adiutorem habens, nec ipſas quidem mortis portas formidabo.

Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.

His autem addit virgam atque baculum, Nam hoc quidem, inquit, meam imbecillitatem ſuſtentat, illâ verò me in viam rectam deducit. *Baculi & virgæ officium.*

5. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: & calix * tuus inebrians me *, quàm præclarus eſt! *Vulgata meus *& emittit me,*

Manifeſta ſunt hęc ijs qui ſacris ſunt initiati: nouerunt enim oleũ ſpiritale, quo caput corũ vnctum *Ebrietas myſtica, ſalutaris.*

PARAPHRASIS PATRVM. *Ebrietas myſtica, ſalutaris.*

vnctum eſt; & ebrietatem, potentem quidem, ſed non diſſoluentem, myſticumque cibum. His, inquit, bonis me affeciſti, inimicis mœrentibus, ſeque cruciantibus, quòd qui olim ipſis ſeruiebant, tantam adepti ſint mutationem.

θῆσαι, καὶ τὴν κρατύνουσαν, ἀλλ' οὐ διαλύουσαν μέθην, καὶ τὴν μυστικὴν τροφήν. Τούτοις δέ, φησὶ, τοῖς ἀγαθοῖς ἠξίωσάς με, τῶν δυσμενῶν ἀνιωμένων, ὅτι οἱ πάλαι σφίσι δουλεύοντες, τοσαύτης μεταβολῆς τετυχήκασι.

6. Et miſericordia tua ſubſequetur me, omnibus diebus vitæ meæ,

Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

ϛʹ. Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξει με, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου,

Καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ κυρίου, εἰς μακρότητα ἡμερῶν.

Deus ſuorum preces præuenit.

Horum autem bonorum conciliatrix eſt inexplicabilis benignitas tua, quæ preces noſtras minimè expectat, ſed nos quodammodò fugientes inſequitur præuenitque, ac ſalutem impertit, & in diuinis ædibus præbet commorationem, tam in præſenti vita, quàm in futura. Hoc enim oſtendit, cùm dixit, *In longitudinem dierum*, id eſt ſemper, & aſſiduè. Hoc autem iſtis ſæculis congruit, quæ finem non habent.

Τούτων δὲ πρόξενος τῶν ἀγαθῶν ἡ ἄῤῥητός σου φιλανθρωπία, τὴν ἡμετέραν ἱκετείαν οὐκ ἀναμένουσα, ἀλλὰ καθάπερ πως φεύγοντας καταδιώξασα, καὶ φθάσασα, καὶ μεταδοῦσα τῆς σωτηρίας, καὶ τὴν ἐν τοῖς θείοις οἴκοις παρέχουσα διαγωγὴν, ἔν τε τῷ παρόντι βίῳ, καὶ τῷ μέλλοντι. Τοῦτο γὰρ παρεδήλωσεν, εἰρηκώς, εἰς μακρότητα ἡμερῶν, τουτέστιν ἀεὶ, καὶ διηνεκῶς. Τοῦτο δὲ τοῖς αἰῶσιν ἐκείνοις ἁρμόττει τοῖς πέρας οὐκ ἔχουσι.

COMMENTARIVS.

Deus regit & paſcit ſuos.

1. DOMINVS PASCIT ME.] Pulchrè dixit Paſcit, tamquam de ouibus errabundis. Manſit autem in tropo ſeu figura, paſcuam & aquam ouium directionem vocans. Illud autem, *ſuper aquam*, id eſt, quaſi ſuper aquam: deſcribit enim locum paſcuum & irriguum, per omnia, vti dictum eſt, directionem inſinuans. Hæc autem, inquit, mihi præbet; primùm animæ curam gerens, & ab inuio conuerſum, in viam rectam dirigens. quæ omnia fecit, non quòd digni eramus, ſed propter ſemetipſum, & propterea quòd nomen illius ſuper me inuocatum fuit. Alius. Oues mediæ ſunt inter perfectas & prauas beſtias, quæ ſerpentibus & feris aſſimilantur. Perfectus enim eſt, qui ſecundùm imaginē Dei factus cognoſcitur; ferinus verò, qui inſanit ad mulieres, vt equus; & rapax eſt, vt lupus, &c. E quibus hi qui proficiunt, oues vocari poſſint, ſub paſtore conſtitutæ, & quæ in loco paſcuæ ſpiritalis pabulantur. Talis etiam refocillabitur, depoſitâ per lauacrum regenerationis ſarcinâ peccatorum. Deinde is qui olim animam ſuam quodāmodò deſerue-rat, per prædictum cibum & aquam ſeipſum

Probi ouibus, mali feris comparantur.

α. ΚΥΡΙΟΣ ΠΟΙΜΑΙΝΕΙ ΜΕ.] Καλῶς τὸ ποιμαίνει, ὡς ἐπὶ προβάτων πλανηθέντων. Ἐπέμεινε δὲ τῷ τρόπῳ, χλόην καὶ ὕδωρ, τὴν τῶν προβάτων εὐθηνίαν εἰπών. Τὸ δὲ· ἐπὶ ὕδατος, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐπὶ ὕδατος. διαγράφει γὰρ τόπον χλοερὸν καὶ κατάῤῥυτον, διὰ πάντων, ὡς εἴρηται, τὴν εὐθηνίαν αἰνιττόμενος. Ταῦτα δὲ παρέχει μοι, φησὶ, πρότερον τῆς ψυχῆς ἐπιμεληθεὶς, καὶ ἐκ τῆς ἀνοδίας ἐπιστρέψας, πρὸς τὴν εὐθεῖαν ὁδηγῶν ὁδόν· ἃ πάντα πεποίηκεν, οὐκ ἐπειδὴ ἦμεν ἄξιοι, ἀλλὰ δι' ἑαυτὸν, καὶ ἕνεκεν τῆς ἐπικληθείσης αὐτοῦ ἐπ' ἐμὲ προσηγορίας. Ἄλλος· μέσα τῶν τελείων καὶ τῶν χειρόνων τὰ πρόβατα, τῶν ἑρπετοῖς δὲ καὶ θηρίοις ἀπεικασμένων. Τέλειος μὲν γὰρ, ὁ κατ' εἰκόνα θεοῦ γνωριζόμενος· θηριώδης δὲ, ὁ θηλυμανὴς ὡς ἵππος, καὶ ἅρπαξ ὡς λύκος, καὶ ἑξῆς. Ἐξ ὧν οἱ προκόπτοντες πρόβατα κληθεῖεν, ὑπὸ ποιμένι τασσόμενοι, καὶ νεμόμενοι εἰς τὸν τῆς νοερᾶς χλόης τόπον. ὁ τοιοῦτος καὶ ἀναπαύσεται, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας τὸ τῶν ἁμαρτιῶν φορτίον ἀποθέμενος. εἶθ' ὅσπερ ἐκλείπων πάλαι τὴν ἰδίαν ψυχὴν, διὰ τῆς εἰρημένης τροφῆς καὶ τοῦ ὕδατος ἀναλαβὼν ἑαυτὸν,

ἑαυτὸν, καὶ ἐπιστρέφων ἐκ θανάτου, φήσει τὸ, τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν. Ἀλλὰ καὶ ὁ διὰ τὸ κατορθῶσαι τὸ πρᾶον πρόβατον χρηματίσας, ἐρεῖ· Κύριος ποιμαίνει με· ἀπάγει γάρ με ἐπὶ σωτήριον νομήν. Τρίβους δὲ δικαιοσύνης καλεῖ τὰ κατὰ δικαιοσύνην ἐπιτελούμενα. Ἢ τῆς καθόλου δικαιοσύνης τρίβοι αἱ κατ᾽ εἶδος ἀρεταί. Ἢ τρίβους λέγει, ἵν᾽ ἐπιβαίνωμεν αἷς αὐτὸς ἐνέτριψε τρίβοις, τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ἐπακολουθοῦντες. Ταῦτα δὲ ποιεῖ, ὥστε μὴ τὸ ὄνομα αὐτοῦ βλασφημεῖσθαι τῶν προβάτων ἀπολλυμένων, ἕως οὗ δὲ ἡ τελεία στῇ μὴ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

δ'. ΕΑΝ ΓΑΡ ΚΑΙ ΠΟΡΕΥΘΩ.] Ἐκ τῆς φθασάσης, φησὶ, βοηθείας, χρηστὴν ἐδεξάμην ἐλπίδα, ὅτι καὶ εἰς τὸ μετὰ ταῦτα, ἕως ἂν καὶ ἄχρι τῆς τοῦ θανάτου φθάσω πύλης, τῇ σῇ παρουσίᾳ σωθήσομαι. Καὶ ῥάβδον μὲν τὴν βασιλείαν καλεῖ· βακτηρίαν δὲ τὸ ἰσχυρόν. ὡσεὶ λέγων, ἡ βασιλεία σου ἡ κραταιὰ, τῆς παρακλήσεώς μοι ταύτης γέγονεν αἰτία. Τράπεζαν δὲ ἐνταῦθα τὴν εὐθηνίαν. τὸ δὲ, Ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων με, ἀντὶ τοῦ, καὶ ἀκουόντων τῶν ἐπιβουλευόντων. Προστίθησι δὲ, καὶ ἃ παρακολουθεῖ ἐν τοῖς λαμπροῖς τῶν ἀρίστων, τὸ ἐλαίῳ ἀλείφεσθαι εὐώδει. Καὶ δηλῶν τὸ τῆς σωφροσύνης, οὕτω με φησὶ κατέστησας ἐν εὐφροσύνῃ, ὡσανεὶ κεράσας ποτήριον, καὶ ἐπιδοὺς, καὶ μεθύσας. ὅθεν ἐλπίζω ὡς οὐδὲ τοῦ λοιποῦ ἀποστήσεταί μου ἡ φιλανθρωπία σου, ἀλλ᾽ ὁδηγήσει με εἰς τέλος, καὶ παρέξει μοι τὸ ἀχώριστον εἶναι τοῦ θείου σου ναοῦ. Ἄλλος. Ἐντεῦθεν πρὸς θεὸν ἀποστρέφει τὸν λόγον· οὐ ταὐτὸν δὲ τὸ καθῆσθαι ἐν σκιᾷ θανάτου, καὶ τὸ πορεύεσθαι. Ὁ μὲν γὰρ καθεζόμενος, ἵδρυται ἐν αὐτῷ, βεβαιωθεὶς ἐν κακίᾳ, καὶ δεῖται ἐλέους, ἵνα ἀνατείλῃ αὐτῷ φῶς. ὁ δὲ πορευόμενος, παρατρέχει· μεθ᾽ οὗ καὶ συνοδεύει ὁ κύριος. συνόντος δὲ τοῦ θεοῦ, βλάβος οὐδὲν ἀπαντήσεται· ῥύεται γὰρ ἐκ τῶν θλιβερῶν, ἃ σκιὰν εἶπε θανάτου. ὥσπερ καὶ κακὰ νῦν τὰ ἐπίπονα, νόσον, πενίαν, καὶ εἴ τι τοιοῦτον· τὰ οἷον κακωτικά. τὰ γὰρ ἀντικείμενα τοῖς ἀγαθοῖς, θεοῦ παρόντος, οὐ γίνεται. Λέγοι δ᾽ ἂν καὶ σκιὰν θανάτου, τὸν φυσικόν τε καὶ κοινὸν θάνατον, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ τῆς ψυχῆς. καθὸ εἴρηται, Ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ καὶ ἀποθανεῖται. καὶ ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον. ἀληθὴς γὰρ οὗτος, ἀλλ᾽ οὐ σκιά. Φωνὴ δὲ αὕτη τῶν ἐγνωκότων, ὡς ὁ πιστεύων εἰς τὸν

reſumens, & à morte conuertens, dicet illud: *Animam meam conuertit.* Ceterùm cùm ob emendationem manſuetæ ouis nomen meruerit, dicet, *Dominus paſcit me.* ad ſalutaria enim paſcua me deducit. *Semitas* autem *iuſtitiæ* vocat, illa quæ ſecundùm iuſtitiam geruntur. Vel vniuerſalis iuſtitiæ ſemitæ ſunt ſecundùm ſpeciem virtutes. Vel ſemitas appellat, vt eaſdem, quas ipſe triuit, ſemitas teneamus, veſtigijs eius inſiſtentes. Hæc autem facit, ne nomen ipſius blaſphemetur, ouibus deperditis, vſque dum vel nominis eius apex etiam ſit perfectus.

COMMENTARIVS PATRVM.

Semita iuſtitiæ quales.

4. NAM ETSI AMBVLAVERO.] Ex auxilio, inquit, præueniente, bonam ſpem concepi, etiam impoſterum, vſque dum ad portas mortis peruenero, me præſentiâ tuâ ſaluatum iri. Et *virgam* quidem regnum appellat; *baculum* verò potentiam; ac ſi dicat: Regnum tuum prępotens, iſtiuſmodi conſolationis mihi cauſſa fuit. *Menſam* verò hîc intelligit, directionem. Illud autem, *Aduerſus eos qui tribulant me*, id eſt audientes inſidiatores. Adiungit verò etiam quæ inter optimates viris illuſtribus conueniunt, nempe inungi oleo ſuaueolenti. Et temperantiam declarans, Ita, ait, conſtituiſti me in lætitia, ac ſi calicem miſceres, & traderes, & inebriares: vnde ſpem concipio, quòd nec impoſterum beneuolentia tua me deſtituet, ſed deducet in finem, & præbebit mihi, vt à diuino tuo templo numquam dimouear. Alius. Hinc ad Deum conuertit orationem. Ceterùm, haud idem eſt ſedere in vmbra mortis, quod ambulare. Qui enim ſedet, ſtabilitur in illa, confirmatus in malitia, & opus habet miſericordiâ, vt oboriatur ipſi lux: qui autem ambulat, pertranſit, quem etiam Dominus concomitatur. Deo autem aſſiſtente, nihil noxium occurret: nam à tribulationibus liberat, quas *vmbram mortis* appellauit. Vti etiam *mala* hîc vocat moleſtias, vt morbum, egeſtatem, & ſi quid eiuſmodi, quod malè afficiat: nam inimica bonis, Deo præſente, non accidunt. Poſſet verò quis etiam intelligere per *vmbram mortis*, naturalem & communem mortem, ad differentiam eius quæ eſt animæ, iuxta quod dictum eſt, *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur*. & eſt peccatum ad mortem: hæc enim vera eſt, ſed non vmbra. Vox autem hæc eſt eorum qui nouerunt, quòd qui credit

Virga regnum, baculus potentiam ſignat.

Dei ſuis proſpicit.

Quid ſit ſedere, & quid ambulare in vmbra mortis.

Ezech. 18, 4.

in

COMMENTARIVS PATRVM. in Filium Dei, non moriatur. ſiquidem vmbram mortis ſuſtinent, ſcilicet corporis ſolutionem, vel pericula. Porrò *virga*, vel ipſemet Chriſtus eſt, iuxta illud, *Virgam virtutis:* vel ipſa crux eius, in qua confirmamur. Vel vtrumque ſumitur de flagellis, iuxta illud: *Viſitabo in virga iniquitates eorum, miſericordiam autem meam non diſpergam.* Neque enim diuina miſericordia diſperſa eſt, ab eo qui propter peccatum flagellatus fuit. Quem enim peccatorem non flagellauerit, non ſuſcipit; placatur autem, cùm flagellat. De ijs verò quos non flagellat, dicitur illud: *Non eſt reſpectus in morte eorum: ideò tenuit eos ſuperbia in finem.* Si quis igitur fuerit ouis peccans, virgâ feritur; ſin filius, baculo. *Qui* enim, inquit, *parcit* * *baculo ſuo, odit filium ſuum.* Hæc autem conſolantur eum, qui percutitur: ſiquidem perſuaſum habet, quòd *flagellat omnem filium, quem recipit.* Virga quidem eſt ſermo increpatorius, baculus verò conſolatorius, vtpote confirmans ac ſtabiliens eum qui corripitur: vt ſit ſenſus, q. d. Quoniam negligenter agendo in peccatum prolapſus ſum, virgâ quidem me ad bonam frugem conuertiſti; quoniam verò flagellatus puſillanimis efficiebar, baculo virtutis me ſuſtentaſti.

Ioan. 3, 15. *Chriſtus virga virtutis.* Pſal. 109, 3. Pſal. 88, 33. *Virga pro flagello & correptione.* Pſal. 72, 4. Prou. 13, 24. * *virga* Heb. 12, 6.

5. Parasti in conspectv meo mensam.] Verba iſta, *Aduerſus eos qui tribulant me*, continent aliquod myſterium, vt quis optet tribulari. Cuilibet enim tribulationi, ab aduerſarijs virtutibus concitatæ, menſa quædam ſpiritualis apparatur, quemadmodum in alijs alia præmia certantibus, adeò vt optabiles ſint iſtiuſmodi tribulationes, his qui menſas Dei valent contueri: qui etiam dicere poſſent, *Et gloriamur in tribulationibus.* Vel menſam intelligit illam ſpiritalem ac diuinam, quam parauit Dominus aduerſus eos qui tribulant; quâ refocillamur ac recreamur, præ ſaturitate minimè inſoleſcentes, ſed omnem etiam affectionum tumultum ſopientes. Ceterùm ſi quis etiam proficiendo deſinens eſſe ouis, perfectus euaſerit, haud ampliùs paſcuo indigens, rationalis cibi menſâ, à Domino paratâ, dignus efficitur. Siquidem Domino (qui & ſapientia eſt, quæ menſam ſuam præparauit) gratias agens, ait illud: *Paraſti in conſpectu meo menſam.* Porrò quatenus quis etiam in hac vita per ſpeculum contemplatur,

Tribulatio quæ vtilis & glorioſa. Rom. 5, 3. *Menſa Chriſti aduerſus tribulationes valet.* Prou. 9, 2. 1. Cor. 13, 12.

υἱὸν τοῦ Θεοῦ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ· σκιὰν γὰρ ὑπομένουσι θανάτου, ἤτοι λύσιν σώματος, ἢ κινδύνους. Ῥάβδος δὲ ἢ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, κατὰ τὸ, ῥάβδον δυνάμεως. ἢ ὁ σταυρὸς ἐν ᾧ στηριζόμεθα. ἢ ἀμφότερα ἐπὶ μαστίγων· κατὰ τὸ, Ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω. Οὐ γὰρ ἐσκέδασται τὸ θεῖον ἔλεος, ἀπὸ τοῦ διὰ ἁμαρτίας μαστιζομένου. ὃν γὰρ ἁμαρτάνοντα μὴ μαστίξειεν, οὐ παραδέχεται, μαστιγῶν δὲ προσίεται. περὶ ὧν μέντοι μὴ μαστίζει, λέγεται τὸ, Οὐκ ἔστιν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν, διὰ τοῦτο ἐκράτησεν αὐτοὺς ἡ ὑπερηφανία εἰς τέλος. Ἐὰν μὲν οὖν ᾖ τις πρόβατον ἁμαρτωλὸν, ῥάβδῳ πλήσσεται· ἐὰν δὲ υἱὸς, βακτηρίᾳ. ὁ γὰρ φειδόμενος τῆς ἑαυτοῦ, φησι, βακτηρίας, μισεῖ τὸν ἑαυτοῦ υἱόν. Ταῦτα δὲ παρακαλεῖ τὸν τυπτόμενον· πέπεισται γὰρ, ὡς μαστιγοῖ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται. ἡ ῥάβδος μὲν, ὁ πληκτικὸς λόγος· βακτηρία, ὁ παρακλητικός; οἷον ὑπερειδῶν καὶ ὑποστηρίζων τὸν νουθετούμενον. ὁ δὲ νοῦς τοιοῦτον. ἐπειδὴ ῥαθυμήσας πρὸς ἁμαρτίαν ὠλίσθησα, ῥάβδῳ μὲν πρὸς νῆψιν ἐπέστρεψας· ἐπεὶ δὲ μαστιχθεὶς ὠλιγοψύχησα, βακτηρίᾳ δυνάμεως ὑπεστήριξας.

έ. Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν.] Ἔχει τι μυστήριον τὸ, ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων με; ἵνα τίς εὔχηται θλίβεσθαι. Καθ᾽ ἑκάστην γὰρ θλίψιν, τὴν ἐκ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, τράπεζά τις πνευματικὴ παρατίθεται· καθάπερ ἐπ᾽ ἄλλοις, ἄλλα γέρα τοῖς ἀγωνιζομένοις, ὡς εὐκταίας εἶναι τὰς τοιαύτας θλίψεις, τοῖς τραπέζας ὁρᾶν δυναμένοις Θεοῦ. οἳ καὶ εἴποιεν ἂν τὸ, Καὶ ἐγκαυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν. Ἢ τράπεζαν λέγει τὴν πνευματικὴν ταύτην καὶ θείαν, ἣν ἡτοίμασε κύριος ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων. ᾗ προσαναπαυόμεθα καὶ τρυφῶμεν, μὴ ἐξυβρίζοντες διὰ τὸν κόρον, ἀλλὰ καὶ κοιμίζοντες πᾶσαν παθῶν ἐπανάστασιν. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις προκόπτων παυσάμενος τοῦ πρόβατον εἶναι, τέλειος γένηται, οὐκέτι χλόης δεόμενος, λογικῆς τροφῆς ἀξιοῦται τραπέζης ὑπὸ κυρίου ἡτοιμασμένης. Τῷ γὰρ κυρίῳ (τυγχάνοντι καὶ σοφίᾳ ἑτοιμασάσῃ τὴν ἑαυτῆς τράπεζαν) εὐχαριστῶν, φησι τὸ· Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν. Ἀλλὰ καὶ ὅσον τίς ἐστιν ἐν τῷ παρόντι βίῳ δι᾽ ἐσόπτρου βλέπων,

προβα-

προβατόν ἐστι, ὑπὸ ποιμένι νεμόμενον· μεταβὰς δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα, καὶ τῇ ἀληθείᾳ προσβάλλων πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, πνευματικῇ προσβάλλει τραπέζῃ· κατὰ τό, Κἀγὼ διαθήσομαι διαθήκην καινὴν ὑμῖν, ἐσθίειν καὶ πίνειν ἐπὶ τῆς τραπέζης μου. Διὸ καὶ ἡτοίμασας εἴρηται. ἀπ' ἐντεῦθεν γὰρ ἡτοίμασεν ὁ Θεός, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε. Τὸ δὲ ἐνώπιον, ἀντὶ τοῦ φανερῶν, ἐγνωσμένην. Ἢ οὕτως, ἡ θεία ῥάβδος ἐκείνη, καὶ ἡ παρακλητικὴ βακτηρία, ἡ διὰ τοῦ πατάσσειν ἐνεργοῦσα τὴν ἴασιν, τὸ πνεῦμά ἐστιν (οὗ καρπὸς ὅσα Παῦλος ἀπηριθμήσατο.) καὶ ἡ παιδαγωγὸς τῆς ἐναρέτου πολιτείας ἐγκράτεια. Οὕτω γὰρ ὁ Παῦλος, ὁ τῶν τοιούτων πληγῶν στιγματίας, τοῖς τραύμασιν ἐπαγαλλόμενος ἔχαιρε, δεικνὺς ὡς ἐξ ἀσθενείας ἡ κατὰ Χριστὸν δύναμις τελειοῦται. διὰ τοῦτο καὶ Δαβὶδ οὐ πληγὴν εἶπεν, ἀλλὰ παράκλησιν. δι' ὧν γίνεται καὶ ἡ τῆς θείας τραπέζης ἑτοιμασία, τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔλαιον, ὁ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου ἄκρατος, ὁ νηφάλιον μέθην ἀπεργαζόμενος, ὁ καλῶς αὐτὸν καταδιώκων ἔλεος, καὶ ἡ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μακροβίωσις. Καὶ ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὸ πνευματικὸν ἔλαιον, ᾧ τὴν κεφαλὴν ἐπιαίνθησαν, καὶ τὴν κρατύνουσαν μέθην, οὐ διαλύουσαν, καὶ τὴν μυστικὴν τροφὴν ἣν παρατίθεται, ἧς ἐντρυφῶσι, τῶν δυσμενῶν ἀνιωμένων, ὅτι οἱ πάλαι σφίσι δουλεύοντες, τοσαύτης μεταβολῆς τετυχήκασιν. Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον τράπεζαν ἡτοίμασεν ἡ σοφία, ἀλλὰ καὶ εἰς κρατῆρα ἐκέρασε τὸν ἑαυτῆς οἶνον, οἶον ἐξ αὐτῆς γενόμενον, οὔσης ἀμπέλου ἀληθινῆς. (Ἐκέρασε δέ, λέξεσιν ἀνθρωπίναις θεῖα κεράσασα θεωρήματα) μερίζει ποτήριον ἑκάστῳ, ὅπερ τίμιον καὶ ἐξαίρετον εἶναι λέγεται τοῦ λαβόντος. ὡς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον χρηματίζει τοῦ λαβόντος αὐτό. διὸ καὶ ποτήριόν μου φησί. γράφεται δὲ καὶ ποτήριόν σου. ἐπεὶ τὸ προκείμενον παρὰ τῆς σοφίας, θεῖόν ἐστιν, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπινον.

ς'. Καὶ τὸ ἔλεός σου.] Οἱ τῶν προλεχθέντων μεταλαβόντες, ἔσονται ἀεὶ ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ, καὶ κατοικήσουσιν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Ἀναξίους γὰρ ὄντας, πλούσιος ὢν ὁ Θεὸς ἐν ἐλέει, τῷ Χριστῷ συνεζωοποίησε τοὺς νεκροὺς δι' ἁμαρτίας γεγονότας. Καὶ ποτὲ μὲν καταδιώκειν, ποτὲ δὲ οὔ, ἀλλὰ πάσας ἡμέρας ὑπισχνεῖται καταδιώκειν αὐτόν· ὡς εὖ εἰδὼς οὐ τοσοῦτον ἐξ ἔργων δικαιωθῆναί τινα, ὅσον ἐκ χάριτος καὶ ἐλέους

ouis exiſtit, quæ à paſtore paſcitur: cùm verò tranſit ad futura, & veritati applicat faciem ad faciem, ſpiritali menſæ accumbit, iuxta illud: *Et ego diſponam teſtamentum nouum vobis, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam.* Quocircà etiam dictum eſt, *paraſti.* Ex tunc enim præparauit Deus, quæ oculus non vidit. Illud autem *in conſpectu*, idem eſt quod manifeſtam, exploratam. Vel ſic, vt diuina illa virga, & baculus conſolatorius, qui feriendo ſanitatem operatur, ſpiritus ſit (cuius fructus ſunt, quæcumq; Paulus enumerauit) & probæ vitæ formatrix continentia. Hoc enim modo Paulus, iſtiuſmodi verberum notis inſignitus, vulneribus exultans lætabatur, oſtendendo quòd ex infirmitate virtus, quæ ſecundùm Chriſtum eſt, perficiatur. Quamobrem etiam Dauid, non plagam, ſed conſolationem appellauit: per quæ etiam diuinæ menſæ fit præparatio, & ſuper caput oleum, ac calicis merum, quod ſobriam generat ebrietatem; nec non miſericordia, quæ pulchrè ipſum proſequitur; & in Dei domo, vitæ longitudo. Norunt autem ſacris initiati oleum ſpiritale, quo capita ipſorum impinguata ſunt, & ebrietatem potentem, quæ non diſſoluit; myſticúmque cibum, quem proponit, quo lautè nutriuntur, mœrentibus inimicis, quòd qui olim ipſis ſeruiebant, talem mutationem conſecuti ſint. Ceterùm cùm non tantùm menſam ſapientia præparauerit, verùm etiam vinum ſuum in cratere miſcuerit, quod nimirum ex ipſa, quæ vera vitis eſt, promanauit, (miſcuit autem, vocabulis humanis diuinas contemplationes temperans) diſtribuit vnicuique calicem, qui ſumenti pretioſus & electus eſſe perhibetur. Sicut etiam eius qui ipſum accipit, ſpiritum, ſanctum vocat, propter quod etiam dicit, *Calix meus.* ſcribitur quoque, *Calix tuus*; quia id quod à ſapientia proponitur, diuinum eſt, & non humanum.

6. Et misericordia tva.] Qui rerum prædictarum participes effecti ſunt, erunt ſemper in miſericordia Dei, & inhabitabunt in domo eius. Nam cùm indigni eſſent, Deus qui diues eſt in miſericordia, ipſos peccato mortuos, Chriſto conuiuificauit. Et aliquando quidem ſubſecuturam, aliquádo verò non, ſed omnibus diebus ipſam ſubſecuturã promittit; quippe rectè ſciens, non tam ex operibus, quàm ex gratia & miſericordia Dei aliquem iuſtificari.

Chriſtus ſuis menſam parat. Luc. 22,29

1. Cor. 2,9.

Virga & baculus conſolatorius.

Ebrietas ſobria & ſpiritalis.

Deus diues in miſericordia.

COMMENTARIVS PATRVM.

ſtificari. Obſerua verò, vt in loco quidem paſcuæ tabernaculum ponat, at in domo Domini inhabitet: idque non ad tempus, ſed omnibus diebus vitæ, indeſinenter illuminatus. Tamquam de viua autem miſericordia dictum eſt, *Subſequetur:* vt quæ valdè quidem fugientes ipſam non comprehendat, minùs verò fugientes capiat, & conuertens illos, in domo Domini faciat commorari.

θεοῦ. Ὅρα δὲ ὡς εἰς τόπον μὲν χλόης κατασκηνοῖ, ἐν οἴκῳ δὲ κυρίου κατοικεῖ, οὐκ ἐπί τινα καιρὸν, ἀλλὰ πάσας τὰς τῆς ζωῆς ἡμέρας, ἀδιαστάτως φωτιζόμενος. ὡς ἐπὶ ἐμψύχου δὲ τοῦ ἐλέους τὸ καταδιώξει, ὡς τοὺς μὲν πάνυ φεύγοντας οὐ καταλαμβάνει, τοὺς δὲ ἔλαττον καταλαμβάνει, καὶ ἐπιστρέφων, ἐν οἴκῳ κυρίου κατασκηνοῖ.

CATENA PATRVM.

ATHANASII. Canitur præſens Pſalmus ex perſona Gentium exultantium, quòd eas Dominus ad paſcua deducat. Sed & myſticum conuiuium exponunt, quod ipſe Paſtor ijs appoſuit.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἄδεται ὁ προκείμενος ψαλμὸς ἐκ προσώπου τῶν ἐθνῶν ἀγαλλομένων ἐπὶ τὸ ποιμᾶναι αὐτοὺς τὸν κύριον. Καὶ μὴν καὶ τὴν μυστικὴν ἐξηγοῦνται εὐωχίαν, ἣν παρέθηκεν αὐτοῖς αὐτὸς ὁ ποιμαίνων αὐτούς.

1. DOMINVS PASCIT ME.] ORIGENIS. Perfectus eſt is qui ſecundùm imaginem Dei & ſimilitudinem cognoſcitur, cuius etiam rex, ſed non paſtor, Dominus perhibetur: qui verò proficit in diſciplina, poſſet appellari ouis Dei, à quo & paſcitur, & Euangelio reficitur, & bibit aquam, quam qui bibit, non ſitit: nondum tamen bibit veræ vitis vinum, & reſocillatur per lauacrum regenerationis, deponens ſarcinam peccatorum. Ceterùm qui manſuetudinem & conſtantiam Chriſti imitatur, is ab ipſo quoque paſcitur in paſcuo doctrinæ moralis, in quo, inquit, mihi tabernaculum collocauit, ſed non domum, Quin & alio loco ait: *Ipſe paſcet nos in ſæcula.* Obſerua verò & conſidera illud paſcuum, locumque eius ſpiritualem, vti & aquam ſpiritalem reſocillationis, quæ conceditur iſti qui adhuc pabulatur, donec menſæ caliciſque rationalis particeps eſſe poſſit. Si quæ ſit littera minimè occidens, illa erit paſcuum. Spiritaliter autem paſtorum menſa, præparata eſt ijs qui ſuſtinent tribulationes.

Ouis Dei qualiter ab ipſo paſcatur.

Pſal. 47, 15.

α. ΚΥΡΙΟΣ ΠΟΙΜΑΙΝΕΙ ΜΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τέλειος ὁ κατ' εἰκόνα θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν γνωριζόμενος, ᾧ καὶ βασιλεὺς, ἀλλ' οὐ ποιμὴν, ἐπιγράφεται κύριος. ὁ δὲ προκόπτων ἐν εἰσαγωγῇ, πρόβατον κληθείη θεοῦ, καὶ ποιμαίνεται ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὸ εὐαγγέλιον νέμεται, καὶ πίνει ὕδωρ, οὗ ὁ πιὼν οὐ διψᾷ· οὔπω δὲ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου τὸν οἶνον, καὶ ἀναπαύεται διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, ἀποτιθέμενος τὸ τῶν ἁμαρτημάτων φορτίον. Καὶ ἄλλως δὲ, ὁ τὸ πρᾶον καὶ εὐσταθὲς κατορθώσας Χριστοῦ, ὑπ' αὐτοῦ ποιμαίνεται ἐπὶ τὴν χλόην, ἥτις ἐστὶν ἠθικὴ διδασκαλία, ἐν ᾧ κατεσκήνωσέ με, φησὶν, ἀλλ' οὐ κατῴκισε. Καὶ ἀλλαχοῦ δέ φησιν, Αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ὅρα δὲ καὶ νόει τὴν χλόην, καὶ νοητὸν αὐτῆς τόπον, καὶ νοητὸν ἀναπαύσεως ὕδωρ, τὸ ἔτι ποιμαινομένῳ διδόμενον, ἕως λογικῆς τραπέζης καὶ ποτηρίου μεταλαβεῖν τις δυνηθείη. Εἰ ἔστι τι μὴ ἀποκτεῖνον γράμμα, ἐκεῖνο ἔσται χλόη. Ποιμαινομένων δὲ πνευματικῶς τράπεζα ἡτοιμασμένη τοῖς ὑπομένουσι τὰς θλίψεις.

THEODORETI. Demonſtrat hic iſtiuſmodi cibi largitorem, atque ipſum educatorem paſtorem nuncupat. Sic enim etiam ſemetipſum Chriſtus appellauit: *Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ.* Eodem modo & per Prophetam Ezéchielem ſeipſum nuncupauit.

Chriſtus paſtor bonus. Ioan. 10, 14.

Ezech. 34.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὑποδείκνυσιν ἐνταῦθα τὸν τοιαύτης τροφῆς χορηγὸν, καὶ καλεῖ τὸν τροφέα ποιμένα. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς ἑαυτὸν προσηγόρευσεν, Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. Οὕτως ἑαυτὸν καὶ διὰ Ἐζεκιὴλ ἐκάλεσε τοῦ προφήτου.

3. DEDVXIT ME SVPER SEMITAS IVSTITIÆ.] ORIGENIS. Inceſſit enim

γ. ΩΔΗΓΗΣΕ ΜΕ ΕΠΙ ΤΡΙΒΟΥΣ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπειδὴ γὰρ ὥσπερ

ὥσπερ ὁ ποιμὴν, καὶ περιέτριψε τρίβους, ὡς ἴδιον αὐτοῦ πρόβατον τοῖς ἴχνεσιν ἐπακολουθεῖν. Δικαιοσύνη μὲν οὖν ἡ πρακτικὴ τῶν δικαίων ἕξις, ἧς αἱ κατὰ τὴν ἐνέργειαν τρίβοι. Εἰ δὲ δικαιοσύνην εἴποι τις τὴν γενικὴν ἀρετὴν, τρίβους ἐρεῖ ταύτης τὰς κατ' εἶδος ἀρετὰς, ἐφ' ἃς ὁδηγεῖ τὸν τὴν αὐτοῦ προσηγορίαν ἐπιγραφόμενον. Τὴν ψυχήν μου, φησὶν, ἐπέστρεψε, πλανηθεῖσαν ἐκ τῶν οἰκείων, ἢ καταπεσοῦσαν ἢ ἐκπεσοῦσαν τὴν ψυχὴν ἐπιστρέφει ὁ κύριος, καὶ ἀποκαθίστησι μετὰ τὸ ποιμᾶναι, καὶ εἰς τόπον χλόης κατασκηνῶσαι· εἶτα ἐπιστρέψας ὁδηγεῖ ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης καὶ ἀρετῆς.

δ'. Η ΡΑΒΔΟΣ ΣΟΥ, ΚΑΙ Η ΒΑΚΤΗΡΙΑ.] ΙΣΙΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ ῥαθυμήσας πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ὠλίσθησα, ῥάβδῳ με πρὸς νῆψιν ἐπαίδευσας· ἐπεὶ δὲ μαστιζόμενος, εἰς ὀλιγοψυχίαν ἐξεπιπτόμην, βακτηρίᾳ δυναμούσῃ ὑπεστήριξας.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐκ ἂν δέ τις ἁμάρτοι, τὸ σωτήριον οὕτως ὀνομάζων σταυρόν. Τῇ γὰρ τούτου σφραγῖδι καὶ μνήμῃ τῶν πολεμίων δαιμόνων ἀπαλλαττόμεθα, καὶ πρὸς τὴν ἀληθῆ ποδηγούμεθα τρίβον.

ε. ΗΤΟΙΜΑΣΑΣ ΕΝΩΠΙΟΝ ΜΟΥ ΤΡΑΠΕΖΑΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Νόει μοι ἡτοιμασμένην τράπεζαν πνευματικὴν καὶ νοητὴν, διὰ τὴν θλίψιν. Ὁσάκις οὖν ἐὰν θλίβῃ, τοσαυτάκις καὶ τράπεζά σοι παρατίθεται πνευματική. Ἐπίστησον δὲ, εἰ καὶ ὅσον τίς ἐστιν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, δι' ἐσόπτρου καὶ δι' αἰνίγματος βλέπων, πρόβατόν ἐστιν ὑπὸ ποιμένι ἀγόμενον· μεταβὰς δὲ ἐπὶ τὸν μέλλοντα αἰῶνα, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον προσβαλὼν τῇ ἀληθείᾳ, πνευματικῇ προσβαλεῖ τραπέζῃ, κατὰ τὸ, Κἀγὼ θήσομαι ὑμῖν διαθήκην, ἐσθίειν καὶ πίνειν ἐπὶ τῆς τραπέζης μου. Τὸ δὲ ἐνώπιόν μου δηλοῖ πεφανερῶσθαι καὶ ἐγνῶσθαί μου τὴν τράπεζαν, ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων με, πολλῶν ἐχθραίνειν μοι βουλομένων. Καὶ διὰ τῶν θλιβόντων με, ἐξανίστασθαί με ἰσχυρῶς πρὸς αὐτοὺς ὁ κύριος θέλων, ἡτοίμασεν ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐν ᾗ ἐπίκειται στερεὰ τροφὴ, ἵνα ταύτης ἀθλητικῶς ἐμφορηθεὶς, ἀντιστῆναι γενναίως πρὸς τοὺς θλίβοντας δυνηθῶ. Οὗ δὲ ἀπὸ κυρίου λιπαίνεται ἐν ἐλαίῳ ἡ κεφαλὴ, ἐρεῖ· Ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου, ὡς ἀπὸ θεοῦ χριόμενος ἐλαίῳ ἀγαλλιάσεως Χριστός. Οἶμαι

tamquam paſtor, & ſemitas prætriuit, vt propria eius ouis per veſtigia ipſius ſequeretur. Iuſtitia itaque eſt practicus habitus iuſtorum, cuius actiones, ſemitæ exiſtunt. Si quis autem dixerit iuſtitiam eſſe virtutem generalem, ſemitas eius dicet eſſe virtutes ſpeciales, ad quas deducit eum qui nomine ipſius inſignitur. *Animam*, inquit, *meam conuertit*, ſcilicet à proprijs aberrantem; vel lapſam ſeu exorbitantem animam conuertit Dominus, & reſtituit poſtquam pauit, & in loco paſcuæ collocat: deinde cùm conuertit, deducit ſuper ſemitas iuſtitiæ ac virtutis. CATENA PATRVM. *Iuſtitia eſt ſemita ad cælum.*

4. VIRGA TVA, ET BACVLVS.] ISIDORI. Cùm negligenter agendo in peccatum prolapſus ſim, virga me ad frugem erudiuiſti: quoniam verò flagellatus in puſillanimitatem incidebam, baculo confortante me confirmaſti.

THEODORETI. Non autem quis aberrauerit, ſi hoc modo ſalutarem crucem nuncupárit. Nam ſigno atque memoriâ huius ab inimicis dæmonibus liberamur, atque in veram viam deducimur.

5. PARASTI IN CONSPECTV MEO MENSAM.] ORIGENIS. Conſidera menſam mihi ſpiritalem & intelligibilem paratam eſſe propter tribulationem. Quotieſcumque igitur fueris tribulatus, toties tibi menſa ſpiritalis proponitur. Ceterùm quoque ſcias, quamdiu quis in hac vita per ſpeculum & in ænigmate videt, ipſum eſſe ouem quæ à paſtore educatur: vbi verò ad futurum ſæculum tranſierit, facie ad faciem contemplans veritatem, ſpiritali menſæ accumbet, iuxta illud: *Et ego diſponam vobis * teſtamentum, vt edatis & bibatis in menſa mea.* Illud autem, *In conſpectu meo*, declarat menſam iſtam meam manifeſtam & exploratam eſſe, *aduerſus eos qui tribulant me*, cùm multi velint mihi aduerſari. Et cùm propter eos qui tribulant me, Dominus velit me validè aduerſus ipſos inſurgere, parauit in conſpectu meo menſam, in qua ſolidus cibus appoſitus eſt; vt hoc athleticè ſaturatus, generosè valeam reſiſtere aduerſus eos qui tribulant me. Ceterùm cuius caput oleo à Domino impinguatur, dicet: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum:* vti Chriſtus, qui à Deo vnctus eſt oleo exultationis. Exiſtimo

Tribulatis menſa proponitur.

Lucæ 22, 29.

* Vulg. *regnum.*

Pſal. 140, 5.

Heb. 1, 9.

ANNOTATIONES CORDERII. Matth. 6.

autem quòd is qui ieiunat, hoc modo caput inungat, & faciem lauet.

6. Et misericordia tvà svbseqvetvr me.] Origenis. Quænam eſt illa miſericordia quæ ſubſequitur, niſi de qua Apoſtolus ait: *Factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio?* Miſericordia autem quæ te ſubſequitur, animata ſequitur, ſiquidem aliquos quidem apprehendit, alios verò non. Valdè fugientes minimè comprehendit; minùs verò fugientes capit, vt miſereatur. Non ſolùm autem miſericordia ſubſequitur, verùm etiam hoc facit, *vt inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum.* Spatium enim temporis, atque inſuper vitæ, eſt in dextera ſapientiæ. Dies autem vitæ, ſunt diuerſæ illuſtrationes veritatis.

1. Cor. 1, 30. *Miſericordia quos ſubſequatur, & quos non.*

δὲ ὅτι καὶ νηστεύων, οὕτως ἀλείφεται τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπον νίπτεται.

ϛʹ. Και το ελεος σου καταδιωξεται με.] Ωριγενους. Τί ἐστιν ὁ καταδιώκων ἔλεος, ἢ περὶ οὗ φησιν ὁ Ἀπόστολος, Ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις; Ὁ καταδιώκων ἔμψυχός σε ἔλεος διώκει, οὓς μὲν καταλαμβάνει, οὓς δὲ οὔ. τοὺς πάνυ φεύγοντας, οὐ καταλαμβάνει· τοὺς δὲ ἔλαττον κρατεῖ, ἵνα ἐλεήσῃ. Οὐ μόνον δὲ ἔλεος καταδιώκει, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ποιεῖ, τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν. Μῆκος γὰρ χρόνου, καὶ ἔτι ζωῆς, ἐν δεξιᾷ τῆς σοφίας· ἡμέραι δὲ ζωῆς, φωτισμοί εἰσι διάφοροι τῆς ἀληθείας.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. Dominvs *paſcit me.*] Græcè, ποιμαίνει, pro quo Vulgata legit, *regit*. Significat autem Dauid regi ſe ac gubernari à Deo, ſicut à paſtore, qui ſedulam ouicularum ſuarum curam habeat. Hinc etiam in alio Pſalmo ait, *Qui regis Iſrael, intende; qui deducis velut ouem, Ioſeph.* Quæ comparatio Scripturis admodum familiaris eſt, nec non etiam vſitata profanis auctoribus, vt Reges paſtorum nomine intelligantur. Sic Apoſtolus Chriſtum *paſtorem magnum ouium* appellat, qui & à Petro, *Princeps paſtorum* nuncupatur; & ab Homero quoque regem ποιμένα λαῶν, *paſtorem populorum* nominari, ſuperiùs ad Pſal. 2. v. 9. annotauimus. Chriſtus certè in Euangelio, velut titulo honorato ſeſe *paſtorem bonum* appellat, quippe cui nec deſint paſcua, quibus gregem alat, nec deficiat voluntas paſcendi, neque largiendo exhauriatur. *Qui ergo* (vt optimè hoc loco infert Hieron.) *Deum habet, & qui Deo adhæret, nihil boni deeſt ei.* Inanes ideò ſumus, multiſque indigemus miſeri, eò quòd extra Deum, qui eſt omne bonum, ipſi creaturarum vanitati adhæremus; aut noſtro, qui puluis & vmbra ſumus, brachio confidimus; aut pane mendacij (cuiuſmodi eſt quodcumque mundi bonum) fruſtrà explere, ſolo Deo ſatiandam, curamus animam. Prudentior ſanè Dauid, qui in hoc Pſalmo ſibi gratulatur, ſimulque Deo gratias agit, quòd eius prouidentiâ ſingulari, gratiaque perpetuò adiuuante & comitante ſe conſtitutum videat in loco paſcuæ: quod Græcè eſt, εἰς τόπον χλόης, *in loco graminis*; Aquila & Symmachus, ἐν ὡραιότητι πόας, *in venuſtate herbæ*, id eſt, *in loco herbido, viridi, pulchro, amæno.* Quid ergo deeſſe poſſit ouiculæ, cum tali paſtore in tali paſtu? *Impoſſibile eſt enim* (inquit Philo lib. de Agricultura) *deeſſe commodum aliquod, vbi Deus præſidet, ſolitus plena perfectaque bona largiri rebus omnibus.*

Cura Dei paſtoralis.

Pſal. 79, 1.

Hebr. 13, 20.

1. Pet. 5, 4.

Ioan. 11, 14. *Chriſtus paſtor bonus.*

Nihil ei deeſt, cui Deus paſtor eſt.

Myſticè locum hunc Patres & Aſcetici ſcriptores paſſim de Ven. Euchariſtiæ paſtu exponunt. Quis enim paſcuæ locus, niſi templum & altare? Quænam paſcua, niſi ſacroſanctum corporis & ſanguinis Dominici conuiuium? Ibi Dominus *regit*, vel, vt Septuag. vertunt, ποιμαίνει, *paſcit*, ne quis fortè regendi verbo conſternatus, timeat illud, *Reges eos in virga ferrea.* vbi etiam Septuag. vertunt, ποιμανεῖς, id eſt, *paſtoraliter reges* (vt animaduertit S. Hilarius) *regendi ſcilicet eos curam affectu paſtoris habiturus.* Itaque horrorem virgæ affectus paſcendi mitigat, timoremque iudicis, paſtoris amor curaque temperat. Quin etiam ipſum virgæ nomen emolliunt, quæ alio loco habet: *Virga directionis, virga regni tui. Enimuerò* (inquit ibidem Hilarius) *ne ius tyrannicum ſignificari arbitremur in virga; virga regni, eſt ipſa doctrina regni: virga directionis, quâ per doctrinam in æquam & vtilem viam dirigimur.* In templo igitur habemus fideles Dominum ipſum Ieſum ſub ſpeciebus ſacramentalibus & paſcentem, & regentem: paſcit quidem menſâ ſui corporis & ſanguinis; regit ſuo verbo & doctrinâ; & tam cibo, quàm verbo; tam pane, quàm virga noſtrum erga ſemetipſum, & mutuum in nos amorem vehementer accendit. *Verè paſtor bonus* (concludit S. Hieron.) *qui animam ſuam pro me poſuit, æquo me moderamine regit: ideò nullius egeo.*

Pſal. 2, 9.

2. *Super aquam refectionis educauit me.*] Ex Hebræo legi poteſt, *ſuper aquam requietum*, ſeu *conſolationum.* Quia inter extrema pericula conſtitutus, bonæ tamen conſcientiæ patrocinio munitus, in ſumma quiete poſitus ſibi videbatur. Vnde S. Ambroſ. in Pſal. 36. *Hæc refectio*, inquit, *ſpiritualis eſt: hæc refectio requies eſt mentis internæ.* Neque enim Dauid, iuxta S. Ambroſium, de externa corporis refectione, ſed de interna conſcientiæ pace, quæ reuerà animum reficit ac ſuſtentat, loquebatur. Pro *educauit*, aliqui ex Græco vertunt, *enutriuit me.* Hoc de aquis ſapientiæ intelligendum eſſe monet Hugo Carenſis:

Bona conſcientia Dauidem tranquillabat.

Sapientiæ aqua quò puriores ſunt, eò magis nutriunt.

renſis: Quæ quò puriores ſunt, eò magis nutriunt, contra naturam aquarum cęterarum. Siquidem terrena fluenta, quò magis cœnoſa & pingui limo mixta decurrunt, hoc magis impinguant arua, magiſque fœcundant: imò & vniuerſè, aquæ omnes minùs nutriunt animantia, quò magis ſunt impermixtæ, adeò vt cenſeant Philoſophi, purum aquæ elementum nutrire non poſſe. Contrà verò ſacræ doctrinæ fluentis accidit, quæ cùm puriſſimæ ſint aquæ, ab omni limo ac cœno prorſus alienæ, mentes tamen nutriunt. *Nam ſicut piſcis* (inquit Hugo) *in aqua nutritur, & ſine ea moritur; ſic & nos in aqua doctrinæ nutrimur, & ſine ea morimur.* Quot aquæ huius penuriâ periere? quot, quia in his fluentis ſe humiliter mergere noluerunt, criminum fluctibus ſepulti ſunt?

3. *Animam meam conuertit.*] Symmachus habet, ἀνεκτήσατό με, *recreauit, refecit me.* Ac ſi idem eſſet animam conuertere, ac recreare. A metaphora iam tranſit ad proprietatem ſermonis, ſignificans ſe, non de brutorum, ſed hominum paſtore paſcuiſque loqui, cùm ſubdit: *Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ*; Græcè eſt, ἐπὶ τρίβους; S. Auguſt. *in ſemitas* vertit; Symmachus, δι' ἀτραπῶν, *per calles*. In Hebræo eſt בְמַעְגְּלֵי *bemaggelei*, quod propriè ſignificat, *per orbitas*, à plauſtris & rotis plauſtrorum ducto nomine; quod ſolent Septuag. τροχιὰν vertere. Significat autem protritam virtutis viam, de qua dixit Iſaias, *Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum: & in ſemita iudiciorum tuorum Domine ſuſtinuimus te.* De hac via iuſtitiæ, quòd periculis & offendiculis vacet, dicit Salomon in Prouerbijs: *Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas æquitatis: quas cùm ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum.*

Semita iuſtitiæ qualis. Iſa. 26, 7. Prou. 4, 11.

4. *Et ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo, &c.*] Per *vmbram mortis* ſiue tenebras in Scriptura ſignificari ſolet triſtiſſima rerum facies, tempus ærumnarum & deſolationis ac miſeriæ, item horror & proxima pericula mortis, quæ hanc, vt vmbra corpus, comitantur. quæ omnia Dauid propitio Numine nihil ſe formidaturum aſſerit. Et quid timeat, cui protector Deus eſt? Irruat omnis poteſtas tenebrarum; fortior Deus, cui innititur. Inſurgat quidquid ſæculo magnum, quidquid validum; maior & validior Deus, ſub cuius tutela eſt. Æſtuent ignes, & minentur flammas; flumina fundet Deus, & immittet maria. Præcipitia terrent? nullum præcipitium Deo eſt, qui manu ducit. Deprimitur? extollet Deus. Circumdabunt tenebræ? diſpellet illas luce ſuâ Deus. Inualetudo laſſabit? deſinet ægritudo omnis corporis & animi, vbi medica acceſſerit manus Dei, quæ & mortuos reddit vitæ, & implet benedictionibus.

Nil metuendum illi cui adeſt Deus.

IBIDEM. *Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.*] Metaphora ducta à baculo paſtorali, quo non percutitur ouis, niſi vt in rectam viam dirigatur. Hinc Dauid conſolationem hauriebat in rebus duris, per quas ſciebat ſe deduci in gloriam. Tropologicè locum hunc pulchrè exponit S. Gregorius lib. 2. Paſtor. vbi Dauidica illa ſymbola natiuis coloribus expreſſit, & ad mores ritè corrigendos refert; vt adhibeatur virga, ſi opus ſit, ad puniendum, baculus ad ſuſtentandum: è quibus inter ſe iunctis & implexis, magna in animum conſolatio, vtilitas in mores, perfectio in vitam redundat. Non adſcribo verba Doctoris illius Magni, quæ pulchra, varia & multa videri poſſunt apud illum.

Conſolatio correctionis moderata.

Myſticè Petrus Damianus Serm. de Aſſumpt. in virga B. Virginem, & in baculo Chriſti crucem agnoſcit, in quibus ſummum & vnicum eſt fidelibus ſolatium. *In Virgine*, inquit, *virga, & baculo cruce miſerorum ſpes & conſolatio continetur. Eſt enim Virgo Dei mater virga illa, quâ retunduntur impetus aduerſantium dæmoniorum: virga, per quam fiunt ſigna mirabilia. Baculum crucis intellige, quo non ſolùm verberatus eſt, ſed occiſus ille inſatiabilis homicida, qui mortibus hominum paſcitur & nutritur.* Baculus itaque ex ſententia Damiani crux ipſa Domini Ieſu: de quâ eleganter Chryſoſt. hom. de Cruce: *Crux cæcorum dux, claudorum baculus, ſuſtentatio inopum, conſolatio pauperum, tribulatorum requies, ægrotantium medicus, inualidorum virtus, deſperatorum via.* At cum baculo coniunctam vult amatque Propheta virgam: non aliam opinor, quàm quæ ſtabat iuxta crucem Ieſu Mater eius ſemper virgo Maria. Illa ſcilicet, de qua Iſaias loquitur: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Quod explicans D. Hieron. ait: *Virga mater eſt Domini, ſimplex, pura, ſincera, nullo extrinſecus germine cohærente, & ad ſimilitudinem Dei vnione fecunda, virgæ flos Chriſtus.* Virga igitur Virgo eſt, & baculus crux; quem delectat crux, delectat & Virgo: & qui tribulationes non fugit, Mariam conſolationis matrem ſecum habet. Eamdem loci huius expoſitionem tradit Hugo Carenſis, ita ſcribens: *Virga dicitur B. Virgo, baculus crux; hæc duo verè conſolantur nos in omni tribulatione noſtra.* Iure ergo cruci adſtat Virgo, quia amanti crucem Virgo adhæret. Virga & baculus nos conſolantur; quia dulcis eſt ipſa crux, ſuauis quælibet tribulatio, vbi adeſt Maria veræ iucunditatis mater, quæ omnem crucis amaritudinem in dulcedinem vertit. ita pulchrè Nouarinus in Vmbra Virginea.

D. Virgo virga, & crux Chriſti baculus, quæ miſeros conſolantur. Iſaiæ 11, 1.

5. *Paraſti in conſpectu meo menſam, &c.*] Hic locus, etſi multos patiatur ſenſus, omnium tamen luculentiſſimo ſignificat menſam Sacroſanctæ Euchariſtiæ, prout in Commentario & Catena exponitur. quæ eſt communis Patrum ſententia. Vnde S. Cyrillus Hieroſolym. Catecheſi Myſtag. 4. *Ante tuum*, inquit, *Domine aduentum dæmonibus menſam pollutam, & diabolicâ contaminatam facultate parabant. Sed poſtquam tu adueniſti, paraſti in conſpectu meo myſticam illam & ſpiritualem menſam, quam tu Deus nobis propoſuiſti, aduerſariam illi, quæ nobis anteà parabatur à dæmonibus; illa cum dæmonibus communionem habebat, hæc cum Deo habet.* Aduenit nempe Dominus, & præter alia beneficia innumera, quibus hominem abundè cumulauit, hoc vnum, velut ſummam omnium, adiecit. Propoſuit menſam, in qua ſuos exciperet conuiuas, alendos ſuo corpore, ſanguineque potandos, vt menſa menſæ, arma armis, veritas mendacio, puritas impuritati, pax & ſecuritas bello ac fraudibus, cælum gehennæ, Deus dæmoni, ſalus æterna ſempiternæ morti opponeretur. Hæc eſt menſa illa opima, Solis menſâ longè ditior & pretio-

Euchariſtia Dei menſa nos dæmoni reddit formidabiles, &c.

ANNOTATIONES CORDERII.

pretioſior, quæ cum mirabili iucunditate & terrorem habet, & veneratione͂. Nam quemadmodum in fabulis eſt, Equites menſæ rotundæ, clariſſimos heroas atque fortiſſimos, terrorem nominis ſui vbique circumtuliſſe: ſic qui aſſident ad hanc menſam, fiunt dæmoni formidabiles, vi panis illius diuini, à quo lauri & trophæa generantur. Roborati hoc cibo, Aſmodæi cornua frangunt & euellunt, impurum cupidinem incendunt, pudicitiæ hoſtes validiſſimè proterunt, carnis & concupiſcentiæ victores. Hic panis mutat in ſe comedentem, vt non ſit mirum, ſi effector ſit caſtimoniæ. Quamob cauſam S. Dionyſius cap. 3. Eccleſiaſt. Hierarchiæ ait Euchariſtiam ducere ἐν καθαρότητι θεοειδοῦς ἕξεως, *in diuini ſtatus puritatem:* eamdemque appellari *Communionem* ἐκκρίτως, id eſt, *prærogatiua quadam excellenti*, quòd efficiat ἑνώσιν θείαν diuinam cum Deo perfectamque vnionem.

Scripturarum menſa paſcit, & obarmat.

Ceterùm hîc etiam *menſæ* nomine delicatiſſimis epulis refertæ, non incongruè intelligi poteſt ſacra Scriptura: ſicut initio Pſalmi, per locum paſcuæ, Theodoreto interprete, & alijs, ſacra diuinorum oraculorum doctrina intelligitur. Fercula igitur, quæ in hac menſa proponuntur, non ſolùm animum paſcunt, ſed & roborant. non enim ſunt nutrimenta deſidiæ, ſed incitamenta virtutis: arma ſunt, quibus omnes animarum hoſtes expugnantur; & qui hoſtilibus inſidijs circumuentus ad hanc menſam accedit, ab ea diuinis præſidijs adeò animatus recedit, vt dicat non immeritò D. Chryſoſt. hoc loco: *Qui tribulationem carnis habent, veniunt ad menſam potentis, & tribulationes fiunt eis conſolationes.*

IBIDEM. *Et calix tuus inebrians, quàm præclarus eſt?*] Græcè τὸ ποτήριόν μου. ita habent plerique codices, quos ſecutus S. Auguſt. vertit, *& poculum tuum inebrians quàm præclarum eſt?* S. Cyprianus lib. 2. Epiſt. 3. *calix tuus inebrians perquam optimus*; Vulgata & Pſalterium Æthiopicum habent, *calix meus:* quod S. Hieron. aſſerit Septuag. & alios Interpretes tranſtuliſſe μου; Symmachus pronomen omittens vertit, ποτήριον μεθύσκον πάνυ ἀγαθόν, *poculum inebrians maximè bonum*; S. Ambroſ. vertit, *validum*, robur, inſuperabilem animi magnitudinem fortitudinemque tribuens. Et certè nihil eſt validius, nihil potentius ad præſtantiam inuictæ mentis, humana omnia contemnentis, & trophæa vbique ſtatuentis efficiendam. Qui ad hanc menſam veniunt pueri, qui meticuloſi, qui delicatâ mollitie effeminati, ſi modò, prout par eſt, adeunt, redeunt viri, & quidem viri virtutis. Dauid alibi id iterum commonuit dicens: *Panem angelorum manducauit homo*; vbi S. Hieronymus ex Hebræo vertit, *panem fortium comedit vir*. Itaque S. Chryſoſt. hom. 6. ad Popul. eos qui piè Euchariſtiam ſuſcipiunt, leones appellat, regiæ cuiuſdam & inclytæ fortitudinis claro hieroglyphico. *Tamquam leones ignem ſpirantes ab hac menſa recedamus, facti diabolo terribiles.* Velut generoſos pingit bellatores, palmis & coronis ornatos, qui vel ipſo vultu inimicos terreant.

Ven. Sacramentum fortes reddit.

Pſal. 77. 22.

Meritò autem nominatur *calix inebrians*, ob liquidæ & immenſæ lætitiæ magnitudinem, quâ ſacrorum hominum mens, è præſentia Numinis & conſuetudine perfunditur. * S Ambroſius vocat Euchariſtiam *poculum quo fidelium inebriatur affectus*. Tum ſubdit, *Hæc ebrietate corpus non titubat, ſed reſurgit; animus non confunditur, ſed conſecratur.* Ceterùm vim huius ſuauitatis magnifico genere dicendi illuſtrat Ieremias, apud quem Deus ita loquitur: *Inebriabo animam ſacerdotum pinguedine.* Duo ponit, ebrietatem, & pinguedinem: quæ maximam & redundantem copiam voluptatis affluentiamque ſignificant. Ita vbi in alio Pſalmo dicitur, *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ*, S. Hieronymus pro *vbertate*, poſuit *pinguedinem:* vt non leuem animi delectationem intelligamus, ſed verum & ſolidum pietatis ſenſum, vnde virtus velut ſanguinem hauriat, & ad omnem religionis functionem in dies magis roboretur. Eamdem vbertatem & abundantiam gratiarum, torrentis nomine pinxit Ezechiel: qui ait ſe vidiſſe torrentem *de ſanctuario egredientem*, in cuius ripis arbores erant pomiferæ, fructibus onuſtæ, & foliorum ſemper virentium pulchritudine ſpecioſæ. Res arcanis plena myſterijs; ſed quæ tamen, ſi mentis oculos adijciamus, aliquo modo poſſunt intelligi. Quid enim eſt aliud torrens ille de ſanctuario ſiue templo egrediens, niſi vbertas lætitiæ, conſolationis, & affluentis gratiæ, quæ ab ara & Euchariſtiæ communione, velut à fonte Edeneo in animam defluit? vnde fructus illi virtutum oriuntur, quos videmus.

Euchariſtia eſt calix inebrians gaudio ſpirituali.

** In Pſal. 118.*

Ier. 31, 14.

Euchariſtia pax pinguis.

Ezech. 47.

IN PSALMVM XXIII. ARGVMENTVM.

1. Pſalmus Dauid vna ſabbatorum.

α΄. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ μιᾶς σαββάτων.

Præſignificat Domini reſurrectionem, poſt quam omnis terra & mare, diuinæ cognitionis radios recepit. Similiter verò etiam hic Pſalmus prædicit Domini reditum in cælos.

Τὴν δεσπότου ἀνάστασιν προσημαίνει, μεθ' ἣν πᾶσα γῆ καὶ θάλασσα, τὰς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖνας ἐδέξατο. Οὕτω δὲ καὶ ὁ ψαλμὸς προαγορεύει τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοῦ δεσπότου.

PARA-

PARAPHRASIS.

ΤΟΥ κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ.

Ἐπειδὴ ὑπελάμβανον οἱ Ἰουδαῖοι μόνης αὐτὸν δεσπόζειν τῆς Παλαιστίνης, καὶ μόνων αὐτῶν προμηθεῖσθαι, μόνων αὐτῶν ὄντα θεόν, εἰκότως ὁ προφήτης διδάσκει, ὅτι πάσης δεσπόζει τῆς οἰκουμένης.

β. Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτήν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν.

Διὰ τούτων οὐ μόνον τὴν δημιουργίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρόνοιαν δείκνυσι. φύσει γὰρ οὔσῃ ξηρᾷ τῇ γῇ, ἀναλογοῦσαν νοτίδα δεδώρηται, ἔξωθεν μὲν καὶ διὰ μέσου τοῖς μεγίστοις αὐτὴν συνάψας πελάγεσι, ποταμοὺς δὲ ὅτι μάλιστα πλείστους καὶ μεγίστους, καὶ μέντοι καὶ πηγάς, ἐν μέσαις ταῖς ἠπείροις, τοὺς μὲν διατρέχειν ἀεί, τὰς δὲ ἀναβλυστάνειν παρασκευάσας. οὕτω δὲ τοῦ θεοῦ τὴν δεσποτείαν ὑποδείξας, καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν ἐπίγνωσιν προθεσπίσας, τὴν περὶ τῆς ἀρετῆς προσφέρει παραίνεσιν, εἰς ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν σχηματίσας τὸν λόγον.

γ. Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ κυρίου; ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ;

Ὄρος κυρίου ἐνταῦθα οὐ τὸ ἐπίγειον λέγει τὸ τῆς Σιών, ἀλλὰ τὸ ἐπουράνιον· περὶ οὗ φησιν ὁ μακάριος Παῦλος· Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. Ἐπειδὴ γὰρ προεδίδαξεν, ὅτι ποιητής ἐστι καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων ὁ θεός, εἰκότως τὴν πρὸς αὐτὸν ὁδὸν φέρουσαν δείκνυσι, καὶ ποιεῖται πρὸς τὴν ἐρώτησιν καὶ τὴν ἀπόκρισιν.

δ. Ἀθῷος χερσί, καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίον αὐτοῦ.

Προσήκει, φησί, τὸν εἰς ἐκεῖνο τὸ ὄρος ἀναβῆναι ποθοῦντα, καὶ λογισμῶν ἀτόπων τὴν ψυχὴν καθαρεύειν, καὶ πράξεων τοιούτῳ τρόπῳ ἐλευθέρας ἔχειν τὰς χεῖρας. τὰς γὰρ δὴ χεῖρας ἀντὶ πράξεων τέθεικε. διὰ δὲ τῆς

DOMINI eſt terra, & pleni- *PARAPHRASIS PATRVM.*
tudo eius: orbis terrarum,
& vniuerſi qui habitant
in eo.

Quoniam Iudæi ſuſpicabantur, ſoli Palæ- *Deus totius orbis Dominus.*
ſtinæ ipſum dominari, & ipſorum tantum-
modò curam gerere, cùm ipſorum dumtaxat
Deus eſſe exiſtimaretur; meritò Propheta
docet, eum toti terrarum orbi imperare.

2. * Ipſe ſuper maria fundauit ** Vulgatâ Quia ipſe*
eum, & ſuper flumina præparauit
eum.

Per hæc autem non modò opificium, ve- *Dei prouidentia in orbis conditione elucet.*
rùm etiam prouidentiam oſtendit. Cùm enim
tellus naturâ eſſet arida; dedit ei humidita-
tem conuenientem, cùm extrinſecus & in
medio per maxima ipſam maria diſtinxerit;
adhæc fluuios quàm plurimos & maximos,
nec non etiam fontes addiderit, qui per me-
dium continentis fluunt; & illos quidem ſem-
per currere, hos verò ſcaturire fecerit. Itaque
cùm Dei potentiam oſtendiſſet, & Gentium
cognitionem prædixiſſet; adfert in medium
exhortationem ad virtutem, per interroga-
tionem & reſponſionem formans orationem.

3. Quis aſcendet in montem
Domini? aut quis ſtabit in loco
ſancto eius?

Montem Domini hîc non terreſtrem *Mons Dei, Sion cæleſtis.*
Sionem, ſed cæleſtem intelligit: de quo bea-
tus Paulus ait, *Acceſſiſtis ad Sion montem,* Hebr. 12, 22.
& ciuitatem Dei viuentis, Ieruſalem cæle-
ſtem. Cùm enim antè docuiſſet, Deum om-
nium rerum eſſe auctorem & conditorem,
meritò oſtendit viam, quæ ad ipſum nos du-
cit, & ad interrogata reſpondet.

4. Innocens manibus, & mun-
do corde, qui non accepit in vano
animam ſuam, nec iurauit in dolo
proximo ſuo.

Par eſt, inquit, vt qui montem iſtum con- *Cogitationes & actiones purificandæ.*
ſcendere deſiderat, & ab abſurdis cogita-
tionibus animum purget, & ſic manus ab
iſtiuſmodi actionibus mundas habeat. Et-
enim *manus*, pro actionibus poſuit. Per *cor*
autem

COMMENTARIVS PATRVM.

autem cogitationes inſinuauit; hoc ſiquidem conſultamus, illis verò operamur. Decet autem, inquit, huiuſmodi hominem nihil horum, nec caducum quid concupiſcere. hæc enim nuncupauit vana. Et quoniam dolus,& tranſgreſſio iuriſiurandi, auaritiæ coniuncta ſunt; meritò hæc etiam reijcit. Deinde demonſtrat rectè facientium fructum.

καρδίας τὰς ἐνθυμήσεις ἐνέξατο· ταῖς μὲν γὰρ βουλόμεθα, ταῖς δὲ πράττομεν. προσήκει δέ, φησι, τὸν τοιοῦτον, μηδὲν τῶν τοιούτων ἢ φθειρομένων προσίεσθαι. ταῦτα γὰρ εἶπε μάταια. Καὶ ἐπειδὴ δόλος, καὶ παράβασις ὅρκων τῇ φιλοχρηματίᾳ συνέζευκται, εἰκότως καὶ ταῦτα ἀπαγορεύει. εἶτα δείκνυσι τὸν τῶν κατορθούντων τοῦτο καρπόν.

5. Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

έ. Οὗτος λήψεται εὐλογίαν παρὰ κυρίου, καὶ ἐλεημοσύνην παρὰ θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ.

Omnis benedictio eſt opus miſericordiæ.

Congruenter admodum miſericordiã cum benedictione coniunxit. Etenim quæ exiſtimantur remunerationes, propter ſolam diuinam benignitatem hominibus præbentur. Omnes enim hominum iuſtitiæ nihil ſunt ad dona, quæ à Deo iam nobis donata ſunt; multò minùs ad futura, quæ omnem humanam cogitationem transſcendunt.

Προσφυῶς τὴν ἐλεημοσύνην τῇ εὐλογίᾳ συνέζευξε. καὶ γὰρ αἱ νομιζόμεναι ἀντιδόσεις, διὰ μόνην τὴν θείαν φιλανθρωπίαν τοῖς ἀνθρώποις παρέχονται. Πᾶσαι γὰρ τῶν ἀνθρώπων αἱ δικαιοσύναι οὐδὲν πρὸς τὰς ἤδη διδομένας ὑπὸ τοῦ θεοῦ δωρεὰς ἀποχρῶσι, μήτοιγε δὴ πρὸς τὰς ἐσομένας, αἳ καὶ λογισμὸν ἀνθρώπινον ὑπερβαίνουσι.

6. Hæc eſt generatio quærentium * Dominum, quærentium faciem Dei Iacob.

** Vulgata cum.*

ϛ΄. Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν κύριον, ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ Ἰακώβ.

DIAPSALMA.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Facies Dei deſideranda.

Qui, inquit, ſecundùm hæc documenta viuere ſtatuunt, reuerà ipſum virtutis conditorem deſiderant videre, qui iam olim etiam magnum Iacob ſuo ipſius aſpectu dignum fecit. Generationem autem hîc dicit, quæ poſt Dei ac Saluatoris noſtri incarnationem, diuinis prædicationibus morem geſſit, & patrios quidem deos deſeruit, Deum verò Iacob inquiſiuit.

Οἱ κατὰ ταύτας, φησὶ, τὰς ὑποθήκας βιοῦν προαιρούμενοι, τῷ ὄντι ποθοῦσι τὸν ἀρετῆς τὸν νομοθέτην ἰδεῖν, ὃς πάλαι καὶ τὸν μέγαν Ἰακὼβ τῆς οἰκείας ἐπιφανείας ἠξίωσε. γενεὰν δὲ ἐνταῦθά φησι, τὴν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, τῷ θείῳ πεισθεῖσαν κηρύγματι, καταλειποῦσαν μὲν τοὺς πατρῴους θεοὺς, τὸν δὲ τοῦ Ἰακὼβ ἐπιζητοῦσαν θεόν.

7. Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

ζ΄. Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.

8. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

ή. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ.

9. Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

θ΄. Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.

10. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.

ί. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.

Ταῦτα

Ταῦτα τὰ ῥήματα τῶν οὐρανίων δυνάμεων, περὶ τοῦ Χριστοῦ ἀνιόντος ἐρωτώντων. καλοῦσι δὲ αὐτὸν βασιλέα τῆς δόξης, ὡς τὴν παρὰ πάντων κομιζόμενον δόξαν, κραταιὸν δὲ καὶ δυνατὸν ἐν πολέμῳ, κατέλυσε γὰρ τὴν τοῦ διαβόλου τυραννίδα. Αἰωνίους δὲ πύλας ἀνοιγῆναι παρακελεύονται, ὡς μηδέποτε τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ὑπανοιγείσας. Καὶ αὖθις δὲ αἱ μὲν πυνθάνονται, αἱ δὲ ἀποκρίνονται, καὶ μανθάνουσιν, ὡς ὁ τῶν δυνάμεων κύριος αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. τουτέστιν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων, καὶ πάσης τῆς ἀοράτου καὶ γεννητῆς φύσεως, ποιητής ἐστι καὶ δημιουργός.

Hæc verba ſunt cæleſtium virtutum, de Chriſto aſcendente interrogantium. Vocant autem ipſum *Regem gloriæ*, vt qui ab omnibus gloriam referat: *fortem* verò ac *potentem in prælio*, quia diaboli tyrannidem euertit. Æternales porrò portas reſerari iubent, tamquam naturæ humanæ numquam antehac patefactas. Ceterùm rurſus hæ quidem interrogant, illæ verò reſpondent, & diſcunt virtutum Dominum eſſe Regem gloriæ: id eſt, qui Angelorum & Archangelorum, & totius naturæ inuiſibilis & genitæ, creator & conditor exiſtit.

COMMENTARIVS PATRVM. *Chriſtus Rex gloriæ.*

COMMENTARIVS.

ά. ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ Η ΓΗ.] Λέγουσί τινες παραμυθητικὸν τοῦτον γεγράφθαι τὸν ψαλμὸν, πρὸς ἐν Βαβυλῶνι λαόν. ὡς ἂν εἴποι, Μὴ δυσχεραίνετε τὴν Βαβυλῶνα. εἰ γὰρ φροντίσετε ἀρετῆς, κἀκεῖ Θεὸν εὑρήσετε, ἐπείπερ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς. Πῶς γὰρ δύναται μὴ εἶναι πανταχοῦ, ὁ οὕτως αὐτὴν ἐργασάμενος μεταξὺ ὑδάτων, καὶ φυλάξας αὐτῆς τὴν ὑπόστασιν; Οὐ γὰρ λέγει ὅτι ἐπίκειται ἡ γῆ τοῖς ὕδασιν, ἀλλ' ὅτι ἀναμεμιγμένη τοῖς ὕδασι πανταχοῦ, φυλάττει τὴν ἰδίαν οὐσίαν, τῇ τοῦ πεποιηκότος ἰσχύϊ. Ἢ οἰομένων Ἰουδαίων μόνης αὐτὸν δεσπόζειν τῆς Παλαιστίνης, καὶ μόνων αὐτῶν εἶναι Θεὸν, εἰκότως ὁ προφήτης διδάσκει, ὡς οὐ μέρους, ἀλλὰ πάσης δεσπόζει τῆς οἰκουμένης, ὡς δημιουργήσας, ἀλλ' οὐ παρ' ἑτέρου λαβών. Πῶς γὰρ ἂν τοσοῦτο βάρος ἔστη, μὴ θείου λόγου κρείττονι δυνάμει, μετὰ τῶν ἐν αὐτῇ, ταύτην ἀνέχοντος ἐπὶ τῆς ὑγρᾶς φύσεως; Οὐκ αὐτομάτως γὰρ οὔτε γέγονεν, οὔτε σχῆμα τοιοῦτο περίκειται. ὅθεν ἐπήγαγεν, αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν, τουτέστιν, ἡ αὐτοῦ χεὶρ ἐστὶν ἡ συνέχουσα, ἡ τεχνικῶς αὐτῇ τὸ τοιοῦτο σχῆμα περιβαλοῦσα, ὡς εἰς ὄρη καὶ νάπας, βουνούς τε καὶ φάραγγας, ἐσχηματίσθαι, ὡς καὶ ποταμοὺς τὰς διεξόδους ἀκωλύτους ποιεῖσθαι, ὄρη τε καὶ ἄλση ζώοις ἀπονέμεσθαι χώρας, καὶ πεδιάδας εἰς οἰκήσεις καὶ γεωργίας ἀνθρώποις ἀφωρίσθαι. Ἐπὶ ποταμῶν δὲ ἡτοίμασεν, ἤτοι, ὡς Ἀκύλας, ἥδρασε. Σημαίνει δὲ τὸ πάντοθεν περικεχύσθαι τῇ γῇ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν, καὶ τούτῳ δοκεῖν συνέχειν αὐτὴν, καὶ περι-

1. DOMINI EST TERRA.] Nonnulli tradunt Pſalmum hunc conſolatorium ſcriptum fuiſſe populo in Babylone detento. Ac ſi dicat: Nolite Babylonem ægrè ferre: nam ſi virtutis curam habueritis, etiam ibi Deum reperietis, quandoquidem in manu eius ſunt fines terræ. Quomodo enim poſſit non eſſe vbique, qui ipſam ſic inter aquas fabricauit, & ſtatum eius conſeruat? Non enim dicit terram aquis incumbere, ſed quòd, cùm vbiq; aquis permiſta ſit, propriam tamen ſubſtantiam potentiâ conditoris ſeruet. Vel, quoniam Iudæi ipſum ſoli Palæſtinæ imperare, & ipſorum tantùm Deum eſſe exiſtimabant, meritò Propheta docet, eum non parti, ſed toti terrarum orbi imperare, tamquam qui ipſum creauerit, & non ab altero acceperit. Quomodo enim tanta moles conſtitiſſet, niſi potenti virtute verbi Dei, quæ hanc vnà cum ijs quæ in ipſa ſunt, ſupra humidam naturam ſuſtinet? Non enim ſponte ſuâ, ſiue nata eſt, ſiue figuram talem obtinet. Vnde ſubiunxit, *Ipſe ſuper maria:* id eſt, manus eius ipſam continet, quæ artificioſè talem illi figuram circumdedit, vt in montes & ſaltus, colleſque ac valles formaretur, vt & fluuij ſine impedimento curſum ſuum teneant, monteſque ac ſaltus latibula animantibus præbeant, & planitiem hominibus ad habitationem & agriculturam ſuppeditent. *Super flumina* autem *præparauit*, ſiue, vt Aquila, *firmauit*, ſeu collocauit. Significat autem terræ vndique humidam materiam eſſe circumfuſam, & idcircò videri continere ipſam atque compre-

Deus eſt vbique.

Quàm aptè Deus terram aquis diſtinxerit.

COMMENTARIVS PATRVM.

Deus Eccleſiam fundauit, liberauit, orbisq́; præparauit.

prehendere. Myſticè autem Domini facta eſt terra, quando deſcendens, à tyrannis dæmonibus eam liberauit. Sed *& plenitudo eius*, id eſt, gentes quæ in ipſa ſunt, atque etiam *orbis terrarum*, qui eſt Eccleſia quæ eſt ſub ſole, vnà cum inhabitantibus eam, ſiue qui ſecundùm Eccleſiam ſapiunt ac viuunt. Quæ etiam *ſuper maria* fundata eſt, id eſt illos, qui ob ingruentes tentationes frequentem tempeſtatem ac procellam ſuſtinent: tunc enim Eccleſia firmum ſtatum accipit, cùm procellis ingruentibus, in fide immota permanet. Hanc etiam *ſuper flumina præparauit*, cùm fecit eam ſuſcipere Spiritum ſanctum, à quo tamquam è fonte fluuij, diuerſa chariſmata promanant.

Qui aſcendat in montem Domini.

3. QVIS ASCENDET IN MONTEM.] Cùm in præcedentibus Dei potentiam oſtendiſſet, etiam adiungendo conſolationem, præparat ipſos per ea quæ ſequuntur, vt curam habeant virtutis. & quaſi interrogans, *Quis aſcendet?* ſubiungit Deum reſpondentem ac dicentem,
Verſ. 4. quòd *innocens*. Sit autem is, qui ſeipſum ab impietate ac peccato cuſtodiuit, qui neque rebus inanibus vacauit, neque ad alteri nocendum properauit. Is qui talis eſt, inquit, *acci-*
Verſ. 5. *piet benedictionem*, id eſt, ab ipſo bonitatem ac
Verſ. 6. benignitatem conſequetur. Illud autem: *Hæc eſt generatio*, id eſt, tales, qui à malitia remoti ſunt, & virtuti incumbunt; hi ſunt qui quærunt Dominum. Deinde deſcribit lætitiam redeuntium, & quibus ſermonibus vſuri ſint, per
Verſ. 7. iſta verba, *Attollite portas*. Alius ad interrogationem reſpondet, dicens, hunc eſſe virum actiuum & contemplatiuum. *Mons* autem, non eſt terreſtris Sion, ſed cæleſtis. Eum qui in montem iſtum aſcenſurus eſt, conuenit à paſſionibus mundum eſſe, & ab abſurdis cogitationibus ac nefarijs actionibus manus puras habere. *Manus* enim pro actionibus poſuit; per *cor* autem cogitationes inſinuauit. Porrò iſtiuſmodi hominem decet nullam rem fluxam & caducam concupiſcere, quæ vana nuncupauit. Et quoniam dolus & iuramenti violatio auaritiæ coniuncta ſunt, meritò hæc vnà cum illa reijcit. Vel mons Domini eſt bonum finale, Deus Verbum, ad cuius verticem rarus eſt qui aſcendere proficiendo valeat. Perfectus autem, non iam ampliùs vltrà progrediens, immobilis conſiſtit; vt cui finis ſit, eſſe cum Deo in loco

Montem Dei aſcenſurus, à paſſionibus primùm expiandus.

Vir perfectus, in monte Dei immotus conſiſtit.

κρατεῖν. Μυστικῶς περ δὲ, τοῦ κυρίου γέγονεν ἡ γῆ, ὅτε κατελθὼν, ἠλευθέρωσεν αὐτὴν τῶν τυραννούντων δαιμόνων. Ἀλλὰ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἤτοι τὰ ἐπ' αὐτῆς ἔθνη, ἀλλὰ καὶ ἡ οἰκουμένη, ἥτις ἐστὶν ἡ ὑφ' ἡλίῳ ἐκκλησία, μετὰ τῶν κατοικούντων αὐτὴν, ἤτοι ἐκκλησιαστικῶς φρονούντων καὶ βιούντων. Ἣ καὶ ἐπὶ θαλασσῶν τεθεμελίωται, τῶν κατὰ τοὺς πειρασμοὺς περιστάσεων, πολλὴν τὴν ἄλμην καὶ τρικυμίαν ἐχόντων· τότε γὰρ ἕδραν ἡ ἐκκλησία λαμβάνει, ὅταν τρικυμιῶν περιβαλουσῶν, ἄσειστος διαμένει κατὰ τὴν πίστιν. Ἣν καὶ ἡτοίμασεν ἐπὶ ποταμῶν, ποιήσας δέξασθαι τὸ πνεῦμα ἅγιον, ἀφ' οὗ, ὡς ἐκ πηγῆς ποταμοί, τὰ ποικίλα χαρίσματα.

γʹ. ΤΙΣ ΑΝΑΒΗΣΕΤΑΙ ΕΙΣ ΤΟ ΟΡΟΣ] Δείξας ἐν τοῖς προλαβοῦσι τὸ τοῦ Θεοῦ δυνατὸν, καὶ παραμυθησάμενος, παρασκευάζει αὐτοὺς διὰ τῶν ἑξῆς φροντίζειν ἀρετῆς, καὶ ὥσπερ ἐρωτῶν, τίς ἀναβήσεται; ἐπάγει τὸν Θεὸν ἀποκρινόμενον καὶ λέγοντα, ὡς ὁ ἀθῷος. εἴη δὲ ὁ φυλάξας ἑαυτὸν ἐξ ἀσεβείας καὶ ἁμαρτίας, ὃς οὐδὲ ἐπὶ ματαίοις ἠσχόληται, οὐδὲ πρὸς βλάβην ἑτέρου κατέσπευσεν. Ὁ τοιοῦτος λήψεται, φησὶν, εὐλογίαν, ἀντὶ τοῦ, τῆς παρ' ἐκείνου χρηστότητος καὶ φιλανθρωπίας ἀξιωθήσεται. Τὸ δὲ, Αὕτη ἡ γενεὰ, ἀντὶ τοῦ, οἱ τοιοῦτοι, οἱ πονηρίας ἀπηλλαγμένοι, καὶ ἀρετῆς ἐπιμελούμενοι, οὗτοί εἰσιν οἱ ζητοῦντες τὸν κύριον. Εἶτα διαγράφει τὴν ἐπανερχομένων τὴν εὐφροσύνην, καὶ οἷς ἂν χρήσαιντο λόγοις, διὰ τοῦ, Ἄρατε πύλας. Ἄλλος πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀποκρίνεται, τὸν πρακτικὸν εἶναι τοῦτον λέγων, καὶ θεωρητικόν. Ὄρος δὲ οὐ τὸ ἐπίγειον τὸ τῆς Σιὼν, ἀλλὰ τὸ ἐπουράνιον. Τὸν εἰς ἐκεῖνο τὸ ὄρος ἀναβαίνειν μέλλοντα, προσήκει παθῶν καθαρεύειν, καὶ λογισμῶν ἀτόπων, καὶ πράξεων ἐναγῶν τὰς χεῖρας ἔχειν καθαράς. Τὰς γὰρ χεῖρας ἀντὶ τῶν πράξεων τέθεικε, διὰ δὲ τῆς καρδίας, τὰς ἐνθυμήσεις ᾐνίξατο. τῷ τοιούτῳ προσήκει μηδενὸς τῶν ῥεόντων καὶ φθειρομένων ἐφίεσθαι, ἃ ἐκάλεσε μάταια. Ἐπεὶ δὲ καὶ δόλος, καὶ παράβασις ὅρκων τῇ φιλοχρηματίᾳ συνέζευκται, εἰκότως καὶ ταῦτα μετ' ἐκείνης ἀπαγορεύει. Ἢ ὄρος κυρίου τὸ τελειωτικὸν ἀγαθὸν, ὁ Θεὸς λόγος, οὗ πρὸς τὴν ἀκρώρειαν, σπάνιος ὁ διὰ προκοπῆς ἀναβῆναι δυνάμενος. Ὁ δὲ τελειωθεὶς, οὐκέτι περαιτέρω χωρῶν, ἵσταται ἀμετακίνητος, ὡς τέλος ἔχων τὸ εἶναι μετὰ Θεοῦ ἐν τόπῳ

ἁγίῳ

ἁγίῳ αὐτοῦ. Καὶ ἀθῷος μὲν χερσὶν, ὁ ἀθῴους πράξεις ἔχων. καθαρὸς δὲ καρδίᾳ, ὁ βελτίστην ἕξιν ἔχων. Οὐκ ἔλαβε δὲ ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ὁ τῶν φαύλων ἀναχωρῶν, μεταποιούμενος δὲ τῶν ἀγαθῶν. Ὀμνὺς δὲ οὐκ ἐπὶ δόλῳ, ὁ φυλάττων τὸ ναὶ, καὶ τὸ οὔ. Ὃς ἆθλον ἕξει εὐλογίας παρὰ θεοῦ σωτῆρος, ἥτις φθάνει ἐπὶ κεφαλὴν δικαίου. πρὸς δὲ τῇ εὐλογίᾳ καὶ ἐλεημοσύνην λήψεται παρὰ τοῦ θεοῦ, τοῦ σώζοντος αὐτὸν ἐλέῳ καὶ χάριτι. ὁποῖος γὰρ ἂν ᾖ ἄνθρωπος, ἐλέους χρῄζει τοῦ ἀπὸ τοῦ θεοῦ. Καὶ ἀντιδιδοὺς γὰρ ὁ θεὸς ἐλεεῖ, ὡς τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν μὴ ἀποχρώσης πρὸς τὰ λογισμὸν ὑπερβαίνοντα. Ἐπεὶ δὲ οὐ περὶ ἑνὸς τό· Τίς ἀναβήσεται; οὐδὲ ἡ ἀπόκρισις περὶ ἑνὸς, ἀλλὰ περὶ παντὸς ἀθῴου χερσί. Διὸ ἐπήγαγεν, Αὕτη ἡ γενεά, ἡ τὰ προειρημένα φυλάξασα, ὡς πολλῶν ὄντων τῶν ζητούντων τὸν κύριον. Θεὸν δὲ ἡμῶν τὸν σωτῆρα ἀπέδειξε διὰ τούτων ὁ Δαβίδ.

ζ΄. ΑΡΑΤΕ ΠΥΛΑΣ ΟΙ ΑΡΧΟΝΤΕΣ.] Δοκεῖ ἀνόητον τὸ εἰρημένον οὕτως, Ἄρατε τὰς πύλας ὑμῶν οἱ ἄρχοντες, ὡσανεὶ τοῦ θεοῦ προηγουμένου τῶν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ εἰσιόντος εἰς πόλιν λαμπρὰν, ἐπὶ τῇ τῶν τροπαίων ἀποδείξει ἐγκελευόντες οἱ δῆμοι τό· Ἄρατε πύλας. αἰωνίους δὲ πύλας καλεῖ, τὰς ἐκ πολλοῦ κεκλεισμένας. εἶτα κατ' ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν προάγεται ὁ λόγος, ἐπ' εὐφραινομένων τῇ τοῦ θεοῦ μεγαλειότητι. Λαμβάνονται δὲ μᾶλλον αἱ φωναὶ ἐπιτηδειότερον, εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνάληψιν. αἱ γὰρ διακονησάμεναι τῷ σωτῆρι ἐπὶ γῆς δυνάμεις ἀγγελικαὶ, ἀναλαμβανομένου αὐτοῦ, τὰς οὐρανίους προτρέπονται τὰς πύλας ἀνοίγειν. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἀνοίξατε τὰς πύλας, ὧν ἡγεῖσθε. κατιὼν, ἔκλινεν οὐρανοὺς, καὶ κατέβη, ἀλλ' οὐκ ἤνοιξεν. οὕτω καὶ ἀνερχόμενος, οὐκ ἀνοιχθεισῶν, ἀλλ' ἐπαρθεισῶν εἰσῆλθεν. Εἶτα ἐπεὶ καὶ αἱ πύλαι λογικαί εἰσιν, ὡς πρὸς λογικὰς λέγουσιν· Ἐπάρθητε. αἳ καὶ πνευματικαὶ οὖσαι, οὐ πρόσκαιροί εἰσιν, ἀλλ' αἰώνιοι. Βασιλεὺς δὲ δόξης ὁ σωτὴρ εἴρηται, ὡς ἄρχων πάντων τῶν ἐνδόξων, καὶ ὡς τὴν παρὰ πάντων κομιζόμενος δόξαν, καὶ μόνιμον ἔχων βασιλείαν. Ἐν τῷ λέγειν δὲ εἰσελεύσεται, λεληθότως καὶ ἔξοδον ἐσήμανεν· ὡς καὶ ὁ κύριος τῶν ἀναβαινόντων καὶ καταβαινόντων.

COMMENTARIVS PATRVM.

ſancto eius. Ac *innocens* quidem *manibus*, eſt is qui puras habet actiones: *mundus* verò *corde*, qui optimo affectu præditus eſt. *Non accepit* autem *in vano animam ſuam*, qui à prauis recedens, rebus probis addictus eſt. *Iurat* autem *non in dolo*, qui obſeruat illud, * *ita* & *non*. Hic pro præmio habebit *benedictionem* à Deo Saluatore ſuo, quæ imminet ſuper caput iuſti. Præter benedictionem verò etiam *miſericordiam* accipiet à Deo qui miſericordiâ & gratiâ ipſum ſaluum fa[illegible]. Qualiſcumque enim homo fuerit, miſericordia Dei opus habet. Etenim cùm retribuit Deus, etiam miſeretur, cùm iuſtitia noſtra non ſufficiat ad bona iſta quæ omnem ſuperant cogitationem. Quoniam autem non de vno interrogatur illud: *Quis aſcendet?* reſponſio etiam non eſt de vnico, ſed de omni qui innocens eſt manibus. Quare ſubiunxit: *Hæc eſt generatio*, quæ prædicta ſeruauit; cùm multi ſint qui Dominum quærant. Per hæc autem Dauid oſtendit, Deum eſſe noſtrum Saluatorem.

Matth. 5, 37. * Vulg. eſt Prou. 10, 6. *Benedictio iuſti in miſericordia Dei.*

7. ATTOLLITE PORTAS PRINCIPES.] Videtur inſipidum, quòd tam expreſſè dicatur, *Attollite portas principes veſtras:* ac ſi Deo captiuos præcedente, & in ciuitatem ſplendidam ingrediente, ad tropæorum oſtentationem, populi præcipiant illud: *Aperite portas.* Æternales autem portas vocat, quæ longo tempore clauſę fuerant. Deinceps per modum dialogi ſermo producitur, inter eos qui de Dei magnificentia collętantur. Quin potiùs voces iſtæ de Chriſto eiuſque aſcenſione conuenientiùs accipiuntur. Siquidem angelicæ virtutes, quæ Saluatori in terra miniſtrauerant, cæleſtes admonent, vt ipſi iam aſſumpto portas aperiant. Et non dixit: Aperite portas quibus præſidetis. Quemadmodum enim deſcendens, *inclinauit cælos, & deſcendit*, ſed non aperuit: ſic etiam eò reuertens, non apertis, ſed eleuatis ipſis, ingreſſus eſt. Deinde, quoniam portæ quoque rationales ſunt, tamquam ad ratione præditas aiunt, *Eleuamini*; quæ cùm etiam ſpiritales ſint, haud temporaneæ, ſed æternæ exiſtunt. *Rex* autem *gloriæ* Saluator dictus eſt, tamquam qui princeps ſit omnium gloriâ illuſtrium, & qui ab omnibus gloriam recipiat, ſtabileque regnum obtineat, Dicendo autem *Introibit*, tacitè etiam egreſſum innuit, vt qui quoque Dominus ſit tam aſcendentium quàm deſcendentium.

Porta æternales Chriſto apertæ ſunt. Pſal. 17, 10 *Rationales portæ, Deo attollendæ.*

COMMENTARIVS PATRVM.

Angelorũ de Chriſti deſcenſu & aſcenſu quanta fuerit admiratio.

(creditur enim cælum eſſe Angelorum commoratio.) Niſi igitur cum Domino ſuo deſcendiſſent, non dicerentur etiam aſcendere. Obſtupeſcunt autem virtutes illæ, cernentes ipſum cum carne animata animâ intelligibili, quare etiam ſciſcitantur. Haud mirum autem quòd ipſum ignorauerint, cùm & clanculum deſcenderit, & ipſe ſolus rerum omnium habeat cognitionem. Quin & Paulus

Epheſ. 3, 10. ait: *Vt innoteſcat Principatibus & Poteſtatibus*, tamquam omnino ignotus. Et rurſus præcurrentes dicebant, *Dominus fortis*: palàm dicentes, Quem noſtis Dominum fortem, hic eſt corpore indutus, & fortiſſimè pugnauit aduerſus diſſidentes, & omnes proſtrauit. *Et potens*, eò quòd omnes reſiſtere volentes diſſipauerit. Ceterùm cùm portæ vnà cum principibus, id quod præceptum erat, effeciſſent; haud ſatis ipſis erat, niſi etiam præ lætitia, ſuperioribus ſuis id quod audiuerant nunciarent, & ſciſcitantibus etiam

Chriſtus eſt Dominus virtutum. ipſis reſponderent, *Dominus virtutum*; quod in Hebraico eſt, *Chriſtus ſabaoth.* hoc autem, & Dominum exercituum, & omnipotentem ſignificat. atque ita, quod iam dictum eſt, omnipotentem Saluatorem declarat; ſi-

Ioan. 1, 3. quidem *omnia per ipſum facta ſunt.* cùm enim omnipotens eſſet Pater, Filium miſit omnipotentem. Vel omnes portę reſeratæ ſunt propter eos qui aſcenſuri erant, & hereditate accepturi regnum cælorum. Multas autem variaſque aperuit, quandoquidem multæ quoque manſiones ſunt. Hinc verò

Pſal. 46, 6. etiam ſolui poſſit & hoc, *Aſcendit Deus in iubilatione*, eò quòd Angeli præ ſummo gaudio accurrerent, ſibique mutuo iniungerent portarum eleuationem, ac voces emitterent, quas ibi vocauit *iubilationem.*

(Ἀγγέλων γὰρ οὐρανὸς πιστεύεται ἐνδιαίτημα.) Εἰ οὖν μὴ σὺν τῷ οἰκείῳ κατέβησαν δεσπότῃ, οὐκ ἂν ἐλέγοιτο ἀναβαίνειν. Ξενίζονται δὲ αἱ δυνάμεις, ὁρῶσαι μετὰ σαρκὸς αὐτὸν ἐμψυχωμένης ψυχῇ νοερᾷ, διὸ καὶ πυνθάνονται. Οὐ θαυμαστὸν δὲ εἰ ἠγνόουν, ἐπεὶ καὶ λαθὼν κατῆλθε, καὶ αὐτὸς μόνος ἔχει πάντων τὴν γνῶσιν. Λέγει δὲ καὶ Παῦλος, Ἵνα γνωρισθῇ ταῖς ἀρχαῖς, καὶ ταῖς ἐξουσίαις, ὡς πάντως ἀγνοούμενος. καὶ αὖθις αἱ προτρέχουσαι· Κύριος, ἔλεγον, κραταιός. ἄντικρυς λέγουσαι· ὃν ἴστε κύριον κραταιὸν, οὗτός ἐστι σῶμα περικείμενος, ἀριστεύσας κατὰ τῶν ἀφηνιασάντων, καὶ πάντας καταβαλών· καὶ δυνατὸς, τῷ καταλελυκέναι τοὺς ἀντιστῆναι θελήσαντας. Τὸ δὲ προστάχθὲν αἱ πύλαι μετὰ τῶν ἀρχόντων ποιήσασαι, οὐκ ἠρκέσθησαν, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ εὐφροσύνης, καὶ ταῖς ἀνωτέραις αὐτῶν τὸ ἀκουσθὲν διεπόρθμευον, καὶ πυθομέναις καὶ αὐταῖς ἀπεκρίναντο· Κύριος τῶν δυνάμεων. ὅπερ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, Χριστὸς σαββαὼθ, κεῖται. τοῦτο δὲ καὶ κύριον στρατῶν, καὶ παντοκράτορα δηλοῖ. Καὶ τὸ νῦν ἄρα λεχθὲν, τὸν παντοκράτορα τὸν σωτῆρα δηλοῖ, εἴπερ πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο. παντοκράτωρ γὰρ ὢν ὁ πατὴρ, τὸν υἱὸν ἀπέστειλε παντοκράτορα. Ἢ πᾶσαι αἱ πύλαι διαπεπέτανται, διὰ τοὺς μέλλοντας ἀνιέναι, καὶ κληρονομεῖν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Πολλὰς δὲ ἀνοίξει καὶ διαφόρους, ἐπεὶ καὶ πολλαὶ μοναί. Ἐντεῦθεν δ᾽ ἂν λυθείη καὶ τὸ, Ἀνέβη ὁ θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ· διὰ τὸ τοὺς ἀγγέλους τρέχειν ὑπὸ περιχαρείας, καὶ ἀλλήλοις ἐγκελεύεσθαι τὴν τῶν πυλῶν ἔπαρσιν, καὶ φωνὰς προΐεσθαι, ἃς ἀλαλαγμὸν εἶπεν ἐκεῖ.

CATENA PATRVM.

ATHANASII. Aſſumptionem Domini præſens Pſalmus nobis prænuntiat, nec non Gentium doctrinam, & quomodo ipſæ etiam dignæ habitæ fuerint cæleſtibus tabernaculis.

1. DOMINI EST TERRA.] ORIGENIS. Ante

Pſal. 75, 2.

Poſt Chriſti aduentum, non ſola Iudæa, ſed totus orbis factus eſt Dei habitatio.

Chriſti aduentum tantùm notus erat in Iudæa Deus: ex quo autem Chriſtus aduenit, Dñi eſt vniuerſa terra. Et priuſquã quidem Chriſtus aduenerat, non erat reperire in vniuerſa terra plenitudinem, ſed erat maxima pars terræ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου ὁ παρὼν ἡμῖν κηρύττει ψαλμὸς, καὶ τὴν ἐθνῶν διδασκαλίαν, πῶς ἂν καὶ αὐτοὶ ἄξιοι γένοιντο τῶν ἐπουρανίων σκηνῶν.

α. ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ Η ΓΗ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πρὸ τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ μόνον ἦν ὁ θεός· ἐξ οὗ δὲ Χριστὸς ἐπεδήμησε, τοῦ κυρίου πᾶσα ἡ γῆ. καὶ πρὶν μὲν τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας, οὐκ ἦν εὑρεῖν ἐν πάσῃ τῇ γῇ πλήρωμα, ἀλλ᾽ ἦν τὰ πλεῖστα τῆς γῆς

(εἰ

(εἰ δεῖ οὕτως εἰπεῖν) κενότης. Ὅτι δὲ Χριστὸς ἐπεδήμησε, πολλοὶ εἴποιεν ἂν τῶν πεπιστευκότων ἐκ τῶν ἐθνῶν, Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοῦ εἶναι πλήρωμα. Οὐ γὰρ οἱ κενοὶ τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείας, πλήρωμα εἶεν Χριστοῦ. Οὐ μόνον δὲ ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ ἡ οἰκουμένη. Ἐν ἐρήμῳ κατοικεῖ ὁ ἁμαρτωλὸς, ὁ δὲ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τυγχάνων τῇ πεπληρωμένῃ τῆς ἁγίας τριάδος, οὗτος κατοικεῖ τὴν οἰκουμένην, ἥτις ἐστὶν ἡ ἐκκλησία, ἐπὶ θαλασσῶν τῶν πειρασμῶν ὑπὸ κυρίου τεθεμελιωμένη, καὶ ἐν αὐτοῖς νικῶσα, ἵνα μετὰ ταῦτα ποτιζομένη ἐπὶ ποταμοῦ ἑτοιμασθῇ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Μυστικώτερον δὲ τοῦ κυρίου γέγονεν ἡ γῆ, ὁπηνίκα κατελθὼν τῆς τῶν δαιμόνων αὐτὴν ἠλευθέρωσε τυραννίδος, πᾶσαν παύσας μαντείαν, καὶ φαρμακείαν, καὶ τὰ χρηστήρια, θυσίας τε καὶ ἀγάλματα. Καὶ πάντα δὲ τὰ πληροῦντα ταύτην ἔθνη, τοῦ κυρίου ἐστίν. ἢ καὶ τὸ πλήρωμα τῶν ἀγαθῶν, ὃ ἐπέβαλεν αὐτῇ, κατὰ τὸ, Ἐλέους κυρίου πλήρης ἡ γῆ.

γ'. ΤΙΣ ΑΝΑΒΗΣΕΤΑΙ ΕΙΣ ΤΟ ΟΡΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Σύγκρινον δὲ ταῦτα τῷ, Κύριε τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; καὶ τοῖς ἑξῆς· καὶ ὅρα, ὅτι ἐκεῖ μὲν πρότερον παροικήσει ἐν σκηνώματι κυρίου ὁ τοιόσδε, ἔπειτα κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ αὐτοῦ. ἐνθάδε δὲ πρότερον ἀναβήσεται εἰς ὄρος κυρίου ὁ τοιόσδε, δεύτερον δὲ στήσεται ἐν τῷ τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ. Καὶ ὄρος μὲν φησι κυρίου τὸ τελικὸν ἀγαθὸν, καὶ τὸν θεὸν λόγον. σπάνιος γὰρ ὁ πρὸς τὴν ἀκρώρειαν αὐτοῦ διὰ προκοπῆς ἀναβῆναι δυνάμενος. Ὁ δὲ τελειωθεὶς, μηκέτι περαιτέρω χωρεῖν οἷός τε ὢν, ἵσταται βέβαιος, καὶ χρηματίζων ἅγιος τόπος θεοῦ. Ὀπίσω γὰρ κυρίου πορευόμενος ἀναβαίνει, τῶν ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, τέλος ἔχων ἀγαθὸν, τῷ στῆναι μετὰ θεὸν ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ. Ἀλλὰ τίς ὁ τῆς ἐπαγγελίας τούτων τευξόμενος;

δ'. ΑΘΩΟΣ ΧΕΡΣΙ, ΚΑΙ ΚΑΘΑΡΟΣ ΤΗ ΚΑΡΔΙΑ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀποκρίνεται, πρακτικὸν τοῦτον εἶναι καὶ θεωρητικόν. Ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τὰς μὲν πράξεις ἔχουσι καθαρὰς, δι' ἔπαινον δὲ ἀνθρώπων τοῦτο ποιοῦντες, οὐκ εἰσὶ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ. ματαία δὲ ψυχὴ, ἡ λογικὴ μὲν οὖσα, τὸ δὲ βλαβερὸν οὐ φεύγουσα, καὶ τὸ ἀγαθὸν αἱρουμένη. Ὁ δὲ τὸ ναὶ, καὶ τὸ οὐ φυλάττων, ἄνευ

CATENA PATRVM.

(ſi ita dicendum ſit) vacuitas. Quando autem Chriſtus aduenit, plurimi fideles ex Gentibus dicere poſſint: *De plenitudine eius nos omnes accepimus;* atque ideò eius eſſe plenitudinem. Neque enim hi qui ſecundùm Euangelium vacui ſunt, Chriſti plenitudo eſſe poſſint. Non ſolùm autem terra, & plenitudo eius; ſed & orbis terrarum ipſius eſt. Peccator habitat in deſerto; qui verò in Eccleſia, quæ Sanctiſſimæ Trinitatis plena eſt, commoratur, hic vniuerſum orbem terrarum inhabitat, quæ eſt Eccleſia, ſupra maria tentationum à Domino fundata, & in ipſis ſuperans, vt poſtmodum potata, ſuper flumen præparata ſit.

Ioan. 1, 16.

Didymi. Myſticè autem terra Domini facta eſt, quando deſcendens eam à dæmonum tyrannide liberauit, abolens omnem inſaniam & incantationem, & reſponſa, ſacrificiaque dæmonum, & ſimulacra. Quin & omnes gentes quæ terrã implent, Dei ſunt. Vel etiam plenitudo bonorum; quam illi indidit, iuxta illud: *Miſericordiâ Domini plena eſt terra.*

Terra per idololatriæ liberationẽ & verum cultum, Dei facta eſt.

Pſal. 32, 5.

3. Qvis ascendet in montem.] Origenis. Confer hæc cum illo, *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* & ijs quæ ſequuntur: & obſerua, quòd talis ibi quidem priùs habitet in tabernaculo Domini, ac deinde requieſcat in monte ſancto eius: hîc autem priùs aſcendat in montem Domini, deinde verò ſtet in loco ſancto eius. Et montem quidem Domini vocat finale bonum, & Deum Verbum: rarus enim exiſtit, qui iugiter proficiendo, ad eius verticem pertingere valeat. Qui verò perfectus eſt, cùm non poſſit tendere vlteriùs, ſtabilis conſiſtit, & vocatur locus ſanctus Dei. Nam poſt Dominum vadens aſcendit, *quæ retrò ſunt obliuiſcens, ad eà verò quæ ſunt priora extendens:* quippe qui finem bonum habeat; vt ſtet poſt Deum in loco ſancto eius. Verùm quis eſt, qui promiſſiones has aſſequetur?

Pſal. 14, 1.

Viri perfecti eſt ſtare in monte Domini.

Phil. 3, 13.

4. Innocens manibvs, et mvndo corde.] Anonymi. Ad interrogationem reſpondet, hunc eſſe actiuum & contemplatiuum. Ceterùm multi quidem puras habent actiones, ſed cùm ob laudem hominum agant, non ſunt mundo corde. Porrò anima illa vana eſt, quæ cùm rationis quidem ſit particeps, noxam tamen non fugit, neque bonum eligit. Qui autem ſeruat illud *ita* & *non*, is ſine

Puræ manus & mundum cor, quid.

Matth. 5, 37.

dolo facit iuſiurandum, pro præmio habens benedictionem, & ſaluabit hunc Deus, miſericordiâ & gratiâ. Qualiſcumque enim homo ſit, eget miſericordiâ Dei.

Vanam quis animam habeat. DIDYMI. Vana enim eſt anima rationalis, quæ cùm diſcernendi vim habeat, noxam tamen non fugit, nec bonum amplectitur. Sicut qui cognitæ legi contraria facit, in vano hanc accipit. Talis etiam eſt is, qui, cùm ſcientias acceperit, quarum capax eſt anima, vitam tamen in voluptates & paſſiones, ac curas ſæculares inſumit. Planè enim vanitas vanitatum eſt vita plurimorum

6. HÆC EST GENERATIO QVÆRENTIVM DOMINVM.] THEODORETI. Alibi dicit,
Pſal. 11,8. *Tu Domine ſeruabis nos, & cuſtodies à generatione hac.* Hîc autem ait, *Hæc eſt generatio quærentium Dominum.* Nam poſt incarnationem Saluatoris noſtri, omnis terra & mare diuino mandato obtemperans, dereliquit deos patrios, Deum autem Iacob inquirit.

Poſt incarnationem Chriſti Deus verus quæri cœpit.

ORIGENIS. Qui quærunt faciem Dei,
Exodi 33, 13. dicent ſicut Moyſes, *Oſtende mihi teipſum manifeſtè, vt videam te.* Et in tempore vi-
Ibid. v. 21. debunt eum. Attamen dixit: *Nemo videbit faciem meam, & viuet.* Nam verè nemo adhuc homo exiſtens, eum videbit, & qui omne quod humanum eſt, non depoſuerit, nec tranſmutatus ſit in angelum & Deum: quod non fit hîc.

7. ATTOLLITE PORTAS.] THEODORETI. Domini aſcenſionem deſcribit, nobiſque Angelorum choros oſtendit: hos quidem Chriſtum Dominum præeuntes, illos verò ſuperiùs interrogantes, ac diſcere cupientes, quodnam hoc nouum ſit ſpectaculum. At nemo in-
Angeli non omnia ſciunt. uiſibilium iſtorũ ſpirituum inſcitiam audiens, admiretur. Non enim prænoſcunt, nec ſciunt omnia: nam ſola natura diuina habet hanc ſcientiam; Angeli verò & Archangeli, alijque inuiſibilium virtutum ſocij, tantum ſciunt, quantum diſcunt. Propter quod etiam
Epheſ. 3, 10. diuinus Apoſtolus de ipſis loquens, ait: *Vt innoteſcat nunc Principatibus & Poteſtatibus, in cæleſtibus, per Eccleſiam, multiformis ſapientia Dei.* Si autem per ea quæ in Eccleſia geſta ſunt, diuinam ſapientiam accuratiùs didicerunt; abſurdi nihil eſt, cæleſtes virtutes ignorare humanam naturam videntes, &

δόλου ποιεῖται τὸν ὅρκον, ἆθλον ἔχων εὐλογίαν, καὶ σώσει τοῦτον ὁ θεὸς ἐλέῳ καὶ χάριτι. ὁποῖος γάρ ποτε ἂν ᾖ ἄνθρωπος, ἐλέους χρήζει τοῦ ἀπὸ θεοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ματαία γὰρ ψυχὴ λογικὴ, διάκρισιν ἔχουσα, καὶ μὴ τὸ βλαβερὸν ἀποφεύγουσα, τὸ δὲ ἀγαθὸν αἱρουμένη. ὥσπερ ὁ τἀναντία τῷ γνωσθέντι νόμῳ ποιῶν, ἐπὶ ματαίῳ τοῦτον λαμβάνει. Καὶ τοιοῦτος ὁ μὲν τὰς ἐπιστήμας ἀναλαβὼν, ὧν ἡ ψυχὴ δεκτικὴ, τὸν δὲ βίον ἐν ἡδοναῖς καταξίψας, καὶ πάθεσι, καὶ μερίμναις βιωτικαῖς. ὅλως γὰρ ματαιότης ματαιοτήτων ὁ τῶν πολλῶν ἐστι βίος.

ϛʹ. ΑΥΤΗ Η ΓΕΝΕΑ ΖΗΤΟΥΝΤΩΝ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀλλαχοῦ λέγει, Σὺ κύριε φυλάξεις ἡμᾶς, καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης· ἐνταῦθα δέ φησιν, Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν κύριον. μετὰ γὰρ τὴν τοῦ σωτῆρος ἐνανθρώπησιν, πᾶσα ἡ γῆ καὶ θάλασσα, τῷ θείῳ πεισθεῖσα κηρύγματι, κατέλιπε τοὺς πατρῴους θεοὺς, τοῦ δὲ Ἰακὼβ ἐπιζητεῖ τὸν θεόν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ ζητοῦντες τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ, ὡς Μωσῆς ἐροῦσιν, Ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν γνωστῶς, ἵνα ἴδω σε. καὶ ἐν καιρῷ ὄψονται αὐτόν. καὶ μὴν εἶπεν, Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται. ὡς ἀληθῶς γὰρ οὐκ ὄψεταί τις ἔτι ἄνθρωπος ὢν, καὶ μὴ πᾶν ἀνθρώπινον ἀποθέμενος, καὶ μεταβαλὼν εἰς ἄγγελον καὶ θεόν· ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐνθάδε.

ζʹ. ΑΡΑΤΕ ΠΥΛΑΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὴν δεσποτικὴν ἀνάληψιν προδιηγεῖται, καὶ δείκνυσιν ἡμῖν ἀγγέλων χορούς, τοὺς μὲν ἡγουμένους τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, τοὺς δὲ ἄνωθεν πυνθανομένους, καὶ μαθεῖν ἐφιεμένους τί τὸ παράδοξον θέαμα. Καὶ μὴ θαυμαζέτω μηδεὶς, ἄγνοιαν ἀκούων τῶν ἀοράτων δυνάμεων. Οὔτε γὰρ προΐσασιν, οὔτε ἴσασιν ἅπαντα· μόνη γὰρ ἡ θεία φύσις ταύτην ἔχει τὴν γνῶσιν. ἄγγελοι δὲ, καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ ἄλλαι τῶν ἀοράτων δυνάμεων συμμορίαι, τοσαῦτα ἴσασιν, ὅσα διδάσκονται. οὗ δὴ χάριν καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος, περὶ αὐτῶν διαλεγόμενος, ἔφη· Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς, καὶ ταῖς ἐξουσίαις, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, διὰ τῆς ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ θεοῦ. Εἰ δὲ διὰ τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, τὴν θείαν σοφίαν κατέμαθον ἀκριβέστερον, οὐδὲν ἀπεικὸς, ἀγνοεῖν τὰς ἄνω δυνάμεις, φύσιν ἀνθρωπίνην ὁρώσας, καὶ

τὴν ἐν αὐτῇ κεκρυμμένην οὐ θεωμένας θεότητα.

Διονυσιου. Τοῦτο γὰρ οἱ θεολόγοι σαφῶς δηλοῦσι, τὸ, τὰς μὲν ὑφειμένας τῶν οὐρανίων οὐσιῶν διακοσμήσεις, πρὸς τῶν ὑπερβεβηκυιῶν εὐκόσμως ἐκδιδάσκεσθαι τὰς θεουργικὰς ἐπιστήμας· τὰς δὲ πασῶν ὑψηλοτέρας ὑπ᾽ αὐτῆς τῆς θεαρχίας, ὡς θεμιτὸν, τὰς μυήσεις ἐλλάμπεσθαι. Τινὰς μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσάγουσι πρὸς τῶν προτέρων ἱερῶς μυουμένας, τὸν κύριον εἶναι τῶν οὐρανίων δυνάμεων, καὶ βασιλέα τῆς δόξης, τὸν εἰς οὐρανοὺς ἀνθρωποπρεπῶς ἀναληφθέντα· τινὰς δὲ πρὸς αὐτὸν Ἰησοῦν διαπορούσας, καὶ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοῦ θεουργίας τὴν ἐπιστήμην μαθητευούσας, καὶ ταύτας αὐτὸν Ἰησοῦν ἀμέσως μυοῦντα, καὶ προφαίνοντα αὐτοῖς ἐκφαίνοντα τὴν αὐτοῦ φιλάνθρωπον ἀγαθουργίαν. Ἐγὼ γάρ, φησι, διαλέγομαι δικαιοσύνην, καὶ κρίσιν σωτηρίου.

Μαξιμου. Σημείωσαι ταῦτα κατὰ Νεστοριανῶν. Οὐ πάντες δὲ ἄγγελοι ἐθαῤῥήθησαν τὸ μυστήριον τῆς οἰκονομίας· ἐπεὶ, ὅτε ἀνελαμβάνετο ὁ κύριος μετὰ τὸ πάθος, τινὲς ἦσαν οἱ λέγοντες· Ὅτι τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; ἡ γὰρ ἐρώτησις ἄγνοιαν ἐμφαίνει.

Παχυμερου. Τοῦτο δηλοῦσι καὶ οἱ προφῆται σαφῶς. ὅτι αἱ μὲν πρῶται τάξεις ἐκ τοῦ θεοῦ ἀμέσως ἐλλάμπονται, αἱ δὲ ὑφειμέναι διὰ τῶν ὑπερβεβηκυιῶν. Ἀποδείξεις τούτων τῶν εἰρημένων τίθησι γραφικὰς, ὅτι τινὲς μὲν τῶν θεολόγων προφητῶν τὰς ὑποβεβηκυίας εἰσάγουσι μυουμένας παρὰ τῶν προτέρων, τὸν ἀνθρωποπρεπῶς εἰς οὐρανοὺς ἀναλαμβανόμενον, λεγούσας ἐν τῷ ἐρωτᾶσθαι, Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; καθὼς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ ὁ Δαβὶδ λέγει· Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.

diuinitatem in ipſa latentem minimè conſpicientes. CATENA PATRVM.

Dionysii. Hoc nimirum Theologi perſpicuè declarant, vt inferiores quidem cæleſtium eſſentiarum ordines, à ſuperioribus diuinórum operum ſcientiam conuenienti modo doceantur; ij verò qui omnibus antecellunt, ab ipſamet ſumma Deitate, vti fas eſt, ſacris diſciplinis illuſtrentur. Quoſdam enim eorum introducunt, à ſuperioribus ſacroſanctè eruditos, illum eſſe Dominum cæleſtium virtutum, Regemque gloriæ, qui humanâ in ſpecie aſſumptus eſt in cælum: nonnullos item circa ipſummet Ieſum hæſitantes, diuinique eius pro nobis ſuſcepti operis ſcientiam diſcentes, ipſumque Ieſum eos per ſe docentem, ac primùm ſuam ſummam in homines benignitatem ijs explicantem. *Ego enim*, inquit, *loquor iuſtitiam, & indicium ſalutaris.* Iſaiæ 63,1.

Inferiores Angeli à ſuperioribus, & ſupremi ab ipſo Deo illuſtrantur.

Maximi. Nota hæc contra Neſtorianos. Non omnes autem Angeli certiores erant de myſterio incarnationis; quandoquidem, quando Dominus poſt paſſionem aſſumebatur, quidam Angeli petebant: *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Interrogatio enim ignorationem innuit.

Pachymeræ. Hoc etiam Prophetæ perſpicuè declarant: quòd nimirum primi ordines ex Deo immediatè colluſtrentur; inferiores vèrò per ſuperiores. Scripturiſticas itaque dictorum adfert demonſtrationes, quòd aliqui quidem Theologorum Prophetarum inferiores introducant à prioribus edoctos, eum qui humana in ſpecie in cælos aſſumebatur, dicentibus, cùm interrogarent, *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Sicut in vigeſimo tertio Pſalmo Dauid ait: *Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.*

ANNOTATIONES CORDERII.

Id quod in titulo legitur, μιᾶς σαββάτων, *vnâ Sabbatorum*, in alijs codicibus, & in Sixtina editione ſingulariter exprimitur, μιᾶς σαββάτου, *vnâ Sabbati*; Vulgata transfert, *primâ Sabbati.* Verùm cùm hæc verba non ſint in Hebræo, nec eorum loco quidquam aliud reponatur, paruam huius inſcriptionis habendam eſſe rationem cenſet Ianſenius. Videtur autem à quibuſdam addita, quòd hic Pſalmus ſecundùm myſticum eius intellectum, optimè quadret in Chriſti reſurrectionem, in qua declaratus eſt rex gloriæ, quòd mortem primus ſuperaſſet, inferníque portas confregiſſet, cui proinde triumphalis in cælum aſcenſus iure merito conceſſus fuit.

1. *Domini eſt terra*, &c.] Ex admirabili huius mundi creatione, ſupremum Dei in omnes creaturas dominium efficaciter probat. Hac enim ratione Deus eſt perfectiſſimè omnium Dominus: quo titulo in Scripturis frequentiſſimè compellatur, tamquam maximè ipſi proprio & familiari. de quo vide quæ ad Pſalmi 3. v. 4. annotauimus, vbi breuiter expendimus titulos dominij ſoli Deo excellenter & eſſentialiter competentis,

quos

ANNOTATIONES CORDERII.

quos Leſſius noſter lib. 10. de Perfectionib. diuinis paulò fuſiùs proſequitur.

Mira terra fundatio. 2. *Ipſe ſuper maria fundauit eum.*] Sic etiam S. Auguſt. legit; Vulgata tamen præponit, *Quia*; Symmachus vertit, *ὅτι ἐπὶ θαλάσσας ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ σὺν ποταμοῖς ἥδρασεν αὐτήν. Hic ſuper maria fundauit eum, & cum fluminibus ſtabiliuit eum.* Optimè hæc Paraphraſtes & Commentator Græcus ad litteram de diuina exponunt prouidentia, quâ orbem terræ, vt eſſet habitabilis, ſupereminere fecit aquis, quæ multiplicem terræ incolis ad omnem vitæ vſum, præſtant commoditatem. De hac autem admirabili terræ poſitione, ita pulchrè Iſidorus Hiſpalenſis lib. de Natura rerum cap. 44. *Qualiter terra ſuper aërem fundata libratis credatur ſtare ponderibus, ſic dicit Ambroſius: De terra autem qualitate, ſiue*
Iob 26,7. *poſitione, ſufficiat ſecundùm Scripturã Iob. Sciendum, quia ſuſpendit terram in nihilo. Philoſophi quoque ſimiliter opinantur, aëre denſo terram ſuſtineri, & quaſi ſpongiam mole ſuâ immobilem pendere, ſicque vt aquabili motu hinc atque inde veluti alarum ſuffulta remigijs, ex omni parte librata propendeat, nec in partem poſſit inclinare alteram: verumtamen denſitate aëris ſuſtineatur. An ſuper aquam pendeat, quia ſcribi-*
Pſal. 103, 5. *tur: Qui fundauit terram ſuper aquas? Vel quomodo aër mollis tamquam molem poſſit ſuſtinere terram? Aut ſi ſuper aquas eſt tam immane pondus, quomodo non demergitur? aut quomodo æquitatis libram teneat, ne in alteram partem propenſa incumbat? Hoc nulli mortalium ſcire fas eſt, nec nobis diſcutere, aut perſcrutari licet cuiquam tantam diuinæ artis excellentiam, dum conſtet eam lege maieſtatis Dei, aut ſuper aquas, aut ſuper nubes ſtabilem permanere. Quis enim, inquit*
Eccli. 18. *Salomon, ſufficit narrare opera illius, aut quis inueſtigabit magnalia eius? Ergo quod mortalium naturæ ſecretum eſt, diuinæ potentiæ relinquendum eſt.* Sic ille. Solus ſanè Demiurgus totam hanc terræ molem nutu & voluntate ſuâ, quâ fecit, cõtinet; quam ſi vellet, poſſet vnico momento in nihilum redigere. Conſidera hîc mihi, vnde ſit tanta terræ ſtabilitas, cùm, iuxta Iobum, ſuper nihilum aut aërem inanem, &, iuxta Vatem Regium, ſuper maria vel aquas fundata ſit? Vnde permanentia orbis, & omnium habitantium in eo? vtique ex ſolius Dei prouidentia. Deus fideiuſſor eſt permanentis terræ, & ſecurior hæc conſiſtit in prouidentia & pietate Dei, quàm ſi ſuper fortiſſimas baſes eſſet ſolidata. Sic igitur de rebus noſtris philoſophandum eſt. Incertæ quidem ſunt prouidentiæ noſtræ, ſuper nihilum ſæpè fundari videtur remedium neceſſitatum noſtrarum; ſed tamen extat prouidentia Dei ſuper nos, cui ſecurè innitimur. Ecce fundamentum, ecce fulcimentum noſtrum. Securiùs ſuper hanc ſpem ſolidatur ſpes noſtra, quàm ſuper reliqua imaginabilia fundamenta terræ aut cæli.

Prouidentia Dei ſuſtinet vniuerſum.

Eccleſia & virtus in tentationibus fundatur & firmatur. Myſticè Origenes in Catena locum hunc exponit de Eccleſia, quam Deus mirificè ſuper maria tentationum fundauit. Hunc ſecutus Ambroſius: *In tribulationibus*, inquit, *fundatur Eccleſia, in tempeſtatibus & procellis, in ſolicitudinibus & mœrore: & in rebus aduerſis, vt in fluminibus, præparatur.* Ad mores etiam accommodatè Hugo per *orbem terrarum* intelligit hominum virtutem, quam Deus fundat ſuper maria, & ſuper flumina; id eſt ſuper proſpera & aduerſa, dum quis illis non extollitur, neque his deijcitur; ſed in vtraque fortuna æquè pietatem colit. Neque verò minùs mirum eſt, in rerum abundantia quempiam non labi, quàm ærumnis ac laboribus non obrui ac ſuccumbere. Ad quod probandum adducit illud Eccleſiaſtis: *Omnia* Eccle. 1,7.
flumina intrant in mare, & mare non redundat. Quæ verba iuxta Hugonem hunc ſenſum habent, ac ſi dicat: Cor hominis pij, dum felicitas affulget, inſtar eſt maris, quod cùm tot flumina excipiat, minimè turget aut intumeſcit. Addit etiam illud Habacuc, dicentis: *Numquid in fluminibus iratus es Domine?* &c. q. d. Non minùs te iratum vereor, cùm rerum omnium temporalium copiam immittis, quàm dum laboribus atteris: æquè enim vtrumque pertimeſco.

3. *Quis aſcendet in montem Domini?* &c.] Hæc interrogatio, vti & reſponſio, quæ ſequ. verſu ſubiungitur, omnino ſimilis eiuſdemque ſententiæ eſt cum illa quam fecit Pſal. 14 verſ. 1. & 2. vbi vide quæ à nobis annotata ſunt. Propriè autem ad litteram hoc eſſe de Sacerdotibus capiendum, monet Euthymius, & per *montem* intelligit templum, ſeu virtutum & Theologiæ ſublimitatem; per *locum ſanctum* altare interpretatur. Quærit ergo diuinus Vates, quis ſacris Ordinibus initiatus, lectuſque à Deo, in hunc montem & locum ſanctum dignè venturus ſit? Reſpondet, eum qui diuinitus manuum innocentiam, & munditiem cordis fuerit conſecutus. Quibus duobus, ſuis numeris abſolutam ſanctitatem definit, vt neque intimo in animo, & tacitis cogitationibus, nec exteriùs in opere ipſo, fœdum quidpiam & maculoſum videatur. A mundo corde innocentes & caſtæ veniunt cogitationes, è quibus caſtæ manus. Confirmat Dominus Prophetæ ſui vaticinium: *Beati mundo* Matth. 5,8.
corde, quoniam ipſi Deum videbunt. in monte nimirum Domini, & in loco ſancto eius. Vt meritò dixerit Sapiens: *Omnis ponderatio non eſt* Eccli. 26, 20.
digna continentis animæ. De continentibus enim dici poteſt: *Inebriabuntur ab vbertate domus* Pſal. 35,9.
tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Contingit hoc omnibus videntibus Deum: quò magis continentibus, quibus ſingulari prærogatiuâ tribuitur, *Quoniam ipſi Deum videbunt?*

Initiatis manuum innocentia & cordis mundities ſeruanda.

4. *Non accepit in vano animam ſuam.*] Nota *in vano* idem eſſe quod otioſè, vt eſt in Hebræo, vbi eſt dictio שָׁוְא *ſcaue*, quæ otioſum, caſſum & inutile ſignificat. *Accipere* autem *in vano animam*, eſt more fatuorum ad perdendum capere, vel, ex vi Hebrææ vocis, eamdem comburere. נָשָׂא *naſa* enim, quod Interpres noſter vertit, *accipere*, ſignificat etiam *comburere*, vt iners otium flamma quædam eſſe videatur, quæ ſenſim animæ dotes & gratiæ ornamenta exhauriat. Illud idem eſt quod ait Apoſtolus, *in vacuum* 2. Cor. 6,1.
gratiam Dei recipere: hoc eſt, vt præclarè exponit D. Anſelmus, per deſidiam facere, vt in ſe gratia ſit otioſa. Non laborare, tempore abuti ad immenſas vitæ futuræ diuitias comparandas conceſſo, nihili facere beatiſſimæ gloriæ coronam, quæ benè agendo merendoque exornatur.

Quid ſit in vano animam accipere.

5. *Hic accipiet benedictionem à Domino.*] Per *benedictionem* in Scripturis intelligitur omne bonum

bonum quod à Deo propitio ac benefico in nos dimanat; peculiariter tamen accipitur pro dono ſpirituali, quod Deus iuſtis tamquam maximè dilectis impertiri ſolet: de quo dicitur in Prouerbijs, *Benedictio Domini ſuper caput iuſti.* Vbi cùm in Hebræo ſit, *Benedictiones capiti iuſti*, non ſimplex aliqua virtus aut donum, benedictionis nomine intelligendum eſt, ſed ipſa iuſti perfectio, quæ omnes eius benedictiones, id eſt omnes virtutes, & omnia Dei dona complectitur. Quæ optimè ſuper caput iuſti eſſe dicitur: quoniam primùm mentem eius replet, & ex mente in vires animæ ſe diffundit. Eamdem hoc loco Dauid iuſto innocenti, & munditiâ cordis conſpicuo, promittit; de qua Eccleſiaſticus ait: *Benedictio eius quaſi fluuius inundauit: quomodo cataclyſmus aridam inebriauit*, &c. Ita enim eximium perfectionis donum adinſtar inundantis fluuij, atque abundantiſſimæ aquæ, mentem fœcundat, & copiâ cæleſtium donorum inebriat.

Prou.10,6.

Eccli.39,27.

IBIDEM. *Et miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.*] Vbi Septuag. legunt, ἐλεημοσύνην, *eleemoſynam, benignitatem*; Hebræus, *iuſtitiam*; Caietanus explicat, *iuſtam retributionem*, ſcilicet coronam gloriæ, ſiue vitam æternam, quam accipiet *à Deo σωτῆρι, ſalutari ſuo*: pro quo Sixtina legit, σωτῆρος, *ſaluatore*; quod Hieron. vertit, *ſalutis ſuæ*. Quaſi nimirum illa corona iuſtitiæ, de qua ſcribit Paulus ad Timotheum, poſſit appellari corona miſericordiæ, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli, *Gratia Dei vita æterna.* Illâ enim merces vitæ æternæ, gratiam & miſericordiam includit. Quamuis enim iuſtorum meritis ex iuſtitia debeatur; tamen quia illa merita ex miſericordia proceſſerunt, vt docet Apoſtolus ad Titum ſcribens, tota illa corona iuſtitiæ ad miſericordiam reuocatur. Vnde D. Auguſt. libr. 9. Confeſſ. cap. 13. *Quiſquis*, inquit, *tibi Domine enumerat vera merita ſua; quid tibi enumerat, niſi munera tua?* Et Epiſt. 105. ad Sixtum, *Cùm*, inquit, *Deus coronat merita noſtra, nihil aliud coronat quàm munera ſua.*

Corona gloria eadem eſt & iuſtitia & miſericordia.

2. Tim. 4. 8.

Rom.6,23

Tit.3.5.

6. *Hæc eſt generatio quærentium Dominum.*] Illi ſcilicet, qui habent innocentes manus, quas peccatis non polluunt, hi verè Deum quærunt: & cùm mundi ſint corde, terrenarum cupiditatum obliti, ſolius Dei videndi deſiderio tenentur; quod per *faciem Dei Iacob* ſignificatur. Proquo Scholion ait Aquilam, Symmachum, Septuag. nec non Quintam & Sextam editionem habere, πρόσωπόν σου Ἰακώβ, *faciem tuam Iacob*, (quomodo & S. Hieron. vertit:) ſed id in nullo Græcorum codicum modò reperitur.

7. *Attollite portas principes veſtras*, &c.] Ad cæli principes hæc Chriſti reſurgentis verba ſunt, quibus iubet eleuari & reſerari portas æternales, ſiue quia ciuitatis æternùm duraturæ, ſiue quia in id temporis clauſas à cælo condito, & nunc reſerandas Regi gloriæ, quam ſibi morte & cruce parauerat, & exinde reliquis inambulantibus viam mandatorum Dei. Introducit dehinc Angelos, qui in illum diem obſeratas tenebant cælorum portas, in hunc modum ſciſcitantes:

ANNOTATIONES CORDERII.

8. *Quis eſt iſte Rex gloriæ.*] Quibus ipſe, vel eius loco è primarijs Angelis quiſpiam, reſpondet: *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio: Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ. Fortis* omnino & *potens*, qui morte ſuâ mortem omnium victricem ſubiugauit, cælóſque nulli peruios patefecit. *Potens* verò in *prælio*, quo principes mundi huius dæmones ſubegit, & è longiſſima poſſeſſione deiecit, mundique etiam potentiam omnem cruci ſubſtrauit. Ipſe fortem armatum dæmonem fortior ſuperueniens alligauit, & vniuerſa eius arma in quibus confidebat, abſtulit, & ſpolia eius diſtribuit. Poſſidebat in pace diabolus mundum, cùm omnes reatu primi delicti tenerentur, omniſq; omnino homo ſub duro illius iugo gemeret. Poſſidebat Purgatorij atrium, & limbum, donec veniret fortior Chriſtus, qui primi poſſeſſoris arma, peccata nimirum, auferret, & ſpolia illius Purgatorio & limbo clauſa eriperet, & cælo inferret. Simul etiam arma, merita ſua, quibus hoſtem vicerat, homini ad reſiſtendum diabolo largiretur. *Dominus* etiam *virtutum* eſt, qui omnium virtutem fregit morte ſua, omneque robur eneruauit. Itaque ſanctum adorandumque Numen appellari voluit in Hebræo quidem *Deus ſabaoth*, hoc eſt *exercituum*, quod eſſe vnum de præcipuis Dei nominibus, ait D. Hieronymus; Vulgatus vocat, *Dominum virtutum*; in Græco eſt δυνάμεων, *copiarum bellatricum*; Aquila vertit, *Dominum militiarum*; Habacuc deſcribit *equitem*, vt Cyllaro vectum Caſtorem, ſplendido curriculo volantem, vim ferentem atque victoriam, *& equitatio eius ſalus.* Ab Iſaia dicitur κύριος στρατιῶν, *Dominus agminum bellicorum*, quibus intelligit, vt exponit Chryſoſt. Angelos, Archangelos, ſupernaſque virtutes. Rectè quidem: nam in Geneſi dicuntur Angeli *caſtra Dei*, & aliàs *militia Dei* vocantur, vt notauit S. Auguſt. quæſt. ſupra Geneſin cap. 101. Hi currum Dei militarem cingunt doryphori præcellentes, veriſſimi Cerethi & Phelethi magnanimi, Dauidis latus cingentes: quos S. Hieron. interpretatur, *Occidentes, & Viuificantes:* & alio loco, *Exterminatores, & Admirabiles.* Hi ſupra Melophoros Perſarum ornati, ſupra [illegible] Antiochi formoſi, ſupra Alexandri Argyraſpidas fortes & inuicti, iam inde ab initio ſatanam impiâ audaciâ ferocientem, & velut infamem Briareum, regnum Numinis appetentem fregerunt, & cum ſua deſperata cohorte in æternos ignium globos egere præcipitem.

Chriſtus eſt Rex fortis & potens in prælio.

Luc.11,21

Habac.3,8

Iſaiæ 3,1.

Gen.32,3.

Deut.17,3

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM XXIV. ARGVMENTVM.

1. In finem, Pſalmus Dauid.

Pſalmum hunc Beatus Dauid pronuntiauit, quando multos hoſtium impetus patiebatur. Propter quod etiam tam veterum, quàm recentium, peccatorum mentionem facit, & ab ijs obſecrat liberari. Ceterùm introducit etiam vtilem hominibus exhortationem.

α'. Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Τοῦτον τὸν ψαλμὸν εἴρηκεν ὁ μακάριος Δαβίδ, ἡνίκα πολλὰς εἶχεν πολεμίων ἐπαναστάσεις. Οὗ δὴ χάριν καὶ τῶν παλαιῶν, καὶ νέων ποιεῖται μνήμην ἁμαρτημάτων, καὶ τούτων ἀπαλλαγῆναι παρακαλεῖ. εἰσηγεῖται δὲ καὶ παραίνεσιν ἀνθρώποις ὠφέλιμον.

PARAPHRASIS.

2. AD te Domine leuaui animam meam.

Deus meus in te confido, non erubeſcam * in æternum.

* Vulg. omittit in æternum.

Vndique, inquit, ab infinitis hoſtibus ſeptus, tibi Domine animam meam offero, & ex tua ſpe pendeo.

3. Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſuſtinent te, non confundentur.

Deus ſuorum curam gerit.

Ne ſemper, inquit, in ignominia viuam, néue hoſtibus ludibrio ſim, rogo. Habeo enim idoneum pignus ſpei eos, qui iam pridem ſe tibi crediderunt, tuaque ope perfruiti ſunt: horum enim ſolitus es curam gerere.

4. Confundantur * iniquè agentes ſuperuacuè.

* Vulgata addit omnes

Porrò notandum eſt, quòd non peccantes, verùm ſuperuacuè præuaricantes, dedecore impleri dixit. Non enim omnes æqualiter peccant: nam aliqui quidem ob aliquam calamitatem, vel ob naturalem imbecillitatem labuntur; aliqui verò in ſceleribus ipſis delectantur, aliaque excogitant.

Non omnes æqualiter peccant.

Vias tuas Domine * notas fac mihi: & ſemitas tuas edoce me.

* Vulg. demonſtra

5. * Deduc me in * veritatem tuam, & doce me: quia tu es

* Vulg. Dirige
* & veritate tua.

β'. ΠΡΟΣ σὲ κύριε ἦρα τὴν ψυχήν μου.

Ὁ θεός μου ἐπὶ σοὶ πέποιθα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα.

Πανταχόθεν, φησὶν, ὑπὸ μυρίων περιστοιχιζόμενος δυσμενῶν, σοὶ τὴν ἐμαυτοῦ δέσποτα προσφέρω ψυχὴν, καὶ τῆς σῆς ἐλπίδος ἐξήρτημαι.

γ'. Μηδὲ καταγελασάτωσάν με οἱ ἐχθροί μου· καὶ γὰρ πάντες οἱ ὑπομένοντές σε, οὐ μὴ καταισχυνθῶσιν.

Μὴ διηνεκῶς, φησὶν, ἐν αἰσχύνῃ διάγειν, καὶ ἐπίχαρτος εἶναι τοῖς πολεμίοις, ἀντιβολῶ. Ἔχω γὰρ τῆς ἐλπίδος ἐχέγγυον ἱκανὸν τοὺς ἤδη σοι πεπιστευκότας, καὶ τῆς σῆς ῥοπῆς ἀπολαύσαντας. Τούτων γὰρ εἴωθας προμηθεῖσθαι.

δ'. Αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς.

Ἐπισημήνασθαι δὲ προσήκει, ὅτι οὐ τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ τοὺς διακενῆς ἀνομοῦντας αἰσχύνης ἔφησεν ἀναπίμπλασθαι. Οὐ γὰρ πάντες πλημμελοῦσιν ὁμοίως. Οἱ μὲν γὰρ ἢ ἐκ περιστάσεώς τινος, ἢ ἐκ φυσικῆς ὀλισθαίνουσιν ἀσθενείας· οἱ δὲ καὶ ἐφήδονται ταῖς παρανομίαις, καὶ ἐπινοοῦσιν ἑτέρας.

Τὰς ὁδούς σου κύριε γνώρισόν μοι, καὶ τὰς τρίβους σου δίδαξόν με.

ε'. Ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου, καὶ δίδαξόν με, ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς

θεὸς ὁ σωτήρ μου, καὶ σὲ ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν.

Ἐγὼ δέ, φησι, πρῶτον μὲν ἱκετεύω τὰς σὰς ὁδοὺς διαγνῶναι, καὶ τὰς πρὸς σὲ φερούσας τρίβους μαθεῖν, ὥστε διηνεκῶς τὴν ἀπλανῆ σου καὶ ἀληθῆ ὁδεύειν ὁδόν. Ἔπειτα δὲ αὐτῶν ἱκετεύω τῶν πραγμάτων μαθεῖν, ὅτι σωτὴρ ὑπάρχεις ἐμός. τὴν γὰρ παρὰ σοῦ φιλανθρωπίαν προσμένω διηνεκῶς.

ϛʹ. Μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου, κύριε, καὶ τὰ ἐλέη σου, ὅτι ἀπὸ τοῦ αἰῶνός εἰσιν.

ζʹ. Ἁμαρτίας νεότητός μου, καὶ ἀγνοίας μου μὴ μνησθῇς.

Κατὰ τὸ ἔλεός σου μνήσθητί μου σύ, ἕνεκεν τῆς χρηστότητός σου κύριε.

Ἡμέρως, φησίν, ἀεὶ καὶ φιλανθρώπως τὰ περὶ ἀνθρώποις οἰκονομεῖς. Ταύτης καὶ νῦν ἀπολαῦσαι τῆς ἀγαθότητος ἱκετεύω, καὶ μνήμην σοι γενέσθαι τῆς σῆς φιλανθρωπίας, μὴ τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας· καὶ τὴν ἐμὴν δὲ μνήμην ποιούμενος δέσποτα, φιλοικτιρμόνως ποίησαι, μὴ δικαίως. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τοῖς ῥητοῖς παρεκάλεσε.

ηʹ. Χρηστὸς καὶ εὐθὺς ὁ κύριος, διὰ τοῦτο νομοθετήσει ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ.

θʹ. Ὁδηγήσει πραεῖς ἐν κρίσει; διδάξει πραεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ.

Οὐχ ἁπλῶς, φησι, τούτοις ἐχρησάμην τοῖς λόγοις, ἀλλ᾽ εἰδὼς ὡς οὐ μόνον δίκαιος, ἀλλὰ καὶ φιλάνθρωπος εἶ δεσπότης. Ἀγαθότητι γὰρ χρώμενος, οὐκ εὐθὺς κολάζει τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ τὴν εὐθεῖαν αὐτοῖς ὁδὸν ὑποδείκνυσι, καὶ τῆς μετανοίας ἐκπαιδεύει τὸν νόμον· καὶ μὲν δὴ καὶ τοὺς πρᾳότητι καὶ ἁπλότητι κεχρημένους, διακρίνειν διδάσκει τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν, καὶ πάσας αὐτοῦ τὰς οἰκονομίας εἰδέναι παρασκευάζει, ἵνα μὴ ἐφόδιον ἀγνοίας ἡ ἁπλότης γενομένη, πολλὴν τὴν βλάβην ἐργάσηται. εἶτα τῶν εἰρημένων ὁδῶν τὴν φύσιν ὑποδείκνυσι.

ιʹ. Πᾶσαι αἱ ὁδοὶ κυρίου ἔλεος καὶ ἀλήθεια, τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ, καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ.

Deus ſaluator meus, & te ſuſtinui totâ die.

PARAPHRASIS PATRVM.

Ego autem, inquit, primùm quidem rogo, vt vias tuas agnoſcam, & ſemitas diſcam quæ ad te ducunt; vt ſemper tuam certam & veram viam teneam. Deinde verò te precor, vt ex euentu rerum diſcam, te meum eſſe ſaluatorem: tuam enim miſericordiam perpetuò expecto. *Inquirendæ viæ Domini.*

6. Reminiſcere miſerationum tuarum Domine, & miſericordiarum tuarum, *quia à ſæculo ſunt. ** Vulgata quæ*

7. Delicta iuuentutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris Dñe.

Secundùm miſericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam Domine.

Manſuetè ſemper, inquit, ac benignè homines gubernas. Hac etiamnum bonitate frui poſtulo, teque tui ipſius benignitatis, & non peccati mei memorem exiſtere; cumque mei recordatus fueris Domine, pro miſericordia, & non pro iuſtitia, mecum agas. Hoc enim in ſuperioribus etiam precatus eſt. *Petenda ſemper miſericordia.*

8. Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

9. Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.

Non temerè, inquit, his verbis vſus ſum, ſed ſciens non tantùm iuſtum, verùm etiam benignum te eſſe Dominum. Bonitate enim vtens, non repentè peccantes plectit: verùm & rectam ipſis viam oſtendit, & pœnitentiæ legem exponit, atque etiam eos qui manſuetudine ac ſimplicitate vſi ſunt, rerum naturam diſcernere docet, omniaque ſuà myſteria facit vt ſciant, ne ſimplicitas pabulum ignorantiæ facta multum detrimenti adferat. Deinde naturam prædictarum viarum declarat. *Deus non ſtatim punit.*

10. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas, requirentibus teſtamentum eius, & teſtimonia eius.

PARAPHRASIS PATRVM.

Iudicia Dei, miſericordia & veritas.

Qui enim in ſacris ipſius verbis aſſiduè verſantur, ex ipſis exactè diſcunt, omnia Dei ac Saluatoris noſtri conſilia, miſericordiâ ac veritate temperata eſſe. Siquidem pœnitentibus eorum quæ perpetrarunt peccatorum, indulgentiam ac veniam concedit: inuictos autem virtutis athletas, præconio celebrat, atque coronat, cum veritate ſententiam pronuntians: nec non ijs qui in iniquitate vitam tranſegerunt, neque pœnitentiam egerunt, iuxta veritatis terminos, pœnam infligit.

Οἱ γὰρ διηνεκῶς τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ ἐνδιατριβόμενοι λόγοις, μανθάνουσιν ἀκριβῶς δι' ἐκείνων, ὡς πᾶσαι αἱ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίαι ἐλέῳ καὶ ἀληθείᾳ συγκέκρανται. Τοῖς μὲν γὰρ μεταμελομένοις, ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησαν, τὸν ἔλεον καὶ τὴν συγγνώμην ὀρέγει, τοὺς δὲ ἀηττήτους τῆς ἀρετῆς ἀθλητὰς ἀνακηρύττει, καὶ στεφανοῖ, σὺν τῇ ἀληθείᾳ τὴν ψῆφον ἐκφέρων. Καὶ μέντοι καὶ τοῖς παρανομίᾳ συνεζηκόσι, καὶ μὴ μεταμελομένοις, κατὰ τοὺς τῆς ἀληθείας ὅρους ἐπιφέρει τὰς τιμωρίας.

11. Propter nomen tuum, Domine,* & propitiare peccato meo: multum eſt enim.

** Vulg. propitiaberis*

ια'. Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου κύριε, καὶ ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου· πολλὴ γάρ ἐστι.

Ego igitur, inquit, vt meis peccatis propitius ſis, obſecro; non ob meam exactam pœnitentiam, verùm ob tuam benignitatem, quâ benignus nominaris, & quia in tuo nomine meas ſpes defixi.

Ἐγὼ τοίνυν σέ, φησιν, ἵλεω γενέσθαι ταῖς ἐμαῖς ἁμαρτίαις παρακαλῶ, οὐ διὰ τὴν σπουδαίαν μου μεταμέλειαν, ἀλλὰ δι' ἣν ἔχεις προσηγορίαν φιλανθρωπίας, καὶ ἐπειδὴ τοῦ σοῦ ὀνόματος τὰς ἐλπίδας τὰς ἐμὰς ἐξήρτησα.

12. Quis eſt homo qui timet Dominum? legem * ſtatuet ei in via, quam elegit.

** Vulg. ſtatuit*

ιβ'. Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν κύριον; νομοθετήσει αὐτῷ ἐν ὁδῷ, ᾗ ᾑρετίσατο.

Hinc adhortatur, & conducibilem admonitionem affert, & timentibus Dominum omnis generis prouidentiam pollicetur, dicens:

Ἐντεῦθεν εἰσηγεῖται, καὶ ὀνησιφόρον προσφέρει παραίνεσιν, καὶ τοῖς τὸν κύριον φοβουμένοις τὴν παντοδαπὴν ἐπαγγέλλεται πρόνοιαν, λέγων·

13. Anima eius in bonis demorabitur: & ſemen eius hereditabit terram.

ιγ'. Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσεται, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κληρονομήσει γῆν.

Legem ſeruans, commoratur in bonis.

His qui diuinas leges adimpleuerint, propheticus hic ſermo promiſit in bonis animi commorationem, nec non ſeminis benedictionem.

Τοῖς τοῦ Θεοῦ πεπληρωκόσι νόμους ὁ προφητικὸς ὑπέσχετο λόγος τὴν ἐν ἀγαθοῖς τῆς ψυχῆς διατριβήν, καὶ τὴν τοῦ σπέρματος εὐλογίαν.

14. Firmamentum eſt Dominus * timentium eum: & teſtamentum ipſius * manifeſtabit illis.

** Vulg. timentibus*

** Vulg. vt manifeſtetur, quid legat δηλῶσαι.*

ιδ'. Κραταίωμα κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν, καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς.

Deus confirmat timentes ſe.

Eſt Dominus firmamentum, dum nos inſuperabiles, ac ſuperiores hoſtibus oſtendit. Non omnibus autem, ſed timentibus, diuinorum oraculorum ſuorum ſcopum demonſtrat.

Γίνεται κύριος κραταίωμα, ἡμᾶς ἀηττήτους ἀποφαίνων, καὶ κρείττους τῶν πολεμίων. Οὐχ ἅπασι δέ, ἀλλὰ τοῖς φοβουμένοις, τῶν τε αὐτοῦ θείων λογίων σκοπὸν ὑποδείκνυσι.

15. Oculi mei ſemper ad Dominum: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.

ιε'. Οἱ ὀφθαλμοί μου διαπαντὸς πρὸς τὸν κύριον, ὅτι αὐτὸς ἐκσπάσει ἐκ παγίδος τοὺς πόδας μου.

Oculos hic mentis intelligit, quos ad Deum habere ſe ait; vtpote manifeſtò cognoſcens,

Ὀφθαλμοὺς τοὺς τῆς διανοίας φησίν, οὓς ἔφη ἔχειν πρὸς τὸν Θεόν. ἅτε δὴ γινώσκων σαφῶς, ὡς

ὡς διὰ τὴν αὐτοῦ κηδεμονίας, τὰς ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν κατασκευασμένας ἐπιβουλὰς διαφεύξεται).

ιϛ΄. Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με, ὅτι μονογενὴς καὶ πτωχός εἰμι ἐγώ.

Πάσης, φησὶ, βοηθείας γεγύμνωμαι, διὸ δὴ τυχεῖν τῆς σῆς ἀντιλήψεως ἱκετεύω.

ιζ΄. Αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπληθύνθησαν, ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με.

ιη΄. Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ τὸν κόπον μου, καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου.

Πολλοῖς ἀλγεινοῖς πανταχόθεν περιστοιχίζομαι. Ταύτην μὲν τοίνυν τὴν ταπείνωσιν, καὶ τὴν ταλαιπωρίαν ταῖς ἐμαῖς ἀντιταλαντεύσας παρανομίαις, δὸς ἄφεσιν, καὶ τὴν συγγνώμην πάρασχε.

ιθ΄. Ἴδε τοὺς ἐχθρούς μου, ὅτι ἐπληθύνθησαν, καὶ μῖσος ἄδικον ἐμίσησάν με.

Εἰ μὴ δοκῶ, φησὶν, ἄξιος φιλανθρωπίας, τοσούτοις προσπαλαίων κακοῖς· τὴν ἄδικον γοῦν τῶν πολεμίων ἀπέχθειαν θεασάμενος, φιλανθρωπίας σῆς μετάδος. εἰς σὲ γὰρ ἐπλημμέλησα, τὰς σὰς παραβεβηκὼς ἐντολάς. Ἐκεῖνοι δὲ μηδὲν ἐγκαλεῖν ἔχοντες, πολεμοῦσιν ἀδίκως.

κ΄. Φύλαξον τὴν ψυχήν μου, καὶ ῥῦσαί με, μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ σέ.

Εἰ γὰρ καί τινας τῶν σῶν παραβέβηκα νόμων, ἀλλ' οὖν τῆς σῆς ἐμαυτὸν οὐκ ἐχώρισα προμηθείας, διὸ ῥυσθῆναι τῶν πολεμούντων, καὶ φυλαχθῆναι παρακαλῶ.

κα΄. Ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι, ὅτι ὑπέμεινά σε κύριε.

Καὶ τοῦτο ἴδιον ἀρετῆς, τὸ μισεῖν μὲν τὰς τῶν φαύλων συνουσίας· τοὺς δὲ τὴν ἰσότητα τιμῶντας, καὶ εὐθύτητι χρωμένους, καὶ κακίας ἀπηλλαγμένους, συνήθεις ἔχειν καὶ φίλους· Ὅπερ καὶ ὁ προφήτης φησὶ πεποιηκέναι.

κβ΄. Λύτρωσαι ὁ θεὸς τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ.

Τῷ βασιλεῖ πρέπουσα ἡ προσενεχθεῖσα

ſe ob eius curam, ſtructas ſibi ab hoſtibus inſidias euaſurum. PARAPHRASIS PATRVM.

16. Reſpice in me, & miſerere mei; quia vnicus & pauper ſum ego.

Omni, inquit, auxilio deſtitutus ſum; quapropter tuam protectionem conſequi poſtulo.

17. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.

18. Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte vniuerſa delicta mea.

Multis, inquit, vndique difficultatibus circumdor. Cùm igitur hanc meam depreſſionem & miſeriam pro meis peccatis irrogaueris; concede remiſſionem, ac veniam præbe.

19. Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt, & odio iniquo oderunt me.

Si non videor, inquit, dignus benignitate, cum tantis malis colluctans; ſaltem cùm iniuſtas aduerſariorum inimicitias aſpexeris, benignitatis tuæ compotem me fac. Nam contra te deliqui, cùm mandata tua tranſgreſſus ſim. Verumtamen ipſi, cùm in re nulla me accuſare poſſint, iniuſtè bellum gerunt. *Cauſſa iuſta fiduciam præbet.*

20. Cuſtodi animam meam, & erue me: non erubeſcam, quoniam ſperaui in te.

Etſi enim aliquas tuarum legum tranſgreſſus ſum; non tamen à tua prouidentia meipſum ſegregaui; quapropter obſecro vt ab hoſtibus liberer, & conſeruer.

21. Innocentes & recti adhæſerunt mihi: quia ſuſtinui te* Domine.

** Vulgata omiſit* Domine.

Et hoc proprium virtutis eſt, improborum conſuetudinem odio habere; eos verò qui æquitatem colunt, & rectitudine vtuntur, & à malitia remoti ſunt, familiares habere & amicos. Quod etiam Propheta ſe feciſſe ait. *Improborũ ſocietas fugienda.*

22. * Redime Deus Iſraël ex omnibus tribulationibus ſuis.

** Vulgata* Libera

Hæc deprecatio Deo oblata, Regi conuenit;

COMMENTARIVS PATRVM.

uenit: decet enim eum qui in imperio conſtitutus eſt, omnem curam gerere ſubditorum. Quapropter Dauid, non tantùm pro ſe preces obtulit, verùm etiam pro vtilitate populi ſibi commiſſi.

τῷ Θεῷ προσευχή. Προσήκει γὰρ τὸν ἄρχειν τεταγμένον, πᾶσαν ποιεῖσθαι τῶν ὑπηκόων κηδεμονίαν. Διά τοι τοῦτο οὐ μόνον ὑπὲρ ἑαυτοῦ Δαβὶδ προσενήνοχε τὴν εὐχὴν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ ἐγκεχειρισμένου λαοῦ.

COMMENTARIVS.

Animus ſemper ad Deum erigendus.

2. AD TE DOMINE.] Viſus eſt hæc dicere, cùm terrena quodammodò auerſatus eſſet, & animum ſuum ſurrexiſſet, atque affectu ad Deum propiùs admouiſſet. Hoc autem, inquit, mihi contigit, quoniam in te confidebam. Etenim plenus confidentiæ tamquam proprium appellat Deum, dicens: *Deus meus*. Hæc vtique meæ voluntatis ſunt, quòd ad te animam eleuem, quòd in te confiſus ſim: tuum verò eſt, quòd à ſcopo non exciderim, neque confuſus ſim, neque deriſus ab hoſtibus meis, & ludibrio habitus ab inimicis, nempe ſpiritalibus. Qui enim in alijs confiſi ſunt, meritò confundentur: ego autem cùm quodammodò animam meam eleuauerim, & in te ſperauerim, ſuſtinebo, qualiacumque tandem à te mihi euenerint. Illud autem, *Confundantur omnes iniquè agentes ſuperuacuè*; cùm vacuum idem quod vanum ſignificet: vel hoc ait, q. d. Conuerte ignominiam in eos qui in vanum contra nos iniquè agunt, qui nihil mali fecimus. Vel hoc dicit de ijs qui adhuc idola colebant. Vel iniquè agentes ſuperuacuè, vocat eos qui in delictis delectantur. Non enim omnes æqualiter peccant: ſiquidem alij ex calamitate, alij ex naturali imbecillitate labuntur. hi autem, de quibus hîc ſermo eſt, non ſic. Pro *iniquè agentes*, ceteri interpretes *deſertores*, tranſtulerunt. Huiuſmodi autem ſint tranſgreſſores, & qui in priori meliori cogitatione non permanent.

Improbi ſunt vani, & vacui.

Quæ ſint viæ & ſemitæ Dei.

4. VIAS TVAS DOMINE, &c.] *Viæ Domini*, ſunt prouidentiæ ipſius moderationes, ſecundùm quas omnia gubernat, de quibus, tamquam arcanis, magnus Apoſtolus Paulus exclamauit, *O altitudo diuitiarum! quàm inueſtigabiles*, &c. *Semitæ* autem ſunt particulares gubernationes, ſecundùm quas quodammodo prouidentiæ ſuæ vi procedens, ſemitas & greſſus ſuos oſtendit his, qui illos poſſint intelligere. Petit igitur ne alia pro alijs, in rerum naturalium conſideratione ſentiat, errando, & falſum opinando, &

Rom. 11, 33.

β΄. ΠΡΟΣ ΣΕ ΚΥΡΙΕ.] Ἔοικε ταῦτα φθέγγεσθαι, ὡς ἀποστραφεὶς τὰ γήϊνα, καὶ τὴν οἰκείαν μετεωρίσας ψυχὴν, καὶ τῇ διαθέσει πλησίον αὐτὴν τοῦ Θεοῦ καταστήσας. Τοῦτο δέ μοι, φησὶ, περιεγένετο, διὰ τὸ θαῤῥεῖν ἐπὶ σοί. Τοιγαροῦν καὶ παῤῥησίας πλησθεὶς, ὡς ἴδιον καλεῖ τὸν Θεὸν, λέγων, Ὁ Θεός μου. Τὰ μὲν οὖν τῆς ἐμῆς προαιρέσεως ταῦτα, τὸ πρὸς σὲ ἆραι τὴν ψυχὴν, τὸ ἐπὶ σοὶ πεποιθέναι. σὸν δὲ, τὸ μὴ τοῦ σκοποῦ με ἐκπεσεῖν, καὶ καταισχυνθῆναι, μηδὲ καταγελασθῆναι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μου, καὶ ἐπίχαρμα γενέσθαι πολεμίοις, τυχὸν ἢ νοητοῖς ἐχθροῖς. Οἱ μὲν γὰρ ἐπ' ἄλλοις πεποιθότες, ἴσως αἰσχυνθήσονται. ἐγὼ δὲ πᾶσαν ἐξαρτήσας μου τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν ἐλπίδα, ἀπὸ σοῦ ὑπομενῶ τὰ ἀπὸ σοῦ, ὁποῖα ἂν ᾖ. Τὸ δὲ, Αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς· ἐπεὶ κενὸν τὸ μάταιον σημαίνει· ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι τρέψον τὴν αἰσχύνην εἰς τοὺς παρανομοῦντας εἰς ἡμᾶς μάτην, τοὺς ἠδικηκότας μηδέν. ἢ περὶ τῶν ἔτι εἰδωλολατρῶν. ἢ ἀνομοῦντας διακενῆς καλεῖ τοὺς ἐφηδομένους ταῖς παρανομίαις. οὐ γὰρ πάντες πλημμελοῦσιν ἴσως. ἄλλοι μὲν ἐκ περιστάσεως, οἱ δὲ ἐκ φυσικῆς ὀλισθαίνουσιν ἀσθενείας. οἱ δὲ περὶ ὧν ὁ λόγος οὐχ οὕτως. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἀνομοῦντες, οἱ λοιποὶ ἀποστατοῦντες ἐξέδωκαν. Οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ παραβάται, καὶ μὴ τῷ προτέρῳ κρείττονι ἐμμείναντες λογισμῷ.

δ΄. ΤΑΣ ΟΔΟΥΣ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ.] Ὁδοὶ Κυρίου, αἱ τῆς προνοίας αὐτοῦ διοικήσεις, καθ' ἃς τὰ σύμπαντα διακυβερνᾷ, περὶ ὧν ὡς ἀποῤῥήτων ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος, Ὢ βάθος πλούτου, εἶπεν, ὡς ἀνεξερεύνητα, καὶ ἑξῆς. τρίβοι δὲ αἱ κατὰ μέρος διοικήσεις, καθ' ἃς ὥσπερ ἐπιπορευόμενος τῇ προνοητικῇ δυνάμει, τρίβους ἑαυτοῦ καὶ πορείας δείκνυσι τοῖς νοεῖν δυναμένοις. αἰτεῖ τοίνυν μὴ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων, ἐν τῇ τῶν φυσικῶν θεωρίᾳ δοξάζειν, σφαλλόμενον, καὶ ψευδοδοξοῦντα, καὶ

μὴ

μὴ πόῤῥω τῆς ἀληθείας πεσεῖν, ὃ πεπόνθασιν οἱ λογισμοῖς θαῤῥήσαντες ἀνθρωπίνοις. Ἐγὼ δὲ διδαχθεὶς παρὰ σοῦ, φησὶν, ὡς οὐ μόνον δημιουργὸς καὶ Θεός μου τυγχάνεις, ἀλλὰ καὶ σωτὴρ, εἰκότως σε ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν, (ἤτοι διὰ πάσης ζωῆς) μὴ δυσχεραίνων πρὸς τὰ πάθη, μαθὼν ὡς οἱ ὑπομένοντές σε οὐ καταισχυνθήσονται. Λέγοι δ' ἂν ὁδοὺς καὶ τὰς ἐντολὰς, ὧν ἀξιοῖ καὶ τοὺς τρίβους μαθεῖν, ἃς οἱ προωδευκότες ἔτριψαν, ἵνα τοῖς ἐκείνων ἴχνεσιν ἀκολουθῶν, ἀπλανῆ ποιήσῃ τὴν πορείαν. ὡς οὐκ ἀρκοῦντος δὲ τοῦ πρακτικοῦ, προσλαβεῖν ἱκετεύει καὶ τῆς ἀληθείας τὴν θεωρίαν. Νοήσεις δὲ ὁδοὺς καὶ τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, ἃς ἔστι γνωρίσαι μόνου Θεοῦ, μήπω δὲ τοῦ προφήτου ἐγνωκότος, μηδὲ διδαχθέντος τὰς τοῦ κυρίου ὁδούς. Τίς οὐκ εὐλαβηθήσεται τὸ, οὐαὶ οἱ σοφοὶ ἐν ἑαυτοῖς; εἴ τις δὲ βούλοιτο γνῶναι, γινέσθω πρᾳΰς, καὶ καταπατείτω θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν. διδάξει γὰρ πρᾳεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ.

ϛʹ. ΜΝΗΣΘΗΤΙ ΤΩΝ ΟἸΚΤΙΡΜΩΝ.] Συνάπτει δὲ εὐλόγους αἰτίας, δι' ἃς ἀξιοῖ τυχεῖν τῶν ἐξαιτουμένων. Πρῶτον, ὅτι ἀπεφήνω, καὶ ἀψευδὴς εἶ. εἶτα, ὅτι πέφυκας ἐλεήμων, καὶ παρακλήσεως οὐκ ἐπιδέῃ, σαυτὸν ἀεὶ παρακαλῶν· Θεοῦ γὰρ ἴδιον τὸ ἐλεεῖν, ὡς τοῦ πυρὸς τὸ φωτίζειν. ὅθεν πατὴρ εἴρηται τῶν οἰκτιρμῶν. Οἰκτιρμῶν οὖν, φησὶ, τυγχάνων πατὴρ, (ὡς ὢν αὐτῶν ἀρχὴ καὶ πηγὴ) μνήσθητι τούτων τῶν σῶν γεννημάτων. εἰ γὰρ καὶ πρὸς ὀλίγον ὠργίσθης, ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν σου ἡ ὀργή· χρησίμως δὲ ὑποστᾶσα ἐπὶ τῷ ἀναιρῆσαι κακίαν, παυσάσθω μνήμην σου λαμβάνοντος τῶν κατὰ φύσιν οἰκτιρμῶν. Καὶ τὰ ἐλέη δὲ τῷ Θεῷ κατὰ φύσιν παρόντα, ἀπὸ τοῦ αἰῶνός εἰσι, κατὰ τό· Ἐλέῳ ἁγίῳ δοξάσω σε.

ζʹ. ἉΜΑΡΤΙΑΣ ΝΕΟΤΗΤΟΣ ΜΟΥ.] Ἁμαρτίας νεότητος, ἣ καλεῖ τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ λαοῦ, οἷον τὴν εἰδωλολατρείαν. Καὶ ὥσπερ τότε, φησὶν, οὐ παρακληθεὶς, ἀλλ' οἴκοθεν ζητήσας ἐλέησας, οὕτω καὶ νῦν τῇ αὐτῇ χρῆσαι προνοίᾳ διὰ σαυτόν. Διὸ ἐπάγει· ἕνεκεν τῆς χρηστότητος, ὅτι τοῦτο πέφυκας. Καλῶς δὲ ἐπισυνῆψε τῇ χρηστότητι τὸ εὐθές. Ἐπειδὴ γὰρ ἀντέκειτο, ὅτι πῶς εἰ φιλάνθρωπός ἐστι φύσει, συγχωρεῖ τιμωρίαις περιβάλλεσθαί τινας, προσέθηκε τὸ εὐθὴς, ἵνα δείξῃ ὅτι πρόσεστι τῇ χρηστότητι καὶ δικαιοσύνη. Ἐπάγει γὰρ,

ne procul à veritate excidat; quod accidit iis qui nituntur rationibus humanis. Ego autem à te, inquit, edoctus, quòd non ſolùm creator ac Deus meus exiſtas, verùm etiam ſaluator, meritò te *ſuſtinui tota die* (id eſt per totam vitam) haud ægrè ferens paſſiones, cùm ſciam eos qui te ſuſtinent, non confundendos. Porrò per *vias* etiam intellexerit præcepta, quorum quoque ſemitas diſcere poſtulat, quas prædeceſſores triuerunt, vt eorum veſtigijs inſiſtens, tutum iter faciat. Ceterùm cùm vita illa quæ in agendo verſatur, non ſufficiat; petit etiam veritatis contemplationem. *Vias* verò etiam Legem poſſis intelligere ac Prophetas, quas vias ſolus Deus poteſt noſſe, ipſomet Prophetâ eas non cognoſcente, neque vias Domini edocto. Quis non vereatur illud: *Væ qui ſapientes eſtis in vobis ipſis?* Si quis autem noſſe velit, fiat mitis, & conculcet iram & cupiditatem: docebit enim mites vias ſuas.

COMMENTARIVS PATRVM.

Via Dei præcepta.

6. REMINISCERE MISERATIONVM.] Adiungit autem conſentaneas rationes, ob quas petit conſequi quæ deſiderabat. Primùm, quia dixiſti, & non fallis. Deinde, quia natus es miſereri, & incitatione non indiges, teipſum ſemper excitans: Dei enim proprium eſt miſereri, quemadmodum ignis illuminare. vnde dictus eſt *Pater miſericordiarum.* Cùm igitur, inquit, Pater ſis miſericordiarum (vt qui principium & fons earum exiſtas) reminiſcere horum geniminum tuorum. Etſi enim ad modicum iraſcaris, non tamen ira tibi connaturalis eſt; verùm quoniam vtiliter aſſumpta fuit, ad malitiam tollendam; quieſcat, dum reminiſceris miſerationum tibi connaturalium. Miſericordiæ autem quæ Deo à natura adſunt, à ſæculo ſunt, iuxta illud: *Miſericordiâ ſanctâ glorificabo te.*

Dei proprium eſt miſereri.

2.Cor.1,3.

7. DELICTA IVVENTVTIS MEÆ.] *Delicta iuuentutis* vel vocat illa quæ in Ægypto populus commiſit, videlicet idololatriam. Et quemadmodũ, inquit, tunc non prouocatus, ſed per domos quærens, miſertus es; ſic etiam nunc, propter temetipſum, eâdem vtere prouidentiâ. Quare ſubiungit, *propter bonitatem:* quoniam id tibi inſitum à natura. Pulchrè autem ſubiunxit bonitati rectitudinem. Cùm enim præmiſſum ſit, eum, licet benignus ſit, permittere tamen vt aliqui ſupplicijs afficiantur; adiunxit vocem *rectus*: vt oſtendat bonitati etiam iuſtitiam adeſſe. Nam infert,

Deus bonus & rectus.

Propter

COMMENTARIVS PATRVM.

Propter hoc legem dabit, vt in viam rectam deducat: & in his quidem iuſtitia, at in rectis bonitas elucet. vnde ſubiungit, *Deducet manſuetos*. Vel *iuuentutem* appellat hic inſipientiam, vel quæ, adhuc delinquens aliquis, non confitetur. Ceterùm de ceſſantibus hoc etiamnum dicit, rogans vt non meminerit eorum quæ in iuuentute geſta ſunt: nam ea quæ in iuuentute peccata ſunt & ignorata, non ampliùs vim ſuam exerunt in eo qui tranſgreſſus eſt iuuentutem. Fortaſſis verò *iuuentutem* modò, non ætatem vocat, ſed morum inconſtantiam & inſtabilitatem, quando quis inſcius peccat, donec Deus tali ſenſum præbeat. Alius autem ait hæc Dauidi minimè congruere, cuius peccatum nullum iuuentutis fertur. Numquam igitur hæc doctrina tamquam à medico ægrotantibus, & iuuenilibus peccatis implicatis, per modum medicinæ data eſt, ſicuti vulnera vetera oſtenduntur illi, qui hæc curare poſſit per confeſſionem. Cùm enim ſecundùm naturam benignus ſit, etiam congenitam habet bonitatem, propter quam cum miſericordia reminiſcitur pœnitentis. Verumtamen cum bonitate quoque rectus eſt: ſiue quòd ad peccatum rurſus non recurrat, ſiue quia pœnas exigit à peccatoribus in via. Eos nimirum, qui adhuc peccant, legi ſubijciet, vt à peccando prohibiti ſalutarem viam teneant. Vel quòd in via pœnitentiæ, conuerſionis viam ipſis oſtendat. Peccantibus quidem in via, legem ponit, & ſalutem per pœnitentiam demonſtrat: manſuetos verò dirigit iuxta viam ipſis iam notam & exploratam; id eſt, eorum tamquam electorum ac proborum curam habet. Quod maniſeſtiùs ait Symmachus, *Demonſtrabit peccatoribus viam*. Non enim illicò punit propter bonitatem; verùm etiam pœnitentiæ legem edocet. Hos autem etiam docebit vias ſuas, vel, vt Aquila & Symmachus, viam. Cùm enim hanc viam ſuam ingreſſus ſit, iuxta illud, *Diſcite à me, quia mitis ſum*, ſecundùm eam ipſos deducit, anteſignanus effectus.

Peccata iuuentutis deprecanda.

Deus peccatoribus legem ſtatuit pœnitentiæ.

Matth. 11, 29.

10. VNIVERSÆ VIÆ DOMINI.] Viæ quidem Domini multæ ſunt, ſed in omnibus miſericordia eius præcedit, & miſericordiam veritas comitatur: nihil enim eorum, quæ à ſe facta ſunt, odit. Sequitur verò miſericordiam veritas, requirentibus eam, id eſt eius inquiſitioni vacan-

Viæ Domini, ſunt miſericordia & veritas.

διὰ τοῦτο νομοθετήσει, ἵν' εἰς εὐθεῖαν ἀγάγῃ. καὶ ἐν τούτοις μὲν τὸ δίκαιον, παρὰ δὲ τοὺς εὐθεῖς τὴν χρηστότητα. ὅθεν ἐπιφέρει, ὁδηγήσει πρᾳεῖς. Ἢ νεότητα τὴν ἀφροσύνην λέγει, ἢ ἐφ' οἷς ἔτι πλημμελῶν τις οὐκ ἐξομολογεῖται. Ἀλλ' ἐπὶ παυσαμένοις τοῦτό φησι καὶ νῦν, ἐκείνων μὴ μνησθῆναι ἀξιῶν τῶν ἐν νεότητι· τὰ γὰρ ἐν νεότητι ἡμαρτημένα, καὶ ἠγνοημένα, οὐκέτι ἐνεργεῖται, τῷ τὴν νεότητα διαβεβηκότι. Τάχα δὲ νεότητα, οὐ τὴν ἡλικίαν φησὶ νῦν, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἤθους ἄστατον καὶ ἀβέβαιον, ὅτε τις ἀγνοῶν ἁμαρτάνει, μέχρι Θεὸς αἴσθησιν τῷ τοιούτῳ χαρίζεται. Ἄλλος δέ φησιν, ὡς οὐχ ἁρμόττει ταῦτα τῷ Δαβίδ, οὗ μηδὲν ἁμάρτημα νεότητος φέρεται. Μήποτ' οὖν ἡ διδασκαλία ὡς παρὰ ἰατροῦ τοῖς νενοσηκόσι, καὶ νεωτερικοῖς ἁμαρτήμασιν ἐγκαλινδηθεῖσι, δίκην φαρμάκου παραδίδοται, καθάπερ τραύματα παλαιὰ δείκνυται, ταῦτα τῷ δυναμένῳ θεραπεῦσαι διὰ τῆς ἐξομολογήσεως. Κατὰ φύσιν γὰρ ἵλεως ὤν, καὶ σύμφυτον ἔχει χρηστότητα, ἧς ἕνεκα σὺν ἐλέῳ μέμνηται τοῦ μετανοοῦντος. Ἀλλὰ μετὰ τῆς χρηστότητος, καὶ εὐθύς ἐστιν. ἢ διὰ τὸ πρὸς ἁμαρτίαν μὴ πάλιν δραμεῖν, ἢ διὰ τὸ εὐθύνας ἀπαιτεῖν τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ. ἤτοι τοὺς ἔτι ἁμαρτάνοντας ὑποβαλεῖ νόμῳ, ὡς ἂν κωλυθέντες τοῦ ἁμαρτάνειν, τὴν σωτήριον ὁδεύσωσιν ὁδόν. ἢ ἐν ὁδῷ μετανοίας, ὁδοὺς αὐτοῖς δεικνύων ἐπιστροφῆς. Τοὺς μὲν ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ νομοθετεῖ, καὶ ὑποδείκνυσι τὴν διὰ μετανοίας σωτηρίαν· τοὺς δὲ πρᾳεῖς ὁδηγεῖ κατὰ τὴν ἤδη αὐτοῖς ἐγνωσμένην καὶ κεκριμένην ὁδόν, ἀντὶ τοῦ, κεκριμένως προνοεῖ αὐτῶν ὡς βελτίστων. Ὁ σαφέστερον ὁ Σύμμαχος, Ὑποδείξει ἁμαρτάνουσιν ὁδόν. Οὐ γὰρ εὐθὺς κολάζει διὰ χρηστότητα, ἀλλὰ καὶ τὸν μετανοίας ἐκπαιδεύει τὸν νόμον. Τούτους δὲ καὶ διδάξει ὁδοὺς αὐτοῦ· ἤ, ὡς Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, ὁδόν. Ταύτην γὰρ αὐτοῦ ὁδεύσας τὴν ὁδόν, κατὰ τό, Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾷός εἰμι, κατὰ ταύτην ἄγει αὐτοὺς χειραγωγὸς γενόμενος.

ι. ΠΑΣΑΙ ΑΙ ΟΔΟΙ ΚΥΡΙΟΥ.] Αἱ μὲν τοῦ κυρίου ὁδοὶ πολλαί, ἀλλ' ἐν πάσαις τὸ ἔλεος αὐτοῦ προτρέχει, καὶ τῷ ἐλέει συντρέχει καὶ ἡ ἀλήθεια. οὐδὲν γὰρ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων μισεῖ. Ἕπεται δὲ τῷ ἐλέῳ ἡ ἀλήθεια τοῖς ἐκζητοῦσιν, ἤτοι τοῖς περὶ τὴν τούτου ζήτησιν ἀσχολου-

μένοις

μένοις, τοῖς κρούουσιν, οἷς εἶπεν ἀνοίγεσθαι. Διαθήκη δὲ αὐτοῦ καθολικὴ ἡ θεόπνευστος πᾶσα γραφή· μαρτύρια δὲ αὐτοῦ ἤτοι τὰ προφητικῶς περὶ αὐτοῦ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ μεμαρτυρημένα, ἢ τὰ κατὰ μαρτυρίαν παρηγγελμένα. Ἢ ἐλεηθῆναι δεῖ πρότερον, ἵνα τις αὐτοῦ τῶν ὁδῶν ἐπιβὰς, οὕτως ἐπ᾽ αὐτὴν ἀφίκηται τὴν ἀλήθειαν. Οὐ πᾶσι δὲ θεωροῦνται αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἔλεος καὶ ἀλήθεια· ἀλλὰ τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ, καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ· ὧν τις ἐκτὸς ὑπάρχων, ἄπειρός ἐστι τῆς χρηστότητος αὐτοῦ. Ἕνεκεν οὖν τοῦ ὀνόματός σου, ἤτοι διὰ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν (τοῦτο γὰρ ἀκούεις) οὐ διὰ τὴν ἐμὴν μεταμέλειαν, συγγνώμην δὸς, καὶ ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου, οὐ τῇ ἐνεργουμένῃ, ἀλλὰ καὶ τῇ παυσαμένῃ. πολλὴ γάρ ἐστιν, οὐ κατὰ ποσότητα, ἀλλὰ κατὰ σύγκρισιν τῆς προσούσης μοι ὀφειλούσης καθαρότητος.

ιβ´. ΤΙΣ ΕΣΤΙΝ ΑΝΘΡΩΠΟΣ.] Ὁ φοβούμενος τὸν κύριον σπάνιος μὲν, οὐκ ἀνεύρετος δὲ, ᾧ νομοθετεῖ ἐν ὁδῷ ᾗ ᾑρετίσατο· ἤτοι αὐτὸς ὁ κύριος, ἢ ὁ φοβούμενος αὐτόν. Ὁ τῷ θεῷ, φησι, κολλώμενος, εὑρήσει αὐτὸν πολλὰς ὁδοὺς ὑποδεικνύντα αὐτῷ, εἶτα νομοθετοῦντα, ὅπως χρὴ ἑκάστῳ χρῆσθαι. Ὡς γὰρ μοναὶ πολλαὶ τῶν σωζομένων, οὕτω καὶ ὁδοί, τουτέστι βίος τῶν κατὰ θεὸν προκοπτόντων. Ἕκαστος δὲ ἑαυτῷ αἱρετίζει, ἣν ἂν ἕλοιτο καὶ ἐκλέγεται. Ὁ μὲν γὰρ τὸν ὡσπερεὶ κατωτάτω, τὸν πολιτικὸν καὶ κοινωνικὸν μετέρχεται βίον, μετὰ φόβου θεοῦ ὁδεύων. ὁ δὲ τὸν ἐναγώνιον καὶ ἀσκητικὸν διὰ καρτερίας τῶν ἀσκητικῶν πόνων. ὁ δὲ τὸν ἐπαναβεβηκότα, καὶ ὄντως φιλόσοφον, ὃν οἵ τε μακάριοι προφῆται, καὶ οἱ τοῦ κυρίου ὥδευσαν μαθηταί· περί τε τὰ δυσχερῆ, καὶ τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα, ἀδιαφοροῦντες, καὶ πάντα ἡγούμενοι σκύβαλα, καὶ ὑπὸ μηδενὸς καταπαλαιόμενοι, ἀλλ᾽ ὑψηλοτέραν τὴν ναῦν αὐτῶν ἀπὸ τοιούτων σώζοντες κυμάτων. Ἢ ἀντὶ τοῦ, καθὼς αὐτὸς ἕκαστος προείλετο, οὕτω καὶ ὁ θεὸς κατέστησεν αὐτὸν, ἐφ᾽ οἷς εἵλετο. Τοῦ τοιούτου ἡ ψυχὴ, ἤτοι τοῦ εὐλαβοῦς, ἀεὶ κληρονομήσει τὰ ἀγαθὰ, καὶ γέρας ἕξει, τὸ καὶ σπέρμα ἔχειν κληρονομοῦν τὴν τῶν πραέων γῆν. Εἰ καὶ νῦν, φησι, κακοπαθεῖ τις εὐλαβὴς, ἐγγυμναζόμενος τοῖς τῆς ἀρετῆς ἄθλοις· ἀλλ᾽ ἔσται καιρὸς, ὅτε ἐναυλισθήσεται ἀγαθοῖς, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε. Καὶ τὸ σπέρμα εἴποις δ᾽ ἂν

tibus,& pulſantibus,quibus dixit aperiendum. *Teſtamentum* autem eius vniuerſale,eſt omnis Scriptura diuinitus inſpirata: *teſtimonia* verò eius, illa quæ vel prophetice de ipſo in diuina Scriptura teſtificata ſunt, vel ſecundùm teſtimonium enuntiata. Vel oportet primùm conſequi miſericordiã,vt quis per vias eius incedens,ſic ad ipſam perueniat veritatem. Non omnibus autem videntur eius viæ miſericordia & veritas;ſed requirentibus teſtamentum eius,& teſtimonia eius:à quibus quiſquis alienus eſt, eius quoque bonitatis expers exiſtit. *Propter nomen tuum*,id eſt propter tuam benignitatem (hinc enim nuncuparis) non propter meam pœnitentiam, mihi veniam concede, & *propitiare peccato meo*, non tantùm ei quod iam patratur, verùm etiam ceſſanti. *Multum eſt enim*, non quantitate, ſed comparatione puritatis,quæ mihi ineſſe debet.

Per miſericordiam, venitur ad veritatem.

12. QVIS EST HOMO.] Qui timeat Dominum, rarus quidem, reperibilis tamen; cui *legem ſtatuit in via,quam elegit:* ſiue ipſemet Dominus, ſiue is qui timet eum. Qui cum Deo, inquit, coniunctus eſt, comperiet eum multas ipſi vias oſtendere, ac deinde legem ponere, quâ cuique vtendum ſit. Quemadmodum enim ſunt multæ manſiones ſaluandorum, ita etiam viæ, id eſt vitæ eorum qui ſecundùm Deum proficiunt. Quilibet autem ſibi deligit eam quam probet, & eligat. Alius ſiquidem quodammodò infimam, ciuilem atque communem vitam amplectitur, cum timore Domini progrediens: alius verò athleticam & aſceticam, per tolerantiam laborum aſceticorum: alius verò transſcendentem ac verè philoſophicam, quam beati Prophetæ, & diſcipuli Domini tenuerunt; circa res difficiles faciléſve indifferenter ſe habentes, & omnia arbitrantes vt ſtercora, nullâ re ſubacti, ſed nauem ſuam iſtiuſmodi procellis ſuperiorem ſeruantes. Vel q. d. Prout quiſque ſibi propoſuit, ita etiam Deus conſtituit eum in illis quæ elegit. Iſtiuſmodi, ſcilicet viri pij, anima ſemper hereditabit bona, & præmium obtinebit, vt etiam ſemen habeat, quod manſuetorum terram poſſideat. Et licet modò, inquit, vir pius aliquis malum patiatur, dum virtutis certaminibus exercetur, verùm erit tempus quando in bonis commorabitur quæ oculus non vidit. Quin etiam hoc ſemen vocare

Timentibus Deum lex data eſt.

Varia via Domini, & diuerſi ſtatus hominum.

Philip. 3, 8.

Viri pij anima hereditat bona.

1. Cor. 2, 9.

poſſis doctrinam, & ſermones, quibus plurimis profuit ad hereditatem à Deo conſequendam. Siue, quoniam Iudæi liberorum procreationis erant valdè ſtudioſi, tranſibit, inquit, benedictio ad poſteros. Et à rebus præſentibus ad virtutis exercitium adhortans ait:

14. FIRMAMENTVM EST DOMINVS.] Erit, inquit, talium robur ac firmamentum Deus, qui inſuperabiles illos efficit, ac hoſtibus ſuperiores. Symmachus & Theodotion interpretati ſunt, *Myſterium Domini timentibus eum, & teſtamentum ipſius declarabit illis.* Liceat audire hoc ipſum dicentem per Iſaiam, *Myſteria mea mihi & meis.* Hæc enim non temerè omnibus, verùm timentibus aperit. Illud autem, *Et teſtamentum ipſius*, ſcilicet ea quæ ſunt in teſtamento, id eſt, quæ in diuina Scriptura continentur myſteria, fient ipſi nota. Vel q. d. Eius legis promulgatio hoc ſpectat, vt probi fruantur iis quæ prælegerunt. Oculos hîc mentis intelligit, quos dixit ſe ſemper habere ad Deum, tamquam qui clarè cognoſcat, ſe ipſius curâ ac prouidentiâ inimicorum inſidias euaſurum. Hoc verò dicet etiam is, qui diuina ſemper meditatur, & à Deo ſpiritalibus ſe laqueis extricatum iri ſperat. Valdè autem ad miſerandum aptè poſuit illud, *Reſpice in me.* Vide, inquit, meam deſolationem, & inimicorum obſidionem: omnino enim ſi eam videris, miſereberis, quoniam derelictus ſum ſolus. Hoc enim illud *vnicus* inſinuat, q. d. Quoniam ſine auxilio, & pauper ſum, non ſufficiens mihi ad ſalutem, humano auxilio deſtitutus, idcircò tuam protectionem conſequi obſecro, non quaſi hæc mihi debita ſit propter benefacta, illam expetens. Et adhuc auxilium inclamans, ſubiunxit: *Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt.* Exhauſtus, inquit, ſum tribulationibus, parce igitur mihi propter multitudinem moleſtiarum. Vel *neceſſitates* vocat huius vitæ aduerſitates ac calamitates; *tribulationes* verò *cordis* fuerint aduerſæ cogitationes perturbantes.

Myſteria Deus communicat timentibus ſe.

Iſa. 24,16.

Oculi mentis ſemper ad Deum dirigendi.

Verſ. 17.

18. VIDE HVMILITATEM MEAM.] Et humilitatem meam, inquit, vide, & quoniam valdè debilitatus ſum; & ſufficiant tibi verbera quæ mihi inflicta ſunt, & dimitte mihi illa pro quibus cæſus ſum. Atque inſuper ad odientium me ſuperbiam ac multitudinem reſpice, & vide

τούτου, τὴν διδασκαλίαν, καὶ τοὺς λόγους, δι' ὧν πολλοὺς ὠφέλησε τῆς παρὰ θεοῦ κληρονομίας. ἢ ἐπεὶ περισπούδαστος Ἰουδαίοις ἡ παιδοποιΐα, διαβήσεταί, φησιν, ἡ εὐλογία ἕως ἐκγόνων. Καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων, ἐπὶ τὴν ἐργασίαν προτρέπων τῆς ἀρετῆς, φησί·

ιδʹ. ΚΡΑΤΑΙΩΜΑ ΚΥΡΙΟΣ.] Ἔσται, φησὶ, τῶν τοιούτων ἰσχὺς καὶ κραταίωμα ὁ θεὸς, ὃς ἀηττήτους αὐτοὺς ἀποφαίνει, καὶ κρείττους τῶν πολεμίων. Ὁ Σύμμαχος καὶ ὁ Θεοδοτίων, μυστήριον κυρίου τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, καὶ τὴν συνθήκην αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς. αὐτοῦ δέ ἐστιν ἀκοῦσαι τοῦτο διὰ Ἡσαΐου· Τὰ μυστήριά μου ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς. οὐ γὰρ ἁπλῶς ἅπασι ταῦτα, ἀλλὰ τοῖς φοβουμένοις ἀποκαλύπτει. Τὸ δὲ, Καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ, καὶ τὰ ἐν διαθήκῃ, τουτέστι τὰ τῇ θείᾳ γραφῇ περιεχόμενα μυστήρια, γνωστὰ αὐτοῖς γενήσεται· ἢ ἀντὶ τοῦ· Καὶ ἡ νομοθεσία αὐτοῦ εἰς τοῦτο βλέπει, πρὸς τὸ ἐναπολαῦσαι τοὺς ἀγαθοὺς ποιεῖν, ὧν προείλοντο. Ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας λέγει ἐνταῦθα, οὓς ἔφη διαπαντὸς ἔχειν πρὸς τὸν θεὸν, ὡς γινώσκων σαφῶς, ὅτι διὰ τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας, τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλὰς διαφεύξεται. Ἐρεῖ δὲ τοῦτο, καὶ ὁ τὰ θεῖα ἀεὶ ἐννοῶν, καὶ ἀπὸ θεοῦ ἐλπίζων τῶν νοητῶν παγίδων ἐκσπασθήσεσθαι. Ἄγαν δὲ τέθεικεν ἐλεεινῶς, τὸ· Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ. Ἴδε μου, φησὶ, τὴν ἐρημίαν, καὶ τὴν τῶν ἐχθρῶν πολιορκίαν. πάντως γὰρ θεασάμενος ἐλεήσεις· ὅτι μόνος εἰμὶ μεμονωμένος. τοῦτο γὰρ τὸ μονογενής. Ὅτι ἀβοήθητος, καὶ πτωχὸς, μὴ ἀρκῶν ἐμαυτῷ πρὸς σωτηρίαν, γυμνὸς ἀνθρωπίνης βοηθείας, διὸ τῆς σῆς ἀντιλήψεως ἱκετεύω τυχεῖν, οὐχ ὡς ὀφειλομένην μοι ταύτην διὰ τὰ κατορθώματα ἐξαιτῶν. καὶ ἔτι ἐκκαλούμενος πρὸς βοήθειαν, ἐπήγαγεν· Αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπληθύνθησαν. Ὑπέραντλος γέγονα, φησὶ, ταῖς θλίψεσι, φεῖσαι οὖν μου διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀλγεινῶν. Ἢ ἀνάγκας, τὰς περιστάσεις τοῦ βίου λέγει καὶ συμφοράς· θλίψεις δὲ καρδίας εἶεν ἂν, οἱ διοχλοῦντες ἐναντίοι λογισμοί.

ιηʹ. ΙΔΕ ΤΗΝ ΤΑΠΕΙΝΩΣΙΝ ΜΟΥ.] Καὶ τὴν ταπείνωσίν μου, φησὶν, ἴδε, καὶ ὅτι σφόδρα ἠσθένησα· καὶ ἀρκέσθητι ταῖς ἐπενεχθείσαις μοι μάστιξι, καὶ ἄφες μοι ἀνθ' ὧν ἐπλήγην. καὶ πρὸς τούτοις ἐπὶ τὴν τῶν μισούντων ὑπερηφανίαν καὶ τὸ πλῆθος ἐπίβλεψον. καὶ ἴδε τὴν

ἄδικον

ἄδικον ἀπέχθειαν, καὶ ὅτι μηδὲν ἀδικηθέντες μάτην ἐχθραίνουσιν. ἢ, ἐπεὶ ταπεινοῦταί τις αἴσθησιν λαμβάνων ἁμαρτημάτων διὰ τὸ ἀπαῤῥησίαστον, καὶ κάμνει διὰ καρπὸν μετανοίας. καλῶς εὔχεται, τοῦτο ποιήσας, καὶ λέγει τὸ Ἴδε. δεῖ γὰρ μὴ ὑπτίους εἶναι τοὺς τῷ θεῷ μόνῳ θαῤῥοῦντας ἐλέει, ἀλλὰ καὶ τὸν διὰ τῶν ἔργων εἰσφέρειν πόνον. Ὅταν δέ τις παύσεται ἁμαρτάνων, ἐχθροὺς ἕξει τοὺς δαίμονας μισοῦντας αὐτὸν ἄδικον μῖσος. ἄδικον δὲ μῖσός ἐστι κατὰ τῶν μὴ ἄξια μίσους πραττόντων, δικαίως μισουμένων τῶν φαύλων. οἱ δὲ τοὺς δικαίους ὡς ἀδίκους μισοῦντες, μῖσος ἄδικον μισοῦσι. Καὶ ῥῦσαί με ἀπὸ πράξεων τοιούτων, ἐφ' αἷς κρατῆσαί με διώκονται. Δίκαιος δέ εἰμι τούτων, φησὶ, τυχεῖν, ἀνθ' ὧν οὐκ εἰς ἕτερον, ἀλλ' εἰς σὲ μόνον ἐπήλπισα.

κα'. ΑΚΑΚΟΙ ΚΑΙ ΕΥΘΕΙΣ.] Οἱ ἀμέτοχοι κακίας, φησὶν, ὁρῶντές με τοσαύτῃ κεχρημένον σπουδῇ περὶ τὰ σωτήρια ἑαυτῶν, συμβιοῦν ἠξίουν με αὐτοῖς, καὶ κολλᾶσθαί μοι ἔργον ἐτίθεντο. Ἴδιον δὲ ἀρετῆς καὶ τοῦτο, τὸ μισεῖν μὲν τῶν φαύλων τὰς συνουσίας, τοὺς δὲ εὐθύτητι χρωμένους, καὶ κακίας ἀπηλλαγμένους, συνήθεις ἔχειν καὶ φίλους. Εἰς εὐχὴν δὲ καταλήγει πρέπουσαν βασιλεῖ. μετὰ γὰρ τὸ καθ' ἑαυτὸν διαθέσθαι, καὶ ὑπὲρ τοῦ παντὸς λαοῦ παράκλησιν ἐπιλέγει.

iniuſtam inimicitiam, & quomodo qui nihil mali paſſi ſunt, fruſtrà indignentur. Vel [hoc dicit] quia humiliatur quis præ verecundia, dum ſenſum capit peccatorum, & pro fructu pœnitentiæ laborat. Rectè orat qui hoc fecit, & ait, *Vide*. Non oportet enim deſides eſſe, qui ſoli miſericordiæ Dei fidunt, ſed & per opera ipſa laborem adhibere. Quando autem quiſpiam à peccando ceſſabit, dæmones habebit inimicos, qui odio iniquo ipſum proſequuntur. Iniquum autem odium eſt, quod concipitur aduerſus eos qui nihil odio dignum commiſerunt, iuſtè autem iniquos quis odio proſequitur: qui autem iuſtos tamquam iniuſtos oderunt, hi iniquo odio oderunt. Et libera me ab iſtiuſmodi actionibus, in quibus mihi prevalere poſſent. Dignus autem, inquit, ſum vt hæc aſſequar; quia non in alio, ſed in te ſolo ſperaui.

31. INNOCENTES ET RECTI.] Qui malitiæ expertes ſunt, inquit, videntes me tantâ vſum diligentiâ in rebus ſalutaribus ipſis procurandis, rogarunt me vt cum ipſis viuerem, ſibique me adiungere ſtuduerunt. Hoc autem proprium eſt virtutis, prauorum quidem conſortium odiſſe; rectos verò & malitiæ expertes, ſibi familiares & amicos habere. Ceterùm finit in oratione regi conueniente: poſtquam enim pro ſemetipſo rogauit, etiam pro vniuerſo populo deprecationem ſubiungit.

COMMENTARIVS PATRVM.

Miſericordia non iuuat deſides.

Odium iniquum quid ſit.

Praua ſocietas vitanda, & bonorum amanda.

CATENA PATRVM.

α'. ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐν τῷ προκειμένῳ ψαλμῷ τὸ ἑκάστου τῶν κεκλημένων εἰσφέρεται πρόσωπον· ἤγουν πάντων τῶν συνειλεγμένων εἰς τὴν πολιτικὴν ἐπιδέχεσθαι ζωήν.

β'. ΠΡΟΣ ΣΕ ΚΥΡΙΕ ΗΡΑ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὁ ψαλμὸς οὗτος τὸ προσευχῆς ἔχει σχῆμα, διὰ τοῦτο, ὡς εἰκὸς, οὐδὲ ψαλμὸν αὐτὸν ἡ ἐπιγραφὴ προσαγορεύει. Τινὲς δὲ τῶν συγγραφέων τὸ αἰχμαλωσίας προαγορευτικὸν ἔφασαν εἶναι, καὶ ὡς ἐξ ἐκείνων εἰρημένον ἡρμήνευσαν, τῷ τέλει μόνῳ προσεσχηκότες. Λύτρωσαι γάρ, φησιν, ὁ θεὸς τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι τοῦτον εἰρῆσθαι τὸν ψαλμὸν ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ, ἡνίκα πολλὰς εἶχε πολεμίων ἐπαναστάσεις.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἔοικεν ἀποστραφεὶς τὰ γήϊνα

1. ATHANASII. In propoſito Pſalmo cuiuſlibet eorum qui vocati ſunt, perſona introducitur: ſcilicet omnium eorum qui collecti ſunt ad ſpiritalem vitam ducendam.

2. AD TE DOMINE LEVAVI ANIMAM.] THEODORETI. Pſalmus hic deprecationis figuram habet. Propterea, vt veriſimile eſt, neque titulus ipſum Pſalmum nuncupat. Aliqui autem interpretum dixerunt ipſum prædicere captiuitatem, & tamquam ab illis qui captiui erant, dictum fuiſſe explanarunt, finem ſolum attendentes. *Redime* enim, inquit, *Deus Iſraël ex omnibus tribulationibus ſuis*. Ego autem hunc Pſalmum à beato Dauide dictatum fuiſſe arbitror, cùm multos hoſtium inſultus patiebatur.

EVSEBII. Videtur à terrenis auerſus

CATENA PATRVM.

Spes Dei animam erigit.

in ſublime tolli, & Deo propinquus fieri. Hoc autem, inquit, mihi accidit, quia in te ſperaui. Etenim fiduciæ plenus, tamquam propriam poſſeſſionem Deum inuocat, dicens, *Deus meus.* Atqui animam meam ad te eleuare, mei eſt arbitrij; liberari verò, eſt fauoris tui. quocirca ſermonem conuertit ad deprecationem.

Inimici noſtri, ſunt diabolus cum impijs.

3. NEQVE IRRIDEANT ME.] ANONYMI. *Inimici* autem ſunt diabolus cum dæmonibus atque impijs hominibus. Fortaſſis verò etiam præuidet Saluatoris incarnationem, poſt quam inimicorum riſus ceſſauit. Confunduntur autem hi qui incertâ fide omni vento circumferuntur ſed non fideles ij qui didicerunt dicere, *Expectans expectaui Dominum.* Pro *iniqua agentes* verò ceteri, & editio Hexapla interpretati ſunt *infideles*, tranſgreſſores ſignificãtes, & quòd vacuum fructum referent: nam qui à Deo deficiunt, cõfundentur.

Improbi confunduntur.

Pſal. 39, 1.

Viæ Domini ſunt prouidentiæ ipſius.

4 VIAS TVAS DOMINE.] DIDYMI. *Viæ* Domini ſunt prouidentiæ ipſius diſpoſitiones, ſecundùm quas omnia gubernat; de quibus etiam Apoſtolus ait: *Inueſtigabiles viæ eius. Semitæ* verò particulares diſpoſitiones, quibus quodammodò omnia peruadit. Petit igitur, vt non alia pro alijs in rerum naturalium conſideratione, opinetur, & non procul à veritate excidat: quod vtique contigit his qui humanis rationibus nixi ſunt. Ego autem à te edoctus, quòd non tantùm ſaluator, verùm etiam creator ac Deus meus exiſtis, meritò te ſuſtinui totâ die.

Rom. 11, 33.

EIVSDEM. Conſidera Legem & Prophetas eſſe vias, quas notas facere ſolius eſt Dei.

Delictum iuuentutis, eſt morum inconſtantia.

7. DELICTA IVVENTVTIS.] ORIGENIS. Vtique intellexerit delictum iuuentutis, morum inconſtantiam, quando quis ignorans peccat, donec Deus tali ſenſum præbeat, iuxta illud: *Vt det ſimplicibus aſtutiam.*

Prou. 1, 3.

Deus natura bonus & miſericors.

SECVNDVM MISERICORDIAM TVAM.] ANONYMI. Secundùm naturam miſericors & bonus Deus exiſtens, connaturalem habet bonitatem, propter quam cum miſericordia meminit pœnitentis. Rectus autem Dominus, ſiue quòd ad peccatum non ſit procliuis, vel quòd de peccatibus ſupplicia ſumat.

10. VNIVERSÆ VIÆ DOMINI MISERICORDIA.] ORIGENIS. Etſi iudicet & puniat, quia viæ Domini ſunt, etiã hæ in miſericordia & veritate ſunt: & hęc facit maximè requirentibus

μετέωρος ἀρθῆναι, καὶ πλησίον γενέσθαι θεοῦ. Τοῦτο δέ μοι, φησί, γέγονε διὰ τὸ θαῤῥεῖν ἐπὶ σοί. Τοιγαροῦν καὶ παῤῥησίας πλησθεὶς, ὡς ἴδιον κτῆμα, καλεῖ τὸν θεὸν, λέγων, ὁ θεός μου. Καὶ τὸ μὲν ἆραι πρὸς σὲ τὴν ψυχήν μου, τῆς ἐμῆς προαιρέσεως· τὸ δὲ ῥυσθῆναι, τῆς σῆς ἂν εἴη ῥοπῆς· διὸ τὸν λόγον ἔστρεψεν εἰς εὐχήν.

γ'. ΜΗΔΕ ΚΑΤΑΓΕΛΑΣΑΤΩΣΑΝ ΜΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἱ ἐχθροὶ δὲ ὁ διάβολος μετὰ τῶν δαιμόνων, καὶ τῶν ἀσεβούντων ἀνθρώπων. Ἴσως δὲ καὶ προορᾷ τοῦ σωτῆρος τὴν ἐνανθρώπησιν, μεθ' ἣν ὁ τῶν ἐχθρῶν πέπαυται γέλως. αἰσχύνονται δὲ οἱ δυσέλπιστοι παντὶ ἀνέμῳ περιφερόμενοι, ἀλλ' οὐ τῶν πιστῶν οἱ λέγειν μεμαθηκότες· Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν κύριον. Ἀντὶ δὲ οἱ ἀνομοῦντες, οἱ λοιποὶ καὶ ἡ ἑξαπλᾶ ἔκδοσις, οἱ ἀπιστοῦντες ἡρμήνευσαν, τοὺς παραβάτας δηλοῦντες, καὶ διότι κενὸν ἀποίσονται τὸν καρπόν· θεοῦ γὰρ ἀποστάντες καταισχυνθήσονται.

δ'. ΤΑΣ ΟΔΟΥΣ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁδοὶ κυρίου αἱ διοικήσεις τῆς αὐτοῦ προνοίας, καθ' ἃς τὰ σύμπαντα διακυβερνᾷ, περὶ ὧν καὶ ὁ ἀπόστολός φησιν, Ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. τρίβοι δὲ, αἱ κατὰ μέρος διοικήσεις, δι' ὧν ὥσπερ τὰ πάντα διαπορεύεται. Αἰτεῖ τοίνυν μὴ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ἐν τῇ τῶν φυσικῶν θεωρίᾳ δοξάζειν, καὶ μὴ πόῤῥω τῆς ἀληθείας πεσεῖν, ὃ δὴ πεπόνθασιν οἱ τοῖς ἀνθρωπίνοις θαῤῥήσαντες λογισμοῖς. Ἐγὼ δὲ παρὰ σοῦ διδαχθεὶς, ὡς οὐ μόνον σωτὴρ, ἀλλὰ καὶ δημιουργὸς καὶ θεός μου τυγχάνεις, εἰκότως σε ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Νόει τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας τὰς ὁδοὺς, ἃς ἐστὶ γνωρίσαι μόνου θεοῦ.

ζ'. ΑΜΑΡΤΙΑΣ ΝΕΟΤΗΤΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Λέγοι δ' ἂν τὸ νεότητος ἁμάρτημα τὸ, τοῦ ἤθους ἄστατον, ὅτε τις ἀγνοῶν ἁμαρτάνει, μέχρι θεὸς αἴσθησιν τῷ τοιούτῳ χαρίσηται. κατὰ τὸ, ἵνα δῷ ἀκάκοις πανουργίαν.

ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κατὰ φύσιν ἵλεως ὢν καὶ ἀγαθὸς ὁ θεὸς, σύμφυτον ἔχει χρηστότητα, ἧς ἕνεκα σὺν ἐλέῳ μνημονεύει τοῦ μετανοοῦντος. Εὐθὺς δὲ ὁ κύριος, ἤτοι διὰ τὸ πρὸς ἁμαρτίαν μὴ πεφυκέναι, ἢ διὰ τὸ εὐθύνας ἀπαιτεῖν τοὺς ἁμαρτάνοντας.

ι'. ΠΑΣΑΙ ΑΙ ΟΔΟΙ ΚΥΡΙΟΥ ΕΛΕΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Κἂν κρίνῃ καὶ κολάζῃ, εἰ ὁδοὶ κυρίου εἰσὶ, καὶ αὗται ἐν ἐλέῳ καὶ ἀληθείᾳ. καὶ ταῦτα ποιεῖ μάλιστα τοῖς ἐκζητοῦσι

τὴν

τὴν διαθήκην αὐτοῦ, καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ. Ἐλεηθῆναι δεῖ πρότερον, ἵνα τις αὐτοῦ τὴν ὁδὸν ἐπιβὰς, οὕτως ἐπ᾽ αὐτὴν ἀφίκηται τὴν ἀλήθειαν. αἱ ὁδοὶ δὲ αὐτοῦ οὐ πᾶσι θεωροῦνται ἔλεος καὶ ἀλήθεια, ἀλλὰ τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ, καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ. ὧν τις ἐκτὸς ὑπάρχων, ἄπειρός ἐστι τῆς χρηστότητος καὶ τοῦ κάλλους τῶν κυριακῶν ὁδῶν.

ιά. ΕΝΕΚΕΝ ΤΟΥ ΟΝΟΜΑΤΟΣ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἕνεκα, φησὶ, τῆς σῆς προσηγορίας ἐγὼ, ὦ δέσποτα, ἐκζητήσω τὴν διαθήκην σου, ἐλευθερίαν ἐξ αὐτῆς προσδοκῶν ἢ κληρονομίαν, ἣν ὡς υἱῷ γινομένῳ ὥρισας. Ἀλλὰ καὶ ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου.

ιβ΄. ΤΙΣ ΕΣΤΙΝ ΑΝΘΡΩΠΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐπειδὴ πολλοὶ καὶ διάφοροι τῆς εὐσεβείας οἱ βίοι, ἐν ἑκάστῳ δὲ βίῳ δυνατὸν ἀρέσαι θεῷ, εἰκότως ὁ προφήτης ἔφη· Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν κύριον; νομοθετήσει αὐτῷ ἐν ὁδῷ ᾗ ᾑρετίσατο, ἀντὶ τοῦ, ὃν ἐκείνῳ τοῦ βίου τὸν βιοτεύειν προαιρεῖται, τοὺς προσφυεῖς αὐτῷ καὶ ἁρμόζοντας τίθησι νόμους. οὕτως ὁ μέγας ἀπόστολος καὶ οἰκέταις καὶ δεσπόταις, καὶ παισὶ καὶ πατράσι, καὶ γυναιξὶν καὶ ἀνδράσι, καταλλήλους τέθεικε νόμους. Τούτοις τοίνυν πεπληρωκόσι νόμους ὁ προφητικὸς ὑπέσχετο λόγος τὴν ἐν ἀγαθοῖς τῆς ψυχῆς διατριβὴν, καὶ τὴν τοῦ σπέρματος εὐλογίαν.

ιδ΄. ΚΡΑΤΑΙΩΜΑ ΚΥΡΙΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πᾶσα, φησὶν, ἡ νομοθεσία τοῦ θεοῦ πρὸς τοῦτο βλέπει, πρὸς ἐν ἀπολαύσει τοὺς ἀγαθοὺς ποιεῖν ὧν προείλοντο. Τοῦτο γὰρ λέγει, δηλῶσαι αὐτοῖς, ἀντὶ τοῦ, ἐν ἀπολαύσει καταστῆσαι αὐτοὺς ὧν προείλοντο.

ιέ. ΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΜΟΥ ΔΙΑΠΑΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὁ ἀεὶ τὰ θεῖα ἐννοῶν, τοῦτο ἐρεῖ, ἐλπίζων ὑπὸ θεοῦ ἐλευθερωθήσεσθαι, τοῦ ἐκσπῶντος ἀπὸ παγίδος τοὺς νοητοὺς τῶν ἁγίων πόδας.

ιζ΄. ΑΙ ΘΛΙΨΕΙΣ ΤΗΣ ΚΑΡΔΙΑΣ ΜΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὰς θλίψεις τῆς καρδίας νόησον, τοὺς ὀχλοῦντας ἐναντίως λογισμούς. Τὸ δὲ ἑξῆς, ἐκ τῶν ἀναγκαίων μου ἐξάγαγέ με, ἐκ τῶν προεστηκότων, καὶ βιαζομένων, καὶ ἀναγκαζόντων ἐκκροῦσαι τὴν πρόθεσίν μου, ὡς ἐκ μεγάλων ἀναγκῶν ἐξάγαγέ με.

κ΄. ΦΥΛΑΞΟΝ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τοῦτό φησιν, ὅπως μὴ ὑποπέσῃ τοῖς ἀδίκοις μισοῦσιν. Ἀλλὰ καὶ ῥῦσαι αὐτὴν ἀπὸ πράξεων τοιούτων, ἐφ᾽ αἷς κρατῆσαι αὐτῆς δυνήσονται.

teſtamentum eius, & teſtimonia eius. Oportet primùm conſequi miſericordiam, vt quis vias eius ingrediens, ad ipſam ſic perueniat veritatem. Viæ autem eius non omnibus videntur miſericordia & veritas; ſed requirentibus teſtamentum eius, & teſtimonia eius: à quibus qui alienus eſt, is etiam bonitatis & pulchritudinis viarum Dominicarum expers exiſtit.

CATENA PATRVM.

Miſericordia, eſt via ad veritatem.

11. PROPTER NOMEN TVVM.] ANONYMI. Propter nomen tuum, inquit, ego, ô Domine, exquiram teſtamentum tuum, ex illo libertatem vel hereditatem expectans, quam tamquam filio facto decreuiſti. Sed & propitiare peccato meo.

12. QVIS EST HOMO?] THEODORETI. Quoniam multæ ac variæ ſunt piè viuendi rationes, in qualibet autem Deo placere poſſumus, meritò Propheta dixit: *Quis eſt homo qui timet Dominum? legem ſtatuet ei in via, quam elegit:* id eſt, in illo viuendi genere quo viuere proponit, commodas & congruentes illi leges ponit. Hoc modo magnus Apoſtolus, & ſeruis, & dominis; & filijs, & patribus; & vxoribus, & viris, mutuas leges poſuit. Iis autem qui leges adimpleuerint, propheticus ſermo promiſit in bonis animi commorationem, ac ſeminis benedictionem.

In omni ſtatu poſſumus placere Deo.

14. FIRMAMENTVM EST DOMINVS.] ORIGENIS. Omnis, inquit, Dei legiſlatio hoc ſpectat, vt probos frui faciat ijs quæ elegerunt. Hoc enim ſignificat, *Vt manifeſtetur illis*, id eſt, vt illos frui faciat ijs quæ præelegerunt.

Quiſque recipit pro ut elegit.

15. OCVLI MEI SEMPER AD DOMINVM.] EIVSDEM. Qui ſemper diuina meditatur, hoc dicet, ſperans ſe liberatum iri à Deo, qui ſpirituales ſanctorum pedes à laqueo extrahit.

17. TRIBVLATIONES CORDIS MEI.] ANONYMI. *Tribulationes cordis* intelliges aduerſas cogitationes, quæ perturbant. Quod autem ſequitur, *De neceſſitatibus meis erue me*, id eſt, ab ijs qui mihi imminent, & vim inferunt, & vrgent propoſitum meum euertere, tamquam ex magnis neceſſitatibus erue me.

Tribulationes cordis ſunt cogitationes perturbantes.

20. CVSTODI ANIMAM MEAM.] EIVSDEM. Hoc ait, ne ſuccumbat iniquis odientibus. Quin etiam libera, inquit, ipſam ab iſtiuſmodi actionibus, quibus ipſi præualere poſſent.

CATENA PATRVM.

Innocentes & recti quales.

21. INNOCENTES ET RECTI ADHÆSERVNT MIHI.] ORIGENIS. *Innocentes*, vel malitiæ expertes, vel ſimplices appellat; *rectos* verò, qui perfectam virtutem exercebant. Hi itaque *adhæſerunt mihi* propter animi conſenſionem, *quoniam ſuſtinui te Domine*. Fortè verò etiam *innocentes* vocat, probos homines; *rectos* verò, diuinos Angelos ipſi adhærentes; quòd & diuinæ virtutes probo aſſiſtant. Propter nihil autem, inquit, adhæſerunt mihi, niſi quia ſuſtinebam perſeuerans, & omnia ſufferebam, te ſpe meâ munitus.

Rex debet orare pro ſubditis.

22. REDIME DEVS ISRAEL.] THEODORETI. Hæc eſt rege digna oratio: decet enim ipſum, etiam pro commiſſo ſibi populo deprecari. Habet autem & alium ſenſum hæc clauſula. Diuiſus enim erat Iſraël & tempore Saülis, & Memphiboſæ, & Abſalomi. Si igitur, inquit, tuum auxilium adeptus fuero, & hoſtes ſuperauero; etiam ipſemet Iſraël ciuile bellum finiens, pacem obtinebit, & bonis tuis abunde perfruetur.

κα΄. ΑΚΑΚΟΙ ΚΑΙ ΕΥΘΕΙΣ ΕΚΟΛΛΩΝΤΟ ΜΟΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀκάκους, ἢ τοὺς στερουμένους κακίας, ἢ τοὺς ἁπλουστέρους φησίν. Εὐθεῖς δὲ τοὺς κατορθώσαντας τὴν τελείαν ἀρετήν. οὗτοι οὖν ἐκολλῶντό μοι δι' ὁμοφροσύνην, ὅτι ὑπέμεινά σε κύριε. Τάχα δὲ καὶ ἀκάκους λέγει τοὺς ἐξ ἀνθρώπων σπουδαίους, εὐθεῖς δὲ τοὺς θείους ἀγγέλους κολλωμένους αὐτῷ, τῷ καὶ θείας δυνάμεις γίνεσθαι περὶ τὸν σπουδαῖον. Δι' οὐδὲν δέ, φησι, ἐκολλῶντό μοι, ἢ ὅτι ὑπέμενον καρτερῶν, καὶ πάντα ὑπέφερον, σοὶ τὴν ἐμαυτοῦ ἐλπίδα προβεβλημένος.

κβ΄. ΛΥΤΡΩΣΑΙ Ο ΘΕΟΣ ΤΟΝ ΙΣΡΑΗΛ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Βασιλεῖ πρέπουσα ἡ εὐχή. προσήκει γὰρ αὐτῷ καὶ ὑπὲρ τοῦ ἐγκεχειρισμένου λαοῦ προσεύχεσθαι. Ἔχει δὲ καὶ ἑτέραν ἔννοιαν τὸ ῥητόν. Διῄρητο γὰρ ὁ Ἰσραήλ, καὶ ἐπὶ τοῦ Σαοὺλ, καὶ ἐπὶ τοῦ Μεμφιβόσθαι, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀβεσσαλώμ. Εἰ τοίνυν, φησὶ, τῆς σῆς ῥοπῆς ἀπολαύσαιμι, καὶ κρείττων γενοίμην τῶν δυσμενῶν, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰσραὴλ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον καταλύσας, εἰρήνης τεύξεται, καὶ τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς ἐντρυφήσει.

ANNOTATIONES CORDERII.

PSALMVS hîc in Hebræo & Chaldæo caret titulo: & à Septuag. ceteriſque Græcis Interpretibus tantùm inſcribitur, Τῷ Δαβὶδ, *Ipſi Dauid*; apud Theodoretum tamen legitur, Εἰς τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, *In finem Pſalmus ipſi Dauid*, prout Cæſarei codices M. S. etiam habent. Quo item pacto legit S. Auguſt. & Vulgata retinet. Edidit autem hunc Pſalmum Dauid, vt oſtenderet omnino congruum humanæ imbecillitati, nec non diuinæ bonitati conſentaneum fuiſſe, leges quaſdam hominibus imponere, quibus in hac periculoſa vitæ via dirigerentur. Incipit ergo in perſona generis humani feruenter orare, ne ſe labi aut errare permittat, aut inimicis ludibrio exponat.

Ab inimicis rideri graue eſt.

3. *Neque irrideant me inimici mei.*] Nihil ſanè grauius aut amarius homini poteſt accidere, quàm ſi ab inimicis ſuis ſubſannetur. Quod omnino tunc fit, quando quis talem viam tenet, per quam tandem in hoſtium ſuorum manus ita incidit, vt facere de illo poſſint quidquid velint. Prudenter ergo Dauid in via tam ancipiti & periculoſa ſingulariter à Deo dirigi poſtulat, ne in hoſtium manus incidat.

4. *Vias tuas Domine demonſtra mihi.*] S. Hieronymus, *vias tuas oſtende mihi.* Loquitur de via & ſemita mandatorum Dei: de qua in alio
Pſal. 118, 35. Pſalmo dicit, *Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum.* Et Iſaias, *Docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius.* Iſaiæ 2, 3.
Non loquitur autem hîc de eo docendi modo, quo Scripturæ nos docent, aut exterior docentium vox (ſic enim Propheta iam erat edoctus vias Domini:) ſed de modo docendi qui Deo proprius eſt. Hic autem eſt duplex. Primus, is quo interiori ſui Spiritus inſtructione mentem hominis ſic docet, vt etiam perſuadeat vias ſuas verè ad felicitatem hominem perducere, ſicque perſuaſus homo eas amplectatur. Secundus, is quo hominem ſingulis horis admonet, illique ſuggerit, quid in omnibus occurrentibus caſibus & occaſionibus ſit agendum. Euthymius Prophetam optare dicit, vt reipsâ atque operationibus meliùs addiſcat, quæ ex libris diuinis priùs didicerat, vt coactus quodammodò à Deo operari, experimento deinceps cognoſcat, quod ſolâ priùs ratione didicerat. Nonnulli etiam hîc intelligunt per *vias* & *ſemitas*, Dei diſpenſationes & adminiſtrationes rerum, vt precetur Propheta ſibi oſtendi, quàm iuſtè mundum, & homines gubernet: videbat nempe Dauid Gentes ambulantes *in vanitate ſenſus ſui, tenebris habentes obſcuratum intellectum: quas Deus dimiſit ingredi vias ſuas:* tales ſcilicet, per quas directè tendebant in interitum; & manus dæmonum, humani generis inimicorum, qui eos omni pœnarum genere cruciarent, & ludibrio exciperent. *Vias* ergo, inquit, tuas *Domine demonſtra mihi.* Significanter autem dixit *tuas*, id eſt ad te ducentes, ſicut *via ciuitatis habitaculi* dicitur, quæ rectâ ducit ad ciuitatem inhabitatam, ſiue in qua domum ſeu habitaculum habebant. *Tu lucem habitas inacceſſibilem, quam nemo hominum vidit, ſed nec videre poteſt*, niſi te ductore. *Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt ſuper terram*, inquit Baruch, loquens de

Quis modus docendi Deo proprius ſit.

Epheſ. 4, 17. Act. 14, 15.

Dæmonum manus incurrit, ſine ductu ipſius.

Pſal. 106, 4.

1. Tim. 6, 16.

Baruch 3, 20.

de philoſophis, qui putabant ſe ſupremam lucem attigiſſe; ſed *habitauerunt ſuper terram*, id eſt, ad terrenam tantùm ſapientiam peruenerunt: *viam autem diſciplinæ ignorauerunt, neque intellexerunt ſemitas eius, neque filij eorum ſuſceperunt eam: à facie ipſorum longè facta eſt; non eſt audita in terra Chanaan, neque viſa eſt in Themnn.* A Deo igitur ipſo talis via tradenda eſt.

Sap. 9, 13. *Quis enim hominum*, inquit Sapiens, *poterit ſcire conſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ.* In Græco eſt λογισμοὶ, id eſt, *ratiocinationis* plenæ ſunt ambiguitatis, vt meritò nobis timendum ſit, ne minùs rectam aut erroneam inferamus concluſionem. Ne igitur in re tanti momenti aberraret Dauid, prudentiſſimo conſilio ipſummet Deum ὁδηγόν ſibi fieri poſtulat: *Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Vias* vocat præcepta omnibus congruentia, *ſemitas* verò appellat conſilia, quæ non niſi paucis conueniunt. q. d. Oſtende mihi vias mandatorum tuorum, vt eas dilatato corde percurram: & doce me ſemitas conſiliorum tuorum, quibus anguſtiore quidem, ſed compendioſiore itinere ad te perueniam. Ne quam autem à præteritis adoleſcentiæ peccatis remoram aut impedimentum pateretur, eorum memoriam penitus deleri & obliterari deſiderat.

Viæ Dei, ſunt eius mandata; ſemitæ, conſilia.

7. *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.*] Neque enim ignorabat, multas in adoleſcentia eſſe tranſennas, & illicia peccatorum multa, quibus ad ſcelus ætas conniueat, quæ liberiùs geſtit, volitatque impunitate & dicendi & faciendi. Sibi ante oculos proponebat oculum illum grandem, è cælo ſpeculantem omnia, & notantem, atque in codicem referentem; & eodem, quo S. Iobus, horrore percellebatur, ne aliquando fœda ſuorum criminum veſtigia in eo recognoſceret. Eòdem nempe ſpectant illa

Semper adoleſcentiæ peccata timuerunt, & deprecati ſunt Sancti.

Iob 13, 26. Iobi, tametſi nullius quidem mali facinoris conſcij, ſibi tamen ob diuinum iudicium metuentis: *Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.* Vel, vt Patres Græci legunt, *Scripſiſti contra me mala, circumdediſti autem me peccatis adoleſcentiæ meæ.* Vbi S. Chryſoſt. in Catena tranſlationem eſſe ait à regibus, ſententiam ſcripto mandantibus, vt iam Deus voce & tabellâ, ſceleratæ conſcientiæ mores damnaſſe videatur. Sed diuinum illud ſcriptum potiùs fortè ad perennem rerum memoriam conſeruandam accommodandum fuerit. Ita quidem Olympiodorus ibid. in Catena exponit & illuſtrat: *Quæcumque mihi ab ineunte ætate peccata ſunt, tu obſignaſti, ne illorum vmquam deleatur obliuio.* Addit Iobum, qui maturæ iam ætati multis virtutibus corroboratæ, nullam ſe labem aſperſiſſe intelligeret, adoleſcentiæ tamen pueritiæque peccata extimuiſſe, ne fortè eorum à ſe pœnæ repeterentur. In eodem vtique æſtu fuiſſe Regium Vatem intelligimus, cùm pronus humi & abiectus in hunc modum orat: *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* Vbi D. Ambroſius in Pſal. 38. *Non*, inquit, *defenſionem obtulit, ſed obliuionem rogauit.* Quaſi Propheta mallet iniurias Deo factas obliuione ſepelire, quàm oratione defendere.

8. *Dulcis, & rectus Dominus, propter hoc legem dabit*, &c.] Loco *dulcis* in Græco eſt χρηστός, id eſt *ſuauis, benignus*; vel, vt S. Hieronymus vertit, *bonus*. Additur *& rectus*, id eſt iuſtus, ſeruans rectitudinem. Vbi notanda ſunt ex parte Dei duo principia, propter quæ legem homini dedit, quia ſcilicet dulcis & rectus eſt. Quia enim dulcis eſt, ſiue bonus, cui proprium eſt ſe communicare, ab æterno decreuit homini beatitudinis ſuæ conſortium tradere: ſed quia ſimul rectus & iuſtus eſt, voluit vt homo talem ſe præſtaret, cui tantum bonum meritò conferri poſſet. Propterea igitur *delinquentibus in via*, id eſt, ijs, qui in via quam tenent, ſi ſibi relinquantur, in multis delinquunt & aberrant, legem dedit, quâ dirigantur, & ab erroribus liberentur. Vnde ſubdit:

ANNOTATIONES CORDERII. Deus quia dulcis & rectus eſt, ideò legem dedit.

9. *Diriget manſuetos in iudicio*, &c.] Hoc de iudicio prudentiæ Creſollius noſter intelligit, in quo mites à Numine diriguntur, ne aberrent, ne vaniſſimis opinionibus illudantur, vt diſcernant vera à falſis, à malis bona, & humanarum rerum conditionem varietatemque percipiant, vt media ad ſempiternum beatiſſimumque finem referant, in quo ſita maxima eſt Chriſtiana prudentia. Diriget manſuetos in hoc prudentiæ iudicio, quæ directio, animi inſtitutio eſt. Cæleſtis illius ſcholæ teſſera eſt manſuetudo, ipſa in manus ponit claues ſcientiæ, ipſa arcana myſticæ Theologiæ communicat, ipſa propriè Dei auditores facit. Itaque, vt notauit S. Baſilius in Pſal. 33. qui Euangelij lucem viderat, fortemque felicem Regius Vates, manſuetos poſuit, cùm diſcipulos Chriſti vellet dicere, adeò vt apud illum manſuetus, & Meſſiæ auditor, idem eſſe videantur. Hæc virtus Propheticam illam efficit *terram deſiderabilem*, quam Septuag. vocant θελητὴν, *voluntariam*, vt vertit S. Hieron. vel, vt alij, *acceptam*; crediderim intelligi terram beneplaciti, in qua nimirum placet ſibi Deus, & in quam, vt ait Malachias, apertis cæli cataractis *effundit benedictionem vſque ad abundantiam.* Illa per manſuetudinem ad diuinos ſatus capiendos apta & exculta, & perfuſa imbre diuino, mirabiles gignit fructus, cùm gratia Saluatoris & doctrina ſapientiæ, vt purus liquiduſque ros, in eam impluerit. Quam ob cauſſam D. Iacobus monet Chriſtianos, vt *in manſuetudine ſuſcipiant inſitum verbum*, hoc eſt, doctrinam Apoſtolicam, quam tum magni illi ſatores religionis ſingulari pietate curaque ſpargebant, atque in omnium animis inſerere conabantur. Hoc igitur verbum *inſitum*, vel, vt quidam vertunt, *implantatum*, opinatur B. Iacobus ſine manſuetudine nec excipi animi gremio poſſe, nec germinare, aut vllos edere fructus dignos cælo. Quidam verò *inſitum verbum* referunt ad Chriſtum, Verbum Patris, in cruce fixum: arbor enim crucis fuit ſilueſtre lignum & ſterile, damnationis & infelicitatis argumentum, quia ſcriptum eſt, *Maledictus omnis qui pendet in ligno:* Chriſtus autem generoſum fuit virgultum, ſiue, vt ab Iſaia nominatur, *germen Domini, & fructus terræ ſublimis.* Hoc virgultum, ſurculuſque diuinus, inſertus in crucem mucrone clauorum, in mirandos gratiæ & gloriæ fructus effloruit. Doctrinam autem Chriſti crucifixi, quæ hominis Chriſtiani vera ſapientia eſt, quis meliùs quàm vir manſuetus comprehendere poteſt, atque intimo in animo religioſè inſerere? Qualis fuit D. Paulus, qui cùm eſſet myſteriorum cæleſtium epopta,

Manſueti à Deo diriguntur.

Manſuetudo reddit hominem capacem cæleſtium donorum.

Malach. 3, 11.

Iac. 1, 21. *Manſueti accipiunt doctrinam ſapientiæ.*

Gal. 3, 13.

Iſaiæ 53, 2.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. Cor. 2.

epopta, diuinæque mentis interpres, & arcana verba multa atque magna cognouiſſet; nihil tamen ſcire ſe arbitrabatur, *niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* O grande bonum manſuetudinis, quæ inſitum verbum cum ſanctorum pio choro ſuſcipere poteſt, & eius ſapientiâ lætari, *qui docet mites vias ſuas!* Diſcant à Deo hanc cæleſtem prudentiam, Crucifixum apud animum ſuum reputent, in manſuetudine verbis diuinis & exemplis imbuantur.

Via Dei miſericordia & veritas.

Pſal. 76, 13.

10. *Vniuerſæ viæ Domini, miſericordia & veritas.*] Vocat hîc *vias* Domini, illius actiones, condendi & gubernandi mundi modos, prouidentiæ rationes, & quæ in ſacris Odis nominantur *Dei adinuentiones*, quibus omnia ad ſuum finem ducere ſolet. Per has vias, velut ex arcano bonitatis & potentiæ ſuæ, exit & progreditur ad hæc exteriora, quæ tuemur: duobus his pedibus creata omnia circumluſtrat, hominumque vitam moderatur. Si per *veritatem* intelligamus fidelitatem in promiſſis, ſiue iuſtitiam, miſericordia & veritas ſunt potentiſſimi & pulcherrimi pedes Domini, quos Ioannes in Apocal.

Apoc. 10, 1.

Cant. 5, 15.

Pedes eius tamquam columnæ ignis: & Salomon in arcanis ſymbolis ait, eſſe *columnas marmoreas, fundatas ſuper baſes aureas.* Magno planè iudicio baſim auream excogitauit, quam myſteriorum interpretes aiunt eſſe charitatem. Conſtat enim incredibilem Dei bonitatem ſic in omnibus operibus adhiberi, vt maximè in miſericordia eluceat. Itaque in hoc Dei motu & progreſſu ad nos, miſericordiæ pes primus attollitur, & ab illo, vt dextero, omnis inchoatur motio. Quod enim aiunt Philoſophi de natura, hoc de rerum opifice Deo licet dicere. Effatum eſt Ariſtotelis de Inceſſu animantium cap. 4. Ἐκ δεξιῶν ἀρχὴ τῆς κινήσεως, *fons & principium motionis eſt à dextera.* vnde non mirum, ſi à dextero pede gradiendi fiat initium. Et alio loco idem Ariſtoteles conuerſionis cæli principium, vnde nimirum ſtellæ oriantur, dextrum eſſe contendit. Sic igitur motionis diuinæ principium eſt miſericordia, indeque inſignium gratiarum pulcherrima & benefica ſidera velut à dextra parte oriuntur. Ex quo fit, vt diuini homines, qui Dei laudes proſecuti ſunt, initium præconij ſui ducant à miſericordia.

Miſericordia eſt quaſi dexter pes Dei, qui ſemper præcedit.

Pſal. 100, 1.

Quale eſt illud Regij Vatis, *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Qui locus mirificè cum hoc conſentit, ſiquidem *miſericordia* primo, & *iudicium*, id eſt veritas ſeu iuſtitia, ſecundo loco ponitur. Cùm igitur Deus ſit *dulcis* ſeu miſericors; & ſimul *rectus*, id eſt iuſtus, conuenit vt etiam vniuerſæ eius *viæ*, id eſt leges, ſint *miſericordia*, vtpote quæ à dulci & miſericorde; & *veritas*, quæ à vero, iuſto ac recto procedant: vt ſint tales qualitates in mandatis, quales ipſe Deus habet in ſe, ſcilicet, *miſericordia & veritas*, in quibus diſpoſita & ordinata ſunt:

Lex Dei miſericors & iuſta, vt Deus.

Pſal. 110, 8.

quomodo alibi dixit, *Facta in veritate & æquitate.* Ac *miſericordia* quidem reſpicit noſtram miſeriam, cui ſubuenit; *veritas* verò res ipſas, quibus adæquatur. Lex ergo Dei in miſericordia eſt diſpoſita, quia ad noſtras miſerias reprimendas, auferendas & delendas eſt apta; & in veritate eſt ſtatuta, quia integram conformitatem ad ipſum rectum & iuſtum tenet. Sunt itaque Dei mandata in ſe quidem recta, æquo & iuſto conformia, & ideò vera: ſunt itidem nobis congruentiſſima, vtpote in miſericordia ad noſtram miſeriam ſubleuandam ordinata. Hoc autem intelligere, non omnibus datum eſt: ſed *requirentibus teſtamentum eius, & teſtimonia eius.* Id eſt, illis ſolis, qui Dei mandata requirunt & amant, nil niſi in ſe rectiſſimum & æquum, nobiſque ſalutiferum à Deo præceptum eſſe intelligunt: alijs enim præcepta eius dura & iniuſta videntur.

11. *Propter nomen tuum Domine, propitiare peccato meo.*] Græcè eſt ἱλάσῃ, pro quo Sixtina editio habet ἱλάσῃ, *propitiaberis*, quemadmodum Vulgata tranſtulit, & S. Auguſt.

Multum eſt enim.] Id eſt, magnum, & omnibus modis grande ac enorme. Non ſatis congruam videtur Dauid peccati remiſſionem impetrandi proponere rationem. Nam (vt ad hunc locum obſeruat Chryſoſt.) ille prudenter in forenſibus iudicijs agit, qui ad obtinendam facinoris alicuius remiſſionem, illud extenuat. Quamobrem hi qui in iudicio ſuas ipſorum cauſſas agunt, vel reo cuipiam patrocinantur, argumenta vndique crimini extenuando idonea conquirere aſſolent, nec non circumſtantias omnes alleuiantes in fauorem rei exornare verbis, & iudicibus expendendas ſplendidè proponere conſueuerunt; ſcientes delictum, quò leuius apparuerit, eò faciliùs remitti; ſicut è contrà, quantò grauius fuerit comprobatum, tantò difficiliùs condonari. Vt non immeritò ridendus videri poſſit is, qui ad delicti veniam impetrandam, illud coram iudice exaggeraret, & magnum prædicaret. Ita quidem in mundanis, aut forenſibus iudicijs, verùm in diuino tribunali longè aliter ſe res habet; ſiquidem tantò quis de peccati ſui venia certior eſt, quantò eius grauitatem ſinceriùs agnouerit, & ingenuè confeſſus fuerit. Tunc enim ſeſe exhibet cum minori merito, & maiori neceſſitate, aptum ſanè, cui is qui benignus eſt, veniam largiatur. Hoc vtique eſt quod Dauid ait: *Propter nomen tuum propitiaberis peccato meo.* Id eſt, propter temetipſum, quia benignus es, & gratis donas, vt *vbi ſuperabundauit delictum, ſuperabundet & gratia.* Rom. 5, 20 Hinc ſancti viri, quando à Deo quidpiam obtinere ſatagebant, ſe omni merito vacuos, & in extrema neceſſitate conſtitutos repræſentabant, & in ſola Numinis benignitate fiduciam omnem reponebant.

In iudicio fori, qui crimen fatetur, condemnatur; in iudicio cæli, abſoluitur.

12. *Quis eſt homo qui timet Dominum?* &c.] *Timentes Dominum* in Scriptura vocantur, qui dijs falſis reiectis, ſub Dei veri dominio viuere elegerunt. Qui igitur talis eſt, ſciat ſibi à Deo legem poſitam in via quam elegit. Renuntiaſti vijs diaboli in baptiſmate, & viam Chriſti elegiſti, quæ ſola ducit ad vitam, ſcias tibi legem impoſitam, quia non vult Deus ſine lege viuere ſeruos ſuos. *Reges* (inquit Chryſoſt. hom. 16. ad Popul.) *ferunt leges, nec omnes ſemper vtiliter: homines enim ſunt, nec ſicut Deus poſſunt ſemper vtile inuenire; & tamen paremus, ſiue vxores ducamus, ſiue ſeruos emere debeamus, ſiue agros: & id reputamus iuſtum atque à nobis exequendum, quod regis lege decretum eſt: & ſi quis aliquid contra eas facere voluerit, dicimus inutile & inualidum ab illo fieri. Itaque hominum legibus tantum attribuemus honorem? Dei verò leges ita conculcabimus? Et quali hæc digna defenſione? Mirum eſt, quâ obſeruantiâ velit homuncio, vt quod ipſe præcipit, ſeruus eius exequatur;*

Malach. 3, 16.

Qui vocentur in Scriptura timentes Deum.

Deus fidelibus ſuis legem vitalem impoſuit.

Maiori ſtudio ſeruantur leges humanæ, quàm diuinæ.

quatur; & rationem reddere ſolet, cur id agere tentatur: Quia ego dominus eius, inquit, ſum, & ille ſeruus meus. Ipſe igitur (inquit S. Cyprianus ad Demetrianum Africæ Proconſulem) *de ſeruo tuo exigis ſeruitutem, & homo hominem parêre tibi & obedire compellis: & cùm ſit vobis eadem ſors naſcendi, conditio vna moriendi, corporum materia conſimilis, animarum ratio communis, æquali iure, & pari lege, vel veniatur in iſtum mundum, vel de mundo poſtmodum recedatur; tamen niſi tibi pro arbitrio tuo ſeruiatur, niſi ad voluntatis imperium pareatur, imperioſus, & nimius ſeruitutis exactor, flagellis verberas, fame, ſiti, nuditate, ferro frequenter & carcere affligis & crucias: & non agnoſcis miſer Dominum Deum tuum, cùm ſic exerceas ipſe in hominem dominatum?* ita S. Cyprianus. Ceterùm pro *legem ſtatuet*, &c. Symmachus vertit, ᾧ ὑποδείξει ὁδὸν ἣν ἐπιλέξεται, *cui demonſtrabit viam quam elegit*; Aquila, φωτίσει αὐτὸν ἐν ὁδῷ ᾗ ἐκλέξεται, *illuminabit eum in via, quam eliget*. Quæ luculenter declarant, quanta felicitas obueniat timenti Deum, quippe qui Deum ipſum habeat viæ ſuæ ducem ac doctorem, vel, vt magis propriè dicam Græcè, ἡγέμονα καὶ φωταγωγόν, *directorem & illuminatorem*, à quo illi omne bonum prouenit. Vnde ſubdit:

Lex Dei illuminat, & dirigit.

13. *Anima eius in bonis demorabitur.*] In Hebræo eſt, *pernoctabit*, ſiue *permanebit in nocte*, id eſt in morte, vt Genebrardus exponit. Vide obſecro, quæ & quanta ſit felicitas timentis Dominum. Nam & vitam ex virtute traducet, cuius doctorem & pædagogum habebit Deum: &, quod omnem huius vitæ felicitatem ſuperat, ipſius anima, cùm corporeis hiſce vinculis ſoluta fuerit, bonorum omnium in cælis ſempiternâ fruitione beabitur. Igitur & in vita & in morte felicem efficit timor Dei, quippe qui veluti ianitor, ad amorem Dei, cuius in iure ac dominio omnia cæleſtis regni bona ſita ſunt, aditum ſoleat viamque munire. Ceterùm hîc ſignificanter Vulgatus *demorandi* verbo vtitur, vt haſce delicias ſpiritales declararet: ceteræ enim diu morari apud amatorem ſuum nequeunt, vix habentur, & amittuntur; vix poſſidentur, & euaneſcunt. Vti pulchrè Hugo Victorinus ad hunc locum annotauit: *Satis*, inquit, *eleganter ſpirituales delectationes exprimit, cùm dicit: Anima eius in bonis demorabitur. Quidquid enim carnaliter dulce eſt, ſuæ quidem delectationis experientiam fruentibus præſtat; ſed diu cum eis morari non poteſt, quia dum guſtu appetitum prouocat, tranſitu deſiderium fraudat. Spirituales autem deliciæ, quæ nec guſtatæ tranſeunt, nec reficientes decreſcunt, nec ſatiantes tædium gignunt, diu cum fruentibus permanere poſſunt.* Sic ille. Quo nihil dulcius de ſpiritali dulcedine dici poterat.

Anima timentis Deum, in vita & morte felix eſt.

Deliciæ ſpiritales permanent, alia tranſeunt.

14. *Firmamentum eſt Dominus timentium eum.*] Hoc videtur potiùs eſſe Sextæ editionis, vt ex Scholio deprehenditur: Theodoretus quidem tamquam lectionem Septuag. agnoſcit, τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, & ſic apud S. Auguſtinum & in Vulgata eſt, *Timentibus eum*: Scholion autem ita habet; Aquila, ἀπόρρητον κυρίου τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, *ſecretum Domini timentibus eum*; Symmachus, ὁμιλία κυρίου τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, *colloquium Domini timentibus eum*; Sexta editio, κραταίωμα κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν, *firmamentum Dominus timentium eum*; Theodoretus, μυστήριον κυρίου, *myſterium Domini*. Ita Scholiaſtes & ferè eodem modo Euſebius. Theodoretus tamen totum hoc, & Theodotioni & Symmacho tribuit, Μυστήριον κυρίου τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, καὶ τὴν συνθήκην αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς, *Myſterium* (ſiue *ſecretum*, vt S. Hieron. legit) *Domini timentibus eum, & pactum ſuum oſtendet eis*. Huius loci ſenſum ita tradit Euthymius q. d. Lex Domini manifeſtabit eis hoc quod dictum eſt; ſcilicet quòd Dominus ſit eorum fortitudo ac firmamentum. aut manifeſtabit eis quid ſit ipſis faciendum. Hebræa verò habent, *vt cognoſcant ipſi*, vel, vt eos cognoſcere faciat. Et videtur hic eſſe ſenſus in Hebræo, *ſecretum Domini eſt timentibus eum, & teſtamentum ipſius*. Hoc eſt, illis data eſt lex, vt per eam diuinitus inſtituantur. Illis Deus ſe, ſua myſteria, ſuamque voluntatem inſinuat, non impijs, aut aliâ ratione quàm impijs. Vnde Vulgata lectio ſic intelligi poteſt, vt in ſecundo membro repetatur datiuus *timentibus eum*, & ſit ſenſus, q. d. Dominus eſt robur timentibus eum, & lex ipſius (quâ teſtatus eſt hominibus ſuam voluntatem) eſt potiſſimùm timentibus eum, id eſt, ad ipſos potiſſimùm pertinet, & eis peculiariter data eſt, vt manifeſtetur ipſis.

ANNOTATIONES CORDERII.

Lex Dei peculiariter inſtruit timentes Deum.

15. *Oculi mei ſemper ad Dominum*, &c.] Perinde atque ſi dicat: Vix mihi quidquam abit temporis, quo non meminerim præſentis Numinis. Id ipſum alibi longè affirmatiùs de ſe ipſo teſtatus eſt, dicens: *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper.* Ad quem locum vide plura de Deo ſemper in oculis habendo annotata, & de multiplici fructu iſtius exercitij; cuius non minimus eſt iſte quem hîc Dauid indicat, cùm addit: *Quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.* Vbi luculenter D. Auguſtinus: *Neque timeam*, inquit, *periculoſa & terrena, dùm terram non intueor: quoniam ille quem intueor, euellet de laqueo pedes meos.* Cui ſimilia quoque dicit S. Hieron. ad hunc locum: *Oculi cordis intentâ mente ad Deum, quia euellet de laqueo diaboli ſenſus meos, à quo priùs per voluptates ſæculi rapiebar. Oculi in cælum pedes tutò per terram dirigunt.*

Dauidis oculi ſemper erant ad Dominum.

Pſal. 15, 8.

Memoria præſentis Dei ſeruat à lapſu.

Tropologicè Hugo de S. Victore: *Oculus*, inquit, *actionum intentio eſt. Oculos ad Dominum ſemper habet, qui per intentionem ad amorem Dei dirigit omne quod agit. Cuius nimirum pedes à laqueo euelluntur: quia actio mala eſſe non poteſt, cuius amor Dei origo eſt. Sine periculo namque via actionum curritur; cùm intentio animi charitate duce gubernatur.* En tibi egregium remedium ad ſuperandas tentationes. Oculos vigilantes per orationem ad Deum attolle, vigila, & ora ne intres in tentationem. Oculi tui ſemper ad Dominum aſpiciant; ipſe euellet de laqueo tentationis pedes tuos. *Volatilia* (inquit Chryſoſt. hom. 15. ad Populum) *donec altum aërem ſecant, non facilè capiuntur. Ita tu, donec ad ſuperiora reſpexeris, nec laqueo, nec vllis facilè capieris inſidijs. Propterea nimirum alæ ſunt auiculis, vt effugiant laqueos: propterea ratiocinationes hominibus, vt fugiant peccata*, &c. Ratiocinare igitur, & diuinis ratiocinationibus cogitationibuſque in ſublime elatus, diabolica humi extenſa retia effugies.

Oculus actionum intentio.

Oratione, & pia cogitatione retia diaboli euitantur.

16. *Reſpice in me, & miſerere mei*, &c.] Non otioſè profectò Dauid mentis oculos in

ANNOTATIONES CORDERII.

Nemo Deum reſpicit niſi prior reſpiciatur ab eo.

Deum intentos habuit, ſed ad opem ab eo implorandam occupatos, à quo viciſſim ſe reſpici obnixè poſtulat. *Quis enim* (inquit Hugo de S. Victore) *poteſt ſemper reſpicere in Deum, niſi quem ſemper Deus reſpicit? Quia nimirum dilectionem hominis, ſemper dilectio Dei ſicut præueniendo excitat, ſic ſubſequendo conſeruat.* Atque hoc eſt quod ait, *Reſpice in me*: ac ſi diceret, Vt te diligere poſſim, tu dilige me, & vt amore tuo dignus ſim, *miſerere mei*, relaxando peccata meâ. Rationem verò aptam ſubdit: *Quia vnicus & pauper ſum ego.* Ideò reſpice, quia ſum vnicus: ideo miſerere, quia pauper. Vnicus enim plùs diligitur, pauper plùs dolettur.

Chriſtus verè vnicus & pauper.

Myſticè in perſona Chriſti hæc dicta, qui verè vnicus Patris ſui, matris ſuæ: illius ab æterno, huius in tempore: & verè huius vnicus, tum quòd ſolus ab hac matre, tum quòd vnus à matre virgine, vnus à Spiritu ſancto, in virgineo vtero, viri ignaro, è virgine carne & ſanguine figulatus. Nec pauper tantùm, ſed omnium quotquot fuerunt pauperrimus. Diſces hoc in cruce, in columna, in aliena ſepultura, in veſtium ſpoliatione, in vita vniuerſa. Cuius inimici multiplicati, cùm orbe toto, præter matrem & paucuilas mulierculas, nullum reperiſſet in amore conſtantem. Vel enim inimicos expertus eſt omnes, vel amicos profugos. Quò etiam ſpectat id quod ſequitur:

17. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt.*] In Pſalterio Romano habetur, *dilatatæ ſunt*, vti & in Graduali Miſſæ Dominicæ II. Quadrageſimæ. Forſitan pro ἐπληθύνθησαν, legerint alij, ἐπλατύνθησαν, quomodo etiam Symmachus expoſuit per vocem πλατεῖαι, *latæ*. Hebræum verbum quod nunc extat, הִרְחִיבוּ *hirchibu* ſignificat *dilatatæ ſunt*. Sed quoniam verbum צָרוֹת *tſaroth* ſignificat propriè *anguſtias*, pro quo nos habemus *tribulationes*, & anguſtiæ cùm dilatantur, deſinunt eſſe anguſtiæ; ideò (inquit Bellarminus) ad tollendam ambiguitatem Septuag. prudenter verterunt, non vt verba ſonant, *anguſtiæ dilatatæ ſunt*; ſed vt ſenſus erat, *tribulationes multiplicatæ ſunt.* Siquidem hoc loco dicuntur anguſtiæ dilatatæ, non quia perierunt, ſed quia creuerunt. quod enim dilatatur, vtique creſcit. Poſſet etiam fieri (quod Lorinus obſeruat) vt Septuag. non legerint הִרְחִיבוּ *hirchibu* per chet, *dilatatæ ſunt*, ſed הִרְכִיבוּ *hirkibu* per kaph, id eſt, *multiplicatæ ſunt*, vnicâ ſcilicet litterâ immutatâ. S. Hieron. ex Hebræo vertit, *tribulationes cor meum ſurſum ferri fecerunt.* Extollunt nimirum tribulationes, dum deprimere nos videntur. Hinc eſt, quòd excelſorum nomine aduerſitates & afflictiones ſignificentur, quia in cælum eleuant, quos premunt. Pulchrè Hugo Carenſis ad illud Prophetæ Regij: *Omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.* Tribulationes, inquit, dicuntur *excelſa*, quia in cælum eleuant. Felicitas terrena, terræ adhærere nos facit; aduerſitas & tribulatio nos à rebus perituris abiungit, & in perennatura ſuſtollit, mentemque in cæleſtia erigit, ne humi ſerpat: non ſecùs atque aqua, quæ in terram deſcendens, cùm germina opprimere videatur, ſurſum eleuat. Feſtiuè & verè S. Chryſoſt. hom. 8. in Matthæum: *Sicut*, inquit, *pluuia in terram deſcendens eleuat ſemina, ſic & tribulatio animam intrans, erigit deſiderium.* Igitur terræ non hæreat, exerat ſe, & ſurgat, qui tribulationis imbre perpluitur & irrigatur.

Tribulationes cor in cælum eleuant.

Pſal. 41, 8.

22. *Libera Deus Iſraël ex omnibus tribulationibus ſuis.*] Vbi Theodoretus ſuperiùs in Catena rectè obſeruat, nullam precem regibus magis conuenire, quàm quæ ſuſcipitur pro tutela & patrocinio miſerorum: decet enim eum qui in imperio conſtitutus eſt, de ſubditis omnem curam gerere. Hinc iure merito Theodoretus Dauidis miſericordiam, etiam in homines miſericordiâ indigniſſimos ſuſpicit & commendat. Neque enim optimus rex ſpectabat, quid eius ſubditi ſuis flagitijs mererentur, ſed quid regis officio dignum videretur.

Rex pro ſubditis etiam rebellibus orare debet.

IN PSALMVM XXV. ARGVMENTVM.

1. Pſalmus Dauidi.

α΄. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Hunc etiam Pſalmum diuinus David in ſeipſum dictaſſe videtur. Continet autem deprecationem, de propria vita Deum obteſtãtis, & tantam perſecutionem ſuſtinentis, vt etiã apud alienigenas commorari cogeretur.

Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν ὁ θεῖος Δαβὶδ εἰς ἑαυτὸν εἰρηκέναι δοκεῖ. ἔντευξιν δὲ περιέχει περὶ τοῦ ἰδίου βίου ἐντυγχάνοντος τῷ θεῷ, καὶ οὕτω διωκομένου, ὡς καὶ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις ἀναγκάζεσθαι διάγειν.

PARAPHRASIS.

* *Vulgata* me

* *Vulgata* ingreſſus ſum:

IVDICA * mihi Domine, quoniam ego in innocentia mea * ambulaui: & in Domino ſperans, non infirmabor.

Recta conſcientia fiduciam præbet.

Cùm, inquit, integritate vſus ſim, & nihil mali in Saülem perpetrauerim, & ſic eiectus

ΚΡΙΝΟΝ μοι κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην, καὶ ἐπὶ τῷ κυρίῳ ἐλπίζων, οὐ μὴ ἀσθενήσω.

Ἁπλότητι, φησι, κεχρημένος, καὶ κακὸν οὐδὲν εἰς τὸν Σαοὺλ δεδρακώς, οὕτως ἐξελαυνόμενος.

μένος, σὲ γενέσθαι δέσποτα κριτὴν τῆς ἐμῆς δίκης ἀντιβολῶ. Σὲ γὰρ ἔχων Θεὸν θαῤῥῶ, ὡς οὐκ ἔσομαι τοῖς διώκουσιν ὑποχείριος.

fuerim: obſecro te, Domine, vt iuſtitiæ meæ iudex ſis. Te enim Deum habens, confido, in perſequentium manus me non deuenturum. PARAPHRASIS PATRVM.

γ'. Δοκίμασόν με κύριε, καὶ πείρασόν με· πύρωσον τοὺς νεφρούς μου, καὶ τὴν καρδίαν μου.

2. Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum.

Βούλεται ὑπὸ κυρίου δοκιμασθῆναι, ὅπως πεῖραν διδοὺς καρτερίας, ἔχῃ τὸ δόκιμον.

Vult à Domino probari, vt conſtantiæ experimentum præbens, approbetur.

γ'. Ὅτι τὸ ἔλεός σου κατένωπι τῶν ὀφθαλμῶν μου ἐστὶ, καὶ εὐηρέστησα ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου.

3. Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt: & complacui in veritate tua.

Δοκιμασθῆναι, φησὶ, παρακαλῶ, ἐπειδὴ τῷ σῷ ἐλέει θαῤῥῶ. εἶτα τῆς εὐαρεστήσεως τὰ εἴδη διέξεισι·

Probari, inquit, poſtulo, quia miſericordiæ tuæ confido. Deinde complacentiæ ſpecies recenſet:

δ'. Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος, καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω.

4. Non ſedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.

ε'. Ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων, καὶ μετὰ ἀσεβῶν οὐ μὴ καθίσω.

5. Odiui eccleſiam malignantium: & cum impijs non ſedebo.

Οὕτω δέ, φησι, περιεφρόντικα θεραπείαν σου, ὅτι καὶ παρὰ δυσσεβέσιν ἀνθρώποις καὶ παρανόμοις γενόμενος, τὴν ἐκείνων συλλογὴν, καὶ τὰς ἐπιβλαβεῖς ἔφυγον συνουσίας.

Sic autem, inquit, tuum cultum curaui, vt, cùm etiam apud impios iniquoſque homines exiſterem, illorum conuenticula, noxiaſque conſuetudines euitarim. *Apud impios non corrumpi, præclarum eſt.*

ς'. Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου, καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου κύριε·

6. Lauabo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine:

ζ'. Τοῦ ἀκοῦσαί με φωνῆς αἰνέσεως, καὶ διηγήσασθαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου.

7. Vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuerſa mirabilia tua.

Ὡς ἀθῷος, φησὶ, καὶ μηδεμίαν πρὸς αὐτοὺς ἐσχηκὼς κοινωνίαν, θαῤῥῶν ἀπονίψομαι τὰς χεῖρας. Τούτων γὰρ σφόδρα τὴν δεισιδαιμονίαν βδελύττομαι· ποθῶ δὲ τὸ σὸν ἰδεῖν θυσιαστήριον, ὦ δέσποτα, καὶ τὰς σὰς ὑμνῳδίας εἰσδέξασθαι τοῖς ὠσὶ, καὶ τῶν σῶν θαυμάτων μεγαλουργίας τοὺς ἀγνοοῦντας διδάξαι.

Tamquam innocens, inquit, & nihil commune cum ipſis habens, confidenter manus lauabo. Iſtorum enim ſuperſtitionem valdè abhorreo: aueo autem videre tuum altare, ô Domine, tuaſque laudes auribus percipere, atque tuorum miraculorum magnitudinem ignaros docere.

λ'. Κύριε ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου, καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου.

8. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.

θ'. Μὴ συναπολέσῃς μετὰ ἀσεβῶν τὴν ψυχήν μου, καὶ μετὰ ἀνδρῶν αἱμάτων τὴν ζωήν μου·

9. Ne perdas cum impijs * animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam:

* *Vulgata addit Deus*

ι'. Ὧν ἐν χερσὶν αἱ ἀνομίαι, ἡ δεξιὰ αὐτῶν ἐπλήσθη δώρων.

10. In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.

PARAPHRASIS PATRVM.

Ocyùs, inquit, ab iſtorum conſuetudine libera me Domine, tuam domum deſiderantem, vbi tua gratia relucet, ne cum impijs hominibus atque homicidis, hiſque qui iuſtitiam abiiciunt, ſimul peream.

Θᾶττόν, φησι, τῆς μετ᾽ αὐτῶν διαγωγῆς ἐλευθέρωσον δέσποτα ποθοῦντά σου τὸν οἶκον, καὶ τὴν σὴν ἀποστίλβοντα χάριν, ἵνα μὴ δυσσεβέσιν ἀνθρώποις, καὶ μιαιφόνοις, καὶ παρωσαμένοις τὸ δίκαιον, συναπόλωμαι.

11. Ego autem in innocentia mea* ambulaui: redime me Domine, & miſerere mei.

* Vulgata ingreſſus ſum:

ιά. Ἐγὼ δὲ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην, λύτρωσαί με κύριε, καὶ ἐλέησόν με.

12. Pes meus ſtetit in * rectitudine: in eccleſijs benedicam te Domine.

* Vulgata directo:

ιβ´. Ὁ πούς μου ἔστη ἐν εὐθύτητι· ἐν ἐκκλησίαις εὐλογήσω σε κύριε.

Fidei ſimplicitas ſecura.

Tantiſper autem, inquit, dum cum ijs conſuetudinem haberem, fidei ſimplicitate vſus ſum, & ab omni malitia me ſegregaui; cumque in integritate pietatis pedes firmaſſem, tutò hactenus firmiterque conſtiti; deprecor autem vt in finem hunc ſtatum cuſtodiam. Hoc autem fiet, ſi ab iſtorum cohabitatione fuero liberatus.

Τέως δέ, φησι, καὶ τούτοις συνὼν, τῇ τῆς πίστεως ἁπλότητι κέχρημαι, καὶ πάσης ἐμαυτὸν κακίας ἐχώρισα, κἀν τῇ τῆς εὐσεβείας εὐθύτητι τοὺς πόδας ἐρείσας, ἔστηκα τέως ἀσφαλῶς καὶ βεβαίως· ἀντιβολῶ δὲ εἰς τέλος ταύτην φυλάξαι τὴν στάσιν. Ἔσται δὲ τοῦτο, εἰ τῆς μετὰ τούτων ἀπαλλαγείην οἰκήσεως.

COMMENTARIVS.

1. IVDICA MIHI DOMINE.] Id eſt, examina me, ſed non ſecundùm rigidum tuum examen; verùm ſecundùm inexiſtentem mihi innocentiam. Cuilibet enim iuſto eminens quædam virtus ineſt, vt Ioſepho continentia, Iobo tolerantia, Abrahamo ex fide iuſtificatio, Dauidi autem innocentia, quâ doloſum ac malignantem Saülem placidè tulit. Hîc enim compendioſè *innocentiam* appellauit malorum tolerantiam, ac manſuetudinem, & humilitatem. Cùm autem arrogans videri poſſet, eò quòd Deum ſuper hac re iudicem poſtulaſſet; ſemetipſum corrigit, tamquam qui propter naturæ imbecillitatem valeat commoueri, niſi Deus ipſum confirmarit, à quo ſpes eius pendet: neceſſariò ſeſe coniungens ſpei, quæ iuxta Apoſtolum non confundit. Vel cùm tantâ vſus ſim ſimplicitate, & acerbi nihil contra Saülem attentauerim, & ſic eiectus ſim; intrepidè te cauſſæ meæ iudicem appello. Noui enim te Deum meum, & ſperans in te, confido me inimicis imbecilliorem minimè futurum. Nemo autem cùm peccat, vult iudicari, præſertim ab eo qui abſcondita intuetur, niſi is qui cùm in innocentia ambulauerit, rogat hæc conſequi. Quoniam verò *non is qui ſeipſum commendat, ille proba-*

Diuerſi Sancti in diuerſis virtutibus eminent.

Innocentia Dauidis in quo ſita.

Rom. 5. 5.

2. Cor. 10. 18.

ά. ΚΡΙΝΟΝ ΜΟΙ ΚΥΡΙΕ.] Ἀντὶ τοῦ, ἐξέτασόν με, ἀλλὰ μὴ κατὰ τὸν ἀκριβῆ σου ἐξετασμὸν, κατὰ δὲ τὴν ὑποῦσάν μοι ἀνεξικακίαν. Ἑκάστῳ γὰρ τῶν δικαίων ἔνεστι πλεονέκτημα κατ᾽ ἐξαίρετον· τοῦ Ἰωσὴφ ἡ σωφροσύνη, τοῦ Ἰὼβ ἡ καρτερία, τοῦ Ἀβραὰμ ἡ διὰ πίστεως δικαίωσις, τοῦ δὲ Δαβὶδ ἡ ἀκακία, δι᾽ ἣν ἀνεξικάκως ἔφερε σκαιωρούμενον τὸν Σαούλ. Νῦν γὰρ συμπεριλαβὼν ἀκακίαν, ἐκάλεσε τὴν ἀνεξικακίαν, καὶ πρᾳότητα, καὶ ταπεινοφροσύνην. Μέγα δὲ φρονεῖν δόξας, ὡς καὶ Θεὸν ἐπὶ ταύτῃ καλέσας κριτὴν, ἐπιλαμβάνεται αὐτὸς ἑαυτοῦ, ὡς δυνάμενος σαλευθῆναι δι᾽ ἀσθένειαν φύσεως, εἰ μὴ στηρίζοι Θεὸς, οὗ τὰς ἐλπίδας ἐξήρτησεν· ἀναγκαίως συμπλέξας ἑαυτὸν τῇ μὴ καταισχυνούσῃ ἐλπίδι, κατὰ τὸν ἀπόστολον. Ἢ οὕτως ἁπλότητι κεχρημένος, καὶ πικρὸν οὐδὲν εἰς τὸν Σαοὺλ δεδρακὼς, καὶ οὕτως ἐξελαυνόμενος, ἀδυσωπήτως κριτήν σε γενέσθαι τῆς ἐμῆς δίκης ἀντιβολῶ. Σὲ γὰρ οἶδα Θεὸν, καὶ ἐλπίζων ἐπὶ σοὶ, θαρρῶ μὴ γενέσθαι τῶν ἐχθρῶν ἀσθενέστερος. Οὐδεὶς δὲ ἁμαρτάνων κριθῆναι βούλεται, καὶ μάλιστα πρὸς τοῦ τὰ κρυπτὰ ὁρῶντος, εἰ μὴ ὅδε ὁ ἐν ἀκακίᾳ πορευθεὶς, ἀξιοῖ τούτου τυχεῖν. Ἐπεὶ δὲ οὐχ ὁ συνιστῶν ἑαυτὸν δόκιμος,

μένος, ἀλλ' ὃν ὁ κύριος συνίστησι. μαρτυρήσας ἑαυτῷ τὸ πεπορεῦσθαι ἐν ἀκακίᾳ, βούλεται ὑπὸ κυρίου δοκιμασθῆναι, ὅπως πεῖραν δεδωκὼς καρτερίας, ἔχῃ τὸ δόκιμον. ὡς δὲ ἀναλογίαν ἐχόντων τῶν νεφρῶν πρὸς τὴν καρδίαν, ἀξιοῖ ἑκάτερα πυρωθῆναι δι' ἐπιπόνου ἀγωγῆς, ἵνα δοκιμασθῇ ὡς χρυσός. Ἢ νεφροὺς καὶ καρδίαν τοὺς λογισμοὺς, ἵνα εἴπῃ· Ἐξέτασόν μου τοὺς λογισμοὺς, εἰ μὴ οὕτως ἔχω, ὡς λέγω. Πάλιν δὲ ἐπιλαμβανόμενος ἑαυτοῦ, φησὶν, ὅτι οὐκ ἂν φησὶ (ἤτουν δοκιμασθῆναι, καὶ τὰ ἐπίπονα παθεῖν) εἰ μὴ κατενενοήκει τὸ ἔλεός σου, συμβαλλόμενον αὐτῷ πρὸς τὸ ἐνεγκεῖν. Ἢ ἀντὶ τοῦ, οὐδέποτε ἐξέκλινα τοῦ ἐλπίζειν εἰς τὴν φιλανθρωπίαν σου, διὸ καὶ ἐσπούδασα εὐαρεστεῖν ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, ἀντὶ τοῦ, σοί. Ἢ ἀντὶ τοῦ, Οὐ μεθ' ὑποκρίσεως, οὐδὲ ἐπιπλάστως ἐσπούδασα εὐαρεστῆσαί σοι. Ἄλλος δὲ μὴ ὡς ἀλαζονευόμενόν φησιν αἰτεῖν τὴν πύρωσιν, ἀλλ' ὡς ἐν εὐχῇ παρακαλεῖν πυρωθῆναι, εἴπερ πυρώσεως δέοιτο, καὶ καθαρθῆναι.

δ'. ΟΥΚ ΕΚΑΘΙΣΑ.] Συνέδριον ματαιότητος οἱ ἐπὶ ματαίοις συνερχόμενοι ἂν εἶεν. εἴποτε οὖν φησὶ συνήρχοντο κατ' αὐτὸν ἄνδρες οὐ σπουδαῖοι, οὐδὲ περὶ σπουδαίων, τούτοις οὐ συνηρχόμην, ὡς μὴ συμπλακῆναι αὐτῶν τῇ ματαιότητι, καὶ ἀναγκασθῆναι συμπαρανομεῖν, οὐδὲ τοῖς τὸν θεῖον παραβαίνουσι νόμον συνεφυρόμην. μάλιστα δὲ πάντων ἀπεστρεφόμην τοὺς εἰς τὸ θεῖον ἐνυβρίζοντας σέβας, ἐν ἐκκλησίᾳ δῆθεν συγκροτουμένους. καὶ πρὸς τούτοις τὴν τῶν εἰδωλολατρούντων ἀσέβειαν, οἷς καὶ τὸ συγχρονίζειν ἡγούμην ἐπισφαλές. Λέγοι δ' ἂν ταῦτα καὶ περὶ τῶν ἀλλοφύλων, παρ' οἷς ἦν, οἷς διὰ τὴν φυγὴν συνοικεῖν ἀναγκαζόμενος, παρανομίας αὐτῶν οὐκ ἠνείχετο κοινωνῆσαι. Εἴποι ταῦτα καὶ ὁ ἐν Βαβυλῶνι λαός· Οὐδέν, φησι, τῶν ἐν Βαβυλῶνί με ἐξέπληξεν, ἀλλ' ἦν ἐπιτήδευσις ἡ εὐσέβεια, δι' ἣν φησὶ σπουδὴν εἶχον τὸ κολλᾶσθαι ἀθώοις, καὶ κοινωνεῖν. Τὸ γὰρ νίψασθαι χεῖρας παρὰ τῇ γραφῇ, τὸ κοινωνεῖν σημαίνει. Ἐνταῦθα οὖν, τὸ κοινωνήσω τοῖς ἀθώοις, φησὶν, ὡς μετ' αὐτῶν κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, καὶ τῶν θείων ἐπακούσω φωνῶν, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἠγάπησα, καὶ περὶ τοῦτο ἐκτέτηκα.

ϛ'. ΝΙΨΟΜΑΙ ΕΝ ΑΘΩΟΙΣ.] Τὰς πρακτικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, χεῖρας τροπικῶς οὔσας, νίπτεταί τις, ἢ μηδὲν φαῦλον

tus eſt; ſed quem Dominus commendat. Poſtquam profeſſus eſt ſe in innocentia ambulaſſe, vult à Domino probari, vt dato experimento tolerantiæ, habeat approbationem. Porrò cùm renes ad cor analogiam habeant, rogat vtraque per laborioſam viuendi rationem ſuccendi, vt tamquam aurum probentur. Vel *renes & cor* intelligit cogitationes, q. d. Examina meas cogitationes, an non ita me habeam, prout dico. Rurſum autem ſemetipſum corrigens, ait, ſe hoc minimè dictum fuiſſe (ſcilicet quòd probaretur, & laborioſa ſufferret) niſi miſericordiam tuam habuiſſet exploratam; ſibi ad tolerandum opitulantem. Vel q. d. Numquam deſtiti ſperare in benignitate tua, quapropter etiam ſtudui vt complacerem in veritate tua, id eſt tibi. Siue, ac ſi dicat, Haud ſimulatè neque fictè ſtudui placere tibi. Alius autem ait ipſum non arroganter petere accenſionem: ſed quaſi in oratione rogare vt accenderetur, ſiquidem ignitione atque expiatione ſit opus.

COMMENTARIVS PATRVM.

Quomodo Deus renes & cor probet.

4. NON SEDI.] Concilium vanitatis ſint illi, qui de rebus vanis conueniunt. Siquádo igitur, inquit, viri non probi, neque de rebus probis conueniebant, ipſis non coniungebar, ne vanitatis eorum particeps efficerer, neque cogerer ſimul præuaricari, neque cum diuinæ legis præuaricatoribus conuerſabar. Quin maximè omnium auerſabar eos qui diuinum cultum conuellebant, & in eccleſia quodammodò complodebant: atque ad hęc impietatem idololatrarum, quibuſcum etiam commorari periculoſum exiſtimabam. Hęc verò etiam dixerit de alienigenis, apud quos verſabatur, quibuſcum propter exilium commorari cogebatur; quorum iniquitati minimè cõmunicauit. Poterit hæc quoq; dixiſſe populus in Babylone [detentus] q. d. Nihil me rerum Babyloniarum obſtupefecit, ſed pietas mihi curæ fuit; propter quam, inquit, adhibui diligentiam, vt innocentibus adhærerem & communicarem. Lotio enim manuum, in Scriptura communicationem ſignificat. Hîc igitur, Communicabo, inquit, cum innocentibus, vt cum iiſdem altare tuum circumdem, & diuinas voces audiam, quoniam hoc deſideraui, & erga hoc mirificè affectus fui.

Praui ſocij fugiendi.

6. LAVABO INTER INNOCENTES.] Actrices animæ virtutes, cùm tropicè manus ſint, lauat aliquis, dum vel nihil mali

 opera-

COMMENTARIVS PATRVM.

Quid ſit lauare manus inter innocentes.

operatur, vel etiam ſordidatas, loco aquæ probis operationibus abluit. Qui autem à prædictis omnibus liber eſt, & inter innocentes manus ſuas lauit, inſtar ſacerdotis immaculati, circumdabit altare ſpirituale, in quo ſpiritales hoſtias, ſeu actiones offert. Per hæc autem cultum rationalem ſignificare viſus eſt. Vel ſicut qui non habuerim, inquit, cum alienigenis communicationem, audeo me lauare, & diuinum tuum altare conſpicere, nec non laudes tuas auribus percipere, & magnificentias tuas ignaros edocere. Vel ac ſi dicat: Idcircò lotus, ſiue mundatus ſum, & ea quæ dicta ſunt, perfeci, vt altare tuum circuitem, & quæ ſequuntur. Quare etiam adiungit: *Domine dilexi decorem domus tuæ.* Aueo, inquit, videre diuinam domum tuam, gratiâ tuâ relucentem: decor enim eius ſunt hi qui in Eccleſia ob pietatem præſtant. Idcircò autem, inquit, id deſidero, ne cum impijs ſimul peream. *Domum* autem tabernaculum nuncupauit; nondum enim templum erat ædificatum. quare etiam addit, *Et locum habitationis.*

Viri pij, ſunt decor domus Dei.

9. NE PERDAS CVM IMPIIS.] Ne des mihi, inquit, partem cum impijs, qui nempe muneribus ſuis iuſtitiam corrumpunt, vel ad malè agendum prompti ſunt. Iniquitates enim quæ in manibus conſiſtunt, vel propter munerum acceptationem, vel propter malè agendi promptitudinem exiſtunt. Vel petit immunis eſſe à vindicta, quæ Iudæis, ac proditori qui Dominum accepto pretio vendiderat, imminebat. Quoniam autem eâdem menſurâ quâ metimur, remetitur nobis, ſuſque deque ingerit, ſe malitiæ inimicorum immemorem fuiſſe, vt & ipſe parem à Deo peccatorum ſuorum obliuionem conſequatur. Vide autem, quomodo, licet facinorum præclariſſimorum ſibi conſcius exiſteret, tamen verebatur, vt in hoc iuſtificatus eſſet; cumque ſæpè in occulto peccata lateant, rogat redimi, & miſericordiam adipiſci. Deinde Prophetico more obteſtatur, *Pes meus ſtetit*, q.d. Pes meus ſuſtinuit concuſſionem, verumtamen idcircò non concidet, ſed in rectitudine conſiſtet, in eccleſia Deum laudaturus. Prædicit enim fore, vt per omnes Eccleſias ipſe Dei ſit memoriam celebraturus: ipſe enim vſq; in hoc tempus nobiſcum in hymnus ſuis Deo benedicit. Alius autem etiam dixit, *ſtetit* pro *ſtet*, q.d. Vt inter multos ſtans benedicam.

Malum eſt habere partem cum impijs.

Matth. 7, 2

ἐνεργῶν, ἢ καὶ μολυνθείσας, ἀγαθοεργίᾳ ἀποπλυνῶν ἀνθ' ὕδατος. Ὁ δὲ πάντων τῶν προειρημένων ἐκτὸς γεγονὼς, καὶ νιψάμενος ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖρας, δίκην ἀθῴου ἱερέως, τὸ πνευματικὸν κυκλώσει θυσιαστήριον, ἐφ' ᾧ τὰς πνευματικὰς ἀνάγει θυσίας ἢ πράξεις. Διὰ τούτων δὲ τὴν λογικὴν ἔοικε σημαίνειν λατρείαν. Ἢ ὡς μὴ ἐσχηκώς, φησι, κοινωνίαν πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους, ἀπονίψασθαι θαῤῥῶ, καὶ τὸ θεῖόν σου θυσιαστήριον κατιδεῖν, καὶ τῆς σῆς ἐπακοῦσαι ὑμνῳδίας, καὶ διδάξαι τοὺς ἀγνοοῦντας τὰ μεγαλεῖά σου. Ἢ ἀντὶ τοῦ, διὰ τοῦτο ἐνιψάμην, ἤτοι ἐκαθάρθην, καὶ τὰ εἰρημένα κατώρθωσα, ὥστε κυκλῶσαί σου τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὰ ἑξῆς. Διὸ καὶ προστίθησι, Κύριε ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου. ποθῶ, φησι, τὸν θεῖον οἶκον ἰδεῖν, τὸν τῇ σῇ ἀποστίλβοντα χάριτι. εὐπρέπεια γὰρ οἱ διαπρέποντες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ θεοσέβειαν. Διὰ τοῦτο δέ, φησι, ποθῶ, ἵνα μὴ δυσσεβέσιν ἀνθρώποις συναπόλωμαι. Οἶκον δὲ τὴν σκηνὴν ὠνόμασεν· οὐδέπω γὰρ ὁ ναὸς ᾠκοδόμητο, διὸ καὶ προστίθησι τὸ, καὶ τόπον σκηνώματος.

θ'. ΜΗ ΣΥΝΑΠΟΛΕΣΗΣ ΜΕΤΑ ΑΣΕΒΩΝ.] Μὴ δῷς μοι, φησὶ, μερίδα μετὰ τῶν ἀσεβῶν, ὡς αὐτῶν δώροις παρακλινόντων τὸ δίκαιον, ἢ προχείρων ὄντων περὶ τὸ κακοποιεῖν. αἱ γὰρ ἐν χερσὶν ἀνομίαι, ἢ διὰ λήψεως δώρων, ἢ διὰ τὸ πρὸς τὸ κακοποιεῖν ἕτοιμον γίνονται. ἢ τῆς κολάσεως ἔξω αἰτεῖ γενέσθαι, τῆς ἀποκειμένης τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ τῷ προδότῃ τῷ δώροις πεπρακότι τὸν κύριον. Ἐπεὶ δὲ ᾧ μέτρῳ μετροῦμεν, ἀντιμετρεῖται ἡμῖν, ἄνω καὶ κάτω τὴν κακίαν προβάλλεται· μὴ μνησικακήσας ἐχθροῖς, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς ἐφ' οἷς ἥμαρτε τῆς ἴσης παρὰ θεοῦ ἐπιτύχῃ ἀμνηστίας. Ὅρα δὲ πῶς, εἰ καὶ τὰ κάλλιστα ἑαυτῷ συνῄδει, εὐλαβούμενος δὲ μὴ οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωται, λανθανόντων πολλάκις τῶν ἐν τῷ κρυπτῷ ἁμαρτανομένων, λυτρωθῆναι καὶ ἐλεηθῆναι ἀξιοῖ. Εἶτα ἐπιθειάζει προφητικῶς τὸ, Ὁ πούς μου ἔστη, φησίν. ὁ πούς μου σάλον ὑπέστη, πλὴν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τούτοις, στήσεται δὲ ἐν εὐθύτητι, μέλλων ἐν ἐκκλησίᾳ εὐλογεῖν τὸν θεόν. Τὴν γὰρ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ μνήμην ἑαυτοῦ προαναφωνεῖ. αὐτὸς γὰρ εἰς ἔτι μεθ' ἡμῶν εὐλογεῖ, διὰ τῶν αὐτοῦ ὕμνων. Ἄλλος δὲ τὸ ἔστη, ἀντὶ τοῦ καὶ σταίη εἶπεν, ἵνα φησὶ μεταξὺ πολλῶν εὐφημήσω ἱστάς.

CATE-

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τῶν πεπιστευκότων εἰς Χριστὸν εἰσφέρεται τὸ πρόσωπον, ἀρνουμένων καὶ διϊσχυριζομένων ἐπὶ τῇ κατασάσει τῆς κοινωνίας τῶν Ἰουδαίων, τῶν συνεληλυθότων κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.

α. ΚΡΙΝΟΝ ΜΟΙ ΚΥΡΙΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ ἐπὶ θεῷ θαῤῥῶν ἐρεῖ, Κρῖνόν με, ὡς ἀπολυθησόμενος· ὁ δὲ ἐφ' ἑαυτῷ, ἢ ἄλλῳ τινὶ ἔχων τὰς ἐλπίδας, ἀθετηθήσεται.

β. ΔΟΚΙΜΑΣΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Παρακαλεῖ διὰ τούτων τὸν πρὸς τὸν ἀνταγωνιστὴν ἀγῶνα, θαῤῥῶν ἐπὶ τῷ κυρίῳ, ὅτι οὐ νικηθήσεται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἑτέρα δὲ ἡ ἀπὸ κυρίου πύρωσις, τῆς ἀπὸ τῶν βελῶν τοῦ πονηροῦ. Ἡ μὲν γὰρ ἀναλίσκει τὰ χείρονα, ἡ δὲ ἀνάπτει τὰ πάθη.

γ'. ΟΤΙ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Κἀντεῦθεν δῆλον, ὡς τῆς ἁμαρτίας πρεσβύτερος ὁ ψαλμός. ὡς ἁπλότητι γὰρ καὶ ἀκακίᾳ συζῶν, καὶ πεῖραν οὐκ ἔχων τῆς ἁμαρτίας, τῶν ἐπικινδύνων ἀγώνων ἐφίεται.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ νοῶν τὰ περὶ ἐλέους, ταῦτα ἐρεῖ, μεμνημένος τῆς περὶ ἐλέους θεωρίας. Ὁ ἔλεός σου ὁ τεθεωρημένος μοι, τῷ κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου εἶναι, συνεργεῖ πρὸς τὸ εὐαρεστῆσαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. κατ' ἀλήθειαν γὰρ, καὶ οὐκ ἐπιπλάστως, εὐαρεστεῖν ποιεῖ ἡ τοῦ θεοῦ ἐλεημοσύνη. σοφοῦ γὰρ καὶ θεωροῦντος τὴν ἀλήθειαν ἡ φωνή. Εἶτα τῆς εὐαρεστήσεως τὰ εἴδη διέξεισιν.

δ'. ΟΥΚ ΕΚΑΘΙΣΑ ΜΕΤΑ ΣΥΝΕΔΡΙΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τὴν παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις διαγωγὴν, οἷς διὰ τὴν φυγὴν συνοικεῖν ἠναγκασμένος, οὔτε τῆς δυσσεβείας, οὔτε τῆς παρανομίας αὐτῶν ἠνέσχετο κοινωνῆσαι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Συνέδριον ματαιότητος, πρεσβύτεροι αἱρετικοί· παρανομοῦντες, λαϊκοὶ παράνομοι· ἐκκλησία πονηρευομένων, αἱρετικὴ σύναξις, καὶ ἀσεβεῖς πρεσβύτεροι. Τούτοις, φησὶν, οὐ συνῆλθον, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς τὸν θεῖον παραβαίνουσι νόμον, συνεφυρόμην.

ς'. ΝΙΨΟΜΑΙ ΕΝ ΑΘΩΟΙΣ ΤΑΣ ΧΕΙΡΑΣ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο ἔοικε τῷ ὑπὸ τοῦ Πιλάτου γεγενημένῳ, ὃς τῆς Ἰουδαϊκῆς

ATHANASII. Introducitur perſona eorum qui crediderunt in Chriſtum, cùm interim negarent & contradicerent Iudæi, qui communi conſpiratione conuenerunt aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.

1. IVDICA MIHI DOMINE.] ORIGENIS. Is qui in Deo confidit, dicet, *Iudica me*, vtpote abſoluendus: qui verò in ſemetipſo, vel alio quopiam ſpem ſuam habet, infirmabitur.

2. PROBA ME DOMINE.] THEODORETI. Hiſce petit ſibi dari aduerſus aduerſarium certamen, in Domino confidens ſe minimè ſuperatum iri.

ANONYMI. Diuerſa eſt autem Domini ignitio, ab illa quæ fit ſagittis maligni. Illa ſiquidem mala conſumit; hæc verò paſſiones ſuccendit.

Aliter Deus ignire dicitur, aliter diabolus.

3. QVONIAM MISERICORDIA TVA.] THEODORETI. Hinc patet, Pſalmum hunc ante peccatum, factum eſſe. Nam vt ſimplex & innocens, peccatique expers, laborioſa certamina deſiderat.

ORIGENIS. Qui conſiderat miſericordiam, hæc dicet, memor contemplationis eius. q.d. Miſericordia tua quæ mihi perſpecta eſt, eò quòd oculis meis obuerſetur, iuuat me vt complaceam in veritate tua: miſericordia enim Dei ſecundum veritatem, & non fictè, complacere facit: hæc enim vox eſt ſapientis, & veritatem contemplantis. Deinde recenſet ſpecies complacendi.

Miſericordiæ contemplatio fiduciam parit.

4. NON SEDI CVM CONCILIO.] THEODORETI. Significat autem per hæc apud alienigenas commorationem, cum quibus ob fugam ſimul habitare coactus, neque impietatis, neque iniquitatis ipſorum conſors eſſe voluit.

Cum impijs non habendum commercium.

ORIGENIS. Concilium vanitatis, ſunt antiquiores hæretici; iniqua gerentes, ſunt laici præuaricantes; eccleſia malignantiū, eſt cœtus hæreticorum, & impij preſbyteri. Cum hiſce, inquit, minimè congreſſus ſum, ſed neque diuinæ legis præuaricatoribus cōmiſtus ſum.

6. LAVABO INTER INNOCENTES MANVS MEAS.] THEODORETI. Hoc ſimile eſt iſti facto, quod Pilato accidit: qui cùm Iudæorum parri-

Lotio manuum, innocentiæ ſymbolum.

CATENA PATRVM.

parricidij particeps eſſe nollet, manus lauit reipsâ negotij fugam oſtendens. Vt innocens igitur, inquit, & nihil commune cum ipſis habens, confidenter etiam manus lauabo.

μιαιφονίας κοινωνῆσαι μὴ βουλόμενος, τὰς χεῖρας ἐνίψατο, τῷ ἔργῳ δεικνὺς τοῦ πράγματος τὴν φυγήν. Ὡς ἀθῷος τοίνυν, φησὶ, καὶ μηδεμίαν πρὸς αὐτοὺς ἔχων κοινωνίαν, θαῤῥῶν ἀπονίψομαι καὶ τὰς χεῖρας.

Origenis. Et fortaſſis hoc inſinuantes, lauabant oraturi manus ſuas, vt puras manus eleuare poſſent.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ τάχα τοῦτο αἰνισσόμενοι, ἐνίπτοντο τὰς χεῖρας οἱ εὐχόμενοι, ἵν' ὁσίας ἐπᾶραι χεῖρας δυνηθῶσι.

8. Domine dilexi decorem.] Theodoreti. Pro *decore* Symmachus *adytum* poſuit; pro *viris* verò *ſanguinum, viros parricidas.*

η. ΚΥΡΙΕ ΗΓΑΠΗΣΑ ΕΥΠΡΕΠΕΙΑΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀντὶ τῆς εὐπρεπείας ὁ Σύμμαχος, ἀνάκτορον τέθεικεν· ἀντὶ δὲ ἀνδρῶν αἱμάτων, ἀνδρῶν μιαιφόνων.

Origenis. Qui hæc ſincerè dicit, is non diligit mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Quòd enim res viſibiles & temporaneas non ſpectaret, iſta dixit. Illud autem, *Ne perdas cum impijs animam meam*; ſimile eſt illi, *Non perdes iuſtum cum impio.* Ceterùm lauent etiam hi manus, in quorũm manibus iniquitates ſunt. Rogat autem, ne affectus ſit eo modo quo impij, ne ſimul cum ipſis anima eius intereat. Qui enim piâ mente præditus eſt, huic non perſuadetur malum, nec ad cædem animum adijciet, ne vita eius cum viris ſanguinũ ſimul pereat: in actionibus enim horum iniquitas, eſt vniuerſalis malitia.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ ταῦτα γνησίως λέγων, οὐκ ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐδὲ τὰ ἐν κόσμῳ. Οὐ γὰρ σκοπῶν τὰ βλεπόμενα καὶ πρόσκαιρα, ταῦτα ἂν εἴποι. Τὸ δὲ, Μὴ συναπολέσῃς μετὰ ἀσεβῶν τὴν ψυχήν μου, ὅμοιον τῷ, Μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς. Νιπτέσθωσαν δὲ καὶ οὗτοι τὰς χεῖρας, ὧν ἐν χερσὶν αἱ ἀνομίαι. Εὔχεται δὲ μὴ ὡσαύτως τοῖς ἀσεβέσι διατεθῆναι, ἵνα μὴ συναπόληται αὐτοῖς ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Εὐσεβῆ γάρ τις γνώμην ἔχων, οὐ πείθεται τούτῳ κακόν, καὶ οὐ παραβαλεῖ δὲ φονικὸς γενόμενος, ὅπως ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἀνδρῶν αἱμάτων μὴ συναπόληται. ἐν πράξεσι γὰρ τούτων ἀδικία ἐστὶν ἡ καθολικὴ κακία.

12. In eccleſiis benedicam te Domine.] Theodoreti. Hinc manifeſtè diſcimus, Dauidem in ſeipſum hunc Pſalmum dictaſſe: ſpopondit enim ſe in omnibus totius orbis Eccleſijs per Pſalmorum compoſitionem benedicturum ac laudaturum Dominum, propheticis oculis orbis mutationem præuidens. Obtinuit autem finem ſuum vaticinatio: nam in omni terra & mari, per piorum hominum linguas, magnus Dauid Deum beneficum decantat.

Dauid per omnes qui Pſalmos eius recitant, Deum laudat.

ιβ. ΕΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΙΣ ΕΥΛΟΓΗΣΩ ΣΕ ΚΥΡΙΕ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐντεῦθεν σαφέστερον μεμαθήκαμεν, ὡς εἰς αὐτὸν εἴρηται τὸν Δαβὶδ ὁ ψαλμός. Ὑπέσχετο γὰρ ἐν ἁπάσαις αὐτὸν ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαις, διὰ τῆς τῶν ψαλμῶν συγγραφῆς εὐλογήσειν καὶ ὑμνήσειν, προφητικοῖς ὄμμασι τὴν τῆς οἰκουμένης προϊδὼν μεταβολήν. Ἔλαβε δὲ καὶ τὸ τέλος ἡ προφητεία· ἐν πάσῃ γὰρ γῇ καὶ θαλάττῃ, διὰ τῶν εὐσεβῶν στομάτων, ὁ μέγας Δαβὶδ ἀνυμνεῖ τὸν εὐεργέτην θεόν.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS ſimplex eſt, ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, *Pſalmus Dauid.* Ita etiam Complutenſes & Regij legunt, præter Theodoretum & Euthymium; S. Auguſt omiſit vocem *Pſalmus*, & tantùm inſcribit, *Ipſi Dauidi:* Lorinus ait emendatiores codices habere, Τῷ Δαβὶδ, *ipſius Dauidis*, quemadmodum Sixtina editio legit. Verumtamen Hebræus inſcribit לְדָוִד *Ledauid*, quod magis fauet noſtræ lectioni, quam in quatuor codicibus M. S. Cæſareis, & vnico Bauarico codice reperi. Quâ inſcriptione ſignificatur hic Pſalmus ipſi Dauidi, ſiue in perſonam ipſius, dictatus eſſe: quod optimè totius Pſalmi argumento congruit. Vulgatus addidit, *in finem.*

1. *Iudica mihi Domine.*] Græcè, κρῖνόν με. ita hic codex, cum Complutenſi & Regio & alijs multis, & Heſychio, qui docet hoc verbum, quando ſignificat *condemnare*, caſum accuſandi poſtulare; cùm *ius dicere*, ac diſceptare, datiuum. Quomodo Apollinarius legiſſe ſe indicat, cùm hunc locum ſic exponit: *Quid interſit inter iudicare aliquem, & alicui.*

Ἡμετέρῳ δικάσειας ἄναξ ἀγανόφρονι θυμῷ.

Noſtro dijudices Rex mitianimo.

Sic etiam in Pſalmo IX. *Iudicare pupillo & humili*, eſt in fauorem eius ſententiam ferre: quod *Pſal. 9. 41.*

&

& hîc Dauid petit: Hebræa tamen & Vulgata, cum Sixtina editione Septuag. habent, *iudica me.* Idem tamen ſignificatur vtraque oratione. Nam vult vt Deus ſe iudicem exhibeat inter ipſum & aduerſarios ſuos, nec ſe gerat tamquam cauſſa ipſius ad ſe non pertineat, hoc eſt, vt Deus pro ſe ſententiam ferat contra aduerſarios ipſius, vindicando ſe, & ab illorum iniuria liberando. Et cauſſam addit:

Quoniam ego in innocentia mea ambulaui.] Ita quoque S. Auguſt. legit cum Vulgata hîc, & inferiùs verſ. 11. vertit, *ingreſſus ſum.* Pro *innocentia* autem, Græcè eſt, ἀκακίᾳ; Aquila legit, ἐν ἁπλότητι; itaque S. Hieronymus vertit, *quia ego in ſimplicitate mea ambulaui;* Caietanus autem, *in perfectione mea.* Sic in Geneſi, *Ambula coram me, & eſto perfectus;* in Hebræo eſt, *& eſto ſimplex.* vt intelligamus ſimplicitatem eſſe quiddam è pulcherrimis perfectionibus conflatum, eximiam vitæ rationem, omni decore & venuſtate concinnam, coram Deo pretioſam, quam etiam vno verbo dicimus *innocentiam:* cùm abeſt ab animo ſcelus, à moribus macula, atque vt in lyra, eſt omnium in mente & voluntate actionum Chriſtianarum ſymphonia, hoc eſt breuiter, candida ſimplicitas. quam ita adamauit Innocentius Papa VIII. vt ſymboli loco Dauidis illud pium carmen elegerit, *Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum:* vel, vt vertit Teleſphorus, ſummus & idem orbis terræ Pontifex, *in ſimplicitate mea gradiar.* Quantum autem in hac animi innocentia, morumque ſimplicitate præſidij ſit, luculenter declarat, cùm ſubdit:

Gen. 17, 1. *Innocentia & ſimplicitas in quo ſita ſit.*

IBIDEM. *Et in Domino ſperans non infirmabor.*] Græcè, οὐ μὴ ἀσθενήσω, quomodo paſſim Græci codices habent, & Vulgata cum S. Auguſtino; Sixtina, οὐ μὴ σαλευθῶ, *non mouebor;* ſic etiam habet Sexta editio; Aquila, οὐκ ἀτονήσω, *non deficiam,* & ita S. Hieronymus; Symmachus, οὐ περιτραπήσομαι, *non circumuertar;* Hebraicè, לא אמעד *lo embhad,* id eſt, *non nutabo,* non vacillabo, q. d. Non excidam ſpe meâ quam in te ſolo collocaui. *Spes enim non confundit, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam.* E contrà verò ſpes humana *fallax equus ad ſalutem. Quia maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. erit enim quaſi myrica in deſerto.* Item talis (vt Iſaias ait) *confidit ſuper baculum arundineum & confractum, cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam.* At *qui confidit in Domino, ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum.* Hinc appoſitè S. Chryſoſtomus, *Montem dixit,* inquit, *ſpem in Deum immutabilem, firmam, & conſtantem, inuincibilem & inexpugnabilem.* Quemadmodum enim ſi quis innumerabiles adhibeat machinas, montem nec conuellere nec labefactare poterit; ita etiam qui eum aggreditur, qui ſpem in Deum collocauit, reuertetur domum vacuis manibus. Sed cur non dixit abſolutè, *Sicut mons,* ſed montis *Sion* meminit? Docet, nos non debere animum deijcere in calamitatibus, nec ab eis peſſumdari, ſed à ſpe in Deum pendentes, omnia ferre fortiter, & bella & tumultus. Quemadmodum enim hic mons, qui fuerat quandoque deſertus, & nudatus habitatoribus, ad priorem redierat proſperitatem, veteri

Spes Dei firma. Rom. 5, 5. Hebr. 6, 19. *Spes humana fallax.* Iere. 17, 5. Iſaiæ 36, 6. Pſal. 124, 1. *Spes in Deum, monti Sion comparatur.*

ſtatu recepto, cùm incolæ rediiſſent, & miracula rurſus oſtenderentur; ita etiam vir fortis, licet ab innumeris inuadatur calamitatibus, minimè euertitur. *Qui ſperant in Domino* (inquit Iſaias) *mutabunt fortitudinem* (humanam in diuinam) *aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient.* Optimè Theodoretus: Gubernatorem, inquit, habeas Deum & aurigam, & res tuæ ab illa prouidentia pendeant: nam hoc modo inconcuſſus manebis, & immutabilis.

ANNOTATIONES CORDERII. Iſa. 40, 31.

2. *Proba me Domine,* &c.] Totus hic verſus (vt benè notat Genebrardus) metaphoricus eſt, ductâ ſimilitudine ab argentarijs, qui aurum & argentum probant & examinant, an ſit adulterinum. Sic ô Domine, inquit, qui ſcrutaris interiora, *proba me,* & meam innocentiam, cognoſce calumnias iniuſtè mihi irrogatas: *tenta me,* ſiue periculum fac de me. *Vre,* id eſt, funde, examina, & explora *cor meum,* mentem & cogitationem, *& renes meos,* affectus, animi motus, ſenſuſque intimos. Et experire an mentiar, an ſim in culpa eorum, de quibus mihi calumnias imponunt. Alij hoc exponunt de purificatione, q. d. Tamquam aurifaber vel argentarius, camino me proba, & emunda, probatum ac purum effice. excoque renes meos, & cor meum, vt quidquid in me adhuc impurum, alienum aut vitioſum eſt, abſumatur, expurgetur & exuratur. Ac ſi dicat cum S. Auguſtino: *Hîc vre, hîc ſeca, vt in æternum parcas.* In hoſtia pacifica iubebantur renes incendi & offerri Numini in odorem ſuauitatis. Cuius rei myſterium Heſychius, vt diuinarum rerum myſtagogus, lib. 1 in Leuit. declarauit: ait enim inter cor & renes eſſe mutuum reſpectum, & amicam virium communionem: & ea de cauſſa in diuinis Litteris ſæpè coniungi, vt hoc loco Regius Vates & alibi fecit. Et apud Ieremiam quoque dicitur Deus *probare renes & corda.* Nullo autem modo, inquit Heſychius, hæc membra prophetia coniunxiſſet, niſi omni modo quidpiam eis commune fuiſſet. Motus enim iræ in corde, at in renibus memoriam eius iacere medici dicunt. Addit, pium & Deo charum Dauidem propterea vri cor reneſque popoſciſſe, cùm perfectam animi innocentiam, atque iræ vacuitatem expeteret: atque vt poſteris cantu illo ſuo & deuotione ſignificaret, non modò iram è corde eijciendam, verùm & omnem eius memoriam cum renibus exurendam, vt hoſtia ſit pacifica, & ſancta oblatio. Hoc enim Moſaicæ pompæ lex arcanumque myſterium vocat, renes adolere. Porrò hunc locum ad caſtimoniæ probationem referunt S. Auguſt. Beda, & alij, q. d. Excoque ad purum omnes corporis & animi mei fæces ac ſordes. At quo igne hæc corporis animique conflatio perficitur? Apud Gregorium Nazianz. hanc purgationem vis ignea tentationum abſoluit, de qua in Poëmate in laudem virginitatis ita cecinit:

Quomodo Dauid à Deo probari & tentari poſtulet. *Cur renes cum corde vri poſtulet.* Pſal. 7, 10. Iere. 11, 20. *Caſtitate renes aduruntur & purgantur.*

Αὐτὰρ ἐμοὶ τοκέες μὲν, ὅσοι καλὸν ἐξεδίδαξαν·
Παῖδες, δ' οὓς ἐδίδαξα· ὁμόζυγα, δ' οἷον ἐδέγμην
Χριστὸν, ὃς ἀζυγίας περιστέψεται ἔξοχον ἄλλων·
Εἰ καὶ πᾶσι πάγῃ, σταυρὸν τ' ἐπὶ πᾶσιν ἀείρει,
Ὧ καὶ κυγχαλόωσα, καὶ ἣν ἀποθύμια βάλλῃ,
Χαίρω, καί με τίθησιν ἐλαφροτέρην, καὶ ἀνίῃ,
Ὡς χρυσὸν χοάνῃσι καθαιρόμενον ῥυπόωντα.
Virtutis quicumque mihi præcepta dedêre

ANNOTATIONES CORDERII.

Sunt patres: natos habeo quoſcumque ſalutis
Inſtruxi monitis: demum pro coniuge Chriſtum,
Præ reliquis adamat qui virginitatis alumnos:
Sit licet ob cunctos natus, crucis atque dolores
Pertulerit: qui me, licet aſpera duraq; mittat,
Explet lætitiâ, leuiorem mole laborum
Efficiens, inſtar vitiati ſordibus auri,
Ignea quod fornax purgat, redditque nitori.

Vt igitur hanc Domini probationem, quâ iuſti prorſus deputãtur, non à ſeueritate, ſed à clemẽtia Dei prouenire intelligamus, adiungit Propheta:

Vita innocentia non veretur Dei iudicium. 3. *Quoniam miſericordia tua ante oculos meos.*] Hac cauſſali cenſet Ianſenius reddi cauſſam, cur Propheta iudicari poſtulet, neque Dei iudicium ſubire vereatur. Vel poteſt etiam intelligi aſſignare cauſſam ſuæ innocentiæ, propter quam diuinæ explorationis trutinam non detrectet. Quod autem addit, *Complacui in veritate tua*; licet accipi poſſit hoc ſenſu, q. d. Complacui tibi per veritatem mandatorum tuorum à me ſeruatam; conuenientiùs tamen accipitur hoc ſenſu, ac ſi dicat, Complacui mihi in veritate tua, hoc eſt, veritas tua mihi placuit: ſicut apud
Matth. 3. Matthæum dicitur, *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, id eſt, qui eſt mihi gratus, in quo eſt mihi complacitum Hoc enim ſenſu meliùs cohæret cum hemiſtichio præcedente, *Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt.* Pulchrè ad hunc locum Hugo de S. Victore:
Miſericordia & veritas pœnitenti neceſſaria. *Miſericordia*, inquit, *Dei eſt, quâ parcit: veritas, quâ corrigit. Per miſericordiam pœnitentes ab indulgentia non repellit: per veritatem peccata puniens, cauſſam, non perſonam, reſpicit. Quiſquis ergo ad ſalutem peruenire deſiderat, hæc duo neceſſe eſt medicinæ Dei remedia non contemnat. Sine miſericordia enim veniam non conſequitur; ſine veritate non emendatur.* Et poſt pauca: *Miſericordiam*, inquit, *tuam vbique mihi neceſſariam eſſe video; & tamen correctionis tuæ verbera, quibus peccata mea diſtrictè punis, non ſolùm non repello, ſed & gaudens ſuſcipio: imò etiam in ipſis miſericordiam tuam non deeſſe cognoſco.* Quod autem ſequitur, *Complacui in veritate tua*; eleganter dictum, laudabiliter dictum, dictum imitatione digniſſimum. q. d. Non mihi niſi in tua veritate complaceo: quia quod tibi in me diſplicet, hoc etiam ipſe reprehendo. In tua veritate mihi complaceo: quia dum mea peccata perſequeris flagellando, lætificas me amore correctionis. Cur enim mihi in tua veritate non placeam, qui in mea priùs falſitate malè mihi complacebam?

Vanitas pro dolo & mendacio ſumitur in Scriptura. 4. *Non ſedi cum concilio vanitatis.*] Vbi *vanitatis* nomine vniuerſa mala complectitur; propriè cum concilio doloſorum, & iniqua aduerſus proximum machinantium, ſimulatorum, & proditorum. S. Hieron. legit, *non ſedi cum viris vanitatis*; Chaldæus vertit, *cum viris mendacij*. Et quidem *vanitas* pro mendacio & fraude contra proximum, familiaris eſt in ſacro ſer-
Exodi 20, 7. mone. Quò ſpectat illud: *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum*, id eſt mendaciter.
Eccli. 20, 21. Sic ab Eccleſiaſtico vocatur *fabula vana*, id eſt, mendax & falſa. Et ideo paſſim in ſacris Litteris idola dicuntur *vana*, aut *vanitates*, id eſt, dij mendaces, nomine tantùm dij, ſed falſa numina.

IBIDEM. *Et cum iniqua gerentibus non introibo.*] Græcè, μετὰ παρανομούντων; S. Auguſtinus, *cum facinoroſis* vertit. In fonte nominantur נַעֲלָמִים *nagalamim*, id eſt, *occulti*, *abſconditi*: illoſque Hebræi aiunt eſſe luciſugos, tenebriones, qui, vt verbo vtar D. Pauli, *dedecoris occulta* *Facinoroſi tenebras quærunt.*
ſectentur, qui latebris turpitudinem ſuam occultent, qui remotis arbitris flagitium doceant, qui in obſcuro Licentiæ, vt propitiæ Diuæ litent, qui denique ab oculis ſapientum animas innocentes abducant, vt liberiùs ſeſe in omne vitiorum genus ingurgitent. Ex Hebræo quidam ita vertunt, *cum pueriliter ludentibus non introibo*. Quod in eoſdem etiam poteſt cadere: ludunt enim luſu *Luſus quid in Scripturis.*
planè inauſpicato & crudeli, qui videlicet à ſancti Numinis amicitia reuocet, aut animæ ſtatum conturbet. Quomodo *ludum inſolentem* vocant Poëtæ, vel furentis Martis, vel bacchantis Fortunæ, & latè omnia ſuſque deque miſcentis. Vel quo potiùs diuinæ Litteræ vocant *luſum*, creatoris omnium Dei contemptum, & cultum idolorum. Ita Moyſes idololatriam *luſum* nominauit, vt Exodi 32, 6.
bonus interpres cenſuit Apoſtolus. Ita cum 1. Cor. 10, 7.
Iſaaco ludebat Iſmaël puer petulans, & nefariæ Gen. 21, 9.
ſuperſtitionis auctor, cùm illum Abrahami oculum vellet effodere, & ſubinde impia verba inſtillans, deuoti animi ſenſu & religione ſpoliare. Plura vide ſuperiùs de prauo conſortio ad Pſalmum 1. à nobis annotata.

5. *Odiui eccleſiam malignantium*, &c.] Aſſerit certè Dauid ius & æquitatem ſibi ſemper cordi fuiſſe, atque adeò nequaquam cum impijs iudicibus iniquas ſententias proferentibus pro tribunali ſediſſe: ſed potiùs iudicia & ſententias tuliſſe cum iuſtitia vſque adeò coniunctas, vt poſt damnatos capite ſontes, ſibi ſemper integrum fuerit, lotis manibus ad altare Dei propiùs accedere, in teſtimonium innocentiæ, quemadmodum ſequ. verſu declarat:

6. *Lauabo inter innocentes manus meas*, &c.] Græcè, ἐν ἀθώοις; Hebraicè eſt, בְּנִקָּיוֹן *benikkaion*, id eſt, *in innocentia*, prout S. Hieron. vertit; Aquila tranſtulit, ἐν ἀθωότητι; Tertull. *cum innocentibus*. Erat ſolemne Iudæis, vt, cùm ſe nullo *Quid lotio manuum deſignet.*
crimine teneri profiterentur, in ſignum innocentiæ, manus abluerent. Huius cærimoniæ mentio Deut. 21, 6.
fit in Deuteronomio. Quin & Pilatus in Euan- Matth. 27, 24.
gelio narratur lauiſſe manus, vt ſe à Chriſti innocentis ſanguine innoxium declararet. Hoc ſenſu vulgò dicimur lauare manus, cùm nos ab aliquo negotio ſubducimus, in quo peccandi periculum ſit. Sed cùm iſta loquendi ratio metaphorica ſit; dicendum cum Bellarmino, Dauidem hîc loqui propriè de ritu Hebræorum, quo ante ingreſſum tabernaculi, tum ipſi ſe, tum hoſtias purificabant. Sic ante preces & vota Iudæos lauiſſe priùs manus in teſtimonium animi nullo crimine contaminati, teſtatur Ariſtæas libro de Septuag. interpretibus in hæc verba: Ἐπηρώτησαν δὲ καὶ τοῦτο, τίνος χάριν ἀπονιζόμενοι τὰς χεῖρας, τὸ τηνικαῦτα εὔχονται; Διεσάφουν δὲ ὅτι μαρτύριόν ἐστι τοῦ μηδὲν εἰργάσθαι κακόν. Καλῶς καὶ ὁσίως μεταφέροντες ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἀλήθειαν πάντα. *Interrogati autem de hoc, quare poſt lotas manus vota faciant? Reſpondebant hoc fieri in argumentum & teſtimonium nullius ſceleris perpetrati. Ita pulchrè & ſanctè omnia ad iuſtitiam referebant.* Huc refert Creſſollius Myſtagogi lib. 3. morem illum, quo ante fores & templorum veſtibula, canthatos & ſalientes aquas habere voluerunt, quibus oraturi, atque

Exodi 30. atque in templum ingreſſuri, manus lauarent. Antiquiſſimum illud eſt, & à Moyſe diuino afflatu inductum, cui præceperat Deus labrum æneum conficere, in quo Aaron & filij eius manus & pedes abluerent. Hinc frequentes apud Iudæos lotiones, & quæ dicuntur in Euangelio

Marci 7,4. *baptiſmata*. Quo in genere ita fuerunt in purganda omni contaminatione diligentes, vt non modò volam & digitos, ſed vſque ad cubitum ipſum, è communi ritu manus lauarent, vt auctor eſt Theophylactus in Marci cap. 7. Moſaici præcepti vim & myſterium expendit Philo lib. de Victimas offerentibus: *Corpus*, inquit, *lauacris & luſtralibus aſperſionibus purgat*. Quod deindè ad animæ puritatem referendum eſſe contendit his verbis: *Neceſſum igitur eſt adituros templum ſacrorum gratiâ, & corpore nitidos eſſe, & multò magis animâ*. Ex hac itaque Moyſis diſciplinâ Dauid, *Lauabo*, inquit, *inter innocentes manus meas:* id eſt, lauabo manus in ſignum veræ puritatis internæ, vt innocentes faciunt: non autem lauabo manus meas cum hypocritis, qui manus puras, & cor ſordidum gerunt, cute quidem perfuſi, ſed vitiorum labe obſoleti in templum irrumpunt. Contra quos ita Tertull. lib. de Orat. cap. 11. *Quæ ratio eſt*, inquit, *manibus quidem ablutis, ſed ſpiritu ſordidato orare?* Impura eſt illa puritas, quæ manus abſtergit, impuratam eſſe mentem ſinit. Ad internam igitur puritatem ſpectat ille quoque ritus Eccleſiæ, quo ſacerdotes Sacra facturi manus abluunt, quemadmodum elegãter monet S. Cyrillus Hieroſolymit. Catech. myſtag. 5. his verbis: *Vidiſtis Diaconum lauandis manibus aquam porrigentem ſacerdoti, & illis qui circum altare Dei ſtabant presbyteris. Num ideò prorſus dabat, vt ſordes corporis abluerentur? nequaquam: nec enim adeò ſordibus corporis fœdati, in Eccleſiam ingredi ſolemus. at illa manuum ablutio ſymbolum eſt, & oportere nos à peccatis omnibus, & iniquitatibus mundari*. Hoc nempe Dauidis hæc verba ſignificant, dum ijs ſacerdos in Miſſa vtitur, dicens: *Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine*. Ablutionem circuitioni præmiſit, vt indicaret, antequam ſacra obeantur, à ſordibus maculiſque mundandam eſſe mentem. Appoſitè ad hunc locum Richardus Victorinus: *Si fortè*, inquit, *manibus inter agendum aliqua, vt aſſolet, macula inhæſerit, & eas vel cœnum ſuperbiæ, vel puluis cenodoxiæ fœdauerit, lauabo vtique inter innocentes manus meas, & ſatagam, in quantum potero, mundare eas*. Purgandi verò modum docet, cùm ſubdit: *Quoties pro ſordibus operum in conſpectu tuo defleo, manuum mearum maculas lacrymarum vndâ lauare contendo. Quidquid enim per culpam fœdatur, citò per compunctionis lauacrum diluitur. Qui vult ergo mundas manus habere, ſtudeat eas aſſiduis fletibus mundare*. Sic ille. Non longè quærendum lauacrum eſt, habes ſubiectas oculis manus, defle, emitte lacrymas, è vicino habes quo abluatis.

Externa lotio debet eſſe ſignum internæ puritatis.

8. *Dilexi decorem domus tuæ.*] Græcè εὐπρέπειαν. In Hebræo pro *decore* eſt *habitaculum*, vt intelligamus in decore habitare Numen venuſtatis patrem, & omni hominum magnificentiâ digniſſimum. Quare Dauid ibidem nominat templum, *locum habitationis gloriæ Dei*. Vbi nimirum ſe mirabiliùs oſtendat, ſiue in nube, aureâ luce clariſſimâ, quod in Moyſis olim tabernaculo, tum in templo Salomonis eueniebat, teſtimonio haud obſcuro diuinæ præſentiæ: ſiue in Propitiatorio, vnde oracula reddita fuiſſe diuinitus accepimus, ſiue denique quòd in templis Chriſtianis, ſub auguſto velo Sacramenti, & humanitatis conopeo Rex gloriæ verſetur. Hunc decorem domus Dei mirificè cõmendat S. Paulus Corinthijs ſcribens: *Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant in vobis*. Ille decor & concinnus rerum omnium ordo rapiebat olim in admirationem Gentilium animos, qui externo illo cultu, & crocotâ variegatâ Reginæ, hoc eſt Eccleſiæ, inducebantur ad religionem meliùs cognoſcendam & amandam. Hoc itaque inprimis eſt Eccleſiaſticis viris prouidendum, qui Dei Numen religioſo miniſterio conciliant, vt vbique ſit mundities atque decor, qui in omnibus quidem rebus delectat, ſed maximè in pia loca & veneranda conuenit. Hinc S. Hieron. Epiſt. 3. inter laudes Nepotiani ſacerdotis, vitâ & facinoribus clariſſimi, hanc curam nobili ſuo præconio inſignit. *Erat ſolicitus ſi niteret altare, ſi parietes abſque fuligine, ſi pauimenta terſa, ſi ianitor creber in porta, ſi vela ſemper in oſtijs, ſi ſacrarium mundum, ſi vaſa luculenta, & in omnes cærimonias pia ſolicitudine diſpoſita*. Duo maximè in ſanctiſſimo viro illo prædicat, munditiem & decorem, ſiue honeſtiſſimam rerum omnium faciem, & ſpecioſum ornatum, qui Dei domum deceret. Neque mirum, ſi omni animi ſtudio elaborabat vt ſacrarium eſſet mundum, nitidi parietes, vaſa luculenta; cùm etiam in ædium ſacrarum pauimentum curam intenderet, quod ſordibus vbique vacuum & expolitum eſſe cupiebat. Sciebat enim ſanctum id eſſe, & nihil eſſe contemnendum, quod dicatum foret Deo, & gloriæ Numinis amplificandæ ſeruiret. Eadem laudat in Magno Baſilio adhuc presbytero S. Greg. Nazianzenus orat. 20. vbi ipſum ait ſtudioſiſſimè curauiſſe *precum deſcriptiones, ſacrarij concinnitates, atque animi pulchritudinem eximiam, decori & dignitatis pleniſſimam*. Certè non decet Dei gloriam ſitu & ſordibus inobſcurari, nec ferendus eſt Liturgorum imprudentium ille ſtupor, nec diſſimulanda impietas, qui triclinium malunt, quàm templum eſſe ornatius, & ex ara propè dicam faciunt haram, è templo ſordidato culinam, è ſacrario profanum gurguſtium, qui decorem domus Dei non tam diligunt (quod fecêre omnes Sancti) quàm indigniſſimè aſpernantur.

Decor in templis adhibendus.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. Cor. 14, 40.

Domum igitur Dei vocat templum; quid ni etiam totum hunc mundum, ſtructurâ opificioque mirabilem? in quo viuunt & circumferuntur homines, ſi Maximum audimus egregiũ Martyrem, qui in Myſtica Theologia cap. 3. ait Eccleſiam eſſe mundi ſymbolum, & mundum Eccleſiæ adumbrationem: & cælum quidem eſſe diuinum ſacrarium, terram verò templi decorem obtinere. Id ſi verum eſt, omnino conuenit, vt vbique in communi vita, velut in ſancto communique delubro, decorem hunc & modeſtiam retineamus, ſine qua qui in hoc templum ingrediuntur, profani ſunt, & beatis mentibus odioſi, quæ è cælo, tamquam è ſacrario, in nos oculos ſuos intendunt.

Totus mundus eſt domus & templum Dei.

10. *Dextera eorum repleta eſt muneribus.*] Hæc verba exponit S. Auguſt. de iudicibus, qui donis

ANNOTATIONES CORDERII.

donis corrumpuntur: componit autem hunc verſum cum illo Prouerbiorum, *Longitudo dierum in dextera eius*, id eſt, vel vita hæc temporalis longior, vel potiùs æterna & beata. Ergo Salomon iudicem æquum, Dauid autem iniuſtum deſcribit. Impius iudex in manu dextera habet munera, quæ per ſummum ſcelus extorſit: at verò pius iudex in eâdem dextera vitam longiorem vel felicem, quæ nullo tempore continetur, ſeruat. Vide quanta ſit vis munerum, vt hæc vitæ beatæ iudices impij præponant: nec enim vna manus vtramque rem capere poteſt. Si munera excutias, vita ſuccedit beata; hæc ſimul cum muneribus ſtare non poteſt. Inducit etiam ibidem S. Auguſt. illud Pauli: *Qui veritate priuati ſunt, existimantes* quæſtum eſſe pietatem.* Quam ſententiam de his exponit, qui muneribus inflectuntur. Hi nimirum exiſtimant quæſtum eſſe pietatem; id eſt, præfecturas ſibi datas ad quæſtum, ac ſi ob eam cauſſam iudices conſtituti eſſent, vt inſontes ſpolient, plebem expilent, miſeros deprædentur. *Dextera eorum*, inquit Auguſt. *repleta eſt muneribus, & quod eis ad obtinendam ſalutem æternam datum eſt, ad accipienda huiuſmodi munera conuertunt, exiſtimantes quæſtum eſſe pietatem.*

Prou. 3, 16 *Iniqui iudices munera præponunt vitæ beatæ.*

1. Tim. 6, 5

12. *Pes meus ſtetit in rectitudine.*] Ita quoque legit S. Auguſt. Græcè eſt, ἐν εὐθύτητι, quod Vulgata vertit, *in directo*; Symmachus ἐν ὁμαλῷ, *in plano*; Hebraicè מִישׁוֹר *miſchor*, quod *locum planum* ſignificat. Hoc in loco ſancti Patres animaduertunt incredibile Dauidis ſtudium expoliendæ in dies puritatis, & maximè cùm in adyta ſacroſancta introiret. Nam pedes conabatur *in rectitudine* ſtatuere, ſic vt nihil eſſet in affectionibus extuberans, impolitum, aſperum, nihil quod ſanctum locum dedeceret: omnia in animo æquabilia, caſta & ſincera, vno verbo, Deo digna. Quem ſtatum proximè antè v. 1. & 11. pius Vates *innocentiam* appellarat. Vnde nonnulli hoc loco putant idem ſignificari quod priùs dixit, *Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum*: vt videlicet reddatur hîc cauſſa cur meritò redimendus ſit. Quamobrem aliqui libri legunt, *Pes enim meus*; ſed hæc particula cauſſalis, nec in originali, nec in melioribus codicibus inuenitur, ideoque omittenda.

Dauid animi puritatis valdè ſtudioſus.

Ceterùm poteſt etiam hîc verſus ita explicari; vt pedem ſtare in rectitudine, ſeu in via recta, idem ſit, quod in tuto conſtitutum eſſe, à periculis liberum. q. d. Cùm tu me iam errabundum conſtitueris in via recta, ſic vt tutò mihi ambulare liceat, quò velim; tunc vtique te, Domine, in cœtibus hominum publicè benedicam.

IN PSALMVM XXVI. ARGVMENTVM.

1. Pſalmus Dauid priuſquam liniretur.

Nonnulli, eò quòd in hexaplo titulus iſte non reperiatur, aiunt Pſalmum hunc docere quomodo agendæ gratiæ ſint Deo, & quænam poſtulanda ſint. Alij autem hunc titulum apud ceteros reperientes, dixerunt Dauidem ter vnctum fuiſſe: nempe à Samuele in Bethlehem, à tribu Iuda in Hebron, & tertiâ vice ab omnibus tribubus poſt obitum Saülis. Hunc autem Pſalmum, ferunt eum ante ſecundam vnctionem dictaſſe, cùm adhuc eum Saül perſequebatur, quando ad Sacerdotem confugerat, & panes propoſitionis acceperat.

Triplex vnctio Dauidis.

α'. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ πρὸ τοῦ χρισθῆναι.

Τινὲς, ἐπεὶ ἐν τῷ ἑξαπλῷ ἡ προγραφὴ οὐκ ἔκειτο, διδάσκειν φασὶ τὸν ψαλμὸν, ὅπως προσήκει εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ, καὶ ὁποῖα αἰτεῖν. Οἱ δὲ ταύτην εὑρόντες ἐν τοῖς λοιποῖς, εἶπον ὡς τρίτον χρισθεὶς ὁ Δαβὶδ, παρὰ τοῦ Σαμουὴλ ἐν Βηθλεὲμ, ὑπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἐν Χεβρὼμ, καὶ τρίτον ὑπὸ πασῶν τῶν φυλῶν μετὰ τὸν θάνατον Σαούλ: τοῦτόν φασι πρὸ τῆς δευτέρας χρίσεως εἰπεῖν, ἔτι διωκόμενον ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, ἡνίκα πρὸς τὸν ἱερέα προσέφυγε, καὶ τοὺς τῆς προθέσεως ἄρτους ἔλαβε.

PARAPHRASIS.

DOMINVS illuminatio mea, & * ſaluator meus, quem timebo?

* Vulgata ſalus mea,

Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?

Cùm ſpiritali, inquit, luce tuâ Domine illuſtratus ſim, omnes oppugnantes me deſpiciam.

ΚΥΡΙΟΣ φωτισμός μου, καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι;

Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω;

Τῷ νοερῷ σου, φησὶ, φωτὶ καταυγαζόμενος δέσποτα, πάντων τῶν πολεμούντων μου καταφρονῶ.

β'. Ἐν

β'. Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακοῦντας, τοῦ φαγεῖν τὰς σάρκας μου·

Οἱ θλίβοντές με, καὶ οἱ ἐχθροί μου, αὐτοὶ ἠσθένησαν, καὶ ἔπεσον.

Οὐκ ἐψεύσθην, φησί, τῆς ἐλπίδος, οὕτω τῇ σῇ θαρρήσας ῥοπῇ· καὶ γὰρ φθάσαντές με οἱ δίκην θηρίων διώκοντες, ἐμὲ μὲν οὐκ ἐλωβήσαντο, αὐτοὶ δὲ πανωλεθρίαν ὑπέμειναν.

2. Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas: PARAPHRASIS PATRVM.

Qui tribulant me, * & inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt. * Vulg. omittit &

Spe, inquit, minimè fruſtratus ſum, ſic tuo auxilio fretus. Etenim cùm præueniſſent me, qui me ferarum more perſequebantur, mihi quidem nihil nocuerunt; ipſi verò extremam perniciem paſſi ſunt. Spes in Deum, eſt firmum præſidium.

γ'. Ἐὰν παρατάξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολή, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου.

Ἐὰν ἐπαναστῇ ἐπ' ἐμὲ πόλεμος, ἐν ταύτῃ ἐγὼ ἐλπίζω.

Τοσαύτην φησὶ πεῖραν τῆς ἐπικουρίας λαβών, κἂν δὶς τοσοῦτοι, κἂν τρεῖς περιβάλλειν μοι πειραθῶσι πολέμιοι, καταθαρρῶ τῶν δεινῶν, τῇ ἐλπίδι ταύτῃ καθωπλισμένος.

3. Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.

Si exurgat aduerſum me prælium, in * hac ego ſperabo. * Vulg. hoc

Cùm, inquit, de tuo auxilio tale periculum fecerim; licet bis aut ter tot hoſtes me aggredi conati fuerint, intrepidus contra diſcrimina conſiſtam, huiuſmodi ſpe armatus.

δ'. Μίαν ᾐτησάμην παρὰ κυρίου, ταύτην ζητήσω, τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου.

Τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ.

Ἐγὼ δέ, φησι, τοσαύτης ἀπολαύσας εὐεργεσίας, οὐ πλοῦτον ζητῶ παρὰ τοῦ ἐμοῦ εὐεργέτου, καὶ δυναστείαν, ἀλλὰ τὴν μίαν χάριν, τὸ διηνεκῶς τῷ θείῳ προσεδρεύειν ναῷ, καὶ τὸ θεῖον ἐκεῖθεν κατοπτεύειν κάλλος, καὶ ἐπισκοπεῖν ἅπαντα τὰ κατὰ νόμον γινόμενα.

4. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ:

Vt * contempler delectationem Domini, & viſitem templum eius. * Vulg. videam voluptatē

Ego autem, inquit, tali potitus beneficio, non diuitias à meo benefactore quæro, & potentiam; ſed hanc vnam gratiam, vt diuino templo continuè aſſidere liceat, ibidemq; diuinam pulchritudinem contemplari, atque omnia quæ ſecundùm legē fiunt, conſiderare.

ε'. Ὅτι ἔκρυψέ με ἐν σκηνῇ αὐτοῦ, ἐν ἡμέρᾳ κακῶν μου ἐσκέπασέ με ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ.

Πεῖραν, φησιν, ἔχω τῆς ὠφελείας, ἤδη τὴν ἐκεῖθεν σωτηρίαν δρεψάμενος, καὶ τῶν διωκόντων τὰς χεῖρας διαφυγών.

5. Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die malorum * meorum protexit me, in abſcondito tabernaculi ſui. * Vulg. omiſit meorum

Experimentum, inquit, vtilitatis eius habeo, cùm iam pridem inde ſalutem meſſuerim, & inimicorum manus declinauerim.

ϛ'. Ἐν τῇ πέτρᾳ ὕψωσέ με, καὶ νῦν ἰδοὺ ὕψωσε κεφαλήν μου ἐπ' ἐχθρούς μου.

Σημαίνει ἐνταῦθα ὅτι βασιλεύσει, καὶ περιγενήσεται τῶν δυσμενῶν, καὶ κυκλώσει αὐτούς, ὁ νῦν ὑπ' αὐτῶν κυκλούμενος.

6. In petra exaltauit me: & nunc * ecce exaltauit caput meum, ſuper inimicos meos. * Vulg. omittit ecce

Significat hîc ſe regnaturum eſſe, inimicíſque ſuperiorem euaſurum; atque ipſos circumdaturum, qui nunc ab ipſis circumdatur.

PARAPHRASIS PATRVM.

* *Vulg. emittit.*

Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam * [laudis &] vociferationis: cantabo, & pſalmum dicam Domino.

Hoſtia laudis, Deo offerenda.

Deo, inquit, offeram, non legis ſacrificia in tabernaculo; ſed laudis hoſtiam: quam nimirum etiamnum in omnibus totius orbis Eccleſijs per eos qui Deo crediderunt, noctu diuque offert.

7. Exaudi Domine vocem meam, quâ clamaui ad te: miſerere mei, & exaudi me.

Miſericordiam quidem implorat, haud iniuſtam, ſed valdè iuſtam.

* *abeſt à Vulgata.*

8. Tibi dixit cor meum * [Dominum quæram] exquiſiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

Id eſt, non verbis vſus ſum veritate carentibus, ſed mente cum verbis conſentiente, ita vt opus ſequeretur. Et quæ iam feci, non ſatis erunt; verùm hoc faciam & in poſterum. Ne igitur me deſiderantem repellas, neque te deſideratâ me priues.

9. Ne auertas faciem tuam à me: & ne declines in ira à ſeruo tuo.

Hoc ex tranſlatione eorum poſuit, qui iraſcuntur, & accedentibus ad ſe terga obuertunt, atque in aliam viam declinare conantur.

* *Vulg. emittit.* * *Vulg. neque deſpicias me Deus ſalutaris*

Adiutor meus eſto [* ne reijcias me,] * neque derelinquas me Deus ſaluator meus.

10. Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me.

Cùm à Saüle, inquit, perſecutionem paterer, longè à genitoribus degere coactus ſum; ſatis verò mihi pro omnibus es tu Domine.

11. Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in ſemitam rectam, propter inimicos meos.

Quoniã, inquit, procul à contribulibus meis viuere cogor; tu ipſe mihi eſto & legiſlator,

Ἐκύκλωσα, καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀλαλαγμοῦ· ᾄσω καὶ ψαλῶ τῷ κυρίῳ.

Τῷ θεῷ, φησὶ, προσοίσω, οὐ τὰς νομικὰς θυσίας ἐν τῇ σκηνῇ, ἀλλὰ τὴν τῆς αἰνέσεως θυσίαν, ἣν καὶ νῦν ἐν πάσαις ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαις διὰ τῶν τῷ θεῷ πεπιστευκότων νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν προσφέρει.

ζ. Εἰσάκουσον κύριε φωνῆς μου, ἧς ἐκέκραξα· ἐλέησόν με, καὶ εἰσάκουσόν μου.

Ἔλεον μὲν αἰτεῖ, οὐκ ἄδικον; ἀλλὰ καὶ μάλα δίκαιον.

η. Σοὶ εἶπεν ἡ καρδία μου, κύριον ζητήσω, ἐξεζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου, τὸ πρόσωπόν σου κύριε ζητήσω.

Τουτέστιν, οὐ λόγοις ἐχρησάμην ἀληθείας γεγυμνωμένοις, ἀλλὰ τῆς διανοίας συνομολογούσης τοῖς λόγοις, τὸ ἔργον ἐπηκολούθησε. Καὶ οὐκ ἀποχρήσει τὰ ἤδη γεγενημένα, ἀλλὰ τοῦτο δράσω καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον. Μὴ τοίνυν ἀπώσῃ με ποθοῦντα, μηδὲ τοῦ ποθουμένου με στερήσῃς.

θ. Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου.

Τοῦτο ἐκ μεταφορᾶς τέθεικε τῶν ὀργιζομένων, καὶ τοὺς προσιόντας ἀποστρεφομένων, καὶ εἰς ἑτέραν ὁδὸν ἐκκλῖναι πειρωμένων.

Βοηθός μου γενοῦ, καὶ μὴ ἀποσκορακίσῃς με, καὶ μὴ ἐγκαταλίπῃς με ὁ θεὸς ὁ σωτήρ μου.

ι. Ὅτι ὁ πατήρ μου, καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με· ὁ δὲ κύριος προσελάβετό με.

Διωκόμενός, φησιν, ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, πόῤῥω διάγειν τῶν γεγεννηκότων ἠνάγκασμαι· ἀρκεῖς δέ μοι σὺ ἀντὶ πάντων ὦ δέσποτα.

ια. Νομοθέτησόν με κύριε ἐν τῇ ὁδῷ σου, καὶ ὁδήγησόν με ἐν τρίβῳ εὐθείᾳ, ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου.

Ἐπειδὴ πόῤῥω, φησὶ, διάγειν τῶν ὁμοφύλων ἠνάγκασμαι, αὐτός μοι γενοῦ καὶ νομοθέτης,

καὶ

καὶ ποδηγὸς, ὑποδεικνύς μοι τὴν πρὸς σὲ φέρουσαν τρίβον.

ιβ´. Μὴ παραδῷς με εἰς ψυχὰς θλιβόντων με, ὅτι ἐπανέστησάν μοι μάρτυρες ἄδικοι, καὶ ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ.

Ἐγὼ μὲν, φησι, τῆς σωτηρίας ἀνάξιος, ἀλλ᾽ ὅμως ἥκιστα τοὺς ἐμοὺς πολεμοῦντας ἠδικηκὼς, ἀδίκως ἐλαύνομαι. Μὴ παραδῷς τοίνυν τοῖς ἀδικοῦσι τὸν ἀδικούμενον. Καὶ αὐτοὶ μὲν κατ᾽ ἐμοῦ συκοφαντίαις ἐχρήσαντο, ἐγὼ δὲ λώβην οὐδεμίαν ἐντεῦθεν ἐδεξάμην, διὰ τὴν σὴν βοήθειαν, ἀντεστράφη δὲ ἐπ᾽ αὐτοὺς τὰ κατ᾽ ἐμοῦ παρ᾽ αὐτῶν πεμφθέντα βέλη.

ιγ´. Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ κυρίου, ἐν γῇ ζώντων.

Οὐ μόνον γὰρ κατὰ τὸν παρόντα βίον κρείττων ἔσομαι τῶν πολεμίων, ἀλλὰ καὶ τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν ἐν ἀπολαύσει γενήσομαι. εἶτα προσφέρει πᾶσι παραίνεσιν·

ιδ´. Ὑπόμεινον τὸν κύριον, ἀνδρίζου, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου, καὶ ὑπόμεινον τὸν κύριον.

Ὁ νοῦς, φησι, τῇ ἀνδρείᾳ καθοπλιζόμενος, καὶ διὰ ταύτης τῶν προσβαλλόντων παθημάτων περιγινόμενος, κρατύνεται καὶ νικᾷ, καὶ τὰς θείας ἐπαγγελίας προσμένει, καὶ μετὰ τοῦ συνεργήσαντος πνεύματος γίνεται κληρονόμος.

& dux, oſtendens mihi ſemitam ad te ferentem.

12. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.

Ego quidem, inquit, ſalute indignus ſum: verumtamen, cùm nullâ iniuriâ meos hoſtes affecerim, immeritò expellor. Ne tradas igitur me iniuriâ affectum, iis qui iniuriam inferunt. Siquidem ipſi calumniis contra me vſi ſunt; ego tamen inde nullum detrimentum paſſus ſum, propter auxilium tuum; ſed iacula ab illis contra me emiſſa, in ipſos retorta ſunt. *Impij ſuis iaculis configuntur.*

13. Credo videre bona Domini, in terra viuentium.

Non ſolùm enim in præſenti vitâ ſuperior meis inimicis ero; verùm etiam expectatis bonis perfruar. Deinde adfert omnibus admonitionem:

14. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.

Mens, inquit, virilitate armata, & per hanc ingruentibus calamitatibus ſuperior facta, corroboratur & vincit, diuinaſque promiſſiones expectat, quarum, cooperante ſpiritus auxilio, heres fit.

PARAPHRASIS PATRVM.

COMMENTARIVS.

α´. ΚΥΡΙΟΣ ΦΩΤΙΣΜΟΣ ΜΟΥ.] Πρέπουσα ἐπινικίοις φωνὴ, μηνύουσα καὶ τὸν τῆς νίκης αἴτιον. Καλῶς δὲ εἶπε φωτισμὸς καὶ σωτήρ· ἡ μὲν γὰρ θλίψις ὡς ἐν σκότῳ διάγειν ποιεῖ. ἡ δὲ ἀντίληψις τοῦ θεοῦ φῶς γίνεται καὶ βοήθεια. ἀλλὰ καὶ τυφλώττουσα ψυχὴ, καὶ διὰ τὸ σκότῳ καλινδεῖσθαι, μὴ εἰδυῖα ποῦ φέρεται, μυρία κακὰ φοβηθήσεται, ὡς καὶ τὴν εἰς θεὸν ὁμολογίαν, τῷ φόβῳ καταπλαγεῖσαν προδοῦναι· ὑπὸ δὲ τοῦ θεοῦ φωτισθεῖσα, πρῶτον μὲν τὸν πρόμαχον αὐτῆς καὶ σωτῆρα, ὅσος ἐστὶ, θεωρεῖ· ἔπειτα ἀτρεμὴς γίνεται, καὶ τῶν αὐτῆς πολεμίων καταθαρρεῖ, εἴτε θεὸν ἀγνοούντων ἀνθρώπων, εἴτε δυνάμεων πονηρῶν, ὡς αὐτὸν ἔχουσα τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν βοηθόν. Τὸ γὰρ σωτὴρ ὄνομα τοῖς

1. DOMINVS ILLVMINATIO MEA.] Vox eſt victoribus conueniens, & quæ victoriæ auctorem indicet. Pulchre autem dixit, *Illuminatio ac ſaluator.* Tribulatio enim quodammodò in tenebris commorari facit; Dei verò ſuſceptio lumen exiſtit & auxilium. Ceterùm anima cęcutiens, & eò quòd in tenebris verſetur, neſcia quò feratur, mille mala metuet, adeò vt etiam Dei profeſſionem metu concuſſa deſerat; verùm à Deo illuminata, primùm quidem protectorē ac ſaluatorem ſuum, qualis ſit, conſiderat; deinde fit imperterrita, & aduerſus hoſtes ſuos animatur: ſiue hi ſint homines Deum ignorātes, ſiue virtutes malignę; quippe ipſum Dei Filium habens adiutorē. Saluatoris enim nomen *Deus illuminatio & ſalus iuſti.*

iiſdem

COMMENTARIVS PATRVM.

Auxilium Dei omnibus inimicis potentius.

iiſdem litteris Hebraicè ſcribitur, quibus & Ieſus. Admirabile eſt & hoc: *A quo trepidabo?* Quid enim, inquit, tam potens ad inſidias reperiri poſſit, quàm ſit Deus potens ad auxilium? Deinde tamquam ſalutem conſecutus, in narratione ait: *Dum appropiant ſuper me nocentes.* Ne enim fruſtra gratias agere videretur, cauſſam addit: Quando, inquit, conuenerant inimici contra me feroces & implacabiles, adeò vt, ſi potuiſſent, comediſſent carnes meas; tunc vel maximè auxilium Dei manifeſtè agnoui, ipſis quidem corruentibus, me autem vincente. Symmachus, *Dum appropiant ſuper me nocentes vt deuorent carnes meas*, illi quidem ſilueſtrium ferarum more irruerunt, vt etiam carnes meas dilaniarent: verùm, cùm iam carnibus imminerent, ea quę facere volebant, paſſi ſunt: ipſi enim infirmati ſunt, me nihil agente, ſed luce ac ſaluatore meo. Aliter etiam, ſaluator noſter Deus eſt, qui liberat nos à peccatis & morte: illuminatio verò, quæ ſoluit caliginem malitiæ & ignorationis, & reſplendere facit lumen cognitionis. Sic autem illuminato, & iſtiuſmodi ſecuritatem adepto, quis vel nocere poterit? *Si* igitur *conſiſtant aduerſum me*, &c. *in hoc*, ſcilicet auxilio, cuius experimentum accepi: propter quod neque alium quemcumque etiam maiorem exercitum formidaui, ſiue ſenſibiles, ſiue ſpiritales fuerint inimici.

4. VNAM PETII A DOMINO.] Vnam, inquit, petij, ſcilicet gratiam, & beneficentiam. Quænam illa ſit, ipſe explicat. Subaudiendum autem voci *vnam*, ſingularem, vel magnam (quale eſt inhabitare in domo Domini, vt vicinus exiſtens, ad decorem domus eius ſeriò animum applicet, atque illinc diuinam pulchritudinem contempletur, & illa quæ ſecundùm legem fiunt, conſideret) quam & adeptus eſt, cùm & arcam reduxit, & tabernaculum admirabilius extruxit. Hæc etiã quadrant Ezechiæ, gratias agenti, quòd templo & religione non exciderit, tabernaculi, ſeu templi, protectionẽ obtinens. Illud autẽ *in abſcondito*, poſitũ pro *quaſi in abſcondito*; ita vt inimicis quærentibus non ſit inuentus. Illud autem, *in die malorum meorum*, id eſt, in tempore perſecutionum & tentationum aduerſarum. Illa verò quæ Sancta ſanctorum vocabantur, hæc erant *abſcondita tabernaculi*. Vel Dauid

In domo Domini habitare, tutum & iucundum.

αὐτοῖς χαρακτῆρσι γραμμάτων Ἑβραϊκῶν γράφεται, οἷς καὶ ὁ Ἰησοῦς. Θαυμαστὸν δὲ καὶ τό· Ἀπὸ τίνος δειλιάσω; Τί γάρ, φησιν, εὑρεθήσεται οὕτω δυνατὸν εἰς ἐπιβουλήν, ὡς ἐστι δυνατὸν εἰς βοήθειαν ὁ Θεός; Εἶτα ὡς τυχὼν σωτηρίας, ἐν διηγήματί φησι, Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ᾽ ἐμὲ κακοῦντας. Ἵνα γὰρ μὴ δόξῃ μάτην εὐχαριστεῖν, τίθησι τὴν αἰτίαν. Ὁπηνίκα, φησὶ, συνῆλθον οἱ ἐχθροὶ ἐπ᾽ ἐμὲ, ὠμοὶ καὶ ἀνήμεροι, ὥστε μου, εἰ οἷόν τε, καὶ τὰς σάρκας ἀποδύσασθαι· τότε μάλιστα τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν εἶδον ἐναργῶς· ἐκείνων μὲν ἐκπεσόντων, ἐμοῦ δὲ νενικηκότος. Ὁ Σύμμαχος, ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ᾽ ἐμὲ κακοῦντας, εἰς τὸ καταφαγεῖν τὰς σάρκας μου· οἱ μὲν ἐπῆσαν θηρίων ἀτιθάσσων δίκην, ὥστε μου καὶ αὐτὰς τὰς σάρκας καταμασήσασθαι· ἀλλ᾽ οἱ οὕτω πλησίον γενόμενοι τῶν σαρκῶν, ἃ πρᾶξαι ἐβούλοντο, πεπόνθασιν. αὐτοὶ γὰρ ἠσθένησαν, μηδὲν ἐμοῦ ἐνηργηκότος, ἀλλὰ τοῦ ἐμοῦ φωτὸς, τοῦ ἐμοῦ σωτῆρος. Ἄλλως τε σωτὴρ ἡμῶν ὁ Θεὸς, ῥυόμενος ἡμᾶς ἐξ ἁμαρτιῶν καὶ θανάτου. φωτισμὸς δὲ λύων τὴν ἀχλὺν τῆς κακίας καὶ ἀγνοίας, καὶ ἐναυγάζων φῶς γνώσεως. Τὸν δὲ οὕτως αὐγασθέντα, καὶ τοιαύτης ἀσφαλείας τετυχηκότα, τίς καὶ παραβλάψαι δυνήσεται; Ἐὰν οὖν παρατάξηται ἐπ᾽ ἐμὲ, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐν ταύτῃ, ἵνα εἴπῃ τῇ βοηθείᾳ, ἧς πεῖραν ἔλαβον, δι᾽ ἣν οὐδὲ ἄλλην παράταξιν πλείονα δέδοικα, κἂν αἰσθητοὶ, κἂν νοητοὶ τυγχάνοιεν οἱ ἐχθροί.

δ΄. ΜΙΑΝ ΗΤΗΣΑΜΗΝ ΠΑΡΑ ΚΥΡΙΟΥ.] Μίαν, φησὶν, ᾐτησάμην, ἀντὶ τοῦ χάριν καὶ εὐεργεσίαν. Τίς δὲ αὕτη, αὐτὸς ἐξηγεῖται. προσυπακουστέον δὲ τῷ μίαν, τὸ ἐξαίρετον, ἢ μεγάλην (ποίαν, τὸ κατοικεῖν, ἐν οἴκῳ κυρίου, ἵν᾽ ἐγγὺς τυγχάνων τῆς τοῦ οἴκου εὐπρεπείας γνησίως προσβάλλοι, καὶ τὸ θεῖον ἐκεῖθεν κατοπτρίζοιτο κάλλος, καὶ ἐπισκοποίη τὰ κατὰ τὸν νόμον γινόμενα.) ἧς καὶ ἔτυχε, τήν τε κιβωτὸν ἐπαναγαγὼν, καὶ σκηνὴν θαυμασιωτέραν πηξάμενος. Ἁρμόζει ταῦτα καὶ τῷ Ἐζεκίᾳ, εὐχαριστοῦντι ὅτι τοῦ ναοῦ καὶ τῆς εὐσεβείας οὐκ ἐξέπεσε, χῶν τὴν σκέπην ἐκ τῆς σκηνῆς, ἤτοι τοῦ ναοῦ. Τὸ δὲ ἐν ἀποκρύφῳ, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐν ἀποκρύφῳ· ὥστε τοῖς ἐχθροῖς ζητοῦσι μὴ εὑρίσκεσθαι. Τὸ δὲ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν μου, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν, καὶ πειρατηρίων τῶν περιστατικῶν. Ἅπερ δὲ ἐκάλει ἅγια ἁγίων, ταῦτα ἦν ἀπόκρυφα τῆς σκηνῆς. Ἢ διωκόμι-

κόμενος ὁ Δαβὶδ ταῦτά φησι. ἀντὶ τοῦ, καὶ ἐν ἐρημίαις ὄντα, καὶ διωκόμενόν με, ὡς ἐν σκηνῇ ἔκρυψε, καὶ τὰ δεινὰ παραγαγών, ἐν πέτρᾳ ὕψωσεν, ἤτοι ἐν ἀσφαλείᾳ ἔστησεν· ἐπεὶ ἡ πέτρα ἀντέχει τοῖς κύμασιν, ἵνα εἴπῃ, ὅτι τῶν δίκην κυμάτων συμφορῶν ἀνώτερον τέθεικε, καὶ τῶν ἐχθρῶν. τοῦτο γὰρ ἡ κεφαλὴ σημαίνει. τὸ προσάγειν ἐν ταυτῷ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ. Ἀλαλαγμὸς δέ ἐστιν ἐπινίκιος φωνή. Ὁμοῦ δὲ καὶ δείκνυσιν, ὅτι ταύταις μᾶλλον χαίρει ταῖς διὰ τῆς αἰνέσεως θυσίαις, ἢ ταῖς διὰ τῶν ζώων σφαγαῖς ὁ Θεός. Ἐπαγγειλάμενος γὰρ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ, νίψασθαι καὶ κυκλῶσαι, νῦν ὡς προκόψας καὶ τυχὼν τῆς εὐχῆς, τὸ ἀποτέλεσμα τῆς ἐπαγγελίας ἐπάγει τὸ, ἐκύκλωσα, καὶ ἔθυσα. Τί δέ; τὰς διὰ φωνῆς εὐχαριστίας ἀναπεμπόμενός φησιν· Ἄσω καὶ ψαλῶ. οἷον, οὐ μόνον θεωρήσω τὰ τῆς ἀληθείας (ἅπερ δηλοῦται διὰ τοῦ ἄσω) ἀλλὰ καὶ τὰ κατ' ἀρετὴν ἐνεργήσω, ἃ σημαίνεται διὰ τοῦ ψαλῶ. ἀρέσκοντας Θεῷ ποιῶν ἀμφότερα.

ζ'. ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΚΥΡΙΕ ΤΗΣ ΦΩΝΗΣ ΜΟΥ.] Ἐφ' οἷς, φησιν, ἔδωκας καὶ ἔσωσας εὐγνωμονηθείς, διὰ τοῦ ἀπ' ἐμοῦ δέξασθαι θυσίας αἰνέσεως, γενοῦ καὶ ἐπὶ τοῖς μέλλουσιν ἑτοιμότερος, καὶ κατὰ τὸν τῆς φιλανθρωπίας σου λόγον, εἰσάκουσόν μου. ἀπὸ γὰρ τῆς δικαίοις πρεπούσης διαθέσεως κεκραγώς, ἀκουσθῆναι ἀξιοῖ. Μέμνηται δὲ ἐλέους, ὡσεὶ λέγων, εἰ τὸ κατ' ἀξίαν σκοπήσεις, οὐκ εἰσακούσῃς, ἀλλ' εἰς τὸν σὸν ἔλεον ἀπιδὼν ἐλέησον. Οὐ γὰρ ἐξ ἐπιπολῆς χειλέων, ἀλλ' ἀπ' αὐτῆς εἶπον τῆς καρδίας ταῦτα πρός σε. Καλῶς γὰρ τό· Σοὶ εἶπεν ἡ καρδία μου· ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐ μέχρι ῥημάτων, ἀλλ' ἐκ βάθους καρδίας ἡ αἴτησις. Διὰ τοῦτο δὲ παρίσταται, ὅτι οὐ τῆς προφορικῆς φωνῆς, ἀλλὰ τῆς ἐκ καρδίας ἀκούει Θεός. Τὸ δὲ, Ἐξεζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου, ἀντὶ τοῦ ἐγώ. καὶ τὸ πρόσωπόν σου Κύριε ζητήσω, ἀντὶ τοῦ σέ, καὶ τὴν παρὰ σοῦ ἀντίληψιν. Ἀντὶ δὲ τούτων ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἐξέδωκεν, εἰπών· Σοὶ προσελάλει ἡ καρδία μου, σὲ ἐζήτει τὸ πρόσωπόν μου. Τὸ γὰρ τῆς ψυχῆς πρόσωπον, καὶ τὴν ἁρμόττουσαν θέαν ἐπόθει. Ἐπεὶ δὲ ᾔδει, ὡς πολλάκις ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν μὴ ἀξίων ἀποστρέφει τὸ πρόσωπον, ἱκετεύει, λέγων· Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου. οἷον, εἴ ποτε, φησι, καὶ ἁμαρτάνω ὡς ἄνθρωπος, μή με ἀποστραφῇς, ἀπαί-

COMMENTARIVS PATRVM.

perſecutionem paſſus hæc ait. q. d. Me deſertum, & perſecutionem paſſum, tamquam in tabernaculo abſcondit, & aduerſa propulſans, in petra exaltauit, id eſt in tuto collocauit, quoniam petra fluctibus reſiſtit, q. d. Calamitatibus & inimicis, qui inſtar fluctuum ingruebant, ſuperiorem me fecit: hoc enim *caput* deſignat. Ad offerendam in ipſo hoſtiam vociferationis ſeu plauſus. plauſus autem eſt vox triumphalis. Simul verò etiam indicat, Deum iſtiuſmodi laudis hoſtijs magis delectari, quàm quæ fiunt animalium mactatione. Cùm enim Pſalmo præcedenti promiſiſſet, ſe lauaturum & circuiturum, nunc tamquam qui profecerit, & voto potitus ſit, promiſſi expletionem ſubiungit: *Circuiui & immolaui.* Quid porrò? vocales Deo gratiarum actiones offerens, ait, *Cantabo*, & *pſalmum dicam.* q. d. Non ſolùm veritatem contemplabor (quod per *cantabo* ſignificatur) verùm etiam virtutem exercebo, quod per *Pſalmum dicam* declaratur. vtraque ex Dei placito perficiens.

Hoſtia vociferationis quæ Deo offerenda ſit.

7. EXAVDI DOMINE VOCEM MEAM.] Propter illa, inquit, quæ dediſti & ſaluaſti, beneuolentior effectus, ad laudis hoſtias à me recipiendas, inpoſterum etiam paratior exiſtas; & ſecundùm benignitatis tuæ rationem, exaudi me: cùm enim ex affectu iuſtis conueniente clamaſſet, rogat exaudiri. Miſericordiæ verò mentionem facit: q. d. Si meritum meum reſpexeris, non exaudies; verùm ad miſericordiam tuam attendens, miſerere. Non enim labijs tenus, ſed ex ipſo corde hæc ad te dixi. Pulchrè enim ait, *Tibi dixit cor meum*, vt oſtenderet ſe non verbis tenus, ſed ex fundo cordis rogare. Idcircò enim ſcriptum eſt, quòd non externam vocem, ſed eam quæ ex corde eſt, Deus audiat. Ceterùm illud, *Exquiſiuit te facies mea*, id eſt, ego: *Et faciem tuam Domine requiram*, id eſt te, & protectionem tuam Pro his Symmachus manifeſtiùs expoſuit, dicens: *Tibi locutum eſt cor meum; te quæſiuit facies mea*. Siquidem animæ faciem, & conuenientem aſpectum deſiderabat. Cùm autem ſciret ſæpenumerò Deum à rebus indignis faciem auertere, rogat, dicens: *Ne auertas faciem tuam.* q. d. Si quando etiam pecco vt homo, ne me auerſeris, incorrectum & ru-

Ex corde quærendus eſt Deus.

dem me relinquendo; ſed conuerte, & emenda pro humanitate tua.

9. Adivtor mevs esto, ne reiicias.] Verbum illud ἀποσκορακίσῃς Septuaginta Interpretes ab externo inſtituto mutuarunt. Nam τὸ *ad coruos* apud ipſos contumelia quædam erat, à quadam fabula facta. Ponitur autem hîc, pro, ne ad nihilum me redigas, ne demittas, ne curâ tuâ deſtituas; pro quo Symmachus, *proijcias* ponit; Aquila verò, *ne demittas*. Deinde ſubiungit: *Et ne derelinquas me Deus ſaluator meus.* Te enim me protegente, inquit, bona omnia conſequendi ſpem habeo: quoniam non eſt qui adiuuet. Etenim patrem & matrem derelinquens, tibi ſoli vaco. Vel etiam ipſi me reliquerunt; quia vniuerſa deſerui, vt à te aſſumerer. Cùm igitur tu ſis ſuſceptor meus, vtilem etiam mihi legem pone, & deduc me in ijs quæ placita ſunt tibi, vt me emendem, & mentem corrigam. Vel legem, inquit, mihi pone, vt ſecundùm te ambulem, qui dicis, *Ego ſum via*, & deduc me per rectam ac planam viam tuam, propter ingruentes inimicos ponentes mihi offendicula in ſemitis. Vel quoniam noui ſacrificij laudis inſtitutor extitit, rogat etiam vt nouæ legis particeps reddatur. Aquila verò pro *legem pone*, poſuit, *illumina*. Non ſolùm autem, inquit, demonſtres, vel legem ponas, verùm etiam ad ea quæ recta ſunt deducas, ne impingam.

Omnibus deſertis ſolus Deus ſatis eſt ad ſalutem.

Ioan. 14, 6

11. Ne tradideris me.] Duobus, inquit, modis benè de me mereris; dum & me meliorem reddis, & inimicis anſam contumeliæ non præbes, nec occaſionem arbitrandi, quòd etiam præter mentem tuam nocere mihi poterunt; ſiue, ac ſi dicat, Per viam planam & pacificam deduc me. Haud enim hoſtes ſolùm, verùm etiam calumniatores & falſi teſtes ſunt, hoſtiliter ſe gerentes. Cùm enim viam rectam ingredi decreuerim, maligni omnes vexare me ſtatuerunt: tu autem Domine, curam mei gerens, ne tradideris me in animas eorum. Rogat enim vt non tradatur animis, quos habebant tribulantes, dum falſa teſtimonia perhibere decernebant. Verè autem ſibi ipſi iniquitas mentitur, quando rebus ipſis non aduerſatur, neque falſos teſtes vincit. Siue, ac ſi dicat: Verùm iniquitas, cui ſemetipſos addixerunt, cùm inſta-

Iniquitas ſibi ipſi mentitur, & ſeipſam fallit.

δοῦτόν με καταλιπὼν τοῦ βελτίονος· ἀλλ' ἐπίστρεψε, καὶ διόρθου τρόπῳ φιλανθρωπίας.

θ'. Βοηθὸς μου γενοῦ, μὴ ἀποσκορακίσῃς.] Ἀπὸ τῆς ἔξωθεν παιδείας τοῦτο οἱ ἑβδομήκοντα ἠρανίσαντο τὸ ἀποσκορακίσῃς· ὕβρις γὰρ παρ' ἐκείνοις τὸ ἐς κόρακας ἀπό τινος μύθου. Κεῖται δὲ νῦν ἀντὶ τοῦ, μὴ ἐξουδενώσῃς με, μὴ ἀποπέμψῃς, μὴ ἔξω τῆς σῆς ἐπιμελείας ποιήσῃς. ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος, ἀπορρίψῃς· ὁ δὲ Ἀκύλας, μὴ ἐάσῃς. Εἶτα ἐπιλέγει, Καὶ μὴ ἐγκαταλίπῃς με ὁ Θεὸς ὁ σωτήρ μου. σοῦ γὰρ ἀντιλαμβανομένου, πάντων, φησὶ, ἐλπὶς τῶν ἀγαθῶν τυχεῖν, ἐπεὶ μηδεὶς πάρεστι βοηθός. Καὶ γὰρ πατέρα καὶ μητέρα καταλιπὼν, σοὶ μόνῳ σχολάζω. Ἢ καταλελοίπασί με κἀκεῖνοι, διὰ τὸ πάντων ἀποκεχωρηκέναι με, ὡς ὑπὸ σοῦ προσληφθῆναι. Σὺ οὖν ὁ προσλαβὼν, σὺ καὶ νομοθέτησον τὰ συμφέροντα, καὶ εἰς τά σοι ἀρέσκοντα καθοδήγησον, ἵνα βελτιῶμαι καὶ διορθῶμαι τὴν γνώμην. Ἢ νομοθέτησόν με, φησὶν, ἵνα ὁδεύσω κατὰ σὲ τὸν εἰπόντα· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός, καὶ ὁδήγησόν με τῇ εὐθείᾳ καὶ ἀκαμπεῖ ὁδῷ σου, ἕνεκα τῶν ἐπικειμένων ἐχθρῶν σκάνδαλα ἐχομένως τρίβους τιθέντων μοι. Ἢ ἐπεὶ καινῆς θυσίας ἐγένετο εἰσηγητὴς τῆς δι' αἰνέσεως, ἀξιοῖ καινῆς νομοθεσίας τυχεῖν. ὁ δὲ Ἀκύλας ἀντὶ τοῦ, νομοθέτησον, φώτισον τέθεικε. Μὴ μόνον δὲ, φησὶν, ὑποδείξῃς, μηδὲ νομοθετήσῃς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ εὐθῆ ὁδήγησον, ὥστε μὴ προσκόψαι.

ιβ'. Μὴ παραδῷς με.] Κατὰ δύο, φησὶ, τρόπους εὐεργετεῖς· κἀμὲ βελτίονα ποιεῖς, καὶ τοῖς ἐχθροῖς οὐ παρέχεις ὀνειδισμοῦ καιρὸν, οὐδὲ τὸ νομίζειν αὐτοῖς, ὅτι καὶ παρὰ γνώμην τὴν σὴν βλάψαι με δυνήσονται. Ἢ ἀντὶ τοῦ, δι' ὁμαλῆς ὁδοῦ καὶ εἰρηνικῆς ἄγαγέ με. οὐ γὰρ πολέμιοι μόνον, ἀλλὰ καὶ συκοφάνται τυγχάνουσι, καὶ ψευδομάρτυρες, τὰ τῶν ἐχθρῶν διαπραττόμενοι. Ἐπεὶ γὰρ εἱλόμην ὁδεύειν τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, πάντες οἱ πονηροὶ προετέθησαν θλίβειν με. σὺ δὲ κύριε κηδόμενός μου, μὴ παραδῷς με εἰς ψυχὰς αὐτῶν. Αἰτεῖ γὰρ μὴ παραδοθῆναι ψυχαῖς, ἃς εἶχον οἱ θλίβοντες, ἑλόμενοι ψευδομαρτυρεῖν. Τὸ δὲ ἀληθῶς ἑαυτῇ ψεύδεται ἡ ἀδικία, ὅταν μὴ κατὰ πραγμάτων φέρηται, μηδὲ κατισχύῃ τῶν ψευδομαρτυρουμένων. Ἢ ἀντὶ, ἀλλ' ἡ ἀδικία, ᾗ ἑαυτοὺς προσανέθεντο, ἀσύ-

στατος

στατος καὶ ἀβέβαιος οὖσα, ἐψεύσατο ἑαυτῇ· οὐχ οἵα γὰρ εἶναι ἐπηγγέλλετο, εὑρέθη. ἡ γὰρ ἐψεύσατο φωνὴ, οὐκ ἀεὶ τὸ ἐναντίον τῇ ἀληθείᾳ σημαίνει. ὡς ἐν τῷ, Ἅλως καὶ ὁ οἶνος ἐψεύσατο αὐτοῖς, ἀντὶ τοῦ, οὐχ ὡς ἐπηγγέλλοντο, εὑρέθησαν, ἀλλ' ἐψεύσαντο ἐλαττωθέντες. Ἢ ἐψεύσατο ἑαυτῇ, ἐπεὶ ὁ ψευδόμενος, οὐχ ἑτέρῳ, ἀλλ' ἑαυτῷ τὸ ἁμάρτημα περιποιεῖται. Τοῦτο δὲ καὶ παντὶ ἁμαρτήματι ἐπακολουθεῖ, καθότι καὶ πᾶν ἁμάρτημα τῇ τοῦ ψεύδους περιπλέκεται εὐθύνῃ. ὁ δὲ Ἀκύλας σαφέστερον, καὶ ἐξεφάνη ἡ ἀδικία· ὡς ἐμοῦ μὲν ῥοπῇ σοῦ μὴ βλαβέντος, ἀλλ' εἰς ἐκείνους ἀνατραπέντος τοῦ μηχανήματος.

ιγʹ. ΠΙΣΤΕΥΩ ΤΟΥ ΙΔΕΙΝ ΤΑ ΑΓΑΘΑ.] Ἐγὼ, φησὶ, τοῦ πιστεύειν, ὅτι ὄψομαι, οὐκ ἐπαυσάμην, ἀλλ' ἐν τῷ τῆς θλίψεως καιρῷ, ἐπέλεγον ἐμαυτῷ, τὸ ὑπόμεινον, καὶ ἀνδρίζεσθαι συνεβούλευον, καὶ μὴ ἀθυμεῖν, ἀλλ' ἀναμένειν σου τὴν βοήθειαν. Ἢ τὴν γῆν ζώντων λέγει, τὴν ἐν ἐπαγγελίαις· ἐπεὶ οὐδεὶς ἐν αὐτῇ μετέχει τοῦ ἑπομένου τῇ ἁμαρτίᾳ θανάτου, ἐφ' ἧς ἵδρυται τὰ κυρίως ἀγαθά· ὡσεὶ ἔλεγε· πιστεύω ζωῆς αἰωνίου μετασχεῖν, καὶ μετοικισθῆναι εἰς τὴν τῶν ζώντων γῆν, ὥστε ἰδεῖν τὰ ἐπ' αὐτῆς τοῦ κυρίου ἀγαθὰ, τὰ κατὰ τὰς ἐπαγγελίας ἀποκείμενα τοῖς ὁσίως βεβιωκόσιν. εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν, ἰδεῖν, ἀλλὰ μὴ φαγεῖν, μηδὲ ἅψασθαι. Τῶν γὰρ θείων ἀγαθῶν τὸ πᾶν, ἐν θεωρίᾳ δίδωσι τὴν ὠφέλειαν. Ἀποφθέγγεται δὲ τὸ πνεῦμα τῷ πιστεύειν εἰπόντι, ἰδεῖν παρακελευόμενον, δι' ὑπομονῆς ταῦτα ἐκδέχεσθαι. ἢ τὴν Χριστοῦ κάθοδον λέγει. Μήποτε δὲ καὶ ἀγαθὰ κυρίου λέγει τὸ προειρημένον πρόσωπον, ὅπερ μὴ ἀποστραφῆναι αὐτὸν παρεκάλει· διὸ κατὰ μὲν Ἀκύλαν κεῖται, Ἐπίστευσα τοῦ ἰδεῖν ἐν ἀγαθῷ κυρίου. τοῦτο δὲ τὸ πρόσωπον, τὰ ἀγαθὰ ὑπάρχον κυρίου, οὐκ ἐν τῷ περιγείῳ τις ὄψεται τόπῳ, ἀλλ' ἐν γῇ ζώντων, περὶ ἧς εἶπεν ὁ σωτὴρ, Μακάριοι οἱ πρᾳεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.

bilis & inconſtans ſit, ſibi ipſi mentita eſt: haud enim reperta eſt, qualis dicebatur. Nam vox ἐψεύσατο [id eſt, *mentita eſt*] non ſemper ſignificat id quod veritati aduerſatur, vt in illo: *Area & vinum mentita ſunt ipſis*, id eſt, non vti promiſſa erant, inuenta ſunt, ſed defecerunt imminuta. Vel *mentita eſt ſibi*; quoniam qui mentitur, non alterum, ſed ſemetipſum peccato implicat. Hoc etiam omni peccato vſu venit, quatenus & omne peccatum mendacij culpâ inuoluitur ſeu intricatur. Aquila autem manifeſtiùs ait, *Et abolita eſt iniquitas*, me quidem ope tua nihil læſo, ſed machinatione in ipſos conuerſâ. COMMENTARIVS PATRVM.

13. CREDO VIDERE BONA.] Ego, inquit, quòd crederem me viſurum, non ceſſabam, ſed in tempore tribulationis mihi ipſi dicebam, *ſuſtine*; & viriliter agere ſuadebam, & animo non deficere, ſed auxilium tuum præſtolari. Vel *terram viuentium* vocat, eam *Terra viuentium qualis.* quæ promiſſa eſt: quoniam in illa nemo particeps eſt mortis illius quæ peccatum ſequitur, in qua verè bona ſtabiliuntur. q. d. Credo me æternæ vitæ participem futurum, & in terram viuentium migraturum, vt videam bona Domini quæ in illa ſunt, ſecundùm promiſſiones repoſita his qui ſanctè vixerunt. Rectè autem dixit, *videre*, & non manducare, vel tangere. Nam res diuinæ *Beatitudo in Dei viſione ſita eſt.* communicant omnem vtilitatem ſuam in contemplatione. Ceterùm dicenti ſe credere, reſonat ſpiritus, *videre:* iubens ipſum per tolerantiam hæc accipere. Vel Chriſti aduentum intelligit. Ne autem bona Domini diceret eſſe faciem prædictam, quam ne auerteret, rogarat; idcircò ſecundùm Aquilam legitur, *Credidi videre in bono Domini.* Illam verò faciem, cùm ipſa ſit bona Domini, nemo in terreſtri hac regione videbit, ſed in terra viuentium, de qua Saluator dixit, *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Matth. 5, 4

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Περιέχει ὁ ψαλμὸς κατήχησιν κατ' ἐχθρῶν, ἀφ' ὧν ἤδη ἐδέξατο παρὰ θεοῦ γενομένην καὶ αἴτησιν δευτέρων ἀγαθῶν, τὸ μετ' ἐξομολογήσεως, τὸ δὲ πρὸ τοῦ χρισθῆναι. Ἐκεῖνο οὖν σημαίνει, ὅτι τῷ πνεύ-

ATHANASII. Continet hic Pſalmus inſtructionem aduerſus hoſtes; eò quòd ſecundorum bonorum poſtulationem iampridem factam à Deo conſecutus eſſet, partim cum confeſſione, partim etiam ante vnctionem. Itaque ſignificat, quòd,

CATENA PATRVM.

cùm diuino Spiritu prænouiſſet, ſe in regem vnctum iri, varijs tentationibus appetitus ſit, & fortitudine lumbos præcinctus, ad pericula propulſanda ſcitè admodum ſit præmunitus.

1. DOMINVS ILLVMINATIO MEA.] ORIGENIS. Vir fortis hæc dicet, & qui intelligentiâ illuminatus eſt, qualis erat is qui dicebat: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* Etenim ſi verè Chriſtus pro nobis, ad nihilum redigitur omnis qui contra nos eſt. Si autem iſta verba, *vita mea*, non intelligamus de eo qui ait, *Ego ſum vita*, ſed ſimpliciter de vita; non erit Dominus protector vitæ Martyrum. Quin & Paulus quando nos etiam vitâ deſtitui dixit, diuinam vitam intellexit. Porrò formidinem non patietur, qui hæc ex affectu dicit. *Timidis* enim & ignauis, ſecundùm Dominum, *pars eſt in ſtagno ignis.* Impingit autem anima cæcutiens, & omnia metuit, atque ipſam quoque Dei profeſſionem negabit; à Deo verò illuminata, primùm quidem defenſorem ac ſaluatorem ſuum contemplatur; deinde verò contra ſuos aduerſarios animoſior euadit.

Viri fortis eſt confidere in Deum.

Rom. 8, 35

Ioan. 14, 6.

Ignauus non habet cum Deo partem.

2. DVM APPROPIANT SVPER ME.] THEODORETI. Hoc autem ſæpè accidiſſe hiſtoria docet. Nam ſemel ac iterùm, cùm Saül ipſum venari conatus eſſet, retia euaſit: imò, ſi voluiſſet ipſum inſequentem perdere, potuiſſet. Porrò ipſe Dauid propriam quidem philoſophiam oſtendit; ille autem apud alienigenas pœnas malitiæ pependit. Quæ itaque dicta ſunt, futurorum quædam prædictiones ſunt.

Dauid per ſpem in Deum ſæpè pericula euaſit.

3. SI CONSISTANT ADVERSVM ME CASTRA.] ORIGENIS. Caſtra hæc ſunt iſtiuſmodi, qualis erat legio quæ in ſepulchris morabatur. Vel fortè lux ſint *caſtra* aduerſariorum: *cor* autem, id eſt pars principalis, non timebit; quoniam prudentia ipſius inimica eſt Deo, ſi legi Dei non ſit ſubiectum. *Si exurgat aduerſum me prælium,* &c. Secundùm hoc alacris in corde ſpes data eſt.

Luc. 8, 30.

4. VNAM PETII A DOMINO.] ORIGENIS. Didicimus domum Domini dici Eccleſiam Dei viuentis, ex lapidibus viuentibus conſtantem. Cùm verò & benignitas, quin & ſeueritas quædam Dei ſit; qui quidem habitant in domo Domini, percipient in bonitate Dei delectationem; qui verò extra domum

Bonum eſt habitare in domo Dei.

ματι τῷ θείῳ προεγνωκὼς ὡς χρισθήσεται μὲν εἰς βασιλέα, περιπίπτει μὲν τοῖς πειρασμοῖς, ἀνδρείᾳ περιζωσάμενος τὴν ὀσφὺν, δι' ἣν μάλα περὶ τοὺς κινδύνους ἀπωσᾶσθαι διαβεβαιοῦται.

α'. ΚΥΡΙΟΣ ΦΩΤΙΣΜΟΣ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀνδρεῖος ταῦτα ἐρεῖ, καὶ γνώσει πεφωτισμένος, ὁποῖος ἦν ὁ λέγων, Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; καὶ γὰρ εἰ ἀληθῶς ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν, ἐξουδένωται πᾶς ὁ καθ' ἡμῶν. Ἐὰν δὲ μὴ ἐκλάβωμεν τὸ ζωῆς μου, ἐπὶ τοῦ εἰπόντος, Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἁπλούστερον νοουμένης, οὐκ ἔσται ὑπερασπιστὴς τῆς τῶν μαρτύρων ζωῆς ὁ κύριος. Καὶ ὁ Παῦλος δὲ λέγων, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν, τὴν θείαν ἔλεγε ζωήν. Δειλίαν δὲ οὐ πείσεται ὁ ταῦτα λέγων ἐκ διαθέσεως. Τοῖς γὰρ δειλοῖς, κατὰ τὸν κύριον, τὸ μέρος ἐν τῇ λίμνῃ τοῦ πυρός. Προσκόπτει δὲ ψυχὴ τυφλώττουσα, καὶ πάντα φοβεῖται, καὶ τὴν εἰς θεὸν ὁμολογίαν ἀρνήσεται· ὑπὸ θεοῦ δὲ φωτισθεῖσα, πρῶτον μὲν τὸν πρόμαχον αὐτῆς καὶ σωτῆρα ἐστὶ θεωροῦσα, μετὰ δὲ ταῦτα τῶν αὐτῆς πολεμίων καταθαρρεῖ.

β'. ΕΝ ΤΩ ΕΓΓΙΖΕΙΝ ΕΠ' ΕΜΕ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο δὲ γεγένηται πολλάκις ἡ ἱστορία διδάσκει. Καὶ ἅπαξ γὰρ καὶ δὶς ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ θηρευθεὶς, τὰς ἄρκυας διέφυγε, μᾶλλον δὲ αὐτὸν ἀνεῖλεν ἄν, εἴπερ ἠθέλησε, τὸν διώκοντα. Ἀλλ' αὐτὸς μὲν τὴν οἰκείαν ἐπεδείξατο φιλοσοφίαν· ἐκεῖνος δὲ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις ἔτισε τῆς πονηρίας ποινήν. προρρήσεις ἐστὶν οὖν τῶν ἐσομένων τὰ εἰρημένα.

γ'. ΕΑΝ ΠΑΡΑΤΑΞΗΤΑΙ ΕΠ' ΕΜΕ ΠΑΡΕΜΒΟΛΗ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ παρεμβολὴ τοιαύτη ἐστὶν, ὁποῖος ὁ ἐν τάφοις οἰκῶν λεγεών. Καὶ τάχα φαὲς ἐστὶν ἡ τῶν ἐναντίων παρεμβολή· ἡ καρδία δὲ, τουτέστι τὸ ἡγεμονικὸν, οὐ φοβηθήσεται· ἐπεὶ τὸ φρόνημα αὐτῆς ἔχθρα ἐστὶν εἰς θεὸν, τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ οὐχ ὑποτασσομένης. Ἐὰν ἐπαναστῇ ἐπ' ἐμὲ πόλεμος, καὶ τὰ ἑξῆς. κατὰ τοῦτο δέδοται ἀνακλήτως ἐλπίζειν ἐν τῇ καρδίᾳ.

δ'. ΜΙΑΝ ΗΤΗΣΑΜΗΝ ΠΑΡΑ ΚΥΡΙΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μεμαθήκαμεν οἶκον κυρίου λέγεσθαι τὴν ἐκκλησίαν θεοῦ ζῶντος, ἐκ λίθων ζώντων. οὔσης δὲ καὶ χρηστότητος, οὔσης δὲ καὶ ἀποτομίας θεοῦ· οἱ μὲν κατοικοῦντες ἐν οἴκῳ κυρίου, ὄψονται τὴν ἐν τῇ χρηστότητι τοῦ θεοῦ τερπνότητα· οἱ δὲ ἔξω τοῦ οἴκου τυγχά-

νοντες,

νοῦντες, τῆς ἀποτομίας αὐτοῦ πεῖραν λήψονται. Εἰ διαφέρει δὲ ναὸς κυρίου, καὶ οἶκος κυρίου, ἐπιστήσεις; καὶ εἰ οἶκος μὲν ἡ ἐκκλησία, ἀναλόγως Λευΐταις καὶ ἱερεῦσι; Πρῶτον ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Θεοῦ κρύπτεταί τις ἐν ἡμέρᾳ κακῶν ἀπὸ κυρίου, εἶτα σκεπάζεται ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ, καὶ τρίτον ἐν πέτρᾳ ὑψοῦται. Αἰτεῖ τοίνυν τὴν ἐκκλησίαν οἰκεῖν, διὰ τοῦ φρονεῖν τὰ ἐκκλησιαστικά, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς πεφωτισμένης αὐτοῦ ζωῆς. Ἐπὶ γῆς, φησι, τυγχάνων, εἰ καὶ πολλῶν δεῖ μοι τῶν ἀγαθῶν, μίαν αἴτησιν τέως αἰτῶ. Ἀθρόως γὰρ ἐν πᾶσιν οὐχ οἷόν τε γενέσθαι τοῖς ἀγαθοῖς, μήπω τόδε λείπῃ τὸ μέγα καὶ ἐξαίρετον, τὸ θεωρεῖν με, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁ δὲ ἀγαπῶν τὴν εὐπρέπειαν τοῦ οἴκου κυρίου, βούλεται τερπνῶς ἐναπολαῦσαι τῇ θέᾳ, καὶ μετὰ τὴν θεωρίαν ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ. Θεωρεῖ δέ τις τὴν τερπνότητα κυρίου, τὰ ὑποβεβηκότα δόγματα τῆς ἐκκλησίας ὁρῶν· προσβαλὼν δὲ τοῖς περὶ τριάδος, περιαθρήσει τὸν ναὸν αὐτοῦ. Εὐπρέπεια δὲ κυρίου, καὶ πᾶς ὁ κατ᾽ ἀρετὴν βίος, τῶν ἐν θεοσεβείᾳ διαπρεπόντων. Ὅτι ἔκρυψέ με, καὶ τὰ ἑξῆς. οἱ μὲν ἐχθροί, φησιν, ἠσθένησαν καὶ ἔπεσον· ἐγὼ δὲ ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς ἐκρυπτόμην ἐν σκηνῇ κατοικῶν, διὰ τὸ διάγειν ἐν ἐρημίαις, καὶ μὴ ἔχειν τότε τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, μηδὲ τὸν ναὸν αὐτοῦ. καὶ ἐν τῷ δὲ τῷ τῶν διωγμῶν καιρῷ, ἐσκέπασέ με. Ἀπόκρυφον δὲ σκηνῆς, τὸ ἐνδότατόν τε καὶ ἄβατον, ὅπερ ἐκάλουν ἅγια ἁγίων. Οὐ πάντως δὲ τὴν σκέπην ἐν τόπῳ γεγενῆσθαί, φησι, ἀλλ᾽ ἐν ψυχῆς καταστάσει ἡγιασμένῃ, καὶ πάσης ἀπηλλαγμένῃ τῆς τῶν πολλῶν κοινωνίας. Ἀλλ᾽ οὐκ ἀφῆκέ με, φησὶ, μέχρι τέλους λανθάνειν, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις χρήσιμον γενέσθαι βουλόμενος, ἐν πέτρᾳ, τῷ Χριστῷ, ὕψωσέ με. Καὶ ἄλλως δὲ πολλάκις εἴρηται, τὴν μὲν σκηνὴν δηλοῦν προκοπήν, τὸν οἶκον δὲ τελειότητα. Οὐδεὶς οὖν ἐνεστηκυίας αὐτῷ τῆς τῶν κακῶν ἡμέρας, ἐν οἴκῳ εἶναι δύναται τοῦ Θεοῦ· ἀλλ᾽ ἐν τῇ σκιᾷ κρύπτεται, τῷ τὴν προκοπὴν σκεπάζειν τὸν κακίας ἀπαλλαττόμενον. Ἔτι γὰρ μετανοοῦντες, οὐ δύνανται ἔχειν τὴν τελειότητα. Δύναται δὲ καὶ νῦν κακὰ νοεῖσθαι, τὰ περιστατικά· ἀπόκρυφον δὲ σκηνῆς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς παιδεύσεως, κἀκεῖ προκόπτομεν. Τὰ μὲν ἐστι προφανῆ, τὰ δὲ μυστικά. Οὐκ ἐν τοῖς ἐπιπολαίοις οὖν ὁ Θεός,

ſunt, ſeueritatis eius capient experimentum. Petes, num differat templum Domini, à domo Domini? & num domus ſit Eccleſia, quæ ſpectet ſimul ad Leuitas & Sacerdotes? Primùm quidem in die malorum, quis à Domino abſconditur in Dei tabernaculo; deinde protegitur in abſcondito tabernaculi ipſius; tertiò demum in petra exaltatur. Petit itaque Eccleſiam inhabitare, ad curandas res eccleſiaſticas, omnibus diebus illuminatæ vitæ ſuæ. In terra, inquit, exiſtens, tametſi multis bonis egeam, hactenus vnam tantùm facio petitionem. Cùm enim conſertim in omnibus bonis verſari nequeam, ne ſaltem hoc me deficiat quod magnum & eximium eſt, *vt videam*, &c. Qui autem diligit decorem domus Domini, dulciter eius conſpectu frui deſiderat, & poſt contemplationem, inuiſere templum eius. Porrò aliquis ſuauitatem Domini videt, quando fundamentales Eccleſiæ doctrinas intuetur: Trinitatis verò myſteria conſiderans, templum eius contemplabitur. Decor autem Domini, eſt etiam omnis vita eorum qui pietate præſtant ex virtute actâ. *Quoniam abſcondit me*, &c. Inimici quidem, inquit, infirmati ſunt, & ceciderunt; ego autem ſub dextera ipſius abſcondebar, habitans in tabernaculo; quoniam tum in deſertis morabar, nec habebam domum Dei, nec templum eius. atque iſto perſecutionum tempore protexit me. Abſconditum autem tabernaculi, erat eius intimum & adytum, quod Sancta ſanctorum appellabant. Non omnino autem protectionem iſtam tam in loco contigiſſe aſſerit, quàm in ſana animi conſtitutione, atque ab omni multitudinis communicatione libera. Verùm non permiſit me, inquit, latere vſque in finem; ſed, cùm etiam alijs me prodeſſe vellet, in petra, nempe Chriſto, exaltauit me. Quin & aliàs etiam ſæpè dictum eſt, tabernaculum quidem profectum deſignare, domum verò perfectionem. Nemo igitur, cùm ipſi dies malus imminet, in domo Dei eſſe poteſt: ſed in vmbra abſconditur, quòd is qui à malo liberat, profectum eius protegat. Qui enim adhuc agunt pœnitētiam, perfectionem habere nequeunt. Poſſunt etiam mala hîc intelligi aduerſitates: abſconditum autem tabernaculi eius diſciplina, quâ etiam proficimus. Atque alia quidem ſunt propatula; alia verò myſtica. Deus itaque non in ſuperficiali-

CATENA PATRVM.

Decor Domini, vita piorum.

Abſconditum tabernaculi quid.

CATENA PATRVM. bus proficientem protegit. Vocauit autem tabernaculum ipſius, quoniam non omnis profectus ſecundùm Deum eſt. Porrò profectum hunc, excepit petra perfectionis. Refertur autem ad profectum quidem verbum *abſcondit*; ad perfectionem verò, *exaltauit*. Poſſis etiam tabernaculum intelligere inſtitutum per legem & Prophetas; in quo in ſenſu myſtico abſcondit Deus eum quem inſtruit, exaltans ipſum in petra, id eſt, Chriſto.

6. ET NVNC ECCE EXALTAVIT CAPVT.] THEODORETI. Hîc tempus mutatum eſt. Hoc autem & Aquila docuit: nam pro *exaltauit caput meum*, *exaltabitur caput meum*, poſuit.

8. EXQVISIVIT TE FACIES MEA.] *Facies Domini quærenda.* ORIGENIS. Quando facies alicuius faciem Domini requiret; tunc reuelatè gloriam Domini ſpeculabitur, & æqualis angelis effectus, ſemper videbit faciem Patris qui in cælis eſt.

9. NE AVERTAS FACIEM TVAM A ME.] ANONYMI. Superiùs dixerat, *Exquiſiuit te facies mea.* Nam animæ facies ſpectaculum ſibi conueniens exoptabat (Quare etiam
Exodi 33, 13. Moyſes aiebat: *Oſtende mihi teipſum manifeſtè, vt videam te*) vt nimirum reuelatâ facie gloriam Dei ſpecularetur. Ne ergo idem ipſi, quod Moyſi accideret, qui cùm faciem videre non poſſet, videret autem poſteriora eius, ait, *Ne auertas faciem tuam à me, & ne declines in ira à ſeruo tuo.* q. d. Propter audacem meam poſtulationem, ne iraſcaris: pro-
Exodi 33, 21. pter quam & Moyſi dixiſti, *Nemo videbit faciem meam, & viuet*; ſed adiuua vt hoc conſequar.

11. LEGEM PONE MIHI DOMINE.] *Lex Domini ſpiritalis.* ORIGENIS. Poſt legem Moyſis, quaſi illa non eſſet in via Domini, optat ſibi legem poni in via Domini; exiſtimo ſecundùm legem ſpiritalem. Vel Euangelium, inquit, pone mihi legem, vt, iſtiuſmodi lege
Ioan. 14, 6. à te acceptâ, ambulem in eo qui dicit, *Ego ſum via.*

13 CREDO VIDERE BONA DOMINI.] ANONYMI. Hæc videlicet terra morientium eſt; quamobrem non videmus bona Domini, niſi per ſpeculum, & in ænigmate. Terra verò viuentium, eſt terra promiſſionis in vitam ſempiternam. *Bona Domini hîc in ænigmate ſolùm videntur.*

τὸν προκόπτοντα σκέπει. Αὐτοῦ δὲ εἶπε σκηνὴν, ἐπεὶ μὴ πᾶσα κατὰ θεὸν προκοπή. Διεδέξατο δὲ τὴν προκοπὴν, ἡ πέτρα τῆς τελειότητος. Κατάλληλον δὲ τῇ μὲν προκοπῇ τὸ ἔκρυψε, τῇ δὲ τελειότητι τὸ ὕψωσε. Λέγοις δ' ἂν σκηνὴν, καὶ τὴν διὰ νόμου καὶ προφητῶν ἀγωγὴν, ἐν ᾗ ἐν τῷ μυστικῷ νῷ κρύπτει τὸν παιδευόμενον ὁ Θεὸς, ὑψῶν αὐτὸν ἐν τῇ πέτρᾳ τῷ Χριστῷ.

ς'. ΚΑΙ ΝΥΝ ΙΔΟΥ ΥΨΩΣΕ ΤΗΝ ΚΕΦΑΛΗΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐνταῦθα ὁ χρόνος ἐνήλλακται. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Ἀκύλας ἐδίδαξεν· ἀντὶ γὰρ τοῦ ὕψωσε κεφαλήν μου, ὑψωθήσεται ἡ κεφαλή μου, τέθεικε.

η'. ΕΞΕΖΗΤΗΣΕ ΣΕ ΤΟ ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅταν τὸ πρόσωπόν τινος τὸ πρόσωπον τοῦ κυρίου ζητήσῃ, τότε ἀνακεκαλυμμένως τὴν δόξαν κυρίου κατοπτρίζεται, καὶ γενόμενος ἰσάγγελος, διαπαντὸς ὄψεται τὸ πρόσωπον τοῦ ἐν οὐρανοῖς πατρός.

θ'. ΜΗ ΑΠΟΣΤΡΕΨΗΣ ΤΟ ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΣΟΥ ΑΠ' ΕΜΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἄνω εἰπὼν, σὲ ἐζήτησε τὸ πρόσωπόν μου. Τὸ γὰρ τῆς ψυχῆς πρόσωπον τὴν ἁρμόττουσαν θέαν ἐπόθει (διὸ καὶ Μωσῆς ἔλεγεν, ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν γνωστῶς, ἵνα ἴδω σε) ὅπως ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτρίζοιτο. Ἵνα μὴ πάθῃ ὅπερ Μωσῆς, τῷ μὴ χωρεῖν θεοῦ πρόσωπον, ἰδὼν τὰ ὀπίσθια, φησὶ, Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου. Ἀντὶ τοῦ, πρὸς τὴν τολμηρὰν αἴτησίν μου μὴ ὀργισθῇς, δι' ἣν ἔλεγες καὶ Μωσεῖ· Οὐδεὶς ὄψεταί μου τὸ πρόσωπον, καὶ ζήσεται· ἀλλὰ, βοήθει πρὸς τὸ τούτου τυχεῖν.

ια'. ΝΟΜΟΘΕΤΗΣΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μετὰ τὸν νόμον Μωσέως, ὡς οὐκ ὄντα ἐν ὁδῷ κυρίου, νομοθετηθῆναι εὔχεται ἐν ὁδῷ κυρίου, οἶμαι κατὰ τὸν πνευματικὸν νόμον. Ἢ τὸ εὐαγγέλιον νομοθέτησόν, φησιν, ἵνα τοιοῦτον νόμον παρά σου λαβὼν, ὁδεύσω τὸν εἰπόντα· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός.

ιγ'. ΠΙΣΤΕΥΩ ΤΟΥ ΙΔΕΙΝ ΤΑ ΑΓΑΘΑ ΚΥΡΙΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τάχα αὕτη γῆ νεκρῶν ἐστι· διὸ οὐ βλέπομεν τὰ ἀγαθὰ κυρίου, εἰ μὴ δι' ἐσόπτρου, καὶ ἐν αἰνίγματι. γῆ δὲ ζώντων ἡ ἐν ἐπαγγελίας γῆ, κατὰ τὴν αἰώνιον ζωήν.

ιδ'. Ἀν-

ιδ'. ἈΝΔΡΙΖΟΥ ΚΑΙ ΚΡΑΤΑΙΟΥΣΘΩ.] ὨΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀνδρίζου, τουτέστιν ἀνδρείαν ἀνάλαβε, μὴ κατ' ἰσχὺν σώματος, ἀλλὰ κραταιωσύνης τῆς καρδίας σου. οὕτω γὰρ ὑπομεῖναι τὸν κύριον δυνηθήσῃ.

14. VIRILITER AGE, ET CONFORTETVR.] ORIGENIS. Viriliter age, id eſt, virilem animum aſſume, non ſecundùm robur corporis, ſed ſecundùm vires cordis tui: ſic enim Dominum poteris ſuſtinere.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

PRO titulo iſto, *Pſalmus Dauid prinſquam liniretur*, Hebraicè tantùm extat לְדָוִד *Ledauid*, & eodem modo Chaldaicè, & apud S. Hieron. legitur: ſed & refert Didymus ac Theodoretus, in Hexaplis Origenis nihil amplius inuentum eſſe quàm τῷ Δαβίδ, *Ipſi Dauid*. Ideò credunt nonnulli, nec à Septuag. addita eſſe hæc verba, πρὸ τοῦ χρισθῆναι, *prinſquam vngeretur*. Verùm quiſquis ea addiderit, iam tamen recepta ſunt; & retinenda, vt benè monet Lorinus noſter. Addita ſunt autem, vt intelligeremus hunc Pſalmum compoſitum fuiſſe à Dauide, antequam regnare inciperet, durante videlicet perſecutione Saülis. Nam tametſi Dauid linitus oleo fuiſſet à Samuele, cùm adhuc puer eſſet; tamen illa vnctio fuit priuata, non publica, & adhibita potiùs ad deſignandum, quàm ad conſecrandum regem. Poſteà verò Saüle occiſo, vnctus fuit Dauid in regem ſolemniter, vt conſtat ex lib. 2. Regum. cap. 2. ſcilicet in Hebron à tribu Iuda. Tertiò denique iterum omnium ſolemniſſimè, ab omnibus ſimul tribubus ibidem in Hebron, vt 2. Reg. cap. 5. deſcribitur. Hic itaque Pſalmus intelligitur eſſe editus, non ante primam, ſed ante ſecundam & tertiam vnctionem, per quam pacificè ſedem regni accepit; eo ſcilicet tempore, quo grauiſſimas iniuſtiſſimaſque, quales hic indicat, à Saüle perſecutiones ſuſtinebat. In quibuſdam codicibus additur, εἰς τέλος, *in finem*: & videtur Cyrillus in Catena Danielis Barbari legiſſe, εἰς τὸ νῖκος, *in victoriam*.

Triplex vnctio Dauidis.

1. *Dominus illuminatio mea.*] Græcè, φωτισμός; S. Hieron. *lux mea*. Vbi nota, in Hebræo eſſe pulchram paronomaſiam inter אוֹרִי *ori*, quod eſt *lux*, aut illuminatio, & אִירָא *ira*, id eſt, *timebo*: quam venuſtam verborum ſimilitudinem in alia lingua interpretes ſeruare minimè potuerunt. Theologicè autem nomen *illuminationis* expendendo, dicitur Deus *illuminatio* & *illuminator*, vt cum S. Dionyſio cap. 4. de Diuinis nominib. loquar: Primò, quia omne lumen tam corporale, quàm ſpiritale, ab ipſo eſt. Siquidem ipſe mundum hunc corporeum, qui anteà in tenebris erat, gratiſſimâ luce, quâ omnia recreantur, perfudit. Ipſe omnes ſpiritus luce cognitionis naturalis impleuit.

Quo ſenſu Deus dicatur illuminatio & illuminator.

Secundò, quia omnis doctrina ſupernaturalis, omnis illuſtratio, quâ vel Angeli vel homines diſponuntur & eleuantur ad ſalutem, ex ipſius benigniſſima reuelatione deſcendit. Ipſe ſolus potuit nobis reuelare conſilium ſuum, quo ab æterno ſtatuit nos facere participes gloriæ ſuæ, & quibus vijs ad illam nobis eſſet perueniendum. Sine hac luce omnes eſſemus in tenebris, viam & terminum ignorantes.

Tertiò, quia omnes in tenebris aſſlictionis & mœroris conſtitutos, ſi ad ipſum confugiant, illuminat, eos cæleſtium bonorum cogitatione conſolando. Vnde alibi Pſalmiſta dicit: *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.* Pſal. 33, 6.

Quartò, quia lumen gloriæ (quo mens noſtra perfuſa, Deum clarè in ſeipſo ſicuti eſt, & omnia creata in Deo, & ſub Deo videbit) ab eo ſolo infunditur; & hoc modo per lumen gloriæ illuminabuntur omnia obiectiuè: quia omnia in luce clariſſima cognitionis omnium Beatorum ponentur, perinde ac ſi ipſa lumine gloriæ perfuſa forent.

Pari ratione Deus in Scripturis *lux* dicitur: Primò, tamquam fons omnis lucis, corporalis & ſpiritalis, & omnis cognitionis. Omnis enim cognitio lux eſt illuminans mentem, & obiectum: mens enim illuſtratur, vt ſubiectum recipiens cognitionis lucem; obiectum verò, vt res quæ menti per lucem manifeſtatur, cùm anteà illi eſſet tamquam obſita tenebris.

Qua ratione Deus lux dicatur.

Secundò, quia ipſe eſt ſui ipſius & omnium intelligibilium, ſeu illuſtrabilium, luciſſima, certiſſima & firmiſſima cognitio, abſque vlla ignorantia, vel obſcuritate, iuxta illud, *Deus eſt lux, & tenebræ in eo non ſunt vllæ.* 1. Ioan. 1, 5. Hinc totum regnum poſſibilium luciſſimum eſt, quia illuſtratur infinitâ luce cognitionis ipſius.

Tertiò, ipſe lux eſt κατ' ἐξοχὴν, vtpotè infinitè ſupra omnem lucem creatam & creabilem eleuata, in qua omnis lux eminentiſſimè continetur, & à qua omnis lux vt tenuis participatio deſcendit. Dicitur porrò *lucem inhabitare inacceſſibilem*, 1. Tim. 6, 16. quia cognitione, amore & fruitione habitat in ſeipſo, qui eſt lux inacceſſibilis, cùm nulla creatura viribus naturæ poſſit illam vel ſolâ cognitione attingere.

Ceterùm quâ ratione Deus noſtra *ſalus* appelletur, ſuperiùs à nobis in Annotationibus ad Pſalmi 3. v. 9. abundè explicatum eſt. Succinctè ac pulchrè ad hunc locum S. Gregor. lib. 19. Moral. cap. 14. *Quia*, inquit, *Dominus & ſcientiam & virtutem præbet; & contra ignorantiam illuminatio, & contra infirmitatem ſalus nuncupatur.*

IBIDEM. *Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?*] Aptè ad hunc locum S. Auguſt. *Protegitur*, inquit, *Imperator ſcutatis, & non timet; protegitur à mortalibus mortalis, & ſecurus eſt; protegitur mortalis ab immortali, & timebit?* &c. Deo fidendum eſt. Nam cui Deus protector adeſt (vt in Prodromo ſuo Drexelius ait) ſtet ille licet in medijs irati maris fluctibus, forti pectore procellas excipiet. Moleſtiæ vexent, dolores lancinent, diabolus frendeat & fremat, mors minetur & ſpiculum dirigat; non eſt quòd expaueſcat animus Deo confiſus. Moueat Acheron,

Deo protectore nihil timendum.

ANNOTATIONES CORDERII.

ron, ruat orbis, impauidum ferient ruinæ; victor emerget, & vt cautes Marpeſia, inanes pelagi minas deſpiciet. Ita Iobus, ita Dauid ſe geſſerunt. Deum Iobus animo fidentiſſimo allocutus: *Pone me*, inquit, *iuxta te*, *& cuiuſuis manus pugnet contra me.* Prouocat, inſultat, exprobrat caſtris hoſtium Dei; veniat qui volet, prodeant gigantes, duello depugnabimus. Dauid autem, *Etſi*, inquit, *ambulauero in medio vmbræ mortis*, *non timebo mala, quoniam tu mecum es.* En fiduciam! Quamuis in ſummo vitæ diſcrimine ſim, etſi me, ait, noctis æternæ nigror horridus vndique inuoluet, & mors iam aurem vellicans; tam propinqua ſtet, quàm eſt vmbra corpori; ſolâ Dei præſentiâ fretus contemnam illa omnia. Certiſſimus ſum, in hac præſentia tutiſſimum mihi refugium, validiſſimumque eſſe præſidium. *Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo?* Quàm verè autem ac propriè Deo competat nomen *protectoris*, ſuperiùs in Annotationibus ad Pſalmi 17. v. 3. Theologicè expoſuimus.

Iob 17, 3.

2. *Vt edant carnes meas.*] Hoc optimè Paraphraſtes & Commentator Græcus interpretantur idem eſſe, ac *ferarum more perſequi*; aut *interimere*, vt Origenes exponit: nam hanc actionem comedendi, non refert ad os hominis, ſed ad gladium, cui vſitatâ Scripturæ phraſi non rarò etiam os tribuitur, quo dicitur deuorare, aut ſatiari ſanguine. Itaque comedere carnes humanas ore gladij, idem eſt quod interimere, vel ita perſequi, vt deuorare & interficere velle videaris.

Carnes alienas edere, quid ſignificet?

Deut. 20, 13.

Multi ex Patribus locum hunc de detractoribus exponunt, qui proximi carnes, vt S. Hieronymus in Commentario ait, *rabido dente dilacerant*; &, vt S. Auguſt. loquitur, *maledico dente conſumunt*. Nam, vt pulchrè Nicetas in Catena ad locum illum Iobi, *Et carnibus meis ſaturamini: Probroſi ſermones ad depaſcendos artus ſatis per ſe ipſi valent.* Ad quem accedit Magnus quoque Gregorius in eandem ſententiam lib. 14. Moral. cap. 14. *Qui alienæ vitæ detractione paſcuntur, alienis procul dubio carnibus ſaturantur.* Allegoria ſanè non inſolens aut infrequens eſt in ſacro ſermone, quâ etiam S. Paulus vtitur, dum ita Galatas admonet: *Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne inuicem conſumamini.* Huius autem allegoriæ ratio eſt, quòd *mordere* ad iram referatur, *deuorare* ad feritatem & immanitatem. *Qui enim lædunt* (inquit S. Chryſoſt.) *velut alios conſumpturi veniunt.* Tum etiam, quia eadem ſunt edendi & maledicendi inſtrumenta, ſcilicet, os, lingua, dentes.

Detractores ſunt carniuori.

Iob 19, 22.

Gal. 5, 15.

3. *In hac ego ſperabo.*] Græcè, ἐν ταύτῃ; Hebraicè, זאת *zoth*, quæ vox eſt pronomen generis feminini. S. Auguſt. exponit, *In hac petitione*, de qua nimirum ſequ. verſu dicit, *Vnam petij à Domino*, &c. Theodoretus, *in hac ſpe*; Euthymius, *in hoc meo corde*, eò quòd vox καρδία, quæ præceſſit, ſit generis feminini. Sed Latinus interpres optimè meo iudicio vertit, *in hoc ego ſperabo*. Conſiderauit enim Hebræos carere neutro genere, & pro eo vti genere feminino; proindè illud זאת *zoth*, non ſignificare *in hac ſpe*, vel *in hac petitione*, vel *in hoc corde*; ſed abſolutè *in hoc*, id eſt in hac re, videlicet, quòd Deus ſit *illuminatio*, *& ſalus*, *& protectio mea*, vt ſuprà dictum eſt. Itaque Græci poſuerunt ἐν ταύτῃ, *in hac*, non quòd careant neutro genere, ſed quia voluerunt ad verbum reddere, vt in Hebræo erat. Verùm Latinus interpres, non tam vocem, quàm ſignificationem reſpexit: ſignificat enim Dauid ſe Dei præſidio fretum nullos hoſtium inſultus pertimeſcere. Quid mirum non timeri caſtra, non prælia, protegente Domino? & quid mirum hoc pugnante victores ſtare, Iſraëlem contra Amalec, Ioſue contra reges, Gedeonem contra Madian, Ionatham contra Philiſthæos, Machabæos contra regum principes; Bethuliam contra Holofernem, Ezechiam contra Sennacherib, Aſa contra Æthiopum regem Zaram, Ioſaphat contra Ammon & Moab? Deus protegebat, Deus pugnabat, Deus vincebat: & hoſtium arma non ſemel etiam in ſe mutuo verterat; & Iſraël non rarò ſpectator magis quàm pugnator ſtabat, aut turbatis iam à Deo ordinibus, metu omnium animos occupante, ſuperueniebat ad cædem magis, quàm ad pugnam. Deo igitur fidendum eſt, idque tanto magis, quanto minùs ſibi ipſi. Sub hoſtium muris aciem ſtruit, qui Deo ſincerè fidit. Deo fidere, eſt omnibus hoſtibus ſuperiorem eſſe. Intrat Ioſue terram promiſſionis, bellicoſiſſimis habitatam gentibus: at ibi tamen offendit Angelum fulgentibus ſuccinctum armis bellaturo, vbi eſſet opus, auxiliaturum. Ducitur Iudith pulchra & delicata mulier ab Aſſyrijs in tentorium Holofernis: ô extremum; ſi non vitæ, at virtutis tamen animæque periculum! At ibi Deo confiſa mulier pendentem è lecto barbari pugionem inuenit, quo armata, nefandum illud caput præcidens, totum illum Aſſyriorum profligauit exercitum. Vbi ſcilicet difficultas, ibi etiam à Deo, quo præſcindatur, ferrum eſt. Pendentem è baltheo gigantis gladium inuenit Dauid, quo illius ceruices præcidit. Ipſamet videlicet difficultas ſecum ſui geſtat remedium: in ipſomet periculo euadendi ratio, felixque exitus ineſt. Domi Saülis Ionatham habuit filium, cuius induſtriâ periniquas patris innocens Dauid vitauit inſidias, mortemque effugit. vt non immeritò ipſe poſteà verſum hunc cecinerit, *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum; ſi exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.*

Deus inſignium ſperantes protegit in ſummis periculis, & pro ſuis pugnat.

Ioſ. 5.

Iudith 13.

Vbi ſumma difficultas, ibi remedium præſentiſſimum.

4. *Vnam petij à Domino.*] Ita etiam Latinus interpres, quem mirum eſt non ſimiliter *vnum* vertiſſe, prout præced. verſu *hoc* pro *hac* vertit, cùm etiam hîc in Hebræo genus femininum pro neutro ponatur, vti benè exponit Apollinarius in paraphraſi:

Ἓν λιτόμην θεόθεν, τόδε μοι περιώσιον ἐτύχθη.

Vnum petij a Deo, iſtud mihi optatiſſimum fuit. Videlicet, *vt inhabitem in domo Domini:* quod ad litteram paſſim de tabernaculo aut templo exponitur; ſed æquè, aut magis propriè, cum S. Auguſtino, de cælo intelligi poteſt: ac ſi dicat, Vnum hoc ſemper inquiram, quod eſt ſummum votorum meorum, vt oſtendat mihi Dominus faciem ſuam, & gloriam ſuam *omnibus diebus vitæ meæ*, quibus me in æterna beatitudine, cum Sanctis omnibus ſemper victurum ſpero. Hoc vnum ſanè petendum, vt omnibus diebus vitæ noſtræ ſempiternæ habitemus in domo Domini cæleſti, vt videamus voluptatem, & gaudium eius plenum, cui nihil deerit. De quo ſubdit, *Vt contempler delectationem*; ita quoque S. Auguſt. legit, & reſpondet textui Græco, τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα.

Æterna beatitudo vnicè petenda & quærenda.

Vulga-

Vulgata poſtremæ correctionis legunt, *vt videam voluptatem*, cùm anteà haberent, *voluntatem*; Symmachus reddit, κάλλος, quod S. Hieronymus vertit, *pulchritudinem*; in Hebræo eſt נעם *noham:* quæ vox magis denotat obiectum viſionis & contemplationis, ſiue ſpeciem delectabilem, aut certè delectationem ipſam quæ ex viſione pulchritudinis Domini percipitur, in cuius contemplatione Dauid miris lætitijs colliqueſcebat, illucere illum diem optans, quo videret voluptatem Domini, & viſitaret templum eius. Vbi in Græco pro *viſitare* eſt ἐπισκέπτεσθαι, *conſiderare:* quæ vox ad animi attentionem, ſiue mentis actionem refertur: adeò vt Dauid hoc loco propriè Beatorum illam felicitatem expreſſiſſe videatur, quæ ex ſententia ſolidioris ſcholæ in actione nobiliſſima potentiæ omnium præſtantiſſimæ erga ſummum obiectum, id eſt, intellectuali viſione Dei, conſiſtit, ex qua infallibilis voluptas & ſumma delectatio ſequitur. Porrò myſticè *domum Domini*, cor noſtrum poſſumus intelligere; quando in illo Deus per gratiam inhabitat. *Voluptas* autem *Domini*, eſt humanitas Saluatoris, in qua habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Quiſquis igitur optat in cordis ſui abdito commorari, & ibi humanitatis atque diuinitatis arcana cognoſcere, & ex hac conſideratione ſpiritalem guſtum percipere, hoc vnum petat, hoc vnum exquirat. Eſt enim hæc res tanta, vt non deceat eam cum alijs rebus cogitare, aut concupiſcere.

Cor noſtrū ſit domus Domini.

Quid hîc per tabernaculum intelligatur.

5. *Abſcondit me in tabernaculo ſuo.*] Agellius & alij paſſim hoc ad litteram intelligi volunt de ſancto illo auguſtoque loco, in quo erat arca, ad quem Dauid confugiens à Deo protectus fuerit, ne ad eum impetus hoſtium perueniret: quaſi illud ſacroſanctum tabernaculum, non tam ad Dei habitationem, quàm ad pios homines tegendos atque tuendos, aut ad eorum tutelam protectionemque ſignificandam, factum eſſet. Quaſi nimirum tanti Deus noſtri numinem faciat, vt non minùs tutelæ noſtræ, quàm habitationis ſuæ curâ tangatur. Sed rectiùs, meo iudicio, docet Bellarminus, hæc verba eſſe metaphoricè ſumenda. Non enim propriè abſconditus fuit Dauid in tabernaculo Domini, cùm à Saule quæreretur. Sed ſenſus horum verborum eſt eiuſmodi, ac ſi dicat: Tempore præſentis vitæ, in qua dies mali ſunt, tam ſingulari prouidentiâ Deus me defendit ac protexit, ac ſi in intima & abditiſſima parte tabernaculi ſui me collocaſſet. Id quod ſequentia verba declarant: *In die malorum protexit me, in abſcondito tabernaculi ſui.* Dies hi malorum & periculorum ſunt vitæ præſentis, à quibus abſcondimur in tabernaculo Dei ſub velo diuinæ protectionis ac prouidentiæ. Allegoricè Hugo de S. Victore, *Tabernaculum Dei*, inquit, *eſt Eccleſia Catholica, in qua fideles habitant, & in procinctu cuiuſdam ſpiritalis militiæ contra aëreas poteſtates pugnaturi excubant. In hoc autem tabernaculo illos Deus abſcondit, quibus amorem quietis inſpirando, eos a ſtrepitu huius mundi ſecretum expetere facit. Sed in abſcondito tabernaculi protecti non ſunt, qui in loco quietis quietè viuere nolunt.* Sed maximè protectio iſta Dei in Religioſis familijs conſpicua eſt: Religioſi quippe in Dei tabernaculo viuunt, & ab hoſtium inſidijs, maliſque omnibus abſconduntur, vt dicere hæc verba quilibet eorum cum Regio Vate poſſit: *Protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.* O felices ſi ſuam nouerint Religioſi felicitatem! ad quos ita S. Bernardus Serm. de Obedientia: *Nulla*, inquit, *vobis hîc liberorum nutriendorum cura, nulla ſolicitudo, quomodo placeatis vxoribus; non de nundinis, non de negotijs ſæcularibus, non de ipſo victu & veſtitu neceſſe eſt cogitare. Procul à vobis magna quidem ex parte diei malitia, & ſolicitudo vitæ; ſic abſcondit nos Deus in abſcondito tabernaculi ſui.*

Eccleſia eſt Dei tabernaculum.

ANNOTATIONES CORDERII.

In Dei tabernaculo proteguntur Religioſi.

Myſticè Hugo Cardinalis locum hunc exponit de V. Euchariſtia, in qua Chriſtus ſub panis & vini ſpeciebus, velut ſub quodam tabernaculo deliteſcit: *Tabernaculum*, inquit, *eſt Chriſti humanitas, quæ dicitur tabernaculum, propter belli militiam: item propter peregrinationem: item propter vmbram contra ſolis ardorem: Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi. item propter abſconſionem à facie perſecutionis: Super omnem gloriam protectio, &c. item propter officium paſtorale: Ego ſum paſtor bonus, &c.* Sic ille tabernaculi vſum multiplicem ſuccinctè exponit: cuius inprimis in bello vſus eſt; quia milites ſub pellibus & tentorijs degere ſolent. Præterea in peregrinationibus magna tabernaculorum commoditas, præſertim cùm per loca deſerta iter inſtituimus, ne ſub dio pernoctare cogamur. Atqui Euchariſtia nobis præbet tentorium, quo in bello ab hoſtibus protegimur, & in via ad patriam cæleſtem ab æſtu concupiſcentiæ, nec non aëreorum iniurijs poteſtatum liberamur, atque inſuper indeficiente viatico, ne deficiamus, inſtruimur.

Euchariſtia eſt Dei tabernaculum, quo protegimur in via.

Cant. 2, 3.
Iſaiæ 4, 5.
Ioan. 11, 14.

6. *In petra exaltauit me.*] Eamdem Dei protectionem hîc iterum aliâ metaphorâ deſcribit. Eſt enim *petra* ſymbolum ſecuritatis atque conſtantiæ inconcuſſæ, quæ nullis aduerſitatum ventis moueri poſſit. Hinc factum, vt de nominibus Dei vnum ſit apud Hebræos צור *tſur*, hoc eſt *rupes*, petra, ſaxum ingens, ſiue caſtellum in viuo ſaxo editoque poſitum, vno verbo ἀκρόπολις, ad quam ne alati quidem milites poſſint penetrare. Quo nomine ſæpè Regius Vates Deum appellat, ad ſingularem prouidentiæ ipſius protectionem ſignificandam.

Petra ſymbolum ſecuritatis.

IBIDEM. *Circuiui, & immolaui hoſtiam laudis & vociferationis.*] Græcè, θυσίαν αἰνέσεως καὶ ἀλαλαγμοῦ, quâ ratione plerique codices Græci habent, cùm Sixtina editio tantùm legat ἀλαλαγμοῦ; quod ſolum etiam Vulgata vertit, *vociferationis*, S. Auguſt. *iubilationis:* ſicut è contrà, quædam exemplaria, Heſychio teſte, tantùm habent vocem *laudis*. Locum hunc interpretantur Hebræi de hoſtijs, ſuper quibus carmen canitur, ſimul ſacerdotibus hoſtiam mactantibus, ſimul etiam vociferantibus, vt ait Auguſt. Eugubinus: vt ſit carmen triumphale, verè ἀλαλαγμός, & victorialis pæan, quem ſacer chorus modulis ſuaue ſonantibus efferat. Sic itaque appellat victimam ſolemnem & celebrem, quæ maximo apparatu publicè immolabatur. Talis in Eccleſia modò eſt Ven. Euchariſtia, quæ videlicet pace per Chriſtum partâ, hoſtibuſque ſuperatis, æterno Patri magnificentiſſimo inſtructu in Miſſæ ſacrificio quotidie offertur. Verè *hoſtia iubilationis*, vbi ſonat ἀλαλαγμὸς, iubilus, victoriæ gratulatio, pæan trium-

Quæ ſit hoſtia vociferationis.

Euchariſtia eſt hoſtia iubilationis.

ANNOTATIONES CORDERII.

triumphalis piorum ſacerdotum, quo portæ inferi quatiuntur, & laruarum Erebi concidit audacia.

Tropologicè S. Ambroſius: *Circuiuit*, inquit, *& poſteà immolauit; quia facta reproborum priùs ſpreuit, vt hoſtia immolationis eius acceptabilis Deo fieret. Multi enim ſunt, qui aſſiduè laudant Deum, ſed quia vitia à ſe repellere nolunt, eorum laudationis hoſtia non eſt acceptabilis Deo.* Idem ſimili omnino ſenſu exponit Remigius in hæc verba: *Circuiui, id eſt, circumſpexi me vndique ad ſimilitudinem ſtrenuè militantium, omnem ſubinferens in fide mea virtutem, in virtute ſcientiam, in ſcientia abſtinentiam, in abſtinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate fraternitatis dilectionem.*

8. *Exquiſiuit te facies mea.*] S Hieronymus, *quæſiuit vultus meus*; Sixtina, ἐξεζήτησα τὸ πρόσωπόν σου, *quæſiui vultum tuum.* quo pacto legit etiam S. Auguſt. Gregorius, Caſſiodorus, Pſalterium Romanum, Arabicum, Æthiopicum, & Editio Quinta & Sexta: quod ſic in metaphraſi Apollinarius,

Νωϊτέρη μέμονε κραδίη τεὸν ὄμμα νοῆσαι.

Noſtrum expectauit cor tuum oculum noſſe.

In alijs libris eſt, *κύριον ζητήσω, ἐξεζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου, Dominum quæram, exquiſiuit te facies mea.* In Theodoreto abeſt primum membrum, ſimiliter in Vulgata non habetur; S. Hieron. legendum putat, *exquiſiuit facies mea*, omiſſo *te*; Symmachus vertit, *σὲ ἐζήτει τὸ πρόσωπόν μου, te quærebat facies mea.* Summum ſanè Dauidis & vnicum ſtudium erat, quærere faciem Dei ſemper, in cuius aſpectu vt apicem felicitatis, ſic in eiuſdem amiſſione ſummam miſeriarum collocabat, quam vnicè deprecatur, ſubdens:

9. *Ne auertas faciem tuam à me.*] Vbi non aliud iræ & furoris ſignum ponitur, quàm faciem ipſam auertere, & vultum à Dauide declinare. Ita pulchrè S. Auguſt. Conc. 1. in hunc Pſalmum: *Ne auertas vultum tuum à me, ſcilicet, vt inueniam quod quæro. Ne declines in ira à ſeruo tuo. Ne te quærens in aliud incurram. Quid enim hac pœnâ grauius amanti, & quærenti veritatem vultus tui?* Sed vberiùs adhuc & ſuauiùs Conc. 2. in hunc ipſum Pſalmi locum: *Ne declines*, inquit, *in ira à ſeruo tuo. Magnificè. Nihil dici diuiniùs poteſt. Sentiunt hoc qui verè amant. Alius vellet beatus & immortalis eſſe in his, quæ diligit, terrenarum concupiſcentiarum voluptatibus. Non vult hoc iſte. Deinde alius iratum Deum non timeret, niſi ne illi auferret temporalia. Iſte vnde timet Deum iratum? ne auferat quod amauit. Quid amauit? Vultum tuum Domine. Ideò hanc putat iram Domini, ſi auertat ab illo vultum ſuum. Domine, ne declines in ira à ſeruo tuo. Poſſet illi hoc modo reſponderi: Quid times, ne declinet à te in ira? magis ſi à te declinauerit in ira, non in te vindicabit; ſi incurras in illum iratum, vindicabit in te. Opta ergo potiùs, vt declinet à te in ira, non accedat. Quid vouit enim? quid deſiderat? Ira eius, non eſt niſi auerſio vultus eius.* Sic ille. Tam pulchra nimirum, dulcis atque amabilis eſt Dei noſtri facies, vt etiam cùm iraſcitur, mirificè recreet intuentem: nec maius accedere poſſit leuamentum homini, cùm à Deo irato punitur, quàm vt tunc Dei punientis faciem contempletur. Hinc

Dauid nil æquè horret, vt auerſionem vultus Dei.

meritò Cain dolenter ait: *A facie tua abſcondar*, implorans ſe diuino præſidio, beneuolentiaque, per faciem ſignificatâ, deſtitui. Quam ſententiam D. Ambroſius lib. 2. de Cain, cap. 9. expendit his verbis: *Dixit Cain, Si derelinquas me hodiè, à facie tua abſcondam me. Nihil enim grauius, quàm errantem à Deo deſeri, vt ſe reuocare non poſſit. Mors peccatoris peccandi finem adfert, vita autem diuino gubernaculo deſtituta, præcipitatur, & in grauiora prolabitur, vt, ſi gregem paſtor relinquat, incurſent beſtiæ: ita cùm Deus deſerit hominem, ingruit diabolus. Graue eſt, præſertim inſipientibus, non habere rectorem. Serpit malitia, vulnus augetur, vbi medicina defuerit.* Sic ille. Nos itaque cum Dauide hoc vnum perdere metuamus, æternum Dei aſpectum: illudque iam aſſiduè pro ſe quiſque roget: *Ne proijcias me à facie tua. Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Oſtende mihi faciem tuam. Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.* Domine paratus ſum omnia quæ iuſſeris, aggredi; quæ immiſeris, pati; quæ volueris, facere; quæ prohibueris, cauere: tu modò *ne auertas faciem tuam à me.* Domine, iam ſim in tenebris, iam vilipendar, iam infimis accenſear: tu modò Domine *ne auertas faciem tuam à me.* In Græco hîc additur, μὴ ἀποσκορακίσῃς, id eſt, *ne me contumelioſè repellas*; propriè eſt, *ad coruos amandes.* Quod enim Latini dicere ſolent, *Abi in malam rem*, cùm quempiam contumelioſè dimittere volunt; Græci dicunt, ἐς κόρακας, *ad coruos*, ſubaudito verbo, *abi*. Hinc compoſitum verbum ἀποσκορακίζω, quaſi ἐς κόρακας πέμπω, vti etiam in Græco Commentario ſuperiùs annotatum eſt; aliud Scholion aliam huius verbi etymologiam aſſignat, ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς σκωρίας, ἥτις ὡς περίσσωμα σιδήρου ἄχρηστον ἀπορρίπτεται, *à metaphora ſcoriæ, quæ tamquam inutile excrementum ferri reijcitur:* Symmachus pro eo legit, μὴ ἀπορρίψῃς με, *ne abijcias me*; Aquila, μὴ ἐάσῃς με, *ne ſinas me*; Vulgata, *ne derelinquas me, neque deſpicias.*

Gen. 4, 14.

Deſeri à Deo in peccatis grauiſſimum.

Pſal. 50, 13

Pſal. 26, 8.

Exodi 33, 13.

Ioan. 14, 8.

10. *Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me*, &c.] Dauid hîc, vt benè Genebrardus & Bellarminus obſeruant, de ſe tamquam orphano expoſititio, à parentibus proprijs derelicto, & alienæ miſericordiæ commiſſo loquitur. vbi cauſſalis illa particula *quoniam* notanda eſt, ac ſi dicat: Quoniam ab illis, qui maximi neceſſarij mei erant, & quos parentum vice habebam, deſertus, & velut infans ab immanibus parentibus in platea expoſitus ac proiectus, omni ope deſtitutus ſum; indubitatum mihi eſt, Deum me in ſuam tutelam recepturum. In Hebræo eſt יַאַסְפֵנִי iaaſepheni, id eſt, *aſſumet, colliget*; vti Pagninus & Eugubinus tranſtulerunt: quod Vulgatus eleganter ad hanc certam & ſecuram Vatis confidentiam exprimendam in præterito expoſuit, quaſi inter ſpem & rem nulla mora interueniſſet, ſed *dictum factum*, vt eſt in prouerbio. Nec deſpicienda Hebræorum traditio, cuius meminit Eugubinus, Deum pacto quodam obſtrinxiſſe ſeſe parentum vice extremè indigentibus futurum, ſi bonâ fide, ac vitæ probitate ad eum conuolent, & in ipſius tutelam ſe recipiant. *Poteſt* (inquit hoc loco S. Hieron.) *de Dauide ſimpliciter accipi, quòd minimus inter fratres, à parentibus contemptus, à Deo electus eſt*

Qui à parentibus relinquitur, à Deo ſuſcipitur.

eſt per Samuelem. Similiter S. Gregorius in expoſitione Pſalmi 7. ex Pœnitentialibus hoc Dauidis humilitati adſcribit, ac ſi dicat: Quia nihil habui quo ex generis nobilitate, ac præclaris maioribus gloriarer, idcircò Dominus aſſumpſit me, & ad regiam dignitatem euexit. Vnde monet S. Gregorius: *Non te generis nobilitas extollat, non erigat honor, non inflet prudentia: qui enim confidit in homine, maledicto ſubiacet. Deinde ſequitur: vt in Deo ſperes, vt derelictus, iuxta Prophetam, à patre & matre, aſſumaris à Domino, & eius præſidio guberneris inter fluctus mundanæ tentationis.* Quæ porrò ſint paterna & materna munera quæ Dauidi Deus exhibuit, ſubdit S. Auguſt. in hunc locum, his verbis: *Pater eſt, quia vocat, quia condit, quia iubet, quia regit. Mater, quia nutrit, quia fouet, quia lactat, quia continet. Pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me, & regendum, & nutriendum.* ita S. Auguſt.

11. *Legem pone mihi Domine.*] Græcè νομοθέτησον. quod S. Auguſtinus vertit, *legem conſtitue;* S. Hieronymus, *oſtende mihi Domine viam tuam;* Aquila & Theodotion, φώτισόν με, *illumina me;* Symmachus, ὑπόδειξόν μοι, *demonſtra mihi.* Quo ſenſu Pſal. 24, 4. dixit: *Vias tuas Domine demonſtra mihi,* &c. ad quem locum vide quæ annotauimus, quia hunc locum explicant.

12. *Ne tradideris me in animas tribulantium me.*] Id eſt, ne me deſiderijs eorum committas, vt pro arbitrio ſuo in me decernant. Cauſam ſubdit: *Quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui:* Aquila hoc manifeſtiùs dixit, ἀντέστησάν μοι μάρτυρες ψευδεῖς, καὶ ἐξεφάνη ἡ ἀδικία, id eſt, *ſteterunt contra me teſtes falſi, & apparuit iniuſtitia;* S. Hieron. vertit, *inſurrexerunt contra me teſtes falſi, & apertum mendacium.* Hæc etiam ad litteram in Chriſtum à falſis teſtibus accuſatum quadrant.

13. *Credo videre bona Domini in terra viuentium.*] Id eſt in cælo. Et quidem non eſt nouum, neque inauditum, terræ nomine cælum inſigniri. Nam Pythagoræi orbium cæleſtium complexum vocabant ἀντίχθονα, (vt Clemens Alexandr. lib. 5. Stromatum teſtatur) id eſt, ſublimem, & huic noſtræ oppoſitam terram, vt heroum quaſi patrimonium, & virorum virtute præſtantium opulentam poſſeſſionem. Sed in diuinis Litteris ſacratiùs illud ipſum dicitur. Vnde Dauid eam alibi vocat, *terram deſiderabilem;* vel, vt eſt in Hebræo, *terram deſiderij:* quam propter excellentem bonitatem, & magnificentiſſimam rerum omnium copiam expetere, omnibuſque votis deſiderare omnes oporteat. In cuius loci expoſitione Apollinarius dixit, ἀγακλείσταταν, *glorioſam* inclytamque terram: Dauid alio loco *viuorum regionem* appellat: *Placebo Domino in regione viuorum.* vbi S. Hieron. vertit, *in terris viuorum.* quaſi noſtra hæc terra morientium eſſe videatur, cæleſtis autem illa viuentium. Ad hunc ſtylum animum aduerterunt Patres. Et quidem Gregor. Nyſſenus Orat. 1. de beatitudinibus ad captum noſtrum Cælitum patriam nominari terram admonuit. Et fortaſſe à Deo afflati mentem referebant ad promiſſam terram, de qua multa mirificè in diuinis oraculis prodita ſunt, vt quæ lacte & melle manet, & redundet fructuum abundantiâ, & incredibili varietate: quam ob cauſſam velut pictis lineamentis animarum felicium regionem adumbrauit. Deinde nomine terræ concipimus animo ſolidum quemdam ſtabilemque locum habitationis, qualis cùm ſit empyreum cælum, vbi domicilia ſunt Beatorum, non benè modò, ſed eleganter etiam terra nominatur; ſed *viuentium,* qui non ſudoribus ſuis illam excolant, ſed in eius poſſeſſione, cumulatiſſimâ omnium bonorum affluentiâ recreentur. Ita ſentiunt Origenes, Baſilius, Cyrillus Alexandr. alijque non pauci. Nec dubitauit S. Ambroſ. in Pſal. 36. perſpicuè *cæleſtem terram* nominare, *Quæ fructum,* inquit, *cæleſtem ferat, & bona Domini ſine vllo labore fructificet.* Hinc in ſplendidiſſima illa terra & montes ponuntur, & fluuij pacis interfluunt, & riui amœniſſimi deducuntur, & ciuitas Ieruſalem ædificatur, & filij Dei ciues illius ſunt αὐτόχθονες, inclyti, omnes regij, omnes opulenti. Hanc terram in Euangelio Chriſtus vocat *regnum,* ad quod in decretorio illo magno die, quo ſedebit iudex viuorum & mortuorum, glorioſo præconio inuitabit electos: *Venite poſſidete paratum vobis regnum,* &c. Hanc item terram mitibus Deus pollicetur; hoc ijs regnum feliciſſimum apparauit, ad eam viuentium regionem, ad cælum inquam, vbi inexplicabilia bona ſunt, inuitauit: *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* In Græco maius quidpiam eſt: nam pro *poſſidebunt,* eſt κληρονομήσουσι, *hereditabunt terram.* Plus eſt autem hereditare, vel in hereditatem accipere terram, quàm poſſidere terram, cùm multi poſſideant non hereditario iure. Iſto igitur loco mundi liberator ſignificare voluit, mites eſſe filios Dei, ad cæleſtem proſapiam & familiam pertinentes, quibus theſauros omnes ſuos, & lautiſſimam hereditatem impertiri cupiat. ita pulchrè Creſollius noſter parte altera Anthologiæ cap. 3. vbi manſuetudinis bona mirificè deſcribit.

14. *Expecta Dominum, viriliter age,* &c.] S. Auguſt. eleganter ad hunc locum quærit, & reſpondet quæſito: *Sed quando iſtud erit? Arduum eſt mortali, tardum eſt amanti. Sed audi non fallacem vocem dicentis: Suſtine Dominum, tolera vſtionem renum viriliter, & vſtionem cordis fortiter: non tibi negatum putes, quod nondum accipis,* &c. Expreſſiùs in hunc eumdem locum S. Hieron. commentatur: *Expecta primùm, vt contra certamina mundi à Deo confortêris. Expecta deinceps, vt victor ab eodem Domino coroneris. Nos verò deprecemur Dominum, vt, ipſo confortante, ſuſtinendo viriliter mundialium fluctuum procellas, expectemus per fidem, quoadusque veniat reddere quæ dignatus eſt polliceri.* ita S. Hieron. Confortat quidem & excitat mirum in modum ſpes ad laborandum, certandum, & ſeruiendum pro rei amatæ poſſeſſione tandem acquirenda: at, dum ea poſſeſſio differtur, affligit ſpes amantem, necat ſperantem; flammigero videlicet amore, animam ſpe excitatam, deſiderioque flagrantem, dilationiſque impatientem vehementiùs accendente. Quapropter opportunè monet, expectanti viriliter eſſe ſuſtinendum & agendum: id quod in monitis ſapientiæ, atque apparatu cæleſtium adhortationum, quæ ſummi momenti eſſe videantur, ſanctus Dauid non ſemel occinit.

Margin notes: ANNOTATIONES CORDERII. — *Cælum, eſt terra viuentium.* — Pſal. 105, 15. — Pſal. 114, 9. — *Terra promiſſionis.* — Matth. 25, 34. — *Mites poſſidebunt terram viuentium.* — *Deus expectandus, & viriliter ſuſtinendus.*

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM XXVII. ARGVMENTVM.

Pſalmus ipſi Dauidi.

Eſt quidem hic Pſalmus à Dauide dictus, cùm eum Saül perſequebatur, & qui amici videbantur, inſidijs circumueniebant: verùm, tam hic, quàm Pſalmi præcedentes, omnibus etiam alijs, qui in eaſdem incidunt calamitates, conueniunt.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Εἴρηται μὲν ὁ ψαλμὸς ὑπὸ τοῦ Δαβίδ, ἡνίκα ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ἐδιώκετο, καὶ ὑπὸ τῶν δοκούντων εἶναι φίλων ἐπεβουλεύετο· ἁρμόττει δὲ καὶ οὗτος, καὶ οἱ πρὸ τούτου ψαλμοί, παντὶ τοιαύταις περιπίπτοντι συμφοραῖς.

PARAPHRASIS.

1. AD te Domine clamabo, Deus meus ne ſileas à me; ne quando taceas à me: & aſſimilabor deſcendentibus in lacum.

Verbum *clamabo*, non de voce, ſed de propenſione animi, & intenſa ſedulaque prece, poſuit. Illud verò: *Ne ſileas à me*, ex eorum tranſlatione ſumpſit, qui à quibuſdam rogati, nihil reſpondere ſuſtinent. Quapropter dicit: Si tacueris à me, auxiliumque tuum ſubtraxeris, confeſtim morti tradar. Hanc enim *lacus* nomine appellauit, ſiquidem vti lacus, ita ſepulcrum foditur.

Lacus pro morte.

2. Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.

Nondum quidem templum ædificatum erat, ſed tabernaculum nominat *templum*, in quo precabatur; corpore quidem procul diſſito, animo verò illuc deſtinato.

3. Ne ſimul trahas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem, ne perdas me.

Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo; mala autem in cordibus eorum.

Duplices ſunt execrandi.

Orat ne quidquam habeat commune cum his qui duplicitate ſunt vſi: execrabiles enim eos eſſe dicit, qui alia loquuntur, alia verò cogitant. Ob quam cauſſam vult etiam, vt

α. ΠΡΟΣ σὲ κύριε κεκράξομαι, ὁ θεός μου μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.

Τὸ κεκράξομαι μέντοι τέθεικεν οὐκ ἐπὶ φωνῆς, ἀλλ' ἐπὶ προθυμίας, καὶ συντόνου καὶ σπουδαίας εὐχῆς. Τὸ δὲ Μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, ἐκ μεταφορᾶς ἔλαβε, τῶν ὑπό τινων παρακαλουμένων, καὶ πρὸς οὐδὲν ἀποκρίνεσθαι βουλομένων. διό φησιν, ἐὰν παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῆς σῆς βοηθείας γυμνώσῃς, παραυτίκα τῷ θανάτῳ παραδοθήσομαι. τοῦτο γὰρ ἐκάλεσε λάκκον. ἐπειδὴ λάκκῳ παραπλησίως ὁ τάφος ὀρύττεται.

β'. Εἰσάκουσον κύριε τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, ἐν τῷ δέεσθαί με πρὸς σέ, ἐν τῷ αἴρειν με χεῖράς μου πρὸς ναὸν ἅγιόν σου.

Οὐδέπω μὲν ὁ ναὸς ᾠκοδόμητο, τὴν δὲ σκηνὴν ὀνομάζει ναόν, ἐν ᾗ προσηύχετο, πόρρω μὲν ὢν κατὰ τὸ σῶμα, τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖ παραπέμπων.

γ'. Μὴ συνελκύσῃς με μετὰ ἁμαρτωλῶν, καὶ μετὰ ἐργαζομένων ἀνομίαν μὴ συναπολέσῃς με.

Τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.

Ἱκετεύει μηδεμίαν ἔχειν κοινωνίαν μετὰ τῶν διπλόῃ κεχρημένων. βδελυροὺς γὰρ εἶναί φησι, τοὺς ἕτερα μὲν φθεγγομένους, ἕτερα δὲ βουλομένους. Οὗ δὴ χάριν καὶ πρόσφορα τοῖς ἐπιτηδεύ-

τηδεύμασι βούλεται αὐτοὺς ξυγῆσαι τὰ ἐπίχειρα.

δʹ. Δὸς αὐτοῖς κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ κατὰ τὴν πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν.

Κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν δὸς αὐτοῖς, ἀπόδος τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν αὐτοῖς.

Μηδεὶς τὸν δίκαιον ἐπαρᾶσθαι τοῖς ἐχθροῖς νομιζέτω. οὐ γάρ ἐστι ἀρᾶς, ἀλλὰ ψήφου δικαίας. Ταῖς οἰκείαις, φησὶν, ἐπιβουλαῖς περιπέσοιεν, αἷς κατ' ἄλλων καττύουσιν. εἶτα τὴν αἰτίαν τῆς τιμωρίας διδάσκει.

εʹ. Ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα κυρίου, καὶ εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καθελεῖς αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις αὐτούς.

Ταῦτα δὲ, φησι, δεδράκασιν, οὔτε λόγον, οὔτε ἔργον θεῖον μαθεῖν θέλοντες. Διὸ δὴ καθελεῖς αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις. Λυσιτελὴς γὰρ τοῖς κακοῖς οἰκοδόμοις ἡ τῆς πονηρᾶς οἰκοδομίας κατάλυσις. Εἶτα πάλιν τῆς θείας ἀποκαλύψεως ἀπολαύσας, καὶ πόῤῥωθεν τὴν ἐσομένην βοήθειαν θεωρήσας, εἰς ὑμνῳδίαν τὴν γλῶτταν ἐκίνησε.

ϛʹ. Εὐλογητὸς κύριος, ὅτι εἰσήκουσε τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου.

Καὶ δεικνὺς τὴν αἰτίαν τῆς ταχείας ἐπικουρίας, ἐπάγει·

ζʹ. Κύριος βοηθός μου, καὶ ὑπερασπιστής μου· ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία μου, καὶ ἐβοηθήθην.

Ἡ γὰρ εἰς αὐτόν, φησιν, ἐλπὶς, πρόξενός μοι τῆς προμηθείας ταύτης ἐγένετο.

Καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου, καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ.

Τῆς κατὰ φυγὴν, φησι, κακουχίας ἀπαλλαγεὶς, ἀνέθηλά τε καὶ ἤνθησα, καὶ τὴν ἐκ τῆς εὐθυμίας εὐεξίαν ἀπέλαβον. Τὸ δὲ, ἐκ θελήματός μου, ἀντὶ τοῦ, οὐ βίαιον, ἀλλ' ἐθελούσιον αὐτῷ προσφέρω τὸν ὕμνον.

ηʹ. Κύριος κραταίωμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν σωτηρίων τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ ἐστι.

præmia ſtudijs ſuis conſentanea reportent. PARAPHRASIS PATRVM.

4. Da illis ſecundùm opera eorum, & ſecundùm nequitiam adinuentionum ipſorum.

Secundùm opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipſis.

Nemo exiſtimet virum iuſtum inimicis ſuis imprecari: non enim hæc ad imprecationem, ſed ad iuſtam ſententiam referuntur. Incidant, inquit, in proprias inſidias, quas alijs ſubſtruunt. Deinde cauſſam ſupplicij docet.

5. Quoniam non intellexerunt * in opera Domini, & in opera manuum eius: deſtrues illos, & non ædificabis eos.

* Vulgata omittit in

Hæc autem fecerunt, inquit, neque verbum, neque opus diuinum diſcere volentes. Propterea deſtrues illos, & non ædificabis eos. Malis enim ſtructoribus vtilis eſt malæ ſtructuræ deſtructio. Deinceps iterùm diuinâ reuelatione potitus, futurumque auxilium à longinquo ſpeculatus, ad hymnodiam linguam mouit.

Malis vtile eſt deſtrui, quæ malè ſtruunt.

6. Benedictus Dominus, quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.

Et oſtendens cauſſam repentini auxilij, ſubiungit:

7. Dominus adiutor meus, & protector meus: in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum.

Spes enim, inquit, in ipſum, huius mihi prouidentiæ facta eſt conciliatrix.

Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.

Malâ, inquit, corporis valetudine, quam ex fuga contraxeram, liberatus, reuixi ac reflorui, bonamq; corporis habitudinem ex lętitia recepi. Illud autem, *ex voluntate mea*, hoc eſt, non coactam illi, ſed voluntariâ hymnodiâ offero.

8. Dominus fortitudo plebis ſuæ: & protector ſaluationum christi ſui eſt.

COMMENTARIVS PATRVM.

· Laudo autem, inquit, eum, tamquam bonum Dominum, fortitudinem, ac robur, & ſalutem regi populoque ſuo munificè ſuppeditantem: Chriſtum enim ſeipſum, vt regem, vocat: nam hoc nomen commune erat regibus & Prophetis, ac ſacerdotibus.

Chriſti nomen regibus & Prophetis commune.

Ὑμνῶ δὲ αὐτόν, φησιν, ὡς ἀγαθὸν δεσπότην, ἰσχὺν, καὶ ῥώμην, καὶ σωτηρίαν βασιλεῖ καὶ λαῷ φιλοτίμως παρέχοντα. Χριστὸν γὰρ ἑαυτὸν, ὡς βασιλέα, καλεῖ· κοινὸν γὰρ τοῦτο ὄνομα βασιλέων, καὶ προφητῶν, καὶ ἱερέων τυγχάνει.

9. Saluum fac populum tuum*, & benedic hereditati tuæ: & rege eos, & extolle illos vſque in æternum.

* *Vulgata addit* Domine

θ΄. Σῶσον τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, καὶ ποίμανον αὐτοὺς, καὶ ἔπαρον αὐτοὺς ἕως τοῦ αἰῶνος.

Hanc igitur, inquit, benedictionem ac ſalutem cum populo tuo communica, dirigens, & paſcens, & ſuperiores hoſtibus efficiens.

Ταύτης τοίνυν, φησὶ, τῆς εὐλογίας καὶ σωτηρίας, τῷ σῷ μεταδίδου λαῷ, ἰθύνων, καὶ ποιμαίνων, καὶ ὑπερτέρους ἀποφαίνων πολεμίων.

COMMENTARIVS.

1. AD TE DOMINE CLAMABO.] Si enim ſilueris, inquit, meque deſerueris, nihil differam à mortuis. Sunt nonnulli qui dicunt, Pſalmum hunc quadrare in Ezechiam, nec non morbi ac ſanitatis eius mentionem facere. Cùm enim poſt victoriam, quòd hanc virtute ſuâ factam arbitraretur, fuiſſet infirmatus, iam emendatus fatetur veritatem, dicens: *Ad te Domine clamabo*, neq; inpoſterum victoriam virtuti meæ adſcribam, ſed tibi illius auctori. Alius: Eorum, inquit, qui ad Deum per orationem clamant, dum terrena quidem petunt, vox exilis eſt; eorum qui cæleſtia, clamor exiſtit. Porrò clamat quis cùm in cubiculum ingreditur, & oſtium claudit. Non ſilet autem Deus Sanctis ſuis: ſiquidem Moyſi, & Aaroni, ac Ioſue locutus fuit; tales enim erant, vt etiam Deus ipſos alloqueretur. Loquebatur etiam ipſis, quoniam populus eius erat. Ceterùm quæ Deus loquitur, haud extranea ſunt; ſed quidquid ſancti in cor noſtrum aſcendit, illa ſunt quæ loquitur nobis Deus, iuxta illud: *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit*. Cui autem Deus ſilet, is aſſimilatur deſcendentibus in lacum. Qui enim diuino auxilio priuatus eſt, nihil differt ab ijs qui ad lacum rapiuntur: quos ſemper timor comitatur, cùm non procul abſint à morte. Nemo autem ſanctorum lacum fodit, ſed puteos. Iis autem qui de lacu bibunt, comminatur: *Me dereliquerunt fontem aquæ*

Clamant, qui magna petunt.

Non ſilet Deus Sanctis ſuis.

Pſal. 83, 6.

Qui auxilio Dei deſtituitur, nil differt à mortuo.

Sancti puteos, terreni lacum fodiunt.

Iere. 2, 13.

α΄. ΠΡΟΣ ΣΕ ΚΥΡΙΕ ΚΕΚΡΑΞΟΜΑΙ.] Εἰ γὰρ σιωπήσῃς, φησὶ, καὶ καταλίπῃς με ἀποστραφεὶς, οὐδὲν διοίσω τῶν τεθνεώτων. Εἰσί τινες εἰς τὸν Ἐζεκίαν τὸν ψαλμὸν τοῦτον ἁρμόττειν λέγοντες, καὶ περιέχειν τῆς τε ἀρρωστίας αὐτοῦ μνήμην, καὶ τῆς ὑγείας. Ἐπεὶ γὰρ μετὰ τὴν νίκην, νομίσας διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν γεγενῆσθαι τὴν νίκην, ἐνόσησε, βελτιωθεὶς ὁμολογεῖ τὸ ἀληθές· Πρὸς σὲ κύριε, λέγων, κεκράξομαι, οὐ τῇ ἀρετῇ μου λοιπὸν ἀναθήσω τὴν νίκην, ἀλλά σοι τῷ ταύτης χορηγῷ προσάξω. Ἄλλος οὕτω φησὶ, τῶν πρὸς Θεὸν βοώντων δι' εὐχῆς, τῶν μὲν ἐπίγεια αἰτούντων βραχεῖα ἐστὶν ἡ φωνὴ, τῶν δὲ ἐπουράνια, κραυγή. Κράζει δέ τις εἰσελθὼν ἐν τῷ ταμείῳ, καὶ ἀποκλείσας τὴν θύραν. Οὐ παρασιωπᾷ δὲ πρὸς τοὺς ἁγίους ὁ Θεός· ἐλάλησε γὰρ Μωσεῖ, καὶ Ἀαρὼν, καὶ Ἰησοῦ. τοιοῦτοι γὰρ ἦσαν, ὥστε λαλεῖν πρὸς αὐτοὺς τὸν Θεόν. Ἐλάλει καὶ διὰ τῶν ἡνίκα ὁ λαὸς ἦν αὐτοῦ. Ἃ δὲ λαλεῖ ὁ Θεὸς, οὐκ ἔξωθέν ἐστιν, ἀλλὰ τὰ ἀναβαίνοντα ἡμῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἅγια, ἐκεῖνά ἐστιν, ἃ λαλεῖ ἡμῖν ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ ἐστιν ἀντίληψις αὐτοῦ παρὰ σοῦ, ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο. Ὧ δὲ παρασιωπᾷ ὁ Θεὸς, ὁμοιοῦται τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Ὁ γὰρ τῆς θείας βοηθείας ἐστερημένος, οὐδὲν ἀπέοικε τοῖς πρὸς λάκκον κατασπωμένοις· οἷς ἀεὶ συμπαρεδρεύει φόβος, οὐ μακρὰν τοῦ ἀποθανεῖν γενομένοις. Οὐδεὶς δὲ τῶν ἁγίων λάκκον ὤρυξεν, ἀλλὰ φρέατα. Τοῖς δὲ ἐκ λάκκου πίνουσιν ἀπειλεῖ· Ἐμὲ κατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶν-

ζοντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους. Καταβαίνουσι δὲ εἰς λάκκον, οἱ τὰ ψυχρὰ τῆς ὕλης περιέποντες πράγματα. πᾶσα γὰρ ἁμαρτία, ψυχρά· τὰ δὲ θεῖα θερμά. Καί, ποιεῖ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Καί, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Ὅτι δὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν λάκκῳ, ὁ ἀγαθὸς θεὸς καὶ τούτους καλεῖ, καὶ δίδωσιν ἄφεσιν. Προσφυῶς δὲ λάκκος ὠνόμασται ὁ ᾅδης, τὸ τῶν ψυχῶν οἰκητήριον. Ὡς γὰρ ὁ λάκκος δοχὴ τῶν ἀφ' ὕψους εἰσρεόντων εἰς αὐτὸν ὑδάτων, οὕτως ὁ ᾅδης τὰς εἰς αὐτὸν καταφερομένας δέχεται ψυχάς. Λέγεται λάκκος, καὶ ὁ κατακρίτους φυλάττων τόπος.

β'. ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΚΥΡΙΕ.] Οἷς τι ἐνδεῖ, τούτων ἡ δέησις, τοῦ δὲ προκόψαντος ἡ εὐχή. Καὶ ὁ Παῦλος γὰρ ἀπὸ τῶν ἡττόνων ἐπὶ τὰ μείζω προβαίνων, φησί, πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, καὶ ἑξῆς. Ἐπαιρόμεναι δὲ χεῖρες ἡμῶν, αἱ πράξεις εἰσὶν αἱ κατὰ θεοσέβειαν. Ἐὰν οὖν θησαυρίζωμεν ἐν οὐρανοῖς, καὶ ἔχωμεν τὰς χεῖρας ἠρμένας πρὸς θεόν, νικῶμεν τὸν ἐχθρόν· ὅταν δὲ κάτω νεύωνται, ἀνάγκη ἡττᾶσθαι. Ἐκεῖ δεῖ ἐπαίρειν χεῖρας, πρὸς ναὸν ἅγιον. ναὸς δὲ ἡ δόξα ἂν εἴη τοῦ θεοῦ, καὶ ὁ ὑπερουράνιος χορός, καὶ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, ὁ φάσκων, Ὁ πατὴρ, ὁ μένων ἐν ἐμοί. Ἴσως δὲ καὶ ἡ σκηνή, ἐν ᾗ ηὔχετο, πόρρω μὲν ὢν κατὰ τὸ σῶμα, τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖ ἔχων. Εἰ ἐφ' ἡμῖν δὲ ἑκάτερον, τί τῶν ἀγαθῶν τὴν αἰτίαν θεῷ ἀνατίθησι, λέγων· Μὴ συνελκύσῃς με; ὅτι συνέλκει ἔστιν ὅτε τοῖς τοιούτοις θεὸς τὸν σῶσαι δυνάμενον δίκαιον. Τοιγαροῦν διὰ τοῦτο τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν φίλος ἤκουσεν ὁ σωτήρ, μηδὲν ἐξ ἐκείνων βλαπτόμενος. Τοιαύτην οὖν ἕξιν ἀναλαβεῖν αἰτεῖ, ὡς ὠφελεῖν μὴ βλαπτόμενον. Ἴσως δὲ καὶ τοὺς πάνυ παραιτεῖται ἁμαρτωλούς, τοὺς ἀνίατα νοσοῦντας. καὶ ὁποίους ἐπάγει, τοὺς ἃ μὴ φρονοῦσι λαλοῦντας. Διὸ προσέθηκε· τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν· τῶν ἄχρι χειλέων ἐπιδεικνυμένων τὴν καλοήθειαν, ἐν δὲ τῷ βάθει κρυπτόντων τὴν πονηρίαν, ἤγουν τῶν διπλόῃ κεχρημένων, ὧν οὐδέν ἐστι μιαρώτερον. Οἷς εὔχεται καὶ πρόσφορα τοῖς ἐπιτηδεύμασιν εὑρεῖν τὰ ἐπίχειρα. Ὃ οὐκ ἔστιν ἀρᾶς, τὸ παθεῖν οἷα δεδράκασι. Δὸς γάρ, φησιν, αὐτοῖς κύριε, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. Σκόπει φιλοσοφίαν. Οὐκ εἶπεν, ἀπόδος αὐτοῖς κακά, ἀλλὰ καθὼς αὐτοὶ ἑαυτοῖς

uiua, & foderunt ſibi ciſternas. Deſcendunt autem in lacum, qui frigidis rebus materialibus inhiant: omne enim peccatum, frigidum eſt; res verò diuinæ, calidæ ſunt. Et, *Facit miniſtros ſuos ignem vrentem.* Et, *Ignem veni mittere in terram.* Quoniam autem peccatores in lacu ſunt, benignus Deus etiam hos vocat, & tribuit eis remiſſionem. Aptè autem *lacus* appellatus eſt infernus, qui animarum eſt receptaculum. Quemadmodum enim lacus eſt receptaculum aquarum ex alto in ipſum defluentium, ita etiam infernus animas in ipſum delatas recipit. *Lacus* etiam dicitur locus qui reos ac damnatos cuſtodit.

COMMENTARIVS PATRVM.

Pſal. 103, 4.

Luc. 12, 49

Infernus dicitur lacus.

2. EXAVDI DOMINE.] Quibus aliquid deeſt, horum eſt precatio, proficientis autem eſt oratio. Etenim Paulus à minoribus ad maiora procedens, ait: *Primùm omnium fieri precationes,* &c. Eleuatæ autem manus noſtræ, ſunt actiones piæ. Cùm itaque in cælis theſaurizamus, & manus habemus ad Deum eleuatas, tunc vincimus inimicum: quando verò deorſum vergunt, neceſſe eſt vt ſuperemur. Illuc oportet manus eleuare, ad templum ſanctum. Templum autem hoc eſſe poſſit, gloria Dei, ac chorus cæleſtis, nec non Verbum Dei, quod ait: *Pater in me manens.* Fortè verò etiam tabernaculum, in quo orabat procul quidem exiſtens quoad corpus, animum verò illuc deſtinatum habens. Quòd ſi vtrumque in nobis ſitum ſit, cur cauſam bonorũ Deo tribuit, dicens, *Ne ſimul trahas me?* Quoniam aliquando Deus ſimul trahit cum illis iuſtũ qui ipſos ſaluare poſſit. Idcircò ergo Saluator ipſe publicanorum & peccatorum amicus dictus fuit, nullum ex illis accipiens detrimentum. Iſtiuſmodi igitur affectionem induere deſiderat, vt ſine detrimento prodeſſe poſſit. Fortaſſis verò etiã magnos deteſtatur peccatores, incurabili morbo laborãtes: & quales iſti ſint, ſubiungit: nempe qui loquuntur ea quæ non cogitant. Quare addidit, *Qui loquuntur pacẽ cum proximo ſuo,* labijs tenus probam cõuerſationem demonſtrantes, in fundo autem cordis, malitiã recõdentes, videlicet vtentes duplicitate: quibus nihil eſt execrabilius. His optat vt cõſentanea ſtudijs ſuis præmia reportent. Quod vtiq; non eſt imprecationis, vt patiantur ea quę patrarunt. *Da* enim, ait, *illis Domine, ſecundùm opera eorum.* Obſerua philoſophiam. Non dixit: Retribue ipſis mala, ſed id quod ipſi ſibi machi-

Eleuatæ manus ſunt piæ actiones.

Ioan. 14, 10.

Homines duplices, execrabiles ſunt.

COMMENTARIVS PATRVM.

machinantur. Sic etiam Paulus Alexandro multa ſibi mala machinanti, nihil præter ea quæ machinatus fuerat, vt ſuſtineret, imprecans aiebat, ſed *ſecundùm opera ſua*. Pulchrè autem dixit, *Secundùm nequitiam adinuentionum*, oſtendens ſe non ſimpliciter adinuentiones perſtringere; ſed quando fiunt cum nequitia eorum qui illas excogitant. Atque *opera* quidem *eorum* vocat illa quæ ſunt ſecundùm affectum: *opera* verò *manuum* appellat potentiarum effectricum, quibus ea quæ mente concepta ſunt, in opus prodeunt. Deinde cauſſam pandit: *Quoniam non intellexerunt opera Domini*. Noluerunt ſcilicet conſiderare, me tribulationibus modeſtiam à te & vtilitatem edoceri, non autem è vera ira eas inferri. Idcircò deſtrue illos, id eſt, infirmos effice; ne vmquam in malitia efferantur, altitudinem ſectantes. Vel hoc modo: Cùm opera Dei quædam ſint conſpicua, quædam verò inaſpectabilia; hæc optat vt inſipientes accipiant in retributionem, vt qui ſuâ ſponte elegerint ignorantiam, quam in ſupplicia incidere par eſt. Nemo enim ad opera Domini non attendens culpâ vacat, cùm tam manifeſta ſint, vt ex ipſis creaturis proportione quadam creator earum cognoſci poſſit. Vel *opera Domini*, ſint rerum creatarum omnium conſtitutio; *opera* verò *manuum* eius, earumdem gubernatio, ſecundùm quam ijs prouidet, & prouidentiæ functionibus, quaſi manibus fouet. Deſtrues autem, quia malis ſtructoribus vtilis eſt malæ ſtructuræ deſtructio.

2. Tim. 4, 14.

Opera, vt mala in auctorem recidant.

Verſ. 5.

Rom. 1, 21

Differentia inter opera Dei, & manuum eius.

6. BENEDICTVS DOMINVS.] Propoſitio eſt eius qui mentiri nequit. *Adhuc loquente te dicam: Ecce adſum*. Propè eſt enim mundis corde inuocantibus eum. Præſagiens igitur ſpiritu prophetico, ſe deprecantem exauditum eſſe, mutat orationem in gratiarum actionem, quòd diuina ipſum dextera ſuſcepiſſet, & quòd à lacu, atque in eum lapſu liberaſſet. Vel cùm, vt homo, ea quæ ad inſtructionem ſuam & animæ vtilitatem ſpectant, rogaſſet, & impetraſſet, meritò gratias agit. Ex ſuperabundanti autem gaudio, non ſolùm animam, ſed & carnem exultaſſe dicit, & renouatam eſſe propter ſpem bonam reſurrectionis, ipſi etiam corpori promiſſam. *Videbit* enim *omnis caro ſalutare Dei*. Vel quia liberatus erat ægritudine quam ex fuga contraxerat. Reuixi,

Iſa. 58, 9.

Gratitudo Deo placet.

Luc. 3, 6.

πραγματεύονται. τοιοῦτος καὶ ὁ Παῦλος τὸν Ἀλέξανδρον πολλὰ ἐργασάμενον αὐτῷ κακὰ, οὐδὲν ἔξω τῶν εἰς αὐτὸν πεπραγμένων καταρώμενος αὐτὸν ὑποστῆναι ἔφη, ἀλλὰ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Καλῶς δὲ εἶπε, κατὰ τὴν πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων, δεικνὺς ὅτι οὐχ ἁπλῶς τὰ ἐπιτηδεύματα διαβάλλει, ἀλλ' ὅταν μετὰ πονηρίας γίνονται τῶν ἐπιτηδευόντων. Καὶ ἔργα μὲν αὐτῶν τὰ κατὰ διάθεσιν· ἔργα δὲ χειρῶν τὰ τῶν ἐνεργητικῶν δυνάμεων, καθ' ἃ πρόεισιν εἰς ἔργα τὰ συσταθέντα τῇ γνώμῃ. Εἶτα τὴν αἰτίαν φησίν· Ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα κυρίου, ἤτοι ὅτι οὐκ ἠθέλησαν λογίσασθαι, ὅτι διὰ σοῦ παιδεύομαι πρὸς σωφρονισμὸν, καὶ τὸ συμφέρον, διὰ τὴν θλίψιν, καὶ οὐ πρὸς ὀργὴν ἀληθεστάτην τὰ ἐπαγόμενα. Διὸ κάθελε αὐτοὺς, ἀντὶ τοῦ, ἀσθενεῖς ἀπέργασαι, μηδὲ ὑψωθῶσι ποτὲ ἐπὶ κακίᾳ τὸ ὕψος ἀσκοῦντες. Ἢ οὕτως· Ἔργα κυρίου, τὰ μὲν ὁρατὰ, τὰ δὲ ἀόρατα, ἃ τοὺς μὴ συνιέντας ἀντιλαβεῖν εὔχεται τὸ ἀνταπόδομα, ὡς προαιρετικῶς ἑλομένους τὸ μὴ συνιέναι, ᾧ ἀκόλουθον τὸ τιμωρίαις ὑποπεσεῖν. Οὐδεὶς γὰρ μὴ νοήσας τὰ τοῦ κυρίου ἔργα, ἄμεμπτός ἐστι, δῆλα καίτοι ὄντα, ὡς ἀπ' αὐτῶν τῶν δημιουργημάτων, ἀναλόγως δύνασθαι τὸν γενεσιουργὸν θεωρεῖν. Ἢ ἔργα μὲν κυρίου, ἡ τῶν γενητῶν πάντων ὑπόστασις· ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ, ἡ τῶν γενομένων διοίκησις, καθ' ἣν προνοεῖ καὶ περιέπει, ὥσπερ χερσὶ, ταῖς προνοητικαῖς ἐνεργείαις. Καθελεῖς δὲ, ἐπεὶ συμφέρει τοῖς κακοῖς οἰκοδόμοις ἡ τῆς πονηρᾶς οἰκοδομίας κατάλυσις.

ϛʹ. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ.] Ὑπόθεσίς ἐστι τοῦ ἀψευδοῦς. Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. ἐγγὺς γάρ ἐστι τῶν καθαρῶν ἐπικαλουμένων. αἰσθανόμενος οὖν προφητικῷ πνεύματι, ὡς ἠκούσθη ὁ δεηθεὶς, μεταβάλλει εἰς εὐχαριστίαν τὴν ἱκεσίαν· ἀνθ' ὧν ἡ θεία αὐτοῦ δεξιὰ ἀντελάβετο, τοῦ ῥυσθῆναι τοῦ λάκκου, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν καθελκύσεως. Ἢ εὐξάμενος ὡς ἄνθρωπος, παιδευτικὰ, καὶ ψυχωφελῆ, καὶ ὠφέλιμα, καὶ τυχὼν εὐχαριστεῖ εἰκότως. ἐξ ὑπερβαλλούσης δὲ χαρᾶς, οὐ τὴν ψυχὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν σάρκα γεγηθέναι λέγει, καὶ ἀνανεῶσθαι διὰ τὴν καὶ αὐτῷ τῷ σώματι ἐπηγγελμένην ἀγαθὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. Ὄψεται γὰρ πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. Ἢ διὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι τῆς διὰ τὴν φυγὴν κακουχίας· Ἀνέθηλε,

φησι,

φησι, καὶ ἐνέθησα, καὶ τὴν ἐξ εὐθυμίας ἀπέλαβεν ἡδονήν. Καλῶς δὲ τοῦτο νοηθείη καὶ ἐπὶ Ἐζεκίου, ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας μαρανθέντος, καὶ ἀντιλήψεως θείας παρασκευασάσης αὐτὸν ἀναθάλλειν. Τὸ δὲ, Ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ· ὅμοιον δοκεῖ τῷ, Ἑκουσίως θύσω σοι. ὁ Σύμμαχος, καὶ ἐν ᾠδαῖς μου ὑμνήσω αὐτόν· ὁ δὲ Ἀκύλας, καὶ ἀπὸ ᾄσματός μου ὑμνήσω αὐτόν· Ἄλλος, Ἡ βοηθηθεῖσά, φησι, καρδία οὐδὲν ἕξει αἰσχρὸν ἐνθύμημα, ἢ δόγμα φαῦλον. βοηθουμένης γὰρ τῆς καρδίας τὸ συγκατατίθεσθαι οἷς δεῖ, καὶ ἀνανεύειν πρὸς τἀναντία, ἀνέθαλεν ἡ σὰρξ ἐν τῷ πράττειν αὐτά. Τάχα δὲ, καὶ κατὰ τὴν ἀνάστασιν τῆς βοηθηθείσης καρδίας, ἀναθαλήσει ἡ σάρξ, κατὰ τὸ, Καὶ τὰ ὀστᾶ ὑμῶν ὡς βοτάνη ἀνατελεῖ. Τὸ δὲ, Ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι, ἐπεὶ πολλοὶ φόβῳ κολάσεως, ἢ αἰσχύνης, ἀπαγορεύουσι τὰ ἁμαρτήματα, κατὰ διάθεσιν ἡδόμενοι ἐπ᾽ αὐτοῖς. ὁ δὲ χρηστὸς ἀνὴρ ἐνιδὼν τὸ μύσος, ἑκουσίως καὶ ἐκ θελήματος ἀποστρεφόμενος αὐτὸ, ἐξομολογεῖται τῷ Θεῷ. Τοιοῦτος δὲ ἐπὶ πᾶσι τοῖς συμβαίνουσιν, ὁποῖα ἂν ᾖ, εὐχαριστεῖ, κἂν ἀηδῆ ᾖ. οἱ γὰρ ἐπὶ τοῖς τέρπουσι μόνοις εὐχαριστοῦντες, οὐκ ἐξ ἰδίου θελήματος, ἀλλ᾽ ὑφ᾽ ἡδονῆς ἄγονται ἐπὶ τοῦτο.

η΄. ΚΥΡΙΟΣ ΚΡΑΤΑΙΩΜΑ ΤΟΥ ΛΑΟΥ.] Πρέπουσα βασιλεῖ, ὑπὲρ λαοῦ προσευχή. Αὐτός ἐστι, φησιν, ὁ καὶ τοὺς βασιλεῖς σώζων, καὶ τοὺς δήμους κραταιῶν. Τί γὰρ τῷ Θεοῦ λαῷ ἔπεστιν ἔρυμα, πλὴν τοῦ κυρίου; Πᾶς δὲ Χριστοῦ μετέχων ὁμωνύμως καλεῖται χριστός. ὧν οὖν σώζεται σωτηρίων ὁ οὕτω χριστὸς, αὐτὸς ὑπερασπιστής ἐστιν. Ἢ ἀντὶ τοῦ καὶ τοῦ ὄντως χριστοῦ ὑπερασπιστής ἐστι τῶν σωτηρίων, καθὰ σώζει. Ἢ χριστὸν ἐνταῦθα νοεῖν προσηκόντως ἐστὶ, πάντα τὸν δι᾽ ἀγαθοεργίας ἀφομοιούμενον τῷ ὄντι Χριστῷ· Σῶσον οὖν, φησι, τὸν λαόν σου τοῦτον, οὗ τυγχάνεις κραταίωμα· εὐλογῶν σου καὶ τὴν κληρονομίαν, καὶ ποιμαίνων, καὶ ὑπερτέραν ἀποφαίνων τῶν ἐναντίων, καὶ ἐπαίρων, ἤτοι ὑψῶν, καὶ δοξάζων· Τὸ δὲ, Ἕως αἰῶνος, εὐχομένῳ ἐστὶν ἀπληστία. Εἴη δ᾽ ἂν ἀληθὴς Χριστοῦ κληρονομία, ἡ ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ τὰ αἰτηθέντα ἔθνη, καὶ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ θεοφιλεῖς, οὓς καὶ ἐποίμανε, τὴν ψυχὴν ὑπὲρ αὐτῶν καταθεὶς, ὡς καιρῷ ἐπιτηδείῳ ἀρεῖ εἰς ὕψος, εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν αὐτοὺς βασιλείαν.

inquit,& refloruì, & ex recta animi conſtitutione percepi voluptatem. Rectè autem hoc intelligi quoque poſſet de Ezechia, ex infirmitate exhauſto, quando diuina protectio ipſum cœpit inſtaurare. Porrò illud, *Ex voluntate mea confitebor ei*; ſimile videtur iſti, *Voluntariè ſacrificabo tibi*. Symmachus, *& in canticis meis laudabo eum*; Aquila verò, *& cantico meo laudabo eum*. Alius, Cor, inquit, quod adiutum fuerit, nullam habebit ſordidam cogitationem,vel doctrinam falſam. Cùm enim cor adiutum fuerit, vt conſentiat ijs quibus oportet, contrarijs verò diſſentiat; refloruit caro, dum fecit illa. Fortaſſis verò etiam ſecundùm reſurrectionem cordis cùm adiutum fuerit,caro etiam refloreſcet, iuxta illud, *Oſſa veſtra quaſi herba germinabunt*. Illud verò, *Ex voluntate mea confitebor*; eò dictum, quòd multi, metu ſupplicij, vel pudoris, renuntient peccatis, cùm ſecundùm affectum ijs delectentur: vir autem cordatus, ſcelus inſpiciens, ſpontè, & ex voluntate illud auerſatus,confitetur Deo. Qui autem eſt eiuſmodi, is in omnibus euentis, qualeſcumque demum ſint, gratias agit, quantumuis moleſti ſint. Nam qui de ſolis delectabilibus gratias agunt, hi non ex propria voluntate, ſed à voluptate ad hoc mouentur.

COMMENTARIVS PATRVM.

Pſal. 53, 8.

Iſa. 66, 14.

Spontè, & promptâ voluntate relinquenda peccata.

8. DOMINVS FORTITVDO PLEBIS.] Conueniens eſt regi, pro populo oratio. Ipſe,eſt, inquit, qui reges ſaluos facit,& populos confirmat. Quodnam enim aliud Dei populo firmamentum ſit,præter Dominum? Omnis autem qui Chriſti particeps exiſtit, æquiuocè Chriſtus appellatur. Ipſe igitur protector eſt ſaluationum, quibus hoc modo chriſtus ſaluatur. Siue,huius qui verè chriſtus eſt,protector eſt ſaluationum, in quantum ſaluat. Vel magis conueniat hîc chriſtum intelligere, omnẽ qui bonis operibus vero Chriſto aſſimilatur. *Saluum* igitur,inquit, *fac* hunc *populum tuum*, cuius fortitudo exiſtis,hereditatẽ tuam benedicendo & regendo,atq; aduerſarijs ſubliniorẽ demonſtrando,& extollendo, ſeu ſublimando & honorando. Illud autem, *Vſque in æternum*, eſt inſatiabilitas oranti. Porrò vera Chriſti hereditas eſſe poſſint Gentes, quæ in ſecũdo Pſalmo poſtulatæ ſunt,& Iſraëlitę qui Deum diligebant: quos etiam rexit, animam pro ijs ponens,vt eos tempore opportuno in altum extollat, ad regnũ ſcilicet cælorum.

Chriſtus etiam dicitur qui Chriſto aſſimilatur.

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

ATHANASII. Canit hunc Pſalmum ex perſona credentium in Chriſtum, per precationem Deum in auxilium vocans. Continet etiam deteſtationem contumaciæ Iudæorum; ſeque à peſſima illorum ſorte liberari poſtulat.

1. AD TE DOMINE CLAMABO.] ORIGENIS. Frequenter in Scripturis dicitur de Sanctis, quòd ad Deum clamauerint. Is autem qui clamat, ingreſſus cubile ſuum, claudit oſtium, & hoc modo clamauit ad Deum, *Ne ſileas à me*. Verumtamen ne arbitremur Deum extrinſecus nobiſcum colloqui; ſanctæ cogitationes quæ in cor aſcendunt, illæ ſunt, quas loquitur nobis Deus. Ita intelligas id cùm dicitur, Locutus eſt Deus ad talem vel talem. Porrò ſenſus ille diuinus eſt, qui audit verbum Dei, ipſi contemperatus atque vnitus. Neminem autẽ Sanctorum ſcimus lacum effodiſſe, ſed ſi quando quis Sanctus opus habebat aqua, puteum effodiebat. Ceterùm videamus etiam quinam ſint qui deſcendunt in lacum. Scriptura ſacra dicit res diuinas eſſe calidas; peccata verò, & quæ materiam concernunt, frigida exiſtere. Ibi etiam habitat inimicus hominum draco, qui cognominatur frigus: nullum enim animal in terra tam frigidum eſt, ac draco. Omne igitur peccatum frigidum exiſtit: diuina verò, vti par eſt, calida ſunt. *Ignem enim, inquit, veni mittere in terram*; &, *Spiritu feruentes*. Quomodo autem peccatores in lacubus ſint, audi. In Exodo ſcribitur: *Occidit Deus à primogenito Pharaonis, vſque ad primogenitum captiuæ quæ erat in lacu*. Atque ita qui deſcendunt in lacum, peccatores ſunt, & captiui. Verumtamen bonus Deus & hos vocat, & ipſis prædicat remiſſionem.

Math. 6, 6. — *Deus loquitur nobis per bonas inſpirationes.* — *Sancti puteos, non lacum fodiunt.* — *Res diuina calida, peccatum verò frigidum eſt.* — Luc. 12, 49 — Rom. 12, 11. — Exodi 12, 29. — Iſaiæ 61, 1.

2. DVM EXTOLLO MANVS MEAS.] GEORGII. Manus quę ad pias actiones eleuantur, in cælo theſaurizant: per iſtas vincit quis Amalec, ſicut Moyſes. Etenim quando manus attollebat, populus vincebat; quando verò demittebat; vincebat Amalec. Ne demittamus itaque manus, quia vinceremur.

Manus in cælum eleuanda, vt vincamus. — Exodi 17, 11.

3. NE SIMVL TRAHAS ME CVM PECCATORIBVS.] ORIGENIS. Quid opus eſt hæc dicere? Vel enim facis iniquitatem, & ſimul hæc per-

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἄδει τὸν παρόντα ψαλμὸν ἐκ προσώπου τῶν πιστευσάντων εἰς Χριστὸν, διὰ δεήσεως εἰς ἐπικουρίαν καλῶν τὸν Θεόν. Ἅμα δὲ καὶ τῶν Ἰουδαίων ἀπονοίας κατάῤῥησιν ἔχει, καὶ εὔχεται ὑπὲρ τοῦ χωρισθῆναι τῆς χείρονος ἐκείνων μερίδος.

α΄. ΠΡΟΣ ΣΕ ΚΥΡΙΕ ΚΕΚΡΑΞΟΜΑΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πολλάκις λέγεται ἐν ταῖς γραφαῖς περὶ τῶν ἁγίων, ὅτι πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξαν. Ὁ δὲ κεκραγὼς, εἰσελθὼν εἰς τὸ ταμιεῖον αὐτοῦ, κλείει τὴν θύραν, καὶ οὕτω κέκραγε πρὸς τὸν Θεόν· Μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ. Ἀλλὰ μὴ νομίσωμεν ἔξωθεν ἡμῖν ὁμιλεῖν τὸν Θεὸν, τὰ ἀναβαίνοντα ἡμῖν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἅγια, ἐκεῖνά ἐστιν ἃ λαλεῖ ἡμῖν ὁ Θεός. οὕτως ἄκουε τό· ἐλάλησεν ὁ Θεὸς πρὸς τὸν δεῖνα. Θεία δὲ αἴσθησίς ἐστιν ἐκείνη, ἡ ἀκούουσα λόγον Θεοῦ, ἀνακεκραμένη αὐτῷ, καὶ ἡνωμένη. Οὐδένα δὲ τῶν ἁγίων οἴδαμεν λάκκον ὀρύξαντα· ἀλλ' εἴ ποτε ἅγιος χρείαν ἔσχεν ὕδατος, φρέαρ ὤρυξεν. Ἀλλ' ὅμως ἴδωμεν τίνες οἱ καταβαίνοντες εἰς λάκκον. ἡ ἱερὰ γραφὴ τὰ θεῖα λέγει εἶναι θερμὰ, τὰ δὲ τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῆς ὕλης πράγματα, ψυχρά. Ἐκεῖ οἰκεῖ καὶ ὁ πολέμιος τῶν ἀνθρώπων, δράκων, ὃς ἐπωνόμασαι ψύχος. οὐδὲν γὰρ οὕτω τῶν ἐπὶ γῆς ζώων ἐστὶ ψυχρὸν ὡς δράκων. Πᾶσα οὖν ἁμαρτία ψυχρά ἐστι, τὰ δὲ θεῖα, ὡς ἔοικε, θερμά. Πῦρ γὰρ ἦλθον, φησι, βαλεῖν ἐπὶ γῆν· καὶ, τῷ πνεύματι ζέοντες. Πῶς δὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ παρὰ λάκκοις εἰσὶν, ἄκουε· ἐν τῇ Ἐξόδῳ γέγραπται· Ἀπέκτεινεν ὁ Θεὸς ἀπὸ πρωτοτόκου Φαραὼ, ἕως πρωτοτόκου τῆς αἰχμαλωτίδος τῆς ἐν τῷ λάκκῳ. οὕτως οἱ καταβαίνοντες εἰς λάκκον, ἁμαρτωλοί εἰσι καὶ αἰχμάλωτοι. Ἀλλ' ὁ ἀγαθὸς Θεὸς καὶ τούτους καλεῖ, καὶ κηρύσσει αὐτοῖς ἄφεσιν.

β΄. ΕΝ ΤΩ ΑΙΡΕΙΝ ΜΕ ΧΕΙΡΑΣ ΜΟΥ.] ΓΕΩΡΓΙΟΥ. Ἐπαιρόμεναι χεῖρες πρὸς πράξεις θεοσεβεῖς, ἐν οὐρανῷ θησαυρίζουσι. δι' αὐτῶν νικᾷ τις τὸν Ἀμαλὴκ, ὡς ὁ Μωσῆς· καὶ γὰρ ἡνίκα τὰς χεῖρας ἀνέφερεν, ὁ λαὸς ἐνίκα, ὅτε δὲ κατέσπα, ὁ Ἀμαλήκ. Μὴ καθιέντες καὶ μὲν οὖν τὰς χεῖρας, ἐπεὶ νικηθησόμεθα.

γ΄. ΜΗ ΣΥΝΕΛΚΥΣΗΣ ΜΕ ΜΕΤΑ ΑΜΑΡΤΩΛΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τίς χρεία ταῦτα λέγειν; ἤτοι γὰρ ποιεῖς τὴν ἀνομίαν, καὶ συναπόλλῃ

πόλλυσι σε; καὶ μάτην λέγεις ταῦτα πρὸς Θεόν· ἢ οὐδὲν ποιεῖς ἄνομον, καὶ οὐκ ἀπολλύει ὁ Θεός. ὁ Θεὸς γὰρ οὐχ οὕτως ἄδικός ἐστι. Τολμῶμεν ἂν ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου, καὶ λέγομεν, ὅτι ὁ Θεὸς συνέλκει τὸν δίκαιον μετὰ ἁμαρτωλῶν, συνέλκει τὸν δίκαιον διὰ τοὺς ἁμαρτωλοὺς, καὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, ἵνα σωθῶσιν. Οἱ δὲ μὴ εἰδότες τοῦτο τὸ μυστήριον, ἐνεκάλουν τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες, Ἐσθίεις καὶ πίνεις μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν· αὐτὸς δὲ μακρὰν ἦν τῆς ἀπ' αὐτῶν βλάβης, πρὸς τὸ καὶ ὠφελεῖν αὐτούς. Οὕτω καὶ εἴ τις Χριστοῦ μιμητὴς τοῦτο ποιεῖ· ἐὰν μέντοι γέ τις μὴ παρεσκευασμένος ᾖ, μηδὲ δύναμιν ἔχων ἐμβάλλεται εἰς τοσοῦτον κίνδυνον, ὥστε γενέσθαι μετὰ ἁμαρτωλῶν, καὶ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, οὔτε ἐκείνους ὠφελήσει, καὶ ἑαυτὸν προσαπολέσει. τοιγαροῦν καὶ ἐνθάδε ὁ προφήτης παρασκευάζειν ἑαυτὸν βούλεται, ὥστε δύνασθαι μὲν εἶναι μετὰ ἁμαρτωλῶν καὶ ἐργαζομένων ἀνομίαν, μὴ συνελκυσθῆναι δὲ αὐτοῖς. Ἴσως δὲ καὶ τοὺς τὰ ἀνίατα ἁμαρτάνοντας παραιτεῖται, τοῦτο λέγων. καὶ γὰρ προστέθεικε· Τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τοῦ πλησίον αὐτῶν, κακὰ δὲ ἐν καρδίαις αὐτῶν. Σφόδρα γὰρ ἀσεβεῖς, ὅτι οὔτε ὡς φίλοι διάκεινται, οὔτε ὡς ἐχθροὶ λαλοῦσιν, ἀλλ' ἔχουσι μὲν τὴν ἔχθραν ἐν ἑαυτοῖς, λόγοις δὲ εἰρηνικοῖς ὑποκρίνονται φιλίαν. Τῶν δὲ τοιούτων ἀνθρώπων μιαρώτερον οὐκ ἔστι. τοὺς οὖν τοιούτους ὁ δίκαιος παραιτεῖται. Ὁρᾶτε γὰρ ὡς καὶ ὁ σωτὴρ ἡμῶν μετὰ ἁμαρτωλῶν ἐγένετο, καὶ μετὰ πόρνης· οὐ μέντοι λαλούσης μὲν εἰρηνικὰ, κακὰ δὲ ἐχούσης ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτῆς. Ἢ εὔχεται λέγων· ἐπεὶ πάντως τῷ ἀδικοῦντι ἀπώλεια ἕπεται, δικαιοσύνην παρέχων μοι, μὴ ἐάσῃς με ἐν ἀδικίᾳ γενέσθαι, ὅπως μὴ ἀπόλωμαι μετὰ τῶν ἐργαζομένων αὐτήν.

δ'. ΔΟΣ ΑΥΤΟΙΣ ΚΑΤΑ ΤΑ ΕΡΓΑ ΑΥΤΩΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διδασκόμεθα ὑπὸ τοῦ λόγου, ἀποθέσθαι πάντα τὰ ἁμαρτήματα· εἰ γὰρ οὐκ ἐσμὲν καθαροὶ, δεῖ ἡμᾶς κολασθῆναι, ἵνα παιδευθῶμεν. Κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν, φησι, δὸς αὐτοῖς. ὡσεὶ ἔλεγε, κατὰ τὰ κρυπτὰ τῶν ἔργων, ἀπόδος τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν αὐτοῖς. Ὁ διορατικὸς, ἐπιστημονικῶς τοῖς πράγμασι προσερχόμενος, ὡς βλαπτικὰ τὰ φαῦλα ἀποστρέφεται, αἱρούμενος τὰ ἀγαθὰ, ὠφέλιμα ὄντα. Ὁ δὲ φαῦλος ἡδονῇ θελγόμενος, ἐργάζεται τὰ κακὰ, οὐχ

dit te, atque hæc fruſtrà Deo dicis: vel nihil committis iniqui, & nequaquam perdit te Deus: neque enim Deus tam iniuſtus eſt. Audemus itaque ex Euangelio, & dicimus, Deum ſimul trahere iuſtum cum peccatoribus, ſimul trahere iuſtum propter peccatores, & operantes iniquitatem, vt ſalui fiant. Qui autem myſterium hoc non capiebant, arguebant Ieſum dicentes: *Manducas & bibis cum peccatoribus.* Ipſe autem multùm aberat, vt ab ipſis detrimentum caperet, quin etiam ipſis proderat. Sic etiam contingit, cùm quiſpiam Chriſti imitator hoc facit: nam certè ſi quis imparatus & imbecillis in tantum periculum ſe conijciat, vt cum peccatoribus & operantibus iniquitatem conuerſetur, neque ipſis proderit, & ſeipſum perdet. Propheta igitur hîc vult ſeſe præmunire, vt poſſit quidem cum peccatoribus & iniquitatem operantibus verſari, neque tamen cum illis ſimul trahi. Fortaſſis verò etiam peccatores qui curari nequeunt, deteſtatur, cùm hoc dicit: nam addidit: *Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum.* Valdè enim impij ſunt, quia nec vt amici afficiuntur, neque vt inimici loquuntur; ſed continent quidem inimicitiam in ſemetipſis, verbis autem pacificis ſimulant amicitiam. Iſtiuſmodi autem hominibus nihil eſt deteſtabilius. Tales itaque vir iuſtus auerſatur. Quin & conſiderate, quomodo etiam Saluator noſter cum peccatoribus quidem conuerſatus fuerit, & cum meretrice; ſed non cum tali, quæ loquebatur quidem pacifica; mala autem in corde ſuo. Vel precatur dicens: Cùm iniquè agentem omnino ſequatur interitus; iuſtitiam mihi præbens, ne permittas me verſari in iniquitate, ne ſimul pereann cum ijs qui illam operantur.

4. DA ILLIS SECVNDVM OPERA EORVM.] ANONYMI. Docemur his verbis peccata omnia deponere. Nam ſi non ſimus puri, oportet nos puniri, vt corrigamur. *Secundùm opera*, inquit, *manuum eorum tribue illis.* quaſi dicat: Secundùm opera ipſorum occulta, redde retributionem eorum ipſis. Qui perſpicax eſt, ſcitè res aggrediens, praua tamquam noxia auerſatur, eligens bona quæ vtilia exiſtunt. Improbus verò voluptate allectus, operatur mala, non conſi-

CATENA PATRVM.

Matt. 2,16

Viris perfectis ſolis licet conuerſari cum peccatoribus.

Simulatoribus nil pernicioſius.

Qui ratione non ducuntur, ſunt corrigendi.

CATENA PATRVM.

conſiderans eorum damnum. Cùm itaque ratione non percipiat eorum detrimenta; rogat hic vir ſanctus vt retribuantur ipſi, ſecundùm opera eius, ea quæ moleſta ſunt; vt vel ob moleſtias ipſas mala deteſtetur, quæ ipſi cauſa fuere ſupplicij.

6. BENEDICTVS DEVS.] ORIGENIS. Cùm hominibus mala precatus fuiſſet, Deo benedicit, quòd ipſum exaudiſſet. Verùm ea quæ dicta ſunt, ſic intelligantur, vt optet peccatoribus pœnitentiam & emendationem.

7. ET REFLORVIT CARO MEA.] DIDYMI. Is, cuius cor propter acceptum auxilium lætatur, poſſet etiam dicere, *Et caro mea refloruit.* Vel etiam propter ſpem reſurrectionis, iuxta

Iſaiæ 64. 14. illud, *Et oſſa veſtra quaſi herba germinabunt.*

9. SALVVM FAC POPVLVM TVVM.] ORIGENIS. Saluum, inquit, fac populum tuum iſtum, cuius fortitudo exiſtis; benedicens hereditati tuæ, quæ non eſt diuerſa à po-

Pſal. 2, 8. pulo tuo. Hæc eſt de qua dicitur: *Et dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Benedic autem ipſi, omni benedictione ſpirituali: ſed & rege illos per omne hoc ſæculum. Nam in futuro cùm pecorum conditionem exceſſerint, te inſtitutore ac præceptore vtentur.

ὀρθῶν αὐτῆς τὸ βλαβερόν. Ἐπεὶ ἂν λογικῶς οὐκ αἰσθάνεται τῆς βλαβερῶν, εὔχεται ὁ ἅγιος ἀποτίσαι αὐτῷ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ὀδυνηρά, ὅπως ἂν διὰ τοὺς πόνους ἀποστραφῇ τὰ κακά, αἴτια κολάσεως αὐτῷ γεγενημένα.

ϛʹ. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εὐξάμενος δὲ κακὰ ἀνθρώποις, εὐλογεῖ τὸν Θεόν, ὅτι εἰσήκουσεν αὐτοῦ. Ἀλλὰ τὰ εἰρημένα νοείσθω, ὅτι εὔχεται μετάνοιαν καὶ διόρθωσιν τοῖς ἡμαρτηκόσι.

ζʹ. ΚΑΙ ΑΝΕΘΑΛΕΝ Η ΣΑΡΞ ΜΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Λέγοι δ' ἂν καὶ ὁ τῆς καρδίας διὰ τὸ βοηθηθῆναι χαιρούσης, Καὶ ἡ σάρξ μου ἀνέθαλεν. Ἢ καὶ διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως, κατὰ τὸ· Καὶ τὰ ὀστᾶ ὑμῶν ὡς βοτάνη ἀνατελεῖ.

θʹ. ΣΩΣΟΝ ΤΟΝ ΛΑΟΝ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Σῶσον, φησί, τὸν λαόν σου τοῦτον, οὗ κραταίωμα τυγχάνεις· εὐλογῶν τὴν κληρονομίαν σου, οὐκ ἄλλην τοῦ λαοῦ οὖσαν. ἥτις ἐστί, (περὶ ἧς λέγει), Καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου. Εὐλόγησον δὲ αὐτὴν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ· ἀλλὰ καὶ ποίμανον αὐτούς, εἰς πάντα τὸν αἰῶνα τοῦτον· ἐν γὰρ τῷ μέλλοντι ὑπερβάντες τὴν θρεμμάτων κατάστασιν, παιδευτῇ καὶ διδασκάλῳ σοι χρήσονται.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS eſt, *Pſalmus ipſi Dauid*, ſicut etiam Vulgata legit; Græcè, τῷ Δαβίδ, quod in Sixtina, & quibuſdam codicibus habetur, τοῦ Δαβίδ, *ipſius Dauid.* Notat autem Euſebius ex traditione Hebraica, huiuſmodi Pſalmis, qui abſque vlla additione, vel *Dauidis* vel *Dauid* inſcripti ſunt, conuenire inſcriptionem illius Pſalmi, qui proximè iſtos præceſſit, vt inſcriptionem XXII. Pſalmi ijs qui poſt eum ſecuti ſunt.

Argumentum quod ſuprà in Paraphraſi præmiſſum eſt, indicat hunc Pſalmum à Dauide dictum fuiſſe, cùm eum Saül perſequebatur. Quod item ſentiunt Theodoretus & Euthymius. Sed benè probat Bellarminus hoc minimè ſubſiſtere. Primò, quòd in titulo hoc non indicetur, ſicut àliàs ferè ſemper fieri ſolet, cùm ad hiſtoriam Pſalmus reſpicit. Secundò, quòd in hoc Pſalmo is qui loquitur, appellet ſe regem; Dauid autem eo tempore nondum rex erat. Tertiò, quòd in eodem Pſalmo dicat is qui loquitur, ſe exauditum eſſe, & refloruiſſe carnem ſuam: quod certè Dauidi, pro eo tempore quo Saülem fugiebat, conuenire non poteſt. Recentiores aliqui exponunt de Dauide iam rege, & perfectè liberato à perſecutione Saülis. Sed ſi ita eſſet, non diceret, *Ad te Domine clamabo, ne ſileas à me*; ſed diceret, *Ad te Domine clamaui*, &c. Videtur igitur præferenda S. Auguſtini, & S. Hieronymi expoſitio, qui in perſona Chriſti Pſalmum hunc à Dauide cantatum fuiſſe volunt. Dauid enim qui ſimul præuidebat paſſionem & glorificationem Chriſti, conuenienter ea coniungere potuit, ſicut etiam fecit in Pſalmo XXI. cuius Pſalmi longiſſimi & pulcherrimi hic quaſi compendium eſt. ita Bellarminus. *Hic Pſalmus eſt ex perſona Chriſti.*

1. *Ne ſileas à me.*] Ita Vulgata, & S. Auguſtinus; Græcè, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ; Sixtina editio habet, ἐπ' ἐμοί, *ſuper me*; Aquila, μὴ κωφεύσῃς, quod S. Hieronymus vertit, *ne obſurdeſcas mihi*; Euſebius ex Symmacho, μὴ σιγήσῃς ἐξ ἐμοῦ, μήποτε ἡσυχάσαντός σου ἀπ' ἐμοῦ ὁμοιωθῶ τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον, *ne taceas à me, ne fortè ſilente te procul à me, aſſimiler deſcendentibus in lacum.* Hæc autem repetitio, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, *ne quando taceas à me*, in multis Græcis codicibus non eſt; habetur tamen in editione Vulgata Latina, & in veteri Pſalterio, item in Æthiopico & Arabico, & apud S. Auguſt. & Theodoretum. Senſus horum verborum eſt, ac ſi dicat: Ne quæſo, Domine; verbum tuum contineas, quo ſoles me ceu filium erudire; quia ſi hunc fauorem mihi pretioſiſſimum deneges, poſſum certè inter mortuos reputari. *Durum eſt viro pio Deum non audire loquentem.*

2. *Exaudi Domine vocem deprecationis meæ.*] Sixtina editio omittit vocem κύριε, *Domine*, quam

quam tamen Vulgatus expreſſit, & Nobilius notat, in alijs libris tam Græcis quàm Latinis reperiri, licet S. Hieron. in epiſt. ad Suniam fateatur eſſe additam.

Extenſio manuum, eſt orantiũ habitus.

IBIDEM. *Dum extollo manus meas.*] Ex hoc loco intelligimus, antiquiſſimum orantium habitum fuiſſe paſſas manus, quas Tertull. lib. de Orat. cap. 13. vocat *expanſas*, hoc eſt, in altum mediocriter erectas & extenſas. Id fieri à Chriſtianis cupiebat D. Paulus, & ſuadebat vt orarent in omni loco, *leuantes puras manus.* (1.Tim.2,8) *Puras* vocat, non Iudaico more ablutas, ſed, vt eſt in Græco, ὁσίους, *ſanctas*, puras, innocentes, nullâ peccati ſorde contaminatas. Tertull. cùm de oratione diſſerit, manus *innocuas* appellat. Hunc geſtum natura ipſa docuit, tum expoliuit ratio, & virorum ſapientum exempla monitaque celebrauerunt. Nullaque fuit natio aliquo genere pietatis erudita, quæ non tollendas in precando manus tacitâ Numinis præſenſione duceret. *Habitus orantium hic eſt* (inquit Apuleius lib. de Mundo) *vt manibus extenſis in cælum precemur.* Itaque veterum antiquiſſima ſacra, quæ nominantur *Orgia*, nomen habuiſſe volunt ab ὀρέγειν, quod eſt ἐκτείνειν τὰς χεῖρας, *manus extendere*, vel, vt Poëtæ canunt,

Tendere ſupinas ad cælum cum voce manus.

Chriſtiani quoque hoc adminiculo pietatis vario modo vſi ſunt, vt more ſuo doctè Creſollius noſter lib. 3. Myſtagogi cap. 21. deſcribit, exemplis illuſtrat, & antiquiſſimorum auctoritate Patrum confirmat. Vt plurimum autem manus efferebant. quod modicè faciendum monet Tertullianus, non vt furioſi faciunt, qui ſupra caput iactant manus; ſed eâ prope ratione quâ videmus id facere ſacerdotes in diuinis aræ myſterijs obeundis, qui geſtus ipſius orationis contentionem multùm iuuat. Nam animus aliarum rerum oblitus, & vix terræ corporiſque memor, velut alatis manibus geſtit in cælum atque ad Deum contendere. Prætereà ſic orans ſignificat, ſe cupidè ad Dei præſidium, vt ad parentis optimi ſinum, confugere, quemadmodum pueri parui metu aliquo debilitati, protenſis manibus ad gremium parentis ſuæ accurrunt; aut qui medio in naufragio verſantur, tendunt manus ad amicum ſoſpitatorem. Adhæc, cùm manus ſint organum organorum, (vt poſt Ariſtotelem D. Thomas ait) quarum vim maximè in tribus ſitam eſſe videmus, in dando, in agendo, in repellendo; qui manus piè in orationibus ad Deum attollit, quidquid eſt, tradere penitus, & committere in ſancti Numinis poteſtatem videtur.

Extenſio manuum quid ſignificet.

3. *Ne ſimul trahas me.*] Ita etiam Vulgatæ codices emendati, cùm alij legant, *tradas*; Sixtina pro *me*, legit, τὴν ψυχήν μου, *animam meam*, quomodo etiam S. Auguſt. & Pſalterium vetus transferunt. Verſus hic idem eſt cum illo Pſalmi 25. (Pſal. 25,9.) *Ne perdas me cum peccatoribus, & cum viris ſanguinum vitam meam.* Quales porrò illi ſint quos maximè deteſtetur, & à quibus eſſe quàm remotiſſimus velit, ſequentia verba enucleatiùs exponunt, *Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum.* Quorum, inquit, pectus amaro felle obducitur, linguâ melle ſaccaroque dulceſcit. An non monſtrum horrificum eſt hoc biforme, cælo inimicum, hominibus odioſum, in corde ſtrictum habere gladium, inuidiâ & crudelitate politum, in lingua pacem amoremque ventilare? Regius Vates in huiuſmodi monſtra ſæpè inciderat, quæ oratione ſuâ pungebat, & omni animo abominabatur. Quid autem ijs impendeat mali, Eccleſiaſtici auctor diuino afflatu prouidit, cùm horribile *væ* denuntiat: *Væ duplici corde.* (Eccli. 2,14) Illud *væ* rei grauitatem, & diris iam deuotum caput, ſuppliciaque ſignificat. Eſt enim ſcelus Deo inuiſum, qui ſumma veritas eſt, quæ ſimulatione conuellitur: eſt & infeſtum hominibus, cùm fides, & mutua inter ſe communio candorque tollatur. Vide à nobis plura in hunc ſenſum ad Pſalmum XI. v. 3. & 4. annotata.

Dauid ſummoperè duplices & fictos auerſabatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Quid ſit intelligere in aliquid.

5. *Non intellexerunt in opera Domini.*] In Vulgata hoc loco omittitur præpoſitio *in*, ſed in Hebræo אֶל, & in Græco εἰς vtrobique additur. Eſtque phraſis Hebraica, iuxta quam *intelligere in aliquid*, eſt intelligere illud, & intellectum ſuum ad id accommodare. Poſtquam autem dixit, *opera Domini*; adiecit, *opera manuum eius*, ad ſignificandum opera magnæ potentiæ Dei, quæ per manum eius ſignificatur. Vel, vt Euthymius exponit, ad ſignificandum opera illa non caſu fortuito, ſed ſummo conſilio & ſtudio perfecta eſſe. Nota autem, quomodo non ædificentur, qui non intelligunt; & deſtruantur, qui opera Dei cognoſcere, aut ſedulâ ſecum mente peruoluere omittunt. Quem intellectionis cum ædificatione nexum Hebraicorum verborum elegans paronomaſia confirmat; quam Agellius accuratè notauit, ſiquidem ſimilia verba in Hebræo ſunt, intelligendi & ædificandi. Illud enim dicitur בן *ban*, id eſt *intelligere*; hoc verò בָּנָה, quod eſt *ædificare*. Qui ergo opera Dei non intelligunt, ijs apertè redditur, vt non ædificentur. Neque ſolùm in ſono vocis conuenientia retributionis huius poſita eſt, verùm etiam in rebus ipſis. Nam intelligentia, quodammodò ſtructura & ædificatio quædam eſt multarum rerum, ſimul in vnam cognitionem compoſitarum atque conſtructarum. ita Agellius.

Intellectionis & ædificij cohærentia.

7. *Et refloruit caro mea.*] Aquila vertit, καὶ ἠγαυριάσατο ἡ καρδία μου, *& exultauit cor meum*; Symmachus, καὶ ἱλαρώθη ἡ καρδία μου. quod S. Hieron. tranſtulit, *& gauiſum eſt cor meum*; Euſebius tamen pro Symmachi verſione refert, *ἀνθήσει ἡ καρδία μου, florebit cor meum*; Theodotion reddit, καὶ ἀνέθαλεν ἡ καρδία μου, *& refloruit cor meum*; Quinta editio legit, ἐκραταιώθη ἡ καρδία μου, *roboratum eſt cor meum.* Sed ex his omnibus prima lectio eſt meritò præferenda, quam etiam Vulgata retinuit. Magna ſanè eſt carnis Chriſti, de qua hîc ſermo eſt, cum flore connexio, vt mirum non ſit, ſi tamquam flos refloruiſſe dicatur. Vbi ſuum pondus habet iſtud verbum, *refloruit*: non enim caſu accidit, quòd non dixerit, *floruit*. Siquidem non ſemel Chriſti caro floruit, ſed bis; ſcilicet cùm ex virgineo ventre primùm prodijt, & poſt paſſionem demum glorioſior reſurrexit: vti pulchrè S. Ambroſius Serm. 57. expendit. *Refloruit*, inquit, *caro mea. Videte quo verbo vſus eſt: non ait Floruit, ſed Refloruit. Non enim refloreſcit, niſi quod ante floruerit. Floruit autem caro Domini, cùm primum de Maria virginis illibata vulua proceſſit, ſicut ait Iſaias dicens: Exibit virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Refloruit autem, cùm ſucciſo per*

Caro Chriſti bis floruit.

ANNOTATIONES CORDERII.

Iudæos corporis flore, rediuiua de ſepulchro reſurrectionis gloriâ germinauit. Iiſdem penè verbis S. Maximus Serm. 5. de reſurrect. *Non refloreſcit*, inquit, *niſi quod antè floruit. Floruit enim caro Domini, cùm primùm de Virginis vulnâ proceſſit: refloruit autem, cùm rediuiua de ſepulchro germinauit; & in floris modum cunctis hominibus immortalitatis afflauit odorem.*

Deus ſuorum fortitudo & protector.

8. *Dominus fortitudo plebis ſuæ*, &c.] Nimirum populi Chriſtiani fortitudo ac defenſio ipſemet Deus eſt. Idem protector cuiuſque viri fidelis, quem Propheta Chriſtum vocat: vti exponit D. Hieron ad hunc locum his verbis: *Quicumque in Chriſto baptizatus eſt, & ipſe Chriſtus vocatur. Protector, id eſt defenſor ſaluationum, ſeu ſalutarium, quia omnes virtutes Chriſti diuinitas cuſtodit.* Hinc obiter colliges, quanta ſit dignitas hominis Chriſtiani, vt, quia baptizatus, & ſacro perunctus oleo, ac diuini Spiritus gratiâ perfuſus eſt, velut alter Chriſtus Dei Filius habeatur. Deinde quælibet virtus in Chriſto *ſaluatio*, vel *ſalus*, aut *ſalutare* dicitur; quin etiam in Chriſto Domino, vti ſunt infinitæ gratiæ, atque infinita merita, ſic iure optimo dicuntur infinitæ ſalutes, infinitæque ſaluationes. Qua ratione porrò Deus *fortitudo* & *protector* dicatur, vide ſuperiùs in Annotationibus ad Pſalmum 17. verſ. 2. & 3. theologicè explicatum.

IN PSALMVM XXVIII. ARGVMENTVM.

1. Pſalmus Dauid exitus tabernaculi.

α΄. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐξόδου σκηνῆς.

Geminam habet hic Pſalmus prophetiam, vnam quidem Ezechiæ regi; alteram verò [Chriſto] noſtrûm omnium Regi congruentem; qui cùm idolorum errorem ſuſtuliſſet, diuinæ cognitionis radijs orbem illuſtrauit. Atque admirabilis quidem Ezechias cùm Aſſyrios debellaſſet, cumque victoriæ nouitate exultaret, iubet populum Deo victimas rependere, & hymnis & gloriæ canticis gratias agere, & in aula ſancta ipſius, ſolitum cultum celebrare. Sublimiorem verò ſenſum contemplanti, tabernaculum quidem corpus hoc intelligatur; exitus autem tabernaculi, diſceſſus ab hac vita, ad quem hic nos ſermo præparari, & talia ac talia Domino afferre iubet. Quoniam geſta vitæ huius, viaticum quoddam ſunt ad futuram.

Διπλῆν ἔχει ὁ ψαλμὸς τὴν προφητείαν, τὴν μὲν ἁρμόττουσαν Ἐζεκίᾳ τῷ βασιλεῖ, τὴν δὲ τῷ πάντων ἡμῶν βασιλεῖ, ὃς τὴν εἰδώλων καταλύσας πλάνην, ταῖς ἀκτῖσι τῆς θεογνωσίας τὴν οἰκουμένην ἐφώτισεν. Καὶ ὁ θαυμάσιος μὲν Ἐζεκίας τὴν Ἀσσυρίων περιγενόμενος, καὶ τῷ παραδόξῳ τῆς νίκης ἐπαγαλλόμενος, παρακελεύεται τῷ λαῷ θυσίαις ἀμείβεσθαι τὸν θεὸν, καὶ ὕμνους αὐτῷ καὶ δοξολογίας προσφέρειν, καὶ ἐν τῇ αὐλῇ αὐτοῦ τῇ ἁγίᾳ τὴν νενομισμένην λατρείαν ἐπιτελεῖν. Πρὸς δὲ τὸν ὑψηλότερον θεωροῦντι νοῦν, σκηνὴ μὲν νοείσθω τὸ σῶμα· ἐξόδιον δὲ σκηνῆς, ἡ ἀπὸ τοῦ βίου ἀναχώρησις, πρὸς ἣν παρασκευάζεσθαι ἡμᾶς ὁ λόγος παρεγγυᾷ, τάδε τινα καὶ τάδε κομίζοντας τῷ κυρίῳ. ἐπείπερ ἡ ἐνταῦθα ἐργασία, ἐφόδιόν ἐστι πρὸς τὸ μέλλον.

PARAPHRASIS.

AFFERTE Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.

2. Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in * aula ſancta eius.

* *Vulgata* atrio ſancto

ΕΝΕΓΚΑΤΕ τῷ κυρίῳ υἱοὶ θεοῦ, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὺς κριῶν.

β΄. Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν καὶ τιμὴν, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ, προσκυνήσατε τῷ κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ.

Ignorantes decendi cultū Dei.

Vos, inquit, quibus diuina prædicatio cõcredita eſt, & qui filij Dei vocati eſtis, cum omni alacritate Dei prædicationẽ ad omnes mundi

Ὑμεῖς, φησὶν, οἱ τὸ θεῖον κήρυγμα πιστευθέντες, καὶ υἱοὶ κληθέντες θεοῦ, μετὰ πάσης προθυμίας τὸ θεῖον πανταχοῦ διαπορθμεύσαντι κήρυγ-

κήρυγμα, καὶ τοὺς ἐν ἀλογίᾳ τεθραμμένους λογικοὺς ἀποφήνατε, καὶ τούτους πρώτους τῷ θεῷ προσενήνοχατε. εἶτα διὰ τούτων τὸ σέβας καὶ τοὺς ὕμνους προσοίσατε, ἐν τοῖς θείοις οἴκοις τὸν εὐεργέτην γεραίροντες.

γ'. Φωνὴ κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησε, κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν.

Προλέγει δὲ τὴν φωνὴν οὐρανόθεν ἐνεχθεῖσαν, βαπτιζομένῳ Χριστῷ. βροντὴν δὲ αὐτὴν προσηγόρευσεν, ὡς εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην, διὰ τοῦ θείου κηρύγματος ἐξηχηθεῖσαν. Καὶ οὐ μόνον, φησὶ, Ἰορδάνης τὴν χάριν ἐδέξατο, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ τῇ γῇ καὶ θαλάσσῃ, τὸ τοῦ βαπτίσματος ἐπιτελεῖται μυστήριον, τῆς θείας ἐπικλήσεως ἁγιαζούσης τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν. Ἐντεῦθεν τὴν χορηγηθεῖσαν δύναμιν τοῖς ἀποστόλοις προαγορεύει.

δ'. Φωνὴ κυρίου ἐν ἰσχύϊ, φωνὴ κυρίου ἐν μεγαλοπρεπείᾳ.

Τὴν φωνὴν λέγει τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, τὴν ἰσχύος καὶ δυνάμεως τοὺς ἀποστόλους ἐμπλήσασαν ἐν τῇ πεντηκοστῇ, καὶ μεγαλοπρεπεῖς τοὺς εὐτελεῖς ἀποφήνασαν.

έ. Φωνὴ κυρίου συντρίβοντος κέδρους, καὶ συντρίψει κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου.

Τὴν τῶν εἰδώλων λέγει κατάλυσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ὑψηλὰ ἦν πάλαι τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, καρπὸν οὐδένα τοῖς σεβομένοις παρέχοντα, ταῖς τοῦ Λιβάνου κέδροις ἀπείκασεν· αἱ ὑψηλαὶ μὲν εἰσιν, ἐδώδιμον δὲ καρπὸν οὐ πεφύκασι φέρειν.

ϛ'. Καὶ λεπτυνεῖ αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον, καὶ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων.

Λίβανον δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνομάζει πολλάκις. Μόσχος δὲ ὁ ὑπ' αὐτῶν γενόμενος ἐν Χωρήβ. Ἐποίησαν γάρ, φησι, μόσχον ἐν Χωρήβ, καὶ προσεκύνησαν τῷ γλυπτῷ. ἀλλ' ἐκεῖνον Μωσῆς ὁ νομοθέτης συνέτριψε, καὶ ἐλέπτυνεν. Ἐκείνῳ τοίνυν λέγει παραπλησίως, τὰ τῆς οἰκουμένης εἴδωλα λεπτυνθήσεσθαι, καὶ ψευδῆ δειχθήσεσθαι. Ὁ δὲ πιστεύσας λαός, καὶ τῆς πλάνης ἐκείνης ἀπαλλαγείς, καὶ ἀγαπητὸς τούτου χάριν καλούμενος, ἀήττητος ἔσται καὶ ἄμαχος· ἅτε δὴ τῆς πολυθεΐας ἀπηλλαγμένος, καὶ τὴν μίαν προσκυνῶν θεότητα.

partes transferte; atque eos qui ſine ratione educati ſunt, rationis compotes reddite; & hos primos Deo afferte. Deinde per hos cultum & hymnos exhibete, in diuinis ædibus beneficij auctorem celebrantes.

PARAPHRASIS PATRVM.

3. Vox Domini ſuper aquas; Deus maieſtatis intonuit: Dominus ſuper aquas multas.

Prædicit autem vocem quæ cælitus delatâ eſt, cùm Chriſtus baptizaretur; vocauit autem eam tonitru, tamquam in orbem vniuerſum, per diuinam prædicationem effuſam. Et non ſolùm, inquit, Iordanis hanc gratiam accepit; ſed in omni terrâ ac mari baptiſmi myſterium adminiſtratur, diuinâ inuocatione aquarum naturam ſanctificante. Prædicit deinde virtutem, quæ Apoſtolis data eſt.

Vox Domini ſuper aquas baptiſmi.

4. Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.

Vocem hîc vocat gratiam Spiritus, quæ Apoſtolos virtute & potentiâ repleuit in Pentecoſte, & magnificos, cùm abiecti eſſent, reddidit.

Vox Domini, eſt gratia Spiritus ſancti.

5. Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.

Idolorum intelligit euerſionem. Cùm enim olim alta eſſent delubra idolorum, nec vllum fructum cultoribus ſuis afferrent, hæc cedris Libani aſſimilauit; quæ quidem ſublimes ſunt, ſed eſculentum fructum ferre non valent.

Idola cedris infructuoſis ſimilia.

6. Et comminuet eas tamquam vitulum * Libanum: & dilectus, quemadmodũ filius vnicornium.

** Vulgatà Libani.*

Libanum autem Ieruſalem ſæpè nuncupat. Vitulus autem eſt ille qui ab illis factus fuit in Horeb. *Fecerunt* enim, inquit, *vitulum in Horeb, & adorauerunt ſculptile.* Sed illum Moyſes legiſlator confregit atque comminuit. Inſtar illius igitur ait omnia totius orbis idola conterenda eſſe, & vana fore. Populus autem qui Deo credidit, & ab illo errore liberatus fuit, & dilectus ideò appellatus eſt, inuictus & inexpugnabilis erit, vtpote à multorum deorum cultu liber, & vnicam colens diuinitatem.

Pſal. 105, 19. Exodi 32, 4.

7. Vox

PARAPHRASIS PATRVM.

7. Vox Domini intercidentis flammam ignis.

8. Vox Domini concutientis deſertum: & commouebit Dominus deſertum Cades.

Ignis iuſtos illuminat, prauos cremat. Cùm enim Apoſtolorum chorus ignitam Spiritus ſancti gratiam accepiſſet, illuſtrabatur quidem, ſed non comburebatur: in futura autem vita, gemina vis ignis bifariàm diuiſa, virtutis athletas illuſtrabit, peccati verò amatores comburet. Quam ob cauſſam & ignis nominatur, & obſcuritas vocatur pœna improborum; eò quòd illa vis ignis quæ illuſtrat, ibi non exiſtat. *Deſertum Cades deſignat Gentes.* *Deſertum* autem *Cades* Gentes appellat, ſecundùm Iſaiam, tamquam olim Deo deſtitutas. Has Dominus concutiens (ſignificat autem hæc concuſſio, Dei aduentum) faciet vt ſalutem pariant, ſecun-
Iſaiæ 26, 18. dùm vaticinium, quod ait, *Et peperimus ſpiritum ſalutis,* quem feciſti ſuper terram. Propterea etiam *Cades* ipſum nominat, id eſt ſanctum.

9. Vox Domini * perficientis ceruos, & reuelabit condenſa: & in templo eius * omnis dicit gloriam.

* Vulgata præparantis

* Vulgata omnes dicent

Ceruorum natura, ſerpentibus inimica. Natura ceruis inſitum eſt, vt animantia reptilia contemnant. Hanc autem poteſtatem Apoſtolis etiam Dominus dedit. *Dedi*
Luc. 10, 19 enim, inquit, *vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* Hoc ſermone corroborati, deceptores dæmones orbe exterminarunt, atque idolorum imbecillitatem patefecerunt. *Apoſtoli lucos idolorum euerterunt.* Porrò *condenſa* [ſiue nemus] appellauit fana idolorum, vt penitus ſterilia. Huiuſmodi enim ſunt nemora, quæ optimi agricolæ excidere ſoliti, terrâ, quæ ſub ipſis eſt, apertâ, fructuoſas arbores plantant, & eſculenta ſemina iaciunt. Hoc etiam fecerunt orbis agricolæ: nam cùm idolorum delubra profundè radicata exſtirpaſſent, ſacras pro illis Eccleſias fundarunt. Idcircò *in templo eius omnis dicit gloriam*; ob admirandam hanc magnificentiam, ad laudis canticum excitatus.

10. Dominus diluuium inhabi-

ζ. Φωνὴ κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός.

η. Φωνὴ κυρίου συσσείοντος ἔρημον, καὶ σείσει κύριος τὴν ἔρημον Κάδης.

Πυρὸς ἐπειδὴ γὰρ τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος χάριν δεξάμενος ὁ τῶν ἀποστόλων χορὸς, ἐφωτίζετο μὲν, οὐκ ἐκαίετο δέ· ἐν τῷ μέλλοντι δὲ βίῳ ἡ διπλῆ τοῦ πυρὸς ἐνέργεια μεριζομένη φωτίσει μὲν τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀθλητὰς, ἐμπρήσει δὲ τῆς κακίας τοὺς ἐραστάς. οὗ δὴ χάριν καὶ πῦρ ὀνομάζεται, καὶ σκότος καλεῖται τῶν παρανόμων ἡ κόλασις, ὡς τῆς φωτιστικῆς ἐνεργείας οὐ φαινομένης ἐκεῖ. Ἔρημον δὲ Κάδης τὰ ἔθνη φησὶ, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, ὡς ἔρημα πάλαι γεγενημένα θεοῦ. ἃ ὁ δεσπότης συσσείων (δηλοῖ δὲ τὴν θείαν ἐπιφάνειαν ὁ σεισμὸς) τεκεῖν παρασκευάζει τὴν σωτηρίαν, κατὰ τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν, Καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας, ὃ ἐποίησας ἐπὶ τῆς γῆς. τούτου χάριν καὶ Κάδης αὐτὴν ὀνομάζει, τουτέστιν ἁγίαν.

θ. Φωνὴ κυρίου καταρτιζομένου ἐλάφους, καὶ ἀποκαλύψει δρυμοὺς, καὶ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν.

Φύσις ταῖς ἐλάφοις τῶν ἑρπυστικῶν θηρίων καταφρονεῖν. Ταύτην δὲ τὴν ἐξουσίαν καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὁ δεσπότης ἔδωκε. Δέδωκα γάρ, φησιν, ὑμῖν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Τούτῳ κρατυνθέντες τῷ λόγῳ, τοὺς ἀπατεῶνας δαίμονας τῆς οἰκουμένης ἐξήλασαν, καὶ τὴν εἰδώλων ἐγύμνωσαν ἀσθένειαν. Δρυμὸν δὲ προσηγόρευσε τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, ὡς ἄκαρπα παντελῶς. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ δρυμοὶ, οὓς ἐκκόπτειν εἰωθότες οἱ ἄριστοι γεωπόνοι, καὶ τὴν ὑπ' αὐτῶν νεμομένην γυμνοῦντες γῆν, τὰ κάρπιμα φυτεύουσι δένδρα, καὶ τὰ ἐδώδιμα καταβάλλουσι σπέρματα. Τοῦτο δεδράκασι καὶ οἱ τῆς οἰκουμένης γεωργοί· πρόῤῥιζα γὰρ ἀνασπάσαντες τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, τὰς θείας ἀντ' ἐκείνων ἐκκλησίας ἐφύτευσαν. Διὰ τοῦτο ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν, ὑπὸ τῆς παραδόξου ταύτης μεγαλουργίας εἰς ὑμνῳδίαν διεγειρόμενος.

ι. Κύριος τὸν κατακλυσμὸν κατοι-

τοικιεῖ, καὶ καθιεῖται κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα.

Τὴν γὰρ τῷ χειμάῤῥῳ τῆς ἀνομίας καταποντισθεῖσαν οἰκουμένην, οἰκοδομήσει, καὶ νεουργήσει, καὶ νέαν κτίσιν ἐργάσεται. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος βοᾷ· Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις. Τοῦτο δέ, φησι, ποιήσας, οὐκ ἐάσει χώραν λοιπὸν λαβεῖν τὴν ἀσέβειαν, ἀλλ' εἰς αἰῶνα βασιλεύσει.

ια. Κύριος ἰσχὺν τῷ λαῷ αὐτοῦ δώσει, κύριος εὐλογήσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ.

Διὰ τούτων προηγόρευσε καὶ τὰς τῶν ἀσεβῶν ἐπαναστάσεις, καὶ τῶν νικηφόρων μαρτύρων τὴν νίκην· καὶ τὴν μετὰ ταῦτα παρασχεθεῖσαν ταῖς ἐκκλησίαις εἰρήνην.

tare * faciet: & ſedebit Dominus Rex in æternum. COMMENTARIUS PATRUM. * Vulg. facit:

Orbem enim hunc torrente iniquitatis ſubmerſum, reædificabit, & renouabit, nouamque creaturam faciet. Propter quod etiam B. Paulus exclamat, *Si qua in Chriſto noua creatura.* Ceterùm, inquit, cùm hoc effecerit, non ſinet ampliùs locum habere impietatem, ſed ipſe in æternum regnabit. 2. Cor. 5, 17.

11. Dominus fortitudinem populo ſuo dabit: Dominus benedicet populo ſuo, in pace.

Per hæc etiam inſultus impiorum, & triumphantium Martyrum victoriam, pacemque poſtmodum Eccleſijs exhibitam prædixit.

COMMENTARIVS.

α. ΕΝΕΓΚΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΥΙΟΙ ΘΕΟΥ.] Ἐπεὶ οὐ πᾶν δῶρον εὐπρόσδεκτον, οὐδὲ ἀπὸ παντὸς, βούλεται ὁ λόγος υἱοὺς ἡμᾶς πρῶτον γενέσθαι θεοῦ, καὶ οὕτω προσάγειν. δι' ἁγιασμοῦ γὰρ ἡ πρὸς τὸν ἅγιον οἰκείωσις. Μέγα δὲ προσάξεις δῶρον, φησιν, εἰ τοὺς υἱοὺς τῶν κριῶν ποιήσεις υἱοὺς θεοῦ, διὰ διδασκαλίας, καὶ νομῆς πνευματικῆς, μεταβαλὼν τὴν ἀλογίαν, καὶ εἰς υἱῶν θεοῦ τάξιν διὰ προκοπῆς ἀναγαγών. Ἢ υἱοὺς καλεῖ θεοῦ, τοὺς ἀπολαύσαντας θείας κηδεμονίας, ὧν ὡς υἱῶν ἐφείσατο, οὓς καὶ παρακελεύεται προσάγειν υἱοὺς κριῶν, ἤτοι κριοὺς νεογνούς. ἔπειτα πρὸς ταῖς θυσίαις καὶ φθέγγεσθαι περὶ αὐτοῦ τὰ δόξης καὶ τιμῆς ἄξια. Ὅσῳ γάρ, φησι, δι' ὧν εὐγνωμονεῖτε, ἔνδοξον ποιεῖτε τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα, τοσούτῳ καὶ βεβαιότερον ἕξετε αὐτὸν εἰς βοήθειαν. Καὶ τὰ ἐπαγόμενα, τροπικῶς ἐκλαμβάνει εἰς τοὺς Ἀσσυρίους, διὰ τὸ αὔξειν τὰ πράγματα τὰς τροπάς. Πλὴν ἰσοδυναμεῖ τούτοις, καὶ τὰ ἐν τῷ ἐνενηκοστῷ πέμπτῳ ψαλμῷ περὶ κλήσεως τῶν ἐθνῶν· Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐν οἷς ὁ λόγος τὴν εὐαγγελικὴν χάριν, καθ' ὅλης χεθήσεσθαι προθεσπίζει τῆς οἰκουμένης. Παραγγέλλει γὰρ τὰ λεχθέντα κομίζειν, οὐκ Ἰουδαίοις, ἀλλὰ ταῖς πατριαῖς τῶν ἐθνῶν· ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς, ταῖς συγγενείαις τῶν λαῶν. Ὠβέλισται γὰρ παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα τὸ υἱοὶ θεοῦ, ὡς μὴ ἐγκείμενον τῷ

1. AFFERTE DOMINO FILII DEI.] Quoniam non quodlibet, nec cuiuſuis donum, acceptum eſt; vult hic ſermo nos primùm fieri filios Dei, ac deinde dona afferre. Per ſanctitatem enim cum ſancto familiaritas contrahitur. Magnum porrò, inquit, munus afferes, ſi filios arietum effeceris filios Dei, per doctrinam & paſtum ſpiritalem irrationalitatem immutando, & in filiorum Dei ordinem per profectum adducendo. Vel *filios Dei* vocat illos, qui fruiti ſunt curâ diuinâ, quibus tamquam filijs pepercit; quos etiam iubet adducere *filios arietum*, ſiue arietes tenellos. Deinde præter ſacrificia, iubet etiam loqui de ipſo gloriâ & honore digna. Quantò enim, inquit, Dei nomen per hos magis illuſtre ac glorioſum reddideritis; tantò & firmius ab ipſo præſidium habebitis. Quæ autem ſubiunguntur, figuratè accipit de Aſſyrijs, eò quòd res geſtas fugæ augeant. Ceterùm his æquiualent illa quæ in Pſalmo nonageſimo quinto, de vocatione Gentium dicuntur, *Afferte Domino patriæ gentium*; &c. in quibus oraculum gratiam Euangelicam per vniuerſum orbem diffundendam prædicit. Iubet enim illa quæ recenſita ſunt afferre, non Iudæos, ſed patrias gentium; vel ſecundùm reliquos, cognationes populorum. Apud Septuaginta enim expunctum eſt illud, *filij Dei*, quòd in Hebræo id non habea-

Perſona offerens grata ſit, vt donum eius Deo acceptum fiat.

Filij Dei qui.

Nomen Dei glorificandum.

Pſal. 95, 7.

Patriæ gentium Deo gratæ factæ ſunt.

COMMENTARIVS PATRVM.

habeatur, nec apud alios: ſed *afferte Domino filios arietum*. Non iubentur autem ipſi arietes afferre, ſed *filij arietum*, quod exiſtimo non differre à patrijs Gentium. Quin etiam illud *filij Dei*, (vti & iſtud ex nonageſimo quinto Pſalmo) de Gentium conuerſione etiam prædicitur, cùm Apoſtoli Saluatoris noſtri, filij Dei dicti ſint, per quos vocatio Gentium perfecta eſt. Qui etiam præcipiuntur afferre Domino, non arietes, ſed *filios arietum*: cùm in Pſalmo quadrageſimo quarto ad Eccleſiam ex Gentibus dictum ſit, *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij*; & vt patrum ſuorum obliuiſcerentur, per illud, *Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui*, id eſt priorem populum, & ædem paternam, propter multorum deorum errorem. Filios itaque qui pro patribus nati ſunt, vocat *filios arietum*, propter carentiam rationis. Illud autem, *Afferte gloriam & honorem*, æquiualet iſti, *Sic luceat lux veſtra*; & iſti, *Glorificent*. Dicit verò etiam, *Gloriam nomini eius*, quod fit per doctrinas rectas. Quin & *honorem*, iuxta illud: *Honora Dominum de iuſtis laboribus tuis*. Porrò nomini eius gloriam tribuimus, quando propter opera noſtra illuſtria glorificatur. Vel gloriam accipit per ſana dogmata; honorem, per vitam probam. Ceterùm, pro *in aula ſancta*, Aquila quidem, *in decore ſanctificato* edidit; Symmachus verò, *in decore ſancto*. Vult enim nos cum decenti ornatu, & amica Deo iuſtitia facere adorationem. Poſt quæſitorum enim fructuum collectionem, neceſſaria eſt adoratio. Porrò hæc adoratio in aula, ſiue Eccleſia perficitur. Poſſit etiam aula ſuperna Ieruſalem intelligi; quapropter qui plantati ſunt in domo Domini, id eſt Eccleſia, ibidem effloreſcent.

Filij arietum qui dicantur. — Pſal. 44, 17. — Ibid. 11. — Matth. 5, 16. — Prou. 3, 9. — *Quomodo Dei nomen à nobis glorificetur.* — *Aula Dei Eccleſia, & cœlum.*

3. Vox Domini svper aqvas.] Cùm Aſſyrios, propter multitudinem, aquas appellaſſet; cupit declarare, quomodò ſola vox ſatis fuerit ad ipſos euertẽdos, armis minimè opus habẽs: quaſi de duce dextero verba faceret, qui ſolâ voce ſubigit inimicos. Atque ideo addidit, *Intonuit*, id eſt pronuntiauit, vt nimirum huius pronuntiationis magnitudinem oſtenderet. & quia vox hęc non eſt inefficax, adiungit, *In fortitudine*: neq; hoc ſolùm, verùm etiam, *In magnificentia*, id eſt perſpicuitate, & rerũ ipſarum

Aſſyrij aquis comparati. — *Efficacia vocis Dei.*

Ἑβραϊκῷ, μηδὲ παρὰ τοῖς ἄλλοις· ἀλλ' ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὺς κριῶν. οὐκ αὐτοὶ δὲ κελεύονται οἱ κριοὶ προσφέρειν, ἀλλ' οἱ υἱοὶ τῶν κριῶν· ὃ νομίζω μὴ διαφέρειν τῶν πατρίων τῶν ἐθνῶν. Πλὴν καὶ τὸ υἱοὶ Θεοῦ (ὡς τὸ ἐκ τοῦ ἐνενηκοστοῦ πέμπτου ψαλμοῦ) περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφῆς προφητεύεται, τῶν τοῦ σωτῆρος ἀποστόλων, υἱῶν λεγομένων Θεοῦ, δι' ὧν ἡ κλῆσις κατώρθωται τῶν ἐθνῶν. Οἳ καὶ προστάττονται τῷ κυρίῳ φέρειν, οὐ κριούς, ἀλλ' υἱοὺς κριῶν· ἐπειδὴ πρὸς τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν ἐλέγετο διὰ τοῦ τεσσαρακοστοῦ τετάρτου ψαλμοῦ, Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν οἱ υἱοί σου. καὶ τῶν πατέρων λήθην ποιήσασθαι, διὰ τοῦ, Ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, ἤτοι τοῦ προτέρου λαοῦ, καὶ τοῦ πατρικοῦ οἴκου, διὰ τὴν πολύθεον πλάνην. Τοὺς οὖν ἀντὶ τῶν πατέρων υἱούς, υἱοὺς κριῶν καλεῖ διὰ τὸ ἄλογον. Τὸ δέ, Ἐνέγκατε δόξαν καὶ τιμήν, ἰσοδυναμεῖ τῷ, Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν· καὶ τῷ, Δοξάσωσι. Λέγει δὲ καὶ δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ· ὃ γίνεται διὰ δογμάτων ὀρθῶν. Ἀλλὰ καὶ τιμήν, κατὰ τό· Τίμα τὸν κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων· Τῷ δὲ ὀνόματι αὐτοῦ περιάπτομεν δόξαν, ὅταν διὰ τῶν ἔργων ἡμῶν τῶν λαμπόντων δοξάζεται. Ἡ δόξαν λαμβάνει διὰ δογμάτων ὀρθῶν, τιμὴν διὰ βίου σεμνοῦ. Ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ, ὁ μὲν Ἀκύλας, ἐν εὐπρεπείᾳ ἡγιασμένῃ ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐν εὐπρεπείᾳ ἁγίᾳ. Βούλεται γὰρ ἡμᾶς, μετὰ τοῦ πρέποντος κόσμου, καὶ τῆς προσφιλοῦς τῷ Θεῷ δικαιοσύνης τὴν προσκύνησιν ποιεῖσθαι. Μετὰ γὰρ τὴν καρποφορίαν τῶν ἐπιζητουμένων, ἀναγκαία ἡ προσκύνησις. Προσκύνησις δέ, ἡ ἐν τῇ αὐλῇ, ἤτοι τῇ ἐκκλησίᾳ τελουμένη. Δυνατὸν δὲ αὐλὴν καὶ τὴν ἄνω νοεῖν Ἱερουσαλήμ. διὰ τοῦτο οἱ πεφυτευμένοι ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου, τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐκεῖ ἐξανθήσουσιν.

γ΄. ΦΩΝΗ ΚΥΡΙΟΥ ΕΠΙ ΤΩΝ ΥΔΑΤΩΝ.] Ὕδατα καλέσας τοὺς Ἀσσυρίους διὰ τὸ πλῆθος, βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἤρκεσε φωνὴ μόνη αὐτοὺς τροπώσασθαι, οὐχ ὅπλων προσδεηθείς· ὡς περὶ στρατηγοῦ δεξιοῦ λέγων, φωνῇ μόνῃ χειρουμένου τοὺς ἐχθρούς. Καὶ διὰ τοῦτο προσέθηκεν, ἐβρόντησεν, ἀντὶ τοῦ, ἀπεφήνατο, ἵνα τὸ μεγαλεῖον τῆς ἀποφάσεως δείξῃ. καὶ ὅτι οὐκ ἄπρακτος ἡ φωνή, προστίθησιν, ἐν ἰσχύϊ καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν μεγαλοπρεπείᾳ, ἀντὶ τοῦ, ἐν περιφανείᾳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ δείξει τῶν πραγ-

περιηγμάτων. Ἄλλος ὡς μὲν πρὸς τὸ αἰσθητόν, ἐπεὶ αἱ νεφέλαι πλήρεις γινόμεναι ὕδατος ψόφον ἀποτελοῦσι, καὶ ἡ θάλαττα πνεύματι ταραττομένη, βίαιον ἦχον ἐκπέμπει, δεικνύντος τοῦ λόγου, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις μονονουχὶ βοᾷ, τὸν ἑαυτῆς δημιουργὸν καταγγέλλουσα. κἂν βροντὴ δὲ ἐκ νέφους ἐκραγῇ, οὐκ ἄλλο τι χρὴ νομίζειν, ἢ ὅτι ὁ θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησε, καὶ ὅτι ὁ κύριος τὴν ὑγρὰν οὐσίαν συνέχει δι' ἑαυτοῦ. Τίς γὰρ ὁ συγκρατῶν τὸ τῶν ὑδάτων πλῆθος, καὶ μὴ ἐῶν τῇ φύσει κάτω ῥέπειν, καὶ φέρεσθαι; Τάχα δὲ μυστικωτέρα φωνὴ κυρίου, ἡ ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὅτε βαπτισθέντι τῷ Χριστῷ, φωνὴ γέγονεν, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου. Τότε γὰρ καὶ ὁ κύριος ἦν ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν, ἁγιάζων αὐτά· καὶ ὁ θεὸς τῆς δόξης, τῇ μεγαλοφωνίᾳ τῆς μαρτυρίας, ἄνωθεν ἐπεβρόντησε. Βροντὴ δὲ καὶ ἡ μετὰ τὸ βάπτισμα τοῦ εὐαγγελίου διαγγελία. Ἐν ἰσχύϊ δέ, ἀντὶ τοῦ, ἐν εὐτόνῳ καὶ ἰσχυρῶς κατεργαζομένῃ ψυχῇ τὸ ἀγαθόν, ἡ φωνὴ κυρίου, οὐκ ἐν ἐκλύτῳ καὶ ἀσθενεῖ. Ἢ ἀντὶ τοῦ, οὐ διὰ μόνων τῶν εἰρημένων περὶ ὑδάτων, ἡ φωνὴ παρίσταται τοῦ κυρίου, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, καὶ μεγαλοπρεπείας. τὰ γὰρ ὁρώμενα πάντα, παραστατικὰ τυγχάνει τῆς τοῦ συνισταμένου μεγαλειότητος καὶ ἰσχύος. Ἢ φωνὴν ἐν ἰσχύϊ φησὶ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν, τὴν ἰσχύος τοὺς μαθητὰς ἐμπλήσασαν, καὶ μεγαλοπρεπεῖς τοὺς εὐτελεῖς ἀποφήνασαν. Ἐπάγει δὲ καὶ ἃ κατώρθωσαν διὰ ταύτης τῆς φωνῆς, ὅτι τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη καθῃρήκασι, καὶ τὰ ἑξῆς.

ε'. ΦΩΝΗ ΚΥΡΙΟΥ ΣΥΝΤΡΙΒΟΝΤΟΣ ΚΕΔΡΟΥΣ.] Οὓς ἄνω ὕδατα ἐκάλεσε, νῦν κέδρους καλεῖ. ὡς γὰρ ἐκεῖ τὸ πλῆθος, οὕτω κἀνταῦθα τὸ ὑψηλὸν καὶ ὑπερήφανον, διὰ τῆς κέδρου παρέστησεν. οὓς καὶ συνέτριψε, φησι, κύριος, οὕτω εὐκόλως τὰς ὑψηλὰς κέδρους, ὡς τὰ μοσχεύματα, τὰ ἄρτι τῇ γῇ καταβαλλόμενα· ἡμᾶς δὲ τὸν ἠγαπημένον λαόν, οὕτως ἐποίησε φοβεροὺς αὐτοῖς, ὡς υἱοὺς μονοκερώτων. Λέγεται γὰρ φοβερὸν εἶναι τὸ ζῶον τοῦτο, διὰ τὴν ἰσχύν. Ἄλλος δὲ οὕτως, Οὐ πάσας τὰς κέδρους συντρίβει ὁ κύριος, ἀλλὰ τὰς τοῦ Λιβάνου, ἐπεὶ εἰδωλολατρείας τόπος ὁ Λίβανος. Ὅσαι οὖν ψυχαὶ κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ ἐπαίρονται, αὗται συντριβῆς ἀξιοῦνται. Ὡς γὰρ ἐν μεγαλοπρεπεῖ ψυχῇ γίνεται φωνὴ κυρίου, οὕτω τοὺς εἰκῇ φυσωμένους ἐν τοῖς τοῦ βίου ὑψώμασιν, ἤτοι ταῖς κοσμικαῖς εὐδοξίαις, συντρί-

exhibitione. Alius hoc quaſi ad ſenſum refert; quoniam nubes, cùm aquis plenæ fuerint, ſtrepitum efficiunt, atque mare vento perturbatum, vehementem ſonitum emittit; ſermone nimirùm demonſtrante, quòd vniuerſa creatura tantùm-non clamet, auctorem ſuum prædicans. Et cùm tonitru de nube ſtrepit, nihil aliud cogitandum, quàm Deum gloriæ tonuiſſe, Dominumque humidam naturam per ſe ipſum continere. Quis enim aquarum multitudinem continet, eamque naturâ ſuâ deorſum vergere ac ferri non ſinit? Fortè verò magis myſtica vox Domini ſuper aquas fuit, quando Chriſto baptizato, vox facta eſt, *Hic eſt filius meus.* Tunc enim etiam Dominus erat ſuper aquas multas, ſanctificans eas; & Deus gloriæ, magnificentiâ teſtimonij ſupernè intonuit. Quin etiam poſt baptiſma, tonitru fuit Euangelij prædicatio. *In fortitudine* verò, id eſt, in animo robuſto, ac fortiter bonum operante, vox Domini eſt, non in remiſſo & imbelli. Vel ac ſi dicat: Non ſolùm propter ea quæ de aquis dicta ſunt, vox Domini aſſiſtit; ſed etiam propter virtutem eius atque magnificentiam. Nam omnia quæ cernuntur, conditoris ipſorum magnificentiam virtutemque demonſtrant. Vel *vocem in fortitudine*, vocat Spiritus gratiam, quæ diſcipulos repleuit fortitudine, & ex abiectis magnificos reddidit. Subiungit etiam, quænam per vocem hanc effecerint; ſcilicet quòd idolorum delubra ſuſtulerint, &c.

COMMENTARIVS PATRVM.

Creatura vox Dei.

Matth. 3, 17.

Tonitru fuit Euangelij prædicatio.

5. VOX DOMINI CONFRINGENTIS CEDROS.] Quos ſuperiùs aquas appellauit, nunc cedros vocat. Quemadmodum enim illic multitudinem, ita hîc altitudinem & elationem per cedrũ deſignauit. Hos etiam, inquit, Dominus contriuit, tamq; facilè ſublimes cedros, ac nouella germina recèns terræ inſita; nos autem populum dilectum, ipſis tam formidabiles effecit ac filios vnicornium. Dicitur enim animal hoc eſſe formidabile, propter fortitudinẽ. Alius autem ſic explicat, q.d. Non omnes cedros conterit Dominus, ſed Libani, quia nimirum Libanus erat locus idololatriæ. Quæcumque igitur animæ contra cognitionem Dei extolluntur, contritione dignæ ſunt. Sicut enim in magnifica anima fit vox Domini, ſic etiam ob huius vitæ ſublimitates, ſeu honores ſæculares, vanè tumeſcentes conterit;

Deus cedros, id eſt elatos, conterit.

Libanus locus idolis infamis.

COMMENTARIVS PATRVM.

terit; vt qui rebus alienis ad ſuperbiam efferantur, ſiue gloriâ, ſiue diuitijs, ſiue robore, ſicut cedri altitudine Libani. Verùm non ſic cedri Dei: ſed cùm cedri eſſent infructuoſæ, iam à Dei vitibus obumbratæ, infructuoſitatem ſuam contegunt. Geminauit autem vocem, cùm dixit, *Et conteret*, declarans quòd non ſimplici modo conteret, ſed ſubauditur, comminuet eas, & omnem Libanum: vt hic ſenſus ſit, Conteret Dominus cedros Libani, & omnem Libanum, tamquam vitulum. Qualem vitulum? quem fecerant Iſraëlitæ in deſerto. Huius autem hîc meminit, quoniam quoque Libanus mons erat idolis ſacer. Hoc itaque præſens oraculum prædicit fore, vt, ſicut idolum vituli comminutum fuit & abolitum; ſic etiam omnia quæ in Libano erant, idola deleantur. Populus autem fidelis ac dilectus, eò quòd ab illorum errore alienus fuerit, inſuperabilis euadet, potentiâ tamquam vnicornis inexpugnabilis, quippe à multorum deorum cultu remotus, & vnicam venerans diuinitatem. Vnicornes enim patres ſunt, eò quòd vnico Deo vſi fuerint, & in eo honorati, iuxta illud, *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu.* Horum filij erant illi ex circumciſione.

Fideles vnicorni ſimiles.

Pſal. 43, 6.

7. Vox Domini intercidentis flammas.] Etiamnum *flammam ignis* vocat Aſſyrios, eò quòd omnes abſumerent, in quos incidiſſent. Dicitur itaque vox Dei flammam quoque hanc intercidiſſe. Deinde quodammodò Aſſyrijs, qui ſe locum omnem vaſtaturos arbitrabantur, inſultans, ſubiunxit: *Vox Domini concutientis deſertum*, id eſt, locum illum, quem deſertum appellare putabant, concuſſit Deus; dum, illis locum iſtum ita perdere ſperantibus, rurſus eum ſtabiliuit. *Cades* autem locum ſanctum vocat. Illos exinde, quos propter fortitudinem diuerſis anteà nominibus appellauerat, poſt vniuerſalem illam ab Angelo ipſis illatam ſtragem, propter ſuperſtites fugitiuos, ceruos nuncupat. (Animal enim illud timidum, & ad fugam promptiſſimum eſt.) Id eſt, vertit illos in fugam, quaſi ceruos; quibus fugientibus, reuelatum eſt nemus, id eſt, ciuitas, eiuſque magnificentia. Hoc enim pro exemplo poſitum eſt. Quemadmodum enim cerui in nemore exiſtentes, non ſinunt locum eſſe conſpicuum: ſic etiam hoſtibus imminétibus ciuitas quodammodo abſcondebatur; ipſis autem fugam capien-

Aſſyrij, flammæ ſimiles.

Timidi, ceruis comparati.

βεν· ἐν ἄλλοις ἔχοντας τὸ ἐπαίρεσθαι πρὸς ἀλαζονείαν, ἤτοι δόξῃ, ἢ πλούτῳ, ἢ ἰσχύϊ, ὡς αἱ κέδροι τῷ τοῦ Λιβάνου ὑψώματι. Οὐχ οὕτω δὲ αἱ τοῦ Θεοῦ κέδροι· ἀλλὰ κέδροι οὖσαι ἄκαρποι, ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀναδενδράδος σκεπόμεναι, τὸ ἄκαρπον συγκατακαλύπτουσι. ἐδιπλασίασε δὲ τὴν λέξιν, καὶ συντρίψει εἰπὼν, δεικνὺς, ὡς οὐχ ἁπλῶς συντρίψει· συνυπακούεται δὲ τὸ λεπτυνεῖ αὐτὰς, καὶ πάντα τὸν Λίβανον. ἵν' ᾖ οὕτω· Συντρίψει κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, καὶ πάντα τὸν Λίβανον ὡς τὸν μόσχον. Ποῖον μόσχον; ὃν ἐποίησαν οἱ Ἰσραηλῖται ἐν τῇ ἐρήμῳ. τούτου δὲ ἐμνήσθη ἐνταῦθα, ἐπεὶ καὶ ὁ Λίβανος τὸ ὄρος κατείδωλον ἦν. Τοῦτο οὖν ἐπαγγέλλεται ἡ παροῦσα προφητεία, ὅτι ὡς τὸ εἴδωλον ὁ μόσχος ἐλεπτύνθη καὶ ἠφανίσθη, οὕτω καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ Λιβάνῳ ἀφανισθήσεται εἴδωλα. Ὁ δὲ πιστὸς διχῶς λαὸς καὶ ἠγαπημένος, διὰ τὸ τῆς ἐκείνων πλάνης ἀπαλλαγῆναι ἀήττητος ἔσται, κατὰ τὴν δύναμιν ὡς ὁ μονόκερως ἄμαχος· ἅτε πολυθεΐας ἀπηλλαγμένος, καὶ μίαν πρεσβεύων θεότητα. Μονοκέρωτες γὰρ οἱ πατέρες, διὰ τὸ μόνῳ κεχρῆσθαι Θεῷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ σεμνύνεσθαι. ὡς τό, Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν. ὧν οἱ υἱοὶ οἱ ἐκ περιτομῆς.

ζʹ. Φωνὴ κυρίου διακόπτοντος φλόγα.] Καὶ νῦν φλόγα πυρὸς καλεῖ τοὺς Ἀσσυρίους, διὰ τὸ πάντας καταναλίσκειν, οἷς ἂν ἐμπέσοιεν. Λέγεται οὖν ὅτι ἡ φωνὴ τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν φλόγα ταύτην διέκοψεν. Εἶτα ὥσπερ ἐπεμβαίνων τοῖς Ἀσσυρίοις, οἳ ἐνόμισαν ἔρημον ποιῆσαι πάντα τὸν τόπον, ἐπήγαγε· Φωνὴ κυρίου συσσείοντος ἔρημον. ἀντὶ τοῦ, ὃν ἐνόμισαν τόπον καλεῖν ἔρημον, συνέσεισεν ὁ Θεὸς· ἐπὶ τῷ τοὺς μὲν ἐλπίσαντας οὕτως ἀπολέσθαι, τὸν δὲ τόπον αὖθις στηρίξαι. Κάδης δὲ τὸν ἅγιον λέγει τόπον. Εἶτα οὓς διὰ τὴν ἰσχὺν, ἄλλως καὶ ἄλλως προσεκέκληκε, μετὰ τὴν τοῦ ἀγγέλου ἐπ' αὐτοῖς πανωλεθρίαν, τῶν περιλοίπων πεφευγότων, ἐλάφους αὐτοὺς καλεῖ. (τὸ γὰρ ζῶον δειλὸν, καὶ πρὸς τὴν φυγὴν ἑτοιμότατον.) ἀντὶ τοῦ, παρεσκεύασεν αὐτοὺς φυγεῖν, ὡς ἐλάφους· ὧν φυγόντων ἀπεκαλύφθη ὁ δρυμὸς, ἡ πόλις, καὶ ἡ ταύτης μεγαλοπρέπεια. ὡς παράδειγμα γὰρ τοῦτο τέθειται. ὡς γὰρ ἐπὶ δρυμοῦ ἱστάμεναι ἔλαφοι, οὐ συγχωροῦσι φαίνεσθαι τὸν τόπον, οὕτω καὶ τῶν πολεμίων ἐπικειμένων μὲν, ὥσπερ συγκεκαλυμμένη ἦν ἡ πόλις· φυγῇ δὲ χρησα-

μένων,

μένων, ἀποκεκάλυπται. Διὸ καὶ ἐλευθερίας δοθείσης, καὶ ἀναπνευσάντων ἡμῶν, ἔξεστι, τῷ βουλομένῳ, εἴς τε τὴν πόλιν εἰσιέναι, καὶ εἰς τὸν οἶκον, καὶ δοξάζειν τὸν σωτῆρα. Αὐτὸς γὰρ τὸν δόξαντα καταπεκλεῖσθαι, καὶ ἀχρειωθῆναι τόπον, κατῴκησεν, οὕτω δοξάσας αὐτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ κατοικεῖ, καὶ βασιλεύει εἰς τὸν αἰῶνα. Εἶτα, ὡς σύνηθες αὐτῷ, εἰς τὴν τοῦ λαοῦ ἀλογίαν καταλήγει. Ἄλλως, φωνὴ κυρίου διακόπτοντος. Διεκόπη μὲν καὶ κατ' ἱστορίαν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας καμίνου ἡ φλὸξ τοῦ πυρός· ἐγένετο γὰρ ὡς πνεῦμα δρόσου διασυρίζον. Διακόπτεται δὲ τῇ φωνῇ τοῦ κυρίου, καὶ τὸ πῦρ τῆς γεέννης, ἵνα τὸ μὲν δριμὺ καὶ καυστικὸν τοῖς ἀξίοις καύσεως προσαποδείσῃ, τὸ δὲ φωτιστικὸν καὶ λαμπρὸν, τῇ τῶν εὐφραινομένων φαιδρότητι ἀποκληρωθῇ. Καὶ ὁ Ἰωάννης διοδεύσιμον τὸν τῶν ἡδονῶν φλογμὸν ποιήσας, φωνή ἐστι κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός. Καὶ ὁ τῶν Ἀποστόλων χορὸς φωτοειδῆ χάριν δεξάμενος, ἐφωτίζετο μὲν, οὐκ ἐκαίετο δέ. Συσσείει δὲ τὴν ἔρημον, ἵνα μεταβαλοῦσα, γένηται γῆ κατοικουμένη· καὶ ἀντὶ ἀτέκνου εὔτεκνος, κατὰ τὸ, Ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον. εἴη δ' ἂν ἔρημος τὰ ἔθνη, ἔρημα ὄντα θεοῦ. Τὴν ἔρημον ὁ δεσπότης συσσείων (δηλοῖ δὲ ὁ σεισμὸς τὴν θείαν ἐμφάνειαν) παρασκευάζει τεκεῖν σωτηρίαν, ἧς χάριν καὶ ἁγίαν αὐτὴν ὀνομάζει, τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ Κάδης. Ὁ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ συσσείοντος, ἐκτοκίζοντος· ὁ δὲ Ἀκύλας, ὠδίνοντος. Ἐσείσθη δὲ καὶ ἡ οἰκουμένη, ἔρημος οὖσα θείας γνώσεως, διὰ τοῦ εὐαγγελίου, ὡς μεταβαλεῖν αὐτὴν ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετήν. Ἢ τὸ συσσείοντος ἐπὶ τοῦ ἐξακούστου· ὡς τὸ, Εἰσερχομένου αὐτοῦ ἐσείσθη πᾶσα πόλις. Ἡ δὲ προειρημένη τοῦ κυρίου φωνὴ καταρτίζει ἐλάφους. φύσις γὰρ ταῖς ἐλάφοις, τῆς τῶν ἰοβόλων βλάβης καταφρονεῖν, καὶ κρείττονας εἶναι. Ταύτην τὴν ἐξουσίαν καὶ τοῖς ἱεροῖς δέδωκεν ἀποστόλοις, οἱ στομωθέντες καὶ οἷον καταρτισθέντες, τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, (ἃ τοῖς ἀκάρποις δρυμοῖς ἀπεικάζονται) ἀπεκάλυψαν· ἐκκόπτοντες μὲν τὸ ἐν αὐτοῖς ἄκαρπον (ἐξ ἀκάρπων γὰρ ὁ δρυμὸς, ὧν κοπτομένων ἀποκαλύπτεται) τὰς δὲ καρποφόρους ἐκκλησίας ἀντ' ἐκείνων φυτεύσαντες. Ἢ δρυμὸν τὴν ἐκκλησίαν καλεῖ, διὰ τὸ πάλαι ξύλων ἀκάρπων εἶναι μητέρα. Πρῶτον δὲ ἡ φωνὴ κυρίου καταρτίζει τὰς ἐλάφους, ἔπειτα ἀποκαλύπτει

tibus, reuelata fuit. Quare etiam obtentâ libertate, nobiſque reſpirantibus, licet, cui placuerit, in ciuitatem domumque ingredi, & laudem offerre ſaluatori. Ipſe enim locum illum qui concluſus ac deſertus videbatur, inhabitauit, hoc honore ipſum afficiens, & in eo habitat & regnat in æternum. Deinde, vti ſolet, in populi ſtoliditatem inuehendo, ſermonem finit. Aliter: *Vox Domini intercidentis.* Secundùm hiſtoriam quidem & interciſa fuit flamma ignis in fornace Babylonica, & facta eſt inſtar venti roris flantis. Interciditur autem voce Domini etiam ignis inferni; ita vt acerbitas quidem & vrendi vis vſtione dignis deputetur; illuſtrandi verò lucendique virtus, lætantium exhilarationi attribuatur. Quin & Ioannes, dum peruium facit incendium voluptatum, vox eſt Domini intercidentis flammam ignis. Et Apoſtolorum chorus, dum luciformem gratiam accepit, illuminatus quidem fuit, ſed non combuſtus. *Concutit* autem *deſertum*, vt immutatum fiat terra habitabilis, & pro ſterili fecunda reddatur, iuxta illud: *Quia multi filij deſertæ magis.* Gentes autem fuerint iſtud deſertum, quippe à Deo deſertæ. Hoc deſertum Dominus concutiens (deſignat autem concuſſio Dei aduentum) facit vt ſalutem pariat: quam ob cauſſam etiam ſanctum illud appellat; hoc enim *Cades* ſignificat. Symmachus pro *concutientis*, legit *parientis*; Aquila verò, *parturientis.* Quin & orbis etiam per Euangelium concuſſus fuit, cùm diuinâ eſſet cognitione deſtitutus, vt à malitia ad virtutem eum conuerteret. Vel illud *concutientis* de celebritate dictum, iuxta illud: *Et cùm intraſſet ipſe, commota eſt vniuerſa ciuitas.* Porro prædicta Domini vox perficit ceruos. Natura enim ceruis eſt, quæ à venenatis beſtijs non lædatur, & vt his ſuperiores ſint. Hanc etiam poteſtatem Dominus ſanctis Apoſtolis cõmunicauit, quâ roborati, & quodammodò perfecti, delubra idolorum (quę infrugiferis nemoribus comparantur) reuelarunt; id quod quidem in ipſis infrugiferum erat, excidentes (ſiquidem lignis infrugiferis nemus conſtat, quibus reciſis reuelatur) fructiferas verò Eccleſias pro ijs inſerentes. Vel *condenſum*, vocat Eccleſiam, quòd olim lignorum infrugiferorum mater extiterit. Ac primùm quidem vox Domini perficit ceruos; deinde reuelat

Voce Domini quomodo flamma intercidatur. Dan. 3, 50.

Iſaiæ 54, 1. *Gentes quondam fuere deſertum.*

Matth. 21, 10. *Cerui à venenatis beſtijs non læduntur, quibus ſimiles ſunt Apoſtoli.*

condenſa, loca conſtipata ſilueſtribus & infrugiferis lignis, ad quæ maximè venenata animantia ſe recipere ſolent. Vir iuſtus igitur (qui ceruo comparatus eſt) reuelat condenſa; vt feræ inibi nidificantes conſpicuæ reddantur, quas cerui extrahunt. Reuelat etiam ſæcularium curarum (quæ ſpinę appellantur) deformitatem, vt liquidò bona malaque diſcernere valeamus. Obſerua verò quomodo in Dei templo exiſtens, haudquaquam vana annuntiet. Deus igitur ibi laudandus eſt, non vana proferenda (nam Angeli aſſiſtunt qui verba annotant) ſed quæcumque Deum laudare faciunt, idque in templo, ſed non extra; & non Iudæus ſolus, ſed omnis qui ex vniuerſis gentibus conuerſus eſt.

In templo reuerenter agendum.

10. DOMINVS DILVVIVM INHABITARE FACIT.] Diluuium eſt aquæ inundatio, ſubiectum delentis, & quod ſordidum eſt, purgantis. Fuerit igitur diluuium hoc, gratia baptiſmatis, quâ anima peccatis abluta, demum apta fit, vt fiat domicilium Dei. Huic conſentit id quod in Pſalmo trigeſimo primo ſcriptum eſt. Poſtquam enim dixerat: *Delictum meum cognitum tibi feci.* &, *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus*; ſubiunxit: *Verumtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.* Peccata enim non appropinquant baptizato, & peccatorum veniam per aquam & ſpiritum conſecuto. Vel *diluuium* vocat multitudinem credentium, iuxta illud, *Repleta eſt terra ſcientiâ Domini, ſicut aqua maris operientes.* Porrò vox *ſedebit*, immutabilitatem & permanentiam regni Dei declarauit. Animæ enim hocce diluuio ablutæ, tamquam throno cuidam Deus inſidet.

Baptiſmus diluuio comparatur.

Pſal. 31,5.

Iſa. 11,9.

11. DOMINVS VIRTVTEM POPVLO SVO DABIT.] A peccatore populo Dominus auferet robuſtum & potentem; iuſto verò ac rectè agenti dat fortitudinem. Qui autem ad opera bona præſtanda vires accepit, diuinâ benedictione dignus efficitur. Perfectiſſima autem benedictio, pax eſſe videtur; vt quæ confirmet rationem: adeò vt vir pacificus in hoc cognoſcatur, quòd mores iam ſtabiliuerit. Vel quòd etiam belli tempore corroborabit, & in tempore pacis benedicet.

Pax eſt, perfectiſſima benedictio.

δρυμοὺς, τοὺς ἐξ ἀγρίας καὶ ἀκάρπου ὕλης πεπυκνωμένους τόπους, οἷς μάλιστα προσφωλεύειν τὰ ἰοβόλα πέφυκεν. Ὁ οὖν τῇ ἐλάφῳ ὁμοιούμενος δίκαιος, ἀποκαλύπτει δρυμοὺς, ὅπως φανερὰ γένηται τὰ ἐμφωλεύοντα θηρία, ἅπερ ἀναιροῦσιν αἱ ἔλαφοι. Καὶ ἀποκαλύπτει τὴν τῶν βιωτικῶν φροντίδων ἀσχημοσύνην (αἵπερ ἄκανθαι λέγονται) πρὸς τὸ καθαρῶς ἡμᾶς διακρίνειν ἀγαθά τε καὶ κακά. Ὅρα δὲ ὡς ὁ ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ ναῷ γενόμενος, οὐ ματαιότητα ἀπαγγέλλει. Δοξάζειν οὖν χρὴ, οὐ ματαιολογεῖν (ἑστήκασι γὰρ οἱ τὰ ῥήματα ἀπογραφόμενοι ἄγγελοι.) ἀλλ᾽ ὅσα τὸν Θεὸν ποιεῖ δοξάζεσθαι, καὶ ἐν τῷ ναῷ, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκτός. καὶ οὐκ Ἰουδαῖος μόνος, ἀλλὰ πᾶς ὁ ἐκ πάντων ἐθνῶν ἐπιστραφείς.

ι. ΚΥΡΙΟΣ ΤΟΝ ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟΝ ΚΑΤΟΙΚΙΕΙ.] Κατακλυσμὸς, ὕδατός ἐστι κλύσις, ἀφανίζοντος τὸ ὑποκείμενον, καὶ τὸ ἐρρυπωμένον καθαίροντος. εἴη οὖν κατακλυσμὸς ἡ τοῦ βαπτίσματος χάρις, ᾗ ἀποπλυναμένη τὰ ἁμαρτήματα ψυχὴ, ἐπιτηδεία γίνεται λοιπὸν πρὸς κατοικητήριον Θεοῦ. Συνᾴδει δὲ τούτῳ καὶ τὸ ἐν τῷ τριακοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ. μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν, Τὴν ἀνομίαν μου ἐγνώρισα. καὶ, Ὑπὲρ ταύτης προσεύξεται πρὸς σὲ πᾶς ὅσιος· ἐπήγαγε, Πλὴν ἐν κατακλυσμῷ ὑδάτων πολλῶν, πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐγγιοῦσιν. Οὐκ ἐγγίζουσι γὰρ ἁμαρτίαι τῷ βαπτισθέντι, καὶ ἀφέσεως τετυχηκότι δι᾽ ὕδατος καὶ πνεύματος. Ἢ κατακλυσμὸν, τὸ τῶν πιστευσάντων πλῆθος, κατὰ τό· Ἐνεπλήσθη ἡ γῆ τοῦ γνῶναι τὸν κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψει θαλάσσας. ἡ καθιεῖται δὲ φωνὴ, τὸ ἄτρεπτον καὶ μόνιμον τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας παρέστησε. Τῇ γὰρ διὰ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐκπλυθείσῃ ψυχῇ, ὡς ἐν θρόνῳ ὁ Θεὸς ἐνιδρύεται.

ια. ΚΥΡΙΟΣ ΤΗΝ ΙΣΧΥΝ ΤΩ ΛΑΩ ΑΥΤΟΥ ΔΩΣΕΙ.] Ἀπὸ μὲν τοῦ ἁμαρτωλοῦ λαοῦ ἀφελεῖ κύριος ἰσχύοντα καὶ δυνατὸν, τῷ δὲ δικαίῳ καὶ εὐπραγοῦντι δίδωσιν ἰσχύν. Ἐνδυναμωθεὶς δὲ πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐνέργειαν, ἄξιος γίνεται τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εὐλογίας. ἔοικε δὲ τελειοτάτη εὐλογία, εἰρήνη, εὐστάθειά τις οὖσα τοῦ ἡγεμονικοῦ, ὡς τὸν εἰρηνικὸν ἄνδρα ἐν τῷ κατεστάλθαι τὰ ἤθη, χαρακτηρίζεσθαι. Ἢ ὅτι καὶ ἐν πολέμου καιρῷ ἐνισχύσει, καὶ ἐν εἰρήνης καιρῷ εὐλογήσει.

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὁ παρὼν ᾄδεται ψαλμὸς, ἐκβαλλομένων μὲν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, εἰσποιουμένων δὲ τῶν ἐθνῶν. Τοῦτο δὲ δηλοῖ καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἡ λέγουσα, Ἐξόδου σκηνῆς, σαφῶς τὴν ἔξοδον αὐτῶν ἡμῖν κατασημαίνουσα.

α. ΕΝΕΓΚΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΥΙΟΙ ΘΕΟΥ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἐν πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων προσκείμενον εὕρομεν, τὸ Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὶ Θεοῦ. καὶ ἐπείπερ οὐ παντὸς δῶρον εὐπρόσδεκτον τῷ Θεῷ, ἀλλὰ τοῦ ἀπὸ καρδίας προσάγοντος καθαρᾶς, βούλεται ἡμᾶς ὁ ψαλμὸς πρότερον υἱοὺς εἶναι Θεοῦ, εἶτα προσκομίζειν τὰ δῶρα τῷ Θεῷ, καὶ ταῦτα, οὐ τὰ τυχόντα, ἀλλ᾽ οἷα αὐτὸς διετάξατο. Πρότερον εἰπὲ πάτερ, εἶτα αἴτησον τὰ ἐφεξῆς. Δοκίμαζε δὲ σεαυτὸν ἐκ ποταποῦ βίου ἀπήντηκας, εἰ ἄξιος εἶ Θεὸν τὸν ἅγιον πατέρα σεαυτοῦ ὀνομάζειν. εἰ βούλει ἀεὶ υἱὸς τοῦ ἁγίου εἶναι, ἁγιασμός σε υἱοθετείτω. Ἐνέγκατε οὖν τῷ κυρίῳ, οὐχ οἱ τυχόντες, οὐδὲ οἱ ἐκ τῶν τυχόντων, ἀλλ᾽ υἱοὶ Θεοῦ υἱούς, φησι, προσενέγκατε κριῶν, ἵνα καὶ αὐτοὶ οἱ προσφερόμενοι παρ᾽ ἡμῶν ἀπὸ τοῦ εἶναι υἱοὶ κριῶν, εἰς τὸ γενέσθαι υἱοὶ Θεοῦ μεταβληθῶσιν. Ὁ κριὸς τοίνυν ἡγεμονικόν ἐστι ζῶον, καθηγούμενον τῶν προβάτων, ἐπί τε νομὰς τροφίμους, καὶ ἀναπαύσεις ὑδάτων, καὶ πάλιν ἐπὶ σηκοὺς καὶ ἐπαύλεις. Τοιοῦτοι δέ τινες, καὶ οἱ τῆς ποίμνης τοῦ Χριστοῦ προεστῶτες, προσάγοντες μὲν ἐπὶ τὰς εὐανθεῖς καὶ εὐώδεις τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας τροφὰς, καὶ ὕδατι ζῶντι, τῇ ἐπιχορηγίᾳ τοῦ πνεύματος, ἄρδοντές τε καὶ ὑψοῦντες, καὶ πρὸς καρποφορίαν ἐκτρέφοντες, ὁδηγοῦντες πρὸς ἀνάπαυσιν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἐπιβουλευόντων ἀσφάλειαν. Τούτων οὖν τοὺς υἱοὺς παρὰ τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ προσάγεσθαι βούλεται τῷ κυρίῳ ὁ λόγος. Οἱ δὲ κριοί, οἱ προηγούμενοι τῶν λοιπῶν, υἱοὶ ἂν τούτων εἶεν, οἱ πρὸς τὸν κατ᾽ ἀρετὴν βίον διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἔργων σπουδῆς, ἐκ τῆς διδασκαλίας τῶν προεστώτων μεμορφωμένοι. Πῶς δὲ ἡμεῖς, ἡ γῆ καὶ σποδὸς, τῷ μεγάλῳ κυρίῳ δόξαν προσφέρομεν; πῶς δὲ τιμήν; Δόξαν μὲν διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων, καὶ διὰ σωφροσύνης, καὶ τοῦ ἐπιβάλλοντος τοῖς εὐσέβειαν ἐπαγγελλομένοις ἁγιασμοῦ, ὡς ὁ Ἀπόστολός φησι, Δοξάσατε τὸν Θεὸν ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν.

ATHANASII. Canitur hic Pſalmus eiecto Iſraëlitico populo, Gentibus eius vice accitis. Hoc autem & inſcriptio ipſa declarat, quæ ſic habet, *Exitus tabernaculi*, exitum illorum nobis manifeſtè ſignificans.

1. AFFERTE DOMINO FILII DEI.] BASILII. In multis exemplaribus additum eſſe reperimus, *Afferte Domino filij Dei*. Et quoniam non cuiuſuis donum eſt Deo acceptum, ſed eius qui illud corde puro affert; vult nos hic Pſalmus primùm eſſe filios Dei, deinde Deo dona offerre, & hæc non quælibet, ſed quæ ſint ab eo ordinata. Ante omnia dicas, Pater, deinde pete illa quæ ſequuntur. Scrutare verò temetipſum, ex quali vita ad eum accedas, an dignus ſis ſanctum Deum, patrem tuum appellare? ſi ſancti filius perpetuò eſſe cupis, ſanctitas te in filium adoptet. Afferte itaque Domino, non quicumque, neque ex quibuſlibet, ſed filij Dei filios, inquit, arietum afferte; vt illi qui à nobis afferuntur, ex filijs arietum, in filios Dei mutentur. Aries enim animal eſt, quod imperium tenet inter oues, in paſcuis opimis, & aquarum refocillationibus, vti & in ſtabulis ac caulis. Tales etiam nonnulli ſunt præſides gregis Chriſti, qui ſuos ad paſcua florida & odorifera ducunt doctrinæ ſpiritualis, nec non aquâ viuâ, de promptuario ſancti Spiritus, irrigant, & exaltant, & ad fructum reddendum nutriunt, atque ad requiem & plenam ab inſidijs inimicorum ſecuritatem transferunt. Horum igitur filios à Dei filijs ad Dominum adduci hic ſermo iubet: Porrò arietes qui ceteros præcedunt; filij quoque ſint eorum, qui per bonorum operum ſtudium, ex Præſulum doctrina ad vitam virtuti conſentaneam formati ſunt. Quomodo autem nos, qui terra & cinis ſumus, magno Domino gloriam afferimus? quomodo & honorem? Gloriam quidem per bona opera, & temperantiam, ſanctitatemque his quibus pietas commendata eſt, competentem; prout Apoſtolus ait: *Glorificate Deum in membris veſtris.* 1. Cor. 6, 20.

Hono-

Ante omnia curandum vt ſimus filij Dei.

Qualia Deo offerenda.

Aries quid.

Deum glorificamus, cum benè agimus.

CATENA PATRVM.

Honorem verò fert Deo is, qui ſecundùm Prouerbium, ex iuſtis laboribus ſuis eum honorat. Denique omnis qui de Deo rectè ſentit; is gloriam & honorem Deo deſert. Quemadmodum autem, per bona opera gloriam Deo ferimus, ita & aduerſario per iniqua. Quando enim ratio cum appetitu luctatur, ſi quidem per contentionem & attentionem vicerit, de appetitu victoriam refert, & Deum quodammodò per ſe coronat; quando verò mollitie eneruata ſuccumbit voluptati, ſerua & captiua peccatis facta, gloriam, iactationemque materiam ſuperbiæ aduerſario adfert. Poſt eorum autem qui quærebantur fructuum collectionem, neceſſaria eſt adoratio. Porrò hæc adoratio non extra Eccleſiam, ſed in ipſamet aula Dei perficienda eſt. Ne mihi, ait, particulares aulas neu ſynagogas excogitetis: vna eſt aula ſancta Dei. Fuerat priùs hæc aula Dei, Synagoga Iudæorum; ſed poſtquam ſcelus in Chriſtum admiſerunt, facta eſt habitatio eorum deſerta. Haud igitur extra ſanctam hanc aulam, ſed in ipſa adorare Deum conuenit, ne ab ijs qui extra illam ſunt, illectus, deſinas eſſe in aula Domini. Multi enim ſpeciem adorationis præ ſe ferunt; in hac tamen aula non ſunt, propter mentis euagationem, & diſtractionem per curas inutiles futileſque. Potes etiam ſenſu quodam ſublimiori per aulam hanc intelligere cæleſtem habitationem. Idcircò plantati hîc in domo Domini, quæ eſt Eccleſia Dei viuentis, ibi in aulis Dei noſtri florebunt.

Prou. 3, 9. — *Adorandus Deus in aula ſancta.* — *Pſal. 95, 26.* — *Pſal. 91, 14*

ORIGENIS. Is qui colligit diſperſas Chriſti oues, & errantes reducit, perditaſque reperit, hic affert Domino filios arietum: & qui ita vitam inſtituit, vt videant homines opera eius bona, & glorificent Patrem qui in cælis eſt. Ceterùm affert etiam gloriam Domino, qui de Deo ſapienter loquitur ac ſentit. Honorem verò Domino affert, qui non ex triſtitia, vel ex neceſſitate, pauperi dat eleëmoſynam, adeoque in hoc Deo fœneratur. *Honorare* enim propriè etiam hoc ſenſu in Scriptura ponitur, vti manifeſtum eſt ex illo: *Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt.* Et, *Honora patrem & matrem.* Aula autem ſancta, eſt Eccleſia.

Matth. 5, 16. — *Quinam Deo gloriam adferant.* — *2. Cor. 9, 7.* — *1. Tim. 5, 3.* — *Deut. 5, 16*

3. VOX DOMINI SVPER AQVAS.] BASILII. Qualis igitur eſt vox Domini? Primùm percuſſio circa aërem intelligatur, vel aër percuſ-

Vox quid propriè, & quid metonymicè.

τιμὴν δὲ φέρει θεῷ, ὁ κατὰ τὴν παροιμίαν τιμῶν τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν δικαίων ἑαυτοῦ πόνων. Καὶ πᾶς δὲ ὁ ἐπιτεταγμένως θεολογῶν, φέρει τῷ θεῷ δόξαν καὶ τιμήν. Ὥσπερ δὲ διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων δόξαν φέρομεν τῷ κυρίῳ, οὕτω διὰ τῶν πονηρῶν ἔργων τῷ ἐναντίῳ. Ὅταν γὰρ ὁ νοῦς παλαίῃ τῷ πάθει, ἐὰν μὲν δι' εὐτονίας καὶ προσοχῆς ἐπικρατῇ, φέρεται κατὰ τοῦ πάθους τὰ νικητήρια, καὶ οἷον στεφανοῖ δι' ἑαυτοῦ τὸν θεόν. ὅταν δὲ μαλακισθεὶς ὑποκύψῃ τῇ ἡδονῇ, δοῦλος καὶ αἰχμάλωτος ταῖς ἁμαρτίαις γινόμενος, καύχημα καὶ ἔπαρσιν, ὑπερηφανίας ἀφορμὴν προστίθησι τῷ ἐχθρῷ. Μετὰ δὲ τὴν καρποφορίαν τῶν ἐπιζητουμένων, ἀναγκαία ἡ προσκύνησις. Προσκύνησις δὲ οὐκ ἔξω τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ αὐλῇ τοῦ θεοῦ τελειουμένη. Μή μοι, φησὶν, ἰδίας αὐλὰς καὶ συναγωγὰς ἐπινοεῖτε· μία ἐστὶν αὐλὴ ἁγία τοῦ θεοῦ. Ἦν αὐλὴ πρότερον ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ, ἀλλὰ μετὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἁμαρτίαν, ἐγένετο ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη. Οὐ τοίνυν ἔξω τῆς ἁγίας ταύτης αὐλῆς προσκυνεῖν προσήκει τῷ θεῷ, ἀλλ' ἔνδον αὐτῆς γινόμενον, ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν ἔξω ἑλκόμενος, ἀπολέσῃς τὸ εἶναι ἐν αὐλῇ κυρίου. Πολλοὶ γὰρ ἱστᾶσιν ἐν σχήματι μὲν προσευχῆς, οὐκ εἰσὶ δὲ ἐν τῇ αὐλῇ, διὰ τὴν τοῦ νοῦ διαφορὰν, καὶ τὸν ἐφελκυσμὸν τῆς διανοίας αὐτῶν, ὑπὸ τῆς ἐν τῇ ματαιότητι μερίμνης. Δυνατὸν δὲ αὐλὴν ἔτι ἐπαναβεβηκότως νοῆσαι τὴν ἐπουράνιον διαγωγήν. Διὰ τοῦτο οἱ πεφυτευμένοι ἐνταῦθα ἐν οἴκῳ κυρίου, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος, ἐκεῖ ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσουσιν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ συνάγων τὰ διεσκορπισμένα πρόβατα Χριστοῦ, καὶ ἐπιστρέφων τὰ πεπλανημένα, καὶ εὑρίσκων τὰ ἀπολωλότα, οὗτος φέρει τῷ κυρίῳ υἱοὺς κριῶν. καὶ ὁ ποιῶν ὅπως ἴδωσιν οἱ ἄνθρωποι τὰ καλὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ δοξάσωσι τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα. Φέρει δὲ τῷ κυρίῳ δόξαν, καὶ ὁ ἐν λόγῳ σοφίας θεολογῶν. Τιμὴν δὲ φέρει κυρίῳ, ὁ μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης ἐλεῶν πτωχὸν, καὶ ἐν τούτῳ δανείζει θεῷ. Τὸ γὰρ τιμᾶν ἰδίως καὶ ἐπὶ τούτων ἐν τῇ γραφῇ τέτακται, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ, Χήρας τίμα, τὰς ὄντως χήρας. καὶ, τίμα τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα. Αὐλὴ δὲ ἁγία, ἡ ἐκκλησία.

γ΄. ΦΩΝΗ ΚΥΡΙΟΥ ΕΠΙ ΤΩΝ ΥΔΑΤΩΝ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τίς οὖν ἡ φωνὴ κυρίου; πρότερον πληγὴ περὶ τὸν ἀέρα νοοῖτο, ἢ ἀὴρ πεπληγμένος,

τ©, φθάνει μέχρι τ̃ ἀκοῆς τοῦ πρὸς ὃν γίνεται ἡ φωνή. Η' ὐδέτερον τύπον, ἀλλ' ἑτερογενής τις ἐστὶν αὕτη, φαντασιουμένη ἀπὸ τ̃ ἡγεμονικοῦ τ̃ ἀνθρώπων, ὡς ἂν ἀκούειν βούλεται τ̃ ἰδίας φωνῆς ὁ Θεός, ὥστε ἀναλογίαν ἔχειν τὴν φαντασίαν ταύτην πρὸς τὴν ἐν τοῖς ὀνείροις γινομένην πολλάκις. Ὥσπερ γὰρ ὐ πληττομένου τοῦ ἀέρος, λαμβάνομέν τινα ἐν ταῖς καθ' ὕπνον φαντασίαις ῥημάτων τινῶν καὶ φθόγγων μνήμην, ὐ διὰ τ̃ ἀκοῆς δεξάμενοι τ̃ φωνήν, ἀλλὰ αὐτῆς τῆς καρδίας ἡμῶν τυπωθείσης· τοιαύτην τινὰ χρὴ νομίζειν καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ φωνὴν ἐγγίνεσθαι τοῖς προφήταις.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Φωνὴ μὲν κυρίου ἁπλῶς ἐπὶ ὑδάτων, αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν. Πλείων γὰρ φωνὴ κυρίου, ὅπου πολλὰ ὕδατα· καὶ ὡς βροντὴ μείζων φωνῆς, οὕτω Θεοῦ φωνὴ παντὸς λόγου.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Δυνατὸν δέ σοι ἐστὶ κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν λόγον, τὴν μετὰ τὸ βάπτισμα γινομένην, ἐκ τ̃ μεγαλοφωνίας τοῦ εὐαγγελίου, ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἤδη τελειουμένων παράδοσιν βροντὴν ὀνομάζειν. Ὅτι γὰρ βροντὴ τὸ εὐαγγέλιον, δηλοῦσιν οἱ οὕτω μετονομασθέντες τοῦ κυρίου μαθηταί. Διὰ τοῦτο, ὐκ ἐν τῷ τυχόντι ἡ τοιαύτης βροντῆς ἡ φωνή, ἀλλ' ἐάν τις ἄξιος ᾖ ὀνομάζεσθαι τροχός. Φωνὴ γὰρ τ̃ βροντῆς σου, φησίν, ἐν τῷ τροχῷ· ἐάν τις ᾖ τ̃ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, ὥσπερ ὁ τροχός, ὀλίγῳ μέρει τ̃ γῆς ἐφαπτόμενος, καὶ ὅλος τοιοῦτος, ὁποῖος ἦν περὶ οὗ ἔλεγεν Ἰεζεκιήλ.

5. ΦΩΝΗ ΚΥΡΙΟΥ ΣΥΝΤΡΙΒΟΝΤΟΣ ΚΕΔΡΟΥΣ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Η' κέδρος ποτὲ μὲν ὡς μόνιμον, καὶ ἄσηπτον, καὶ εὐῶδες, καὶ σκέπην ἱκανὴν παρέχειν παρὰ τῆς γραφῆς ἐπαινεῖται· ποτὲ δὲ ὡς ἄκαρπον καὶ δυσκαμπὲς διαβάλλεται, ὡς καὶ εἰκόνα φέρειν τοῦ ἀσεβοῦς, καθ' ὃ σημαινόμενον καὶ νῦν παρελήφθη. Η' γὰρ φωνὴ κυρίου συντρίβει κέδρους. Ὡς γὰρ ἐν μεγαλοπρεπεῖ ψυχῇ γίνεται ἡ φωνὴ κυρίου, οὕτω τοὺς εἰκῆ φυσιουμένους, τοὺς ἐπαίροντας ἑαυτοὺς ἐν τοῖς νομιζομένοις ὑψώμασι τοῦ κόσμου τούτου, (δόξης, καὶ δυναστείας, κάλλους σώματος, ἢ δυνάμεως, ἢ ἰσχύος) συντρίβειν λέγεται. Καὶ συντρίψει κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου. Οἱ τοῖς ἀλλοτρίοις πράγμασιν ἐπιβαίνοντες, καὶ ἀπ' ἐκείνων ἑαυτοῖς τὴν ἀλαζονείαν συνάγοντες, οὗτοί εἰσι κέδροι τοῦ Λιβάνου. ὥσπερ γὰρ αἱ κέδροι καθ'

ſus, ad aures eius penetrans, ad quem fit vox. Vel neutrum iſtorum eſt; ſed alterius generis quædam, ratione hominum imaginata, quos vult Deus ſuam vocem audire, ita, vt analogiam quamdam habeat hęc phantaſia ad eam quę multoties fit in ſomnis. Quemadmodum enim aëre minimè percuſſo, quamdam verborum & ſonorum memoriam in imaginatione per ſomnum accipimus, dum vocem non per auditum, ſed per ipſum cor noſtrum formatam haurimus; talem quamdam oportet & ex Deo vocem ineſſe Prophetis putare. *CATENA PATRVM.*

ORIGENIS. Vox quidem Domini ſimpliciter eſt ſuper aquas; ipſe autem Dominus ſuper aquas multas. Vbi enim aquæ multæ ſunt, ibi magis eſt vox Domini. Et vti tonitru eſt quid maius voce, ſic etiam Dei vox eſt maior omni ſermone.

BASILII. Potes etiam ſecundùm Eccleſiaſticum ſermonem, tonitru nominare doctrinam, quæ poſt baptiſmum in animabus iam initiatorum tradita eſt per Euangelicæ prædicationis magnificentiam. Quòd enim tonitru ſit Euangelium, declarant diſcipuli Domini, per metaphoram *filij tonitrui* appellati. Quamobrem vox tonitrui talis non eſt in quolibet, ſed ſi quis fuerit dignus rota nominari. *Vox* enim, inquit, *tonitrui tui in rota.* Si, inquam, quis fuerit ad anteriora ſe extendens, vt rota, modicâ ſui parte terram attingens, & omnino talis, qualis erat de quo loquitur Ezechiel. *Tonitru fuit Euangelij prædicatio.* Marci 3, 17. Pſal. 76, 19. Ezech. 1, 20.

5. VOX DOMINI CONFRINGENTIS CEDROS.] EIVSDEM. Cedrus aliquando quidem tamquam durabilis, & incorrupta, & odorata, & vmbram præbere apta, in ſacris Litteris laudatur; quandoque verò vt infructuoſa, & ſterilis, & impij ſimilitudinem referens, vituperatur: in qua ſignificatione hîc etiam ſumitur. Vox enim Domini confringet cedros. Sicut enim in magnifica anima fit vox Domini, ſic etiam inflatos ſuperbiâ, rebuſque quæ à mundo magni æſtimantur, tumeſcentes (vt ſunt gloria, imperium, corporis forma, potentia & vires) confringere perhibetur. *Et confringet Dominus cedros Libani.* Qui ſe rebus ingerunt alienis, & ex eis gloriam faſtumque requirunt, hi ſunt Libani cedri. Quemadmodum enim cedri per ſe *Cedrus quando in bonam, & quando in malã partem accipiatur.* *Arrogantes cedris Libani ſimiles.*

CATENA PATRVM.

ſe altæ, quòd in alto etiam monte naſcantur, longè apparent altiſſimæ: ſic qui in mundi rebus fluxis atque fragilibus erecti ſunt, cedri quidem ob faſtum & arrogantiam, ac mentis elationem ſunt; appellantur verò Libani cedri, quòd alienâ altitudine ſe efferant, & ex terra, rebuſque terreſtribus, ad faſtum ſuperbiamque, veluti ad Libani verticem, extollantur.

ORIGENIS. Virtutes modò aduerſarias contra ſcientiam Dei in altitudinem elatas, cedros vocat, contritas & extirpatas voce Domini. Ceterùm præter has, etiam aliæ ſunt per excellentiam cedri Libani, etiam ab ipſo Domino conterendæ atque comminuendæ; quibus inſtar vituli Libani comminutis, apparet tamquam filius monocerotis.

7. VOX DOMINI INTERCIDENTIS FLAMMAM.] BASILII. Interciſa quidem fuit flamma ſecundùm hiſtoriam, quando caminus ſupra cubitos quadraginta nouem effuſus eſt, & adſtantes omnes concremauit; pueris autem ipſis erat inſtar venti roris flantis. Longè admirabilius eſt ignis naturam intercidi, quàm mare rubrum in diuiſiones diuidi. Verumtamen Domini vox continuam ignis indiuiſibilemque naturam intercidit. Vox igitur Domini, intercidentis flammam ignis ac diuidentis, ita vt obſcurus quidem ſit ignis ſupplicij; incombuſta verò ſit lux illa refocillationis.

Dan. 3, 47.

Vox Domini quomodo flammam intercidat.

9. VOX DOMINI PRÆPARANTIS CERVOS.] EIVSDEM. Quoniam ceruus ita naturâ comparatus eſt, vt nullo veneno ſerpentis lædi queat: quin imò ipſi purgatiuus eſt, vti aiunt, eſus viperæ. Omnia autem animantia venenata cum iniquis & aduerſis virtutibus comparantur. Quare neceſſarium eſt, vt, quando cerui nomen in ſacris Litteris audimus, in meliorem illud partem ſemper trahamus. Igitur etiam iuſtus omnis in ſublimibus conuerſatur, intentè *perſequens ad brauium ſupernæ vocationis*, & ad potabiles fontes accurrens, dum prima Theologiæ principia requirit. Quemadmodum igitur aquila dicitur vir ſanctus, ob eius ſpiritus ſublimitatem, & vt plurimùm ab humo diſtantiam; & ouis, ob manſuetudinem, & rerum ſuarum communicationem; & aries, ob imperium; columba, ob innocentiam: ſic etiam ceruus, ob repugnantiam aduerſus

Sancti cerui ſimiles,

Philip. 3, 14.

item aquilæ, & arieti, & columbæ.

ἑαυτὰς οὖσαι ὑψηλαί, τῷ ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ πεφυκέναι, ἐκ τῆς προσθήκης τοῦ ὄρους περιφανέστεραι γίνονται· οὕτω καὶ οἱ τοῖς φθαρτοῖς τοῦ κόσμου πράγμασιν ἐπαιρόμενοι, κέδροι μέν εἰσι διὰ τὴν ἀλαζονείαν, καὶ τὸ τῆς διανοίας ἔπαρμα· Λιβάνου δέ, διὰ τῷ ἀλλοτρίῳ ὑψώματι ἐπαγάλλεσθαι, καὶ ἀπὸ γῆς, καὶ τῶν γηΐνων πραγμάτων, οἷον ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ Λιβάνου πρὸς ἀλαζονείαν ἐπαίρεσθαι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δυνάμεις μὲν ἀντικειμένας ἐν ὑψώμασιν ἐπαιρομένας κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, κέδρους λέγει, συντριβομένας καὶ καθαιρουμένας τῇ φωνῇ κυρίου. Μήποτε δὲ παρὰ ταύτας ἕτεραι καὶ κατ' ἐξοχήν εἰσιν, αἱ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου συντριβόμεναι καὶ λεπτυνόμεναι κέδροι τοῦ Λιβάνου· ὧν λεπτυνομένων ὡς Λιβάνου μόσχος, φανεροῦται ὡς υἱὸς μονοκέρωτος.

ζ'. ΦΩΝΗ ΚΥΡΙΟΥ ΔΙΑΚΟΠΤΟΝΤΟΣ ΦΛΟΓΑ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Διεκόπτη μὲν ἡ φλὸξ καθ' ἱστορίαν, ὅτε ὑπερεξεχύθη ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἐννέα πήχεις ἡ κάμινος, καὶ ἐνεπύριζε τοὺς κύκλῳ πάντας· τοῖς δὲ ἁγίοις ἦν ὡσεὶ πνεῦμα δρόσου διασυρίζον. Θαυμαστότερόν γε πολλῷ, πυρὸς φύσιν διακοπῆναι, ἢ καταδιαιρεθῆναι τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν εἰς διαιρέσεις. Ἀλλ' ὅμως ἡ φωνὴ τοῦ κυρίου, τὸ συνεχὲς φύσει, καὶ ἡνωμένον τοῦ πυρὸς διακόπτει. Φωνὴ οὖν κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρὸς καὶ μερίζοντος, ὡς ἀλαμπὲς εἶναι τὸ πῦρ τῆς κολάσεως, ἄκαυστον δὲ τὸ φῶς τῆς ἀναπαύσεως.

θ'. ΦΩΝΗ ΚΥΡΙΟΥ ΚΑΤΑΡΤΙΖΟΜΕΝΟΥ ΕΛΑΦΟΥΣ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἐπεὶ ἡ ἔλαφος τοιαύτης ἔτυχε τῆς κατασκευῆς, ὡς κρείττων εἶναι τῆς ἐκ τῶν ἑρπυστικῶν βλάβης· ἀλλὰ καὶ καθαρτήριον αὐτῇ ἐστιν, ὥς φασι, τὸ τῆς ἐχίδνης βρῶμα. Πάντα δὲ τὰ ἰοβόλα πρὸς τὴν τῶν ἀντικειμένων καὶ πονηρῶν δυνάμεων εἰκότως παραλαμβάνεται. Ἀνάγκη οὖν ὅταν ἐλάφου ὄνομα ἀκούωμεν ἐν τῇ γραφῇ, πρὸς τὸ βελτίονα εἰκότα τὸν λόγον ἕλκειν. Ἐπεὶ οὖν καὶ πᾶς δίκαιος ἐν ὑψηλοῖς ἔχει τὴν διατριβήν, κατασκοπὸν διώκων ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, καὶ πρὸς τὰς ποτίμους πηγὰς ἀνατρέχων, τὰς πρώτας ἀρχὰς τῆς θεολογίας ἀναζητῶν· Ὥσπερ οὖν ἀετὸς λέγεται ὁ ἅγιος, διὰ τὸ μετεωροπόρον, καὶ διὰ τὸ ἠρμένον ἀπὸ γῆς ἐπὶ πλεῖον· καὶ ὡς πρόβατον, διὰ τὸ ἥμερον, καὶ μεταδοτικὸν ὧν ἔχει· καὶ ὡς κριός, διὰ τὸ ἡγεμονικόν· καὶ ὡς περιστερά, διὰ τὸ ἄκακον· οὕτω καὶ ἡ ἔλαφος, διὰ τὴν πρὸς τὰ πονηρὰ ἐναν-

ἐναντίωσιν. Ὅταν οὖν ἴδωμέν τινα θεοῦ ἄνθρωπον, τέλειον καὶ κατηρτισμένον, τὴν ἀπὸ τῆς ὁμιλίας αὐτοῦ ὠφέλειαν μεταδιώκωμεν. Πρῶτον δὲ ἡ φωνὴ τοῦ κυρίου καταρτίζει τὰς ἐλάφους, ἔπειτα ἀποκαλύπτει δρυμοὺς, τοὺς ἀσυμφύτους, καὶ ἀπὸ ἀκάρπου ὕλης πεπυκνωμένους τόπους, ἢ μᾶλλον ὑλώδεις ψυχὰς, ἐν αἷς, ὥσπερ τινὰ θηρία, τὰ ποικίλα πάθη τῶν ἁμαρτιῶν ἐμφωλεύουσιν. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων πεφορτισμένοι ταῖς βιωτικαῖς μερίμναις, οἷον τινα γῆν ἀκανθοφόρον τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἔχουσι, καὶ οὐκ ἐῶσιν αὐτὰς εἰς τὴν τοῦ λόγου καρποφορίαν ἐκτρέφεσθαι· ἀποκαλύπτει ὁ κύριος τοὺς δρυμοὺς, τουτέστι τὸ ἄσχημον, καὶ ἀπρεπὲς, καὶ βλαβερὸν, τῶν ἐν τῷ βίῳ φροντίδων· ἵνα γνωσθέντος τοῦ περὶ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τόπου, μὴ ἔχωσιν οἱ ἄνθρωποι ἀπὸ ἀμαθίας περὶ τῶν πραγμάτων ἐνηλλαγμένας. Πολλοὶ γὰρ τὰ μὲν ἀγαθὰ, ὅταν ἐπίπονα ᾖ, κακὰ νομίζουσι· τὰ δὲ κακὰ διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτοῖς ἡδονὴν, ὡς ἀγαθὰ μεταδιώκουσιν. Ἔστι μὲν οὖν τῆς τῶν ἀγαθῶν φύσεως, ξύλα καρποφόρα, καὶ πᾶσαι κέδροι ἐπαινεταί· τῶν δὲ κακῶν οἱ δρυμοὶ, οὓς ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀπατηθῆναι τοὺς νομίζοντας εὑρήσειν τινὰ καρπὸν χρήσιμον ἑαυτοῖς, ἀποκαλύπτει καὶ φανεροῖ ἡ τοῦ κυρίου φωνή. Καὶ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν. Ἀκουέτωσαν τῶν ῥημάτων τοῦ ψαλμοῦ, καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ τοῖς μακροῖς λόγοις ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες. Τί φησὶν ὁ ψαλμός; Ὁ ἐν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ γενόμενος, οὐ κακολογίαν, οὐ ματαιότητα, οὐκ αἰσχρότητος γέμοντα ῥήματα ἀπαγγέλλει· ἀλλ' ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν.

noxia. Quando igitur aliquem Dei hominem perfectum & abſolutum videmus, vtilitatem ex eius congreſſu & conuerſatione ſectemur. Primùm autem vox Domini perficit ceruos; deinde reuelat condenſa, id eſt locos non conſitos, & agreſti ac infrugiferâ ſilua condenſatos; vel potiùs ſilueſtres animas, in quibus, ſicuti quædam feræ, varia peccatorum genera nidificant. Cùm verò plurimi homines, curis ſæcularibus aggrauati, veluti ſpiniferam quamdam terram, animas ſuas habeant, neque illas patiantur ad verbi Dei fructum educari; reuelat Dominus condenſa, id eſt, curarum ſæcularium deformitatem, ac ſqualorem, & incommodum aperit; vt loco boni ac mali aperto, non habeant homines propter rerum imperitiam, eas intricatas. Multi enim quando bona vident eſſe laboris plena, mala exiſtimant; mala rurſus ob inſitam voluptatem, vt bona proſequuntur. Referunt itaque naturam bonorum ligna fructifera, & omnes cedri laudabiles; malorum verò, condenſa, quæ; ne decipiantur qui aliquem in ijs fructum ſibi vtilem inuenturos ſe putant, reuelat ac manifeſtat vox Domini. *Et in templo eius omnis dicit gloriam.* Audiant hæc Pſalmi verba, & confundantur ij qui longos alienoſque [in templo] ſermones edunt. Quid dicit Pſalmus? Qui in templo Dei eſt, non vana, non ſcurrilia, non probroſa verba profert; ſed in templo eius quiſque dicit gloriam.

CATENA PATRVM.

Vox Domini reuelat condenſa vitiorum.

Verſ. 9. *In templo non niſi ſancta tractanda.*

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS in Hebræo tantùm continet hæc verba מִזְמוֹר לְדָוִד *miſmor le Dauid*, id eſt, *Pſalmus Dauidi*, vel *Dauidis*. Cui Græcus textus addit, ἐξοδίου σκηνῆς, *exitus tabernaculi*, quomodo S. Baſilius, Theodoretus, Nicephorus, Euthymius & Heſychius legunt; Sixtina tamen editio cùm quibuſdam alijs legit ἐξοδίου: ſed Scholion Græcum cum Theodoreto notant neutrum in Hexaplo repertum fuiſſe; at ex alijs exemplaribus deſumptum volunt, dicuntque verbis iſtis inſinuari ſacerdotibus & Leuitis de tabernaculo exeuntibus, vt præparent ea quæ neceſſaria ſunt ad cultum Dei. Vulgata pro ijs ponit, *In conſummatione tabernaculi*, quomodo S. Hieron. & S. Auguſt. legunt. Et ſenſum vult eſſe S. Hieron. hunc Pſalmum compoſitum eſſe, quando Dauid perfecit tabernaculum, & collocauit in eo arcam Domini. Notat Agellius hoc loco, ἐξόδιον *octauum ſolemnitatum diem* ſignificare, ſeu, vt ſolet S. Hieron. vertere, *collectam*, cùm ſimul collecti ad atrium tabernaculi ſeu templi, conſummatis feſtis diebus, Deum adorabant; ideoque octauum diem ſolemnitatum hoc loco accipiendum putat, & propriè octauum diem feſti Scenopegiæ, ex eo quòd additur σκηνῆς, *tabernaculi*. Pulchrè autem atque peritiſſimè Latinus interpres ἐξόδιον vertit, *conſummationem*, quia ipſum ἐξόδιον, ſeu collecta, conſummatio dierum feſtorum erat: vnde etiam apud S. Lucam legimus, *Conſummatiſque diebus, cùm redirent, remanſit puer Ieſus in Ieruſalem.* Porrò τελείωσιν συγκλείσεως, hoc eſt, *conſummationem coactionis*, dixit eumdem octauum diem Scenopegiæ Samaritanus interpres Numer. cap. 29. Plures huius tituli expoſitiones vide apud Lorinum noſtrum, qui duodecim diuerſas recenſet; ſed iam allata præ ceteris mihi placet.

Exodion quid.

Luc. 2,43.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. *Aſſerte Domino filij Dei, aſſerte Domino filios arietum.*] Hebraicè non aliud legitur, quàm הָבוּ לַיהוָה בְּנֵי אֵלִים, *hanu laihouah bene elim.* Hæc in Biblijs Regijs ex editione Hieronymi ita vertuntur, *aſſerte Domino filij Dei*, omiſſo ſequenti membro. Sed Marianus Victorius in Pſalterio Hieronymi ponit ſecundum, & omittit primum, quod facit quoque Treuetus. Euſebius ad hunc locum ait, Κατὰ τὴν Ἑβραίων ἀνάγνωσιν οὐκ ἐμφέρεται τὸ Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὶ θεοῦ, διὸ καὶ ὠβέλισται παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα, ὡς μὴ κείμενον μήτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, μήτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς. *Iuxta Hebræorum traditionem* (inquit) *non adſertur illud, Aſſerte Domino filij Dei. Quare etiam apud Septuaginta obelo notatum eſt, tamquam quod neque in Hebraico habeatur, neque apud ceteros interpretes.* Baſilius tamen teſtatur ſe in multis exemplaribus additum reperiſſe. Itaque (vt argumentatur Lorinus noſter) vel in libris quibus vſi ſunt Septuag. erat vtrumque (vt innuit Baſilius) ſed alterum poſteà excidit: vel eorumdem verborum Hebræorum altera interpretatio in margine poſita irrepſit in textum: vel ipſimet Septuag. vtriuſque interpretationis auctores fuerunt. Nam אלים poteſt ſignificare tam *deos* quàm *arietes*, & modò ſcribitur per י *iod* poſt א *aleph*, modò ſine illo: prætereà אֵל *el* eſt *Deus*, אַיִל *ail* verò *aries*: vtriuſque autem plurale vel אֵילִים *elim*, vel אֵלִים *elim*. Nec deſunt in editione Vulgata loci, in quibus duæ interpretationes eiuſdem ſententiæ ſimul repetuntur in textu. Poteſt etiam ex Hebræo verti, *aſſerte Domino filij fortium*, inſignium heroum filij, ſucceſſores Apoſtolorum, quorum animi magnitudo fuit illuſtris, & omni mundo præſtantior. *Aſſerte filios arietum*, id eſt perfectas hoſtias. Nam animantes, quæ in holocauſtum offerebantur maſculas fuiſſe produnt eruditi Patres. Virilis enim ſexus (inquit Theodoretus quæſt. 1. in Leuit.) propria eſt perfectio. Quæ verò pro peccato mactabantur, erant feminæ. Prætereà in ſacris eorumdem Hebræorum cærimonijs poſt expletum ſacrificium Aaronicum, quod in ſanctuario pro peccatis offerebatur; ad ea edenda, quæ diuinâ lege in ſacerdotum vſum veniebant, ſoli viri admittebantur Numinis imperio. quod ſignificatum fuit Aaroni: *In ſanctuario comedes illud; mares tantùm edent ex eo.* Quo verborum integumento ſignificatur, ſolos viros, id eſt fortiſſimi animi conſtantiâ erectos, in quibus nihil femineum eſt, fluidæque imbecillitatis, eſſe dignos qui cum Deo familiariter communicent, & illius donis potiantur.

Deus perfectas cupit hoſtias offerri.

Num. 18, 10.

Arietes vocantur viri Apoſtolici.

S. Auguſt. hom. 42. & 50. *arietes* nominat viros Apoſtolicos, nimirum gregis ductores, qui præeunt ad imitationem. *Conſiderate*, inquit, *illos magnos primos Apoſtolos, arietes noſtros:* quò refert hunc locum Dauidis, *Aſſerte Domino filios arietum.* Nec alij ſunt, opinor, iſti filij arietum, niſi omnes Chriſtiani, qui ducibus illis vtuntur ad felicitatem, quoſque ipſi religionis principes ad Dominum conantur adducere. Sed remotis illis integumentis arcani ſermonis, & hieroglyphicis veluti notis, quibus ſua velant Prophetæ; D. Petrus clarè vult, vt Antiſtites omnes, & initiati ſint *forma gregis*, τύποι, &, vt Syrus vertit, bonum exemplar. Sic D. Paulus in Tito Myſtas erudiens, & populi Chriſtiani Patres, *In omnibus*, inquit, *teipſum præbe exemplum bonorum operum.* Sed cur potiùs filios arietum memorat, quàm arietes ipſos? Niſi quòd diuino Spiritu edoctus, præuidebat Eccleſiam non eſſe primis dumtaxat fidei parentibus ac fundatoribus circumſcribendam, ſed in longas poſterorum ſeries propagandam. Ita Petrus Chryſologus ſerm. 10. *Aſſerte*, inquit, *filios arietum, hoc eſt, filios Patrum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum; quando grex Dominicus fidei laxatur in paſtum. Aſſerte Domino baptizandos: aſſerte quos fides concipit, non caro: aſſerte quos Dei gratia generet, non mundana natura: aſſerte quos agnos præſtet innocentia, non habeat pecoris hebetudo*, &c. Quibus verbis ſignificare videtur eos ad Eccleſiam adducendos, per quos eius propagatio in dies augeatur. Delectabatur quidem olim Dominus filijs arietum, qui ad immolandum offerebantur; ſed multò nunc magis delectatur filijs hominum, qui ad animi ſanitatem conſequendam à cæleſtibus doctoribus afferuntur. Quare cum Dauide dulciter, omnino idem Petrus Chryſologus ibidem ad hoc omnes inuitans, *Aſſerte*, inquit, *aſſerte filios arietum, quos ſponte venire aut neceſſitas vetat, aut ætas impedit, aut tenent vitia, aut delicta remorantur. Adducite volentes, trahite nolentes, facite vobis de aliena neceſſitate mercedem: ſeruus dominum adducat: filium pater offerre non retardet: vir coniugem deducat ad fidem: amicus amicum attrahat ad ſalutem, vt de gratia diuina humanam comprobet caritatem. Peregrinum ciuis, poſſeſſor hoſpitem Dei ducat ad menſam. Nemo dicat, Non vult: quia Abraham, vt filium offerret, colligauit: & Lot Angeli, vt ſubtraherent flammis, extractum manibus ſuſtulerunt.* Sic ille aurei ſermonis Doctor.

1. Pet. 5. 3.

Superiores exemplo eſſe debent ſubditis.

Tit. 2, 7.

2. *Aſſerte Domino gloriam & honorem.*] Hoc optimè S. Baſilius in Catena de interno animi cultu exponit. Tunc enim Deum verè honoramus & glorificamus, cùm iuſtè, caſtè pieque viuimus. Pro *honorem*, Aquila κράτος poſuit: quod S. Hieron. *imperium*, vertit; Symmachus, δύναμιν, *potentiam*, ſeu virtutem. Pro eo autem quod ſequitur, *Adorate Dominum in aula ſancta eius*, apud Euſebium Aquila interpretatur, ἐν διαπρεπείᾳ ἡγιασμένῃ, *in decore ſanctificato*; Symmachus, ἐν διαπρεπείᾳ ἁγίᾳ: quod S. Hieron. vertit, *in decore ſancto*; Vulgatus, *in atrio ſancto eius. Domum* quippe Dei *decet ſanctitudo*, vt alibi hic idem Vates canit, & idcircò in ea decorem ſe quàm maximè dilexiſſe Pſalmo 25. profitetur, cuius non exigua pars poſita erat in publicis cærimonijs, quas traditas à maioribus rex pijſſimus religioſè obſeruabat. Hinc à fortiori quilibet facilè colligit, quantâ Chriſtianos in templo ſuo (cuius & Moſaicum tabernaculum, & Salomonis ædificium vmbra dumtaxat fuit) pietate, religione ac reuerentiâ ſe gerere oporteat; cùm hoc verè ſit locus habitationis gloriæ Dei, vbi ſub auguſto velo Sacramenti, & humanitatis conopeo, Rex gloriæ Chriſtus ſe nobis exhibet adorandum.

Pia vita honorat Deum.

Pſal. 92.

Pſal. 25.

Myſticè S. Baſilius ad hunc locum, ait vnumquemque eſſe poſſe domum Domini, templum Dei, & aulam ſanctam eius, in qua fiant adorationes illæ beatæ, ſummæ & infinitæ Mentis, quæ poten-

Anima ſancti templum eſt.

potentiſſimo dominatu omnia continet & gubernat. Hac ratione diuini homines, aris & religioni conſecrati, ſemper in templo quodammodò hærere videntur, ſeu lapidibus ædificato, (quod multis quotidiano vſu commune) ſiue pijs cogitationibus extructo, quod Sanctorum proprium eſt, & pietate inſignium Hanc igitur aulam non eſt neceſſe vt extra ſe homo quærat, cùm anima ſit templum & aula Dei, quam poteſt vt muro gemmeo, *ſtilus viuam, diuinis cogitationibus*, cingere, vt ſine impedimento circumſonantis & obſtrepentis mundi, ſacros hymnos, & ſuauia illa cantica emodulari queat, & honorificum anathema Deo reddere.

Non diſſimili multùm ratione Richardus Victorinus locum hunc myſticè de Religioſis exponens, ait: *Superius afferre hoſtiam præcipimur, hic intus adorare iubemur. Prius, ne intremus vacui; ſecundò, ne ſtemus otioſi. Ne intretis vacui, Afferte Domino gloriam nomini eius. Ne ſitis intus otioſi, Adorate Dominum in atrio ſancto eius. Quid eſt adorare, niſi totum corpus noſtrum ad pedes proſternere, & ſummum noſtrum ad eius ima inclinare? Vult ergo Propheta non ſolùm ſuperioribus membris Domini (hoc eſt Prælatis) vos ſubijci, ſed vſque ad nouiſſima eius membra vos ſponte humiliari. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, & abſque dubio adoraſtis Dominum. Itaque cum hoſtijs intrate anguſtam portam, in habitu Religionis, in voto profeſſionis: manete in domo diſciplinæ: tenete inſtituta regulæ. Si enim intra clauſtralem diſciplinam vos coarctaſtis, in atrium Domini abſque dubio intraſtis. Si verò votum profeſſionis facitis, ſi inſtituta regulæ ſeruatis, hoſtias Domino admodum gratas obtuliſtis. Si enim in clauſtro viuentes, per omnia humiliter obediſtis omnibus, verè adoraſtis Dominum in atrio ſancto eius.* Sic ille.

Quomodo Religioſi adorent in atrio ſancto Dei.

1. Pet. 2, 13.

3. *Vox Domini ſuper aquas*, &c.] Vocem iſtam *Domini* varij variè accipiunt; ac nonnulli quidem generaliter pro *Dei imperio*, quo nimirum in mundi creatione, diuiſit aquas ab aquis, omniaque produxit: alij, pro Chriſto Verbo Patris, de quo Ioannes ait, *Omnia per ipſum facta ſunt:* alij, pro voce illa quæ audita fuit ſuper Chriſtum dum baptizaretur à Ioanne, de qua Matthæus ait: *Et ecce vox de cælo dicens: Hic eſt Filius meus dilectus.* Verùm ad litteram probabilius eſt Prophetam hoc loco loqui de tonitruo, quod frequenter Dei vocem appellat; vti oſtendimus in Annotationibus ad illud Pſalmi 17. *Et intonuit de cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam.* Et infrà, vbi ait: *Vocem dederunt nubes.* Item, *Vox tonitrui tui in rota.* Et alibi, *A voce tonitrui tui formidabunt*, &c. Senſu itaque litterali, *Vox Domini ſuper aquas*, tonitruum vocatur, quia videlicet à Deo ſuper aquas pluuiales, quæ in nubibus pendent, auditur. Ideò ſequitur: *Deus maieſtatis intonuit.* Ad quæ verba Baſilius, *Cùm tonitru*, inquit, *ex nubibus obſtrepit, nihil eſt aliud putandum, quàm quòd Deus maieſtatis intonuit; & quòd Dominus eſt is, qui per ſeipſum humidam continet naturam*, &c. Hinc Iobus etiam bonus diuinorum operum æſtimator, potentiſſimi Numinis maieſtatem, & perfectum in res omnes dominatum euidenter colligit: *Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum.*

Vocis Domini varia acceptio.
Gen. 1, 7.
Ioan. 1, 3.
Matth. 3, 17.
Tonitru eſt vox Domini ſuper aquas.
Pſal. 17, 14.
Pſal. 76, 18. & 19.
Pſal. 103, 7.
Iob 26, 8.

ANNOTATIONES CORDERII.

Senſu autem ſpiritali S. Ioannes Baptiſta, vox Domini ſuper aquas, ab eodem Baſilio Magno appellatur. Nam Ioannes vox fuit Verbi ſuper aquas Iordanis fluuij, in quo baptizabat. Apud eumdem verò Iordanem, Deus maieſtatis intonuit, cùm è cælo vox illa delapſa eſt, *Hic eſt Filius meus*, &c. Porrò per *vocem Domini* arcano quoque ſenſu Euangelij prædicatio intelligitur, vt in Paraphraſi, Commentario & Catena expoſitum eſt, & in alijs quoque locis frequenter per tonitruum ſignificatur: hæc autem dicitur *ſuper aquas*, id eſt ſuper populos: *Aquæ enim*, inquit D. Ioannes, *populi ſunt.*

S. Ioannes eſt vox Domini ſuper aquas.
Vox Domini eſt prædicatio Euangelij.
Apoc. 17, 15.

4. *Vox Domini in virtute.*] Hoc eſt, cum fortitudine & potentia. *Vox Domini in magnificentia.* In Hebræo eſt בְּהָדָר *behadar*, id eſt, *in decore*, vt intelligamus, eius potentiam cum inſigni quodam ſplendore & amplitudine decenter coniungi. Hunc etiam verſum D. Baſilius B. Ioanni ſimiliter attribuit. Fuit enim vox Domini in virtute, quando dixit, *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum*, &c. Fuit vox Domini in magnificentia, quoniam magnifica de Chriſto tulit teſtimonia. Magnificentiſſimum fuit hoc, quod coram legatis Iudæorum dixit: *Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.* Magnificentiſſimum & illud: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.* vti & iſtud: *Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni*, &c. *Ioannes igitur* (inquit Baſilius) *vox Domini in magnificentia, quando magnifica myſteria de Ieſu prædicabat; nihil humile, aut quod abſit à decoro; ſed omnia magnificè cum excellenti amplitudine de Domino dicta ſunt, quæ decenter à Ioanne illi ſunt adſcripta.*

Vox Domini potens & magnifica.
Matth. 3, 2.
Ioan. 1, 27.
Matth. 3, 11.

5. *Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.*] Cedri hieroglyphicè ſuperbos ſignificant, qui bis confringendi dicuntur: vt intelligamus duo eſſe ſuperborum genera. Quoſdam enim res temporariæ & diuitiæ arrogantes & inflatos reddunt; quoſdam res ſpirituales, & actiones ſtudioſæ. vtroſque ſolet diuina vox confringere. Ac aliquos quidem omnino confringit, vt Pharaonem ad perditionem; alios autem ad ſalutem, hoc eſt, ad Chriſti imitationem. Sic Paulus confractus eſt, & ex Chriſti perſecutore factus eſt eiuſdem prædicator eximius. Atque hoc eſt, quod in Cantico ſuo Deipara canit, *Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.* Quis enim triumphus decebat magis diuinum brachium, nempe Filium Dei hominem factum? An quòd verè ac propriè ab illo ſuperbiſſimi tyranni fuerint internecione deleti, mari terraque obruti, nec non ignibus addicti ſempiternis? Sanè, ad hæc tanti potentiâ brachij non erat opus, cùm vel ipſo ſpiritu oris ſui tyrannorum maximum interfeciſſet. Vbi ergo fecit potentiam in brachio ſuo, quid maius ſperatur, nimirum diſperſio ſuperborum mente cordis ſui, hoc eſt, ſuperborum ad humilitatem ſalubri contritione conuerſio ac transmutatio. Hæc eſt palmaris victoria Filij Dei, quam incarnationis eius œconomia potiſſimùm intendit, & diuino ſpiritu afflatus Dauid vaticinando prædixit, *Vox Domini*

Cedrus eſt hieroglyphicum ſuperbiæ.
Luc. 2, 51.
Potentia Dei maximè elucet in conuerſione peccatorum.

ANNOTATIONES CORDERII.

mini confringentis cedros, &c. Quem locum Richardus Victorinus expendens, *Verè*, inquit, *hæc mutatio dexteræ Excelſi, rigorem cedri conterere, & ad ſimilitudinem vituli Libani comminuere, id eſt, quælibet tumida corda incliuare ad imaginem humilitatis Chriſti*, &c.

6. *Et comminuet eas tamquam vitulum Libanum.*] Ita eſt in pluribus codicibus Græcis, & apud S. Baſilium, qui interpretatur fore vt totus Libanus conteratur, vt vitulus ille aureus: vbi pro λεπτυνεῖ, *comminuet*, Aquila vertit, σκιρτήσει, *exultabit*, id eſt, *exultare faciet*; Symmachus, καὶ ὀρχεῖσθαι ἐποίησεν αὐτάς, *& ſaltare fecit eas*; Sexta editio, καὶ σκιρτήσει αὐτὰς ὡσεὶ μόσχον, *& exultare faciet eas ſicut vitulum*; Vulgata, *comminuet eas tamquam vitulum Libani*; S. Hieron. *comminuet vt vitulus Libani*. Quod ſpiritalem ſenſum maximè illuſtrat: quippe loquitur de Gentium conuerſione, quâ Gentium fortitudo Euangelicâ voce in bonum diſſipanda & comminuenda erat. Siquidem vox Dei conterit & ſanat ſuperbiſſimos peccatores, ſed conterit & ſanat illos vt vitulus Libani, qui pro ipſis in ara crucis oblatus eſt in hoſtiam pacificam Deo.

Vnicorni cur Chriſtus ſimilis.

IBIDEM. *Et dilectus, quemadmodum filius vnicornium.*] Vbi Genebrardus, *Dilectus*, inquit, epithetum eſt Domini, & dilectus Dominus quemadmodum vnicornis, cuius cornu expetitur, & ad medicinam & ad opificia erit, ſiue apparebit. Hoc eſt, vi verbi Dei denſitate errorum mundi diſcuſſâ, dilectus, id eſt Chriſtus, apparebit ſicut vnicornis, quæ cùm non videatur in ſiluis, incipit apparere poſt denſas ſiluarum arbores diſiectas & diſcuſſas vi ventorum & fulminum. Alludit fortaſſe ad cornu eius bifurcum inſtar crucis. Talem enim eius formam pingit Iuſtinus Martyr contra Tryphonem, & talem deſignat Clemens Alexandr. lib. 1. Pædag. c. 4. dum κεράτων μονοκερώτων ἐραστάς, *cornuum vnicornium amatores*, Dei pueros ſiue filios eſſe ait.

7. *Vox Domini intercidentis flammam ignis.*] Græcè eſt, διακόπτοντος, quod S. Auguſtinus vertit, *precidentis*; Symmachus, καταδιαιροῦντος, *diuidentis*: quod S. Hieron. vertit, *diuidens*, & ſic deinceps pro *concutientis deſertum* tranſtulit, *concutiens*; S. Auguſt. *commouentis ſolitudinem*; Symmachus, ἐκτοκίζοντος, *parturire facientis*; Aquila, ὠδίνοντος, ac videtur idem ſignificare voluiſſe. Quæ omnia ſenſu ſpiritali optimè in

Ioannes vox Domini intercidentis flammam.

S. Ioannem Baptiſtam quadrant. Ipſe fuit *vox Domini intercidentis flammam ignis*. Nam quemadmodum, cùm audiuntur tonitrua, ex nubibus ignea ſplendeſcunt fulgura: ita ex vocibus S. Ioannis æterni ignis comminationes ſplenduerunt. *Paleas*, aiebat, *comburet igni inextinguibili.* Matth. 3, 12. Hoc pacto peccatum, quod ignis inſtar Iſraëlem deuaſtabat, Ioannes intercidebat, dicens: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum.* Ibid. 2. Flammam itaque affectionum, quæ ex peccato animabus mortalium innaſcitur, intercidit, dum Iudæis de ſempiterno igne diſſeruit, iudicijque diuini vehementiam expoſuit, dicens: *Cuius ventilabrum in manu ſua*, &c. Ibid. 10. Fuit quoque Ioannes *vox Domini concutientis deſertum.*

Ioannes commouit deſertum Cades.

In deſerto enim baptizabat, & concionabatur. In deſerto, inquam, *ſanctitatis*, quod Hebræum קדש *cadas* ſignificat. Etenim Ioannis ſanctitas, conciones, baptiſmus, & populi pœnitentia, deſerto ſanctitatem afferebant. *Erat*, inquit Baſilius, *Ioannes baptizans in deſerto: deſertum igitur illud concuſſit per accurſum vndique affluentium populorum. Quod deſertum, propter illorum qui illuc veniebant, pœnitentiam, ſanctum eſt appellatum: Cades enim ſanctum dicitur*, &c.

9. *Vox Domini perficientis ceruos.*] Ita etiam S. Auguſt. legit, pro quo Vulgata tranſtulit, *præparantis*; Aquila, ὠδίνοντος ἐλάφους, *parturire facientis ceruas*; Symmachus vertit, πληθύνοντος πεδία, *multiplicantis campos*; Quinta editio, μαιουμένου ἐλάφους: quod S. Hieron. vertit, *obſtetricantis ceruis*. Multa ſanè in ceruarum puerperio, nobis quidem cognitu difficilia, ipſis verò matribus toleratu grauia interuenire, rerum naturalium indagator acerrimus Iob ſatis inſinuat, dicens: *Numquid parturientes ceruas obſeruaſti? Dinumeraſti menſes conceptus earum, & ſciſti tempus partus earum? Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt.* Quæ omnia grauiſſimi doloris documenta ſunt. Ad quam difficultatem leniendam, aliquibus Deus benignâ ſuâ prouidentiâ leuamentis obſtetricatus eſt. Primùm indidit ceruis paulò ante durum pariendi conflictum, appetitum ſtudiumque quærendi herbam quæ vterum laxat, & clauſtra emollit, nomine *ſeſelim*, de qua Cicero lib. 2. de Natura deorum: *Ceruæ*, inquit, *paulò ante partum perpurgant ſe herbâ quadam quæ ſeſelis dicitur.* Idem tradit Plinius lib. 8. cap. 32. & addit ſtatim à partu, contra dolorem opinor & languorem, ex partitudine contractum, adhibere cognitam ſibi medicinam. *Feminæ*, inquit, *ante partum purgantur herbâ quadam, quæ ſeſelis dicitur, faciliori ita vtentes vtero. A partu duas habent herbas, quæ aros & ſeſelis appellantur.* Qui locus cùm ex Ariſtotele tranſlatus ſit, non immeritò à quibuſdam putatur deprauatus. Nam pro χορίον, quod eſt *inuolucrum fœtus*, vel vertit, vel legit ἄρον, vt benè Aldrouandus, Dalechampius & Geſnerus ibidem obſeruarunt. Hoc autem docet Ariſtoteles lib. 9. de Hiſtoria animal. cap. 5. vbi ait ceruam, ſtatim atque enixa eſt fœtum, comedere ſeſelim, atque ipſum inuolucrum cui fœtus fuerat inuolutus, cui vis medica ineſſe exiſtimatur, vt ipſe ſub finem capitis ibidem docet. Hæc vtique in ceruarum partu videntur admiranda: ſed illud diuinæ erga ipſas prouidentiæ argumentum eſt, quòd eo potiſſimùm tempore ceruarum partus accidat, quo frequentiora ſolent eſſe tonitrua, quæ ceruas naturâ timidas, & partus dolorem maximè refugientes, horribili ſonitu ſic afficiunt, vt à dolore ſuo phantaſiam auertant, & præ tonitrui metu ſe faciliùs ad nixum præparent acuantque. Quod indicauit hoc loco Dauid, dicens: *Vox Domini præparantis ceruos.* Vox enim Domini (vt diximus) tonitruum eſt. Atque ideò, vt tradit Ariſtoteles lib. 6. Hiſtor. animal. cap. 29. ab Arcturi ortu ceruæ ineuntur à maribus, id eſt menſe Auguſto, & menſe Septembri implentur atque concipiunt: cùm autem, eodem teſte, octonis menſibus vterum geſtent, neceſſe eſt vt partus in menſem Aprilem incidat, id eſt in vernale tempus iam adultum, quando cum fulmine & fulgure increbreſcere incipiunt & inhorreſcere tonitrua.

Ceruarum partus qualis.

Iob 39, 1.

Ceruæ quomodo ſe ad partum præparent.

Ceruæ iuuantur à tonitru ad faciliùs enitendum.

Porrò

Cerui myſtici ſunt ſacerdotes. Oſee 4,8.

Porrò myſticè in arcanis Dei ſymbolis cerui nominantur qui ſerpentes edere ſolent. Per illos deſignantur ſacerdotes, de quibus Propheta ait, *Peccata populi mei comedent*, hoc eſt minuent, vt ait Hugo Cardinalis, veluti abſument & deuorabunt, vt ne tenues quidem reliquiæ eorum ſuperſint, quemadmodum digerebat venena Mithridates. Et quidem colubri effigie peccatum Sapiens à Deo inſtructus adumbrat: *Quaſi à facie colubri fuge peccata.* Imò hydris omnibus colubriſque, animi crimen eſt funeſtius atque tetrius. Cantu igitur & laude proſequitur Dauid Numinis ſapientiam, in legendis ornandiſque Eccleſiæ moderatoribus, cuius vox præparat ceruos, non cornutos illos è ſiluis, ſed hos myſticos, peccatum abſumentes. Pulchrè ad hunc locum Baſilius: *Vbi cerui præſentia*, inquit, *eſt, omnium ibi ſerpentum malitia fugatur.* Odorem cerui nulla ferunt animalia venenata, quando vel ad ſuffitum cornu ceruini ſecedunt reptilia. Sanè felices illi noſtri erunt cerui, ſi vbicumque fuerint hoc conſequantur, vt ſerpentes venenatos, hoc eſt peccata, comedant & exterminent: quod opus eſt longè glorioſiſſimum atque diuinum. Hoc igitur ſenſu Ioannes quoque fuit *Vox Domini præparantis ceruos*, ſcilicet ſpiritales illos qui in cæleſtes montes per pœnitentiam conſcenderent. Felix certè partus eſt cordis pœnitentis, quando peccatum ſummo cum dolore & contritione confitetur. *Ibi dolores vt parturientis*, inquit alibi Propheta. *Vox* itaque *Domini*, id eſt Ioannes, parturire fecit deſertum, quando flores pœnitentiæ, bonorumque operum fructus parere fecit peccatores. Vox item Domini fuit Baptiſta, obſtetricans ceruis, ad expellendos corde turpiſſimos peccatorum fœtus, & eorum loco hauriendum ſpiritum ſalutis.

Eccli. 21,2. — *Ioannes eſt vox Domini præparantis ceruos.* — Pſal. 47,7.

Vox Domini aperit Scripturas. — *Scriptura non eſt facilis, ſed obſcura.*

IBIDEM. *Et reuelabit condenſa.*] Hæc S. Auguſt. interpretatur, *opacitates diuinorum librorum, & vmbracula myſteriorum.* Certè in illis intelligendis S. Auguſt. in Pſal. 77. requirit *ſudorem, ita*, inquit, *obtecta clauſaque ſunt omnia.* Et lib. 2. de Trinit. ait, multiplici & multimodâ locutione Litterarum ſacrarum atteri animam. Quæ omnia militant contra hæreticos, qui ſacram Scripturam eſſe facilem aiunt, & à plebe ac mulierculis intelligi, putantque otioſis ſibi & vota facientibus venire notitiam Scripturarum. Ceterùm hæc opaca ſecreta diuinorum oraculorum ſignificare fortè voluit Democritus, qui cùm more aliorum ſophorum libros ſacros attigiſſet, puteum quemdam effinxit, in immenſam altitudinem patentem, vbi veritas caligine circumfuſa deliteſceret. Quomodo Scriptura ſacra dicitur abyſſus in illo Pſalmi, *Abyſſus abyſſum inuocat:* hoc eſt, vt ait Euthymius, *vetus & nouum Teſtamentum, ob profunditatem occultorum ſenſuum.* Huius tanti profundi fundum nemo adhuc luminibus attigit; ſed multi cùm acriùs oculorum aciem intendiſſent, deprehenderunt, abyſſi magnitudine ſuperari animi lumen, atque mentem obtenebrari. Condenſum itaque, id eſt arcanum Scripturæ ſenſum, ad quem omnis humana ratio caligat, ſola vox Domini, id eſt verbum fidei, reuelat.

Pſal. 41,8. — ANNOTATIONES CORDERII. — *Sola fides eam reuelat.*

10. *Dominus diluuium inhabitare faciet.*] Græcè κατοικιεῖ, & ita videtur legiſſe Athanaſ. & Nicephorus; in alijs libris eſt, κατοικεῖ, quod etiam agnoſcit S. Hieron. ſed putat duobus modis reddi poſſe, *inhabitat, &, inhabitare facit:* atque hanc ſecundam interpretationem huic loco magis conuenire putat: atque ita eſt in Vulgata; Aquila, κύριος εἰς κατακλυσμὸν ἐκάθισεν, *Dominus in diluuio ſedit*; Symmachus, κύριος ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐκάθισεν, *Dominus ſuper diluuium ſedit.* Per *diluuium* hîc in ſenſu ſpiritali optimè intelligimus copioſam populi multitudinem, quam Deus habitare facit in Eccleſia, ad quam tanta confluit vndique frequentia multitudinis, vt diluuio rectè comparari poſſit. de quo Iſaias ait: *Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam Gentium.* Vel etiam ſic exponi poteſt, vt ſit ſenſus: Eccleſiam inhabitare, ſiue ſaluam permanere inter medias præſentis ſæculi vndas, ſicut arca Noë aquis diluuij prorſus incolumis ſupernatabat. Vtrumque hunc ſenſum S. Auguſt. epiſt. 5. probat. Quid porrò erit, vbi hoc diluuium, ſiue confluentis populi, ſiue fluctuantis ſæculi, finem acceperit? *Et ſedebit Dominus* in eadem ſua Eccleſia, tàmquam in beato templo ſuo, iam in vita æterna, inquit S. Auguſt. poſt fluctuationem huius ſæculi, æternâ ſtabilitate firmato. Sedebit, inquam, *Rex*, regnans *in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.*

Eccleſia diluuio comparata, ob multitudinem. — Iſaiæ 66, 12. — Gen. 7,32. — Luc. 1.

11. *Dominus benedicet populo ſuo in pace.*] Vbi S. Baſilius hanc pacem, quæ motus animi & affectiones componit, dicit eſſe τελειοτάτην τῶν εὐλογιῶν, *omnium Dei benedictionum perfectiſſimam.* Certè qui affectus ſuos domuerunt, ſic vt placidâ animi quiete & tranquillitate fruantur, ſunt veluti æternitatis candidati, qui iam Cælitum beatiſſimam conditionem delibent, & in atrijs propè empyreæ domus verſentur. Hoc eſt, inquit D. Ambroſius, *eſſe diuitem æternitati, cum pace animi, cum tranquillitate quietis nihil concupiſcere, nullis exagitari cupiditatum procellis*, &c. Sic à S. Petro ſpiritus quietus dicitur *in conſpectu Dei locuples*, quaſi cum pace copiæ cornu cæleſtibus donis refertum, liquidiſque lætitijs affluens, ſeſe totum in piam mentem effunderet. Hic igitur placidus animi ſtatus, & vacuitas à perturbationibus, eſt inſigne donum magnificentiſſimæ bonitatis, & benedictionis diuinæ, de quo hîc Pſalmiſta loquitur.

Pax eſt ſumma benedictio. — Epiſt. 27. — 1. Pet. 3, 4.

IN

PARAPHRASIS PATRUM.

IN PSALMUM XXIX. ARGUMENTUM.

1. In finem, ipſi Dauid Pſalmus Cantici, dedicationis domus.

α. Εἰς τὸ τέλος, τῷ Δαβὶδ ψαλμὸς ᾠδῆς, τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου.

Myſtica dedicatio domus noſtræ, eſt Chriſti reſurrectio.

Dedicationem domus vocat humanæ naturæ inſtaurationem, quam Chriſtus Dominus perfecit, cùm pro nobis mortem oppetiiſſet, & ſpem reſurgendi nobis dediſſet. Ceterùm hic Pſalmus etiam dictus eſt in beatum Ezechiam. Poſt Aſſyriorum enim internecionem, & morbi liberationem (vti veroſimile eſt) maximam inſtituit celebritatem, Deo gratias agens, quòd & ipſis ſalutem donaſſet, & ſanctum ſuum templum ab hoſtili igne liberaſſet.

Ἐγκαινισμὸν οἴκου καλεῖ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως νεουργίαν, ἣν ὁ δεσπότης Χριστὸς ἐτέλεσε, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν καταδεξάμενος θάνατον, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἡμῖν δεδωκὼς τὰς ἐλπίδας. Εἴρηται δὲ εἰς τὸν μακάριον Ἐζεκίαν οὗτος ὁ ψαλμός. Μετὰ γὰρ τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀναίρεσιν, καὶ τῆς νόσου τὴν ἀπαλλαγήν, ἑορτὴν (ὡς εἰκὸς) μεγίστην ἐπετέλεσε, τῷ Θεῷ χάριν ὁμολογῶν, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἐδωρήσατο τὴν σωτηρίαν, καὶ τὸν ἅγιον αὐτοῦ ναὸν τῆς τῶν πολεμίων πυρὸς ἠλευθέρωσε.

PARAPHRASIS.

2. EXALTABO te Domine, quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

Chriſtus naturam noſtram liberauit, eam aſſumendo.

Cùm enim Dominus noſtras primitias ſuſcepiſſet, per illas vniuerſam naturam ſalute dignam effecit; nec permiſit vt illa deriſui fieret inimicis hoſtibuſque dæmonibus.

β. ΥΨΩΣΩ σὲ κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με, καὶ οὐκ εὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐπ' ἐμέ.

Λαβὼν γὰρ τὴν ἡμετέραν ἀπαρχὴν ὁ δεσπότης, πᾶσαν δι' αὐτῆς τὴν φύσιν τῆς σωτηρίας ἠξίωσε, καὶ ἐπίχαρτον τοῖς ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις οὐκ εἴασε δαίμοσιν.

3. Domine Deus meus, clamaui ad te, & ſanaſti me.

γ'. Κύριε ὁ θεός μου, ἐκέκραξα πρὸς σέ, καὶ ἰάσω με.

4. Domine eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.

δ'. Κύριε ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου· ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον.

Deus miſerijs noſtris compatitur.

Conueniunt iſta Ezechiæ vulgato ſenſu. Lacrymas autem & lamentationes, quæ in ægrotantibus & morientibus fiebant, precationis loco poſuit, inexplicabilem Dei benignitatem oſtendens; quoniam, etiam minimè inuocatus, ſed tantùm videns lamentationes, ob ea quæ fiebant miſertus eſt, & mortem euertit.

Ταῦτα τῷ Ἐζεκίᾳ ἁρμόττει κατὰ πρόχειρον νοῦν. Τὰ δάκρυα δὲ καὶ τοὺς ὀδυρμούς, τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀρρωστοῦσι καὶ τελευτῶσι γινομένους, τέθεικεν ἀντὶ προσευχῆς, τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν δεικνύς, ὅτι καίτοι μὴ καλούμενος, ἀλλ' ὁρῶν μόνον τοὺς θρήνους, ᾤκτειρε τὰ γινόμενα, καὶ τὸν θάνατον ἔλυσε.

5. Pſallite Domino ſancti eius: & confitemini memoriæ ſanctitatis eius.

ε'. Ψάλατε τῷ κυρίῳ οἱ ὅσιοι αὐτοῦ, καὶ ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ.

Iure merito ſanctis hymnum & gratiarum actionem attribuit. Cùm enim omnibus

Εἰκότως τοῖς ὁσίοις ἀπονέμει τὸν ὕμνον καὶ τὴν ὁμολογίαν τῆς χάριτος. Ἐπειδὴ γὰρ ἅπασιν

ἀνθρώ-

ἀνθρώποις ἔδωκε τὸ τῆς ἀναστάσεως δῶρον, οὐ πάντες δὲ τῆς χάριτος ἄξιοι, ἁρμοδίως τοὺς ἀξίους εἰς τοὺς ὕμνους ἀφιέρωσε.

ϛʹ. Ὅτι ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, καὶ ζωὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ.

Ἀρίστην δὲ κομιδῇ πεποίηται ταύτην τὴν διαίρεσιν· τὴν γὰρ ὀργὴν ἀπένειμε τῷ θυμῷ (ὀργὴν γὰρ τὴν παιδείαν καλεῖ) τὴν δὲ ζωὴν τῷ θελήματι. τοῦτο γάρ τοι βούλεται, οὐκ ἐκεῖνο. ἐκεῖνο γὰρ ἡμεῖς ἐπισπώμεθα. Ὁ γὰρ θεός, φησί, θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐν ἀπωλείᾳ ζώντων.

Τὸ ἑσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμός, καὶ εἰς τὸ πρωῒ ἀγαλλίασις.

Τοῦτο συνέβη καὶ ἐπὶ Ἐζεκίου, καὶ ἐπὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας. Οἱ γὰρ Ἀσσύριοι ταῖς ἀπειλαῖς ἐκείναις χρησάμενοι, καὶ εἰς κλαυθμὸν τὴν πόλιν κινήσαντες, νύκτωρ ἐδέξαντο τὴν πληγήν· καὶ ἕωθεν οὓς δακρύειν ἑσπέρας ἠνάγκασαν, εὐθυμίας ἐνέπλησαν· Καὶ ὁ θεῖος Ἠσαΐας τοῦ θανάτου τὴν ψῆφον ἑσπέρας τῷ Ἐζεκίᾳ κομίσας, ὑπὸ τὴν ἕω πάλιν ἤνεγκεν αὐτῷ τὰ τῆς ζωῆς εὐαγγέλια. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς κοινῆς ἐγένετο σωτηρίας. Τῶν γὰρ ἱερῶν ἀποστόλων ὀδυρομένων τοῦ κυρίου τὸ πάθος, ἧκον αἱ γυναῖκες ὑπὸ τὴν ἕω τῆς ἀναστάσεως τὴν εὐφροσύνην κομίζουσαι.

ζʹ. Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα.

Τοῦτο καὶ Ἀδὰμ ἤλπισεν, ἐν τῷ παραδείσῳ πρὸ τῆς ἀπάτης πολιτευόμενος· καὶ Ἐζεκίας νενικηκὼς τὸν Ἀσσύριον.

ηʹ. Κύριε ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν.

Ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος.

Καὶ ταῦτα καὶ τῷ Ἐζεκίᾳ, καὶ πάσῃ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει προσαρμόσει. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος δι᾽ ἀρετὴν τῆς θείας προνοίας ἀπολαύσας, καὶ τῶν Ἀσσυρίων περιγενόμενος· εἶτα τῆς θείας χάριτος γυμνωθείς, νόσῳ περιέπεσε. Καὶ ὁ Ἀδὰμ ἐν παραδείσῳ, τῷ τῆς ἀρετῆς ἐκεκόσμητο κάλλει, καὶ κρείττων ἦν φθορᾶς· τῆς δὲ θείας προνοίας διὰ τὴν παράβασιν γυμνωθείς, θανάτῳ κατεδικάσθη. Ὡς εἶναι ταῦτα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως πρὸς τὸν δεσπότην Χριστόν.

hominibus reſurgendi donum largitus ſit, non omnes autem hac gratiâ digni ſint; congruenter eos qui hoc munere ſe dignos præſtiterunt, ad pſallendum conſecrat. PARAPHRASIS PATRVM.

6. Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.

Porrò quàm optimam hanc diuiſionem fecit: nam iram indignationi adſcripſit (iram enim caſtigationem vocat) vitam verò voluntati: hanc enim vult, non illam. Etenim nos illam accerſimus. *Quoniam Deus*, inquit, *mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.* *Deus ex ſe vult nobis vitam.* Sap. 1, 13.

Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.

Hoc contigit etiam ſub Ezechia, & in communi noſtra ſalute. Nam cùm Aſſyrij comminationibus vſi eſſent, & vrbem ad planctum commouiſſent, nocte plagam receperunt, & manè, quos veſperi lacrymari coëgerant, lætitiâ repleuerunt. Atque cùm diuinus Iſaias mortis ſententiam Ezechiæ veſperi attuliſſet, rurſus diluculo fauſtum vitæ nuntium ipſi attulit. Idem tempore communis ſalutis accidit: cùm enim ſancti Apoſtoli paſſionem Domini lugerent, mulieres manè venerunt, reſurrectionis lætitiam afferentes. *Deus poſt luctum dat lætitiam.* 4. Reg. 19, & 20. Marci 16, 2.

7. Ego autem dixi in abundantia mea: Non mouebor in æternũ.

Hoc & Adam ſperauit, cùm in paradiſo, ante ſeductionem, verſaretur; & Ezechias, cùm Aſſyrium ſuperaſſet.

8. Domine in voluntate tua, præſtitiſti decori meo virtutem.

Auertiſti * autem faciem tuam *: & factus ſum conturbatus. * *Vulgata non habet:* & *addit* à me.

Hæc etiam cùm Ezechiæ, tum omni humanæ naturæ competunt. Etenim ille, ob virtutem, cùm diuini auxilij compos factus eſſet, & Aſſyrios ſuperâſſet, poſtmodùm diuinâ gratiâ ſpoliatus, in morbum incidit. Adam etiam in paradiſo, virtutis pulchritudine ornatus, interitu ſuperior exiſtebat; at vbi ob tranſgreſſionem diuinâ curâ deſtitutus fuit, addictus eſt morti. Vt hæc ſint verba naturæ humanæ ad Dominum Chriſtum. *Sine auxilio Dei nil valemus.*

PARAPHRASIS PATRVM.

9. Ad te Domine clamabo: & ad Deum meum deprecabor.

10. Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?

Numquid cõfitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?

His verbis etiam beatus Ezechias vſus eſt, vt hiſtoria declarat, atque ſimiliter humana natura; licet non vniuerſa clamauerit per ſe, attamen per ſanctos ad Deum exclamauit, hiſce verbis vtens: quoniam iuſtum eſt te conditorem laudare, & pro beneficijs tuis verbis gratias agere. Quod proprium eſt viuentium. Quomodo enim qui in cinerem ac puluerem reſoluti ſunt, & corpus perdiderunt, beneficia tua decantare poſſent?

Viuentium eſt laudare Deum.

11. Audiuit Dñs, & miſertus eſt mei: Dñs factus eſt adiutor meus.

12. Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitiâ.

13. Vt* pſallat tibi gloria mea, & non compungar: Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.

* *Vulgata cantet*

Et Ezechias ſacco circumdatus, Deo contra Aſſyrios preces obtulit, & humana natura lugubrem habitum induit. Et quemadmodum Ezechias, acceptâ quindecim annorum promiſſione, lætitiâ repletus eſt; ita par eſt, vt & nos ſpem reſurrectionis adepti, mortuos non deploremus. Quapropter conuenit, nos tantam conſecutos gloriam, ob hoc beneficium, ſine intermiſſione tibi cantare, nullo tempore ſilentes. Compunctio enim ſilentium indit. *Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi:* non ſolùm enim in præſenti vita, ſed etiam poſt reſurrectionem, hymnos tibi perpetuos offeram, admiranda & ineffabilia tua munera exponens.

Spe reſurrectionis, defunctorum luctus mitigandus.

θ'. Πρὸς σὲ κύριε κεκράξομαι, καὶ πρὸς τὸν θεόν μου δεηθήσομαι.

ι'. Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν;

Μὴ ἐξομολογήσεταί σοι χοῦς, ἢ ἀναγγελεῖ τὴν ἀλήθειάν σου;

Τούτοις καὶ ὁ μακάριος Ἐζεκίας ἐχρήσατο τοῖς λόγοις, ὡς ἡ ἱστορία διδάσκει· καὶ μέντοι καὶ ἡ ἀνθρωπεία φύσις, εἰ καὶ μὴ πᾶσα βεβόηκεν, ἀλλὰ διὰ τῶν ἁγίων βεβόηκε πρὸς τὸν θεὸν, τούτοις κεχρημένη τοῖς λόγοις. ὅτι δίκαιον ὑμνεῖν σε τὸν ποιητὴν, καὶ λόγοις ἀμείβεσθαί σου τὰς χάριτας· τοῦτο ζώντων ἴδιον. Οἱ γὰρ εἰς χοῦν καὶ κόνιν διαλελυμένοι, καὶ τὸ σωματικὸν ὄργανον ἀπολέσαντες, πῶς ἂν δυνηθεῖεν τὰς σὰς ᾄδειν εὐεργεσίας;

ια'. Ἤκουσε κύριος, καὶ ἠλέησέ με, κύριος ἐγενήθη βοηθός μου.

ιβ'. Ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοί· διέῤῥηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνῃ.

ιγ'. Ὅπως ἂν ψάλῃ σοι ἡ δόξα μου, καὶ οὐ μὴ κατανυγῶ· κύριε ὁ θεός μου, εἰς τὸν αἰῶνα ἐξομολογήσομαί σοι.

Καὶ Ἐζεκίας σάκκον περιζωσάμενος, τὴν κατὰ τῶν Ἀσσυρίων ἐποιήσατο εὐχὴν, καὶ ἡ ἀνθρωπεία φύσις τὸ πένθιμον περιεβέβλητο σχῆμα. Καὶ καθάπερ ὁ Ἐζεκίας τῶν δεκαπέντε ἐτῶν τὴν ἐπαγγελίαν δεξάμενος, εὐφροσύνης ἐνεπλήσθη πολλῆς· οὕτω δίκαιον ἡμᾶς, τὴν ἐλπίδα δεξαμένους τῆς ἀναστάσεως, μὴ θρηνεῖν τοὺς τελευτῶντας. Προσήκει οὖν ταύτης ἕνεκα τῆς εὐεργεσίας διηνεκῶς σοι ᾄδειν, τοὺς τοσαύτης δόξης τετυχηκότας, ἐν μηδενὶ καιρῷ σιωπῶντας. Ἡ κατάνυξις γὰρ σιγὴν ἐμποιεῖ. Κύριε ὁ θεός μου, εἰς τὸν αἰῶνα ἐξομολογήσομαί σοι. οὐ γὰρ μόνον κατὰ τὸν παρόντα βίον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὕμνους σοι προσοίσω διηνεκῶς, τὰς ὑπερφυεῖς σου καὶ ἀῤῥήτους διηγούμενος δωρεάς.

COMMENTARIUS PATRUM.

COMMENTARIVS.

α. Ὑψώσω σε κύριε.] Ἀντὶ τοῦ, ὑψηλὰ περὶ σοῦ λέξω, ὅτι τῆς ἀῤῥωστίας με ἀπήλλαξας, καὶ ἐνέκοψας τοῖς ἐχθροῖς μου τὴν εὐφροσύνην. Ἐμφατικῶς δὲ ἄρα τὸ ὑπέλαβες, εἴρηκεν, ἀντὶ τοῦ, ὅτι μετεώρισας, καὶ ἀνώτερον τῶν ἐπανισταμένων ἐποίησας· ὁ δὲ Ἀκύλας, ἀντὶ τοῦ ὑπέλαβες, ἀνενέωσας. Ὅτι δὲ καὶ ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ ὁ ψαλμὸς, δηλοῖ τὸ, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου. Λέγοιτο δ' ἂν καὶ ἐπὶ παντὸς ἁγίου, ἐν ᾅδου γεγενημένου κατὰ τὸν τῆς κακίας καιρόν. Ὑπολαμβάνει δὲ ἡμᾶς, ὅταν ὑψωθῶμεν ἀπὸ τῆς γῆς, μετεωριζόμενοι ὑπὸ τοῦ σταυροῦ, τοῦ εἰπόντος Χριστοῦ· Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω. Τότε καὶ ὑψοῦμεν τὸν κύριον, ὑψηλὴν ἡμῖν τὴν περὶ τοῦ πατρὸς ὑπόληψιν ἐμποιήσαντα. Ἐχθροὺς δὲ λέγει, δυνάμεις ἀοράτους τῇ ἀνθρωπίνῃ διαφθονουμένας ψυχῇ, καὶ ἐφεδρευούσας, εἴπου γένηται ἐν ὀλίσθῳ. Διὸ καὶ εὐχαριστεῖ, ὅτι μὴ συγκεχώρηται τοῖς ἐχθροῖς εὐφρανθῆναι αὐτοῦ τοῖς κακοῖς. Ὑψοῖ δὲ θεὸν, ὁ ὑψηλῶς αὐτὸν θεολογῶν, καὶ ὁ τὴν ἑαυτοῦ πρὸς ἀρετὴν ἐπαίρων ψυχήν. Μακάριος δὲ ὁ τὴν ἐν τῷ βάθει αὐτοῦ πληγὴν γνωρίζων, ὡς δύνασθαι προσιὼν τῷ ἰατρῷ λέγειν, Ἴασαί με κύριε. Ἐνταῦθα μέντοι εὐχαριστία ἐστὶν ὑπὲρ τῆς ἐπαχθείσης ἰατρείας. Κράξαντος γάρ, φησιν, ἤκουσας, καὶ ἰάσω με. Οὐ πάντων δὲ θεὸς ὁ θεὸς, ἀλλὰ τῶν οἰκειωθέντων αὐτῷ δι' ἀρετῆς· ἣν κτησάμενος ὁ Δαβὶδ, τὸν κοινὸν ἰδιοποιεῖται θεόν. Οὐδὲν, φησι, γέγονε μέσον τῆς ἐμῆς φωνῆς, καὶ τῆς σῆς χάριτος· ἀλλ' ὁμοῦ κέκραξα, καὶ προσῆλθεν ἴασις. Μεγάλης οὖν δεῖ φωνῆς τῷ εὐχομένῳ, ἵνα ταχεῖα γένηται ἡ ἀντίληψις· ἀλλ' οὐ τῷ τόνῳ, τῇ σπουδῇ δέ. Σεσῶσθαι δέ φησιν ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον· ἢ μὴ ἐάσαντος αὐτὸν τοῦ θεοῦ καταβῆναι εἰς αὐτὸν, ἢ μετὰ τὸ κατελθεῖν ἀναγαγόντος. Ἃ γὰρ ἐν τῷ κζʹ. λέγει ψαλμῷ, εὐχόμενος μὴ ὁμοιωθῆναι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον, νῦν πάλιν εὐχαριστεῖ, ὡς καταπεσὼν πρότερον εἰς τὸν λάκκον, ἀνενεχθεὶς δὲ καὶ ἀνασωθεὶς ἐξ αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐναπολειφθεὶς κάτω. Μακάριον μὲν γὰρ τὸ μὴ ἁμαρτεῖν, ἁμαρτόντος δὲ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν, δεύτερος πλοῦς τὸ ἀναπαλαῖσαι. ῥηθείη

I. Exaltabo te Domine.] Id eſt, alta de te loquar, eò quòd ab infirmitate me liberaſti, & inimicorum meorum gaudium interrupiſti. Emphaticè autem dixit, *ſuſcepiſti*, id eſt ſublimem reddidiſti, & aduerſarijs ſuperiorem effeciſti: Aquila autem pro *ſuſcepiſti*, legit, *renouaſti*. Quoniam verò etiam hic Pſalmus ex perſona Chriſti dictus eſt, idem ſignificat quod *Eduxiſti ab inferno animam meam*. Poſſet hoc etiam dici de omni iuſto, qui in inferno fuit tempore iniquitatis ſuæ. Porrò ſuſcipit nos, quando exaltamur à terra, per crucem ſublimati, dicente Chriſto: *Cùm exaltatus fuero,* omnes traham.* Tunc etiam Dominum exaltamus, ſublimem nobis de Patre opinionem ingenerantem. *Inimicos* autem vocat virtutes inuiſibiles, quæ humanæ animæ inuident & inſidiantur, ſicubi labatur. Quocircà etiam gratias agit, quòd non permiſerit inimicos malis eius collætari. Ceterùm exaltat Deum, qui ſublimiter de Deo loquitur, & animam ſuam ad virtutem ſurrigit. Beatus autem ille, qui in fundo ſuam plagam agnoſcit, vt poſſit ad medicum accedens, dicere, *Sana me Domine.* Hic itaque gratias agit pro curatione quam fuerat conſecutus. *Dum* enim, inquit, *clamarem, audiſti me, & ſanaſti me.* Deus autem non omnium Deus, ſed eorum qui ob virtutem ipſi familiares ſunt: quam adeptus Dauid, communem Deum ſibi proprium facit. Nihil, inquit, interceſſit inter vocem meam, & gratiam tuam; ſed ſimul vt clamaui, curatio aduenit. Magna igitur voce opus eſt oranti, vt promptum adſit auxilium; non autem contentione, ſed diligentiâ. Ait autem ſe liberatum à deſcendentibus in lacum; dum nempe Deus minimè permiſit vt in illum deſcenderet, aut certè poſt deſcenſum inde eduxit. Quod autem in Pſalmo XXVII. rogat, vt non aſſimiletur deſcendentibus in lacum; nunc iterùm gratias agit, quòd, cùm priùs in lacũ incidiſſet, ab eo eductus & liberatus ſit, neq; infrà relictus. Beatum ſiquidem eſt nõ peccaſſe; naturę verò fragilitate lapſi altera nauigatio eſt, pugnã redintegrare. Ceterũ hoc

Quomodo Deus exaltari debeat à nobis, pro beneficijs ſuis.

Verſ. 4.

Ioan. 12. 32.

* Vulgata *omnia*

Quis Deũ exaltet.

Deus eſt peculiariter piorum.

Qualem vocẽ orans edere debeat.

etiam per diſpenſationem dici potuit ex perſona Chriſti, qui poſuit animã ſuam pro nobis.

5. PSALLITE DOMINO.] Meritò hymnum ſanctis attribuit: *Non* enim *eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*; ſed eius, qui ore ſimul & mente pſallere nouit. Non enim ſi quis ore pſalmi verba proferat, pſallit Domino; ſed qui ex corde preces emittunt, & qui ſancti ſunt, per iuſtitiam Deo appropinquantes: vel iubent Sanctorum chorum ipſi pœnitenti congaudere, & confiteri, id eſt gratias agere, quòd ipſos non omnimoda deperit Dei obliuio: cuius tanta eſt benignitas, vt nihil vmquam homini velit mali. Quantumuis enim peccando nobis ipſi indignationem iræ accerſamus; voluntas tamen eius, vitæ eſt, non iræ, iuxta illud, *Nolo mortem peccatoris.* Nam, præter voluntatem eius, peccatoribus ira diuina præparatur. *Benignitas* enim *Dei*, inquit Paulus, *ad pœnitentiam te adducit: ſecundùm autem duritiem tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram.* Non dixit: Confitemini ſanctitati eius, ſed *memoriæ*, id eſt gratias agite, quòd in memoria ſanctitatis eius ſitis, qui priùs in ipſius obliuione propter facinora peruerſa fuiſtis. Priùs id quod triſte eſt, dixit, ſcilicet iram; deinde quod lætum, ſcilicet vitam. Tunc enim ſuauior eſt fruitio, quandò res triſtes præceſſerunt. *Ira* ſiquidem *in indignatione eius*, id eſt, ſupplicium, ſecundùm iuſtum Dei iudicium: *vita verò in voluntate eius*, id eſt, hoc vult, vt omnes vitæ participes exiſtant. Aduerſa verò non eius voluntate infliguntur; ſed merito eorum qui peccauerunt, irrogantur. Alius. Pulchrè coniunxit vitam cum voluntate; iram verò cum indignatione. Oſtendit enim vitam ipſi eſſe volitam; ad iram verò à nobis ipſum compelli. Haud enim ipſe illam cupit, ſed nos ipſi per peccata noſtra illam inducimus: voluntas enim eius, vita eſt. Deinde facti cuiuſdam meminit aduerſus hoſtes, dicens:

Eccli. 15.9

Non tam ore, quàm mente pſallendum.

Deus non vult pœnam, ſed pœnitentiam.

Ezech. 18.

Rom. 2, 4.

Deus quaſi inuitus punit, ſed libens bona præbet.

6. AD VESPERAM DEMORABITVR.] Cùm enim Rapſaces illi comminatus eſſet, populus fleuit: manè autem, Aſſyrijs noctu per Angelum interfectis, lætati ſunt. Quin & Iſaias, qui Ezechiæ veſperi ſententiam mortis attulerat, ſub auroram optima vitæ nun-

δι' ἂν οἰκονομικῶς καὶ ἐκ προσώπου Χριστοῦ, τοῦ θέντος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν.

ε. ΨΑΛΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Εἰκότως τοῖς ὁσίοις ἀπονέμει τὸν ὕμνον· Οὐ γὰρ ὡραῖος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ αἶνος, ἀλλὰ τοῦ δυναμένου ψάλλειν τῷ στόματι, καὶ τῷ νῷ. Οὐ γὰρ εἴ τις προσφέρει τὰ τοῦ ψαλμοῦ ῥήματα στόματι, οὗτος ψάλλει τῷ κυρίῳ, ἀλλ' οἱ ἐκ καρδίας ἀναπέμποντες τὰς εὐχὰς, καὶ ὅσοι εἰσὶν ὅσιοι, ἐγγίζοντες τῇ πρὸς θεὸν δικαιοσύνῃ· ἢ παρακελεύονται τῷ τῶν ἁγίων χορῷ συγχαίρειν αὐτῷ μετανοήσαντι, καὶ ἐξομολογεῖσθαι, τουτέστιν εὐχαριστεῖν, δι' ὅλου λήθην μὴ λαμβάνοντας τῆς τοῦ θεοῦ μνήμης, οὗ τοσαύτη ἡ φιλανθρωπία, ὡς μηδέποτε βούλεσθαί τι ἀνθρώπῳ κακόν. Κἂν γὰρ ἑαυτοῖς θυμὸν ὀργῆς κατασκευάζωμεν ἁμαρτάνοντες, ἀλλὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ ζωῆς ἐστιν, οὐκ ὀργῆς, κατὰ τό· Οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Παρὰ τὴν βούλησιν γὰρ αὐτοῦ, τοῖς ἁμαρτωλοῖς ὀργὴ θεοῦ κατασκευάζεται. Τὸ γὰρ χρηστὸν τοῦ θεοῦ, φησὶ Παῦλος, εἰς μετάνοιάν σε ἄγει· κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν. Οὐκ εἶπεν ἐξομολογεῖσθε τῇ ἁγιωσύνῃ αὐτοῦ, ἀλλὰ τῇ μνήμῃ, τουτέστιν εὐχαριστεῖτε, ὅτι ἐν μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ ἐγένεσθε, οἱ πρότερον ἐν λήθῃ αὐτῆς, διὰ τὰ πεπραγμένα οὐχ ὑγιῶς. πρότερον δὲ εἶπε τὸ σκυθρωπὸν ὀργὴν, εἶτα τὸ φαιδρὸν ζωήν. ἡδίων γὰρ ἡ ἀπόλαυσις προκαθηγησαμένων τῶν λυπούντων. Ὀργὴ μὲν γὰρ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, ἤτοι τιμωρία κατὰ τὸ δίκαιον κρῖμα τοῦ θεοῦ· ζωὴ δὲ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, τοῦτο θέλει, πάντας μετέχειν ζωῆς. Τὰ δὲ περιστατικὰ οὐχὶ τῷ θελήματι αὐτοῦ ἐνεργεῖται, ἀλλὰ τῇ ἀξίᾳ τῶν ἡμαρτηκότων ἐπάγεται. Ἄλλος. Καλῶς συνῆψε τὴν ζωὴν τῷ θελήματι, τὴν δὲ ὀργὴν τῷ θυμῷ. Δείκνυσι γὰρ, ὅτι τὸ μὲν τῆς ζωῆς θελητὸν αὐτῷ ἐστι, τὸ δὲ τῆς ὀργῆς, ἡ ἀφ' ἡμῶν ἀνάγκη καὶ ἡ χρεία παρασκευάζει. Οὐ γὰρ αὐτὸς τοῦτο βούλεται, ἀλλ' ἡμεῖς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἑαυτῶν ἐπεισαγόμεθα· τὸ γὰρ αὐτοῦ θέλημα ζωή. Εἶτα μέμνηται τοῦ πράγματος τοῦ κατὰ τοὺς πολεμίους, λέγων·

ϛʹ. ΤΟ ΕΣΠΕΡΑΣ ΑΥΛΙΣΘΗΣΕΤΑΙ.] Τοῦ γὰρ Ῥαψάκου διαπειλήσαντος, ἔκλαυσεν ὁ λαός· ἕωθεν δὲ, τῶν Ἀσσυρίων ἐν νυκτὶ δι' ἀγγέλου πληγέντων, ἠγαλλιάσαντο. Ἀλλὰ καὶ Ἡσαΐας τοῦ θανάτου Ἐζεκίᾳ τὴν ψῆφον ἐν ἑσπέρᾳ κομίσας, ὑπὸ τὴν ἕω τὰ τῆς ζωῆς προσ-

ἤνεγκεν εὐαγγέλια. Ἢ ἑσπέρας κατὰ τὸ πάθος τοῦ κυρίου, αὐλισθέντος κλαυθμοῦ ἐπὶ τοῖς μαθηταῖς, τὸ πρωῒ γέγονεν ἀγαλλίασις, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν διέτρεχον μετὰ χαρᾶς ἀλλήλοις διδόντες τὰ εὐαγγέλια. Ἑσπέραν νοήσεις καὶ τὸν παρόντα αἰῶνα, πρὸς δυσμὰς ἤδη ἀποκλίναντα, ἐν ᾧ οἱ μακαρίως κλαύσαντες, τῆς πρωΐας ἐπελθούσης τοῦ μέλλοντος, ἀγαλλιάσονται. Ἢ κλαίουσι μὲν ἐν ἑσπέρᾳ Ἰουδαῖοι, ὅτι ἐπέδυ αὐτοῖς ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, ἀγαλλιωμένων τῶν ἐθνῶν, ὅτι ἐπέλαμψεν αὐτοῖς ὡς πρωΐα ὁ σωτήριος λόγος. Ἢ τὸ εὐκατόρθωτον τῆς μετανοίας διὰ τούτων σημαίνεται. οὐδεν γὰρ τοσοῦτον πλῆθος ἁμαρτιῶν, ὧν μὴ ταχέως ἐκφέρει εἰς ἀγαλλίασιν ἡ μετάνοια. Εἶτα τὸ αἴτιον λέγει τῆς καταπτώσεως· Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου. Ἐπειδή, φησι, μέγα ἐν τῇ εὐημερίᾳ πεφρόνηκα, καὶ ἐφυσιώθην, τούτου χάριν τετάραγμαι. Γέγονε δέ μοι τοῦτο, οὐ σοῦ με προσωθήσαντος, ἀλλ' ἀποστρέψαντος μόνον τὸ πρόσωπον. Ἐπεὶ οὖν ἄνευ τῆς σῆς ἰσχύος οὐδὲ στῆναι δύναμαι, τὸ σὸν πάλιν ἐπιτελεῖν τὸ θέλημα, καὶ τὸ κάλλος τῆς ψυχῆς μου διαλάμπειν παρασκεύασον. Ἁρμόζει καὶ τῷ Ἀδὰμ πρὸ τῆς παραβάσεως, καὶ τῷ Ἐζεκίᾳ μετὰ τὴν νίκην· ἐν γὰρ ταῖς Παραλειπομέναις ὑψωθῆναι λέγει τὴν καρδίαν αὐτοῦ. Πνευματικὴ δὲ εὐθηνία, ὅταν ὁ σπόρος τοῦ Ἰησοῦ ἑκατονταπλάσιος γίνεται. ἐν ᾗ ὁ μένων βέβαιος, δύναται ταῦτα λέγειν. Στιχθείη δὲ καὶ εἰς τό, εἶπα. Τί δὲ εἶπα; Ὅτι εἰ ἐν τοιαύτῃ γένωμαι εὐθηνίᾳ, οὐ σαλευθῶ. ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐν τῇ ἐρημίᾳ μου, φησί, τὸ γαληνὸν καὶ ἀτάραχον ἐμφαίνων τῆς καταστάσεως. Ἢ δικαίως ταῦτα πεπονθέναι φησὶ μὴ μνησθεὶς τοῦ, Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ, καὶ νομίζας τὴν παρὰ θεοῦ στάσιν βεβαίαν εἶναι.

η'. ΚΥΡΙΕ ΕΝ ΤΩ ΘΕΛΗΜΑΤΙ ΣΟΥ.] Ἠγνόουν, φησίν, ὅτι τὸ σόν ἐστι θέλημα τὸ ποιοῦν με ἔνδοξον καὶ λαμπρόν. Διὰ δὲ τὸ τοῦτο λογίσασθαι, ἀπέστρεψας, τουτέστι τὴν πρὸς ὀλίγον παρέκλινας τὸ πρόσωπόν σου, κἀμὲ ἐν σάλῳ κατέστησας. Ἀλλ' ἀπὸ τοῦ νῦν κεκράξομαι, τουτέστι, σὲ ἐπιγνοὺς αἴτιον, οὐκ ἀποστήσομαί σου. Οὐκ ἔστι δὲ ἐπιστροφὴ προσώπου, ἀλλὰ σχῆμα τῆς γραφῆς τοῦτο. οὐ γὰρ ἕτερόν φησι κύριον, καὶ ἄλλον καὶ ἄλλον θεόν· εἰ μή που προφητικῶς τὸν πατέρα αἰνίττεται καὶ τὸν υἱόν. Ἄλλος. Τῷ κάλλει μου, ὃ παρὰ σοῦ ἔλαβον ἐκ τῆς πρώτης κατασκευ-

tia ferebat. Vel, cùm veſpere ſub paſſionem Domini, demoratus eſſet fletus diſcipulis eius, ad matutinum facta eſt lætitia, quando poſt reſurrectionem cum gaudio cucurrerunt, ſibi mutuo bona nuntia communicantes. *COMMENTARIVS PATRVM.* Veſperum etiam intelliges præſens ſæculum, iam ad occaſum vergens, in quo qui perſanctè plorarint, adueniente matutino futuro exultabunt. *Qui in hoc ſæculo plorant, in futuro lætabuntur.* Vel veſperi flent etiam Iudæi, quòd Sol iuſtitiæ ipſis occubuerit; lætantibus interim Gentibus, quòd ipſis velut aurora illuxerit ſermo ſalutaris. Vel beneficium pœnitentiæ hiſce inſinuatur: nulli enim tanta eſt peccatorum multitudo, vt eorum pœnitentia non celerrimè in exultationem transferat. Deinde cauſſam pandit ſui lapſus: *Ego autem dixi in abundantia mea.* Verſ. 7. Quoniam, inquit, in rebus proſperis elatus fui, & intumui, idcircò conturbatus ſum. *Elatio eſt cauſſa lapſus.* Hoc autem mihi contigit, non te me repellente, ſed faciem ſolùm auertente. Cùm itaque ſine virtute tua ne ſtare quidem valeam, da rurſus vt perficiam voluntatem tuam, & lumen animæ meæ fac illuceſcere. Congruit hoc etiam Adamo ante tranſgreſſionem, & Ezechiæ poſt victoriam: in Paralipomenis enim traditur exaltatum fuiſſe cor eius. 2. Paralip. 32. Spiritalis autem abundantia eſt, quando ſemen Chriſti centuplicatur. *Spiritalis abundantia.* in qua abundantia ſi quis ſtabilis permanſerit, hæc dicere poterit. Porrò verbum *dixi*, interpungatur. Quid autem dixi? Quoniam in tanta ſum abundantia, non mouebor. Symmachus verò, *in ſolitudine mea*, inquit, tranquillitatem & inperturbationem inſinuans conſtitutionis. Siue ait hæc ſe iuſtè paſſum eſſe, immemorem iſtius, *Qui ſtat, videat ne cadat*; 1. Cor. 10. 12. & quòd exiſtimaret ſtationem apud Deum ſtabilem exiſtere.

8. DOMINE IN VOLVNTATE TVA.] Neſciebam, inquit, tuam eſſe voluntatem, quæ me glorioſum & illuſtrem facit. Quòd autem hoc cogitarem, auertiſti, id eſt, paululùm declinaſti faciem tuam, & me conturbaſti. Verùm ex nunc clamabo: q. d. Cùm ſciam te huius rei cauſſam eſſe, non te deſeram. Non eſt autem hæc vera auerſio faciei, ſed modus loquendi Scripturæ. Non enim alium ait eſſe Dominum, & alium atque alium Deum, niſi fortè prophetice Patrem inſinuet & Filium. Alius. Pulchritudini meæ, quam à te accepi ex prima forma-

COMMENTARIVS PATRVM.

tione, addidiſti virtutem, ea quæ decent, operandi. Qui enim ſibi conſcius eſt virtutis, gratiarum actionis vocem hanc emittit. Vel ritè, inquit, expendens, cognoui, abundantiam ac pulchritudinem quæ mihi adeſt, non ex me extitiſſe. Ceterùm, dum quidem inſpe-

Inſpectio Dei confirmat, auerſio enertuat.

ctionis tuæ radij me illuminabant, in conſtanti ſtatu perſiſtebam: ex quo autem faciem tuam auertiſti, perturbationes & tumultus animi me infeſtarunt. Cordis enim elatio, auerſionem Dei concitat. Poſſet etiam animi pulchritudo intelligi, potentiarum eius conſenſio, cùm & corporis in membrorum proportione ſita ſit. Hac etiam pulchritudine Adam exornatus fuit, cùm interitu ſuperior exiſtebat, quâ propter peccatum ſpoliatus, mortalis vitæ turbinem ſuſtinuit. Denique Symmachus legit, *Domine in beneplacito tuo ſtatuiſti potentiam.* Cùm enim naturæ perſonam aſſumpſiſſet, hoc dicit ad Chriſtum vitæ largitorem. Auertit autem faciem

Quando dicatur Deus auertere faciem.

Deus, cùm aliquos exponit tentationibus, vt in ijs eorum tolerantia cognoſcatur. Ceterùm haud abſonum quoque fuerit, hæc quaſi à Chriſto dici tempore paſſionis: æquiualent

Matth. 27, 46. enim iſti, *Deus meus vt quid dereliquiſti me?*

Ioan. 12, 27. &, *Anima mea turbata eſt.*

9. Ad te Domine clamabo.] Quid ad te clamem, & quid rogem? Nihil profectò

In voluptatibus nulla vtilitas.

eorum quæ ad voluptatem pertinent. quænam enim in his vtilitas ad interitum ducentibus, & perituris? Cùm itaque nihil horum petiuerim, inueni, inquit, ſtatim Dominum ad audiendum promptum; & planctus quem pro peccato aſſumpſeram, in gaudium commutatus eſt. Sæpè de clamore ad Dominum dictum eſt, quòd clamor ſit eius tantùm qui magna & cæleſtia deſiderat expetitque. Hiſce autem verbis B. Ezechias quoque vſus eſt, & humana natura, licet non omnis, ſaltem per

Viuentium proprium eſt laudare Deum.

Sanctos: quoniam æquum eſt te conditorem laudare. Hoc autem proprium eſt viuentium: qui enim in puluere redacti ſunt, quomodo id poſſint? quæ mihi vtilitas, aut vſus carnis oblectationis & ſanguinis, cùm diſſoluenda ſint? Nam ſimul etiam gratiarum actionem faſtidiui; cùm autem auxilij compos fuero, gratus ero, beneficio me quieſcere non ſinente, ſed ad hymnum excitante. Poſtquam autem recenſuit, quænam fuerint illa quæ ad Deum clamauit, quando diuinam opem ſentit, ex-

ἧς, προσέθηκας δύναμιν, τὴν δέουσαν πρακτικήν. Ὁ γὰρ αἰσθόμενος τῆς ἑαυτοῦ ἀρετῆς, εὐχαριστικὴν ταύτην ἀφίησι φωνήν. Ἤγνων καλῶς λογισάμενος, φησι, ὡς ἡ εὐθηνία, καὶ τὸ προσὸν κάλλος οὐκ ἦν ἐξ ἐμοῦ. Ἀλλ᾽ ἕως μὲν αἱ τῆς ἐπισκοπῆς σου ἀκτῖνες μοι ἐπέλαμπον, ἐν εὐσταθεῖ καταστάσει διῆγον· ἐπεὶ δὲ ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου, τὸ ἐμπαθὲς καὶ τεθορυβημένον τῆς ψυχῆς ἤλεγχεν. Ἔπαρσις γὰρ καρδίας, ἀποστροφὴν Θεοῦ ποιεῖ. Δύναται καὶ κάλλος νοεῖσθαι ψυχῆς, ἡ τῶν ταύτης δυνάμεων συμφωνία, ἐπεὶ καὶ σώματος ἡ τῶν μελῶν συμμετρία. Τούτῳ τῷ κάλλει καὶ Ἀδὰμ κεκόσμητο, κρείττων ὑπάρχων φθορᾶς, οὗ διὰ τῆς ἁμαρτίας γυμνωθεὶς, τὴν ἀπὸ τῆς θνητῆς βιοτῆς ζάλην ὑπέμεινεν. Ἀμέλει ὁ Σύμμαχος, Κύριε ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ἔστησας κράτος. Τὸ πρόσωπον γὰρ τῆς φύσεως ἀναλαβὼν, τοῦτο φθέγγεται πρὸς τὸν Χριστὸν τὸν τὴν ζωὴν χαριζόμενον. Ἀποστρέφει δὲ τὸ πρόσωπον ὁ Θεὸς, καὶ ἐκδιδοὺς πειρασμοῖς, ἐπὶ τῷ γνωσθῆναι τὴν ἐν αὐτοῖς καρτερίαν. Οὐκ ἄτοπον δὲ καὶ ὡς ἀπὸ Χριστοῦ λέγεσθαι ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους. ἰσοδυναμεῖ γὰρ τῷ, Θεέ μου ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; καὶ, ἡ ψυχή μου τετάρακται.

θʹ. Προς σε Κυριε κεκραξομαι.] Τί πρὸς σὲ κεκράξομαι, καὶ τί δεηθήσομαι; Οὐδὲν τῶν πρὸς ἡδυπάθειαν τεινόντων. Τίς γὰρ τούτων ὄνησις πρὸς φθορὰν ἀπορρεόντων καὶ ὀλλυμένων; Ἐπεὶ οὖν οὐδὲν τούτων ᾐτησάμην, εὗρον, φησι, ἐπήκοον παραχρῆμα τὸν Κύριον, καὶ ὁ ἐπὶ τῆς ἁμαρτίας μου κοπετὸς, εἰς χαρὰν μετεβλήθη. Πολλάκις δὲ εἴρηται περὶ τοῦ κεκραγέναι πρὸς Κύριον, ὅτι μόνου τοῦ μεγάλα καὶ ἐπουράνια ἐπιθυμοῦντος καὶ αἰτοῦντος, ἐστὶ τὸ κράζειν. Τούτοις δὲ τοῖς λόγοις καὶ ὁ μακάριος Ἐζεκίας ἐχρήσατο, καὶ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, εἰ καὶ μὴ πᾶσα, ἀλλὰ διὰ τῶν ἁγίων. ὅτι δίκαιον ὑμνεῖν σε τὸν ποιητήν. Τοῦτο δὲ ζώντων ἴδιον. οἱ γὰρ εἰς χοῦν διαλυόμενοι, πῶς ἂν δυνηθεῖεν τοῦτο; Τίς ὠφέλεια, τίς μοι χρεία σαρκὸς εὐπαθείας καὶ αἵματος, μέλλοντος διαλύεσθαι; Συναποκέκλεισται γάρ μοι καὶ τὰ τῆς εὐχαριστίας· τυχὼν δὲ βοηθείας, ἔσομαι εὐχάριστος, τῆς εὐεργεσίας ἡσυχάζειν οὐ συγχωρούσης, ἀλλὰ κινούσης πρὸς ὕμνον. Μετὰ δὲ τὸ διηγήσασθαι, τίνα ἦν ἃ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξεν, αἰσθόμενος τῆς τοῦ Θεοῦ ἀντιλήψεως, παρ-

ὁρμᾷ ἡμᾶς πρὸς τὴν τῶν ὁμοίων αἴτησιν. Ἤκουσε γάρ, φησι, κύριος καὶ ἠλέησέ με. Ταῦτα δεηθέντος μου, φησὶν, ὁ μὴ μακρὰν ὢν τῶν ἐπικαλουμένων, ἤκουσε καὶ ἠλέησε, καὶ ὡς ἤλπιζον κοπετὸν εἰς χαρὰν ἔστρεψε βουληθεὶς, καὶ ὃν περιβεβλήμην σάκκον σύμβολον πένθους διαῤῥήξας, εὐφροσύνην ἐνέδυσε. Σάκκον δὲ καὶ Ἐζεκίας περιζωσάμενος ηὔξατο, ὃν τῆς νίκης ἐπιφανείσης ἀποῤῥίψας, εὐφροσύνην διεζώσατο. Διέλυσε δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων τὸ πένθος διὰ τῆς ἀναστάσεως ὁ σωτὴρ, τὸ ἐπὶ θανάτῳ. Ὥστε δέον τὴν ἐλπίδα ἡμᾶς δεξαμένους τῆς ἀναστάσεως, μηδὲ ἐπὶ τοῖς τελευτῶσι θρηνεῖν. Εἶτα ταῦτα δέ μοι, φησὶ, δέδωκεν, ὅπως μὴ μείνω κόνις καὶ γῆ, ὁ μὴ ἐξομολογούμενος, ἀλλ' ἵνα ψάλλω ἀεὶ, τοσαύτης δόξης τυχὼν, ἐν μηδενὶ καιρῷ σιωπῶν. Ἀντὶ γὰρ τῆς σιγῆς, ἣν ὁ Σύμμαχος τέθεικεν, οἱ ἑβδομήκοντα τεθείκασι τὴν κατάνυξιν· καὶ ἡ κατάνυξις γὰρ σιγὴν ἐμποιεῖ. Ἄλλος δὲ τὸ, οὐ μὴ κατανυγῶ, οὐ μὴ ἔτι ταπεινωθῶ, οὐ μὴ λυπηθῶ. Ἄλλος, ἡ κοπετὸς φωνὴ τὴν συναίσθησιν σημαίνει. Ὁ οὖν ἐν συναισθήσει γενόμενος τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν, μεταβαλὼν ἀπὸ τοῦ ὀλοφύρεσθαι, χαρὰν τὸν τοῦ πνεύματος καρπὸν ἀντιλήψεται. Τοῦτο γὰρ τὸ, ἔστρεψας. Δόξα δὲ ψάλλουσα τῷ θεῷ, ὀρθὴ πολιτεία, καὶ γνῶσις εἰλικρινής. Τὸ δὲ, οὐ μὴ κατανυγῶ, ἀντὶ τοῦ, οὐ μὴ μετανοῶ. Οὐκέτι γάρ μοι ἐστὶ τὰ ἄξια τοῦ κατανύσσεσθαι καὶ κατατήκεσθαι τὴν καρδίαν μου, ἐπὶ τῇ ὑπομνήσει τῆς ἁμαρτίας. Ἀνθ' οὗ οὐ πρόσκαιρον μόνον, ἀλλὰ διὰ βίου ζωῆς μου εὐχαριστήσω σοι, ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσί μοι πᾶσι.

citat nos ad ſimilium poſtulationem. *Audiuit* enim, inquit, *Dominus, & miſertus eſt mei*. Hæc me rogante, inquit, is qui non longè eſt ab his qui inuocant eum, audiuit & miſertus eſt, & planctum, vt ſperaram, in gaudium lubens conuertit: & ſaccum, luctus ſymbolum, à me indutum, diſrumpens, lætitiam induit. Porrò Ezechias ſaccum etiam indutus orabat, quem victoriâ affulgente abijciens, lætitiam induebat. Ceterùm Saluator per reſurrectionem ſoluit etiam hominum luctum, quem in eius morte habuerant. Quamobrem decet etiam nos, qui ſpem reſurrectionis accepimus, non lugere eos qui obierunt. Deinde, inquit, hæc mihi dedit, ne maneam puluis & cinis minimè confitens; ſed ſemper Pſalmum dicam, tantam gloriam adeptus, nullo tempore ſilens. Nam pro *ſilentio*, quod Symmachus poſuit, Septuaginta poſuerunt *compunctionem*: compunctio enim ſilentium indit. Alius autem pro *Non compungar*, legit, *non ampliùs humilier, non contriſter*. Alius, Vox *planctus*, inquit, condolentiam ſignificat; is itaque qui de peccatis proprijs condoluerit, vbi à luctu ceſſauerit, gaudium Spiritus fructum recipiet. Hoc enim inſinuat illud, *conuertiſti*. Gloria verò quæ Deo pſallit, eſt recta vitæ inſtitutio, ſinceraque cognitio. Illud autem, *Vt non compungar*, id eſt, non verſer in pœnitentia. Non ampliùs enim in me ſunt digna compunctione, cordiſque contritione, ob dimiſſi peccati memoriam. Quamobrem non ad tempus tantùm, ſed per totam vitam gratias agam tibi, pro omnibus quæ eueniunt mihi.

COMMENTARIVS PATRVM.

Christus luctum noſtrum vertit in gaudium.

Pſallimus Deo per rectam vitam & ſinceram notitiam.

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν μετὰ τὸ ῥυσθῆναι τῆς ἁμαρτίας, ὥσπερ ἀνακαινισθείσης αὐτοῦ τῆς ψυχῆς διὰ τῆς μετανοίας, ἣ καὶ οἶκος πάλαι ἦν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ψάλλει δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς ἀφέσεως εὐχαριστίας ἀνατιθεὶς, καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ἀσφαλῆ μένειν ἑαυτὸν εὐχόμενος, καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχων διδασκαλίαν, εἴ ποτε ἄρα τι τοιοῦτον συμβῇ, εὐχὰς ἐπὶ τὸν θεὸν ἀνατείνειν.

ATHANASII. Canit hunc Pſalmum poſtquam à peccato liberatus eſt, tamquam anima eius, quæ olim erat domus Spiritus ſancti, per pœnitentiam innouata eſſet. Pſallit autem pro huiuſmodi liberatione gratias agens, & orans ſe tutum in poſterum conſeruari, atque alios quoque inſtruens, vt, ſi quid vmquam huiuſmodi acciderit, ad Deum illicò preces ſuas intendant.

β'. ΥΨΩΣΩ ΣΕ ΚΥΡΙΕ, ΚΑΙ ΤΑ ΕΞΗΣ.]

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Πῶς ὁ ἐν τοῖς ὑψηλοῖς κατοικῶν, ὑψοῦται ὑπὸ τῶν τὴν ταπεινὴν χώραν

2. EXALTABO TE DOMINE, &c.]

BASILII. Quomodo is qui in altis habitat, exaltatur ab his qui humilem locum ſortiti

CATENA PATRVM. ſortiti ſunt? Si enim Deus in cælo ſurſum, & tu in terra deorſum, quonam pacto Deum exaltabis? Quid igitur Propheta his verbis ſibi vult? An fortè Deus exaltari dicitur ab ijs qui magna Deoque digna de ipſo concipere poſſunt, & quòd ad Dei gloriam viuant? *Qui piè viuit, is Deum exaltare dicitur.* Qui igitur ad beatitudinem ſcitè properat, is Deum exaltat: qui verò contrà nititur, is (quod ne dictu quidem fas eſt) quantum in ſe eſt, Deum humiliat. Omnem autem rebus noſtris congruentem ſtatum, Deo tribuere quodammodò videmur. Idcircò dormitantibus nobis, & ſegniter agentibus, dormire dicitur Deus, indignos nos iudicans vigilanti ſuâ erga nos cuſtodiâ. Si quando autem ex ſomno detrimentum ſenſerimus,
Pſal.43,23 dicamus, *Exurge, quare obdormis Domine?* Hoc loco itaque, *Exaltabo*, inquit, *te Domine, quoniam ſuſcepiſti me.* Nihil humile, nihil terrenum in vita fers; & vnde facultas mihi te exaltandi? Quoniam tu me præueniens ſuſcepiſti. Signanter dixit, *Suſcepiſti me*, id eſt ſubleuaſti me, & contra me inſurgentibus ſublimiorem effeciſti: velut ſi quis puerum quemdam natandi imperitum, manu ſublimem ſuper aquas efferat.

4. DOMINE EDVXISTI AB INFERNO.] ORIGENIS. Hæc ſunt verba naturæ humanæ: vnde manifeſtum eſt, Pſalmum hunc ex perſona Domini dici. Poſſent autem hæc etiam dici ex perſona ſancti, cùm ibidem quilibet ſanctus moraliter extiterit tempore prauitatis; atque inde à Deo eductus ſit, quando à Verbo adiutus fuit, & ipſum ſecutus ad perfectionem
Qui à Deo ſuſcipitur, à malitia liberatur. peruenit. Atque ita ſenſus clarus eſt; cùm omnis qui à Deo ſuſcipitur, à malitia liberetur. Obſerua verò, quomodo etiam ſimiliter hoc
1.Cor.12,27. dicere poſſis de Saluatore. Fideles ſunt corpus Chriſti, *& membra de membro: & ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra; ſiue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.* Hoc autẽ modo patitur corpus Chriſti, & curatione opus habet. De noſtra igitur curatione nihil abſurdi ſit ad
Verſ. 3. ipſum dicere: *Domine Deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me.* Noſtra enim peccata confitetur, tàmquam propria. Porrò deſcendunt in lacum illi, qui infrigidati ſunt propter iniquitatem, quæ ſpiritu feruentibus aduerſatur.

6. QVONIAM IRA IN INDIGNATIONE EIVS.]

λαχόντων; εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σὺ ἐν τῇ γῇ κάτω, τίνι ἂν τρόπῳ τὸν θεὸν ὑψώσειας; τί οὖν βούλεται τῷ προφήτῃ ἡ ἐπαγγελία; ἢ μήποτε ὑψοῦσθαι λέγεται, ὑπὸ τῶν μεγάλα καὶ θεοπρεπῆ νοεῖν περὶ αὐτοῦ δυναμένων, καὶ ἐν τῷ βιοῦν εἰς δόξαν θεοῦ; Ὁ μὲν οὖν σπεύδων μετ' ἐπιστήμης ἐπὶ τὴν μακαριότητα, ὑψοῖ τὸν θεόν. ὁ δὲ τὴν ἐναντίαν τρεπόμενος (ὃ μηδὲ θέμις εἰπεῖν) τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, τὸν θεὸν ταπεινοῖ. Καὶ πᾶσαν δὲ ἁρμόζουσαν τοῖς πράγμασιν ἡμῶν κατάστασιν οἱονεὶ περιτιθέμεν τῷ θεῷ. Διὰ τοῦτο νυσταζόντων ἡμῶν, καὶ νωθρῶς ἐνεργούντων, ὑπνοῦν λέγεται ὁ θεός, ἀναξίους ἡμᾶς κρίνων τῆς ἐπισκοπούσης ἡμᾶς ἐγρηγόρσεως αὐτοῦ. Ἐπειδὰν δέ ποτε αἰσθανώμεθα τῆς ἐκ τοῦ ὕπνου βλάβης, εἴπωμεν· Ἐξεγέρθητι, ἵνα τί ὑπνοῖς κύριε; Ἐνταῦθα οὖν ὑψώσω σε, φησί, κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με. Μηδὲν ταπεινόν, μηδὲν χαμαίζηλον ἐπὶ τοῦ βίου φέρων· καὶ πόθεν μοι ἡ τοῦ ὑψοῦντος ὑπάρχει δύναμις; Ἐπειδὴ σύ με προλαβὼν ὑπέλαβες. Ἐμφαντικῶς εἴρηται τὸ ὑπέλαβες, ἀντὶ τοῦ, μετεώρισάς με, καὶ ἀνώτερον τῶν κατεπανισταμένων με ἐποίησας. οἱονεὶ παῖδά τινα ἀπείρως ἔχοντα πρὸς τὸ νήχεσθαι, τῇ χειρί τις ὑπολαβών, μετέωρον ἄγοι τοῦ ὕδατος.

δ'. ΚΥΡΙΕ ΑΝΗΓΑΓΕΣ ΕΞ ΑΔΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ταῦτα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὰ ῥήματα· ὅθεν δῆλόν ἐστι, ὅτι ἐκ προσώπου τοῦ κυρίου λέγεται ὁ ψαλμός. Δύναται δὲ καὶ ἐκ προσώπου τοῦ ἁγίου ταῦτα λέγεσθαι, τεθνηκότος ποτὲ παντὸς ἁγίου γεγενημένου κατὰ τὸν τῆς κακίας καιρόν, καὶ ἐκεῖθεν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀναχθέντος, ὅτε βοηθούμενος ὑπὸ τοῦ λόγου, καὶ ἑπόμενος αὐτῷ τετελείωται. Καὶ οὕτω δὲ σαφὴς ὁ νοῦς, παντὸς τοῦ ὑπολαμβανομένου ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἀνασωζομένου ἀπὸ τῆς κακίας. Ὅρα δέ, πῶς οὕτω δύνασαι περὶ τοῦ σωτῆρος καὶ τοῦτο εἰπεῖν. Οἱ πιστεύοντές εἰσι σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους. Ἐὰν δὲ πάσχῃ μέλος ἕν, συμπάσχῃ πάντα τὰ μέλη· καὶ ἐὰν δοξάζεται μέλος ἕν, συνδοξάζηται πάντα τὰ μέλη. Πάσχει δὲ οὕτω τὸ σῶμα Χριστοῦ, καὶ δεῖται θεραπείας. Ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ τοίνυν θεραπείᾳ, οὐδὲν ἄτοπον λέγειν πρὸς αὐτόν· Κύριε ὁ θεός μου, ἐκέκραξα πρὸς σέ, καὶ ἰάσω με. Καὶ γὰρ ὡς ἴδια ἁμαρτήματα ἐξομολογεῖται τὰ ἡμέτερα. Καταβαίνουσι δὲ εἰς λάκκον οἱ ψυχρευόμενοι διὰ τὴν ἐναντίαν τῶν ζεόντων τῷ πνεύματι κακίαν.

ζ'. ΟΤΙ ΟΡΓΗ ΕΝ ΤΩ ΘΥΜΩ ΑΥΤΟΥ.]

BASI-

CATENA PATRVM.

Βασιλειου. Οὐ ταυτὸν δὲ ἐστιν ὀργὴ καὶ θυμός· ἀλλὰ θυμὸς μέν ἐστιν ἡ κρίσις τοῦ ἐπαχθῆναι τάδε τινὰ τὰ σκυθρωπὰ τῷ ἀξίῳ· ὀργὴ δὲ, ὁ πόνος ἤδη καὶ ἡ κόλασις, ἡ ἀπὸ τοῦ δικαίου κριτοῦ κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀδικίας ἐπαγομένη. Ἀπὸ δὲ παραδείγματος ὃ λέγω σαφέστερον γενήσεται. Σημειωσάμενος ὁ ἰατρὸς τὸ φλεγμαῖνον μέρος, καὶ ὕπουλον, ἐγκρίνει τὴν τομὴν ἀναγκαίαν εἶναι τῷ κάμνοντι. τοῦτο θυμὸν ὀνομάζει ἡ γραφή. μετὰ δὲ τὴν ἐπὶ τῷ βοηθήματι κρίσιν τοῦ ἰατροῦ, ἐπακολουθεῖ λοιπὸν ἡ ἐνέργεια. τοῦτο ὀργὴ τοῦ θεοῦ ὠνόμασται. Τιμωρία οὖν κατὰ τὸ δίκαιον κρίμα τοῦ θεοῦ, ζωὴ δὲ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ. Τί οὖν φησιν; Ὅτι τὸ μὲν θέλει ὁ θεὸς, τουτέστι πάντας μετέχειν αὐτοῦ τῆς ζωῆς, τὰ δὲ περιστατικὰ οὐχὶ τῷ θελήματι αὐτοῦ ἐνεργεῖται, ἀλλὰ τῇ ἀξίᾳ τῶν ἡμαρτηκότων ἐπάγεται. Τὴν μὲν οὖν ζωὴν ὁ θεὸς τῷ ἰδίῳ θελήματι ἑκάστῳ χαρίζεται, τὴν δὲ ὀργὴν αὐτὸς ἕκαστος ἑαυτῷ θησαυρίζει.

Ωριγενους. Ἔστι δὲ ἐν τῷ ἀναθυμιωμένῳ θυμῷ ἑτοιμότης, καὶ ὀργὴ τῆς ἀνταποδόσεως, καὶ ζωὴ ἐν τῷ θελήματι προηγουμένως ἐστὶ τοῦ θεοῦ.

Το εσπερας αυλισθησεται κλαυθμος.] Βασιλειου. Μνήσθητι τοῦ καιροῦ τοῦ κατὰ τὸ πάθος τοῦ κυρίου, καὶ εὑρήσεις τὰ σημαινόμενα. Ἢ τάχα καθολικῶς ἑσπέρα ὁ αἰὼν οὗτος λέγεται, ἐν ᾧ οἱ μακαρίως κλαύσαντες, τῆς πρωΐας ἐπελθούσης παρακληθήσονται. Οἱ οὖν τὰς ἡμέρας τοῦ αἰῶνος τούτου ἐπὶ συντελείᾳ ἤδη ὄντος, καὶ πρὸς τὰς ἑαυτοῦ δυσμὰς ἀποκλίνοντος, ἐν τῷ ἀποκλαίειν τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας διαγαγόντες, οὗτοι τῆς ἀληθινῆς πρωΐας ἐπελθούσης ἀγαλλιάσονται.

ζ'. Εγω δε ειπα εν τη ευθηνια μου.] Ωριγενους. Εἴτε Χριστός φησιν, εἴτε δίκαιος τὸ, ἐγὼ εἶπα· εἶτα μετὰ τὴν ἐπὶ τούτῳ στιγμὴν, ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· ἁρμόζει τὸ μὴ σαλεύεσθαι λέγειν ἐν εὐθηνίᾳ ὄντα. Τοῦ σωτῆρος μέντοι, ὡς πολλάκις εἴπομεν, τὸ ἀνθρώπινον τοῦτο λέγει. Κατὰ δὲ Σύμμαχον, ἐὰν ᾖ, ἐν τῇ ἠρεμίᾳ μου, δύναται τὸ γαληνὸν καὶ ἀτάραχον τῆς τελειωμένης δηλοῦσθαι ψυχῆς, ἐν ᾗ πᾶς ὁ γενόμενος, οὐδαμῶς ἔτι περιτραπήσεται. Ὁ γὰρ εὐθηνῶν πνευματικῶς, οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

η'. Κυριε εν τω θεληματι σου.] Βασιλειου. Οἱ περὶ τὴν ἐξέτασιν τοῦ περὶ ἀρετῶν λόγου καταγινόμενοι, τὰς μὲν τῶν ἀρετῶν

Basilii. Non idem ſunt ira & indignatio: ſed indignatio quidem eſt iudicium, ad inferenda quædam triſtia merenti; ira verò labor & ſupplicium à iuſto iudice, iuxta menſuram iniuſtitiç infligendum. Exemplo manifeſtius fiet id quod dico. v. g. Medicus cognoſcens partem aliquam corporis inflammatione affectam, & ſanie refertam, iudicat inciſionem ægrotanti neceſſariam: hoc itaque indignationem Scriptura vocat. Poſt medici verò iudicium ac ſententiam de remedio, ſequitur iam executio. atque hæc ira Dei dicta eſt. Pœna igitur ſecundùm iuſtum Dei iudicium, vita verò in voluntate eius. Quid ergo dicit? Quòd hoc quidem Deus velit, ſcilicet vt omnes eius vitæ participes ſint; labores verò & pœnæ non eius voluntate infliguntur, ſed merito eorum qui peccauerunt. Vitam igitur Deus cuique propriâ voluntate tribuit; iram verò ſibi quiſque theſaurizat.

Indignatio quid.

Deus ex propria propenſione dat vitam, pœnam vero malitiâ noſtrâ coactus infligit.

Origenis. Eſt autem in ferueſcente indignatione promptitudo, & ira retributionis: & vita eſt antecedenter in voluntate Dei.

Ad vesperum demorabitur fletus.] Basilii. Reminiſcere temporis Dominicæ paſſionis, & ſermonis huius ſignificationem facilè reperies. Vel fortè vniuerſim veſpera ſæculum hoc dicitur, in quo qui perſanctè plorauerint, adueniente poſteà matutino conſolabuntur. Quicumque igitur dies ſæculi huius, quod iam in conſummatione eſt, & ad ſuum occaſum vergit, in plorandis peccatis ſuis abſumpſerunt, hi demum vero illo matutino adueniente gaudebunt.

Veſper dicitur præſens ſæculum.

7. Ego autem dixi in abundantia.] Origenis. Siue Chriſtus, ſiue iuſtus dixerit illud, *Ego dixi*; deinde, poſt factam ibidem interpunctionem, *In abundantia mea non mouebor in æternum*; conuenit eum dicere quòd non mouebitur, qui in abundantia eſt. Siquidem Saluatoris, vt ſępè diximus, humanitas hoc ait. Secundùm Symmachum verò, ſi dicatur, *in ſolitudine mea*, poteſt intelligi tranquillitas & imperturbatio animæ perfectæ, in qua omnis qui exiſtit, nequaquam amplius commouebitur. Qui enim bonis ſpiritalibus abundat, non commouebitur in æternum.

Qui eſt in abundantia ſpiritali, is non mouetur.

8. Domine in volvntate tva.] Basilii. Qui de inueſtigandis virtutibus commentati ſunt, quaſdam dixerunt virtutes ex contem-

CATENA PATRVM.

Prudentia quid. Temperantia quid. Iuſtitia quid. Fortitudo quid.

plationе conſtitui, quaſdam verò ſine contemplatione. v. g. Prudentiam quidem ex contemplationibus, in cognitione bonorum ac malorum ſitam eſſe: temperantiam verò eſſe, eligibilium & fugiendorum: iuſtitiam verò, diſtribuendorum, & non diſtribuendorum: fortitudinem, rerum difficilium, & non difficilium. pulchritudinem verò ac robur, virtutes eſſe ad contemplationem non pertinentes, ijs quæ ex contemplatione ſunt, poſteriores. Nam ſecundùm contemplationum animæ proportionem atque conſenſionem, nonnulli ſapientes pulchritudinem intellexerunt; robur verò ſecundùm præſtantiam ſubiectorum, de virtutibus quæ in contemplatione exiſtunt. Verùm vt & decor animæ exiſtat, & efficax eorum quæ decent, potentia, diuinâ opus eſt gratiâ. Pulcher quidem eram, inquit, ſecundùm naturam; debilis autem, quòd per peccatum per inſidias ſerpentis admiſſum, interieram. Pulchritudini ergo meæ, quam ex te in primâ creatione accepi, addidiſti virtutem, rerum decentium operatricem. Quemadmodum verò decor ac fortitudo quæ ſine contemplatione ſunt, poſteriores cenſentur ijs virtutibus quæ ex contemplatione exiſtunt; ita etiam quædam vitia contemplationis expertia, ſunt fœditas atque debilitas. *Auertiſti autem faciem tuam.* Donec enim, inquit, conſiderationis tuæ radij mihi affulſerunt, in ſtatu firmo atque tranquillo egi: poſtquam verò auertiſti faciem tuam à me, in multa perturbatione ac tumultu deprehenſa eſt anima mea. Auertere autem faciem ſuam dicitur Deus, quando temporibus calamitoſis, tentationibus expoſitos relinquit, vt fortitudo certantis cognoſcatur. Quoniam verò diuinæ voluntati auerſio opponitur, pulchritudini verò & fortitudini perturbatio; ſanè perturbatio erit turpitudo atque debilitas animæ ex alienatione à Deo proueniens.

Pulchritudo quid.

Robur quid.

Quandò Deus faciem auertat.

Perturbatio quid.

10. QVÆ VTILITAS IN SANGVINE MEO?] ORIGENIS. Cùm videret nos nihil pretioſo eius, quo redempti ſumus, ſanguine dignum agere, hæc Saluator ait. Nam cùm nonnulli, pro quibus mortuus eſt, in peccato & impietate permaneant; deſcenſus Saluatoris viſus fuit ceſſiſſe in corruptionem, & ſanguis eius fruſtrà effuſus eſſe. *Corruptionem* autem vocat naturam carnis, quam induit; vel mortem, quam ſuſcepit. Verùm dices eum deſcendiſſe quidem in corruptionem,

Corruptio quid.

ἐκ θεωρημάτων ἔφασαν συνεστάναι, τὰς δὲ ἀθεωρήτους. Οἷον, φρόνησιν μὲν ἐκ θεωρημάτων συνεστάναι ἐν τῇ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν γνώσει· σωφροσύνην δὲ, ἐκ τῆς περὶ αἱρετῶν τε καὶ φευκτῶν· δικαιοσύνην δὲ, ἐκ τῆς περὶ τῶν ἀπονεμητέων, καὶ μὴ ἀπονεμητέων· καὶ ἀνδρείαν, ἐκ τῶν δεινῶν, καὶ οὐ δεινῶν. κάλλος δὲ καὶ ἰσχὺν, ἀθεωρήτους εἶναι ἀρετὰς, ἐπακολουθούσας ταῖς ἐκ θεωρημάτων. Κατὰ γὰρ τὴν συμμετρίαν καὶ ἁρμονίαν τῶν τῆς ψυχῆς θεωρημάτων, ἔνιοι τῶν σοφῶν νενοήκασι τὸ κάλλος· κατὰ δὲ τὸ ἀποτελεστικὸν τῶν ὑποβαλλομένων ἐκ τῶν θεωρητικῶν ἀρετῶν τὴν ἰσχὺν νενοήκασι. Πλὴν ἵνα καὶ κάλλος ἐπιγένηται τῇ ψυχῇ, καὶ δύναμις τῶν δεόντων ἐπιτελεστική, θείας εἰς τοῦτο χρῄζομεν χάριτος. Καλὸς μὲν ἤμην, φησὶ, κατὰ τὴν φύσιν, ἀσθενὴς δὲ διὰ τὸ ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ ὄφεως νενεκρῶσθαι τῷ παραπτώματι. Τῷ οὖν κάλλει μου, ὃ παρὰ σοῦ ἔλαβον ἐκ τῆς πρώτης κατασκευῆς, προσέθηκας δύναμιν, τὴν τῶν δεόντων πρακτικήν. Ὥσπερ δὲ ταῖς θεωρητικαῖς ἀρεταῖς ἀθεώρητοι ἀκολουθοῦσι, τό τε κάλλος καὶ ἡ δύναμις· οὕτως εἰσί τινες κακίαι ἀθεώρητοι, ἥτε αἰσχρότης καὶ ἀσθένεια. Ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου. Ἕως μὲν ἔτι, φησὶν, αἱ ἀκτῖνες τῆς ἐπισκοπῆς σου ἐπέλαμπόν μοι, ἐν εὐσταθεῖ καταστάσει καὶ ἀταράχῳ διῆγον· ἐπειδὴ δὲ ἀπέστρεψάς σου τὸ πρόσωπον, τὸ ἐμπαθὲς καὶ τεθορυβημένον τῆς ψυχῆς ἀπηλέγχθη. Ἀποστρέφειν δὲ λέγεται τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ὁ θεὸς, ὅταν ἐν τοῖς τῶν περιστάσεων καιροῖς, ἐκδότους ἀφῇ τοῖς πειρασμοῖς, ἐπὶ τὸ γνωσθῆναι τὸ εὔτονον τοῦ ἀγωνιζομένου. Ἐπεὶ οὖν ἀντίκειται τῷ μὲν θελήματι τοῦ θεοῦ ἡ ἀποστροφή, τῷ δὲ κάλλει καὶ δυνάμει ἡ ταραχή, εἴη ἂν ἡ ταραχὴ αἶσχος καὶ ἀσθένεια ψυχῆς, ἐκ τῆς ἀπὸ θεοῦ ἀλλοτριώσεως ἐγγινομένη.

ί. ΤΙΣ ΩΦΕΛΕΙΑ ΕΝ ΤΩ ΑΙΜΑΤΙ ΜΟΥ;] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁρῶν μηδὲν ἄξιον ἡμᾶς ποιοῦντας τοῦ τιμίου αἵματος, ᾧ ἠγοράσθημεν, ταῦτά φησιν ὁ σωτήρ. Ἐπειδὴ γάρ τινες τῶν ὑπὲρ ὧν ἀπέθανεν, ἐπιμένουσι κακίᾳ καὶ δυσσεβείᾳ, ἔδοξεν ἡ εἰς τὴν διαφθορὰν τοῦ σωτῆρος κάθοδος, καὶ ἡ ἔκχυσις τοῦ αἵματος αὐτοῦ μάτην γεγενῆσθαι. Διαφθορὰν δὲ λέγει, τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς, ἣν ἐνδέδυται, ἢ τὸν θάνατον εἰς ὃν ἔφθασεν. Ἐρεῖς δὲ ὅτι κατέβη μὲν εἰς διαφθο-

ρὸν, οὐκ ἔλαβε δὲ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἰδεῖν διαφθοράν. Μὴ ἐξομολογήσεταί σοι χοῦς; ὁ διὰ τοῦ τὰ ὑλικὰ πράττειν, καὶ φρονεῖν τὰ ἐπίγεια, χοῦς γεγονώς. Καὶ ἐπιμένων τῇ ἁμαρτίᾳ, οὐδ᾽ ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ, ἢ ἀναγγελεῖ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, καὶ δι᾽ ἠθῶν καὶ γνώσεως ἐσφαλμένος. Ὁ γὰρ ἔχων τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, τῷ εἶναι ἐν σαρκὶ, καὶ μὴ πνεύματι, χοῦς ἐστι, καὶ ἐν ᾅδῃ ἐστὶ, διὸ οὐδὲ ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. Ὁ δὲ ἀναγγέλλων τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, ταχθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ διδάσκαλος, οὐκ ἂν εἴη χοῦς, κολλώμενος γὰρ τῷ κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστιν. Ἀλλὰ κἂν χοῦς τις ᾖ, καὶ φορέσῃ τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, οὐκ ἂν δύναιτο ἀναγγέλλειν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ.

ια. ΗΚΟΥΣΕ ΚΥΡΙΟΣ, ΚΑΙ ΕΛΕΗΣΕ ΜΕ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Μετὰ τὸ διηγήσασθαι τίνα ἦν ἃ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξεν, εὐθὺς αἰσθόμενος τῆς ἀντιλήψεως τῆς τοῦ Θεοῦ, παρορμῶν ἡμᾶς πρὸς τὴν τῶν ὁμοίων αἴτησιν, ἤκουσε, φησὶ, κύριος, καὶ ἐλέησέ με, κύριος ἐγενήθη βοηθός μου. Εὐχώμεθα οὖν καὶ ἡμεῖς, καὶ κράξωμεν τὴν πνευματικὴν βοὴν, αἰτούμενοι τὰ μεγάλα, μὴ ἀντιποιούμενοι τῆς σαρκός. (Οἱ γὰρ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται) ἵνα καὶ ἡμῶν ἐπακούσῃ ὁ κύριος, ἐλεήσας ἡμῶν τὸ ἀσθενές· καὶ τῆς θείας βοηθείας ἀπολαύσαντες, καὶ ἡμεῖς εἴπωμεν, Ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοί. Οὐ τῇ τυχούσῃ ψυχῇ ἡ ἀπὸ Θεοῦ χαρὰ ἐγγίνεται, ἀλλ᾽ εἴ τις πολλὰ τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν ἀπεκλαύσατο, ἰσχυροῖς ὀδυρμοῖς καὶ θρήνοις διηνεκέσιν, ὡς ἐπὶ τῷ τεθνεῶτι ἑαυτῷ κοπετὸν ἐποιήσατο. τοῦ τοιούτου ὁ κοπετὸς εἰς χαρὰν στρέφεται. Τούτῳ δὲ περιέρρηκται καὶ τὸ πενθικὸν ἔνδυμα, ὃ καταπενθῶν ἑαυτοῦ τὴν ἁμαρτίαν περιεβάλετο· περιτίθεται δὲ αὐτῷ ὁ χιτὼν τῆς εὐφροσύνης, καὶ τὸ ἱμάτιον τοῦ σωτηρίου, τὰ φαιδρὰ ταῦτα καὶ γαμικὰ ἐνδύματα. Συνεργὸς δὲ εἰς μετάνοιαν ὁ σάκκος, ταπεινώσεως ὑπάρχων σύμβολον. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἅγιος ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφοῦται, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ χάριν ἀπὸ κυρίου, ἰδίαν λέγει δόξαν. Ὅπως ἂν ψάλῃ σοι ἡ δόξα μου. Δόξα δικαίου τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ. Ὁ οὖν ψάλλων τῷ πνεύματι, λεγέτω; Ὅπως ἂν ψάλῃ σοι ἡ δόξα μου, καὶ οὐ μὴ κατανυγῶ. Οὐκέτι μὴ, φησι, ποιήσω τὰ ἄξια τοῦ κατανύσσεσθαι καὶ κατακεντεῖσθαι τὴν καρδίαν, ἐπὶ τῇ ὑπομνήσει τῆς ἁμαρ-

nem, non accepit tamen à Deo videre corruptionem. *Numquid confitebitur tibi puluis?* qui nimirum eò quòd materialia tractet, terrenaque ſapiat, puluis effectus eſt. Et qui permanet in peccato, non confitebitur Deo, neque annuntiabit veritatem eius; vtpote & moribus, & cognitione aberrans. Qui enim in carne, & non in ſpiritu ambulando, gerit imaginem terreni, is puluis eſt, & in inferno exiſtit; quamobrem non confitebitur Deo. Qui verò annuntiat veritatem Dei, ab ipſo præceptor conſtitutus, is non eſt puluis: cùm enim Domino adhæreat, vnus cum eo ſpiritus exiſtit. Ceterùm dum quis puluis fuerit, & tulerit imaginem terreni, non poterit annuntiare veritatem Dei.

CATENA PATRVM.

Puluis quid.

Terrenus non annuntiat veritatem Dei.

11. AVDIVIT DOMINVS, ET MISERTVS EST MEI.] BASILII. Poſtquam narrauit, quænam fuerint quæ ipſe ad Dominum clamauit; ſtatim diuinum ſentiens auxilium, nos ad ſimilia petenda prouocans, *Audiuit,* inquit, *Dominus, & miſertus eſt mei, Dominus factus eſt adiutor meus.* Oremus ergo & nos, clamemuſque voce ſpiritali, magna poſtulantes, non carni ſtudentes (Qui enim in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.) vt & nos exaudiat Deus, noſtram infirmitatem miſeratus: & nos diuino iam fruiti auxilio, dicamus, *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi.* Non cuilibet animæ Dei gaudium oritur; ſed ei qui peccatum ſuum valdè planxerit, & vehementi ac continuâ lamentatione id plorauerit, veluti ſi mortuum ſe lugeat; cuius ſanè fletus tandem in gaudium conuertitur. Tali nempe homini luctuoſa veſtis conſcinditur, quam flens peccatum ſuum ſumpſerat: circumponitur autem ipſi tunica lætitiæ, & pallium ſalutis, quæ ſunt ſplendida illa & nuptialia indumenta. Saccus autem ad pœnitentiam facit, cùm ſit ſignum humiliationis. Quoniam verò ſanctus reuelatâ facie in eamdem imaginem transformatur à gloria in gloriam; datam ſibi à Domino gratiam, propriam gloriam vocat. *Vt cantet tibi gloria mea.* Gloria iuſti eſt ſpiritus qui in ipſo eſt. Quicumque igitur ſpiritu pſallit, dicat: *Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar.* Non amplius, inquit, faciam digna compunctione, cordiſue contritione, ob mei peccati me-

Verſ. 12.

Poſt peccati deplorationem ſequitur lætitia.

Quæ ſit gloria iuſti.

ANNOTATIONES CORDERII.

memoriam. Illud autem, *Confitebor tibi*, id eſt, gratias agam: poſtquam enim ob pœnitentiam mihi veniam dediſti, ablato peccatorum probro me ad gloriam reduxiſti; quapropter per omnia ſæcula confitebor tibi.

τίας μου. Τὸ δὲ, Ἐξομολογήσομαί σοι, ἀντὶ τοῦ εὐχαριστήσω. ἐπειδὴ γὰρ ἔδωκάς μοι τὴν ἐκ μετανοίας συγχώρησιν, ἐπανήγαγές με εἰς δόξαν, τὴν ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων αἰσχύνην περιελών, διὰ τοῦτο εἰς πάντα αἰῶνα ἐξομολογήσομαί σοι.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. NOTA, verba illa tituli, *In finem*, in Vulgata non haberi, & in Editione Sixtina nonnihil aliter titulum legi, ſcilicet, εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς ᾠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου τοῦ Δαβίδ, *In finem, Pſalmus cantici dedicationis domus ipſius David.* Cur autem in titulis aliquibus inſcriptum ſit, *Pſalmus cantici*, in alijs è conuerſo, *Canticum Pſalmi*; Euſebius Cæſarienſis in ſuis in Pſalmos Commentarijs hanc reddit rationem, dicens canticum quod ad muſicum inſtrumentum canitur, *Pſalmum* dici: nam ſi cantetur ſolùm ſine inſtrumento, *canticum* id appellari. quòd ſi præceſſerit vox, tum ſubſecutus fuerit inſtrumenti ſonus, *Pſalmum cantici* vocari; ſin contrà, pſalterij ſonus prior fuerit, vox ſequatur, *Canticum Pſalmi*, nuncupari. Simili ferè modo quærunt Hebræi, cur aliqui ſic inſcribantur, *Ipſi David Pſalmus*; alij contrà, *Pſalmus ipſi David.* Aiunt igitur vbicumque in Dauid iam canentem Spiritus prophetiæ inſilijſſet, eum Pſalmum ſic inſcribi, *Ipſi David Pſalmus*; at ſi priùs eum Spiritus ſanctus inſediſſet, tum canere Pſalmum incepiſſet, eum Pſalmum viciſſim inſcribi *Pſalmus ipſi David.* Quòd autem dicunt priùs illum canere cœpiſſe, tum Spiritum ſanctum adueniſſe; non ſic intelligendum eſt, quaſi parte aliquâ Pſalmi iam decantatâ, deinde Spiritus ſanctus aduenerit (nulla eſt enim pars Pſalmorum, quæ non Spiritum ſanctum auctorem habeat:) ſed quia, vt animum componeret ad Spiritus ſancti operationem excipiendam, alia quædam priùs cecinerit, quæ dum caneret, Spiritu ſancto correptus Pſalmum protulerit. Nam cantum, & muſica inſtrumenta ab illis adhiberi ſolita, vt ad Spiritus ſancti operationem animus paretur (quamuis ea præparatio neque neceſſaria, neque ſemper efficax fuerit) legimus in libris Regum de Eliſeo, qui aduocato pſalte, eoque canente, Spiritu ſancto impletus, victoriam regi Iſraëli prædixit.

Cur aliqui Pſalmi inſcribantur Pſalmus Cantici, *alij* Canticum Pſalmi.

Cur aliquibus inſcriptum ſit, Ipſi David Pſalmus; *alijs è contrà,* Pſalmus ipſi David.

4. Reg. 3.

De qua autem domus dedicatione in titulo agatur, vide diuerſas apud Lorinum noſtrum ſententias. Bellarminus cenſet Pſalmum hunc compoſitum fuiſſe, quando domus eius in Ieruſalem magnificentiſſimè exſtructa, dedicata fuit. Tunc enim intellexit Dauid regnum ſuum à Deo confirmatum & ſtabilitum fuiſſe, & ideò in gratiarum actionem hunc hymnum cecinit Deo. Habetur hæc hiſtoria libro 2. Regum cap. 5. & lib. 1. Paralip. 14. Dauid itaque cùm ſtabilito regno magnificentiſſimam ſibi domum è cedro ædificauiſſet, in illius dedicatione hanc odam cecinit, vt Eſdras auctor eſt, cui titulus hic præfigitur, quem Vulgata ſic legit, *Pſalmus Cantici in dedicatione domus David*; Vatablus vertit, *carmen dedicationis ædis, oda Davidis.* Qui etiam in notis ad hunc Pſalmum, eruditè conſuetudinem in hunc modum exponit: *Pij homines dedicabant domos ſuas, conſecrabant, & commendabant cuſtodiæ & tuitioni Dei, cum ſolemni gratiarum actione, priusquam illis vterentur.* Ita quoque viri probi & religionis amantes apud Hebræos, olim domos conſecrare ſolebant, ritu ſolemni, & nonnullo deuotionis choragio. Quem morem innuit Moyſes in Deuteronomio cap. 20. verſ. 5.

De qua dedicatione domus in titulo agatur.

Antiquus mos domum conſecrandi.

Ceterùm quidquid ſit de iſtiuſmodi domus dedicatione, de qua controuertunt Interpretes, hoc omnes certum habent, Pſalmum hunc eſſe editum quando ſe Dei munere ac beneficio ex maximis anguſtijs & inimicorum manibus mirabiliter liberatum vidit; fortè à perſecutione filij ſui Abſalomi, per quam ad extremum periculum redactus fuerat. Quia igitur, poſt iſtam perſecutionem, ad domum ſuam, quam fugiens dereliquerat, cum pace & gaudio reuerſus fuit, proponens in ea Domino, tamquam in loco quodam ſancto religioſè deſeruire; domum quadam ratione ſuam diuino cultui dedicaſſe meritò dici poſſit. Porrò Græca Paraphraſis cum Commentario Pſalmum hunc vt ex perſona Ezechiæ dictum interpretantur.

Spiritalem alij ſecuti ſenſum, ad magni Seruatoris corpus retulerunt, ſeu naturam à Verbo aſſumptam, in qua tamquam inclyta & conſtructa regificè domo inhabitauit. D. Baſilius dedicationem innouatæ domus à Dauide præſignificatam, nihil eſſe aliud putat niſi ἀνακαίνωσιν τοῦ νοός, *renouationem mentis*, per Spiritum ſanctum factam in ſingulis, qui Eccleſiæ corpus, quæ domus viuentis eſt Dei, conficiunt. Ita Patres ædificandam eſſe vitæ nouitatem dixerunt. Eleganter S. Paulinus epiſt. 2. *Nouitatem vitæ in nobis ædificantes, neceſſe eſt vt vetuſtatem deſtruamus*, &c. Subdit: *Moriamur, quibus viximus, & viuamus viciſſim his operibus ac ſtudijs, quibus mortui fuimus: cùm viuorum eſſemus mortui, & mortificantia gerentes, in mortuis viueremus.*

Myſtica ædificatio qualis.

2. *Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me.*] Quod Græcè Septuag. reddunt ὑπέλαβές με, id in Hebræo eſt דִלִּיתָנִי *dillithani*, & diuerſimodè à diuerſis exponitur. Aliqui enim illud interpretantur, *extuliſti me*, quomodo Aquila tranſtulit, ἀνεβίβασάς με, *exaltaſti me*. q. d. Aſcendere feciſti, ſublimè poſuiſti; quod S. Baſilius exponit, ἐμετεώρισάς με, *ſublimaſti me.* quæ expoſitio ſenſum non inelegantem habet. Nam quia ipſum Deus quaſi è mortis faucibus ereptum, ad auram vitalem reduxerat; & hoſtibus, qui iam ſpe illum deuorauerant, ſuperiorem effecerat; viciſſim ſe ſoſpitatorem ſuum exaltaturum promittit, nicetcrijs & hymnis nomen eius iugiter celebrando. Orige-

David Deum ſoſpitatorem ſuum exaltat.

Origenes in Catena Danielis Barbari citat hîc Aquilam vertentem, *ἀνέσωσας, reſeruaſti*; quod S. Hieron. *ſaluaſti* vertit. In Commentario Græco ſuperiùs pro eo ponitur *ἀνενέωσας, renouaſti*. Alia Hebræorum expoſitio habet, *exaltabo te Domine, quoniam attenuaſti me*, ſcilicet per infirmitatem, non tamen mortem me oppetere permiſiſti, ne inimicos de meo interitu lætificares. Nam verbum Hebræum דלל *dalal*, *attenuandi* quoque ſignificationem habet. Verumtamen verbum *ὑπολαβεῖν*, quo Septuaginta vtuntur, & Vulgatus reddidit *ſuſcipere*, non æquè cum hoc, vt cum priori ſignificato congruit; nec de attenuatione, ſed de liberatione ſibi gratulatur, ac Deo gratias agit, quòd hoſtibus de ſe lætandi materiam non præbuerit: qui vtique ipſi inſultaſſent, ſi ſuperiores euaſiſſent.

Verſus hic & ſequentes; quadrant etiam in perſonam Ezechiæ, poſt morbum & victoriam ab Aſſyrijs reportatam, Deum exaltantis, & gratias agentis. Item in Chriſtum à mortuis reſurgentem; & conſequenter in quemlibet iuſtum, per Dei gratiam à morte peccati, & inferni lacu liberatum.

4. *Domine eduxiſti ab inferno animam meam.*] Qui hæc de Chriſto exponunt, *infernum* propriè ſumunt de limbo, ad quem anima ipſius patres liberatura deſcenderat; qui verò de Dauide & Ezechia explicant, mortis pericula intelligunt, *inferni* ac *lacus* nomine ſignificari. S. Auguſt. denique inferorum nomine intelligit carnis voluptates: qui etiam alibi concupiſcentiæ atque libidinis ignem, *æterni ignis æmulum* appellauit. Vnde non malè inferunt Aſcetici ſcriptores, non minoris eſſe operis hominem voluptatibus carnis ſemel mancipatum, ab his emergere, quàm mortem, ſepulchrum, vel orcum ipſum euadere. Hoc ergo ſenſu Dauid & quilibet iuſtus Deo gratias agit, quòd è ſtatu damnationis per remiſſionem peccati eductus ſit. Eſt enim anima peccatrix in inferno, non quidem per ſupplicium, ſed quoad meritum, vt S. Auguſt. docet; qui item ad hunc locum, *Lacus*, inquit, *eſt profunditas ſæculi. Quæ eſt iſta profunditas ſæculi? abundantia luxuriæ, & nequitiæ. Qui ergo libidinibus ſeſe immergunt, & terrenis deſiderijs, deſcendunt in lacum.* Sic ille. Collige hinc carnis turpitudine nihil in mundo abiectius haberi. Profunditas vitiorum eſt lacus, quò, quidquid eſt ſpurcum, cœnoſum, infame inter homines, confluit. Sic enim vel à natura comparatum eſt, vel ex more hominum inoleuit, vt vno tantùm vitio libidinis, reliqua mentis & corporis bona deturpari videantur.

Inferni nomine libido intelligitur.

Libidine nihil abiectius.

5. *Pſallite Domino ſancti eius.*] Hebraicè legitur, *pſallite Domino miſericordes eius.* Vbi Dauid certè piam inducit choream, tenetque funem humanitatis, & ſi qui ſint virtutis amantes blandè inuitat, vt tripudient ſecum, & aram miſericordiæ circumeant. Non Salios Martis in numerum ſaltantes, nec Corybantes furioſa myſteria procurantes, non Pyrrhicam ludentes armaturam, aut Troiam pueriliter equitantes vir ſanctus euocat: ſed thiaſum miſericordium, & ſacrum cœtum ad humaniſſimum Deum venerandum illicit, &, quantum fas mortali eſt, moribus & vitâ ſequendum. Neque enim commemorat tantùm, qualem ipſe Deum expertus fuerit, ſed quàm liberaliter etiam, propenſoque fauore ſuos omnes iuuare ſoleat. Quod autem in ſecundo huius verſiculi membro addit, *Et confitemini memoriæ ſanctitatis eius*; hoc quidam non incongruè ad ipſum tabernaculum referunt, in quo erat arca fœderis, ad cuius præſentiam Deus populum ſuum ſanctificabat. Vnde & *arca ſanctificationis* dicebatur, & memoriale præſentiæ Dei: cui pro acceptis beneficijs Dauid confeſſionem laudis offerri iubeat. Verùm magis propriè Genebrardus hîc *memoriam* pro nomine Dei accipit, ad quod publicè laudandum & celebrandum omnes à Dauide euocentur; ſiquidem ſuis operibus, in quibus gloriæ ipſius imago relucet, ſatis memorabilem ſe Deus reddit, vt, niſi omni prorſus ſenſu deſtituti ſimus, eorum intuitu ad eum iugiter laudandum excitari meritò debeamus.

Sanctos decet Deo pſallere.

ANNOTATIONES CORDERII.

Tabernaculum & arca erant memoria ſanctitatis Dei.

Pſal. 131, 8.

Memoria Dei eſt nomen eius.

Myſticè Hugo Cardinalis ad hunc locum, *memoriam ſanctitatis* exponit Ven. Euchariſtiæ Sacramentum, ante cuius ſumptionem conſcientia diligenter excutienda, & ſi quidem grauiori aliquo intricata delicto teneatur, per ſacramentalem confeſſionem debitè priùs expianda ſit, quàm ſacrum Domini ſui corpus attingat. *Confitemini*, inquit, *memoriæ ſanctitatis eius; id eſt, confitemini peccata, & mundate vos, cùm accedere debetis ad ſanctum Domini corpus ſumendum, vel conficiendum, quod ipſe præcipit ſumendum in memoriam Dei.* Duplicem deinde infert rationem, ob quam is qui ad Euchariſtiam accedit, mundare ſe priùs debeat, dicens: *Mundamini qui fertis vaſa Domini. Et ad hoc deberet eos mouere timor & honor Dei: vt ſcilicet attendentes ſanctitatem Sacramenti, per honorem Dei ſe mundarent, antequam accederent: vel ſaltem timerent de vindicta Dei, ſi immundi accederent, &c.*

Ven. Euchariſtia eſt memoria ſanctitatis Chriſti.

Iſaiæ 52, 11.

6. *Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.*] q. d. Indignatur, ſeu dedignatur iraſci; cùm tamen vitam, & bonorum cumulum, qui *vita* nomine intelligitur, ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ largiatur. *Etenim* (inquit ad hunc locum Theodoretus) *eſt veluti res quædam aduentitia Dei, pœna, quæ iuſtè peccatoribus infligitur.* Vbi *res aduentitia* dicitur, quaſi à Deo maximè aliena. Poteſt etiam exponi ac ſi dicat: *Ira in indignatione eius*, id eſt, quamuis indignatio ſuapte naturâ diuturnior ſit; tamen in Deo, iræ in modum facilè remittitur, vt non tam indignari quàm iraſci videatur. Ira quippe, vt Poëta cecinit, furor breuis eſt, quia citò tranſit. Vnde in Hebræo eſt, *ad momentum eſt ira eius.* Non eſt, inquit, pertinax iracundia eius, citò miteſcit, & condonat iniuriam. Si fuerit indignatus aduerſus hominem, inquit R. Dauid, ad exiguum tempus erit indignatio eius. Symmachus vertit, *συντέλεια ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, conſummatio in furore eius.* Vix inchoatur, cùm finitur eius ira, tam procliuis ad manſuetudinem eſt, tam benignus. Quod Chaldæus explicatiùs adhuc expreſſit, *vna hora ira eius, vita æterna bona voluntas eius.* Fatetur itaque Dauid, ſi quando ſuos in hac vita caſtigat Deus, non tantùm mitigare pœnarum rigorem, ſed ſtatim placari, & iræ ſuæ modum imponere; indulgentiam verò & fauorem prorogare in longum tempus, &, ſi velimus, in æternum: voluntas enim benè nobis faciendi in Deo, nullis tenetur carceribus, nullis termi-

Deus quaſi inuitus iraſcitur, & citò placatur.

Ira Dei breuis, voluntas benefaciendi æterna.

ANNOTATIONES CORDERII.

Matth. 5, 45.

terminis clauditur, cùm ne hoſtes quidem & inimicos ſuos munerum ſuorum penitus exortes eſſe ſinat, *qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Hancce optimi Numinis propenſam de omnibus benè merendi voluntatem, &, ſi quando iratus fuerit, placabilitatem Iſaias nobis graphicè ipſiuſmet Dei verbis depingit: *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: dixit redemptor tuus Dominus.* Quæ verba pulchrâ paraphraſi, & ſententiâ in rem præſentem aptâ ſic illuſtrat Nazianz. Orat. 32. Ἐγὼ παρέδωκά σε, καὶ ἐγὼ βοηθήσω σοι· ἐν θυμῷ μικρῷ ἐπάταξά σε, καὶ ἐν ἐλέῳ αἰωνίῳ δοξάσω σε. Μεῖζον τὸ μέτρον τῆς φιλανθρωπίας, ὑπὲρ τὸ μέτρον τῆς παιδαγωγίας. *Ego tradidi te, & ego auxiliabor tibi: in parua ira percuſſi te, in ſempiterna autem miſericordia glorificabo te. Maior eſt menſura benignitatis, quàm menſura correptionis.*

Iſaiæ 54. 7.

Principes ſint ad benefaciendum profuſi, ad puniendum contracti.

Hancce benigniſſimi Numinis clementiam omnes viri principes imitentur oportet, vt nimirum beneficentiæ menſuras exhibeant largas, coagmentatas, ſupereffluentes; ſeueritatis verò ac pœnarum modos contrahant. Quod vt nos quoque imitemur, multa ſunt quæ ſuadent. Ac inprimis ipſamet natura molliendam ſubitò iram atque temperandam innuit, vel naturæ potiùs auctor ac parens Deus, cuius immenſam & inexplicabilem ſapientiam in humano corpore fabricando, & mirati ſunt omnes æui ſapientes, & Patres cum reuerentia deuoti animi celebrarunt.

Ira citò deponenda.

Quid tam ſalutare (inquit D. Ambroſ. lib. 6. Hexaëmer. cap 9) *quàm vt pulmo cordi finitimo limite iungeretur, vt, cùm exarſerit cor irâ & indignatione, pulmonis ſanguine atque humore citiùs temperetur? Ideoque mollior pulmo eſt, quia madet ſemper, ſimul vt rigorem indignationis emolliat.* I[illegible]nt omnino naturæ conuicium, Deo contumeliam, qui pulmonibus abutuntur; non vt mollibus humidiſque ad refrigerandam & temperandam iracundiam; ſed vt follibus ad eamdem incendendam & augendam. Hoc igitur documentum inſideat animis, quàm citiſſimè fieri poteſt, iram eſſe deponendam. Id ipſum ſuadet, quod ſequitur:

Quid per veſperum & manè hic intelligatur.

Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.] Quod non ita intelligendum, ac ſi vnius ſimpliciter noctis ſpatio vitæ huius omnis afflictio terminetur; ſed, ſi qua fortè tamquam veſpere, aut in ſolis occaſu, triſtitiæ caligo incubuerit; illa paulò pòſt lætitiæ ſubſequentis tamquam auroræ radijs diſpellatur. Rectè autem per *veſperum* S. Baſilius in Catena præſens ſæculum intelligit, in quo qui peccata ſua pœnitentiæ fletu ritè purgauerint, in matutino, id eſt futuro ſæculo, perpetuâ lætitiâ fruentur. Poſſunt etiam ſenſu ſpiritali per *veſperum* peccatores, & per *matutinum* iuſti ſignificari: vt illos quidem in fletu, hos verò in lætitia demorari intelligamus. Ita D. Auguſt. ad hunc locum, de Adamo loquens: *Occiderat illi ſol iuſtitiæ, non gaudebat ad præſentiam Dei. Inde inchoata eſt omnis vita iſta mortalis. Diu eris in fletu, ô genus humanum: naſceris enim de Adam, & ſic eſt factum, &c. Veſpere demorabitur fletus, & in matutinum exultatio; quando cœpit oriri fidelibus lux, quæ occiderat peccatoribus.* Sic ille. Videmus quidem in hac vita promiſcuè omnes, tam pios, quàm impios homines, quandoque malis premi, quandoque felicitate exhilarari. Verùm eo diſcrimine, vt apud impios, qui *veſper* vocantur, fletus & calamitas demoretur, diuerſetur, moram trahat: at felicitas, ſi quando ipſis occurrat, eos obiter quaſi è limine ſalutet. At è diuerſo, ſi quando fletus & lacrymæ pios, per *matutinum* ſignificatos, in hac vita quaſi ex itinere inuiſant; non longam apud eos moram trahunt; ſed gaudio & lætitiæ, quæ apud iuſtos tamquam in domo propria commorantur, locum cedere coguntur. Significat ergo Dauid, niſi eſſemus nimiùm præcipites, Dominum, vbi ad breue tempus nos malorum caligine obruere viſus eſt, ſemper opportunè iterùm lætitiæ materiam ſuppeditare, ac ſi poſt noctem aurora conſurgeret.

Quæ ſit differentia gaudij & fletus piorum & impiorum.

7. *Ego autem dixi in abundantia mea: Non mouebor in æternum.*] Haud obſcurè Pſaltes ſuam incuſat temeritatem, quâ nimis confiſus fuerat abundantiæ ſuæ, quam in omne æuum permanſuram in eodem ſemper felicitatis ſtatu, non rectè ſibi perſuaſerat. Pro *in abundantia*, Græcè eſt, ἐν τῇ εὐθηνίᾳ, *in proſperitate*; Symmachus vertit, ἐν τῇ ἠρεμίᾳ, *in quiete*: quod conformius videtur textui Hebræo; Chaldæus reddit, *in confidentia.* quod quidem potiùs de felici ſtatu virtutis, quàm proſperitatis mundanæ, debet intelligi. Confidebat nimirum Dauid ſuis viribus, ſtudioque, numquam ſe de diuina gratia, in qua ſtabat, caſurum; & idcircò ſuam videtur appellare abundantiam, non Dei, cuius eſt quod homo in bono perſeueret. Hancce nimiam ſui ipſius confidentiam habuerat iam pridem peccatorum primus Adam in paradiſo, vt S. Baſilius hoc loco annotauit, dicens: *Et Adam hoc in paradiſo ante ſeductionem conſtitutus ſperabat; & Ezechias, cùm victor eſſet Aſſyriorum: quod manifeſtè liber Paralipomenon docet, cùm cor Ezechiæ regis eleuatum dicit.* Porrò de Ezechia, poſt admirabilem illam ab Angelo factam Aſſyriorum, qui Hieroſolymam obſidebant, internecionem, ſcribitur: *Non iuxta beneficia, quæ acceperat, retribuit; quia eleuatum eſt cor eius, & facta eſt contra eum ira.* Perſtringitur iactantia regis, & ſuperbia: *Quippe ſuis meritis* (vt ibidem Lyranus ſubnotauit) *multum tribuit.* Ceterùm ne ſuæ temeritatis & ingratitudinis meritas exolueret pœnas, debitam Deo prætulit humilitatem. Sequitur enim, *Humiliatuſque eſt poſteà, eò quòd exaltatum fuiſſet cor eius, & idcircò non venit ſuper eum ira Dei.* Quia nimirum ad Iſaiæ monitionem pœnitentiam egit. Itaque vbi humilitas, ibi ſecuritas eſt, ibi confirmata fortitudo; vbi ſuperbia, ibi imbecillitas, ibi ruina. Fulgeas licet omnibus ornatus virtutibus, armatus licet ſis omni armaturâ Dei; ſi tibi ſuperbia ſubrepat, vitrea arma ſunt, & ſplendor vitreus, quem vel digitus confringet. Eleganter id expendit Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 9. ſic ſcribens: *Humanam quippe mentem ſuperbia vitream reddit, vt correptionis ictum per impatientiam ferre non poſſit. Vitrum nempe dicitur, quia viſu penetratur: atque ideò ſi robur haberet ſoliditatis, ceteris poterat eminere metallis; ſed quia citiùs rumpitur, vili pretio taxatur.* Superbia igitur ex doctrina Damiani, ſic vitream reddit

Sui ipſius fiducia ruina proxima.

2. Paral. 32, 25.

Ibid.

Vbi humilitas, ibi ſecuritas; vbi ſuperbia, ibi ruina.

Superbia humanam mentem reddit vitream.

dit animam, vt quolibet ictu frangatur. Nónne vides vas vitreum, & ſplendentem eius perſpicuitatem miraris? Sed in tanta pulchritudine magis adhuc admiranda fragilitas, quæ ictâ, quouis minimo impulſu frangitur. Sic ſplendentem virtutibus virum facit ſuperbia vitreum; vt quò magis ſplendeſcit, eò propinquior ſit eius contritio. Quantum putandus eſt ſplenduiſſe Dauid cùm hæc diceret: *Ego dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternum?* Certè is erat virtutum ſplendor in Dauide, vt totus videretur eſſe factus adamantinus. Verùm ſtatim plorabundus ſubdit:

8. *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.*] Vnde tanta repentè mutatio? Qui paulò antè immutabilis videbatur, iam conturbatur: & qui ſe adamantinum putabat, ex conturbatione vitreum ſe agnoſcit. Quando, inquit, ſerenitas, lux, decus, felicitas me circumdabant, fortiſſimus mihi videbar: ſed, heu! robur hoc meum à me non erat, à Deo erat. vertit ille ſe, & ego iam leui ventulo impugnor & deijcior. Nunc fatetur, poſtquam priuatus eſt Dei donis, hoc quaſi elleboro mentem ſuam à prauo confidentiæ veterno fuiſſe purgatam. Mira certè & incredibilis ratio, quòd Deus abſconditâ facie ſuâ, tamquam obductis tenebris, ſerui ſui oculos illuminauit, qui in clara proſperitatis luce nihil videbant. Princeps ille Apoſtolorum, quantus erat ante pugnam, & quàm ingentibus promiſſis alacer! *Etiamſi oportuerit*, inquit, *me mori tecum, non te negabo.* Vix abierunt tres horulæ, cùm iam plenus trepidatione, & ad ancillæ ſibilum exterritus, timidiſſimas voces ſpargit: *Non ſum, non noui hunc hominem, neſcio quid dicis.* Et ceteri quid? Dilapſi ſunt, latebras quæſiuerunt. Sed numquid omnes in mortis ſocietatem cum Domino coniurarunt? ita prorſus: *Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.* Sed aliud eſt dicere, aliud facere; aliud proponere, aliud quæ propoſueris, in opus producere. Et ne miremur adeò ſibi diſſimiles fuiſſe diſcipulos Domini intra pauculas horas. Moniti erant & vigilare & orare; neutrum fecerunt. hinc in pugna victi, quia ante pugnam imparati. Mala in pace ſecuritas, incertam facit in bello victoriam. Et nos quandoque propoſitis noſtris, immortales nobis videmur & æterni. Eſt, cùm & noſtrûm quis audet has voces iactare: *Non mouebor in æternum.* Et plerique omnes hoc malo corripimur: ſumus promiſſores grandi hiatu, hoſtes debellamus ſuper menſam vno halitu; at vbi conſtanti conatu & ardore progrediendum eſt, terga vertimus, & laborem exoſi reuoluimur ad eamdem ſegnitiem. Quid ergo mirum, ſi ſubinde Deus beneuolentiæ ſuæ faciem à nobis auertat, vel etiam ſæuiori oculo aſpiciat, vt conturbemur? Quia neceſſe eſt nos violenter concuti, ad noxiam illam ſui ipſius confidentiam abigendam, quæ & virtutem ſuffocat, & inuocationem Dei moratur, & dulci nos amentiâ deluſos prorſus obſtupefacit, & vigorem ſpiritus extinguit. Quòd ſi tali remedio Dauid opus habuit, non ea certè præditi ſumus ſanitate, quin vtile nobis ſit, pinguedinem ſecuritatis, ieiunio deſolationis ſalubriter macerari, aut etiam igne afflictionis penitus abſumi. Nam ſicuti ferrum, vbi diuturnâ quiete rubiginem contraxit, accommodari ad vllos vſus non poteſt, donec igne recoctum, & malleo contuſum fuerit: ſic vbi ſemel inualuit noxia ſecuritas, nemo ſe ad precandum alacriter accinget, niſi tribulatione maceratus, & afflictionis verbere priùs probè ſubactus, in ſolo Deo fiduciam ſibi collocandam eſſe cognouerit. Atque hoc eſt quod Dauid ingenuè fatetur, dicens: *Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem*: vbi pro τοῦ κάλλει μου, Aquila legit, τοῦ ὄρει, *montis*; Symmachus apud Theodoretum tranſtulit, κύριε ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ἔστησας τοῦ προπάτορί μου κράτος, *Domine in beneplacito tuo ſtatuiſti propatri meo potentiam.* in quodam tamen Scholio, pro ἐν τῇ εὐδοκίᾳ, refertur ex Symmacho, ἐν τῇ διαλλαγῇ, *in reconciliatione*; S. Hieronymus, *ſtatuiſti monti meo fortitudinem*: id eſt, regno & ſtatui meo florenti firmitatem dediſti inſtar montis validiſſimi. In Hebræo habetur הררי *hareri*, id eſt, *montis meo*, pro quo Septuag. legerunt הדרי *hadari*, id eſt, *decori meo*, vnicâ litterâ, eâque ſimillimâ, mutatâ. Atqui (vt Bellarminus benè notat) in eiuſmodi vocum ambiguitatibus videtur omnino præferenda lectio Septuag. Interpretum, & editionis Vulgatæ.

9. *Ad te Domine clamabo.*] Euſebius ait Symmachum hîc quædam addere, & legere hoc modo, ἐν τοῖς κακοῖς γινόμενος ἔλεγον, πρὸς σὲ κύριε βοήσω, καὶ σὲ τὸν δεσπότην μου ἱκετεύσω, *cùm in mala incidiſſem, dicebam: Ad te Domine clamabo, & te Dominum meum ſupplicabo.* Vnde patet, quòd ex afflictione Dauid fructum collegerit: nempe quòd in vtramque priùs aurem dormiens, ſuamque pigritiam obliuione fouens, repentè expergefactus, clamare ad Deum inceperit.

10. *Quæ vtilitas in ſanguine meo*, &c.] Hæc in Paraphraſi & Commentario Græco ſuperiùs explicantur de Ezechia mortem deprecante. Inter Latinos interpretes aliqui *ſanguinem* metonymicè vitam exponunt, quæ mox interituro non ſit futura vſui. Verùm pro ſanguinis effuſione, ſeu nece, accipiendum eſſe, altera verſiculi pars declarat, dum puluerem veritati annuntiandæ ineptum eſſe aſſerit. Vbi emphaticè veritatis mentionem facit, ſiquidem non erat conſentaneum, vt immaturâ morte Dauid è medio tolleretur, antequam Dei promiſſionem de futuro herede videret impletam: cuius prædicandæ, ac dignis laudibus proſequendæ deſiderio maximo ſe teneri profitetur: vt vel ob hanc cauſſam ſolam, vita illi meritò prorogari debuiſſe videatur. Atqui hoc intendit littera. Sed ſenſu ſpiritali, vt exponit & illuſtrat D. Baſilius: *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?* idem eſt ac ſi dicat: Meam macero carnem, nec meo ſanguini parco, qui in carnem coagulari ſolet: quòd nimirum carnis εὐπάθεια & εὐεξία, iucunda omni parte, & proſpera nimiùm valetudo, & feruor ſanguinis copiâ redundantis, ſit cauſſa peccati. Hinc deſcendunt verè multi in corruptionem, hoc eſt, mortem, & corporis reſolutionem: vel in corruptionem libidinis, ſordeſque voluptatis. Itaque nos grauiſſimè ſanctus ille Doctor monet & hortatur, ne carni obſequamur indulgentiùs, ne eam colamus geniali balneo, ſomno, plumis, & mollibus cubilibus, ſemper hoc verbum, vt ſalutare elogium, repetentes: *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo*

Aduerſitas oſtendit quales ſimus.

Matth. 26, 35.

Ibid. *Aliud eſt dicere, aut proponere; & aliud facere.*

Nimia ſecuritas perdit nos.

Deus vtiliter nobis faciem abſcondit, vt conturbati reſipiſcamus.

Oratio eſt fructus afflictionis.

Quid hic per ſanguinem intelligatur.

Nimia corporis cura officit ſpiritui.

ANNOTATIONES CORDERII.

Academici corpus neglectim habebant.

ſcendo in corruptionem? Quam elegantem vtilemque diſciplinam mirum eſt tenuiſſe Academicos, & eximiè in ſcholis commendaſſe. Qui Plotini ore Enneade 1. lib. 4. cap 14 aiunt, ſapientes, & illuſtrium virtutum ſtudioſos, redundantem corporis habitudinem *μαραίνειν ἀμελείᾳ*, *per negligentiam atterere*, ne declinare ſtudium ad corpus & futiles animi voluptates cogantur. A Platone id didicerant quem mirificè laudat S. Baſilius hom. 24. quòd elegerit *νοσῶδες χωρίον*, *locum morbis obnoxium*, vbi tabernaculum ſapientiæ ſuæ collocaret. Vt non ſine cauſſa S. Gregorius Nazianz. in epiſt. ad Eudoxium & Philagrium appellaſſe videatur *νόσον φιλόσοφον*, hoc eſt, *morbum philoſophiæ effectorem*.

Cur Chriſtus corporis ſui corruptionem deprecatus ſit.

Denique verſus hic ab Origene in Catena & alijs paſſim Patribus, ac communi Eccleſiæ ſenſu, tribuitur etiam Chriſto, ſacri corporis ſui pro nobis in mortem traditi corruptionem deprecanti, ne in puluerem redigeretur. Vbi præcipuè notandum eſt, ipſum non tam mortem ipſam, quippe ſponte ſuſceptam, quàm demortuæ carnis ſuæ corruptionem exhorruiſſe; ne laborum hoc modo totius vitæ, ac pretioſiſſimi pro totius mundi ſalute profuſi ſanguinis ſui pretium ex integro perijſſe videretur. Quo pacto ſimul declarauit, quàm ſibi in membris ſuis myſticis, id eſt fidelibus, iterata per relapſum peccati corruptio eſſet deteſtanda, cùm hac ratione (quantum quidem in ipſis eſt) Chriſti corpus in corruptionem iterùm adducere moliantur. Quare ſapienter omnino Gaudentius tract. 12. exhortatur dicens: *Itaque conſeruemini, ne auctor malarum cupiditatum diabolus iterùm principetur in vobis: eius crudeli regno iterum vos ſubijcientes in contumeliam Redemptoris, vnde meritò conqueratur, exprobrans: Quæ vtilitas in ſanguine meo? ſine cauſſa meus pro vobis ſanguis effuſus eſt, ſi ita vos geritis.* Sic ille.

Saccus, ſeu cilicium, pœnitentiæ ſymbolum, ſpiritus lætitiam parit.

12. *Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitiâ.*] Vbi *ſaccum* vocat cilicium, pœnitentiæ, luctus & mœroris ſymbolum, quod ſuadente metanœâ rex Dauid afflictionis tempore, ad detergendas animi maculas, & iratum ſibi Numen repropitiandum aſſumpſerat. Cùm igitur hac piâ paraturâ circumamictus, in arcanum Dei penetrale feliciſſimè admiſſus, per humilem orationem ab interminata eius bonitate quidlibet obtinuiſſet; ſignificat ſe depoſitâ lugubri veſte, à ſqualore & ſordibus, ad priſtinum lætitiæ ſtatum fuiſſe reuerſum. Similem quoque ex orationis cum cilicio coniunctione fructum percepit Baruch, qui cilicium eleganter *ſaccum obſecrationis* nominauit; cui tribuit inauditæ potentiæ clamorem; æreas cæli portas aperientem; & hoſtes ſuperantem. *Indui*, inquit, *me ſacco obſecrationis, & clamabo ad Altiſſimum in diebus* Baruch 4. 20.
meis. Subiúgit paulò pòſt: *Et venit mihi gaudium* Ibid. 22.
à ſancto ſuper miſericordia, quæ veniet vobis ab æterno ſalutari noſtro. Vbi tangit bonum quod cilicium comitari ſolet, cuius gratiâ non ſolùm Deus tribuit illud quod petitur; verùm etiam piorum animos, eo genere mortificationis afflictos, intimâ conſolatione perfundit.

Chriſti corpus in paſſione conciſum, in reſurrectione lætitiâ circumdatum.

Qui Pſalmum hunc de Chriſto exponunt, per *ſaccum* eius corpus intelligunt, in paſſione conciſum; & in reſurrectione immortalitatis veſtimento circumdatum, perenni lætitiâ comitante. Nam defunctus laborioſæ vitæ ærumnis, & atroci dolore paſſionis, quæ ſpeciem decoremque ſuſtulerat, gloriæ paludamentum induit, & victrix illa humanitas, crocotâ lætitiæ immenſæ redimita eſt, & ſerto exultationis coronata. *Auferte*, inquit Zacharias, *ab eo veſtimenta ſordida.* Et paulò pòſt: *Et poſuerunt cidarim mundam ſuper caput eius, & induerunt eum veſtibus:* Zach. 3. 4.
nimirum glorioſis, tunicâ illa triumphali & palmata, cuius ſplendorem intúentes Beati, in omnem æternitatem mirificâ ſuauitudine recreantur.

Lætitia pura non hîc, ſed in cælo expectanda.

13. *Vt pſallat tibi gloria mea, & non compungar.*] Symmachus vertit, *ἵνα ᾄδῃ σοι δόξα, καὶ οὐ μὴ κατανυγῇ*: quod S. Hieronymus tranſtulit, *vt laudet te gloria, & non taceat.* Ideò ſe à Deo ſeruatum agnoſcit, vt debitas illi gratiarum actiones, & laudum cantica perpetuò referat: quod ſe fideliter præſtiturum promittit. S. Bernardus Serm. 1. in Dominica Palmarum locum hunc interpretatur, ac ſi Propheta Regius hîc ingens beneficium poſtularet, roſam ſine ſpinis, gloriam ſine ignominia, conſolationem ſine compunctione, felicitatem ſine calamitate. Nam poſtquam oſtendit, quo pacto Chriſtus Dominus cum ingenti triumpho Hieroſolymam ingreſſus fuerit, inde paulò pòſt cum maiori opprobrio egreſſurus: *Hic eſt*, inquit, *tranſitoria finis lætitiæ, hic fructus gloriæ temporalis. Propterea prudenter orat Propheta: Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar: id eſt, proceſſionem habeat, quam paſſio non ſequatur.* Verùm hæc numquam in hac vita, in qua labor cum requie, copia cum inopia, vita cum morte, commoda cum incommodis promiſcuè coniunguntur; ſed in futuro demum ſæculo, & æterna beatitudine expectanda ſunt; vbi gaudia ſunt liquida, quibus cor illud, quod in mortali hac peregrinatione inquietum ſemper eſt, perfectè ſatiabitur, cùm apparuerit gloria Dei, in quo dulciſſimè requieſcet.

IN

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM XXX. ARGVMENTVM.

α. Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐκστάσεως.

Ἄδει τὸν προκείμενον ψαλμὸν ἐν τῇ μετανοίᾳ ὤν, τῇ διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἀξιῶν ἐλευθερωθῆναι. Ἀλλὰ καὶ ὡς ἤδη εἰσακουσμένος εὐχαριστεῖ, καὶ τὰ ἐν τῷ τῆς μετανοίας καιρῷ διηγεῖται. Ἡ γὰρ ἔκστασις αὐτὴν τὴν ἁμαρτίαν σημαίνει, δι' ἣν ὥσπερ τῶν ἀγαθῶν φρενῶν ἐξίσταται ἡ ψυχή, ὡς μὴ ἐλπίζειν ἀνάληψιν. ᾤετο γὰρ ἡμαρτηκὼς, τῆς θείας γεγυμνῶσθαι προνοίας. Ἢ ἐκστάσεως, διὰ τὸ ἐκστῆναι συμβουλεύειν ἐκείνων, ὧν ἐπιβλαβὴς ἡ συνάφεια. Ἢ τὸ ἐκστάσεως, μὴ κείμενον παρὰ τοῖς λοιποῖς, προσέθηκέ τις, διὰ τὸ ἐμφέρεσθαι τό· Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου. Εἰς τὸ τέλος δὲ, ἢ διὰ τὸ πρὸς τὸ τέλος τοῦ ψαλμοῦ παραινεῖν τὰ πρακτέα, καὶ παραπέμπειν ἐκεῖ τὸν ἀκροατήν· ἢ διὰ τό τινα περὶ τοῦ σωτηρίου προφητεῦσαι πάθους, ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος γεγενημένου· ἢ διὰ τὰς ὑποτεινομένας ἐλπίδας τῷ Δαβὶδ ἐν τῷ μέλλοντι.

1. In finem, Pſalmus Dauid * ecſtaſis.

* Vulgata pro ecſtaſi.

Canit præſentem Pſalmum exiſtens in pœnitentia, quam propter peccatum faciebat, rogans ab eo liberari. Quin etiam tamquam iam pridem exauditus, gratias agit, & ea quæ pœnitentiæ tempore geſta ſint commemorat. Ecſtaſis enim ipſum peccatum deſignat, propter quod anima bonis quodammodo ſenſibus deſtituta fuit, adeò vt vix ſperaret reſipiſcere: exiſtimabat enim ſe, quòd peccaſſet, diuinâ prouidentiâ priuatum eſſe. Vel ecſtaſis dicitur, eò quòd conſuleret abſcedere ab illis, quorum noxia eſt coniunctio. Vel certè vocem ecſtaſis, *quæ apud reliquos non habetur, aliquis appoſuit, quia ſubiungitur,* Ego autem dixi in exceſſu meo. In finem *verò, ſiue quòd ſub finem Pſalmi ad ea quæ agenda ſunt hortetur, & eò remittat auditorem: ſiue, quòd de ſalutari paſſione ſub conſummationem ſæculi facta nonnulla vaticinetur: ſiue, propter ſpes in futurum Dauidi conceſſas.*

Ecſtaſis pro peccato.

PARAPHRASIS.

β. Ἐπὶ σοὶ κύριε ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με, καὶ ἐξελοῦ με.

Αἰσχύνῃ με, φησιν, ἡ ἁμαρτία περιέβαλε πολλῇ· ἱκετεύω δὲ μὴ μέχρι πολλοῦ ταύτην ἐπιμεῖναί μοι, διὰ τὴν ἐπὶ σοί μοι γεγενημένην πεποίθησιν. Πλὴν μὴ εἰς τὴν ἐμὴν, φησιν, ἀποβλέψῃς ἁμαρτίαν, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν διωκόντων παρανομίαν. Ταύτῃ γὰρ τῇ δικαίᾳ ψήφῳ χρησάμενος, τῶν ἐπικειμένων ἀπαλλάξεις με συμφορῶν.

γ. Κλῖνον πρός με τὸ οὖς σου, τάχυνον τοῦ ἐξελέσθαι με.

Ἀκούσας τοίνυν τῆς ἱκετείας μου, ταχεῖαν δὸς τὴν βοήθειαν.

Γενοῦ μοι εἰς θεὸν ὑπερασπιστὴν, καὶ εἰς οἶκον καταφυγῆς, τοῦ σῶσαί με.

2. In te Domine ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me, & eripe me.

Multâ me, inquit, ignominiâ peccatum obruit; ſuppliciter autem precor, ne diu illa in me hæreat, propter eam quam in te ſpem collocaui. Verumtamen, inquit, ne reſpicias peccatum meum, ſed perſequentium me iniquitatem. Nam hac iuſta ſententiâ vſus, ab imminentibus calamitatibus me liberabis.

Peccatum confuſionem parit.

3. Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me.

Itaque preces meas exaudiens, celerem opem concede.

Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt ſaluum me facias.

PARAPHRASIS PATRVM.

4. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Hæc dixit, vt omnimodam Dei curam declararet. Omnigenâ enim, inquit, me prouidentiâ dignaberis propter nomen tuum, cui confiſus ſum.

5. Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

2.Reg.17. Conſilium Achitophelis inſinuat, quod contra ipſum mouit, vt iam ſuperiùs diximus.

6. In manus tuas * commendabo ſpiritum meum: redemiſti me Domine, Deus veritatis.

* Vulgata commendo

Cùm in multas, inquit, ſæpè calamitates incidiſſem, ab his per tuum auxilium liberatus fui: quare animam meam tuæ prouidentiæ commendo. Nam manus hic iterùm prouidentiam, ſeu auxilium vocat.

Manus pro prouidentia.

7. Odiſti obſeruantes vanitates, ſuperuacuè.

Illi quidem, inquit, non tibi confiſi ſunt, ſed vanis ſuis cogitationibus vſi ſunt; ſoles autem tales prorſus auerſari.

Ego autem in Domino ſperaui.

8. Exultabo, & lætabor in miſericordia tua.

Etenim in ærumnis conſtitutus auxilium tuum imploro: atque hoc potitus, benignitati tuæ bonorum cauſſam adſcribo.

Quoniam reſpexiſti humilitatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam.

9. Nec concluſiſti me in manibus inimicorum: ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.

Non erraui, perpetuò hiſce cogitationibus vſus. Siquidem cùm in hoſtium inſidias & latebras ſæpenumerò impegiſſem, & in caſſes ac retia mihi tenſa incidiſſem, venatores effugi. Hoc enim inſinuat dicens, *Nec concluſiſti me in manibus inimicorum.*

10. Miſerere mei Dñe, quoniam tribulor: conturbatus eſt in ira o-

δ΄. Ὅτι κραταίωμά μου καὶ καταφυγή μου εἶ σύ, καὶ ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὁδηγήσεις με, καὶ διαθρέψεις με.

Ταῦτα εἶπεν τὴν παντοδαπὴν τοῦ θεοῦ κηδεμονίαν παραδηλῶν. Παντοδαπῆς γάρ, φησί, με ἀξιώσεις προνοίας, διὰ τὸ ὄνομά σου, ἐφ᾽ ᾧ πέποιθα.

ε΄. Ἐξάξεις με ἐκ παγίδος ταύτης ἧς ἔκρυψάν μοι, ὅτι σὺ εἶ ὁ ὑπερασπιστής μου.

Τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ αἰνίττεται, ἣν εἰσηγήσατο κατ᾽ αὐτοῦ· ὡς καὶ ἤδη προεχειρήκαμεν.

ϛ΄. Εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου· ἐλυτρώσω με κύριε, ὁ θεὸς τῆς ἀληθείας.

Πολλαῖς, φησι, πολλάκις περιπεσὼν συμφοραῖς, διὰ τῆς σῆς ἠλευθερώθην ῥοπῆς· οὗ δὴ χάριν τὴν ἐμαυτοῦ ψυχὴν τῇ σῇ παρατίθημι προμηθείᾳ. χεῖρας γὰρ πάλιν ἐνταῦθα προμήθειαν ὀνομάζει.

ζ΄. Ἐμίσησας τοὺς διαφυλάσσοντας ματαιότητας, διακενῆς.

Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, φησιν, οὐ σοὶ πεθαρρήκασιν, ἀλλὰ τοῖς ματαίοις αὐτῶν κέχρηνται λογισμοῖς· εἴωθας δὲ τοὺς τοιούτους παντελῶς ἀποστρέφεσθαι.

Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ κυρίῳ ἤλπισα.

η΄. Ἀγαλλιάσομαι, καὶ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ ἐλέει σου.

Καὶ γὰρ ἐν συμφοραῖς ὤν, τὴν σὴν ἐπικουρίαν καλῶ, καὶ ταύτης ἀπολαύων, τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ τῶν ἀγαθῶν ἀνατίθημι τὴν αἰτίαν.

Ὅτι ἐπεῖδες ἐπὶ τὴν ταπείνωσίν μου, ἔσωσας ἐκ τῶν ἀναγκῶν τὴν ψυχήν μου.

θ΄. Καὶ οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, ἔστησας ἐν εὐρυχώρῳ τοὺς πόδας μου.

Οὐ διήμαρτον, τούτοις ἀεὶ χρησάμενος τοῖς λογισμοῖς. Ἐνέδραις γὰρ πολεμίων πολλάκις καὶ λόχοις περιπεσών, καὶ εἴσω τῶν περιπαθέντων μοι δικτύων γενόμενος, διέφυγον τοὺς θηρεύοντας. Τοῦτο γὰρ εἶπεν, οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν.

ι΄. Ἐλέησόν με κύριε, ὅτι θλίβομαι· ἐταράχθη ἐν θυμῷ ὁ ὀ-

φθαλ-

φθαλμός μου, ἡ ψυχή μου, καὶ ἡ γαστήρ μου.

Παροργίσας γάρ σε διὰ τῆς ἁμαρτίας, δακρύειν διηνεκῶς ἀναγκάζομαι. καὶ μὴν δὴ καὶ ἡ ψυχή μου ζάλης καὶ θορύβου ἐμπέπλησται. γαστέρα δὲ ἐνταῦθα τὸ τῶν λογισμῶν ταμεῖον ἐκάλεσεν. Οἱ λογισμοὶ γὰρ, ἀλλ' οὐχὶ γαστὴρ ἐνταράσσετο.

ια΄. Ὅτι ἐξέλιπεν ἐν ὀδύνῃ ἡ ζωή μου, καὶ τὰ ἔτη μου ἐν στεναγμοῖς.

Πάντα μου, φησὶ, τὸν βίον εἰς ὀδύνας καὶ δάκρυα δεδαπάνηκα.

Ἠσθένησεν ἐν πτωχείᾳ ἡ ἰσχύς μου, καὶ τὰ ὀστᾶ μου ἐταράχθησαν.

Καὶ γάρ, φησιν, ἡ ἔνδεια τῶν ἀναγκαίων κατεσκλήρωσέ μου τὸ σῶμα.

ιβ΄. Παρὰ πάντας τοὺς ἐχθρούς μου ἐγενήθην ὄνειδος, καὶ τοῖς γείτοσί μου σφόδρα, καὶ φόβος τοῖς γνωστοῖς μου.

Οἱ ἐχθροί μου, φησὶν, ἐν εὐθυμίᾳ, ἐγὼ δὲ καταγέλαστός εἰμι, καὶ τοῖς ὁμόροις ἐπίχαρτος, καὶ τοῖς γνωρίμοις ἐπίφοβος. καὶ σαφέστερον τοῦτο διδάσκων ἐπήγαγεν·

Οἱ θεωροῦντές με ἔξω ἔφυγον ἀπ' ἐμοῦ.

ιγ΄. Ἐπελήσθην ὡσεὶ νεκρὸς ἀπὸ καρδίας.

Δεδίασι γὰρ συνδιάγειν μοι, μὴ τοῖς ἐχθροῖς ἐμοῖς περιπέσωσι.

Ἐγενήθην ὡσεὶ σκεῦος ἀπολωλός.

ιδ΄. Ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν παροικούντων κυκλόθεν.

Ἀπέγνωσάν με, φησὶν, ἅπαντες δίκην σκεύους ἀπολωλότος, καὶ νεκροῦ τάφῳ οἰκοῦντος. Ταῦτα δὲ οὐ τοπάζων λέγω, ἀλλὰ ταῖς ἀκοαῖς τὰ ὀνείδη δεξάμενος. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων, καὶ τὰς τοῦ Σεμεεὶ λοιδορίας.

Ἐν τῷ ἐπισυναχθῆναι αὐτοὺς ἅμα ἐπ' ἐμὲ, τοῦ λαβεῖν τὴν ψυχήν μου ἐβουλεύσαντο.

ιε΄. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ σοὶ κύριε ἤλπισα· εἶπα, σὺ εἶ ὁ θεός μου·

ις΄. Ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου.

culus meus, anima mea, & venter meus.

PARAPHRASIS PATRVM.

Cùm enim, inquit, te per peccatum exacerbauerim, cogor aſſiduè illacrymari: & anima mea veluti tempeſtate quadam & perturbatione repleta eſt. Ventrem autem hîc vocauit promptuarium cogitationum: cogitationes enim, & non venter, conturbantur.

Peccatum perturbationem affert.

11. Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.

Omnem, inquit, vitam meam in dolorem & lacrymas inſumpſi.

Infirmata eſt in paupertate virtus mea: & oſſa mea conturbata ſunt.

Etenim, inquit, & rerum neceſſariarum egeſtas corpus meum areſecit.

12. Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium, & vicinis meis valdè, & timor notis meis.

Inimici mei, inquit, in lætitia ſunt; ego autem ridiculus factus ſum, & ludibrio finitimis, & notis ſuſpectus. atque hoc manifeſtiùs edocens, ſubiunxit:

Dauid exoſus factus fuit in aduerſitate.

Qui viderunt me, foras fugerunt à me.

13. Obliuioni datus ſum, tamquam mortuus à corde.

Timebant enim mecum verſari, ne in manus inimicorum meorum inciderent.

Factus ſum tamquam vas perditum:

14. Quoniã audiui vituperationem multorũ commorantiũ in circuitu.

Reprobarunt, inquit, me omnes tamquam vas perditum, & quaſi mortuum in ſepulcro iacentem. Hæc autem non ſuſpicando dico, ſed vt qui probra meis auribus hauſerim. Significat autẽ per hæc, etiam Semei maledicta.

In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animam meam conſiliati ſunt.

15. Ego autem in te ſperaui Domine: dixi, Deus meus es tu:

16. In manibus tuis ſortes meæ.

PARAPHRASIS PATRVM.

Illi quidem, inquit, congregati necem mihi machinantur: ego verò te Deum & gubernatorem eſſe ſcio. Hoc enim dicit, *In manibus tuis ſortes meæ.*

Eripe me de manu inimicorum meorum, & à perſequentibus me.

Deinde oſtendit etiã liberationis modum.

17. Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſaluum me fac in miſericordia tua.

18. Domine non confundar, quoniam inuocaui te.

Nam cùm tua facies mihi apparuerit, omnia triſtia ilicò ſoluentur.

Erubeſcant impij, & deducantur in infernum.

19. Muta fiant labia doloſa,

Quæ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia & * contemptu.

* Vulgata abuſione.

Diſcrimen peccati, & impietatis.

Et hinc diſcimus, quantum ſit diſcrimen inter peccatum, & impietatem. Quapropter magnus Dauid orat, vt ipſe à confuſione, quam peccatum intulerat, liberetur: qui verò impiè agebant, cum dedecore neci tradantur. Mortem autem Achitophelis hîc prædicit, qui cùm amicus Dauidis & conſiliarius fuiſſet, antiquum amicum deſeruit, & contra eum, à quo læſus non fuerat, prauus conſultor linguam mouit. Rectè autem *ſuperbiam* & *contemptum*, conſilium illius vocauit, vt qui filium ad patris necem excitauit.

20. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te!

Timentium Deum præmia occulta.

Timentium te, inquit, Domine, mercedes & præmia occultas, & hæc quidem multa, & magna, & admiranda: cum ſudoribus verò illos & ærumnis colluctari ſinis. Verumtamen interdum victoriæ præmia oſtendis, vt athletis animos adijcias. Hoc enim ſubiunxit:

Perfeciſti eis qui ſperant in te, in conſpectu filiorum hominum.

Ἐκεῖνοι μὲν, φησὶ, ἀθροισθέντες τὸν ἐμὸν καττύουσι θάνατον· ἐγὼ δὲ θεόν σε οἶδα καὶ πρύτανιν. Τοῦτο γὰρ λέγει, Ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου.

Ῥῦσαί με ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν μου, καὶ ἐκ τῶν καταδιωκόντων με.

Εἶτα δείκνυσι καὶ τὸν τῆς λυτρώσεως τρόπον.

ιζ'. Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου· σῶσόν με ἐν τῷ ἐλέει σου.

ιη'. Κύριε μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἐπεκαλεσάμην σε.

Τῆς γὰρ σῆς μοι γινομένης ἐπιφανείας, τὰ σκυθρωπὰ παραυτίκα λυθήσεται.

Αἰσχυνθείησαν ἀσεβεῖς, καὶ καταχθείησαν εἰς ᾅδου.

ιθ'. Ἄλαλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια,

Τὰ λαλοῦντα κατὰ τοῦ δικαίου ἀνομίαν ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ ἐξουδενώσει.

Καὶ ἐντεῦθεν μανθάνομεν, ὡς πολλὴν διαφορὰν ἁμαρτία πρὸς ἀσέβειαν ἔχει. Διὸ καὶ ὁ μέγας παρακαλεῖ Δαβὶδ, αὐτὸν μὲν τῆς διὰ τὴν ἁμαρτίαν γεγενημένης αἰσχύνης ἀπαλλαγῆναι· τοὺς δὲ δυσσεβείᾳ συζῶντας, μετ' αἰσχύνης τῷ θανάτῳ παραπεμφθῆναι. Τοῦ Ἀχιτόφελ δὲ ἐνταῦθα προλέγει τὸν θάνατον, ὃς φίλος ὢν τοῦ Δαβὶδ καὶ σύμβουλος, τὸν παλαιὸν ἐγύμνωσε φίλον, καὶ κατ' αὐτοῦ μηδὲν ἠδικηκότος τὴν γλῶτταν ἐκίνησεν. Ὑπερηφανίαν δὲ καὶ ἐξουδένωσιν, τὴν συμβουλὴν ἐκείνου εἰκότως ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ παῖδα κατὰ τοῦ πατρὸς διήγειρεν εἰς σφαγήν.

κ'. Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου κύριε, ἧς ἔκρυψας τοῖς φοβουμένοις σε;

Τῶν φοβουμένων σε, φησὶ, δέσποτα τοὺς μὲν μισθοὺς καὶ τὰ ἔπαθλα κρύπτεις, καὶ ταῦτα πολλὰ ὄντα, καὶ μεγάλα, καὶ θαυμαστά· ἱδρῶσι δὲ καὶ ταλαιπωρίαις ἐάσας προσπαλαίειν. ἀλλ' ὅμως ἔστιν ὅτε καὶ γυμνοῖς τὰ βραβεῖα, παραθαρρύνων τοὺς ἀθλητάς. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν·

Ἐξειργάσω τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σὲ, ἐναντίον τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων.

Εἶτα

Εἶτα τὴν γενομένην αὐτῷ κατὰ μέρος διέξεισι πρόνοιαν.

κα΄. Κατακρύψεις αὐτοὺς ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου σου, ἀπὸ ταραχῆς ἀνθρώπων.

Σκεπάσεις αὐτοὺς ἐν σκηνῇ ἀπὸ ἀντιλογίας γλωσσῶν.

Ἀρκεῖ σοι, φησὶν, ἡ ἐπιφάνεια (τοῦτο γὰρ καλεῖ πρόσωπον) πάσης αὐτοὺς ταραχῆς καὶ ζάλης ἀνθρωπίνης ἐλευθερῶσαι, καὶ ἀπολειφθέντας ἐν μέσῳ, καθάπερ τινὶ καλύψαι σκηνῇ, καὶ ἀφανεῖς ἀποφῆναι. Ταύτης δὲ τῆς προνοίας καὶ αὐτὸς ἀπήλαυσεν, ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος· ἐν μέσοις γὰρ ὑποληφθεὶς τοῖς δεινοῖς, τῆς σωτηρίας τετύχηκε.

κβ΄. Εὐλογητὸς κύριος, ὅτι ἐθαυμάστωσε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν πόλει περιοχῆς.

Οὕτω με, φησὶ, περιέφραξε τῇ οἰκείᾳ φιλανθρωπίᾳ, ὡς πόλιν ὀχυρὰν περιφράττουσιν οἱ οἰκήτορες.

κγ΄. Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου, ἀπέρριμμαι ἀπὸ προσώπου τῶν ὀφθαλμῶν σου.

Διὰ τοῦτο εἰσήκουσας τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς σέ.

Ὤμην, φησὶ, τῇ ἁμαρτίᾳ περιπεσὼν πόῤῥω τῆς σῆς γεγενῆσθαι κηδεμονίας, ἀλλὰ τοὺς ταπεινούς μου θεασάμενος λόγους, οὐ παρεῖδες δεόμενον. Ἐντεῦθεν ἐπὶ παραίνεσιν μεταφέρει τὸν λόγον, ἐκ τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν τὴν θείαν ὑποδεικνὺς φιλανθρωπίαν καὶ πρόνοιαν.

κδ΄. Ἀγαπήσατε τὸν κύριον πάντες οἱ ὅσιοι αὐτοῦ, ὅτι ἀληθείας ἐκζητεῖ κύριος, καὶ ἀνταποδίδωσι τοῖς περισσῶς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν.

Προσήκει, φησὶν, ἅπαντας ὑμᾶς τὴν θείαν ἰδεῖν ὁδὸν περιεργομένους ἐκθύμως ἀγαπᾷν τὸν τῶν ὅλων πρύτανιν, οἷόν τινι κανόνι τῇ ἀληθείᾳ χρώμενον, καὶ τοὺς ἄμετρον ἀλαζονείαν κεκτημένους κολάζοντα.

κε΄. Ἀνδρίζεσθε καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία ὑμῶν, πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ κύριον.

Ταῦτα τοίνυν εἰδότες, φησὶν, οἱ τῇ θείᾳ

Deinde prouidentiam erga ipſos ſingillatim commemorat. PARAPHRASIS PATRVM.

21. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ, à conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo *, à contradictione linguarum. * Vulgata addit tuo.

Sufficit tibi, inquit, vt appareas (id enim faciem vocat) ad hoc vt ab omni eos perturbatione & tempeſtate humana liberes, & cõprehenſos in medio, quaſi in tabernaculo quodam abſcondas, & inuiſibiles reddas. Hanc autem prouidentiam & ipſe conſecutus fuit, cùm eum Saül perſequebatur: nam inter pericula media comprehẽſus, ſalutem adeptus eſt. Facies Dei animat tribulatos.

22. Benedictus Dominus, quoniam mirificauit miſericordiam ſuam mihi in ciuitate munita.

Perinde enim, inquit, beneuolentiâ ſuâ me circumdedit & muniuit, atque ſi incolæ ciuitatem valido aggere communiant.

23. Ego autem dixi in * ecſtaſi mea: Proiectus ſum à facie oculorum tuorum. * Vulg. excessu mentis meæ.

Ideò exaudiſti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.

Putabam me, inquit, vbi in peccatum incidi, procul eſſe à tua prouidentia abiectum: verùm quoniam humiles meas preces obſeruaſti, non deſpexiſti orãtem. Hinc ſermonẽ transfert in monitionem, ex ijs quæ ipſi contigerant, diuinam beneuolentiã prouidentiamq; declarans. Deus peccatorem humiliatum non deſpicit.

24. Diligite Dominum omnes ſancti eius: quoniam veritatem requirit Dominus, & retribuit abundanter facientibus ſuperbiam.

Decet, inquit, vos omnes, qui diuinam viam ingredi decreuiſtis, ex animo vniuerſorum moderatorem diligere, qui quaſi quadam regulâ vtitur veritate, atque eos qui immoderatâ ſuperbiâ laborant, ſupplicijs afficit.

25. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino.

Vos igitur, inquit, hæc ſcientes, qui diuina ſpe

COMMENTARIVS PATRVM.

ſpe freti præſentem vitam pernauigatis, confirmate veſtras animas hac fortitudine, & gubernatoris nutibus obtemperate, ſequentes quò ipſe vos dirigit.

ἐλπίδι τὸν παρόντα διαπλέοντες βίον, κρατύνατε τῇ ἀνδρείᾳ τὰς ὑμετέρας ψυχὰς, καὶ τοῖς τοῦ κυβερνήτου φέρεσθε νεύμασι, πειθόμενοι ὡς ἂν ἐκεῖνος ἰθύνῃ.

COMMENTARIVS.

2 IN TE DOMINE SPERAVI.] Si quidem hoc de illis qui in Babylone capti erant, dictum fuerit, oſtendit illos adiutos eſſe per calamitatem. Nam qui iam dicit, *In te ſpero*, indicat ſe hactenus quidem Deum neglexiſſe, calamitatibus autem edoctum eſſe, non in alio ſperare, quàm in eo qui ſalutem afferre poſſit. Quocircà ſubiunxit, *Et non confundar*, id eſt, non deſerat in perpetuum. Correctus autem, dignus ſum conſequi benignitatem. *Iuſtitiam* enim hîc beneuolentiam intellexit. Si autem hęc de ſe ipſo Dauid dixerit, ſenſus erit, q.d. Peccatum multo me dedecore affecit, ſed cùm in te ſperem, obſecro ne illa ignominia longo in me tempore reſideat, propter fiduciam quam in te collocaui. Ne reſpexeris peccatum meum, ſed iniquitatem eorum qui me perſequuntur *In iuſtitia tua*, quæ non alia eſt, quàm Vnigeniti tui, *libera me* à circumdantibus, & erue ab his qui mihi bellum inferre volunt. Et cùm clamor, inquit, noſter ad tuam celſitudinem non pertingat, *inclina aurem tuam ad me*, per tuam condeſcenſionem, vt citò etiam annuas poſtulatis.

Spes in Deum non confundit.

3. ESTO MIHI IN DEVM.] Illud, *Eſto mihi in Deum protectorem*, id eſt, protege me, à malis defende: te enim non adiuuante, inutilis & fruſtraneus eſt regius amictus ad me ſaluandum. Hoc autem eſt modeſtiæ eius, quòd non per ſe petat adipiſci, ſed propter nomen Dei. Ceterùm hæc omnigenam Dei curam declarant, vt qui nobis pro omni armatura & protectione exiſtat. Illud autem, *fortitudo mea*, Aquila & Symmachus, *petra mea*, interpretati ſunt. Conſentiunt hæc illi Euangelico prudenti, qui ædificauit ſuper petram. Illud *enutries me*, apud Symmachum eſt, *curabis me*: id eſt, omnimodâ prouidentiâ me dignaberis, præſidium & refugium meum exiſtens. Per *laqueum* autem Achitophelis conſiliũ deſignauit, quod ipſi ſtruxerat. Quoad Ezechiam verò *laqueum* vocauit ca-

Deus eſt pro omni armatura & præſidio.

β'. ΕΠΙ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ ΗΛΠΙΣΑ.] Ἐὰν μὲν εἴρηται ἐπὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι, ἔδειξεν ὠφεληθέντας διὰ τῆς συμφορᾶς. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, ἐπὶ σοὶ ἐλπίζω, μηνύοντός ἐστιν, ὅτι πρὸ τούτου μὲν κατωλιγώρει τοῦ Θεοῦ, ταῖς δὲ συμφοραῖς ἐπαιδεύθη μὴ ἐπ' ἄλλον ἐλπίζειν, ἀλλὰ πρὸς τὸν σώζειν δυνάμενον. Διὸ ἐπήγαγε, καὶ μὴ καταισχυνθείην, ἀντὶ τοῦ, μὴ ἐγκαταλειφθείην εἰς τὸ διηνεκές. Διορθωσάμενος δὲ, δίκαιός εἰμι τυχεῖν φιλανθρωπίας. δικαιοσύνην γὰρ ἐνταῦθα τὴν φιλανθρωπίαν εἶπεν. Εἰ δὲ περὶ αὐτοῦ ὁ Δαβὶδ ταῦτα εἴρηκεν, ἀντὶ τοῦ, αἰσχύνῃ με, φησὶ, περιέβαλεν ἡ ἁμαρτία πολλῇ, ἀλλ' ἐπὶ σοὶ ἐλπίσας, ἱκετεύω μὴ μέχρι πολλοῦ ἐπιμεῖναί μοι τὴν αἰσχύνην, διὰ τὴν εἰς σὲ πεποίθησιν. Μὴ βλέψῃς εἰς τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν διωκόντων παρανομίαν. Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου, οὐκ ἄλλῃ οὔσῃ τοῦ μονογενοῦς σου, ῥῦσαί με ἐκ τῶν περιεστηκότων, καὶ ἐξελοῦ ἐκ τῶν πρὸς με πολεμεῖν βουλομένων. Καὶ ἐπεὶ μὴ φθάνει, φησὶν, ἡ ἡμετέρα κραυγὴ πρὸς τὸ σὸν ὕψος, κλῖνον τὸ οὖς σου πρὸς με διὰ συγκαταβάσεως, ὡς ἂν καὶ τάχος ἐπινεύσῃς τοῖς αἰτημένοις.

γ'. ΓΕΝΟΥ ΜΟΙ ΕΙΣ ΘΕΟΝ.] Τὸ, γενοῦ μοι εἰς ὑπερασπιστὴν, ἀντὶ τοῦ, ὑπερασπισον, ἐπάμυνον ἐν τοῖς κακοῖς. μὴ γὰρ σοῦ βοηθοῦντος, ἀνόνητος καὶ ματαία ἡ τῆς βασιλείας εἰς τὸ σῶσαί με περιβολή. Μετριάζοντος δὲ καὶ τοῦτο, τὸ μηδὲ ἑαυτὸν ἀξιοῦν τυχεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ θεῖον ὄνομα. Ταῦτα δὲ τὴν παντοδαπὴν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν δηλοῖ, ὃς ἀντὶ παντὸς ὅπλου καὶ σκέπης ἡμῖν γίνεται. Τὸ δὲ κραταίωμά μου, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, πέτρα μου, ἡρμήνευσαν. Συμφωνεῖ δὲ τῷ ἐν εὐαγγελίοις φρονίμῳ, ἐπὶ πέτρας οἰκοδομοῦντι. Τὸ δὲ διαθρέψεις με, παρὰ Συμμάχῳ, ἐπιμελήσῃ μου κεῖται. ἀντὶ τοῦ, παντοδαπῆς ἀξιώσεις προνοίας, φρούριον γενόμενος καὶ καταφυγή. Διὰ τῆς παγίδος δὲ τὴν τοῦ Ἀχιτόφελ ἐδήλωσε βουλὴν, ἣν εἰσηγήσατο κατ' αὐτοῦ. εἰς δὲ Ἐζεκίαν παγίδα τὴν αἰχμαλωσίαν ἐκά-

ἐκάλεσεν, ὑφ' ἧς συνειλήπτο. Ἀκολούθως δὲ τῇ παγίδι, τὸ ἣν ἔκρυψαν. Ἴδιον γὰρ παγίδος, τὸ τίθεσθαι λανθανόντως, ὡς ἀπροσόπτως θηρεύειν. Πρὸς τὴν αἰχμαλωσίαν δὲ καὶ τὸ ἐλυτρώσω, ἐκ μεταφορᾶς τῶν δῶρα διδόντων, καὶ οὕτως ἐξαιρουμένων· ἃ λύτρα λέγεται. Ὡς πολλάκις δὲ σωθεὶς ὑπὸ σοῦ, φησί, σοὶ τὴν ἐμὴν ἐπιδίδωμι φυλάττειν ψυχήν, χεῖρας λέγων τὴν πρόνοιαν. Ἀνάλογον γὰρ ταῖς περιεχούσαις με συμφοραῖς, ἄλλην βοήθειαν οὐχ εὑρίσκω. Ἢ ὡς τὴν ψυχὴν πολεμούμενος (ὀλίγη γὰρ φροντὶς τοῖς ἁγίοις τοῦ σώματος) καὶ τρωθῆναι φοβούμενος, τὸ πνεῦμα παρατίθεται τῷ Θεῷ.

ϛʹ. Ἐλύτρωσω με Κύριε.] Ὡς ἤδη εἰσακουσθείς, ἐλυτρώσω με φησί. Θεὸν δὲ ἀληθείας εὐκαίρως ὠνόμασεν, ὡς μὴ τῶν ἐλπίδων ψευσθείς. Διὰ τοῦτο δέ, φησιν, ἐμὲ ἐλυτρώσω, ἐπειδὴ ἐκείνους ἀπεστράφης, μισήσας τοὺς μετ' ἐπιμελείας τὰ ἄτοπα διαπραττομένους, ὥσπερ τι τῶν ἀναγκαίων καὶ φυλακῆς ἄξιον. Τοῦτο γὰρ τό, διαφυλάσσοντας. Ματαιότητας γὰρ τὰς ἀτόπους πράξεις, ἢ τοὺς ματαίους λογισμοὺς λέγει, οὓς καὶ πράττοντες ματαιότητας ποιοῦμεν, καὶ διακενῆς, μηδὲν ὠφελούμενοι ἐκ τῆς περὶ τοῦ ταῦτα πράττειν ἐπιμελείας. Μισητὴ δὲ αὕτη οὖσα ἡ ματαιότης, μισητοὺς ποιεῖ τοὺς φυλάσσοντας. Ἢ ματαιότητα τὸν πλοῦτον καὶ τὴν εὐημερίαν, ὧν ὡς βεβαίων περιεχόμεθα, ἢ τὸ ψεῦδος.

ζʹ. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἤλπισα.] Ἐκεῖνοι μὲν ἐν τοῖς ματαίοις εἶχον, φησί, τὰς ἐλπίδας, ἐγὼ δὲ οὐδέποτε ἀπέστην τοῦ προσδοκᾷν ἀπὸ σοῦ ἔχειν τὰ ἀγαθά, διὸ καὶ δίκαιός εἰμι ἀγαλλιᾶσθαι. Καὶ ἐν συμφοραῖς γὰρ ὤν, τὴν σὴν ἐπικουρίαν καλῶν, καὶ ταύτης ἀπολαύων, τῇ φιλανθρωπίᾳ σου ἀνατίθημι τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς καὶ εὐφραίνομαι, ἀπωθούμενος τὰ λυπηρά. Πολλάκις γὰρ ὑπ' ἐχθρῶν πολεμούμενον, καὶ πλέον μηδὲν πράττοντος, ἢ ταπεινοῦντος ἐμαυτὸν διὰ τῶν πρὸς σὲ θείων ἱκετηριῶν, ἔσωσας ἐκ τῶν ὑπ' ἐχθρῶν ἀναγκῶν καὶ λόχων τὴν ψυχήν μου, καὶ παραδόξως ἔσω τῶν περιτεθέντων δικτύων γενόμενον ἁρπάσας, ἠλευθέρωσας, καὶ τοὺς πόδας ἐν πλατυσμῷ καὶ εὐρυχωρίᾳ κατέστησας, καὶ ἄφετον ἀφῆκας βαδίζειν ὅποι καὶ βούλομαι. Πολλάκις γὰρ διέφυγον καὶ τὸν Σαούλ, καὶ τοὺς Γετθαίους. Ἐπ' Ἐζεκίᾳ δὲ εἴη ἂν εὐρυχωρία ἡ αὐτονομία τῆς

ptiuitatem, quâ detinebatur. Conſentaneè autem laqueo ſubiunxit, *Quem abſconderunt*. proprium enim laquei eſt, clanculùm poni, vt ex improuiſo capiat. Ad captiuitatē verò refertur & iſtud, *Redemiſti*, ex metaphora eorum qui muneribus è captiuitate aliquem educunt, quæ lytra vocantur. Cùm autem ſæpenumerò, inquit, à te liberatus ſim, trado tibi animam meam cuſtodiendam, *manus* appellans prouidentiam. Calamitatibus enim quæ me circumdant, congruum aliud auxilium non reperio. Vel quia anima eius oppugnabatur (Sanctis enim exigua eſt corporis cura) & lædi metuebat, ſpiritum ſuum commendat Deo.

COMMENTARIVS PATRVM.

6. Redemisti me Domine.] Tamquam iam exauditus, *redemiſti me*, inquit. *Deum* autem *veritatis* aptè nuncupauit, vt qui ſpebus ſuis minimè fruſtratus erat. Idcircò autem, inquit, me redemiſti, quoniam ipſos auerſatus es, exoſos habens eos qui res abſurdas ſtudioſè peragunt, non ſecùs ac res neceſſarias & obſeruatu dignas. Hoc enim ſibi vult vox *obſeruantes*. *Vanitates* enim abſurdas actiones, vel inanes cogitationes intelligit, quas cùm admittimus, vanè & in caſſum laboramus, nullum lucrum reportantes ex ſtudio quod in ijs collocamus. Cùm autem vanitas iſta ſit execrabilis, exoſos reddit eos qui illam obſeruant. Vel *vanitatem* vocat diuitias ac proſperitatem, quibus tamquam bonis ſtabilibus adhæremus; vel mendacium.

Si qui obſeruant vanitates, Deo exoſi ſunt.

7. Ego avtem in Domino speravi.] Illi quidem, inquit, in rebus vanis ſpes habebant, ego autem nequaquam deſtiti à te bona expectare; quare etiam dignus ſum conſolatione ac lætitia. Etenim in calamitatibus conſtitutus, auxilium tuum implorans, atque illud conſecutus, benignitati tuæ cauſſas eius acceptas refero, ob quas etiam lætor triſtitias expellens. Cùm enim frequenter ab inimicis oppugnarer, & nihil magis ſatagerem, quàm vt me per diuinas ad te precationes humiliarem; de neceſſitatibus inimicorum, & inſidijs eorum, ſeruaſti animam meam; & circumpoſitis mihi retibus implexum mirabiliter eripiens, liberaſti, ac pedes meos in plano latoque loco conſtituiſti, & quocumque vellem liberum abire permiſiſti. Sæpenumerò enim & Saülem, & Gethæos effugi. Quoad Ezechiam autem, locus ſpatioſus fuerit libertas viuendi proprijs legibus;

Qui in Deum ſperat, conſolatione dignus eſt.

COMMENTARIVS PATRVM.

legibus; tribulatio verò iugum inimicorum. Ceterùm aliter, humiliatio quandoque quidem tumoris carentiam ſignificat, quandoque verò vexationem inimicorum. Bonum eſt autem ſi vtramque Deus humiliationem reſpiciat. Hoc loco autem ſignificat vexationem.

Humiliatio dupliciter ſumitur.

Porrò *neceſſitates* appellauit aduerſitates, à quibus poſtquam anima eius fuit liberata, haudquaquam concluſa fuit in manibus inimici ipſam affligentis. Vel *locus ſpatioſus* idem ſignificat quod via illa lata & ſpatioſa, quæ eſt amor voluptatis. Gratias autem agit ei qui ipſi in terreno loco firmitatem ac ſtabilitatem dedit, vbi propter latentes voluptates vita lubrica exiſtit, ne hac illacúe animus ab affectibus circumferatur. Cùm autem laudabilis ſit locus iſte ſpatioſus, gratias agit. Quoniam tribulatus, inquit, non anguſtor, mala ſuſtinens. Pro *quoniam tribulor*, Aquila legit, *quoniam anguſtiæ ſunt mihi.* Quomodo autem cùm anteà dixiſſet ſe in loco ſpatioſo ſtare, modò quaſi oblitus ſui, ait ſe tribulari? Vel certè frequenter mala ſua memorat, vt ſic etiam diuinum auxilium alliciat.

Neceſſitates, ſunt aduerſitates.

10. CONTVRBATVS EST IN IRA OCVLVS.] In ira ſcilicet, tua, q.d. Ipſa etiam videndi vis mihi obſcurata eſt, dum ira tua nullam mihi quietem concedit. Vel hoc modo, q.d. In ira Dei, animæ oculus, ſcilicet pars intellectualis ac rationalis, conturbata eſt; quod omnibus peccantibus vſu venit. *Animam* verò vocat ſpes in Deum, quæ nos animant & quodammodò viuificant: *ventrem* verò appellat habitum illum, qui optima quæque in nobis gignit; *oſſa* conſtantiam ac firmitatem cogitationum ad meliora tendentium. Cùm igitur, inquit, hæc contra ſplendorem ſuum in contrarium verſa ſint; idcircò iram Dei veritus, conturbor. Vel illud, *In ira* idem eſt ac *propter iram*, vti eſt illud Apoſtolicum, *In cæleſtibus*, id eſt propter cæleſtia. Pro *conturbatus eſt* autem, Aquila legit, *ſqualuit in irritatione oculus meus*, perturbatus eſt propter irritationem. Quia enim, inquit, irritabam, & iram mihi concitabam, irâ digna gerens; hinc confuſio, & conturbatio, & ſqualor, rationali parti accidit. Non aberrabis autem ſi per *ventrem* etiam memorandi vim intellexeris, in qua rationales omnes cibi, tamquam in ventre, condi ſolent. Quocirca dictum eſt

Ira turbat.

Venter quid tropicè.

Oſſa quid tropicè.

Epheſ. 1, 3.

Venter tropicè pro memoria.

πολιτείας, καὶ θλίψις ὁ τῶν πολεμίων ζυγός. Ἄλλως δὲ, ἡ ταπείνωσις ὅτε μὲν τὴν ἀτυφίαν δηλοῖ, ὅτε δὲ τὴν ὑπ' ἐχθρῶν κάκωσιν. Ἀγαθὸν δὲ τὸ ἐπιδεῖν τὸν Θεὸν τὴν ἑκατέρας ταπείνωσιν. Δηλοῖ δὲ νῦν τὴν κάκωσιν. Τὰς ἀνάγκας δὲ τὰς περιστάσεις ἐκάλεσεν, ἀφ' ὧν ῥυσθείσης αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, οὐ συγκέκλεισται εἰς χεῖρας τοῦ καταπονοῦντος ἐχθροῦ. Ἢ τὸ εὐρύχωρον δὲ τῇ πλατείᾳ καὶ εὐρυχώρῳ ταυτὸ δηλοῖ, ἥτις ἐστὶν ἡ φιληδονία. Εὐχαριστεῖ δὲ τῷ βεβαιότητα αὐτῷ καὶ στάσιν ἐν τῷ περὶ γῆν τόπῳ ὀρέξαντι· ἔνθα διὰ τὰς ἐμφωλευούσας ἡδονὰς τὸ ζῆν ὀλισθηρόν ἐστι, ὥστε μὴ ὧδε κἀκεῖσε τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῶν παθῶν περιφέρεσθαι. Ἐὰν δὲ ἐπαινετὸν τοῦτο τὸ εὐρύχωρον, εὐχαριστεῖ· ἐπεὶ θλιβόμενος οὐ στενοχωροῦμαι, ἐγκαρτερῶν τοῖς δεινοῖς φησι. Ἀντὶ δὲ τοῦ, ὅτι θλίβομαι, Ἀκύλας, ὅτι στενὰ ἐμοί. Πῶς δὲ ἐν εὐρυχωρίᾳ πρότερον εἰπὼν στῆναι, νῦν ὥσπερ ἐπιλαθόμενος ἑαυτοῦ λέγει θλίβεσθαι; Ἢ πολλάκις τῶν οἰκείων διαμνημονεύει κακῶν, κἂν τούτῳ τὴν θείαν βοήθειαν ἐπισπώμενος.

ι. ΕΤΑΡΑΧΘΗ ΕΝ ΘΥΜΩ Ο ΟΦΘΑΛΜΟΣ.] Ἐν θυμῷ τῷ σῷ δηλονότι, ἀντὶ τοῦ, καὶ αὐτό μοι ὁρατικὸν ἐσκότισται, μὴ ἐνδιδόντος μοι ἄνεσιν τοῦ θυμοῦ σου. Ἢ οὕτως· Ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ θυμῷ, ὁ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸς, ἤτοι τὸ διανοητικὸν καὶ λογιστικὸν ἐταράχθη, ὃ γίνεται ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσι· Ψυχὴν δὲ τὰς ἐπὶ Θεὸν ἐλπίδας φησὶν, αἵτινες ἀναψύχουσιν ἡμᾶς, καὶ οἷον ζωογονοῦσι. γαστέρα δὲ τὴν γεννητικὴν ἡμῶν ἕξιν τῶν κρειττόνων λέγει· ὀστᾶ, τὸ στερρὸν καὶ ἀκαμπὲς τῶν πρὸς τὰ βελτίω λογισμῶν. Ἐπεὶ οὖν ταῦτα, φησι, πρὸς τοὐναντίον τῆς ἑαυτῶν εὐδοκιμήσεως περιετράπη, διὰ τοῦτο δεδοικὼς τὸν τοῦ Θεοῦ διὰ ταῦτα θυμὸν, ταράσσομαι. Ἢ τὸ, ἐν θυμῷ, ἀντὶ τοῦ, διὰ τὸν θυμὸν, ὡς ἔχει τὸ ἀποστολικὸν, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ἀντὶ τοῦ, διὰ τὰ ἐπουράνια. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἐταράχθη, ὁ μὲν Ἀκύλας, Ηὐχμώθη ἐν παροργισμῷ ὁ ὀφθαλμός μου, ἐθολώθη διὰ παροργισμόν. Ὅτι γὰρ παρώργησα, φησι, καὶ θυμὸν ἐμαυτῷ ἐπήγειρα, τὰ θυμοῦ ἄξια πράξας· τηνικαῦτα σύγχυσις, καὶ θόλωσις, καὶ αὐχμὸς τῷ λογιστικῷ προσγέγονε. Γαστέρα δὲ οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν, καὶ τὴν μνημονικὴν δύναμιν, ἐν ᾗ πάσας τὰς διὰ λόγου τροφὰς, ὡς ἐν κοιλίᾳ ἐναποτίθεσθαι εἴωθεν. Διὸ λέλεκται

καὶ τό, Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου. Ταῦτα δέ, φησι, τὰ μέλη θολωθεὶς, θεραπείᾳ ἐμαυτὸν παρεῖχον, ὀδύνῃ καὶ στεναγμοῖς καὶ πτωχείᾳ παραδιδοὺς ἐμαυτόν, καὶ ὡς διά τινων κύκλων ἰατρευόμενος. Ἀντὶ δὲ τοῦ πτωχείᾳ, ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἡρμήνευσεν, εἰπών, διὰ τὴν κάκωσίν μου ἡ ἰσχύς μου, καὶ τὰ ὀστᾶ μου διεστίασαν. Οὕτω, φησίν, ἐκάκουν ἐμαυτόν, ὡς διὰ τὴν τῆς κακώσεως ὑπερβολὴν ἐξασθενῆσαί μου τὴν ἰσχὺν, καὶ τὰ ὀστᾶ, ἐν οἷς πάλαι ἠνδριζόμην. Ὑπογραμμὸς δὲ ταῦτα τῶν ἀφέσεως τυχεῖν βουλομένων. Ἢ καὶ οὕτω, κατὰ μὲν τὸ αἰσθητὸν οὐ πάντως ὁ πτωχεύων ἀσθενεῖ, οὔτε μὴν ὁ ἀσθενῶν, πτωχεύει· ἐν δὲ τοῖς πνευματικοῖς, ἐπεὶ ταυτὸν ἰσχὺς καὶ πλοῦτος, ὁ πλουτῶν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, ἰσχὺν ἔχει. Λέγει τοίνυν ὡς ἠσθένησε, τὸν διὰ πράξεως πλοῦτον ἀποστραφείς. Σημειωτέον δέ, ὡς ἕξιν εἶπεν ἀντὶ τοῦ ἔχοντος. οὐ γὰρ ἡ ἰσχὺς ἀσθενεῖ, ἀλλ' ὁ ἔχων ταύτην. Τοιοῦτο καὶ παρὰ Παύλῳ, ἵνα δικαιοσύνη γενώμεθα Θεοῦ ἐν αὐτῷ. τοὺς γὰρ δικαιοσύνην ἔχοντας, ἐνταῦθα δικαιοσύνην ἐκάλεσεν. Εἴποι δ' ἂν καὶ οἱ ἐν Βαβυλῶνι, τὸ Ἐξέλιπεν ἐν ὀδύνῃ ἡ ζωή μου, καὶ τὰ ἔτη μου, πολλοῦ χρόνου παρῳχηκότος. μετὰ γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτη, μόλις ἔτυχον τῆς ἀνέσεως. Οἳ καὶ διὰ πτωχείαν οὐ χρημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἀγαθοῦ ἠσθένησαν, καὶ ἡ δύναμις αὐτῶν πᾶσα (ὀστᾶ γὰρ λέγει τὴν δύναμιν) καὶ παρὰ τοῖς περιοίκοις ἦσαν ἐπονείδιστοι.

ιβ'. ΠΑΡΑ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΕΧΘΡΟΥΣ.] Ὁ ἐν Βαβυλῶνι λαὸς ἐχθροὺς τοὺς περιοίκους καλεῖ. Οὗτοι μὲν γάρ, φησι, πολλάκις ᾐχμαλωτίσθησαν, ἀλλ' οὐχ οὕτω πολυχρονίως ὥσπερ ἡμεῖς. Ὅτι δὲ τοὺς περιοίκους φησίν, ἐπήγαγε, Καὶ τοῖς γείτοσί μου σφόδρα, καὶ φόβος τοῖς γνωστοῖς μου. ἀντὶ τοῦ, ἀποτρόπαιος ἐγενόμην καὶ τοῖς εἰδόσι με, ὥστε καὶ τοὺς ὁρῶντας βδελυκτὸν ἡγεῖσθαι, καὶ ἀποφεύγειν με, καὶ ἀπὸ πάσης ψυχῆς καὶ διανοίας ἐπελήσθην, ὡς οἱ νεκροὶ ἀπελπίζονται, καὶ ὡς σκεῦος ἄχρηστον, καὶ μὴ ἐπιζητούμενοι (τὰ γὰρ εὔχρηστα ζητεῖται,) καὶ παρὰ πολλῶν ὠνειδίσθην, ψόγον καταχεόντων μου, ὡς καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν συναγωγὴν, τὴν ἐμὴν ἐν μελέτῃ ἔχειν ἀπώλειαν. Ὅθεν ἤμην ἐγὼ καὶ τοῖς ἐχθροῖς καταγέλαστος, καὶ τοῖς ὁμόροις ἐπίχαρτος, καὶ τοῖς γείτοσιν ἐπίφοβος, δεδιότων καὶ συγγενέσθαι μοι, μὴ

& hoc, *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt.* Cùm autem, inquit, hæc membra mea conturbata eſſent, tradidi me curandum, luctui, & ſingultibus, & inopię meipſum dedens, & quaſi per circulos quoſdam medicinam accipiens. Pro *paupertate* autem magis dilucidè Symmachus interpretatus eſt, dicens, *Ob afflictionem meam, virtus mea & oſſa mea ſqualorem contraxerunt.* Adeò, inquit, me affligebam, vt præ afflictionis exceſſu, robur meum & oſſa debilitarentur, in quibus olim præualebam. Hæc autem pro exemplo ſunt illis qui remiſſionem adipiſci volunt. Vel etiam hoc modo, ſecundùm ſenſum quidem, non ſemper is qui pauper eſt, infirmatur; neque qui infirmus eſt, pauper eſt. Verùm in ſpiritalibus, cùm idem ſint virtus & diuitiæ, is qui diues eſt operibus bonis, robur habet. Ait igitur, vt infirmatus ſit, bonorum operum diuitias auerſatus. Obſeruandum autem, quomodo habitum dixerit pro habente: non enim virtus infirmatur, ſed qui illam habet. Tale quid etiam eſt apud Paulum: *Vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.* nam habentes iuſtitiam, hoc loco *iuſtitiam* appellauit. Potuiſſent etiam dicere hi qui in Babylone erant, *Defecit in dolore vita mea, & anni mei,* cùm longum tempus interceſſerit: nam poſt ſeptuaginta annos vix adepti ſunt quietem. Qui vtique non ſolùm propter penuriam diuitiarum, ſed & omnis boni, infirmati ſunt; vti etiam omnis virtus eorum (*oſſa* enim robur vocat) & vicinis ſuis erant exoſi.

COMMENTARIVS PATRVM.

Pſal. 102, 1.

Paupertas pro afflictione.

Diuitiæ & paupertas ſpiritalis quid.

2. Cor. 5, 21.

Verſ. 11.

12. SVPER OMNES INIMICOS MEOS.] Populus in Babylone vocat *inimicos* eos, inter quos habitabat. Hi enim, inquit, ſæpè in captiuitatem redacti ſunt, ſed non tanto tempore ſicut nos. Quòd autē inquilinos dixerat, ſubiunxit, *Et vicinis meis valdè, & timor notis meis.* Id eſt, abominabilis factus ſum iis qui me nouerant, adeò vt hi qui me videbāt, execrandum putarent atque me fugerent; & ab omni anima & mente obliuioni traditus ſum, non ſecùs ac mortui quorum nulla ſpes ſupereſt, & vt vas inutile, & quod non requiritur, (vtilia enim requiruntur) à plurimis etiam opprobrium paſſus ſum, qui mihi contumeliam aſpergebant; adeò vt tota eorum congregatio interitum meum meditaretur. Vnde eram ego & inimicis meis riſui, & conterminis ludibrio, & vicinis timori; cùm vererentur mecum verſari, ne

Dauid ſuis vicinis & notis exoſus factus.

in hoſtes inciderent. Quapropter & ab omnibus eram deſperatus, tamquam mortuus qui in ſepulcro moratur, & vas deſpectum. Neque hæc ex coniectura dico, ſed auritus teſtis conuiciorum, vt Semei, & aliorum. Atque illi quidem confertim mortem meam expetebant, ego autem à te non defeci. Sciebam enim te inſidiantibus ſuperiorem eſſe, & quòd in *manibus tuis* ſint *ſortes meæ*, id eſt, omnis mea quies & afflictio; vel, vt alij, tempora, id eſt ea quæ mihi ſucceſſu temporum obueniunt. Tu enim reddis cuilibet ſortem triſtitiæ ac delectationis. *Tempora* enim, ſeu *ſortes*, vocat rerum viciſſitudines: vel *ſortes* etiam appellat terræ poſſeſſionem. Poterant hæc etiam à Saluatore dici in paſſione, quando inimici quidem ipſum laceſſebant, noti verò deſerebant, primarius verò diſcipulus negabat. Quòd ſi hæc ſenſu obuio accipiantur, magnam eius afflictionem repræſentant: vt qui & ab inimicis derideretur, tamquam fruſtrà ſeſe crucians; & cuius miſeriam proximi exprobrarent, & cognati cùm viderentur permanſuri, etiam aufugerint, de ſalute per ipſum conſequenda deſperantes. Ego autem haud in vanum, inquit, me ipſum diſcruciabã; ſed magno meo cruciatu Deum ad miſericordiã pertrahebam, ob vndictam eorum qui me cingebant; rectè ſciens inimicos me modò ſuperare, eò quòd tempus haberent aduerſum me. Attamen tempora mea cuſtodita ſunt in manibus tuis, in quibus etiam ſortes meas à te cuſtodiri ſcio. *Manus* autẽ vocat potentias protectrices, in quibus ait omnia ſimul contenta eſſe iuxta iudicium diuinum; ſcilicet pati, aut liberari: neque enim hæc fortuitò euenire putandum eſt. Alij vocem hanc exponentes, aiunt poteſtates, principibus ac legis præceptoribus conceſſas, eorumdem ſortes nuncupari. Hæ itaque in manibus Dei ſitæ ſunt: ſtatuit enim ac deponit reges. Nemo igitur me à dignitate dimouebit; tua enim huius eſt potentia.

Sortis noſtra in manu Dei.

Chriſtus in paſſione ab omnibus derelictus.

Manus pro protectione.

17. ILLVSTRA FACIEM TVAM.] Quoniam videbatur iratus quodãmodò ipſos auerſari; populus qui captiuus tenebatur, petit ipſi reconciliari. Tantùm, inquit, annue, & ſufficit mihi ad ſalutem: ne præualeant inimici mei aduerſum me, tamquam non ſit mihi ſalus in his quibus ſperaui in te. Quin potiùs, inquit, conuerte ignominiã in eos qui iniquè agũt, neque

Solus Dei aſpectus, ſatis eſt ad ſalutem.

τοῖς ἐχθροῖς περιπέσωσι. Διὸ καὶ ὑπὸ πάντων ἀπηλπίσθην, δίκην νεκροῦ τάφον οἰκοῦντος, καὶ σκεύους παρεωραμένου. Καὶ οὐ πιθάζων ταῦτα λέγω, ἀλλ' αὐτήκοος γεγονὼς τῶν ὀνειδῶν, οἷον τῶν τοῦ Σεμεεὶ, καὶ ἄλλων. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀθροιζόμενοι τὸν ἐμὸν θάνατον ᾔτουν, ἐγὼ δέ σου οὐκ ἀπέστην. ᾔδειν γάρ σε τῶν ἐπιβουλευόντων ἀνώτερον, καὶ ὅτι ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου· ἤτοι πᾶσά μου ἄνεσις, καὶ θλίψις· ἢ, ὡς ἕτεροι, οἱ καιροὶ, αὐτὶ τοῦ οἱ ἐπιλαγχάνοντές μοι καιροί. Σὺ γὰρ ἀποκληροῖς ἑκάστῳ καὶ ἀθυμίας καὶ θυμηδίας. Καιροὺς γὰρ ἢ κλήρους, τὰς τῶν πραγμάτων καλεῖ μεταβολάς· ἢ κλήρους τὴν τῆς γῆς λέγει κατάσχεσιν. Λέγοιτο δὲ ταῦτα καὶ παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐν τῷ πάθει, διασυρόντων μὲν τῶν ἐχθρῶν, ὑποχωρησάντων δὲ τῶν γνωστῶν, τοῦ δὲ κορυφαίου καὶ ἀρνησαμένου. Κἂν ἐπὶ τοῦ ἐξομολογουμένου λαμβάνηται, τὴν πολλὴν αὐτοῦ παρίστησι κάκωσιν, ἐφ' οἷς καὶ ἐγελᾶτο ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ὡς μάτην ἑαυτὸν κατακόπτων· καὶ οἱ πλησίον ὠνείδιζον τὴν ταλαιπωρίαν, καὶ οἱ συγγενεῖς μεμενηκέναι ἐδόκουν, καὶ ἀπέφυγον, ὡς ἤδη ἀπεγνωκότες τὴν ἐπ' αὐτῷ σωτηρίαν. Ἐγὼ δὲ οὐ μάτην ἐμαυτὸν ἐκάκουν, φησὶν, ἀλλὰ τῇ πολλῇ κακώσει τὸν θεὸν ἐπεσπώμην εἰς ἔλεον, διὰ τὴν τῶν περιστοιχησάντων με ἄμυναν· ἀλλ' εἰδὼς ὡσεὶ καὶ νῦν οἱ ἐχθροί μου κρατοῦσι, καιρὸν ἔχοντες κατ' ἐμοῦ. Ἀλλ' οἱ ἐμοὶ καιροὶ πεφυλαγμένοι τυγχάνουσιν ἐν ταῖς σαῖς χερσὶν, ἐν αἷς καὶ τοὺς ἐμοὺς κλήρους οἶδα φυλάττεσθαι παρὰ σοῦ. Χεῖρας δὲ τὰς φρουρούσας δυνάμεις, ἐν αἷς φησιν εἶναι πάντα συγκληρωθέντα, κατὰ κρίσιν θείαν, ἤτοι παθεῖν, ἢ ῥυσθῆναι· μηδὲ γὰρ οἴεσθαι ταῦτα συμβαίνειν συντυχικῶς. Ἕτεροι τὴν λέξιν σαφηνίζοντες οὕτω φασίν· αἱ δεδομέναι ἐξουσίαι ἄρχουσιν, ἢ διδασκάλοις, κλῆροι αὐτῶν ὀνομάζονται. Οὗτοι οὖν ἐν ταῖς χερσίν εἰσι τοῦ θεοῦ· καθιστᾷ γὰρ καὶ μεθίστησι βασιλεῖς. Οὐδεὶς οὖν μετακινήσει με τῆς ὑπεροχῆς. σὴ γὰρ ἡ τούτου πέφυκεν ἐξουσία.

ιζ. ΕΠΙΦΑΝΟΝ ΤΟ ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΣΟΥ.] Ἐπεὶ ἐδόκει ὥσπερ ἀποστρέφεσθαι αὐτοὺς ὀργιζόμενος, αἰτεῖ καταλλαγὴν ὁ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ λαός. Μόνον, φησὶν, ἐπίνευσον, καὶ ἀρκεῖ μοι πρὸς σωτηρίαν. καὶ μὴ λάβωσι χώραν οἱ ἐχθροὶ κατ' ἐμοῦ, ὡς μὴ σωθέντος ἐφ' οἷς ἤλπισα ἐπὶ σοί. Μᾶλλον δὲ, φησι, στρέψον τὴν αἰσχύνην ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας, καὶ μὴ

γι-

γινώσκοντάς σε· καὶ ἀπόφραξον τὸ στόμα τὸ ὑπερήφανον τῶν ὀνειδιζόντων ἡμᾶς, ὡς ἀβοηθήτους ὑπὸ σοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Εἴποι δ' ἂν καὶ Δαβὶδ τὸ Ἐπίφανον, ὅτι σοῦ μόνον ἐπιφανέντος, τὰ σκυθρωπὰ λυθήσεται. Ἐντεῦθεν δὲ δῆλον, ὡς πολλὴν ἔχει διαφορὰν πρὸς ἀσέβειαν ἁμαρτία. Χείλη δὲ δόλια εὔχεται ἐμφραγῆναι τοῦ Ἀχιτόφελ· φίλος γὰρ ὢν καὶ σύμβουλος, κατ' αὐτοῦ τῷ παιδὶ συνεβούλευσεν, ὃ καὶ ἐξουδένωσιν καλεῖ. Ἄλλος. Ὥσπερ ἡλίου ἀνατείλαντος λύεται μὲν τὸ σκότος, ὑπὸ γῆν δὲ γινομένου νὺξ διαλαμβάνει τὸ πᾶν, ἐν ᾗ προΐασιν ἐκ τῶν οἰκείων καταδύσεων θῆρες ἄγριοι, καὶ ἄνδρες κακοῦργοι· οὕτως ἀποστρεφομένου μέν τινα τοῦ Θεοῦ, οἱ τῆς ψυχῆς ἐχθροὶ ἐπανίστανται· ἐπιλάμποντος δὲ τοῦ τῆς θεότητος αὐτοῦ φωτὸς (ὃ πρόσωπον ἡ γραφὴ καλεῖ) ἀποστρέφονται πάντες, οἱ τὰ τοῦ σκότους ἄξια πράττοντες. Οὗ δὴ καὶ τυχεῖν ἀξιοῖ, οὐ διὰ πράξεις οἰκείας, ἀλλὰ διὰ θεῖον ἔλεος. Ἐκείνοις προσῆκον οὐκ ἐμοί, φησι, τὸ αἰσχύνεσθαι, τοῖς ἀσεβέσι, τοῖς μὴ ἐπεγνωκόσι σε. Ἀντὶ δὲ τοῦ, καταχθείησαν, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος σιωπησάτωσαν εἰς ᾅδην, φασίν, οἷον τῆς μεγαλαυχίας δεξόμενοι πέρας, καὶ κωφωθήτωσαν διὰ τῆς ἐπιφανείας σου. Νῦν μὲν γὰρ πολλὰ λέγειν τολμῶσι· τότε δὲ παύσονται, εἰς τὸ κατάλληλον αὐτοῖς ἐλθόντες χωρίον. Τότε καὶ ἡ τῶν δικαίων ἐκδικηθήσεται ἐξουδένωσις.

κ'. ΩΣ ΠΟΛΥ ΤΟ ΠΛΗΘΟΣ ΧΡΗΣΤΟΤΗΤΟΣ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ.] Χάρισαι, φησι, τὴν ἐπάνοδον, ἵνα πάντες εἴπωσιν, ὅτι πλουτῶν ἐν φιλανθρωπίᾳ, ἔκρυψας ταύτην, δι' οἰκονομίαν ὠφελείας ἡμῶν· οὐ διὰ θυμὸν τιμωρίας, ἣν καὶ ἐξειργάσω, καὶ ἐπεδείξω, εἰς ἡμᾶς τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σὲ δημοσιεύσας τὴν χάριν. Τοῦτο γὰρ τὸ, Ἐναντίον τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Ἢ οὕτως, Ἱκέτευσα ἐπιφανῆναί σε, πεπεισμένος, ὡς ἡ σὴ χρηστότης ἄφατος καὶ πολλή. Πλὴν οὐ πᾶσι ποιεῖς φανεράν, κρύπτεις δὲ αὐτήν, καὶ φυλάττεις τοῖς φοβουμένοις σε· ἐπεὶ καὶ εἰς τοῦτο αὐτὴν ἐξειργάσω, εἰς τὸ τοῖς ἐλπίζουσιν εἰς σὲ παρέχειν· καὶ παρέξεις κατὰ καιρὸν ἐνώπιον, ὥστε πάντας ἰδεῖν ἐν καιρῷ ἀμοιβῆς διδομένην τοῖς δικαίοις. Διόπερ καὶ ἐν τῷ βίῳ τὰς ἀνακειμένας σοι ψυχάς, κατὰ τὸν τῶν πειρατηρίων καιρὸν τῆς παρὰ σοῦ σκέπης ἀξιῶν, ἀποκρύπτεις, ῥυόμενος αὐτὰς ἀπὸ ταραχῆς ἀνθρώπων, εἰς τὸ μὴ βλάπτε-

te agnoſcunt: & obſtrue ſuperbum os eorum qui exprobrant nobis, quaſi tuâ Dei noſtri ope deſtitutis. Poſſit etiam Dauid ipſe dicere illud *Illuſtra*, quoniam te ſolùm illuſtrante, aſpera quæque diſſoluentur. Hinc autem perſpicuum fit, peccatum ab impietate plurimùm differre. Rogat autem obſtrui doloſa labia Achitophelis; ſiquidem amicus & conſiliarius exiſtens, aduerſus ipſum filio conſilium dedit, quod etiam contemptum vocat. Alius. Quemadmodum ſole quidem oriente, tenebræ ſoluuntur; ſub terram autem occumbente, vniuerſum hoc nox occupat, in qua è ſpeluncis ſuis feræ agreſtes, & homines maligni prodeunt: ita quoque cùm Deus quempiam auerſatur, inimici animæ inſurgunt; cùm verò diuinitatis ipſius lumẽ affulget (quod Scriptura faciem appellat) auertuntur omnes qui tenebris digna factitant. Quod vtique conſequi poſtulat, non propter opera ſua, ſed propter miſericordiam diuinam. Ipſos, inquit, non me, decet ignominia, vtpote impios, & te non agnoſcentes. Pro *deducantur* autem Aquila & Symmachus aiunt, *fileantur in inferno*, vt nimirum iactantiæ ſuæ finem capiant, & propter apparitionem tuam obmuteſcant. Nunc ſiquidem multa dicere audent; tunc autem ſilebunt, ad regionem ipſis conſentaneam abeuntes. Tunc etiam iuſtorum contemptus vindicabitur.

Aſpectus Dei fugat mala, ſicut ſol tenebras.

20. QVAM MAGNA MVLTITVDO DVLCEDINIS TVÆ DOMINE.] Præbe, inquit, reditum, vt omnes dicant, quòd, cùm diues eſſes in benignitate, abſconderis eam propter vtilitatis noſtræ diſpenſationem; non propter iram vltionis, quam & irrogaſti & oſtendiſti, nobis in te ſperantibus gratiam promulgans. Hoc enim ſibi vult illud, *In conſpectu filiorum hominum*. Vel hoc modo, q. d. Obſecraui vt appareres, quoniam perſuaſus ſum bonitatem tuam eſſe ineffabilem & copioſam. Verùm non omnibus eam manifeſtas, ſed abſcondis illam, & ſeruas timẽtibus te; quoniam ad hoc ipſam operatus es, vt eam in te ſperantibus exhibeas: & ſuo tempore palàm ipſam exhibebis, vt omnes videant in tempore iuſtis dari retributionẽ. Idcircò etiã in hac vita animas tibi addictas, in hoc tentationum tempore protectione tuâ dignas cenſens, abſcondis; liberans illas à turbatione hominũ, ne lædantur,

Deus benignitatem interdum occultat ob noſtram vtilitatem.

Deus ſuo tempore abſcondit, & iterùm palàm facit auxilium, prout nobis expedit.

tur, neque ab his qui verbis dimicant, neque ab his qui operibus contra ipſos aliquid machinantur. Atque hoc modo timentium te præmia, cùm ſint maxima, abſcondis, eoſque cum ſudoribus & moleſtijs conflictari permittis. Quandoque verò etiam victoriæ præmia oſtendis, pugiles animando. Neque ſimpliciter abſcondis benignitatem, ſed multitudinem, ne lædantur, hanc ipſis recondens, donec perfectâ dilectione foras miſerint timorem. Abſcondita verò præmia illa manifeſtaſti his qui maiorem ſpem habent quàm timorem, quique vim rationalem ſecundùm Dei imaginem rectam conſeruarunt. *Filios* autem eorum vocat diſcipulos & imitatores; *abſconditum* verò *faciei*; id quod modò intelligere non valemus, tunc autem manifeſtabitur. Id autem quod à Paulo notum ac manifeſtatum dicitur, ad prouidentiam ſpectat. Fortè verò etiam Chriſtus, cùm ſit facies Dei, abſconditum quidem habet id quod eſt ſecundùm diuinitatem, manifeſtum verò id quod eſt ſecundùm incarnationem. Illud autem, *In tabernaculo*, poſuit pro quaſi in tabernaculo, ſiue ſecura munitione. Tua, inquit, ſufficit ſola illuſtratio ad omnem turbationem auferendam, & in medio tempeſtatis cõprehenſos, quaſi in quodam tabernaculo abſcondendos & inuiſibiles reddendos. Alius *Abſcondiſti* poſuit pro *cuſtodiſti*, quoniam id quod abſconditum eſt, cuſtoditur: vel pro *recondidiſti*, excoluiſti verò etiam in tempore opportuno. Illud autem, *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ*, Facies, inquit, tua protectio erit ſperantibus in te. Vel ac ſi dicat, In medijs afflictionibus & calamitatibus comprehenſos prouidentiâ tuâ abſcondiſti, ne vlla ipſis mala euenirent.

Chriſtus nobis abſconditus & manifeſtus.

Facies pro protectione.

22. BENEDICTVS DOMINVS.] *In ciuitate* poſuit, pro quaſi in ciuitate. *Ciuitatem* autem *munitam*, vocat muro cinctam. Glorificabunt, inquit, omnes nomen tuum, quòd hoc modo nos cuſtodiſti auxilio tuo, tamquam in ciuitate mœnibus circumdata. Per me enim glorificatus es, quoniam mille hoſtibus me circumdantibus, & inſtar ingentis ciuitatis animam meam obſidere conantibus, tu protector meus miſericordiam tuam vt vallum mihi circumdans, admirabilem te oſtendiſti. Talis verò mihi factus es, poſtquam meipſum in exceſſu iſto humiliaui, in quo conturbatus fuerat oculus meus, & venter meus. Eram enim propter peccatum veluti proiectus

Ciuitas munita, protectio Dei.

θαι, μήτε ὑπὸ τῶν λόγοις πολεμούντων, μήτε ὑπὸ τῶν ἔργοις κατ' αὐτῶν μηχανωμένων. Καὶ ἔστι τῶν φοβουμένων σε τὰ μὲν ἔπαθλα κρύπτεις μέγιστα ὄντα, ἱδρῶσι δὲ καὶ ταλαιπωρίαις παλαίειν ἐᾷς. Καὶ γυμνοῖς δὲ ἐνίοτε τὰ βραβεῖα, θαρρύνων τοὺς ἀθλητάς. Οὐχ ἁπλῶς δὲ κρύπτεις τὴν χρηστότητα, ἀλλὰ τὸ πλῆθος, ἵνα μὴ βλαβῶσι, ταμιευόμενος αὐτοῖς τοῦτο, μέχρι γεγονότες ἐν ἀγάπῃ τελείᾳ ἔξω βάλωσι τὸν φόβον. Αὐτὰ δὲ τὰ κρυβέντα κατ' ἐνέργειαν, ἐφανέρωσας τοῖς πλείω τοῦ φόβου ἐλπίδα ἔχουσι, τοῖς τὸ λογικὸν καὶ κατ' εἰκόνα φυλάξασιν ἀδιάστροφον. Υἱοὺς δὲ αὐτῶν καλεῖ τοὺς μαθητὰς καὶ μιμητάς· ἀπόκρυφον δὲ τοῦ προσώπου, τὸ μὴ ἐφικτὸν νῦν πρὸς γνῶσιν, φανερωθησόμενον δὲ τότε. Τὸ δὲ παρὰ Παύλου γνωστὸν καὶ πεφανερωμένον, τὸ προνοητικόν. Τάχα δὲ ὁ Χριστός, πρόσωπον ὢν Θεοῦ, ἀπόκρυφον μὲν ἔχει τὸ κατὰ τὴν θεότητα, ἐμφανὲς δὲ τὸ κατὰ τὴν οἰκονομίαν. Τὸ δὲ, ἐν σκηνῇ, ἀντὶ τοῦ ὡς ἐν σκηνῇ, ἤτοι ὀχυρῷ περιβόλῳ. Ἀρκεῖ σου, φησίν, ἡ ἐπιφάνεια μόνη πάσης ταραχῆς ἐξελέσθαι, καὶ μέσους ὑποληφθέντας, ὥσπερ τινὶ καλύψαι σκηνῇ, καὶ ἀφανεῖς ἀποφῆναι. Ἄλλος τό, ἔκρυψας, ἀντὶ τοῦ ἐφύλαξας, ἐπεὶ τὸ κεκρυμμένον φυλάττεται· ἢ ἀντὶ τοῦ ἐταμιεύσω· ἐξειργάσω δὲ, καὶ ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι. Τὸ δὲ, Κατακρύψεις ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου σου, τὸ πρόσωπόν σου, φησί, σκέπη τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σὲ γενήσεται. Ἢ ἀντὶ τοῦ, μεταξὺ θλίψεων καὶ συμφορῶν συλληφθέντας, τῇ προμηθείᾳ ἐκάλυψας, ὡς μηδὲν αὐτοῖς ἐγγίσαι τῶν χαλεπῶν.

κβ'. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ.] Τὸ ἐν πόλει, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐν πόλει. Πόλιν δὲ περιοχῆς, λέγει τὴν τετειχισμένην. Δοξάσουσι, φησί, πάντες τὸ ὄνομά σου, ὅτι οὕτως ἡμᾶς ἐφύλαξας, ὡς ἐν πόλει τετειχισμένῃ, τῇ βοηθείᾳ σου. Δι' ἐμὲ γὰρ ἐδοξάσθης, ὅτι μυρίων ἐπ' ἐμὲ πολεμίων συστάντων, καὶ δίκην μεγάλης πόλεως τὴν ἐμὴν ψυχὴν πολιορκεῖν πειρωμένων, ὁ ἐμὸς φύλαξ φραγμόν μοι περιβαλὼν τὸ ἔλεός σου, θαυμαστὸν ἔδειξας. Τοιοῦτος δέ μοι γέγονας, ἐπειδὴ ἐταπείνωσα ἐμαυτὸν ἐν τῇ γενομένῃ ἐκστάσει, καθ' ἣν ἐταράχθη ὁ ὀφθαλμός μου, καὶ ἡ γαστήρ μου. Ἀπερριμμένην γὰρ ὡς διὰ τὴν ἁμαρτίαν τῶν ὀ-

φθαλμῶν

ὀφθαλμῶν σου ἀπορρίψεις· ἀλλὰ σὺ ὁ εἰπών, Ὅταν ἐπιστρέψας στενάξῃς, τότε σωθήσῃ, ἔτι μου λαλοῦντος εἰσήκουσας. Οὐχ οὕτω δὲ θαυμάζεται τὸ τοῦ θεοῦ ἔλεος ἐν πόλεσιν ἀνεῳγμέναις, ὡς ἐν πόλει περιοχῆς. διὰ τὸ πλεῖον αὐτὸν εὐλογεῖν, τοὺς ῥυσθέντας ἐκ πλείονος περιστάσεως. Δηλοῖ δὲ νῦν ἡ ἔκστασις οὐ παραφροσύνην, ἀλλὰ τὸν δι᾽ ἐκπλήξεως θαυμασμόν, ἐν ᾧ γενόμενος, ᾤμην τῶν θείων ὀφθαλμῶν ἀπερρίφθαι. ἀλλὰ σὺ ὁ φιλάνθρωπος οὐκ ἀπέρριψας. Ἢ ἔκστασιν τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν ὀνειδισμόν, τὸν ἀπελπισμόν. οἷον, ἀπήλπισα, φησί, τῶν κατ᾽ ἐμαυτόν, ἀπὸ τῆς εὐπραγίας εἰς συμφορὰν δυσπραγίας ἐκπεπτωκώς· ἀλλὰ διὰ τοῦτο εἰσήκουσας. τουτέστιν ἡ ἐμὴ παρ᾽ ἐμοὶ ἀπόγνωσίς σε πρὸς σωτηρίαν προσεκαλέσατο. ἀπὸ προσώπου δέ, ἀντὶ τοῦ, μακρὰν ἔδοξα εἶναι τῆς ἐποπτικῆς σου δυνάμεως. Εἶτα τρέπει τὸν λόγον εἰς τὴν ἑτέρων παραίνεσιν, ἀφ᾽ ὧν εὐηργετήθη, τοὺς ἄλλους ἐπὶ τὸ ἐξομολογεῖσθαι παρακαλῶν, μονονουχὶ λέγων, γνησίως τὸν θεὸν ἀγαπήσατε· τὰς γὰρ ὑποκρίσεις μισεῖ, ποθῶν ἀεὶ τὴν ἀλήθειαν. καὶ γνῶτε καιρὸν δικαίας ἀνταποδόσεως ἔσεσθαι τοῖς ἄγαν ἐπαιρομένοις. Τὸ ἑξῆς δὲ οὕτως, ἀνταποδίδωσι περισσῶς τοῖς ὑπερηφάνοις· ἵνα δείξῃ ὅτι πλέον πάσης ἁμαρτίας, ταύτην ὁ θεὸς βδελύσσεται τὴν παρανομίαν. Ἢ ἀντὶ τοῦ· φέρει καὶ μακροθυμεῖ ἐπὶ τοῖς μετρίως ὑπερηφάνοις, τοῖς δὲ περισσῶς τοῦτο ποιοῦσιν ἀνταποδίδωσι, τοῖς περισσῶς τυφουμένοις, τοῖς ἐξογκουμένοις πλέον τοῦ δέοντος. Τούτων οὕτως ἐχόντων πᾶς ὁ ἐπὶ τὸν θεὸν ἐλπίζων, ἀνδριζέσθω ἐπὶ τῇ ἐλπίδι, ὡς οὐ παροφθησόμενος.

COMMENTARIVS PATRVM.

ab oculis tuis. Verùm tu qui dixiſti, Quandocumque conuerſus ingemueris, ſalutem conſequêris, adhuc loquentem me exaudiſti. Non ſic in ciuitatibus diſſolutis miſericordia Dei mirificatur, vt in ciuitate munita; quoniam ij magis ipſi benedicunt, qui pluribus aduerſitatibus fuerint liberati. Ceterùm hic exceſſus haud mentis alienationem, ſed ſtuporis admirationem deſignat, in qua conſtitutus, me à diuinis oculis proiectum eſſe exiſtimabam: verùm tu, cùm benignus eſſes, non me reiecisti. Vel exceſſum vocat hic animi deiectionem, opprobrium, deſperationem. q. d. In me ipſo ſpem nullam habui, cùm è rebus proſperis in aduerſitatem incideram; attamen ideò me exaudiſti. Id eſt, mea de me ipſo deſperatio te ad ſaluandum me prouocauit: *à facie* autem, id eſt, procul à prouidentiæ tuæ virtutibus abeſſe videbar. Deinde ſermonem ad aliorum adhortationem transfert, pro beneficijs acceptis alios ad confitendum adhortans; tantùm non dicens, Sincerè Deum diligite; nam odit ſimulationes, deſiderans ſemper veritatem: & ſcitote tempus fore iuſtæ retributionis, valdè ſe extollentibus. Vti ſequitur, *Et retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.* vt nimirum oſtendat, Deum hanc iniquitatem præ ceteris peccatis deteſtari. Vel hoc modo, q. d. Tolerat quidem, & pœnam differt eorum qui moderatè extolluntur: verùm ijs qui hoc abundanter faciunt, retribuit; ſcilicet ſupra modum inflatis, & vltrà quàm decet tumeſcentibus. Quæ cùm ita ſe habeant, omnis qui in Deo ſperat, viriliter agat in ſpe, vt qui minimè deſpiciendus ſit.

Exceſſus quid.

Deus odit ſimulationes, & amat veritatem.

CATENA PATRVM.

β. ΜΗ ΚΑΤΑΙΣΧΥΝΘΕΙΗΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὡσεὶ ἔλεγε, μηδὲν τοῦ αἰῶνος μέρος καταισχυνθείην, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ὅλον ἀνεπαίσχυντος γενοίμην. τινὲς γὰρ μὲν ἀναστήσονται εἰς ὀνειδισμὸν καὶ αἰσχύνην. Τὸ δὲ ἑξῆς πεποιθότος ἐστὶν ἑαυτῷ ἡ φωνή. Οὐ γὰρ ταυτόν ἐστιν ἐλέῳ ῥυσθῆναι τῷ ἐν δικαιοσύνῃ. τὸ μὲν γὰρ ἐμφαίνει παρρησίαν, τὸ δὲ οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν. Τίς δὲ ἄρα ὁ θαρρῶν ἐπ᾽ ἀκρόασιν τῶν ἑαυτοῦ λόγων καλέσαι τὸν θεόν, ὡς ὁ ταῦτα λέγων; Οὐχ οὕτως ἀπὸ πόνων, ὡς ἀπὸ

2. NON CONFVNDAR IN ÆTERNVM.] ORIGENIS. Quaſi dicat, Nullâ ſæculi parte confundar, ſed omnino expers ſim ignominiæ: nonnulli ſiquidem reſurgent ad opprobrium & confuſionem. Quod autem ſequitur, vox eſt ſibi confidentis. Non enim idem eſt miſericordiâ liberari, quod *in iuſtitia:* nam hoc indicat confidentiam; illud verò non ſecundùm meritum fit. Quis itaque Deum ad ſermones ſuos audiendos prouocare audeat, vt is qui hæc dicit? Non ſic à laboribus, ſicut à

Confidentia Dauidis quanta.

malitia

CATENA PATRVM. malitia celerrimè petendum eſt, vt ab illa Deus nos eximat, antequam magis in eam immergamur. Ceterùm beati quoque finis adipiſcendi ſpe fretus, cùm oppugnaretur, petit iuſtitiâ Dei liberari. Et ne fortè clamor, inquit, noſter ad altitudinem tuam non pertingat, inclina aurem tuam ad me per condeſcenſionem, vt citò etiam annuas poſtulatis: niſi enim adiuueris, amictus mihi regius inutilis exiſtit.

3. Esto mihi in Devm protectorem.] Theodoreti. Hæc etiam in XVII. Pſalmo dixit, omnimodam Dei curam demonſtrans. Hoc autem *Fortitudo mea*, Aquila & Symmachus *petra mea*, interpretati ſunt.

Deo protegente ſecura omnia. Origenis. Deo nos protegente, quis nobis aduerſetur? Porrò protectore Deo vtimur, cùm angelicum auxilium non ſufficit. Modò autem illud, *Eſto mihi*, affectum denotat defendentis erga eum qui defenditur. Rogat verò vt etiam præſidium ſibi ſit, ab hoſtibus fugienti, atque cæleſti pane paſci.

4. Propter nomen tvvm.] Theodoreti. Illud, *Enutries me*, Symmachus, *curabis me*, dixit. Ait autem, Quoniam omnigenâ me prouidentiâ dignaberis, propter nomen tuum cui confiſus ſum. Porrò per omnia verba quæ explicata ſunt, modeſtiam eius animi didicimus. Non enim petijt ob propriam virtutem diuini auxilij compos fieri; verùm propter Dei nomen, & Dei iuſtitiam, & quoniam in ipſo ſperauit.

6. In manvs tvas.] Origenis. Hac ſententiâ etiam vſus eſt Saluator, cùm cruci affixus erat. *Spiritus diuerſa ſignificatio.* Porrò *ſpiritum* Scriptura quandoque quidem mentem vocat: vt cùm hortatur virginem, vt ſancta ſit & corpore & ſpiritu. (1. Cor. 7, 34.) Aliquando verò animam, vt apud Iacobum: (Iac. 2, 26.) *Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt*. Nonnumquam verò conſcientiam animæ coniunctam intelligit, vt in illo, (1. Cor. 2, 11.) *Nemo ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus qui in ipſo habitat*. Quod autem propoſitum eſt, ſecundùm tres iſtos modos intelligetur. Porrò quaſi ab inimicis captus, à Deo ſe redemptum dicit.

7. Odisti observantes

κακίας ταχύτατα αἰτητέον, ἵνα Θεὸς ἐξέληται ἡμᾶς ἀπ' αὐτῆς, πρὶν ἐπὶ πλεῖον ἐν αὐτῇ βαφώμεθα. Ἀλλὰ καὶ ὁ τοῦ μακαρίου τέλους ἐλπίζων τυχεῖν, ἀξιοῖ πολεμούμενος, ῥυσθῆναι τῇ Θεοῦ δικαιοσύνῃ. Καὶ ἐπεὶ μὴ φθάσῃ, φησὶν, ἡ ἡμετέρα κραυγὴ πρὸς τὸ σὸν ὕψος, κλῖνον τὸ οὖς σου πρὸς με διὰ συγκαταβάσεως, ὅπως ἂν καὶ ταχέως ἐπινεύσῃς τοῖς αἰτουμένοις· μὴ γὰρ σοῦ βοηθοῦντος, ἀνόνητος ἡ τῆς βασιλείας περιβολή.

γ'. ΓΕΝΟΥ ΜΟΙ ΕΙΣ ΘΕΟΝ ΥΠΕΡΑΣΠΙΣΤΗΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταῦτα καὶ ἐν τῷ ιζ'. ψαλμῷ εἶπε, τὴν παντοδαπὴν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν παραδηλῶν. τὸ δὲ Κραταίωμά μου, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, πέτρα μου, ἡρμήνευσαν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὑπερασπίζοντος τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; Θεοῦ δὲ ὑπερασπιστοῦ χρῄζομεν, ἐὰν μὴ ἀρκώμεθα ἀγγελικῇ συμμαχίᾳ. Καὶ νῦν δὲ τὸ, Γενοῦ μοι, σχέσιν δηλοῖ τοῦ ὑπερασπίζοντος πρὸς τὸν ὑπερασπιζόμενον. ἀξιοῖ δὲ καὶ φρούριον ἑαυτῷ γενέσθαι τοὺς ἐχθροὺς ἀποφεύγοντι, καὶ τὸν οὐράνιον ἄρτον τραφῆναι.

δ'. ΕΝΕΚΕΝ ΤΟΥ ΟΝΟΜΑΤΟΣ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ διαθρέψεις με, Σύμμαχος, τημελήσῃς με εἴρηκε. Λέγει δὲ ἐπειδὴ παντοδαπῆς με ἀξιώσῃς προνοίας, διὰ τὸ ὄνομά σου, ἐφ' ᾧ πέποιθα. Διὰ πάντων δέ γε τῶν ἑρμηνευομένων ῥητῶν, τὸ μέτριον αὐτοῦ τοῦ φρονήματος μεμαθήκαμεν. Οὐ γὰρ ᾔτησε διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν τῆς θείας ἐπικουρίας τυχεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ ὅτι ἐν αὐτῷ ἤλπισε.

ϛ'. ΕΙΣ ΧΕΙΡΑΣ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῷ παρόντι ῥητῷ καὶ σωτὴρ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πεπηγμένος ἐχρήσατο. Πνεῦμα δὲ ἡ γραφὴ ποτὲ μὲν τὴν διάνοιαν καλεῖ, ὡς ἐν τῷ, σπουδάζειν εἶναι τὴν παρθένον ἁγίαν πνεύματι καὶ σώματι. Ποτὲ δὲ τὴν ψυχὴν, ὡς παρὰ Ἰακώβῳ, Ὥσπερ δὲ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστι. Ποτὲ δὲ συνεζευγμένον τῇ ψυχῇ συνειδὸς, ὡς ἐν τῷ, Οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐνοικοῦν ἐν αὐτῷ. Τὸ δὲ προκείμενον κατὰ τοὺς τρεῖς νοηθήσεται τρόπους. Ὡς ἁλοὺς δὲ παρὰ τῶν πολεμίων, ὑπὸ Θεοῦ λελυτρῶσθαί φησι.

ζ'. ΕΜΙΣΗΣΑΣ ΤΟΥΣ ΔΙΑΦΥΛΑΣΣΟΝ-

ΤΑΣ ΜΑΤΑΙΟΤΗΤΑΣ ΔΙΑΚΕΝΗΣ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καθόλου πᾶς ματαιότητα φυλάσσων, διακενῆς τοῦτο ποιεῖ· ἤτοι τῷ ἀβέβαιον εἶναι, ἢ τῷ κενῶς καὶ περιττῶς γίνεσθαι τὴν ματαιότητα. μισητὴ δὲ οὖσα Θεῷ, μισητοὺς ποιεῖ τοὺς διαφυλάσσοντας. Ἢ καὶ οὕτω, Θεὸς ὢν ἀληθείας, χαίρει μὲν τοῖς αὐτῆς ἐρασταῖς, κατὰ τὸ, Ἀλήθειας ἐκζητεῖ κύριος. Ὡς δὲ ματαίους ἀποστρέφει τοὺς τὸ ψεῦδος μεταδιώκοντας, ὁποῖον τὸ, ἵνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖτε ψεῦδος; ὃ δὴ μισήσας. Ἐγὼ δέ φησιν, ἐλπίζω μή σοι μάτην ἐμαυτὸν παραθέσθαι. Τὸ γὰρ τέλος τῆς σῆς ἐλπίδος χαρὰ καὶ εὐφροσύνη.

θʹ. ΚΑΙ ΟΥ ΣΥΝΕΚΛΕΙΣΑΣ ΜΕ ΕΙΣ ΧΕΙΡΑΣ ΤΩΝ ΕΧΘΡΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διδάσκει γὰρ ἱστορία, ὅτι πολλάκις καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, καὶ μέντοι καὶ ἐν τῷ σπηλαίῳ καθειρχθεὶς, τὰς ἐκείνου χεῖρας διέφυγε, καὶ ἄλλοτε τοὺς Γεθθαίους παραπληξίαν σχηματισάμενος.

ιαʹ. ΗΣΘΕΝΗΣΕΝ ΕΝ ΠΤΩΧΕΙΑ Η ΙΣΧΥΣ ΜΟΥ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ταύτης δὲ τῆς ἐνδείας καὶ ἡ ἱστορία μέμνηται, καί φησιν, Ὀσεφεὶ ὁ τοῦ Ναᾶς υἱὸς ὁ Ἀμμανίτης, καὶ Βερζελλεὶ ὁ Γαλααδίτης ἤνεγκαν πυροὺς, καὶ κριθὰς, καὶ ἄλευρα, καὶ κύαμον, καὶ φακὸν, καὶ ἕτερά τινα τῷ Δαβὶδ, καὶ προσήνεγκαν τῷ λαῷ, ὅτι ἔλεγον τὸν λαὸν πεινᾶν, καὶ ἐκλελύσθαι διψήσαντα ἐν τῇ ἐρήμῳ.

ιβʹ. ΕΓΕΝΗΘΗΝ ΟΝΕΙΔΟΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Λέγοιτο ταῦτα παρὰ τοῦ σωτῆρος, κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρόν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ ἐχθροὶ φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι τυγχάνοντες, οὐ μόνον οὐκ αἰσχύνονται, οὐδ᾽ ὄνειδος ἔχειν δοκοῦσιν ἐφ᾽ οἷς κακῶς πράττουσιν, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἐναντίου σεμνύνονται, ὡς λεχθῆναι περὶ αὐτῶν, ὧν ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν. καυχῶνται δὲ ἐφ᾽ οἷς ὀνειδιστέοι γίνονται. Ὁ δὲ αἰσθόμενος ἐν τῇ προειρημένῃ πτωχείᾳ ἑαυτὸν γεγονέναι, ὁμολογεῖ ὀνειδιστέον εἶναι, διό φησι, παρὰ πάντας τοὺς ἐχθρούς μου ἐγενήθην ὄνειδος, ἀλλὰ καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς πλησιάζουσί μοι κατὰ τὴν οἴκησιν, τουτέστι τοῖς ὁμοδοξοῦσιν. Οἱ θεωροῦντες, ἔξω ἔφυγον ἀπ᾽ ἐμοῦ, τουτέστιν, οἱ μετ᾽ ἐπιστάσεως προσβάλλοντές μοι, αἰσθόμενοι ἐξ οἵου πλούτου εἰς πτωχείαν ἔπεσον, εὐλαβούμενοι μὴ τὰ αὐτὰ πάθωσιν, ἔξω τῆς ἐμῆς καταστάσεως ἑαυτοὺς ἐποίουν εἶναι. Ἀλλὰ καὶ σκεῦος

VANITATES SVPERVACVE.] EIVSDEM. Vniuerſim omnis qui obſeruat vanitatem, ſuperuacuè hoc facit; ſiue quòd inſtabilis ſit, ſiue quòd inaniter & ſuperuacaneè fiat ipſa vanitas. Cùm autem ſit odibilis, Deo etiam exoſos reddit eam obſeruantes. Vel etiam hoc modo, q.d. Cùm ſit Deus veritatis, gaudet etiam huius amatoribus, iuxta illud, *Veritatem requirit Dominus*. Tamquam vanos autem auerſatur eos, qui ſectantur mendacium, iuxta illud, *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* quod deteſtatur. Ego autem, inquit, ſpero me non in vanum tibi commendatum iri. Finis enim ſpei tuæ, eſt gaudium & lætitia.

CATENA PATRVM.

Vanitas Deo exoſos facit.

Verſ. 24.

Pſal. 4. 3.

9. NEC CONCLVSISTI ME IN MANIBVS INIMICI.] THEODORETI. Docet enim hiſtoria, ſæpiùs ipſum à Saüle comprehenſum, atque etiam cùm in ſpeluncam veniſſet, illius manus effugiſſe: & aliàs Gethæos, cùm amentiam ſimulaſſet. 1. Reg. 24.

11. INFIRMATA EST IN PAVPERTATE VIRTVS MEA.] EIVSDEM. Huius autem inopiæ etiam meminit hiſtoria, & ait: Oſephei filius Naas Ammonites, & Berzellai Galaadites attulerunt triticum, & hordeum, & farinam, & fabam, & lentes, & alia quædam Dauidi & populo, quoniam dixerunt populum eſurire, & ſiti in ſolitudine defeciſſe. 2. Reg. 17.

12. FACTVS SVM OPPROBRIVM.] EVSEBII. Hæc dicta ſint à Saluatore ſub tempus paſſionis.

ORIGENIS. Inimici mei, cùm ſint voluptatis magis quàm Dei amantes, non ſolùm non confundi & ignominiâ affici videntur propter ea quę malè agunt, ſed è contrà laudantur, adeò vt de ipſis dici poſſet, *Quorum gloria in confuſione ipſorum.* gloriantur in iis, in quibus abominabiles facti ſunt. Is autem qui ad prædictam paupertatem ſe redactũ ſentiebat, fatetur ſe abominationi eſſe, vnde ait, *Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium:* quin etiam apud omnes appropinquãtes mihi per familiam, id eſt, qui idem mecum ſentiunt. *Qui viderunt me, foras fugerunt à me.* Id eſt, hi qui attentè me conſiderabant, expendentes ex quantis diuitiis ad paupertatẽ redactus ſim, veriti ne eadem ipſis euenirent, ſe ab hac ſorte mea eximere ſtudebãt. Quin etiam cùm olim

Philip. 3. 19.

Dauid ab omnibus deſertus fuit.

vas

CATENA PATRVM. Verſ. 14.

vas pretioſum, & Domino vtile eſſem, adeò inutilis factus ſum, vt omnino perditus eſſe videar. *Quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.* Poſſit hæc & magiſter *dicere, cùm vituperatur ab his qui ab ipſius parte eſſe videntur, dum ſe diſcere ſimulant, at per tranſennam tantùm ipſi ſe adiungunt, nec diſciplinis inhærent, quòd illis non immorentur.

19. Et dedvcantvr in infernvm.] Anonymi. Inſinuat autem impios deduci ad infernum inuitos: non enim dixit, *deſcendant*.

Deus accommodat ſe captui noſtro.

20. Qvam magna mvltitvdo dvlcedinis.] Origenis. Non ſimpliciter abſcondit dulcedinem (videtur enim ex parte à timentibus eum) ſed *multitudinem*, hanc, ne lædatur, recondit ipſis, donec in charitate perfecti foras eijciant timorem. Secundùm virtutem enim manifeſtauit ijs, qui metuunt eum timore tali, qui plus ſpei habeat. Hos enim appellat filios eorum, qui imaginem Dei & rationalem vim inuiolatam ſeruauerunt.

Abſconditum Dei quid.

Abſconditum verò *faciei* Dei, vocat id quod modò intelligere non valemus, manifeſtabitur autem quando videbimus eum ſicuti eſt. Huic autem occulto ſeu abſcondito, Paulus

Notum Dei quid.

oppoſuit id quod *notum eſt Dei*, id eſt, opus creationis, quod manifeſtum eſt hominibus, ac prouidentiam. Fortaſſis etiam Saluator faciem Dei, ſcilicet omne quod ad diuinitatem ſpectat, abſconditum habet; manifeſtum verò id quod ad incarnationem. Cùm igitur Verbum caro factum habitauerit in nobis, abſcondimur in abſcondito faciei eius, viſu-

Ioan. 1, 14.

ri ipſam, quando videbimus *gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti*. Porrò perſpicua prouidentiæ eius opera, dici quoque poſſent facies eſſe, quibus Deum imaginamur: abſconditum verò eius, arcanæ rationes, ſecundùm quas fiunt quæcumque fiunt, quas in

Conturbatio hominum, pro doctrina humana.

rerum conſummatione cognoſcemus. *Conturbationem* autem *hominum* vocat doctrinas humanas, quibus inſtabiles conturbant, à quibus Deus [ſuos] abſcondit in abſcondito faciei ſuæ, iuxta modos omnes antè recenſitos.

22. Benedictvs Dominvs.] Anonymi. Haud tantâ dignum eſt admiratione, cùm miſericordia Dei in tenuibus ciuitatibus apparet; quanta, quòd

ὤν πάλαι τίμιον, καὶ εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ, ἠχρειώθην οὕτως, ὡς ἀπολωλέναι δοκεῖν. ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν παροικούντων κυκλόθεν. Εἴποι ταῦτα καὶ διδάσκαλος ψεγόμενος ὑπὸ τῶν δοκούντων περὶ αὐτὸν εἶναι, διὰ τὸ δῆθεν μανθάνειν, παροικούντων δὲ, καὶ μὴ ἐμμενόντων τοῖς μαθήμασι, τῷ μὴ κατοικεῖν ἐν αὐτοῖς.

ιθ΄. Καὶ καταχθείησαν εἰς ᾅδου.] Ἀνωνύμου. Ἐμφαίνει δὲ ὅτι οἱ ἀσεβεῖς κατήγοντο εἰς ᾅδου ἄκοντες· οὐ γὰρ εἶπε, Καταβήτωσαν.

κ΄. Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου.] Ὠριγένους. Οὐχ ἁπλῶς κρύπτει τὴν χρηστότητα (ὁρᾶται γὰρ ἐκ μέρους τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν) ἀλλὰ τὸ πλῆθος, ἵνα μὴ βλαβῶσι, ταμιευόμενος αὐτοῖς αὐτὸ, μέχρι γεγονότες ἐν ἀγάπῃ τελείᾳ, ἔξω βάλωσι τὸν φόβον. Κατ᾽ ἐνέργειαν γὰρ ἐφανέρωσεν αὐτοῖς φοβουμένοις τοῖς φόβου τὸ πλέον ἔχουσι τὴν ἐλπίδα. Τούτους γὰρ υἱούς φησι τῶν φυλαξάντων τὸ κατ᾽ εἰκόνα καὶ λογικὸν ἀδιάστροφον. Ἀπόκρυφον δὲ τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ τὸ μὴ νῦν ἐφικτὸν εἰς γνῶσιν, φανερωθησόμενον δὲ ὅτε περ ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστι. Τῷ δὲ ἀποκρύφῳ Παῦλος ἀντιδιέστειλε τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τὸ δημιουργικὸν φανερωθὲν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸ προνοητικόν. Τάχα καὶ ὁ σωτὴρ πρόσωπον ὢν τοῦ Θεοῦ ἀπόκρυφον μὲν ἔχει, πᾶν τὸ κατὰ τὴν θεότητα· ἐμφανὲς δὲ τὸ κατὰ τὴν οἰκονομίαν. Ὅταν οὖν ὁ λόγος γενόμενος σὰρξ σκηνώσῃ ἐν ἡμῖν, κατακρυπτόμεθα ἐν τῷ ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου αὐτοῦ, ὀψόμενοι αὐτὸ, ὅταν ὀψόμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ δόξαν ὡς μονογενοῦς. Λέγοιτο δ᾽ ἂν καὶ τὰ προφανῆ ἔργα τῆς προνοίας αὐτοῦ, πρόσωπον εἶναι, δι᾽ ὧν Θεὸν φανταζόμεθα· ἀπόκρυφον δὲ αὐτοῦ, οἱ ἀπόρρητοι λόγοι, καθ᾽ οὓς γίνεται τὰ γενόμενα, οὓς ἐπὶ τέλει τῶν πραγμάτων εἰσόμεθα. Ταραχὴν δὲ ἀνθρώπων καλεῖ τὰ ἀνθρώπινα δόγματα, δι᾽ ὧν τοὺς ἀβεβαίους ταράττουσιν, ἀφ᾽ ὧν ὁ Θεὸς κατακρύπτει ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου αὐτοῦ, κατὰ πάντας τοὺς εἰρημένους τρόπους.

κβ΄. Εὐλογητὸς Κύριος.] Ἀνωνύμου. Οὐ τοσοῦτον θαύματος ἄξιον, ὅταν ἐμφαίνεται ὁ ἔλεος τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς ἠπλωμέναις πόλεσιν, ὅσον θαυμαστούμενος τότε, ὅταν

ἐν

ἐν πόλει περιοχῆς γένηται, ὡς καὶ διὰ τοῦτο εὐλογητὸν εἶ).

κδ. ΑΓΑΠΗΣΑΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μιᾶς ἀληθείας οὔσης, τῆς εἰπούσης, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· πολλαὶ συνίστανται ἐν τοῖς μετέχουσι τῆς μιᾶς, ἑκάστης ψυχῆς ἀλήθειαν ἐχούσης, ὃν ἐδέξατο τύπον ἐκ τῆς μονογενοῦς ἀληθείας. Ἐπεὶ οὖν πάσας τὰς ἀληθείας ταύτας ἐκζητεῖ κύριος, καὶ τιμῆσαι ἐπ' αὐταῖς βούλεται τοὺς ἔχοντας αὐτάς. τούτου χάριν, οἱ ὅσιοι αὐτοῦ ἐκζητήσατε αὐτὸν, οὐκ ἀμισθὶ καταλύοντες, ἐφ' ἧς ἔχετε ἀληθείας.

in ciuitate munita fiat, adeò vt propterea quoque Deus benedicendus ſit.

24. DILIGITE DOMINVM.] ORIGENIS. Cùm vna ſit veritas quæ ait, *Ego ſum veritas*; multæ conſtituuntur in iis qui de vna participant, cùm quælibet anima in ſe habeat veritatem, cuius figuram accepit ex Vnigenita veritate. Cùm itaque Dominus haſce omnes veritates requirat, etiam ob eas honorare cupit eos qui ipſas habent. Huius gratiâ, Sancti eius exquirite ipſum, non abſque mercede vita excedẽtes, ob eam quam habetis veritatem.

ANNOTATIONES CORDERII. Ioan. 6. *Vna veritas Dei, ex qua multæ veritates deriuantur.*

ANNOTATIONES CORDERII.

In titulo nihil eſt noui, niſi illa vox, *Ecſtaſis*; Græcè, ἐκστάσεως; Vulgata, *Pro ecſtaſi.* Theodoretus teſtatur illud verbum neque in Hebræo ſe, neque apud alios interpretes reperiſſe, ſed in aliquibus exemplaribus. S. Hieronymus quoque illam vocem non habet, neque in verſione ſua ex Hebræo, neque in Commentario. Scholion ex verbis Euſebij concinnatum, Τὸ ἐκστάσεως, μὴ κείμενον παρὰ τοῖς ἄλλοις προσέθηκέ τις, ὡς ἔοικεν, διὰ τὸ λέγεσθαι, Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου. Id eſt, *Illam vocem Ecſtaſis, minimè apud alios poſitam, addidit aliquis, vt videtur, propterea quòd dicatur, Ego autem dixi in exceſſu meo.* In aliquo codice eſt, Ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ εἰς τέλος ἐκστάσεως, *Pſalmus ipſi Dauid in finem ecſtaſeos.* Significat autem *ecſtaſis*, mentis exceſſum, cùm animus ita intendit in rem aliquam, vt quaſi corpus proprium deſeruiiſſe videatur. Oritur autem iſte exceſſus, vel ex diuina reuelatione, quæ rapit mentem in arcanum aliquod intuendum; vel ex vehementi paſſione timoris aut amoris. Hoc autem loco videtur intelligenda ecſtaſis ex timore repentino & maximo, quo Dauid correptus fuit, cùm audiuit Abſalomum filium, & omnem populum contra ſe conſpiraſſe. Quę hiſtoria habetur 2. Regum 15. Videtur autem ad litteram Pſalmus de Dauide fugiente perſecutionem Abſalomi intelligendus, vt Theodoretus & Euthymius volunt. Sed poteſt etiam ad Eccleſiam, inter perſecutionum anguſtias gementem, accommodari, vt vult Bellarminus noſter.

2. *In te Domine ſperaui, non confundar.*] Ratum quippe ac fixum tenebat, fieri non poſſe vt ſpes, quæ in Deum recumbit, nos fruſtretur. Nam, vt Apoſtolus ait, *ſpes non confundit.* Quâ cùm probè inſtructus eſſet Dauid, eam ſui ipſius diffidentia, & teſtimonium bonæ conſcientiæ, valdè roborabant, vt abſque vlla hæſitatione, cum certa impetrandi fiducia, ſuas ad Deum preces funderet. Rectè autem addit, *In æternum*, quia certum eſt ſpem, etſi aliquo interdum temporali prouentu fruſtretur, æternæ tamen ſalutis prouentu, niſi ipſa defecerit, numquam eſſe fruſtrandam. Petit autem liberari *in iuſtitia Dei*, pro qua Symmachus vertit, ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ, *in miſericordia.* Sed non inſolens in arcanis Prophetarum litteris, miſericordiam nomine *iuſtitiæ* intelligi. Sic Ieremias, qui diuinum iudicium animaduertebat plenum humanitatis, non dubitauit miſericordiam ipſam appellare *iudicium.* Sic enim ait: *Miluus in cælo cognouit tempus ſuum, populus autem meus non cognouit iudicium Domini:* hoc eſt, *miſericordiam*, vt docti exponunt: quæ tacitè ibi comparatur veris tempori amœniſſimo, quo natura omnis iucundiſſimè inſtauratur. Sed clariùs idem Propheta iudicium iræ diuinæ opponens, alibi ait, *Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo*, &c. Vbi liquidò conſtat, *iudicium* poni pro miſericordia, quæ delicta condonet, atque efficiat, ne peccator fulmine iræ diuinæ ex humanæ vitæ finibus exterminetur. Alia ſunt exempla non pauca in ſcriptis Prophetarum, non incognita S. Chryſoſtomo; qui locum illum Pſalmi illuminans, *Exaudi me in tua iuſtitia*, monet ibi *iuſtitiam* appellari φιλανθρωπίαν, *clementiam, humanitatem.* Nam apud homines quidem iuſtitia, inquit, pura eſt, & miſericordiâ ſpoliatur; apud Deum non itidem; ſed admixta ſemper iuſtitiæ eſt miſericordia: & verè tanta, ὡς καὶ δικαιοσύνην φιλανθρωπίαν καλεῖσθαι, *vt ipſa etiam iuſtitia vocetur miſericordia.* Sed Dauidi quidem id ſolemne eſt, qui miſericordiæ diuinæ vim erat ſcientiâ conſecutus. Quare de pijs diſputans, quod ait, *Et iuſtitiâ tuâ exultabunt*; alius Interpres apud S. Chryſoſt. vertit, τὰς ἐλεημοσύνας σου, *miſericordias tuas laudabunt*, quaſi *iuſtitia* idem planè quod miſericordia ſit in Deo.

Ierc. 8, 7.

Ierc. 10, 24.

Pſal. 142, 1.

Pſal. 144, 7.

Ceterùm Myſticè Origenes, Cyrillus & alij *iuſtitiam Dei* Filium ipſius accipiunt, *qui factus eſt nobis iuſtitia*, ſcilicet exemplo, merito, efficientiâ, ſiue productione illius in nobis. Ipſe enim eſt qui iuſtificat: quod quia gratis facit, iuſtitia eius *gratia & miſericordia* eius vocatur. Nota autem, iſta vltima verba verſiculi, καὶ ἐξελοῦ με, *& eripe me*, non haberi in Vulgata.

1. Cor. 1, 30. *Chriſtus, iuſtitia noſtra eſt.*

3. *Accelera, vt eruas me.*] In feſtinatione magnitudo periculi oſtenditur, ac ſi diceret, mox de vita ſua conclamatum fore, niſi Deus auxilium acceleret. Et ſanè licet Deus velociſſimè occurrat; tamen tardus adhuc Dauidi videtur, & rogat vt moras rumpat. Tanto enim impetu homo corruit in interitum, vt Dei ad opem ferendam celeritatem ſuperare quodammodò videatur: &, niſi Deus ſe vrgeat, eum ſoſpitem inuenire non poſſit.

Magna vitæ breuitas & fragilitas celeri ope Dei indiget.

ANNOTATIONES CORDERII.

poſſit. Ita in hunc locum S. Auguſt. humanæ vitæ breuitatem nobis ob oculos ponens, his verbis: *Exauditur enim in hoc, quod dicit, Accelera. Ad hoc enim poſitum eſt verbum, vt hoc totum, quod nobis videtur, quamdiu voluitur ſæculum, intelligas punctum eſſe. Non eſt diu, quod habet extremum. Ab Adam vſque ad præſentem diem peractum eſt, & multò vtique plus peractum eſt, quàm reſtat peragendum. Si adhuc viueret Adam, & hodie moreretur; quid ei profuiſſet tamdiu eſſe, tamdiu vixiſſe?* Ita S. Auguſt. qui locum hunc etiam explicat, ac ſi Dauid hîc potiſſimùm petat liberari à confuſione, quam à conſcientiæ propriæ ſtimulis, propter præcedens peccatum adhuc patiebatur. Ab hoc enim malo vnus tantùm Deus præſtare poteſt munimentum, ad quod hîc confugit, dicens: *Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt ſaluum me facias.* (Explicat S. Auguſt.) *Domus refugij tu mihi eſto, Deus protector, domus refugij. Aliquando enim periclitor, & volo fugere? Quò fugio? Ad quem locum tutus fugio? ad quem montem? ad quam ſpeluncam? ad quæ tecta munita? quam arcem teneam? quibus muris ambiar? Quocumque iero, ſequor me. Quidquid enim vis, potes fugere homo, præter conſcientiam tuam. Intra in domum tuam, requieſce in lecto tuo, intra in interiora: interiùs habere nihil potes quò fugias à conſcientia tua, ſi rodunt te peccata tua. Quia verò dixit, Accelera vt eximas me, & in tua iuſtitia erue me, vt dimittas peccata mea, & ædifices in me iuſtitiam tuam; tu mihi eris domus refugij, ad te confugio.* vnde ſubdit:

A conſcientia morſu ſolus Deus poteſt liberare.

4. *Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu.*] Aquila & Symmachus pro *fortitudo*, vertunt, *πέτρα μου, petra mea*; S. Hieronymus, *quoniam munitio mea, & fiducia mea es tu.* Hoc eſt, quia de meis viribus prorſus diffiſus, totam ſpem in te vno collocaui; idcircò non iam gratis, ſed ex debito fidelitatis, ex promiſſo, & quaſi iure iuſtitiæ tuum auxilium imploro. Hæc eadem humilis quiſque in neceſſitatibus ſuis ad Deum clamet: Mihi fugienti, tu Domine, petra es, in qua conſiſto; mihi trepidanti arx munitiſſima es, cuius protectionis muris cingor; mihi opem imploranti liberator es, cuius inuicta potentiâ defendor. Si infirmor, tu fortitudo mea; ſi deſeror, tu ſpes mea; ſi impugnor, tu ſcutum meum es, & ſalus mea, quem timebo? &c. Qua ratione autem Deus *fortitudo*, *refugium* & *protector* dicatur, ſuperiùs in Annotationibus ad Pſalmum 17. verſ. 2. & 3. explicatum eſt. Argutè autem in hunc locum Hugo de S. Victore: *Contraria*, inquit, *loqui videtur. Si enim timet, quomodo fortitudinem ſe habere dicit? Et, ſi non timet, quare refugium quærit? Sed mens humana inter ſpem & timorem conſtituta, dum fortitudinem adiutoris ſui conſiderat, de victoria præſumens, ſponte prouocat inimicum: cùm verò propriam infirmitatem ad memoriam reuocat, ſuperari metuens, quærit refugium.*

Qui in ſolo Deo ſpem habet, quaſi ex debito auxilium meretur.

5. *Quoniam tu es protector meus.*] In Græco eſt *ὑπερασπιστὴς*, id eſt propriè *armiger*, ſatelles clypeatus, lateris fortiſſimus ſtipator. Ita Saül cùm Dauidem vidiſſet *fortiſſimum robore, & virum bellicoſum*, &c. armigerum illum delegit, & vitæ ſuæ cuſtodem. Talem ergo diuinus Vates nobis adumbrauit Deum protectorem inclytum, cuius armis & inſuperabli defenſione vbique tegeretur. Sicut ipſe Deus Abrahamo ait, *Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum*; in Hebræo eſt מָגֵן *maghen*, *Ego ſcutum tibi*; apud Septuag. *ἐγὼ ὑπερασπίζω σου*, *ego protego te*, obiecto hoſtibus validiſſimo clypeo meo.

Ὑπερασπιστὴς quid propriè.
1. Reg. 16, 18.
Gen. 15, 1.

6. *In manus tuas commendo ſpiritum meum.*] Secundùm litteram precatur Deum, vt non ſinat ſe hoſtium inſidijs & laqueis capi; ſed vitam ſibi conſeruet, & incolumem periculis eripiat. Oſtendit autem luculenter, quantum in diuina prouidentia confidat, cùm ſuas omnes curas in eam exoneret, illique penitus acquieſcat, cuius fidei ac tutelæ vitam ipſam commendat. Quàm verò nihil de ſalute dubitet, ſequentia verba declarant, *Redemiſti me Domine Deus veritatis.* Quæ iam expertus erat gratiæ Dei documenta, in memoriam reuocat, certò perſuaſus, Deo vitam ſuam fore curæ, cuius iam pridem liberator extiterat. Atque huc pertinet epithetum *veritatis* quo Deum inſignit, ſignificans ſe tutò animam eius fidei concredere, qui non ſemel priùs illam ſeruauerat. Verſus hic pleniſſimus eſt piæ conſolationis, ideoque pijs omnibus cùm in vita, tum morte potiſſimùm, familiaris eſſe debet; vt per eum ſe ſuaque omnia, cum plena reſignatione, & intimo deuotionis ſenſu, benigniſſimo conditori ac redemptori animitus commendent. Vt autem horum verborum ſenſus & affectus cordi noſtro profundiùs hæreret inſculptus; ipſemet Seruator in ſalutifera cruce illa conſecrauit, & vltima eſſe voluit in quibus expiraret; ac Patri ſpiritum redderet. Vide hæc eleganter, piè ac fuſè à Cardin. Bellarmino in aureo libello de Septem verbis Domini; & à Scribanio noſtro cap. 21. piarum in paſſionem Domini Exercitationum, ad deuotionem excitandam appoſitè explicata & illuſtrata.

Exemplo Dauidis anima Deo commendanda.

Chriſtus hu[illegible] ſpiritum Patri commendauit.

7. *Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuè.*] Hîc Hebræorum doctiſſimi qui in Deuteroſi familiam ducunt, aiunt intelligi diuinationem & magicen, quæ *vanitates* appellantur, quòd ſint ventoſæ profeſſiones, inaniſſimæ litteræ, mendaciſſimi euentus, & ludibriorum plena omnia, quorum nullum ſit emolumentum, fraus maxima, pernicies animorum certiſſima. Ita ſæpè in diuinis Litteris nomen *vanitatis* ſumi ſolet: vt in Cantico Ionæ, *Qui cuſtodiunt vanitates*; apud Septuaginta eſt, *φυλασσόμενοι μάταια καὶ ψευδῆ*, *qui cuſtodiunt vana & mendacia.* Pari modo doctiſſimus Plinius lib. 30. cap 1. vocat *magicas vanitates*, & rem illuſtrans paulò pòſt cap. 2. *fraudulentiſſimam artium*, quæ blandiſſima & delicatiſſima promiſſa iactet. Ceterùm iſtiuſmodi impoſturæ doctores & obſeruatores, Deo quidem veritatis quàm maximè exoſos eſſe, non eſt dubium. Sed cùm innumeræ propemodùm aliæ quoque ſint ſpecies vanitatum, quibus dæmon hominibus illudat, & eorum animas illaqueet; non videtur Propheta per obſeruatores vanitatis ſolos magos, ariolos, mathematicos, ac diuinos notare voluiſſe; ſed omnes planè cuiuſcumque demum vanitatis ſectatores perſtringere. Ita pulchrè ad hunc locum S. Auguſt. *Quis*, inquit, *obſeruat vanitatem? Qui timendo mori, moritur. Timendo enim mori, mentitur, & moritur antequam moriatur, qui ideò mentiebatur vt viueret. Mentiri vis, ne moriaris; & mentiris, &* *more-*

Magi & impoſtores Deo exoſi.
Ioan. 2, 9.
Omnem vanitatem Deus odio habet.
Vanit[illegible] viran[illegible] nalen[illegible] mali.

moreris: & cùm vitas vnam mortem quam differre poteris, auferre non poteris, incidis in duas: vt priùs in anima, poſteà in corpore moriaris. Vnde hoc, niſi obſeruando vanitatem? Quia dulcis eſt tibi tranſiens dies, quia dulcia ſunt tibi tranſuolantia tempora: vnde nihil tenes, & inſuper tu teneris. Sic ille. Porrò Hugo de S. Victore locum hunc de ſuperflua carnis cura exponit. *Quia vanitas eſt omnis caro. Quia ij etiam qui eam illicitè & ſuperfluè amando omni ſtudio & diligentiâ cuſtodiunt, eamdem à corruptione ſeruare non poſſunt. Quos nimirum odit Deus, quia dum nimis rem corruptibilem diligunt, ad amorem Dei incorruptibilem non aſſurgunt.* Quaſcumque ergo ſpes vanas nobis fingimus, quæ nos à Dei fiducia & obſequio retrahant, *vanitates* generaliter appellat Dauid, & quidem falſitatis & mendacij; quia licet ad tempus magnificâ oſtentatione nos paſcant, tandem deludunt ac fruſtrantur. Itaque teſtatur Dauid ſe, abiectis vanitatibus, quas ad ſpes fabricandas imaginari homines ſolent, in ſolo Deo fiduciam omnem habere repoſitam. Sed heu nos miſeros, imò ſtultos inanis ſpei fabricatores, & fauoris humani aucupes, quantum ab hac ſolida Dauidis in Deum fiducia diſtamus! Cùm nobis ægrè eſt, ſæpè totum orbem cogitationum noſtrarum alis peruolamus; à rebus creatis ſolatiola mendicamus. Amicos, inimicos, in noſtri ſubſidium laceſſimus, opem omnium imploramus, ſolum Deum prætterimus, aut omnium adimus vltimò, aut ſæpè nec adimus quidem rogando ſolatio. Quæ hæc inſania eſt, iuuari velle à quibus non poſſis? ab eo iuuari non cupere, à quo vno & poſſis & debeas? Non ſic Dauid, qui in ſolo Deo ſperauit, ad quem conuerſio eius, à quò & præſens in omni neceſſitate ſubſidium tulit. Quare meritò de Dei miſericordia quaſi gloriabundus exclamat:

Homines paſſim vana ſolatia quærunt, relicto Deo.

8. *Exultabo & lætabor in miſericordia tua.*] Sed quid, bone Dauid, vt ſperes in Domino, vt exultes in miſericordia eius, vel habes in te, vel aliundè adducis? *Quoniam* (ſubdit) *reſpexiſti humilitatem meam.* Suam videlicet vilitatem & miſeriam apponit, quæ diuinam inuitet, imò & quodammodò cogat miſericordiam. Habere enim (ſi liceat dicere) Dei miſericordia quamdam velut ſympathiam videtur cum miſeria, cum neceſſitatibus hominis, maximè ſi humilis ſupplexque ſit, vt ad eaſdem ſubleuandas quàm celerrimè ſemper aduolet. At S. Auguſt. in verbo illo, *humilitatem*, non vilitatem & miſeriam, ſed ipſam potiùs virtutem intelligit: quam vbi Deus in homine conſpicatur, feſtinatò ſuæ miſericordiæ donare præſidia conſueuit. *Quoniam reſpexiſti humilitatem meam; ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam.* vbi per reſpectum, allatæ ſibi opis effectum ſignificat. Id quod expendens S. Auguſt. *Vnde enim*, inquit, *facta eſt ſalua de neceſſitatibus anima tua, niſi quia reſpecta eſt humilitas tua? Niſi priùs humiliareris, non te exaudiret, qui te à neceſſitatibus liberaret.* Ergo quandocumque & quotieſcumque tibi malè eſt, humilia te ante omnia præpotenti Deo, patri miſericordiarum, qui ſaluare & poteſt & vult. Primus omnium gemitus, primæ querelæ & voces ad Deum eant: Deo expone cauſſam tuam, tua omnia ei concrede. Quid diſcurſas per orbem, & ante mendicorum tuguriola ſtipem emendicas? Ad diuitis illius ianuam procumbe, qui ſaluare poſſit animam tuam de neceſſitatibus, & de anguſtijs liberare. Vnde ſubdit:

Deus citò accurrit in ſubſidium humilis.

9. *Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.*] Ita nimirum Deus ex anguſta fornace tres pueros, ex anguſto ventre ceti Ionam, ex anguſto carcere Ioſephum, ex imminente morte Suſannam, in ſpatioſum amplumque libertatis campum eduxit, & ipſum Dauidem de manu Saülis & Goliæ cum gloria liberauit, & illos ipſos, quibus alioquin viribus longè inferior erat, in manu eius concluſit, quemadmodum Abiſai ad Dauid ait, *Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas*; loquens de Saüle dormiente, quem facilè poterat Dauid vitâ priuare. Commemoratis ergò priſtinis Dei erga ſe beneficijs, ſpem firmam concipit, è præſentibus, quibus tenebatur, anguſtijs, eiuſdem ope emergendi; quas ſequ. verſu, ad eamdem in ſe Dei miſericordiam efficaciùs commouendam exaggerat, cùm ita Deum ſupplex deprecatur:

Dan. 3. Ion. 2. Gen. 42. Dan. 13. 1. Reg. 26, 8.

10. *Miſerere mei Domine, quoniam tribulor.*] Quàm autem atrox fuerit iſta tribulatio, mox exponit: *Conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.* Quæ licet hyperbolicæ videri poſſent locutiones, ijs tamen verè tribulationis ſuæ magnitudinem exprimit, ſignificans oculos ſuos, animam & ventrem côturbaſſe mœrore. Vnde apparet, eum nec leuiter, nec ad breue tempus, his malorum tormentis fuiſſe vexatum. Eâ certè manſuetudine præditus erat Dauid, vt non excandeſceret exiguo impulſu, neque triſtitiæ intemperantiâ ſe conficeret. Deinde ad mala toleranda pridem erat aſſuefactus. Ergo non niſi duriſſimè, imò incredibili modo afflictus, in tantas prorupit querelas. Quòd autem *iræ* meminit, ſenſum reddit ambiguum, an de ipſius, an verò de Dei ira intelligendum ſit. Sed magis probo, vt de diuina ira, ſiue effectu eius, ſcilicet de afflictione, quâ conturbabatur (prout in Commentario Græco ſuperiùs explicatum eſt) accipiatur. Cui expoſitioni ſubſcribit cum S. Auguſtino Bellarm. noſter; licet plures de Dauidis ira exponant. Pro *conturbatus eſt*, S Hieron. vertit, *caligauit*; alij, *obtenebratus eſt oculus meus*; Caietanus ſcienter ex fonte hauriens, *tineauit ab ira oculus meus.* Nam vox Hebræa עשש *hhaſchaſch*, ſignificat *rodere*, more videlicet tineæ, quæ עש *hhaſch* nominatur ab eroſione. Itaque Pagninus vertit, *eroſus eſt præ indignatione oculus meus*, metaphorâ nimirum deſumptâ à ligno, in quo tinea ſeu vermis naſcitur, qui eius interiora corrodit: cui non abſimilis eſſe ira cognoſcitur, quæ mentem ſæuo dente tineæ in morem nocente erodit. Aquila vertit, ἠυχμώθη ἐν παροργισμῷ, *ſqualuit in irritatione*; Symmachus, ἐθολώθη διὰ παροργισμὸν ὁ ὀφθαλμός μου, *turbidus factus eſt propter irritationem oculus meus.* Quemadmodum etiam Pſalmo 6. dixit, *Turbatus eſt à furore oculus meus.* Significat ergo Dauid ſe ob ingentem afflictionem interiùs exteriùſque fuiſſe conturbatum, nec ita in conſtantia ferreum fuiſſe, quin etiam foras prorumperet eius dolor ob nimiam vehementiam & ardorem. Vnde colligimus, Sanctis durum ſæpè & arduum fuiſſe cum ſuis paſſionibus certamen, nec eorum patientiam fuiſſe immunitatem à triſtitia; ſed anxiè

Qualis fuerit Dauidis afflictio.

Pſal. 6, 8.

ANNOTATIONES CORDERII.

luctando, hoc tandem eſſe conſecutos, ne malorum multitudine penitus obruerentur.

11. *Quoniam defecit in dolore vita mea*, &c.] Conqueritur, quòd mœrore conſumptus, vitam & annos ſuos effluere ſentiat. S. Hieronymus ex Hebræo vertit, *conſumpta ſunt in mœrore vita mea*, vitas plurali numero vſurpans iuxta vim Hebræi vocabuli חיים *chaym*; Symmachus, ἀνηλώθη, *conſumpta eſt*, &c. Hæc ſententia nulli veriùs quàm Chriſto conuenit, quem Iſaias vo-
Iſaiæ 53,3. cat *virum dolorum*, *& ſcientem infirmitatem*: quia *verè languores noſtros ipſe tulit*, *& dolores*
Pſal.87,16 *noſtros ipſe portauit*. De quo & illud, *Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea.*

IBIDEM. *Infirmata eſt in paupertate virtus mea.*] In Hebræo eſt, בעוני *babhauoni*, quod S. Hieron. interpretatur, *in iniquitate*; pro quo Septuaginta legiſſe videntur בעני *babhoni*, id eſt, *in paupertate*; S. Auguſt. legit, *infirmatus eſt in egeſtate vigor meus*; Symmachus, διὰ τὴν κάκωσίν μου ἡ ἰσχύς μου, καὶ τὰ ὀστᾶ μου εὐρωτίασαν, *propter afflictionem meam, fortitudo mea, & oſſa mea putruerunt*. Atque his verbis iterùm non tam mollitiem ſuam, quàm malorum atrocitatem deplorat; neque regem puduit infirmitatem ſuam, cui remedium quærebat, ingenuè fateri. In Thre-
Thren.1, 14. nis eodem ferè ſenſu dicitur, *Infirmata eſt virtus mea*, hoc eſt, *vis, robur, fortitudo*. Vtilis autem valdeque neceſſaria eſt omnibus cognitio & conſideratio propriæ paupertatis & infirmitatis, vti pulchrè docet S. Gregorius lib. 34. Moral. cap. 2. & 3. quem conſulas licet.

Propria paupertatis cognitio neceſſaria.

12. *Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium.*] Græcè, παρὰ πάντας; Aquila, παρὰ πάντων, *ab omnibus*; Hebraicè מכל *micchol*, quod per ſe potiùs valet, *præ omnibus*: quomodo etiam lectio Septuag. verti poteſt, id eſt, vltra, ſupra, pluſquam omnes: quæ comparationis notio maiorem vim habet, & eam ſequitur S. Auguſtin. Apollinarius, ὑπὲρ πάντας, *ſuper omnes*; S. Hieronymus, *apud omnes hoſtes*. Quomodocumque legatur, ſignificat ſe paſſim omnibus, tam amicis, quàm inimicis exoſum fuiſſe. In cuius odij ſignum ſubdit:

Dauid in aduerſa fortuna, omnibus exoſus fuit.

Qui viderunt me, foras fugerunt à me.] In Pſalterio Romano eſt *foris*; S. Hieronymus, *qui videbant me in plateis, fugiebant à me*. Hoc valet Hebræum בחוץ *bachuts*, id eſt, *in platea*.
Iob 19,13 Simili modo Iob conqueritur, *Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me: dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliti ſunt mei*. Id quod etiam Dauid hîc de ſe diſertè expreſſit, dicens:

13. *Obliuioni datus ſum, tamquam mortuus à corde.*] Id eſt, vt S. Hieronymus ibidem exponit, *Obliti ſunt me tamquam ſi fuerim iam defunctus*. Etſi enim quorumdam poſt mortem vigeat memoria apud ſuperſtites, ſæpiùs tamen contingit euaneſcere, quia nullum eſt viuis ampliùs in hoc mundi foro cum defunctis commercium. Facilè igitur mortui ex hominum memoria delentur, imò nihil citiùs ex animis euaneſcit. Sed illud magis dolendum, quòd, etſi mortuus aliquis interdum viuat in memoria hominum, nullus tamen in corde perſeueret, vti ſubtiliter ad hunc locum annotauit Caietanus: *Mortui*, inquiens, *etſi ſunt in recordatione noſtra, in lingua, in libris, in laudibus, in ſepulcris; numquam tamen in corde: vtpote, quibus nulla noſtri cordis affectio vtilis apparet.* Sunt tamen parentes dum viuunt, dum moriuntur, vſque adeò ſoliciti, vt opulenta filijs patrimonia relinquant, qui de corde ſtatim omnem affectum expellunt erga illos, à quibus & vitam & ingentia vitæ ſubſidia receperunt; nec tamen pro illorum animis è Purgatorio liberandis vllum vel precum, vel ſacrificij, vel eleemoſynæ ſubſidium (vti pietatem filiorum decebat) meminerunt offerre. Summa itaque obliuio eſt, quam de mortuis habent viui; quæ ſcilicet tanta eſt, vt etiam filij obliuiſcantur parentum demortuorum, quos vbi ſepulcris condiderunt, æternâ pariter obliuione ſepelire conſueuerunt.

Magna viuis mortuorum obliuio.

Filij etiam defunctorum parentum obliuiſcuntur.

IBIDEM. *Factus ſum tamquam vas perditum.*] Idem confirmat ſimilitudine vaſis confracti & corrupti, quod ad nihil valet, niſi vt in ſterquilinium proijciatur, & conculcetur. His verbis extremam ſui deiectionem ſignanter notat, ac ſi dixiſſet, nullo iam loco vel numero ſe dignum cenſeri. Eleganter S. Paulinus epiſt. 3. locum hunc exponit de Chriſto, inſtar vaſis perditi effecto, vt noſtra vaſa per peccatum contrita deſtauraret. *Dominus*, inquit, *Ieſus Dei Verbum caro factus eſt, & habitauit in nobis: & vaſa fictilia noſtri corporis, voluntariæ nobis prauitatis lubrico de ſuis manibus elapſa, & diuturnis contrita peccatis, vt in meliorem vſum figulus ipſe renouaret, aſſumpſit in ſemetipſo, factus & ipſe de noſtri corporis limo tamquam vas, vt ait, perditum, id eſt, in ſimilitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum.*

Dauid velut vas perditum effectus, ſimiliter Chriſtus.

Ioan.1,14. Iere.18,6. Pſal. 30, 13. Rom.8,3.

16. *In manibus tuis ſortes meæ.*] Græcè κλῆροί μου, ſic S. Auguſt. & Vulgata quoque habet. Et hanc lectionem agnoſcit Euſebius, Didymus, & alij multi, conſentientibus Pſalterijs, Arabico, Æthiopico, Apollinarij. Hebraicè eſt עתתי *hhittotai*, id eſt, *tempora mea*; quomodo vertit S. Hieron. & Pſalterium Romanum. Dubitari autem poſſet, num fortaſſe ſimilitudo litterarum imponere imperito librario potuiſſet, vt pro καιροὶ poneret κλῆροι: ſed tantus auctorum ſuperiùs allatorum conſenſus contrarium perſuadet, præſertim cùm in libro Iudicum pro Hebræo כעת *cagheth*, id eſt, *ſecundùm tempus*, ſit in Græ- Iud.21,22.
co, ὡς κλῆρος, *ſicut ſors*, vt eſt in Vaticano codice. Nam alij Græci codices habent, ὅτι οὐκ ἐπλημμελήσατε, *quoniam non deliquiſtis*; Complutenſes & Regij, κατὰ καιρὸν ὃν ἐπλημμελήσατε, *ſecundùm tempus, quo deliquiſtis*; Vulgata, *à veſtra parte peccatum eſt*. Forſitan autem (vt non malè conijcit Agellius) placuit Septuag. interpretibus κλήρους, *ſortes*, & non καιρούς, *tempora*, ponere; vt nimirum euerterent Gentilium fabulas de Parcis, Lacheſi, Clotho, Atropo, quæ fato quodam vitæ noſtræ ſpatia moderarentur. Dicebant enim illi ſpatia vitæ cuique ſorte obtigiſſe, & fato eueniſſe, quod illi λάχων, hoc eſt *ſortitionem*, appellabant. Itaque Septuag. vt errorem illum tollerent, ſortitionem omnem dixerunt in manu Dei eſſe, viuendiq; ſpatia cuique ab illo diſtribui & finiri, ideoque κλήρους dixerunt: non quòd temerè ſua cuique ſors eueniat; ſed quòd in manu Dei ſit illa ſortitio. Ac *ſortitio* quidem dicta eſt, quia cauſſam eius explorare non poſſumus. In *manu* verò *Dei*, quia in eius poteſtate vita noſtra. Theodoretus tempora vel ſortes, viciſſitudines rerum

Non fati ſed Dei bitrio, v moment regunt

rerum interpretatur. Eius verba ſunt hæc: Σὺ ἀποκληροῖς ὡς ἐθέλεις ἑκάστῳ, καὶ ἀθυμίας, καὶ εὐθυμίας, καὶ μεταβάλλεις ταῦτα πρὸς τὸ δοκοῦν. Καιροὺς γὰρ ἢ κλήρους καλεῖ τὰς τῶν πραγμάτων μεταβολάς, πλοῦτον καὶ πενίαν, δουλείαν καὶ δεσποτείαν, εἰρήνην καὶ πόλεμον. *Tu ſortitò, vt vis, cuique tribuis, & mærorem, & lætitiam; & hæc ipſa mutas vt libet. Tempora namque ſeu ſortes vocat rerum viciſſitudines, diuitias & pau-*

Tempora & ſortes, pro rerum viciſſitudine.

pertatem, ſeruitutem & dominatum, pacem ac bellum. Euſebius, in manu Dei eſſe tempora ſua ſic intelligit, quaſi opportunitatem ſe vlciſcendi Deo permittat. Eius verba ſunt iſta: Ὁ Ἑβραῖος καὶ οἱ λοιποί, οἱ καιροί μου φασίν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα νῦν οἱ ἐχθροί μου κατισχύουσι, καὶ ὥσπερ καιρὸν ἔχοντες κατ᾽ ἐμοῦ· ἀλλ᾽ οἱ ἐμοὶ καιροὶ πεφυλαγμένοι εἰσὶν ἐν ταῖς σαῖς χερσί. *Hebræus & reliqui interpretes Tempora mea dicunt. Vt enim maximè nunc inimici mei aduerſum me præualeant, & tamquam tempus nacti ſint; at certè mea tempora in tuis manibus ſeruantur.* Id eſt, vitæ curriculum, vitæ termini, caſus & euentus mei, in manibus tuis, in tua prouidentia ſunt. Tu diſponis, regis, dirigis me, qui ad mea cæcus, quid mihi expediat, prorſus ignoro: vti nec præſcire poſſum, quæ mihi, cùm iacientur, ſortes ſint euenturæ. Quia ſicut nihil

Vitæ incertitudo non minor quàm ſortis.

eſt ſorte incertius (quam proinde Euripides τύχης θυγατέρα, *fortunæ filiam*, & Tullius *fortunæ iudicium*, appellarunt) ita nihil & morte incertius inuenitur. Cùm ergo Dauid vitam ſuam, quibuſcumque tandem illam verſari modis contingat, inter omnes viciſſitudines poſitam ſemper eſſe ſub Dei manu agnoſceret; ſpem firmam concipiebat, eam è manu hoſtium circumdantium liberandam. Quia tamen adhuc afflictionum caligine obtuebatur, luce quantocyùs conſolationis illuminari poſtulat, dicens:

17. *Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum.*] Id eſt, *Sic appareat* (exponit S. Auguſt.) *quod pertineo à te.* Quamquam enim non ignorabat Deum ſibi eſſe adiutorem, caligine tamen aduerſitatum obſcurari hanc notitiam ægrè ferebat. Quamobrem petit ſpeciali quopiam præſentis Dei auxilio, palàm omnibus fieri, ipſum ſibi adhuc propitium eſſe ac fauentem, quod in afflictionum caligine cernere non ita facile erat.

20. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine!*] Pro *dulcedine* in Græco eſt χρηστότης, *bonitas*, quemadmodum etiam & in Hebræo. Vnde Symmachus & Aquila vertunt, τί πολὺ τὸ ἀγαθόν σου; quod S. Hieronymus interpretatur,

Quanta ſit dulcedo abſcondita timentibus Deum.

Quàm multa eſt bonitas tua? Id ipſum in caput vlt. Iſaiæ tranſtulit, *Quàm grandis multitudo bonitatis tuæ?* Hanc vident, qui habent oculos gratiæ luce illuminatos, luſcioſi & tenebriones peccatores non vident. Quare ſubdit Vates: *Quam abſcondiſti timentibus te.* Vult theſaurum eſſe diuinum altè defoſſum, vnde humiles excultique ſanctimoniâ infinitam opulentiam educant. Quod etiam ipſe hominum liberator Chriſtus ſanctâ lætitiâ exultans prædicabat, quòd videlicet illa cimelia bonitatis abſcondiſſet Deus à ſapientibus, & reuelaſſet paruulis. Enimuerò ad

Math. 11, 25.

eandem quærendam, inueniendam, experiendam alio loco Dauid omnes inuitat, dicens: *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus.* q.d,

Pſal. 33, 9.

Videte & experimini, quanta ſit, quamque immenſa Dei bonitas. Symmachus & Aquila legunt, ὃ ἔκρυψας ἀπόθετον τοῖς φοβουμένοις σε, *quam abſcondiſti repoſitam timentibus te.* Simplex ſenſus eſt, Deum repoſuiſſe tamquam in arcanis theſauris, ac in tuto collocaſſe præſidia, & cetera beneficia his qui timent ipſum. Sic in alio Pſalmo dictum eſt: *De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.* Hoc eſt enim *manna abſconditum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit*, vt in Apocal. legimus. Hoc experiebatur, qui dicebat: *Secundum multitudinem dolorum meorum, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Et Apoſtolus: *Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.* In gratiam timentium Dominum, magnitudo dulcedinis, quæ ex paſſione Domini hauritur, abſcondita eſt; vt hi ſoli illâ fruantur, ſoli experiantur reconditam dulcedinem in diuite crucifixi paupertate latentem. Sciunt hoc timentes, ſciunt amantes Dominum, qui mille maiores voluptates è Dominicæ paſſionis meditatione, quàm quotquot ſæculum ſequuntur, ex omnibus corporum voluptatibus hauriunt. Hæc eſt contemplationis dulcedo, non omnibus peruia, ſed tepidis & inſtabilibus abſcondita: quam illi capiunt, qui aſſiduo labore & perſeuerantiâ, non aliter quàm pretioſum theſaurum effodiunt. *Perfeciſti eis qui ſperant in te, in conſpectu filiorum hominum.* Eam, inquam, dulcedinem in illis vſque ad perfectionem prouehit Dominus, quorum eſt palàm, & quaſi in conſpectu hominum, eam ſperare, id eſt, per indefeſſam orationis perſeuerantiam, ſe eius amatores dignos oſtendere. Quòd ſi igitur in tempore tribulationis tanta ſit dulcedinis multitudo in corde militantis; quanta erit tempore gloriæ in corde triumphantis?

ANNOTATIONES CORDERII.

Pſal. 16, 14.

Apoc. 2.

Pſal. 93.

2. Cor. 7.

Dulcedo paſſionis abſcondita eſt à ſæcularibus.

Dulcedo contemplationis abſcondita.

21. *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ.*] S. Hieron. vertit, *in protectione vultus tui.* Declarat modum quo ſancti viri dulcedinem Dei etiam in ipſa tribulatione percipiunt: quod fit, cùm per amorem & contemplationem rapiuntur in Deum: pro quo mille grauiores, quàm ſuſtineant, afflictiones perferre parati ſunt. Et ſic in Deo refugij domum inueniunt; quam hoc ipſo Pſalmo ſuprà Propheta requiſiuit, dicens: *Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij.* vbi emphaticè Deum vocat protectorem; *quia* (vti animaduertit S. Hieron.) *multi ſunt dij nocui, multi domini qui non proſunt: nobis autem vnus Deus protector, tamquam proximus.* Deſerunt non rarò ſeruos & clientes ſuos domini ſæculares; at Deus protector eſt, & *refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione:* idque tam inſeparabili nexu amoris, vt homo ab iniurijs impeti nequeat, quin Deus iiſdem ſimul impetatur. Vnde fit, vt hi qui in Deo norunt deliteſcere, nihili faciant omnes tribulationes, ac ſi ad eos minimè pertinerent: *Abſcondes*, inquit, *eos* (videlicet timentes te) *in abſcondito faciei tuæ.* Sed quodnam iſtud eſt *abſconditum*, ſiue ſecretum diuini vultus, vbi abſconduntur iuſti? Declarat optimè ibidem S. Hieron. *Illuminatio*, inquit, *vultus tui teget eos, ne à malitia humana conturbentur.* Excepti nimirum à Domino viri iuſti, inter admirabiles diuini vultus ſplendores abſconduntur, quò tenebrarum cohors, vitia ſcilicet, vitioſique homines, immenſo illo lumine præſtricti, accedere nequaquam poſſunt. *Qui* enim *malè agit, odit lucem.* In hac ergo immenſa luce, quæ abſconditum

Pſal. 9, 10.

Ioan. 3.

ANNOTATIONES CORDERII.

ditum faciei Dei, & à S. Dionyſio *Caligo myſtica* nuncupatur, viri ſancti, tamquam in latibulo tutiſſimo & inacceſſo abſconduntur, & immunes fiunt *à conturbatione hominum*, id eſt, ab omni malo, quod homines conturbare ſolet. de quo ſtatu planè feliciſſimo vide plura in Myſtica Theologia S. Dionyſij, vbi illum explicuimus. Ceterùm ad litteram magnificè hoc elogio extollitur prouidentiæ Dei virtus, quòd ſola ad omne malorũ genus repellendum ſufficiat, ac radijs ſuis improborum omnium oculos perſtringat, manuſq; eneruet.

IBIDEM. *Proteges eos in tabernaculo.*] Vulgata & S. Auguſt. addunt, *tuo*; Symmachus, *ἐν σκέπῃ, in tegmine.* Pronomen autem *tuo*, nec eſt in Hebraico, nec in Græco textu, nec in Latinis quibuſdam codicibus, quos Ianſenius correctiores exiſtimat. Pulchrè ad hunc locum Bellarminus, *In tabernaculo*, inquit, *tuo*, id eſt, in te ipſo, in quo & tu habitas: Deus enim non habet aliam domum, ſiue aliud tabernaculum in quo capi poſſit, niſi ſeipſum: & qui per amorem & contemplationem in Deo habitant, Altiſſimum poſuerunt refugium ſuum, & non accedet ad eos malum, neque flagellum appropinquabit tabernaculo eorum. Proteguntur enim in hoc tabernaculo ab omni malo, non ſolùm factorum, de quo dictum eſt ſuperiùs, ſed etiam verborum, quod hîc dicitur, *A contradictione linguarum*: quia nihil curant ſermones hominum, qui Deum teſtem habent. Quòd ſi igitur facies Domini tam inſigne latibulum ſiue tabernaculum eſt hominibus timentibus Deum, dum per ſpeculum & in ænigmate cernitur; quid erit quando videbitur ſicuti eſt?

Deus non habet aliã domum, quàm ſeipſum. Pſal. 90.

Non curat ſermones hominum, qui Deum reſpicit.

22. *Mirificauit miſericordiam ſuam mihi in ciuitate munita.*] Symmachus, ὁ παραδοξάσας τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν ἐμοί, ὡς ἐν πόλει περιπεφραγμένῃ, *qui mirabilem fecit miſericordiam ſuam in me, tamquam in ciuitate munita.* Sic me, inquit, ab hoſtium incurſu tutatus eſt, ac ſi in vrbe munita fuiſſem. Quem ſenſum nonnulli ex Hebræis probauerunt, & Euſebius quoque amplexus eſt, cuius hæc ſunt verba: Μυρίων ἐπ' ἐμὲ πολεμίων συστάντων, καὶ δίκην μεγάλης πόλεως τὴν ἐμὴν ψυχὴν πολιορκεῖν πειρωμένων, ὁ ἐμὸς φύλαξ φρουράν μοι περιβάλλων, τὸ ἔλεος αὐτοῦ θαυμαστὸν ἔδειξεν. *Multis hoſtium millibus in me conſpirantibus, & magnæ vrbis inſtar obſidere meam animam molientibus, ille meus cuſtos me tamquam vallo cinxit, & miſericordiam ſuam admirabilem oſtendit.* Cùm enim loquatur Dauid de auxilio diuino, quod in rebus confuſis & perditis repentè, & præter ſpem allatum erat, nota ſimilitudinis rectè ſubauditur; vt ſignificet, cùm ad omnes fortunæ ictus pateret, iniurijſque omnibus expoſitus foret, ſibi in hac nuditate, & humanæ opis inopia, pluris fuiſſe Dei auxilium, quàm vrbem benè munitam, vel inexpugnabile propugnaculum. Optimè autem hîc per *ciuitatem munitam* ſymbolicè exprimitur Dei protectio, vt nimirum præſidij eius robur vimque inuictam intelligamus. Ad quam alibi etiam ſuſpirat, dicens, *Quis deducet me in ciuitatem munitam?* Vbi ſimiliter, vt hîc, in Græco eſt περιοχῆς, *circumſtantiæ*, vt S. Hilarius vertit, quam videlicet muri, propugnacula turreſque muniunt & circumdant. Libens ego dixerim *ciuitatem περιοχῆς*, ſeu *circumſtantiæ*, eſſe vrbem fortiſſimâ arce præditam, in qua ipſe Rex Angelorum atque virtutum præſideat, ad ſecurum animæ præſidium & tutelam. Pſal. 59. 11.

Dei protectio eſt ciuitas munita.

23. *Ego autem dixi in ecſtaſi mea.*] Ita etiam S. Auguſt. legit è Græco, cùm Vulgatus habeat, *in exceſſu mentis meæ*; S. Hieronymus, *in ſtupore meo*; alij, *in feſtinatione*, vel *præcipitatione.* quod ad animi perturbationem referendum, quâ ſe præcipitem abreptum fuiſſe Dauid non diffitetur; Aquila vertit, ἐν θαμβήσει μου, *in trepidatione mea*; Symmachus, ἐν τῇ ἐκπλήξει μου, *in perculſione mea*; Apollinarius, θαμβήσας εἶπον, *obſtupeſcens dixi.* Vnde patet vehementem fuiſſe afflictionem, quæ virum tam conſtantem adeò conturbarit, & veluti è ſede mentis deiecerit; vt priſtinæ in Deum fiduciæ oblitus, putaret ſe ab eo negligi, vel, quod peius eſt, proijci. Verumtamen metu quidem perculſum nutaſſe aliquantulùm, ſed minimè euerſum fuiſſe hac tentatione Dauidis animum, ex contextu patet; quandoquidem mox addit exauditas fuiſſe ſuas preces. quod ſignum eſt ipſum feruente tentationis æſtu, ab ijs numquam deſtitiſſe; ſed per eas ſibi Deum repropitiaſſe, qui hoc armorum genere, ſi dictu fas ſit, expugnari amat.

IN PSALMVM XXXI. ARGVMENTVM.

Pſalmus ipſi Dauidi intelligentiæ.

Hic Pſalmus eumdem quoque ſenſum habet: nam hic etiam poſt peccatum editus eſt. Ceterùm propheticis oculis præuidens remiſſionem quæ per Spiritum ſanctum data erat; hos prædicat beatos, vt qui ſine labore peccatorum remiſſionem recipiant, & exordiens in hæc verba prorumpit:

α΄. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ συνέσεως.

Τῆς αὐτῆς διανοίας ἔχεται καὶ οὗτος ὁ ψαλμός· καὶ οὗτος γὰρ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐρρήθη. Τοῖς δὲ προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς προορῶν τὴν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος χορηγουμένην ἄφεσιν, μακαρίζει τούτους, ἅτε δὴ δίχα πόνων δεχομένους τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγήν, καί φησιν ἀρξάμενος τοῦ ψαλμοῦ·

PARA-

PARAPHRASIS. PARAPHRASIS PATRVM.

α΄. ΜΑΚΑΡΙΟΙ ὧν ἀφέιθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι.

β΄. Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν, οὐδέ ἐστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος.

Ὀδυρμοῖς, φησιν, ἐγὼ καὶ δάκρυσι θαμινοῖς διὰ τὴν ἁμαρτίαν προσεστηκώς, καὶ παντοδαπαῖς συμφοραῖς ταύτης χάριν περιπεσὼν, ζηλωτοὺς ἐκείνους καὶ μακαρίους ἀποκαλῶ τοὺς ἀταλαιπώρως τῇ τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίᾳ, τῶν ἁμαρτημάτων δεξαμένους τὴν ἄφεσιν. Τοσαύτῃ γὰρ πρὸς αὐτοὺς κέχρηται τῇ φιλοτιμίᾳ, ὡς μὴ μόνον ἀφεῖναι, ἀλλὰ καὶ καλύψαι τὰς ἁμαρτίας, καὶ μηδὲ ἴχνη τούτων καταλιπεῖν.

γ΄. Ὅτι ἐσίγησα, ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἀπὸ τοῦ κράζειν με ὅλην τὴν ἡμέραν.

Ἡνίκα γὰρ τὴν ἁμαρτίαν εἰργάσατο, οὐ παραχρῆμα τοῖς τῆς μετανοίας φαρμάκοις ἐχρήσατο, ἀλλὰ μετὰ τὸν τοῦ Νάθαν ἔλεγχον. Τοῦτο τοίνυν ἐνταῦθα βοᾷ· ἐπειδὴ παραυτίκα, δεξάμενος τὴν πληγὴν, οὐχ ὑπέδειξα τὸ ἕλκος τῷ ἰατρῷ, ἀλλ᾽ ἐσίγησα, κρύψαι τοῦτο πειρώμενος, κατεγήρασα βοῶν, καὶ τῆς ἁμαρτίας κατηγορῶν.

δ΄. Ὅτι ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐβαρύνθη ἐπ᾽ ἐμὲ ἡ χείρ σου, ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν, ἐν τῷ ἐμπαγῆναί μοι ἄκανθαν.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ὀλοφύρομαι, φησι, καὶ ποτνιῶμαι, ταῖς παντοδαπαῖς παιδείαις καὶ τιμωρίαις βαλλόμενος. Οὐκ ἄδικος δέ σου ἡ παιδεία, φησὶν, ἀλλὰ καὶ μάλα δικαία. αἰτία γάρ μοι τῶν κακῶν ἡ ἁμαρτία, ἣν ἀντὶ σταφυλῆς μὲν ἐβλάστησα· κεντοῦμαι δὲ διηνεκῶς ὑπ᾽ αὐτῆς, ὡς ἀκάνθης.

ε΄. Τὴν ἀνομίαν μου ἐγνώρισα, καὶ τὴν ἁμαρτίαν μου οὐκ ἐκάλυψα.

1. BEATI, quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata.

2. Beatus vir, cui non * imputauerit Dominus peccatum, nec eſt in * ore eius dolus. * Vulgata imputauit * Vulgata ſpiritu

Lamentis, inquit, & lacrymis aſſiduis propter peccatum intabeſcens, & omnis generis calamitatibus idcircò circumdatus, felices illos ac beatos nuncupo, qui citra moleſtiam, Domini benignitate, peccatorum conſecuti ſunt remiſſionem. Tantâ ſiquidem in illos vſus eſt liberalitate, vt non ſolùm remittat, verùm etiam oblitteret peccata, & neque veſtigia eorum relinquat. *Beati, quibus remiſſa ſunt peccata.*

3. Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem totâ die.

Quando enim peccatum illud perpetrauerat, non actutum pœnitentiæ remedijs vſus fuit; ſed poſt reprehenſionem Nathan. Hoc igitur hic exclamat: Quoniam acceptâ plagâ, non ſtatim medico vulnus oſtendi, ſed tacui, tentans illud occultare, conſenui vociferando, & peccatum accuſando. *Peccatum, ſtatim pœnitentiâ diluendum.*

4. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in ærumna *, dum configitur * mihi ſpina. * Vulgata addit mea, * emiſit mihi

DIAPSALMA.

Lamentor, inquit, & Deum obteſtor, omnis generis diſciplinis & ſupplicijs circumdatus. Veruntamen diſciplina tua, inquit, non eſt iniuſta, ſed admodum iuſta. Peccatum ſiquidem malorum mihi cauſſa eſt, quod loco vuæ protuli; ab hoc autem aſſiduò, quaſi ſpinâ quadam, pungor. *Peccatum, vt ſpina pungit.*

5. Delictum meum cognitum * feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. * Vulgata addit tibi,

Dixi,

COMMENTARIVS PATRVM.

in hoſtes inciderent. Quapropter & ab omnibus eram deſperatus, tamquam mortuus qui in ſepulcro moratur, & vas deſpectum. Neque hæc ex coniectura dico, ſed auritus teſtis conuiciorum, vt Semei, & aliorum. Atque illi quidem confertim mortem meam expetebant, ego autem à te non deſeci. Sciebam enim te inſidiantibus ſuperiorem eſſe, & quòd in *manibus tuis* ſint *ſortes meæ*, id eſt, omnis mea quies & afflictio; vel, vt alij, tempora, id eſt ea quæ mihi ſucceſſu temporum obueniunt. Tu enim reddis cuilibet ſortem triſtitiæ ac delectationis. *Tempora* enim, ſeu *ſortes*, vocat rerum viciſſitudines: vel *ſortes* etiam appellat terræ poſſeſſionem. Poterant hæc etiam à Saluatore dici in paſſione, quando inimici quidem ipſum laceſſebant, noti verò deſerebant, primarius verò diſcipulus negabat. Quòd ſi hæc ſenſu obuio accipiantur, magnam eius afflictionem repræſentant: vt qui & ab inimicis derideretur, tamquam fruſtrà ſeſe crucians; & cuius miſeriam proximi exprobrarent, & cognati cùm viderentur permanſuri, etiam aufugerint, de ſalute per ipſum conſequenda deſperantes. Ego autem haud in vanum, inquit, me ipſum diſcruciabã; ſed magno meo cruciatu Deum ad miſericordiã pertrahebam, ob vndictam eorum qui me cingebant; rectè ſciens inimicos me modò ſuperare, eò quòd tempus haberent aduerſum me. Attamen tempora mea cuſtodita ſunt in manibus tuis, in quibus etiam ſortes meas à te cuſtodiri ſcio. *Manus* autẽ vocat potentias protectrices, in quibus ait omnia ſimul contenta eſſe iuxta iudicium diuinum; ſcilicet pati, aut liberari: neque enim hæc fortuitò euenire putandum eſt. Alij vocem hanc exponentes, aiunt poteſtates, principibus ac legis præceptoribus conceſſas, eorumdem ſortes nuncupari. Hæ itaque in manibus Dei ſitæ ſunt: ſtatuit enim ac deponit reges. Nemo igitur me à dignitate dimouebit; tua enim huius eſt potentia.

Sortes noſtra in manu Dei.

Christus in paſſione ab omnibus derelictus.

Manus pro protectione.

17. ILLVSTRA FACIEM TVAM.] Quoniam videbatur iratus quodãmodò ipſos auerſari, populus qui captiuus tenebatur, petit ipſi reconciliari. Tantùm, inquit, annue, & ſufficit mihi ad ſalutem: ne præualeant inimici mei aduerſum me, tamquam non ſit mihi ſalus in his quibus ſperaui in te. Quin potiùs, inquit, conuerte ignominiã in eos qui iniquè agũt, neque

Solus Dei aſpectus, ſatis eſt ad ſalutem.

τοῖς ἐχθροῖς περιέπιπτον. Διὸ καὶ ὑπὸ πάντων ἀπηλπίσθην, δίκην νεκροῦ τάφον οἰκοῦντος, καὶ σκεύους παρεωραμένου. Καὶ οὐ τοπάζων ταῦτα λέγω, ἀλλ' αὐτήκοος γεγονὼς τῶν ὀνειδῶν, οἷον τῶν τοῦ Σεμεεὶ, καὶ ἄλλων. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀθροιζόμενοι τὸν ἐμὸν θάνατον ἤτουν, ἐγὼ δέ σου οὐκ ἀπέστην. ᾔδειν γάρ σε τῶν ἐπιβουλευόντων ἀνώτερον, καὶ ὅτι ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου· ἤτοι πᾶσά μου ἄνεσις, καὶ θλίψις· ἢ, ὡς ἕτεροι, οἱ καιροὶ, ἀντὶ τοῦ οἱ ἐπιλαγχάνοντές μοι καιροί. σὺ γὰρ ἀποκληροῖς ἑκάστῳ καὶ ἀθυμίας καὶ θυμηδίας. Καιροὺς γὰρ ἢ κλήρους, τὰς τῶν πραγμάτων καλεῖ μεταβολάς· ἢ κλήρους τὴν τῆς γῆς λέγει κατάσχεσιν. Λέγοιτο δὲ ταῦτα καὶ παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐν τῷ πάθει, διασυρόντων μὲν τῶν ἐχθρῶν, ὑποχωρησάντων δὲ τῶν γνωστῶν, τοῦ δὲ κορυφαίου καὶ ἀρνησαμένου. Κἂν ἐπὶ τοῦ ἐξομολογουμένου λαμβάνηται, τὴν πολλὴν αὐτοῦ παρίστησι κάκωσιν, ἐφ' οἷς καὶ ἐγελᾶτο ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ὡς μάτην ἑαυτὸν κατακόπτων· καὶ οἱ πλησίον ὠνείδιζον τὴν ταλαιπωρίαν, καὶ οἱ συγγενεῖς μεμηνέναι ἐδόκουν, καὶ ἀπέφυγον, ὡς ἤδη ἀπεγνωκότες τὴν ἐπ' αὐτῷ σωτηρίαν. Ἐγὼ δὲ οὐ μάτην ἐμαυτὸν ἐκάκουν, φησὶν, ἀλλὰ τῇ πολλῇ κακώσει τὸν θεὸν ἐπεσπώμην εἰς ἔλεον, διὰ τὴν τῶν περιστοιχισάντων με ἄμυναν· εὖ εἰδὼς ὥστε καὶ νῦν οἱ ἐχθροί μου κρατοῦσι, καιρὸν ἔχοντες κατ' ἐμοῦ. Ἀλλ' οἱ ἐμοὶ καιροὶ πεφυλαγμένοι τυγχάνουσιν ἐν ταῖς σαῖς χερσὶν, ἐν αἷς καὶ τοὺς ἐμοὺς κλήρους οἶδα φυλαττομένους παρὰ σοῦ. Χεῖρας δὲ τὰς φρουρούσας δυνάμεις, ἐν αἷς φησιν εἶναι πάντα συγκληρωθέντα, κατὰ κρίσιν θείαν, ἤτοι παθεῖν, ἢ ῥυσθῆναι· μηδὲ γὰρ οἴεσθαι ταῦτα συμβαίνειν συντυχικῶς. Ἕτεροι τὴν λέξιν σαφηνίζοντες οὕτω φασί· αἱ δεδομέναι ἐξουσίαι ἄρχουσιν, ἢ διδασκάλοις, κλῆροι αὐτῶν ὀνομάζονται. Οὗτοι οὖν ἐν ταῖς χερσίν εἰσι τοῦ θεοῦ· καθιστᾷ γὰρ καὶ μεθίστησι βασιλεῖς. Οὐδεὶς οὖν μετακινήσει με τῆς ὑπεροχῆς. σὴ γὰρ ἡ τούτου πέφυκεν ἐξουσία.

ιζ. ΕΠΙΦΑΝΟΝ ΤΟ ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΣΟΥ.] Ἐπεὶ ἐδόκει ὥσπερ ἀποστρέφεσθαι αὐτοὺς ὀργιζόμενος, αἰτεῖ καταλλαγὴν ὁ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ λαός. Μόνον, φησὶν, ἐπίνευσον, καὶ ἀρκεῖ μοι πρὸς σωτηρίαν. καὶ μὴ λάβωσι χώραν οἱ ἐχθροὶ κατ' ἐμοῦ, ὡς μὴ σωθέντος ἐφ' οἷς ἤλπισα ἐπὶ σοί. Μᾶλλον δέ, φησι, τρέψον τὴν αἰσχύνην ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας, καὶ μὴ

γινώσκοντάς σε· καὶ ἀπόφραξον τὸ στόμα τὸ ὑπερήφανον τῶν ὀνειδιζόντων ἡμᾶς, ὡς ἀβοηθήτους ὑπὸ σοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Εἴποι δ' ἂν καὶ Δαβὶδ τὸ ἐπίφανον, ὅτι σοῦ μόνου ἐπιφανέντος, τὰ σκυθρωπὰ λυθήσεται. Ἐντεῦθεν δὲ δῆλον, ὡς πολλὴν ἔχει διαφορὰν πρὸς ἀσέβειαν ἁμαρτία. Χείλη δὲ δόλια εὔχεται ἐμφραγῆναι τοῦ Ἀχιτόφελ· φίλος γὰρ ὢν καὶ σύμβουλος, κατ' αὐτοῦ τῷ παιδὶ συνεβούλευσεν, ὃ καὶ ἐξουδένωσιν καλεῖ. Ἄλλος. Ὥσπερ ἡλίου ἀνατείλαντος λύεται μὲν τὸ σκότος, ὑπὸ γῆν δὲ γινομένου νὺξ διαλαμβάνει τὸ πᾶν, ἐν ᾗ προΐασιν ἐκ τῶν οἰκείων καταδύσεων θῆρες ἄγριοι, καὶ ἄνδρες κακοῦργοι· οὕτως ἀποστρεφομένου μέν τινα τοῦ Θεοῦ, οἱ τῆς ψυχῆς ἐχθροὶ ἐπανίστανται· ἐπιλάμποντος δὲ τοῦ τῆς θεότητος αὐτοῦ φωτὸς (ὃ πρόσωπον ἡ γραφὴ καλεῖ) ἀποστρέφονται πάντες, οἱ τὰ τοῦ σκότους ἄξια πράττοντες. Οὗ δὴ καὶ τυχεῖν ἀξιοῖ, οὐ διὰ πράξεις οἰκείας, ἀλλὰ διὰ θεῖον ἔλεος. Ἐκείνοις προσῆκον οὐκ ἐμοί, φησι, τὸ αἰσχύνεσθαι, τοῖς ἀσεβέσι, τοῖς μὴ ἐπεγνωκόσι σε. Ἀντὶ δὲ τοῦ, καταχθείησαν, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος σιωπησάτωσαν εἰς ᾅδου, φασίν, οἷον τῆς μεγαλαυχίας δέξονται πέρας, καὶ κωφωθήτωσαν διὰ τῆς ἐπιφανείας σου. Νῦν μὲν γὰρ πολλὰ λέγειν τολμῶσι· τότε δὲ παύσονται, εἰς τὸ κατάλληλον ἑαυτοῖς ἐλθόντες χωρίον. Τότε καὶ ἡ τῶν δικαίων ἐκδικηθήσεται ἐξουδένωσις.

κ΄. ΩΣ ΠΟΛΥ ΤΟ ΠΛΗΘΟΣ ΧΡΗΣΤΟΤΗΤΟΣ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ.] Χάρισαι, φησι, τὴν ἐπάνοδον, ἵνα πάντες εἴπωσιν, ὅτι πλουτῶν ἐν φιλανθρωπίᾳ, ἔκρυπτες ταύτην, δι' οἰκονομίαν ὠφελείας ἡμῶν· οὐ διὰ θυμὸν τιμωρίας, ἣν καὶ ἐξειργάσω, καὶ ἐπεδείξω, εἰς ἡμᾶς τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σὲ δημοσιεύσας τὴν χάριν. Τοῦτο γὰρ τὸ, Ἐναντίον τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Ἢ οὕτως, Ἱκέτευσα ἐπιφανῆναί σε, πεπεισμένος, ὡς ἡ σὴ χρηστότης ἄφατος καὶ πολλή. Πλὴν οὐ πᾶσι ποιεῖς φανεράν, κρύπτεις δὲ αὐτήν, καὶ φυλάττεις τοῖς φοβουμένοις σε· ἐπεὶ καὶ εἰς τοῦτο αὐτὴν ἐξειργάσω, εἰς τὸ τοῖς ἐλπίζουσιν εἰς σὲ παρασχεῖν· καὶ παρέξεις κατὰ καιρὸν ἐνώπιον, ὥστε πάντας ἰδεῖν ἐν καιρῷ ἀμοιβῆς διδομένην τοῖς δικαίοις. Διόπερ καὶ ἐν τῷ βίῳ τὰς ἀνακειμένας σοι ψυχάς, κατὰ τοὺς τῶν πειρατηρίων καιροὺς τῆς παρὰ σοῦ σκέπης ἀξιῶν, ἀποκρύπτεις, ῥυόμενος αὐτὰς ἀπὸ ταραχῆς ἀνθρώπων, εἰς τὸ μὴ βλάπτε-

te agnoſcunt: & obſtrue ſuperbum os eorum qui exprobrant nobis, quaſi tuâ Dei noſtri ope deſtitutis. Poſſit etiam Dauid ipſe dicere illud *Illuſtra*, quoniam te ſolùm illuſtrante, aſpera quæque diſſoluentur. Hinc autem perſpicuum fit, peccatum ab impietate plurimùm differre. Rogat autem obſtrui doloſa labia Achitophelis; ſiquidem amicus & conſiliarius exiſtens, aduerſus ipſum filio conſilium dedit, quod etiam contemptum vocat. Alius. Quemadmodum ſole quidem oriente, tenebræ ſoluuntur; ſub terram autem occumbente, vniuerſum hoc nox occupat, in qua è ſpeluncis ſuis feræ agreſtes, & homines maligni prodeunt: ita quoque cùm Deus quempiam auerſatur, inimici animæ inſurgunt; cùm verò diuinitatis ipſius lumẽ affulget (quod Scriptura faciem appellat) auertuntur omnes qui tenebris digna factitant. Quod vtique conſequi poſtulat, non propter opera ſua, ſed propter miſericordiam diuinam. Ipſos, inquit, non me, decet ignominia, vtpote impios, & te non agnoſcentes. Pro *deducantur* autem Aquila & Symmachus aiunt, *ſileantur in inferno*, vt nimirùm iactantiæ ſuæ finem capiant, & propter apparitionem tuam obmuteſcant. Nunc ſiquidem multa dicere audent; tunc autem ſilebunt, ad regionem ipſis conſentaneam abeuntes. Tunc etiam iuſtorum contemptus vindicabitur.

Aſpectus Dei fugat mala, ſicut ſol tenebras.

20. QVAM MAGNA MVLTITVDO DVLCEDINIS TVÆ DOMINE.] Præbe, inquit, reditum, vt omnes dicant, quòd, cùm diues eſſes in benignitate, abſconderis eam propter vtilitatis noſtræ diſpenſationem; non propter iram vltionis, quam & irrogaſti & oſtendiſti, nobis in te ſperantibus gratiam promulgans. Hoc enim ſibi vult illud, *In conſpectu filiorum hominum*. Vel hoc modo, q. d. Obſecraui vt appareres, quoniam perſuaſus ſum bonitatem tuam eſſe ineffabilem & copioſam. Verùm non omnibus eam manifeſtas, ſed abſcondis illam, & ſeruas timẽtibus te; quoniam ad hoc ipſam operatus es, vt eam in te ſperantibus exhibeas: & ſuo tempore palàm ipſam exhibebis, vt omnes videant in tempore iuſtis dari retributionẽ. Idcircò etiã in hac vita animas tibi addictas, in hoc tentationum tempore protectione tuâ dignas cenſens, abſcondis; liberans illas à turbatione hominũ, ne lædantur,

Deus benignitatem interdum occultat ob noſtram vtilitatem.

Deus ſuo tempore abſcondit, & iterùm palàm facit auxilium, prout nobis expedit.

COMMENTARIVS PATRVM.

tur, neque ab his qui verbis dimicant, neque ab his qui operibus contra ipſos aliquid machinantur. Atque hoc modo timentium te præmia, cùm ſint maxima, abſcondis, eóſque cum ſudoribus & moleſtijs conflictari permittis. Quandoque verò etiam victoriæ præmia oſtendis, pugiles animando. Neque ſimpliciter abſcondis benignitatem, ſed multitudinem, ne lædantur, hanc ipſis recondens, donec perfectâ dilectione foras miſerint timorem. Abſcondita verò præmia illa manifeſtaſti his qui maiorem ſpem habent quàm timorem, quique vim rationalem ſecundùm Dei imaginem rectam conſeruarunt. *Filios* autem eorum vocat diſcipulos & imitatores; *abſconditum* verò *faciei*, id quod modò intelligere non valemus, tunc autem manifeſtabitur. Id autem quod à Paulo notum ac manifeſtatum dicitur, ad prouidentiam ſpectat. Fortè verò etiam Chriſtus, cùm ſit facies Dei, abſconditum quidem habet id quod eſt ſecundùm diuinitatem, manifeſtum verò id quod eſt ſecundùm incarnationem. Illud autem, *In tabernaculo*, poſuit pro quaſi in tabernaculo, ſiue ſecura munitione. Tua, inquit, ſufficit ſola illuſtratio ad omnem turbationem auferendam, & in medio tempeſtatis cõprehenſos, quaſi in quodam tabernaculo abſcondendos & inuiſibiles reddendos. Alius *Abſcondiſti* poſuit pro *cuſtodiſti*, quoniam id quod abſconditum eſt, cuſtoditur: vel pro *recondidiſti*, excoluiſti verò etiam in tempore opportuno. Illud autem, *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ*, Facies, inquit, tua protectio erit ſperantibus in te. Vel ac ſi dicat, In medijs afflictionibus & calamitatibus comprehenſos prouidentiâ tuâ abſcondiſti, ne vlla ipſis mala euenirent.

Chriſtus nobis abſconditus & manifeſtus.

Facies pro protectione.

22. BENEDICTVS DOMINVS.] *In ciuitate* poſuit, pro quaſi in ciuitate. *Ciuitatem* autem *munitam*, vocat muro cinctam. Glorificabunt, inquit, omnes nomen tuum, quòd hoc modo nos cuſtodiſti auxilio tuo, tamquam in ciuitate mœnibus circumdata. Per me enim glorificatus es, quoniam mille hoſtibus me circumdantibus, & inſtar ingentis ciuitatis animam meam obſidere conantibus, tu protector meus miſericordiam tuam vt vallum mihi circumdans, admirabilem te oſtendiſti. Talis verò mihi factus es, poſtquam meipſum in exceſſu iſto humiliaui, in quo conturbatus fuerat oculus meus, & venter meus. Eram enim propter peccatum veluti proiectus

Ciuitas munita, protectio Dei.

θαι, μήτε ὑπὸ τῶν λόγοις πολεμούντων, μήτε ὑπὸ τῶν ἔργοις κατ' αὐτῶν μηχανωμένων. Καὶ ἀπὸ τῶν φοβουμένων σε τὰ μὲν ἔπαθλα κρύπτεις μέγιστα ὄντα, ἱδρῶσι δὲ καὶ ταλαιπωρίαις παλαίειν ἐᾷς. Καὶ γυμνοῖς δὲ ἔσθ' ὅτε τὰ βραβεῖα, θαρρύνων τοὺς ἀθλητάς. Οὐχ ἁπλῶς δὲ κρύπτεις τὴν χρηστότητα, ἀλλὰ τὸ πλῆθος, ἵνα μὴ βλαβῶσι, ταμιευόμενος αὐτοῖς τοῦτο, μέχρι γεγονότες ἐν ἀγάπῃ τελείᾳ ἔξω βάλωσι τὸν φόβον. Αὐτὰ δὲ τὰ κρυβέντα κατ' ἐνέργειαν, ἐφανέρωσας τοῖς πλείω τοῦ φόβου ἐλπίδα ἔχουσι, τοῖς τὸ λογικὸν καὶ κατ' εἰκόνα φυλάξασιν ἀδιάστροφον. Υἱοὺς δὲ αὐτῶν καλεῖ τοὺς μαθητὰς καὶ μιμητάς· ἀπόκρυφον δὲ τοῦ προσώπου, τὸ μὴ ἐφικτὸν νῦν πρὸς γνῶσιν, φανερωθησόμενον δὲ τότε. Τὸ δὲ παρὰ Παύλῳ γνωστὸν καὶ πεφανερωμένον, τὸ προνοητικόν. Τάχα δὲ ὁ Χριστὸς, πρόσωπον ὢν Θεοῦ, ἀπόκρυφον μὲν ἔχει τὸ κατὰ τὴν θεότητα, ἐμφανὲς δὲ τὸ κατὰ τὴν οἰκονομίαν. Τὸ δὲ, ἐν σκηνῇ, ἀντὶ τοῦ ὡς ἐν σκηνῇ, ἤτοι ὀχυρῷ περιβόλῳ. Ἀρκεῖ σου, φησὶν, ἡ ἐπιφάνεια μόνη πάσης ταραχῆς ἐξελέσθαι, καὶ μέσους ὑποληφθέντας, ὥσπερ τινὶ καλύψαι σκηνῇ, καὶ ἀφανεῖς ἀποφῆναι. Ἄλλος τὸ, ἔκρυψας, ἀντὶ τοῦ ἐφύλαξας, ἐπεὶ τὸ κεκρυμμένον φυλάττεται· ἢ ἀντὶ τοῦ ἐταμιεύσω· ἐξειργάσω δὲ, καὶ ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι. Τὸ δὲ, Κατακρύψεις ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου σου, τὸ πρόσωπόν σου, φησὶ, σκέπη τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σὲ γενήσεται. Ἢ ἀντὶ τοῦ, μεταξὺ θλίψεων καὶ συμφορῶν συλληφθέντας, τῇ προμηθείᾳ ἐκάλυψας, ὡς μηδὲν αὐτοῖς ἐγγίσαι τῶν χαλεπῶν.

κβ'. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ.] Τὸ ἐν πόλει, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐν πόλει. Πόλιν δὲ περιοχῆς, λέγει τὴν τετειχισμένην. Δοξάσουσί, φησι, πάντες τὸ ὄνομά σου, ὅτι οὕτως ἡμᾶς ἐφύλαξας, ὡς ἐν πόλει τετειχισμένῃ, τῇ βοηθείᾳ σου. Δι' ἐμὲ γὰρ ἐδοξάσθης, ὅτι μυρίων ἐπ' ἐμὲ πολεμίων συστάντων, καὶ δίκην μεγάλης πόλεως τὴν ἐμὴν ψυχὴν πολιορκεῖν πειρωμένων, ὁ ἐμὸς φύλαξ φραγμὸν μοι περιβαλὼν τὸ ἔλεός σου, θαυμαστὸν ἔδειξας. Τοιοῦτος δέ μοι γέγονας, ἐπειδὴ ἐταπείνωσα ἑαυτὸν ἐν τῇ γενομένῃ ἐκστάσει, καθ' ἣν ἐταράχθη ὁ ὀφθαλμός μου, καὶ ἡ γαστήρ μου. Διεκείμην γὰρ ὡς διὰ τὴν ἁμαρτίαν τῶν ὀ-

φθαλμῶν

φθαλμῶν σου ἀπέῤῥιψεις. ἀλλὰ σὺ ὁ εἰπὼν, Ὅταν στραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ, ἔτι μου λαλοῦντος εἰσήκουσας. Οὐχ οὕτω δὲ θαυμάζεται τὸ τοῦ θεοῦ ἔλεος ἐν πόλεσιν ἀνειμέναις, ὡς ἐν πόλει περιοχῆς. διὰ τὸ πλεῖον αὐτὸν εὐλογεῖν, τοὺς ῥυσθέντας ἐκ πλείονος περιστάσεως. Δηλοῖ δὲ νῦν ἡ ἔκστασις οὐ παραφροσύνην, ἀλλὰ τὸν δι' ἐκπλήξεως θαυμασμόν, ἐν ᾧ γεγονὼς, ᾤμην τῶν θείων ὀφθαλμῶν ἀπεῤῥίφθαι. ἀλλὰ σὺ ὁ φιλάνθρωπος οὐκ ἀπέῤῥιψας. Ἢ ἔκστασιν τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν ὀνειδισμόν, τὸν ἀπελπισμόν. οἷον, ἀπήλπισα, φησί, τῶν κατ' ἐμαυτόν, ἀπὸ τῆς εὐπραγίας εἰς συμφορὰν δυσπραγίας ἐκπεπτωκώς· ἀλλὰ διὰ τοῦτο εἰσήκουσας. τουτέστιν ἡ ἐμὴ παρ' ἐμὲ ἀπόγνωσίς σε πρὸς σωτηρίαν ἐξεκαλέσατο. ἀπὸ προσώπου δὲ, ἀντὶ τοῦ, μακρὰν ἔδοξα εἶναι τῆς ἐποπτικῆς σου δυνάμεως. Εἶτα τρέπει τὸν λόγον εἰς τὴν ἑτέρων παραίνεσιν, ἀφ' ὧν εὐηργετήθη, τοὺς ἄλλους ἐπὶ τὸ ἐξομολογεῖσθαι παρακαλῶν, μονονουχὶ λέγων, γνησίως τὸν θεὸν ἀγαπήσατε· τὰς γὰρ ὑποκρίσεις μισεῖ, ποθῶν ἀεὶ τὴν ἀλήθειαν. καὶ γνῶτε καιρὸν δικαίας ἀνταποδόσεως ἔσεσθαι τοῖς ἄγαν ἐπαιρομένοις. Τὸ ἑξῆς δὲ οὕτως, ἀνταποδίδωσι περισσῶς τοῖς ὑπερηφάνοις· ἵνα δείξῃ ὅτι πλέον πάσης ἁμαρτίας, ταύτην ὁ θεὸς βδελύσσεται τὴν παρανομίαν. Ἢ ἀντὶ τοῦ· φέρει καὶ μακροθυμεῖ ἐπὶ τοῖς μετρίως ὑπερηφάνοις, τοῖς δὲ περισσῶς τοῦτο ποιοῦσιν ἀνταποδίδωσι, τοῖς περισσῶς τυφουμένοις, τοῖς ἐξογκουμένοις πλέον τοῦ δέοντος. Τούτων οὕτως ἐχόντων πᾶς ὁ ἐπὶ τὸν θεὸν ἐλπίζων, ἀνδριζέσθω ἐπὶ τῇ ἐλπίδι, ὡς οὐ παροφθησόμενος.

ab oculis tuis. Verùm tu qui dixiſti, Quandocumque conuerſus ingemueris, ſalutem conſequeris, adhuc loquentem me exaudiſti. Non ſic in ciuitatibus diſſolutis miſericordia Dei mirificatur, vt in ciuitate munita; quoniam ij magis ipſi benedicunt, qui pluribus aduerſitatibus fuerint liberati. Ceterùm hic exceſſus haud mentis alienationem, ſed ſtuporis admirationem deſignat, in qua conſtitutus, me à diuinis oculis proiectum eſſe exiſtimabam: verùm tu, cùm benignus eſſes, non me reieciſti. Vel exceſſum vocat hic animi deiectionem, opprobrium, deſperationem. q. d. In me ipſo ſpem nullam habui, cùm è rebus proſperis in aduerſitatem incideram, attamen ideò me exaudiſti. Id eſt, mea de me ipſo deſperatio te ad ſaluandum me prouocauit: *à facie* autem, id eſt, procul à prouidentiæ tuæ virtutibus abeſſe videbar. Deinde ſermonem ad aliorum adhortationem transfert, pro beneficijs acceptis alios ad confitendum adhortans; tantùm non dicens, Sincerè Deum diligite; nam odit ſimulationes, deſiderans ſemper veritatem: & ſcitote tempus fore iuſtæ retributionis, valdè ſe extollentibus. Vti ſequitur, *Et retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.* vt nimirum oſtendat, Deum hanc iniquitatem præ ceteris peccatis deteſtari. Vel hoc modo, q. d. Tolerat quidem, & pœnam differt eorum qui moderatè extolluntur: verùm ijs qui hoc abundanter faciunt, retribuit; ſcilicet ſupra modum inflatis, & vltrà quàm decet tumeſcentibus. Quæ cùm ita ſe habeant, omnis qui in Deo ſperat, viriliter agat in ſpe, vt qui minimè deſpiciendus ſit.

COMMENTARIVS PATRVM.

Exceſſus quid.

Deus odit ſimulationes, & amat veritatem.

CATENA PATRVM.

6. ΜΗ ΚΑΤΑΙΣΧΥΝΘΕΙΗΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὡσεὶ ἔλεγε, μηδὲν τοῦ αἰῶνος μέρος καταισχυνθείην, ἀλλ' ἐφ' ὅλον ἀνεπαίσχυντος γενοίμην. τινὲς γὰρ μὲν ἀναστήσονται εἰς ὀνειδισμὸν καὶ αἰσχύνην. Τὸ δὲ ἑξῆς πεποιθότος ἐστὶν ἑαυτῷ ἡ φωνή. Οὐ γὰρ ταυτόν ἐστιν ἐλέῳ ῥυσθῆναι τῷ ἐν δικαιοσύνῃ. τὸ μὲν γὰρ ἐμφαίνει παῤῥησίαν, τὸ δὲ οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν. Τίς δὲ ἄρα ὁ θαῤῥῶν ἐπ' ἀκρόασιν τῶν ἑαυτοῦ λόγων καλέσαι τὸν θεόν, ὡς ὁ ταῦτα λέγων; Οὐχ οὕτως ἀπὸ πόνων, ὡς ἀπὸ

2. NON CONFVNDAR IN ÆTERNVM.] ORIGENIS. Quaſi dicat, Nullâ ſæculi parte confundar, ſed omnino expers ſim ignominiæ: nonnulli ſiquidem reſurgent ad opprobrium & confuſionem. Quod autem ſequitur, vox eſt ſibi confidentis. Non enim idem eſt miſericordiâ liberari, quod *in iuſtitia:* nam hoc indicat confidentiam; illud verò non ſecundùm meritum fit. Quis itaque Deum ad ſermones ſuos audiendos prouocare audeat, vt is qui hæc dicit? Non ſic à laboribus, ſicut à

Confidentia Dauidis quanta.

CATENA PATRVM.

malitia celerrimè petendum eſt, vt ab illa Deus nos eximat, antequam magis in eam immergamur. Ceterùm beati quoque finis adipiſcendi ſpe fretus, cùm oppugnaretur, petit iuſtitiâ Dei liberari. Et ne fortè clamor, inquit, noſter ad altitudinem tuam non pertingat, inclina aurem tuam ad me per condeſcenſionem, vt citò etiam annuas poſtulatis: niſi enim adiuueris, amictus mihi regius inutilis exiſtit.

3. ESTO MIHI IN DEVM PROTECTOREM.] THEODORETI. Hæc etiam in XVII. Pſalmo dixit, omnimodam Dei curam demonſtrans. Hoc autem *Fortitudo mea*, Aquila & Symmachus *petra mea*, interpretati ſunt.

Deo protegente ſecura omnia.

ORIGENIS. Deo nos protegente, quis nobis aduerſetur? Porrò protectore Deo vtimur, cùm angelicum auxilium non ſufficit. Modò autem illud, *Eſto mihi*, affectum denotat defendentis erga eum qui defenditur. Rogat verò vt etiam præſidium ſibi ſit, ab hoſtibus fugienti, atque cæleſti pane paſci.

4. PROPTER NOMEN TVVM.] THEODORETI. Illud, *Enutries me*, Symmachus, *curabis me*, dixit. Ait autem, Quoniam omnigenâ me prouidentiâ dignaberis, propter nomen tuum cui confiſus ſum. Porrò per omnia verba quæ explicata ſunt, modeſtiam eius animi didicimus. Non enim petijt ob propriam virtutem diuini auxilij compos fieri; verùm propter Dei nomen, & Dei iuſtitiam, & quoniam in ipſo ſperauit.

6. IN MANVS TVAS.] ORIGENIS. Hac ſententiâ etiam vſus eſt Saluator, cùm cruci affixus erat. Porrò *ſpiritum* Scriptura quandoque quidem mentem vocat: vt cùm hortatur virginem, vt ſancta ſit & corpore & ſpiritu. Aliquando verò animam, vt apud Iacobum: *Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt.* Nonnumquam verò conſcientiam animæ coniunctam intelligit, vt in illo, *Nemo ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus qui in ipſo habitat.* Quod autem propoſitum eſt, ſecundùm tres iſtos modos intelligetur. Porrò quaſi ab inimicis captus, à Deo ſe redemptum dicit.

Spiritus diuerſa ſignificatio. 1. Cor. 7, 34.

Iac. 2, 26.

1. Cor. 2, 11.

7. ODISTI OBSERVANTES

κακίας ταχύτατα αἰτητέον, ἵνα θεὸς ἐξέληται ἡμᾶς ἀπ' αὐτῆς, πρὶν ἐπὶ πλεῖον ἐν αὐτῇ βαφῶμεν. Ἀλλὰ καὶ ὁ τοῦ μακαρίου τέλους ἐλπίζων τυχεῖν, ἀξιοῖ πολεμούμενος, ῥυσθῆναι τῇ θεοῦ δικαιοσύνῃ. Καὶ ἐπεὶ μὴ φθάνῃ, φησὶν, ἡ ἡμετέρα κραυγὴ πρὸς τὸ σὸν ὕψος, κλῖνον τὸ οὖς σου πρὸς μὲ διὰ συγκαταβάσεως, ὅπως ἂν καὶ ταχέως ἐπινεύσῃς αἰτουμένοις· μὴ γὰρ σοῦ βοηθοῦντος, ἀνόνητος ἡ τῆς βασιλείας περιβολή.

γ΄. ΓΕΝΟΥ ΜΟΙ ΕΙΣ ΘΕΟΝ ΥΠΕΡΑΣΠΙΣΤΗΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταῦτα καὶ ἐν τῷ ιζ΄. ψαλμῷ εἶπε, τὴν παντοδαπὴν τοῦ θεοῦ κηδεμονίαν παραδηλῶν. τὸ δὲ Κραταίωμά μου, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, πέτρα μου, ἡρμήνευσαν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὑπερασπίζοντος τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; Θεοῦ δὲ ὑπερασπιστοῦ χρήζομεν, ἐὰν μὴ ἀρκώμεθα ἀγγελικῇ συμμαχίᾳ. Καὶ νῦν δὲ τὸ, γενοῦ μοι, σχέσιν δηλοῖ τοῦ ὑπερασπίζοντος πρὸς τὸν ὑπερασπιζόμενον. ἀξιοῖ δὲ καὶ φρούριον ἑαυτῷ γενέσθαι τοὺς ἐχθροὺς ἀποφεύγοντι, καὶ τὸν οὐράνιον ἄρτον τραφῆναι.

δ΄. ΕΝΕΚΕΝ ΤΟΥ ΟΝΟΜΑΤΟΣ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ διαθρέψεις με, Σύμμαχος, ἐπιμελήσῃ μου εἴρηκε. Λέγει δὲ, ὅτι παντοδαπῆς με ἀξιώσεις προνοίας, διὰ τὸ ὄνομά σου, ἐφ' ᾧ πέποιθα. Διὰ πάντων δέ γε τῶν ἑρμηνευομένων ῥητῶν, τὸ μέτριον αὐτοῦ τοῦ φρονήματος μεμαθήκαμεν. Οὐ γὰρ ἤτησε διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν τῆς θείας ἐπικουρίας τυχεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ ὅτι ἐν αὐτῷ ἤλπισε.

ϛ΄. ΕΙΣ ΧΕΙΡΑΣ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῷ παρόντι ῥητῷ καὶ σωτὴρ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πεπηγμένος ἐχρήσατο. Πνεῦμα δὲ ἡ γραφὴ ποτὲ μὲν τὴν διάνοιαν καλεῖ, ὡς ἐν τῷ, σπουδάζειν τὴν παρθένον ἁγίαν πνεύματι καὶ σώματι. Ποτὲ δὲ τὴν ψυχὴν, ὡς παρὰ Ἰακώβῳ, Ὥσπερ δὲ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστι. Ποτὲ δὲ συνεζευγμένον τῇ ψυχῇ συνειδὸς, ὡς ἐν τῷ, Οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐνοικοῦν ἐν αὐτῷ. Τὸ δὲ προκείμενον κατὰ τοὺς τρεῖς νοηθήσεται τρόπους. Ὡς ἁλοὺς δὲ παρὰ τῶν πολεμίων, ὑπὸ θεοῦ λελυτρῶσθαί φησι.

ζ΄. ΕΜΙΣΗΣΑΣ ΤΟΥΣ ΔΙΑΦΥΛΑΣΣΟΝΤΑΣ

ΤΑΣ ΜΑΤΑΙΟΤΗΤΑΣ ΔΙΑΚΕΝΗΣ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καθόλου πᾶς ματαιότητα φυλάσσων, διακενῆς τοῦτο ποιεῖ· ἤτοι τῷ ἀβέβαιον εἶναι, ἢ τῷ κενῶς καὶ περιττῶς γίνεσθαι τὴν ματαιότητα. μισητὴ δὲ οὖσα Θεῷ, μισητοὺς ποιεῖ τοὺς διαφυλάσσοντας. Ἢ καὶ οὕτω, Θεὸς ὢν ἀληθείας, χαίρει μὲν τοῖς αὐτῆς ἐρασταῖς, κατὰ τὸ, Ἀλήθειας ἐκζητεῖ κύριος. Ὡς δὲ ματαίους ἀποστρέφεται τοὺς τὸ ψεῦδος μεταδιώκοντας, ὁποῖον τὸ, ἵνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖτε ψεῦδος; ὃ δὴ μισήσας. Ἐγὼ δέ φησιν, ἐλπίζω μή σοι μάτην ἐμαυτὸν παρατίθεσθαι. Τὸ γὰρ τέλος τῆς σῆς ἐλπίδος χαρὰ καὶ εὐφροσύνη.

θʹ. ΚΑΙ ΟΥ ΣΥΝΕΚΛΕΙΣΑΣ ΜΕ ΕΙΣ ΧΕΙΡΑΣ ΤΩΝ ΕΧΘΡΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διδάσκει γὰρ ἱστορία, ὅτι πολλάκις καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, καὶ μέντοι καὶ ἐν τῷ σπηλαίῳ καθειρχθεὶς, τὰς ἐκείνου χεῖρας διέφυγε, καὶ ἄλλοτε τοὺς Γεθαίους παραπληξίαν σχηματισάμενος.

ιαʹ. ΗΣΘΕΝΗΣΕΝ ΕΝ ΠΤΩΧΕΙΑ Η ΙΣΧΥΣ ΜΟΥ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ταύτης δὲ τῆς ἐνδείας καὶ ἡ ἱστορία μέμνηται, καί φησιν, Ὀσεφεὶ ὁ τοῦ Ναὰς υἱὸς ὁ Ἀμμανίτης, καὶ Βερζελλεὶ ὁ Γαλααδίτης ἤνεγκαν πυροὺς, καὶ κριθὰς, καὶ ἄλευρα, καὶ κύαμον, καὶ φακὸν, καὶ ἕτερά τινα τῷ Δαβὶδ, καὶ προσήνεγκαν τῷ λαῷ, ὅτι ἔλεγον τὸν λαὸν πεινᾷν, καὶ ἐκλελύσθαι διψήσαντα ἐν τῇ ἐρήμῳ.

ιβʹ. ΕΓΕΝΗΘΗΝ ΟΝΕΙΔΟΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Λέγοιτο ταῦτα παρὰ τοῦ σωτῆρος, κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρόν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ ἐχθροὶ φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι τυγχάνοντες, οὐ μόνον οὐκ αἰσχύνονται, οὐδ' ὄνειδος ἔχειν δοκοῦσιν ἐφ' οἷς κακῶς πράττουσιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐναντίου σεμνύνονται, ὡς λεχθῆναι περὶ αὐτῶν, ὧν ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν. καυχῶνται δὲ ἐφ' οἷς ὀνειδιστέοι γίνονται. Ὁ δὲ αἰσθόμενος ἐν τῇ προειρημένῃ πτωχείᾳ ἑαυτὸν γεγονέναι, ὁμολογεῖ ὀνειδιστέον εἶναι, διό φησι, παρὰ πάντας τοὺς ἐχθρούς μου ἐγενήθην ὄνειδος, ἀλλὰ καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς πλησιάζουσί μοι κατὰ τὴν οἴκησιν, τουτέστι τοῖς ὁμοδοξοῦσιν. Οἱ θεωροῦντες, ἔξω ἔφυγον ἀπ' ἐμοῦ, τουτέστιν, οἱ μετ' ἐπιστάσεως προσβάλλοντές μοι, αἰσθόμενοι ἐξ οἵου πλούτου εἰς πτωχείαν ἔπεσον, εὐλαβούμενοι μὴ τὰ αὐτὰ πάθωσιν, ἔξω τῆς ἐμῆς καταστάσεως ἑαυτοὺς ἐδίδουν εἶναι. Ἀλλὰ καὶ σκεῦος

VANITATES SVPERVACVE.] EIVSDEM. Vniuerſim omnis qui obſeruat vanitatem, ſuperuacuè hoc facit; ſiue quòd inſtabilis ſit, ſiue quòd inaniter & ſuperuacaneè fiat ipſa vanitas. Cùm autem ſit odibilis, Deo etiam exoſos reddit eam obſeruantes. Vel etiam hoc modo, q.d. Cùm ſit Deus veritatis, gaudet etiam huius amatoribus, iuxta illud, *Veritatem requirit Dominus*. Tamquam vanos autem auerſatur eos, qui ſectantur mendacium, iuxta illud, *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* quod deteſtatur. Ego autem, inquit, ſpero me non in vanum tibi commendatum iri. Finis enim ſpei tuæ, eſt gaudium & lætitia.

CATENA PATRVM.

Vanitas Deo exoſos nos facit.

Verſ. 24.

Pſal. 4. 3.

9. NEC CONCLVSISTI ME IN MANIBVS INIMICI.] THEODORETI. Docet enim hiſtoria, ſæpius ipſum à Saüle comprehenſum, atque etiam cùm in ſpeluncam veniſſet, illius manus effugiſſe: & aliàs Gethæos, cùm amentiam ſimulaſſet. 1. Reg. 24.

11. INFIRMATA EST IN PAVPERTATE VIRTVS MEA.] EIVSDEM. Huius autem inopiæ etiam meminit hiſtoria, & ait: Oſephei filius Naas Ammonites, & Berzellai Galaadites attulerunt triticum, & hordeum, & farinam, & fabam, & lentes, & alia quædam Dauidi & populo, quoniam dixerunt populum eſurire, & ſiti in ſolitudine defeciſſe. 2. Reg. 17.

12. FACTVS SVM OPPROBRIVM.] EVSEBII. Hæc dicta ſint à Saluatore ſub tempus paſſionis.

ORIGENIS. Inimici mei, cùm ſint voluptatis magis quàm Dei amantes, non ſolùm non confundi & ignominiâ affici videntur propter ea quę malè agunt; ſed è contrà laudantur, adeò vt de ipſis dici poſſet, *Quorum gloria in confuſione ipſorum.* (Philip. 3. 19.) gloriantur in ijs, in quibus abominabiles facti ſunt. Is autem qui ad prædictam paupertatem ſe redactũ ſentiebat, fatetur ſe abominationi eſſe, vnde ait, *Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium:* quin etiam apud omnes appropinquãtes mihi per familiam, id eſt, qui idem mecum ſentiunt. *Qui viderunt me, foras fugerunt à me.* Id eſt, hi qui attentè me conſiderabant, expendentes ex quantis diuitijs ad paupertatẽ redactus ſim, veriti ne eadem ipſis euenirent; ſe ab hac ſorte mea eximere ſtudebãt. Quin etiam cùm olim

Dauid ab omnibus deſertus fuit.

vas

CATINA PATRVM. Verſ. 14.

vas pretioſum, & Domino vtile eſſem, adeò inutilis factus ſum, vt omninò perditus eſſe videar. *Quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.* Poſſit hæc & magiſter dicere, cùm vituperatur ab his qui ab ipſius parte eſſe videntur, dum ſe diſcere ſimulant, at per tranſennam tantùm ipſi ſe adiungunt, nec diſciplinis inhærent, quòd illis non immorentur.

ὢν πάλαι τίμιον, καὶ εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ, ἠχρειώθην οὕτως, ὡς ἀπολωλέναι δοκεῖν. Ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν παροικούντων κυκλόθεν. Εἴποι ταῦτα καὶ διδάσκαλος ψεγόμενος ὑπὸ τῶν δοκούντων περὶ αὐτὸν εἶναι, διὰ τὸ δῆθεν μανθάνειν, παροικούντων δὲ, καὶ μὴ ἐμμενόντων τοῖς μαθήμασι, τῷ μὴ κατοικεῖν ἐν αὐτοῖς.

19. Et dedvcantvr in infernvm.] Anonymi. Inſinuat autem impios deduci ad infernum inuitos: non enim dixit, *deſcendant*.

ιθ'. Καὶ καταχθείησαν εἰς ᾅδου.] Ἀνωνύμου. Ἐμφαίνει δὲ ὅτι οἱ ἀσεβεῖς κατήγοντο εἰς ᾅδου ἄκοντες· οὐ γὰρ εἶπε, Καταβήτωσαν.

Deus accommodat ſe captui noſtro.

20. Qvam magna mvltitvdo dvlcedinis.] Origenis. Non ſimpliciter abſcondit dulcedinem (videtur enim ex parte à timentibus eum) ſed *multitudinem*, hanc, ne lædâtur, recondit ipſis, donec in charitate perfecti foras eijciant timorem. Secundùm virtutem enim manifeſtauit ijs, qui metuunt eum timore tali, qui plus ſpei habeat. Hos enim appellat filios eorum, qui imaginem Dei & rationalem vim inuiolatam ſeruauerunt. *Abſconditum* verò *faciei* Dei, vocat id quod modò intelligere non valemus, manifeſtabitur autem quando videbimus eum ſicuti eſt. Huic autem occulto ſeu abſcondito, Paulus oppoſuit id quod *notum eſt Dei*, id eſt, opus creationis, quod manifeſtum eſt hominibus, ac prouidentiam. Fortaſſis etiam Saluator faciem Dei, ſcilicet omne quod ad diuinitatem ſpectat, abſconditum habet; manifeſtum verò id quod ad incarnationem. Cùm igitur Verbum caro factum habitauerit in nobis, abſcondimur in abſcondito faciei eius, viſuri ipſam, quando videbimus *gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti*. Porrò perſpicua prouidentiæ eius opera, dici quoque poſſent facies eſſe, quibus Deum imaginamur: abſconditum verò eius, arcanæ rationes, ſecundùm quas fiunt quæcumque fiunt, quas in rerum conſummatione cognoſcemus. *Conturbationem* autem *hominum* vocat doctrinas humanas, quibus inſtabiles conturbant, à quibus Deus [ſuos] abſcondit in abſcondito faciei ſuæ, iuxta modos omnes anteà recenſitos.

Abſconditum Dei quid.

Notum Dei quid.

Ioan. 1, 14.

Conturbatio hominum, pro doctrina humana.

κ'. Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου.] Ὠριγένους. Οὐχ ἁπλῶς κρύπτει τὴν χρηστότητα (ὁρᾶται γὰρ ἐκ μέρους τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν) ἀλλὰ τὸ πλῆθος, ἵνα μὴ βλαβῶσι, ταμιευόμενος αὐτοῖς αὐτὸ, μέχρι γεγονότες ἐν ἀγάπῃ τελείᾳ, ἔξω βάλωσι τὸν φόβον. Κατ' ἐνέργειαν γὰρ ἐφανέρωσεν αὐτοῖς φοβουμένοις τοῖς φόβου τὸ πλέον ἔχουσι τὴν ἐλπίδα. Τούτους γὰρ υἱούς φησι τῶν φυλαξάντων τὸ κατ' εἰκόνα καὶ λογικὸν ἀδιάφθορον. Ἀπόκρυφον δὲ τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ τὸ μὴ νῦν ἐφικτὸν εἰς γνῶσιν, φανερωθησόμενον δὲ ὅτε περ ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστι. Τῷ δὲ ἀποκρύφῳ Παῦλος ἀντιδιέστειλε τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τὸ δημιουργικὸν φανερωθὲν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸ προνοητικόν. Τάχα καὶ ὁ σωτὴρ πρόσωπον ἂν τοῦ Θεοῦ ἀπόκρυφον μὲν ἔχει, πᾶν τὸ κατὰ τὴν θεότητα· ἐμφανὲς δὲ τὸ κατὰ τὴν οἰκονομίαν. Ὅταν οὖν ὁ λόγος γενόμενος σὰρξ σκηνώσῃ ἐν ἡμῖν, κατακρυπτόμεθα ἐν τῷ ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου αὐτοῦ, ὀψόμενοι αὐτὸ, ὅταν ὀψόμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ δόξαν ὡς μονογενοῦς. Λέγοιτο δ' ἂν καὶ τὰ προφανῆ ἔργα τῆς προνοίας αὐτοῦ, πρόσωπον εἶναι, δι' ὧν Θεὸν φανταζόμεθα· ἀπόκρυφοι δὲ αὐτοῦ, οἱ ἀπόρρητοι λόγοι, καθ' οὓς γίνεται τὰ γινόμενα, οὓς ἐπὶ τέλει τῶν πραγμάτων εἰσόμεθα. Ταραχὴν δὲ ἀνθρώπων καλεῖ τὰ ἀνθρώπινα δόγματα, δι' ὧν τοὺς ἀβεβαίους ταράττουσιν, ἀφ' ὧν ὁ Θεὸς κατακρύπτει ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου αὐτοῦ, κατὰ πάντας τοὺς εἰρημένους τρόπους.

22. Benedictvs Dominvs.] Anonymi. Haud tantâ dignum eſt admiratione, cùm miſericordia Dei in tenuibus ciuitatibus apparet; quanta, quòd

κβ'. Εὐλογητὸς Κύριος.] Ἀνωνύμου. Οὐ τοσοῦτον θαύματος ἄξιον, ὅταν ἐμφαίνηται ὁ ἔλεος τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς ἠπλωμέναις πόλεσιν, ὅσον θαυμαστούμενος τότε, ὅταν

ἐν

ἐν πόλει περιοχῆς γένηται, ὡς καὶ διὰ τοῦτο εὐλογητὸν εἶναι.

κδ. ΑΓΑΠΗΣΑΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μιᾶς ἀληθείας οὔσης, τῆς εἰπούσης, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· πολλαὶ συνίστανται ἐν τοῖς μετέχουσι τῆς μιᾶς, ἑκάστης ψυχῆς ἀλήθειαν ἐχούσης, ἣν ἐδέξατο τύπον ἐκ τῆς μονογενοῦς ἀληθείας. Ἐπεὶ οὖν πάσας τὰς ἀληθείας ταύτας ἐκζητεῖ κύριος, καὶ τιμῆσαι διὰ ταύτας βούλεται τοὺς ἔχοντας αὐτάς. τούτου χάριν, οἱ ὅσιοι αὐτοῦ ἐκζητήσατε αὐτόν, οὐκ ἀμισθὶ καταλύοντες, ἐφ' ἧς ἔχετε ἀληθείας.

in ciuitate munita fiat, adeò vt propterea quoque Deus benedicendus ſit. ANNOTATIONES CORDERII.

24. DILIGITE DOMINVM.] ORIGENIS. Cùm vna ſit veritas quæ ait, *Ego ſum veritas*; multæ conſtituuntur in ijs qui de vna participant, cùm quælibet anima in ſe habeat veritatem, cuius figuram accepit ex Vnigenita veritate. Cùm itaque Dominus haſce omnes veritates requirat, etiam ob eas honorare cupit eos qui ipſas habent. Huius gratiâ, Sancti eius exquirite ipſum, non abſque mercede vita excedẽtes, ob eam quam habetis veritatem.

Ioan. 6. *Vna veritas Deus, ex qua multæ veritates deriuantur.*

ANNOTATIONES CORDERII.

IN titulo nihil eſt noui, niſi illa vox, *Ecſtaſis*; Græcè, ἐκστάσεως; Vulgata, *Pro ecſtaſi*. Theodoretus teſtatur illud verbum neque in Hebræo ſe, neque apud alios interpretes reperiſſe, ſed in aliquibus exemplaribus. S. Hieronymus quoque illam vocem non habet, neque in verſione ſua ex Hebræo, neque in Commentario. Scholion ex verbis Euſebij concinnatum, Τὸ ἐκστάσεως, μὴ κείμενον παρὰ τοῖς ἄλλοις προσετέθη τις, ὡς ἔοικεν, διὰ τὸ λέγεσθαι, Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου. Id eſt, *Illam vocem Ecſtaſis, minimè apud alios poſitam, addidit aliquis, vt videtur, propterea quòd dicatur, Ego autem dixi in exceſſu meo.* In aliquo codice eſt, Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ εἰς τέλος ἐκστάσεως, *Pſalmus ipſi David in finem ecſtaſeos.* Significat autem *ecſtaſis*, mentis exceſſum, cùm animus ita intendit in rem aliquam, vt quaſi corpus proprium deſeruiſſe videatur. Oritur autem iſte exceſſus, vel ex diuina reuelatione, quæ rapit mentem in arcanum aliquod intuendum; vel ex vehementi paſſione timoris aut amoris. Hoc autem loco videtur intelligenda ecſtaſis ex timore repentino & maximo, quo Dauid correptus fuit, cùm audiuit Abſalomum filium, & omnem populum contrà ſe conſpiraſſe. Quę hiſtoria habetur 2. Regum 15. Videtur autem ad litteram Pſalmus de Dauide fugiente perſecutionem Abſalomi intelligendus, vt Theodoretus & Euthymius volunt. Sed poteſt etiam ad Eccleſiam inter perſecutionum anguſtias gementem, accommodari, vt vult Bellarminus noſter.

Quid ſit ecſtaſis.

2. *In te Domine ſperaui, non confundar.*] Ratum quippe ac fixum tenebat, fieri non poſſe vt ſpes, quæ in Deum recumbit, nos fruſtretur. Nam, vt Apoſtolus ait, *ſpes non confundit.* Quâ cùm probè inſtructus eſſet Dauid, eam ſui ipſius diffidentia, & teſtimonium bonæ conſcientiæ, valdè roborabant, vt abſque vlla hæſitatione, cum certa impetrandi fiducia, ſuas ad Deum preces funderet. Rectè autem addit, *In æternum*, quia certum eſt ſpem, etſi aliquo interdum temporali prouentu fruſtretur, æternæ tamen ſalutis prouentu, niſi ipſa defecerit, numquam eſſe fruſtrandam. Petit autem liberari *in iuſtitia Dei*, pro qua Symmachus vertit, ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ, *in miſericordia.* Sed non inſolens in arcanis Prophetarum litteris, miſericordiam nomine *iuſtitiæ* intelligi. Sic Ieremias, qui diuinum iudicium animaduertebat plenum humanitatis, non dubitauit miſericordiam ipſam appellare *iudicium*. Sic enim ait: *Miluus in cælo cognouit tempus ſuum, populus autem meus non cognouit iudicium Domini:* hoc eſt, *miſericordiam*, vt docti exponunt: quæ tacitè ibi comparatur veris tempori amœniſſimo, quo natura omnis iucundiſſimè inſtauratur. Sed clariùs idem Propheta iudicium iræ diuinæ opponens, alibi ait, *Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo*, &c. Vbi liquidò conſtat, *iudicium* poni pro miſericordia, quæ delicta condonet, atque efficiat, ne peccator fulmine iræ diuinæ ex humanæ vitæ finibus exterminetur. Alia ſunt exempla non pauca in ſcriptis Prophetarum, non incognita S. Chryſoſtomo; qui locum illum Pſalmi illuminans, *Exaudi me in tua iuſtitia*, monet ibi *iuſtitiam* appellari φιλανθρωπίαν, *clementiam, humanitatem.* Nam apud homines quidem iuſtitia, inquit, pura eſt, & miſericordiâ ſpoliatur; apud Deum non itidem; ſed admixta ſemper iuſtitiæ eſt miſericordia: & verè tanta, ὡς καὶ δικαιοσύνην φιλανθρωπίαν καλεῖσθαι, *vt ipſa etiam iuſtitia vocetur miſericordia.* Sed Dauidi quidem id ſolemne eſt, qui miſericordiæ diuinæ vim erat ſcientiâ conſecutus. Quare de pijs diſputans, quod ait, *Et iuſtitiâ tuâ exultabunt*; alius Interpres apud S. Chryſoſt. vertit, τὰς ἐλεημοσύνας σου, *miſericordias tuas laudabunt*, quaſi *iuſtitia* idem planè quod miſericordia ſit in Deo.

Spes non confundit in æternum. Rom. 5, 5.

In Scripturis Iuſtitia pro miſericordia ſæpè accipitur.

Iere. 8, 7.

Iere. 10, 24.

Pſal. 142, 1.

Pſal. 144, 7.

Ceterùm Myſticè Origenes, Cyrillus & alij *iuſtitiam Dei* Filium ipſius accipiunt, *qui factus eſt nobis iuſtitia*, ſcilicet exemplo, merito, efficientiâ, ſiue productione illius in nobis. Ipſe enim eſt qui iuſtificat: quod quia gratis facit, iuſtitia eius *gratia* & *miſericordia* eius vocatur. Nota autem, iſta vltima verba verſiculi, καὶ ἐξελοῦ με, *& eripe me*, non haberi in Vulgata.

1. Cor. 1, 30. *Christus, iuſtitia noſtra eſt.*

3. *Accelera, vt eruas me.*] In feſtinatione magnitudo periculi oſtenditur, ac ſi diceret, mox de vita ſua conclamatum fore, niſi Deus auxilium acceleret. Et ſanè licet Deus velociſſimè occurrat; tamen tardus adhuc Dauidi videtur, & rogat vt moras rumpat. Tanto enim impetu homo corruit in interitum, vt Dei ad opem ferendam celeritatem ſuperare quodammodò videatur; &, niſi Deus ſe vrgeat, eum ſoſpitem inuenire non poſſit.

Magna vitæ breuitas & fragilitas celeri ope Dei indiget.

ANNOTATIONES CORDERII.

poſſit. Ita in hunc locum S. Auguſt. humanæ vitæ breuitatem nobis ob oculos ponens, his verbis: *Exauditur enim in hoc, quòd dicit, Accelera. Ad hoc enim poſitum eſt verbum, vt hoc totum, quod nobis videtur, quamdiu voluitur ſæculum, intelligas punctum eſſe. Non eſt diu, quod habet extremum. Ab Adam vſque ad præſentem diem peractum eſt, & multò vtique plus peractum eſt, quàm reſtat peragendum. Si adhuc viueret Adam, & hodie moreretur; quid ei profuiſſet tamdiu eſſe, tamdiu vixiſſe?* Ita S. Auguſt. qui locum hunc etiam explicat, ac ſi Dauid hîc potiſſimùm petat liberari à confuſione, quam à conſcientiæ propriæ ſtimulis, propter præcedens peccatum adhuc patiebatur. Ab hoc enim malo vnus tantùm Deus præſtare poteſt munimentum, ad quod hîc confugit, dicens: *Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt ſaluum me facias.* (Explicat S. Auguſt.) *Domus refugij tu mihi eſto, Deus protector, domus refugij. Aliquando enim periclitor, & volo fugere? Quò fugio? Ad quem locum tutus fugio? ad quem montem? ad quam ſpeluncam? ad quæ tecta munita? quam arcem teneam? quibus muris ambiar? Quocumque iero, ſequor me. Quidquid enim vis, potes fugere homo, præter conſcientiam tuam. Intra in domum tuam, requieſce in lecto tuo, intra in interiora: interiùs habere nihil potes quò fugias à conſcientia tua, ſi rodunt te peccata tua. Quis verò dixit, Accelera vt eximas me, & in tua iuſtitia erue me, vt dimittas peccata mea, & ædifices in me iuſtitiam tuam; tu mihi eris domus refugij, ad te confugio.* vnde ſubdit:

A conſcientia morſu ſolus Deus poteſt liberare.

4. *Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu.*] Aquila & Symmachus pro *fortitudo*, vertunt, *πέτρα μου, petra mea*; S. Hieronymus, *quoniam munitio mea, & fiducia mea es tu.* Hoc eſt, quia de meis viribus prorſus diffiſus, totam ſpem in te vno collocaui; idcircò non iam gratis, ſed ex debito fidelitatis, ex promiſſo, & quaſi iure iuſtitiæ tuum auxilium imploro. Hæc eadem humilis quiſque in neceſſitatibus ſuis ad Deum clamet: Mihi fugienti, tu Domine, petra es, in qua conſiſto; mihi trepidanti arx munitiſſima es, cuius protectionis muris cingor; mihi opem imploranti liberator es, cuius inuicta potentiâ defendor. Si infirmor, tu fortitudo mea; ſi deſeror, tu ſpes mea; ſi impugnor, tu ſcutum meum es, & ſalus mea, quem timebo? &c. Qua ratione autem Deus *fortitudo, refugium* & *protector* dicatur, ſuperiùs in Annotationibus ad Pſalmum 17. verſ. 2. & 3. explicatum eſt. Argutè autem in hunc locum Hugo de S. Victore: *Contraria*, inquit, *loqui videtur. Si enim timet, quomodo fortitudinem ſe habere dicit? Et, ſi non timet, quare refugium quærit? Sed mens humana inter ſpem & timorem conſtituta, dum fortitudinem adiutoris ſui conſiderat, de victoria præſumens, ſponte prouocat inimicum: cùm verò propriam infirmitatem ad memoriam reuocat, ſuperari metuens, quærit refugium.*

Qui in ſolo Deo ſpem habet, quaſi ex debito auxilium meretur.

5. *Quoniam tu es protector meus.*] In Græco eſt *ὑπερασπιστὴς*, id eſt propriè *armiger*, ſatelles clypeatus, lateris fortiſſimus ſtipator. Ita Saül cùm Dauidem vidiſſet *fortiſſimum robore, & virum bellicoſum*, &c. armigerum illum delegit, & vitæ ſuæ cuſtodem. Talem ergo diuinus Vates nobis adumbrauit Deum protectorem inclytum, cuius armis & inſuperabli defenſione vbique tegeretur. Sicut ipſe Deus Abrahamo ait, *Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum*; Gen.15,1.
in Hebræo eſt מָגֵן *maghen, Ego ſcutum tibi*; apud Septuag. *ἐγὼ ὑπερασπίζω σου, ego protego te*, obiecto hoſtibus validiſſimo clypeo meo.

Ὑπερασπιστὴς quid propriè. 1.Reg. 16, 18.

6. *In manus tuas commendo ſpiritum meum.*] Secundùm litteram precatur Deum, vt non ſinat ſe hoſtium inſidijs & laqueis capi; ſed vitam ſibi conſeruet, & incolumem periculis eripiat. Oſtendit autem luculenter, quantum in diuina prouidentia confidat, cùm ſuas omnes curas in eam exoneret, illique penitus acquieſcat, cuius fidei ac tutelæ vitam ipſam commendat. Quàm verò nihil de ſalute dubitet, ſequentia verba declarant, *Redemiſti me Domine Deus veritatis.* Quæ iam expertus erat gratiæ Dei documenta, in memoriam reuocat, certò perſuaſus; Deo vitam ſuam fore curæ, cuius iam pridem liberator extiterat. Atque huc pertinet epithetum *veritatis* quo Deum inſignit, ſignificans ſe tutò animam eius fidei concredere, qui non ſemel priùs illam ſeruauerat. Verſus hic pleniſſimus eſt piæ conſolationis, ideoque pijs omnibus cùm in vita, tum morte potiſſimùm, familiaris eſſe debet; vt per eum ſe ſuaque omnia, cum plena reſignatione, & intimo deuotionis ſenſu, benigniſſimo conditori ac redemptori animitus commendent. Vt autem horum verborum ſenſus & affectus cordi noſtro profundiùs hæreret inſculptus; ipſemet Seruator in ſalutifera cruce illa conſecrauit, & vltima eſſe voluit in quibus expiraret; ac Patri ſpiritum redderet. Vide hæc eleganter, piè ac fusè à Cardin. Bellarmino in aureo libello de Septem verbis Domini; & à Scribanio noſtro cap. 21. piarum in paſſionem Domini Exercitationum, ad deuotionem excitandam appoſitè explicata & illuſtrata.

Exemplo Dauidis anima Deo commendanda.

Chriſtus his verbis ſpiritum Patri commendauit.

7. *Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuè.*] Hic Hebræorum doctiſſimi qui in Deuteroſi familiam ducunt, aiunt intelligi diuinationem & magicen, quæ *vanitates* appellantur, quòd ſint ventoſæ profeſſiones, inaniſſimæ litteræ, mendaciſſimi euentus, & ludibriorum plena omnia, quorum nullum ſit emolumentum, fraus maxima, pernicies animorum certiſſima. Ita ſæpè in diuinis Litteris nomen *vanitatis* ſumi ſolet: vt in Cantico Ionæ, *Qui cuſtodiunt vanitates*; apud Ioan.2,9.
Septuaginta eſt, *φυλασσόμενοι μάταια καὶ ψευδῆ, qui cuſtodiunt vana & mendacia.* Pari modo doctiſſimus Plinius lib. 30. cap 1. vocat *magicas vanitates*, & rem illuſtrans paulò pòſt cap. 2. *fraudulentiſſimam artium*, quæ blandiſſima & delicatiſſima promiſſa iactet. Ceterùm iſtiuſmodi impoſturæ doctores & obſeruatores, Deo quidem veritatis quàm maximè exoſos eſſe, non eſt dubium. Sed cùm innumeræ propemodùm aliæ quoque ſint ſpecies vanitatum, quibus dæmon hominibus illudat, & eorum animas illaqueet; non videtur Propheta per obſeruatores vanitatis ſolos magos, ariolos, mathematicos, ac diuinos notare voluiſſe; ſed omnes planè cuiuſcumque demum vanitatis ſectatores perſtringere. Ita pulchrè ad hunc locum S. Auguſt. *Quis*, inquit, *obſeruat vanitatem? Qui timendo mori, moritur. Timendo enim mori, mentitur, & moritur antequam moriatur, qui ideò mentiebatur vt viueret. Mentiri vis, ne moriaris; & mentiris, & more-*

Magi & impoſtores Deo exoſi.

Omnes vanitates Deus odio habet.

Vanitas eſt vitam carnalem amare.

moreris: & cùm vitas vnam mortem quam differre poteris, auferre non poteris, incidis in duas: vt priùs in anima, poſteà in corpore moriaris. Vnde hoc, niſi obſeruando vanitatem? Quia dulcis eſt tibi tranſiens dies, quia dulcia ſunt tibi tranſuolantia tempora: vnde nihil tenes, & inſuper tu teneris. Sic ille. Porrò Hugo de S. Victore locum hunc de ſuperflua carnis cura exponit. *Quia vanitas eſt omnis caro. Quia iȷ etiam qui eam illicitè & ſuperfluè amando omni ſtudio & diligentiâ cuſtodiunt, eamdem à corruptione ſeruare non poſſunt. Quos nimirum odit Deus, quia dum nimis rem corruptibilem diligunt, ad amorem Dei incorruptibilem non aſſurgunt.* Quaſcumque ergo ſpes vanas nobis fingimus, quæ nos à Dei fiducia & obſequio retrahant, *vanitates* generaliter appellat Dauid, & quidem fallitatis & mendaciȷ; quia licet ad tempus magnificâ oſtentatione nos paſcant, tandem deludunt ac fruſtrantur. Itaque teſtatur Dauid ſe, abiectis vanitatibus, quas ad ſpes fabricandas imaginari homines ſolent, in ſolo Deo fiduciam omnem habere repoſitam. Sed heu nos miſeros, imò ſtultos inanis ſpei fabricatores, & fauoris humani aucupes, quantum ab hac ſolida Dauidis in Deum fiducia diſtamus! Cùm nobis ægrè eſt, ſæpè totum orbem cogitationum noſtrarum alis peruolamus; à rebus creatis ſolatiola mendicamus. Amicos, inimicos, in noſtri ſubſidium laceſſimus, opem omnium imploramus, ſolum Deum præterimus, aut omnium adimus vltimò, aut ſæpè nec adimus quidem rogando ſolatio. Quæ hæc inſania eſt, iuuari velle à quibus non poſſis? ab eo iuuari non cupere, à quo vno & poſſis & debeas? Non ſic Dauid, qui in ſolo Deo ſperauit, ad quem conuerſio eius, à quò & præſens in omni neceſſitate ſubſidium tulit. Quare meritò de Dei miſericordia quaſi gloriabundus exclamat:

Homines paſſim vana ſolatia quærunt, relicto Deo.

8. *Exultabo & lætabor in miſericordia tua.*] Sed quid, bone Dauid, vt ſperes in Domino, vt exultes in miſericordia eius, vel habes in te, vel aliundè adducis? *Quoniam* (ſubdit) *reſpexiſti humilitatem meam.* Suam videlicet vilitatem & miſeriam apponit, quæ diuinam inuitet, imò & quodammodò cogat miſericordiam. Habere enim (ſi liceat dicere) Dei miſericordia quamdam velut ſympathiam videtur cum miſeria, cum neceſſitatibus hominis, maximè ſi humilis ſupplexque ſit, vt ad eaſdem ſubleuandas quàm celerrimè ſemper aduolet. At S. Auguſt. in verbo illo, *humilitatem*, non vilitatem & miſeriam, ſed ipſam potiùs virtutem intelligit: quam vbi Deus in homine conſpicatur, feſtinatò ſuæ miſericordiæ donare præſidia conſueuit. *Quoniam reſpexiſti humilitatem meam; ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam.* vbi per reſpectum, allatæ ſibi opis effectum ſignificat. Id quod expendens S. Auguſt. *Vnde enim,* inquit, *facta eſt ſalua de neceſſitatibus anima tua, niſi quia reſpecta eſt humilitas tua? Niſi priùs humiliareris, non te exaudiret, qui te à neceſſitatibus liberaret.* Ergo quandocumque & quotieſcumque tibi malè eſt, humilia te ante omnia præpotenti Deo, patri miſericordiarum, qui ſaluare & poteſt & vult. Primus omnium gemitus, primæ querelæ & voces ad Deum eant: Deo expone cauſſam tuam, tua omnia ei concrede. Quid diſcurſas per orbem, & ante mendicorum tuguriola ſtipem emendicas? Ad diuitis illius ianuam procumbe, qui ſaluare poſſit animam tuam de neceſſitatibus, & de anguſtijs liberare. Vnde ſubdit:

Deus citò accurrit in ſubſidium humilis.

ANNOTATIONES CORDERII.

9. *Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.*] Ita nimirum Deus ex anguſta fornace tres pueros, Dan. 3.
ex anguſto ventre ceti Ionam, ex anguſto carce- Ion. 2.
re Ioſephum, ex imminente morte Suſannam, in Gen. 42. Dan. 13.
ſpatioſum amplumque libertatis campum eduxit, & ipſum Dauidem de manu Saülis & Goliæ cum gloria liberauit, & illos ipſos, quibus alioquin viribus longè inferior erat, in manu eius concluſit, quemadmodum Abiſai ad Dauid ait, *Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus* 1. Reg. 26,
tuas; loquens de Saüle dormiente, quem facilè 8.
poterat Dauid vitâ priuare. Commemoratis ergo priſtinis Dei erga ſe beneficijs, ſpem firmam concipit, è præſentibus, quibus tenebatur, anguſtijs, eiuſdem ope emergendi; quas ſequ. verſu, ad eamdem in ſe Dei miſericordiam efficaciùs commouendam exaggerat, cùm ita Deum ſupplex deprecatur:

10. *Miſerere mei Domine, quoniam tribulor.*] Quàm autem atrox fuerit iſta tribulatio, mox exponit: *Conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.* Quæ licet hyperbolicæ videri poſſent locutiones, iȷs tamen verè tribulationis ſuæ magnitudinem exprimit, ſignificans oculos ſuos, animam & ventrem cõtabuiſſe mœrore. Vnde apparet, eum nec leuiter, nec ad breue tempus, his malorum tormentis fuiſſe vexatum. Eâ certè manſuetudine præditus erat Dauid, vt non excandeſceret exiguo impulſu, neque triſtitiæ intemperantiâ ſe conficeret. Deinde ad mala toleranda pridem erat aſſuefactus. Ergo non niſi duriſſimè, imò incredibili modo afflictus, in tantas prorupit querelas. Quòd autem *iræ* meminit, ſenſum reddit ambiguum, an de ipſius, an verò de Dei ira intelligendum ſit. Sed magis probo, vt de diuina ira, ſiue effectu eius, ſcilicet de afflictione, quâ conturbabatur (prout in Commentario Græco ſuperiùs explicatum eſt) accipiatur. Cui expoſitioni ſubſcribit cum S. Auguſtino Bellarm. noſter; licet plures de Dauidis ira exponant. Pro *conturbatus eſt*, S Hieron. vertit, *caligauit*; aliȷ, *obtenebratus eſt oculus meus*; Caietanus ſcienter ex fonte hauriens, *tineauit ab ira oculus meus.* Nam vox Hebræa עשש *hhaſchaſch*, ſignificat *rodere*, more videlicet tineæ, quæ עש *hhaſch* nominatur ab eroſione. Itaque Pagninus vertit, *eroſus eſt præ indignatione oculus meus*, metaphorâ nimirum deſumptâ à ligno, in quo tinea ſeu vermis naſcitur, qui eius interiora corrodit: cui non abſimilis eſſe ira cognoſcitur, quæ mentem ſæuo dente tineæ in morem nocente erodit. Aquila vertit, ἠυχμώθη ἐν παροργισμῷ, *ſqualuit in irritatione*; Symmachus, ἐθολώθη διὰ παροργισμὸν ὁ ὀφθαλμός μου, *turbidus factus eſt propter irritationem oculus meus.* Quemad-
modum etiam Pſalmo 6. dixit, *Turbatus eſt à fu-* Pſal. 6, 8.
rore oculus meus. Significat ergo Dauid ſe ob ingentem afflictionem interiùs exteriuſque fuiſſe conturbatum, nec ita in conſtantia ferreum fuiſſe, quin etiam foras prorumperet eius dolor ob nimiam vehementiam & ardorem. Vnde colligimus, Sanctis durum ſæpè & arduum fuiſſe cum ſuis paſſionibus certamen, nec eorum patientiam fuiſſe immunitatem à triſtitia; ſed anxiè

Qualis fuerit Dauidis afflictio.

ANNOTATIONES CORDERII.

luctando, hoc tandem eſſe conſecutos, ne malorum multitudine penitus obruerentur.

11. *Quoniam defecit in dolore vita mea*, &c.] Conqueritur, quòd mœrore conſumptus, vitam & annos ſuos effluere ſentiat. S. Hieronymus ex Hebræo vertit, *conſumptæ ſunt in mœrore vitæ meæ*, vitas plurali numero vſurpans iuxta vim Hebræi vocabuli חַיִּים *chaym*; Symmachus, ἀνηλώθη, *conſumpta eſt*, &c. Hæc ſententia nulli veriùs quàm Chriſto conuenit, quem Iſaias vocat *virum dolorum*, *& ſcientem infirmitatem: quia verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit*. De quo & illud, *Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea*.

Iſaiæ 53.3.

Pſal.87,16

Ibidem. *Infirmata eſt in paupertate virtus mea.*] In Hebræo eſt, בַּעֲוֹנִי *babhauoni*, quod S. Hieron. interpretatur, *in iniquitate*; pro quo Septuaginta legiſſe videntur בְּעָנְיִי *babhoni*, id eſt, *in paupertate*; S. Auguſt. legit, *infirmatus eſt in egeſtate vigor meus*; Symmachus, διὰ τὴν κάκωσίν μου ἡ ἰσχύς μου, καὶ τὰ ὀστᾶ μου εὐρωτίασαν, *propter afflictionem meam, fortitudo mea, & oſſa mea putruerunt*. Atque his verbis iterùm non tam mollitiem ſuam, quàm malorum atrocitatem deplorat: neque regem puduit infirmitatem ſuam, cui remedium quærebat, ingenuè fateri. In Threnis eodem ferè ſenſu dicitur, *Infirmata eſt virtus mea*, hoc eſt, *vis, robur, fortitudo*. Vtilis autem valdeque neceſſaria eſt omnibus cognitio & conſideratio propriæ paupertatis & infirmitatis, vti pulchrè docet S. Gregorius lib. 34. Moral. cap. 2. & 3. quem conſulas licet.

Thren. 1, 14.

Propria paupertatis cognitio neceſſaria.

12. *Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium.*] Græcè, παρὰ πάντας; Aquila, παρὰ πάντων, *ab omnibus*; Hebraicè מִכָּל *micchol*, quod per ſe potiùs valet, *præ omnibus*: quomodo etiam lectio Septuag. verti poteſt, id eſt, vltra, ſupra, pluſquam omnes: quæ comparationis notio maiorem vim habet, & eam ſequitur S. Auguſtin. Apollinarius, ὑπὲρ πάντας, *ſuper omnes*; S. Hieronymus, *apud omnes hoſtes*. Quomodocumque legatur, ſignificat ſe paſſim omnibus, tam amicis, quàm inimicis exoſum fuiſſe. In cuius odij ſignum ſubdit:

Dauid in aduerſa fortuna, omnibus exoſus fuit.

Qui videbant me, foras fugerunt à me.] In Pſalterio Romano eſt *foris*; S. Hieronymus, *qui videbant me in plateis, fugiebant à me*. Hoc valet Hebræum בַּחוּץ *bachuts*, id eſt, *in platea*. Simili modo Iob conqueritur, *Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me: dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliti ſunt mei*. Id quod etiam Dauid hîc de ſe diſertè expreſſit, dicens:

Iob 19,13

13. *Obliuioni datus ſum, tamquam mortuus à corde.*] Id eſt, vt S. Hieronymus ibidem exponit, *Obliti ſunt me tamquam ſi fuerim iam defunctus*. Etſi enim quorumdam poſt mortem vigeat memoria apud ſuperſtites, ſæpiùs tamen contingit euaneſcere, quia nullum eſt viuis ampliùs in hoc mundi foro cum defunctis commercium. Facilè igitur mortui ex hominum memoria delentur, imò nihil citiùs ex animis euaneſcit. Sed illud magis dolendum, quòd, etſi mortuus aliquis interdum viuat in memoria hominum, nullus tamen in corde perſeueret, vti ſubtiliter ad hunc locum annotauit Caietanus: *Mortui*, inquiens, *etſi ſunt in recordatione noſtra, in lingua, in libris, in laudibus, in ſepulcris; numquam tamen in corde: vtpote, quibus nulla noſtri cordis affectio vtilis apparet*. Sunt tamen parentes dum viuunt, dum moriuntur, vſque adeò ſoliciti, vt opulenta filijs patrimonia relinquant; qui de corde ſtatim omnem affectum expellunt erga illos, à quibus & vitam & ingentia vitæ ſubſidia receperunt; nec tamen pro illorum animis è Purgatorio liberandis vllum vel precum, vel ſacrificij, vel eleëmoſynæ ſubſidium (vti pietatem filiorum decebat) meminerunt offerre. Summa itaque obliuio eſt, quam de mortuis habent viui; quæ ſcilicet tanta eſt, vt etiam filij obliuiſcantur parentum demortuorum, quos vbi ſepulcris condiderunt, æterna pariter obliuione ſepelire conſueuerunt.

Magna viuis mortuorum obliuio.

Filij etiam defunctorum parentum obliuiſcuntur.

Ibidem. *Factus ſum tamquam vas perditum.*] Idem confirmat ſimilitudine vaſis confracti & corrupti, quod ad nihil valet, niſi vt in ſterquilinium proijciatur, & conculcetur. His verbis extremam ſui deiectionem ſignanter notat, ac ſi dixiſſet, nullo iam loco vel numero ſe dignum cenſeri. Eleganter S. Paulinus epiſt. 3. locum hunc exponit de Chriſto, inſtar vaſis perditi effecto, vt noſtra vaſa per peccatum contrita deſtauraret. *Dominus*, inquit, *Ieſus Dei Verbum caro factus eſt, & habitauit in nobis: & vaſa fictilia noſtri corporis, voluntaria nobis prauitatis lubrico de ſuis manibus elapſa, & diuturnis contrita peccatis, vt in meliorem vſum figulus ipſe renouaret, aſſumpſit in ſemetipſo, factus & ipſe de noſtri corporis limo tamquam vas, vt ait, perditum, id eſt, in ſimilitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum.*

Dauid velut vas perditum effectus, ſimiliter Chriſtus.

Ioan.1,14.

Iere. 18,6.

Pſal. 30, 13.

Rom.8,3.

16. *In manibus tuis ſortes meæ.*] Græcè κλῆροί μου, ſic S. Auguſt. & Vulgata quoque habet. Et hanc lectionem agnoſcit Euſebius, Didymus, & alij multi, conſentientibus Pſalterijs, Arabico, Æthiopico, Apollinarij. Hebraicè eſt עִתֹּתָי *hhittotai*, id eſt, *tempora mea*; quomodo vertit S. Hieron. & Pſalterium Romanum. Dubitari autem poſſet, num fortaſſe ſimilitudo litterarum imponere imperito librario potuiſſet, vt pro καιροὶ poneret κλῆροι: ſed tantus auctorum ſuperiùs allatorum conſenſus contrarium perſuadet, præſertim cùm in libro Iudicum pro Hebræo כָּעֵת *cagheth*, id eſt, *ſecundùm tempus*, ſit in Græco, ὡς κλῆρος, *ſicut ſors*, vt eſt in Vaticano codice. Nam alij Græci codices habent, ὅτι οὐκ ἐπλημμελήσατε, *quoniam non deliquiſtis*; Complutenſes & Regij, κατὰ καιρὸν ὃν ἐπλημμελήσατε, *ſecundùm tempus, quo deliquiſtis*; Vulgata, *à veſtra parte peccatum eſt*. Forſitan autem (vt non malè conijcit Agellius) placuit Septuag. interpretibus κλῆροι, *ſortes*, & non καιροὶ, *tempora*, ponere; vt nimirum euerterent Gentilium fabulas de Parcis, Lacheſi, Clotho, Atropo, quæ fato quodam vitæ noſtræ ſpatia moderarentur. Dicebant enim illi ſpatia vitæ cuique ſorte obtigiſſe, & fato eueniſſe, quod illi λάχεσιν, hoc eſt *ſortitionem*, appellabant. Itaque Septuag. vt errorem illum tollerent, ſortitionem omnem dixerunt in manu Dei eſſe, viuendiq; ſpatia cuique ab illo diſtribui & finiri, ideoque κλῆροι dixerunt: non quòd temerè ſua cuique ſors eueniat; ſed quòd in manu Dei ſit illa ſortitio. Ac *ſortitio* quidem dicta eſt, quia cauſſam eius explorare non poſſumus. In *manu* verò Dei, quia in eius poteſtate vita noſtra. Theodoretus tempora vel ſortes, viciſſitudines rerum

Iud.21,22.

Non fato ſed Dei arbitrio, v momenti regimur

rerum interpretatur. Eius verba ſunt hæc: Σὺ διακληροῖς ὡς ἐθέλεις ἑκάστῳ, καὶ ἀθυμίας, καὶ εὐθυμίας, καὶ μεταβάλλεις ταῦτα πρὸς τὸ δοκοῦν. Καιροὺς γὰρ ἢ κλήρους καλεῖ τὰς τῶν πραγμάτων μεταβολὰς, πλοῦτον καὶ πενίαν, δουλείαν καὶ δεσποτείαν, εἰρήνην καὶ πόλεμον. *Tu ſortitò, vt vis, cuique tribuis, & mœrorem, & lætitiam; & hæc ipſa mutas vt libet. Tempora namque ſeu ſortes vocat rerum viciſſitudines, diuitias & paupertatem, ſeruitutem & dominatum, pacem ac bellum.* Euſebius, in manu Dei eſſe tempora ſua ſic intelligit, quaſi opportunitatem ſe vlciſcendi Deo permittat. Eius verba ſunt iſta: Ὁ Ἑβραῖος καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ καιροί μου εἶπον. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα νῦν οἱ ἐχθροί με κατισχύουσι, καὶ ὥσπερ καιρὸν ἔχοντες κατ' ἐμοῦ· ἀλλ' οἱ ἐμοὶ καιροὶ πεφυλαγμένοι εἰσὶν ἐν ταῖς σαῖς χερσί. *Hebræus & reliqui interpretes Tempora mea dicunt. Vt enim maximè nunc inimici mei aduerſum me præualeant, & tamquam tempus nacti ſint; at certè mea tempora in tuis manibus ſeruantur.* Id eſt, vitæ curriculum, vitæ termini, caſus & euentus mei, in manibus tuis, in tua prouidentia ſunt. Tu diſponis, regis, dirigis me, qui ad mea cæcus, quid mihi expediat, prorſus ignoro: vti nec præſcire poſſum, quæ mihi, cùm iacientur, ſortes ſint euenturæ. Quia ſicut nihil eſt ſorte incertius (quam proinde Euripides τύχης θυγατέρα, *fortunæ filiam*, & Tullius *fortunæ iudicium*, appellarunt) ita nihil & morte incertius inuenitur. Cùm ergo Dauid vitam ſuam, quibuſcumque tandem illam verſari modis contingat, inter omnes viciſſitudines poſitam ſemper eſſe ſub Dei manu agnoſceret; ſpem firmam concipiebat, eam è manu hoſtium circumdantium liberandam. Quia tamen adhuc afflictionum caligine obruebatur, luce quantocyùs conſolationis illuminari poſtulat, dicens:

Tempora & ſortes, pro rerum viciſſitudine.

Vitæ incertitudo non minor quàm ſortis.

17. *Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum.*] Id eſt, *Sic appareat* (exponit S. Auguſt.) *quod pertineo à te.* Quamquam enim non ignorabat Deum ſibi eſſe adiutorem, caligine tamen aduerſitatum obſcurari hanc notitiam ægrè ferebat. Quamobrem petit ſpeciali quopiam præſentis Dei auxilio, palàm omnibus fieri, ipſum ſibi adhuc propitium eſſe ac fauentem, quod in afflictionum caligine cernere non ita facile erat.

20. *Quàm magna multitudo dulcedinis tua Domine!*] Pro *dulcedine* in Græco eſt χρηστότης, *bonitas*, quemadmodum etiam & in Hebræo. Vnde Symmachus & Aquila vertunt, τί πολὺ τὸ ἀγαθόν σου; quod S. Hieronymus interpretatur, *Quàm multa eſt bonitas tua?* Id ipſum in caput vlt. Iſaiæ tranſtulit, *Quàm grandis multitudo bonitatis tuæ?* Hanc vident, qui habent oculos gratiæ luce illuminatos, luſcioſi & tenebriones peccatores non vident. Quare ſubdit Vates: *Quam abſcondiſti timentibus te.* Vult theſaurum eſſe diuinum altè defoſſum, vnde humiles exultique ſanctimoniâ infinitam opulentiam educant. Quod etiam ipſe hominum liberator Chriſtus ſanctâ lætitiâ exultans prædicabat, quòd videlicet illa cimelia bonitatis abſcondiſſet Deus à ſapientibus, & reuelaſſet paruulis. Enimuerò ad eandem quærendam, inueniendam, experiendam alio loco Dauid omnes inuitat, dicens: *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus.* q.d. Videte & experimini, quanta ſit, quamque immenſa Dei bonitas. Symmachus & Aquila legunt, ὃ ἔκρυψας ἀπέθου τοῖς φοβουμένοις σε, *quam abſcondiſti repoſitam timentibus te.* Simplex ſenſus eſt, Deum repoſuiſſe tamquam in arcanis theſauris, ac in tuto collocaſſe præſidia, & cetera beneficia his qui timent ipſum. Sic in alio Pſalmo dictum eſt: *De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.* Hoc eſt enim *manna abſconditum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit*, vt in Apocal. legimus. Hoc experiebatur, qui dicebat: *Secundum multitudinem dolorum meorum, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Et Apoſtolus: *Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.* In gratiam timentium Dominum, magnitudo dulcedinis, quæ ex paſſione Domini hauritur, abſcondita eſt; vt hi ſoli illâ fruantur, ſoli experiantur reconditam dulcedinem in diuite crucifixi paupertate latentem. Sciunt hoc timentes, ſciunt amantes Dominum, qui mille maiores voluptates è Dominicæ paſſionis meditatione, quàm quotquot ſæculum ſequuntur, ex omnibus corporum voluptatibus hauriunt. Hæc eſt contemplationis dulcedo, non omnibus peruia, ſed tepidis & inſtabilibus abſcondita: quam illi capiunt, qui aſſiduo labore & perſeuerantiâ, non aliter quàm pretioſum theſaurum effodiunt. *Perfeciſti eis qui ſperant in te; in conſpectu filiorum hominum.* Eam, inquam, dulcedinem in illis vſque ad perfectionem prouehit Dominus, quorum eſt palàm, & quaſi in conſpectu hominum, eam ſperare, id eſt, per indefeſſam orationis perſeuerantiam, ſe eius amatores dignos oſtendere. Quòd ſi igitur in tempore tribulationis tanta ſit dulcedinis multitudo in corde militantis; quanta erit tempore gloriæ in corde triumphantis?

Quanta ſit dulcedo abſcondita timentibus Deum.

Matth. 11, 25.

Pſal. 33, 9.

ANNOTATIONES CORDERII.

Pſal. 16, 14.

Apoc. 2.

Pſal. 93.

2. Cor. 7.

Dulcedo paſſionis abſcondita eſt à ſæcularibus.

Dulcedo contemplationis abſcondita.

21. *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ.*] S. Hieron. vertit, *in protectione vultus tui.* Declarat modum quo ſancti viri dulcedinem Dei etiam in ipſa tribulatione percipiunt: quod fit, cùm per amorem & contemplationem rapiuntur in Deum: pro quo mille grauiores, quàm ſuſtineant, afflictiones perferre parati ſunt. Et ſic in Deo refugij domum inueniunt; quam hoc ipſo Pſalmo ſuprà Propheta requiſiuit, dicens: *Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij.* vbi emphaticè Deum vocat protectorem; *quia* (vti animaduertit S. Hieron.) *multi ſunt dij nociui, multi domini qui non proſunt: nobis autem vnus Deus protector, tamquam proximus.* Deſerunt non rarò ſeruos & clientes ſuos domini ſæculares; at Deus protector eſt, *& refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione*: idque tam inſeparabili nexu amoris, vt homo ab iniurijs impeti nequeat, quin Deus iiſdem ſimul impetatur. Vnde fit, vt hi qui in Deo norunt deliteſcere, nihili faciant omnes tribulationes, ac ſi ad eos minimè pertinerent: *Abſcondes*, inquit, *eos* (videlicet timentes te) *in abſcondito faciei tuæ*. Sed quodnam iſtud eſt *abſconditum*, ſiue ſecretum diuini vultus, vbi abſconduntur iuſti? Declarat optimè ibidem S. Hieron. *Illuminatio*, inquit, *vultus tui teget eos, ne à malitia humana conturbentur.* Excepti nimirum à Domino viri iuſti, inter admirabiles diuini vultus ſplendores abſconduntur, quò tenebrarum cohors, vitia ſcilicet, vitioſique homines, immenſo illo lumine præſtricti, accedere nequaquam poſſunt. *Qui enim malè agit, odit lucem.* In hac ergo immenſa luce, quæ abſconditum

Pſal. 9, 10.

Ioan. 3.

dituum

ANNOTATIONES CORDERII.

ditum faciei Dei, & à S. Dionyſio *Caligo myſtica* nuncupatur, viri ſancti, tamquam in latibulo tutiſſimo & inacceſſo abſconduntur, & immunes fiunt *à conturbatione hominum*, id eſt, ab omni malo, quod homines conturbare ſolet. de quo ſtatu planè feliciſſimo vide plura in Myſtica Theologia S. Dionyſij, vbi illum explicuimus. Ceterùm ad litteram magnificè hoc elogio extollitur prouidentiæ Dei virtus, quòd ſola ad omne malorũ genus repellendum ſufficiat, ac radijs ſuis improborum omnium oculos perſtringat, manuſq; eneruet.

IBIDEM. *Proteges eos in tabernaculo.*] Vulgata & S. Auguſt. addunt, *tuo*; Symmachus, *ἐν σκέπῃ, in tegmine.* Pronomen autem *tuo*, nec eſt in Hebraico, nec in Græco textu, nec in Latinis quibuſdam codicibus, quos Ianſenius correctiores exiſtimat. Pulchrè ad hunc locum Bellarminus, *In tabernaculo*, inquit, *tuo*, id eſt, in te ipſo, in quo & tu habitas: Deus enim non habet aliam domum, ſiue aliud tabernaculum in quo capi poſſit, niſi ſeipſum: & qui per amorem & contemplationem in Deo habitant, Altiſſimum poſuerunt refugium ſuum, & non accedet ad eos malum, neque flagellum appropinquabit tabernaculo eorum. Proteguntur enim in hoc tabernaculo ab omni malo, non ſolùm factorum, de quo dictum eſt ſuperiùs, ſed etiam verborum, quod hîc dicitur, *A contradictione linguarum*: quia nihil curant ſermones hominum, qui Deum teſtem habent. Quòd ſi igitur facies Domini tam inſigne latibulum ſiue tabernaculum eſt hominibus timentibus Deum, dum per ſpeculum & in ænigmate cernitur; quid erit quando videbitur ſicuti eſt?

Deus non habet aliã domum, quàm ſeipſum. Pſal. 90.

Non curat ſermones hominum, qui Deum reſpicit.

22. *Mirificauit miſericordiam ſuam mihi in ciuitate munita.*] Symmachus, *ὁ θαυμαστώσας τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν ἐμοί, ὡς ἐν πόλει περιτετειχισμένῃ, qui mirabilem fecit miſericordiam ſuam in me, tamquam in ciuitate munita.* Sic me, inquit, ab hoſtium incurſu tutatus eſt, ac ſi in vrbe munita fuiſſem. Quem ſenſum nonnulli ex Hebræis probauerunt, & Euſebius quoque amplexus eſt, cuius hæc ſunt verba: *Μυρίων ἐπ' ἐμὲ πολεμίων συστάντων, καὶ δίκην μεγάλης πόλεως τὴν ἐμὴν ψυχὴν πολιορκεῖν πειρωμένων, ὁ ἐμὸς φύλαξ φραγμόν μοι περιβαλών, τὸ ἔλεος αὐτοῦ θαυμαστὸν ἔδειξεν. Multis hoſtium millibus in me conſpirantibus, & magnæ vrbis inſtar obſidere meam animam molientibus, ille meus cuſtos me tamquam vallo cinxit, & miſericordiam ſuam admirabilem oſtendit.* Cùm enim loquatur Dauid de auxilio diuino, quod in rebus confuſis & perditis repentè, & præter ſpem allatum erat, nota ſimilitudinis rectè ſubauditur; vt ſignificet, cùm ad omnes fortunæ ictus pateret, iniurijſque omnibus expoſitus foret, ſibi in hac nuditate, & humanæ opis inopia, pluris fuiſſe Dei auxilium, quàm vrbem benè munitam, vel inexpugnabile propugnaculum. Optimè autem hîc per *ciuitatem munitam* ſymbolicè exprimitur Dei protectio, vt nimirum præſidij eius robur vimque inuictam intelligamus. Ad quam alibi etiam ſuſpirat, dicens, *Quis deducet me in ciuitatem munitam?* Vbi ſimiliter, vt hîc, in Græco eſt *περιοχῆς*, *circumſtantiæ*, vt S. Hilarius vertit, quam videlicet muri, propugnacula turreſque muniunt & circumdant. Libens ego dixerim *ciuitatem περιοχῆς*, ſeu *circumſtantiæ*, eſſe vrbem fortiſſimâ arce præditam, in qua ipſe Rex Angelorum atque virtutum præſideat, ad ſecurum animæ præſidium & tutelam. Pſal. 59, 11.

Dei protectio eſt ciuitas munita.

23. *Ego autem dixi in ecſtaſi mea.*] Ita etiam S. Auguſt. legit è Græco, cùm Vulgatus habeat, *in exceſſu mentis meæ*; S. Hieronymus, *in ſtupore meo*; alij, *in feſtinatione*, vel *præcipitatione*. quod ad animi perturbationem referendum, quâ ſe præcipitem abreptum fuiſſe Dauid non diffitetur; Aquila vertit, *ἐν θαμβήσει μου, in trepidatione mea*; Symmachus, *ἐν τῇ ἐκπλήξει μου, in perculſione mea*; Apollinarius, *θαμβήσας ἐφάμην, obſtupeſcens dixi*. Vnde patet vehementem fuiſſe afflictionem, quæ virum tam conſtantem adeò conturbarit, & veluti è ſede mentis deiecerit; vt priſtinæ in Deum fiduciæ oblitus, putaret ſe ab eo negligi, vel, quod peius eſt, proijci. Verumtamen metu quidem perculſum nutaſſe aliquantulùm, ſed minimè euerſum fuiſſe hac tentatione Dauidis animum, ex contextu patet; quandoquidem mox addit exauditas fuiſſe ſuas preces. quod ſignum eſt ipſum feruente tentationis æſtu, ab ijs numquam deſtitiſſe; ſed per eas ſibi Deum repropitiaſſe, qui hoc armorum genere, ſi dictu fas ſit, expugnari amat.

IN PSALMVM XXXI. ARGVMENTVM.

Pſalmus ipſi Dauidi intelligentiæ.

Hic Pſalmus eumdem quoque ſenſum habet: nam hic etiam poſt peccatum editus eſt. Ceterùm propheticis oculis præuidens remiſſionem quæ per Spiritum ſanctum data erat; hos prædicat beatos, vt qui ſine labore peccatorum remiſſionem recipiant, & exordiens in hæc verba prorumpit:

α. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ συνέσεως.

Τῆς αὐτῆς διανοίας ἔχεται καὶ οὗτος ὁ ψαλμός· καὶ οὗτος γὰρ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐρρέθη. Τοῖς δὲ προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς προορῶν τὴν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος χορηγουμένην ἄφεσιν, μακαρίζει τούτους, ἅτε δὴ δίχα πόνων δεχομένους τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγήν, καί φησιν ἀρξάμενος τοῦ ψαλμοῦ·

PARAPHRASIS.

PARAPHRASIS PATRVM.

α. Μακάριοι ὧν ἀφείθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι.

β. Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν, οὐδέ ἐστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος.

Ὀδυρμοῖς, φησιν, ἐγὼ καὶ δάκρυσι θαμινοῖς διὰ τὴν ἁμαρτίαν προστετηκὼς, καὶ παντοδαπαῖς συμφοραῖς ταύτης χάριν περιεπεσών, ζηλωτοὺς ἐκείνους καὶ μακαρίους ἀποκαλῶ τοὺς ἀταλαιπώρως τῇ τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίᾳ, τῶν ἁμαρτημάτων δεξαμένους τὴν ἄφεσιν. Τοσαύτῃ γὰρ πρὸς αὐτοὺς κέχρηται τῇ φιλοτιμίᾳ, ὡς μὴ μόνον ἀφεῖναι, ἀλλὰ καὶ καλύψαι τὰς ἁμαρτίας, καὶ μηδὲ ἴχνη τούτων καταλιπεῖν.

γ. Ὅτι ἐσίγησα, ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἀπὸ τοῦ κράζειν με ὅλην τὴν ἡμέραν.

Ἡνίκα γὰρ τὴν ἁμαρτίαν εἰργάσατο, οὐ παραχρῆμα τοῖς τῆς μετανοίας φαρμάκοις ἐχρήσατο, ἀλλὰ μετὰ τὸν τοῦ Νάθαν ἔλεγχον. Τοῦτο τοίνυν ἐνταῦθα βοᾷ· ἐπειδὴ παραυτίκα, δεξάμενος τὴν πληγὴν, οὐχ ὑπέδειξα τὸ ἕλκος τῷ ἰατρῷ, ἀλλ' ἐσίγησα, κρύψαι τοῦτο πειρώμενος, κατεγήρασα βοῶν, καὶ τῆς ἁμαρτίας κατηγορῶν.

δ. Ὅτι ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐβαρύνθη ἐπ' ἐμὲ ἡ χείρ σου, ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν, ἐν τῷ ἐμπαγῆναί μοι ἄκανθαν.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ὀλοφύρομαι, φησι, καὶ ποτνιῶμαι, ταῖς παντοδαπαῖς παιδείαις καὶ τιμωρίαις βαλλόμενος. Οὐκ ἄδικος δέ σου ἡ παιδεία, φησὶν, ἀλλὰ καὶ μάλα δικαία. αἰτία γάρ μοι τῶν κακῶν ἡ ἁμαρτία, ἣν ἀντὶ σταφυλῆς μὲν ἐβλάστησα· κεντοῦμαι δὲ διηνεκῶς ὑπ' αὐτῆς, ὡς ἀκάνθης.

ε. Τὴν ἀνομίαν μου ἐγνώρισα, καὶ τὴν ἁμαρτίαν μου οὐκ ἐκάλυψα.

1. Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata.

2. Beatus vir, cui non * imputauerit Dominus peccatum, nec eſt in * ore eius dolus.

* *Vulgata* imputauit

* *Vulgata* ſpiritu

Lamentis, inquit, & lacrymis aſſiduis propter peccatum intabeſcens, & omnis generis calamitatibus idcircò circumdatus, felices illos ac beatos nuncupo, qui citra moleſtiam, Domini benignitate, peccatorum conſecuti ſunt remiſſionem. Tantâ ſiquidem in illos vſus eſt liberalitate, vt non ſolùm remittat, verùm etiam obliteret peccata, & neque veſtigia eorum relinquat. *Beati, quibus remiſſa ſunt peccata.*

3. Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem totâ die.

Quando enim peccatum illud perpetrauerat, non actutum pœnitentiæ remedijs vſus fuit; ſed poſt reprehenſionem Nathan. Hoc igitur hic exclamat: Quoniam acceptâ plagâ, non ſtatim medico vulnus oſtendi, ſed tacui, tentans illud occultare, conſenui vociferando, & peccatum accuſando. *Peccatum, ſtatim pœnitentiâ diluendum.*

4. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in ærumna *, dum configitur * mihi ſpina.

* *Vulgata addit* mea,

* *omiſit* mihi

DIAPSALMA.

Lamentor, inquit, & Deum obteſtor, omnis generis diſciplinis & ſupplicijs circumdatus. Verumtamen diſciplina tua, inquit, non eſt iniuſta, ſed admodum iuſta. Peccatum ſiquidem malorum mihi cauſſa eſt, quod loco vuæ protuli; ab hoc autem aſſiduò, quaſi ſpinâ quadam, pungor. *Peccatum, vt ſpina pungit.*

5. Delictum meum cognitum * feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi.

* *Vulgata addit* tibi,

Dixi,

PARAPHRASIS PATRVM.

* Vulg. Confitebor

* Vulg. peccati mei.

Dixi, * Pronuntiabo aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem * cordis mei.

DIAPSALMA.

Mox quidem atque peccaui, ſilui; verùm poſteà noctes atque dies me ipſe accuſaui. Ex hac verò accuſatione multum fructus collegi: dediſti namque mihi peccatorum remiſſionem.

6. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno.

Tempus opportunũ, eſt nouum Teſtamentum.

Tempus opportunum vocat noui Teſtamenti ſtatum, in quo in omni terrâ mariq́ue Dauidicis hymnis [fideles] Deum laudant. Hoc igitur hîc prædicit: quoniam non ſolus, inquit, ego pro hoc peccato tibi ſupplico, ſed & omnes quotquot diuinitatis cognitionem ſunt adepti. Videmur enim quodammodò ipſiuſmet Dauidis verba eloqui.

Verumtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

Oratio liberat à malo.

Qui ſtudioſam, inquit, deprecationem tibi offert, omne auxilium conſequetur; adeò vt, licet in diuerſas calamitates incidat, quæ veluti aquæ ipſum inundent, illas tamen ſuperet, atque calamitatum victor euadat.

7. Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me.

DIAPSALMA.

Cùm illa pro peccato dixiſſet, ſupplicat à malis propter hoc illatis liberari: & ſanè ab illo reſponſum acquirit.

8. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac quâ gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.

Exorbitantes reducit Deus, dum errorem agnoſcunt.

Exorbitantem, inquit, & errorem agnoſcentem, reducam iterùm in viam rectam, illiuſque tibi cognitionem indam: reſtituam verò tibi etiam priſtinam beneuolentiam. Hoc enim intelligit, cùm dicit, *Firmabo ſuper te oculos meos:* quod deſumptum ex metaphora eorum

Εἶπα, ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Εὐθὺς μὲν ἁμαρτήσας ἐσίγησα, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα τὴν κατ' ἐμοῦ κατηγορίαν, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν πεποίημαι. Ἐκ δὲ τῆς κατηγορίας μεγάλους ἐδρεψάμην τοὺς καρπούς· ἔδωκας γάρ μοι τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν.

ς'. Ὑπὲρ ταύτης προσεύξεται πρὸς σὲ πᾶς ὅσιος ἐν καιρῷ εὐθέτῳ.

Καιρὸν εὔθετον λέγει τῆς καινῆς διαθήκης τὴν πολιτείαν, ἐν ᾗ κατὰ πᾶσαν γῆν τε καὶ θάλασσαν, ταῖς τοῦ Δαβὶδ ὑμνῳδίαις γεραίρουσι τὸν Θεόν. Τοῦτο τοίνυν προαγορεύει καί φησιν, ὅτι οὐ μόνος ἐγὼ ὑπὲρ ταύτης ἀντιβολῶ σε τῆς ἁμαρτίας· ἀλλὰ καὶ πάντες, οἱ τὴν θεογνωσίαν δεξάμενοι. Καὶ γάρ πως ἐοίκαμεν τὰ τοῦ Δαβὶδ φθέγγεσθαι ῥήματα.

Πλὴν ἐν κατακλυσμῷ ὑδάτων πολλῶν πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐγγιοῦσιν.

Ὁ σπουδαίαν σοι προσφέρων τὴν ἱκετείαν, φησί, παντοδαπῆς ἀπολαύσει τῆς προμηθείας, ὥστε κἂν διαφόροις συμφοραῖς περιπέσοι, δίκην ὑδάτων πολλῶν περικλυζούσαις αὐτόν, περιγένεσθαι τούτων, καὶ κρείττονα δειχθῆναι τῶν λυπηρῶν.

ζ'. Σύ μου εἶ καταφυγὴ ἀπὸ θλίψεως τῆς περιεχούσης με· τὸ ἀγαλλίαμά μου, λύτρωσαί με ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἐκεῖνα περὶ τῆς ἁμαρτίας εἰρηκώς, ἱκετεύει τῶν διὰ ταύτην ἐπενεχθέντων ἀπαλλαγῆναι κακῶν· καὶ μέντοι καὶ τυγχάνει τῆς πρὸς αὐτὸν ἀποκρίσεως.

η'. Συνετιῶ σε, καὶ συμβιβῶ σε ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ πορεύσῃ· ἐπιστηριῶ ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου.

Ἐκτραπέντα, φησί, καὶ ἐπιγνόντα τὴν πλάνην ἐπανάξω πάλιν εἰς τὴν εὐθεῖαν ὁδόν, καὶ γνῶσιν σοι ταύτης ἐνθήσω· μεταδώσω δέ σοι καὶ τῆς προτέρας εὐνοίας. τοῦτο γὰρ εἶπεν, Ἐπιστηριῶ ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου, ἐκ μεταφορᾶς περὶ

των

τινων φιλικῶς διακειμένων, καὶ ἀποβλέπειν εἰς αὐτὸν ἐθελόντων διηνεκῶς.

θ´. Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις.

Ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις, τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ.

Ἐγὼ μὲν τοι, φησὶ, παραινῶ τὴν τούτων μὴ ζηλοῦν ἀλογίαν· εἰ δὲ μὴ πείθεσθε, δέξασθε χαλινὸν καὶ κημὸν τούτοις παραπλησίως. διὰ δὲ τούτου τὰς παιδείας δηλοῖ. οὗ χάριν ἐπήγαγεν·

ι´. Πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τὸν δὲ ἐλπίζοντα ἐπὶ κύριον ἔλεος κυκλώσει.

Οὕτω ταύτην τοῖς εἰσενεγκὼν τὴν εἰσήγησιν, ἐπὶ τὸν ἕτερον μεταβαίνει χορὸν, λέγων, τὸν δὲ ἐλπίζοντα ἔλεος κυκλώσει. Πάντες γὰρ ἄνθρωποι, κἂν τῆς ἀρετῆς καλλωπίζωνται κατορθώμασι, τῆς θείας προσδέονται χάριτος.

ια´. Εὐφράνθητε ἐπὶ κύριον, καὶ ἀγαλλιᾶσθε δίκαιοι, καὶ καυχᾶσθε πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.

Μηδεὶς τοίνυν ἐπὶ τοῖς οἰκείοις κατορθώμασιν, ἀλλ' ἐν κυρίῳ ἀγαλλιάσθω, καὶ τὴν ἐντεῦθεν θυμηδίαν καρπούσθω. τοῦτο δὲ ἔοικε τῷ ἀποστολικῷ, Οἱ καυχώμενοι, ἐν κυρίῳ καυχάσθωσαν.

qui benè ſunt erga aliquem affecti, & in ipſum reſpicere continuò volunt. PARAPHRASIS PATRVM.

9. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.

In camo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te.

Ego quidem, inquit, vos commoneo, ne ſtoliditatem illorum imitemini: ſi verò non obtemperetis, illorum more, camum & frenum accipietis. Per hoc autem diſciplinas ſignificat. Quapropter ſubiungit:

10. Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.

Poſtquam admonitionem iſtam illis ad hunc modum induxit, iam ad alterum chorum tranſit, dicens, *Sperantem autem miſericordia circumdabit*. Vniuerſi enim homines diuinâ gratiâ opus habent, quamuis ornati ſint virtutibus. *Dei miſericordia omnibus neceſſaria.*

11. Lætamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde.

Nemo igitur de ſuis rectè factis, ſed in Domino exultet, & hinc voluptatem capiat. Hoc autem conuenit verbis iſtis Apoſtolicis, *Qui gloriantur, in Domino glorientur.* 1. Cor. 10.

COMMENTARIVS.

α. ΜΑΚΑΡΙΟΙ ΩΝ ΑΦΕΙΘΗΣΑΝ ΑΙ ΑΝΟΜΙΑΙ.] Ἀνομιῶν καὶ ἁμαρτιῶν διαφορὰν εἶναί φασι τοιαύτην· ὅτι αἱ ἀνομίαι μέν εἰσι τῶν δίχα νόμου ἁμαρτανόντων, αἱ ἁμαρτίαι δὲ τῶν κατὰ παράβασιν νόμου κακουργούντων. Μακάριοι οὖν, φησὶν, ὧν ἀφίενται αἱ ἀνομίαι τῷ θείῳ λόγῳ ἄρτι προσερχομένων. Μακάριοι δὲ καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι, ὅταν παρακούσαντες τοῦ νόμου, ὕστερον μετανοήσωσι. Καὶ ἄφεσις μὲν ἐπὶ τῶν ἀνομιῶν, ἐπικάλυψις δὲ ἐπὶ τῶν ἁμαρτιῶν εἴρηται, τῷ τὰς ἀνομίας κυρίως ἀφίεσθαι (συγγνωστοὶ γὰρ οἱ δίχα νόμου ἁμαρτάνοντες) τῶν ἐπικρυπτομένων ἁμαρτιῶν, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀφιεμένων, ἀλλ' ἐξ ἀγάπης ἐπισκιαζομένων. ἀγάπη γὰρ καλύπτει

1. BEATI QVORVM REMISSÆ SVNT INIQVITATES.] Iniquitatū & peccatorum diuerſitatē hanc eſſe tradūt: quòd nimirum iniquitates ſint eorū qui ſine lege peccant; peccata verò illorum, qui per legis præuaricationē delinquunt. *Beati* igitur, inquit, *quorum remittuntur iniquitates*, cùm ad diuinū Verbum recens accedūt. Quinimò etiā beati, *quorum tecta ſunt peccata*, qui cùm legem non ſeruaſſent, poſtmodū pœnitentiam egerūt. Et remiſſio quidem iniquitatibus, tectio verò peccatis attribuitur: quòd nimirum iniquitates propriè remittantur (quoniā digni venia ſunt qui ſine lege peccauerunt) at peccāta tegantur, & non ſimpliciter remittantur, ſed à charitate obumbrētur. *Charitas enim operit multi-* 1. Pet. 4. 8.

Quæ ſit differentia inter iniquitates & peccata.

Quid ſit remitti, quid tegi peccata.

COMMENTARIVS PATRVM.

multitudinem peccatorum. Vtuntur quidem aliqui verbo, *remiſſæ ſunt*, in ijs qui ſalutare lauacrum in remiſſionem peccatorum ſuſceperunt; voce verò, *tecta ſunt*, in his qui pœnitendo peccata contexerunt. Sunt etiam, qui illud prius quidem accipiunt de fidelibus Gentibus; poſterius verò de his qui ex circumciſione Saluatori adhæſerũt. Illud autem *Cui non imputabit*, ſiue quòd remiſerit, ſiue quòd non habuerit. non enim dolus eſt in ore ſeu ſpiritu eius. Vtrumque enim ſcribitur, ſermone nimirum veritatem & innocentiam continente. Hoc etiam Saluatori ſecundùm incarnationem quadrare poſſit. Vel quoniam quilibet illuminatus per confeſſionem, ſeu exomologeſin, ac puram fidem, remiſſionem adipiſcetur; meritò dolum ſuſtulit: cùm quo ſi quis acceſſerit, præterquam quòd non abſoluatur, maius ſibi iudicium conſciſcit. Tamquam de futuro autem ratiocinio dixit, *Non imputabit*; ſiue quòd non imputentur quæ non ſint ex animi propoſito. Qui enim concupiſcit, iam mœchatus eſt.

Si vera confeſſio, ad peccati remiſſionem neceſſaria.

3. QVONIAM TACVI, INVETERAVERVNT.] Dixerit hoc etiam Ezechias confitens delictum ſuum tempore infirmitatis. Quoniam quando ceſſabam laudare te, & ſilebam beneficia tua, inueterauerunt oſſa mea, ſiue virtus mea defecit, & idcircò clamabam interdiu propter infirmitatis grauitatem. Vel hoc modo: Cùm, inquit, peccatum aggrederer, ſilebam. Poſtmodùm inueterauerunt oſſa mea, dum totâ die propter illud clamabam. Vel hoc etiam cum præcedentibus coniungendo ait, q. d. Ipſi quidem hoc modo beati; ego verò attritus ſum clamando, ita vt etiam impoſterum ſilere coactus ſim, animalibus viribus tabefactis. Pro quo Symmachus, *ſilui*; Theodotion autem, *laboraui*, interpretati ſunt: pro *Dum clamarem* verò, *dum lamentarer totâ die*. Affligebat enim ſemetipſum, propter maculam præcedentem. Siue, cùm peccaui, inquit, & plagâ acceptâ, non ſtatim vlcus aperui (nam poſt admonitionem Nathan, hoc demum fecit) inueteraui clamãs, & peccatum accuſans, ac veniam poſtulans *die ac nocte*: id eſt, continuum mihi erat ſupplicium, & plaga mihi grauis imminebat, vtpote à tali manu. Illud enim *Grauata eſt*, &c. ex metaphora poſuit eorum qui manu feriunt, & in hoc diu-

Peccatum ſilere in confeſſione malum eſt.

πλῆθος ἁμαρτιῶν. Χρῶνται δέ τινες τῷ μὲν ἀφείθησαν, ἐπὶ τῶν τὸ λουτρὸν τὸ σωτήριον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἐσχηκότων· τῷ δὲ, ἐπεκαλύφθησαν, ἐπὶ τῶν ἐκ μετανοίας ἐπικρυψάντων τὰ ἁμαρτήματα. Εἰσὶ δὲ οἱ λαμβάνουσι τὸ μὲν πρότερον, ἐπὶ τῶν πιστευόντων ἐθνῶν· τὸ δὲ δεύτερον, ἐπὶ τῶν ἐκ περιτομῆς τὸν σωτῆρα προσκειμένων. Τὸ δὲ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται· ἤτοι τῷ ἀφιέναι, ἢ τῷ μὴ ἐσχηκέναι. οὐ γὰρ δόλος ἐν στόματι ἢ πνεύματι. Ἀμφότερα γὰρ γράφεται, τοῦ λόγου ἀληθῆ καὶ ἀκατάγνωστον ἔχοντος. Τοῦτο δὲ καὶ τῷ σωτῆρι κατὰ τὴν οἰκονομίαν ἁρμόσειεν. Ἢ ἐπείπερ ἕκαστος τῶν φωτιζομένων, δι᾽ ὁμολογίας, ἤτοι ἐξομολογήσεως, καὶ πίστεως καθαρᾶς τῆς ἀφέσεως τεύξεται, εἰκότως ἀνεῖλε τὸν δόλον· μεθ᾽ οὗ τις προσιὼν πρὸς τῷ μὴ ἀφεθῆ, καὶ κρίμα μεῖζον λαμβάνει. ὡς ἐπὶ λογοθεσίου δὲ μέλλοντος τὸ, μὴ λογίσηται, ἢ οὐ λογίζονται ὅσα μὴ κατὰ προαίρεσιν. Ὁ γὰρ ἐπιθυμήσας, ἐμοίχευσεν.

γ΄. ΟΤΙ ΕΣΙΓΗΣΑ ΕΠΑΛΑΙΩΘΗ.] Εἴποι τοῦτο καὶ Ἐζεκίας ἐξομολογούμενος τὸ οἰκεῖον πλημμέλημα, ἐν τῷ τῆς ἀρρωστίας καιρῷ. Ὅτι ὅτε ἐπαυσάμην ὑμνῶν σε, καὶ ἐσίγησα τὰς εὐεργεσίας, ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἤτοι ἡ δύναμίς μου ἐξέλιπε, καὶ διὰ τοῦτο ἔκραζον τὴν ἡμέραν διὰ τὴν τῆς ἀρρωστίας βαρύτητα. Ἢ οὕτως· Ὅτι, φησὶν, ἐναρχομένης τῆς ἁμαρτίας ἐσίγησα. Μετὰ ταῦτα ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἀπὸ τοῦ πᾶσαν ἡμέραν περὶ αὐτῆς κράζειν. Ἢ καὶ τοῦτο συνημμένως τοῖς ἄνω, ἵν᾽ ᾖ, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν οὕτω μακάριοι· ἐγὼ δὲ κατατέτριμμαι κράζων, ὡς καὶ σιγῆσαι λοιπὸν, ἐξατονησάσης τῆς ψυχικῆς δυνάμεως. ἀνθ᾽ οὗ ὁ Σύμμαχος, ἀπεσίγησα· ὁ δὲ Θεοδοτίων, ὅτι ἐκοπίασα, ἡρμήνευσαν· ἀντὶ δὲ τοῦ, ἀπὸ τοῦ κράζειν, ἀπὸ τοῦ ὀδύρεσθαι πᾶσαν τὴν ἡμέραν. Κατέτρυχε γὰρ αὐτὸν, διὰ τὴν προβᾶσαν κηλίδα. Ἢ ἐπεὶ ἁμαρτήσας, φησὶ, καὶ δεξάμενος τὴν πληγὴν, οὐκ εὐθὺς τὸ ἕλκος ὑπέδειξα (μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Νάθαν παραίνεσιν τοῦτο πέπραχε) κατεγήρασα βοῶν, καὶ τῆς ἁμαρτίας κατηγορῶν, καὶ συγγνώμην αἰτῶν τὸ δὲ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀντὶ τοῦ, συνεχὴς ἦν ἡ κατ᾽ ἐμοῦ τιμωρία, καὶ ἡ πληγὴ βαρέως ἐπικειμένη, ὡς ἀπὸ τῆς τοιαύτης χειρός. τὸ γὰρ ἐβαρύνθη, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν χειρὶ παιόντων, καὶ ἐπιμενόντων μέχρι πολ-

λοῦ,

λοῦ τέθεικεν. Ἐταλαιπώρησα δέ, φησιν, ἐμπαγείσης μοι τῆς ἁμαρτίας. Ἄκανθαν γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἁμαρτίαν εἶπεν, ἐπεὶ πρὸς ὀλίγον νύξασα πάλιν ἀφῃρέθη. Ἄλλος. Ἐν πολλοῖς ἡ κολαστικὴ δύναμις τοῦ θεοῦ, χεὶρ ὠνομάσθη, ἣν βαρέως ἐπικεῖσθαι αὐτῷ λέγει, καὶ συνεχῶς διὰ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολήν. Τὰς δὲ βιωτικὰς μερίμνας, καὶ ἡδονάς, καὶ ἀπάσας ἀκάνθας ὠνόμασεν ὁ σωτήρ. Τοιαύτη τις ἄκανθα περιπαρεὶς, εὐθέως ταλαιπωρεῖ, ἀντὶ τοῦ, οἰκτρὸν ποιεῖ καὶ ἐλεεινόν. Τὸ ἐμπαγῆναι δὲ τὴν ἄκανθαν, δείκνυσιν ἔξωθεν ἐπεισιέναι τὴν ἁμαρτίαν, ὑφ᾽ ἧς νυττόμενος ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν, τὴν διὰ μετανοίας, καὶ τῆς ὑπὸ κυρίου παιδευτικῆς νουθεσίας.

ε΄. Την ανομιαν μου εγνωρισα.] Ὥσπερ, φησίν, ἁμαρτήσας ἐτιμωρήθην, οὕτως ἐπιγνοὺς ἐσώθην. Ἅμα γὰρ εἶπα, ἐξαγορεύσω ἀντὶ τοῦ, μόνον ἐβουλευσάμην τὸ ἐξομολογήσασθαι, καὶ τὴν ὁμολογίαν ἔφθασεν ἡ συγχώρησις. Δείκνυσι δὲ διὰ τούτου τὸ τάχος τῆς θείας φιλανθρωπίας. Ἢ οὕτως, ἐν ὅσῳ τις ἁμαρτάνειν βούλεται, κρύπτει τὴν ἁμαρτίαν· μισῶν δέ, φανερὰν ποιεῖ δι᾽ ἐξομολογήσεως τῷ δυναμένῳ ἰάσασθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν ταύτῃ κατάλληλον ἀνομίαν. Πᾶς γὰρ ὁ ἀνομῶν ἁμαρτάνει, οὐ παντὸς ἁμαρτάνοντος ἀνομοῦντος. Δύναται δὲ καὶ ἐκ παραλλήλου εἰρῆσθαι, διὰ τὸ πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ. Ἐκ περιουσίας δὲ τῷ μετανοοῦντι, καὶ τῆς καρδίας ἀσέβειαν ἀφίησιν ὁ θεός. Ἀσέβεια δὲ καρδίας, ἡ συμβαίνουσα τοῖς πολλοῖς, δυσαρέστησις τῆς προνοίας, ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἀνωμαλίας. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἀκριβέστερον, ἵνα σύ, φησιν, ἀφέλῃς τὴν ἀσέβειαν τῆς ἁμαρτίας μου. Οὐ γὰρ ἀφῆκε πᾶσαν τῷ Δαβὶδ τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ τὸ ὑπερβάλλον, τὴν ἀσέβειαν, ἵνα ἀξίως κολασθῇ. Καὶ δῆλον ἀφ᾽ ὧν ἐπανέστη αὐτῷ Ἀβεσσαλών, καὶ ἄλλα πλεῖστα συμπτώματα· ἠπείλησε γὰρ διὰ τοῦ προφήτου ἐμπλήσειν συμφορῶν τὸν αὐτοῦ οἶκον.

ς΄. Υπερ ταυτης προσευξεται.] Ὑπὲρ ταύτης, δηλαδὴ τῆς ἀφέσεως, τῆς ἐμοὶ γενομένης. Διὰ γὰρ τὸν σὸν ἔλεον, καὶ τὴν εἰς ἐμὲ γενομένην φιλανθρωπίαν, πᾶς ὅσιος εὔελπις ἔσται τῆς ὁμοίας παρὰ σοῦ τυχεῖν, εἴ ποτε αὐτῷ γένοιτο ὡς ἀνθρώπῳ σάρκα περικειμένῳ τοιοῦτόν τι σφάλμα. Ἢ ὑπὲρ

tius perſeuerant. Ceterùm, inquit, miſer factus ſum, dum infigitur mihi peccatum. *Spinam* enim hîc peccatum appellauit: quoniam poſtquam paululùm pupugit, rurſum ablatum fuit. Alius. Multis in locis vis vindicatiua Dei, manus appellata eſt, quam grauiter ſibi imminere dicit; idque aſſiduè propter mutationem in peius. Sæculares autem curas ac voluptates, ſteriles etiam *ſpinas* Saluator nominauit. Talis autem ſpina cùm ſit penetrans, ſtatim lædit, id eſt, miſerum efficit ac miſerabilem. Porrò ſpinam infigi, declarat deforis peccatum irrepſiſſe; à quo ictus, *conuerſus ſum in ærumnam*, quæ fit per pœnitentiam, & diſciplinæ Domini correptionem.

Commentarius Patrvm.

Peccatum, vt ſpina pungit.

5. Delictvm mevm cognitvm feci.] Quemadmodum, inquit, peccans punitus ſum; ita crimen agnoſcens, ſaluatus ſum. Simul enim vt dixi *Confitebor*, id eſt, cùm ſolùm cogitarem de confeſſione, hanc ipſa condonatio anteuertit. Per hoc autem diuinæ clementiæ promptitudinem demonſtrat. Vel hoc modo, q. d. Dum aliquis peccare cupit, peccatum abſcondit; dum verò illud odit, per confeſſionem manifeſtat iſti qui mederi poſſit, vti & iniquitatem ipſi reſpondentem. Omnis enim qui iniquè agit, peccat; cùm tamen non omnis qui peccat, iniquè agat. Quamquam etiam viciſſim dici poſſet; eò quòd omnis qui facit peccatum, faciat etiam iniquitatem. Abundè autem pœnitenti ipſam quoque cordis impietatem Deus remittit. Porrò cordis impietas, quæ plurimis accidit, eſt diſplicentia prouidentiæ; quæ ex rerum inæqualitate concipitur. Symmachus autem accuratiùs, *Vt tu*, inquit, *auferas impietatem peccati mei*. Non enim dimiſit Dauidi omne peccatum, ſed eius exceſſum, ſcilicet impietatem; vt pro merito puniretur. Hoc ex eo quòd Abſalom aduerſus ipſum inſurrexerit, & ex pluribus alijs caſibus colligere eſt: Deus enim per Prophetam illi minabatur, ſe domum eius calamitatibus repleturum.

Deus promptius ad ignoſcendum pœnitenti.

6. Pro hac orabit.] Pro hac, videlicet remiſſione, quæ mihi facta eſt. Propter tuam enim miſericordiam clementiamq; mihi exhibitam, omnis ſanctus ſpem bonam concipiet ſimilia à te impetrandi, ſi quando ipſi, tamquam homini carne circumdato, iſtiuſmodi aliquis lapſus acciderit. Vel pro hoc

Dauid omnibus exemplum factus pœnitentiæ, & remiſſionis peccati.

COMMENTARIVS PATRVM.

hoc peccato quilibet ſanctus te orabit. Duo autem per hoc ſignificat, nempe, vel quòd omnibus exemplum erit pœnitentiæ; vel magis propheticè, quòd Pſalmum hunc Eccleſijs tradiderit, & per hunc quodammodo ſit pro ſe omnia deprecatus. Vel vult ſignificare, omnem ſanctum, Deoq; addictũ, ſtatim pro peccato ſuo deprecari, & veniam petere debere: quare etiam appoſuit illud, *In tempore opportuno.* Delicti autem tempus opportunum eſt, ipſa ſtatim poſt peccatum confeſſio; vel eius quæ ſecundùm cor eſt, impietatis intelligit. Etſi enim ab actibus, non certè omnino à ſpurcis cogitationibus viri ſancti puri ſunt, pro quibus in tempore opportuno deprecantur, etſi ab opere ceſſarint. Nemo enim corpus vulneribus refertum habens, pro vlcerum curatione medicum rogabit: neque pro puritate, qui ſpurca patrat; ſed omnis ſanctus. In eo autem *Verumtamen in diluuio,* aiunt vocabulum *verumtamen,* ſuperfluum exiſtere. Porrò vocem illam ſignificare velle, quòd nimirum is qui tali veniâ dignus eſt habitus, licet in multis calamitatibus verſetur, quibus quaſi aquis obruatur, ſuperior tamen euaſurus ſit; &, quod mirandum eſt, cùm ijs ſit circumdatus, non habiturus calamitates ſibi appropinquantes. Symmachus autem ſic, vt inundantes aquæ ad ipſum non perueniant. Vult autem ſignificare, q. d. Omnis ſanctus, qui per Pſalmum quinquageſimum quodammodò pro me orat, etiam pro ſeipſo oraturus eſt, ne ſimilibus malis capiatur, ſcilicet tentationibus. Solet enim Scriptura tentationes aquis comparare: vt in illo, *Libera me, & eripe me de aquis multis.* Subiungit enim, explicans quid ſint aquæ illæ, *De manu,* inquit, *filiorum alienorum.* Vel etiam ſic, q. d. Ex ijs quæ mihi accidunt, omnis ſanctus exemplum accipiens, orabit; fiduciam in ſimili occaſione conſtitutus ſumendo; & ipſum exaudiens, à circumdantibus calamitatibus liberabis, cùm ſuper te petram domum ſuam collocarit, adeò vt ad ipſum nulla moleſtia acceſſum habeat. Symmachus, *Pro hoc,* inquit, *deprecabitur:* id eſt, propter hoc, ne inundantes aquæ ad ipſum appropinquent.

Velox confeſſio eſt tempus opportunum peccatori.

Calamitates aquis comparatæ.

Pſal. 143, 7.

Omnis ſanctus, exemplo Dauidis orans, liberatur à malo.

7. EXVLTATIO MEA, ERVE ME.] Cùm illa de peccato dixiſſet, obſecrat à malis ipſum comitantibus liberari.

ταύτης τῆς ἁμαρτίας ἱκέτης τὴν ὁσίαν σοι δέξεται. Δύο δὲ διὰ τούτων σημαίνει· ἢ ὅτι ὑπόδειγμα πᾶσι μετανοίας ἔσται· ἢ προφητικώτερον, διὰ τὸ παραδεδόσθαι ταῖς ἐκκλησίαις τὸν ψαλμόν, καὶ τρόπον τινὰ ὑπὲρ αὐτοῦ πάντα εὔχεσθαι διὰ τοῦ ψαλμοῦ. Ἢ βούλεται εἰπεῖν, ὅτι χρὴ πάντα ὅσιον, καὶ θεῷ ἀνακείμενον, εὐθὺς ὑπὲρ τῆς πλημμελείας προσεύχεσθαι, καὶ ζητεῖν ἄφεσιν. διὸ καὶ τό, ἐν καιρῷ εὐθέτῳ προστέθεικεν. Εὔθετος δὲ καιρὸς τοῦ πλημμελήματος, ἡ εὐθὺς μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐξομολόγησις· ἢ τῆς κατὰ τὴν καρδίαν ἀσεβείας λέγει. εἰ γὰρ καὶ πράξεων, ἀλλ' οὐ δή τοι πάντως καὶ ῥυπαρῶν λογισμῶν οἱ ὅσιοι καθαρεύουσι, περὶ ὧν κατὰ καιρὸν εὔθετον προσεύχονται, ἤτοι τῆς ἐνεργείας παυσάμενοι. Οὐδεὶς γὰρ τραυμάτων πλήρης τὸ σῶμα, περὶ ἀμυχῆς θεραπείας αἰτήσει τὸν ἰατρόν· οὐδὲ περὶ καθαρότητος, ὁ πράττων αἰσχρά, ἀλλὰ πᾶς ὅσιος. Τὸ δέ, πλὴν ἐν κατακλυσμῷ, τὸ πλὴν περιττὸν εἶναί φασι. Δηλοῦν δὲ βούλεσθαι τὸ ῥητὸν τοῦτο, ὅτι ὁ δὲ τῆς τοιαύτης ἀξιωθεὶς συγχωρήσεως, κἂν μεταξὺ γένηται συμφορῶν πολλῶν, ὑφ' ὧν ὡς ὑδάτων ἀποπνίγεται, ἀνώτερος γενήσεται· καὶ τὸ παράδοξον, περιστοιχιζόμενος, οὐχ ἕξει ἐγγιζούσας αὐτῷ τὰς συμφοράς. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως, ὥστε ἐπικλύζοντα ὕδατα πρὸς αὐτὸν μὴ ἐγγίσαι. Σημαίνειν δὲ βούλεται, ὅτι πᾶς ὅσιος ὁ προσευχόμενος τρόπον τινὰ ὑπὲρ ἐμοῦ διὰ τοῦ ψαλμοῦ πεντηκοστοῦ, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἔσται προσευχόμενος, ὡς μὴ τοῖς ὁμοίοις ἁλῶναι κακοῖς, ἤτοι πειρασμοῖς. Ἔθος γὰρ τῇ γραφῇ, ὕδασι παρεικάζειν τοὺς πειρασμούς· ὡς ἐν τῷ, Ῥῦσαί με, καὶ ἐξελοῦ με ἐξ ὑδάτων πολλῶν. Ἐπάγει γὰρ ἐξηγούμενος τί τὰ ὕδατα, ἐκ χειρός, φησιν, υἱῶν ἀλλοτρίων. Ἢ καὶ οὕτως, ἐκ τῶν ἐμοὶ συμβεβηκότων, πᾶς ὅσιος ἔχων ὑπόδειγμα, προσεύξεται, θαῤῥῶν ἐν ὁμοίῳ καιρῷ γενόμενος. καὶ ἐπακούσας αὐτοῦ, τῶν κατακλυζόντων πειρασμῶν ἐλευθερώσεις ἐπὶ σοὶ τῇ πέτρᾳ θεμελιώσαντα τὴν οἰκίαν, ὡς μηδὲ πλησίον αὐτοῦ γενέσθαι τι χαλεπόν. ὁ Σύμμαχος, περὶ τούτου προσεύξεταί, φησι, ἀντὶ τοῦ, διὰ τοῦτο, ὥστε ἐπικλύζοντα ὕδατα πρὸς αὐτὸν μὴ πελάσαι.

ζ'. ΤΟ ΑΓΑΛΛΙΑΜΑ ΜΟΥ ΛΥΤΡΩΣΑΙ ΜΕ.] Ἐκεῖνα περὶ τῆς ἁμαρτίας εἰρηκώς, ἱκετεύει τῶν διὰ ταύτην ἀπαλλαγῆναι κακῶν.

Παν-

Παντὸς γὰρ σπουδαίου ἀγαλλίαμα ὁ Θεός. Τὸ δὲ, ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με, ἢ τῶν κακῶν, ἢ πονηρῶν ἀνθρώπων, ἢ καὶ δαιμόνων. Μήπω δὲ τὴν αἴτησιν τελέσαντος, τὸ πνεῦμα τὸ θεῖον ἀποκρίσεως αὐτὸν ἀξιοῖ· μὴ δηλώσας γὰρ τίς ὁ λέγων, ἐπάγει ταῦτα. εἴωθε γὰρ ἡ γραφὴ τοῦτο μάλιστα ποιεῖν ἐπὶ τῶν ψαλμῶν, ὡς ἐπὶ τοῦ ἐνενηκοστοῦ. Θαρρεῖν δὲ παρακελευόμενον, αὐτῷ τὸ πνεῦμά, φησι· Συνετιῶ σε, καὶ συμβιβῶ σε· ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας, ἐπιστημώσω σε, καὶ φωτίσω σε ἐν ὁδῷ ᾗ πορεύσῃ· ὁ δὲ Σύμμαχος, συνετιῶ σε, καὶ ὑποδείξω σοι ὁδὸν ἣν ὁδεύσεις, δηλαδὴ τὸν εἰπόντα, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. Τί δὲ, συνετιῶ σε καὶ συμβιβῶ σε; τό· Ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις, Τίνων; τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. Ἀντὶ τοῦ ἐπιστηριῶ, ὁ Σύμμαχος, βουλεύσομαι, φησι, περὶ σοῦ τῷ ὀφθαλμῷ μου. Ἐπειδὴ γὰρ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, εἰκότως ἀξιοῖ τοῦτον τοῦ ἰδίου ὀφθαλμοῦ, ὅπως ἐκ τῶν φωτιστικῶν αὐγῶν τῶν ἐκεῖθεν πεμπομένων καταυγασθεὶς τὴν διάνοιαν, τὴν ὁδὸν θεάσηται τὴν ἐπηγγελμένην αὐτῷ. Ἢ οὕτως· Ἐκτραπέντα σε διὰ τῆς ἁμαρτίας τῆς εὐθείας ὁδοῦ, καὶ ἐπιγνόντα τὴν πλάνην, πάλιν ἐπὶ τὴν θείαν ὁδὸν ἐπανάξω, καὶ εἴδησίν σοι ταύτης ἐνθήσω, καὶ τῆς προτέρας εὐνοίας μεταδῶ. Τοῦτο γὰρ εἶπεν, ἐπιστηριῶ, ἀντὶ τοῦ, ἔσομαι πάντοτε ἐποπτεύων τὰ κατὰ σὲ, ἐκ μεταφορᾶς τῶν φιλικῶς περί τινα διακειμένων, καὶ ἀποβλέπειν ἀεὶ εἰς αὐτὸν ἐθελόντων.

θʹ. ΜΗ ΓΙΝΕΣΘΕ ΩΣ ΙΠΠΟΣ.] Εἰσηγεῖται τοῖς ἁμαρτάνουσι, μὴ τοῖς ἀλόγοις πάθεσιν ἐκδιδόναι· μὴ ἐχόντων γὰρ σύνεσιν, ἡ τοιαύτη ὁρμή. Ὁ μὲν γὰρ σύνεσιν ἔχων, αἰσθάνεται τοῦ πλημμελήματος· ὁ δὲ ἀσύνετος, οὐκ αἰσθάνεται, ἐπειδὴ οὐδὲ βούλεται. Ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ, καὶ ἑξῆς. οἷον, ὅτι μὴ γνώμῃ μεταβαλλόμενοι πρὸς τὸ βέλτιον, ἀνάγκῃ ἐπιστρέφονται, ἢ ἀρρωστίᾳ περιπίπτοντες, ἢ θλίψει, καὶ συμφορᾷ ἀδοκήτῳ, ἢ ἑτέροις. Οὐ γὰρ ἐπιλείψουσιν αὐτοὺς τιμωρίαι, ὥσπερ οὐδὲ τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ Θεὸν φιλανθρωπία. Ἢ οὕτω, μὴ τὸ λογικῶς ἐνεργεῖν ἀποβαλόντες, εἰς ἄλογον κατάστασιν πέσητε, ὥστε ἵππῳ ὁμοιωθῆναι διὰ τὸ θηλυμανὲς, ἡμιόνῳ δὲ διὰ τὸ ἀστεμφὲς πρὸς τὰ κακά. μὴ ἐχόντων γὰρ σύνεσιν ἡ τοιαύτη ὁρμή· Ἢ τῷ Θεῷ φησιν, ἄγξον ἐν χαλινῷ τῷ σῷ λόγῳ, καὶ κημῷ τῇ παραινέσει,

Omnis enim viri probi exultatio Deus eſt. Illud autem, *à circumdantibus me*, intelligit vel à malis, vel à peruerſis hominibus, vel etiam dæmonibus. Ipſi autem, prece nondum finitâ, diuinus ſpiritus reſponſum præbet: non indicatâ enim perſonâ loquentis, iſta ſubiungit. Nam frequens hoc eſt Scripturæ, præſertim in Pſalmis, vt in nonageſimo. Iubens ergo bono eſſe animo, Spiritus ipſi ait: *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te.* Pro quo Aquila, *Scientiam dabo tibi, & illuminabo te in via, quâ gradieris*; Symmachus verò, *Intellectum tibi dabo, & oſtendam tibi viam quam ambules*: illum ſcilicet qui dixit, *Ego ſum via.* Quid porrò ſibi vult illud, *Intellectum dabo tibi, & inſtruam te? In camo & freno maxillas eorum conſtringe*: quorum? *qui non approximãt ad te.* Pro *Firmabo*, Symmachus *Conſulam*, inquit, *de te oculum meum.* Cùm enim oculi Domini ſuper iuſtos, meritò dignatur ipſum oculo ſuo, vt lucidiſſimis radijs inde promanantibus mens eius illuſtrata, promiſſam ſeu annuntiatam ſibi viam videat. Vel hoc modo, q. d. Exorbitantem te per peccatum à via recta, & errorem agnoſcentem, rurſus in diuinam viam reducam, eiuſque ſcientiam tibi indam, & priſtinam beneuolentiam impendam. Hoc enim intellexit, quando dixit, *firmabo*, id eſt, ſemper ero conſiderans quæ ad te pertinent: ex tranſlatione eorum qui erga aliquem benè affecti ſunt, & in ipſum reſpicere continuò volunt.

9. NOLITE FIERI SICVT EQVVS] Erudit peccatores ne ſe irrationalibus paſſionibus dedant: iſtiuſmodi enim motus eſt non habentium intellectum. Nam qui intellectu præditus eſt, delicti ſenſum habet; amens verò non ſentit, quia non vult. *In camo & freno*, &c. q. d. Quoniam non ex animi ſententia bonum amplectuntur, neceſſitate conuertuntur; dum videlicet in morbum aut afflictionem, & calamitatem inopinatam, aut alia ſimilia incidunt. Non enim ipſi deerunt ſupplicia, vti nec clementia in Domino ſperanti. Vel q. d. Nolite, modo ex ratione agendi reiecto, in ſtatum rationis expertem incidere, ita vt ob inſanum feminarum amorem equo aſſimilemini; mulo verò ob malorum inſenſibilitatem. Nam intellectu carentium eſt talis motus. Vel Deo ait, Rationis tuæ fræno, & exhortationis camo conſtringe

COMMENTARIVS PATRVM.

Verſ. 8. *Deus illuminat pænitentes, & in viam dirigit.*

Ioan. 6.

Verſ. 9.

Pſal. 33, 16.

Peccatores equo & mulo ſimiles.

illos qui equorum inſtar laſciuiunt, recalcitrantque, & more mulorum auribus & ore duri ſunt, vt eos ſub iugum tuum mittas: eos nimirum qui pœnitere nolunt, ad te ipſum conuerte. Vel ait per hæc diſciplinas ſignificari, quia ſubiungit: *Multa flagella peccatoris.* Hîc autem per *peccatorem* intelligit propriè impium, ſiue prorſus alienum à pietate; non verò eum qui cùm pietatis quidem particeps ſit, in rebus tamen humanis delinquit. Quocircà ſubiungitur: *Sperantem autem in Domino.* Quantumuis enim aliquis valdè iuſtus ſit, diuinâ tamen gratia opus habet, iuxta illud Pauli: *Gratiâ eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt.*

Verſ. 10.

Gratiâ multis neceſſaria. Epheſ. 2, 8

11. Lætamini in Domino.] Poſtquam hic ſermo reſponſionem ac promiſſionem oranti factam deſcripſit, tranſit ad id quod hominibus commune eſt, volens omnes ſaluos fieri. Vel etiam ipſemet Dauid, cùm lætas promiſſiones accepiſſet, ſtatuit ſe in exemplum ijs qui ex peccatis conuertuntur. Deinde etiam ad dexterum ordinem iuſtorum tranſijt, dicens, *Lætamini in Domino*, admonens ne in vlla re ſæculari delectentur. Quin potiùs, inquit, in ipſo gloriamini, & non in vobis ipſis altum ſapite.

Dauid eſt exemplum conuerſorum.

τοὺς οἷά τινας ἵππους τὸ σκιρτητικὸν καὶ ἀφηνιαστικὸν ἐσχηκότας, καὶ τὸ ἀπειθὲς καὶ σκληρόστομον ὡς οἱ ἡμίονοι, ὥστε τὸ σὸν τούτους ὑπομεῖναι [illegible] ζυγόν, οἷον τοὺς μὴ βουλομένους μετανοεῖν, ἐπίστρεψον πρὸς ἑαυτόν. Ἢ παιδείας σημαίνεσθαι διὰ τούτων φησί, διὸ ἐπάγει· Πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Ἐνταῦθα δὲ ἁμαρτωλὸν κυρίως τὸν ἀσεβῆ, ἤτοι τὸν πάντη τῆς εὐσεβείας ἀλλότριον λέγει, οὐ τὸν εὐσεβείας μετέχοντα, πράγμασι δὲ ἀνθρωπίνοις ὀλισθαίνοντα. Διὸ πρόσκειται, τὸν δὲ ἐλπίζοντα ἐπὶ Κύριον. Καὶ γὰρ σφόδρα ᾖ τις δίκαιος, τῆς θείας προσδεῖται χάριτος, ὡς τὸ Παύλου· χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως, καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν, θεοῦ γὰρ τὸ δῶρον.

ιά. Εὐφράνθητε ἐπὶ Κύριον.] Περιγράψας ὁ λόγος τὴν πρὸς εὐξάμενον ἀπόκρισιν καὶ ἐπαγγελίαν, ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων μεταβαίνει, πάντας σωθῆναι βουλόμενος. Ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Δαβὶδ αἰσίας ἐπαγγελίας ἀξιωθείς, παράδειγμα ἑαυτὸν προτίθησι τοῖς ἐξ ἁμαρτιῶν ἐπιστρέφουσιν. Ἔπειτα καὶ πρὸς τὸ δεξιὸν τάγμα τῶν δικαίων μετῆλθεν· Εὐφράνθητε, λέγων, ἐπὶ Κύριον· ἀποτρέπων ἐπὶ μηδενὶ τῶν κοσμικῶν ἐπαγάλλεσθαι. καὶ καυχᾶσθε δὲ ἐπ' αὐτῷ, μὴ ἐφ' ἑαυτοῖς μεγαφρονεῖτε.

CATENA PATRVM.

Athanasii. Ærumnas & calamitates múltas quas in agenda pœnitentia ſuſtinuerat, proponens Dauid, beatos appellat illos, qui per lauacrum regenerationis peccatorum veniam conſecuti ſunt. Ceterùm inſcriptus eſt hic Pſalmus, *Intelligentiæ*, eò quòd hac maximè indigent homines: ſiquidem inordinatis affectibus plus æquo addicti, equis & mulis aſſimilati ſunt.

1. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.] Origenis. Accipiunt aliqui illam quidem partem verſiculi, *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,* de his qui lauacrum in remiſſionem peccatorum ſuſceperunt: alteram verò partẽ, *Et quorum tecta ſunt peccata,* de ijs qui per pœnitentiam peccata texerunt.

2. Beatus vir.] Anonymi. Is qui peccati expers eſt, non ſimpliciter homo; ſed propter perfectionem, *vir* appellatur. Huic itaque Deus non imputat peccatum, ſiue quòd il-

Viri eſt peccati expertem eſſe.

Ἀθανασίου. Τὴν κακοπάθειαν αὐτοῦ τὴν πολλὴν προβαλλόμενος ὁ Δαβίδ, ἣν ἐν τῇ μετανοίᾳ ὑπέμεινε, μακαρίζει τοὺς τῆς ἀφέσεως τετυχηκότας διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας. Συνέσεως δὲ ἐπιγέγραπται ὁ ψαλμός, διὰ τὸ ταύτης μάλιστα δεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι δὴ σφόδρα ἐκπεπτωκότες ἐπὶ τὰ πάθη, ἵπποις καὶ ἡμιόνοις ἀπεικάσθησαν.

ά. Μακάριοι ὧν ἀφείθησαν ἀνομίαι.] Ὠριγένους. Χρῶνταί τινες τὸ μὲν, μακάριοι ὧν ἀφείθησαν ἀνομίαι, ἐπὶ τῶν τὸ λουτρὸν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἐσχηκότων· τὸ δὲ, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι, ἐπὶ τῶν ἐκ μετανοίας ἐπικρυψάντων τὰ ἁμαρτήματα.

β'. Μακάριος ἀνήρ.] Ἀνωνύμου. Ὁ ἀναμάρτητος, οὐχ ἁπλῶς ἄνθρωπος, ἀλλὰ ἀνὴρ, διὰ τὴν τελειότητα λέγεται. Τούτῳ γοῦν ὁ Θεὸς οὐ λογίζεται ἁμαρτίαν, ἤτοι τὸ ἀφίεσθαι

φείσθαι αὐτὴν, ἢ περὶ μηδ' ὅλως γεγονέναι. ἁρμόσει δὲ τοῦτο μάλιστα περὶ Χριστοῦ.

γ'. ΟΤΙ ΕΣΙΓΗΣΑ, ΕΠΑΛΑΙΩΘΗ ΤΑ ΟΣΤΑ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὑπὸ τοῦ ἀληθινοῦ φωτός, φησιν, αὐγαζόμενος, ἐν ἡμέρᾳ διῆγον, καὶ ἐν ὅλῃ ταύτῃ ἔκραζον, ὑμνῶν καὶ εὐχόμενος· ἐπεὶ οὖν ἀπὸ ταύτης τῆς κραυγῆς ἐξ ἀπροσεξίας ἐσίγησα, ἐπαλαιώθη τὰ ἰσχυρὰ καὶ εὔτονα τῶν δογμάτων, ὀστᾶ μου ὀνομαζόμενα. Σημαίνει δὲ τὴν μετάγνωσιν τοῦ ταῦτα λέγοντος, τὸ πεπαλαιῶσθαι, καὶ μὴ φύσει παλαιὰ εἶναι τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ. Καὶ ἐν τοῖς προάγουσι δὲ εἴρηται, ὡς ἐν πολλοῖς τόποις τῆς γραφῆς, ἡ κολαστικὴ τοῦ θεοῦ δύναμις χεὶρ αὐτοῦ ὀνομάζεται, ταύτην οὖν βαρέως ἐπικεῖσθαι αὐτῷ ἡμέρας καὶ νυκτός, τουτέστι συνεχῶς.

δ'. ΕΝ ΤΩ ΕΜΠΑΓΗΝΑΙ ΜΟΙ ΑΚΑΝΘΑΝ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἄκανθαν τὴν ἁμαρτίαν ἐκάλεσεν, καὶ ὡς ἄχρηστον βλάστημα, καὶ ὡς κεντεῖν πεφυκός. δείκνυσι δὲ ἔξωθεν ἐπεισιέναι τὴν ἁμαρτίαν, ὑφ' ἧς νυττόμενος, ἐταλαιπώρειν μετανοῶν.

ε'. ΕΙΠΑ, ΕΞΑΓΟΡΕΥΣΩ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ.] Ἐπισημείνασθαι δὲ προσήκει, ὅτι οὐκ ἔφη, ἀφῆκάς μοι τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ τὴν ἀσέβειαν τῆς ἁμαρτίας, τουτέστιν οὐ πρὸς ἀξίαν με τῆς παρανομίας ἐκόλασας, ἀλλὰ τὴν μὲν ὑπερβολὴν τῆς ἁμαρτίας συνεχώρησας, συμμέτρῳ δὲ παιδείᾳ τὴν θεραπείαν ἐπέθηκας. Τοῦτο καὶ ἡ ἱστορία διδάσκει· εἰρηκότι γὰρ τοῦ Δαβίδ, Ἡμάρτηκα τῷ κυρίῳ, ἀπεκρίνατο ὁ Νάθαν, Καὶ κύριος ἀφεῖλε τὸ ἁμάρτημά σου, οὐ μὴ ἀποθάνῃς. Ἠπείλησεν μέντοι παντοδαπῶν ἐμπλῆσαι τὴν οἰκίαν συμφορῶν. Οὕτω κἀνταῦθα, καὶ σὺ ἀφεῖλες τὴν ἀσέβειαν τῆς ἁμαρτίας μου. Ἔδει με, φησιν, ἐκεῖνα τετολμηκότα, εὐθὺς κατὰ τὸν νόμον θανάτῳ παραδοθῆναι· ἀλλὰ τῇ φιλανθρωπίᾳ χρησάμενος, θανάτῳ μὲν οὐ παρέδωκας, μετρίαις δὲ παιδείαις ἰατρεύσας.

ς'. ΥΠΕΡ ΤΑΥΤΗΣ ΠΡΟΣΕΥΞΕΤΑΙ ΠΑΣ ΟΣΙΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εἰ καὶ πρακτικῆς ἁμαρτίας καθαρεύουσιν οἱ ὅσιοι, ἀλλὰ γεγεωμένους ἔχουσι τοὺς λογισμοὺς πολλάκις ἐκ τῆς εἰρημένης καρδιακῆς ἀσεβείας. Καίτοι οὐ περὶ ἀνομίας, ἧς οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀσεβείας εἰρημένης προσεύξονται, ἄφεσιν αὐτῆς αἰτούμενοι ἐν εὐθέτῳ καιρῷ. εὔθετος δὲ καιρὸς προσευχῆς περὶ τῆς εἰρημένης ἀφέσεως, ὅτε τις ἀπὸ πράξεως καθαρεύει ῥυπαρᾶς.

lud remiſerit, ſiue quòd omnino nullum fuerit. Maximè autem hoc Chriſto quadrabit. CATENA PATRVM.

3. QVONIAM TACVI, INVETERAVERVNT OSSA MEA.] ORIGENIS. Cùm à vera, inquit, luce illuſtrabar, in die verſabar, eaq; totâ hymnos & preces offerens, exclamabam: poſtquam autem ab iſtiuſmodi clamore ex oſcitantia ſilueram, potentiores & robuſtiores doctrinæ, quæ oſſa mea nominantur, inueterarunt. Indicat autem pœnitentiam ſuam, cùm ait inueteraſſe oſſa ſua, cùm alioquin naturâ ſuâ vetera non eſſent. Ceterùm cùm in præcedentibus dictum ſit, quòd in multis Scripturæ locis vindex Dei virtus, eius *manus* nominetur, hanc vtique grauiter ſibi imminere dicit die ac nocte, id eſt aſſiduè. *Ceſſans ab oratione, illicò veteraſcit.*

4. DVM CONFIGITVR MIHI SPINA.] DIDYMI. *Spinam* vocauit peccatum: vt quòd inutile germen ſit, & ad pungendum natum. Oſtendit autem peccatum extrinſecus irrepſiſſe, à quo punctus, ſeſe per pœnitentiam diſcruciabat. *Spina peccatum.*

5. DIXI, PRONVNTIABO.] THEODORETI. Notandum eſt, quòd non dixerit, Remiſiſti mihi peccatum, ſed *impietatem peccati:* hoc eſt, non condignâ peccato pœnâ me puniuiſti; verùm exceſſum quidem peccati remiſiſti, moderatâ verò animaduerſione remedium adhibuiſti. Hoc etiam hiſtoria docet: cùm enim dixiſſet Dauid, *Peccaui Domino;* reſpondit Nathan, *Dominus quoque abſtulit peccatum tuum, ne moriaris.* Minatus eſt tamen, ſe omnibus calamitatibus domum eius impleturum. Eodem modo etiam in hoc loco, *Et tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Oportebat me, inquit, cùm illud perpetrare auſus ſim, ſtatim ſecundùm legem morte mulctari: verùm benignitate vſus, morti quidem non me addixiſti, moderatis autem correctionibus curauiſti. *Deus poſt remiſſam culpam, adhuc interdum infligit pœnam aliquam.* 2.Reg. 12.

6. PRO HAC ORABIT OMNIS SANCTVS.] ORIGENIS. Tametſi ab actuali peccato Sancti ſint puri, prædictâ tamen cordis impietate non rarò cogitationes habent ſordidatas. Etenim haud pro iniuſtitia, quam non habent, ſed pro dicta impietate deprecabuntur, remiſſionem eius poſtulantes in tempore opportuno. Porrò tempus opportunum pro dictâ remiſſione rogandi eſt, quando quis à ſordido actu mundus exiſtit.

IBIDEM.

Catena Patrum.

IBIDEM. VERVMTAMEN IN DILVVIO.] THEODORETI. Hoc autem Symmachus ſic interpretatus eſt: Pro hoc orabit omnis ſanctus, opportunitate inuentâ, ne aquæ multæ inundantes, circa ipſum appropinquent.

BASILII. Gratiam baptiſmatis, diluuium appellat. Non enim appropinquant peccata illi qui ſuſcepit baptiſmum remiſſionis peccatorum per aquam & ſpiritum.

ORIGENIS. Quando factum fuerit diluuium aquarum multarum ſpiritalium, dum ſcilicet quis in ſeſe fontem habuit aquæ ſalientis in vitam æternam (id eſt, aquarum quæ omnia peccata & impietatem cordis, quæ in ijs eſt, delent) tunc impietas & iniuſtitia non approximant illi qui pro illis deprecatur.

7. TV ES REFVGIVM MEVM.] ANONYMI. Is qui hæc dicit, inſtantis afflictionis liberationem non aliter reperiendam cenſet, quàm ad Chriſtum confugiendo. Quemadmodum autem iuſtitia & ſapientia, ſic etiam viri probi exultatio Dominus exiſtit. Ait itaque ad eum: Cùm ſis exultatio noſtra, redime me à perſequentibus me. Siquidem dæmones impoſtores & maligni homines me perſequuntur: te autem me liberante nihil mali patiar.

Deus eſt exultatio iuſti.

9. NOLITE FIERI SICVT EQVVS.] BASILII. Id eſt, pro rationalibus ſine ratione circa feminas inſanientes, & malorum ſenſu deſtituti.

11. LÆTAMINI IN DOMINO.] ORIGENIS. Iure merito lætabitur is qui recto eſt corde. Quin & rationi conſentaneum eſt in tribulationibus delectari. Eſt profectò rectus corde, qui in tribulationibus lætatur.

Rectus corde in tribulatione gaudet.

ΠΛΗΝ ΕΝ ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΩ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο δὲ οὕτως ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε· ὑπὲρ τούτου προσεύξεται πᾶς ὅσιος καιρὸν εὑρών, ὥστε ἐπικλύζοντα ὕδατα πολλὰ πρὸς αὐτὸν μὴ ἐγγίσαι.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τὴν τοῦ βαπτίσματος χάριν κατακλυσμὸν ὀνομάζει. Οὐ γὰρ ἐγγίζουσιν αἱ ἁμαρτίαι λαβόντι τὸ βάπτισμα τῆς ἀφέσεως τῶν παραπτωμάτων, δι' ὕδατος καὶ πνεύματος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅταν κατακλυσμὸς πολλῶν πνευματικῶν ὑδάτων γένηται, ἐσχηκότος τινὸς ἐν ἑαυτῷ πηγὴν ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον, τουτέστι τῶν ὑδάτων ἐξαφανιζόντων πάντα τὰ ἁμαρτήματα, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ἀσέβειαν τῆς καρδίας, οὐκ ἐγγίζουσιν ἡ ἀσέβεια καὶ ἡ ἀνομία τῷ ὑπὲρ αὐτῶν προσευξαμένῳ.

ζʹ. ΣΥ ΜΟΥ ΕΙ ΚΑΤΑΦΥΓΗ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τῆς περιεστηκυίας θλίψεως ἀπαλλαγὴν οὐκ ἄλλως εὑρίσκειν ὁ ταῦτα λέγων νομίζει, ἢ καταφυγὼν πρὸς τὸν Χριστόν. ὥσπερ δὲ δικαιοσύνη καὶ σοφία, οὕτω καὶ ἀγαλλίαμα τοῦ σπουδαίου ὁ κύριος. Φησὶ γοῦν πρὸς αὐτόν, ὡς ἀγαλλίαμα ἡμέτερον, λύτρωσαί με ἀπὸ τῶν καταδιωκόντων με. καταδιώκουσι γάρ με δαίμονες ἀλιτήριοι, καὶ ἄνθρωποι πονηροί· πείσομαι γὰρ οὐδὲν κακόν, σοῦ ῥυομένου.

θʹ. ΜΗ ΓΙΝΕΣΘΕ ΩΣ ΙΠΠΟΣ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τουτέστιν, ἀντὶ λογικῶν, ἀλόγως θηλυμανοῦντες, καὶ τῇ τῶν κακῶν αἰσθήσει στερούμενοι.

ιαʹ. ΕΥΦΡΑΝΘΗΤΕ ΕΠΙ ΚΥΡΙΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εὐλόγως καυχήσεται ὁ εὐθὺς τῇ καρδίᾳ. εὔλογον δὲ καὶ τὸ καυχᾶσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι· μήποτε εὐθύς ἐστι τῇ καρδίᾳ ὁ καυχώμενος ἐν θλίψεσιν.

ANNOTATIONES CORDERII.

IN optimis duobus codicibus M.S. Cæſareis, titulus huic Pſalmo inſcribitur, Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ συνέσεως, *Pſalmus ipſi Dauidi intelligentiæ*, cùm in alijs paſſim tam Græcis quàm Latinis codicibus, & in Sixtina edit. vox *Pſalmus* omittatur: S. Auguſt. in prima quidem enarratione inſcribit, *Ipſi Dauid intelligentia*; in ſecunda verò, *Huic Dauid intellectus*; alij Græci codices habent, εἰς σύνεσιν τοῦ Δαβίδ, *Ad intellectũ Dauidis*. Hebraicè in omnibus eſt, מַשְׂכִּיל *maſchil*, quod S. Hieron. vertit, *eruditio*; aliqui, *erudiens*, vel *intellectum præſtans*. Qui titulus, ſecundùm omnes interpretes, guſtum aliquem argumenti præbet, atque, vt benè obſeruat Bellarminus, indicat Dauidi poſt commiſſum peccatum, per Dei gratiam apertos fuiſſe oculos mentis, vt intelligeret quàm grauiter deliquiſſet: quod anteà carnali delectatione occæcatus, intelligere non potuerat. Indicat etiam idem titulus Pſalmum eſſe obſcurum, atque ad eum penetrandum dono intelligentiæ opus eſſe. Iure autem optimo à S. Gregorio & alijs inter ſeptem Pœnitentiales numeratur; cùm totus ſit in peccato proprio deflendo, & in cohortandis hominibus ad pœnitentiam: cui non ſine cauſſa titulum fecit, *Dauidis maſchil*, hoc eſt, *Dauidis erudi-*

eruditio, ſiue *intellectus*, quaſi dicatur, Pſalmus Dauidis eruditione pleniſſimus.

1. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates*, &c.] Hoc Genebrardus notat ad verbum ex Hebræo verti, *beatitudines dimiſſi prævaricatione, tecti-que* (ſiue *operti*) *peccato*. Et ne quis in voce decipiatur, cautè monet, *opertum peccatis*, non, vt apud Latinos, ſceleratiſſimum vocari; ſed iuxta phraſin Hebræam ſic appellari illum, cuius peccata Deus tegit, ne ampliùs pateant ad vindictam. Vnde ſubdit:

2. *Beatus vir, cui non imputauerit Dominus peccatum.*] In Græco eſt λογίσηται, quod Vulgatus in præterito vertit, *imputauit*. Huius temporis hæretici (vt videre eſt apud Bellarminum in libro de Iuſtificatione, & ad hunc locum) ex his duobus verſiculis, tria falſa dogmata ſtatuere conantur. Primum, quòd iuſtificatio in ſola peccatorum remiſſione, non in iuſtitiæ infuſione, conſiſtat. Secundum, quod hæc remiſſio non ſit vera peccati abolitio, ſed eorum dumtaxat tectio, ita vt Deus non tollat peccatum, ſed eo permanente tantummodò illud obtegat, aut non imputet. Tertium, quòd poſt culpæ remiſſionem, nullâ opus ſit ſatisfactione.

Triplex error hæreticorum circa peccati remiſſionem.

Quoad primum, Apoſtolus hæc Pſalmi verba exponens manifeſtè indicat in remiſſione, ſeu non imputatione peccati, verè includi iuſtitiam, dicens: *Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus.* ad quem locum vide Cornelium noſtrum.

Remiſſio non fit ſine gratiæ infuſione. Rom.4,6.

Quo ad ſecundum; ſcilicet peccata verè deleri, & nullatenus manere poſt remiſſionem; manifeſtè docet Theodoretus & Græca Paraphraſis, his verbis: Τοσαύτῃ γὰρ περὶ αὐτοὺς κέχρηται τῇ φιλοτιμίᾳ, ὡς μὴ μόνον ἀφεῖναι, ἀλλὰ καὶ καλύψαι τὰς ἁμαρτίας, καὶ μηδὲ ἴχνη τούτων καταλιπεῖν. *Tantâ enim in illos vſus eſt liberalitate, vt non ſolùm remitteret, verùm etiam obliteraret peccata, & neque veſtigia quidem eorumdem relinqueret.* Hoc quoque diſertè docet Didymus infrà citatus in Catenâ in Pſal. 84. ad v. 3. loquens de iuſtis: κἂν ἐξαμάρτωσιν, ἐπικαλυφθεῖσι δι᾽ ἀρετῆς, οὐκ ἐγκρυφθείσης αὐτάς, ἀλλὰ δι᾽ ὅλου ἀφανιζούσης, ὡς καὶ ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν. Ὡς γὰρ ἐπιστήμη καλύπτει τὴν ἄγνοιαν, οὕτως ἀγάπη θεία ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ ἀρετῇ, καλύπτει τὰς ἁμαρτίας, ὧν ἂν εὐδοκήσῃ κρίνας εὐεργετεῖν. *Et ſi peccauerint, tegit ea per virtutem, non abſcondentem illa, ſed omnino abolentem; quemadmodum etiam charitas operit multitudinem peccatorum. Sicut enim ſcientia tegit ignorantiam: ſic charitas diuina, quæ eadem eſt cum virtute, tegit peccata eorum, quibus placuerit iudici hoc beneficium præſtare.* E quibus planum fit, non ita peccata à Deo tegi, vt remaneant; ſed vbi abolita fuerint, loco peccatorum in anima charitatem virtuteſque ſuccedere, quibus & tegitur eius nuditas, & decenter ornatur. Huc quoque accedit S. Iuſtinus Philoſophus: Ὅτι ἐὰν μετανοήσωσι πάντες βουλόμενοι τυχεῖν τοῦ παρὰ τοῦ θεοῦ ἐλέους, δύνανται, καὶ μακαρίους αὐτοὺς ὁ λόγος προλέγει, εἰπών, Μακάριος ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν. τοῦτο δέ ἐστιν ὡς μετανοήσας ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι τῶν ἁμαρτιῶν παρὰ τοῦ θεοῦ λάβῃ ἄφεσιν, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς ὑμεῖς ἀπατᾶτε ἑαυτούς, καὶ ἄλλοι τινὲς ὑμῖν ὅμοιοι κατὰ τοῦτο, οἳ λέγουσιν, ὅτι κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσι, θεὸν δὲ γινώσκωσιν, οὐ μὴ λογίσηται αὐτοῖς κύριος ἁμαρτίαν. *Quapropter ſi pœnitentiam egerint omnes qui miſericordiam à Deo conſequi volunt, id poſſunt; & beatos ipſos hic ſermo prædicat, dicens: Beatus cui non imputauerit Dominus peccatum. hoc eſt, qui de peccatis pœnitens, peccatorum remiſſionem à Deo conſecutus fuerit. Non tamen ſicut vos ſeducitis voſmetipſos, & alij itidem veſtri hac in re perſimiles, qui dicunt, etiamſi peccatores fuerint, dummodo Deum nouerint, non imputaturum ipſis Dominum peccatum.* Quibus verbis imputatitiam illam hæreticorum iuſtitiam, vt adulterinam refellit.

Peccata non ſolùm teguntur, ſed penitus abolentur in iuſtificatione.

ANNOTATIONES CORDERII.

Peccatum tamdiu Deus imputat, quàmdiu manet.

Quo ad tertium, tantum abeſt, vt non imputatio peccati excludat ſatisfactionem, vt potiùs illam includat, aut etiam præſupponat: tamdiu enim Deus illud ad pœnam ſaltem temporariam imputat, donec ipſi factum ſit ſatis. Vide de his fusè Bellarminum in tomo 3. lib. 4. de Pœnitentia, in quo de ſatisfactione agitur.

Satisfactio neceſſaria, vt non imputetur peccatum.

Ex dictis collige, B. Dauidem hîc inſinuare tres gradus deletionis peccati. Primus eſt, ſimplicis remiſſionis, quâ peccata remittuntur, & culpa extinguitur, de quo ait, *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Secundus eſt, quâ poſt remiſſionem peccata bonis operibus teguntur, & præcipuè per charitatem *quæ operit multitudinem peccatorum*; de quo ait, *Et quorum tecta ſunt peccata.* Tertius eſt, plenariæ ſatisfactionis, ita vt nihil ſuperſit quod imputari poſſit, aut aditum ad gloriam retardet. Et hoc volunt illa verba: *Cui non imputauerit Dominus peccatum.* Hos verſiculos vide fuſiùs apud Bellarminum & Lorinum explicatos.

Tres gradus deletionis peccati. 1.Pet.4,8.

IBIDEM. *Neque eſt in ore eius dolus.*] Ita legit Arnob. Auguſt. Caſſiodorus, Innocentius; Græcè, ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ: quam quoque lectionem ſequitur Pſalterium Romanum, Ambroſianum, & Arabicum; Æthiopicum verò habet, *in corde*: Euſebius meminit vtriuſque lectionis, ἐν τῷ στόματι, vel ἐν τῷ πνεύματι. Poſteriorem ſequitur Vulgata, quæ habet, *in ſpiritu*; eſtque conſentanea Hebræo ברוחו *berucho*: atque ita quoque Septuaginta habuiſſe teſtatur Hieron. qui in epiſtola ad Suniam ait, ſolum Symmachum vertiſſe, ἐν τῷ στόματι; Septuag. verò & Theodotionem, & v. & vi. Editionem, & Aquilam, & ipſum Hebræum habere, *in ſpiritu*.

Nota autem interdum dolum eſſe *in animo*, de quo dicit alibi, *Dolos tota die meditabantur*: aliquando verò *in ore*, de quo ait, *Qui non egit dolum in lingua ſua*: nonnumquam verò *in opere*; de quo eſt illud, *Non defecit de plateis eius vſura & dolus*. In ſpiritu autem illius dolus eſt, qui non columbino, ſed vulpino animo, crimina confitetur: nonnulla aperit, alia præ ſuperbia vel verecundia doloſè occultat. Audi hîc D. Bernardum in Sententijs: *Cur*, inquit, *te pudet peccatum tuum dicere, quod non puduit facere? aut cur erubeſcis Deo confiteri, cuius oculis non potes abſcondi? Quòd ſi fortè pudor eſt tibi, vni homini, & peccatori, peccatum tuum exponere; quid facturus es in die iudicij, vbi omnibus expoſita tua conſcientia patebit?* Vide S. Chryſoſt. hom. 3. de Pœnitentia, vbi luculenter hoc argumentum tractans, ait: *Diaboli hæc aſtutia eſt, quòd te in peccato erubeſcere vetat, & peccatum dicere pudore impedit. Cùm te peccato liberes, erubeſcis? tunc erubeſcere debuiſſes, cùm peccabas*, &c.

Dolus triplex. Pſal. 37, 13. Pſal. 14, 3. Pſal. 54, 12. *In ſpiritu & ore dolum habet, qui peccatum non rectè confitetur.*

3. *Quoniam tacui.*] Græcè, ἐσίγησα, *ſilui*; Theodotion,

ANNOTATIONES CORDERII.

dotion, ὅτι ἐκοπίασα, *quoniam laboraui*; Aquila, ὅτι ἐκώφευσα, κατετρίβη τὰ ὀστᾶ μου ἐν βρυχήματί μου, *quoniam obmutui, attrita ſunt oſſa mea in rugitu meo* (quomodo ferè S. Hieron.) Symmachus, ὅτι ἀπεσιώπησα (vel ἀπεσίγησα) ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου ἀπὸ τοῦ ὀδύρεσθαί με πᾶσαν ἡμέραν, *quoniam obſilui* (aliàs *ſubticui*) *inueterata ſunt oſſa mea, ex eo quod lugerem tota die.* Id eſt, ſilentium meum, quo volui diſſimulare peccatum coram Nathan, compenſaui continuis pœnitentiæ clamoribus, ita vt vel ob id ſolum accelerauerim ſenectutis mala, debilitatem, mœſtitiam, dolores. Mirum ſanè eſt, hominem peccato mortifero vexatum, ſilere & mutum eſſe. Clamat, qui dolore vexatur, medicum inuocat, dolorem morbumque aperit: at miſer qui mortiferis tabeſcit criminibus, mutus ſilet, nec medicum accerſit, nec morbum patefacit. *Quoniam tacui*, ait Dauid, *inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die.* Sic tacet improbus homo, & clamat. Clamat morbo aliquo, vel dolore corporis cruciatus; tacet animi morbo correptus. Aliter quoque clamat & tacet. Tacet, quia peccatum minimè confitetur; clamat, quia merita ſua iactat, & peccata peccatis addit, quæ magno clamore à Deo ſupplicium expoſcunt. In hanc ſententiam Magnus Gregorius verba Dauidis expoſuit in Commentarijs Pſalmi 2. Pœnitent. *Ille*, inquit, *tacet, & clamat: quia peccata quidem ſua ſilentio contegit; merita verò per vocem magnificationis extollit. Aut certè ille tacet & clamat: quia peccata quidem præterita per confeſſionem non annuntiat; & per cor impœnitens alia committere, acceptâ peccandi libertate, non ceſſat.* Clamat itaque peccatum, clamat iniquitas, quamdiu per pœnitentiam non deletur; & clamat, non miſericordiam petens, ſed iram, vltionem & pœnam expoſcens. *Nam quòd peccatum clamor ſit, teſtatur Scriptura: Clamor Sodomorum multiplicatus eſt*, &c. *Peccatum cum voce, culpa eſt in actione: peccatum cum clamore, culpa eſt cum libertate. Totâ die clamat, qui publicè peccare non trepidat.* ita S. Gregorius. Quando igitur Dauid, ad iactanda, aut etiam excuſanda ſua ſcelera, totâ die clamabat; ad confitenda, totâ die obmuteſcebat. Vnde tacendo recrudeſcebant vulnera, quæ confitendo facilè ſanarentur. Id ipſum expendens S. Auguſt. ad hunc locum ait: *Tacuit, vnde proficeret; non tacuit, vnde deficeret. Tacuit confeſſionem, clamauit præſumptionem. Tacuit peccata ſua, clamauit merita ſua. Si clamaret peccata ſua, & taceret merita ſua, innouarentur oſſa eius. Modò autem remanſit in vetuſtate, quia noluit confitendo amare nouitatem.* Itaque perfecta peccatorum confeſſio; ſingularis quædam eſt animorum renouatio, & à ſcelerum vinculis abſolutio.

Homo corpore laborans clamat medicum; peccans verò ſilet peccatum.

Peccator clamat, & tacet.

Gen. 18.

4. *Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua.*] Ingens ſupplicium hæc verba portendunt, quod Propheta patiebatur. Hoc enim innuunt verba illa, *Grauata eſt manus*, id eſt, grauis facta eſt pœna, quam ego perpetior. Eodem ſenſu Iob: *Manus*, inquit, *plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitum meum*: id eſt, grauior eſt plaga, vel vehementia percuſſionis, quàm vt vllis valeam lamentis & gemitibus declarare. Grauitas autem manus vel aggrauatio diuturnitatem ſimul & acerbitatem pœnæ ſignificat. Sic etiam *aggrauata eſt manus Domini ſuper Azotios, & demolitus eſt eos.* Eadem quoque ratione *aggrauari iugum* dicitur.

Iob 23, 2.

1. Reg. 5, 6.

3. Reg. 12, 10.

Expende etiam illud, *Die ac nocte.* Reliqua quidem mala, etſi grauia ſint, nihilominùs ſaltem nocte intermittuntur & ſilent: verùm hæc mala, inquit, quæ patior, nocte dieque me cruciant, neque vnquam intermittuntur, aut ſinunt me ſomnum capere. Quale autem malum illud ſit, pandit: *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* Id eſt, remorſum patior conſcientiæ, quæ veluti ſtimulus cor lancinat. Ita S. Auguſt. *Ex ipſa aggrauatione manus tuæ*, inquit, *conuerſus ſum in ærumna mea, factus ſum miſer, confixa eſt mihi ſpina, compuncta eſt conſcientia mea.* Quam ſpinam expertus iam erat verè configere, & cor animi lacerare: vnde cruentus & affectus incredibili moleſtiâ vocem tollit, Dei manum & præſidium poſtulat, ſuaſque ærumnas confitetur. Sed lingua ſancta alium quemdam ſenſum Dauidici illius oraculi præfert, qui non minùs peccati malitiam exponit. Ita enim quidam reddunt, *verſus eſt ſuccus meus in ſiccitates æſtiuas.* Allegoria ſanè perelegans, quæ qualis ſit illa ſpina, quamque odioſa, declarat. Scelus enim vbi inciderit in animum, vim vitalem omnem exhaurit & vigentem ſuccum, areſcit cor humoris inops & iucunditatis, vt in ſummis fieri caloribus videmus, ſqualere omnia, &, propè dicam, emori. Symmachus vertit, μετεστράφη μοι εἰς διαφθορὰν, ὡς καῦσος θερινόν, *conuerſus eſt mihi in corruptionem, ſicut ſiccitatem æſtatis*; Aquila, ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν μου ἐν ἐρημώσει θερείᾳ, *verſus ſum in vaſtitate mea in ſqualorem æſtiuum*; Quinta editio, ἐστράφη εἰς ταλαιπωρίαν ἐν τῷ ἐρημωθῆναι ὀπώραν, *verſus eſt in miſeriam, cùm fructuum ſolitudo ſit*; S. Hieronymus, *verſatus ſum in miſeria mea, cùm exarſerit æſtas*; ex Hebræo vertunt alij, *viror meus verſus eſt in ſiccitates æſtiuas.* Inter tot lectionum varietates meritò illa Septuaginta præfertur, qui videntur paulò aliter legiſſe textum Hebræum, quàm modò ſe habeat; ac proinde in Hebræo, vt modò legitur, ſcribarum errorem eſſe putandum eſt, vt benè notat Bellarminus & Lorinus. Nam minimâ mutatione vnius vel duarum litterarum, poteſt fieri vt ſit in Hebræo ſenſus noſtræ editionis. Illud enim נֶהְפַּךְ לְשַׁדִּי *nehepac leſaddi*, id eſt, *verſus eſt viror meus*; ſi legatur, נֶהְפַּכְתִּי לְשֹׁדִּי, *nehepachti leſoddi*, erit, *conuerſus ſum in ærumna mea.* Et quod ſequitur בְּחַרְבֹנֵי קַיִץ *becharboni kaits*, id eſt, *in ſiccitates æſtiuas*, ſi legatur ſic, בְּחָרְבוֹנִי קוֹץ *becharboni kots*, erit, *dum configitur mihi ſpina*, quam lectionem veriorem eſſe, dubitare non poſſumus. Eleganter autem ſpinæ metaphorâ, cruentas peccati plagas deſignat, quas poſt fallacem, quam oſtentabant, delectationem infligunt. Falluntur opinione ſuâ, qui iucundum eſſe vitium putant, & corrupti animi dulcedine rapiuntur. Si quæ in eo eſt iucunditas, gaudium eſt fuco illitum, & tectorium pictum objicitur, quod meram moleſtiam occulit, quam tandem experientur. Peritè S. Hilarius in Pſal. 59. *Vitiorum gaudia, cùm ſunt intellecta, compungunt.* Hinc Lactantius lib. 6. cap. 3. ait doceri à Philoſophis, vitia quibuſdam delinimentis naturalibus allicere animos hominum, & inanium iucunditatum ſpecie captos, ad acerbas amaritudines miſeriaſque perducere. Grata, dum viuimus, & iucunda videntur; roſæ, floreſque, aut

Peccatum ſpinas & moleſtias germinat.

Fallax peccati dulcedo, in amaritudinem & ſpinæ puncturam conuertitur.

aut etiam poma & bellaria iudicantur noſtra ſcelera, peccandi occaſiones, ipſeque vſus, conſuetudo & illecebra peccatorum: at ſub mortem mutantur in abſinthium, conuertuntur in aculeos, quin etiam (vt cum Dauide loquor) ſpinæ apparent ſine fuco, ſine melle, quo à veteratore ad noſtram perniciem illitæ obijciebantur. Compunctus hoc ipſo aculeo, pœnitens iam Vates lamentatur: *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* Ac ſi diceret: Priùs roſa mihi videbatur meum illud adulterium cum vxore Vriæ, & potitus concupitâ voluptate, illâ mihi dulcius nihil putabam: ſed malo meo didici, quàm mendax fuerit illa dulcedo, quam mille ſecutæ ſunt amaritudines, quæ tandem animum meum grauiter excedentes, ad pœnitentiam per Dei gratiam conuerterunt. Sic nimirum diuina clementia prouidit, vt ſcelus ſibi eſſet dignum ſupplicium, vt, cùm homines animaduerterent, ex ijs rebus, quas incredibili amore cupierant, pro inani voluptate naſci ægritudinem, & turbari animi cruciatum, à crimine abſtinerent.

5. *Delictum meum cognitum feci, &c.*] S. Auguſt. legit, *peccatum meum cognoui, & iniuſtitiam meam non operui*; explicanſque quid ſit, iniuſtitiam non operire, *Id eſt*, inquit, *iniuſtitiam meam non occultaui.* Sed quid ab hac vlceris reuelatione ſecutum? Secuta integritas, & ſanitas. Addit enim ſtatim: *Dixi, Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Quæ verba ſic expendit & illuſtrat S. Auguſt. Enarrat. 2. in hunc Pſalmum: *Qui tegunt peccata, nudantur: iſte autem nudauit, vt cooperiretur. Iniquitatem meam non operui. Quid eſt non operui? Iamdudum tacueram. Modo quid? Dixi. Quid dixiſti? Pronuntiabo aduerſum me iniuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei. Non ſine cauſſa dixit, Pronuntiabo aduerſum me, & hoc intereſt. Multi enim pronuntiant iniquitatem ſuam, ſed aduerſus ipſum Dominum Deum: quando inueniuntur in peccatis ſuis, dicunt: Deus hoc voluit. Quid ergo feci? Hoc eſt pronuntiare aduerſus Deum. Fortè dicatis: Nemo hoc dicit. Quis eſt, qui dicat, Deus hoc voluit? Multi & hoc dicunt. Sed & qui hoc non dicunt, & aliud dicunt, quid dicunt? Fatum mihi fecit, ſtellæ meæ fecerunt. Ita iam per circuitum ad Deum volunt peruenire. Per circuitum volunt peruenire ad Deum accuſandum, qui nolunt de compendio venire ad Deum placandum: & dicunt, Fatum mihi fecit.* Sic ille & alia plura de hac re ſcitiſſimè, quæ prætereo. Pronuntianda igitur peccata, ſed aduerſum nos: ſecùs, non ſanantur, ſed augentur. Nam & Cain & Iudas agnouerunt, & faſſi ſunt peccatum ſuum, ſed nullo fructu. Quia dum ſibi malè conſcij ſunt reprobi, non deſinunt ſeipſos exedere, & fremere aduerſus Deum: imò quamuis inuitos ad iudicium ſuum cogat, cuperent tamen ſe abſcondere. Sed hîc longè diuerſa peccati agnitio deſcribitur, dum ſcilicet peccator ſponte ad Deum ſe confert: quia ſpem ſalutis non in peruicacia, vel hypocriſi, ſed in veniæ deprecatione ſtatuit. Atque hoc eſt quod ait, *Delictum meum cognitum tibi feci.* Id accuratè expendens S. Gregorius in expoſit. huius Pſalmi, *Plus*, inquit, *eſt, delictum cognitum facere, quàm delictum manifeſtare. Ille enim delictum cognitum facit, qui non ſolùm quod fecit annuntiat, ſed etiam omnem peccati cauſſam & originem narrat; qui non ſuperficie tenus peccatum loquitur, ſed & quando, & vbi, & quomodo; & ſi vel ignorantiâ, vel caſu, vel ſtudio deliquerit, confitetur.* Sic ille. Igitur in confeſſione nihil ſubduci debet, nihil occultari; alioquin delictum cognitum non facimus, ſi ſtudioſè aliquid ſupprimimus. Noxium pudorem euome, euome pœnitendam verecundiam, omnia prode. Impudens pudor eſt, occultare Deo crimina; & inuerecunda verecundia eſt, celare medico vulnera, abſcondere pijſſimo patri peccata. Quid noxio pudore corriperis? *Non eſt confuſio* (inquit Chryſoſt. Serm. de Pœnitentia) *accuſare ſua peccata, ſed iuſtitia & virtus. Nam ſi non eſſet virtus, non illi mercedem poſuiſſet Deus.* Mercedem reijcit, qui humiliter culpas ſuas fateri ſubterfugit. Scimus vt ſua mala extenuent hypocritæ, vel fucos inducant, vel tergiuerſando obſcurent; denique numquam ingenuè & pleno ore rectam confeſſionem afferant. Hac prauitate ſe fuiſſe implicitum negat Dauid, quia ſine vlla ſimulatione patefecit Deo quidquid eum premebat. Nam cùm dicit ſe notum feciſſe peccatum, nec abſcondiſſe; poſterius membrum more Hebraico ad amplificandum additur. Quare dubium non eſt, quin Dauid coram Deo ſe ſiſtens, ſe Dei iudicio penitus ſubiecerit, protuleritque reatum ſuum, vt apud ſe damnatus veniam impetraret: quam & ſtatim ſe obtinuiſſe ſignificat. vnde ſubdit:

Aduerſus nos pronuntianda peccata, non aduerſus Deum.

Delictum cognitum facere, eſt etiam circumſtantias explicare.

ANNOTATIONES CORDERII.

Confeſſio debet eſſe ingenua & ſincera.

IBIDEM. *Remiſiſti impietatem cordis mei.*] Sic etiam legit S. Auguſt. Græcè, *καρδίας μου*; Theodoretus legit, *ἀσέβειαν ἁμαρτίας, impietatem peccati*, quomodo etiam Vulgata habet; Aquila, *ἀνομίαν ἁμαρτίας, iniquitatem peccati* (atque ita S. Hieronymus legit;) Theodotion, *ἁμαρτίαν τῆς ἀσεβείας, peccatum iniquitatis*; Symmachus (quem laudat & ſequitur Euſebius) *ἵνα σὺ ἀφέλῃς τὴν ἁμαρτίαν μου, vt tu auferas peccatum meum*; vel, *τὴν ἄνομον ἁμαρτίαν, iniquum peccatum.* O ſuauiſſimum nuntium! quo mens hominis nimiùm quantum exhilaratur, cor exultat, omnes ſenſus inexplicabili lætitiâ profunduntur: cùm Deus intimo in animo ſignificat ſe placatum, nolle mortem peccatoris, intueri lacrymas & puri animi deuotionem, paterno affectu in collum irruere, dare annulum, candidamque ſtolam. Nulla mihi videtur tam certa & tanta animi lætitia, quanta ſolet eſſe tranquillatæ diuinitus conſcientiæ, Deo ſuauitatem inducente, quæ mœroris nubem diſcutit, mulcet animum, gaudium exſuſcitat.

Maximum ſolatium animæ, intelligere peccatum ſibi remiſſum eſſe.

6. *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus.*] Græcè, *ὑπὲρ ταύτης*; Hebraicè, על־זאת *hhal zoth*, quod etiam eſt generis feminini. Sed, vt ſuprà Pſalmo 26. v. 3. & 4. notauimus, Hebræi genere feminino pro neutro vtuntur; Symmachus, *ὑπὲρ* vel *περὶ τούτου, de hoc*, vel *propter hoc*, id eſt, *pro hac re*, vt non denotetur mouens cauſſa, ſed orationis materia. Hinc rectè infert Bellarminus (libro 1. de Amiſſ. gratiæ, & ſtatu peccati cap. 5.) eſſe quædam peccata, quæ in Sanctis aliquando reperiuntur, nec tollunt ſanctitatem. *Nec enim eſt homo qui non peccet.* Quare Matth. 6. iubentur omnes dicere: *Dimitte nobis debita noſtra.* Nam, vt Iacobus ait, *In multis offendimus omnes.* Similia loca ſunt plurima in Scripturis. Vnde

Sancti habent etiam ſæpè venialia peccata.
3. Reg. 8, 46.
Matth. 6, 12.
Iac. 3, 2.

ANNOTATIONES CORDERII.

pulchrè S. Cyprianus Serm. de Eleëmoſyna ait: *Quiſquis ſe inculpatum dixerit, aut ſuperbus, aut ſtultus eſt.* Pro hac igitur peccatorum venia (vt communi conſenſu ſancti Patres interpretantur) orat omnis ſanctus. Hæc maxima Sanctorum cura, & primum omnino ſtudium, pro peccatorum ſuorum remiſſione Dominum deprecari. *Quantò enim* (inquit ad hunc locum S. Gregorius) *electus quiſque maiori ſanctitate præeminet, tantò magis de his, ſine quibus hæc vita non ducitur, venialibus peccatis dolet. Quis ſanctior*

Rom. 7, 25. *Paulo, qui de ſe diffidens, de corpore mortis per Dei gratiam liberari expectat? Sancti enim viri licet magnis iam virtutibus polleant, habent tamen adhuc de culpa obſcuritate quod ferant. Et licet iam magnâ vitæ claritate luceant, aliquas tamen peccati nebulas, veluti quaſdam noctis reliquias nolentes trahunt. Quod diuinæ profectò pietatis diſpenſatione agitur, vt qui aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, ad humilitatis celſitudinem ſuâ melius infirmitate ſubleuetur.* Quod magnum, & numquam ſatis prædicatum Numinis beneficium cecinit Dauid, cùm pro venia vitæ maculoſæ, ad parentem bonum adijſſet, dicens: *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno*; Græcè, ἐν καιρῷ εὐθέτῳ; Symmachus legit, καιρὸν εὑρών, *tempus nactus*; quod S. Hieronymus vertit, *tempus inueniens*; Hebraicè eſt, לְעֵת מְצֹא, *lehhet metſo*, quod alij vertunt, *tempore inueniendi*; Chaldaicè eſt, לְעִדָּן רְעוּתָא *lebhidan rehhutha*, id eſt, *in tempore beneplaciti*. quod tempus hoc nomine vocatur in Pſalmo 68. vbi etiam fit mentio de oratione his

Pſal. 68, 14 verbis: *Ego verò orationem meam ad te Domine, tempus beneplaciti Deus*: vbi Septuag. habent, καιρὸς εὐδοκίας; Symmachus verò, καιρὸς διαλλαγῆς, *tempus reconciliationis*. Quam Symmachi ſententiam confirmare videtur Apoſtolus, de reconciliatione per Chriſtum facta ſic loquens: *Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum: & dedit nobis miniſterium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non reputans ipſis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* Ex quibus verbis benè infert Agellius: ſi tempus inueniendi, ſeu tempus opportunum, quo ſancti viri orare monentur, eſt tempus acceptabile, & tempus acceptabile eſt tempus reconciliationis cùm mundum Deus ſibi per Chriſtum reconciliauit, non reputans illis peccata ipſorum, & illorum peccata in Chriſtum tranſtulit, & illum peccatum fecit, vt illius iuſtitiam in nos transferret, & in ipſo Dei iuſtitia efficeremur; ergo hoc tempus eſt, quo Sancti oraturi ſunt: nam niſi priùs reconciliati, exaudiri non poſſunt: ait enim, *Tempore accepto exaudiui te.* Poſt Chriſti itaque reconciliationem orare iubentur, vt audiantur; primùm quidem ac principaliter actu perfectam, quòd ſi ad ea tempora peruenire non liceat, ſaltem fide creditam. Aliam

Tempus opportunum eſt tempus reconciliationis. 2. Cor. 5, 18.

Tempus Chriſti eſt opportunum.

rationem intelligendi temporis opportuni, ſeu temporis inueniendi, afferunt, quibus id tempus indicari videtur, quo inuenitur Deus; hoc eſt, quo inuenitur eius gratia atque clementia, dum adhuc expectat Deus, & differt iram ſuam atque vindictam, dans locum pœnitentiæ, iuxta illud Prophetæ: *Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt.* Tempus autem inueniendi Dominum illud eſt, cùm ab iniquitate receſſerimus. quare ſubiungit: *Derelinquat impius viam ſuam*, &c.

Tempus gratiæ eſt opportunum. Iſa. 55, 6. Ibid.

Ibidem. *Verumtamen in diluuio aquarum multarum*, &c.] Senſus eſt, etiamſi nos vndique circumdent profundi mortis gurgites, & pericula ſalutis, metuendum non eſſe ne nos abſorbeant, ſed tutos & incolumes fore, modò ſecundam poſt naufragium pœnitentiæ tabulam firmiter toto animo complectamur; per quam in ipſa corporis morte ſalutem certam animæ conſequemur, & in æternæ ſalutis portum deuehemur. Nam diluuij voce notantur diſcrimina ſalutis. S. Auguſt. hîc *diluuium aquarum*, ſymbolicè exponit de doctrinarum curioſa & noxia varietate quibus animæ obruantur. *Quid eſt*, inquit, *diluuium aquarum multarum? multiplicitas variarum doctrinarum.* Exempla deinde apponit: *Alia doctrina eſt, Fatum mihi fecit: alia doctrina, Caſus mihi fecit, fortuna fecit. Alius dixit: Eſt gens tenebrarum contraria, quæ rebellauit aduerſus Deum; ipſa facit peccare hominem. In hoc diluuio aquarum multarum ad te non approximabunt. Ad te, id eſt, ad Deum.* Iſtiuſmodi enim ſcientiæ non ad amorem Numinis ducent, nec augebunt animi ſanctimoniam, ſed imminuent potiùs & euertent. Sed hic ſenſus eſt accommodatitius: prior de pœnitentia eſt litteralis, quippe per illam propriè è diluuio peccatorum emergimus. Liber ergo à peccato Dauid, in vocem laudis & exultationis prorumpit, dicens:

Pœnitentia ſalus è diluuio aquarum.

7. *Exultatio mea, erue me à circumdantibus me.*] In Hebræo eſt, *ouationibus liberationis circumdabis me.* lætitiâ videlicet eâ, quâ geſtire ſolent, qui ab hoſtibus ſuis liberati ſunt, perfundes me. *Ouationes* vocat effuſam illam & redundantem voluptatem, quam ſentit animus, à maleficio & culpa liberatus, præſidio Numinis & beneuolentiâ tutus, gratiâ inſignitus, iam quodammodò Angelorum ſocius, cæli municeps, vt triumphare propè videatur. Poſt illum verſiculum, סֶלָה *ſelah* appoſuit Dauid, quod Septuag. vbique *Diapſalma* transferunt, quæ nota eſt admirantis animi, vt meditantis mens obſtupeſcat, & viuâ fide atque erectâ cogitatione apud ſe reputet, quanta gratia, quantus ſit ille fauor, quo Deus proſequitur ſuos, vt maculoſi, diuino beneficio candeant; tenebricoſi, luceant; miſeri priùs, ob pœnitentiam ſuauiſſimè rideant; è iactatione turbulentæ conſcientiæ, placido flumine lacrymarum, in dulcem portum conſolationis diuinæ ferantur.

Summa exultatio animæ à peccatis liberatæ.

8. *Intellectum tibi dabo*, &c.] S. Hieron. notat hîc more Prophetis familiari, ſine vlla præfatione verborum, mutari perſonam, & introduci Deum Dauidis poſtulationi reſpondentem, prout ſuperiùs in Paraphraſi explicatum eſt. Quæ ſententia communis eſt Patrum tam Græcorum quàm Latinorum; recentiores tamen aliqui cum Ianſenio non volunt perſonam, ſed locutionis modum

modum dumtaxat variari, & Dauidem modò pluraliter, modò ſingulariter alios adhortari. Sed prior ſententia, vt benè Lorinus notat, maioris pro ſe ponderis auctores habet, & verbis Prophetæ conformior atque ſimplicior videtur: quapropter ab illa minimè recedo. Reſpondet itaque Dominus Dauidi, & intelligentiam, directionem, ac fauorem ſuum illi liberaliter addicit. Emphaticè autem illud, *Firmabo*, inquit, *ſuper te oculos meos*. Perinde ac ſi dixiſſet: Non auferam oculos meos à te, quia tu aſſiduè leuas oculos tuos ad me. Haud otioſus eſt iſte Dei reſpectus, ſed ſui nobis imprimit imaginem, & in ſe transformat. Omnes enim id à Dei oculis habemus, vt ad Deum tendamus, & eum aſpiciamus in omni opere, & in imaginem Dei transformemur; iuxtà illud Pauli, *Nos verò omnes reuelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes, transformamur à claritate in claritatem, tamquam à Domini ſpiritu.* Quid eſt *à claritate in claritatem?* D. Anſelmus exponit, *ab vna clara viſione in aliam.* Itaque quæ nos transformant in Dei imaginem, quæ nos faciunt ire in ſimilitudinem Dei, viſiones eiuſdem Dei ſunt. Sed vnde habemus tam claros oculos, qui Deum intuentes, nos Deo ſimiles faciant? A ſpeculo, reſpondet S. Chryſoſt. vt enim in ſpeculo accedentis ad ipſum oculi exprimuntur; nec aliunde ſpeculum bonos oculos habet, niſi ex eo qui ad illud accedit: ſic nos inſtar ſpeculi Deum referentes, clariſſimis Dei oculis inſignimur, quibus Deum videntes, crebrâ viſione in imaginem Dei transformamur. Vt ſpeculum ſcilicet nos Dei faciem, Deique oculos excipimus, & inde in nobis oculi excitantur, non otioſi, ſed qui nos Deo faciant aſſimilari. Quò ſpectat hic Dauidis verſiculus: *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, firmabo ſuper te oculos meos.* Nimirum ſuper nos, vt ſuper ſpeculum, Deus oculos ſuos firmans, intellectum dat, hoc eſt, mentis oculos dat, qui imaginem Dei referant. Vbi enim priùs ipſe Dominus oculos ſuos ad animam vertit, illa inſtar ſpeculi totam recipit Domini venuſtatem. Itaque de pulchra Dei facie in nobis, quaſi in ſpeculo expreſſa, habemus pulcherrimos illos oculos, quibus in Dei imaginem transformamur. Ne igitur diuinam hanc in nobis imaginem vitiorum ſordibus conſpurcemus, & degeneri conuerſatione perdamus, ſalutarem ſubintulit admonitionem.

Ex Dei reſpectu omnis animæ venuſtas.

2. Cor. 3, 18.

Anima inſtar ſpeculi Dei imaginem exprimit.

9. *Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.*] Quæ quidem pecudes, non ratione, ſed cæco impetu brutalis laſciuiæ feruntur. *Coarguit præcipuè his verbis Propheta eos* (inquit S. Hieron.) *qui non Dei voluntate, ſed proprio motu ſe regere volunt, & effrenes in luxuriam decidunt.* Quocircà, vt libidinem ſuam expleant, nullum non ius humanum ac diuinum equi iſti ac muli proterunt. Argutè Card. Toletus Serm. 11. per mulum qui generatur, & non generat, ingratum hominem intelligit, qui gratiam accipit, & non rependit. Quare D. Bernardus epiſt. 107. *Studete*, inquit, *potiùs gloriam veſtram referre ad illum à quo eſt; ſi non vultis eam perdere, aut certè perdi ab ea.* Sed iure ambiges, cur ad eorum exemplum qui ſine intelligendi facultate ſunt, equum & mulum notanter appoſuerit, cùm ſtupidior aſinus, rudior bos ſit? Reſpondet pulchrè S. Auguſt. quòd bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui agnoſcat; equus verò & mulus erectâ ceruice ſint, qui ſe ſolâ inſtructione & monitis ad viam dirigi non ſinunt, niſi camo & fræno conſtringantur. Inobedientes igitur cum ijs componit; quia iugum detrectare, animalium rationis expertium proprium eſt, alienum verò ab hominibus prudentibus. Poſſunt etiam per equos & mulos intelligi homines rudes, quibus ſanè condonandum eſt, ſi quando iuſſis non obtemperant; hoc enim fert rude illorum ingenium: cum illis verò qui mente valent, longè aliâ viâ incedendum eſt. Hi enim ad nutum parere tenentur, quando æqua imperantur. Pulchrè ad hunc locum S. Auguſt. *Nolite*, inquit, *fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, ideò ſe regere volunt. Ergo fac illis Deus, quod fit equo & mulo, vt pœnis eos cogas ferre regimen tuum, qui non propinquant ad te. Multa flagella peccatoris: multùm flagellatur, qui non confitens Deo peccata ſua, ſe ipſum ſibi rectorem eſſe vult. Sperantem autem in Domino, miſericordia circumdabit. Qui autem ſperat in Domino, & ei ſe ſubdit regendum, miſericordia circumdabit. Lætamini in Domino, & exultate iuſti; non in vobis, ſed in Domino. Et gloriamini omnes recti corde. Et in eo gloriamini omnes, qui intellexiſtis rectum eſſe illi ſubdi, vt ceteris præferamini.* Vbi optimè notat ſanctus Doctor, Dauidem inprimis eos mulos & equos appellaſſe, qui Prælatis non parent, ac tandem his verbis Pſalmum concluſiſſe: *Lætamini in Domino & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde.* Id eſt, vos verò qui animi pietate, & ingenij dexteritate valetis, iuſſa Dei explete. Hoc enim maximè decet pios & ſapientes viros.

Laſciui equo & mulo comparati.

ANNOTATIONES CORDERII.

Inobedientes cum equo & mulo comparati.

10. *Multa flagella peccatoris.*] Notat Ianſenius, hunc verſum duobus modis intelligi poſſe. Priori modo ſic, q. d. Multa quidem ſunt flagella peccatori deputata; qui tamen inter peccatores ſperat in Domino, & ob id eius ambit gratiam, hunc miſericordia circumdabit, per quam debita ei ſupplicia remittantur. Altero modo, vt ſit inter membra huius verſus oppoſitio, & ſit ſenſus: Multa flagella accidunt peccatori: at contrà qui non eſt peccator, ſperat in Domino, atque ob id ſe à peccatis ſtudioſè cauet; huic Dei benignitas & miſericordia vbique aderit, & copioſè. Atque hunc eſſe veriorem ſenſum indicat verſus ſequens, in quo iam *iuſti & recti corde* dicuntur, qui hîc vocantur *ſperantes in Domino.* Deinde *peccatores* ferè non vocat, niſi eos qui peccare perſeuerant. Agellius cenſet Septuag. hoc verbum, κυκλώσει, accipere pro *circumducet ac flectet.* q. d. Miſericordia tamquam pia dux leniter flectet monitis obſequentem, peccatorem verò tamquam duram ac reluctantem belluam, flagella, morbi, doloreſque ad rectum iter impellent. Ac ne quis nouum & inſolitum putet, κυκλοῦν idem eſſe quod *circumducere*, ſic verterunt ijdem Septuag. in Cantico Moyſi, ἐκύκλωσεν αὐτὸν, καὶ ἐπαίδευσεν αὐτὸν, *circumdedit eum, & docuit eum:* quod Latinè clariùs reddidit S. Hieron. *circumduxit eum, & docuit.* Sic Exodi 13. Ἐκύκλωσεν ὁ θεὸς τὸν λαὸν εἰς τὴν ἔρημον, *circumdedit*, ſiue *circumduxit, Deus populum in deſertum.* Flagellis autem, quibus eruditur peccator, miſericordiam oppoſuit. Flagella enim peccatorem ad

Peccatores flagella, iuſtos miſericordia circumdat.

Deut. 32, 10.

Exodi 13, 18.

PARAPHRASIS PATRVM.

rectum iter adigunt, miſericordia piium benigno ductu circumducit ac flectit.

11. *Gloriamini omnes recti corde.*] Græcè eſt, καυχᾶσθε, quod victorum & triumphantium eſt proprium, qui fractis domitiſque hoſtibus tripudio quodam geſtiunt, cantuq; & lętitiâ efferuntur. Hebræa vox הַרְנִינוּ *harninu*, quâ Dauid vtitur, iubilationem ſignificat: quod Septuag. & Græci Patres ſolent dicere ἀλαλάζειν, in rebus lætiſſimis iubilare; hinc ἀλαλαγμὸς, vt ait Heſychius, eſt oda pro victoria. S. Chryſoſt. in Pſal. 46. item hanc diſertiùs exponit: *Solent*, inquit, *exercitus, quando inclinat hoſtium acies, non vti extrema victoriâ, ſed concordi voce & iubilo, quatere eorum animos iam abiectos: quod eſt*, inquit, νίκης λαμπρᾶς καὶ τροπαίου, *claræ victoriæ & trophæi argumentum maximum.* Ad hoc igitur lætitiæ genus euocat iuſtos afflatus à Deo Vates, cùm monet gloriari, exultare, plaudere manibus, iubilare. Quæ omnia, vt ait S. Chryſoſt. nihil aliud ſignificant, niſi ἡδονὴν μεθ' ὑπερβολῆς, *inſignem quamdam exquiſitamque lætitiam.* Vnde quidam hoc loco vertunt, *incitate ad ouationem rectos corde.*

ἀλαλαγμὸς, ſeu iubilatio quid.

IN PSALMVM XXXII. ARGVMENTVM.

Pſalmus Dauid, qui ſine titulo eſt apud Hebræos.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

Hunc Pſalmum Septuaginta explanantes, Ne quæras, inquiunt, inſcriptionis explanationem, quandoquidem titulum minimè inuenimus. Ceterùm hic Pſalmus à B. Dauide editus eſt ſuper ijs quæ de admirabili Ezechia feruntur. Formatur autem veluti ex perſona ipſius Ezechiæ ad hymnodiam populum excitantis, poſt admirabilem illam victoriam, & Aſſyriorum internecionem.

Τοῦτον οἱ ἑβδομήκοντα τὸν ψαλμὸν ἑρμηνεύσαντες, μὴ ζητήσῃς, φησὶν, ἑρμηνείαν ἐπιγραφῆς· ἐπιγραφὴν γὰρ οὐχ εὕρομεν. εἴρηται δὲ ὁ ψαλμὸς οὗτος ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ, εἰς τὴν κατὰ τὸν θαυμάσιον Ἐζεκίαν ὑπόθεσιν. Ἐσχημάτισται δὲ ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ Ἐζεκίου εἰς ὑμνῳδίαν τὸν λαὸν παρορμῶντος, μετὰ τὴν παράδοξον νίκην, καὶ τὸν τῶν Ἀσσυρίων ὄλεθρον.

PARAPHRASIS.

1. EXVLTATE iuſti in Domino: rectos decet * laudatio.

* *Vulgata* collaudatio.

Eos qui Deum cognouerunt, & ab errore liberati ſunt, Deum continuò laudare decet. Deinde docet hymnodiam concinnare, dicens:

Rectos decet Deum laudare.

α'. ΑΓΑΛΛΙΑΣΘΕ δίκαιοι ἐν κυρίῳ, τοῖς εὐθέσι πρέπει αἴνεσις.

Τοῖς τὸν Θεὸν ἐπεγνωκόσι, καὶ πλάνης ἀπηλλαγμένοις, ἁρμόττει τὸν Θεὸν διηνεκῶς ἀνυμνεῖν. εἶτα διδάσκει τὴν ὑμνῳδίαν ποιήσασθαι, λέγων·

2. Confitemini Domino in cithara: in pſalterio decem chordarum pſallite illi.

β'. Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ, ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλατε αὐτῷ.

3. Cantate ei canticum nouum: benè pſallite ei in vociferatione.

γ'. Ἄσατε αὐτῷ ᾆσμα καινόν· καλῶς ψάλατε αὐτῷ ἐν ἀλαλαγμῷ.

Hæc omnia ſecundùm legalem cultum perficiebantur: citharis enim, & cymbalis, & tympanis, ceteriſque muſicis inſtrumentis vtebantur. Vociferatio verò eſt vox victoriæ, quæ contra fugitantes à victoribus editur.

Vociferatio quid.

Ταῦτα πάντα κατὰ τὴν νομικὴν ἐπετελεῖτο λατρείαν. Καὶ γὰρ κιθάραις, καὶ κυμβάλοις, καὶ τυμπάνοις, καὶ ἑτέροις μουσικοῖς ὀργάνοις ἐκέχρηντο. Ἀλαλαγμὸς δέ ἐστιν ἐπινίκιος βοὴ, κατὰ τῶν φευγόντων ὑπὸ τῶν νικώντων γινομένη.

4. Quia rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide.

δ'. Ὅτι εὐθὺς ὁ λόγος τοῦ κυρίου, καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει.

Δικαι-

Δικαίως, φησὶν, ἅπαντα πρυτανεύει ὁ τῶν ὅλων κύριος, καὶ προύθηκεν ἡμῖν τῶν ἔργων αὐτοῦ τὴν θεωρίαν, πιστεύειν παρακαλῶν, ἀλλ' οὐ πολυπραγμονεῖν πῶς γεγένηται.

ε΄. Ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καὶ κρίσιν· τοῦ ἐλέους κυρίου πλήρης ἡ γῆ.

Μιμεῖσθαι, φησὶ, προσήκει τὸν ποιητήν· ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ἐλέῳ κεχρημένος οἰκονομεῖ, καὶ τοὺς ἠδικημένους οἰκτείρει· οὕτω δεῖ καὶ ἡμᾶς τοῖς μὲν ἀδίκοις ἀπονέμειν τὴν κρίσιν, τοῖς δὲ ἠδικημένοις τὸν ἔλεον. Καὶ γὰρ ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν δεσπότης, τῇ μὲν κρίσει κατὰ τῶν Ἀσσυρίων ἐχρήσατο, ἡμᾶς δὲ φειδοῦς καὶ φιλανθρωπίας ἠξίωσεν. Οὕτω τὰ περὶ τῆς θείας προνοίας διεξελθὼν, ἐπὶ τὴν δημιουργίαν μεταφέρει τὸν λόγον, καὶ διδάσκει ὡς δημιουργήσας τὰ σύμπαντα, πρυτανεύει αὐτὸς, καὶ προμηθεῖται ποιημάτων οἰκείων, οὐκ ἀλλοτρίων.

ς΄. Τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.

Οὐ πόνου, φησὶν, ἐδεήθη καὶ χρόνου, ἀλλὰ λόγῳ μόνῳ παρήγαγεν ἅπαντα. Ἡ δὲ ἀληθὴς θεολογία τὸν θεὸν ὑποδείκνυσι λόγον ἐν τῷ παναγίῳ πνεύματι, καὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰς οὐρανίους δυνάμεις πεποιηκότα.

ζ΄. Συνάγων ὡσεὶ ἀσκὸν ὕδατα θαλάσσης, τιθεὶς ἐν θησαυροῖς ἀβύσσους.

Πᾶσαν μὲν γὰρ τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, ὥσπερ ἐν ταμείοις τισὶ, τοῖς ἀφωρισμένοις χωρίοις καθειργμένην ἔχει. Ἕλκει δὲ ταύτην εἰς τὸν ἀέρα μετέωρον, ὅταν ἐθέλει, καὶ ὡς ἐν ἀσκῷ τινι ταῖς νεφέλαις συνεχομένην φρουρεῖ, ἕως ἂν ἀφεῖναι κελεύσῃ τῶν ὑετῶν τοὺς κρουνούς.

η΄. Φοβηθήτω τὸν κύριον πᾶσα ἡ γῆ, ἀπ' αὐτοῦ δὲ σαλευθήτωσαν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην.

θ΄. Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.

Τῶν οὐρανῶν μνημονεύσας, καὶ τῶν ἀοράτων δυνάμεων, ἔπειτα τῆς τῶν ὑδάτων οὐσίας, ἄγει καὶ τὴν γῆν εἰς μέσον, καὶ τοὺς ταύ-

PARAPHRASIS PATRVM.

Iuſtè, inquit, omnia gubernat omnium Dominus; & propoſuit nobis operũ ſuorum contẽplationem, cõmonens nos vt credamus, non autẽ curioſè quæramus quomodo facta ſint.

Opera Dei non curioſè inueſtiganda.

5. Diligit miſericordiam & iudicium: miſericordiâ Domini plena eſt terra.

Decet, inquit, creatorem imitari. Nam vt ille miſericordiâ vtens, gubernat, & iniuriâ affectos miſeratur: eodem modo oportet & nos iniuſtis quidem iudicium reddere; iniuriâ affectis verò miſericordiam. Etenim benignus Dominus noſter iudicio quidem contra Aſſyrios vſus eſt; nos verò miſericordiâ ac benignitate dignos fecit. Cùm hoc modo ea quæ ad diuinam prouidentiam pertinent, recenſuiſſet, ſermonem transfert ad creationem, & docet, quomodo cùm creaſſet omnia, ea ipſe gubernet, & curam gerat propriorum operum, non alienorum.

Deus omnia gubernat.

6. Verbo Domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius, omnis virtus eorum.

Non labore, inquit, & tempore opus habuit; ſed verbo ſolo produxit vniuerſa. Vera autem Theologia Deum Verbum oſtendit in ſancto Spiritu, tam homines, quàm cæleſtes virtutes condidiſſe.

Deus verbo ſolo produxit vniuerſa.

7. Congregans ſicut * vtrem aquas maris: ponens in theſauris abyſſos.

** Vulgata in vtre*

Nam omnem quidem aquam, velut in quodam penu, definitis locis concluſam continet. Trahit autem illam ſurſum in aëra ſublimem, cùm libet, & in nubibus tamquam in vtre quodam concluſam aſſeruat; donec laxari iubeat ſcatebras pluuiarum.

Deus aquas concludit, & ſuſpendit.

8. Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.

9. Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.

Poſteaquam cælorũ, & inaſpectabiliũ virtutum, atq; inſuper aquarum ſubſtantiæ mentionem fecit; terram quoq; & illius habitatores in

Deus terræ Dominus.

PARAPHRASIS PATRVM.

in medium adducit, docens & illos eſſe opera Dei, atque adhortans vt creatorem ſuum timeant ac metuāt,& illius nutibus obediant.

10. Dñs diſſipat conſilia gẽtium: reprobat autẽ cogitationes populorũ, & reprobat cõſilia principum.

11. Conſilium autẽ Dñi in æternũ manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

Deus diſſipat conſilia improborum.

Habent iſta quæ dicta ſunt, duplicem expoſitionem: nam non modò Aſſyriorum, & Sennacherib, & Rapſacis conſilia diſſipauit, & proprij conſilij potentiam & veritatem oſtendit: ſed & gentium, orbem incolentium, impetus aduerſus Apoſtolos diſſoluit, ſuæque virtutis potentiam omnibus manifeſtam reddidit.

12. Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eius: populus quem elegit in hereditatem ſibi.

Populus electus eſt Dei hereditas.

Oportet, inquit, beatos celebrare, non eos qui diuitijs affluunt; ſed qui Deo confiſi, & eius auxilij compotes facti ſunt. Porrò populus electus, Dei hereditas vocatur. Atque olim quidem Iudaicus populus hoc nomine gaudebat; poſteà verò is qui eſt è Gentibus electus, & fidei radios recepit. *Poſtula* enim, inquit, *& dabo tibi Gentes hereditatem tuam.*

Pſal. 2, 8.

13. De cælo reſpexit Dominus: vidit omnes filios hominum.

14. De præparato habitaculo ſuo, reſpexit ſuper omnes qui habitant terram.

Hæc etiam dixit in Pſalmo decimotertio, eamdem faciens vaticinationem. Et quoniam dixerat, *reſpexit*, ne quis opinaretur eum vt Deum ignorare illa quę ab hominibus audacter perpetrantur, opportunè ſubiunxit:

Deus omnes reſpicit quid agant.

15. Qui finxit ſingillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.

Dicebam, inquit, vniuerſorum Deum reſpicere, non tamquam ignorantem, ac diſcere cupientem, ſed quaſi iudicantem ac punientem. Quomodo enim fieri poteſt, vt qui animam fecit, eius motiones ignoret? *corda* enim pro cogitatione poſuit.

τὴν κατοικοῦντας, ποιήματα καὶ αὐτοὺς εἶναι διδάσκων, καὶ παρεγγυῶν δεδιέναι καὶ τρέμειν τὸν ποιητὴν, καὶ τοῖς αὐτοῦ νεύμασι πείθεσθαι.

ί. Κύριος διασκεδάζει βουλὰς ἐθνῶν, ἀθετεῖ δὲ λογισμοὺς λαῶν, καὶ ἀθετεῖ βουλὰς ἀρχόντων.

ιά. Ἡ βουλὴ τοῦ κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα μένει, λογισμοὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

Διπλῆν ἔχει τὴν ἑρμηνείαν τὰ εἰρημένα· οὐ γὰρ μόνον τῶν Ἀσσυρίων, καὶ τοῦ Σενναχηρὶβ, καὶ τοῦ Ῥαψάκου διεσκέδασε τὰς βουλὰς, καὶ τῆς οἰκείας βουλῆς τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἔδειξεν· ἀλλὰ καὶ τῶν τὴν οἰκουμένην οἰκούντων ἐθνῶν τὰς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπαναστάσεις διέλυσε, καὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως τὸ κράτος δῆλον πεποίηκεν ἅπασιν.

ιβ'. Μακάριον τὸ ἔθνος, οὗ ἐστι κύριος ὁ θεὸς αὐτοῦ, λαὸς ὃν ἐξελέξατο εἰς κληρονομίαν ἑαυτῷ.

Δεῖ, φησι, μακαρίζειν, οὐ τοὺς πλούτῳ κομῶντας, ἀλλὰ τοὺς τῷ θεῷ πεποιθότας, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ ῥοπῆς ἀπολαύοντας. Ἐκλεκτὸς δὲ λαὸς, κληρονομία θεοῦ προσαγορεύεται. Πάλαι μὲν ὁ Ἰουδαϊκὸς, μετὰ δὲ ταῦτα ὁ ἐκ τῶν ἐθνῶν ἐκλεχθεὶς, καὶ τὰς τῆς πίστεως ἀκτῖνας δεξάμενος· αἴτησαι γάρ, φησι, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου.

ιγ. Ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ κύριος, εἶδε πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.

ιδ'. Ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ, ἐπέβλεψεν ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν.

Ταῦτα καὶ ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔφη ψαλμῷ, τὴν αὐτὴν ποιούμενος πρόρρησιν. καὶ ἐπειδὴ εἶπεν, ἐπέβλεψεν, ἵνα μή τις νομίζῃ αὐτὸν ἀγνοεῖν ὡς θεὸν, τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων τολμώμενα, εἰς καιρὸν ἐπήγαγεν·

ιέ. Ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας αὐτῶν, ὁ συνιεὶς εἰς πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν.

Εἶπον ἐπιβλέψαι τὸν τῶν ὅλων θεόν, φησιν, οὐχ ὡς ἀγνοοῦντα, καὶ μαθεῖν ἐφιέμενον, ἀλλ' ὡς κρίνοντα καὶ δικάζοντα. πῶς γὰρ οἷόν τε ἀγνοεῖν τῆς ψυχῆς τὰ κινήματα, τὸν ταύτην πεποιηκότα; τὰς καρδίας γὰρ ἀντὶ τοῦ λογισμοῦ τέθεικεν.

ις'. Οὐ

ιϛʹ. Οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ.

ιζʹ. Ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν, ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται.

Δι᾽ αὐτῶν, φησι, μεμαθήκαμεν τῶν πραγμάτων, ὡς οὐ δεῖ θαῤῥεῖν, οὐ ῥώμῃ σωμάτων, οὐκ ἀνδρείᾳ ψυχῆς, οὐχ ἵππων ὀξύτητι, οὐχ ὑπηκόων πλήθει. Ἐν τούτοις γὰρ ἅπασιν ὁ Σενναχηρὶβ πλουτῶν, οὐδὲν ἐντεῦθεν ἀπώνατο, ἀλλὰ τὴν πανωλεθρίαν ἐδέξατο. τί οὖν ποιητέον ὑπόδειξον, ὦ προφῆτα;

ιηʹ. Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

ιθʹ. Ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν, καὶ διαθρέψαι αὐτοὺς ἐν λιμῷ.

Ἁπάντων, φησὶ, πρόξενος ἡ εὐσέβεια, καὶ τὴν θείαν προμήθειαν ἐφέλκεται. αὕτη δὲ καὶ θάνατον ἐπιόντα κωλύει, καὶ ἐν ἐνδείᾳ χαρίζεται τῶν ἀγαθῶν τὴν φορὰν.

κʹ. Ἡ δὲ ψυχὴ ἡμῶν ὑπομένει τῷ κυρίῳ, ὅτι βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς ἡμῶν ἐστι.

καʹ. Ὅτι ἐν αὐτῷ εὐφρανθήσεται ἡ καρδία ἡμῶν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ἠλπίσαμεν.

Τοσούτων τοίνυν ἀγαθῶν ἀπολαύσαντες, βεβαίαν ἔχομεν ἐν θεῷ τὴν ἐλπίδα, καὶ τὴν παρ᾽ αὐτοῦ βοήθειαν προσμένομεν ἀεί. αὐτὸς γὰρ ἡμῖν καὶ τὴν παροῦσαν θυμηδίαν δεδώρηται. Εἶτα εἰρηκὼς, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ἠλπίσαμεν, ἱκετεύει λαβεῖν ἰσόμετρον τῇ ἐλπίδι τὸν ἔλεον.

κβʹ. Γένοιτο κύριε τὸ ἔλεός σου ἐφ᾽ ἡμᾶς, καθάπερ ἠλπίσαμεν ἐπὶ σέ.

Παῤῥησίας μεγίστης ὁ λόγος, καὶ τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς τολμηρός. Τίς γὰρ οὕτως ἤλπισεν, ὡς θαρσαλέως εἰπεῖν, τῇ ἐμῇ ἐλπίδι τὸν ἔλεον μέτρησον; Τὴν ἐλπίδα τοίνυν τελείαν καὶ γνησίαν κτησώμεθα, καὶ τὸν ἄλλον βίον τῇ ἐλπίδι κατάλληλον, ἵνα ἔλεος καρπωσώμεθα.

16. Non ſaluatur rex per multam virtutem: & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ. PARAPHRASIS PATRVM.

17. Fallax equus ad ſalutem: in abundantia autem virtutis ſuæ non ſaluabitur.

Rebus ipſis,inquit,didicimus, haud fidendum eſſe corporum robori, neque animi fortitudini,neque equorum velocitati, neq; ſubditorũ multitudini. Cùm enim his omnibus Sennacherib affluerct,nihil tamen inde adiumenti accepit; ſed extremũ interitũ ſuſtinuit. Quid igitur faciendum ſit,ô Vates, demõſtra. *Temporalia præſidia parum valent.*

18. Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum: * ſperantes ſuper miſericordia eius. * Vulg. & in eis, qui ſperant

19. Vt eruat à morte animas eorum: & alat eos in fame.

Pietas, inquit, omnia bona conciliat, & diuinam allicit prouidentiam. Hæc verò etiam mortem irruentem impedit,& in egeſtate bonorum copiam largitur. *Pietas ad omnia vtilis.*

20. Anima noſtra * patiens eſt Domino:quoniam adiutor & protector noſter eſt. * Vulg. ſuſtinet Dominum:

21. Quia in eo lætabitur cor noſtrum: & in nomine ſancto eius ſperauimus.

Cùm itaque tantis bonis potiti ſimus,ſpem firmam in Deum habemus,ſemperque ab illo auxilium expectamus: ipſe enim nobis etiam præſentem voluptatem largitus eſt. Deinde, cùm dixiſſet, *Quia in nomine ſancto eius ſperauimus*, orat vt miſericordiam ſpei ſuæ reſpondentem accipiat. *Patientia & ſpes, ſunt tuta præſidia.*

22. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te.

Sermo hic maximæ eſt fiduciæ,& inſolens hominibus huius æui. Quis enim ita ſperauit, vt audacter dicat: Parem ſpei meæ miſericordiam impende? Spem itaque perfectam ac ſinceram poſſideamus, aliamque vitam ſpei conſonam, vt miſericordiam conſequamur.

COMMENTARIVS PATRVM.

COMMENTARIVS.

1. Exvltate ivsti in Domino.] Vbique hoc verbum *exultate*, Aquila quidem *laudate*; Symmachus verò, *benedicite*, interpretati ſunt. Iuſtos autem hîc Iudæos appellat, comparatione Aſſyriorum, atque ideò rectos. Vel à Dei cognitione, non à vita & virtute. hos iubet cum gaudio Deum celebrare. Meritò autem cùm dixiſſet, *Exultate*, adiunxit, *In Domino*. *In ſolo Deo exultandum.* Poſtquam enim in humanis proſperitatibus gaudentes, omnibus contemptibiles, & Aſſyrijs captu faciles euaſerant, in Domino exultare ſuadet. Vel etiam in ipſo exultationem fore prędicit; inimicis non exercitu, ſed ſolâ Dei plagâ deletis. Vel *Exultate* viſus eſt dicere ad illos, de
Pſal. 31,1. quibus anteà dixerat: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates*. Qui enim agunt pœnitentiam, opus eſt doleant de offenſa Dei: qui verò iam iuſtificati ſunt, exultent. q. d. Non in vobis ipſis, neque in re quapiam mundana, ſed in Domino confiſi exultate, vos ô beati. Porrò vox exultationis, ſerenam quamdam & hilarem animi conſtitutionem inſinuat in his qui lætitiâ tali digni ſunt. Quemadmodum enim locus iuſtorum Dominus eſt, in quo dum ſunt lætantur; ſic & illi locus fiunt Domino, vti peccator locum dat diabolo. *Solis rectis conuenit exultatio, & laudatio.* *Rectos*, vox ambigua eſt: vel enim decet ipſos collaudari, vel decet ipſos collaudatio. Recti autem, quos decet collaudatio (pulchra enim eſt gradatio dictionis) ſunt hi qui omnem obli-
Eccli. 15,9 quitatem fugiunt. *Non enim eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*. Vnde etiam Aquila, *Rectis*, inquit, *ſpecioſa ſit laudatio*. Cùm enim lætitiam ipſis annuntiaſſet, hortaturus verò eſſet ad laudis canticum, & actionem gratiarum pro ijs quæ acciderant; volens vt ipſi reuerenter ſe ad rem iſtam componerent, quò debitâ religione ac ſinceritate gratias offerrent, dixit rectos decere laudationem: vt, cùm audirent, non cuiuſuis eſſe laudare Deum, ſed eorum dumtaxat, qui cum cogitationum rectitudine hoc faciunt, (quoniam etiam alibi dixe-
Pſal. 29,5. rat, *Pſallite Domino ſancti eius*) cum magna veneratione id agerent. Siquidem obtorto pedi

α'. Ἀγαλλιᾶσθε δίκαιοι ἐν κυρίῳ.] Πανταχοῦ τὸ ἀγαλλιᾶσθε ὁ μὲν Ἀκύλας αἰνεῖτε· ὁ δὲ Σύμμαχος, εὐφημεῖτε, ἡρμήνευσαν. Δικαίους δὲ ἐνταῦθα τοὺς Ἰουδαίους καλεῖ, κατὰ παράθεσιν τῶν Ἀσσυρίων, καὶ εὐθεῖς διὰ τοῦτο. Ἢ ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως, οὐκ ἀπὸ βίου καὶ ἀρετῆς. οὓς ἐγκελεύεται μετὰ χαρᾶς ὑμνεῖν τὸν θεόν. Εἰκότως δὲ εἰπὼν ἀγαλλιᾶσθε, προσέθηκεν, Ἐν κυρίῳ. Ἐπεὶ γὰρ ἐν ταῖς ἀνθρωπίναις εὐημερήμασι χαίροντες πᾶσιν εὐτελεῖς ἦσαν, καὶ πρόχειροι τοῖς Ἀσσυρίοις εἰς ἅλωσιν, ἐν τῷ κυρίῳ ἀγαλλιᾶσθαι παραινεῖ. Ἢ καὶ ἐν αὐτῷ ἔσεσθαι ταύτην εὐαγγελίζεται, τῶν ἐχθρῶν οὐ παρατάξει, ἀλλὰ τῇ τοῦ θεοῦ πληγῇ μόνῃ ἀναλωθέντων. Ἢ ἀγαλλιᾶσθε ἔοικε λέγειν τοῖς περὶ ὧν προείρηκε, Μακάριοι ὧν ἀφείθησαν αἱ ἀνομίαι. Οἱ μὲν γὰρ ἐν μετανοίᾳ, τῆς κατὰ θεὸν δέονται λύπης· οἱ δὲ δικαιωθέντες, ἀγαλλιάσεως. οἱ γὰρ μὴ ἐφ' ἑαυτοῖς, μὴ ἐπί τινι τῶν κοσμικῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κυρίῳ πεποιθότες, ἀγαλλιᾶσθε ὑμεῖς οἱ μακάριοι. Ἡ δὲ τῆς ἀγαλλιάσεως φωνή, φαιδρότητά τινα καὶ περιχαρῆ κατάστασιν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τοῖς ἀξίοις εὐθυμίας ἐμφαίνει. Οἱονεὶ γὰρ τόπος δικαίων ὁ κύριος, ἐν ᾧ γεγονότες εὐφραίνονται, κἀκεῖνοι τόπος γίνονται τῷ κυρίῳ· καθάπερ ὁ ἁμαρτάνων τόπον δίδωσι τῷ διαβόλῳ. Τοῖς εὐθέσιν, ἀμφίβολος ἡ λέξις· ἢ γὰρ πρέπει αὐτοὺς αἰνεῖσθαι, ἢ πρέπει αὐτοῖς αἴνεσις. Εὐθεῖς δέ, οἷς πρέπει ἡ αἴνεσις (καλὴ γὰρ ἐπαγωγὴ τοῦ ῥητοῦ) οἱ πᾶσαν σκολιότητα διεκφυγόντες. οὐ γὰρ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. ὅθεν καὶ Ἀκύλας, τοῖς εὐθέσιν, εἶπεν, ὡραιοῦται ὕμνησις. Ἐπεὶ γὰρ εὐφροσύνην αὐτοῖς εὐηγγελίσατο, ἔμελλε δὲ καὶ ἐπὶ τὴν ὑμνῳδίαν, καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν γεγονότων εὐχαριστίαν προτρέπεσθαι αὐτούς, βουλόμενος ἐμφόβως περὶ τὸ πρᾶγμα καταστῆσαι, ὥστε μετὰ τῆς προσηκούσης γνησιότητος τὴν εὐχαριστίαν ἀναπέμψαι, εἶπε τοῖς εὐθέσι πρέπειν τὴν αἴνεσιν. ἵν' ἀκούσαντες, ὅτι μὴ παντὸς ἐστὶ τὸ ὑμνεῖν τὸν θεόν, ἀλλὰ μόνων τῶν μετ' εὐθύτητος λογισμῶν τοῦτο ποιούντων (ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ, Ψάλατε, φησί, τῷ κυρίῳ οἱ ὅσιοι αὐτοῦ) μετὰ πολλῆς εὐλαβείας τοῦτο ποιῶσι. Σκαμβῷ γὰρ ποδὶ

ὀρθὸν ὑπόδημα οὐκ ἂν ἐφαρμόσειε. διόπερ ὡς οὐ πρέποντος στόμασι δαιμόνων τοῦ περὶ τοῦ σωτῆρος λόγου, ἀφαιρεῖται αὐτῶν τὴν ἐξουσίαν. Ἐπιτιμᾷ καὶ Παῦλος τῷ πύθωνι, ἵνα μὴ ἅγιος ὑπὸ ἀκαθάρτου συνίσταται. Καὶ τῷ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ θεὸς, μὴ ἐκδιηγεῖσθαι τὰ δικαιώματα. Ποιήσωμεν οὖν ἡμῖν ὥσπερ κανόνα τὸν νοῦν εὐθετῆ, ὡς ἂν ἐπιπρέποι ἡ αἴνεσις τοῦ κυρίου ἡμῖν.

β'. ἘΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Εἰπὼν δεῖν ὑμνεῖν τὸν θεὸν, προστίθησιν, ὅτι μετὰ ὀργάνων κατὰ τὴν τότε συνήθειαν. οὕτω γὰρ τοῖς πάλαι νόμος ἦν ὑμνεῖν τὸν θεόν. Ἢ ἐν κιθάρᾳ, τουτέστι τὰς τοῦ σώματος ἐνεργείας χρὴ ἀποδοῦναι ἐναρμονίους. Ἐν ᾧ γὰρ ἡμάρτομεν σώματι, παραστήσαντες τὰ μέλη δοῦλα τῇ ἁμαρτίᾳ, ἐν τούτῳ, κατορθοῦντες πράξεις ἐναρμονίους διὰ τῆς μετανοίας, ἐξομολογούμεθα πρὸς ἀνάλυσιν τῆς ἁμαρτίας, ἀντὶ λοιδορίας εὐλογοῦντες, τὸ ληφθὲν ἀδίκως ἀποδιδόντες, διορθούμενοι νηστείᾳ τὴν μέθην. Δεῖ γὰρ πρότερον τὰς διὰ τοῦ σώματος κατορθῶσαι ταύτας ἐνεργείας, οὕτως ἀναβῆναι πρὸς θεωρίαν. Ψαλτήριον γὰρ ὁ νοῦς ὁ τὰ ἄνω ζητῶν, ἐπεὶ κἀκεῖνο ἄνωθεν ὑπηχεῖται. Καὶ ὁ ἐπὶ πάσας τὰς ἐντολὰς συνιεὶς, καὶ οἷον συνῳδίαν ἐργασάμενος, ἐν δεκαχόρδῳ ψάλλει τῷ θεῷ, διὰ τὸ δέκα εἶναι τὰς γενικὰς ἀρετάς. Καὶ ὁ τὰς ἔξω δὲ καὶ ἔσω αἰσθήσεις παιδαγωγῶν, καὶ ἀμέμπτους φυλάττων, οὗτος ᾆσμα καινὸν ᾄδει τῷ θεῷ. ἡ ἐξομολόγησις δὲ ἐνταῦθα τὴν εὐχαριστίαν δηλοῖ, ἣν ἐν κιθάρᾳ ποιητέον. Εἰ κιθάρα δὲ τὸ σῶμα, νευραὶ τεταμέναι εἶεν αἱ αἰσθήσεις, ἃς θείᾳ ἀκροάσει πληττόμενοι, καὶ ἐπαινετῶς ταύταις χρώμενοι, εὐρύθμως ἐξομολογούμεθα. εἰ δὲ ψυχὴν παραλάβοι τις κιθάραν, αἱ δυνάμεις αὐτῆς, οἷον μνημονικὴ, συγκαταθετικὴ, ἀνανευτικὴ, κατὰ λόγον κρουόμεναι, νευρῶν δίκην, ὑπὸ τοῦ μουσικῶς ἐξομολογοῦνται. Πάλιν δὲ τῆς ψυχῆς οὔσης κιθάρας, διὰ τὸ κάτωθεν ἠχεῖν τὸ πνεῦμα, οὐχ ἕτερον τι τοῦ νοῦ ὑπάρχον, ψαλτήριόν ἐστι, ψάλλον θεῷ ἐννοήσεσιν ὀρθαῖς, ὑπὸ πνευματικῆς κινούμενον γνώσεως.

γ'. ᾌΣΑΤΕ ΑΥΤΩ ᾎΣΜΑ ΚΑΙΝΟΝ.] Ἐπὶ καινῇ καὶ παραδόξῳ νίκῃ, καινὸν προσενεγκεῖν ᾆσμα προτρέπει. Τὸ δὲ καλῶς, ἀντὶ τοῦ συνετῶς, οἷον αἴσθησιν ἔχοντες τῶν ὕμνων. Ἀλαλαγμὸς δέ ἐστι φωνὴ εὐφροσύνης

rectus calceus non congruit. Quapropter quòd dæmonum oribus de Saluatore ſermo non conueniret, ipſis etiam hanc poteſtatem auferebat. Et pythonem increpat Paulus, vt ab impuro ſanctus non commendetur. Tale quid etiam peccatori dixit Deus, ne enarraret iuſtitias eius. Faciamus igitur nobis quaſi regulam, mentem rectam, vt nobis competat Domini laudatio.

COMMENTARIVS PATRVM.

2. CONFITEMINI DOMINO.] Cùm dixiſſet laudandum eſſe Deum, addidit, pro temporis illius more, cum organis id agendum eſſe. Hic enim mos erat apud veteres laudandi Deum. Vel *in cithara*, id eſt, corporis actiones congruas reddere oportet. In quo enim peccauimus corpore, exhibentes membra noſtra ſerua peccato; in eodem, dum actiones noſtras corrigimus & emendamus per pœnitentiam, confitemur ad peccati diſſolutionem, pro maledictis benedicentes, quod iniuſtè ablatum erat reſtituentes, ebrietatem ieiunio corrigentes. Oportet enim corporis actiones primùm componere, & ſic aſcendere ad contemplationem. *Pſalterium* autem mens eſt quæ ſuperna quærit, quandoquidem etiam illud inſtrumentum supernè reſonat. Qui autem omnia mandata nouit, & ex iis veluti concentum efficit, is *in decachordo* pſallit Deo, quoniam decem ſunt virtutes generales. At qui exteriores internoſque ſenſus erudit, & immaculatos cuſtodit, hic canit Deo *canticum nouum*. Ceterùm confeſſio hîc gratiarum actionem ſignificat, quæ etiam in cithara facienda eſt. Quòd ſi autem cithara ſit corpus, nerui tenſi erunt ſenſus, quos dum diuinâ auſcultatione pulſamus, iiſque laudabiliter vtimur, optimo concentu confitemur. Quòd ſi quis animam pro cithara accipiat, potentiæ illius, vtpote memorandi, conſentiendi, ac renuendi, ſecundùm rationem, neruorum more, à mente tactæ, muſicaliter confitentur. Rurſum autem cùm anima quædam cithara ſit, eò quòd infernè ſpiritus reſonet (qui non alius eſt præter mentem) pſalterium exiſtit, quod pſallit Deo probis cogitationibus dum à ſpiritali cognitione mouetur.

Corpus ſanctificandum illi qui aſpirat ad contemplationem. Rom. 6, 13

Pſalterium myſticè quid.

Cithara, quid myſticè.

3. CANTATE EI CANTICVM NOVVM.] Pro noua & admirabili victoria, nouum canticum offerre iubet. Illud autē *benè*, ſeu pulchrè, dixit pro ſcitè, tamquam hymnorum ſcientiam habentes. *Vociferatio* autem eſt vox lætitiæ

COMMENTARIVS PATRVM.

Nouum canticum canit, qui Deo in ſpiritu ſeruit.

pro victoria, & ſtrage hoſtium. Vel *nouum canticum* vocat, quod nouo Teſtamento congruit. Id eſt, non in vetuſtate litteræ, ſed in nouitate ſpiritus ſeruite Deo. Qui non corporaliter legem accipit, ſed ſpiritaliter, is canit canticum nouum: quoniam illud quidem quod inueteratum eſt Teſtamenti,iam tranſijt; nouum verò & quod nos renouat canticum, doctrina Domini ſucceſſit. Et qui priùs fuerat occiſus, modò nouus fit; & renouatus, nouum canticum concinit. Vel quoniam neceſſum eſt vt ipſi rei canticum conueniat, nouum canticum Domino cani iubet,tamquam pro re noua & admirabili. Qui autem in omnibus Deum laudat, & voce applaudit, is benè pſallit, vt & qui dilectionis vnionem ac concentum obtinet. Mandatum audiamus: Benè pſallamus, ſcilicet mente minimè vagabundâ,ſincero affectu, in vociferatione: tamquam milites victorioſi, victoriæ auctori hymnos offeramus, quaſi concentu quodam inuicem ſtipantes, & charitate coniuncti. Symmachus, *Diligenter pſallite,* inquit, manifeſtiùs hoc explicans, id eſt, cum ſtudio ſeu diligentia. Quid porrò pſallentes dicere oportet? *Quia rectum eſt verbum Domini*. Hac de cauſſa priùs rectos corde ad laudem euocauit; quoniam etiam tale eſt verbum Domini, quod laudandum eſt,quod erat in principio. Porrò rectum verbum Domini appellat,id eſt, Aſſyriorum condemnationem; nempe, ratam: quoniam iuſtè vltus eſt,vel quòd operum eius contemplatio non exigat curioſam inquiſitionem, credentibus nobis quòd facta ſint,non autem curioſè indagantibus quomodo. Vel videtur mihi alluſiſſe ad doctrinas Euangelicas, tamquam quæ nihil obliqui contineant, aut ænigmaticum,aut vmbraticum,aut obſcuritate inuolutum,vti lex Moyſis:illam ſiquidem per longas ambages & periodos vix intelligimus. Verbum verò Domini rectum eſt, & omnia opera eius in fide, id eſt,firma,fidelia,immutabilia. V. g. ſi cælum videris, ipſiuſque ordinem, fidei tibi dux eſt: oſtendit enim per ſe opificem ſuum. Si terræ ornatum, etiam per hunc tibi de conditore augeſcit fides. Non enim carnalibus oculis cernendo, Deum credidimus, ſed mentis virtute, per viſibilia inuiſibilem conſpicimus. Nihil ergo tibi ſit infidelitatis occaſio:

Benè pſallit, qui in omnibus Deum laudat.

Verſ. 4. Verbum Domini rectum.

Omnia opera Dei fidelia.

ἐπὶ νίκῃ, καὶ καταπτώσει ἐχθρῶν. Ἢ καινὸν ᾆσμά φησι, τὸ συγγενὲς τῇ καινῇ διαθήκῃ. τουτέστι, μὴ ἐν παλαιότητι γράμματος, ἀλλ' ἐν καινότητι πνεύματος λατρεύειν τῷ Θεῷ. Ὁ μὴ σωματικῶς ἐκλαμβάνων τὸν νόμον, ἀλλὰ πνευματικῶς, ᾄδει καινὸν ᾆσμα· διότι τὸ μὲν παλαιούμενον τῆς διαθήκης διέβη· τὸ δὲ καινὸν καὶ ἀνανεοῦν ἡμᾶς ᾆσμα, ἡ τοῦ κυρίου διδασκαλία διεδέξατο. Καὶ ὁ ἔμπροσθεν ἀποκτεινόμενος, καινότερος γίνεται· καὶ ἀνακαινούμενος, καινὸν ᾆσμα προσᾴδει. Ἢ ἐπεὶ σύμφωνον ἀνάγκη τῷ πράγματι εἶναι τὸ ᾆσμα, καινὸν κελεύει ᾆσμα ᾀσθῆναι τῷ Θεῷ, ὡς ἐπὶ καινῷ καὶ παραδόξῳ τῷ πράγματι. Ὁ δὲ διὰ πάντων ὑμνῶν, καὶ διὰ φωνῆς ἀλαλάζει, καλῶς ψάλλει, καὶ ὁ ἀγάπης ἕνωσιν ἔχων καὶ συμφωνίαν. Ἀκούσωμεν τοῦ παραγγέλματος· καλῶς ψάλλωμεν, ἀμετεωρίστῳ τῇ διανοίᾳ, εἰλικρινεῖ διαθέσει, ἐν ἀλαλαγμῷ, ὡς τινες στρατιῶται νικηφόροι, τῷ αἰτίῳ τῆς νίκης ἀνενέγκωμεν ὕμνους, συμφώνως ἀλλήλοις ὡς συνασπίζοντες, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης ἡνωμένοι. Ὁ Σύμμαχος, Ἐπιμελῶς ψάλατε, φησι, σαφέστερον λέγων, ἀντὶ τοῦ, μετ' ἐπιμελείας. Τί δεῖ ψάλλοντας λέγειν; ὅτι εὐθὺς ὁ λόγος τοῦ κυρίου. Διὰ τοῦτο γὰρ πρότερον τοὺς εὐθεῖς ἐκάλει πρὸς τὴν αἴνεσιν· ἐπεὶ τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ μέλλων δοξάζεσθαι λόγος ὁ τοῦ κυρίου, ὁ ἐν ἀρχῇ ὤν. Εὐθῆ δὲ τὸν λόγον τοῦ κυρίου λέγει, ἢ τὴν κατὰ τῶν Ἀσσυρίων ἀπόφασιν, ἀντὶ τοῦ, βέβαιον· ὅτι δικαίως ἐπήμυνεν, ἢ ὅτι ἀπολυπραγμόνητος τῶν αὐτοῦ ἔργων ἡ θεωρία, πιστευόντων ἡμῶν ὅτι γέγονεν, οὐ πολυπραγμονούντων δὲ πῶς. Ἢ διαμεμνῆσθαί μοι δοκεῖ τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων, ὡς οὐδὲν ἐχόντων σκολιὸν, ἢ αἰνιγματῶδες, ἢ δυσκάτοπτον, ἢ ἀσαφείᾳ κατημφιεσμένον, ὡς ὁ διὰ Μωσέως νόμος. διὰ μακροῦ γὰρ κύκλου καὶ περιόδων, μόλις ἐκεῖνα συνίεμεν. Ὁ δὲ τοῦ κυρίου λόγος εὐθὺς, καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει, ἀντὶ τοῦ βέβαια, πιστὰ, ἀμετάθετα. Οἷον, ἐὰν οὐρανὸν ἴδῃς, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τάξιν, πίστεως ἐστὶν ὁδηγός. δείκνυσι γὰρ τὸν τεχνίτην δι' ἑαυτοῦ. Ἐὰν τὰς περὶ γῆν διακοσμήσεις, αὐξάνεταί σοι καὶ διὰ τούτων ἡ περὶ τὸν Θεὸν πίστις. Οὐδὲ γὰρ σαρκίνοις ὀφθαλμοῖς ἰδόντες τὸν Θεὸν πεπιστεύκαμεν, ἀλλὰ τῇ τοῦ νοῦ δυνάμει διὰ τῶν ὁρωμένων, τὸν ἀόρατον καθορῶμεν. Μηδὲν οὖν σοι ἀπιστίας ἐφόδιον ἔστω·

μηδὲ

μηδὲ εἴπῃς, ὡς ἔτυχε γέγονε τοῦτο. πάντα γὰρ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει.

5. Ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην.] Ὁ Θεός, ἢ ὁ εὐθὺς τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην ἐπὶ τῶν μετανοούντων, καὶ κρίσιν ἐπὶ τῶν ἀνενδότων. Κρίσιν μὲν γὰρ ἀποδέχεται τῷ ἐκδικεῖν ὑβριζομένας τὰς ἀρετὰς ὑπὸ τῶν φαύλων· στέργει δὲ ἐλεημοσύνην, δι' ἀγαθότητα βοηθῶν τοῖς ἐπὶ κρίσιν ἀγομένοις. εἰ γὰρ παρατηρεῖτο πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν, τίς ὑποστήσεται; διὸ καὶ πρὸ κρίσεως, ἀγαπᾷ τὴν ἐλεημοσύνην· εἰ γὰρ τὸ ἔμπαλιν γένηται, ἄρδην τὸ πᾶν ἀπόλλυται. Εἰ μὲν γὰρ συντετριμμένον εὕροι μετὰ τὴν ἁμαρτίαν, οἰκτιρμῶν μεταδίδωσιν· εἰ δὲ ἀμετανόητον, ἀγαπᾷ τὴν ἐπὶ σοὶ κρίσιν. ὥσπερ ἰατρὸς ἐμμελής, καταπλάσμασι πρότερον καὶ περικλύσμασι μαλακοῖς πειρᾶται καθαιρεῖν τὸ οἴδημα· ἐὰν δὲ ἀνενδότως ἔχῃ καὶ σκληρῶς, αἱρεῖται λοιπὸν τὴν διὰ σιδήρου κρίσιν. Καὶ Ἡσαΐας· Θήσω κρίσιν μου ἐν σταθμῷ, ἤτοι ἐν μέτρῳ, κατὰ τὴν ἑκάστου ἀξίαν. Ἢ βούλεται ἡμᾶς μηδὲν ἀδιακρίτως πράττειν, μηδὲ ἀλόγως φέρεσθαι, ἀλλὰ κεκριμένας περὶ τῶν πρακτέων βουλεύεσθαι, καὶ συγγνωμονικοὺς μὲν εἶναι πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, φιλανθρώπους δὲ πρὸς τοὺς ἐλέου δεομένους. Ἢ τοῦτό φησιν, ἴδιον Θεοῦ τὸ φιλανθρωπεύεσθαι καὶ δικάζειν. Τὸ μὲν τοῖς ἐλπίζουσιν εἰς αὐτόν, τὸ δὲ τοῖς ἐφ' ἑαυτοῖς πεποιθόσιν. Εἶτα ἐπὶ τὸ καθολικώτερον ἄγων τὸν λόγον, Τοῦ ἐλέους, φησί, κυρίου πλήρης ἡ γῆ. Τί, φησί, θαυμαστόν, εἰ περὶ ἔθνος ἕν, καὶ τοὺς ἀνακειμένους ἡμᾶς αὐτῷ τὴν τοιαύτην ἐπεδείξατο γνώμην, ὅπουγε καὶ περὶ παντὸς τοῦ κόσμου τὴν αὐτὴν ἐπεδείξατο ἀγαθότητα, παραγαγὼν ταῦτα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος λόγῳ; Ἐνταῦθα μέντοι διέζευκται ἀπὸ τῆς κρίσεως ὁ ἔλεος (μόνου γὰρ τοῦ ἐλέους κυρίου πλήρης ἡ γῆ) τῆς κρίσεως ἐκεῖθεν ταμιευθείσης, χωρὶς ἐλέους. Ἐνταῦθα μέντοι τοῦ ἐλέους χρήζομεν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἄνθρωπον καθαρὸν εὑρεθῆναι ἀπὸ ῥύπου. Ὥστε ἰδών τις ἄξιον μυρίων θανάτων, τὸ ἐπίκηρον γένος τυγχάνον, ὅσον ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, θαυμάσει τὸν Θεὸν τῆς τε ἀνοχῆς καὶ χρηστότητος· ὥστε οἱ ἐν γῇ τοῦ ἐλέους χρήζομεν, οἱ γὰρ ἐν οὐρανῷ μακαρισμοῦ ἄξιοι. Καὶ ἄλλως δὲ διὰ τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας καταδίκην, γῆ ἠκούσαμεν, οἱ πλήρεις ἐσμὲν τῶν τοῦ Θεοῦ

neque dixeris: Temerè vel caſu factum eſt hoc: omnia enim opera eius in fide. COMMENTARIVS PATRVM.

5. DILIGIT MISERICORDIAM.] Deus, ſeu rectum Dei verbum diligit miſericordiam erga pœnitentes, & iudicium erga refractarios. *Deus diligit miſericordiam.* Iudicium ſiquidem ſuſcipit, quòd virtutes ab improbis contemptas vlciſcatur: diligit autem miſericordiam, per bonitatem ſuccurrens ijs qui ad iudicium ducuntur. Nam ſi obſeruauerit omnia opera eorum, quis ſuſtinebit? Idcircò etiam ante iudicium, miſericordiam diligit: nam ſi contrarium fieret, funditus omnia perirent. Si quidem te contritum repererit poſt peccatum, miſericordiæ participem reddit: ſin impœnitentem, in te iudicium diligit. *Miſericordia præcedit iudicium.* Perinde atque medicus peritus, primùm fomentis & affuſionibus mollibus tumorem tollere conatur: vbi autem plagam duriorem & reſiſtentem viderit, deinceps ferro iudicium facit. Et Iſaias ait: *Ponam iudicium meum in pondere*, ſiue in menſura, iuxta meritum cuiuſque. *Iſaiæ 28, 17. Deus omnia facit in pondere & menſura.* Vel vult nos nihil agere abſque iudicio, nec ſine ratione ferri; ſed maturum in rebus agendis conſilium adhibere, & facilè quidem peccantibus condonare, miſericordiæ verò indigis benignos nos exhibere. Vel hoc ait, quòd Dei proprium ſit benignè agere, ac iudicare. Illud quidem ſperantibus in eum; hoc verò ſibi ipſis præfidentibus vſuuenit. Deinde ad aliquid vniuerſalius ſermonem transferens, *Miſericordia*, inquit, *Domini plena eſt terra.* Quid mirum, inquit, ſi erga vnam gentem, & nos ipſi addictos, talem affectum demonſtrauerit; cùm etiam erga mundum vniuerſum eamdem oſtenderit benignitatem, dum hæc verbo produxit de nihilo? *Miſericordia Domini plena eſt terra.* Hîc quidem miſericordia à iudicio diſiungitur: ſolâ enim miſericordiâ Domini plena eſt terra; iudicio in tempus illud abſque miſericordia reſeruato. Hîc certè miſericordiâ vtimur, eò quòd nequeat reperiri homo mundus à macula. Quamobrem quando quis viderit mortale genus mille mortibus dignum, eò magis ratione delictorum tolerantiam Dei ac benignitatem admirabitur. Itaque dum in terra ſumus, miſericordiâ vtimur: qui enim in cælo ſunt, iam digni ſunt beatitudine. Aliàs etiam propter peccati condemnationem, terra dicti ſumus, qui miſerationibus Dei adim-

COMMENTARIVS PATRVM.

adimplemur: mortuos enim nos ad vitam reuocauit.

Verbo Domini cæli firmati.

6. VERBO DOMINI CÆLI.] *Verbo*, id eſt decreto, & *ſpiritu oris*, id eſt potentiâ, eſt *omnis virtus eorum*, id eſt ornatus. q. d. Solo edicto, ſeu decreto, tantum opus produxit, & ad perſiſtendum virtutem indidit, non tempore, non labore indigens. Quemadmodum enim terra non conſtitiſſet, niſi miſericordiâ Domini plena fuiſſet; ſic neque cælum firmatum eſſet, niſi diuino verbo fuiſſet ſuſtentatum. Hoc quidem ſenſus obuius ſignificat: at vera theologia demonſtrat Dei Verbum vnà cum ſancto Spiritu, tam cælos, quàm cæleſtes ac diuinas & rationales virtutes condidiſſe. Vbi ergo ſunt qui Spiritum contemnunt, & ipſum à creandi potentia ſeparant, atque à Patris Filijque coniunctione abſcindunt? Audiant illud: *Verbo Domini*, &c. Non enim hoc *Verbum*, ipſa communis locutio exiſtimanda eſt: neque item *Spiritus*, vapor in aëra diffuſus: ſed hoc Verbum in principio erat apud Deum, vti & Spiritus ſanctus. Idcirco enim Ex ore ipſius dicit, ne externum aliquid, & ex creaturis ipſum exiſtimes, ſed tamquam ex Deo ſubſiſtentem conglorifices. Per ipſum itaque firmata eſt omnis virtus cæleſtis, id eſt, firmitatem ac ſoliditatem in ſanctitate, omniqúe virtute quæ ſacras deceat poteſtates, ex Spiritus auxilio habet. nihil enim ſanctificatur citra Spiritus præſentiam. Angelis itaque exiſtendi initium Verbum opifex dedit; ſanctitatem verò Spiritus ipſis addidit. Non enim infantes primùm creati ſunt, ac deinde paulatim meditando perfecti, hoc modo ſpiritum participarunt; ſed in prima ſui conſtitutione, & quaſi maſſa ſubſtantiæ ſuæ, ſimul inditam habuerunt ſanctitatem. Quapropter & immobiles ſunt ad malitiam, ſanctitate ceu tincturâ quapiam imbuti ac ſolidati. Cùm autem cælos dixit, ac virtutes cælorum, non illos quidem Verbo, has autem Spiritui attribuit. (indiuidua enim ſunt opera Trinitatis.) ſed idem diuerſimodè dicit. Vti & in illo: *Et intrauit Iſraël in Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham.* A maiore nimirum ac potiore, cælo inquã, omnes viſibiles creaturas ſimul intellexit. Deinde cùm cæleſtia recenſuit, ſubiungit etiam terrena. *Congregans ſicut vtrem*

Spiritus ſanctus quoque cælorum conditor.

Ioan. 1, 1.

Angeli ab initio inditam habuere ſanctitatem immobilem.

Pſal. 104, 23.

οἰκτιρμῶν· νεκροὺς γὰρ ἡμᾶς ὄντας συνεζωοποίησε.

ϛʹ. ΤΩ ΛΟΓΩ ΚΥΡΙΟΥ ΟΙ ΟΥΡΑΝΟΙ.] Λόγῳ, τῇ ἀποφάσει, πνεύματι δὲ στόματος, τῇ δυνάμει, πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν, ἤτοι ἡ διακόσμησις. ἵνα εἴπῃ, ὅτι μόνῃ ἀποφάσει τοσοῦτον ἔργον παρήγαγε, καὶ πρὸς διαμονὴν ἰσχὺν ἐνεποίησεν, οὐ χρόνου, οὐ πόνου προσδεηθείς. ὡς γὰρ ἡ γῆ οὐκ ἂν συνέστη, μὴ τοῦ ἐλέους κυρίου μεστὴ τυγχάνουσα, οὕτως οὐδ' οὐρανὸς ἂν ἐστερέωτο, εἰ μὴ θείῳ λόγῳ διεκρατεῖτο. Τοῦτο μὲν ὁ πρόχειρος νοῦς· ἡ δὲ ἀληθὴς θεολογία, τὸν τοῦ θεοῦ ὑποδείκνυσι λόγον σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὰς οὐρανίους δυνάμεις, καὶ θείας, καὶ λογικὰς δημιουργήσαντα. Ποῦ οὖν εἰσιν, οἱ τὸ πνεῦμα ἐξουθενοῦντες, καὶ χωρίζοντες τῆς δημιουργικῆς δυνάμεως, καὶ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ συναφείας ἀποδιιστάντες; Ἀκουσάτωσαν τοῦ, Τῷ λόγῳ κυρίου, καὶ ἑξῆς. οὔτε γὰρ λόγος ἡ κοινὴ λαλιὰ νομισθήσεται, οὔτε πνεῦμα ἀτμὶς εἰς ἀέρα διαχεομένη, ἀλλὰ καὶ λόγος, ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἵνα μὴ τῶν ἔξωθέν τι, καὶ κτιστὸν αὐτὸ κρίνῃς, ἀλλ' ὡς ἐκ θεοῦ ἔχον τὴν ὑπόστασιν συνδοξάζῃς. δι' αὐτοῦ τοίνυν πᾶσα ἡ δύναμις ἡ ὑπερουράνιος ἐστερεώθη, τουτέστι, τὸ πάγιον καὶ ἄτρεπτον ἐν ἁγιασμῷ, καὶ πάσῃ τῇ πρεπούσῃ ταῖς ἱεραῖς δυνάμεσιν ἀρετῇ, ἐκ τοῦ τοῦ πνεύματος ἔχει ἐπικουρίας. οὐδὲν γὰρ ἁγιάζεται, μὴ τῇ παρουσίᾳ τοῦ πνεύματος. Ἀγγέλοις οὖν τὴν μὲν εἰς τὸ εἶναι πάροδον, ὁ δημιουργὸς λόγος παρέσχετο· τὸν ἁγιασμὸν δὲ αὐτοῖς τὸ πνεῦμα ἐπέφερεν. Οὐ γὰρ νήπιοι κτισθέντες, εἶτα τῇ κατ' ὀλίγον μελέτῃ τελειωθέντες, οὕτω τοῦ πνεύματος μετέσχον· ἀλλ' ἐν τῇ πρώτῃ συστάσει, καὶ τῷ οἷον φυράματι τῆς οὐσίας αὐτῶν, συγκαταβληθεῖσαν ἔχουσι τὴν ἁγιότητα. Διὸ καὶ τὸ δυσμετάθετον πρὸς κακίαν ἔχουσιν, οἱονεὶ βαφῇ τῷ ἁγιασμῷ στομωθέντες. Οὐρανοὺς δὲ εἰπὼν, καὶ δυνάμεις οὐρανῶν, οὐκ ἐκείνους μὲν τῷ λόγῳ, ταύτας δὲ τῷ πνεύματι μερίζει (ἀμέριστα γὰρ τὰ ἐπὶ τῆς τριάδος ἐνεργούμενα) ἀλλὰ διαφόρως φράζει ταὐτό. Ὡς ἐν τῷ· Καὶ εἰσῆλθεν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον, καὶ Ἰακὼβ παρῴκησεν ἐν γῇ Χάμ. Ἀπὸ τοῦ μείζονος καὶ κυριωτέρου, τοῦ οὐρανοῦ λέγω, καὶ πάντα τὰ ὁρατὰ δημιουργήματα περιέλαβεν. Εἶτα εἰπὼν τὰ περὶ οὐρανοῦ, ἐπάγει καὶ τὰ κατὰ γῆν. Συνάγων ὡσεὶ ἀσκὸν

ὕδατα

ὕδατα θαλάσσης, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐν ἀσκῷ. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι οὕτω συνήγαγεν ὡς ἐν ἀσκῷ· καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος περιέχει τὸ ἐν αὐτῷ ἐμβαλλόμενον, οὕτω καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσταγμα πανταχόθεν τὴν θάλασσαν, μὴ ἐκχεῖσθαι νόμῳ ὑδάτων, μὴ ἐξαπλοῦσθαι κατὰ τῆς γῆς. Θησαυροὺς δὲ καλεῖ, οὐ μόνον τὸ ἀπόκρυφον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀδαπάνητον. ἀντὶ τοῦ, καὶ αὐτῆς θαλάσσης τὴν ἄβυσσον καὶ πηγάζει, καὶ ἀποκρύπτει. Ἢ τὸ εὐχερὲς καὶ δυνατὸν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας διασημαίνει· ὅτι οὕτως εὐχερῶς καὶ δυνατῶς τοσαῦτα ὕδατα εἰς ἓν συνάγει, ὡς εἴ τις ἐν ἀσκῷ ὕδωρ συνάξοι, τῆς ἔξωθεν αὐτὸ περιβολῆς ἐξ ἀνάγκης συνεχούσης. Καὶ τὰς ἀβύσσους καθάπερ ἐν θησαυροῖς σφραγίζει, ὥστε μὴ ἀναβλύσαι, καὶ ἐπικλύσαι τὴν γῆν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὡς ἐν ἀσκῷ, ἀλλ' ὡς ἀσκὸν τὰ ὕδατα συνάγων. Νόησον οὖν τὴν τοῦ ἀσκοῦ φύσιν, νῦν μὲν διαφυσωμένην, ὅταν τῷ ἐναποληφθέντι πνεύματι τὸ δέρμα περιταθῇ· νῦν δὲ συστελλομένην, ὅταν τὸ ἐντεῖνον διαπνευσθῇ. οὕτω καὶ ἡ θάλασσα ποτὲ μὲν φλεγμαίνει, καὶ τοῖς πνεύμασιν ἐξοιδαίνει ἀγριαινομένη, ποτὲ δὲ ἀπὸ γαλήνης εἰς τὸ ταπεινὸν καταστέλλεται. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἐρυθρᾷ συνέστη τὸ ὕδωρ ὡς ἐν ἀσκῷ, τῷ θείῳ προστάγματι διακρατούμενον. Ὁ δὲ Ἀκύλας τὸ συνάγων, καὶ τιθεὶς, συνήγαγε καὶ ἀπέθετο, εἶπεν, ἐπὶ παρῳχημένου. Ἀλλ' οἱ ἑβδομήκοντα κάλλιον, τὸ ἀεὶ ἐνεργὲς τοῦ Θεοῦ, καὶ συντηρητικὸν ἐνδεικνύμενοι τῶν αὐτοῦ κτισμάτων ἐνεστῶτι ἐχρήσαντο. Συνυπακουστέον δὲ τὸ ὡς, ἵν' ᾖ, συνάγων ὡσεὶ ἀσκὸν ὕδατα, καὶ τιθεὶς ὡς ἐν θησαυροῖς ἀβύσσους. Ἢ ὅτι τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ, ἀσκοῦ δίκην, ἀνιμώμενον τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης ὑπεραέριον ποιεῖ, ὡς συστασῶν νεφελῶν ὄμβρον ἐκχυθῆναι ἐπὶ γῆς. Ἀλληγορικῶς δὲ ὁ βίος σημαίνεται, διὰ τὸ ἄστατον καὶ ἁλμυρὸν ἦθος τῶν ἐπὶ γῆς. Τούτου οὖν δίκην τρικυμίας ἐσκεδασμένου, συνήγαγεν αὐτὸν (ὕδατα θαλάσσης καλούμενον) ὡσεὶ ἐν ἀσκῷ, ᾧ ἀνέλαβεν ὁ σωτὴρ σώματι, ὅπως γαληνὸν καὶ εὔδιον γένηται. Ἀλλὰ καὶ ἕκαστα τῶν ἐν τῇ κτίσει (ἐπεὶ μηδὲν ἀτάκτως φέρεται) ὥσπερ ἐν θησαυροῖς τῷ αὐτοῦ βουλήματι συνέχων, ἀφίησι καὶ ἐπέχει, ὡς αὐτῷ δοκεῖ. Ἀμέλει γοῦν καὶ τοὺς ἀνέμους ἐξάγει ἐκ θησαυρῶν, ὡς οὐ κατ' ἰδίαν φερομένων φορὰν, ἀλλ' ὡς βουλήσει τοῦ πεποιηκότος.

aquas maris, id eſt, *quaſi in vtre:* vult enim dicere, quòd illas congregauerit velut in vtre. Quemadmodum enim ille continet id quod in ipſum immittitur: ſic etiam Dei mandatum circumquaque mare complectitur, ne aquarum more effundatur, & per terram expandatur. *Theſauros* autem vocat non ſolùm ſecretum, verùm etiam expers conſumptionis. q.d. Etiam ipſius maris abyſſum & ſemper ſcaturire facit, & abſcondit. Vel diuinæ operationis facilitatem atque potentiam declarat, quòd nimirum tam facilè ac potenter tam ingentes aquas in vnum cogat, quàm quis in vtre aquam colligeret, exteriori circumferentiâ ipſam neceſſariò continente. Quin & abyſſos quaſi in theſauris obſignat, ne ſupereffluant, & terram inundent. Non dixit autem, *Sicut in vtre*, ſed *ſicut vtrem* aquas congregans. Conſidera igitur vtris naturam; modò quidem inflatam, quando aſſumpto ſpiritu pellis turgeſcit; modò verò contractam, quando ſpiritum quo intendebatur, efflauerit: ſic item mare aliquando quidem turget, & ſpiritibus agitatum intumeſcit, quandoque verò à tranquillitate in humilitatem contrahitur. Quin & in mari Rubro, tamquam in vtre, aqua conſtitit, diuino mandato colligata. Porrò Aquila, pro *congregans*, & *ponens*, *congregauit* ac *poſuit* dixit in præterito. Verùm Septuaginta, continuum operationis Dei, in creaturas ſuas influxum ac conſeruationem declarantes, rectiùs vſi ſunt præſenti. Subaudiendum autem, *ſicut*, vt ſit, *Congregans ſicut vtrem aquas*, *& ponens ſicut in theſauris abyſſos*. Vel quòd mandatum eius, vtrium more aquam maris attrahens, ſuperaëream reddat, vt coactis nubibus, imbrem demittat in terram. Allegoricè autem hæc vita ſignificatur, propter inſtabilem & amaram terrigenarum conſuetudinem. Cùm hæc itaque procellæ in morem diuiſa eſſet, congregauit eam (quippe aquas maris appellatam) quaſi in vtre, ſcilicet in corpore quod Saluator aſſumpſit, vt tranquillitas & ſerenitas oborietur. Quin & quaſlibet res creatas, (quoniam nihil inordinatè fertur) tamquam in theſauris voluntate ſuâ continens, demittit, aut retinet, prout ipſi placet. Itaque etiam ventos de theſauris educit; quippe qui haud proprio motu ferantur, ſed pro conditoris voluntate reclu-

COMMENTARIVS PATRVM.

Deus quoque maris conditor.

Mare vtri ſimile.

Abyſſos & ventos Deus in theſauris habet.

COMMENTARIVS PATRVM.

recludantur, & educantur. Quin fortè etiam diuini iudicij rationes, cùm arcanæ ſint & incomprehenſibiles, abyſſi appellantur, in ſola Dei cognitione ſitæ. *Iudicia* enim, inquit, tua *abyſſus multa*, quæ nimirum ſub diuinis theſauris recondita eſt, vbi ſolùm videbitur.

Deus omnibus timendus eſt.

8. TIMEAT DOMINVM.] Compendioſam timoris ac tremoris cauſſam ſubiunxit; quoniam creaturas creatorem ſuum timere decet. Deinde recenſet etiam ſigillatim ea quæ ab ipſo facta ſunt, & quæ facere poſſit; per omnia oſtendens ipſum neceſſariò timendum eſſe. Conſequenter enim cùm magnifica Dei opera propoſuiſſet, & quantus eorum conditor ſit, declaraſſet, iubet hunc timeri, & non ampliùs idolis adhærere. Æquum enim eſt omnes inhabitantes orbem idcircò etiam ampliùs eum admirari, colere ac timere, quoniam creator eſt, & tanta opera fecit. Ceterùm pro *commoueantur*, Symmachus edidit, *revereantur*. Vel deponite, inquit, ſocordiam: cordi autem ſumite timorem Dei, vt omne opus bonum aggrediamini. Vel, cùm timor Domini initium ſit ſapientiæ, qui terrena ſapiunt per timorem erudiantur: ſiquidem per ipſum ſcitè inſtituti, dilectione perficiuntur. Atque omnis motus, ſiue ſecundùm mentem, ſiue ſecundùm corpus, actum perficiat, ſecundùm Dei voluntatem operetur. Sic enim intelligo illud, *Commoueantur ab eo*: q. d. A nullo alio moueantur, neque quidquam ipſos iudicet, niſi timor Dei: videlicet, vt nec oculus, neque manus, neque quidquam aliud abſque Deo

A ſolo Deo moueri debemus.

Matth. 21, 10. moueatur. Vel quoniam etiam illud, *Et commota eſt vniuerſa ciuitas*, ponitur pro cognouit & admirata eſt, Chriſtum non ignorans; poſſis hîc etiam intelligere, commotos eſſe inhabitantes orbem, cùm Dei gloriam admirati ſunt, & virtutis eius excellentiam obſtupuerunt. Iuſtam deinde timoris rationem

Verſ. 9. proponens, *Quoniam*, inquit, *ipſe dixit, & facta ſunt*. Ad duo præcedentia, duo ſubiunxit. Cùm enim dixiſſet, *Timeat*, & *commoueatur*; ſubiecit, *Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt*. Cùm enim compoſitus ſit homo ex corpore terreno, & anima ipſum inhabitante; terra quidem dicitur id quod ex terra formatum eſt, terram verò inhabitans, anima quæ in corpore ſortita eſt habitationem. Ad

Homo factus & creatus à Deo.

ἀποκλειομένων καὶ ἐξαγομένων. Μήποτε δὲ οἱ περὶ τῆς θείας κρίσεως λόγοι, ἄρρητοι ὄντες καὶ ἀκατάληπτοι, ἄβυσσοι λέγονται, ἐν μόνῃ τῇ τοῦ θεοῦ γνώσει ἐναποκείμενοι. Τὰ γὰρ κρίματά σου, φησίν, ἄβυσσος πολλή· καὶ ὑπὸ τοῖς θείοις θησαυροῖς ἀποκέκλεισται, ἐκεῖθεν μόνον ὀφθησομένη.

η΄. ΦΟΒΗΘΗΤΩ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Συντόμως τοῦ φόβου καὶ τρόμου τὴν αἰτίαν ἐπήγαγε· τοὺς γὰρ ὑπ' αὐτοῦ γενομένους προσήκει φοβεῖσθαι τὸν ποιητήν. Εἶτα λέγει καὶ τὰ ἑκάστοτε γενόμενα παρ' αὐτοῦ, καὶ ἃ ποιεῖν δύναται, ἀναγκαίως αὐτὸν δεῖν φοβεῖσθαι διὰ πάντων δεικνύς. Ἀκολούθως γὰρ τὰς τοῦ θεοῦ παραστήσας μεγαλουργίας, καὶ πηλίκος ἐστὶν ἀποδείξας ὁ τούτων δημιουργός, παρακελεύεται τοῦτον φοβεῖσθαι, μηδὲ εἰδώλοις προσέχειν ἔτι. Δίκαιον γὰρ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν διὰ τοῦτο πλέον καὶ θαυμάζειν αὐτόν, καὶ σέβεσθαι, καὶ φοβεῖσθαι, ὅτι δημιουργός, καὶ τοσαῦτα ἐργαζόμενος. Ἀντὶ δὲ τοῦ σαλευθήτωσαν, εὐλαβείσθωσαν ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Ἢ ἀπόθεσθε, φησί, ῥαθυμίαν, ἐνστερνίσασθε δὲ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, ὡς ἂν ἄρξησθε πάσης ἀγαθουργίας. Ἢ ἐπειδὴ φόβος κυρίου ἀρχὴ αἰσθήσεως, οἱ τὰ γήϊνα φρονοῦντες διὰ φόβου κυρίου παιδευέσθωσαν· δι' αὐτοῦ γὰρ ἐπιστημονικῶς εἰσαχθέντες, τῇ ἀγάπῃ τελειοῦνται. Καὶ πᾶν δὲ κίνημα, εἴτε κατὰ νοῦν, εἴτε κατὰ σωματικὴν ἐνέργειαν ἐπιτελούμενον, κατὰ τὸ βούλημα τοῦ θεοῦ ἐνεργείσθω. Οὕτω γὰρ νοῶ τὸ Σαλευθήτωσαν ἀπ' αὐτοῦ. οἷον, ἀπὸ μηδενὸς ἄλλου σαλευέσθωσαν, μηδέ τι αὐτοὺς κρινέτω, εἰ μὴ ὁ τοῦ θεοῦ φόβος. μὴ ὀφθαλμὸς ἀνακινείσθω ἄνευ θεοῦ, μηδὲ χείρ, μηδέ τι ἕτερον. Ἢ ἐπεὶ καὶ τό, Ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις, ἀντὶ τοῦ, ἔγνω καὶ ἐθαύμασε κεῖται, μὴ λαθόντος Χριστοῦ, νοήσεις κἀνταῦθα σαλευθῆναι τοὺς κατοικοῦντας τὴν οἰκουμένην, καταπληττομένους τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν, καὶ τὸ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ὑπερέχον. Εἶτα τοῦ φόβου εὔλογον παρεισάς, ὅτι αὐτός, φησίν, εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν. Πρὸς δύο προάγοντα, δύο ἐπήγαγεν· εἰπὼν γὰρ φοβηθήτω, καὶ σαλευθήτω, ἐπήγαγεν, ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν. Ἐπειδὴ γὰρ σύνθετος ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἐκ γηΐνου σώματος, καὶ τῆς ἐνοικούσης τούτῳ ψυχῆς, γῆ μὲν λέγεται τὸ ἐκ γῆς πεπλασμένον· κατοικοῦσι δὲ τὴν γῆν, ἡ τὴν ἐν σώματι διαγωγὴν λαχοῦσα ψυχή. Κα-

ταλ-

καταλλήλως οὖν ἐπὶ τοῦ πλάσματος ἡμῶν τοῦ ἀπὸ γῆς, τὸ ἐγεννήθησαν ἀποδέδοται· ἐπὶ δὲ τῆς κατ' εἰκόνα κτισθείσης, τὸ ἐκτίσθησαν. Ἐπεὶ δὲ ἡ κτίσις καὶ ἐπὶ τῆς μετακοσμήσεως καὶ βελτιώσεως πολλάκις λαμβάνεται· ὡς τὸ, εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις· τάχα τὸ μὲν ἐγεννήθησαν, ἐπὶ τῆς πρώτης τῆς ἀνθρώπου ὑποστάσεως λέγει· τὸ δὲ ἐκτίσθησαν, ἐπὶ τῆς δευτέρας διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ ἀναγεννήσεως. εἰ δὲ εἰπόντος καὶ ἐντειλαμένου θεοῦ, ἐγεννήθη καὶ ἐκτίσθη τὰ πάντα, ὡς εἶπεν καὶ ἐνετείλατο, οὐκ ἄλλως εἴη ἢ τοῦ δημιουργοῦ λόγου καὶ υἱοῦ θεοῦ.

ί. ΚΥΡΙΟΣ ΔΙΑΣΚΕΔΑΣΕΙ ΒΟΥΛΑΣ.] Διττὴν ἔχει τὴν ἔννοιαν. Οὐ γὰρ τῶν Ἀσσυρίων μόνον διεσκέδασε τὰς βουλὰς, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἔσωσεν ἐπὶ Ἐζεκίου, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν, κατὰ τῶν ἀποστόλων καὶ πάντων τῶν πιστῶν τὰς βουλὰς ἀπράκτους καὶ ματαίας ἀπέδειξεν. Ἢ τὸ αὐτὸ διαφόρως ἐξηγήσατο. οἷον ὅτι, κἂν πλῆθος ᾖ τῶν βουλευομένων τοῦ θεοῦ ἐναντία βουλευομένων· ἀνωφελὲς τὸ πλῆθος καὶ ἄπρακτον ἐν τοῖς σπουδαζομένοις γενήσεται. Ἀθετοῦνται γὰρ αἱ πάντων τῶν εἰρημένων βουλαὶ, ὡς ἐναντιούμεναι τῷ θείῳ θελήματι. Ἢ ἐπεξήγησίς ἐστι τοῦ προάγοντος. πῶς ἔκτισεν ὁ θεὸς τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας, ἐκ τοῦ διασκεδάσαι τὰς ἀπίστους βουλὰς τῶν λαῶν, ἃς εἶχον περὶ εἰδωλολατρείας, καὶ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν τὴν ματαιότητα. Καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει δὲ τοῦ Χριστοῦ, διεσκεδάζετο ἡ βουλὴ τῶν ἐθνῶν, τοῦ τε Πιλάτου, καὶ τῶν στρατιωτῶν, καὶ ὅσοι τὰ κατὰ τὸν σταυρὸν ἐνήργουν. Ἠθετοῦντο δὲ αἱ βουλαὶ τῶν γραμματέων καὶ ἀρχόντων τοῦ λαοῦ. ἡ γὰρ ἀνάστασις πᾶσαν αὐτῶν ἐπίνοιαν διέλυσεν. Ἢ προορῶν τὰς κατὰ τῶν πιστῶν παρὰ τῶν ἐν ἀπιστίᾳ μενόντων ἀπειλὰς, καὶ τοὺς φόβους, μὴ δεδιέναι παρακελεύεται, ὡς τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ συμμαχοῦντος. εἰ γὰρ καὶ βασιλεῖς, φησι, καθ' ὑμῶν καὶ ἄρχοντες ἐξαφθῶσι, καὶ τὰ ἐκείνων βουλεύματα ἀθετηθήσονται, κρατήσει δὲ μόνη ἡ τοῦ θεοῦ βουλή. Οὐχ ὁμοίως, ἀλλ' εἰς τὸν αἰῶνα. ἀντὶ τοῦ, οὐχ ὡς λογισμοὶ ἀνθρώπων, ἀθετηθήσονται οἱ θεῖοι λόγοι, ἃ γὰρ ὁ θεὸς βεβούλευται, τίς διασκεδάσει; Ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς τῶν φιλοσόφων ἐρεσχελίας διεσκεδασμένης, μόνη ἡ τοῦ εὐαγγελίου ἀλήθεια ἐμπολιτεύεται. Ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον, εἰ μέλλοι μόνιμος ἡ τοῦ θεοῦ βουλὴ ἡμῖν παραμεῖναι, προδιασκεδασθῆναι τοὺς ἀνθρωπίνους λογισμούς. ὥσπερ

figmentum igitur noſtrum è terra pertinet illud, *Et facta ſunt*; ad creationem verò ad imaginem Dei, iſtud, *Et creata ſunt*. Quoniam verò creatio plerumque in potiorem ac meliorem partem accipi ſolet, vti illud, *Si qua in Chriſto noua creatura*, forſan illud, *Facta ſunt*, de prima hominis generatione dicit; iſtud verò, *Creata ſunt*, de ſecunda per gratiam Chriſti regeneratione. Si ergo dicente ac mandante Deo facta createque ſint omnia; prout dixit & mandauit, vtique non aliter, quàm Verbo creante ac Filio Dei.

COMMENTARIVS PATRVM.

2. Cor. 5, 17.

10. DOMINVS DISSIPAT CONSILIA.] Duplicem hæc ſenſum habent. Non enim Aſſyriorum tantùm conſilia diſſipauit, & Ieruſalem ſub Ezechia ſeruauit, verùm etiam ceterarum per orbem gentium, aduerſus Apoſtolos ac fideles omnes conſilia irrita vanaque demonſtrauit. Vel etiam idem diuerſimodè expoſuit, q.d. Licet multitudo conſilijs Dei contraria conſulat; inutilis tamen & irrita fiet multitudo in ſtudijs ſuis. Dictorum enim omnium conſilia, tamquam diuinæ voluntati contraria, reprobantur. Vel eſt explicatio præcedentis: quomodo nimirum Deus in ſe credentes creauerit, ex eo quòd populorum ſtulta conſilia, quæ circa idololatriam habebant, & principum ipſorum vanitatem diſſiparit. Quin etiam in Chriſti reſurrectione conſilium Gentium diſſipatum fuit, Pilati ſcilicet & militum ceterorum, & quotquot circa crucem laborabant. Reprobata quoque ſunt conſilia Scribarum ac principum populi: reſurrectio enim omnem eorum cogitationem diſſoluit. Vel infidelium aduerſus fideles minas terroreſque præuidens, monet vt non timeant, quippe qui vniuerſorum Dominum habeant adiutorem. Quantumuis enim, inquit, reges & principes contra vos inſurgant, conſilia tamen eorum reprobabuntur, at ſolum Dei conſilium præualebit. Neque hoc quomodocumque, ſed in æternum. Id eſt, non vt cogitationes hominum, ita diuini ſermones reprobabuntur: nam quæ Deus ſtatuit, quis diſſipabit? Quin & omni Philoſophorũ contentione diſſipatâ, ſola Euangelij veritas permanet. Verumtamen neceſſarium eſt, vt, ſi conſilium Dei ſtabile ac firmum conſiſtere in animis noſtris debeat, primùm humanæ cogitationes in nobis diſſipentur. Quemadmodum enim

Deus diſſipat conſilia inania & mala.

Conſilia Iudæorum contra Chriſtum diſſipata fuerunt per reſurrectionem.

Conſilium Dei permanet.

COMMENTARIVS PATRVM.

Cor purgandum, vt Deum ſuſcipiat.

enim is qui in cera ſcripturus eſt, eam priùs complanat, atque ita formas, quas cupit, imprimit: ſic etiam cor, quod diuina ſuſcepturum eſt oracula, à prauis cogitationibus purum eſſe oportet. Cogitationes autem cordis eius, ſunt conſulendi ac prouidendi virtus, cuius cùm cogitationes ſtabiles ſunt, protendunt ſe à generatione in generationem: id eſt, ſecundùm omnem in generatione ſucceſſionem, eædem Dei cogitationes permanent tam in nobis quàm in maioribus noſtris. Non quaſi Deus aliquid cogitet; ſed humano more hoc dictum eſt. Vel ſicut ibi diuerſimodè dixit conſilia gentium, & cogitationes populorum; ſic etiam ea quæ ad Deum ſpectant, diuerſimodè expoſuit, cùm dixit, conſilium Domini, & cogitationes cordis eius; volens illud phraſium diuerſitate magnificentiùs explicare. Vel cogitationes ſint rerum ornatus ſibi reſpondentes: cor verò id quod ſubſtantiæ eſt occultum. Vel cùm dixit cogitationes, duo dedit intelligenda; primum quidem, quomodo prius illud teſtamentum accepimus; alterum verò, qua ratione Chriſti doctrinam edocti ſumus. Comparatione autem Aſſyriorum, beatos dicit Iſraëlitas, quippe admirabile auxilium conſecutos. Beati, inquit, qui Deo benè affecti ſunt, vt & populus ab eo electus. Illud autem, *In hereditatem ſibi*, idem eſt, quod in ſingularem deputationem, in proprium dominium: hereditas enim cadit ſub dominium propriũ heredum. Alius, intelligit populum ex Gentibus: nemo enim beatum dicit populum Iudęorum, ſed eum qui ex Gentibus omnibus vt optimus electus eſt. Et *gentem* quidem vocat, quia ex Gentibus congregatus; *populum* verò, quia in locum abiecti populi vocatus. Et quoniam multi quidem vocati, pauci verò electi; beatum dicit, non vocatum, ſed electum. Quam ob cauſſam? propter æternam bonorum expectatorum hereditatem. Prius autem Gentium multitudinem beatam prædicat; deinde Iſraëlem qui poſteà ſaluandus eſt, ſecundùm Pauli vocem; non ſimpliciter, ſed reliquiæ, ſecundùm gratiæ electionem.

Beati qui Deo benè affecti ſunt.

Eccleſia electorum, eſt Dei hereditas.

Rom. 9, 27.

13. DE CÆLO RESPEXIT DOMINVS.] Cùm natura, inquit, ſublimis ſit, inde humana reſpicit iudicatque. *Præparatum* autem vocat firmum ac ſtabile, vti & illud, *Præparans montes*. Ab habitaculo autem decla-

Deus res humanas reſpicit, & curat.

Pſal. 64, 7.

γὰρ ὁ ἐν τῷ κηρῷ γράφειν μέλλων, τοῦτον περιλεαίνει· οὕτως ἐπιβάλλει τοὺς τύπους οὓς ἂν ἐθέλοι· οὕτως καὶ καρδίαν τὴν μέλλουσαν ὑποδέχεσθαι τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια, ἐναντίων λογισμῶν ἀποκαθαρθῆναι δεῖ. Λογισμοὺς δὲ καρδίας αὐτοῦ, τὴν οἷον βουλευτικὴν καὶ προνοητικὴν ἐνέργειαν, ἧς οἱ λογισμοὶ βέβαιοι τυγχάνοντες, παρατείνουσιν ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν· τουτέστι, κατὰ πᾶσαν τὴν ἐν γενεᾷ διαδοχήν, οἱ αὐτοὶ θεῖοι λογισμοὶ διαμένουσι, καὶ ἐν ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς πρὸ ἡμῶν. Οὐχ ὡς λογιζομένου δὲ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἀνθρωπίνως εἴρηται. Ἢ ὥσπερ ἐκεῖ διαφόρως εἶπε βουλὰς ἐθνῶν, καὶ λογισμοὺς λαῶν, οὕτω καὶ τὰ τοῦ κυρίου διαφόρως ἐξηγήσατο, βουλὴν κυρίου εἰπών, καὶ λογισμοὺς καρδίας αὐτοῦ· μεγαλοπρεπέστερον αὐτὸ ἐξηγήσασθαι βουλόμενος τῇ διαφορᾷ τῶν λεγομένων. Ἢ λογισμοὶ μὲν αἱ κατάλληλοι διακοσμήσεις τῶν ὄντων, καρδία δὲ τὸ ἀπόκρυφον τῆς οὐσίας. Ἢ λογισμοὺς εἰπών, δύο δέδωκεν ἐννοεῖν· ἓν μέν, καθὸ τὴν προτέραν ἐδεξάμεθα διαθήκην, δεύτερον δὲ καθὸ τὴν σωτήριον τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν. Κατὰ παράθεσιν δὲ τῶν Ἀσυρίων, μακαρίζει τοὺς Ἰσραηλίτας, ὡς τυχόντας παραδόξου βοηθείας. Μακάριοι, φησίν, οἱ αὐτῷ ἀνακείμενοι, καὶ ὁ παρ' αὐτοῦ λαὸς ἐκλεκτός. Τὸ δὲ εἰς κληρονομίαν ἑαυτῷ, ἀντὶ τοῦ, εἰς ἐξαίρετον ἀφόρισμα, εἰς ἰδιάζουσαν δεσποτείαν. Ἡ γὰρ κληρονομία, ὑπὸ τὴν τῶν κληρονομούντων κεῖται ἰδιάζουσαν δεσποτείαν. Ἄλλος, τὸν ἐξ ἐθνῶν φησι λαόν· οὐδεὶς γὰρ μακάριον λέγει τὸν Ἰουδαίων, ἀλλὰ τὸν ἐξ ἐθνῶν ἁπάντων ἄριστον ἐξειλεγμένον. Καὶ ἔθνος μέν, διὰ τὸ ἐξ ἐθνῶν συνειλέχθαι, λαὸν δὲ διὰ τό, ἀντὶ τοῦ ἀποβληθέντος λαοῦ προσληφθῆναι. Ἀλλ' ἐπεὶ πολλοὶ μὲν κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί, οὐχὶ τὸν κληθέντα μακαρίζει, ἀλλὰ τὸν ἐκλεγέντα. Διὰ τίνα αἰτίαν; διὰ τὴν τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν αἰωνίαν κληρονομίαν. Πρότερον δὲ μακαρίζει τὸ πλῆθος τῶν ἐθνῶν, ἔπειτα τὸν ὕστερον σωθησόμενον Ἰσραὴλ κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ κατάλειμμα τὸ κατ' ἐκλογὴν χάριτος.

ιγ'. ΕΞ ΟΥΡΑΝΟΥ ΕΠΕΒΛΕΨΕΝ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] Φύσει ὢν ὑψηλός, ἐκεῖθεν, φησίν, ἐφορᾷ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ δικάζει. ἕτοιμον δὲ καλεῖ τὸ ἑδραῖον καὶ βέβαιον, ὡς καὶ τό, Ἑτοιμάζων ὄρη. Ἀπὸ δὲ τοῦ κατοικητηρίου αὐτοῦ

λέγει

λέγει τὴν κατοικοῦντα, βέβαιον καὶ ἀπαρασάλευτον, ὡς καὶ αὐτοῦ ὄντος αἰωνίου καὶ ἀμεταθέτου. ὡς γὰρ τὸ ἀτελὲς καὶ ἀμετάβολον τῶν ἀνθρώπων ἐσήμανεν ἐκ τῆς οἰκήσεως ἐν Ἰὼβ, ὅταν λέγει, αὐτοὺς κατοικοῦντας οἰκίας πηλίνας· οὕτω τὸ ἀσάλευτον τοῦ θεοῦ, καὶ ὡς σαύτως ἔχον, διὰ τοῦ ἑδραίου κατοικητηρίου ἐδήλωσεν. Ἐπεὶ δὲ εἶπεν ἐπέβλεψεν, ἵνα μή τις αὐτὸν ἀγνοεῖν οἰηθῇ, καὶ μαθήσωμεν ἐπιβλέψαι, οὐχ ὡς κρίνοντα, ἐπήγαγεν, Ὁ πλάσας. Ὅμοιον δὲ τῷ ἐπέβλεψε, καὶ τὸ εἶδεν, ἀντὶ τοῦ προσέσχε, διέγνω τὰ γεγενημένα. Ἢ ἵνα γνῶμεν τὸ μακάριον ἔθνος, ὃ διδάσκει ὁ κύριος, πάντας ἐπισκεψάμενος, καὶ κατανοήσας τὸν προειρημένον λαὸν ἐξ ἁπάντων ἐξελέξατο. Ἐξ ἑτοίμου, φησὶ, κατοικητηρίου. Οὐ γὰρ πύλαι ἀνοίγονται, οὐ παραπετάσματα συνάγονται, ἕτοιμον εἰς θέαν τὸ κατοικητήριον τοῦ θεοῦ· πάντας ἐφορᾷ, οὐδεὶς διαφεύγει. Ἢ κατοικητηρίου, ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ τῆς οἰκείας φύσεως καὶ ἐξουσίας. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου, ὁ μὲν Ἀκύλας, ἀπὸ ἑδράσματος καθέδρας αὐτοῦ· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀπὸ ἕδρας κατοικίας αὐτοῦ ἐπέβλεψεν. Ἀπέστειλε γὰρ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς· Ἐκεῖνος γὰρ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν διηκόνησε. Τὸ δὲ· Ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας, εἶπεν συνεκδοχικῶς ἀντὶ τοῦ, ὁ πλάσας αὐτούς. μόνος γὰρ λογισμοὺς ἔπλασεν. ἀμέλει καὶ περὶ μόνου ἀνθρώπου τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον. ἐπὶ γὰρ τῶν ἀλόγων ἡ πρόνοια μόνον ἀρκεῖ· προνοῶν δὲ πλέον τῆς οἰκείας εἰκόνος ἐπέβλεψε. Κατὰ μόνας δὲ, ἀντὶ τοῦ ἀφωρισμένως, κεχωρισμένως παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα. καρδίας δὲ λέγει τοὺς λογισμούς. Καὶ ὅτι ἀφωρισμένως ἕκαστος ἄνθρωπος, ὥσπερ ταμεῖον ἀποκεκλεισμένον, ἔχει τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν, ὡς μηδένα δύνασθαι ἑτέρου καταλαμβάνειν λογισμούς. Οὐδεὶς γὰρ οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἑξῆς. Ἢ κατὰ μόνας, ἀντὶ τοῦ, ἑτέρου μὴ προσδεηθεὶς βοηθοῦ. Ὅτι δὲ μόνος ὁ πλάσας καὶ γινώσκει, συνῆπται τὸ, Ὁ συνιεὶς εἰς πάντα, ὡς μηδενὸς ἄλλου δυναμένου συνιέναι, οἵᾳ προθέσει καὶ ὁρμῇ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων, ἃ πράττει, πράττει. πῶς γὰρ οἷόν τε ἀγνοεῖν τὰ τῆς ψυχῆς τὰ κινήματα, τὸν ταύτην πεποιηκότα; Ἀλλ' ὁ μὲν θεὸς ἁπλῆν ἡμῶν ἔπλασε τὴν καρδίαν· τῇ δὲ πρὸς τὰ πάθη ἐπιπλοκῇ, ποικίλην ἡμεῖς αὐτὴν ἐποιήσαμεν, τὸ θεοειδὲς αὐτῆς καὶ ἁπλοῦν διαφθείραντες. Ἐπεὶ δὲ καρ-

rat eum qui inhabitat, ſtabilem & immutabilem exiſtere, cùm & ipſum æternum & immutabile exiſtat. Quemadmodum enim vilitatem & mutabilitatem hominum ex habitaculo deſignauit, in Iobo, cùm illos domos luteas inhabitare dixit: ſic etiam inconcuſſam Dei, & eodem modo ſe habendi rationem, per ſtabile habitaculum declarauit. Quoniam autem dixerat, *reſpexit*, ne quis ipſum ignorare exiſtimaret, & vt diſcamus ipſum reſpicere non tamquam iudicem, ſubiunxit: *Qui finxit*. Simile autem iſti *reſpexit*, eſt etiam illud, *vidit*, id eſt attendit, cognouit ea quæ facta ſunt. Vel vt cognoſcamus beatam eſſe gentem, quam docet Dominus, qui omnibus inſpectis & conſideratis, prædictum populum ex omnibus elegit. *De præparato*, inquit, *habitaculo*. Non aperiuntur enim portæ, neque cortinæ contrahuntur, paratum continuò eſt ad ſpectandum Dei habitaculum; omnes aſpicit, nemo illum effugit. Vel *De habitaculo* dixit, pro ex propria natura ac poteſtate. Ceterùm pro *De præparato habitaculo*, Aquila quidem, *de ſeſſione cathedræ ſuæ*; Symmachus verò, *de ſede habitationis ſuæ reſpexit*. *Miſit* enim *verbum ſuum, & ſanauit eos*. Illud enim ſalutem nobis adminiſtrauit. Quod autem ait, *Qui finxit ſigillatim corda eorum*, ſynecdochicè dixit, pro, Qui finxit ipſos. Solus enim cogitationes finxit. nimirùm etiam de ſolo homine dictum, *Faciamus hominem*. Nam in irrationalibus ſola prouidentia ſatis erat: verùm imagini ſuæ magis conſulens, reſpexit. *Singillatim* autem poſuit pro ſeorſim, ſeparatim à reliquis animantibus: *corda* autem intelligit cogitationes. Et quoniam quilibet homo ſegregatim quaſi cõcluſum quoddam penu mentem ſuam habet, ita vt nemo alterius cogitationes valeat percipere. *Nemo enim ſcit quæ ſunt hominis*, &c. Vel *ſingillatim*, id eſt, alterius opis minimè indigus. Quoniam autẽ ſolus is qui finxit, etiam nouit, adiungitur, *Qui intelligit omnia*, ac ſi nullus alius poſſit intelligere, quanam intẽtione & quo inſtinctu quilibet hominum agat quæ agit. Quo pacto enim animi affectiones ignorare poſſit is qui fecit illũ? Ceterùm Deus quidem ſimplex cor noſtrum efformauit. Verùm nos propenſione in paſſiones varium illud reddidimus, deiformitatem ac ſimplicitatem eius deſtruentes. Cùm autem cordium

COMMENTARIVS PATRVM.

Iob 4, 19.

Pſal. 106, 20.

Solus Deus cogitationes nouit, & inſpicit.

Gen. 1.

COMMENTARIVS PATRVM.

dium ſit ſcrutator, omnia quoque opera noſtra intelligit. *Opera* verò vocat locutiones & cogitationes, & omnem ſimpliciter motum. Quoniam autem non facta ſolùm, ſed etiam animi propoſitum Deus nouit, quo iſta fiunt, & cogitationum eſt inſpector; non ſolùm videre, verùm etiam intelligere dicitur.

16. NON SALVATVR REX.] Non virtutis militaris ambitus, non mœnia ciuitatum, non peditum phalanx, non vis equeſtris, regi ſalutem affert: Dominus enim reges ſtatuit, & euertit. Seruatur ergo, non per multam virtutem, neque per ſatellitum manum copioſam; ſed per gratiam diuinam. Sed neque ſi quis gigas fuerit, id eſt robuſtus, & de viribus ſe iactans, in prælio præualebit, niſi Deus ipſi adſit. Exemplum accipe à Goliatho & Pharaone. Ille ſiquidem cùm gigas eſſet, à puero Dauide è medio ſublatus eſt; hic verò cùm curruum multitudine Iſraëlem perſequeretur, mare pro ſepulcro habuit. Neque copioſus exercitus Aſſyrijs profuit, quòd diuinum Numen aduerſarium haberent. Vel, cùm fideles ijs quæ paulò antè dicta ſunt animaſſet, ne perſecutiones timerent; hoc etiamnum facit, prouidentialem Dei virtutem ijs annuntians. Haud enim alia eſt, inquit, ſpes ſalutis, ſiue regi exercitus robori fidenti, ſiue giganti virium copiam iactitanti, ſiue equo pedum velocitate pollenti. Hæc enim omnia fallunt, & in ipſis ſperantes decipiunt. Vos autem neque regem in his confidentem metuite, neque gigantem corporis robore ſuperbientem; ſed in Deum ſolum ſperate, vt liberet de morte animas veſtras. Mors autem animæ eſt Dei negatio, & ab eodem defectio, nec non mortalia peccata. Pulchrè autem dixit & illud: *Fallax equus ad ſalutem.* Cùm enim hoſtibus copioſus eſſet equitatus, in ſpeciem videri poterat ſalutem polliceri; ſed fallit promiſſionem, cùm ira Dei ſit potentior. In his nimirum & Aſſyrij maximam ſpem ponebant. Vel *equum* vocat equeſtrem turmam, quæ licet copioſa ſit ac fortis; ſalutem tamen non præbebit. Cuius rei cauſſam exinde pandit: *Oculi*, inquit, *Domini ſuper metuentes eum.* Quando enim in Dominum reſpicimus, & ſunt oculi noſtri ad ipſum intenti, tunc quodam-

Deus reges ſtabilit, & euertit.

Humana potentia non iuuat ſine Deo.

Humana præſidia fallunt ſperantes in eis.

Peccatum mors animæ.

Deus reſpicit eos qui de ipſo cogitant.

διανοιῶν ἐστιν ἐρευνητὴς, συνίησι καὶ εἰς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν. Ἔργα δὲ λέγει τοὺς λογισμοὺς, καὶ τὰς ἐννοίας, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς κίνησιν. Ἐπεὶ δὲ μὴ μόνον τὰ πεπραγμένα, ἀλλὰ καὶ τὴν γνώμην ἀφ᾽ ἧς ἐνεργεῖται ταῦτα, ἐπίσταται ὁ Θεὸς, καὶ διανοιῶν ὢν ἐπόπτης, οὐχ ὁρᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ συνιέναι λέγεται.

ιϛʹ. ΟΥ ΣΩΖΕΤΑΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ.] Οὐ στρατιωτικῆς δυνάμεως περιβολὴ, οὐ τεῖχος πόλεως, οὐ πολεμικὴ φάλαγξ, οὐχ ἱππικὴ δύναμις, βασιλεῖ σωτηρίαν περιποιεῖ· κύριος γὰρ καθιστᾷ βασιλεῖς, καὶ μεθιστᾷ. Σώζεται οὖν οὐ παρὰ πολλὴν δύναμιν, ἤτοι πολυχειρίαν ὑπασπιστῶν, ἀλλὰ παρὰ θείαν χάριν. Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ εἴ τις εἴη γίγας, ἰσχυρὸς δηλονότι καὶ μεγαλοφρονῶν ἐπὶ ῥώμῃ, κρείττων ἔσται τῶν μαχομένων χειρὸς, μὴ οὐχὶ Θεοῦ κατευοδοῦντος. Ὑπόδειγμα λάβε τὸν Γολιὰθ, καὶ τὸν Φαραώ. Ὁ μὲν γὰρ γίγας ὑπάρχων, ὑπὸ παιδαρίου τοῦ Δαβὶδ κατηνέχθη, ὁ δὲ μετὰ πλήθους ἁρμάτων τὸν Ἰσραὴλ διώξας, τάφον ἔσχε τὴν θάλασσαν. Οὐδὲ τοὺς Ἀσσυρίους ὤνησεν ἡ πολλὴ στρατειὰ, τὸ θεῖον ἀντίπαλον ἔχοντας. Ἢ παραθαρρύνας ἐν τοῖς πρὸ ὀλίγου τοὺς πιστοὺς, μὴ δεδιέναι τοὺς διωγμούς· τοῦτο καὶ νῦν διαπράττεται, τὴν ἐποπτικὴν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενος δύναμιν τοῦ Θεοῦ. Οὐ γάρ ἐστι, φησὶν, ἄλλη σωτηρίας ἐλπὶς, οὔτε βασιλεῖ στρατιωτικῇ δυνάμει θαρροῦντι, οὔτε γίγαντι ἐπὶ πλήθει δυνάμεως γαυρουμένῳ, οὔτε ἵππῳ ἐπὶ ποδῶν ὠκύτητι. Ταῦτα γὰρ πάντα σφάλλει, καὶ μεταπλανᾷ τοὺς ἠλπικότας. Ὑμεῖς δὲ μηδὲ βασιλέα τὸν ἐπὶ τοιούτοις θαρροῦντα καταπλήττεσθε, μηδὲ γίγαντα ἀλκῇ τυφούμενον σώματος· ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἐκεῖνον ἐλπίζετε μόνον, εἰς τὸ ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Θάνατος δὲ ψυχῆς ἡ ἄρνησις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ ἀποστασία, καὶ αἱ πρὸς θάνατον ἁμαρτίαι. Καλῶς δὲ καὶ τὸ Ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν· ἐπειδὴ πολὺς προσῆν τοῖς πολεμίοις, δύναται τῷ προσχήματι σωτηρίαν ὑπισχνεῖσθαι, ἀλλὰ ψεύδεται τὴν ἐπαγγελίαν, τῆς τοῦ Θεοῦ ὀργῆς δυνατωτέρας τυγχανούσης. Ἐν τούτοις δὲ μάλιστα ηὔχουν καὶ οἱ Ἀσσύριοι. Ἢ ἵππον, τὴν ἱππικὴν παράταξίν φησι· κἂν πολλὴ ᾖ καὶ ἰσχυρὰ, οὐ παρέξει τὴν σωτηρίαν. Διὰ τοῦτο ἑξῆς φησιν· Οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν. Ὅταν γὰρ ἡμεῖς ἐπὶ κύριον ἀποβλέπωμεν, καὶ ὦσιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ πρὸς αὐτὸν, τότε οἷον ἐφελκόμε-

κόμεθα πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἡμῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ κυρίου. κήδεται γὰρ τῶν αὐτοῦ ᾠκειωμένων. Διὸ καὶ ἰδοὺ τέθεικε, μονονουχὶ δεικνὺς, ἀληθὲς ὂν τοῦτο, καὶ διὰ τῆς πείρας ἐγνωσμένον, ὡς ἐπιβλέπει τοὺς ἐπιμελουμένους αὐτῷ τὸ εὐαρεστεῖν. Ἐπεὶ καὶ οἰκέται φόβῳ πληροῦσι τῶν δεσποτῶν τὰ προστάγματα, ἢ τὸ ταπεινὸν ἐμφαίνει τῶν δουλευόντων τῷ κυρίῳ, τῷ ἐλπίζειν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ὁ γὰρ μὴ πεποιθὼς ἑαυτῷ, μηδὲ τῷ ἐξ ἔργων δικαιωθήσεσθαι, μόνην ἔχει τὴν ἐλπίδα ἐπὶ τοὺς τοῦ θεοῦ οἰκτιρμούς· καὶ τὸ φιλάνθρωπον βλέπων, ἐλπίζει ῥυσθῆναι ψυχικοῦ θανάτου, καὶ ἐν καιρῷ συμφορᾶς ἀνέσεως τυχεῖν. λιμὸν γὰρ τὴν θλῖψιν φησὶν, ὡς στέρησιν ἀγαθῶν ἐργαζομένην· διάθρεψιν δὲ τὴν ἄνεσιν. Ἢ θανάτου τοῦ ἑπομένου τῇ κακίᾳ, ὡς ζωοποιηθῆναι τὰς ψυχὰς αὐτῶν, καὶ ἄρτῳ τραφῆναι λόγου θεοῦ, διὰ μαθημάτων, ὧν πρὶν ἐσπάνιζον. Διέθρεψε δὲ καὶ τοὺς ἐναπολειφθέντας τῇ Ἱερουσαλὴμ, κατὰ τὴν ἱστορίαν, τὴν ἔνδειαν αὐτῶν διὰ τῆς τῶν πολεμίων πανωλεθρίας ἐξιασάμενος.

κ'. Η ΔΕ ΨΥΧΗ ΗΜΩΝ.] Παράκλησιν ἔχει πρὸς ὑπομονὴν ὁ λόγος· ὥστε κἄν ποτε καταληφθῶμεν ὑπό τινος τῶν θλιβόντων ἡμᾶς, μὴ χωρισθῆναι ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου ἀγάπης, ἀλλ' ὅλῃ τῇ ψυχῇ τὰ ἐπίπονα ὑπομένειν, τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ βοήθειαν ἀναμένοντας. Τὸ ὑπομένειν δὲ εἴη ἂν τὸ αἱρεῖσθαί τι παθεῖν ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, καὶ σωτηριοφόρων ἱδρώτων ἀνέχεσθαι. Διὰ τί; Ὅτι βοηθός ἐστιν· ὅτι ἀεὶ βοηθῶν, φησὶν, παρέχει ἡμῖν τὴν σωτηρίαν. Τὸ γὰρ ὑπερασπιστὴς, ἐκ μεταφορᾶς λέγει τῶν ἐν τοῖς πολέμοις προτιθέντων τὰς οἰκείας ἀσπίδας, καὶ ὑπὸ ταύταις σκεπόντων ἑτέρους. Εἶτα ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐ βιαζόμενος ὑπὸ τῶν θλίψεων, οὐδὲ πιεζόμενος, τὴν ὑπομονὴν ἐνδείκνυται, ἀλλὰ μετὰ χαρᾶς ὑποδέχεται τὰς ὑπὲρ τοῦ θεοῦ κακώσεις, ἐπήγαγε· Καὶ ἐν αὐτῷ εὐφρανθήσεται ἡ καρδία ἡμῶν. Οὐδὲν γὰρ εὐφρᾶναι δύναται οὕτω, κἂν ἐν λύπαις, κἂν ἔν τισι περιστάσεσί τις ᾖ, ὡς ἡ πρὸς θεὸν ἐλπίς, δι' ἧς καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν. Ἄλλοι μὲν, φησὶν, ἐπί τινι τῶν προσκαίρων εὐφραίνονται, διαδεχόμενοι τὴν ψυχὴν, ὅταν τι τούτων παρῇ· ἡμεῖς δὲ ἐν τῷ κυρίῳ θείαν εὐφροσύνην ἔχομεν. Ὅρα δὲ πῶς ἐπιστημόνως προσήρμοσε τὴν ἰδίαν

modò ad noſtri curam & conſiderationem oculum Domini attrahimus; quoniam familiarium ſuorum curam gerit. Idcircò etiam poſuit *Ecce*, tantùm-non demonſtrans, hoc verum eſſe, atque experientiâ comprobatum; quòd nimirum reſpiciat eos qui ipſi placere ſtudent. Et cùm etiam famuli ex timore mandata domini obſeruent; fortaſſis inſinuat humilitatem eorum qui Domino ſeruiunt, quòd ſperent in miſericordia eius. Qui enim ſibi ipſi non confidit, neque ex operibus ſe iuſtificari exiſtimat, is ſolam ſpem ſuam collocat in Dei miſerationibus; atque benignitatem eius conſiderans, ſperat ſe liberatum iri à morte ſpiritali, & in tempore calamitatis quietem adepturum. Famem enim tribulationem vocat, quippe quæ bonorum priuationem afferat; nutritionem autem intelligit remiſſionem. Vel à morte quæ malitiam ſequitur, vt eorum animæ viuificentur, & pane reficiantur verbi Dei, per doctrinas, quarum priùs penuriâ laborabant. Quin etiam ſecundùm hiſtoriam, ſuſtentauit eos qui relicti erant Ieroſolymis, dum per hoſtium internecionem eorum inopiæ remedium attulit.

COMMENTARIVS PATRVM.

Spes in ſolo Deo collocanda.

20. ANIMA AVTEM NOSTRA.] Hic ſermo continet exhortationem ad patientiam, vt, ſi quando relinquimur in aliquo quod nos affligat, à Domini noſtri dilectione minimè recedamus; ſed toto animo difficultates ſuſtineamus, à Deo auxilium præſtolantes. Porrò iſta ſuſtinentia poſſit etiam eſſe deſiderium aliquid pro amore eius patiendi, & ſudores ſalutares ſuſtinendi. Quî ſic? *Quoniam adiutor eſt*; quoniam inquit, ſemper adiuuans, ſalutem nobis præbet. Nam *protector* dicit, ex metaphora illorum qui in bellis ſcuta ſua alijs prætendunt, & ſub ijs illos protegunt. Deinde vt oſtendat, ſe minimè afflictionibus coactum aut oppreſſum, tolerantiam exhibere; ſed cum gaudio ſuſtinere pro Deo tribulationes, ſubiunxit, *Et in eo lætabitur cor noſtrum.* Nihil enim tantam lætitiam adferre poteſt, tametſi quis in doloribus & ærumnis verſetur, quàm ſpes in Deum, propter quam etiam in tribulationibus delectamur. Alij quidem, inquit, in re quapiam temporali lætitiam capiunt, animum ſumentes, quando rerum iſtiuſmodi aliquid adeſt; nos autem in Domino diuinam lætitiam habemus. Conſidera verò quàm ſcitè orationem inſtituerit: proprium

Quomodo Deum in aduerſis oporteat ſuſtinere.

Spes ſolatur in afflictione.

CATENA PATRVM. affectum menſuram fecit largitionis miſerationum Dei. Tantum, inquit, fiat miſericordia tua ſuper nos, quantum nos præuenientes in te ſpei collocauimus. Ita benignitas tua in nos deriuetur, quemadmodum ſperauimus. Sermo autem hic eſt maximæ fiduciæ, noſtriſque hominibus inſolens eſt dicere, Spei noſtræ miſericordiam tuam admetire. Quis enim ita ſperauit, vt hoc audeat
Matth. 7, 2. dicere? Idem etiam Saluator ait, *Quâ menſurâ menſi fueritis, remetietur vobis.* Omnis autem ſpes noſtra eſt, vt in requiem conuertamur, & Chriſto conformes euadamus.

διάθεσιν μέτρον ἐποίησε τῆς ἐπιχορηγίας τοῦ θεοῦ τῶν οἰκτιρμῶν. Τοσοῦτον, φησι, γένοιτο τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς, ὅσην φθάσαντες ἡμεῖς ἐπὶ σοὶ τὴν ἐλπίδα κατεβαλόμεθα. οὕτως ἡ φιλανθρωπία σου εἰς ἡμᾶς γενέσθω, ὡς ἡμεῖς ἠλπίσαμεν. Παρρησίας δὲ μεγίστης ὁ λόγος, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς τολμηρὸς, τὸ εἰπεῖν, τῇ ἐμῇ ἐλπίδι τὸν σὸν ἔλεον μέτρησον. Τίς γὰρ οὕτως ἤλπισεν, ὡς οὕτω θαρρῆσαι εἰπεῖν; Τοῦτο καὶ ὁ σωτὴρ, Ὧ μέτρῳ, φησὶ, μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Ἐλπὶς δὲ ἡμῖν πᾶσα, ἐπιστρέψαι εἰς τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ γενέσθαι συμμόρφους Χριστοῦ.

CATENA PATRVM.

THEODORI ANTIOCHENI. Tempore beati Ezechiæ Iſraëlitis, per admirabilem Aſſyriorum euerſionem, à Deo datam victoriam beatus Dauid in hoc Pſalmo prædicens, ipſum tamquam victoriæ canticum, pro iis quæ contigerant, more ſuo cecinit. Atque hinc ex argumento contra Aſſyrios, ad vniuerſalem Dei laudationem, & rerum ab ipſo geſtarum commemorationem digreditur. Docet autem omnes, ne præſentibus rebus, tametſi magnis, confidant; ſed auxilium Dei rebus omnibus potentius eſſe du-
Quid in Pſalmis aduertendum. cant. Hoc enim in Pſalmis potiſſimùm aduertere oportet, quòd ab argumentis ad cohortationem pro inſtructione noſtra conuertatur, hanc diuerſimodè, & ad auditorum vtilitatem accommodatè, inſtituens. Vnde neceſſe nos eſt, ad Pſalmorum vim rectè aſſequendam, primùm argumenta eorum noſſe: deinde verò, ad legentium prouentum, & cetera perpendere, quibus in argumentis vſus eſt.

EVSEBII. Hic Pſalmus præcedenti conſonat: incipit enim ab iis in quibus ille finiuit, dicens, *Exultate iuſti in Domino.* Apud Hebræos autem & reliquos interpretes inſcriptione caret. Illud autem, *Exultate*, videtur propheticè dicere illis, de quibus dixe-
Pſal. 31, 1. rat: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Par enim eſt remiſſionem conſecutos, laudare eam donantem. At, ſecundùm Aquilam, *rectis ſpecioſa fit laudatio*; ſicut è diuerſo
Eccli. 15. *non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.* Dicit itaque,

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ. Τὴν ἐπὶ τοῦ μακαρίου Ἐζεκίου παρασχεθεῖσαν νίκην τοῖς Ἰσραηλίταις ὑπὸ τοῦ θεοῦ, διὰ τῆς παραδόξου τῶν Ἀσυρίων ἀναιρέσεως, προφητεύων ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ ὁ μακάριος Δαβὶδ, ὥσπερ τινὰ ἐπινίκιον ὕμνον ἐπὶ τοῖς γενομένοις αὐτὸν ἀνεβόησε, τὸ σύνηθες αὐτῷ. Κἀντεῦθεν διαπρεπόμενος, καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ τῆς Ἀσυρίας ὑποθέσεως τρεπόμενος μὲν εἰς καθολικὴν ὑμνῳδίαν τοῦ δεσπότου, καὶ ἐξήγησιν τῶν ἐπ' αὐτοῦ γεγονότων. Παιδεύει δὲ πάντας μὴ ἐπὶ τοῖς παροῦσι μεγάλοις πεποιθέναι, ἀλλὰ πάντων ἡγεῖσθαι δυνατωτέραν τοῦ θεοῦ τὴν βοήθειαν. Τοῦτο γὰρ μάλιστα ἀφορᾶν ἐν τοῖς ψαλμοῖς προσήκει, ὅτι ἐκ τῶν ὑποθέσεων ἐπὶ κατηχητικὴν τρέπεται παραίνεσιν, διαφόρως ταύτην ποιούμενος, καὶ τοῖς ἀκροαταῖς ὠφελίμως. ὥστε ἀναγκαῖον μὲν ἡμῖν εἰδέναι τὰς ὑποθέσεις πρὸς γνῶσιν τῆς τῶν ψαλμῶν δυνάμεως· προσεκτέον δὲ καὶ τοῖς λοιποῖς, οἷς ἐπὶ τῶν ὑποθέσεων κέχρηται, πρὸς τὴν τῶν ἐντυγχανόντων ὠφέλειαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀκόλουθος ἐστὶ τῷ προλαβόντι ψαλμῷ· ἀπὸ τούτων γὰρ εἰς ἅπερ ἐκεῖνος ἔληξεν, ἄρχεται, Ἀγαλλιᾶσθε, λέγων, δίκαιοι ἐν τῷ κυρίῳ. Παρ' Ἑβραίοις δὲ καὶ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς ἐστὶν ἀνεπίγραφος. Ἀγαλλιᾶσθε δὲ προφητικῶς ἐκείνοις ἔοικε λέγειν περὶ ὧν ἔλεγε, Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι. πρέπει γὰρ τυχόντας ἀφέσεως τὸν δεδωκότα ταύτην αἰνεῖν. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, τοῖς εὐθέσιν ὡραιοῦται ὕμνησις· ὥσπερ τοὐναντίον οὐχ ὡραῖος ὕμνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. Λέγει οὖν,

α. ΑΓΑΛΛΙΑΣΘΕ ΔΙΚΑΙΟΙ ΕΝ ΚΥΡΙΩ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Συνήθης μὲν τῇ γραφῇ τῆς ἀγαλλιάσεως ἡ φωνὴ, φαιδροτάτην τινὰ καὶ περιχαρῆ κατάστασιν τῆς ψυχῆς, ἐπὶ τοῖς ἀξίοις εὐθυμίας ἐμφαίνουσα. Ἀγαλλιᾶσθε οὖν δίκαιοι ἐν κυρίῳ, μὴ ὅταν εὐθηνῇ ὑμῖν τὰ κατὰ τὸν οἶκον, μὴ ὅταν εὐεκτῆτε τῷ σώματι, ἀλλ' ὅτι κύριον ἔχετε τοιοῦτον τὸ κάλλος, τοιοῦτον τὴν ἀγαθότητα· ἀρκείτω ὑμῖν ἡ ἐπ' αὐτῷ εὐφροσύνη. εἴ ποτέ σου τῇ καρδίᾳ, οἱονεὶ φῶς ἐμπεσὸν, ἀθρόαν θεοῦ ἔννοιαν ἐνεποίησε, καὶ περιέλαμψέ σου τὴν ψυχὴν, ὥστε ἀγαπῆσαι μὲν τὸν θεὸν, καταφρονῆσαι δὲ κόσμου καὶ τῶν σωματικῶν πάντων· ἐκ τῆς ἀμυδρᾶς ἐκείνης καὶ βραχείας εἰκόνος γνώρισον τὴν ὅλην τῶν δικαίων κατάστασιν, ὁμαλῶς καὶ ἀδιακόπτως τὴν ἐπὶ τῷ θεῷ εὐφροσύνην κατορθούντων. Σοὶ μὲν γὰρ ἐμπίπτει ποτὲ σπανίως ἐκεῖνο τὸ ἀγαλλίαμα, κατ' οἰκονομίαν θεοῦ, ἵνα σε διὰ μικροῦ γεύματος εἰς ὑπόμνησιν ἀγάγῃ ὧν ἐστέρησαι. Τῷ δὲ δικαίῳ διαρκής ἐστιν ἡ θεία καὶ ἐπουράνιος εὐφροσύνη, διὰ ἅπαξ αὐτῷ ἐνοικεῖ τὸ πνεῦμα. καρπὸς δὲ τοῦ πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη. οἱονεὶ δὲ τόπος χωρητικός ἐστι τῶν δικαίων ὁ κύριος, ἐν ᾧ τὸν γενόμενον πᾶσα ἀνάγκη εὐθυμεῖσθαι καὶ εὐφραίνεσθαι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οἱ τὸν ἠθικὸν κατορθώσαντες βίον, δίκαιοί εἰσιν ἀγαλλιώμενοι ἐν τῷ κυρίῳ· εὐθεῖς δὲ οἷς πρέπει αἴνεσις, οἱ πᾶσαν σκολιότητα ψευδοδοξίας διαφυγόντες. τούτοις γὰρ ἁρμόζει θεὸν αἰνεῖν, ἐπεὶ οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ. Δικαίους ἐνταῦθα καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους, οὐκ ἀπὸ τῆς τοῦ βίου ἀρετῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως. εἰκότως δὲ εἰπὼν τὸ ἀγαλλιᾶσθε, προσέθηκεν, ἐν τῷ κυρίῳ. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις εὐτελεῖς ἦσαν καὶ ταπεινοὶ, καὶ πρόχειροι τοῖς Ἀσσυρίοις εἰς ἅλωσιν, πολλοῖς τε οὖσι, καὶ ἰσχυροῖς, καὶ ἐμπειρίᾳ πολεμικῇ κεκοσμημένοις, ἐν τῷ κυρίῳ τὴν ἀγαλλίασιν αὐτῶν προευαγγελίζεται· οὗ τῇ βοηθείᾳ παραδόξως τετυχήκασι τῆς σωτηρίας, οὐκ ἐν πολέμῳ, καὶ παρατάξει, ἀλλὰ μόνῃ τῇ τοῦ θεοῦ πληγῇ τῶν Ἀσσυρίων ἀναιρεθέντων.

β'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ψαλτηρίου πρὸς κιθάραν διαφορὰν εἶναι λέγουσι μουσικοὶ τοιαύτην. τὴν μὲν κιθάραν ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἀποτελεῖν τὸν

CATENA PATRVM.

1. EXVLTATE IVSTI IN DOMINO.] BASILII. Familiaris quidem ſacris Litteris eſt vox exultationis, clariſſimum quemdam ac iucundum animæ ſtatum in his qui lætitia digni ſunt, oſtendens. Exultate itaque iuſti in Domino, non quando vobis res familiaris proſperè ſuccedit, non item quando corpori benè fuerit; ſed quòd Dominum habetis, tali pulchritudine, tali præditum bonitate. Sufficiat vobis ea lætitia quæ in ipſo eſt. Si quando tuo cordi, quaſi lux quædam incidens repentinam Dei cogitationem indiderit, atque animam tuam illuſtrauerit; vt Deum quidem diligas, mundum verò atque omnes res corporeas deſpicias; ex illa obſcura & breui lætitiæ imagine omnem iuſtorum ſtatum perſpicito; quo illi æquabiliter & indeſinenter in Deo delectantur. Tibi quidem, diuinâ diſpenſatione, raro quandoque incidit talis exultatio, vt per modicam hanc deguſtationem admonearis, quibus bonis ſis deſtitutus. Iuſto autem affatim eſt diuinæ cæleſtiſque lætitiæ, eò quòd ſemel S. Spiritus in ipſo habitet: fructus autem Spiritus ſunt, charitas, gaudium, pax. Ceterùm, quaſi locus quidam iuſtorum capax, eſt Dominus, in quo qui exiſtit, neceſſe omninò eſt vt lætetur & gaudeat.

Exultandum iuſtis in Domino.

Iuſti abundant ſpirituali gaudio.

DIDYMI. Qui benè moratam vitam ducunt, hi *iuſti* ſunt, exultantes in Domino: *recti* verò quos decet laudatio, ſunt ij qui falſæ opinionis obliquitatem fugiunt. His enim congruit laudare Deum, ſiquidem *non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.*

Qui iuſti, qui recti, quibus laus Dei congruit. Eccli. 15.

THEODORI ANTIOCHENI. *Iuſtos* hoc loco non à vitæ honeſtate, ſed à Dei cognitione, Iudæos appellat. Ceterùm cùm dixiſſet, *Exultate*, meritò addidit, *In Domino*. Quandoquidem enim in humanis viles & pauperes erant, & Aſſyriorum rapinæ expoſiti, qui multitudine, robore, & belli experientiâ præſtabant; illorum in Domino exultationem prædicit: cuius ope ſalutem miraculosè adepti ſunt, non bello, non militum expeditione, ſed ſolâ Dei cæde Aſſyrijs ſublatis.

2. CONFITEMINI DOMINO.] DIDYMI. Diſcrimen inter pſalterium & citharam, hoc muſici eſſe dicunt: quòd cithara ab infernis partibus pulſata

Diſcrimen pſalterij & citharæ quale ſit.

ſonum

CATENA PATRVM.

ſonum edat; pſalterium verò à ſupernis, præterquam etiam quòd totum ſit rectiſſimum. Cùm igitur oſtenſum ſit, animam eſſe citharam; ſpiritus hominis qui in ipſo eſt, qui fortè nihil aliud eſt quàm ipſa mens, pſalterium ſit, quod nulli præterquam Deo pſallit: quando enim rectis vtimur cogitationibus, & ſpiritu noſtro Spiritum ſanctum aſſumimus, tùnc ſanè in decachordo pſalterio pſallimus. Et fortè, quòd denario chordarum numero conſtet, perfectio eius abſoluitur. Huiuſmodi enim numerum in Scripturis paſſim decantatum inuenimus. Et Moyſi, ſacrorum interpreti, non plura quàm decem generalia præcepta dedit Deus; & populus quoque decimas offerre iubetur.

Pſalterium ſpiritale, eſt mens noſtra.

ἦχόν φασι· τὸ δὲ ψαλτήριον ἐκ τῶν ἄνω μερῶν, μετὰ τοῦ καὶ εὐθύτατον εἶναι δι᾽ ὅλων. Τῆς αὐτῆς ψυχῆς ἀποδειχθείσης εἶναι κιθάρας, τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐν αὐτῷ, οὐχ ἕτερον τάχα τοῦ νοῦ τυγχάνον, ψαλτήριόν ἐστι, ψάλλον οὐκ ἄλλῳ τινὶ ἢ τῷ Θεῷ. Ὅτε γὰρ χρώμεθα νοήσεσιν ὀρθαῖς, καὶ τῷ πνεύματι τῷ ἡμετέρῳ τὸ ἅγιον προσλαμβάνομεν πνεῦμα, τὸ τηνικάδε ψάλλομεν ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ. Καὶ τάχα ἐκ τοῦ δέκα χόρδας ἔχειν, τὸ τέλειον αὐτοῦ παρίσταται. Τὸν γὰρ τοιοῦτον ἀριθμὸν συνεχῶς ὑμνούμενον ἐν ταῖς γραφαῖς ἐστιν εὑρεῖν. καὶ τῷ ἱεροφάντῃ γοῦν Μωϋσῇ οὐ πλείω δέκα γενικῶν λόγων ἐχρημάτισεν ὁ Θεός, καὶ δεκάτας προσφέρειν ὁ λαὸς προστέτακται.

Theodoreti. Hoc etiam nobis quadrat ſpiritaliter; & fieri poteſt, vt nos ipſos canorum & concinnum organum reddamus, atque per omnes ſenſus, tam interiores quàm exteriores, Deum celebremus.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἁρμόττει τοῦτο καὶ ἡμῖν πνευματικῶς, καὶ δυνατὸν εὔηχον ὄργανον καὶ παναρμόνιον ἡμᾶς αὐτοὺς ἀποφῆναι, καὶ διὰ τῶν αἰσθητηρίων ἁπάντων, αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν, τὸν Θεὸν ἀνυμνεῖν.

Cithara tropicè corpus, pſalterium ſpiritus.

Origenis. Arbitror *citharam* tropicè dici corpus, *pſalterium* verò ſpiritum; quæ muſicaliter congruunt ſapienti, qui corporis ſui membris, ac ſpiritus potentijs, tamquam chordis, concinnè vtitur. Qui autem ſecundùm interiorem hominem renouatus eſt; is poterit canere canticum nouum, vtpote veterem hominum exutus, & indutus nouum, qui renouatur ſecundùm imaginem eius qui creauit illum. Pulchrè autem pſallit is qui mente pſallit, pſalmos recitans ſpiritales, & in corde pſallens Deo. Vel *decem chordarum* dixit, pro decem neruorum; chorda enim neruus eſt. Pſalterium itaque decem chordarum dicitur etiam corpus; vtpote quod quinque ſenſus habet, & quinque animæ facultates, quarum ſingulæ à ſingulis ſenſibus exiſtunt.

Coloſſ. 3, 9

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Κιθάραν τροπικῶς οἶμαι λέγεσθαι τὸ σῶμα, καὶ ψαλτήριον τὸ πνεῦμα, ἅτινα μουσικῶς ἥρμοσται τῷ σοφῷ, εἰς δέον χρωμένῳ ὡς χορδαῖς τοῖς μέλεσι τοῦ σώματος, καὶ ταῖς δυνάμεσι τοῦ πνεύματος. Ὁ δὲ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον ἀνακαινούμενος, ᾄσειεν ἂν τὸ καινὸν ᾆσμα, ἅτε τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἐκδυσάμενος, καὶ ἐνδυσάμενος τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον κατ᾽ εἰκόνα τοῦ κτίσαντος. Καλῶς δὲ ψάλλει ὁ ψάλλων νοΐ, ψαλμοὺς λέγων πνευματικούς, καὶ ἐν καρδίᾳ ᾄδων τῷ Θεῷ. Ἢ δεκαχόρδῳ, ἀντὶ τοῦ δεκανεύρῳ· χορδὴ γὰρ ἡ νευρά. Δεκάχορδον δὲ τὸ ψαλτήριον λέγεται οὖν καὶ τὸ σῶμα, ὡς πέντε αἰσθήσεις ἔχον, καὶ πέντε ἐνεργείας ψυχῆς, δι᾽ ἑκάστης αἰσθήσεως ἑκάστης ἐνεργείας γινομένης.

3. Cantate ei canticvm novvm.]

Quis canat canticum nouum.

Basilii. Hoc eſt, non in vetuſtate litteræ, ſed in nouitate Spiritus Deum colite. Qui non ſecundùm corpus legem accipit; ſed ſpiritalem eius virtutem cognoſcit, is nouum canticum canit. Quamobrem antiquatum & ſeneſcens teſtamentum tranſijt; recens verò atque innouatum Dominicæ doctrinæ canticum nos excepit. Quæ ſanè doctrina iuuentutem noſtram velut aquilæ renouat, cùm deſtruimus externum hominem, & de die in diem renouamur.

γʹ. ΑΣΑΤΕ ΑΥΤΩ ΑΣΜΑ ΚΑΙΝΟΝ.]

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τουτέστι, μὴ ἐν τῇ παλαιότητι τοῦ γράμματος, ἀλλ᾽ ἐν τῇ καινότητι τοῦ πνεύματος λατρεύετε τῷ Θεῷ. Ὁ μὴ σωματικῶς ἐκλαμβάνων τὸν νόμον, ἀλλὰ τὸ πνευματικὸν αὐτοῦ γνωρίζων, οὗτος ᾄδει τὸ καινὸν ᾆσμα. Διότι τὸ μὲν παλαιούμενον καὶ γηράσκον τῆς διαθήκης διέβη· τὸ δὲ καινὸν καὶ ἀνανεούμενον ᾆσμα ἡμᾶς τῆς τοῦ κυρίου διδασκαλίας διεδέξατο. ἥτις ἀνακαινίζει ἡμῶν ὡς ἀετοῦ τὴν νεότητα· ὅταν φθείρωμεν τὸν ἔξω ἄνθρωπον, ἀνακαινούμεθα δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἡμέρᾳ.

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ καὶ ὁ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, ἀεὶ ἑαυτοῦ καινότερος γίνεται. ὥστε ὁ ἀεὶ καινότερος ἑαυτοῦ γινόμενος, καινότερον ᾆσμα ᾄδει τῷ θεῷ.

δ'. ΟΤΙ ΕΥΘΥΣ Ο ΛΟΓΟΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Διὰ τοῦτο πρότερον τοὺς εὐθεῖς καλεῖ πρὸς αἴνεσιν, ἐπειδὴ οὗτός ἐστι καὶ ὁ μέλλων δοξάζεσθαι λόγος ὁ τοῦ κυρίου, ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ὤν. Εὐθὺς οὖν ὁ πατήρ, εὐθὺς ὁ υἱός, εὐθὲς τὸ ἅγιον πνεῦμα. Καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει. τί ἐστιν ὃ λέγει; ἔργον ὁ οὐρανός, ἔργον ἡ γῆ, ἔργον ἡ θάλασσα, τὰ ἄψυχα, τὰ ἔμψυχα, τὰ λογικά, τὰ ἄλογα. Πῶς οὖν ἐν πίστει πάντα; ποία πίστις ἐν τοῖς ἀψύχοις; ἢ ποία πίστις τῶν ἀλόγων; Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγει; Ἐὰν τὸν οὐρανὸν ἴδῃς, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τάξιν, πίστεώς ἐστιν ὁδηγός· δείκνυσι γὰρ τὸν τεχνίτην δι' ἑαυτοῦ. ἐάν τε τὰς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεις, πάλιν διὰ τούτων αὔξεταί σοι ἡ περὶ τὸν θεὸν πίστις. Οὐ γὰρ σαρκίνοις ὀφθαλμοῖς τὸν θεὸν καταμαθόντες πεπιστεύκαμεν εἰς αὐτόν, ἀλλὰ τῇ τοῦ νοῦ δυνάμει διὰ τῶν ὁρωμένων τὸν ἀόρατον καθορῶμεν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐπεί, φησιν, εὐθύς ἐστιν ὁ λόγος τοῦ κυρίου, καὶ ἐν πίστει δὲ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἀγαλλιᾶσθε ἐν τῷ κυρίῳ. Εὐθὺν δὲ τὸν λόγον τοῦ κυρίου λέγων, διαμεμνῆσθαί μοι δοκεῖ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων, ὡς οὐδὲν ἐχόντων σκολιόν, ἢ αἰνιγματῶδες, ἢ δυσκάτοπτον ὅλως, καὶ τῇ τοῦ γράμματος ἀσαφείᾳ κατημφιασμένον, καθὰ καὶ ὁ νόμος ὁ διὰ Μωσέως. διὰ κύκλου γὰρ μακροῦ, καὶ περιόδου δυσχεροῦς, ἀμυδρῶς καὶ μόλις συνίεμεν τὰ Μωσέως. ὁ δὲ τοῦ κυρίου λόγος, τουτέστι τὸ μάθημα τὸ εὐαγγελικόν, εὐθύς ἐστι, καὶ εὐσύνοπτος, καὶ ἀπευθύνειν δυνατὸς εἰς πᾶν εἶδος ἀρετῆς.

ε'. ΑΓΑΠΑ ΕΛΕΗΜΟΣΥΝΗΝ ΚΑΙ ΚΡΙΣΙΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καθ' ἣν ἐλεεῖ, καὶ τὴν τῶν ἐλεούντων· ὁμοίως δὲ καὶ κρίσιν, καθ' ἣν κρίνει, ὅτι τὰ κρίματα τοῦ θεοῦ ἐστιν ἀληθινά, καὶ ἄβυσσος πολλή, καὶ ἀνεξερεύνητα. Ἀγαπᾷ δὲ κρίσιν, καὶ τὴν τῶν δικαίων, ὧν οἱ λογισμοὶ κρίματά εἰσι, περὶ ὧν λέγεται· κρίμα δίκαιον κρίνατε. ὅτε δὲ τὸν ἥλιον ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, βλέπομεν πῶς τοῦ ἐλέους κυρίου πλήρης ἡ γῆ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐλεημοσύνην τὴν φιλαν-

Ceterùm, & qui ſe ad vlteriora extendit, ſemper ſeipſo recentior euadit. Quare qui ſeipſo recentior fit, is nouum canticum Deo canit. CATENA PATRVM.

4. QVIA RECTVM EST VERBVM DOMINI.] BASILII. Idcircò priùs rectos ad laudem euocat, quoniam tale etiam eſt Verbum Domini quod laudandum proponitur, quod erat in principio apud Deum & Deus exiſtens. Rectus itaque Pater, rectus Filius, rectus Spiritus ſanctus. *Et omnia opera eius in fide.* Quid eſt, quod dicit? Opus cælum, opus terra, opus mare, denique animata & inanimata, rationalia & irrationalia. Quomodo autem in fide omnia? quænam inanimatis fides? quæ item brutis? Quid igitur eſt quod dicit? Si cælum, inquit, videris, ipſiuſque ordinem conſideraueris, fidei tibi dux eſt: ſiquidem tibi per ſe opificem oſtendit. Si terræ ornatus, rurſum per hos tibi circa Deum augeſcit fides. Haud enim carnalibus oculis Deum percipientes, credidimus in eum; ſed mentis virtute, per ea quæ cernuntur, inuiſibilem conſpicimus.

Rectum verbum Domini.

Quomodo ſint opera Dei in fide.

CYRILLI. Quoniam, inquit, rectum eſt verbum Domini, & opera eius in fide, exultate in Domino. Cùm autem rectum Domini verbum dicat, videtur mihi Euangelicorum oraculorum meminiſſe, quæ nihil obliquum, nihil obſcurum, nihil quod videri nequeat, vel omnino litteræ vmbra obtectum continent, vti lex Moyſis: nam longâ circuitione, & difficili verborum ambitu ſubobſcurè, & vix tandem, verba Moyſis intelligimus. At *verbum Domini*, id eſt Euangelica doctrina, rectum eſt, & intellectu facile, nec non ad omne virtutis genus hortatur ac diligit.

Euangelica doctrina omnino recta eſt.

5. DILIGIT MISERICORDIAM ET IVDICIVM.] ORIGENIS. Diligit *miſericordiam* quâ miſeretur, & eorũ qui faciunt miſericordiam: ſimiliter etiam *iudicium* quo iudicat: quoniam iudicia Dei vera, & abyſſus multa, & inſcrutabilia. Quin etiam amat iudicium iuſtorum, quorũ cogitationes iudicia ſunt, de quibus dicitur, *Iuſtum iudicium iudicate.* Quãdo autem *ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*; videmus quomodo miſericordiâ Domini plena ſit terra.

Deus miſericordiam & iudicium diligit.

Pſal. 18, 19. & 35, 7.

Ioan. 7, 24.

Matth. 5, 45.

HESYCHII. *Miſericordiam* vocat benigni-

CATENA PATRVM.

Miſericordia Dei præcedit iudicium.

nignitatem, quam iudicio propterea præpoſuit, quòd Deus primùm benignitate, ac deinde iudicio vtatur, in eos qui in peccato perſeuerant.

6. VERBO DOMINI CÆLI.] DIDYMI. Firmati autem ſunt cæli, cùm nil corruptibile habeant.

EIVSDEM. Ceterùm cùm etiam *cæli* vocentur ij qui gerunt imaginem cæleſtis, conſtans eorum ſtabilitas fit verbo Domini: *virtus* verò *eorum*, ſecundùm quam potentes exiſtunt, à Spiritu ſancto deriuatur.

THEODORETI. Quemadmodum diuinus Ioannes tonitrui filius, totum orbem

Ioan. 1, 1.

docuit, dicens, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt:* ſic etiam beatus Dauid prædicat, dicens, *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius, omnes virtutes eorum.* Non attribuit autem Deo quidem Verbo cælorum fabricationem, ſancto verò Spiritui virtutum creationem: verùm & hæc & illa Deum Verbum, & ſanctum Spiritum effeciſſe tradit. *Virtutes* verò cælorum, alij quidem cæli luminaria, alij verò inaſpectabiles virtutes eſſe dixerunt. Ceterùm mihi videtur ſecunda interpretatio eſſe verior: cùm enim Deum demonſtrarit eſſe rerum conditorem haudquaquam ſanè de ſola viſibili creatura mentionem fecit.

Virtutes cælorum quæ.

7. CONGREGANS SICVT VTREM AQVAS.] DIDYMI. Quoniam aduocans aquam maris, eam ſuper omnem terram per imbres effundit; præcepto ſuo aquam veluti ex vtre hauſtam in aërem tollit, ita vt, concretis nebulis, pluuia in terras demittatur. Per allegoriam autem hominum vita ob inconſtantiam, & amarulentiam eorum qui in terra ſunt, mare frequenter dicta eſt. Hanc igitur aquam, tamquam in vtre collegit Saluator, in corpore quod aſſumpſit, quietam tranquillamque reddens. Ceterùm oſtendit quoque in creatura nil inordinatè ferri: ſed vniuerſa eius voluntate, tamquam in theſauro contineri, quandoquidem & ventos non motu proprio latos, de theſauris ſuis educere dicitur. Sic igitur & aquarum copiam pro arbitrio ſuo diſpenſat, imbres ſuſti-

Deus aquarum moderator.

θεραπείας λέγει, ἣν τῆς κρίσεως διὰ τοῦτο προέταξεν, ἐπεὶ πρότερα τῇ φιλανθρωπίᾳ ὁ Θεὸς, μετὰ δὲ ταῦτα τῇ κρίσει κέχρηται κατὰ τῶν ἐπιμεινάντων τῇ ἁμαρτίᾳ.

ϛʹ. ΤΩ ΛΟΓΩ ΚΥΡΙΟΥ ΟΙ ΟΥΡΑΝΟΙ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐστερεώθησαν δὲ οἱ οὐρανοὶ, τὸ δυσφθαρτότατον ἔχοντες.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οὐρανῶν δὲ καλουμένων καὶ τῶν φορούντων τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, ἡ μὲν ἑδραία πῆξις αὐτῶν τῷ λόγῳ κυρίου γίνεται· ἡ δὲ δύναμις αὐτῶν, καθ' ἣν εἰσὶ δυνατοὶ, ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος περιγίνεται.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὥσπερ ὁ θεῖος Ἰωάννης ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐδίδαξεν λέγων· Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν· οὕτως ὁ μέγας Δαβὶδ προκηρύττει λέγων, τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτῶν. Οὐκ ἀπονέμει δὲ τῷ μὲν Θεῷ λόγῳ τὴν τῶν οὐρανῶν δημιουργίαν, τῷ δὲ παναγίῳ πνεύματι τὴν τῶν δυνάμεων ποίησιν, ἀλλὰ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα τὸν Θεὸν λόγον, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα πεποιηκέναι φησί. Δυνάμεις δὲ οὐρανῶν, οἱ μὲν τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας, οἱ δὲ τὰς ἀοράτους ἔφασαν εἶναι δυνάμεις. ἐμοὶ δὲ τὸ δεύτερον ἀληθέστερον εἶναι δοκεῖ. δημιουργὸν γὰρ ὑποδεικνὺς τὸν Θεὸν, οὐκ ἂν μόνης τῆς ὁρωμένης ἐμνημόνευσε κτίσεως.

ζʹ. ΣΥΝΑΓΩΝ ΩΣΕΙ ΑΣΚΟΝ ΥΔΑΤΑ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, ἐκχέει αὐτὸ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν διὰ τῶν ὑετῶν, τῷ προστάγματι αὐτοῦ, ἀσκοῦ δίκην ἀντλούμενον τὸ ὕδωρ ὑπεραέριον ποιεῖ, ὡς συστασῶν νεφελῶν ὄμβρον ἐπὶ γῆς ἀνενεχθῆναι. Ἀλληγορικῶς δὲ ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων πολλαχοῦ θάλαττα λέγεται διὰ τὸ ἄστατον καὶ ἁλμυρὸν τῶν ἐπὶ γῆς. Τοῦτο τὸ ὕδωρ ὡς ἐν ἀσκῷ συνήγαγεν ὁ σωτὴρ, ἐν ᾧ ἀνείληφε σώματι γαληνόν τι ποιήσας καὶ εὔδιον. Δείκνυσι δὲ καὶ μηδὲν ἀτάκτως τῶν ἐν τῇ κτίσει φερομένων· ὡς ἐν θησαυρῷ δὲ πάντα συνέχει τῷ ἰδίῳ βουλήματι· ἀμέλει καὶ τοὺς ἀνέμους μὴ κατ' ἰδίαν κινουμένους φορὰν, ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ ἐξάγεσθαι λέγεται. Οὕτω τοίνυν καὶ τὸ πολὺ τῶν ὑδάτων πλῆθος κατ' ἰδίαν κρίσιν οἰκονομεῖ, πρὸς τὸ δοκοῦν ἐπέχων,

χων, ἢ πέμπων τοὺς ὄμβρους. ὃ καὶ δι' Ἠλίου τοῦ προφήτου πεποίηκε.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀβύσσους δὲ τὰ πλήθη τῶν ὑδάτων λέγει, ἅπερ ἐν ἀποκρύφοις ὑπὸ τὴν γῆν ὁ δημιουργὸς ἔταξεν, ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο τὴν αὐτοῦ σοφίαν θαυμάζεσθαι. ὥστε τὴν ξηρὰν ἐπάνω τῆς ὑγρᾶς ἐθεμελίωσε, καὶ τὸ βαρὺ ὑπὸ τοῦ ἐλαφροτέρου βαστάζεσθαι δέδωκεν.

η'. ΦΟΒΗΘΗΤΩ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΠΑΣΑ Η ΓΗ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦτο ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Θεοῦ πεπλήρωται, ὅτε πᾶσα ἡ γῆ Χριστοῦ ἐκκλησίαις πεπλήρωτο. Τάχα λέγοιτ' ἄν, οἱ μὲν ἄνθρωποι ἀγαπήσατε, ἡ δὲ γῆ φοβηθήτω. Οἱ δὲ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ κατοικοῦντες, οὐκ ἀναισθητοῦντες τοῦ κυρίου, ὑπ' αὐτοῦ σαλεύονται, πληροῦντες τὴν προκειμένην ἐντολήν. Ἢ οἱ ἀπὸ λόγου τοῦ Θεοῦ κινούμενοι, ὑπ' αὐτοῦ σαλεύονται, ζῶντος ἐν αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ.

ι'. ΚΥΡΙΟΣ ΔΙΑΣΚΕΔΑΖΕΙ ΒΟΥΛΑΣ ΕΘΝΩΝ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἀναλεγόμενος τὰ ἐφ' ἑκάστης ἱστορίας, ὅσα περὶ τὰ ἄπιστα ἔθνη ἐνήργησεν ὁ Θεός, εὑρήσεις, καὶ κατὰ τὸ σωματικὸν τοῦ πολλὴν ἔχον τὴν δύναμιν τὸ ῥητόν. Ὅτε γὰρ Ἰωρὰμ υἱὸς Ἀχαὰβ ἐβασίλευσεν ἐν * Ἱερουσαλήμ, τότε ὁ βασιλεὺς Συρίας υἱὸς Ἄδερ πολλῇ δυνάμει, καὶ βαρείᾳ χειρὶ στρατηγήσας, περιεκάθητο τὴν Σαμάρειαν, ὥστε ἐπιλιπεῖν αὐτοῖς τὰ ἀναγκαῖα, καὶ κεφαλὴν ὄνου πεντήκοντα σίκλων ἀργυρίου, καὶ τέταρτον κάβου κόπρου περιστερῶν πέντε σίκλων ἀργυρίου. Τότε τοίνυν, ἵνα πληρωθῇ ἡ ἐπαγγελία τοῦ Ἐλισαίου, διεσκεδάσθησαν αἱ βουλαὶ τῆς Συρίας, καὶ καταλιπόντες τὰς σκηνὰς ἑαυτῶν, καὶ πᾶσαν τὴν περιουσίαν, ἔφυγον, τοσαύτην εὐθηνίαν καταλιπόντες ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, ὥστε μέτρον σεμιδάλεως σίκλου, καὶ δίμετρον κριθῆς ἑνὸς σίκλου πωλεῖσθαι. Οὕτω μὲν οὖν ὁ κύριος διασκεδάζειν οἶδε βουλὰς ἐθνῶν. Πῶς δὲ ἀθετεῖ βουλὰς ἀρχόντων, ἐπὶ τοῦ Ἀχιτόφελ μεμαθήκαμεν, ὅτε ηὔξατο εὐχῇ ὁ Δαβὶδ λέγων· Διασκέδασον τὴν βουλὴν τοῦ Ἀχιτόφελ. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς τινὸς ἀπειλοῦντος μεγάλα, καὶ ἐπαγγελλομένου ἐπάξειν παντοδαπὰς κολάσεις, ἀπόβλεψον πρὸς τὸν κύριον, τὸν διασκεδάζοντα βουλὰς ἐθνῶν, καὶ ἀθετοῦντα λογισμοὺς λαῶν. Ἡ δὲ βουλὴ τοῦ κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα μένει.

* γρ. Ἰσραήλ.

ιγ'. ΕΞ ΟΥΡΑΝΟΥ ΕΠΕΒΛΕΨΕΝ Ο ΚΥ-

nens, aut demittens vt lubet. Hoc etiam fecit per Eliam Prophetam.

CATENA PATRVM. *Abyſſi quid.*

HESYCHII. Abyſſos verò dicit aquarum multitudinem, quam in abditis ſub terram locis collocauit, vt etiam in hoc ſapientia eius admiranda ſit: ſiquidem aridam ſuper humidum fundauit, effecitque vt à leuiore grauior portaretur.

8. TIMEAT DOMINVM OMNIS TERRA.] ORIGENIS. Hoc in aduentu Dei impletum eſt, quando tota terra Chriſti Eccleſijs eſt referta. Fortè etiam hoc modo dici poſſet, q.d. Homines quidem diligite; terra verò timeat. Qui verò orbem Eccleſiæ Dei inhabitant, cùm Dominum cognouerint, ab ipſo commouentur, dum id quod propoſitum eſt, præceptum obſeruant. Siue qui à verbo Dei moti ſunt, hi commouentur, dum Chriſtus in ipſis viuit.

Quomodo dicatur omnis terra timere Deum.

10. DOMINVS DISSIPAT CONSILIA GENTIVM.] BASILII. Si è ſingulis hiſtorijs recenſeas ea quæ circa gentes impias Deus operatus eſt, reperies etiam ſecundùm ſenſum litteræ magnam vim habere, quod dictum eſt. Quando enim Ioram filius Achab regnabat in Ieruſalem, tunc rex Syriæ filius Ader, multâ virtute, grauique manu bellum gerens obſedit Samariam, ita vt tunc ipſis omnia ad victum neceſſaria deficerent, & aſini caput quinquaginta ſiclis argenti, & quarta pars cabi ſtercoris columbini quinque argenti ſiclis emeretur. Tunc itaque, vt promiſſio Eliſei impleretur, diſſipata ſunt conſilia Syriæ, & relictis tentorijs ſuis, omniq́ue ſubſtantiâ, fugerunt, tantam in obſeſſa Samaria rerum copiam relinquentes, vt modius ſimilæ ſiclo, & duo modij hordei vno ſiclo vænirent. Sic igitur Dominus nouit Gentium conſilia diſſipare. Quomodo autem improbet conſilia principum, in Achitophele didicimus, quando Dauid orauit, dicens: *Diſſipa conſilium Achitophel*. Quando itaque aliquem arrogantiùs magna minantem audieris, & omnis generis plagas intentantem, reſpice ad Dominum, qui diſſipat conſilia gentium, & reprobat cogitationes populorum. Conſilium verò Domini in æternum permanet.

Qualiter Deus ſæpè impiorum conſilia diſſipauerit.

4. Reg. 7, 20.

2. Reg. 15, 31.

13. DE CÆLO RESPEXIT DOMINVS.]

CATENA PATRVM. *Chriſtus omnibus proſpicit.*

NVS.] CYRILLI. Obſerua autem quòd dicat oportere inſpectionem de cælis fieri, non modò ſuper Iſraël, vt quondam ſapientiſſimo internuntio Moyſe, ſed ſuper omnes filios hominum qui orbem habitant. Nam Gentium multitudo vbique terrarum, per Chriſtum omnium noſtrûm Saluatorem ad ſalutem aduocata eſt: ſiquidem generaliſſima in omnes gentes & nationes hominum, Saluatoris noſtri Chriſti gratia permeauit.

BASILII. Eos qui in propria manent dignitate, atque naturæ humanæ congruentia faciunt, supernè Deus aſpicit; eos verò qui vitijs omnino ſubijciuntur, aliâ ratione intuetur, ſcilicet deſcendendo. *Deſcendit* (Gen. 11, 5.) enim, inquit, *videre ciuitatem ac turrim, quam ædificauerant filij hominum.* Hic autem de cælo proſpexit Dominus. Conſidera excelſum ſpeculatorem, deſuper res humanas intuentem. Quocumque vadas, quidcumque facias, ſiue in tenebris, ſiue in die, Dei oculum proſpicientem habes.

16. NON SALVATVR REX PER MVLTAM VIRTVTEM.] CYRILLI. *Non ſaluatur*, inquit, *rex per multam virtutem:* id eſt, per multitudinem ſatellitum ſuorum. Sed neque ſi quis gigas fuerit robuſtiſſimus, id eſt, de magnis viribus, & ingenti corporis robore multùm præſumens, non poterit vel ſic ſaluari, & aduerſariorum ſuorum manum ſuperare, niſi Deus victoriam illi largiatur.

Vana ſalus hominum.

HESYCHII. In vanum igitur corporis robur adeò curamus, temerè verò potentiam ab affinibus, amicis & pecunijs ipſi nobis vendicamus: nam nihil præter cælitus miſſum auxilium ſeruare nos poteſt. Exemplum ſume à Goliath & à Pharaone. Ille enim gigas robuſtiſſimus cùm eſſet, à ſimplici puero Dauid facilè ſuperatus fuit: hic Iſraëlem maximâ curruum & equorum multitudine perſecutus, mare habuit pro ſepulcro.

In ſolo Deo fiducia habenda.

EVSEBII. Cùm dixiſſet, *Timeat Dominum omnis terra*, ad fiduciam excitauit, ne perſecutiones formidemus. Quod vtique etiamnum facit, diuinæ prouidentiæ vim ipſis addicens, contra inſidiantium impetum adfuturam: ſine qua neque regi militum copijs

ΓΙΟΣ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐπιτήρει δὲ ὅτι γενέσθαι δεῖ φησι τὴν ἐπίβλεψιν τὴν ἐξ οὐρανῶν οὐκ ἐπὶ μόνον τὸν Ἰσραήλ, καθὰ καὶ πάλαι μεσιτεύοντος τοῦ πανσόφου Μωϋσέως, ἀλλ' ἐπὶ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τοὺς κατοικοῦντας τὴν οἰκουμένην. Κέκληται γὰρ εἰς σωτηρίαν διά γε τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, ἡ κατὰ πᾶσαν οὖσα τὴν γῆν. γενικωτάτη γὰρ καὶ κατὰ παντὸς ἔθνους τε καὶ γένους ἀνθρώπων, ἡ διὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ κεχώρηκε χάρις.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τοὺς μὲν ὄντας ἐπὶ τοῦ ἰδίου ἀξιώματος, καὶ ποιοῦντας τὰ ἐπιβάλλοντα τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ, ἄνωθεν ἐφορᾷ ὁ Θεός· τοὺς δὲ πρὸς τὸ ἔσχατον τῆς κακίας ὑπενεχθέντας, ἑτέρως ἐπισκέπτεται, δηλαδὴ καταβαίνων. Κατέβη γάρ, φησιν, ἰδεῖν τὴν πόλιν, καὶ τὸν πύργον, ὃν ᾠκοδόμησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Ἐνταῦθα δὲ ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ Κύριος. Σκόπει τὸν ὑψηλὸν θεατὴν, τὸν ἄνωθεν ἐγκατακύπτοντα τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν. Ὅποι περ ἂν βαδίζῃς, ὅτι περ ἂν ἐνεργῇς, κἂν ἐν σκότει, κἂν ἐν ἡμέρᾳ, ἐπισκοποῦντα ἔχεις τὸν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμόν.

ις'. ΟΥ ΣΩΖΕΤΑΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΔΙΑ ΠΟΛΛΗΝ ΔΥΝΑΜΙΝ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οὐ σώζεται, φησι, βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, τουτέστι, διὰ πολυχειρίαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ δορυφόρων. ἀλλ' οὐδ' ἂν εἴ τις εἴη γίγας ἰσχυρὸς, δῆλον ὅτι καὶ μέγα πεφρονηκὼς ἐπ' εὐσθενείᾳ πολλῇ, καὶ ῥώμῃ σώματος· οὐδ' ἂν οὕτω σωθείη, καὶ κρείττων ἔσται χειρὸς τῆς τῶν μαχομένων αὐτοῦ, μὴ οὐχὶ Θεοῦ καταδιδόντος τὸ νικᾶν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὥστε μάτην τῆς τοῦ σώματος ἰσχύος ἐπιμελούμεθα, εἰκῇ δὲ δύναμιν ἑαυτοῖς τὴν ἀπὸ συγγενῶν, καὶ φίλων, καὶ πλούτου περιβαλλόμεθα, οὐδὲν ἴσχυει γὰρ σῶσαι δίχα τῆς συνεργείας τῆς ἄνωθεν δυνάμεως. Ὑπόδειγμα δὲ τὸν Γολιὰθ καὶ τὸν Φαραὼ λάμβανε. Ὁ μὲν γίγας ὑπάρχων ἰσχυρὸς, ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ ἁπλοῦ παιδαρίου νενίκηται· ὁ δὲ μετὰ πλήθους ἁρμάτων τὸν Ἰσραὴλ διώξας τάφον ἔσχε τὴν θάλασσαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἰπὼν, φοβηθήτω τὸν Κύριον πᾶσα ἡ γῆ, παραθαρρύνει μὴ δεδιέναι τοὺς διωγμούς. Ὃ δὴ καὶ νῦν διαπράττεται τὴν ἐποπτικὴν αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἐπαγγελλόμενος κατὰ τῶν ἐπιβουλευόντων ἐσομένην· ἧς χωρὶς οὐκ ἔσται σωθῆναι, οὔτε βασιλεῖ στρατιωτικῇ θαρ-

CATENA PATRVM.

θαῤῥοῦντι δυνάμει, οὔτε γίγαντι ἐπὶ πλήθει γαυρουμένῳ δυνάμεως, οὔτε τῷ ἵππου τάχει θαῤῥοῦντι. Ὑμεῖς δὲ θαῤῥεῖτε, φησὶν, οἱ τὸν θεῖον φόβον ἀνειληφότες, μηδένα τῶν εἰρημένων φοβούμενοι, μὴ χωροῦντες εἰς ἄρνησιν, ἣν δὴ ψυχῆς ἐκάλεσε θάνατον, δηλοῦντα καὶ τὰς πρὸς θάνατον ἁμαρτίας. Μὴ οὖν φοβεῖσθε τὴν σώματος τὴν φθορὰν, τῶν ψυχῶν σωζομένων. Οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ κυρίου τῇ τοῦ θείου πνεύματος ἐπιῤῥοῇ, καὶ τούτων τὰς ψυχὰς διατρέφουσι, καὶ θεοδιδάκτους ἐργάζονται.

Βασιλείου. Οὔτε οὖν βασιλεὺς τὴν ἐκ τῆς ὁπλιτικῆς βοηθείας ἀρκοῦσαν ἔχων πρὸς σωτηρίαν, οὔτε ὁ ἀνδρεῖος πρὸς πάντα ἐπαρκεῖν ἑαυτῷ ἐστιν ἱκανός. Ἀσθένεια γὰρ καὶ ἀδυναμία, πάντα ὁμοῦ τὰ ἀνθρώπινα, πρὸς τὴν ἀληθινὴν δύναμιν παραβαλλόμενα. Διὰ τοῦτο τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά. Ἐκβέβληται δὲ τῆς χρήσεως τῶν ἁγίων ὁ ἵππος· καὶ οὔτε ἐν πολέμοις δυναστεύων ὁ Ἰσραὴλ ἱππικῇ δυνάμει φαίνεταί ποτε κεχρημένος· οὔτε ἰδίᾳ τις τῶν ἁγίων τὴν χρῆσιν τῶν ἵππων ὡς ἁρμόζουσαν παρεδέξατο. Φαραὼ δὲ τῇ ἱππικῇ χρῆται, καὶ Σενναχηρὶβ ὑπερήφανος. Ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται. ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, φησὶν ὁ Παῦλος, τότε δυνατός εἰμι. Τὸ δὲ πλῆθος τῆς σωματικῆς δυνάμεως, ἐμπόδιόν ἐστι πρὸς τὴν σωτηρίαν τοῦ πνεύματος.

præſidenti, neque giganti de virium ſuarum magnitudine glorianti, nec equi celeritati ſe committenti, ſalus eſſe poterit. Vos verò, inquit, confidite, qui diuinum timorem ſuſcepiſtis, nihil dictorum formidantes, neque ad negationem deflectentes, quam mortem animæ vocauit, quæ peccata ſignificat quæ ducunt ad mortem. Ne igitur timeatis corporis corruptionem, dum animæ ſaluentur. Oculi enim Domini, diuini ſpiritus influxu, & horum animas nutriunt, & Deo doctas reddunt.

Basilii. Neque igitur rex ex armis auxilium ad ſalutem ſufficiens habet, neque etiam fortis ſibi ad omnia ſufficere valet. Humana enim omnia iuncta, infirma ſunt & inualida, ſi cum vera potentia comparentur. Idcircò *infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia*. (1. Cor. 1, 28.) Equus autem ab vſu ſanctorum exulat. (*Sancti non ſolent equis vti.*) Neque Iſraël, dum florebat in bellis, vmquam fertur equeſtri robore vſus fuiſſe: neque quiſquam Sanctorum priuatim equis vti, pulchrum exiſtimauit. Pharao autem equeſtri exercitu vſus eſt, vti & ſuperbus Sennacherib. In abundantia autem virtutis ſuæ, non saluabitur. Cùm enim *infirmor*, inquit Paulus, *tunc potens ſum*. (2. Cor. 12, 10.) Virium verò corporis abundantia, ſaluti ſpiritus impedimento eſt.

ANNOTATIONES CORDERII.

INSCRIBITVR Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις, *Pſalmus Dauid, ſine titulo apud Hebræos.* Quæ verba poſtrema Sixtina editio omiſit, & Scholiaſtes notat illa in Quinta & Sexta editione non fuiſſe reperta: Theodoretus cenſet ab ipſis Septuag. fuiſſe appoſita. Quæ cùm in tribus diuerſis antiquiſſimis M. S. codicibus Viennenſibus reperiſſem, minimè omittenda cenſui; quòd nil noceat ſcire, Hebræos huius Pſalmi titulum expunxiſſe. Vulgata editio Latina correctior inſcribit tantùm hæc verba, *Pſalmus Dauid*, cùm in editionibus antiquis haberetur, *In finem Pſalmus Dauid.*

1. *Exultate iuſti in Domino*, &c.] Nominatim iuſtos & rectos ad laudem Dei euocat, quia nimirum illi ſoli idonei ſunt gloriæ Dei præcones. (*Probos, non improbos, decet laus Dei.*) Nam, vt pulchrè Aquila vertit, τοῖς εὐθέσιν ὡραιώθη ἡ ὕμνησις, *rectis ſpecioſa fit hymnorum decantatio:* ſicut è contrario, οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, *non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*, quemadmodum Eccleſiaſtici auctor, (Eccli. 15, 9) ad hunc Dauidis locum alludendo pronuntiauit. *Quare* (vt benè monet S. Chryſoſt. in Pſal. 112. *oportet vitam priùs inſtituentem, hymnos Deo ita canere*. Non enim verbis ſolùm, ſed etiam factis laudare oportet: & hanc laudem, vt ſymphoniam gratioſam & cælo dignam, requirit maximè Deus, hanc gloriam excipit, hoc celebrari modo gaudet. Atque in hunc finem conſultò ſibi Deus Eccleſiam ſanctam in hoc mundo gratuitâ adoptione delegit, vt nomen ſuum ritè à legitimis teſtibus perpetuò laudaretur. Vnde in actibus religionis non poſtremo loco diuina laus reponitur, quam beneficentiſſimæ Numinis maieſtati debemus. (*Laus Dei decet maximè Religioſos.*) In ea feliciſſimarum mentium beata in cælo vita ſita eſt, & in hac vitæ imbecillitate piorum omnium, præcipuè illorum, qui ſe quaſi totos huic ſancto muneri conſecrarunt. de quibus Propheta Regius id denuntiat, *Laus eius in eccleſiâ ſanctorum*: (Pſal. 149, 8.) hoc eſt, in cœtu ſacrorum hominum, qui maximè vnam illam ob cauſſam in adytis, templiſque venerandis, tabernaculum vitæ ſuæ collocant. Genuinus ergo huius loci ſenſus eſt, Dei laudem rectis decoram eſſe, quia nihil ſit potius in quo ſe exerceant. Et certè, cùm aſſiduis beneficijs Deus celebrandæ ſuæ gloriæ materiam ipſis præbeat, & immenſa eius bonitas in proprium veluti theſaurum ipſis ſit repoſita; totis animi votis ad laudes Dei iugiter canendas, ipſos ferri conue-

ANNOTATIONES CORDERII.

nit, quas in cælo poſtmodum cum Angelis per totam æternitatem celebrabunt.

Inſtrumenta muſica rectè etiam ad Deum laudandum adhibentur.

2. *Confitemini Domino in cithara.*] Ad Deum maiori cum ſolemnitate collaudandum, inſtrumenta quoque muſica applicari iubet. Nihil quippe à fidelibus omitti cupit, quod mentes eorum ad canendas Dei laudes vehementiùs accendat. Etſi enim non niſi articulatâ voce propriè Dei nomen celebretur; hæc tamen muſicorum inſtrumentorum adminicula, quibus, ſi debito modo adhibeantur, ſe magis ad pietatem incitare fideles ſolent, non fruſtrà addidit. Etenim eò nos vocat diuina beneficentia, quâ propè quotidianâ obruimur, eò ducit ratio, & grati animi lex, vt parenti omnium rerum Deo, non humanam tantùm vocem, ſed rerum quoque omnium ſonum conſecremus. Poſſe igitur organa, & muſica inſtrumenta ad Dei Numen venerandum adhiberi, ſuo exemplo, & eo quidem regio, Dauid oſtendit. Qui cùm eo in genere præiuiſſet, nabla tangens, citharâ ludens, & decachordo pſalterio exultans, omnes deinde ad ſimilem erga Deum religionem inuitauit, dicens:

Pſalterium decem chordarum, myſticè eſt lex decem præceptorum.

In pſalterio decem chordarum pſallite illi.] S. Auguſt. hunc locum myſticè exponens, per pſalterium decem chordarum legem intelligit, quæ decem præceptis continetur. Legem autem *pſalterium* appellat, quia nimirum lex cum iubilo & lætitia implenda eſt, non timore. Itaque quaſi per ſummum gaudium citharam pulſat, non quaſi qui timore percutitur. In hunc eumdem

Math. 5, 19.

ſenſum exponit illa verba Domini, *Non veni legem ſoluere, ſed adimplere.* Id eſt, veni, ad legem quæ timorem incutiebat, nec tamen implebatur, charitate & amore hominibus iniuncto, facilem viam ſternere, vt homines eam implerent. Terrebat quidem lex homines; timor autem non eas vires habebat, vt homines ad legem implendam pertraheret: acceſſit Chriſtus, & pulſo timore, charitatem docuit, quâ homines facilè legem obſeruant. S. Auguſtini verba ſunt hæc: *Tange pſalterium, imple legem quam Dominus Deus tuus non venit ſoluere, ſed adimplere. Implebis enim amore, quod timore non poteras. Qui enim timendo non facit malè, malè faceret, ſi liceret. Itaque etſi voluntas non datur, facultas tenetur. Non facis, inquit. Quare? quia times. Nondum amas iuſtitiam. adhuc ſeruus es. Sed ex bono ſeruo fit bonus filius. Interim timendo noli facere, diſces & amando non facere.* Pulchrè S. Doctor cauſſam reddit, ob quam amor præferendus ſit timori: qui enim timore ductus mala cauet, ſi ſe occaſiò dederit, vt impunè facere poſſit, proculdubio ad illicita manus extendet; qui verò amore ducitur, longiùs ab illicitis abeſt: nec enim faciet, etiamſi impunè facere liceret. Hanc ſententiam tradit Comicus in Adelphis hiſce verſibus:

Lex non timore, ſed amore impletur.

Et errat longè meâ quidem ſententiâ,
Qui imperiũ credat grauius eſſe, aut ſtabilius,
Vi quod fit, quàm illud quod amicitiâ adiũgitur.
Mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum.
Malo coactus, qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet:
Si ſperat fore clàm, rurſus ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adiungas, ex animo facit:
Studet par referre: præſens, abſenſq; idem erit.

Canticum nouum, nouitate vitæ Dei canendum.

3. *Cantate ei canticum nouum.*] Id eſt, vitæ vetuſtatem Dei laudes celebraturi exuite: ſic enim nouum canticum vitæ nouitate canitur, vti pulchrè B. Laurentius Iuſtinianus ad hunc verſ. annotauit, qui in manuſcripto codice ſe repeiiſſe ait, *Cantate ei, non linguâ, ſed vitâ, depoſitâ vetuſtate.* Ineptus quippe diuinis laudibus celebrandis, qui veteris adhuc vitæ ſordibus maculatur: nouis, minimeque detritis vetuſtate veſtibus, noſtis virtutum indumentis vtatur, qui ſe ad Dei laudes decantandas accingit.

Recedant vetera, noua ſint omnia,
Corda, voces, & opera.

Veteris, inquam, hominis exuuiæ, prudentis more ſerpentis, reijciendæ ſunt ei qui idoneus eſſe Dei laudator velit. Diuinè S. Auguſt. in Pſal. 102. *Quid*, inquit, *prodeſt, quia hymnum cantat lingua tua, ſi ſacrilegium exhalat vita tua?* Rem illuſtrat pereleganti ſimilitudine D. Chryſoſt. in Pſal. 43. vt vel ſæculi conſuetudine id argui intelligamus. Ait enim, in aulis quoque regijs neminem aſſumi regiæ vocis interpretem, qui fuerit τῷ βίῳ διεφθαρμένῳ ὢν, *praua & corrupta vita conuictus.* Quonam igitur modo impurus quiſpiam, & ſcelere contaminatus, diuinos hymnos & cæleſtia oracula canere, atque in cœtu populi venerantis efferre auſit? Importunum eorum hominum cantum auerſatur pij Prophetæ ore Deus, iratuſque ita denuntiat, *Aufer à me tumultum carminum tuorum.* Amos 5, 23. Vbi S. Hieron. *Carmina*, inquit, *Leuitarum, quibus laudabant Deum, tumultum vocat, ſonitumque confuſum: quia non eſt pulchra laudatio in ore peccatoris.* Et paulò pòſt ſic adiungit: *Iudæorum quoque oratio, & pſalmi quos in ſynagogis canunt, & hæreticorum compoſita laudatio, tumultus eſt Domino, &, vt ita dicam, grunnitus ſuis, & clamor aſinorum.* Remoueantur ergo à templis lutulentæ ſues & aſini præpoſteri, nec eorum vox in eo loco exaudiatur, vbi omnes ſimiles Angelorum eſſe oportet, & cantare canticum nouum. Quod autem ſubdit, *Benè pſallite ei in vociferatione*; S. Auguſt. *in iubilatione*; & S. Hieron. *in iubilo*, dixit, ſuperiùs in Græco Commentario ſatis explicatum eſt. Quò etiam faciunt illa quæ à nobis ad Pſalmi XXVI. v. 6. annotata ſunt.

4. *Quia rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide.*] Vbi notandum eſt *verbum*, non accipi pro doctrina, ſed pro mundi gubernandi ratione, prout ſuperiùs in Paraphraſi & Commentario explicatum eſt; vt ſit ſenſus, ac ſi dicat, Quidquid ſtatuit Deus, rectum eſt: quidquid opere ipſo perficit, fidele & verax. Generalem enim hic Dei prouidentiam, quâ totus mundus regitur, proponit, ac dicit, in toto operum ſuorum curſu Deum ſic imperium exercere, vt in omnibus ſumma eius æquitas fideſque reluceat; quemadmodum etiam alibi canit: *Fidelia* Pſal. 110, *omnia mandata eius, confirmata in ſæculum ſæ-* 8. *culi, facta in veritate & æquitate.* Quamobrem etiam dicitur *fidelis Dominus in omnibus verbis* Pſal. *ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.* In quæ loca conſule quæ annotabimus, quia huic etiam loco lucem afferunt.

Miſericordia & iudicij nexus.

5. *Diligit miſericordiam, & iudicium.*] Haſce duas virtutes, tamquam indiuiduas ſorores, vtrobique coniungere ſolet Dauid (vti ſuperiùs ad Pſal. XXIV. v. 10. annotauimus, quæ & huic loco quadrant.) Vnde Theologi Hebræorum docent

cent mundum à Deo gubernari per duas menſuras & proprietates, quas vocant מִדּוֹת *middoth*, iuſtitiæ ſiue iudicij, & miſericordiæ: illam ſignificari, vbi ponitur אֱלֹהִים *Elohim*, hanc, vbi אֲדֹנָי *Adonai*. Has autem menſuras adhiberi à Deo in omnibus operibus ſuis, omnes conſentiunt, quibus mortalium res & œconomiam vniuerſi adminiſtrat. Quam ob cauſſam alibi Dauid ait,

Pſal. 88, 15. *Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam.* Nam ſine hac ſynoride diſſimilium comitum, numquam ad nos progreditur Numen: locum

Potiores partes habet miſericordia. ipſi duæ illæ heroinæ metari ſolent. Potiores tamen vbique partes miſericordiæ tribuit, cuius hoc loco plenam eſſe terram aſſerit: &, vt alibi canit, *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius:* vt oleum omnes liquores, ſic opera omnia diuina illæ ſupereminent. Super omnia, inquam, ſunt, quia tegunt omnia: feriunt oculos in iuſtitiam quoque ipſam intuentes. Nullum eſt enim opus Dei, quod non ambiat includatque miſericordia. Hinc D. Paulus velut in cenſu & patrimonio Numinis, nihil videbat eſſe glorioſius, vnde opulentiſſimus appellari poſſet. Quare abundantiſſimam

Epheſ. 2, 4. diuinæ miſericordiæ copiam ita miratur, *Deus qui diues eſt in miſericordia.* Et ad Romanos,

Rom. 2, 4. *diuitias bonitatis eius* prædicat, vt huius vnius comparatione, potentia illa miranda, & infinita pulchritudo, aliæque Dei virtutes immenſæ, parcæ & reſtrictæ quodammodò eſſe videantur.

Quid per verbum Domini, & ſpiritum oris eius intelligatur. 6. *Verbo Domini cæli firmati ſunt.*] Duos huius loci ſenſus habes in Paraphraſi & Commentario, quos & Ianſenius probat. Alterum ſimpliciorem, iuxta quem idem ſignificatur per *verbum Domini*, & *ſpiritum oris eius*; ſcilicet iuſſio & imperium Domini, quo omnia creata ſunt in principio: (verbum enim oris eſt ſpiritus aërem verberans.) Alterum altiorem, quo per *verbum* Filius in Trinitate ſignificatur; per *ſpiritum* verò *oris* Spiritus ſanctus: quem *Spiritum oris* rectè appellat, vt oſtendat eum eiuſdem eſſe ſubſtantiæ cum illo à quo emittitur, & quòd non ſit creatus aliunde. Et vtrumque ſenſum ſimul credendum omnino eſt, hîc ſignificaſſe Spiritum ſanctum, quemadmodum & in principio Geneſis. Et ad hunc locum reſpexiſſe videtur, quando per Verbum incarnatum omnia facta

Ioan. 1, 3. fuiſſe ſcribit, S. Ioan. in exordio Euangelij. Ceterùm priori illo & ſimpliciori ſenſu paſcit Spiritus ſanctus in his & ſimilibus locis rudiores, quales ſunt Iudæi; poſteriori verò perfectiores, quales ſunt Chriſtiani. Vt autem rectè intelligatur, quid per *virtutem cælorum* hoc loco accipi debeat, ſciendum eſt, hîc Hebræis eſſe dictionem,

Gen. 2, 1. quæ eſt in Geneſi cap. 2. ad quem locum hîc alluditur. Vbi nos legimus, *Et omnis ornatus eorum*, Hebraicè eſt צָבָא *tſaua*, à qua voce dicimus Deum *Dominum ſabaoth*, pro quo Septuag. verterunt, κύριον δυνάμεων, *Dominum virtutum*, cùm ea dictio propriè ſignificet *militiam* aut *exercitum*. Itaque ſimpliciore intelligentiâ, per *virtutem cælorum* hoc loco ſignificatur tota illa ſtellarum innumerabilis multitudo, quâ cælum exornatur, & mundus à Deo regitur, ſtellis Dei imperio famulantibus, & veluti ſub imperatore militantibus, quæ nullo numero facilè comprehendi poſſe videntur, ſicut in exercitu homines. Sublimiore verò intelligentiâ, etiam ſignificatur Angelorum multitudo, propter quos potiſſimum dicitur Deus *Dominus virtutum*, qui & ipſi in Scripturis dicuntur *virtutes*, quòd ſint potentes virtute, miniſtri Domini ad faciendam voluntatem eius. Vide de his S. Dionyſ. Areopagitam Cæleſt. hier. cap. 7. & 11. & ibidem noſtras Annotationes. ANNOTATIONES CORDERII.

7. *Congregans ſicut vtrem.*] Græcè, ὡσεὶ ἀσκὸν. Hanc lectionem agnoſcunt Baſilius & Nicephorus; teſtatur tamen S. Baſilius inueniſſe ſe in nonnullis exemplaribus, ὡς ἐν ἀσκῷ, *ſicut in vtre*, prout Vulgata & Symmachus habent; S. Hieronymus, *quaſi in vtrem*; alij pro *vtre* vertunt, *aceruum* ſiue *tumulum*, quia hoc ſignificat vox quæ nunc legitur Hebraicè נֵד *ned*, pro qua Septuag. legerunt נֹאד *nod*. Similis eſt locus Pſalmi LXXVII. *Statuit aquas quaſi in vtre*, vbi Pſal. 77, 13.
etiam Græcè eſt, ὡσεὶ ἀσκὸν, *quaſi vtrem*: & Hebraicè כְּמוֹ־נֵד *chemo ned*; & S. Hieron. reddit, *quaſi aceruum*. Itaque veroſimile eſt, Dauidem hoc loco reſpexiſſe ad id quod contigit in mari Rubro, vbi dicuntur aquæ congregatæ inſtar aceruí, quòd in altum eſſent eleuatæ, & contra naturam immobiles conſtitutæ; quod ſimiliter per *vtrem* deſignatur, quo nimirum contentæ fuerunt ne diffluerent.

IBIDEM. *Ponens in theſauris abyſſos.*] E contrà dicendum videbatur, *Ponens theſauros in abyſſis*; ſed iuxta anagogen id iure dictum notat S. Baſilius. Nempe per *theſauros*, homines pios, per *abyſſos* abdita myſteria intelligit. Hæc ergo non in alijs quàm in theſauris collocat: quia rerum ſupernaturalium & abſconditarum cognitio ſolius virtutis & innocentiæ pretio venditat Deus. *Viri pij ſunt theſauri, in quibus Deus myſteria ſua reponit.*
In quem ſenſum infert verba Chriſti Domini dicentis: *Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur.* Matth. 9, 17.
Per *vtres veteres* eos intelligit, qui peccatis veteraſcunt & corrumpuntur; per *vtres* verò *nouos*, eos qui ſpiritu renouantur. Hi ſanè potentes ſunt vim deferueſcentis muſti ſuſtinere, id eſt, optimè capiunt diuina myſteria, quæ inſtar vini in animo feruent: illi verò qui præ peccatis ſitu putruerunt, myſteriorum vinum ſuſtinere non poſſunt. S. Baſilij verba ſunt hæc. *Ponens, inquit, in theſauris abyſſos; communi ſententia magis congruere videbatur, ſi dixiſſet: Ponens in abyſſis theſauros, hoc eſt, in myſterio & arcano ſuas diuitias continens. Nunc autem quaſi quadam pretioſa, digna diuinis theſauris, abyſſos dicit eſſe. Non ſatis ſcio an ipſæ rationes quæ de diuino ſunt iudicio, arcanæ quidem illæ, nec vlli arcanæ menti comprehenſibiles, hîc vocentur abyſſi, propterea quod rationes hæ diuinæ tantum agnitioni reſeruatæ ſunt, quibus ſingula diſpenſantur.* Et poſt pauca: *Nos vbi habebimur digni agnitione ea, quâ perſpicitur Deus facie ad faciem, tunc in theſauris Dei eas abyſſos contemplabimur. De vtribus verò ſi qua in ſacris voluminibus dicuntur, collegeris, propius pertinges ad Propheticæ ſcientiæ intelligentiam. Vtres verò noui in Euangelio nominantur, qui de die in diem vitæ genus renouant, & vinum nouum de vera vite capiunt. Qui verò veterem hominem nondum depoſuerunt, vtres ſunt veteres, quibus neutiquam commodè credi poteſt infuſio noui vini, &c.*

8. *Timeat Dominum omnis terra.*] Quid per *omnem terram* intelligat, clariùs exponendo ſubiungit,

ANNOTATIONES CORDERII.

Timor imperfectos decet, tamquam initium pietatis.

iungit, *Omnes inhabitantes orbem.* Poſterior enim pars verſiculi, prioris ſolet eſſe expoſitio. Peculiariter autem *terra* illi nuncupantur, qui ſuopte pondere ad ima deprimuntur. Ergo hi Dominum timeant, quia imperfectos maximè decet timor & metus. Vnde non ait: *Timeat Dominum* cælum, id eſt perfecti, ſed *terra*, id eſt imperfecti. *Iam quando timor Domini* (ait S. Baſilius ad hunc locum) *initium eſt ſapientiæ, qui terrena ſapiunt, per timorem erudiantur. Timor enim quaſi quidam introductorius neceſſariò ad pietatem condiſcendam aſſumitur.* Expende dictionem illam, *introductorius*; Græcè εἰσαγωγικός: per hanc

Pſal. 110, 10.

enim exponit dictum illud, *Initium ſapientiæ timor Domini*. Et nos ſumptâ ſimilitudine à præceptoribus idem expendamus: ſunt enim in omnibus facultatibus nonnullæ quæſtiones, quas procemiales vocamus, quæ quidem viam ſternunt ad aliarum rerum tractationem. Ergo timor eſt veluti virtutis procemium & *introductio*, circa quem niſi priùs nos exerceamus, vix ad alia gradum facere poterimus.

Pſal. 95, 9.

Quid ſit commoueri à facie Dei.

IBIDEM. *Ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.*] Sic in alio Pſalmo dicitur, *Commoueatur à facie eius vniuerſa terra.* Concludit iuſtam eſſe cauſſam cur reuerenter ſubijciat ſe totus orbis imperio Dei, à quo ſuam habet originem, & à quo ſeruatur. Nam *commoueri ab eo* nihil aliud eſt, quàm formidabilem eius poteſtatem ſuſpicere: non enim propriè hîc ſignificatur cauſſa efficiens & commouens, ſed obiectum & materia timoris, & circa quam ille verſatur; tametſi etiam obiecto conueniat quadam ratione mouere potentiam, iuxta tritum axioma Philoſophorum. Sic apud Ezechielem

Ezech. 38, 20.

ait Deus: *In die illa erit commotio magna ſuper terram Iſraël, & commouebuntur à facie mea piſces maris, cunctique homines qui ſunt ſuper faciem terræ.* Verùm ibi in Hebræo eſt רָעַשׁ *ragaſch*, & in Græco σεισμός; hîc autem גור *gur*, & σαλευθήτω. Significat autem illud *moueri & tremere*; hoc verò *timere, pauere*, &c.

Deus diſſipat cogitationes impiorum.

10. *Dominus diſſipat conſilia gentium.*] Nihil profectò Dei potentiam prouidentiamque hominibus adeò admirabilem reddit, quàm ſi eius ſuaui diſpoſitione, præter omnem expectationem, iniquorum hominum, quibus nemo reſiſtere valebat, conatus irritos videant. Hanc ob cauſſam Regius Propheta Deum laudare non ceſſat: *Quia Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat cogitationes populorum, & reprobat*

Gen. 11, 5.

conſilia principum. Ita Babyloniorum impia in turris ac ciuitatis ædificatione conſilia diſſipauit, & ſimul ipſos ædificatores per vniuerſum terræ orbem diſperſit. Sic cùm Salmanaſar rex Aſſyriorum in Ieroſolymæ euerſionem coniuraſſet, & obſeſſi extremum exterminium pauidi expecta-

4. Reg. 18.

rent; ecce, inopinatò Deus (vt Regum narrat hiſtoria) vocat vnum è beatis ſpiritibus, qui cæleſtis ſunt curiæ principes numero propè infiniti, Imperatori illi ſummo obedientiſſimi; iubet vt numeroſas Aſſyriorum legiones, quæ populum Dei magno terrore complebant, vi & impreſſione deleat. Dictum, factum: fortiſſimum exercitum centum & octoginta quinque millium rhomphæâ ſuâ mirabili, vno impetu lacerauit, occidit. Hæc illius mirificam potentiam oſtendunt, à qua pendet natura omnis, & creatarum rerum varietas, proindeque denuntiant, abſque illo hominum vim, & conſilium, & quamlibet exaggeratam potentiam eſſe inanem, ad eumque vt commune mundi præſidium recurrendum. A

Hominum cogitationes timidæ & fallaces. Sap. 9, 14.

cælo doctus Sapiens ita planè diuinè prodit, *Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Cogitationes*, vel, vt dicunt Septuag. λογισμοί, *ratiocinationes*, animi commentationes, conſilia, machinationes mentis, ad intelligendum aut efficiendum intentæ, *mortalium*, & breuis æui hominum, ſunt δειλοί, *timidæ*, miſerandæ in tenebris gradiuntur & titubant, & pleniori lumine deſtitutæ falluntur. Hinc verè dixit Ariſtoteles, mentis oculos in perueſtigatione veritatis, maximè rerum ſublimium & arcanarum, veſpertilionum luminibus videri ſimiles, quæ ad diei lumen caligant. Hoc ipſum eſt quod addit Sapiens, *prouidentias noſtras* eſſe *incertas*, ſiue, vt in Græco, ἐπισφαλεῖς, *fallaces*, errori obnoxias, dubias: quare ſæpè à deſtinato ſcopo aberrant, ſucceſſu carent, & in media contentione franguntur. Omnium quippe hominum memoriâ, & ſingulis non ætatibus, ſed annis & diebus, reperti ſunt Siculi Polyphemi, qui cùm grandi oculo prudentiæ ornati eſſe viderentur, miſerrimè cæcati ſunt & infatuati. Exemplum huius rei clarum habemus in Achitophele, qui cùm perge-

2. Reg. 19. *Achitophelis conſilia malignantis Deus diſſipauit.*

ret in malitioſum pectus aduocare velut ſenatum, & vires omnes adhibere mentis, ad ea molienda, quæ Dauidi cladem & calamitatem adferrent; diſſipauit Deus hominis conſilium, iudicio ſuo prudentis, & bellè (vt illi quidem videbatur) ſtructas animi cogitationes prouidentiaſque eluſit. Itaque homo infelix, os & guttur, per quæ verba in hominum aures inſtillauerat, laqueo ſtringenda & exanimanda putauit. Hic ſanè docere poteſt, atque ex alta illa trabe, in qua pependit, ad memoriam poſteritatis monere, eſſe fallaces hominum prouidentias, & Deum diſſipare cogitationes malignorum. Scimus enim quàm multa aſſiduè audeant homines, & præter ius & fas machinentur, vt ſuis artibus totum mundum peruertant, vt ſe tyrannicè efferant, ad viros probos ac ſimplices conculcandos. Quid ergo nobis miſerius, ſi in tanta libidine permiſſa illis eſſet exequendi libertas? At vbi ex alto pronuntiat Deus, ſuarum eſſe partium, diſcutere quidquid decernunt, & in nihilum redigere quidquid deliberant; nihil obſtat quo minùs ipſis feruidè tumultuantibus, quietem colamus. Quia ſubdit:

Dei conſilium deſignandum, manet ratum & fixum.

11. *Conſilium autem Domini in æternum manet.*] Scilicet de impiorum conatibus in medio curſu infringendis, & cultoribus ſuis opportuno præſidio ſubleuandis, & ex omni tribulatione & perſecutione, quâ iniuſtè premuntur, mirificè ac glorioſè liberandis: vult enim ſignificare Dauid, nulla tam metuenda eſſe mala, nihil tam noxium, nullos tantos moleſtiarum fluctus, in quibus non tueatur ſuos Deus admirabili & inexplicabili fidelitate. Cùm ergo nobis hoc ſtabile Dei conſilium ſeu decretum ritè propoſitum ſit, ſcilicet Deum ſuos tueri velle, & eripere ex omnibus periculis; quidquid moliantur in perniciem noſtram impij, non eſt quòd terreamur eorum conatibus: quia ſimul ac Deus ſe oppoſuerit, nulla erit aſtutia, quæ eius conſilium eludat. *Protectione enim Dei impetratâ* (inquit

S. Cy-

S. Cyprianus de Orat. Dominica) *contra omnia quæ diabolus & mundus operantur, ſecuri ſtamus & tuti. Quis enim ei de ſæculo metus eſt, cui in ſæculo Deus tutor eſt? Meritò igitur Dauid occlamat:*

12. *Beata gens cuius eſt Dominus Deus eius.*] Scitè notat Ianſenius, malè quoſdam hanc orationem ſic ordinare, vt dictio *Dominus* conſtruatur ante verbum *eſt*; dictio verò *Deus*, poſt, in hunc modum, *Beata eſt gens, cuius Dominus eſt Deus eius.* Nam tum ex Græcis, tum ex Hebræis, patet manifeſtè ſic ordinandam orationem, *Beata gens cuius Deus eius eſt Dominus:* hoc eſt, quæ pro ſuo Deo habet & cognoſcit eum, qui eſt verè omnium Dominus. Nam Græca habent articulum ad nomen *Deus*, non autem ad nomen *Dominus*, *τὸ δὲ κύριος ὁ θεὸς αὐτῶν.* Articulus enim indicat id quod præconſtrui debet, & de quo aliquid dicitur. Hebræa autem pro *Dominus*, habent nomen tetragrammaton quod proprium eſt vero Deo, ita vt relatiuum *cuius* non poſſit regi à nomine *Dominus*, ſed à nomine *Deus*. Fefellit eos ſecundum relatiuum *eius*, quod etiam à nomine *Deus* regitur. Sed hoc ex phraſi Hebraica additum eſt, alioqui ſuperfluum quod ad ſenſum attinet. Nam Hebræis eſt frequens, duo relatiua hoc modo pro vno ponere. Idem dicendum eſt de ea oratione quæ eſt in Pſalmo XXXIX. *Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius.* & quæ eſt in Pſalmo CXLV. *Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius.* Senſus enim eſt, Beatus eſt ille, cuius ſpes eſt nomen Domini. Et, beatus eſt, cuius adiutor eſt Deus Iacob, id eſt, quem Deus verus in tutelam ſuſcepit. Rectè igitur Propheta ex dictis de potentia, bonitate ac ſapientia Dei, cum epiphonemate & admiratione exclamando concludit, beatum eſſe populum, cuius Deus non ſit idolum aliquod inutile, abſque potentia, bonitate aut ſapientia; ſed potentiſſimus ille rerum omnium conditor, optimus conſeruator, & ſapientiſſimus gubernator, & qui viciſſim ab eodem Deo ſingulariter electus ſit in gentem ſanctam ſuo cultui dedicatam, in populum acquiſitionis magno pretio redemptum, & propriam quaſi hereditatem, iuxta illud: *Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius.* Hinc illa magnifica Dei pollicitatio ad ſpem & fiduciam erigentis: *Noli timere, quia te redemi, & vocaui te nomine tuo, meus es tu.* Quæ verba dulciſſima ſunt, & mirificâ iucunditate complent animum. Res Dei ſumus, ad illum pertinemus, nocere nobis nemo poteſt, quin eo ipſo Dei potentiam irritet. *Meus*, inquit, *es tu*, ſingulari quadam ratione, non eo tantùm modo, quo cælum & terra ipſius ſunt, quòd demiurgus & architectus ſit omnium; ſed *quia*, inquit, *redemi te, noli timere.* Cruor ipſe purpureus Agni immaculati, pretium illud immortale & incomparabile, quod niſi Deus æquare nihil poteſt, altè clamat, *Noli timere*; & (vt S. Cyprianus de Exhortat. martyrij cap. 10. ait) *ſecuritatem nobis & protectionem pollicetur.* Eòdem ſpectat quod ſequitur:

Beati, quibus Deus Dominus eſt.

Pſal. 39, 5.

Pſal. 145, 5.

Fideles ſunt Dei poſſeſſio, & hereditas.

Deut. 32, 8.

Iſa. 43, 1.

13. *De cælo reſpexit Dominus, vidit omnes filios hominum.*] Locum hunc ſuperiùs in Catena S. Baſilius illuminans, Deum vocat ὑψηλὸν θεατὴν, *ſublimem inſpectorem*, ex alto res mortalium diſpicientem. Quæcumque, inquit, perges, quodcumque denium efficies opus, *ſiue in tenebris, ſiue in diei luce, ſemper habes oculum Dei* ἐπισκοποῦντα, *ſuperintendentem.* Sancti Patres hanc conſiderationem mirificè inculcant, vt opportunam ad continendum animum in officio, & excitandum ad fugam vitiorum, quibus intuentis omnia Dei maieſtas violetur. Itaque de oculo Dei mirifica dicunt, & deſcribunt non ſimilem noſtris, ſed eiuſmodi, quem inprimis nulla ſpatia locorum à videndo & cognoſcendo impediant. *Dei oculus* (inquit Syneſius epiſt. 44.) πάντως διὰ πάντων ἥκων, *omnino per omnia penetrat ac peruadit:* vt ædilis diligens, & venerandus quidam cenſor, rebus humanis intereſt, negotia omnia diſcutit atque examinat, vnde *cenſorium lumen* illi tribuit Tertullianus lib. de Virginib. velandis cap. 15. Perſarum olim magni reges delectos habuere viros, quos nominabant ὀφθαλμοὺς καὶ ὠτακουστὰς, *oculos aureſque regis*, quibus in luſtrandis inſpiciendiſque prouincijs vtebantur, cùm vbique adeſſe non poſſent ad res beatè feliciterque moderandas: Deus autem mundi Imperator non indiget otacuſtis, alieniſque oculis, ad omnium rerum ſtatum cognoſcendum, cùm vbique omnia perfectiſſimè intueatur. Id quod Propheta magis adhuc inculcans, ſubdit:

Deus omnia intuetur, quantumuis à cælo remota & occulta.

14. *De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes qui habitant terram.*] Proſequitur eamdem doctrinam, non verſari ſcilicet fortuitò res humanas, ſed Deum occultè dirigere quidquid agitur. Porrò Dei intuitum ideò commendat, vt nos viciſſim fidei oculis inuiſibilem eius prouidentiam aſpicere diſcamus. Aiebant olim impij apud Iobum: *Quid nouit Deus? & quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cæli perambulat.* Imaginabantur ſcilicet veſani illi inter nos & Deum chaos magnum nubium firmatum eſſe, &, ſicut ipſe nos latet, ita & nos latere eum: & ad ſummum cæleſtia noſſe, cæleſtibus prouidere; nos verò non agnoſcere, aut, ſi fortè agnoſcit, omnino contemnere. Ex hoc errore multa hominibus acciderunt incommoda; quia liberiùs atque impudentiùs peccabant, cùm ſcelerum ſuorum nullum putarent eſſe teſtem, qui interna peruideret conſilia, & quæ in occultis fiunt, nihil habitura eſſe ſupplicij. Hanc ergo indignitatem caſtigat Propheta, quia nulla grauior Deo fieri poteſt iniuria, quàm vbi cælo otioſus includitur, aut rerum illi humanarum prouidentia negatur. Vt autem veſanam iſtam opinionem animis hominum eximeret, ſignificat, cælum non ad delicias, (vt ſomniant Epicurei) otioſum eſſe palatium, ſed regiam, è qua imperium ſuum Deus per omnes mundi partes exerceat. Quòd ſi in cælorum ſacrario, velut præparato quodam habitaculo, ſedem ſibi ad orbem inde commodiùs regendum collocauit; ſequitur ipſum minimè negligere res humanas, ſed ſummâ ratione & ſapientiâ eas moderari. Vt autem tantum Deum, cui in cælo veluti ſolium, vnde vniuerſa inſpiciat, attribuitur, intimos quoque animorum noſtrorum receſſus, & occultas mentium cogitationes penitus exploratas habere cognoſcamus; id ex ipſamet cordis noſtri fabricatione conuincit, cùm ſubdit:

Impij fingunt ſibi Deum res noſtras non curare.

Iob 22, 13.

Deus è cælo, velut regio throno, cuncta moderatur.

15. *Qui finxit ſigillatim corda eorum.*] Græcè κατὰ μόνας; in Hebræo eſt, יחד iachad: quod non-

ANNOTATIONES CORDERII.

nonnulli intellexerunt ac ſi eſſet, *ſimul:* vnde Aquila, & Quinta editio verterunt, ἅμα; Symmachus, ὁμοῦ; S. Hieronymus, *pariter.* Sed benè notat Agellius, non abſque accurata ratione Septuag. quamuis ſic aliàs eam vocem vertere ſoliti ſint, hoc loco vertiſſe κατὰ μόνας, *ſigillatim:* eo conſilio nimirum, ne ambigua ſignificatio verbi lectorem quaſi tranſuerſum ageret, atque ad intelligentiam non rectam perduceret. Poterat enim hic ſenſus ex verbis colligi, quaſi Deus ſimul omnia corda finxerit; hoc eſt, ſimul omnes animas rationales condiderit. Quæ ſententia olim Origenis fuit, & ab Eccleſiaſticis viris exploſa eſt.

Deus non ſimul omnes animas creauit.

Hebræi illud יַחַד *iachad*, id eſt *ſimul*, non ad fictionem ſeu formationem, ſed ad intelligentiam referunt, & ſuperioribus verbis adiungunt, vt ſit: *De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſimul ſuper omnes qui habitant terram, qui finxit corda eorum.* Ex quo colligitur, etiam Hebræos abſurdam putaſſe Origenis de animarum creatione ſententiam, cùm traiectione verborum, etiam durâ, illam euitandam putarint. Alij, non traiectione & hyperbato, ſed diuersâ ſignificatione verbi *finxit*, vitare ſtudent hanc peruerſi dogmatis ſententiam. Nam הַיֹּצֵר *haiotſer* vertunt, *qui reponit* ſeu *recondit.* Sed ſi intelligunt ita eſſe in eius manu corda hominum, vt quæ in alicuius diuitis hominis theſauris repoſitæ ſunt opes, concedi poteſt; ſin putant conditas ſimul animas in Dei theſauris contineri, indeque vt ad corpora veniant, depromi, in eamdem ſententiam relabuntur. Ceterùm Septuag. verſio facillimè ex his ſcopulis euadit, qui vocem יַחַד *iachad*, non ὁμοῦ, aut ἅμα, quod eſt *ſimul*, ſed κατὰ μόνας tranſtulerunt, id eſt, *ſigillatim.* Atque hinc Baſilius, contrariam Origeni ſententiam ſecutus, aſſerit Catholicum dogma maximè confirmari, ſingulis nempe corporibus creatis, & ad animæ receptionem paratis atque formatis, à Deo ſingulas animas creari & immitti, & hoc eſſe, *Qui finxit ſigillatim corda eorum.*

Deus ſigillatim ſingulas animas creat.

Paulò aliter hoc explicat Euſebius, his verbis, Κατὰ μόνας εἴρηται, ἀντὶ τοῦ ἀφωρισμένως καὶ κεχωρισμένως παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα. Καρδίας δὲ λέγων τοὺς λογισμούς, ἐδήλου καὶ ὅτι ἀφωρισμένως ἕκαστος ἄνθρωπος ὥσπερ ταμεῖον ἀποκεκλεισμένον ἔχει τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν, ὡς μηδένα δύνασθαι ἑτέρου καταλαμβάνειν λογισμούς. *Sigillatim dictum eſt pro eo quod eſt, diſcretè, & ſeorſim ab alijs animantibus. Corda etiam ipſius cogitationes appellando, ſignificauit ſingulos quoſque homines diſcretè tamquam promptuarium ſecluſum mentem ſuam & animam habere, vt nemo alterius cogitationes cognoſcere queat, niſi ſolus Deus.* Quomodo hic locus etiam ſuperiùs in Commentario explicatus eſt.

Deus ſolus ſine cuiuſquam adiutoris animas creat.

Alium quoque ſenſum habere hæc verba poſſunt, Deum ſcilicet ſigillatim finxiſſe corda hominum, hoc eſt, ſeorſim, nullo adiumento, aut ſubminiſtrantium aut adiuuantium Angelorum, quod Baſilides putauit. Solus etiam, quia non alius creator aut Deus id effecit: vt ſit idem κατὰ μόνας, quod μόνος, *ſolus*, nullis alterius adminiculis. Hanc expoſitionem probauit etiam Iſidorus Peluſiota, dicens, Οὐ δεηθεὶς ἑτέρου βοηθοῦντος ἐποίησεν, *non altero adiuuante indigens, fecit.* Quomodo etiam Apollinarius expoſuit hunc locum:

Ὅς θνητῶν κραδίην παλάμῃ τεχνήσατο μοῦνος.
Qui mortalium cor manu fabricauit ſolus.

Hebræum autem יַחַד *iachad* etiam *ſolum*, & *per ſe*, ac *ſine alio* ſignificare patet ex iſto loco Eſdræ: *Nos ipſi ſoli ædificabimus*, vbi in Hebræo eſt יַחַד *iachad*. 1. Eſd. 4. 3.

Quòd ſi hanc vocem *ſigillatim*, non ad fingentem Deum retulerimus, ſed ad corda quæ ille finxit; non ineptè intelligemus corda hominum ſigillatim ficta, idem eſſe ac diſtinctè omnia corda tamquam in manu fictoris comprehenſa, vim & intelligentiam eius effugere non poſſe.

Cogitationes cordis noſtri, Dei notitiam effugere non poſſunt.

Et hunc ſenſum confirmat Hebræa lectio, in qua præſenti verbo poſitum eſt, *Qui fingit ſigillatim corda eorum*, & quæ in eamdem ſententiam ſequuntur: *Qui intelligit omnia opera eorum*; ſignificans figmentum ſuum illi notiſſimum eſſe, neque ab ipſo fictore ſuum opus abſcondi poſſe. Atque hic eſt propriè ſenſus litteralis huius loci. Spiritali verò ſenſu, illud κατὰ μόνας, quod Euſebius interpretatur κεχωρισμένως, *ſeorſim* ac *ſeparatim*, cum commentatore Græco ſuperiùs poſito, Euthymius & Baſilius Magnus de cordis puritate & ſimplicitate exponunt: quòd nimirum Deus ſeparata ab omni impuritate corda effinxerit.

Cor ſeorſim traditum tamquam Deo ſacrum.

Vnde ſequi neceſſe eſt, vt omnes ſibi perſuadeant, omni ratione conandum eſſe, vt cor noſtrum Numinis domicilium caſtimoniæ ſplendore colluceat, nec illius ingenua ſanctitas & conſecratione Dei affuſa, vllâ ſorde contaminetur. Cor enim noſtrum eſt diuinæ mentis ſacrarium, à prima ſui molitione Deo votum, & religioſè inauguratum, à quo debet exulare omnis turpitudo, & impuræ libidinis flagitium.

16. *Non ſaluatur rex per multam virtutem.*] Vel, vt vertit D. Hieronymus. *in multitudine exercitus. Et gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ*, hoc eſt, *fortitudinis ſuæ*, vt habet Caſſiodorus.

Humana præſidia fallacia ſunt, & inania ſperam.

Quibus verbis, paucis quidem, verùm ſummo iudicio delectis, multa eſt complexus, quibus homines, cæleſtium incurioſi, & carnem brachium ſuum ponentes, vulgò fidere conſueuerunt. Quidam in gigantæo robore, in viribus corporis, in valetudine, in laboris induſtria, ſpem reponere non mediocrem ſolent, vt Milones quidam Crotoniatæ, vt noui Briarei, vt gigantes à ſæculo famoſi. At *gigas*, vt dicit Vates pius, *non ſaluabitur* in fortitudine ſua, nec lacertis toriſque humerorum grandibus, non gladiatoriâ totius corporis firmitate, non pennatis pedibus, non armorum crepitu, non vægrandi ſcuto, cladem & damnum, vimque inimicam fugiet. Illi in diuinis Litteris de ſtirpe Enácim robuſti, Alpinis abietibus pares, quorum caput nubibus coronabatur, illi turres animatæ, qui chalybem gerebant in præcordijs, quoſque Baruch *ſcientes bellum* nominat, hoc eſt, maximè in prælio formidandos, oppreſſi, fulminati & abiecti terram momorderunt, vt non niſi teſtandæ calamitatis cauſſâ, eorum memoria tranſmiſſa ad poſteros videatur. Baruch 3. 26.

17. *Fallax equus ad ſalutem.*] Quæ Vatablus ex Hebræo vertit, *mendacium eſt ipſe equus*, vel vanitas eſt equus ad ſecuritatem ſalutemque tribuendam. Vnde ſapienter D. Auguſt. ad hunc locum: *Cùm tu vides*, inquit, *equum benè formatum, bonis viribus, magno curſu præditum, iſta omnia velut promittunt tibi de illo ſalutem: ſed fallunt, ſi Deus non tuetur.* Achab rex Iſraël niueos habebat equos pulcherrimos, ad currum

ſuum

ſtatim fugatos, quibus, cùm Syri vehementem impreſſionem facerent, è prælio celerrimo curſu fugiebat. ſed ecce mitte telum in prætervolantem mittens, impoſuit illi plagam luculentam, qua miſerrimus princeps cruore ſuo inundatus, ante noctem occubuit. *Mendacium* planè eſt quo animantur homines improuidi, & cæleſtium ignari, cùm in humanis illis adiumentis confidunt. Illa eſt vera & propria Chriſtianorum
Pſal. 19. 8 bonorum gloriatio: *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus.* Id eſt, in humanis illi fidunt, nos autem Dei præſidio freti, eius auxilium implorabimus. Cùm enim nec fortis nec potens per virtutem ſuam ſaluetur; quid reſtat, niſi quod S. Auguſt. ſugge-
In ſolo Deo ſalus. rit ad hunc locum? *Ad Dominum omnes, in Deo omnes. Spes tua Deus ſit, fortitudo tua Deus ſit, firmitas tua Deus ſit, exoratio tua ipſe ſit, laus tua ipſe ſit, finis in quo requieſcas, ipſe ſit; adiutorium cum laboras, ipſe ſit.* Nihil enim extra Deum, aut ſolidum, aut magnum, aut etiam verum, in quo mens hominis poſſit confidere; cùm neque rex ſuis copijs, nec gigas ſuo robore, ſimul ac ventum fuerit ad diſcrimen, ſtatim euadat, ſed nec equus quidem velociſſimus, ad ſalutem fugâ quærendam opportunus ſit, aut ſecurus. Poſſis etiam cum S. Auguſtino per *equum* hic accipere figuratè quamlibet ſæculi huius amplitudinem, & quemlibet honorem, in quem ſuperbus aſcendit: & quò altiùs ingreditur, eò ſe non tantùm celſiorem, ſed etiam tutiorem falsò putat. Quomodo enim ipſum deijcere neſcit, tantò eliſum grauiùs, quantò ſublimiùs ferebatur. Vnde ſequitur, fruſtrà totum genus humanum, relictâ Dei prouidentiâ, ad terrenas opes circumſpicere, nihilque eſſe vſpiam ſolidi præſidij, donec in Deo ſolo quis habet ſpem omnem & fiduciam ſuam collocet.

18. *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum,* &c.] Felices planè, qui diuinæ eius inſpectionem merentur, quibus protegendis & conſeruandis tota inuigilat Dei prouidentia! *Aſpectus enim* (inquit Saluianus lib. 2. de Prouidentia) *diuinus propitiæ, manus eſt eius, vt eſt humanæ.* Oculos ergo Dei ad ſeruandos ſuos cultores intentos eſſe dicens, de præſenti eius auxilio certos reddit, modo ſub eius prouidentia quieti maneant. Hinc clariùs elucet, quàm verè prius dixerit, *Beatam eſſe gentem, cuius eſt Dominus Deus eius:* quia nimirum extra ipſum quidquid virtutis & opum ſuppetat, inane, fallax & caducum erit: ipſe autem ſolo nutu fideles ſeruos ſuos protegit, ſuccurrit eorum inopiæ, famelicos paſcit, mortique deſtinatos viuificat. Pulchrè ad hunc locum S. Auguſt. *Non,* inquit, *de virtute, non de viribus, non de honore, non de gloria, non de equo. Vnde quò ibo? vbi inueniam vnde ſaluus ſim? Noli diu quærere, noli longè. Ecce oculi Domini ſuper timentes eum. Videtis quia ipſi ſunt, quos proſpexit de habitaculo ſuo. Ecce oculi Domini ſuper timentes eum, ſperantes ſuper miſericordia eius; non de meritis ſuis, non de virtute, non de fortitudine, non de equo, ſed de miſericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum. Vitam æternam promiſit. Quid in iſta peregrinatione? Numquid deſerit? vide, quid ſequitur: Et alat eos in fame. Tempus famis eſt modo, tempus ſaturitatis poſt erit. Qui nos in fame huius corruptionis non deſerit, immortales factos quomodo ſatiabit?* Sic ille.

ANNOTATIONES [illegible]

Deus ſeruorum curam gerit.

Verſ. 12

IN PSALMVM XXXIII. ARGVMENTVM.

α΄. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐναντίον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθεν.

1. Pſalmus Dauid, cùm immutauit vultum ſuum coram Abimelech, & dimiſit eum, & abijt. 1.Reg.21.

Ἐπὶ δύο ὑποθέσεις ἡμᾶς ἕλκει ἡ ἔννοια τοῦ ψαλμοῦ. Τὰ τε ἐν τῇ Νοβᾷ τῇ πόλει τῶν ἱερέων γενόμενα, τά τε ἐν Γὲθ παρὰ τῷ Ἀγχοὺς βασιλεῖ τῶν ἀλλοφύλων. Ἠλλοίωσε γὰρ αὐτοῦ τὸ πρόσωπον· ἢ, ὡς Σύμμαχος, τότε μετεμόρφωσε τὸν τρόπον αὐτοῦ. διὰ τὸ ἐρωτηθέντα κρύψαι τὴν φυγὴν, προστάγματι δὲ ὑπουργεῖν βασιλέως προφασίσασθαι. Ὁ γὰρ τὸ φεῦγον πρόσωπον μὴ ἐπιδείξας ὡς φεῦγον, ἀλλ' ὡς ἀποσταλὲν, ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον, τὴν τῆς ψυχῆς που κατάστασιν. Ὁ δὲ Ἀκύλας ἐκδοὺς, Ὅτε ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ, ἑτέραν παρίστησιν ἔννοιαν τοῦ ἠλλοίωσεν. Ἡγιασμένης γὰρ τροφῆς γευσάμενος, καὶ τῶν ἱερατικῶν ἄρτων, οἷς οὐκ ἐξὸν χρήσασθαι

Pſalmi huius intellectus, ad duo argumenta nos trahit. Partim ſcilicet ad ea quæ apud Noben ciuitatem ſacerdotum; partim ad ea quæ apud Geth, ab Achis rege alienigenarum geſta ſunt. Nam tunc mutauit faciem ſuam ſiue, vt Symmachus, transformauit morem ſuum, eò quòd interrogantem ce*laret fugam ſuam, & regio ſe mandato obſequi ſimularet. Qui enim fugiens faciem ſuam non oſtendebat, tamquam fugientis, ſed tamquam miſsi, mutabat faciem ſuam, animi ſcilicet propoſitum. Aquila verò ex*ponens, quando immutauit guſtum ſuum, *alium ſenſum pandit verbi* mutauit. *Cùm enim ſanctum cibum & panes conſecratos deguſtauit, quibus non niſi ſolis*

Quomod. dicatur Dauid faciem mutaſſe.

CATENA PATRVM. affectum menſuram fecit largitionis miſerationum Dei. Tantum, inquit, fiat miſericordia tua ſuper nos, quantum nos præuenientes in te ſpei collocauimus. Ita benignitas tua in nos deriuetur, quemadmodum ſperauimus. Sermo autem hic eſt maximæ fiduciæ, noſtriſque hominibus inſolens eſt dicere, Spei noſtræ miſericordiam tuam admetire. Quis enim ita ſperauit, vt hoc audeat
Matth. 7, 2 dicere? Idem etiam Saluator ait, *Quâ menſurâ menſi fueritis, remetietur vobis.* Omnis autem ſpes noſtra eſt, vt in requiem conuertamur, & Chriſto conformes euadamus.

διάθεσιν μέτρον ἐποίησε τῆς ἐπιχορηγίας τῶν θείων οἰκτιρμῶν. Τοσοῦτον, φησι, γένοιτο τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς, ὅσην φθάσαντες ἡμεῖς ἐπὶ σοὶ τὴν ἐλπίδα κατεβαλόμεθα. οὕτως ἡ φιλανθρωπία σου εἰς ἡμᾶς γενέσθω, ὡς ἡμεῖς ἠλπίσαμεν. Παρρησίας δὲ μεγίστης ὁ λόγος, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς πλημμελὲς, τὸ εἰπεῖν, τῇ ἐμῇ ἐλπίδι τὸν σὸν ἔλεον μέτρησον. Τίς γὰρ οὕτως ἤλπισεν, ὡς οὕτω θαρρῆσαι εἰπεῖν; Τοῦτο καὶ ὁ σωτὴρ, Ὧι μέτρῳ, φησὶ, μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Ἐλπὶς δὲ ἡμῖν πᾶσα, ἐπιστρέψαι εἰς τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ γενέσθαι συμμόρφους Χριστοῦ.

CATENA PATRVM.

THEODORI ANTIOCHENI. Tempore beati Ezechiæ Iſraëlitis, per admirabilem Aſſyriorum euerſionem, à Deo datam victoriam beatus Dauid in hoc Pſalmo prædicens, ipſum tamquam victoriæ canticum, pro ijs quæ contigerant, more ſuo cecinit. Atque hinc ex argumento contra Aſſyrios, ad vniuerſalem Dei laudationem, & rerum ab ipſo geſtarum commemorationem digreditur. Docet autem omnes, ne præſentibus rebus, tametſi magnis, confidant; ſed auxilium Dei rebus omnibus potentius eſſe ducant. Hoc enim in Pſalmis potiſſimùm aduertere oportet, quòd ab argumentis ad cohortationem pro inſtructione noſtra conuertatur, hanc diuerſimodè, & ad auditorum vtilitatem accommodatè, inſtituens. Vnde neceſſe nos eſt, ad Pſalmorum vim rectè aſſequendam, primùm argumenta eorum noſſe: deinde verò, ad legentium prouentum, & cetera perpendere, quibus in argumentis vſus eſt.

Quid in Pſalmis aduertendum.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ. Τὴν ἐπὶ τοῦ μακαρίου Ἐζεκίου παρασχεθεῖσαν νίκην τοῖς Ἰσραηλίταις ὑπὸ τοῦ θεοῦ, διὰ τῆς παραδόξου τῆς Ἀσσυρίων ἀναιρέσεως, προφητεύων ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ ὁ μακάριος Δαβὶδ, ὥσπερ τινὰ ἐπινίκιον ὕμνον ἐπὶ τοῖς γενομένοις αὐτὸν ἀνεβόησε, τὸ σύνηθες αὐτῷ. Κἀντεῦθεν διαπερατόμενος, καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ τῆς Ἀσσυρίας ὑποθέσεως ἐκτρεπόμενος μὲν εἰς καθολικὴν ὑμνῳδίαν τοῦ δεσπότου, καὶ ἐξήγησιν τῶν ἐπ' αὐτοῦ γεγονότων. Παιδεύων δὲ πάντας μὴ ἐπὶ τοῖς παροῦσι μεγάλοις πεποιθέναι, ἀλλὰ πάντων ἡγεῖσθαι δυνατωτέραν τοῦ θεοῦ τὴν βοήθειαν. Τοῦτο γὰρ μάλιστα ἀφορᾶν ἐν τοῖς ψαλμοῖς προσήκει, ὅτι ἐκ τῶν ὑποθέσεων ἐπὶ κατηχητικὴν ἔρχεται παραίνεσιν, διαφόρως ταύτην ποιούμενος, καὶ τοῖς ἀκροαταῖς ὠφελίμως. ὥστε ἀναγκαῖον μὲν ἡμῖν εἰδέναι τὰς ὑποθέσεις πρὸς γνῶσιν τῆς τῶν ψαλμῶν δυνάμεως· προσεκτέον δὲ καὶ τοῖς λοιποῖς, οἷς ἐπὶ τῶν ὑποθέσεων κέχρηται, πρὸς τὴν τῶν ἐντυγχανόντων ὠφέλειαν.

EVSEBII. Hic Pſalmus præcedenti conſonat: incipit enim ab ijs in quibus ille finiuit, dicens, *Exultate iuſti in Domino.* Apud Hebræos autem & reliquos interpretes inſcriptione caret. Illud autem, *Exultate*, videtur propheticè dicere illis, de quibus dixe-
Pſal. 31, 1. rat: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Par enim eſt remiſſionem conſecutos, laudare eam donantem. At, ſecundùm Aquilam, *rectis ſpecioſa fit laudatio*; ſicut è diuerſo
Eccli. 15. *non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.* Dicit itaque,

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀκόλουθος οὗτος τῷ προλαβόντι ψαλμῷ· ἀπὸ τούτων γὰρ εἰς ἅπερ ἐκεῖνος ἔληξεν, ἄρχεται, Ἀγαλλιᾶσθε, λέγων, δίκαιοι ἐν τῷ κυρίῳ. Παρ' Ἑβραίοις δὲ καὶ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς ἐστιν ἀνεπίγραφος. Ἀγαλλιᾶσθε δὲ προφητικῶς ἐκείνοις ἔοικε λέγειν περὶ ὧν ἔλεγε, Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι. πρέπει γὰρ τυχόντας ἀφέσεως τὸν δεδωκότα ταύτην αἰνεῖν. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, τοῖς εὐθέσιν ὡραιοῦται ὕμνησις· ὥσπερ τοὐναντίον οὐχ ὡραῖος ὕμνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. Λέγει οὖν,

α΄. ἈΓΑΛΛΙΑΣΘΕ ΔΙΚΑΙΟΙ ΕΝ ΚΥΡΙΩ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Συνήθης μὲν τῇ γραφῇ ἡ τῆς ἀγαλλιάσεως ἡ φωνὴ, φαιδροτάτην τινὰ καὶ περιχαρῆ κατάστασιν τῆς ψυχῆς, ἐπὶ τοῖς ἀξίοις εὐθυμίας ἐμφαίνουσα. Ἀγαλλιᾶσθε οὖν δίκαιοι ἐν κυρίῳ, μὴ ὅτε εὐθηνεῖ ὑμῖν τὰ κατὰ τὸν οἶκον, μὴ ὅταν εὐεκτῆτε τῷ σώματι, ἀλλ' ὅτι κύριον ἔχετε τοιοῦτον τὸ κάλλος, τοιοῦτον τὴν ἀγαθότητα· ἀρκείτω ὑμῖν ἡ ἐπ' αὐτῷ εὐφροσύνη. εἴ ποτέ σου τῇ καρδίᾳ, οἱονεὶ φῶς ἐμπεσὸν, ἀθρόαν θεοῦ ἔννοιαν ἐνεποίησε, καὶ περιέλαμψέ σου τὴν ψυχὴν, ὥστε ἀγαπῆσαι μὲν τὸν θεὸν, καταφρονῆσαι δὲ κόσμου καὶ τῶν σωματικῶν πάντων· ἐκ τῆς ἀμυδρᾶς ἐκείνης καὶ βραχείας εἰκόνος γνώριζε τὴν ὅλην τῶν δικαίων κατάστασιν, ὁμαλῶς καὶ ἀδιακόπως τὴν ἐπὶ τῷ θεῷ εὐφροσύνην κατορθούντων. Σοὶ μὲν γὰρ ἐμπίπτει ποτὲ σπανίως ἐκεῖνο τὸ ἀγαλλίαμα, κατ' οἰκονομίαν θεοῦ, ἵνα σε διὰ μικροῦ γεύματος εἰς ὑπόμνησιν ἀγάγῃ ὧν ἐστέρησαι. Τῷ δὲ δικαίῳ διαρκής ἐστιν ἡ θεία καὶ ἐπουράνιος εὐφροσύνη, διὸ ἅπαξ αὐτῷ ἐνοικεῖ τὸ πνεῦμα. καρπὸς δὲ τοῦ πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη. οἱονεὶ δὲ τόπος χωρητικός ἐστι τῶν δικαίων ὁ κύριος, ἐν ᾧ τὸν γενόμενον πᾶσα ἀνάγκη εὐθυμεῖσθαι καὶ εὐφραίνεσθαι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οἱ τὸν ἠθικὸν κατορθώσαντες βίον, δίκαιοί εἰσιν ἀγαλλιώμενοι ἐν τῷ κυρίῳ· εὐθεῖς δὲ οἷς πρέπει αἴνεσις, οἱ πᾶσαν σκολιότητα ψευδοδοξίας διαφυγόντες. τούτοις γὰρ ἁρμόζει θεὸν αἰνεῖν, ἐπεὶ οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ἈΝΤΙΟΧΕΙΑΣ. Δικαίους ἐνταῦθα καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους, οὐκ ἀπὸ τῆς τοῦ βίου ἀρετῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως. εἰκότως δὲ εἰπὼν τὸ ἀγαλλιᾶσθε, προσέθηκεν, ἐν τῷ κυρίῳ. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις εὐτελεῖς ὄντες καὶ ταπεινοὶ, καὶ προέκειντο τοῖς Ἀσσυρίοις εἰς ἅλωσιν, πολλοῖς τε οὖσι, καὶ ἰσχυροῖς, καὶ ἐμπειρίᾳ πολεμικῇ κεκοσμημένοις, ἐν τῷ κυρίῳ τὴν ἀγαλλίασιν αὐτῶν προευαγγελίζεται· οὗ τῇ βοηθείᾳ παραδόξως τετυχήκασι τῆς σωτηρίας, οὐκ ἐν πολέμῳ, καὶ παρατάξει, ἀλλὰ μόνῃ τῇ τοῦ θεοῦ πληγῇ τῶν Ἀσσυρίων ἀναιρεθέντων.

β΄. ἘΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ψαλτηρίου πρὸς κιθάραν διαφορὰν εἶναι λέγουσι μουσικοὶ τοιαύτην. τὴν μὲν κιθάραν ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἀποτελεῖν τὸν

CATENA PATRVM.

1. EXVLTATE IVSTI IN DOMINO.] BASILII. Familiaris quidem ſacris Litteris eſt vox exultationis, clariſſimum quemdam ac iucundum animæ ſtatum in his qui lætitia digni ſunt, oſtendens. Exultate itaque iuſti in Domino, non quando vobis res familiaris proſperè ſuccedit, non item quando corpori benè fuerit; ſed quòd Dominum habetis, tali pulchritudine, tali præditum bonitate. Sufficiat vobis ea lætitia quæ in ipſo eſt. Si quando tuo cordi, quaſi lux quædam incidens repentinam Dei cogitationem indiderit, atque animam tuam illuſtrauerit; vt Deum quidem diligas, mundum verò atque omnes res corporeas deſpicias; ex illa obſcura & breui lætitiæ imagine omnem iuſtorum ſtatum perſpicito, quo illi æquabiliter & indeſinenter in Deo delectantur. Tibi quidem, diuinâ diſpenſatione, raò quandoque incidit talis exultatio, vt per modicam hanc deguſtationem admonearis, quibus bonis ſis deſtitutus. Iuſto autem affatim eſt diuinæ cæleſtiſque lætitiæ, eò quòd ſemel S. Spiritus in ipſo habitet: fructus autem Spiritus ſunt, charitas, gaudium, pax. Ceterùm, quaſi locus quidam iuſtorum capax, eſt Dominus, in quo qui exiſtit, neceſſe omninò eſt vt lætetur & gaudeat.

Exultandum iuſtis in Domino.

Iuſti abundant ſpirituali gaudio.

DIDYMI. Qui benè moratam vitam ducunt, hi *iuſti* ſunt, exultantes in Domino: *recti* verò quos decet laudatio, ſunt ij qui falſæ opinionis obliquitatem fugiunt. His enim congruit laudare Deum, ſiquidem *non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.*

Qui iuſti, qui recti, quibus laus Dei congruit.
Eccli. 15.

THEODORI ANTIOCHENI. *Iuſtos* hoc loco non à vitæ honeſtate, ſed à Dei cognitione, Iudæos appellat. Ceterùm cùm dixiſſet, *Exultate,* meritò addidit, *In Domino.* Quandoquidem enim in humanis viles & pauperes erant, & Aſſyriorum rapinæ expoſiti, qui multitudine, robore, & belli experientiâ præſtabant; illorum in Domino exultationem prædicit: cuius ope ſalutem miraculoſè adepti ſunt, non bello, non militum expeditione, ſed ſolâ Dei cæde Aſſyrijs ſublatis.

2. CONFITEMINI DOMINO.] DIDYMI. Diſcrimen inter pſalterium & citharam, hoc muſici eſſe dicunt: quòd cithara ab infernis partibus pulſata ſonum

Diſcrimen pſalterij & citharæ quale ſit.

CATENA PATRVM.

ſonum edat; pſalterium verò à ſupernis, præterquam etiam quòd totum ſit rectiſſimum. Cùm igitur oſtenſum ſit, animam eſſe citharam; ſpiritus hominis qui in ipſo eſt, qui fortè nihil aliud eſt quàm ipſa mens, pſalterium ſit, quod nulli præterquam Deo pſallit: quando enim rectis vtimur cogitationibus, & ſpiritu noſtro Spiritum ſanctum aſſumimus, tunc ſanè in decachordo pſalterio pſallimus. Et fortè, quòd denario chordarum numero conſtet, perfectio eius abſoluitur. Huiuſmodi enim numerum in Scripturis paſſim decantatum inuenimus. Et Moyſi, ſacrorum interpreti, non plura quàm decem generalia præcepta dedit Deus; & populus quoque decimas offerre iubetur.

Pſalterium ſpiritale, eſt mens noſtra.

THEODORETI. Hoc etiam nobis quadrat ſpiritaliter, & fieri poteſt, vt nos ipſos canorum & concinnum organum reddamus, atque per omnes ſenſus, tam interiores quàm exteriores, Deum celebremus.

ORIGENIS. Arbitror *citharam* tropicè dici corpus, *pſalterium* verò ſpiritum; quæ muſicaliter congruunt ſapienti, qui corporis ſui membris, ac ſpiritus potentijs, tamquam chordis, concinnè vtitur. Qui autem ſecundùm interiorem hominem renouatus eſt; is poterit canere canticum nouum, vtpote veterem hominum exutus, & indutus nouum, qui renouatur ſecundùm imaginem eius qui creauit illum. Pulchrè autem pſallit is qui mente pſallit, pſalmos recitans ſpiritales, & in corde pſallens Deo. Vel *decem chordarum* dixit, pro decem neruorum; chorda enim neruus eſt. Pſalterium itaque decem chordarum dicitur etiam corpus, vtpote quod quinque ſenſus habet, & quinque animæ facultates, quarum ſingulæ à ſingulis ſenſibus exiſtunt.

Cithara tropicè corpus, pſalterium ſpiritus.

Coloſſ. 3, 9

3. CANTATE EI CANTICVM NOVVM.] BASILII. Hoc eſt, non in vetuſtate litteræ, ſed in nouitate Spiritus Deum colite. Qui non ſecundùm corpus legem accipit; ſed ſpiritalem eius virtutem cognoſcit, is nouum canticum canit. Quamobrem antiquatum & ſeneſcens teſtamentum tranſijt; recens verò atque innouatum Dominicæ doctrinæ canticum nos excepit. Quæ ſanè doctrina iuuentutem noſtram velut aquilæ renouat, cùm deſtruimus externum hominem, & de die in diem renouamur.

Quis canat canticum nouum.

ἦχόν φασι· τὸ δὲ ψαλτήριον ἐκ τῶν ἄνω μερῶν, μετὰ τοῦ καὶ εὐθύτατον εἶναι δι᾽ ὅλων. Τῆς αὐτῆς ψυχῆς ἀποδειχθείσης εἶναι κιθάραν, τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐν αὐτῷ, οὐχ ἕτερον τάχα τοῦ νοῦ τυγχάνον, ψαλτήριόν ἐστι, ψάλλον οὐκ ἄλλῳ τινὶ ἢ τῷ Θεῷ. Ὅτε γὰρ χρώμεθα νοήμασιν ὀρθοῖς, καὶ τῷ πνεύματι τῷ ἡμετέρῳ τὸ ἅγιον προσλαμβάνομεν πνεῦμα, τότε δὴ τηνικάδε ψάλλομεν ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ. Καὶ τάχα ἐκ τοῦ δέκα χόρδας ἔχειν, τὸ τέλειον αὐτοῦ παρίσταται. Τὸν γὰρ τοιοῦτον ἀριθμὸν συνεχῶς ὑμνούμενον ἐν ταῖς γραφαῖς ἔστιν εὑρεῖν. καὶ τῷ ἱεροφάντῃ γοῦν Μωϋσεῖ οὐ πλείω δέκα γενικῶν λόγων ἐχρημάτισεν ὁ Θεὸς, καὶ δεκάτας προσφέρειν ὁ λαὸς προστάττεται.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἁρμόττει τοῦτο καὶ ἡμῖν πνευματικῶς, καὶ δυνατὸν εὔηχον ὄργανον καὶ παναρμόνιον ἡμᾶς αὐτοὺς ἀποφῆναι, καὶ διὰ τῶν αἰσθητηρίων ἁπάντων, αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν, τὸν Θεὸν ἀνυμνεῖν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Κιθάραν τροπικῶς οἶμαι λέγεσθαι τὸ σῶμα, καὶ ψαλτήριον τὸ πνεῦμα, ἅτινα μουσικῶς ἥρμοσται τῷ σοφῷ, εἰς δέον χρωμένῳ ὡς χορδαῖς τοῖς μέλεσι τοῦ σώματος, καὶ ταῖς δυνάμεσι τοῦ πνεύματος. Ὁ δὲ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον ἀνακαινούμενος, ᾄσειεν ἂν τὸ καινὸν ᾆσμα, ἅτε τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἐκδυσάμενος, καὶ ἐνδυσάμενος τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον κατ᾽ εἰκόνα τοῦ κτίσαντος. Καλῶς δὲ ψάλλει ὁ ψάλλων νοΐ, ψαλμοὺς λέγων πνευματικοὺς, καὶ ἐν καρδίᾳ ᾄδων τῷ Θεῷ. Ἢ δεκαχόρδῳ, ἀντὶ τοῦ δεκανεύρῳ· χορδὴ γὰρ ἡ νευρά. Δεκάχορδον δὲ τὸ ψαλτήριον λέγεται οὖν καὶ τὸ σῶμα, ὡς πέντε αἰσθήσεις ἔχον, καὶ πέντε ἐνεργείας ψυχῆς, δι᾽ ἑκάστης αἰσθήσεως ἑκάστης ἐνεργείας γινομένης.

γ΄. ΑΣΑΤΕ ΑΥΤΩ ΑΣΜΑ ΚΑΙΝΟΝ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τουτέστι, μὴ ἐν τῇ παλαιότητι τοῦ γράμματος, ἀλλ᾽ ἐν τῇ καινότητι τοῦ πνεύματος λατρεύετε τῷ Θεῷ. Ὁ μὴ σωματικῶς ἐκλαμβάνων τὸν νόμον, ἀλλὰ τὸ πνευματικὸν αὐτοῦ γνωρίζων, οὗτος ᾄδει τὸ καινὸν ᾆσμα. Διότι τὸ μὲν παλαιούμενον καὶ γηράσκον τῆς διαθήκης διῆλθε· τὸ δὲ καινὸν καὶ ἀνανεούμενον ᾆσμα ἡμᾶς τῆς τοῦ κυρίου διδασκαλίας διεδέξατο. ἥτις ἀνακαινίζει ἡμῶν ὡς ἀετοῦ τὴν νεότητα· ὅταν φθειρόμεθα τὸν ἔξω ἄνθρωπον, ἀνακαινούμεθα δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἡμέρᾳ.

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ καὶ ὁ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, ἀεὶ ἑαυτοῦ καινότερος γίνεται. ὥστε ὁ ἀεὶ καινότερος ἑαυτοῦ γινόμενος, καινότερον ᾆσμα ᾄδει τῷ Θεῷ.

δ'. Ὅτι εὐθὺς ὁ λόγος τοῦ κυρίου.] Βασιλείου. Διὰ τοῦτο πρότερον τοὺς εὐθεῖς καλεῖ πρὸς αἴνεσιν, ἐπειδὴ οὗτός ἐστι καὶ ὁ μέλλων δοξάζεσθαι λόγος ὁ τοῦ κυρίου, ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ὤν. Εὐθὺς οὖν ὁ πατὴρ, εὐθὺς ὁ υἱὸς, εὐθὲς τὸ ἅγιον πνεῦμα. Καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει. τί ἐστιν ὃ λέγει; ἔργον ὁ οὐρανὸς, ἔργον ἡ γῆ, ἔργον ἡ θάλασσα, τὰ ἄψυχα, τὰ ἔμψυχα, τὰ λογικὰ, τὰ ἄλογα. Πῶς οὖν ἐν πίστει πάντα; ποία πίστις ἐν τοῖς ἀψύχοις; ἢ ποία πίστις τῶν ἀλόγων; Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγει; Ἐὰν τὸν οὐρανὸν ἴδῃς, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τάξιν, πίστεώς ἐστιν ὁδηγός· δείκνυσι γὰρ τὸν τεχνίτην δι' ἑαυτοῦ. ἐάν τε τὰς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεις, πάλιν διὰ τούτων αὔξεταί σοι ἡ περὶ τὸν Θεὸν πίστις. Οὐ γὰρ σαρκίνοις ὀφθαλμοῖς τὸν Θεὸν καταμαθόντες πεπιστεύκαμεν εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ τῇ τοῦ νοῦ δυνάμει διὰ τῶν ὁρωμένων τὸν ἀόρατον καθορῶμεν.

Κυρίλλου. Ἐπεὶ, φησιν, εὐθύς ἐστιν ὁ λόγος τοῦ κυρίου, καὶ ἐν πίστει δὲ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἀγαλλιᾶσθε ἐν τῷ κυρίῳ. Εὐθὺν δὲ τὸν λόγον τοῦ κυρίου λέγων, διαμεμνῆσθαί μοι δοκεῖ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων, ὡς οὐδὲν ἐχόντων σκολιὸν, ἢ αἰνιγματῶδες, ἢ δυσκάτοπτον ὅλως, καὶ τῇ τοῦ γράμματος ἀσαφείᾳ κατημφιασμένον, καθὰ καὶ ὁ νόμος ὁ διὰ Μωσέως. διὰ κύκλου γὰρ μακροῦ, καὶ περιόδου δυσχεροῦς, ἀμυδρῶς καὶ μόλις συνίεμεν τὰ Μωσέως. ὁ δὲ τοῦ κυρίου λόγος, τουτέστι τὸ μάθημα τὸ εὐαγγελικὸν, εὐθύς ἐστι, καὶ εὐσύνοπτος, καὶ ἀποδιδύνειν δυνατὸς εἰς πᾶν εἶδος ἀρετῆς.

έ. Ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καὶ κρίσιν.] Ὠριγένους. Ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καθ' ἣν ἐλεεῖ, καὶ τὴν τῶν ἐλεούντων· ὁμοίως δὲ καὶ κρίσιν, καθ' ἣν κρίνει, ὅτι τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἀληθινὰ, καὶ ἄβυσσος πολλὴ, καὶ ἀνεξερεύνητα. Ἀγαπᾷ δὲ κρίσιν, καὶ τὴν τῶν δικαίων, ὧν οἱ λογισμοὶ κρίματά εἰσι, περὶ ὧν λέγεται· κρίμα δίκαιον κρίνατε. ὅτε δὲ τὸν ἥλιον ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, βλέπομεν πῶς τοῦ ἐλέους κυρίου πλήρης ἡ γῆ.

Ἡσυχίου. Ἐλεημοσύνην τὴν φιλαν-

Ceterùm, & qui ſe ad vlteriora extendit, ſemper ſeipſo recentior euadit. Quare qui ſeipſo recentior fit, is nouum canticum Deo canit.

CATENA PATRVM.

4. QVIA RECTVM EST VERBVM DOMINI.] BASILII. Idcircò priùs rectos ad laudem euocat, quoniam tale etiam eſt Verbum Domini quod laudandum proponitur, quod erat in principio apud Deum & Deus exiſtens. Rectus itaque Pater, rectus Filius, rectus Spiritus ſanctus. *Et omnia opera eius in fide.* Quid eſt, quod dicit? Opus cælum, opus terra, opus mare, denique animata & inanimata, rationalia & irrationalia. Quomodo autem in fide omnia? quænam inanimatis fides? quæ item brutis? Quid igitur eſt quod dicit? Si cælum, inquit, videris, ipſiuſque ordinem conſideraueris, fidei tibi dux eſt: ſiquidem tibi per ſe opificem oſtendit. Si terræ ornatus, rurſum per hos tibi circa Deum augeſcit fides. Haud enim carnalibus oculis Deum percipientes, credidimus in eum; ſed mentis virtute, per ea quæ cernuntur, inuiſibilem conſpicimus.

Rectum verbum Domini.

Quomodo ſint opera Dei in fide.

CYRILLI. Quoniam, inquit, rectum eſt verbum Domini, & opera eius in fide, exultate in Domino. Cùm autem rectum Domini verbum dicat, videtur mihi Euangelicorum oraculorum meminiſſe, quæ nihil obliquum, nihil obſcurum, nihil quod videri nequeat, vel omnino litteræ vmbra obtectum continent, vti lex Moyſis: nam longâ circuitione, & difficili verborum ambitu ſubobſcurè, & vix tandem, verba Moyſis intelligimus. At *verbum Domini*, id eſt Euangelica doctrina, rectum eſt, & intellectu facile, nec non ad omne virtutis genus hortatur ac diligit.

Euangelica doctrina omnino recta eſt.

5. DILIGIT MISERICORDIAM ET IVDICIVM.] ORIGENIS. Diligit *miſericordiam* quâ miſeretur, & eorũ qui faciunt miſericordiam: ſimiliter etiam *iudicium* quo iudicat: quoniam iudicia Dei vera, & abyſſus multa, & inſcrutabilia. Quin etiam amat iudicium iuſtorum, quorũ cogitationes iudicia ſunt, de quibus dicitur, *Iuſtum iudicium iudicate.* Quãdo autem *ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*; videmus quomodo miſericordiâ Domini plena ſit terra.

Deus miſericordiam & iudicium diligit.
Pſal. 18, 19. & 35, 7.
Ioan. 7, 24.
Matth. 5, 45.

HESYCHII. *Miſericordiam* vocat beni-

CATENA PATRVM. *Miſericordia Dei præcedit iudicium.*

nignitatem, quam iudicio propterea præpoſuit, quòd Deus primùm benignitate, ac deinde iudicio vtatur, in eos qui in peccato perſeuerant.

6. VERBO DOMINI CÆLI.] DIDYMI. Firmati autem ſunt cæli, cùm nil corruptibile habeant.

EIVSDEM. Ceterùm cùm etiam *cæli* vocentur ij qui gerunt imaginem cæleſtis, conſtans eorum ſtabilitas fit verbo Domini: *virtus* verò *eorum*, ſecundùm quam potentes exiſtunt, à Spiritu ſancto deriuatur.

THEODORETI. Quemadmodum diuinus Ioannes tonitrui filius, totum orbem docuit, dicens, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt:* ſic etiam beatus Dauid prædicat, dicens, *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius, omnes virtutes eorum.* Non attribuit autem Deo quidem Verbo cælorum fabricationem, ſancto verò Spiritui virtutum creationem: verùm & hæc & illa Deum Verbum, & ſanctum Spiritum effeciſſe tradit. *Virtutes* verò cælorum, alij quidem cæli luminaria, alij verò inaſpectabiles virtutes eſſe dixerunt. Ceterùm mihi videtur ſecunda interpretatio eſſe verior: cùm enim Deum demonſtrarit eſſe rerum conditorem [illegible] haudquaquam ſanè de ſola viſibili creatura mentionem fecit.

Ioan. 1, 1.

Virtutes cælorum quæ.

7. CONGREGANS SICVT VTREM AQVAS.] DIDYMI. Quoniam aduocans aquam maris, eam ſuper omnem terram per imbres effundit; præcepto ſuo aquam veluti ex vtre hauſtam in aërem tollit, ita vt, concretis nebulis, pluuia in terras demittatur. Per allegoriam autem hominum vita ob inconſtantiam, & amarulentiam eorum qui in terra ſunt, mare frequenter dicta eſt. Hanc igitur aquam, tamquam in vtre collegit Saluator, in corpore quod aſſumpſit, quietam tranquillamque reddens. Ceterùm oſtendit quoque in creatura nil inordinatè ferri: ſed vniuerſa eius voluntate, tamquam in theſauro contineri, quandoquidem & ventos non motu proprio latos, de theſauris ſuis educere dicitur. Sic igitur & aquarum copiam pro arbitrio ſuo diſpenſat, imbres ſuſti-

Deus aquarum moderator.

θεραπείας λέγει, ἣν τῆς κρίσεως διὰ τοῦτο προέταξεν, ἐπειδὴ προτέρᾳ τῇ φιλανθρωπίᾳ ὁ Θεὸς, μετὰ δὲ ταῦτα τῇ κρίσει κέχρηται κατὰ τῶν ἐπιμενάντων τῇ ἁμαρτίᾳ.

ϛʹ. ΤΩ ΛΟΓΩ ΚΥΡΙΟΥ ΟΙ ΟΥΡΑΝΟΙ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐστερεώθησαν δὲ οἱ οὐρανοὶ, τὸ δυσφθαρτότατον ἔχοντες.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οὐρανῶν δὲ καλουμένων καὶ τῶν φορούντων τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, ἡ μὲν ἑδραία πῆξις αὐτῶν τῷ λόγῳ κυρίου γίνεται· ἡ δὲ δύναμις αὐτῶν, καθ' ἣν εἰσι δυνατοὶ, ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος περιγίνεται.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὥσπερ ὁ θεῖος Ἰωάννης ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐδίδαξεν λέγων· Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν· οὕτως ὁ μέγας Δαβὶδ προκηρύττει λέγων, τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτῶν. Οὐκ ἀπονέμει δὲ τῷ μὲν Θεῷ λόγῳ τὴν τῶν οὐρανῶν δημιουργίαν, τῷ δὲ παναγίῳ πνεύματι τὴν τῶν δυνάμεων ποίησιν, ἀλλὰ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα τὸν Θεὸν λόγον, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα πεποιηκέναι φησί. Δυνάμεις δὲ οὐρανῶν, οἱ μὲν τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας, οἱ δὲ τὰς ἀοράτους ἔφασαν εἶναι δυνάμεις. ἐμοὶ δὲ τὸ δεύτερον ἀληθέστερον εἶναι δοκεῖ. δημιουργὸν γὰρ ὑποδείξας τὸν Θεὸν, οὐκ ἂν μόνης τῆς ὁρωμένης ἐμνημόνευσε κτίσεως.

ζʹ. ΣΥΝΑΓΩΝ ΩΣΕΙ ΑΣΚΟΝ ΥΔΑΤΑ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, ἐκχέει αὐτὸ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν διὰ τῶν ὑετῶν, τῷ προστάγματι αὐτοῦ, ἀσκοῦ δίκην ἀνιμώμενος τὸ ὕδωρ ἀέριον ποιεῖ, ὡς συστασῶν νεφελῶν ὄμβρον ἐπὶ γῆς ἐνεχθῆναι. Ἀλληγορικῶς δὲ ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων πολλαχοῦ θάλαττα λέγεται διὰ τὸ ἄστατον καὶ ἁλμυρὸν τῶν ἐπὶ γῆς. Τοῦτο τὸ ὕδωρ ὡς ἐν ἀσκῷ συνήγαγεν ὁ σωτὴρ, ἐν ᾧ ἀνείληφε σώματι γαληνόν τι ποιήσας καὶ εὔδιον. Δείκνυσι δὲ καὶ μηδὲν ἀτάκτως τῶν ἐν τῇ κτίσει φερομένων· ὡς ἐν θησαυρῷ δὲ πάντα συνέχει τῷ ἰδίῳ βουλήματι· ἀμέλει καὶ τοὺς ἀνέμους μὴ κατ' ἰδίαν κινουμένους φορὰν, ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ ἐξάγειν λέγεται. Οὕτω τοίνυν καὶ τὸ πολὺ τῶν ὑδάτων πλῆθος κατ' ἰδίαν κρίσιν οἰκονομεῖ, πρὸς τὸ δοκοῦν ἐπί-

λων,

χων, ἢ πέμπων τοὺς ὄμβρους. ὃ καὶ δι' Ἠλίου τοῦ προφήτου πεποίηκε.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀβύσσους δὲ τὰ πλήθη τῶν ὑδάτων λέγει, ἅπερ ἐν ἀποκρύφοις ὑπὸ τὴν γῆν ὁ δημιουργὸς ἔταξεν, ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο τὴν αὐτοῦ σοφίαν θαυμάζεσθαι. ὥστε τὴν ξηρὰν ἐπάνω τῆς ὑγρᾶς ἐθεμελίωσε, καὶ τὸ βαρὺ ὑπὸ τοῦ ἐλαφροτέρου βαστάζεσθαι δέδωκεν.

η. ΦΟΒΗΘΗΤΩ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΠΑΣΑ Η ΓΗ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦτο ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ θεοῦ πεπλήρωται, ὅτε πᾶσα ἡ γῆ Χριστοῦ ἐκκλησιῶν πεπλήρωτο. Τάχα λέγοιτ' ἄν, οἱ μὲν ἄνθρωποι ἀγαπήσατε, ἡ δὲ γῆ φοβηθήτω. Οἱ δὲ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ κατοικοῦντες, οὐκ ἀναισθητοῦντες τοῦ κυρίου, ἀπ' αὐτοῦ σαλεύονται, πληροῦντες τὴν προκειμένην ἐντολήν. Ἢ οἱ ἀπὸ λόγου τοῦ θεοῦ κινούμενοι, ἀπ' αὐτοῦ σαλεύονται, ζῶντος ἐν αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ.

ι. ΚΥΡΙΟΣ ΔΙΑΣΚΕΔΑΖΕΙ ΒΟΥΛΑΣ ΕΘΝΩΝ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἀναλεγόμενος τὰ ἐφ' ἑκάστης ἱστορίας, ὅσα περὶ τὰ ἄπιστα ἔθνη ἐνήργησεν ὁ θεός, εὑρήσεις, καὶ κατὰ τὸν σωματικὸν νοῦν πολλὴν ἔχον τὴν δύναμιν τὸ ῥητόν. Ὅτε γὰρ Ἰωρὰμ υἱὸς Ἀχαὰβ ἐβασίλευσεν ἐν *Ἱερουσαλὴμ, τότε ὁ βασιλεὺς Συρίας υἱὸς Ἄδερ πολλῇ δυνάμει, καὶ βαρείᾳ χειρὶ στρατηγήσας, περιεκάθητο τὴν Σαμάρειαν, ὥστε ἐπιλιπεῖν αὐτοῖς τὰ ἀναγκαῖα, καὶ κεφαλὴν ὄνου πεντήκοντα σίκλων ἀργυρίου, καὶ τέταρτον κάβου κόπρου περιστερῶν πέντε σίκλων ἀργυρίου. Τότε τοίνυν, ἵνα πληρωθῇ ἡ ἐπαγγελία τοῦ Ἐλισσαίου, διεσκεδάσθησαν αἱ βουλαὶ τῆς Συρίας, καὶ καταλιπόντες τὰς σκηνὰς ἑαυτῶν, καὶ πᾶσαν τὴν περιουσίαν, ἔφυγον, τοσαύτην εὐθηνίαν καταλιπόντες ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, ὥστε μέτρον σεμιδάλεως σίκλου, καὶ δίμετρον κριθῆς ἑνὸς σίκλου πωλεῖσθαι. Οὕτω μὲν οὖν ὁ κύριος διασκεδάζειν οἶδε βουλὰς ἐθνῶν. Πῶς δὲ ἀθετεῖ βουλὰς ἀρχόντων, ἐπὶ τοῦ Ἀχιτόφελ μεμαθήκαμεν, ὅτε ηὔξατο εὐχῇ ὁ Δαβὶδ λέγων· Διασκέδασον τὴν βουλὴν τοῦ Ἀχιτόφελ. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς τινὸς ἀπειλοῦντος μεγάλα, καὶ ἐπαγγελλομένου ἐπάξειν παντοδαπὰς κολάσεις, ἀπόβλεψον πρὸς τὸν κύριον, τὸν διασκεδάζοντα βουλὰς ἐθνῶν, καὶ ἀθετοῦντα λογισμοὺς λαῶν. Ἡ δὲ βουλὴ τοῦ κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα μένει.

* γρ. Ἰσραήλ.

ιγ'. ΕΞ ΟΥΡΑΝΟΥ ΕΠΕΒΛΕΨΕΝ Ο ΚΥ-

nens, aut demittens vt lubet. Hoc etiam fecit per Eliam Prophetam. CATENA PATRVM.

HESYCHII. Abyſſos verò dicit aquarum multitudinem, quam in abditis ſub terram locis collocauit, vt etiam in hoc ſapientia eius admiranda ſit: ſiquidem aridam ſuper humidum fundauit, effecitque vt à leuiore grauior portaretur. *Abyſſi quid.*

8. TIMEAT DOMINVM OMNIS TERRA.]

ORIGENIS. Hoc in aduentu Dei impletum eſt, quando tota terra Chriſti Eccleſijs eſt referta. Fortè etiam hoc modo dici poſſet, q.d. Homines quidem diligite; terra verò timeat. Qui verò orbem Eccleſiæ Dei inhabitant, cùm Dominum cognouerint, ab ipſo commouentur, dum id quod propoſitum eſt, præceptum obſeruant. Siue qui à verbo Dei moti ſunt, hi commouentur, dum Chriſtus in ipſis viuit. *Quomodo dicatur omnis terra timere Deum.*

10. DOMINVS DISSIPAT CONSILIA GENTIVM.] BASILII. Si è ſingulis hiſtorijs recenſeas ea quæ circa gentes impias Deus operatus eſt, reperies etiam ſecundùm ſenſum litteræ magnam vim habere, quod dictum eſt. Quando enim Ioram filius Achab regnabat in Ieruſalem, tunc rex Syriæ filius Ader, multâ virtute, grauique manu bellum gerens obſedit Samariam, ita vt tunc ipſis omnia ad victum neceſſaria deficerent, & aſini caput quinquaginta ſiclis argenti, & quarta pars cabi ſtercoris columbini quinque argenti ſiclis emeretur. Tunc itaque, vt promiſſio Eliſei impleretur, diſſipata ſunt conſilia Syriæ, & relictis tentorijs ſuis, omniique ſubſtantiâ, fugerunt, tantam in obſeſſa Samaria rerum copiam relinquentes, vt modius ſimilæ ſiclo, & duo modij hordei vno ſiclo vænirent. Sic igitur Dominus nouit Gentium conſilia diſſipare. Quomodo autem improbet conſilia principum, in Achitophele didicimus, quando Dauid orauit, dicens: *Diſſipa conſilium Achitophel.* Quando itaque aliquem arrogantiùs magna minantem audiueris, & omnis generis plagas intentantem, reſpice ad Dominum, qui diſſipat conſilia gentium, & reprobat cogitationes populorum. Conſilium verò Domini in æternum permanet. *Qualiter Deus ſæpè impiorum conſilia diſſipauerit.* 4. Reg. 7. 20. 2. Reg. 15. 31.

13. DE CÆLO RESPEXIT DOMINVS.]

CATENA PATRVM. *Chriſtus omnibus proſpicit.*

NVS.] CYRILLI. Obſerua autem quòd dicat oportere inſpectionem de cælis fieri, non modò ſuper Iſraël, vt quondam ſapientiſſimo internuntio Moyſe, ſed ſuper omnes filios hominum qui orbem habitant. Nam Gentium multitudo vbique terrarum, per Chriſtum omnium noſtrûm Saluatorem ad ſalutem aduocata eſt: ſiquidem generaliſſima in omnes gentes & nationes hominum, Saluatoris noſtri Chriſti gratia permeauit.

BASILII. Eos qui in propria manent dignitate, atque naturæ humanæ congruentia faciunt, ſupernè Deus aſpicit; eos verò qui vitijs omnino ſubijciuntur, aliâ ratione
Gen.11,5. intuetur, ſcilicet deſcendendo. *Deſcendit* enim, inquit, *videre ciuitatem ac turrim, quam ædificauerant filij hominum.* Hic autem de cælo proſpexit Dominus. Conſidera excelſum ſpeculatorem, deſuper res humanas intuentem. Quocumque vadas, quidcumque facias, ſiue in tenebris, ſiue in die, Dei oculum proſpicientem habes.

16. NON SALVATVR REX PER MVLTAM VIRTVTEM.] CYRILLI.
Vana ſalus hominum. *Non ſaluatur*, inquit, *rex per multam virtutem:* id eſt, per multitudinem ſatellitum ſuorum. Sed neque ſi quis gigas fuerit robuſtiſſimus, id eſt, de magnis viribus, & ingenti corporis robore multùm præſumens, non poterit vel ſic ſaluari, & aduerſariorum ſuorum manum ſuperare, niſi Deus victoriam illi largiatur.

HESYCHII. In vanum igitur corporis robur adeò curamus, temerè verò potentiam ab affinibus, amicis & pecunijs ipſi nobis vendicamus: nam nihil præter cælitus miſſum auxilium ſeruare nos poteſt. Exemplum ſume à Goliath & à Pharaone. Ille enim gigas robuſtiſſimus cùm eſſet, à ſimplici puero Dauid facilè ſuperatus fuit: hic Iſraëlem maximâ curruum & equorum multitudine perſecutus, mare habuit pro ſepulcro.

EVSEBII. Cùm dixiſſet, *Timeat Do-*
In ſolo Deo fiducia habenda. *minum omnis terra*, ad fiduciam excitauit, ne perſecutiones formidemus. Quod vtique etiamnum facit, diuinæ prouidentiæ vim ipſis addicens, contra inſidiantium impetum adſuturam: ſine qua neque regi militum copijs

ΡΙΟΣ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐπιτήρει δὲ ὅτι γενέσθαι δεῖ φησὶ τὴν ἐπίβλεψιν τὴν ἐξ οὐρανοῦ οὐκ ἐπὶ μόνον τὸν Ἰσραήλ, καθὰ καὶ πάλαι μεσιτεύοντος τοῦ πανσόφου Μωϋσέως, ἀλλ' ἐπὶ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τοὺς κατοικοῦντας τὴν οἰκουμένην. Κέκληται γὰρ εἰς σωτηρίαν διά γε τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, ἡ κατὰ πᾶσαν οὖσα τὴν γῆν. γενικωτάτη γὰρ καὶ κατὰ παντὸς ἔθνους τε καὶ γένους ἀνθρώπων, ἡ διὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ κεχώρηκε χάρις.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τοὺς μὲν ὄντας ἐπὶ τοῦ ἰδίου ἀξιώματος, καὶ ποιοῦντας τὰ ἐπιβάλλοντα τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ, ἄνωθεν ἐφορᾷ ὁ Θεός· τοὺς δὲ πρὸς τὸ ἔσχατον τῆς κακίας ὑπενεχθέντας, ἑτέρως ἐπισκέπτεται, δηλαδὴ καταβαίνων. Κατέβη γάρ, φησιν, ἰδεῖν τὴν πόλιν, καὶ τὸν πύργον, ὃν ᾠκοδόμησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Ἐνταῦθα δὲ ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ κύριος. Σκόπει τὸν ὑψηλὸν θεατὴν, τὸν ἄνωθεν ἐγκατακύπτοντα τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν. Ὅπου περ ἂν βαδίζῃς, ὅτι περ ἂν ἐνεργῇς, κἂν ἐν σκότει, κἂν ἐν ἡμέρᾳ, ἐπισκοποῦντα ἔχεις τὸν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμόν.

ιϛ'. ΟΥ ΣΩΖΕΤΑΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΔΙΑ ΠΟΛΛΗΝ ΔΥΝΑΜΙΝ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οὐ σώζεται, φησι, βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, τουτέστι, διὰ πολυχειρίαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ δορυφόρων. ἀλλ' οὐδ' ἂν εἴ τις εἴη γίγας ἰσχυρὸς, δῆλον ὅτι καὶ μέγα πεφρονηκὼς ἐπ' εὐσθενείᾳ πολλῇ, καὶ ῥώμῃ σώματος· οὐδ' ἂν οὕτω σωθείη, καὶ κρείττων ἔσται χειρὸς τῆς τῶν μαχομένων αὐτῷ, μὴ οὐχὶ Θεοῦ κατανεύοντος τὸ νικᾶν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὥστε μάτην τὴν τοῦ σώματος ἰσχὺν ἐπιμελούμεθα, εἰκῇ δὲ δύναμιν ἑαυτοῖς τὴν ἀπὸ συγγενῶν, καὶ φίλων, καὶ πλούτου περιβαλλόμεθα, οὐδὲν ἔπεστι γὰρ σῶσαι δίχα τῆς συνεργείας τῆς ἄνωθεν δυνάμεως. Ὑπόδειγμα δὲ τὸν Γολιὰθ καὶ τὸν Φαραὼ λάμβανε. Ὁ μὲν γίγας ὑπάρχων ἰσχυρὸς, ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ ἁπλοῦ παιδαρίου νενίκηται· ὁ δὲ μετὰ πλήθους ἁρμάτων τὸν Ἰσραὴλ διώξας τάφον ἔσχε τὴν θάλασσαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἰπὼν, φοβηθήτω τὸν κύριον πᾶσα ἡ γῆ, παρεθάῤῥυνε μὴ δεδιέναι τοὺς διωγμούς. Ὃ δὴ καὶ νῦν διαπράττεται τὴν ἐποπτικὴν αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἐπαγγελλόμενος κατὰ τῶν ἐπιβουλευόντων ἐσομένην· ἧς χωρὶς οὐκ ἔσται σωθῆναι, οὔτε βασιλεῖ στρατιωτικῇ θαρ-

θαῤῥοῦντι δυνάμει, οὔτε γίγαντι ἐπὶ πλήθει γαυρουμένῳ δυνάμεως, οὔτε τῷ ἵππου τάχει θαῤῥοῦντι. Ὑμεῖς δὲ θαῤῥεῖτε, φησιν, οἱ τὸν θεῖον φόβον ἀνειληφότες, μηδὲν τῶν εἰρημένων φοβούμενοι, μὴ χωροῦντες εἰς ἄρνησιν, ἣν δὴ ψυχῆς ἐκάλεσε θάνατον, δηλοῦντα καὶ τὰς πρὸς θάνατον ἁμαρτίας. Μὴ οὖν φοβεῖσθε τὴν σώματος τὴν φθορὰν, τῶν ψυχῶν σωζομένων. Οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ κυρίου τῇ τοῦ θείου πνεύματος ἐπιῤῥοῇ, καὶ τούτων τὰς ψυχὰς διατρέφουσι, καὶ θεοδιδάκτους ἐργάζονται.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Οὔτε οὖν βασιλεὺς τὴν ἐκ τῶν ὅπλων βοήθειαν ἀρκοῦσαν ἔχων πρὸς σωτηρίαν, οὔτε ὁ ἀνδρεῖος πρὸς πάντα ἐπαρκεῖν ἑαυτῷ ἐστιν ἱκανός. Ἀσθένεια γὰρ καὶ ἀδυναμία, πάντα ὁμοῦ τὰ ἀνθρώπινα, πρὸς τὴν ἀληθινὴν δύναμιν παραβαλλόμενα. Διὰ τοῦτο τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά. Ἐκβέβληται δὲ τῆς χρήσεως τῶν ἁγίων ὁ ἵππος· καὶ οὔτε ἐν πολέμοις ἀκμάζων ὁ Ἰσραὴλ ἱππικῇ δυνάμει φαίνεταί ποτε κεχρημένος· οὔτε ἰδίᾳ τις τῶν ἁγίων τὴν χρῆσιν τῶν ἵππων ὡς ἁρμόζουσαν παρεδέξατο. Φαραὼ δὲ καὶ ἱππικῇ κέχρηται, καὶ Σενναχηρὶβ ὁ ὑπερήφανος. Ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται. ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, φησὶν ὁ Παῦλος, τότε δυνατός εἰμι. Τὸ δὲ πλῆθος τῆς σωματικῆς δυνάμεως, ἐμπόδιόν ἐστι πρὸς τὴν σωτηρίαν τοῦ πνεύματος.

præſidenti, neque giganti de virium ſuarum magnitudine glorianti, nec equi celeritati ſe committenti, ſalus eſſe poterit. Vos verò, inquit, confidite, qui diuinum timorem ſuſcepiſtis, nihil dictorum formidantes, neque ad negationem deflectentes, quam mortem animæ vocauit, quæ peccata ſignificat quæ ducunt ad mortem. Ne igitur timeatis corporis corruptionem, dum animæ ſaluentur. Oculi enim Domini, diuini ſpiritus influxu, & horum animas nutriunt, & Deo doctas reddunt. *CATENA PATRVM.*

BASILII. Neque igitur rex ex armis auxilium ad ſalutem ſufficiens habet, neque etiam fortis ſibi ad omnia ſufficere valet. Humana enim omnia iuncta, infirma ſunt & inualida, ſi cum vera potentia comparentur. Idcircò *infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* Equus autem ab vſu ſanctorum exulat. Neque Iſraël, dum florebat in bellis, vmquam fertur equeſtri robore vſus fuiſſe: neque quiſquam Sanctorum priuatim equis vti, pulchrum exiſtimauit. Pharao autem equeſtri exercitu vſus eſt, vti & ſuperbus Sennacherib. In abundantia autem virtutis ſuæ, non ſaluabitur. Cùm enim *infirmor*, inquit Paulus, *tunc potens ſum.* Virium verò corporis abundantia, ſaluti ſpiritus impedimento eſt.

1. Cor. 1, 28.

Sancti non ſolent equis vti.

2. Cor. 12, 10.

ANNOTATIONES CORDERII.

INSCRIBITVR Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις, *Pſalmus Dauid, ſine titulo apud Hebræos.* Quæ verba poſtrema Sixtina editio omiſit, & Scholiaſtes notat illa in Quinta & Sexta editione non fuiſſe reperta: Theodoretus cenſet ab ipſis Septuag. fuiſſe appoſita. Quæ cùm in tribus diuerſis antiquiſſimis M. S. codicibus Viennenſibus reperiſſem, minimè omittenda cenſui; quòd nil noceat ſcire, Hebræos huius Pſalmi titulum expunxiſſe. Vulgata editio Latina correctior inſcribit tantùm hæc verba, *Pſalmus Dauid*, cùm in editionibus antiquis haberetur, *In finem Pſalmus Dauid.*

1. *Exultate iuſti in Domino*, &c.] Nominatim iuſtos & rectos ad laudem Dei euocat, quia nimirum illi ſoli idonei ſunt gloriæ Dei præcones. Nam, vt pulchrè Aquila vertit, τοῖς εὐθέσιν ὡραιοῦται ἡ ὕμνησις, *rectis ſpecioſa ſit hymnorum decantatio:* ſicut è contrario, οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, *non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*, quemadmodum Eccleſiaſtici auctor, ad hunc Dauidis locum alludendo pronuntiauit. *Quare* (vt benè monet S. Chryſoſt. in Pſal. 112. *oportet vitam priùs inſtituentem, hymnos Deo ita canere.* Non enim verbis ſolùm, ſed etiam factis laudare oportet: & hanc laudem, vt ſymphoniam gratioſam & cælo dignam, requirit maximè Deus, hanc gloriam excipit, hoc celebrari modo gaudet. Atque in hunc finem conſultò ſibi Deus Eccleſiam ſanctam in hoc mundo gratuitâ adoptione delegit, vt nomen ſuum ritè à legitimis teſtibus perpetuò laudaretur. Vnde in actibus religionis non poſtremo loco diuina laus reponitur, quam beneficentiſſimæ Numinis maieſtati debemus. In ea feliciſſimarum mentium beata in cælo vita ſita eſt, & in hac vitæ imbecillitate piorum omnium, præcipuè illorum, qui ſe quaſi totos huic ſancto muneri conſecrarunt. de quibus Propheta Regius id denuntiat, *Laus eius in eccleſia ſanctorum:* hoc eſt, in cœtu ſacrorum hominum, qui maximè vnam illam ob cauſſam in adytis, templiſque venerandis, tabernaculum vitæ ſuæ collocant. Germinus ergo huius loci ſenſus eſt, Dei laudem rectis decoram eſſe, quia nihil ſit potius in quo ſe exerceant. Et certè, cùm aſſiduis beneficijs Deus celebrandæ ſuæ gloriæ materiam ipſis præbeat, & immenſa eius bonitas in proprium veluti theſaurum ipſis ſit repoſita; totis animi votis ad laudes Dei iugiter canendas, ipſos ferri conuenit.

Probos, non improbos, decet laus Dei.

Eccli. 15, 9

Laus Dei decet maximè Religioſos.

Pſal. 149, 9.

ANNOTATIONES CORDERII.

nit, quas in cælo poſtmodum cum Angelis per totam æternitatem celebrabunt.

Inſtrumenta muſica rectè etiam ad Deum laudandum adhibentur.

2. *Confitemini Domino in cithara.*] Ad Deum maiori cum ſolemnitate collaudandum, inſtrumenta quoque muſica applicari iubet. Nihil quippe à fidelibus omitti cupit, quod mentes eorum ad canendas Dei laudes vehementiùs accendat. Etſi enim non niſi articulatâ voce propriè Dei nomen celebretur; hæc tamen muſicorum inſtrumentorum adminicula, quibus, ſi debito modo adhibeantur, ſe magis ad pietatem incitare fideles ſolent, non fruſtrà addidit. Etenim eò nos vocat diuina beneficentia, quâ propè quotidianâ obruimur, eò ducit ratio, & grati animi lex, vt parenti omnium rerum Deo, non humanam tantùm vocem, ſed rerum quoque omnium ſonum conſecremus. Poſſe igitur organa, & muſica inſtrumenta ad Dei Numen venerandum adhiberi, ſuo exemplo, & eo quidem regio, Dauid oſtendit. Qui cùm eo in genere præiuiſſet, nabla tangens, citharâ ludens, & decachordo pſalterio exultans, omnes deinde ad ſimilem erga Deum religionem inuitauit, dicens:

Pſalterium decem chordarum, myſticè eſt lex decem præceptorum.

In pſalterio decem chordarum pſallite illi.] S. Auguſt. hunc locum myſticè exponens, per pſalterium decem chordarum legem intelligit, quæ decem præceptis continetur. Legem autem *pſalterium* appellat, quia nimirum lex cum iubilo & lætitia implenda eſt, non timore. Itaque quaſi per ſummum gaudium citharam pulſat, non quaſi qui timore percutitur. In hunc eumdem ſenſum exponit illa verba Domini, *Non veni legem ſoluere, ſed adimplere.* (Matth. 5, 19.) Id eſt, veni, ad legem quæ timorem incutiebat, nec tamen implebatur, charitate & amore hominibus iniuncto, facilem viam ſternere, vt homines eam implerent. Terrebat quidem lex homines; timor autem non eas vires habebat, vt homines ad legem implendam pertraheret: acceſſit Chriſtus, & pulſo timore, charitatem docuit, quâ homines facilè legem obſeruant. S. Auguſtini verba ſunt hæc: *Tange pſalterium, imple legem quam Dominus Deus tuus non venit ſoluere, ſed adimplere. Implebis enim amore, quod timore non poteras. Qui enim timendo non facit malè, malè faceret, ſi liceret. Itaque etſi voluntas non datur, facultas tenetur. Non facis, inquit. Quare? quia times. Nondum amas iuſtitiam. adhuc ſeruus es. Sed ex bono ſeruo fit bonus filius. Interim timendo noli facere, diſces & amando non facere.* Pulchrè S. Doctor cauſſam reddit, ob quam amor præferendus ſit timori: qui enim timore ductus mala cauet, ſi ſe occaſiò dederit, vt impunè facere poſſit, proculdubio ad illicita manus extendet; qui verò amore ducitur, longiùs ab illicitis abeſt: nec enim faciet, etiamſi impunè facere liceret. Hanc ſententiam tradit Comicus in Adelphis hiſce verſibus:

Lex non timore, ſed amore impletur.

Et errat longè meâ quidem ſententiâ,
Qui imperiũ credat grauius eſſe, aut ſtabilius,
Vt quod fit, quàm illud quod amicitiâ adiũgitur.
Mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum.
Malo coactus, qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet:
Si ſperat fore clàm, rurſus ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adiungas, ex animo facit:
Studet par referre: præſens, abſenſq; idem erit.

3. *Cantate ei canticum nouum.*] Id eſt, vitæ vetuſtatem Dei laudes celebraturi exuite: ſic enim nouum canticum vitæ nouitate canitur, vti pulchrè B. Laurentius Iuſtinianus ad hunc verſ. annotauit, qui in manuſcripto codice ſe reperiſſe ait, *Cantate ei, non linguâ, ſed vitâ, depoſitâ vetuſtate.* Ineptus quippe diuinis laudibus celebrandis, qui veteris adhuc vitæ ſordibus maculatur: nouis, minimeque detritis vetuſtate veſtibus, nouis virtutum indumentis vtatur, qui ſe ad Dei laudes decantandas accingit.

Canticum nouum, in nouitate vitæ Deo canendum.

Recedant vetera, noua ſint omnia,
Corda, voces, & opera.

Veteris, inquam, hominis exuuiæ, prudentis more ſerpentis, reijciendæ ſunt ei qui idoneus eſſe Dei laudator velit. Diuinè S. Auguſt. in Pſal. 102. *Quid*, inquit, *prodeſt*, *quia hymnum cantat lingua tua, ſi ſacrilegium exhalat vita tua?* Rem illuſtrat pereleganti ſimilitudine D. Chryſoſt. in Pſal. 43. vt vel ſæculi conſuetudine id argui intelligamus. Ait enim, in aulis quoque regijs neminem aſſumi regiæ vocis interpretem, qui fuerit ὅτι βίῳ διεφθαρμένῳ ἁλούς, *prauæ & corruptæ vitæ conuictus.* Quonam igitur modo impurus quiſpiam, & ſcelere contaminatus, diuinos hymnos & cæleſtia oracula canere, atque in cœtu populi venerantis efferre auſit? Importunum eorum hominum cantum auerſatur pij Prophetæ ore Deus, iratuſque ita denuntiat, *Aufer à me tumultum carminum tuorum.* (Amos 5, 23) Vbi S. Hieron. *Carmina*, inquit, *Leuitarum, quibus laudabant Deum, tumultum vocat, ſonitumque confuſum: quia non eſt pulchra laudatio in ore peccatoris.* Et paulò pòſt ſic adiungit: *Iudæorum quoque oratio, & pſalmi quos in ſynagogis canunt, & hæreticorum compoſita laudatio, tumultus eſt Domino, &, vt ita dicam, grunnitus ſuis, & clamor aſinorum.* Remoueantur ergo à templis lutulentæ ſues & aſini præpoſteri, nec eorum vox in eo loco exaudiatur, vbi omnes ſimiles Angelorum eſſe oportet, & cantare canticum nouum. Quod autem ſubdit, *Benè pſallite ei in vociferatione*; S. Auguſt. *in iubilatione*; & S. Hieron. *in iubilo*, dixit, ſuperiùs in Græco Commentario ſatis explicatum eſt. Quò etiam faciunt illa quæ à nobis ad Pſalmi XXVI. v. 6. annotata ſunt.

4. *Quia rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide.*] Vbi notandum eſt *verbum*, non accipi pro doctrina, ſed pro mundi gubernandi ratione, prout ſuperiùs in Paraphraſi & Commentario explicatum eſt; vt ſit ſenſus, ac ſi dicat, Quidquid ſtatuit Deus, rectum eſt: quidquid opere ipſo perficit, fidele & verax. Generalem enim hîc Dei prouidentiam, quâ totus mundus regitur, proponit, ac dicit, in toto operum ſuorum curſu Deum ſic imperium exercere, vt in omnibus ſumma eius æquitas fideſque reluceat; quemadmodum etiam alibi canit: *Fidelia omnia mandata eius, confirmata in ſæculum ſæculi, facta in veritate & æquitate.* (Pſal. 110, 8.) Quamobrem etiam dicitur *fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.* (Pſal. 144.) In quæ loca conſule quæ annotabimus, quia huic etiam loco lucem adferunt.

Miſericordia & iudicij nexus.

5. *Diligit miſericordiam, & iudicium.*] Haſce duas virtutes, tamquam indiuiduas ſorores, vtrobique coniungere ſolet Dauid (vti ſuperiùs ad Pſal. XXIV. v. 10. annotauimus, quæ & huic loco quadrant.) Vnde Theologi Hebræorum docent

cent mundum à Deo gubernari per duas menſuras & proprietates, quas vocant מִדּוֹת *middoth*, iuſtitiæ ſiue iudicij, & miſericordiæ: illam ſignificari, vbi ponitur אֱלֹהִים *Elohim*, hanc, vbi אֲדֹנָי *Adonai*. Has autem menſuras adhiberi à Deo in omnibus operibus ſuis, omnes conſentiunt, quibus mortalium res & œconomiam vniuerſi adminiſtrat. Quam ob cauſſam alibi Dauid ait,
Pſal. 88, 15. *Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam.* Nam ſine hac ſynoride diſſimilium comitum, numquam ad nos progreditur Numen: locum ipſi duæ illæ heroinæ metari ſolent.
Potiores partes habet miſericordia. Potiores tamen vbique partes miſericordiæ tribuit, cuius hoc loco plenam eſſe terram aſſerit: &, vt alibi canit, *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius:* vt oleum omnes liquores, ſic opera omnia diuina illæ ſupereminent. Super omnia, inquam, ſunt, quia tegunt omnia: feriunt oculos in iuſtitiam quoque ipſam intuentes. Nullum eſt enim opus Dei, quod non ambiat includatque miſericordia. Hinc D. Paulus velut in cenſu & patrimonio Numinis, nihil videbat eſſe glorioſius, vnde opulentiſſimus appellari poſſet. Quare abundantiſſimam
Epheſ. 2, 4. diuinæ miſericordiæ copiam ita miratur, *Deus qui diues eſt in miſericordia.* Et ad Romanos,
Rom. 2, 4. *diuitias bonitatis eius* prædicat, vt huius vnius comparatione, potentia illa miranda, & infinita pulchritudo, aliæque Dei virtutes immenſæ, parcæ & reſtrictæ quodammodò eſſe videantur.

6. *Verbo Domini cæli firmati ſunt.*] Duos
Quid per verbum Domini, & ſpiritum oris eius intelligatur. huius loci ſenſus habes in Paraphraſi & Commentario, quos & Ianſenius probat. Alterum ſimpliciorem, iuxta quem idem ſignificatur per *verbum Domini*, & *ſpiritum oris eius*; ſcilicet iuſſio & imperium Domini, quo omnia creata ſunt in principio: (verbum enim oris eſt ſpiritus aërem verberans.) Alterum altiorem, quo per *verbum* Filius in Trinitate ſignificatur; per *ſpiritum* verò *oris* Spiritus ſanctus: quem *Spiritum oris* rectè appellat, vt oſtendat eum eiuſdem eſſe ſubſtantiæ cum illo à quo emittitur, & quòd non ſit creatus aliunde. Et vtrumque ſenſum ſimul credendum omnino eſt, hîc ſignificaſſe Spiritum ſanctum, quemadmodum & in principio Geneſis. Et ad hunc locum reſpexiſſe videtur, quando per Verbum incarnatum omnia facta
Ioan. 1, 3. fuiſſe ſcribit, S. Ioan. in exordio Euangelij. Ceterùm priori illo & ſimpliciori ſenſu paſcit Spiritus ſanctus in his & ſimilibus locis rudiores, quales ſunt Iudæi; poſteriori verò perfectiores, quales ſunt Chriſtiani. Vt autem rectè intelligatur, quid per *virtutem cælorum* hoc loco accipi debeat, ſciendum eſt, hîc Hebræis eſſe dictionem,
Gen. 2, 1. quæ eſt in Geneſi cap. 2. ad quem locum hîc alluditur. Vbi nos legimus, *Et omnis ornatus eorum*, Hebraicè eſt צָבָא *tſaua*, à qua voce dicimus Deum *Dominum ſabaoth*, pro quo Septuag. verterunt, κύριον δυνάμεων, *Dominum virtutum*, cùm ea dictio propriè ſignificet *militiam* aut *exercitum*. Itaque ſimpliciore intelligentiâ, per *virtutem cælorum* hoc loco ſignificatur tota illa ſtellarum innumerabilis multitudo, quâ cælum exornatur, & mundus à Deo regitur, ſtellis Dei imperio famulantibus, & veluti ſub imperatore militantibus, quæ nullo numero facilè comprehendi poſſe videntur, ſicut in exercitu homines. Sublimiore verò intelligentiâ, etiam ſignificatur Angelorum multitudo, propter quos potiſſimùm dicitur Deus *Dominus virtutum*, qui & ipſi in Scripturis dicuntur *virtutes*, quòd ſint potentes virtute, miniſtri Domini ad faciendam voluntatem eius. Vide de his S. Dionyſ. Areopagitam Cæleſt. hier. cap. 7. & 11. & ibidem noſtras Annotationes. ANNOTATIONES CORDERII.

7. *Congregans ſicut vtrem.*] Græcè, ἀσεὶ ἀσκόν. Hanc lectionem agnoſcunt Baſilius & Nicephorus; teſtatur tamen S. Baſilius inueniſſe ſe in nonnullis exemplaribus, ὡς ἐν ἀσκῷ, *ſicut in vtre*, prout Vulgata & Symmachus habent; S. Hieronymus, *quaſi in vtrem*; alij pro *vtre* vertunt, *aceruum* ſiue *tumulum*, quia hoc ſignificat vox quæ nunc legitur Hebraicè נֵד *ned*, pro qua Septuag. legerunt נֹאד *nod*. Similis eſt locus Pſalmi LXXVII. *Statuit aquas quaſi in vtre*, vbi Pſal. 77, 13.
etiam Græcè eſt, ὡσεὶ ἀσκὸν, *quaſi vtrem*: & Hebraicè כְּמוֹ-נֵד *chemo ned*; & S. Hieron. reddit, *quaſi aceruum*. Itaque veroſimile eſt, Dauidem hoc loco reſpexiſſe ad id quod contigit in mari Rubro, vbi dicuntur aquæ congregatæ inſtar aceruí, quòd in altum eſſent eleuatæ, & contra naturam immobiles conſtitutæ; quod ſimiliter per *vtrem* deſignatur, quo nimirum contentæ fuerunt ne diffluerent.

IBIDEM. *Ponens in theſauris abyſſos.*] E contrà dicendum videbatur, *Ponens theſauros in abyſſis*; ſed iuxta anagogen id iure dictum notat S. Baſilius. Nempe per *theſauros*, homines pios, *Viri pij ſunt theſauri, in quibus Deus myſteria ſua reponit.*
per *abyſſos* abdita myſteria intelligit. Hæc ergo non in alijs quàm in theſauris collocat: quia rerum ſupernaturalium & abſconditarum cognitio ſolius virtutis & innocentiæ pretio venditat Deus. In quem ſenſum infert verba Chriſti Domini dicentis: *Neque mittunt vinum nouum in vtres* Matth. 9, 17.
veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur. Per *vtres veteres* eos intelligit, qui peccatis veteraſcunt & corrumpuntur; per *vtres* verò *nouos*, eos qui ſpiritu renouantur. Hi ſanè potentes ſunt vim deferueſcentis muſti ſuſtinere, id eſt, optimè capiunt diuina myſteria, quæ inſtar vini in animo feruent: illi verò qui præ peccatis ſitu putruerunt, myſteriorum vinum ſuſtinere non poſſunt. S. Baſilij verba ſunt hæc. *Ponens, inquit, in theſauris abyſſos; communi ſententia magis congruere videbatur, ſi dixiſſet: Ponens in abyſſis theſauros, hoc eſt, in myſterio & arcano ſuas diuitias continens. Nunc autem quaſi quadam pretioſa, digna diuinis theſauris, abyſſos dicit eſſe. Non ſatis ſcio an ipſæ rationes quæ de diuino ſunt iudicio, arcanæ quidem illæ, nec vlli arcanæ menti comprehenſibiles, hic vocentur abyſſi, propterea quod rationes hæ diuinæ tantum agnitioni reſeruatæ ſunt, quibus ſingula diſpenſantur.* Et poſt pauca: *Nos vbi habebimur digni agnitione ea, quâ perſpicitur Deus facie ad faciem, tunc in theſauris Dei eas abyſſos contemplabimur. De vtribus verò ſi quæ in ſacris voluminibus dicuntur, collegeris, propius pertinges ad Prophetica ſcientiæ intelligentiam. Vtres verò noui in Euangelio nominantur, qui de die in diem vitæ genus renouant, & vinum nouum de vera vite capiunt. Qui verò veterem hominem nondum depoſuerunt, vtres ſunt veteres, quibus nequaquam commodè credi poteſt infuſio noui vini, &c.*

8. *Timeat Dominum omnis terra.*] Quid per *omnem terram* intelligat, clariùs exponendo ſubiungit,

ANNOTATIONES CORDERII.

Timor imperfectos decet, tamquam initium pietatis.

iungit, *Omnes inhabitantes orbem.* Poſterior enim pars verſiculi, prioris ſolet eſſe expoſitio. Peculiariter autem *terra* illi nuncupantur, qui ſuopte pondere ad ima deprimuntur. Ergo hi Dominum timeant, quia imperfectos maximè decet timor & metus. Vnde non ait: *Timeat Dominum* cælum, id eſt perfecti, ſed *terra*, id eſt imperfecti. *Iam quando timor Domini* (ait S. Baſilius ad hunc locum) *initium eſt ſapientiæ, qui terrena ſapiunt, per timorem erudiantur. Timor enim quaſi quidam introductorius neceſſariò ad pietatem condiſcendam aſſumitur.* Expende dictionem illam, *introductorius*; Græcè εἰσαγωγικός: per hanc

Pſal. 110, 10.

enim exponit dictum illud, *Initium ſapientiæ timor Domini*. Et nos ſumptâ ſimilitudine à præceptoribus idem expendamus: ſunt enim in omnibus facultatibus nonnullæ quæſtiones, quas proœmiales vocamus, quæ quidem viam ſternunt ad aliarum rerum tractationem. Ergo timor eſt veluti virtutis proœmium & *introductio*, circa quem niſi priùs nos exerceamus, vix ad alia gradum facere poterimus.

IBIDEM. *Ab eo autem commoueantur omnes*

Pſal. 95, 9.

inhabitantes orbem.] Sic in alio Pſalmo dicitur, *Commoueatur à facie eius vniuerſa terra.* Con-

Quid ſit commoueri à facie Dei.

cludit iuſtam eſſe cauſſam cur reuerenter ſubijciat ſe totus orbis imperio Dei, à quo ſuam habet originem, & à quo ſeruatur. Nam *commoueri ab eo* nihil aliud eſt, quàm formidabilem eius poteſtatem ſuſpicere: non enim propriè hîc ſignificatur cauſſa efficiens & commouens, ſed obiectum & materia timoris, & circa quam ille verſatur; tametſi etiam obiecto conueniat quadam ratione mouere potentiam, iuxta tritum axioma Philoſophorum. Sic apud Ezechielem

Ezech. 38, 20.

ait Deus: *In die illa erit commotio magna ſuper terram Iſraël, & commouebuntur à facie mea piſces maris, cunctique homines qui ſunt ſuper faciem terræ.* Verùm ibi in Hebræo eſt רעש *ragaſch*, & in Græco σεισμός; hîc autem גור *gur*, & σαλευθήτωσαν. Significat autem illud *moueri* & *tremere*; hoc verò *timere, pauere*, &c.

10. *Dominus diſſipat conſilia gentium.*] Nihil

Deus diſſipat cogitationes impiorum.

profectò Dei potentiam prouidentiamque hominibus adeò admirabilem reddit, quàm ſi eius ſuaui diſpoſitione, præter omnem expectationem, iniquorum hominum, quibus nemo reſiſtere valebat, conatus irritos videant. Hanc ob cauſſam Regius Propheta Deum laudare non ceſſat: *Quia Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat cogitationes populorum, & reprobat*

Gen. 11, 5.

conſilia principum. Ita Babyloniorum impia in turris ac ciuitatis ædificatione conſilia diſſipauit, & ſimul ipſos ædificatores per vniuerſum terræ orbem diſperſit. Sic cùm Salmanaſar rex Aſſyriorum in Ieroſolymæ euerſionem coniuraſſet, & obſeſſi extremum exterminium pauidi expecta-

4. Reg. 18.

rent; ecce, inopinatò Deus (vt Regum narrat hiſtoria) vocat vnum è beatis ſpiritibus, qui cæleſtis ſunt curiæ principes numero propè infiniti, Imperatori illi ſummo obedientiſſimi; iubet vt numeroſas Aſſyriorum legiones, quæ populum Dei magno terrore complebant, vi & impreſſione deleat. Dictum, factum: fortiſſimum exercitum centum & octoginta quinque millium rhomphæâ ſuâ mirabili, vno impetu lacerauit, occidit. Hæc illius mirificam potentiam oſtendunt, à qua pendet natura omnis, & creatarum rerum varietas, proindeque denuntiant, abſque illo hominum vim, & conſilium, & quamlibet exaggeratam potentiam eſſe inanem, ad eumque vt commune mundi præſidium recurrendum. A

Hominum cogitationes timidæ & fallaces.

Sap. 9, 14.

cælo doctus Sapiens ita planè diuinè prodit, *Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Cogitationes*, vel, vt dicunt Septuag. λογισμοί, *ratiocinationes*, animi commentationes, conſilia, machinationes mentis, ad intelligendum aut efficiendum intentæ, *mortalium*, & breuis æui hominum, ſunt δειλοί, *timidæ*, miſerandæ: in tenebris gradiuntur & titubant, & pleniori lumine deſtitutæ falluntur. Hinc verè dixit Ariſtoteles, mentis oculos in peruestigatione veritatis, maximè rerum ſublimium & arcanarum, veſpertilionum luminibus videri ſimiles, quæ ad diei lumen caligant. Hoc ipſum eſt quod addit Sapiens, *prouidentias noſtras* eſſe *incertas*, ſiue, vt in Græco, ἐπισφαλεῖς, *fallaces*, errori obnoxias, dubias: quare ſæpè à deſtinato ſcopo aberrant, ſucceſſu carent, & in media contentione franguntur. Omnium quippe hominum memoriâ, & ſingulis non ætatibus, ſed annis & diebus, reperti ſunt Siculi Polyphemi, qui cùm grandi oculo prudentiæ ornati eſſe viderentur, miſerrimè cæcati ſunt & infatuati. Exemplum huius rei cla-

2. Reg. 19.

Achitophelis conſiliũ malignum Deus diſſipauit.

rum habemus in Achitophele, qui cùm pergeret in malitioſum pectus aduocare velut ſenatum, & vires omnes adhibere mentis, ad ea molienda, quæ Dauidi cladem & calamitatem adferrent; diſſipauit Deus hominis conſilium, iudicio ſuo prudentis, & bellè (vt illi quidem videbatur) ſtructas animi cogitationes prouidentiaſque eluſit. Itaque homo infelix, os & guttur, per quæ verba in hominum aures inſtillauerat, laqueo ſtringenda & exanimanda putauit. Hic ſanè docere poteſt atque ex alta illa trabe, in qua pependit, ad memoriam poſteritatis monere, eſſe fallaces hominum prouidentias, & Deum diſſipare cogitationes malignorum. Scimus enim quàm multa aſſiduè audeant homines, & præter ius & fas machinentur, vt ſuis artibus totum mundum peruertant, vt ſe tyrannicè efferant, ad viros probos ac ſimplices conculcandos. Quid ergo nobis miſerius, ſi in tanta libidine permiſſâ illis eſſet exequendi libertas? At vbi ex alto pronuntiat Deus, ſuarum eſſe partium, diſcutere quidquid decernunt, & in nihilum redigere quidquid deliberant; nihil obſtat quo minùs ipſis feruidè tumultuantibus, quietem colamus. Quia ſubdit:

11. *Conſilium autem Domini in æternum ma-*

Dei conſilium de ſuis iuuandis, manet ratum & fixum.

net.] Scilicet de impiorum conatibus in medio curſu infringendis, & cultoribus ſuis opportuno præſidio ſubleuandis, & ex omni tribulatione & perſecutione, quâ iniuſtè premuntur, mirificè ac glorioſè liberandis: vult enim ſignificare Dauid, nulla tam metuenda eſſe mala, nihil tam noxium, nullos tantos moleſtiarum fluctus, in quibus non tueatur ſuos Deus admirabili & inexplicabili fidelitate. Cùm ergo nobis hoc ſtabile Dei conſilium ſeu decretum ritè propoſitum ſit, ſcilicet Deum ſuos tueri velle, & eripere ex omnibus periculis; quidquid moliantur in perniciem noſtram impij, non eſt quòd terreamur eorum conatibus: quia ſimul ac Deus ſe oppoſuerit, nulla erit aſtutia, quæ eius conſilium eludat. *Protectione enim Dei impetratâ* (inquit S. Cy-

ANNOTATIONES CORDERII.

S. Cyprianus de Orat. Dominica) *contra omnia quæ diabolus & mundus operantur, ſecuri ſtamus & tuti. Quis enim ei de ſæculo metus eſt, cui in ſæculo Deus tutor eſt? Meritò igitur Dauid acclamat:*

Beati, quibus Deus Dominus eſt.

12. *Beata gens cuius eſt Dominus Deus eius.*] Scitè notat Ianſenius, malè quoſdam hanc orationem ſic ordinare, vt dictio *Dominus* conſtruatur ante verbum *eſt*; dictio verò *Deus*, poſt, in hunc modum, *Beata eſt gens, cuius Dominus eſt Deus eius.* Nam tum ex Græcis, tum ex Hebræis, patet manifeſtè ſic ordinandam orationem, *Beata gens cuius Deus eius eſt Dominus:* hoc eſt, quæ pro ſuo Deo habet & cognoſcit eum, qui eſt verè omnium Dominus. Nam Græca habent articulum ad nomen *Deus*, non autem ad nomen *Dominus*, ὅτι κύριος ὁ θεὸς αὐτοῦ. Articulus enim indicat id quod præconſtrui debet, & de quo aliquid dicitur. Hebræa autem pro *Dominus*, habent nomen tetragrammaton quod proprium eſt vero Deo, ita vt relatiuum *cuius* non poſſit regi à nomine *Dominus*, ſed à nomine *Deus*. Fefellit eos ſecundum relatiuum *eius*, quod etiam à nomine *Deus* regitur. Sed hoc ex phraſi Hebraica additum eſt, alioqui ſuperfluum quod ad ſenſum attinet. Nam Hebræis eſt frequens, duo relatiua hoc modo pro vno ponere. Idem dicendum eſt de ea oratione quæ eſt in Pſalmo XXXIX. *Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius.* & quæ eſt in Pſalmo CXLV. *Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius.* Senſus enim eſt, Beatus eſt ille, cuius ſpes eſt nomen Domini. Et, beatus eſt, cuius adiutor eſt Deus Iacob, id eſt, quem Deus verus in tutelam ſuſcepit. Rectè igitur Propheta ex dictis de potentia, bonitate ac ſapientia Dei, cum epiphonemate & admiratione exclamando concludit, beatum eſſe populum, cuius Deus non ſit idolum aliquod inutile, abſque potentia, bonitate aut ſapientia; ſed potentiſſimus ille rerum omnium conditor, optimus conſeruator, & ſapientiſſimus gubernator, & qui viciſſim ab eodem Deo ſingulariter electus ſit in gentem ſanctam ſuo cultui dedicatam, in populum acquiſitionis magno pretio redemptum, & propriam quaſi hereditatem, iuxta illud: *Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius.* Hinc illa magnifica Dei pollicitatio ad ſpem & fiduciam erigentis: *Noli timere, quia te redemi, & vocaui te nomine tuo, meus es tu.* Quæ verba dulciſſima ſunt, & mirificâ iucunditate complent animum. Res Dei ſumus, ad illum pertinemus, nocere nobis nemo poteſt, quin eo ipſo Dei potentiam irritet. *Meus*, inquit, *es tu*, ſingulari quadam ratione, non eo tantùm modo, quo cælum & terra ipſius ſunt, quòd demiurgus & architectus ſit omnium; ſed *quia*, inquit, *redemi te, noli timere.* Cruor ipſe purpureus Agni immaculati, pretium illud immortale & incomparabile, quod niſi Deus æquare nihil poteſt, altè clamat, *Noli timere*; & (vt S. Cyprianus de Exhortat. martyrij cap. 10. ait) *ſecuritatem nobis & protectionem pollicetur.* Eòdem ſpectat quod ſequitur:

Pſal. 39, 5.

Pſal. 145, 5.

Fideles ſunt Dei poſſeſſio, & hereditas.

Deut. 32, 8.

Iſa. 43, 1.

Deus omnia intuetur, quantumuis à cælo remota & occulta.

13. *De cælo reſpexit Dominus, vidit omnes filios hominum.*] Locum hunc ſuperiùs in Catena S. Baſilius illuminans, Deum vocat ὑψηλὸν θεατὴν, *ſublimem inſpectorem*, ex alto res mortalium diſpicientem. Quocumque, inquit, perges, quodcumque demum efficies opus, ſiue in tenebris, ſiue in diei luce, ſemper habes oculum Dei ἐπισκοποῦντα, *ſuperintendentem.* Sancti Patres hanc conſiderationem mirificè inculcant, vt opportunam ad continendum animum in officio, & excitandum ad fugam vitiorum, quibus intuentis omnia Dei maieſtas violetur. Itaque de oculo Dei mirifica dicunt, & deſcribunt non ſimilem noſtris, ſed eiuſmodi, quem inprimis nulla ſpatia locorum à videndo & cognoſcendo impediant. *Dei oculus* (inquit Syneſius epiſt. 44.) πάντως διὰ πάντων ἥκει, *omnino per omnia penetrat ac peruadit:* vt ædilis diligens, & venerandus quidam cenſor, rebus humanis intereſt, negotia omnia diſcurit atque examinat, vnde *cenſorium lumen* illi tribuit Tertullianus lib. de Virginib. velandis cap. 15. Perſarum olim magni reges delectos habuere viros, quos nominabant ὀφθαλμοὺς καὶ ὠτακουστὰς, *oculos aureſque regis*, quibus in luſtrandis inſpiciendiſque prouincijs vtebantur, cùm vbique adeſſe non poſſent ad res beatè feliciterque moderandas: Deus autem mundi Imperator non indiget otacuſtis, alieniſque oculis, ad omnium rerum ſtatum cognoſcendum, cùm vbique omnia perfectiſſimè intueatur. Id quod Propheta magis adhuc inculcans, ſubdit:

Impij fingunt ſibi Deum res noſtras non curare.

Iob 22, 13.

14. *De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes qui habitant terram.*] Proſequitur eamdem doctrinam, non verſari ſcilicet fortuitò res humanas, ſed Deum occultè dirigere quidquid agitur. Porrò Dei intuitum ideò commendat, vt nos viciſſim fidei oculis inuiſibilem eius prouidentiam aſpicere diſcamus. Aiebant olim impij apud Iobum: *Quid nouit Deus? & quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cæli perambulat.* Imaginabantur ſcilicet veſani illi inter nos & Deum chaos magnum nubium firmatum eſſe, &, ſicut ipſe nos latet, ita & nos latere eum: & ad ſummum cæleſtia noſſe, cæleſtibus prouidere; nos verò non agnoſcere, aut, ſi fortè agnoſcit, omnino contemnere. Ex hoc errore multa hominibus acciderunt incommoda; quia liberiùs atque impudentiùs peccabant, cùm ſcelerum ſuorum nullum putarent eſſe teſtem, qui interna peruideret conſilia, & quæ in occultis fiunt, nihil habitura eſſe ſupplicij. Hanc ergo indignitatem caſtigat Propheta, quia nulla grauior Deo fieri poteſt iniuria, quàm vbi cælo otioſus includitur, aut rerum illi humanarum prouidentia negatur. Vt autem veſanam iſtam opinionem animis hominum eximeret, ſignificat, cælum non ad delicias, (vt ſomniant Epicurei) otioſum eſſe palatium, ſed regiam, è qua imperium ſuum Deus per omnes mundi partes exerceat. Quòd ſi in cælorum ſacrario, velut præparato quodam habitaculo, ſedem ſibi ad orbem inde commodiùs regendum collocauit; ſequitur ipſum minimè negligere res humanas, ſed ſummâ ratione & ſapientiâ eas moderari. Vt autem tantum Deum, cui in cælo veluti ſolium, vnde vniuerſa inſpiciat, attribuitur, intimos quoque animorum noſtrorum receſſus, & occultas mentium cogitationes penitus exploratas habere cognoſcamus; id ex ipſamet cordis noſtri fabricatione conuincit, cùm ſubdit:

Deus è cælo, velut regio throno, cuncta moderatur.

15. *Qui finxit ſigillatim corda eorum.*] Græcè κατὰ μόνας; in Hebræo eſt, יחד *iachad*: quod non-

ANNOTATIONES LORINI.

nonnulli intellexerunt ac ſi eſſet, *ſimul:* vnde Aquila, & Quinta editio verterunt, ἅμα; Symmachus, ὁμοῦ; S. Hieronymus, *pariter*. Sed benè notat Agellius, non abſque accurata ratione Septuag. quamuis ſic aliàs eam vocem vertere ſoliti ſint, hoc loco vertiſſe κατὰ μόνας, *ſigillatim:* eo conſilio nimirum, ne ambigua ſignificatio verbi lectorem quaſi tranſuerſum ageret, atque ad intelligentiam non rectam perduceret. Poterat enim hic ſenſus ex verbis colligi, quaſi Deus ſimul omnia corda finxerit; hoc eſt, ſimul omnes animas rationales condiderit. Quæ ſententia olim Origenis fuit, & ab Eccleſiaſticis viris exploſa eſt. Hebræi illud יחד *iachad*, id eſt *ſimul*, non ad fictionem ſeu formationem, ſed ad intelligentiam referunt, & ſuperioribus verbis adiungunt, vt ſit: *De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſimul ſuper omnes qui habitant terram, qui finxit corda eorum.* Ex quo colligitur, etiam Hebræos abſurdam putaſſe Origenis de animarum creatione ſententiam, cùm traiectione verborum, etiam durâ, illam euitandam putarint. Alij, non traiectione & hyperbato, ſed diuersâ ſignificatione verbi *finxit*, vitare ſtudent hanc peruerſi dogmatis ſententiam. Nam הַיֹּצֵר *haiotſer* vertunt, *qui reponit* ſeu *recondit*. Sed ſi intelligunt ita eſſe in eius manu corda hominum, vt quæ in alicuius diuitis hominis theſauris repoſitæ ſunt opes, concedi poteſt; ſin putant conditas ſimul animas in Dei theſauris contineri, indeque vt ad corpora veniant, depromi, in eamdem ſententiam relabuntur. Ceterùm Septuag. verſio facillimè ex his ſcopulis euadit, qui vocem יחד *iachad*, non ὁμοῦ, aut ἅμα, quod eſt *ſimul*, ſed κατὰ μόνας tranſtulerunt, id eſt, *ſigillatim*. Atque hinc Baſilius, contrariam Origeni ſententiam ſecutus, aſſerit Catholicum dogma maximè confirmari, ſingulis nempe corporibus creatis, & ad animæ receptionem paratis atque formatis, à Deo ſingulas animas creari & immitti, & hoc eſſe, *Qui finxit ſigillatim corda eorum*. Paulò aliter hoc explicat Euſebius, his verbis, Κατὰ μόνας εἶπε, ἀντὶ τοῦ ἀφωρισμένως καὶ κεχωρισμένως παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα. Καρδίας δὲ λέγων τοὺς λογισμούς, ἐδήλου καὶ ὅτι ἀφωρισμένως ἕκαστος ἄνθρωπος ὥσπερ ταμεῖον ἀποκεκλεισμένον ἔχει τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν, ὡς μηδένα δύνασθαι ἑτέρου καταλαμβάνειν λογισμούς. *Sigillatim dictum eſt pro eo quod eſt, diſcretè, & ſeorſim ab alijs animantibus. Corda etiam ipſius cogitationes appellando, ſignificauit ſingulos quoſque homines diſcretè tamquam promptuarium ſecluſum mentem ſuam & animam habere, vt nemo alterius cogitationes cognoſcere queat, niſi ſolus Deus.* Quomodo hic locus etiam ſuperiùs in Commentario explicatus eſt. Alium quoque ſenſum habere hæc verba poſſunt, Deum ſcilicet ſigillatim finxiſſe corda hominum, hoc eſt, ſeorſim, nullo adiumento, aut ſubminiſtrantium aut adiuuantium Angelorum, quod Baſilides putauit. Solus etiam, quia non alius creator aut Deus id effecit: vt ſit idem κατὰ μόνας, quod μόνος, *ſolus*, nullis alterius adminiculis. Hanc expoſitionem probauit etiam Iſidorus Peluſiota, dicens, Οὐ δεηθεὶς ἑτέρου βοηθοῦντος ἐποίησεν, *non altero adiuuante indigens, fecit.* Quomodo etiam Apollinarius expoſuit hunc locum:

Deus non ſimul omnes animas creauit.

Deus ſigillatim ſingulas animas creat.

Deus ſolus ſine cuiuſquam adiutorio animas creat.

Ὃς ζωητῶν κραδίην παλάμῃ πλάσατο μοῦνος.
Qui mortalium cor manu fabricauit ſolus.

Hebræum autem יחד *iachad* etiam *ſolum*, & *per ſe, ac ſine alio* ſignificare patet ex illo loco Eſdræ: *Nos ipſi ſoli ædificabimus*, vbi in Hebræo eſt יחד *iachad*. Quod ſi hanc vocem *ſigillatim*, non ad fingentem Deum retulerimus, ſed ad corda quæ ille finxit; non ineptè intelligemus corda hominum ſigillatim ficta, idem eſſe ac diſtinctè omnia corda tanquam in manu fictoris comprehenſa, vim & intelligentiam eius effugere non poſſe. Et hunc ſenſum confirmat Hebræa lectio, in qua præſenti verbo poſitum eſt, *Qui fingit ſigillatim corda eorum*, & quæ in eamdem ſententiam ſequuntur: *Qui intelligit omnia opera eorum*; ſignificans figmentum ſuum illi notiſſimum eſſe, neque ab ipſo fictore ſuum opus abſcondi poſſe. Atque hic eſt propriè ſenſus litteralis huius loci. Spiritali verò ſenſu, illud κατὰ μόνας, quod Euſebius interpretatur κεχωρισμένως, *ſeorſim ac ſeparatim*, cum commentatore Græco ſuperiùs poſito, Euthymius & Baſilius Magnus de cordis puritate & ſimplicitate exponunt: quòd nimirum Deus ſeparata ab omni impuritate corda effinxerit. Vnde ſequi neceſſe eſt, vt omnes ſibi perſuadeant, omni ratione conandum eſſe, vt cor noſtrum Numinis domicilium caſtimoniæ ſplendore colluceat, nec illius ingenua ſanctitas & conſecratione Dei affuſa, vllâ ſorde contaminetur. Cor enim noſtrum eſt diuinæ mentis ſacrarium, à prima ſui molitione Deo votum, & religioſè inauguratum, à quo debet exulare omnis turpitudo, & impuræ libidinis flagitium.

1. E[illegible]

Cogitationes corum noſtras, Dei notitiam effugere non poſſunt.

Cor ſeorſim conditum tamquam Deo ſacrum.

16. *Non ſaluatur rex per multam virtutem.*] Vel, vt vertit D. Hieronymus. *in multitudine exercitus. Et gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ*, hoc eſt, *fortitudinis ſuæ*, vt habet Caſſiodorus. Quibus verbis, paucis quidem, verùm ſummo iudicio delectis, multa eſt complexus, quibus homines, cæleſtium incurioſi, & carnem brachium ſuum ponentes, vulgò fidere conſueuerunt. Quidam in gigantæo robore, in viribus corporis, in valetudine, in laboris induſtria, ſpem reponere non mediocrem ſolent, vt Milones quidam Crotoniatæ, vt noui Briarei, vt gigantes à ſæculo famoſi. At *gigas*, vt dicit Vates pius, *non ſaluabitur* in fortitudine ſua, nec lacertis toriſque humerorum grandibus, non gladiatoriâ totius corporis firmitate, non pennatis pedibus, non armorum crepitu, non vægrandi ſcuto, cladem & damnum, vimque inimicam fugiet. Illi in diuinis Litteris de ſtirpe Enácim robuſti, Alpinis abietibus pares, quorum caput nubibus coronabatur, illi turres animatæ, qui chalybem gerebant in præcordijs, quoſque Baruch *ſcientes bellum* nominat, hoc eſt, maximè in prælio formidandos, oppreſſi, fulminati & abiecti terram momorderunt, vt non niſi teſtandæ calamitatis cauſsâ, eorum memoria tranſmiſſa ad poſteros videatur.

Humana præſidia fallacia ſunt, & iuuant parum.

Baruch 3. 26.

17. *Fallax equus ad ſalutem.*] Quæ Vatablus ex Hebræo vertit, *mendacium eſt ipſe equus*, vel vanitas eſt equus ad ſecuritatem ſalutemque tribuendam. Vnde ſapienter D. Auguſt. ad hunc locum: *Cùm tu vides*, inquit, *equum benè formatum, bonis viribus, magno curſu præditum, iſta omnia velut promittunt tibi de illo ſalutem: ſed fallunt, ſi Deus non tuetur.* Achab rex Iſraël niueos habebat equos pulcherrimos, ad currum

tium iugatos, quibus, cùm Syri vehementem impreſſionem facerent, e prælio celerrimo curſu fugiebat: ſed ecce miles telum in prætereuntem mittens, impoſuit illi plagam lethalem, qua miſerrimus princeps cruore ſuo inuolutus, ad noctem occubuit. *Mendacium* planè eſt quo nituntur homines improuidi, & cæleſtium ignari, cùm in humanis illis adiumentis confidunt. Illa eſt vera & propria Chriſtianorum hominum gloriatio: *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus.* Id eſt, in humanis illi fidunt, nos autem Dei præſidio freti, eius auxilium implorabimus. Cùm enim nec fortis nec potens per virtutem ſuam ſaluetur; quid reſtat, niſi quod S. Auguſt. ſuggerit ad hunc locum? *Ad Dominum omnes, in Deo omnes. Spes tua Deus ſit, fortitudo tua Deus ſit, firmitas tua Deus ſit, exoratio tua ipſe ſit, laus tua ipſe ſit, finis in quo requieſcas, ipſe ſit; adiutorium cum laboras, ipſe ſit.* Nihil enim extra Deum, aut ſolidum, aut magnum, aut etiam verum, in quo mens hominis poſſit confidere; cùm neque rex ſuis copijs, nec gigas ſuo robore, ſimul ac vertum fuerit ad diſcrimen, ſaluus euadat; ſed nec equus quidem velociſſimus, ad ſalutem fugâ quærendam opportunus ſit, aut ſecurus. Poſſis etiam cum S. Auguſtino per *equum* hic accipere figuratè quamlibet ſæculi huius amplitudinem, & quemlibet honorem, in quem ſuperbus aſcendit: & quò altiùs ingreditur, eò ſe non tantùm celſiorem, ſed etiam tutiorem falsò putat. Quomodo enim ipſum deijciat neſcit, tantò eliſum grauiùs, quantò ſublimiùs ferebatur. Vnde ſequitur, fruſtrà totum genus humanum, relictâ Dei prouidentiâ, ad terrenas opes circumſpicere, nuſquamque eſſe vſpiam ſolidi præſidij, donec in Deo ſolo quiſ habet ſpem omnem & fiduciam ſuam collocet.

Pſal. 19. 8.

In ſolo Deo ſalus.

18. *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum,* &c. Felices planè, qui diuinæ tis inſpectione merentur, quibus protegendis & conſeruandis tota inuigilat Dei prouidentia! *Ad ſtellam enim* (inquit Saluianus lib. 2. de Prouidentia) *diuinitatis propria, manus eſt cura, vel tutela humana.* Oculos ergo Dei ad ſeruandos ſuos cultores intentos eſſe docens, de præſenti eius auxilio certos reddit, modò ſub eius prouidentia quieti maneant. Hinc clariùs elucet, quàm verè prius dixerit, *beatam eſſe gentem, cuius eſt Dominus Deus eius:* quia nimirum extra ipſum quidquid virtutis & opum ſuppetat, inane, fallax & euanidum erit: ipſe autem ſolo intuitu fideles ſeruos ſuos protegit, ſuccurrit eorum inopiæ, famelicos paſcit, mortique deſtinatos viuificat. Pulchrè ad hunc locum S. Auguſt. *Non,* inquit, *de virtute, non de viribus, non de honore, non de gloria, non de equo. Vnde quò ibo? vbi inueniam vnde ſaluus ſim? Noli diu quærere, noli longè. Ecce oculi Domini ſuper timentes eum. Videtis quia ipſi ſunt, quos proſpexit de habitaculo ſuo. Ecce oculi Domini ſuper timentes eum, ſperantes ſuper miſericordia eius; non de meritis ſuis, non de virtute, non de fortitudine, non de equo, ſed de miſericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum. Vitam æternam promittit. Quid in iſta peregrinatione? Nunquid deſerit? vide, quid ſequitur: Et alat eos in fame. Tempus famis eſt modo, tempus ſaturitatis pòſt erit. Qui nos in fame huius corruptionis non deſerit, immortales factos quomodo ſatiabit?* Sic ille.

ANNOTATIONIS COPERTI

Deus ſolum tuum gens.

Verſ. 12.

IN PSALMVM XXXIII. ARGVMENTVM.

ά. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐναντίον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθεν.

1. Pſalmus Dauid, cùm immutauit vultum ſuum coram Abimelech, & dimiſit eum, & abijt. 1. Reg. 21.

Ἐπὶ δύο ὑποθέσεις ἡμᾶς ἕλκει ἡ ἔννοια τοῦ ψαλμοῦ. Τὰ τε ἐν τῇ Νοβᾷ τῇ πόλει τῶν ἱερέων γενόμενα, τά τε ἐν Γὴθ παρὰ τοῦ Ἀγχοὺς βασιλεῖ τῶν ἀλλοφύλων. Ἠλλοίωσε γὰρ αὐτοῦ τὸ πρόσωπον· ἢ, ὡς Σύμμαχος, τότε μετεμόρφωσε τὸν τρόπον αὐτοῦ. διὰ τὸ ἐρωτηθέντα κρύψαι τὴν φυγὴν, προστάγματι δὲ ὑπουργεῖν βασιλέως προφασίσασθαι. Ὁ γὰρ τὸ φεύγοντος πρόσωπον μὴ ἐπιδείξας ὡς φεύγων, ἀλλ᾽ ὡς ἀποσταλεὶς, ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον, τὴν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ κατάστασιν. Ὁ δὲ Ἀκύλας ἐκδοὺς, Ὅτε ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ, ἑτέραν παρίστησιν ἔννοιαν τῆς ἀλλοιώσεως. Ἡ γευσάμενος γὰρ τροφῆς γευσάμενος, καὶ τῶν ἱερατικῶν ἄρτων, οἷς οὐκ ἐξὸν ἦν χρήσασθαι

Pſalmi huius intellectus, ad duo argumenta nos trahit. Partim ſcilicet ad ea quæ apud Noben ciuitatem ſacerdotum; partim ad ea quæ apud Geth, ab Achis rege alienigenarum geſta ſunt. Nàm tunc mutauit faciem ſuam, ſiue, vt Symmachus, transformauit morem ſuum, eò quòd *interrogantem celaret fugam ſuam, & regio ſe mandato obſequi ſimularet. Qui enim fugiens faciem ſuam non oſtendebat, tamquam fugientis, ſed tamquam miſſi, mutabat faciem ſuam, animi ſcilicet propoſitum. Aquila verò exponens,* quando immutauit guſtum ſuum, *alium ſenſum pandit verbi* mutauit. *Cùm enim ſanctum cibum & panes conſecratos deguſtauit, quibus non niſi ſolis*

Quomodo dicatur Dauid faciem mutaſſe.

PARAPHRASIS PATRVM.

ſolis ſacerdotibus vti fas erat, guſtum ſuum immutauit. Mutauit verò etiam faciem ſuam, quando in medijs hoſtibus derelictus (quoniam ipſos ad vltionem comparatos eſſe ſentiebat) ſtultitiam ſimulauit, vt etiam ſaliuæ ei deſluerent, & oberraret vt amens. Cùm autem Abi-
Marci 2,26 *melech duo nomina haberet, Chriſtus eum in Euangelijs Abiathar appellat. Eſt autem Abimelech nomen commune regum Geth; vt apud Romanos Cæſar, & apud Ægyptios Pharao. Cuilibet autem erat aliud quoddam proprium, vti huic Anchus. Quidam alius etiam Pſalmum hunc de Ezechia intelligit, propter id quod ait:*
Verſ. 7. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum; *tamquam quod rebus iſtius temporis magis congruat.*

εἰ μὴ ἱερεῦσιν, ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ. Ἠλλοίωσε δὲ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ὅτε ἐν μέσοις τοῖς πολεμίοις ἀπειληφθεὶς (ἐπεὶ ᾔσθετο παρεσκευασμένους εἰς ἄμυναν) ὑπεπλάσατο μωρίαν· ὥστε καὶ σίαλον ἀπορρεῖν, καὶ περιφέρεσθαι ὡς ἔκφρονα. Διώνυμος δὲ ὢν ὁ Ἀβιμέλεχ, Ἀβιάθαρ αὐτὸν ὁ Χριστὸς ἐν εὐαγγελίοις καλεῖ. Ἔστι δὲ Ἀβιμέλεχ κοινὸν ὄνομα τῶν βασιλέων τῆς Γέθ, ὡς τὸ Καῖσαρ τῶν Ῥωμαίων, καὶ Φαραὼ τῶν Αἰγυπτίων. ἴδιον δὲ ἑκάστῳ ἄλλο, ὡς τούτῳ τὸ Ἀγχούς. Ἕτερος δὲ τοῦτον τὸν ψαλμὸν εἰς Ἐζεκίαν ἐκλαμβάνει, διὰ τὸ, Παρεμβαλεῖ ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν· ὡς τοῖς τότε μᾶλλον ἁρμόζοντος πράγμασι.

PARAPHRASIS.

2. BENEDICAM Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.

Et fugiens, inquit, & perſequens, & in ſecundis rebus, & in aduerſis, Dominum meum laudo.

3. In Domino laudabitur anima mea.

Quoniam ipſe illuſtrem me fecit, & conſpicuum faciet.

Audiant manſueti & lætentur.

4. Magnificatè Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipſum.

Non patitur vt ipſe ſolus hymnum texat; ſed manſuetudinis conſortes, hymnodiæ quoque conſortes facit. Deinde gratiarum agendarum cauſſam demonſtrat, dicens:

5. Exquiſiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Supplicaui, inquit, ipſi, & calamitates ſuperaui.

6. Accedite ad eum, & illu-

α΄. ΕΥΛΟΓΗΣΩ τὸν κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, διαπαντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου.

Καὶ φεύγων, φησὶ, καὶ διώκων, καὶ ἐν εὐπραγείᾳ, καὶ δυσπραγείᾳ, τὸν ἐμὸν δεσπότην ὑμνῶ.

γ΄. Ἐν τῷ κυρίῳ ἐπαινεθήσεται ἡ ψυχή μου.

Ὅτι αὐτὸς ἐμὲ πεποίηκε περιφανῆ, καὶ ποιήσει περίβλεπτον.

Ἀκουσάτωσαν πραεῖς, καὶ εὐφρανθήτωσαν.

δ΄. Μεγαλύνατε τὸν κύριον σὺν ἐμοὶ, καὶ ὑψώσωμεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό.

Οὐκ ἀνέχεται μόνος ὑφῆναι τὸν ὕμνον, ἀλλὰ τοὺς κοινωνοὺς τῆς πραότητος, κοινωνοὺς ποιεῖται τῆς ὑμνῳδίας· εἶτα τῆς εὐχαριστίας ὑποδείκνυσι τὴν αἰτίαν, λέγων·

ε΄. Ἐξεζήτησα τὸν κύριον, καὶ ἐπήκουσέ μου, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεών μου ἐρρύσατό με.

Ἱκέτευσα, φησὶν, αὐτὸν, καὶ κρείττων ἐγενόμην τῶν συμφορῶν.

ς΄. Προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, καὶ φωτίσθη-

φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

Ὁ γὰρ μετὰ πίστεως αὐτῷ προσιὼν, φωτὸς ἀκτῖνας δέχεται νοερᾶς. Οὕτω καὶ Μωϋσῆς ὁ μέγας τὸ ὁρώμενον πρόσωπον ἐδοξάσθη. Τοῦτο καὶ ἤδη προείρηκεν ὁ θεῖος γε Δαβίδ, Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε. Οὕτω προτρέψας τοὺς ὁμοτρόπους ἀρχέτυπον αὑτὸν προτίθησιν ἐκείνοις.

ζ. Οὗτος ὁ πτωχὸς ἐκέκραξε, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ ἔσωσεν αὐτόν.

Μάθετε, φησὶν, ἐκ τῶν κατ' ἐμὲ, θαῤῥεῖν περὶ τὸν ὅλων θεόν. Εὐτελῆ γὰρ ὄντα με καὶ προβατεία, τῆς οἰκείας προμηθείας ἠξίωσε, καὶ κρείττονα τῶν πολεμούντων ἀπέφηνε.

η. Παρεμβαλεῖ ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς.

Κατὰ τὸ, Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

θ. Γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος· μακάριος ἀνὴρ, ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν.

Εἰρηκὼς προσέλθετε, προτρέπεται καὶ γεύσασθαι· τῇ πείρᾳ, φησὶ, μάθετε τὴν ἀγαθότητα τοῦ δεσπότου. Αἰνίττεται δὲ τὴν τῶν θείων μυστηρίων χάριν· τῇ δὲ οὕτω τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα δείκνυσιν, ὥστε γενέσθαι τῶν οἰκείων προβάτων τροφὴν ὁμοῦ καὶ πηγήν.

ι. Φοβήθητε τὸν κύριον πάντες οἱ ἅγιοι αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.

ια. Πλούσιοι ἐπτώχευσαν, καὶ ἐπείνασαν· οἱ δὲ ἐκζητοῦντες τὸν κύριον, οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ. ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Σύμφωνα καὶ ταῦτα τοῖς ἄνω ῥηθεῖσι. Παραινεῖ γὰρ τοῖς ἤδη τὸν ἁγιασμὸν διὰ τοῦ βαπτίσματος δεξαμένοις, φόβῳ τὴν ἀγάπην κεράσαι, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀφθονίαν προσμένειν παρὰ μόνου θεοῦ. Ὁ γὰρ πλοῦτος πολλὰς ἔχει τὰς μεταβολὰς, καὶ ὁ σήμερον πλούσιος, αὔριον πένης. Καὶ Ἰου-

minamini: & facies veſtræ non confundentur. PARAPHRASIS PATRVM.

Qui enim cum fide ad eum accedit, ſpiritalis lucis radios accipit. Sic etiam magni Moyſis viſibilis facies glorificata eſt. Hoc etiam ſanctus Dauid iam prædixit, dicens, *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Hoc modo ſui ſimiles adhortatus, ſeipſum exemplar ipſis proponit. *Accedens ad Deum, ab eo illuminatur.* Pſal. 4, 7.

7. Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius, ſaluauit eum.

Diſcite, inquit, ex his quæ mihi acciderunt, vniuerſorum Deo fidere. Cùm enim vilis, & ouium paſtor fuerim, prouidētiâ ſuâ me dignatus eſt, & hoſtibus ſuperiorem reddidit.

8. Immittet angelus Domini, in circuitu timentium eum: & eripiet eos.

Iuxta illud, *Quoniam angelis ſuis mandauit de te*, &c. Pſal. 90, 13

9. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus: beatus vir, qui ſperat in eo.

Poſtquam dixit, *Accedite*, inuitat etiam, dicens, *Et guſtate*: hoc eſt, ipſâ experientiâ cognoſcite bonitatem Domini. Ceterùm diuinorum myſteriorum gratiam innuit; per hanc nimirum ſic bonitatem ſuam demonſtrat, vt ipſe propriarum ouium cibus ſimul & fons factus ſit. *Deus nobis guſtandus.*

10. Timete Dominum omnes ſancti eius: quoniam non eſt inopia timentibus eum.

11. Diuites eguerunt & eſurierunt: inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono.

DIAPSALMA.

Quin & hæc ijs quæ ſuperiùs dicta ſunt, conſonant. Admonet enim eos qui per baptiſma iam ſanctimoniam conſecuti ſunt, vt timore amorem temperent, & bonorum affluentiam à ſolo Deo expectent. Diuitiæ enim multis mutationibus ſunt obnoxiæ, & qui hodie diues eſt, cras inops efficitur. Quin & Iudæi, *Amor timore temperandus.*

PARAPHRASIS PATRVM.

dæi, cùm olim Dei prouidentiâ ditati eſſent, pauperes facti ſunt: Gentes verò quæ crediderunt, bonorum affluentiam à Deo receperunt.

δαῖοι δὲ πάλαι τὴν κηδεμονίαν τοῦ θεοῦ πλουτήσαντες, ἐπτώχευσαν· τὰ δὲ πιστεύσαντα ἔθνη, παρὰ τοῦ θεοῦ τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀφθονίαν ἔλαβον.

12. Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos.

ιβ´. Δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς.

13. Quis eſt homo qui vult vitam? diligit dies videre bonos?

ιγ´. Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωήν; ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς;

Poſtquam vitam mœroris expertem ac deſideratiſſimam, quaſi quid amari dignum propoſuit, iam ad certamina hortatur.

Καὶ προτεθεικὼς οἷόν τι ἄλλο ἀξιέραστον, τὴν ζωὴν τὴν ἄλυπον καὶ τερπνοτάτην, ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας προτρέπει.

14. Prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum.

ιδ´. Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον.

15. Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & perſequere eam.

ιε´. Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν.

Primùm fugienda ſunt mala; deinde bona proſequenda.

Primùm diſſuadet malitiam; deinde virtutis ſpecies exercere iubet. Ac primùm quidem linguam, vt lubricum membrum, ab omni dolo & nequitia mundam conſeruare præcipit: linguę autem labia connectit, vt quę & motibus illius ſubſeruiunt. Deinde verò actum malitiæ vetat: *Declina* enim, inquit, *à malo*. Poſtmodum bona opera præſcribit: *Fac* enim, inquit, *bonum*. Quod verò caput eſt bonorum? *Quære*, inquit, *pacem*, *& perſequere eam*. Qui enim pacem amplectitur pacificus erga omnes, neque clanculùm res proximi ſurripit, neque cædem machinatur, neque alieno thoro inſidias ſtruit, non malè dicit, non malè agit. Deinde rurſus horum fructum oſtendit:

Προτρέπει ἀποφυγεῖν τῆς κακίας, εἶτα οὕτω τὰ εἴδη τῆς ἀρετῆς μετιέναι κελεύει. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν γλῶτταν, ὡς εὐόλισθον μόριον, καθαρεύειν παντὸς δόλου καὶ πονηρίας παρεγγυᾷ. τῇ γλώττῃ δὲ τὰ χείλη συνάπτει, ὡς καὶ αὐτὰ συνεργοῦντα τοῖς ἐκείνης κινήμασι. Δεύτερον δὲ τῆς κακίας ἀπαγορεύει τὴν πρᾶξιν· Ἔκκλινον γάρ, φησιν, ἀπὸ κακοῦ. Εἶτα τὴν ἀγαθὴν ἐνέργειαν νομοθετεῖ· Ποίησον γάρ, φησιν, ἀγαθόν. Τί δὲ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν; Ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Ὁ γὰρ εἰρηνικὸς πρὸς ἅπαντας εἰρήνην ἀσπαζόμενος, οὔτε κρύβδην τὰ τῶν πέλας ὑφαιρεῖται, οὔτε μιαιφονίας κατατολμᾷ, οὐ γάμοις ἐπιβουλεύει, οὐ λέγει κακῶς, οὐ πράττει κακῶς. εἶτα πάλιν δείκνυσι τὸν τούτων καρπόν.

16. Oculi Domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum.

ιϛ´. Ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν.

17. Vultus autem Domini ſuper facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.

ιζ´. Πρόσωπον δὲ κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν.

Deus iuſtos & impios contrario modo aſpicit.

Aſpiciuntur, inquit, hìc à Domino Deo, qui iſta faciunt: & qui bona petunt, petitis potiuntur. Deinde à contrario hæc confirmat, & ait: Quoniam aſpicit etiam eos qui contraria committere audent, & interitus ſententiam contra ipſos pronuntiat.

Ἐποπτεύονταί, φησιν, οἱ ταῦτα δρῶντες ὑπὸ τοῦ δεσπότου θεοῦ, καὶ αἰτοῦντες ἀγαθὰ τυγχάνουσι τῆς αἰτήσεως. Ἔπειτα ἀπὸ τοῦ ἐναντίου ταῦτα κρατύνει, καί φησιν, Ὁρᾷ δὲ καὶ τοὺς τἀναντία τολμῶντας, καὶ τὴν πανωλεθρίας κατ᾽ αὐτῶν ἐκφέρει τὴν ψῆφον.

18. Clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos: & ex om-

ιη´. Ἐκέκραξαν οἱ δίκαιοι, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐτῶν, καὶ ἐκ πα-

σῶν

σῶν τῶν θλίψεων αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτούς.

ιθ΄. Ἐγγὺς κύριος τοῖς συντετριμμένοις τῇ καρδίᾳ, καὶ τοὺς ταπεινοὺς τῷ πνεύματι σώσει.

Πάρεστι, φησι, τοῖς δικαίοις ὁ δεσπότης, καὶ τὰς τούτων ἀσμένως δέχεται προσευχάς. Διαφερόντως δὲ κήδεται τῶν μετρίῳ φρονήματι κεχρημένων· τούτους γὰρ συντετριμμένους τῇ καρδίᾳ ἐκάλεσε. Τοῦτο καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει ψαλμῷ· Καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει.

κ΄. Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ κύριος.

κα΄. Φυλάσσει κύριος πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν, ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ συντριβήσεται.

Συγχωρεῖ μὲν αὐτοὺς εἰς τὸ τῶν θλίψεων κατιέναι γυμνάσιον· ἐπαρκεῖ δὲ, καὶ κρείττους ἀποφαίνει τῶν προσπιπτουσῶν συμφορῶν, κρατύνων αὐτῶν τοὺς λογισμοὺς, καὶ στεῤῥοὺς ἐργαζόμενος. Ὀστᾶ γὰρ τοὺς λογισμοὺς ἀπεκάλεσε. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ὀστῶν ὡς στερεμνίων, τὸ λοιπὸν φέρεται σῶμα, οὕτω διὰ τῶν λογισμῶν ἡ ψυχὴ τὴν σωτηρίαν καρποῦται.

κβ΄. Θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρὸς, καὶ οἱ μισοῦντες τὸν δίκαιον, πλημμελήσουσι.

κγ΄. Λυτρώσεται κύριος ψυχὰς δούλων αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ πλημμελήσουσι πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτόν.

Οἱ μὲν οὖν τῆς ἀρετῆς ἐρασταὶ, τοσούτων ἀγαθῶν ἀπολαύσουσιν· οἱ δὲ πονηρίᾳ συζῶντες, προσφυᾶ δέξονται τὴν τελευτὴν τῇ ζωῇ, καὶ πονηρᾶς βιοτῆς πονηρὸν ἔσται τὸ τέλος. οἱ δὲ τοῦ θεοῦ τὴν θεραπείαν ἑλόμενοι, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα κεκτημένοι, τῆς παρ' αὐτοῦ τεύξονται σωτηρίας, ἅτε δὴ πλημμελῆσαι παντελῶς εἰς τοὺς ὑπ' αὐτοῦ τεθέντας οὐκ ἀνεχόμενοι νόμους.

nibus tribulationibus eorum liberauit eos. PARAPHRASIS PATRVM.

19. Iuxtà eſt Dominus ijs qui * contrito ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit.

* *Vulgata,* tribulato

Adeſt, inquit, iuſtis Dominus, & eorum preces libenter admittit. Signanter verò illorum curam gerit, qui animo ſunt moderato: hos enim contritos corde vocauit. Hoc autem & in alio Pſalmo dicit: *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet.*

Deus humilium curam gerit.

Pſal. 50, 19.

20. Multæ tribulationes iuſtorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus.

21. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur.

Permittit quidem ipſos in certamen tribulationum deſcendere; attamen ſubuenit, & ingruentium calamitatum victores reddit, cogitationes eorum corroborans, ac ſecuras efficiens. *Oſſa* enim appellauit cogitationes: quemadmodum enim ab oſſibus, tamquam ſolidis, reliquum corpus ſuſtentatur; ſic per cogitationes anima ſalutem conſequitur.

Oſſa allegoricè cogitationes.

22. Mors peccatorum * mala: & qui oderunt iuſtum, delinquent.

* *Vulgata* peſſima:

23. Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum: & non delinquent omnes qui ſperant in eo.

Qui igitur virtutem amant, tantis bonis perfruentur: qui verò in malitia viuunt, mortem ſortientur vitæ ſuæ congruentem, & malæ conuerſationis malus finis erit. Ceterùm, qui Deum colere ſtatuerunt, quique ſpem in ipſo collocatam habent, ſalutem ab eo conſequentur, vt qui in leges ab ipſo poſitas nullatenus delinquere ſuſtinuerint.

Boni bona, mali mala recipiunt.

COMMENTARIVS PATRVM.

COMMENTARIVS.

2. BENEDICAM DOMINVM IN OMNI TEMPORE.] Pulchrè *in omni tempore:* ſcilicet, tam in tempore afflictionis quàm remiſſionis, tam in proſperitate quàm aduerſitate, pergam benedicere, & non ceſſabit os meum à laude ipſius. Cùm enim mortem euaſiſſet, ſibi quaſi terminos vitæ præſcribit, ſuámque animam ad exactam viuendi normam informat: vt nullum ei tempus elabatur vacuum Dei laude, non ſolùm in rebus proſperis, ſed etiam aduerſis. Hinc & Paulus edoctus, in omnibus præcipit ſuis gratias agere. Vidéſne quanta viri huius virtus eſſet, vt, propter continuam malorum ſeriem, minimè animum deſponderet? Sciebat quippe, quoniam *tribulatio patientiam operatur, &c.* Ceterùm videtur impoſſibilia polliceri. Quomodo enim laus Dei ſemper eſſe poſſit in ore hominis? Quando enim res ſæculares loquitur, laudem Dei in ore non habet: quando item dormit, penitus ſilet: quando etiam comedit, quomodo Deum laudabit os eius? Ad hæc dicimus, os quoddam mentis eſſe intra hominem, quo nutritur, dum vitæ verbum ſuſcipit, quod panis eſt qui de cælo deſcendit. Hoc item os Dominus iubet nos habere dilatatum, ad cibi illius ſuſceptionem, iuxta illud: *Dilata os tuum, & implebo illud.* Poteſt autem diligens omnia facere ad gloriam Dei, ita vt omnis actio & operatio ſpiritualis, vim laudis obtineat. Porrò vt egregius cultor modeſtiæ, ne quis ipſius induſtriæ ſalutem adſcriberet, quòd nimirum per ſimulationem ſupplicium euaſiſſet, ait: *In Domino laudabitur anima mea.* Nullus, inquit, meam induſtriam, per quam à periculis ſeruatus ſim, laudet: nam in Chriſti gratia ſaluatus ſum. Ceterùm pro *laudabitur*, Aquila *gloriabitur*, expoſuit. Hanc vocem etiam emittet is qui iuſtis ſuis operibus non confidit, ſed in Domino gloriatur. Vel pro eo ac ſi dicat, Ipſe me illuſtrem ac conſpicuum effecit, dum me hoſtibus non tradidit. Vel vt qui famam humanam proculcauerit, probè ſciens homines inuidiâ non raro bona opera traducere, rogat vt incorruptum [Dei] oculum habeat laudatorem. Deinde quoniam, inquit, ſine bello

In omni tempore benedicendus eſt Deus.

1 Theſ. 5, 18.

Rom. 5, 3.

Quomodo poſſimus ſemper laudare Deũ.

Ioan. 6, 50.

Pſal. 80, 11.

In ſolo Deo ſperandum, & gloriandum.

β´. ΕΥΛΟΓΗΣΩ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΝ ΠΑΝΤΙ ΚΑΙΡΩ.] Καλῶς, ἐν παντὶ καιρῷ· τουτέστι καὶ ἐν θλίψεως καιρῷ καὶ ἐν ἀνέσεως, καὶ ἐν εὐκληρίᾳ καὶ δυσκληρίᾳ, εὐλογῶν διατελέσω, καὶ οὐκ ἀποστήσω τὸ στόμα μου τῆς αὐτοῦ αἰνέσεως. Διαφυγὼν γὰρ ἐκ τοῦ θανάτου, οἷον ὅρους ἑαυτῷ τίθεται τῆς ζωῆς, τυπῶν ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ τῆς πολιτείας ἀκριβὲς, ὡς μηδένα καιρὸν διαλιμπάνειν τῆς εὐλογίας, οὐκ ἐν εὐημερίαις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν περιστατικοῖς καιροῖς. Τοῦτο καὶ Παῦλος μαθητευθεὶς, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖν παρεγγυᾷ. Ὁρᾷς, ἡλίκη τοῦ ἀνδρὸς ἡ ἀρετὴ, ὅτι οὐκ ἀπεδυσπέτει πρὸς τὴν συνέχειαν τῶν κακῶν; ᾔδει γὰρ ὅτι ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, καὶ ἑξῆς. Δοκεῖ δὲ ἀδύνατα ἐπαγγέλλεσθαι. Πῶς γὰρ διαπαντὸς ἡ αἴνεσις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ τοῦ ἀνθρώπου ἔσται στόματι; Ὅτε γὰρ διαλέγεται τὰς βιωτικὰς ὁμιλίας, οὐκ ἔχει τὸν αἶνον τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ στόματι. ὅτε καθεύδει, σιωπᾷ. ὅτε ἐσθίει, πῶς τὸν αἶνον ἐνεργήσει τὸ στόμα; Λεγόμεθα οὖν, ὅτι ἐστὶ καὶ νοητὸν στόμα τοῦ ἔνδον ἀνθρώπου, ᾧ τρέφεται μεταλαμβάνων τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, ὅς ἐστιν ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. Ἐκεῖνο καὶ ὁ κύριος εὐρύχωρον ἔχειν ἐγκελεύεται πρὸς ὑποδοχὴν, διὰ τοῦ, Πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό. Δύναται δὲ ὁ σπουδαῖος πάντα ποιῶν εἰς δόξαν Θεοῦ, ὥστε πᾶσαν πρᾶξιν καὶ ἐνέργειαν πνευματικὴν, αἰνέσεως ἔχειν δύναμιν. Ὡς δὲ μετριάζων δὲ λίαν, ἵνα μή τις τῇ αὐτοῦ ἐπινοίᾳ ἀναθήσει τὴν σωτηρίαν, ὅτι διὰ τῆς προσποιήσεως σέσωσται τῆς τιμωρίας, φησίν· Ἐν τῷ κυρίῳ ἐπαινεθήσεται ἡ ψυχή μου. Μηδείς, φησι, τὴν ἐμὴν ἐπίνοιαν καθ᾽ ἣν ἐσώθην, ἐπαινείτω· ἐν γὰρ τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι σέσωσμαι. Ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐπαινεθήσεται, Ἀκύλας καυχήσεται ἐξέδωκε. Ταύτην ἀφεῖ τὴν φωνὴν, καὶ ὁ μὴ ταῖς ἑαυτοῦ δικαιοπραγίαις θαῤῥῶν, ἀλλ᾽ ἐν κυρίῳ καυχώμενος. Ἢ ἀντὶ τοῦ· Αὐτός με πεποίηκε περίβλεπτον καὶ περιφανῆ, μὴ παραδοὺς τοῖς ἐχθροῖς. Ἢ ὡς καταπατήσας τὴν [illegible] εὐφημίαν, καὶ εἰδὼς ὡς ὅτι πολλάκις βασκανία διαβάλλουσι τὰ καλὰ, τὸν ἀδέκαστον ὀφθαλμὸν ἐπαινέτην ἔχειν ἐπεύχεται. Εἶτα ἐπεί, φησιν, ἄνευ πολέμου

ἡ σω-

δ'. ΜΕΓΑΛΥΝΑΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὥσπερ οἱ ἐν καμίνῳ βληθέντες ἐν Βαβυλῶνι, ἐπὶ τὸ μὴ βεβλάφθαι ὑπὸ τοῦ πυρὸς, θεὸν ὑμνοῦντες πᾶσαν τὴν κτίσιν παρέλαβον εἰς τοῦτο, εἰδότες οὐκ αὐταρκεῖς εἶναι πρὸς τὸ τηλικοῦτο (μέγα γὰρ τὸ θεὸν ὑμνεῖν,) οὕτω καὶ ὁ λέγων, Μεγαλύνατε τὸν κύριον σὺν ἐμοὶ, ἢ πᾶσαν τὴν κτίσιν, ἢ τοὺς πρᾳεῖς συνδραμεῖν αὐτῷ τοῦτο βούλεται. Τὸ δὲ, Μεγαλύνατε τὸν θεὸν, οὐκ αὐξῆσαι μέγεθός ἐστιν αὐτοῦ (ἀμεγέθης γάρ: σωμάτων γὰρ ἴδιον τοῦτο, ὁ δὲ θεὸς ἀσώματος) ἀλλὰ τὸ μέγα, οὐχ ὡς πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς, φρονῆσαι καὶ εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ. Ὑψοῦσι δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οἱ κατηρτισμένοι τῷ αὐτῷ νοῒ, καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ. ὑψοῦται δὲ πρὸς τῶν γηΐνων ἡ τοῦ θεοῦ προσηγορία, οὐκ ἐκ ταπεινοῦ μετεωριζομένη, ἀλλ' ὅταν οἱ φρονοῦντες αὐτὴν, μηδὲν χαμαιπετὲς, ἀλλ' ὑψηλὰ καὶ οὐράνια διανοοῦνται. ὡς γὰρ βεβηλοῦσι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, οὐκ αὐτοῦ χραινομένου τοῦ ὀνόματος, ἀλλ' ὅσον ἐπὶ τοὺς περικειμένους βέβηλα πράττοντας καὶ φρονοῦντας, οὕτω καὶ ἁγιάζεται ἐκ τῶν ἡμετέρων ἐνεργημάτων καὶ λογισμῶν. Ὅθεν ὁ σωτὴρ πρὸς ἑτέροις καὶ τοῦτο λέγει ἐν τῇ εὐχῇ· Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, οὐκ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος καθ' ἑαυτὸ, ἐκ μὴ ἁγίου γινομένου. εὐκτέον γὰρ ἁγιασθῆναι αὐτὸ ἐν ἡμῖν, ἁγίως νοούντων καὶ πραττόντων ἡμῶν. Καὶ οὕτως ἡ περὶ θεοῦ διάληψις, ἣν κατ' ἔννοιαν θεοῦ ἠκριβωμένην ἔχομεν, ἡ τοῦ θεοῦ προσηγορία ἐστί. ταύτην ἁγιαζομένην ἕξομεν, ὅταν καθ' ἁγιότητα πάντα ἐπιτελῶμεν. ὅσον γὰρ ἐν πλάνῃ καὶ ἀγνοίᾳ ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν, ἡ τοῦ θεοῦ προσηγορία τρόπον τινὰ χραίνεται, ἑλκομένη ἐφ' ἃ μὴ δεῖ. θεοὺς γοῦν ἀγάλματα, καὶ τὴν σφῶν κοιλίαν ἐκάλεσάν τινες.

ς'. ΠΡΟΣΕΛΘΕΤΕ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΝ, ΚΑΙ

ΦΩΤΙ-

ΦΩΤΙΣΘΗΤΕ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἡμᾶς προτρέπεται ὁ προφήτης, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, τούτοις παρακελεύεται προσελθεῖν τῷ κυρίῳ, καὶ ἐγγίσαι αὐτοῦ ταῖς ἀκτῖσι τῆς θεότητος, ἵν' ἐκ τοῦ προσεγγισμοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτοὺς χωρήσωμεν.

LVMINAMINI.] CHRYSOSTOMI. Ad baptiſmum nos adhortatur Propheta; & eos qui in tenebris & vmbra mortis ſedent, ad Dominum accedere iubet, atque ipſius diuinitatis radijs appropinquare; vt, ex eius acceſſu, in nos ipſos conuertamur. CATENA PATRVM.

ζ'. ΟΥΤΟΣ Ο ΠΤΩΧΟΣ ΕΚΕΚΡΑΞΕ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Πτωχὸν ἐνταῦθα καλεῖ τὸν μὴ δυνάμενον ἐκ τῶν παρουσῶν θλίψεων ἑαυτὸν σῶσαι· Πάντες δὲ ταύτην τὴν πτωχείαν ἔχομεν, ὥστε περὶ παντὸς λέγει χρῄζοντος ἐκ θεοῦ σωτηρίας.

7. ISTE PAVPER CLAMAVIT.] DIDYMI. *Pauperem* hoc loco appellat eum qui ex præſentibus tribulationibus ſeipſum ſeruare non poteſt. Omnes verò huiuſmodi paupertate laboramus, vt de quocumque, qui ſalutis à Deo egeat, loquatur.

η'. ΠΑΡΕΜΒΑΛΕΙ ΑΓΓΕΛΟΣ ΚΥΡΙΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τούτοις συμφωνεῖ τὰ τοῦ ἀποστόλου, Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; Οὕτω καὶ ὁ θεῖος Ἰακὼβ προσευχόμενος ἔφη, Ὁ ἄγγελος ὁ ῥυσάμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν. Οὕτω καὶ ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ πρὸς τὸν θεῖον καὶ θαυμάσιον οἰκέτην ἔφη, Κύριος ὁ θεὸς ἀποστελεῖ τὸν ἄγγελον αὐτοῦ πρὸ προσώπου σου, καὶ λήψῃ γυναῖκα τῷ υἱῷ μου Ἰσαάκ. Ἐκεῖθεν οὕτως ὁ θεῖος Ζαχαρίας λέγει, Ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί.

8. IMMITTET ANGELVS DOMINI.] THEODORETI. Hiſce conſonant iſta Apoſtoli, *Nónne omnes ſunt adminiſtratorÿ ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hereditatem capient ſalutis?* Heb. 1,14. Sic & diuinus ille Iacob deprecans ait: *Angelus, qui liberauit me ex omnibus malis.* Gen. 48, 16. Sic & Patriarcha Abraham ad diuinum atque admirabilem ſeruum dixit: *Dominus Deus mittet angelum ſuum ante faciem tuam, & accipies mulierem filio meo Iſaac.* Gen. 24, 7. Hinc etiam diuinus Zacharias ita dicit: *Angelus, qui in me loquitur.* Zach. 1, 9.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Παντὶ πεπιστευκότι εἰς θεὸν ἄγγελος παρεδρεύει, ἐὰν μήποτε αὐτὸν ἡμεῖς ἐκ τῶν πονηρῶν ἔργων ἀποδιώξωμεν. ὡς γὰρ τὰς μελίσσας καπνὸς φυγαδεύει, καὶ τὰς περιστερὰς ἐξελαύνει δυσωδία, οὕτω καὶ τὸν φύλακα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄγγελον ἡ πολύδακρυς καὶ δυσώδης ἀφίστησιν ἁμαρτία. Ἐὰν ἔχῃς ἐν τῇ ψυχῇ ἄξια ἀγγελικῆς φυλακῆς ἔργα, καὶ νοῦς πλούσιος ἐν τοῖς τῆς ἀληθείας θεωρήμασιν ἐνοικήσει διὰ τὸν πλοῦτον τῶν τιμίων ἔργων τῆς ἀρετῆς, ἀναγκαίως φρουρούς σοι καὶ φύλακας παρακαθίστησιν ὁ θεός.

BASILII. Omni in Deum credenti angelus aſſiſtit, niſi nos ipſum malis operibus noſtris abigamus. Quemadmodum enim fumus apes fugat, & fœtor columbas abigit: ſic angelum vitæ noſtræ cuſtodem, lacrymabile ac graueolens peccatum. Si in anima tua opera quæ ſunt digna angelicâ cuſtodiâ, habueris, & mens veritatis contemplatione diues extiterit; propter præclarorum virtutis operum opes, neceſſariò etiam cuſtodes atque præſidia tibi Deus conſtituet. *Angelos à nobis per peccatum auertimus.*

θ'. ΓΕΥΣΑΣΘΕ ΚΑΙ ΙΔΕΤΕ, ΟΤΙ ΧΡΗΣΤΟΣ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Εἰρηκώς, Προσέλθετε, προστέθεικε καί, Γεύσασθε, τῇ πείρᾳ, φησί, μάθετε τὴν ἀγαθότητα τοῦ δεσπότου, μακαρισμὸν ἐντεῦθεν τρυγήσατε. Ἰστέον μέντοι ὡς τοῖς πάλαι Ἰουδαίοις ἡ εἰρημένη ἁρμόττει διάνοια. Ὁ δέ γε ἐν τῷ βάθει τοῦ γράμματος κρυπτόμενος νοῦς, τὴν τῶν θείων μυστηρίων τὴν χάριν αἰνίττεται. Διὰ γὰρ τοῦ παναγίου βαπτίσματος ὁ ἀληθὴς φωτισμὸς τοῖς προσιοῦσι προσγίνεται, καὶ τῆς ζωοποιοῦ τροφῆς ἡ γεῦσις τὴν ἀγαθότητα τοῦ σωτῆρος δείκνυσι. Τί γὰρ οὕτω φανερῶς δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἀγαθότητα, ὡς ὁ σταυρός, καὶ τὸ πάθος, καὶ ὁ ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος θάνα-

9. GVSTATE ET VIDETE, QVONIAM SVAVIS EST DOMINVS.] THEODORETI. Cùm dixiſſet, *Accedite*; ait etiam, *Guſtate*, q. d. Experientiâ diſcite bonitatem Domini, beatitudinem hinc vindemiate. Sciendum eſt autem, antiquis Iudæis hunc ſenſum, quem diximus, congruere. Porrò ſententia quæ in profunditate litteræ latet, diuinorum ſacramentorum gratiam innuit. Nam per ſanctum baptiſma, verus ſplendor accedentibus acquiritur, & vitalis cibi guſtus bonitatem Saluatoris manifeſtò oſtendit. Quid enim tam dilucidè benignitatem eius demonſtrat, vt crux, & paſſio, & mors pro nobis ſuſcepta, *Quomodo guſtandus Deus.*

CATENA PATRVM.

cepta, & quòd ipſe ſuarum ouium cibus ſimul & fons factus ſit?

Res ſpiritales guſtatæ vim ſuam exerunt.

CYRILLI. Quemadmodum obſoniorum guſtus inditæ illis qualitatis dulcedinem apertè oſtendunt, ita nudæ diuinorum munerum promiſſiones non admodum eorum virtutem explicant; at ſi contigerit aliquos ad eorumdem experimentum peruenire, tunc multò magis afficient, & admodum luculenter inditæ ſibi gratiæ efficaciam exerent. Itaque illis qui diuinæ pacis ſuauitatem necdum deguſtarunt, iure merito acclamandum: *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.*

EVSEBII. Quoniam verò Aquila in Pſalmi titulo ait, *Quando immutauit guſtum ſuum*; rectè intellexeris, quòd, virtute ex ſacrorum panum manducatione perceptâ, (iuxta illud, *Abſque dolo accepi, ſine inuidia communico*) ad conſimilem guſtum percipiendum inuitet, vitæ panem per figuram inſinuans. Nos igitur qui in terris verſamur, panis & Verbi quod de cælo deſcendit, & ſemetipſum exinaniuit & minorauit, participes efficimur: qui verò ſunt in regno cælorum, pleno illo ac perfecto fruuntur, eius diuinitate enutriti, & ſapientiæ contemplationibus refecti. Huius etiam nos, terreno affectu exutos, perpetuò obtinendi ſpem habere iubet.

Sap. 7. 13.

Iudæi diuites egeni facti ſunt, & fame pereunt ob vitæ panem reiectum.

11. DIVITES EGVERVNT.] BASILII. Hic ſermo nos ædificet, & inſtruat ad corporales opes contemnendas, diuitiarum poſſeſſionem fragilem oſtendens. Vel fortè diuitem hîc vocat populum Iſraëliticum, qui propter peccatum in Dominum admiſſum, egeni facti ſunt. Qui verò loco ipſorum Dominum inquiſierunt, non minuentur omni bono. Quomodo autē eguerunt & eſurierunt? Poſtquam panem vitæ interfecerunt, venit ſuper eos fames panis: & quoniam fonti aquæ viuentis inſidias ſtruxerunt, venit ſuper eos ſitis. Non verò fames panis ſenſibilis, neque ſitis aquæ, ſed fames audiendi verbum Domini. Eguerunt itaque & eſurierunt. Qui verò ex Gentibus didicerunt Dominum inquirere, non minuentur omni bono. Perfectum hoc bonum eſt ipſe Deus, quo non minuentur omnes ipſum quærentes. Nemo enim mihi hîc ineruditus, indifferenter ſe habens erga boni ac mali locum, bonum appellet, qui tempo-

Gentes Deum inquirentes, non deficiunt.

τος, καὶ τὸ γενέσθαι τῶν οἰκείων προβάτων τροφὴν ὁμοῦ καὶ πηγήν;

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ὥσπερ τῶν ὄψων αἱ γεύσεις σαφῶς παριστῶσι τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ποιότητος μετ' αὐτῆς ἡδέος τὸ γλυκύ· οὕτω καὶ τῶν θείων χαρισμάτων ψιλαὶ οὐ μᾶλλον ἐπαγγελίαι τὴν δύναμιν ἑρμηνεύουσιν· ἀλλ' εἰ γένοιτό πως τινας καὶ εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, τότε δὴ μᾶλλον εἴσονται, καὶ μάλα σαφῶς τῆς ἐνούσης αὐτοῖς χάριτος τὴν ἐνέργειαν· Οὐκοῦν τοῖς ἀγεύστοις ἔτι τῆς τοῦ θεοῦ γαληνότητος εὖ μάλα προσφωνητέον, Γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Ἀκύλας ἐν τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ ψαλμοῦ φησιν, Ὅτε ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ· λέγοις δ' ἂν ὡς αἰσθόμενος δυνάμεως ἐκ τῆς τῶν ἱερῶν ἄρτων τροφῆς (κατὰ τό, Ἀδόλως ἔλαβον, ἀφθόνως μεταδίδωμι) πρὸς τὴν ὁμοίαν γεῦσιν παρακαλεῖ, τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς διὰ τοῦ συμβόλου μηνύων. Ἡμεῖς μὲν οὖν οἱ ἐπὶ γῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβεβηκότος τοῦ ἄρτου, καὶ τοῦ λόγου κενώσαντος ἑαυτὸν καὶ σμικρύναντος, μεταλαμβάνομεν· οἱ δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, πλήρους αὐτοῦ καὶ τελείου μεταλαμβάνουσι, τρεφόμενοι αὐτοῦ τῇ θεότητι, καὶ τῶν τῆς σοφίας θεωρημάτων ἀπολαβόντες. καὶ ταύτην ἡμᾶς ἔχειν ἀεὶ, τῆς κάτω σχέσεως ἐξαλλάττοντας, προτρέπεται τὴν ἐλπίδα.

ιά. ΠΛΟΥΣΙΟΙ ΕΠΤΩΧΕΥΣΑΝ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Οἰκοδομείτω μὲν ἡμᾶς καὶ πρὸς τὴν καταφρόνησιν τοῦ σωματικοῦ πλούτου ὁ λόγος, τὸ ἀβέβαιον τῶν χρημάτων τῆς περιουσίας ἐκδιδάσκων. Ἢ καὶ πλούσιον τάχα λέγει τὸν Ἰσραὴλ, οἳ διὰ τὴν εἰς τὸν κύριον ἁμαρτίαν ἐπτώχευσαν. Οἱ δὲ ἀντ' ἐκείνων ἐκζητήσαντες τὸν κύριον, οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ. Πῶς δὲ ἐπτώχευσαν καὶ ἐπείνασαν; Ἐπειδὴ ἀπέκτειναν τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, ἦλθεν ἐπ' αὐτοὺς ὁ λιμὸς τοῦ ἄρτου· καὶ ἐπειδὴ ἐπεβούλευσαν τῇ πηγῇ τοῦ ὕδατος τοῦ ζῶντος, ἦλθεν ἐπ' αὐτοὺς ἡ δίψα. Λιμὸς δὲ οὐχὶ ἄρτου αἰσθητοῦ, οὐδὲ δίψα ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸς τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου. Ἐπτώχευσαν οὖν καὶ ἐπείνασαν. Οἱ μέντοι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν μαθόντες ἐκζητεῖν τὸν κύριον, οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ. Τὸ παντέλειον ἀγαθὸν αὐτός ἐστιν ὁ θεὸς, οὗ οὐκ ἐλαττωθήσονται πάντες οἱ ἐκζητοῦντες αὐτόν. Μὴ γάρ μοί τις ἀπαίδευτος, ἀδιάκριτον ἔχων τὸν περὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τόπον, ἀγαθὸν ὀνομαζέτω, τὸ πρόσκαι-

ἐπέχοντα τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ τῇ φθορᾷ τοῦ σώματος συναπερχόμενον. αἱ γὰρ σωματικαὶ ἀπολαύσεις πλέον τὸ ὀδυνηρὸν ἔχουσι τοῦ ἡδέος. Παῦλος μέντοι καὶ ἐξεζήτει τὸν κύριον, καὶ οὐδὲν ἔλειπεν αὐτῷ τῶν ἀγαθῶν. Καὶ τίς ἂν ἐξαριθμήσαιτο τὰ τοῦ σώματος ὀχληρὰ, οἷς παρὰ πάντα τὸν ἑαυτοῦ βίον συνέζη, καὶ πῶς οὐκ ἠλαττοῦτο τῶν σωματικῶν ἀγαθῶν; Ἀλλὰ καὶ οἱ ἅγιοι ἐζήτουν τὸν κύριον, καὶ τῆς αὐτοῦ τοῦ ζητουμένου καταλήψεως οὐκ ἠλαττοῦντο. Οἱ δὲ τῶν ἀποκειμένων ἐν τῇ αἰωνίᾳ ἀναστάσει ἀγαθῶν στερηθήσονται, περὶ ἐκείνων λέγοιτο ἂν κυρίως τὸ, ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ.

Κυρίλλου. Οἱ ζητοῦντες τὸν Θεὸν, τουτέστιν, οἱ ἀγαπῶντες αὐτὸν, καὶ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθεῖν σπουδάζοντες, καὶ κατορθοῦν ἐθέλοντες τὰ, οἷς αὐτὸς ἐπιγάννυται· δῆλον δὲ ὅτι πάντα τρόπον ἀρετῆς, οὐκ ἂν δεηθεῖεν πώποτε τῶν ἀναγκαίων εἰς ζωήν. Ἕψεται γὰρ αὐτοῖς, ὡς ἀγαθουργεῖν ᾑρημένοις, τὰ παρὰ Θεοῦ, καὶ χαρισμάτων τῶν ἄνωθεν πλουσία διανομὴ, καὶ τῶν ἐπιγείων ἡ μέθεξις· οὐκ εἰς τρυφὰς ἀποφέρουσα κοσμικὰς, ἐπιμετροῦσα δὲ μᾶλλον ταῖς τοῦ σώματος χρείαις τὸ ἀποχρῶν εἰς ζωήν.

ιβ'. ΔΕΥΤΕ ΤΕΚΝΑ, ΑΚΟΥΣΑΤΕ ΜΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Δεῦτε λέγει τοῖς ἐγγὺς, καὶ τοῖς πόρρωθεν, ἵν' οἱ μὲν μακρὰν ἐγγίσωσιν, οἱ δὲ ἐγγὺς ἐγγύτεροι γένωνται, ὑπακοὴν ὡς πατρὶ τῷ Θεῷ προσκομίζοντες, καὶ φόβον θεῖον διδαχθῶσιν, ἀπαλλαγὴν τοῦ φόβου τῶν δαιμόνων παρέχοντα. ὅθεν ἐπιφέρει·

ΦΟΒΟΝ ΚΥΡΙΟΥ ΔΙΔΑΞΩ ΥΜΑΣ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ὁ φόβος ὁ σωτήριος καὶ ἁγιασμοῦ ποιητικὸς, ὁ κατ' ἐπιτήδευσιν, καὶ οὐ κατὰ πάθος ἐγγινόμενος τῇ ψυχῇ, ὁποῖός ἐστιν ἄκουε. Ὅταν μέλλεις ἐπί τινα ὁρμᾶν ἁμαρτίαν, ἐννόησόν μοι ἐκεῖνο τὸ φρικτὸν καὶ ἀνύποιστον τοῦ Χριστοῦ δικαστήριον, τὴν πασῶν χαλεπωτάτην κόλασιν, τὸν ὀνειδισμὸν ἐκεῖνον, καὶ τὴν αἰσχύνην τὴν αἰώνιον. ταῦτα φοβοῦ, καὶ τούτῳ τῷ φόβῳ παιδευόμενος, ὥσπερ χαλινῷ τινι, ἀνάκοπτε τὴν ψυχὴν τῆς πρὸς τὰ φαῦλα ἐπιθυμίας. Τοῦτον τὸν φόβον τοῦ κυρίου διδάσκειν ἡμᾶς ὁ πατὴρ ἐπηγγείλατο, καὶ οὐχ ἁπλῶς διδάσκειν, ἀλλὰ τοὺς ἀκούειν αὐτοῦ προαιρουμένους. διὰ τοῦτό φησι, δεῦτε, τουτέστι, διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐγγίσατέ μοι.

CATENA PATRVM.

raneis oblectationibus indulget, & quæ ſimul cum corporis interitu tranſeunt: nam corporeæ oblectationes plus habent doloris, quàm voluptatis. Paulus ſanè etiam Dominum inquirebat, & nihil ei bonorum defuit. Et quis eius corporis ærumnas numerabit, in quibus omnem vitam tranſegit, & quomodo bonis corporeis non fuit imminutus? Quin etiam Sancti Dominum quærebant, & eius quem quærebant adeptione non ſunt imminuti. Porrò qui bonis in æterna reſurrectione repoſitis fruſtrandi ſunt, de ijs vtique propriè dici poſſit illud, *Minuentur omni bono.*

Quærenti Deum nihil deerit.

CYRILLI. Inquirentes Deum, hoc eſt, diligentes eum, & eius veſtigia conſequi ſatagentes, & ea perficere volentes quibus ipſe lætatur, ſcilicet, cuiuſcumque virtutis habitum ambientes, numquam rebus ad vitam neceſſarijs indigebunt. Nam eos, tamquam qui benè agere decreuerint, ſequetur apud Deum & diues cæleſtium bonorum diſtributio, & terreſtrium bonorum participatio; non quæ illis delicias ac voluptates mundanas adferat, ſed potiùs quæ ad alendam vitam, pro corporis vſibus, ſufficiat.

12. VENITE FILII, AVDITE ME.] HESYCHII. *Venite* dicit, tam ijs qui propè ſunt, quàm ijs qui procul abſunt, vt hi quidem qui remoti ſunt, propiùs accedant; illi verò ex propinquis, propinquiores fiant, Deo tamquam patri obedientes, & diuinum timorem doceantur, qui à dæmonum terrore liberat. Vnde ſubiungit:

Timor ſalutaris quis.

TIMOREM DOMINI DOCEBO VOS.] BASILII. Timor ſalutaris, qui ſanctitatem creat, & per ſtudium pietatis, non per animæ affectionem inditus eſt, qualis exiſtat attende. Quando fortè ad aliquod te peccatum videris impelli, illud horribile & intolerabile Chriſti tribunal cogita, duriſſimam omnium pœnam, probrum illud, & verecundiam ſempiternam: hæc time, & hoc timore inſtitutus, quodam quaſi freno tuam cohibe à prauis concupiſcentijs animam. Hunc itaque Domini timorem docere nos pater ille repromiſit, & non docere promiſcuè, ſed eos tantùm, qui ipſi auſcultare volunt. Propterea inquit, *Venite*; hoc eſt, per bona opera appropinquate.

CATENA PATRUM.

ATHANASII. Doctrinam gentium proponit, cuius initium timorem Domini eſſe dicit. Secundum, non obloqui fratri ſuo. Tertium, labia procul ab omni dolo cohibere. Quartum, omni vitio carere, & ſtudijs honeſtis incumbere: & in omnibus his pacem perſequi, eamque amplexari. Pax verò Chriſtus eſt. harum autem rerum exercitationem vitam eſſe aſſerit, & dies bonos docet.

16. OCULI DOMINI SUPER IUSTOS.] BASILII. Quemadmodum ſancti corpus ſunt Chriſti, & membra de membro, & poſuit Deus in Eccleſia quoſdam vt oculos, quoſdam vt linguas, alios item manuum, alios verò pedum habentes rationem:

Qui oculi Domini, qui aures, &c.

ſic & ſanctæ virtutes ſpiritales, circa cæleſtem locum verſantes, aliquæ oculi dicuntur, quòd eis cura noſtri committitur; nonnullæ aures, quòd noſtras preces excipiant. Hic autem illam quæ preces ſuſcipit, oculos vocauit & aures. *Oculi* ergo *Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum.* Quoniam omnis iuſti actio digna eſt vt à Deo conſideretur. Et demum omne verbum, cùm nihil ab ipſo otioſè dicatur, fructuoſum vtileque admodum exiſtit. Idcircò hic ſermo dicit, iuſtum continuò & videri, & audiri.

Quis vultus Domini.

Vultum verò dici exiſtimo liberum & apertum Domini aduentum ad iudicium. Ideò oculi quidem Domini, vt de longè nos conſiderantis, aſpicere iuſtum dicuntur; ipſe autem vultus dicitur appariturus, ad omnem iniquitatis memoriam de terra delendam. Non enim cogitabis corporaliter fictum eſſe vultum Dei.

Exodi 33, 20. Homo igitur non videbit Dei faciem, & viuet:

Matth. 18, 10. angeli verò eorum qui in Eccleſia puſilli ſunt, ſemper vident faciem Patris noſtri qui in cælis eſt. Ideò nunc quidem nos capere glorioſæ manifeſtationis aſpectum, ob carnis debilitatem nos circumdantem, impoſſibile eſt: angeli verò, eò quòd nullum habeant ſimile carni noſtræ velamentum, à nulla re impediuntur, quo minùs gloriæ Dei faciem iugiter contemplentur.

CYRILLI. Quòd Deus diligentium ſe ſupplicationibus promptiſſimè annuat, & eorum petitiones ac vota ad optatum ab illis finem perducat, apertè oſtendit. Nam duo æquè

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Διδασκαλίαν ἐθνῶν παρατίθεται, ἧς ἀρχὴν τὸν φόβον τοῦ θεοῦ εἶναί φησι. Δεύτερον, τὸ μὴ καταλαλεῖν τὸν ἀδελφόν. Τρίτον, δόλου παντὸς παύειν τὰ χείλη. Τέταρτον, ἀποχὴν παντὸς κακοῦ, καὶ ἐπιτήδευσιν ἀγαθοῦ. ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις εἰρήνην ἐπιδιώκειν, καὶ ἀντέχεσθαι αὐτῆς. εἰρήνη δὲ ὁ Χριστός. Τούτων δὲ τὴν ἐπιτήδευσιν ζωὴν εἶναι λέγει, καὶ ἡμέρας ἀγαθὰς διδάσκει.

ιϛʹ. ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΚΥΡΙΟΥ ΕΠΙ ΔΙΚΑΙΟΥΣ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ὥσπερ οἱ ἅγιοι σῶμά εἰσι Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους· καὶ ἔθετο ὁ θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοὺς μὲν ὀφθαλμούς, τοὺς δὲ γλώσσας, ἑτέρους τὸν τῶν χειρῶν, καὶ ἄλλους τὸν τῶν ποδῶν ἐπέχοντας τόπον· οὕτω καὶ αἱ ἅγιαι δυνάμεις αἱ πνευματικαὶ περὶ τὸν οὐράνιον οὖσαι τόπον, αἱ μὲν ὀφθαλμοὶ λέγονται, παρὰ τὴν ἐπισκοπὴν πεπιστεῦσθαι, αἱ δὲ ὦτα, παρὰ τὸ παραδέχεσθαι ἡμῶν τὰς δεήσεις. καὶ τὴν τῶν εὐχῶν ἀντιληπτικὴν ὀφθαλμοὺς εἶπε, καὶ ὦτα. ὀφθαλμοὶ γοῦν κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. ἐπειδὴ πᾶσα πρᾶξις τοῦ δικαίου, ἀξία τῆς θεωρίας τοῦ θεοῦ. καὶ πᾶν ῥῆμα, τὸ μηδὲν ἀργὸν λέγεσθαι παρὰ τοῦ δικαίου, ἐνεργόν ἐστι καὶ ἐμπρακτον. διὰ τοῦτο ἀεὶ ἐφορᾶσθαι, καὶ ἀεὶ εἰσακούεσθαι τὸν δίκαιον ὁ λόγος φησί. Πρόσωπον δὲ οἶμαι τὴν πεπαρρησιασμένην καὶ φανερὰν τοῦ κυρίου ἐπιδημίαν τὴν ἐπὶ τῆς κρίσεως λέγεσθαι. διὸ ὀφθαλμοὶ μὲν κυρίου, ὡς ἔτι πόῤῥωθεν ἐπισκοποῦντος ἡμᾶς, ἐπιβλέπειν τὸν δίκαιον εἴρηνται· αὐτὸ δὲ τὸ πρόσωπον ἐπιφανήσεσθαι, ἐπὶ τὸ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς πᾶν τὸ τῆς πονηρίας μνημόσυνον. Μὴ γάρ μοι σωματικῶς διατεπλασμένον τὸ τοῦ θεοῦ πρόσωπον νοήσεις· καὶ ἄνθρωπος μὲν οὖν οὐ μὴ ἴδῃ τὸ πρόσωπον κυρίου, καὶ ζήσεται· οἱ δὲ ἄγγελοι τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μικρῶν, διαπαντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς ἡμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Διότι νῦν μὲν χωρῆσαι ἡμᾶς τὴν θέαν τῆς ἐνδόξου ἐπιφανείας, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς τὴν περικειμένην ἡμῖν, ἀμήχανον· οἱ μέντοι ἄγγελοι παρὰ τὸ μηδὲν ἔχειν προκάλυμμα τοιοῦτον παραπλήσιον τῇ ἡμετέρᾳ σαρκί, ὑπ' οὐδενὸς ἐμποδίζονται διηνεκῶς ἐνατενίζειν τῷ προσώπῳ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ὅτι καὶ ἑτοιμότατα κατανεύει θεὸς ταῖς τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν ἱκετίαις, καὶ εἰς πέρας αὐτοῖς τὸ πολύευκτον ἐκβιβάζει τὰ αἰτήματα, δείκνυσι σαφῶς. Δύο γὰρ τίθησιν ἰσάμιλ-

ἰσάμιλλά τε καὶ ἰσοπαλῆ δωρήματα. τὸ πεισθῆναί φημι τὸν Θεὸν ταῖς τῶν δικαίων εὐχαῖς, καὶ τὸ ἀπαλλάττειν αὐτοὺς οὐκ ἐκ μιᾶς ἁπλῶς, ἀλλ' ἐξ ἁπάσης θλίψεως, αἵπερ ἂν αὐτοῖς συμβαίνωσιν. Ὀνίνησι δὲ διὰ τούτου σφόδρα. καθίστησι γὰρ εἰς ἀγαθουργίαν εὐτολμοτάτους καὶ νεανικοὺς, οὐ παρέργως ἰόντας εἰς τοῦτο, οὔτε μὴν ἀτημελῶς καὶ ῥαθύμως, ἀλλὰ σπουδῆς τῆς προθυμοτάτης ἀξιοῦντας τὸ σῶμα, καὶ πρὸς ἔφεσιν ἀναβαίνοντας τοῦ χρῆναι τληπαθεῖν ὑπέρ γε τοῦ κατορθοῦν ἅπερ ἂν ἀρέσκοι Θεῷ.

κ' ΠΟΛΛΑΙ ΑΙ ΘΛΙΨΕΙΣ ΤΩΝ ΔΙΚΑΙΩΝ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἐν παντί, φησι, θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι. διὰ τοῦτό φησι καὶ ὁ Κύριος τοῖς μαθηταῖς, Ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἕξετε. ὁ δὲ λέγων μὴ πρέπειν τῷ δικαίῳ τὴν θλίψιν, οὐδὲν ἕτερον λέγει, ἢ μὴ ἁρμόζειν τῷ ἀθλητῇ τὸν ἀνταγωνιστήν.

κα'. ΦΥΛΑΣΣΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΟΣΤΑ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Καὶ μὴν πολλὰ μεμαθήκαμεν ἐπὶ τῆς πείρας, ὀστᾶ δικαίων συντετριμμένα, τῶν ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν μαρτυρίας παραδόντων ἑαυτοὺς παντοίοις εἴδεσι παθημάτων. Ἀλλὰ μήποτε ὥσπερ ἄνθρωπος λέγεται, τουτέστιν ἡ ψυχὴ καὶ ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος, οὕτω καὶ τὰ μέλη αὐτοῦ ὁμωνύμως ὀνομάζεται πρὸς τὰ τῆς σαρκός· ὡς πολλάκις ὀνομάζει ἡ γραφὴ τοῦ κρυπτοῦ ἀνθρώπου, ἐν τῷ λέγειν, τοῦ σοφοῦ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ, τουτέστι προορατικόν ἐστι καὶ περιεσκεμμένον τὸ κρυπτὸν τοῦ σοφοῦ. Τοιοῦτο δὲ καὶ τὸ, Κοιλίαν μου ἀλγῶ. καὶ τὸ, Ὁ ποὺς τοῦ δικαίου οὐ μὴ προσκόψῃ. Πάντα γὰρ ἐπὶ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου κατείλεκται τὰ τοιαῦτα. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ὀστᾶ τινα ἂν εἴη τοῦ ἐν τῷ κρυπτῷ, ἐν οἷς ὁ σύνδεσμος καὶ ἁρμονία τῶν ψυχικῶν δυνάμεων συγκεκροτημένη. Καὶ ὥσπερ τὰ ὀστᾶ τῇ οἰκείᾳ εὐτονίᾳ τῶν σαρκῶν περιστέλλει τὴν ἁπαλότητα, οὕτω καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσί τινες, οἱ διὰ τὴν οἰκείαν στερρότητα τὰ ὑστερήματα δύνανται τῶν ἀσθενούντων βαστάζειν. Περὶ τούτων τῶν ὀστέων, ἐάν ποτε αὐτὰ ταραχὴ καὶ κραδασμὸς καταλάβῃ, εὐχόμενος λέγει· Ἴασαί με Κύριε ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. Ὅταν δὲ σώζῃ τὴν οἰκείαν ἁρμονίαν φυλαττόμενα ὑπὸ τοῦ Κυρίου, Οὐδὲ ἓν αὐτῶν συντριβήσεται, ἀλλὰ ἄξιά ἐστι δόξαν ἀναφέρειν τῷ Θεῷ. Πάντα γάρ, φησι, τὰ ὀστᾶ μου

magna & pretioſa pariter munera proponit; Deum ſcilicet exaudire iuſtorum preces, & eos non ex vna dumtaxat, ſed ex omnibus tribulationibus, quæ illos inuaſerint, liberare. Mirum enim in modum eos iſta ratione iuuat. Siquidem magnanimiter & viriliter ad rectè facta componit eos, qui non oſcitanter, frigidè aut negligenter accedunt, ſed quàm accuratiſſimè corpus ad ærumnas & afflictiones ſuſcipiendas præparant, idque potiſſimùm ad rectè faciendum quæ Deo placent. CATENA PATRVM.

20. MVLTÆ TRIBVLATIONES IVSTORVM.] BASILII. *In omnibus*, inquit, *tribulationem patimur*, *ſed non anguſtiamur*. Quocircà etiam Dominus ait diſcipulis ſuis: *In mundo preſſuram habebitis*. Qui autem dixerit virum iuſtum non decere tribulationem, nihil aliud dicit, quàm athletæ non conuenire aduerſarium. 1. Cor. 4, 8. Ioan. 16, 33.

21. CVSTODIT DOMINVS OMNIA OSSA.] BASILII. Plurimâ certè didicimus experientiâ, oſſa iuſtorum, qui ſeſe propter Chriſti confeſſionem varijs tradiderunt ſupplicijs, contrita fuiſſe ac comminuta. Sed fortè, vt homo anima & mens humana dicitur, ſic & membra ipſius æquiuocè ad ea quæ ſunt carnis, nominantur, quemadmodum ſæpenumerò Scriptura interioris hominis membra nuncupat, quando dicit: *Sapientis oculi in capite eius*, hoc eſt, prouidentia circumſpectioque occulta ſapientis. Tale etiam eſt & illud: *Ventrem meum doleo*; & *Pes iuſti non impinget*. Similia enim omnia ſecundùm interiorem hominem capiuntur. Sic quoque oſſa hoc in loco aliqua erunt occulta, in quibus vis, coniunctioque & harmonia potentiarum animæ continetur. Et quemadmodum oſſa robore ſuo mollem carnis molem ſuſtentant: ſic & in Eccleſia ſunt quidam, qui ob virtutem atque fortitudinem ſuam debilium imbecillitates ferre poſſunt. De his itaque oſſibus, ſi quando conturbatione aut conquaſſatione comprehendantur, orans ait: *Sana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea*. Quando verò propriam ſeruant harmoniam, à Domino cuſtodita, *Vnum ex his non conteretur:* ſed digna ſunt, vt Deo gloriam referant. Ait enim: *Omnia oſſa mea*

Membra externa etiam quandoque pro internis animæ potentiis ſumuntur. Eccle. 2, 14. Iere. 4, 19. Prou. 3, 23. *Eccleſiæ oſſa vocantur Sancti qui fortitudine præſtant.* Pſal. 6, 3. Pſal. 34, 10.

CATENA PATRVM.

dicens, Domine quis ſimilis tibi? Sed & hoc forſan Eccleſia dicat, ſecundùm myſterium reſurrectionis.

22. MORS PECCATORVM MALA.] ATHANASII. Animæ mortem intelligit, quam ſempiternus ignis, tenebræ exteriores, inquietus vermis, fletus & ſtridor dentium excipient. Siquidem gehenna illos & tenebræ manent.

Matth. 8. *Anima mors peſſima.*

DIDYMI. Peccator priuatur illâ vitâ quæ per obſeruationem mandatorum comparatur, malæ morti obnoxius. Mala autem mors eſt, vel quæ optimæ vitæ contraria eſt, vel quæ ſubiecto moleſtiſſima eſt: ſic enim vlcere peſſimo affectus fuit Iob, id eſt, vlcere dolorem inferente.

Iob 2, 7.

BASILII. Accuratè adiectum eſt: *Mors peccatorum mala*, quoniam eſt quædam mors iuſtorum, naturâ non mala, ſed bona. Qui enim Chriſto commoriuntur, in bona morte verſantur, & qui peccato moriuntur, bonam ac ſalutarem mortem mortui ſunt. Mors autem peccatorum mala eſt: excipit enim illos ſupplicium, quemadmodum diuitem illum, qui induebatur purpura & byſſo. *Et qui oderunt iuſtum, delinquent.* Qui, nimirum, quòd in delictis viuant, iuſtum habent odio, veluti à regula recta ſic iuſti moribus redarguti, comparatione melioris. Et quoniam in peccatis viuunt, iuſtum odio habent, metu ne obiurgentur: & quia ipſum oderunt, iterùm ſeſe peccatis inuoluunt. Ceterùm mors peccatorum mala, vel quòd omnem vitam eorum mortem appellet, ex Apoſtoli ſententia dicentis, *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Qui autem hoc corpore abutuntur, & omnium ſcelerum miniſterium atque inſtrumentum efficiunt, malam omnino mortem ſibi præparant. Redimet autem Dominus animas ſeruorum ſuorum, poſtquam ſub aduerſarij poteſtatem redacti ſunt, qui creati ſunt ad ſeruiendum Domino. Horum itaque animas Dominus pretioſo ſuo ſanguine redimet. Quocircà nullus in ipſum continuò ſperans, delictis erit obnoxius.

Iuſtorum mors bona, *peccatorum mala.*

Luc. 16, 19

Rom. 7, 25

ἐρῶσι, Κύριε τίς ὅμοιός σοι; τάχα δὲ τοῦτο καὶ ἐκκλησία λέγοιτο κατὰ τὸ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον.

κβ΄. ΘΑΝΑΤΟΣ ΑΜΑΡΤΩΛΩΝ ΠΟΝΗΡΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸν τῆς ψυχῆς θάνατόν φησιν, ὃν καὶ διαδέξεται πῦρ αἰώνιον, σκότος ἐξώτερον, ἀκοίμητος σκώληξ, κλαυθμὸς, καὶ ὀδυρμὸς τῶν ὀδόντων. γέεννα γὰρ αὐτοὺς καὶ σκότος διαδέχεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ ἁμαρτάνων στερεῖται τῆς ζωῆς τῆς ἐπιτηρήσει τῶν ἐντολῶν περιγενομένης, θανάτῳ πονηρῷ περιπίπτων. Πονηρὸς δὲ θάνατος, ἤτοι ὁ ἐναντίος τῇ ἀγαθῇ ζωῇ, ἢ ὁ πόνον ἐμποιῶν τῷ ὑποκειμένῳ· οὕτω γὰρ καὶ ἕλκει πονηρῷ ἐπαίσθη ὁ Ἰὼβ, τῷ δηλονότι πόνον ἐμποιοῦντι.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἀκριβῶς πρόσκειται τὸ, θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρός. διότι ἐστί τις ἐπὶ τῶν δικαίων θάνατος, οὐ πονηρὸς τὴν φύσιν, ἀλλ᾽ ἀγαθός. οἱ γὰρ συναποθανόντες Χριστῷ ἐν ἀγαθῷ θανάτῳ γεγόνασι, καὶ οἱ ἀποθανόντες τῇ ἁμαρτίᾳ τὸν ἀγαθὸν καὶ σωτήριον τεθνήκασι θάνατον. ὁ μέντοι τῶν ἁμαρτωλῶν πονηρός· διαδέχεται γὰρ αὐτοὺς ἡ κόλασις, ὡς καὶ τὸν πλούσιον τόνδε ἐνδεδυμένον πορφύραν καὶ βύσσον. Καὶ οἱ μισοῦντες τὸν δίκαιον πλημμελήσουσι, καὶ διὰ τὸ ἐν πλημμελείᾳ ζῆν, μισοῦσι τὸν δίκαιον, ὡς ὑπὸ τοῦ ἐν τῷ κανόνι εὐθύντος τῷ τρόπῳ τοῦ δικαίου, οὕτως αὐτοὶ τῇ παραθέσει τοῦ βελτίονος ἐλεγχόμενοι· καὶ διότι ἐν ἁμαρτίαις ζῶσι, μισητικῶς διάγουσι πρὸς τὸν δίκαιον, φόβῳ τῶν ἐλέγχων, καὶ διότι μισοῦσι, πάλιν ἁμαρτίαις ἑαυτοὺς περιβάλλουσι. Θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρὸς, ἢ καὶ τὴν ζωὴν ἅπασαν θάνατον ὀνομάζει, διότι τὴν σάρκα ταύτην θάνατον προσηγόρευσεν ὁ Ἀπόστολος εἰπών· Τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Οἱ δὲ κακῶς κεχρημένοι τῷ σώματι τούτῳ, καὶ πάσῃ ἁμαρτίας αὐτὸ ὑπηρεσίαν ποιούμενοι, πονηρὸν ἑαυτοῖς τὸν θάνατον κατασκευάζουσι. λυτρώσεται δὲ κύριος ψυχὰς τῶν δούλων αὐτοῦ, ἐπειδὴ κατείχοντο ὑπὸ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ ἐχθροῦ, οἱ κτισθέντες ἐπὶ τῷ δουλεύειν τῷ κυρίῳ. τούτων τὰς ψυχὰς λυτρώσεται τῷ τιμίῳ αὐτοῦ αἵματι. διὸ οὐδεὶς ἐν πλημμελείαις ἐξετασθήσεται τῶν ἐλπιζόντων ἐπ᾽ αὐτόν.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

INSCRIBITVR Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, *Pſalmus Dauidi*, &c. Ita M. S. codices Cæſarei antiquiſſimi, quibus vſus ſum; atque hoc modo Nobilius in Scholijs notat, in alijs quoque Græcis codicibus reperiri; editio tamen Sixtina vocem iſtam Ψαλμὸς, omiſit, vti & Vulgatus interpres, ac S. Auguſt. Apud Theodoretum verò non leguntur iſta verba poſtrema, Καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθεν, *& dimiſit eum, & abyt*; Aquila, & Quinta editio legunt, τοῦ Δαβίδ, ὅτε ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ εἰς πρόσωπον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἐξέβαλεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθεν, *Dauidis, cùm mutauit guſtum ſuum ad faciem Abimelech, & eiecit eum, & abyt*; Symmachus, τοῦ Δαβίδ, ὅτε μεμόρφωκεν τὸν τρόπον ἑαυτοῦ ἔμπροσθεν Ἀβιμέλεχ, *ipſius Dauid, quando transformauit modum ſuum coram Abimelech*; Chaldæus, *cogitationem ſuam*, tranſtulit; Hebraicè eſt טַעְמוֹ *taghmo*, à rad. טָעַם *tagham, guſtare*. Vnde nomen טַעַם *tagham, ſapor, guſtus*: & per tranſlationem, *conſilium, ſenſus, oſtenſio*, aut *probatio ad oculum cordis*, & *diſpoſitio rei, ratio, argumentum*. Immutauit ergo Dauid ſenſum ſuum, & oſtenſionem, & conſilium ſuum, quando finxit amentiam, cuius multa in vultu ſigna edidit. Hæc omnia optimè à ſapore deriuantur, in quibus anima ſuam conſueuit captare ſaporis dulcedinem. Bellè autem congruunt huic Pſalmo precum Dauidis; in quo ipſius anima in gratiarum actionem tota effuſa, deinde contemplatione atque amore Dei ſuauiſſimè delinita, ſeipſam laudat & extollit, quòd tantam ſit adepta felicitatem, vt guſtet & videat, quàm ſuauis ſit Dominus. Et benè ſubnotauit S. Hieron. in titulo huius Pſalmi, *Totus hic Pſalmus circa pietatem, totus circa inſpectionem diuinam, totus circa compeſcendas Sanctorum tribulationes commemoratur*: quæ quidem omnia in oratione præſtantur.

Quomodo ſpiritu transformemur.

Nec ſine myſterio ſcribitur *mutaſſe vultum ſuum*, vt oſtendatur ſcilicet, illum, qui in oratione aut contemplatione à diuino Spiritu afflatur, ſe toto immutari, nihil veteris hominis retinere; ſed in alterum hominem, ſeu potiùs ſpiritum abire. Nam & D. Paulus, cùm priori vitæ renuntiauit, videtur quodammodò corpus ſuum cum ſpiritu commutaſſe; vnde à vipera, quæ illum
Act. 28, 5. inomorderat, nihil detrimenti accepit: quia (vt S. Chryſoſt. hom. 13. in priorem Epiſt. ad Corinthios docet) *Illa manus non erat hominis, ſed ſpiritus*. Erat quippe iam in Chriſtum per amo-
Gal. 2, 20. rem eſtaticum transformatus, qui dicebat, *Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*; tamquam verus amator, & qui exceſſerat è ſe Deo, & non iam vitam ſuam, ſed amati, tamquam vehementer dilectam viuens, vt S. Dionyſius de Diuinis nomin. cap. 4. ait. Sicut ergo Dauid ſtultitiam ſimulando, hoſtis ſui Achis manus euaſit; ſic & viri ſancti, propter Chriſtum ſtulti à mundo habiti, pericula peccati effugiunt, & diabolo illudunt, è cuius manibus hac ratione incolumes elabuntur.

Sancti per ſtultitiam Chriſti diabolo illudunt.

2. *Benedicam Dominum in omni tempore.*] Id eſt, iugiter, indeſinenter. *Cogitatio enim* (ait S. Baſilius in hunc locum) *quæ de Deo eſt, ſemel menti impreſſa, & velut ſigillo obſignata, rectè appellatur laus Dei, ſemper in anima exiſtens.* Sic etiam D. Auguſtino epiſt. 121. tacitum animi deſiderium, fide, ſpe & charitate ſubnixum, iugis eſt oratio. Vel *in omni tempore*, id eſt, & aduerſo & proſpero, vt ſuperiùs in Paraphraſi & Commentario Græco expoſitum fuit. Egregiè D. Hieron. ad Paulam, de obitu Blæſillæ, de hoc diſſerens, exemplum nobis proponit in vtraque fortuna Deum laudandi & benedicendi, cùm ait: *Bonus eſt Deus, & omnia quæ bonus facit, bona ſint neceſſe eſt. Mariti orbitas irrogatur? plango quod accidit: ſed quia ſic placet Domino, æquo animo ſuſtinebo. Vnicus raptus eſt filius? durum quidem, ſed tolerabile; quia ſuſtulit ille qui dederat. Si cæcus fuero, amici lectio me conſolabitur; ſi auditum quoque ſurdæ aures negauerint, vacabo à vitys, nihil aliud niſi Dominum cogitabo. Imminebit ſuper hæc & dura pauperies, frigus, languor & nuditas? extremam expectabo horam, & breue putabo malum, quod finis melior ſubſequatur. Sanus ſum? gratias refero Creatori. Langueo? & in hoc laudo Domini voluntatem, quia virtus ſpiritus in carnis infirmitate perficitur*, &c.

Iugis Dei laus quæ.

In vtraque fortuna benedicendus Deus.

3. *In Domino laudabitur anima mea.*] Iuxta noſtram & Græcorum lectionem (vt benè obſeruat Ianſenius) ſignificare videtur Dauid, animam ſuam, hoc eſt, ſe laudatum iri ab hominibus, non ob propriam virtutem, ſed propter Dominum, quod ſcilicet ipſum habuerit adiutorem, prout Euthymius exponit. At diuerſum omnino ſenſum requirit lectio Hebræa, quæ hoc loco ponit verbum coniugationis, *hithpael*, ſcilicet הִתְהַלֵּל *tithallel*, quod denotat actionem in ſeipſum. q. d. Laudabit ſeipſam anima mea, id eſt *gloriabitur*, quomodo plerique vertunt: & hic ſenſus optimè conuenit propoſito præſenti. Agitur enim hîc, non de propria laude, ſed de laude Dei. Itaque vt verus ſenſus etiam in noſtra lectione habeatur, verbum *laudabitur*, deponenter accipi debet pro *gloriabitur*. Sic enim Hebræa phraſis requirit. Quo ſenſu etiam alibi accipitur illud, *Lætabitur iuſtus in Domino, & ſperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde*. Item: *Lau-* Pſal. 63, 11.
dabuntur omnes qui iurant in eo. Ceterùm, qui Pſal. 62, 12.
gloriatur, laudat & iactat ſeipſum: vt etiam noſtra lectio ſic accipi poſſit, q. d. Anima mea laudabitur à ſeipſa in Domino, hoc eſt, iactabit ſeſe, & felicem ſe prædicabit, quòd Dominum nacta ſit protectorem. Vt quemadmodum ſcriptum eſt, *Qui gloriatur, in Domino glorietur*. 1. Cor. 1, 31.
Hunc ſpiritus dulcedinem non ſentiunt, niſi qui orationibus ſaginantur. Ipſamet orantis & contemplantis Deum anima, ſic voluptate diuinâ perfunditur, vt ſibi ipſa gratuletur de tanto bono, gloriabunda, quòd tam admirabili dono, cùm Deo ſuo agens & requieſcens, perfruatur, vt de ſe ipſo fatetur Dauid, cùm ait: *In Domino laudabitur anima mea.*

Quid ſit in Domino laudari.

4. *Audiant manſueti, & lætentur.*] q. d. Non curo quid impij de me ſentiant aut loquantur, dummodò Deo meo & viris probis placeam. Hunc ſenſum elicit ex his verbis S. Bernardus

ANNOTATIONES CORDERII.

Serm. 24. in Cantica dicens: [illegible] profectò conſolatio, cum blaſphemamur à malis bene facientes, ſi recti diligant nos. Omninò ſufficit aduerſus os loquentium iniqua, opinio bonorum cum teſtimonio conſcientiæ: in Domino laudabitur anima mea, audiant manſueti, & lætentur. Manſueti, inquit, lætentur, manſuetis placeam, & æquanimiter audio, quidquid in me iactare voluerit liuor perditorum.

Alios nobiſcum ad laudes Dei inuitare debemus.

4. *Magnificate Dominum mecum.*] Manſuetos ac pios omnes ad ſocietatem diuinæ laudis acceſſit, & hortatur, vt Deum ſecum pro virili quiſque ſuo magnificè extollat. *Nolo*, inquit, *ſolus magnificare Dominum, nolo ſolus amare, nolo ſolus amplecti. Non enim ſi ego amplexus fuero, non habet alius vbi manus ponat. Latitudo tanta eſt in ipſa ſapientia, vt omnes animæ amplectantur & perfruantur.* Ita S. Auguſt. ad hunc locum, vbi hoc argumentum fuſiùs proſequitur. Quod autem additur, *Exultemus nomen eius in idipſum*, in Hebræo eſt יַחְדָּו *iachdau*; quod S. Hieron. *pariter* interpretatur; Pſalterium Rom. *in inuicem*, reddit, quomodo etiam Ambroſianum, Caſſiodorus & alicubi S. Auguſt. legunt; Septuag. ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *in idipſum*; Aquila, ὁμοθυμαδὸν, *vnanimiter*, tranſtulerunt. Vnde hîc S. Auguſt. bonum vnionis & vnitatis valdè exaggerat.

Non terrena, ſed Deus in oratione quærendus.

5. *Exquiſiui Dominum, & exaudiuit me.*] Non terrena quæſiuit, non peritura, ſed Dominum, vti pulchrè S. Auguſt. ad locum hunc expendit, his verbis: *Non dixit, Inquiſiui aurum à Domino, & exaudiuit me; inquiſiui à Domino hoc aut illud, & exaudiuit me. Aliud eſt aliquid inquirere à Domino, aliud eſt ipſum Dominum inquirere. Inquiſiui, inquit, Dominum, & exaudiuit me. Vbi exaudiuit Dominus? intus. vbi dat? intus. Vbi oras, ibi exaudiris, ibi beatificaris. Orasti intus, exauditus es, beatificatus es, &c.* Et poſt pauca: *Noli aliquid à Domino extrà quærere, ſed ipſum Dominum quære, & exaudiet te, & adhuc te loquente dicet: Ecce adſum. Quid eſt, Ecce adſum? Ecce præſens ſum, quid vis? quid à me quæris? Quidquid tibi dedero, vilius eſt quàm ego. Me ipſum habe, me fruere, me amplectere. Nondum potes totum, ex fide continge me, & inhærebis mihi.* Quid dulcius, quid ſuauius, quàm Deum quærere, & quæſitum inuenire, inuentum amplecti, & in amplexu ipſi adhærere, vt vbi adhæſeris, fias vnus ſpiritus cum eo? Vnde ſequitur:

Ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.] Vbi Græcus noſter textus θλίψεων habet, codex Vaticanus legit παροικιῶν, *parœcijs*, ſiue, vt alij vertunt, *peregrinationibus & incolatibus*. Agellius cenſet hoc loco παροικίας, *hoſtes conglomeratos* ſignificare, qui illum vndique cingebant, ſicut in Threnis legimus: *Vocaſti quaſi ad diem ſolemnem qui terrent me de circuitu*; Septuag. dixerunt, ἐκάλεσεν ἡμέραν ἑορτῆς παροικίας μου κυκλόθεν, *vocauit diem ſolemnitatis parœcias meas in circuitu*, id eſt, qui me vndique obſiderent. Ac fortè non multùm ab hac ſententia diſtat Symmachus qui vertit, συστάσεών μου, *à circumſtantijs meis*, hoc eſt, ab obſidionibus, & hoſtibus vndique me circumſtantibus: Hebræi interpretantur vtrobique מְגוּרוֹת *meguroth*, id eſt, *terrores*, vt ſit, *Ex omnibus terroribus meis eripuit me.*

Thren. 2. 21.

6. *Accedite ad eum, & illuminamini.*] Id eſt, illuminabimini. Ad eum autem oratione & cæleſtium contemplatione accedimus: quod alij clariùs explicuerunt, cum S. Hieronymo tranſferentes ex Hebræo, *reſpicite ad eum, & confluite.* Reſpicite meditatione, & diuinæ maieſtatis contemplatione: confluite affectibus ſanctis in eum, & ſapientiæ lumen recipietis. Abſcondit Moyſes faciem ſuam: non enim audebat obtueri Deum, quare tunc needum illuminatus fuit; at poſtquam vidit Dominum, diuinæ illicò gloria claritatis oppleuit faciem eius. Intendamus igitur & nos mentis oculos in Deum, vt in claritatem eius transformemur. Altiore & allegorico ſenſu intelligitur hic locus de conuerſione ac ſanctificatione animæ, quæ fit per gratiæ lumen in Baptiſmo, vel etiam in Pœnitentiæ Sacramento, iuxta quod Paulus ait, *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Propter quam cauſſam Baptiſmus appellari ſolet φωτισμὸς, *illuminatio*, de quo vide S. Dionyſium Areopagitam Eccleſ. Hierarch. cap. 2. & ibidem noſtras Annotationes. Ceterùm quia non pedibus corporis, ſed mentis greſſibus ad Deum acceditur: *Accede* (inquit S. Auguſtinus) *fide ſectando, corde inhiando, charitate currendo. Pedes tui, charitas tua eſt. Duos pedes habeto, noli eſſe claudus. Qui ſunt duo pedes? Duo præcepta dilectionis, Dei & proximi. Iſtis pedibus curre ad Deum, accede ad illum: quia & vt curreres ipſe hortatus eſt, & ipſe ſuum lumen aſperſit ſic, vt magnificè & diuinè ſequi poſſis.* Sic ille. Simul atque dictis pedibus ad verum Solem iuſtitiæ appropinquamus, illuminamur claritate Dei: illâ quidem claritate, quæ intellectum ſuauiter docens, affectum ad deſpectionem ſæculi, ad amorem Dei, & ad ſtudium bonorum operum potenter exſuſcitat. Confirmat hoc D. Laurentius Iuſtinianus in Serm. de Epiphania, cuius hæc eſt oratio: *Eſt namque gratia gratum faciens, quædam matutina ſtella præfulgida, quæ electorum quemque præcedens, corde ducit ad Chriſtum. Abſque hac procul dubio humanus proſtituitur animus, & ſui numquam iuris eſt compos, numquam amator ſapientiæ, neque fidelis in Domino. Per hanc verò rationalis mens efficitur ſapiens, de cæleſtibus eruditur, & fide imbuitur: quæ ad Chriſtum in veritate pergentibus prorſus neceſſaria fore noſcuntur.* Ceterùm id quod ſequitur:

In oratione & meditatione ad Deum accedimus, et illuminamur.

Baptiſmus & Pœnitentia lumen ſunt ſpirituale. Epheſ. 5, 14.

Pedibus dilectionis ad Deum accedendum.

Gratia lumen animæ eſt.

Et facies veſtræ non confundentur.] S. Auguſt. vertit, *& vultus veſtri non erubeſcent.* Sanè in vultu ſedem eſſe pudoris, vel illud ſignificat, quòd naturæ inſtinctu, qui erubeſcunt manu vultum inumbrare ſolent: quod ἐγκαλύπτεσθαι Græci Patres nominant. Vnde verecundiam priſci, cùm vt Nympham, ſiue deam, ſuis coloribus adumbrare vellent, pingebant eâ ſpecie, vt velatam haberet faciem, lineâ nebulâ decenter oppanſâ. Hortatur ergo Vates, vt cum fiducia ad Deum accedamus in ſpiritu humilitatis, & affectu deuotionis; quoniam ſic accedentes minimè patientur repulſam, nec illorum facies rubore ſuffundentur. Dicitur enim confundi facies, quando qui petit, non impetrat; & ideò cum rubore diſcedit.

Vultus eſt ſedes verecundiæ & pudoris.

7. *Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum.*] Vide quanti pauperem Deus faciat: clamat ille, & exauditur. gerit ſcilicet ſecum pauperta-

pertatem, cuius in gratiam Deus maieſtatis ſe inclinat. Hinc illud egregiè dictum à S. Ambroſio Apolog. cap. 11. *Bona paupertas, quæ ſi theſaurum non habet pecuniæ, habet tamen theſauros ſapientiæ & ſcientiæ. Nolite filij quaſi vilem deſpicere paupertatem: Pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum. Nolite quaſi magnis inuidere diuitijs: Diuites eguerunt, & eſurierunt.* Sic ille. Ceterùm, pauper hîc dicitur, non tam pecunijs egens, quàm omni auxilio & robore deſtitutus; qui non modò ab vna vel altera tribulatione eripitur, ſed ab omnibus liberatur. Quâ verò ratione id fiat, ſequens verſus declarat.

8. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum.*] In Hebræo eſt חֹנֶה *choneh*, id eſt *caſtrametabitur*, pro quo Septuag. vertunt, περιεμβαλεῖ: quod etſi *immittet* interpretetur, ſignificat tamen etiam caſtrametari, & in ordine exercitum conſtituere. Vnde etiam verti poterat, *caſtrametabitur*. Idem tamen per noſtram lectionem ſignificabitur, ſi benè intelligatur. Quare (vt benè notat Ianſenius) vana eſt quorumdam interpretatio ſic intelligentium, q. d. *Angelus Domini immittet terrorem in circuitu timentium eum.* Magis autem hunc locum corruperunt, qui quoniam noſtram lectionem putabant habere incommodum ſenſum, legerunt, *immittet Angelum Dominus*. Legendum enim, vt etiam S. Auguſt. diligenter annotauit, *Angelus Domini*: nec tamen idcircò legendum eſt *immittit*, vt apud eum habetur, ſed futurum *immittet*, cùm Græcis ſit περιεμβαλεῖ. quamquam hoc paulò ſit obſcurius, & diminutum; plenum autem erit, ſi hoc modo interpretemur q. d. Immittet ſe in morem præſidij militaris in circuitu, tentoria vndique figet, vallum ponet, aditum omnem occupabit: hoc enim totum vox περιεμβαλεῖ ſignificat. Chaldæus habet, *immoratur Angelus Domini in circuitu*; S. Hieronymus vertit, *circumdat in gyro*; Caietanus, *habitans Angelus Domini circumcircà timentibus eum*. De vnico Angelo id poteſt intelligi, qui propter mirificam naturæ vim atque potentiam, numeroſæ cohortis inſtar circum regem excubantis habere ſe poteſt. Quomodo Iſaias *ſepem* dixit: *Auferam ſepem eius.* vbi S. Baſilius de Angelo Tutelari exponit, qui cuſtodit vnumquemque. Verùm maius & luculentius erit Dei beneficium erga nos, ſi dicamus non vnum tantùm ab illo mitti, ſed caſtra veluti prætoria, quæ hoſtium noſtrorum vim & ferociam comprimant. Quod enim de vno Angelo pronuntiat numero ſingulari, ad omnes extendere conuenit; quia vocantur ſimul omnes *adminiſtratorij Spiritus*, ad ſalutem noſtram curandam miſſi. Et plures ſimul ad vnum aliquem deſtinari, ex Euangelio colligitur, vbi cùm ne vnum quidem ex puſillis contemnendum eſſe Chriſtus docuiſſet, rationem hanc adiunxit: *Quia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei*, haud obſcurè inſinuans, etiam plures ſingulis deſtinari Angelos, prout ſcilicet Domino viſum eſt, nobiſque vtile eſſe nouit. Obſeruatu quoque dignum, quomodo non latus dumtaxat occupare iubeat, ſed Angelum mittat *in circuitu*. Sanè homines qui nobis auxilio ſunt, aut latus occupant, aut terga defendunt: verùm Angelos Deus mittit, vt in circuitu nos cuſtodiant. Scilicet, tantâ curâ in bonum noſtrum inuigilant, vt nulla ex parte nos relinquant immunitos. Circumdant nos vndique, ne qua ex parte aduerſarius poſſit irrepere. Et huc fortè reſpiciens B. Macarius hom. 22. ait Angelos κυκλοῦν καὶ φυλάττειν, *circumdare & cuſtodire ſeruos Dei*. O fidele potentiſſimumque præſidium! Quid hac beneuolentiâ dici amicius humaniuſque poteſt? Duo præſertim in quotidianis noſtris periculis & præliorum contentione faciunt. Nobis addunt vires, demunt hoſtibus: corroborant enim imbecillitatem noſtram, & iacentem animum diffidentemque attollunt, &, vt verbis Dauidicis vtar, docent manus noſtras ad prælium, & digitos noſtros ad bellum.

Cuſtodia Angeli qualis.

Iſaiæ 5, 5.

Hebr. 1, 14.

Nonnumquam plures etiam Angeli vnius cuſtodiæ deputati.

Matth. 18, 10.

Angelorum cuſtodia in circuitu eſt.

9. *Guſtate & videte.*] Id eſt, experimentum ſumite, periculum facite, incipite reipsâ in Deum iactare omnem ſolicitudinem veſtram, inhærendo illi, dimiſſis omnibus conſolatoribus alijs; & *videte*, id eſt cognoſcite, quàm dulcis eſt Dominus omnibus inhærentibus ſibi. Hanc ſententiam Ven. Euchariſtiæ deguſtationi pulchrè applicat S. Dionyſius Eccleſ. Hierar. cap. 3. in fine dicens: Γεύσασθε (φασὶ τὰ λόγια) καὶ ἴδετε. τῇ γὰρ ἱερᾷ τῶν θείων μυήσει τὰς μεγαλοδώρους αὐτῶν οἱ μυούμενοι χάριτας ἐπιγνώσονται, καὶ θειότατον αὐτῶν ὕψος καὶ μέγεθος ἐν τῇ μεθέξει πανιέρως ἐποπτεύοντες, τὰς ὑπερουρανίους εὐχαριστῶς ὑμνήσουσι τῆς θεαρχίας ἀγαθουργίας. *Guſtate (inquiunt Eloquia) & videte. Quoniam qui ſacroſanctâ rerum diuinarum initiatione inſtituuntur, permagnificas ipſarum gratias agnoſcent, atque diuiniſſimam earum celſitudinem ac magnitudinem in communione ſanctè conſiderantes, ſupercæleſtia ſupremæ Deitatis beneficia grati collaudabunt.* Similiter S. Baſilius ad hunc locum, de Chriſti carne ſub ſpeciebus panis & vini in Ven. Sacramento latitante, ſententiam hanc exponens, ſcitè expendit illud, *Guſtate*. Siquidem cibi materiales priùs videntur, & poſteà guſtantur: hic verò priùs guſtum inducit, poſteà viſum. In primis, quia hoc loco ſenſus arbitri minimè ſunt adhibendi, ſed fides. Nam vbi ſenſus conſuluntur, nil ibi aliud quàm panis ſpeciem agnoſcunt; ſi verò fides interrogetur, verum Deum & hominem Chriſtum Ieſum adeſſe denuntiat. Tantam autem Euchariſtia dignè illam ſumentibus ſuauitatem adfert, vt quemdam guſtum æternæ dulcedinis præ ſe ferre videatur. Quippe quæ ſit veluti prælibatio quædam futuræ beatitudinis. *Quoniam ergo Dominus noſter (inquit S. Baſilius) verus eſt panis, & eius caro verus eſt cibus; neceſſe eſt, vt voluptas lætitiæ panis, per guſtum ſpiritualem in nobis gignatur. Sicuti mellis natura vires ſuas haudquaquam tam adeò exerit ac repræſentat expertis, verbis & ſermone declarata, quàm ipſo ſenſu deguſtata: ſic nec Verbi cæleſtis ſuauitas humanæ doctrinæ verbis tradi euidenter poteſt, niſi veritatis dogmatibus diutino examine probatis, poterimus noſtrapte experientiâ Domini ſuauitatem intelligere.* Sic ille.

Res ſpirituales priùs guſtandæ, quàm videantur.

Ven. Euchariſtia ſumma ſuauitas dignè ſumentibus.

10. *Timete Dominum omnes ſancti eius*, &c.] Hortatur hîc Sanctos ad timorem illum filialem, qui à charitatis magnitudine generatur, & in quadam veriſſima reuerentia erga Deum, & in ſanctiſſimo offenſam aliquam incurrendi metu conſiſtit: quare ob ſuam excellentiam, ſanctus, purus, caſtus, perfectus, vt ab initiali ſeu ſeruili diſtinguatur, appellari ſolet. Cuius quidem

Timor filialis Sanctos decet.

pulchri-

ANNOTATIONES CORDERII.

pulchritudinem omni ex parte mirabilem & pretium vel ex eo licet cognoſcere, quòd perfectio legis illi tribuatur; cùm charitate ſit veſtitus, & ampliſſimis Dei donis comitatus. Itaque Eccleſiaſtes, cùm dicendi finem faceret, aureaſque ſuas monitiones illâ veluti clariſſimâ gemmâ obſignaret, *Deum time*; addidit hanc rationem, *Hoc eſt enim omnis homo*. In hoc videlicet vno ſitum eſt hominis bonum, in hoc animi felicitas, vno verbo perfectio. Vnde S. Hieronymus eumdem locum illuſtrans, ait intelligi conſummatum in virtutibus metum, quem etiam Dauid hoc loco Sanctis inculcat: adeò vt à patre ſuo Dauide Eccleſiaſtes doctrinam iſtam hauſerit, quâ monitiones ſuas ſaluberrimas concludit. Nam quod de ſancto timore loquens ait, *Hoc eſt enim omnis homo*; id Dauid prius iampridem dixerat, *Quoniam non eſt inopia* (propriè *defectus*) *timentibus eum*. Vnde in Pſalterio Romano legitur, *nihil deeſt timentibus eum*. vt ſit ſenſus, q. d. Homo timens Deum, expers eſt omnis defectus & indigentiæ moralis: ſiue talis eſt, vt illi nihil addi ad perfectionem poſſit. Quare Iſaias quoque, cùm huius timoris magnificentiam eloquitur, illum vt quæſtorem opulentum, & curatorem dominici patrimonij deſcribit, in cuius poteſtate ſit ærarium plenum, vel potiùs qui ſit ipſe theſaurus, in quo diuitiæ ſalutis contineantur. *Diuitiæ*, inquit, *ſalutis ſapientia & ſcientia, timor Domini ipſe eſt theſaurus eius*. Quem locum cùm attuliſſet Chæremon vir ſpiritualis apud Caſſianum Collat. 11. cap. 13. non potuit timoris iſtius dignitatem ac meritum magis euidenter exprimere, quàm vt diuitias ſalutis noſtræ, quæ in vera ſapientia Dei ſcientiaque conſiſtunt, diceret niſi à timore Dei non poſſe ſeruari. Atque hæc nimirum cauſſa eſt, cur perfectio Chriſtianæ legis in timore conſtituatur. Felices, qui hunc fidelem viæ ducem, & perfectæ vitæ auctorem nacti, in timore hoc caſto vitam exuent. *Nam timenti Dominum benè erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur*, ait Sapiens.

In timore Dei filiali perfectio omnis conſiſtit.

Timenti Deum, nihil deeſt.

Iſa. 33, 6.

Eccli. 1, 13.

11. *Diuites eguerunt.*] Hebraicè eſt, כְּפִירִים *cephirim*, id eſt, *leones*, vt S. Hieronymus vertit. Vbi nota pulchram oppoſitionem inter leones & inquirentes Dominum. Significatur enim, leones ad prædam quærendam natos, eique auidè inhiantes, fame & inediâ potiùs perituros, quàm vt neceſſario victu fraudentur hi qui ante omnia Dominum quærunt. Septuag. intellexerunt per *leones* ſignificari homines qui conquirendis diuitijs per fas & nefas incumbunt, vnde verterunt *diuites*. Nam & tales Pſalmo 9. leonibus Propheta comparat, aſſerens eos ſedere cum diuitibus. ita Ianſenius. Sed hoc paradoxum videri poſſit: nam ſi diuites & copijs lautis abundantes, quomodo egent & eſuriunt? Sed notum & veriſſimum eſt commune dictum, quod D. Hieron. retulit in Epiſt. ad Paulinum, *Auaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet*. Cui ſimile eſt pulchrum illud Senecæ epiſt. 108. *Deſunt inopiæ multa, auaritiæ omnia*. Egent ergo & eſuriunt, & quidem ita, vt etiam minima lucra, tenueſque exilium bonorum acceſſiones auidiſſimè perſequantur. Huc ſpectat prognoſticum medicum, quod libro de Prænotionibus Hippocrates attulit. Qui in febribus, inquit, acutis, aut phrenitide, aut capitis dolore, *feſtucas legunt, aut floccos de veſtibus euellunt, & malum & lethale*. Quis ergo dubitet, quin phrenetici illi auari iam vicini fato extremo eſſe videantur, qui tam cupidè, tamque ardenter, minuta omnia, & volantes propè quiſquilias aucupantur & colligunt? Atque vt illi qui in medijs vndis pereunt, quidquid manu attigerint, firmiſſimè ad mortem vſque retinent; ſic illi auaritiæ in freto, atque vndis cupiditatis, naufragium vitæ bonæ facientes, quidquid ceperint ita retinent, vt vel etiam morituri, nihil tamen exire de manibus velint, nihil dimittere. O diuites vmbratiles! ô diuites infelices! qui in medio diuitiarum ſuarum fame pereunt, & ab ipſiſmet ſuffocantur & pereunt. De Sanctis autem perfectè Deum timentibus quid dicitur?

Diuites auari ſemper egent.

Auari phreneticis & moribundis ſimiles.

IBIDEM. *Inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono.*] Nullus, inquit, metus vel diffidentia vos abducat à recti ſtudio, quia bonos ac probos Deus numquam deſtituet, nec ipſos rerum neceſſariarum penuriâ perire ſinet. Itaque hunc Deo honorem deferre iubet, vt plus ab eo vno expectemus, quàm profani homines à diuitijs, vel impij ab illicitis ſuis artibus. Quiſquis verò ita in Deum curas omnes ſuas reijciet, eum ſibi ſemper fore nutritium & patrem optimum experietur, nec vllo vmquam minuetur bono; ſed quæcumque deſiderat, diuite cornu ſibi affatim affundi à Deo ſentiet. Perfectionis enim diuitiæ ita deſideria Sanctorum implent, vt nullum fruſtratum relinquant.

Iuſti non deficiunt omni bono.

12. *Venite filij, audite me*, &c.] Hæc verba exponit S. Chryſoſt. ductâ ſimilitudine à ſcholaſticis, qui conquirendæ ſapientiæ cauſsâ in Academiam confluunt. His enim ſedulò res agenda eſt: nulla enim eſt facultas quæ haberi poſſit, ſi per oſcitantiam ei incumbas. imò verò etſi diligenter ad eam animum applices, vix exhauries. Ergo metaphora huc tendit, vt, quemadmodum pueri vix terroribus & flagellis ad ſtudium adiguntur; cùm verò paululùm proceſſerint, ſapientiæ dulcedine allecti, vix à ſtudio auelli poſſunt: ita etiam qui primis elementis virtutis inſiſtit, difficilè, & cum labore, ijs incumbit; ſi verò aliquales progreſſus fecerit, multa cum delectatione in illa verſatur. *Quòd enim* (inquit Chryſoſt. ad hunc locum) *hæc ars ſit, & doctrinâ opus habens, aduerte Prophetam dicentem: Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Vera doctrina opus habet timore Dei.* Vnde D. Ephræm Orat. de timore, diuinum timorem vocat *animæ ſcholam*; ſeu, vt eſt in Græco, παιδευτήριον, quod propriè ſignificat *ſcholam puerilem*. Vt enim pueri in ſchola ad ſapientiam erudiuntur: ita & qui viam perfectionis ineunt, in timore diuino ad perfectionem informantur. Certè Dauid perfectionis candidatus, & doctor optimus, nullam hîc aliam doctrinam, quàm diuini timoris inculcat. *Venite*, inquit, *filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Quaſi diceret*, (exponit B. Laurent. Iuſtinianus in Ligno vitæ cap. 1.) *Non curſus ſiderum, non rerum naturas, neque cælorum ſecreta; ſed Domini timorem docebo vos. Horum ſcientia ſine timore inflat: timor autem Domini abſque ſcientia illorum ſaluat.* Imò Iſaias in ſuo cantico, prima ad virtutem incitamenta non ex alio principio, quàm ex diuino

Studium ſapientiæ ſedulitatem exigit.

Spiritualis doctrina opus habet timore Dei.

Timor Dei eſt ſchola perfectionis.

timore

Iſaiæ 26, 18. timore capiebat: *A facie tua*, inquit, *Domine, concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus Spiritum ſanctum ſalutis.* Vbi Septuag pro illis verbis, *à facie tua*, transferunt, διὰ τὸν φόβον σου, *propter timorem tuum.* Quod expendens B. Laurent. Iuſtinianus iam citatus, *Quicumque*, inquit, *deſiderat ſapientiâ & ſcientiâ repleri, & qui ſalutari ſpiritu munitus anhelat ad culmen pertingere virtutum, non aliunde incipiat, quam à timore Domini. Nam ipſe timor eſt robur animæ, lumen intelligentiæ, & ſpes ſalutis. Hoc teſtatur Iſaias dicens: A timore tuo Domine concepimus*, &c. Vide quæ ſuperiùs ad Pſal. 2. v. 11. & Pſal. 18. v. 10. annotauimus.

Homines præmijs ducuntur ad bonum.

13. *Quis eſt homo, qui vult vitam*, &c.] Ratum profectò ſtatutumque eſt, vt homini benè operanti præmium à Deo, & promiſſum ſit, & merenti reddatur. Ea quippe Dei magnitudo & magnificentia eſt, vt voluntatem hominis ad virtutem propoſitis accendat præmijs potiùs, quàm terroribus ac minis compellat: quoniam ea viciſſim hominis plerumque ſeu inopia, ſeu cupiditas eſt, vt ſuis intentus commodis, ad captanda Dei munera concitetur vehementiùs, quàm terroribus cogatur. Quamobrem hîc priùs, (vt benè S. Auguſt. obſeruat) Dauid mentem noſtram inflammat ad præmium, vt quod præcipitur magis bonum amando, quàm malum timendo faciamus. Cùm ergo omnibus à natura vitæ, & quidem beatiſſimæ, inſitum ſit deſiderium; ne fortaſſis illud in nobis vitio noſtro refrigeſcat, aut extinguatur, hiſce verbis exſuſcitat, & quâ eius compotes fiamus, aptiſſimam ſequenti verſu ſuggerit viam ac rationem.

14. *Probibe linguam tuam à malo.*] Græcè, παῦσον, id eſt, *ceſſa*; Hebraicè, נְצֹר *netſor*, id eſt, *cuſtodi*, vti S. Hieron. vertit; S. Auguſt. Pſalterium Romanum, & Ambroſianum, *cohibe*; Cyprianus, *contine*; Tertullianus, *compeſce*. Nota

1. Pet. 3, 10. hunc locum à S. Petro in Epiſt. ſua citari in tertia perſona, *Coërceat linguam ſuam à malo*, &c.

Iac. 3, 2. Huc ſpectat illud Iacobi: *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir: poteſt etiam freno circumducere totum corpus*, &c. vbi fusè ac pulchrè bona & mala linguæ proſequitur, & virtutis ſummam in eius recta moderatione ſitam eſſe oſtendit. De malo linguæ vide plura ſuperiùs ad Pſal. 5. v. 10. Pſal. 10. v. 7. Pſal. 11. v. 4. & 5. & Pſal. 13. v. 3. & alibi annotata.

15. *Diuerte à malo, & fac bonum*, &c.] Diſertè hîc Propheta docet, non tantùm in fuga peccatorum, ſed etiam in acri virtutum ſtudio timorem Domini cenſeri, quaſi ardens Dei obſequium, & indefeſſa bonorum operum ſectatio, diuini timoris pars non minima, ſed ſignatiſſima illius portio ſit. Emphaticè autem pacem non

Pax non ſolùm quærenda, ſed etiam perſequenda eſt.

ſolùm inquirendam eſſe monet, verùm etiam, ſi quando fugitare nos videbitur, conſtanter perſequendam. Incredibile dictu eſt, quot modis, & quantâ animi contentione Apoſtolus inſudet in hoc bono inculcando. Cùm videret à ſæculi hominibus pacem eſſe reiectam, & quodammodò fugientem, & reuolantem in cælum, ita Chri-

Heb. 12, 14. ſtianos monebat: *Pacem perſequimini cum omnibus.* Quod illuſtrat Syrochaldæus, & ſic vertit, *currite poſt pacem*; vt ardorem animi commendet ad præſtantis boni vſuram capiendam. Vox Græca huius loci ſimillimum ardorem ſignificat. Eſt enim διώκετε, *perſequimini pacem*, omnem diligentiam adhibete ad eam conſequendam: in ea ſitam eſſe animi lætitiam, & optandæ felicitatis genus putatote. Quod etiam monuit hoc loco Regius Vates, dicens: *Inquire pacem, & perſequere eam*, vt non lento remiſſoque animo eſſe quærendam intelligamus; ſed conatu animi generoſo, & inflammatâ etiam cupiditate perſequendam. Vt mores hominum ſunt, & naturæ vitioſæ corruptio, nihil videtur eſſe facilius, quàm pacem violare, quæ celerrimè ab oculis fugit, diuertitque ad alios: tu verò, ô Chriſtiane, audi Sanctorum monentium vocem, & intellige, vt beatitudine frui poſſis, non ſequendam modò pacem, verùm etiam perſequendam eſſe. Atque hanc rem Auctor Operis imperf. in Matth. hom. 9. benè commodeque illuſtrat, cùm Dauidis illud oraculum exponit: *Inquire pacem, & ſequere eam. Non dixit*, inquit, *ſi te pax ſequatur, ſuſcipe eam: ſed & ſi te fugerit, ſequere eam. Vt puta, ſi (quod humanum eſt) cum aliquo feceris litem, ſi quidem ille te priùs inuitat ad pacem, pax te ſequitur, cum gaudio ſuſcipe eam. Quòd ſi ille quaſi malus permanet in malo, pax abſconditur ab oculis tuis: tu quaſi filius pacis, pulſa ianuam pacis, & hoc eſt inquirere pacem. Ne dicas, Ille mihi prior iniuriam fecit, & priùs me debet rogare: glorioſior es tu, ſi læſus pacem petieris, quàm ſi vindictam deſiderares. Quære ergo pacem, vt inuenias præmium pacis.* Hæc ille. Atque in his verbis elucet Apoſtoli mens & diuini Prophetæ, qui rei momentum ſciebant. Quorum doctrinam vtinam omnes piè, vt par eſt, excipientes, quærerent & perſequerentur pacem!

ANNOTATIONES CORDERII.

16. *Oculi Domini ſuper iuſtos.*] Sic præced. Pſalmo v. 18. ait: *Oculi Domini ſuper metuentes eum.* Ex quo intelligimus, eoſdem eſſe iuſtos, & timentes Deum. *Oculi* autem tam hîc, quàm ibi, accipiuntur pro ſpeciali quadam prouidentiæ ratione, quâ eos à malis liberat, & cumulat bonis. Aut oculi, eius miſericordiam & clementiam ſignificant, vt in Exodo: *Vidi afflictionem populi mei, & clamorem eius audiui.* Aures porrò eius patent ad eorum preces, vt ipſis optata largiatur. *In oculis* (inquit Saluianus lib. 2. de Prouidentia) *affectus aſpicientis oſtenditur; in auribus ſemper exaudientis largitas demonſtratur.* Sic ille. O hominem ſanè feliciſſimum, cui præſtò ſemper ſunt & oculi & aures Dei, affectus & largitas! intuetur laborantem, exaudit clamantem: intuendo commiſeretur, audiendo accurrit, & poſtulata magnificè largitur, imò & æqualem cum pietate magnificentiam patris exhibet. Itaque ne iuſti impiorum ſe libidini expoſitos eſſe putent, hortatur eos Dauid, vt mentem ad diuinam referant prouidentiam, ad cuſtodiam ipſorum intentam. Interim ad vota preceſque fundendas exſtimulat, tamquam opportunum in omnibus ærumnis remedium. Ne quis autem impios iniurias, quibus iuſtos opprimere nituntur, impunè laturos exiſtimet, aptè ſubiungit:

Oculi, pro prouidentia & clementia.

Exodi 3, 7.

17. *Vultus autem Domini ſuper facientes mala.*] Quia nimirum eos cum ira & indignatione inſpicit. *Aſpexit*, inquit Habacuc, iuſto videlicet furore inflammatus. Quid igitur inde ſequitur? *Et diſſoluit gentes*: vel, vt eſt apud Septuag. διετάκησαν, *liquefactæ ſunt gentes.* Vnde Hab. 3, 6.

Vultus Dei impijs formidabilis.

patet

ANNOTATIONES CORDERII.

pater, eumdem vultum Domini, ſicut pijs conſolationi ac ſaluti; ſic impijs horrori & exitio eſſe. Significat ergo Dauid, quantumuis Deus ſubinde ad hominum ſcelera, non ſtatim pœnam inferendo, conniuere quodammodò videatur; impios tamen conſpectum eius minimè fugere: & dum ipſis peccandi audaciam addit vana ſpes impunitatis, Deum cogitare vt in nihilum redigat memoriam eorum. quod pœnæ genus conſulto exprimit; quia nimirum impij non modò ad finem vſque vitæ beatos ſe fore confidunt, ſed immortalitatem ſibi quoque fingunt in mundo, quam non conſequentur. Nam (vt verè Sapiens ait) *erunt poſt hæc decidentes ſine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum, & memoria illorum peribit.* Quantumuis exſtruant mauſolea, & ſcintillantes auro ædes, marmoribus pretioſis inſcribant titulos magnificentiſſimis operibus, & proſtare vbique nomen ſuum velint; cæli oraculum eſt, *Nomen impiorum putreſcet*, hoc eſt, vt malè olens cadauer breui tempore ad omnium abominationem durabit, & ſubitò delebitur.

Sap 4, 19. *Impiorum memoria perit, & nomen eorum putreſcit.* Prou. 10, 6.

18. *Clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos.*] Eſt confirmatio eius quod paulò antè dixerat, aures Dei patere ad clamorem iuſtorum; reipsâ demonſtrans, Deum minimè ſurdum eſſe ad gemitus & preces noſtras. Ceterùm clamandi verbo ſatis inſinuat, quamuis Deus iuſtos tueatur, haudquaquam tamen eſſe à rebus aduerſis immunes. Siquidem ita temperat ſuum in illis ſeruandis præſidium, vt ſimul multis eos exerceat certaminibus, ne torpeſcant, ſed aſſiduè ad ſalutis ſuæ cuſtodem vota ſua dirigant.

Deus iuſtos ad ſe clamantes exaudit.

19. *Iuxtà eſt Dominus ijs qui contrito ſunt corde.*] Vulgata legit, *qui tribulato ſunt corde*; S. Cyprianus, *proximus eſt Dominus contritis corde*: quod concordat cum Græco, in quo eſt *συντετριμμένοις τὴν καρδίαν*; S. Auguſtinus, *his qui obtriuerunt cor.* Eſt autem *cor obterere*, dolore angi, pœnitere, de ſe pœnas ſumere peccatorum, ob Dei legem violatam intimo ex animo mœrere. Quæ ſic arrident diuinæ placabilitati & miſericordiæ, vt potenti velut illicio adductus, aduolet ſubitò ad illos homines, & inexplicabilem illis ſuauitatem impertiatur. Ita Chriſtus apud Iſaiam dicebat ſe miſſum, *vt mederetur contritis corde.*

Deus propè eſt ijs qui conteruntur.

Iſaiæ 6, 1.

20. *Multæ tribulationes iuſtorum.*] Occurrit hîc tacitis cogitationum noſtrarum obiectionibus, quæ vt plurimùm mentibus noſtris obrepunt; quî fieri poſſit, vt iuſti curæ ſint Deo, qui aſſiduè tot aduerſis fluctibus iactantur? Quorſum enim Dei protectio, niſi vt tranquillis viuere liceat ijs, qui nemini moleſtiam faceſſunt? Ne igitur iſtiuſmodi tentationibus fides diuinæ prouidentiæ in nobis aliqua ex parte nutet; meminiſſe debemus, vitam hanc noſtram militiam eſſe ſuper terram, vt Iob ait, ideoque, vt virtutis ſpecimen præbeamus, varijs aduerſitatibus nos vtiliter exerceri, ne otio torpeamus; quia ſine aduerſario marceſcit virtus, & corona non niſi legitimè certantibus decreta eſt. Quamobrem multæ tribulationes & certamina iuſtis offeruntur, vt tantò ex ijs, de auxilio Dei & ſua liberatione ſecuri, illuſtriores euadant victores, quantò plures ac difficiliores luctas fortiter ſuſtinuerint: è quibus omnibus Dei ope ſe ſentiant liberatos.

Tribulationes cedunt iuſtis in coronam.

Iob 7, 1.

21. *Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum.*] An non Deus & carnem cuſtodit? an oſſium tantùm cura eſt Deo? Synecdochicè igitur omnia membra intelligit, vt ſciamus omni ex parte illæſos fore, quos Deus tuendos ſuſcepit. *Oſſa* autem potiſſimùm nominauit, quia ſunt corporis baſis, firmamen ac robur: Deum ergo facturum pronuntiat, ne vnum ex oſſibus noſtris frangatur. quo ſenſu Chriſtus dixit, ne quidem pilum defluere ſine eius voluntate, & omnes capillos capitis noſtri numeratos eſſe. Ad litteram hi duo verſus peculiariter in Chriſtum quadrant, (qui *κατ' ἐξοχὴν iuſtus* appellatur, vnde & in Hebræo nomen ſingulariter effertur) tum quòd verè tribulationes eius fuerint multæ, à quibus tamen omnibus per reſurrectionem perfectiſſimè liberatus fuit, tum quòd eius oſſa ſint cuſtodita, vt ne vnum quidem ex eis ſit confractum, etiam in morte adeò violenta, *vt Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo.*

Deus miniſtri iuſtos cuſtodit.

Matth. 10, 30.

Chriſto nullum os confractum in paſſione.

Exodi 12, 46. Ioan. 19, 36.

Myſticè D. Baſilius vult homines Deo ſacros, & communis pietatis curatores, eſſe myſtica Eccleſiæ oſſa, quæ poſſint ſua ipſorum conſtantia & firmitudine debilium fulcire ac ferre imbecillitatem. *Sicut enim oſſa*, inquit, *inter ſe connectuntur, ſecundùm commiſſuras articulorum, & hæ conſertiones neruis firmantur & ligamentis, quæ oſſibus adhæreſcunt: idem omnino contigerit, ſi charitatis & pacis colligatio in Eccleſia Dei veluti cognationem quamdam efficiat ſpiritualium oſſium, & in vnum conſpirantem conſenſionem.* Hanc igitur pulcherrimam & iucundiſſimam harmoniam cùm prædicare vellet Propheta, ait oſſa à Deo cuſtodiri.

Sancti ſunt myſtica Eccleſiæ oſſa.

Tropologicè verò S. Gregorius lib. 5. Moralium cap. 22. *Quid per oſſa* (inquit) *niſi fortia facta deſignantur? de quibus per Prophetam dicitur Dominus cuſtodire oſſa eorum.* Per *oſſa* igitur fortitudo ſignificatur: atqui *fortitudo ſimplicis via Domini*, ait Sapiens. Cuſtodit ergo Dominus iuſtitiam atque virtutes iuſtorum, ne iſta eorum oſſa bonaque præſtantiſſima in tribulatione deficiant. *Vnum ex his non conteretur.* quia, ſi nonnihil fortaſſis per feruorem tribulationis attritum fuerit, per Dei gratiam inſtaurabitur; ſed *nec vmquam* (vt S. Bernardus ait) *propoſitum cordis eorum, numquam ſalubris intentio conteritur, vt concupiſcentiæ titillanti detur aſſenſus.* Optimè etiam per *oſſa* hîc intelligi poſſunt prædeſtinati ad gloriam, de quibus allegoricè ſcriptum eſt: *Os non comminuetis ex eo.* Nemo enim eorum, etiamſi ſubinde confractus fuerit, conteritur, quia ad æternum interitum non confringetur. ita Ianſenius.

Oſſa ſpiritalia ſunt virtutes.

Prou. 10, 29.

22. *Mors peccatorum mala.*] Quemadmodum etiam S. Cyprianus non ſemel citat lib. contra Nouatianos: Vulgata vertit, *peſſima*; S. Hieronym. ex Hebræo tranſtulit, *interficiet impium malitia.* Quia nimirum eorum improbitas, quâ ſe egregiè munitos putant, in eorum capita recidet, & apprehendet illos mors ſecunda, verè omnium peſſima, & quidem æterna: quam iure potiori, quàm Epicurus apud Laërtium lib. 10. communem hanc omnium mortem, *φρικωδέστατον κακῶν*, *malorum omnium maximè horribile*, appellaueris. De impijs enim apud Iſaiam Dominus ait: *Videbunt cadauera virorum qui præuaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum*

Mors peccatorum peſſima.

Iſaiæ 66, 24.

eorum non extinguetur: & erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni: vt meritò inclamet Pſalmiſta, *Mors peccatorum peſſima*, cùm interim *pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius* ſit. Illos non morituri manent vermes, ignes, tormenta; hos pulchritudo, gaudium, gloria æternitati commenſuranda. Delige: delectus in manu tua eſt, cùm fuga & perpetratio peccati in manu tua ſint: ſed & imitatio Chriſti in manu tua eſt. Errare non potes hoc duce, de quo ſequ. verſu ſubditur:

23. *Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum.*] Qui nimirum eius impleuerint voluntatem. Nam hi ſingulari animi lætitiâ delibuti, iucundiſſimè placidiſſimeque demigrant ex hac vita, & εὐθανασίαν, hoc eſt, bonam facilemque mortem, diuinitus conſequuntur, & optatam illam vocem audiunt: *Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui.* Hæc autem merces eſt omnium ſeruorum illorum, qui dum viuerent, non ſuam, ſed pro ſua diuinam amplexi ſunt voluntatem, eique ſe totos deuotiſſimâ ſubiectione transſcripſerunt. De quibus ſubdit: *Et non delinquent omnes qui ſperant in eo:* id eſt, qui Deo in omnibus fidunt. Quiſquis autem feliciſſimam hanc artem callet, ac reipsâ tam prouidentiæ diuinæ, quàm voluntati perfectè ſe tradit, graues vitiorum inſultus non ſuſtinebit. Vera enim in Deum fiducia, non tantùm inquieti pectoris agitationem, ſed & huic contrarium torporem mentis ac ſenium tollit. Diſertè hoc ipſum confirmans S. Bernardus tract. de Gratia & lib. arbitrio. *Ita*, inquit, *animus, ſi non præſumat de ſe, ſed ſi confortetur à Deo, poterit vtique dominari ſui, vt non dominetur ei omnis iniuſtitia.* Ita, inquam, Deo innixum nulla vis, nulla fraus, nulla iam illecebra poterit vel ſtantem deijcere, vel ſubijcere dominantem. Alioquin fruſtrà nititur, ſi non innititur. Diſce ergo Deo fidere, etiamſi omnia tibi aduerſa ſint; diſce contra ſpem in ſpem credere, & voluntas Domini in manu tua dirigetur.

Mors iuſtorum beata. Matth. 25, 21.

ANNOTATIONES CORDERII. *Fiducia in Deum, liberat à malo & peccato.* Iſa. 53, 10.

IN PSALMVM XXXIV. ARGVMENTVM.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν ὡσαύτως εἴρηκεν ὁ μακάριος Δαβίδ, ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος. Μέμνηται δὲ καὶ τῆς τοῦ Δωὴκ πονηρίας· αὐτὸς γὰρ ἐμήνυσε τῷ Σαοὺλ τὰ κατὰ τὸν Ἀβιμέλεχ τὸν ἱερέα, καὶ πρόξενος τῆς πολλῆς ἐκείνης μιαιφονίας ἐγένετο. Μέμνηται δὲ καὶ τῶν Ζιφαίων, καὶ τῶν ἄλλων, οἱ τῷ Σαοὺλ τὸν Δαβὶδ κατεμήνυον. Ἄλλος δὲ μὴ πάσας λέγων ἁρμόζειν τὰς φωνὰς τῷ Δαβίδ, περὶ τῶν τῆς ψυχῆς μᾶλλον πολεμίων ἁρμόζειν φησί· πρὸς οὓς πάσης ἀσθενούσης δυνάμεως, πρὸς τὸν τῶν ὅλων εἰκότως καταφεύγει Θεόν.

Pſalmus ipſi Dauid.

Hunc etiam Pſalmum eodem modo beatus Dauid protulit, cùm Saül eum perſequebatur. Meminit autem & malitiæ Doëg: is enim, quæ apud Abimelech ſacerdotem acta fuerant, Saüli indicauit, & auctor fuit illius maximæ internecionis. Mentionem item facit Ziphæorum, & reliquorum qui Dauidem Saüli indicarunt. Alius autem non omnes has voces Dauidi conuenire dicens, eas in animæ potiùs aduerſarios quadrare ait: contra quos cùm vis omnis debilis eſſet, ad Deum vniuerſorum meritò confugit. 1. Reg. 22.

PARAPHRASIS.

ά. ΔΙΚΑΣΟΝ κύριε τοὺς ἀδικοῦντάς με, πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς με.

Καλὴ τῶν εἰρημένων ἡ τάξις, καὶ τῷ δικαίῳ πρέπουσα εὐχῇ. Ἤτησε γὰρ πρότερον δικάσαι τὸν τῶν ὅλων Θεόν, εἶθ᾽ οὕτως ἐπαγαγεῖν τῆς τιμωρίας τὴν ψῆφον.

β́. Ἐπιλαβοῦ ὅπλου καὶ θυρεοῦ, καὶ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειάν μου.

γ́. Ἔκχεον ῥομφαίαν, καὶ σύγ-

1. IVDICA Domine nocentes me, expugna impugnantes me.

Pulcher eſt verborum ordo, & precibus viri iuſti conueniens. Primùm enim petijt, vt vniuerſorum conditor Deus iudicaret; ac deinde, vt ſupplicij ſententiam proferret. *Iudicium præcedit ſententiam.*

2. Apprehende arma & ſcutum: & exurge in adiutorium mihi.

3. Effunde frameam, & con-

PARAPHRASIS PATRVM.

clude aduerſus eos qui perſequuntur me:

κλεῖσον ἐξ ἐναντίας τῶν καταδιωκόντων με.

Cùm belli meminiſſet, neceſſariò etiam armorum ſpecies appoſuit: hac panopliæ figurâ eos qui in malitia viuunt, perterreſaciens. Neque enim Deus huiuſmodi armis indiget, vt impios caſtiget; ſed ſufficit illi verbum ad ſupplicium infligendum.

Deus non opus habet armis, vt impios castiget.

Πολέμου μνημονεύσας, ἀναγκαίως καὶ τῶν ὅπλων τὰ εἴδη προστέθεικε, τῷ σχήματι τῆς πανοπλίας ἐκδειματῶν τοὺς πονηρίᾳ συζῶντας. Οὐδὲ γὰρ τοιούτοις ὅπλοις κέχρηται ὁ Θεὸς κολάζων τοὺς ἀδικοῦντας, ἀρκεῖ δὲ αὐτῷ λόγος εἰς τιμωρίαν.

Dic animæ meæ, Salus tua ego ſum.

Εἰπὸν τῇ ψυχῇ μου, σωτηρία σου εἰμὶ ἐγώ.

Verbum Dei armis praualet.

Satis mihi ad ſalutem eſt verbum tuum. Quoniam enim armorum meminit, meritò docuit Deum miniſtris non indigere; ſed verbo ſolo & illos ſupplicijs, & hos beneficijs afficere.

Ἀρκεῖ μοι ὁ σὸς λόγος εἰς σωτηρίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ὅπλων ἐμνημόνευσεν, εἰκότως ἐδίδαξεν, ὅτι οὐ χρήζει ὑπουργῶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ λόγῳ μόνῳ κἀκείνους κολάζει, καὶ τούτους εὐεργετεῖ.

4. Confundantur & reuereantur, quærentes animam meam.

δʹ. Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν, οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου.

Auertantur retrorſum, & confundantur, cogitantes mihi mala.

Ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ καταισχυνθήτωσαν οἱ λογιζόμενοί μοι κακά.

Aberrent, inquit, ab his quæ machinantur, & fructus malitiæ ſit ipſis opprobrium.

Διαμαρτοῦσι, φησὶν, ὧν τυρεύουσι, καὶ γίνηται αὐτοῖς αἰσχύνη τῆς πονηρίας ἐπικαρπία.

5. Fiant tamquam puluis ante faciem venti: & angelus Domini * tribulans eos.

** Vulgata coarctans*

εʹ. Γενηθήτωσαν ὡσεὶ χνοῦς κατὰ πρόσωπον ἀνέμου, καὶ ἄγγελος κυρίου ἐκθλίβων αὐτούς.

Psal. 1, 4.

Hoc & in primo Pſalmo poſuit: *Non ſic impij, non ſic: ſed tamquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ.*

Τοῦτο καὶ ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ τέθεικεν· οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ᾽ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

6. Fiat via illorum tenebræ, & lubricum: & angelus Domini perſequens eos.

ϛʹ. Γενηθήτω ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκότος καὶ ὀλίσθημα, καὶ ἄγγελος κυρίου καταδιώκων αὐτούς.

Angeli hostes Dei persequuntur.

Verte ipſos in fugam, committens angelis qui cerni nequeunt, perſecutionem. Ad hunc modum inuenimus etiam Aſſyrios ab angelo cæſos, & Ægyptiorum primogenita exterminator de medio ſuſtulit. *Tenebras* verò & *lubricum*, ruinam vocat. Impingentes enim & lapſum patientes, proni ruunt. & precum ſuarum iuſtitiam oſtendens, ſubiungit:

Στρέψον αὐτοὺς εἰς φυγὴν, τοῖς ἀοράτοις ἀγγέλοις ἐπιτρέπων τὴν δίωξιν. Οὕτως εὑρίσκομεν, καὶ τοὺς Ἀσσυρίους ὑπ᾽ ἀγγέλου ἀναιρεθέντας, καὶ τῶν Αἰγυπτίων τὰ πρωτότοκα ὁ ὀλοθρευτὴς διέφθειρε. Σκότος δὲ καὶ ὀλίσθημα τὴν κατάπτωσιν λέγει. οἱ γὰρ προσπταίοντες, καὶ οἱ τὸν ὄλισθον ὑπομένοντες, καταπίπτουσι. καὶ δεικνὺς τῆς εὐχῆς τὸ δίκαιον, ἐπάγει·

7. Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui: ſuperuacuè exprobrauerunt animã meam.

ζʹ. Ὅτι δωρεὰν ἔκρυψάν μοι διαφθορὰν παγίδος αὐτῶν· μάτην ὠνείδισαν τὴν ψυχήν μου.

Iniuſtis, inquit, aduerſus me inſidijs vtuntur. Quod verò dicit, *exprobrauerũt*; Symma-

Ἀδίκοις, φησὶν, ἐπιβουλαῖς κέχρηνται κατ᾽ ἐμοῦ. τὸ δὲ ὠνείδισαν, ὑπώρυξαν ὁ Σύμμαχος

χος εἴρηκεν. αἰνίττεται δὲ τὸν κρύβδην κατασκευαζόμενον ὄλεθρον.

η΄. Ἐλθέτω αὐτῷ παγὶς ἣν οὐ γινώσκει, καὶ ἡ θήρα ἣν ἔκρυψε, συλλαβέτω αὐτόν· καὶ ἐν τῇ παγίδι πεσεῖται ἐν αὐτῇ.

Οἷς κατασκευάζουσί, φησι, περιπέσοιεν, καὶ τοῖς ἰδίοις δικτύοις ἐμπέσοιεν, καὶ ἀπροσδόκητον ὑπομείνοιεν θήραν. τοῦτο γὰρ εἶπε· παγὶς ἣν οὐ γινώσκει.

θ΄. Ἡ δὲ ψυχή μου ἀγαλλιάσεται ἐπὶ τῷ κυρίῳ, καὶ τερφθήσεται ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ αὐτοῦ.

ι΄. Πάντα τὰ ὀστᾶ μου ἐροῦσι· κύριε, τίς ὅμοιός σοι;

Ἐγὼ δέ, φησι, καὶ θυμηδίαν καὶ εὐφροσύνην ἐπὶ τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς καρπώσομαι, δέσποτα, καὶ διὰ πάντων μου τῶν μορίων μόνον σε εἶναι βοήσω θεόν. Τὸ γάρ, τίς ὅμοιός σοι; τοῦτο δηλοῖ· ὅτι μόνος ὑπάρχει θεὸς, κατὰ πάντων ἔχων τὸ κράτος.

Ῥυόμενος πτωχὸν ἐκ χειρὸς στερεωτέρων αὐτοῦ, πτωχὸν καὶ πένητα ἐκ τῶν διαρπαζόντων αὐτόν.

Οὐκ ἐᾷς γὰρ ὑπὸ τῶν δυνατωτέρων πολιορκεῖσθαι τοὺς πενεστέρους· ἀλλὰ κἀκείνους ἄγχεις, καὶ τούτοις ἐπαμύνεις.

ια΄. Ἀναστάντες μάρτυρες ἄδικοι, ἃ οὐκ ἐγίνωσκον, ἠρώτων με.

Συκοφαντίαν, φησίν, ὑπέμεινα, ἃ μηδὲ ἐλογισάμην κατηγορούμενος. Ἐκ τούτων ἦν Δωὴκ καὶ Ζιφαῖοι, καὶ πρὸς τούτοις πολλοί.

ιβ΄. Ἀνταπεδίδωσάν μοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου.

Ἐγὼ μέν, φησι, τὸν Γολιὰθ ἀνεῖλον, καὶ ἀλλοφύλους κατηγωνισάμην πολλάκις, καὶ τοῖς πνευματικοῖς κρούμασι τῆς δαιμονικῆς αὐτὸν ἠλευθέρουν μανίας. Αὐτὸς δὲ πολεμῶν οὐ παύεται· θανάτῳ με παραδοῦναι καὶ λήθῃ βουλόμενος. Ἀτεκνίαν γὰρ, τὴν λήθην ὠνόμασεν, ὡς διὰ τῶν παίδων φυλαττομένης τῆς μνήμης.

ιγ΄. Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ αὐτοὺς παρενοχλεῖν μοι, ἐνεδυόμην σάκκον.

chus expoſuit, *ſuffoderunt*. Innuit autem exitium quod ei clanculùm moliebantur. PARAPHRASIS PATRVM.

8. Veniat illi laqueus quem ignorat: & captio, quam abſcondit, apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipſum.

Incidant, inquit, in ea ipſa quæ machinantur, & in proprios caſſes cadant; & inexſpectatam ſuſtineant captionem. Hoc enim dixit; *Laqueus quem ignorat.*

9. Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur ſuper ſalutari ſuo.

10. Omnia oſſa mea dicent: Domine, quis ſimilis tibi?

Ego verò, inquit, Domine, & animi delectationem, & lætitiam, in bonis tuis lucrifaciam, & omnibus meis membris te ſolum eſſe Deum vociferabor. Hoc enim ſignificat illud, *Solus Deus omnibus præualet.* *Quis ſimilis tibi?* nempe, quòd ſolus Deus ſit qui aduerſus omnia potentiam habet.

Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem à diripientibus eum.

Non enim ſinis à potentioribus tenuiores circumueniri; ſed & illos opprimis, & his ſubuenis.

11. Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.

Calumniam, inquit, paſſus ſum, accuſatus de his rebus, quas ne quidem cogitaueram. Ex iſtis calumniantibus erant Doëg & Ziphæi, & cùm his plures alij.

12. Retribuebant mihi mala pro bonis: ſterilitatem animæ meæ.

Ego quidem, inquit, Goliath de medio ſuſtuli, & alienigenas ſæpenumerò expugnaui: præterea etiam ipſum Saülem ſpiritalibus modulationibus à dæmoniaco furore liberaui. Ipſe autem oppugnare me non ceſſat, morti me & obliuioni tradere cupiens. *Sterilitatem* enim hîc obliuionem nominauit; quippe quòd per filios memoria conſeruetur. *Sterilitas pro obliuione.*

13. Ego autem cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio.

PARAPHRASIS PATRVM.

* *Vulgata ſinu meo*

Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in * ſinum meum conuertetur.

Ἐταπείνουν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου, καὶ ἡ προσευχή μου εἰς κόλπον μου ἀποστραφήσεται.

Oratio quid cum ieiunio valeat.

Inſtruimur ex hoc loco, quomodo calamitates diſſoluere debeamus. Cilicio enim, inquit, præcinctus, & ieiunio conſumptus, Deo preces offerebam, & precationis meæ fructus percepi. Hoc enim ſignificat, quod dicit, *Et oratio mea in ſinum meum conuertetur*. Id eſt, factâ precatione, à Deo quæ petebam accepi, ſinumque meum repleui.

Ἐντεῦθεν παιδευόμεθα, πῶς δεῖ λύειν τὰς συμφοράς. Σάκκον γάρ, φησιν, ἀμπεχόμενος, καὶ νηστείᾳ κατατηκόμενος, τὰς ἱκετείας τῷ Θεῷ προσέφερον, καὶ ἐδεχόμην τῆς αἰτήσεως τοὺς καρπούς. Τὸ γάρ, Καὶ ἡ προσευχή μου εἰς κόλπον μου ἀποστραφήσεται, τοῦτο σημαίνει· ἀντὶ τοῦ, προσευχόμενος ἐδεχόμην παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰς αἰτήσεις, καὶ τὸν κόλπον μου ἐπλήρουν.

14. Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebam: quaſi lugens & contriſtatus, ſic humiliabar.

ιδʹ. Ὡς πλησίον, καὶ ὡς ἀδελφὸν ἡμέτερον, οὕτως εὐηρέστουν· ὡς πενθῶν καὶ σκυθρωπάζων, οὕτως ἐταπεινούμην.

Omne, inquit, ipſi genus officij tamquam germano fratri exhibui, mœrentiſque ac lugentis humilitatem imitatus ſum; non ſuſtinens vt ob rectè facta magnum quid de me ſentirem.

Πᾶσαν αὐτῷ, φησι, θεραπείαν ὡς ἀδελφῷ γνησίῳ προσέφερον, καὶ ἀχθομένου καὶ πενθοῦντος ἐμιμούμην ταπείνωσιν, οὐκ ἀνεχόμενος μεγαφρονεῖν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι.

15. Et aduerſum me lætati ſunt, & conuenerunt: congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui.

ιέ. Καὶ κατ' ἐμοῦ εὐφράνθησαν, καὶ συνήχθησαν· συνήχθησαν ἐπ' ἐμὲ μάστιγες, καὶ οὐκ ἔγνων.

Inimicorum aduerſus Dauidem machinationes.

Ipſi verò me cum multitudine inuadebant, futurum ſperantes, vt me occiderent; ac repentè irruebant, ignorantem interimere tentantes. Quod enim dicit, *Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignorabam*; hoc Symmachus ita reddidit, *quoniam congregati ſunt contra me percuſſores, & ignoraui.*

Αὐτοὶ δὲ μετὰ πλήθους ἐπῄεσαν, ἀνελεῖν με προσδοκῶντες, καὶ ἐξαπιναίως προσέβαλον, ἑλεῖν ἀγνοοῦντα πειρώμενοι. Τὸ γάρ, Συνήχθησαν ἐπ' ἐμὲ μάστιγες, καὶ οὐκ ἔγνων, οὕτως ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, Συνῆλθον τὸ κατ' ἐμοῦ πλῆκται, καὶ οὐκ ἔγνων.

16. Diſſipati ſunt, nec compuncti.

ιϛʹ. Διεσχίσθησαν, καὶ οὐ κατενύγησαν.

Iſti verò, inquit, ſpe ſuâ fruſtrati, & diſſipati, non ſunt pœnitentiâ ducti, ob ea quæ malè conſultarunt; ſed iterùm eadem aggreſſi ſunt.

Καὶ διαμαρτόντες, φησί, τῆς ἐλπίδος, καὶ σκεδασθέντες, οὐ μετεμελήθησαν ἐφ' οἷς κακῶς ἐβουλεύσαντο· ἀλλ' αὖθις τοῖς αὐτοῖς ἐπεχείρησαν.

Tentauerunt me, ſubſannauerunt me ſubſannatione: frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.

Ἐπείρασάν με, ἐξεμυκτήρισάν με μυκτηρισμῷ· ἔβρυξαν ἐπ' ἐμὲ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν.

Omnem, inquit, tentationem adhibuerunt, furorem ſuum ſaturare cupientes. Quandoque enim fallacibus verbis vſi, me capere conati ſunt: nonnumquam verò inſtar leonum, cædem inferre cupientes, rugiebant.

Διὰ πάσης, φησίν, ἐλθόντες πείρας, τὸν οἰκεῖον θυμὸν ἐμπλῆσαι βουλόμενοι· ποτὲ μὲν γὰρ ἀπατηλοῖς χρώμενοι λόγοις, ἀγρεύειν ἐπειρῶντο, ποτὲ δὲ λεόντειον ἔβρυχον φονῶντες.

ιζ. Κύ-

ιζ. Κύριε πότε ἐπόψῃ; ἀποκατάστησον τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῆς κακουργίας αὐτῶν, ἀπὸ λεόντων τὴν μονογενῆ μου.

Τοῦτο οὐκ ἐγκαλῶν εἶπεν, ἀλλὰ ποθῶν τὴν βοήθειαν. Πότε, φησὶν, ἐπιφαίνῃ, καὶ ἐπαμύνεις ἠδικημένῳ; Κρείττονά μου τὴν ψυχὴν τῶν μηχανημάτων ἀπόφηνον. Εἰρηκὼς δὲ ἄνω, Ἔβρυξαν ἐπ᾽ ἐμὲ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν (ἴδιος δὲ τῶν λεόντων ὁ βρυχμὸς) εἰκότως αὐτοὺς καὶ λέοντας προσηγόρευσε, τὸ ὠμοβόρον καὶ θηριῶδες ἐξελέγχων τῆς γνώμης. Τὴν μονογενῆ δέ μου, ὁ Σύμμαχος τὴν μονότητά μου, εἴρηκεν, ἀντὶ τοῦ, τὴν πάσης ἀνθρωπίνης ἔρημον βοηθείας.

ιη. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἐκκλησίᾳ πολλῇ, ἐν λαῷ βαρεῖ αἰνέσω σε.

Τὸ, ἐν λαῷ βαρεῖ, ἐν λαῷ πανπληθεῖ, Σύμμαχος εἴρηκεν. Πρόῤῥησις δὲ ἦν αὐτῶν τῶν ἁπανταχῆ Χριστοῦ ἐκκλησιῶν ᾀδουσῶν τὰ τοῦ Δαβίδ.

ιθ. Μὴ ἐπιχαρείησάν μοι οἱ ἐχθραίνοντές μοι ἀδίκως, οἱ μισοῦντές με δωρεὰν, καὶ διανεύοντες ὀφθαλμοῖς.

Ἐνταῦθα πάλιν τῶν τὸν Σαοὺλ παροξυνάντων ἐποιήσατο μνήμην, ὡς φιλίαν μὲν ὑποκειναμένων, τὰ πολεμίων δὲ δρώντων. Τοῦτο δὲ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς σαφέστερον εἴρηκεν.

κ. Ὅτι ἐμοὶ μὲν εἰρηνικῶς ἐλάλουν, καὶ ἐπ᾽ ὀργὴν δόλους διελογίζοντο.

Φιλικοῖς γὰρ χρώμενοι λόγοις, ὡς γῇ τινι καταχρύπτειν τὴν ὀργὴν ἐπειρῶντο, δόλου πλήρη τὴν διάνοιαν ἔχοντες.

κα. Καὶ ἐπλάτυναν ἐπ᾽ ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν· εἶπον, εὖγε, εὖγε, εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν.

Ἀντὶ τοῦ, θεασάμενοί με τῆς ἐπιβουλῆς αἰσθόμενον, ἐγύμνωσαν λοιπὸν τὴν κεκρυμμένην δυσμένειαν, μετὰ φωνῆς ἐφηδόμενοι ταῖς ἐμαῖς συμφοραῖς.

κβ. Εἶδες κύριε, μὴ παρασιωπήσῃς· κύριε μὴ ἀποστῇς ἀπ᾽ ἐμοῦ.

17. Domine quando reſpicies? Reſtitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam. PARAPHRASIS PATRVM.

Hoc non increpando dixit, ſed opem implorando. Quando, inquit, apparebis, & opitulaberis mihi iniuriam paſſo? Redde animam meam omnibus machinationibus ſuperiorem. Cùm autem ſuperiùs dixiſſet, *Frenduerunt ſuper me dentibus ſuis*, fremitus autem propriè leonum ſit; rectè eos etiam leones appellauit, vt crudelitatem ac ferociam animi illorum redargueret. Quod verò dicit, *vnicam meam*; Symmachus, *ſolitudinem meam*, dixit, id eſt, omni humano auxilio deſtitutam.

18. Confitebor tibi in eccleſia magna, in populo graui laudabo te.

Illud, *In populo graui*, Symmachus, *in populo copioſiſſimo*, poſuit. Erat autē hęc prædictio, quâ ſignificabatur fore, vt in omnibus vbiq; Chriſti Eccleſijs Pſalmi Dauid canerentur.

19. Non ſupergaudeant mihi, qui aduerſantur mihi iniquè: qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.

Hîc rurſus mentionem fecit eorum, qui Saülem contra ipſum incitarunt; qui quidem amicitiam ſimularunt, ſed hoſtilem in modum ſe geſſerunt. Hoc verò etiam in ſequentibus dixit manifeſtiùs.

20. Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur, & in iracundia * dolos cogitabant.

* Vulgata addit, terræ loquentes,

Amicis enim verbis vtentes, iram veluti in terra quadam occulere tentarunt, animum habentes dolo refertum.

21. Et dilatauerunt ſuper me os ſuum: dixerunt, Euge, euge, viderunt oculi noſtri.

Id eſt, cùm inſidias ſenſiſſe me viderent, denudarunt deinceps, quam anteà abſcondebant, inimicitiam; apertaque voce ſuper calamitatibus meis lætati ſunt.

22. Vidiſti Domine, ne ſileas: Domine ne diſcedas à me.

 23. Ex-

PARAPHRASIS PATRVM.

23. Exurge Domine, & intende iudicio meo: Deus meus,& Dominus meus,in cauſſam meam.

Deus omnia intuetur.

Iudex es, Domine, inſpicis omnia, nec quidquam eſt quod conſpectum tuum effugiat; ne deſpicias ea quæ facta ſunt, nec me tuâ ope deſtituas; ſed iudica, & celerem ſententiam profer.

24. Iudica me Domine ſecundùm iuſtitiam tuam:DomineDeus meus,non ſupergaudeant mihi.

25. Non dicant in cordibus ſuis: Euge, euge,animæ noſtræ: nec dicant: Deuorauimus eum.

Si enim cauſſam meam diſtuleris, ô Domine,iterùm me illi irridebunt, & occaſionem lætitiæ ſibi facient dolores meos, & infortunium meum felicitatem ſuam exiſtimabunt.

26. Erubeſcant & reuereantur ſimul, qui gratulantur malis meis.

Induantur confuſione & reuerentiâ, qui magna loquuntur ſuper me.

Confuſio viciſſim ipſis rependetur, qui proximum cauillantur. Quapropter hanc Propheta arrogantibus & inſoleſcentibus imprecatus eſt.

27. Exultent & lætentur qui volunt iuſtitiam meam: & dicant ſemper: Magnificetur Dominus, qui volunt pacem ſerui eius.

Exultent & lætentur perpetuò, qui bona mihi exoptant, & pacem meam cupiunt; & cùm viderint me hanc conſecutum eſſe, te Dominum laudent atque concelebrent.

28. Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, totâ die laudem tuam.

Ego autem, inquit, prouidentiâ tuâ potitus, dies noctéſque præcepta tua meditabor, & ſemper beneficia tua celebrabo.

κγ΄. Ἐξεγέρθητι κύριε, καὶ πρόσχες τῇ κρίσει μου· ὁ θεός μου, καὶ ὁ κύριός μου, εἰς τὴν δίκην μου.

Κριτὴς εἶ δέσποτα, ἐφορᾷς ἅπαντα, καὶ οὐδέν σου διαφεύγει τὴν ἐπόψιν, μὴ παρίδῃς τὰ πεπραγμένα, μηδὲ τῆς σῆς με προνοίας ἔρημον καταστήσῃς, ἀλλὰ δίκασον, καὶ δὸς τὴν ψῆφον ταχέως.

κδ΄. Κρῖνόν με κύριε κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, κύριε ὁ θεός μου, καὶ μὴ ἐπιχαρείησάν μοι.

κε΄. Μὴ εἴποισαν ἐν καρδίαις αὐτῶν, εὖγε, εὖγε, τῇ ψυχῇ ἡμῶν· μηδὲ εἴποισαν, κατεπίομεν αὐτόν.

Εἰ γὰρ ἀναβάλλοιο τὴν δίκην, ὦ δέσποτα, ἐπεμβάσουσι πάλιν ἐκεῖνοι, καὶ πρόφασιν θυμηδίας τὰς ἐμὰς ὀδύνας ποιήσονται, καὶ οἰκείαν εὐημερίαν ἡγήσονται τὴν ἐμὴν δυσκλείαν.

κϛ΄. Αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπήτωσαν ἅμα, οἱ ἐπιχαίροντες τοῖς κακοῖς μου.

Ἐνδυσάσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπήν, οἱ μεγαλορρημονοῦντες ἐπ᾽ ἐμέ.

Κατάλληλος ἡ αἰσχύνη τοῖς ἐπικερτομοῦσι τοῖς πέλας. Διὸ τοῖς μεγαλόφροσι καὶ μεγαλορρήμοσι, ταύτην ὁ προφήτης ἐπηύξατο.

κζ΄. Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἅμα οἱ θέλοντες τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ εἰπάτωσαν διαπαντός· Μεγαλυνθήτω ὁ κύριος, οἱ θέλοντες τὴν εἰρήνην τοῦ δούλου αὐτοῦ.

Ἀγαλλόμενοι καὶ χαίροντες διατελέσοιεν οἱ τὰ ἀγαθά μοι βουλόμενοι, καὶ τῆς εἰρήνης τῆς ἐμῆς ἐφιέμενοι· καὶ ταύτης τυχόντα με θεασάμενοι, σὲ τὸν δεσπότην ὑμνήσαιεν.

κη΄. Καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου.

Ἐγὼ δέ, φησι, τῆς σῆς προνοίας ἀπολαύσας, φησί, νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν τὰς σὰς ἐντολὰς μελέτην ποιήσομαι, καὶ διηνεκῶς σου τὰς εὐεργεσίας ὑμνήσω.

COM-

COMMENTARIVS.

COMMENTARIVS PATRVM.

ά. ΔΙΚΑΣΟΝ ΚΥΡΙΕ ΤΟΥΣ ΑΔΙΚΟΥΝΤΑΣ ΜΕ.] Ὁ μακάριος προφήτης ἐνταῦθα οὐκ ἀδικηθῆναι εὔχεται τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλὰ δικασθῆναι, τῇ τῶν ἐχθρῶν ἀδικίᾳ τὴν δικαιοσύνην τοῦ θεοῦ ἀντιτάττων. Ἡ γὰρ ἀδικία τῇ δικαιοσύνῃ ἐναντίον, διὸ καὶ ὁ ἄδικος ἐχθρὸς τοῦ δικαίου. ὅτι τὰ ἴσα τοῖς ἴσοις φίλα. Δικάζων δὲ τοὺς ἀδικοῦντας, τὴν ἐν αὐτοῖς ἀδικίαν ἀπόλλυσιν. ὡς καὶ πολεμῶν τοὺς πολεμοῦντας, ἐπ᾽ ἀγαθῷ τῶν πολεμουμένων τοῦτο ποιεῖ, ὡς παύσαιντο ἐχθραίνοντες τῇ δικαιοσύνῃ. Πολέμου δὲ μνημονεύσας, ἀναγκαίως καὶ τὰ εἴδη τῶν ὅπλων προστίθησι, τῷ σχηματισμῷ τῆς πανοπλίας τοὺς πονηρίᾳ συζῶντας ἐκδειματῶν. Οὐ γὰρ ὅπλοις κολάζων ὁ θεὸς κέχρηται, ᾧ ἀρκεῖ ὁ λόγος πρὸς τιμωρίαν. Ἄλλος εἰς τὸν υἱὸν ἐκλαμβάνων ταῦτα, φησί· πέπλασται μὲν ἀνθρωπίνως τὸ τοῦ λόγου σχῆμα, πλὴν ἀποφαίνει συμπαριστάντα τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, καὶ οἷον ἐν τάξει πολεμιστοῦ τὴν κατὰ τῶν ἀδικούντων αὐτὸν ὀργὴν περιφέροντα, καὶ τοῖς αὐτῷ μαχομένοις ἀνθιστάμενον. χαλεπὸν οὖν Ἰουδαίοις τὸ πέρας, εἰ ἀντιτάττει θεὸς αὐτοῖς, οἷον πανοπλίαν ἁρμοσάμενος τὴν οἰκείαν δύναμιν. Ὅπλου γὰρ καὶ θυρεοῦ βούλεται ἐπιλαβέσθαι τὸν πατέρα, τὴν κατὰ παντὸς ἔθνους δυσμένειαν φανερὰν ἡμῖν καθιστὰς διὰ τούτων. εἰς γὰρ ὅλην ὁμοίωσιν ἀνθρώπου, τὸν περὶ θεοῦ σχηματίζει λόγον, ὡς Ἡσαΐας ἐκ τιμωρίας τῶν ἀδίκων ἐρχόμενον λέγει· Τίς ἐστιν ὁ παραγινόμενος ἐξ Ἐδώμ; Τὸ δὲ ἔκχεον, ἀντὶ τοῦ, γύμνασον τὴν ῥομφαίαν σου, καὶ περίφραξον ἀπ᾽ ἐναντίας τῶν καταδιωκόντων με. οὕτως ὁ Σύμμαχος. Τὸ γὰρ γυμνούμενον, οἷον ἐκχεῖται. Τὸ δὲ σύγκλεισον, ἀντὶ τοῦ, ἀπάντησον καὶ περίκλεισον αὐτοῖς τὸν δρόμον, τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ξίφει ἀπείργων. Οὐκ εἶπε, σπάσον ἢ ἕλκυσον· καμάτου γὰρ ἐδεῖτο καὶ χρόνου· ἀλλ᾽ ἔκχεον· ἀπὸ τοῦ μετὰ πολλῆς εὐχερείας ἐκχεῖν τὸ ὕδωρ τοῦ ἀγγείου τὸν βουλόμενον. Καὶ ἐπεὶ, τοῦ ἀριστέως γυμνοῦντος τὴν λόγχην, ἔθος φυγῇ χρῆσθαι τοῖς πολεμίοις, προστίθησι, Καὶ σύγκλεισον, τουτέστι, κώλυσον φυγῇ χρήσασθαι περιέχων. οὐχ ἁπλῶς πέμψον, ἀλλ᾽ ἔκχεον, οἷον ποταμίου νάματος δίκην.

1. IVDICA DOMINE NOCENTES ME.] Beatus Propheta non petit hic vt inimici eius malis afficiantur, ſed vt iudicentur; inimicorum ſuorum iniquitati iuſtitiam Dei opponens. Nam iniquitas iuſtitiæ aduerſatur, propter quod iniquus etiam viro iuſto inimicus exiſtit: quoniam æqualia æqualibus amica ſunt. Quando autem iniquos iudicat, iniquitatem in ipſis delet. Sicut etiam dum expugnat impugnantes, facit hoc in bonum eorum qui impugnantur, vt iuſtitiam oppugnantes ceſſent. Poſtquam autem belli meminit, neceſſariò etiam armorum ſpeciem proponit; omnis generis armaturæ apparatu iniquos deterrens. Deus enim dum punit, haud armis vtitur, vt cui verbum ſatis eſt ad ſupplicium inferendum. Alius hæc de Filio accipiens, ait, Verbum quidem hic humanâ formâ fingi: verumtamen apparere Filium Patri aſſiſtentem, & quaſi bellatoris more, iniquis iram ſuam intentantem, & aduerſarijs ſuis reſiſtentem. Funeſtus ſanè Iudæos manet finis: ſi quidem Deus ipſis reſiſtit, tamquam omnis generis armaturam, vim ſuam exerens. Vult enim Patrem arma ſcutumque arripere, per quæ nimirum ſuam erga gentes omnes offenſionem nobis faciat manifeſtam. Ad omnimodam enim hominis ſimilitudinem, de Deo ſermonem format: ſicut Iſaias ex ſupplicio impiorum ipſum venientem dicit: *Quis eſt iſte qui venit de Edom?* Illud autem *effunde*, idem eſt quod ſtringe frameam tuam, & conclude aduerſus eos qui perſequuntur me, ita Symmachus. Nam quando [gladius] ſtringitur, tum quaſi effunditur. Illud autem *conclude*, id eſt, occurre & præclude ipſis curſum, impetum ipſorum gladio coërcens. Non dixit Stringe, vel extrahe: nam ad hoc labore opus erat ac tempore; ſed *effunde*, propter multam facilitatem, quæ eſt (cùm quis voluerit) in effundenda ex vaſculo aqua. Et quoniam viro forti ferrum denudante, hoſtes fugam capere ſolent, adiungit: *Et conclude*, id eſt, prohibe fugere, circumdando eos. Non ſimpliciter mitte, ſed effunde, id eſt, inſtar riuuli fluentis.

Iniquitas iuſtitia opponitur.

Iſa. 63, 1.

3. DIC

COMMENTARIVS PATRVM.

3. Dic animæ meæ.] Hoc ipſum animæ ſalus eſt, quòd illi Dominus dicat, *Salus tua ſum ego.* Conſolatoriè igitur ad Deum dicit illud: Tu *dic animæ meæ,* & annuntia illi ſalutem; id eſt, eſto illi ſalus, ipſos ſupplicio afficiens. Quod autem Deus dicit, opus, non ſermo eſt. idcircò ſermonem poſtulat: & quaſi vitam ſuam abnegans, petit illam quæ in Chriſto eſt, vt poſſit dicere, *Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* Cùm verò, inquit, hoc factum fuerit, & me exaudieris, confundentur, qui temerè me aggrediuntur: q. d. Fruſtrentur ijs quæ ſectantur, ſitque ipſis pudor malitiæ in corde, neque conſiſtant coram facie tua; ſed terga dantes, cedant victoriam mihi. Vel etiam Iudæi qui Chriſto ſunt inſidiati, & laqueum (vti putabant) inextricabilem illi præparauerunt, confuſi & pudore affecti fuerunt, poſt reſurrectionem. Quin etiam retrò conuerſi ſunt, fugitiui facti & exoſi, & deſiderabilium bonorum guſtu deſtituti: & omne genus immedicabilis calamitatis incubuit ipſis, in omnem ventum diſperſis.

Gal. 2, 20.

Iudæi inciderunt in laqueum, quem Chriſto parauerant.

5. Fiant tamqvam pvlvis.] Siue de hoſtibus, ſiue de Iudæis loquatur, idem eſt ac ſi dicat: Imbecilles fiant, & captu motuque faciles, inſtar pulueris à vento, qui omni flatu circumfertur. Vnde fit vt non appareant ampliùs, non ſecùs ac puluis, quem ventus perſequitur. Et quod adhuc grauius accidit ad eorum infirmitatem, inſtat eis angelus perſecutor, qui neque congregari, neque ſimul in vnum conuenire illos patiatur, ſed iugiter eos affligat. Imò verò ſint tamquam in tenebris ac loco lubrico fugientes. Perſequatur autem illos angelus vrgens, ne, eo paulatim incedente, lapſum effugiant. Per hoc autem caſus perfectus inſinuatur. Qui enim ignorat quò currat, & infernè habet præcipitium, adhæc ab alio vrgetur, quid non patiatur? vtpote neque ab oculo, neque à pede adiutus.

Deus hoſtes ſuos in modum pulueris diſſipat.

Alius. *Via impiorum tenebroſa: neſciunt vbi impingant.* Petit autem impiorum actionem tenebris offundi (vtpotè tenebris affinem) & illos labi, velut qui per lubricam viam incedunt (nihil enim firmi habemus in iniquitate) & aboleri, ipſos Angelo perſequente, vti ipſi iu-

Via impiorum obſcura.

γ΄. Εἰπὸν τῇ ψυχῇ μου.] Αὐτὸ τοῦτο σωτηρία ἐστὶ τῆς ψυχῆς, τὸ εἰπεῖν αὐτῇ τὸν κύριον, Σωτηρία σου εἰμὶ ἐγώ. Πρὸς τὸν Θεὸν οὖν λέγει τοῦτο παρακλητικῶς, Σὺ εἰπὸν τῇ ψυχῇ μου· καὶ ἐπάγγειλον σώζειν αὐτήν. ἀντὶ τοῦ, γενοῦ αὐτῇ σωτηρία, τιμωρησάμενος ἐκείνους. Ὃ δ' ἂν εἴποι Θεὸς, ἔργον, οὐ λόγος. διὸ λόγον αἰτεῖ, καὶ ὡς τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἠρνημένος, αἰτεῖ τὴν ἐν Χριστῷ, ἵνα λέγῃ· Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Τούτου δέ, φησι, γενομένου, καί σου ἐπακούσαντός μου, αἰσχυνθήσονται οἱ μάτην ἐπιχειροῦντες· οἷον, διαμαρτοῖεν, φησιν, ὧν τυρεύοιεν, καὶ γένοιτο αὐτοῖς αἰσχύνη τῆς πονηρίας ἐπὶ καρδίᾳ, μηδὲ στήτωσαν περὶ προσώπου μου, ἀλλὰ νῶτα δόντες παραχωρησάτωσάν μοι τῆς νίκης. Ἢ καὶ οἱ Χριστῷ ἐνεδρεύσαντες, καὶ πάγην αὐτῷ ἀδιάφυκτον, ὡς ἐνόμισαν, στήσαντες Ἰουδαῖοι, ᾐσχύνθησαν καὶ ἐνετράπησαν μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Ἀπεστράφησαν δὲ καὶ εἰς τὰ ὀπίσω, γεγονότες ἀπόβλητοι, καὶ θεοστυγεῖς, καὶ ἄγευστοι τῶν τῆς ἐπιθυμίας ἀγαθῶν. καὶ πᾶν εἶδος αὐτοῖς συμφορᾶς ἀνηκέστου ἐπενήνεκται, διασπαρεῖσιν εἰς πάντα ἄνεμον.

ε΄. Γενηθήτωσαν ὡσεὶ χνοῦς.] Εἴτε περὶ πολεμίων, εἴτε περὶ Ἰουδαίων, ἀντὶ τοῦ, ἀσθενεῖς γένοιντο καὶ εὐεπηρέαστοι, καὶ εὐμετακίνητοι, ὥσπερ ἐστὶν ὁ χνοῦς τοῦ ἀνέμου, ὁ παντὶ πνεύματι περιφερόμενος. ἀφ' οὗ τὸ ἀφανεῖς γενέσθαι παρίσταται, ὡς ὁ διωκόμενος ἀνέμῳ χνοῦς. Καὶ τὸ ἔτι φορτικώτερον πρὸς τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν, καὶ ἀγγέλου ἐμπίπτοντος· ὡς μήτε συναχθῆναι, μήτε πάλιν ὁρμῆσαι συγχωρεῖν, ἀλλὰ ἐπιμένειν ἐκθλίβοντα αὐτούς. γένοιντο δὲ καὶ ὡς ἐν σκότῳ φεύγοντες, καὶ τόπῳ ὀλισθηρῷ. καταδιωξάτω δὲ αὐτοὺς καὶ ἄγγελος ἐπείγων, ἵνα μὴ τῷ σχολαιότερον βαδίζειν, ἐκφύγωσι τὸ ὀλίσθημα. Αἰνίττεται δὲ πτῶμα τέλειον διὰ τούτου. Ὁ γὰρ οὐκ εἰδὼς ποῦ τρέχει, καὶ ἔχων καὶ ὄλισθον ὑποκάτω, καὶ παρ' ἄλλου ἐπειγόμενος, τί οὐ πάθοι; μήτε ὀφθαλμῷ, μήτε ποδὶ βοηθούμενος.

Ἄλλος. Αἱ ὁδοὶ ἀσεβῶν σκοτειναί, οὐκ ἴσασι πῶς προσκόπτουσιν. Ἀξιοῖ δὲ σκότῳ καταχεθῆναι τὴν πρᾶξιν τῶν ἀδίκων, (ἅτε σκότῳ προσήκουσαν,) καὶ ὀλισθῆσαι, ὡς ὀλισθηρὰν ὁδὸν ὁδεύοντας (οὐδὲν γὰρ ἐν ἀδικίᾳ στηριγμοῦ ἔχομεν,) καὶ ἀφανεῖς ὑπ' ἀγγέλου γενέσθαι διωκομένους, ὃ αὐτοὶ κατὰ τῶν

δικαίων

δικαίαν ποιοῦσιν. Ἢ ὁδὸς ἀσεβῶν, βίος μοχθηρὸς, καθ' ὃν τὴν πορείαν ἐποιήσαντο. Δόξασα δὴ αὐτοῖς πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος, γενηθήτω σκότος, στερηθεῖσα φωτὸς, ἀλλὰ καὶ ὀλίσθημα, ὡς μηδὲ στῆναι ἐν αὐτῇ δύνασθαι, ἀγγέλου καταδιώκοντος. Ὅρα δὲ ὅτι καὶ αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις, ὅπλα τυγχάνουσι τοῦ θεοῦ. καὶ δεικνὺς τὸ δίκαιον τῆς εὐχῆς, ἐπάγει·

ζ'. ΟΤΙ ΔΩΡΕΑΝ ΕΚΡΥΨΑΝ ΜΟΙ.] Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν, ἀναιτίως κατέκρυψάν μοι διαφθορὰν δικτύου αὐτῶν. Ἀντὶ τοῦ, ἀναιτίως ἐπεβούλευσάν μοι, κρύψαντες τὴν τῆς κατ' ἐμοῦ παγίδος αὐτῶν, διαφθορὰν ἐμοὶ κατεσκεύαζον· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν λαθραίως συλλαμβανομένων ταῖς παγίσι στρουθῶν. τοῦτο καὶ οἱ μετὰ δόλου καθ' ἑτέρων ποιοῦσι τυρεύοντες. Αἰνίττεται δὲ καὶ τοὺς τὸν Σαοὺλ κατ' αὐτοῦ κρύφα διαβολαῖς ἐκταράττοντας, καὶ τὴν κατέχουσαν αὐτὸν ζηλοτυπίαν ἐκκαίοντας. Ἢ τοὺς αὐτὸν τῆς πρᾳότητος ἐκστῆναι ἐνδιδόντας, ὡς θυμοῦ πληρωθεὶς ἐπὶ τὴν κατὰ Σαοὺλ ἄμυναν ἔλθοι. Ἀντὶ δὲ τοῦ, ὠνείδισαν τὴν ψυχήν μου, ὁ Σύμμαχος ὑπέξυσαν εἶπεν. αἰνίττεται δὲ τὸν κρύβδην κατασκευαζόμενον θάνατον. Ἀλλὰ καὶ Ἰουδαῖοι μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλεῖν τῷ Χριστῷ, θανάτου πάγην διέπηξαν. Δῆλον δὲ ὡς ὅπου οὐκ ἔστιν εὕρεσις ἁμαρτίας, ἐκεῖ πάντως τὸ μῖσος τῶν διωκόντων ἐστὶν ἀπροφάσιστον. Καὶ ὠνείδισαν δὲ Σαμαρείτην ἀποκαλοῦντες, καὶ δαιμονῶντα. ἀνθ' ὧν ἀλοίην θρασυστομήσαντες, καὶ δίκην αὐτοὺς ἐπεξελεύσοιτο. Ταῦτα περὶ τῶν πολλῶν εἰπὼν ἐχθρῶν, ἐπάγει περὶ τοῦ ὡσανεὶ κορυφαίου·

η'. ΕΛΘΕΤΩ ΑΥΤΩ ΠΑΓΙΣ, ΗΝ ΟΥ ΓΙΝΩΣΚΕΙ.] Ἀκύλας, οὐ γινώσκοντι· Σύμμαχος, ἣν μὴ εἴδει. Ὡς ἐν εὐχῇ εἰρημένα, μελλόντων εἰσὶ προαγορευτικά. τὰ γὰρ μέλλοντα συμβήσεσθαι τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ προεθέσπισεν· εἴτε τις περὶ Σαοὺλ, εἴτε περὶ τοῦ διαβόλου ταῦτα ἐκλήψεται, εἴτε περὶ Ἰούδα, καὶ τοῦ τῶν Ἰουδαίων λαοῦ. Καὶ οὗτοι γὰρ ὑφ' ὧν οὐ προσεδόκησαν συμφορῶν κατελήφθησαν· καὶ διὰ τῶν στρατιωτῶν, τῶν ἐπὶ τῷ τάφῳ δόξαντες παγιδεύειν, ἐπαγιδεύθησαν. Ὁ δὲ Ἰούδας εἰς τὴν παγίδα τῆς ἀγχόνης ἐνέπεσε. Τὸ δὲ ἐν τῇ παγίδι πεσεῖται ἐν αὐτῇ, παρ' ὅσον κατὰ τὴν τάξιν ἕκαστος τιμωρεῖται. Ὁ γὰρ κυλίων, φησὶ, λίθον, ἐφ' ἑαυτὸν κυλίει. Οἱ μὲν

iuſtos perſequuntur. Vel impiorum via, vita ſcelesta eſt, ſecundùm quam ambularunt. Quæ igitur ipſis lata ſpatioſaque videbatur, fiat tenebroſa, luce priuata, nec non lubrica, vt in ea conſiſtere nequeant, Angelo ipſos perſequente. Obſerua verò, vt virtutes etiam angelicæ ſint arma Dei. Orationis verò meritum oſtendens, ſubdit: COMMENTARIVS PATRVM.

7. QVONIAM GRATIS ABSCONDERVNT.] Pro quo Symmachus expoſuit, *ſine cauſſa abſconderunt mihi interitum retium ſuorum.* Id eſt, ſine cauſſa inſidiati ſunt mihi, abſcondentes mihi laqueum ſuum, interitum mihi machinabantur: ex metaphora paſſerum qui clanculùm laqueis comprehenduntur: id quod etiam faciunt hi qui fraudulenter alijs inſidiantur. *Fraudes, laqueis ſimiles.* Inſinuat autem illos, qui clanculùm criminationibus Saülem contra ipſum incitabant, & zelotypiam eius accendebant. Vel illos, qui à manſuetudine ipſum remouere ſtudebant, vt irâ furoreque plenus, ad vindictam de Saüle ſumendam moueretur. Pro *exprobrauerunt animam meam*, Symmachus dixit, *exacuerunt*. Inſinuat autem mortem quam ei clanculùm machinabantur. Quin & Iudæi, cùm in nullo Chriſtum accuſare poſſent, ei mortis laqueum tetenderunt. Manifeſtum autem eſt, quòd, vbi nullum peccatum reperiri poteſt, ibi perſequentium odium prorſus ſit inexcuſabile. Exprobrarunt etiam ipſi, cùm Samaritanum & dæmoniacum appellarunt: ob quam oris impudentiam capti, dignas pœnas perſoluerũt. Cùm de multis inimicis hæc dixiſſet, quaſi de primario ſubiũgit:

8. VENIAT ILLI LAQVEVS, QVEM IGNORAT.] Aquila, *ignoranti*; Symmachus, *quem non nouit.* Hæc quaſi in oratione dicta, futurorum ſunt prænuntiatiua: prædixit enim quæ inimicis eius eſſent euentura, ſiue quis de Saüle accipiat, ſiue de diabolo, ſiue de Iuda, populoque Iudæorum. *Doloſi in proprios laqueos incidunt.* Nam & hi à calamitatibus, quas minimè exſpectarant, comprehenſi ſunt: atque etiam per milites, qui ad illaqueandum ſepulcro adhibiti putabantur, ipſimet illaqueati ſunt. Iudas verò incidit in laqueum ſtrãgulationis. Ceterùm iſtud, *In laqueum cadat in ipſum*; quatenus nimirũ quilibet ſecundùm ordinem punitur. *Qui enim*, inquit, *voluit lapidẽ, ſuper ſeipſum voluit*. Prou. 26, 27. Qui

COMMENTARIVS PATRVM.

Verſ. 9.

itaque, inquit, retia extenderunt, dignas pœnas luant. *Anima autem mea exultabit in Domino*; id eſt, ego verò cum lætitia conſequar malorum liberationem: & omnes meæ vires, ſiue omnia membra, te ſolum Deum agnoſcentia collaudabunt, tamquam qui ſolus liberare potueris, & imbecilliores potentioribus anteferre. Congruit hoc etiam à Chriſto dictum eſſe ſecundùm humanitatem, dum in ſalutari Patris lætabatur, tamquam ab ipſo ſalutem conſecutus.

Verſ. 10.

Illud autem, *Et omnia oſſa mea*, idem eſt ac, ex totis viribus, & ex ipſis quaſi intimis membris faciam confeſſionem, incomparabilem tuam manſuetudinem ac benignitatem diuinis laudibus celebrando.

Oſſa animæ quid.

Alius. Ii qui nihil allegoricè ſumere volunt, ex hoc loco refutentur. Quomodo enim quis exiſtimet, oſſa cognitionem habere Dei, vt ipſum laudent? Agit enim hîc de homine interiore, cuius virtutes ac opiniones haſce veras eſſe dictum eſt. q. d. Per omnem cognitionem ac opinionem veram certior factus ſum, neminem ex creaturis ſimilem eſſe Domino: ſiquidem hic ſolus eſt figura ſubſtantiæ paternæ. Si autem oſſa animæ, id eſt, vires intelligendi fuerint illuminatæ, dicent, *Domine, Domine, quis ſimilis tibi?* Niſi enim tu pauperi aſtitiſſes, quis erat ac quantus ſolus ipſe cum tam multis comparatus? nam egenus erat, cum paucis fugiens, & qui ipſum inſequebatur, rex. Quin & Ezechias egenus erat; vtpote ab hominibus deſtitutus.

Egenus & pauper vtrùm differant.

Inſtabis autem, an egenus differat à paupere, & vtrùm ſubſtantiâ, an intelligentiâ? Fieri autem poſſit eumdem eſſe, illum quidem, qui opibus exciderit; hunc verò, qui cum labore victum ſibi comparet. Vel generale vocabulum hoc, & verum ſit de omnibus. Pauperem enim ſpiritu, & contractum animum habentem, barbarorum more inſultando, deprimunt, tam homines ſcelerati, quàm immaniſſima dæmonum multitudo. Vel egenum & pauperem indifferenter ſumit pro eodem, vt ſummam declaret ſimplicitatem. Quare etiam non ſimpliciter dixit, Ab inſidiantibus; ſed, à diripientibus, inſidiarũ magnitudinem declarans. Tunc enim quempiam propriè dicimus direptum eſſe, quando à multis id patiens, rebus omnibus eſt ſpoliatus.

11. Insvrgentes testes iniqvi.]

ιγ'. ΕΤΑΠΕΙΝΟΥΝ ΕΝ ΝΗΣΤΕΙΑ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ὁποῖος δέ ἐστιν ὁ πένθους τρόπος, παρά γε τοῖς τὴν ἁγίαν κατορθοῦν εἰωθόσι ζωὴν, ἐδίδαξεν ὁ στίχος οὐ μάλα διατεροῖ. Ἐταπείνουν γάρ ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου, φησί. καὶ ἐντεῦθεν τὸν τοῦ πένθους παραχρῆμα δεικνὺς καρπὸν, καὶ τῶν ἁγιοπρεπῶν ἱδρώτων τὴν ὄνησιν.

ΚΑΙ Η ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΜΟΥ ΕΙΣ ΚΟΛΠΟΝ ΜΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Τοῦ καλῶς προσευχομένου ἡ προσευχὴ εἰς αὐτὸν ἀνακάμπτει, φέρουσα τὰ ἀγαθὰ ὑπὲρ ὧν γέγονε, καὶ εἰς κόλπον τοῦ προσευχομένου ἀποστρέφεται, τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόλπου σημαίνοντος. Οὕτω γὰρ ὁ φαυλισμὸς αὐτῶν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ εἰς κόλπον αὐτῶν, καὶ εἰς κόλπον ἐπέρχεται πάντα τοῖς ἀδίκοις. Καὶ πάντες οἱ δίκαιοι εἰς κόλπον Ἀβραὰμ χωρεῦσι, τουτέστιν, εἰς τὴν αὐτοῦ γνώμην καὶ ἐπαγγελίαν.

ιδ'. ΩΣ ΠΛΗΣΙΟΝ, ΚΑΙ ΩΣ ΑΔΕΛΦΟΝ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἑκάστῳ, φησὶν, οὕτως ἀρέσκειν ἐσπούδαζον, ὥστε δοκεῖν εἶναί τινα τῶν ἀγχιστέων καὶ τῶν πεφυκότων εἰς ἀδελφούς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὴν πρὸς τὸν Ἰούδαν λέγει συμπάθειαν, ὅπως αὐτῷ καὶ τὸ γλωσσόκομον βαστάζειν, καὶ μόνον συμβάπτειν εἰς τρυβλίον ἐπέτρεψεν, ὡς ἀδελφὸν καὶ πλησίον. Ἀδελφὸς εὐαρεστῶν, τουτέστιν ἀρέσκων αὐτῷ, καὶ καλῶς ἐν ἅπασι χρώμενος.

ιε'. ΣΥΝΗΧΘΗΣΑΝ ΕΠ' ΕΜΕ ΜΑΣΤΙΓΕΣ, ΚΑΙ ΟΥΚ ΕΓΝΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο οὕτως ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος· συνήχθησαν κατ' ἐμοῦ πλῆκται, ὅσους οὐκ οἶδα. καὶ διαμαρτόντες, φησί, τῆς ἐλπίδος, καὶ σκεδασθέντες, οὐ μετεμελήθησαν ἐφ' οἷς κακῶς ἐβουλεύσαντο, ἀλλ' αὖθις τοῖς αὐτοῖς ἐπεχείρησαν.

ιϛ'. ΕΠΕΙΡΑΣΑΝ ΜΕ, ΕΞΕΜΥΚΤΗΡΙΣΑΝ ΜΕ ΜΥΚΤΗΡΙΣΜΩ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἑλεῖν οὐ δυνηθέντες δι' ὧν ἐπειράθησαν, χλεύην γοῦν παρεμυθοῦντο πρὸς ἐμὲ, καὶ δίκην θηρίων ἀγρίων τοὺς ὀδόντας, καὶ τὴν ὀργίλον καὶ θυμωτικὴν αὐτῶν δύναμιν ἐπ' ἐμὲ ἔβρυξαν· καταφαγεῖν με γὰρ θέλοντες, ἀπέτυχον.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οὐκοῦν ποτὲ μὲν ἐπείραζον, ποτὲ δὲ καὶ ἐξεμυκτήριζον ἐπιβρύχοντες αὐτῷ τοὺς ὀδόντας, καὶ μανίας διαβολικῆς, καὶ δαιμονιώδους ὠμότητος ἐμμεστωμένην ἔχοντες τὴν καρδίαν. Ἀλλ' ὦ κύριε, φησί,

πότε

πότε ἐπόψῃ; Ἄθρει δέ μοι πάλιν κἀν τούτῳ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος σχῆμα, καὶ τὸ τῆς κενώσεως μέτρον, εὖ μάλα τετηρημένον· ἵνα πάλιν ὑποτύπωσις ἐπιεικείας αὐτὸς εὑρίσκηται Χριστός· καίτοι γὰρ δυνάμενος ὡς θεὸς τὴν ἰσοπαλῆ τοῖς Ἰουδαϊκοῖς τολμήμασιν ἐπιμετρῆσαι δίκην, τὸ χρῆναι τοῦτο δρᾷν ἀνατίθησι τῷ πατρί, ἵνα καὶ εἰς ἡμᾶς ὀρθῶς λέγηται τὸ διὰ τοῦ θεσπεσίου Παύλου· Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοί, ἀλλὰ δότε τόπον ὀργῇ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἴσως μὲν καὶ τοὺς ὀδόντας ἐξ ὠμότητος ἔβρυχον, μονονουχὶ μάσασθαι τὸν Ἰησοῦν βουλόμενοι. Πλὴν βρυγμὸς ὀδόντων καὶ ἡ κακία ἡ ἐν λόγοις λέγεται. Τὸν πατέρα οὖν ἐβούλετο μάρτυρα κατὰ τῶν εἰς αὐτὸν βλασφημούντων ἔσεσθαι. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιζ'. ΚΥΡΙΕ ΠΟΤΕ ΕΠΟΨΗ; ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΗΣΟΝ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀποθαυμάζει τοῦ πατρὸς τὴν μακροθυμίαν. Ὅμοιον δὲ τὸ ἀποκατάστησον τὴν ψυχήν μου τῷ, Πάτερ δόξασόν με τῇ δόξῃ. Ἢ ὁ ἅγιός φησι, Κύριε πότε ἐπόψῃ; ἐποψομένου γὰρ οἰχήσεται τὰ προειρημένα ἅπαντα, συναπόντα τοῖς δρῶσιν αὐτά. Μονογενῆ δὲ λέγει τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ, τῷ μόνην αὐτὴν ἐσχηκέναι. Ἢ τάχα μονογενής, ἄλλη παρὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἡ οὐσία τοῦ συνεζευγμένου τῇ ψυχῇ πνεύματός ἐστι· μονογενὴς γὰρ αὕτη, τῷ ἀποκεχωρίσθαι πάντων τῶν ἐν ἡμῖν κατὰ θεότητα.

ιη'. ΕΝ ΛΑΩ ΒΑΡΕΙ ΑΙΝΕΣΩ ΣΕ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ βαρὺς δὲ λαὸς τῷ ἐπιπολαίῳ ἀντιδιέσταλται, τὸν βέβαιον σημαίνων καὶ στερεόν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ βαρεῖ, Ἀκύλας ὀστείνῳ φησίν, ὅ ἐστιν ἰσχυρῷ· τοιαῦτα γὰρ τὰ ἐν σώματι ὀστᾶ. Βαρὺς δὲ ὡς ἐπὶ τὴν πέτραν τεθεμελιωμένος. Εὐχαριστεῖ τοίνυν τῷ πατρί, ἐπὶ τῇ μεγάλῃ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ.

ιθ'. ΜΗ ΕΠΙΧΑΡΕΙΗΣΑΝ ΟΙ ΕΧΘΡΑΙΝΟΝΤΕΣ ΜΟΙ ΑΔΙΚΩΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ ἔχουσι χώραν τοῦ χαίρειν, ὁρῶντες αὐτοῦ τὴν πολλὴν ἐκκλησίαν. οὐ γὰρ ἐξηφανισμένου καὶ ἀσθενοῦς, τὸ διαχειρίζειν ταῦτα καὶ συγκροτεῖν. ἀλλ' ὅμως ἤχθραινον ἀναιτίως, καθά φησιν Ἀκύλας, αὐτῷ, καὶ νεύμασι διανεύοντες ὀφθαλμῶν τὰ τούτου παιδεύματα. Εἰρηνικὰ δὲ δολίως ἔλεγον οἱ Φαρισαῖοι, Διδάσκαλε οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ·

κα'. ΚΑΙ ΕΠΛΑΤΥΝΑΝ ΕΠ' ΕΜΕ ΤΟ

quando reſpicies? Tu verò rurſus humanitatis formam, & exinanitionis modum ritè ſeruatum intuere; vt rurſus ipſe Chriſtus modeſtiæ forma & ſpecimen inueniatur: etſi enim tamquam Deus parem Iudæorum auſis pœnam irrogare poſſet, Patri tamen hoc faciendum remittit, vt rectè ad nos illud diui Pauli referatur, *Non voſmetipſos defendentes, chariſſimi, ſed date locum iræ.*

CATENA PATRVM. *Chriſti manſuetudo eximia.* Rom. 12, 19.

HESYCHII. Fortaſſis etiam ex immanitate dentibus frenduerunt, tantùm-non Ieſum mandere volentes. Ceterùm ſtridor dentium etiam malitia ſermonum nuncupatur. Hinc Patrem teſtem volebat eſſe contra eos qui aduerſus ipſum blaſphemabant. vnde ſubiungit:

17. DOMINE QVANDO RESPICIES? RESTITVE ANIMAM MEAM.] ANONYMI. Miratur Patris longanimitatem. Porrò iſtud, *Reſtitue animam meam*; ſimile eſt illi, *Pater clarifica me claritate.* Vel hic Sanctus ait: *Domine quando reſpicies?* Siquidem te reſpiciente, prædicta omnia recedent vnà cum ijs qui faciunt ea. *Vnicam* autem vocat animam ſuam, quòd ſolam illam habuerit. Vel fortè *vnica* eſt alia ſubſtantia, quæ preter animam ipſius, ſpiritus animæ coniuncti eſt: hæc enim vnica eſt, eò quòd ſecundùm diuinitatem ab omnibus quæ in nobis ſunt, ſeiuncta ſit.

Ioan. 17, 5. *Vnica Chriſti quid.*

18. IN POPVLO GRAVI LAVDABO TE.] DIDYMI. Grauis autem populus leui oppoſitus eſt, ſtabilem ſignificans & conſtantem.

Populus grauis quis.

EVSEBII. Prò *graui*, Aquila legit *oſſeo*, hoc eſt forti: talia enim ſunt oſſa in corpore. Grauis autem, vt ſupra petram fundatus. Agit itaque gratias Patri in magna ſua Eccleſia.

19. NON SVPERGAVDEANT QVI ADVERSANTVR MIHI INIQVE.] ORIGENIS. Non habent locum lætandi, videntes copioſam eius Eccleſiam. Neque enim deleti & imbecillis eſt, hæc ſuperare ac complodere. Sed tamen ſine cauſſa, vt ait Aquila, ipſi offenſi fuerunt, & oculorum nutibus doctrinis eius detraxerunt. Porrò Phariſæi verba pacifica doloſè proferebant, dicentes, *Magiſter ſcimus quia verax es.*

Confuſi fuerunt inimici Chriſti per Eccleſiam. Marci 12, 14.

21. ET DILATAVERVNT SVPER ME

CATENA PATRVM.

OS SVVM] EVSEBII. Tempore autem paſſionis, toto quærebant ore ſanguinem ipſius: quod ſignificant illa verba, *Dilatauerunt ſuper me os ſuum.* In paſſione autem ſucclamabant dicentes, *Euge, euge, viderunt oculi noſtri.*

22. VIDISTI DOMINE, NE SILEAS.] ORIGENIS. Cùm frequenter Dei longanimitas, ſomnus eius appelletur, hoſtibus attritis, excitat Deum ad indignationem, dicens: *Exurge Domine, & intende iudicio meo:* id eſt, adhibe proſpectricem vim tuam, vt examinentur res meæ contra inimicos meos. Nam hoc benigni patris eſt. & omninò damnabuntur qui oderunt me gratis. Dominus autem hæc humano more dicit ad Patrem ſuum.

25. IVDICA MIHI DOMINE.] ANONYMI. Illa verba, *Iudica mihi*, ponuntur hîc pro cauſſam meam decerne. Submergitur autem qui ſemel in fundum deſcendit, & nuſquam emergit. Hæc autem ſunt prophetica de morte & reſurrectione Chriſti.

27. EXVLTENT ET LÆTENTVR.] ORIGENIS. Principium quidem Pſalmi prædixit vltionem hoſtium Chriſti: media verò eorumdem morem perſtringunt: circa finem verò, deſcripſit ignominiam quæ illos apprehendit: in fine denique lætitiam annuntiat diſcipulorum. Hi enim ſunt qui volunt iuſtitiam eius, ſcilicet diuinitatem, iuxta illud, *Factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio:* quos etiam docet magnificare Dominum, & pacem habere cum Chriſto, ſi quidem qui ipſum oppugnant, pœnas dederint. Ceterùm ipſe vniuerſi ſermonis finem concludit: nam ſi hæc, inquit, facta fuerint, tam circa eos qui me diligunt, quàm qui oderunt me; laudabo iuſtitiam tuam, non omnibus diebus, ſed vnâ die ſolâ, quæ finem non habet.

1. Cor. 1, 30.

THEODORETI. Pſalmus quidem hunc habet finem: ceterùm moneo eos qui hæc legerint, ne vllam ex iuſti hominis precibus offenſionem accipiant, neque anſam inimicis obtrectandi hinc arripiant. Norint autem, legis ſtatum, & non Euangelicum viuendi modum, Vatem attingere. Lex verò ait, vt proximum diligamus, & inimicum odio habeamus: Dominus autem Chriſtus, per-

Quid lex & Euangelium de inimicis ſtatuerint.

ΣΤΟΜΑ ΑΥΤΩΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τοῦ πάθους ὅλῳ ἐζήτουν στόματι τὸ αἷμα αὐτοῦ. ὃ δηλοῖ τὸ, ἐπλάτυναν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν. Ἐν δὲ τῷ πάθει ἐπεφώνουν, λέγοντες, εὖγε, εὖγε, εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν.

κβ'. ΕΙΔΕΣ ΚΥΡΙΕ, ΜΗ ΠΑΡΑΣΙΩΠΗΣΗΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπεὶ πολλαχοῦ ἡ τοῦ θεοῦ μακροθυμία ὕπνος αὐτοῦ λέγεται, ἐπιτριβομένων τῶν ἐχθρῶν, διεγείρουσιν εἰς ἀγανάκτησιν τὸν θεὸν, λέγων· Ἐξεγέρθητι κύριε, καὶ πρόσχες τῇ κρίσει μου, τουτέστιν, ἐπίστησον τὴν ἔφορον δύναμίν σου, ὅπως ἐξετασθῇ τὰ κατ' ἐμὲ πρὸς τοὺς ἐχθρούς μου. Πατρὸς ἀγαθοῦ γὰρ τοῦτο· καὶ πάντως καταδικασθήσονται οἱ μισοῦντές με δωρεάν. Ἀνθρωπίνως δὲ λέγει ταῦτα πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὁ κύριος.

κε'. ΚΡΙΝΟΝ ΜΟΙ ΚΥΡΙΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ κρῖνόν μοι ἐνταῦθα, ἀντὶ τοῦ, δίκασόν μοι. καταπίνεται δὲ ὁ ἅπαξ εἰς βυθὸν χωρήσας, καὶ μηδαμῶς ἀναβάς. Προφητικὰ δὲ ταῦτα περὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ.

κζ'. ΑΓΑΛΛΙΑΣΘΩΣΑΝ ΚΑΙ ΕΥΦΡΑΝΘΗΤΩΣΑΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ μὲν ἀρχὴ τοῦ ψαλμοῦ τὴν δίκην προύλεγε τῶν πολεμησάντων τὸν Χριστόν· τὰ δὲ μέσα, τὸν αὐτῶν διέβαλε τρόπον· τὰ δὲ πρὸς τῷ τέλει, τὴν καταλαβοῦσαν αὐτοὺς αἰσχύνην διηγεῖται· τὸ δὲ τέλος, τῶν μαθητῶν τὴν εὐφροσύνην εὐαγγελίζεται. Οὗτοι γὰρ οἱ θέλοντες αὐτοῦ τὴν δικαιοσύνην, δηλαδὴ τὴν θεότητα, κατὰ τὸ, Ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ, δικαιοσύνη τε, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις. οὓς καὶ διδάσκει μεγαλύνειν τὸν κύριον, εἰρηνεύειν τε πρὸς Χριστόν· εἴπερ οἱ πολεμήσαντες δεδώκασι δίκην. Αὐτὸς δὲ λοιπὸν τὸ τέλος τοῦ παντὸς ἐπισφραγίζεται λόγου· εἰ γὰρ γένοιτο ταῦτα, φησὶ, περί τε τοὺς ἀγαπῶντάς με, καὶ μισοῦντάς με, τὴν σὴν ἀνυμνήσω δικαιοσύνην, οὐ πάσας τὰς ἡμέρας, ἀλλὰ μίαν μόνην πέρας οὐκ ἔχουσαν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὁ μὲν ψαλμὸς τοῦτο ἔχει τὸ τέλος. παρακαλῶ δὲ τοὺς ἐντυγχανομένους, μηδεμίαν βλάβην ἐκ τῆς τοῦ δικαίου δέξασθαι προσευχῆς, μηδὲ πρόφασιν εἰς τὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀρὰς ἐντεῦθεν κομίσασθαι. Συνιδεῖν δὲ ὡς νομικὴν πολιτείαν, οὐκ εὐαγγελικὴν, ὁ προφήτης μετείει. Ὁ δὲ νόμος διαγορεύει, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον, καὶ τὸν ἐχθρὸν μισήσεις· ὁ δὲ δεσπότης Χριστὸς τὴν

τελει-

πλειοτάτην ὑποδεικνὺς ἀρετὴν, οὕτως ἔφη· Ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς. Συνῳδὰ δὲ τούτοις καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος ἔφη· Εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε. Εἰς ταύτην τοίνυν τὴν διαφορὰν ἀποβλέποντες, γνῶτε τί μὲν ἁρμόττει τῷ νόμῳ, τί δὲ τῇ χάριτι. Ἄλλως τε καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ οὐκ ἐπαρώμενος ταῦτ᾽ ἔλεγεν, ἀλλὰ προφητικῶς προὔλεγε τὰ πάντως ἐσόμενα. ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν νομοθεσίαν, οὐκ ἠμύνατο τοὺς ἀδικοῦντας, ἀκούσατε αὐτοῦ λέγοντος· Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός. Καταδιώξαι ἄρα ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου, καὶ καταλάβοι, καὶ καταπατήσαι εἰς γῆν τὴν ζωήν μου, καὶ τὴν δόξαν μου εἰς χοῦν κατασκηνώσαι. Καὶ οὐκ εἶπε μὲν ταῦτα, οὐκ ἔπραξε δέ· τοῖς γὰρ λόγοις τὸ πέρας ἐπέθηκε, καὶ σαφέστερα τῶν ῥημάτων τὰ πράγματα. Δὶς μὲν γὰρ ὑποχείριον λαβὼν τὸν πολέμιον, οὐ μόνον αὐτὸν οὐκ ἀνεῖλεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀνελεῖν βουληθέντας ἐκώλυσεν· ἐν πολέμῳ δὲ πεσόντα πικρῶς ὠλοφύρετο, καὶ τὸν μεμηνυκότα τὸν θάνατον ὡς ἐφηδόμενον, καὶ νεανιευσάμενον ἀνῃρηκέναι τῷ θανάτῳ παρέπεμψε. Ταῦτα δὲ διεξελθεῖν ἠναγκάσθην διὰ τοὺς ἐπηρεαζομένους, καὶ τόν τε θεῖον Δαβὶδ εἰς μέσον παράγοντας, ἵνα τὴν μεγίστην τοῦ Δαβὶδ φιλοσοφίαν ἀρχέτυπον ἔχωσιν ὠφελείας.

ſectam virtutem oſtendens, inquit, *Dictum eſt antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, & benefacite his qui oderunt vos.* Conſona verò his & diuinus Apoſtolus ait: *Benedicite, & nolite maledicere.* In hanc igitur differentiam reſpicientes, cognoſcite, quid legi quidem congruat, quid verò gratiæ. Ceteroquin beatus Dauid non maledicendo hæc dixit, verùm vaticinantis more prædixit ea, quæ omnino futura ſunt. Quòd autem idem, etiam ſecundùm Euangelij legem, non ſit vltus eos qui ipſum iniurijs afficiebant, audite eum dicentem, *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis. Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.* Et non dixit quidem hæc, non perfecit autem; ſed verba ad exitum perduxit, quin & verbis opera clariora ſunt. Etenim cùm hoſtem bis in manu haberet, non modò ipſum non occidit, verùm etiam eos qui interficere volebant, prohibuit: atque in prælio occiſum amarè fleuit, & eum qui mortem eius nuntiauit, tamquam gaudentem & iuueniliter exultantē quòd illum occidiſſet, morte mulctauit. Hæc autem recenſere coactus ſum, propter illos qui maledicunt, & diuinum Dauidem in medium proferunt; vt maximam Dauidis philoſophiam ceu vtilitatis exemplar habeāt.

CATENA PATRVM.

Matth. 5, 43.

Rom. 12, 14.

Pſal. 7, 5.

Dauidis manſuetudo quanta.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS eſt, Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, *Pſalmus ipſi Dauid:* quomodo etiam legit Theodoretus; Sixtina, & alij codices ſolùm habent, τῷ Δαβὶδ; Aquila, τοῦ Δαβίδ. Addunt aliqui, *In finem*, vt S. Thomas, Hugo Cardinalis, Valentia, & Auctor olim incognitus, modò Michaëlis Ayguani nomine notus.

1. *Iudica Domine nocentes me.*] Græcè, ἀδικοῦντάς με, id eſt, *qui mihi iniuriam faciunt.* Græciſmus autem in Latino ſeruatus eſt. Alterius adfert ſex cauſſas, ob quas Dauid inimicis ſuis aliquando imprecetur: eius verba ſunt: *Τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν, δι᾽ ἓξ αἰτίας φασί. Μίαν, βελτιωθῆναι τοὺς ἐχθροὺς βουλόμενος. Τύπτε γὰρ ἀδόκιμον ἀργύριον, καὶ καθαρισθήσεται. Δευτέραν, ἵνα ὧδε μαστιζόμενοι, καὶ πλημμελοῦντες, κουφότερον πειραθῶσι τῆς αἰωνίου κολάσεως. Τρίτην, ἵνα ταῖς τούτων μάστιξι ἄλλοι εὑρεθῶσι σωφρονίζοντες. πανοῦργος γὰρ ἰδὼν ἄφρονα μαστιζόμενον, πανουργότερος αὐτὸς παιδεύεται. Τετάρτην, τὸν βίον λοιμοῦ καὶ νόσου ἀπαλλάττων. Πέμπτην, ἵνα μὴ καὶ ἄλλοι αὐτοῦ μαθητευθῶσι, τὰς ἐπιτηδείους πληγὰς φοβηθέντες. Ἕκτην, ἵνα μὴ εἴπωσί τινες· ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς τοῦ Δαβίδ; μὴ αὐτὸν ἐκδικεῖ καὶ σώζει;* Imprecari aduerſus inimicos eum ſex de cauſſis aſſerunt. *Prima, quod emendari eos cupiat. Percute enim improbum argentum, inquit, & purgabitur. Secundò, vt hic flagellati & afflicti, leuius æterna illa ſupplicia ſentiant. Tertia, vt horum flagellis alij caſtigentur: ſapiens enim videns flagellari inſipientem, ipſe admodum eruditur. Quarta, vt vitam hanc peſte ac morbis liberet. Quinta, ne alij eius mores diſcant, plagis illi irrogatis territi. Sextā, ne qui dicant: Vbinam eſt Deus Dauidis? num illum vindicat & liberat?* Subtiliter hinc Hugo de S. Victore, occultos iuſtorum inimicos vt plurimùm reſeruari in iudicium; manifeſtos verò ſæpè etiam in hac vita puniri colligens: *Nocentes,* inquit, *ſunt, qui voto malignitatis inſidiantur: impugnantes ſunt, qui apertè perſequuntur. Iuſtus ergo occultos inimicos ſuos indicari tan-*

Sex cauſſæ ob quas Dauid inimicis pœnam imprecetur.

Occulti peccatores in iudicio futuro; manifeſti etiam hic puniuntur aliquando.

tantùm, id eſt, ad futurum iudicium ſeruari: manifeſtos expugnari, id eſt, in hac vita etiam puniri poſtulat: vt eorum pœna manifeſta alios ab iniquitate retrahat, quos priùs eorum malitia per exemplum ad iniquitatem animabat. Ideò Deus omnipotens, manifeſtas iniurias ſeruorum ſuorum ſæpiùs etiam in hac vita vlciſcitur, vt quanti meriti ſit apud eum iuſtitia, apertè demonſtretur: quatenus hoc alios ad amorem iuſtitiæ accendat, quòd ipſe auctor iuſtitiæ, ſe eam tantum diligere manifeſtat. Sic ille. Ceterùm, ſecundùm ſenſum litteralem Dauid, quia non modò vitam ſuam ab hoſtibus aperto marte impeti; verùm etiam calumnijs, & falſis delationibus atque obtrectationibus, quaſi per cuniculos euerti animaduerteret, vtrique malo remedium à Deo poſtulat. Priori enim hemiſtichio ipſum cauſſæ ſuæ patronum aduocans, ſignificat cum improbis & maledicis ſibi negotium eſſe. Deinde ad arma ſuſcipienda eum incitans, ſe violenter opprimi oſtendit, cùm ſubdit:

2. *Apprehende arma, & ſcutum,* &c.] In Hebræo eſt הַחֲזֵק מָגֵן *hachaZek magen*, quod quidam vertunt, *corrobora clypeum meum*, ac ſi dicat, Da robur meo ſcuto, vt poſſim te adiutore tueri me Eſt nimirum propriæ infirmitatis profeſſio, quæ ſic Deum placat, & placet Deo; vt, quemadmodum Saül Dauidem, ſic ille abiectum, & diſſidentem ſibi, aureis ſuis armis induat; vt minùs quàm poëticus Achilles, ferro & vulneri pateat, & hoſtibus ſit terrori. At ô bone Dauid, vbi à Deo arma expediri petis, cur ſcutum requiris? an fortaſſis ipſum ſcuto egere putas? Homo quidem cùm gladium exerit, aptè ſcuto muniatur, quia dum ferit, feriri poteſt; ſed Deus cur ſe ſcuto muniat, qui feriri non poteſt? Vtique certum eſt hæc imprópriè ad Deum transferri, cui neque lanceâ, neque clypeo eſt opus, cùm ſolo nutu omnes aduerſarios ſuos in nihilum redigere, ſi voluerit, poſſit. Huiuſmodi tamen figuras (vt benè S. Dionyſ. Areopagita cap. 2. Cæl. hierarchiæ, & in Epiſt. 9. ad Titum monet) quæ primo intuitu aſperæ nimis & abſurdæ videri poſſent, non abs re Spiritus ſanctus vſurpat, quò altius, pro ſenſus noſtri ruditate, auxilij diuini præſentiam cordibus noſtris imprimat. Cùm ergo nos ſerui eius hoſtium vndique vulneribus expoſiti ſimus, meritò Dauid petit, vt, quando Deus vindictæ gladium in hoſtes ſtringit, ſimul ſibi ſcutum protectionis opponat; quia numquam hoſtis ſæuior inſurgit, quàm vbi ſe à Deo expugnari ſentit, & abire compellitur. Atque hoc eſt quod Saluianus lib. 3. de Gubernat. inſinuat, dicens: *Apprehende ſcutum, & corripe gladium: ſcutum ad protectionem, gladium ad vltionem.*

Sibi diffidentem, Deus armat.

Cur Deo arma & ſcutum attribuatur.

Myſticè Hugo de S. Victore locum hunc de armis ſapientiæ, & ſcuto patientiæ ſic exponit: *Armis pugnamus, ſcuto tegimur. Mundus enim contra electos duobus modis pugnat; verbo, & gladio. Verbum falſitatis expugnamus per ſapientiam: gladio aduerſitatis reſiſtimus per patientiam. In ſapientia igitur accipimus arma: & ſcutum in patientia. Sed cur Deo dicitur: Apprehende arma, & ſcutum, niſi quia ille in nobis dimicans, aduerſarios armat? Quia ſicut ab ipſo dona eius accepimus: ita ſine ipſo donis eius vti ad ſalutem non valemus.* Sequitur:

Armis ſapientiæ, & ſcuto patientiæ nobis opus eſt.

3. *Effunde frameam, & conclude.*] S. Hieronymus, *euagina gladium*; Hebraicè הָרֵק *harek*, id eſt, *euacua*, ſeu *euagina*, quoniam euaginato gladio, euacuatur vagina; alij vertunt, *educ lanceam*, quia nimirum Hebræa vox חֲנִית *chanith*, propriè *lanceam* ſonat; Aquila, & Quinta editio, γύμνωσον λόγχην, καὶ περίφραξον, *nuda lanceam, & circumſepi.* Hunc locum ſic explicat Diodorus, Τὸ ἔκχεον, ἀντὶ τοῦ γύμνωσον, ἐπειδὴ τὸ ἐκχεόμενον γυμνοῦται τοῦ ἄγγους. τὸ δὲ σύγκλεισον, ἀντὶ τοῦ ἀπόκλεισον καὶ περίκλεισον αὐτοῖς τὸν δρόμον τῶν πολεμίων. *Verbum Effunde, pro eo quod eſt nuda, poſitum eſt: nam quod effunditur, vaſe nudatur. Conclude autem, pro eo quod eſt, exclude, & circumclude curſum hoſtium.* Senſus ergo eſt, vt Deus arcanâ ſuâ & intrinſecâ virtute armatus, ſe vnum ſufficere demonſtret contra omnes impiorum copias & apparatus. Poſtquam autem præced. verſu arma defenſionis memorauit, quibus hoſtium impetus ſuſtinetur atque repellitur; modò quoque mentionem facit frameæ, ſeu gladij & haſtæ, quibus hoſtes offendantur & occidantur. Quæ cùm metaphoricè dicta ſint, metaphoram ipſam ita pulchrè explicat Sapiens: *Accipiet armaturam zelus illius: induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudicium certum: ſumet ſcutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem duram iram in lanceam,* &c. Quorſum porrò hæc arma ſumi à Deo petierit, cauſſam reddit, *Dic animæ meæ, Salus tua ego ſum.* vbi emphaticè poſitum eſt iſtud verbum *dic*. Quia videlicet Deus dicendo facit, quod dicit. Quare cùm ait animæ, quòd ipſe ſalus eius ſit, eo ipſo ſalutem operatur. Huc nimirum viua Centurionis à Chriſto laudata fides ſeſe extendit, in Euangelio dicentis: *Tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Quæ profectò emphatica locutio eſt hominis omnem in Deo fiduciam collocantis.

Quo ſenſu petat vt Deus frameam effundat, &c.

Sap. 5, 18.

Dei dicere, eſt facere.

Matth. 8, 8.

4. *Confundantur, & reuereantur.*] Secundùm litteram petit hoſtium conatus irritos reddi, & dignam ipſorum ſceleribus pœnam rependi. Tropologicè verò deſiderat peccatores per pœnitentiam confundi, & conuerti. Nam ex ipſamet confuſione naſcitur reuerentia, timorque Dei; vti S. Auguſt. ad hunc locum annotauit, dicens: *Benè,* inquit, *illis optauit: multi ſalubriter confuſi ſunt.* Vna ſcilicet ex potentiſſimis ad conuerſionem peccatoris via, eſt ipſamet ſcelerum verecundia. Pudor enim quo pœnitens ita ſuffunditur, vt cum Publicano ad Deum leuare oculos vereatur, eſt quidem Dei propitiandi, veniæ impetrandæ, auertendi ſupplicij, recuperandæ gratiæ, vitæ in melius commutandæ remedium ſingulare. Nam ſi verum eſt quod S. Gregorius Nazianz. Apologia 1. ſcribit, *Pudor ad inflectendos alliciendoſque homines mirè efficax medicamentum eſt:* quantò maiorem vim habeat neceſſe eſt, ad inflectendum alliciendumque Deum ipſum, cuius ipſamet viſcera affluunt miſericordia?

Confuſio eſt peccatori ſalutaris.

5. *Fiant tamquam puluis.*] Hebraicè מוֹץ *motz*, quod propriè ſignificat paleam leuiſſimam, præſertim quæ in altum à vento raptatur, & diſpergitur, quaſi emunctio de grano frumenti, ſcobes, quiſquiliæ, gluma, acer, cui impij tamquam inutiles, & ſine aliquo fructu etiam comparantur Pſalmo 1. v. 5. vbi vide quæ annotauimus. & Iſaiæ 17. & Matthæi 3. Reſpicit autem (vt benè notat Genebrardus) ad captiuitatem & diſper-

Impij paleis comparati.

diſperſionem Iudæorum in omnes ventos & plagas.

Ibidem. *Angelus Domini tribulans eos.*] Ita etiam legit S. Auguſt. Pſalterium verò Rom. & Ambroſianum, & Caſſiodorus, *affligens eos*; Vulgata, *coarctans eos*; S. Hieronymus, *impellat*, id eſt, eos arctet, premat & propellat. q. d. Qui populi & Synagogæ anteà erat Angelus, princeps & tutor, factus eſt aduerſarius, emiſsâ hac voce, *Tranſeamus hinc*, ad alium ſcilicet populum, vt eſt apud Ioſephum. Per Angelos autem bonos etiam punit Deus, & ſua iudicia exercet.

6. *Fiat via illorum tenebræ.*] Iiſdem ferè verbis vſus eſt Ieremias, dicens: *Via eorum erit quaſi lubricum in tenebris: impellentur enim & corruent in ea*, &c. Senſus eſt (vt benè notat Genebrardus) q. d. Sint eorum viæ tenebroſæ & lubricæ, ne videant quâ ſit fugiendum, & vt cadant, nec ſit vbi firmiter conſiſtant. De hoc imprecationis genere lege Arnobium. Imprecationes autem generales ab omnibus fieri poſſunt; perſonales verò à ſolis Prophetis. Ceterùm hæc non tam optantis, quàm prædicentis affectu à Dauide dicta cenſet S. Auguſt. qui hunc locum egregiè moralizans, *Horrenda*, inquit, *via. Tenebras ſolùm quis non horreat? Lubricum ſolum quis non caueat? In tenebris & lubrico quà is? vbi pedem figis? Sunt iſta mala magna pœnæ hominum: tenebræ eſt ignorantia, lubricum eſt luxuria.* Sic ille: cui ſimilia dicit S. Hieron. & addit: *Qui iſtis mente eſt deditus, diabolus illum perſequitur. Vel aliter: Non cognoſcant veritatis lumen, nec firmâ ſtatione conſiſtant: ſed lubrici fiant greſſus eorum, qui in hac paſſione graſſantur, atque ab Angelo claritatis Dominicæ affugantur.* Denique hæc etiam alijs vitijs accommodari non incongruè poſſunt: ſiquidem ijs dediti, quaſi luce rationis deſtituti, ambulant per viam lubricam, quocumque ſcilicet eos ſiue furor iræ, ſiue alius quilibet affectus inordinatus, aut veſanæ mentis vecordia trahit. Lubricum enim D. Iſidoro lib. 14. Etymol. cap. 2. dicitur locus in quo quis facilè labitur, & per quem potiùs fluit, quàm percurrit, ſicut terra glacie concreta, aut aqua durata gelu, aut terra argilloſa humectata, aut marmora leuigata; vnde & piſcis lubricus dicitur, qui facilè manibus effluit, vt anguilla: ideoque via lubrica dicitur, quæ ita diſpoſita eſt, vt per eam quis facillimè feratur aut defluat, à qua remota ſint omnia impedimenta, quæ remorari poſſint. Talem vtique diabolus viam exhibet peccatoribus, quâ illos in vitiorum barathrum præcipites agat. Hoc ergo ipſis omnino futurum eſſe vaticinatur Dauid, dicens: *Fiat via illorum tenebræ*, &c. Fieri enim neceſſe eſt, vt in exitiales tenebras incidant ij, qui legem Dei & doctrinam negligunt, quæ vna certum hominibus lumen adfert, ad res prudenter & inculpatè gerendas, ſicut dixit idem Vates, *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Quam lucem quòd non cernant, neque ſentiant iniqui, cæci ſæpenumerò in Scriptura, & non videntes vocantur. De quibus vt hoc obiter attingamus; quis neſcit vitio tenebras obduci menti, euerti ſtatum omnem animi, rationem quæ præſidere vt regina debuiſſet, ancillari concupiſcentiæ Manlianis imperijs dominanti; debilitari voluntatem, atque premi iugo ignominioſo atque ferreo; tenebras obduci menti, & eâ ratione animam fieri ludibrium inimicorum, atque in fraudem induci? Nam animi lumen imminui, tum vitioſorum quotidiana experientia, tum Philoſophi ratum illud axioma declarat, *Omnis peccans errat.* Tenebris inuolutus eſt, atque cæcus, cùm in malum ſe facinus induit, cùm in fauces inferorum, & dæmonis ſeruitutem præcipitat. Eſt infandi illius hoſtis conſuetudo, mentis oculos fraude malitiaque ſuâ obnubere, vt in vitæ curſu laxis habenis, quaſi nigra in nocte ferantur. In illa ſceleris vmbra piſcatur ille Orci prædo, & reti ſuo mortales inuoluit.

ANNOTATIONES CORDERII.

7. *Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui.*] S. Hieron. *fruſtra abſconderunt mihi inſidias*; S. Auguſt. *gratis abſconderunt mihi muſcipulam corruptionis ſuæ*; vel, vt alij legunt, *muſcipulæ ſuæ corruptionem*; Symmachus apud Euſebium, ἀναιτίως κατέκρυψάν μοι διαφθορὰν δικτύων αὐτῶν, *ſine cauſſa occultauerunt mihi corruptionem retium ſuorum*; vel, vt in Scholio eſt, ὤρυξαν, *foderunt*: id eſt, abſque occaſione, à me nihil læſi, ſine cauſa, nullâ meâ culpâ, tetenderunt occultè mihi laqueum pernicioſum, vel interitum laqueoſum, id eſt, laqueis plenum. Nam Hebræi vſurpant duo ſubſtantiua, loco ſubſtantiui & adiectiui, ad auxeſim. Eſt autem metaphora à venatoribus, qui feris capiendis foueam fodiunt. Eſt ergo ſenſus, In caſſum laqueos mihi parauerunt: nam laqueis quos tendunt, non me implicant, ſed ſemetipſos. Hoc omni peccanti vſu venit. Nam, vt pulchrè S. Auguſt. ad hunc locum ait: *Criniculis peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur. Inde decipiuntur, vnde decipere voluerunt. Inde illis nocebitur, vnde nocere conati ſunt. Sequitur enim: Captio quam occultauerunt, comprehendat illos. Tamquam ſi quis veneni calicem præparet alicui, & oblitus bibat. Et tamquam ſi foueam fodiat quiſquam, in quam quiſque inimicus eius in tenebris incidat: & ille oblitus quod foderat, ambulans eâ viâ prius illuc cadat.* Hanc autem doctrinam vt altiùs noſtris animis imprimat, adiungit adhortationem dicens: *Prorſus, fratres mei, ita credite, ita certi eſtote: ita, ſi eſt in vobis excellentior prudentiæ ratio, videte atque perſpicite. Nemo malus qui non ſibi prius noceat.* Aſſumptum autem pulchrâ probat ſimilitudine ab igne ſumptâ: *Sic enim*, inquit, *eſſe putate malitiam, quomodo ignem. Incendere vis aliquid aliud: illud quod admoues, prius ardet; niſi ardeat, non incendit. Facula eſt, hanc faculam apponis, vt aliquid incendat. Numquid non ipſa facula, quam apponis, prior ardet, vt aliquid poſſit incendere? Malitia autem procedit ex te, & quem prius vaſtat, niſi te?* Sic ille more ſuo ſubtiliter & eleganter. Vide quæ ſuperiùs ad Pſal. 7. v. 16. & Pſal. 9. v. 16. in hanc rem annotauimus.

Malitia ſibi ipſi, & ſuo auctori prior nocet, quàm alteri.

Ibidem. *Superuacuè exprobrauerunt animam meam.*] S. Hieron. *ſine cauſſa foderunt animæ meæ*: Hebraicè enim eſt חָפְרוּ *chapheru*, id eſt, foderunt: pro quo Septuag. legiſſe videntur חֵרְפוּ *charphu*, per metatheſin vnius litteræ: quod ſignificat, *exprobrauerunt*; Symmachus, ἀναιτίως ὑπώρυξαν τὴν ψυχήν μου, *ſine cauſſa ſuffoderunt animam meam*; in quodam Scholio eſt, διέῤῥηξαν, *diſciderunt*, aut *diffregerunt*: & ſic citra metatheſin perſiſtitur in metaphora venatorum.

ANNOTATIONES CORDERII.

torum. Huic affinis eſt illa ſententia Pſalmi 56. *Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam, foderunt ante faciem meam foueam.* Item illud Ieremiæ, *Foderunt foueam animæ meæ.*

Pſal. 56,7. Iere. 18,20

8. *Veniat illi laqueus quem ignorat.*] Hoc eſt, quem non cauet, quem non omni præuiſione animi ſtudioque deuitat. Quàm multis autem vita noſtra laqueis expoſita ſit, pulchrè docet Paulinus Epiſt. 2. *Tota,* inquit, *huius mundi figura, quæ præterit, & per oculos corda prolectat, zabulicis prætenta retibus: in qualibet ſui ſpecie, laqueus mentis & gladius eſt. Credamus Prophetæ; quia in medio muſcipularum ambulamus, & inter opertos letalibus dolis gladios vita tranſigitur,* &c. Simile quiddam de zabulicis retibus magnus Origenes attulerat, exponens illud Cantici, *Stat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, eminens per retia* (ita vertit poſtrema verba S. Hieron. cùm in Vulgatis ſit, *proſpiciens per cancellos.*) *Intellige,* inquit, *quia in medio laqueorum ambulas, & ſubtus machinas tranſis imminentes. Omnia retibus plena ſunt. Diabolus laqueis cuncta complenit. Si autem venerit tibi ſermo Dei, & cœperis eminere de retibus, dices: Anima noſtra erepta eſt de laqueo venantium; laqueus contritus eſt. Eminet igitur ſponſus, per retia tibi viam faciens.* Vult Origenes immane quoddam & vaſtum rete oppandi mundo vniuerſo, imminenteſque machinas, Vulcanijs retibus firmiores: omnes autem in commune homines prædam fieri mali dæmonis, & includi, niſi quis duce & præſide Eccleſiæ ſponſo Deo emineat per retia, & diuino beneficio liber & ſolutus, in ſublime ſe attollat.

Vita noſtra innum. rts expoſita laqueis.

Cant. 2,9.

Pſal. 123, 7.

9. *Anima autem mea exultabit in Domino.*] Quia ſcilicet Deum quæſierat, non terrena, non peritura. Audi mellea B. Auguſtini ad hunc locum verba, planè digna quæ mentis ore verſentur. *Anima,* inquit, *mea exultabit in Domino, tamquam in eo à quo audierit: Salus tua ego ſum: tamquam non quærens alias extrinſecus diuitias, tamquam non quærens circumfluere voluptatibus, boniſque terrenis; ſed coniugem verum gratis amans, non ab illo volens accipere quod delectet, ſed ipſum ſolum ſibi proponens à quo delectetur. Quid enim melius Deo dabitur mihi?* &c. Vide hæc vlteriùs pulchrè & fusè apud ipſum dilatata: conſule item quæ ſuperiùs in hanc rem à nobis ad Pſal. 15. verſ. 5. annotata ſunt.

In ſolo Deo, non in terrenis diuitijs, exultandum.

10. *Omnia oſſa mea dicent: Domine, quis ſimilis tibi?*] An non & caro iuſti Deum laudat? an non lingua & labia, quæ carnea ſunt? Et tamen oſſium nunc meminit, quibus vocem laudis tribuit. Scilicet, vt exponit S. Gregorius lib. 5. Moral. cap. 22. in corpore Eccleſiæ illi myſticè oſſium nomine intelliguntur, qui multo feruore animam excolunt: qui verò remiſſiùs agunt, *caro* appellantur. Ergo oſſa laudant Deum: quia laudes eorum, qui impensè virtuti incumbunt, Deo accidunt gratiores, quàm aliorum minùs diligentium. *Hinc eſt* (inquit Gregorius) *quòd is qui fortia operando profecerat, per ſpiritum ſubleuatus clamabat: Omnia oſſa mea dicent: Domine quis ſimilis tibi? Ac ſi diceret: Carnes meæ oſſa non habent: quia infirma mea apud te funditus ſilent. Oſſa autem mea tuæ magnitudinis laudem dicunt.* Eleganter itaque Dauid præconium gloriæ Dei ad oſſa ſua transfert, ac ſi linguæ officio non contentus, omnia corporis ſui membra applicaret ad canendam Dei laudem: ſine fictione demonſtrans, eo ſtudij feruore ſe eſſe præditum, vt neruos & oſſa impendere cupiat ad teſtandam pietatem. Emphaticè autem dictum illud: *Domine quis ſimilis tibi?* Quæ interrogatio potentis negationis vim obtinet; haud obſcurè inſinuans, nihil Deo propriè ſimile eſſe aut æquale, vti in altiſſima ſua Theologia S. Dionyſius lib. de Diuin. nominib. cap. 9. §. 6. & 7. more ſuo ſublimiter docet. Dauid ergo ab alijs omnibus excellenter Deum ſeparans, diſertè pronuntiat totam liberationis ſuæ gloriam illi ſoli competere, qui virtute ſuâ ſpes omnes eius ſibi addictas tenebat, ſcilicet, *Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum.* Quo elogio Dauid diuinæ protectionis magnitudinem mirificè commendat. Nam ea eſt in deſtitutos, & calamitatibus obnoxios, illius benignitas & ſingularis beneuolentia, vt velut glorioſo & honorifico titulo excellentis gloriæ, in diuinis Litteris paſſim appellari amet *Pater orphanorum & Iudex viduarum,* vti ſuperiùs ad Pſal. 9. verſ. 35. pluribus annotauimus. Hoc nempe palmarium Dei opus, & quaſi proprium officium eſt, miſeris opem ferre. Vnde iubemur bonam ſpem in omnibus afflictionibus retinere, nec vmquam animo concidere, quantumcumque hoſtes viribus & copijs præualeant; quia pro nobis Deus eſt, qui profitetur in hunc finem ſe regnare, vt fortibus reſiſtat, & egeno ac pauperi opituletur. Porrò illa duo nomina, *egenum & pauperem,* Græcè πτωχὸν καὶ πένητα, ex eiuſdem linguę proprietate ſic diſtinguit Euſebius: Πτωχὸν καλεῖ τὸν ἀποπεσόντα ὧν εἶχεν πλούτων· καὶ πένητα τὸν μετὰ πόνου πορίζοντα τὰ πρὸς τὸ διαζῆν. *Egenum vocat, eò quòd à diuitijs, quas habebat, exciderit: pauperem, quòd cum labore quærat, quæ ad vitam ducendam ſunt neceſſaria.* Ceterùm, locum hunc inſigniter moralizans, & arcano ſenſu exponens Hugo à S. Victore: *Quis eſt,* inquit, *inops, niſi qui virtutum diuitias non habet? Et quis eſt pauper, niſi qui iam aliqua virtutum dona accipere meruit, ſed tamen adhuc ad perfectionem virtutis non peruenit? Inopem ergo manus fortiorum opprimit; pauperem verò manus diripientium affligit: quia nimirum antiquus hoſtis eos qui nulla virtute roborati ſunt, violenter ſibi per conſenſum iniquitatis ſubijcit; ab his verò qui iam aliqua ſpiritualis lucri bona colligere incipiunt, occultâ direptione dona virtutum tollit. His ergo quos apertâ ſæuitiâ perimit, latro eſt; fur verò illis, quos occultâ fraude ſeducit. Vnde his fortitudo neceſſaria eſt, vt poſſint apertè impugnantem vincere; illis verò circumſpectio, vt poſſint occultè inſidiantem cauere. Cùm igitur diuina pietas, quoſdam contra apertam ſæuitiam inimici corroborando, quoſdam autem contra occultas eius inſidias per circumſpectionem illuminando cuſtodit; quid aliud facit, quàm inopem de manu fortiorum, & à diripientibus pauperem eripit? vt & illi euadant dominum, & iſti caueant damnum.*

Quid ſit oſſibus ſuis laudare Deum.

Deo nemo propriè ſimilis eſt.

Deus iutor pauperum & egenorum.

Quæ ſit egeni & pauperis differentia.

11. *Surgentes teſtes iniqui,* &c.] Hi (vt ſuperiùs in Paraphraſi & Commentario expoſitum eſt) fuerunt Doëg & Ziphæi, qui videntes animum Saülis contra Dauidem furore concitatum,

tum, rem ipſi gratam ſe facturos exiſtimabant, ſi Dauidi atroces calumnias impingendo detraherent; quas conſutis artificioſè mendacijs, & falſis ad fucum teſtibus, confirmabant. Horum itaque calumnijs conqueritur Dauid ita ſe oppreſſum fuiſſe, vt defenſioni locus non fuerit. quo nihil grauius aut acerbius accidere poteſt ingenuis hominibus, ſibique benè conſcijs. Neque verò falſis dumtaxat criminibus ſe oneratum fuiſſe ſignificat, ſed audaciam inſuper ac proteruiam in teſtibus accuſat, quâ violenter immerentem oppreſſerint. quò ſpectat id quod ait ſibi quæ neſciebat obiecta fuiſſe. Non ergo fortunis tantùm ſpoliatus fuit Dauid, & in exilium eiectus, ſed iuris etiam prætextu infamiâ oneratus, & probro affectus, vt perfectiùs patientis Chriſti typum exprimeret, cui hæc etiam ad litteram & quidem primariò congruere non eſt dubium, vti & illa quæ ſequuntur.

Dauid calumnijs traductus.

12. *Retribuebant mihi mala pro bonis.*] Dauid certè plurimis nominibus quàm optimè meritus de Saüle, gigantem occidendo, vitam ſuam pro ipſius ſalute non ſemel exponendo, & regnum illius in libertatem aſſerendo, atque in ſecuritate conſeruando; pro quibus tamen officijs ſanè maximis, non niſi odium, inuidiam, perſecutionem, & innumera ex tam impuris fontibus promanantia mala retulit. Pari modò Iudæi, Scribæ & Phariſæi Chriſtum Dominum gratis odio habuerunt, & pro innumeris beneficijs, gratijs, miraculis, cæleſtique doctrina, mala illi plurima, vt calumnias, detractiones, ſputa, vincula, verbera, necem denique ipſam, & quidem ignominioſiſſimam atque acerbiſſimam crucis, retribuerunt. Quod autem ſequitur:

IBIDEM. *Sterilitatem animæ meæ.*] Græcè, ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου; Aquila, ἀτεκνωσιν, *orbitatem*; Symmachus, ἀντεφαμμένα κατὰ τῆς ψυχῆς μου, *inuerſa contra animam meam*; Hebraicè eſt שכול *ſchechol*, quod propriè ſignificat, *orbitatem*. Genebrardus exponit, retribuebant mihi diſcipulorum orbitatem, per Zeugma: me meis filijs orbabant. Diſcipulos intelligit, quos Iudæi, percuſſo paſtore, diſperſerunt. Alij latiùs, *& anxietatem animæ meæ*; alij, *vt me orbent animâ meâ*, ſiue, vt mihi eam eripiant, vt me occidant; Euthymius & Theodoretus accipiunt *ſterilitatem* pro *oblitione*, vt eſt in Paraphraſi & Commentario Græco explicatum.

Quid per ſterilitatem intelligatur.

13. *Cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio.*] S. Auguſt. *induebam me*; Aquila, κἀγὼ ἐν ἀρρωστίᾳ αὐτῶν, ἔνδυσις μου σάκκος, *& ego in ægritudine eorum, indumentum meum cilicium*; Symmachus, ἐμοὶ ἐν ταῖς ἀρρωστίαις αὐτῶν τὸ ἔνδυμα σάκκος, *meum in illorum infirmitatibus indumentum erat cilicium*; Theodotion & Quinta editio, ἐγὼ δὲ ἐν τῷ παρενοχλεῖσθαι αὐτούς, *ego autem cùm illi perturbarentur* aut *tumultuarentur*; Hebraicè eſt, בחלותם *bachalotham*, quod eſt ad verbum, *in infirmari illos*: cùm ægrotarent illi & infirmarentur, induebam cilicium commiſerando, vel pro eis pœnitentiam agendo, & precando pro eorum valetudine. Septuag. verò & S. Hieron. actiuè reſoluerunt, Cùm infirmarent illi me, cùm me moleſtarent, indumentum mihi ſaccus erat. Erat autem in illius quoque gentis & ætatis more poſitum, vt, cùm aduerſæ alicuius rei metus eos inceſſiſſet, ad illam auertendam & deprecandam, aſſiduâ oratione, & ieiunio & cilicio vterentur. Exempla ſunt vulgatiſſima. Sic Dauid pro filio languente, quem ex Bethſabee ſuſceperat, orauit: ſic Ioſaphat cùm ab hoſtibus obſideretur: ſic Achabus rex, alioqui impius & facinoroſus, cùm Eliam minitantem audiſſet, & terribilia quædam denuntiantem, quæ viuum illum mortuumque manerent, exhorreſcens Numinis manum, & perniciem, quæ damnato iam capiti imminere videbatur; *operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitque, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite.* Quid igitur inde conſecutum eſt? Hoc nimirum, vt placatus ad miſericordiam Deus, mutaret ſententiam, iram coërceret, iamque violenter ſe effundentem ſeueritatem. Quare ad Eliam ſic ait: *Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus eſt mei cauſâ, non inducam malum in diebus eius*, &c. Exemplum meo iudicio à Dauide ſumpſerat, qui quando res moleſtiſſimæ domeſticam diſciplinam, aut externam politiam regnumque premerent, ad cilicium velut ad ſacram anchoram deuotè recurrebat. Hoc vir magnus thorace indutus, non aheneo, ſed diuino, & concupiſcentiæ motus frenabat, & vlciſcendi libidinem, ſi quando iniurijs afficeretur, & ſuperbos animi ſpiritus in ſummo dominatu comprimebat, aliorum hominum ſcelus eluebat, ſuum purgabat, Dei beneuolentiam emerebatur. Adeoque inſita fuit illa pietas in omnium mentibus, vt nihil arduum & grauioris momenti aggrederentur, quin ſe anteà cilicio muniuiſſent, ad fauorem Numinis, & animi vim & virtutem parandam. Vides orantis afflictionem & humilitatem: quibus alis ſuffulta oratio in altum expeditè ſubuehitur, Deique auribus influens, atque in mentem penetrans, quidquid expoſcit impetrat. Pulchrè ad hunc locum S. Ambroſ. *Hæc eſt*, inquit, *oratio, quæ in ſinum conuertitur deprecantis, fructum referens eorum quæ voluit impetrare, vt dona eius ad animam ac mentem recurrant, quæ popoſcit à Domino.* O admiranda felicitas deprecantis! Mittit orationem quis à terra in cælum? volat illa, & ſurgit velociùs Euro, igneoque flatu, ſubintrat, irruit in penitiora cæli adyta, Deum ſollicitat, exponit orantis vota, exauditur: demumque diuinis onuſta gratijs ac donis regreditur ad deprecantem, ipſiuſque ſinum cæleſtibus replet diuitijs ac muneribus.

Antiquus vſus orationis, ieiunij & ciliciorum in aduerſis.

ANNOTATIONES CORDERII.

2. Reg. 12.
2. Paral. 20.

3. Reg. 21. 27.

Oratio cum afflictione & humilitate exauditur.

14. *Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum.*] In Biblijs Regijs & Complutenſibus hæc in datiuo leguntur, ὡς πλησίον, καὶ ὡς ἀδελφῷ, *quaſi proximo, & quaſi fratri*, quomodo etiam Apollinarius exponit:

Ὡς ἑτάρῳ, ὡς τε κασιγνήτῳ, τόσον ἥνδανον αἰεί.

Quaſi amico, quaſiq; fratri, ſic cõplacui ſemper. Id eſt, ei, ac ſi mihi fuiſſet neceſſarius & frater, mitem & placidum me præbebam; S. Hieronymus, *quaſi ad amicum, quaſi ad fratrem meum, ſic ambulabam*: id eſt, quaſi ſocius & quaſi frater mihi eſſet, ambulabam cum eo; Symmachus, ὡς πρὸς ἑταῖρον, ὡς πρὸς ἀδελφὸν ἀνεστράφην, *quaſi ad amicum, quaſi ad fratrem conuerſus ſum*: Genebrardus cenſet verbum, *complacebam*, irrepſiſſe pro, *cum placabam*, vel *complacabam*. vt Pſalmo alio *complacitior*, pro *complacatior*.

Dauidis in inimicos lenitas.

Pſal. 76, 8.

IBIDEM. *Quaſi lugens & contriſtatus, ſic humiliabar.*] Scholion, ὡς πενθῶν ἐμφαίνετος σκυ-

 θρωπὸς

ANNOTATIONES CORDERII.

θρηνῶν ἐκύφην, *quaſi lugens ex eadem matre natum, cum mœrore procubui*; S. Hieron. *quaſi lugens mater triſtis, ſic incurnabar.* Luctus enim matrum ſolet eſſe grauior, propter illarum maiorem in liberos affectum & lenitatem. Quibus formulis docet ſe placidè cum illis verſatum, triſtatumque illorum calamitatibus & malis. *Humiliabar*, id eſt, deiecto capite mœrore afficiebar: iuxta Hebraicum textum propriè eſt, *incurnabam me.*

15. *Aduerſum me lætati ſunt.*] Aquila, καὶ ἐν σκασμῷ μου εὐφράνθησαν, καὶ συνελέγησαν, *& in claudicatione mea lætati ſunt, & coierunt*; Symmachus, σκάζοντος δέ μου εὐφραίνοντο, ἠθροίζοντο, *claudicante autem me lætabantur, coibant*; Quinta editio, καὶ ἐν ἀσθενείᾳ μου εὐφράνθησαν, *& in infirmitate mea lætati ſunt*: id eſt, in calamitate mea, in rebus meis aduerſis. Vox Hebræa צֶלַע *tſelahh*, etiam *latus* coſtamue ſignificat. q. d. In latus meum, in perniciem mei lateris.

IBIDEM. *Congregata ſunt ſuper me flagella.*] Symmachus, συνήχθησαν κατ' ἐμοῦ πλῆκται, *congregati ſunt contra me percuſſores*. Vox Hebræa נֵכִים *nechim*, vtrumque ſignificat, ſcilicet *flagella*, & *flagellatores* ſeu *verberones*; S. Hieron. *collecti ſunt aduerſum me percutientes*; Pſalterium Rom. *congregauerunt in me flagella.* Nodum (inquit Genebrardus) in ſcirpo quærunt, qui claudos, vel viles & abiectos homines interpretantur, ac aliunde deducunt quàm à נָכָה *nacha*, id eſt, *percuſſit*. Hæc autem de Chriſti flagellatione ad litteram intelligenda eſſe dubitari non poteſt. Eam patheticè deſcriptam vide apud Scribanũ in pijs Exercitationibus in Paſſionem cap. VII.

16. *Diſſipati ſunt, nec compuncti.*] Symmachus, καὶ διαρρήσσοντες οὐκ ἠρέμουν, *& proſcindentes non quieuerunt*: vbi alij legunt, διαρρήξαντες; Aquila, ἔρρηξαν, καὶ οὐκ ἐσιώπησαν, *ſciderunt, & non tacuerunt*: quomodo etiam Hebræa habent. Quam ſententiam clariorem reddiderunt Septuag. *diſſipati*, ſeu diſſecti *ſunt* inter ſe, *nec* tamen *compuncti* ſunt, nec doluerunt, aut egerunt pœnitentiam. q. d. Diuiſi ſunt inter ſe, & inter eos ſchiſma eſt, dum diſcordes ſententijs alij aliud de me loquuntur, atque alij alia mihi imponunt, nec tamen eos pœnitet vel pudet in cœptis pergere. Vel ſecuerunt ſe in varios maledicendi modos, & non prohibuerunt linguas ſuas ab huiuſmodi verbis ad deriſionem compoſitis. Vel actiuè per Eclipſin, ſecuerunt ſeu præſciderunt [me,] ſine intermiſſione [me] lacerarunt, contumelijs mihi conuitiati ſunt perenniter. ita Genebrardus.

IBIDEM. *Tentauerunt me, ſubſannauerunt me ſubſannatione.*] Hebraicè eſt בְּחַנְפֵי לַעֲגֵי מָעוֹג *bechanphe labage mahhog*, id eſt, *in hypocriſi ſubſannationum verbi otioſi*; quam interpretationem videtur Symmachus reddere, ἐν ὑποκρίσει ῥήμασι πεπλασμένοις, ἔβρυχον κατ' ἐμοῦ ὀδόντας αὐτῶν. quod ſic vertit S. Hieron. *in ſimulatione verborum fictorum, frendebant contra me dentibus ſuis*: id eſt, cum hypocritis ſubſannatoribus ſubſannationis, vel placentæ, hoc eſt, paraſitis & menſarum aſſeclis: vt perſtringat aulicos, qui inter conuiuandum tractabant de ipſo neci tradendo, in medijs delicijs iocantes. Septuag. legerunt, בְּחָנוּנִי *bechanuni*, id eſt, *tentauerunt*, litteris nonnihil immutatis. quaſi dicat, Experti ſunt meam patientiam, explorarunt me: & ſic ſenſus clarior eſt.

18. *In populo graui.*] Hebraiſmus eſt, pro frequenti, numeroſo, plurimo: nam Hebræum עָצוּם *gatzum* non tantùm ſignificat ponderoſum & forte, ſed etiam copioſum. Sic 1. Machab. 1. *Multitudo grauis*, id eſt magna & copioſa. Aquila reddidit ὀστέῳ, *oſſeo*, id eſt, ἰσχυρῷ, *robuſto, forti*, quomodo S. Hieron. vertit; Symmachus, παμπληθεῖ, *valdè multo.*

19. *Annuunt oculis.*] S. Hieron. *conniuentes oculis*. Plerique nutum hunc oculorum accipiunt, vt ſit ſignum gaudij, quo inimici ſeſe mutuo in malis alterius concitarunt ad gaudendum & ridendum. Verùm aliàs hæc oratio in Scri- *Nutus oculorum deſignat fraudem.*
pturis accipi ſolet pro eo quod eſt fraudulenter cum aliquo pacem ſimulare. Vt Prouerb. 6. v. 12. *Homo apoſtata, vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, prauo corde machinatur malum.* Et Prouerb. 10. v. 10. *Qui annuit oculo, dabit dolorem, & ſtultus labijs verberabitur.* Vbi quem intelligat annuere oculo, patet ex præced. verſu: *Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter; qui autem deprauat vias ſuas, manifeſtus erit.* Videtur igitur annuentem oculo opponere ei qui ambulat ſimpliciter. Simili modo dicitur in Eccleſiaſtico, *Annuens oculo, fabricat iniqua.* Eccli. 27, 21.

20. *Pacificè loquebantur*, &c.] Symmachus, οὐ γὰρ εἰς εἰρήνην λαλοῦσιν, ἀλλὰ ἐπὶ συναρπαγῆς ἐν τῇ γῇ λόγους δολίους λογίζονται, *non enim in pace loquuntur, ſed de rapina in terra ſermones doloſos cogitant*; Quinta editio, ὅτι οὐκ εἰρήνην λαλοῦσι, καὶ ἐπὶ συσσεισμοὺς γῆς ῥήματα δόλια λογίζονται. quæ S. Hieron. ita videtur vertiſſe, *non enim pacem loquuntur, ſed in rapina terræ verba fraudulenta concinnant*; Vulgata, *in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant*: id eſt, hominum in terra verſantium. Metonymia, continens pro contento. Hebraicè eſt, *in ſciſſionibus, & commotionibus terræ.* Quando nimirum terra iactatur & ſcinditur factionibus, ſeditionibus, tumultibus, diſcordijs, ſeſe inſinuant per fraudes in diuerſarum partium animos. q. d. Per fraudem & inſidias in communibus motibus multa machinantur; & quando terra eſt in iracundia, id eſt quando homines ſunt in tumultibus, bellis, iurgijs. Ita Genebrardus.

21. *Euge, euge.*] Hebraicè הֶאָח *heach*; S. Hieron. *vah, vah.* Quæ eſt particula dolentis, in- *Quid voces, vah, â, euge deſignent.*
dignantis, deteſtantis; Aquila, ἆ, ἆ, quæ eſt Interiectio index doloris; Symmachus hoc per periphraſin reddit, σχετλίασον, *lamentare*, ſeu *plange*: Græca vox εὖγε ſonat, *benè quidem, rectè, ſanè*, eſtque Aduerbium aſſentientis, laudando & approbando, q. d. *Laudo factum, benè habet.* Valet etiam aliquando idem quod hortantis dictio Latina, *Macte.* In alijs prætereà habet vim inſultandi, ſeu prouocandi cum contemptu, vt S. Hieron. notat in Ezech. 6. Sæpiùs verò exultandi & congratulandi, vt apud Matthæum, *Euge ſerue bone*, &c. Boni auctores *Euge* vſurpant Matth. 25, 21.
velut interiectionem aſſentientis, laudantis, gratulantis; quemadmodum *vah*, inſultantis, admirantis, exultantis. Apollinarius hoc loco, prætermiſsâ voce εὖγε, vim illius reddit, vt gaudium denotet, nempe de alieno malo.

φάντο κακῶν χαίροντες ἐμῶν θηητῆρες εἶναι.
Dixerunt, malorum gaudentes meorum ſpectatores eſſe.

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM XXXV. ARGVMENTVM.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, τῷ δούλῳ κυρίου, τῷ Δαβίδ.

Τοῦτον ὁ μακάριος Δαβὶδ τὸν ψαλμὸν ἔφη, κατηγορίαν ποιούμενος τοῦ Σαοὺλ, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν πονηρίᾳ συζώντων, καὶ τὴν διὰ πάντων διήκουσαν τοῦ Θεοῦ προμήθειαν ἀνακηρύττων. Ἀνέμιξε δὲ καὶ θεολογίαν τοῖς λόγοις καὶ προφητείαν. Οὗ δὴ χάριν, καὶ ἡ ἐπιγραφὴ εἰς τὸ τέλος παραπέμπει τὸν ἐντυγχάνοντα.

1. In finem, ſeruo Domini, ipſi Dauid.

Beatus Dauid Pſalmum hunc pronuntiauit, vt Saülem, & eos qui cum ipſo malignabantur, reprehenderet, ac Dei prouidentiam per omnia penetrantem prædicaret. Admiſcuit autem verbis ſuis Theologiam & prophetiam. Quare etiam inſcriptio, In finem tranſmittit legentem.

PARAPHRASIS.

β΄. Φησὶν ὁ παράνομος, τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ.

Οἴεται, φησὶν, ὁ κακίᾳ συντεθραμμένος, μηδένα θεωρεῖν τῆς ψυχῆς τὰ κεκρυμμένα βουλεύματα.

Οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ.

Αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης ἀναλγησίας, τὸ μὴ δεδιέναι τὸν ἐφορῶντα τὰ πάντα δεσπότην.

2. Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo:

Opinatur, inquit, malitiæ alumnus, occulta eius animæ conſilia neminem intueri. Iniquus vult Deum latere ſuas cogitationes.

Non eſt timor Dei ante oculos eius.

Porrò cauſſa huius ſtultitiæ eſt, eò quòd non timeat Dominum, qui omnia intuetur.

γ΄. Ὅτι ἐδόλωσεν ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ, καὶ μισῆσαι.

Ἑκὼν δὲ ταύτην ἔχει τὴν ἄγνοιαν, οὐ βουλόμενος λογιστεῦσαι τὰ πεπραγμένα, καὶ μισῆσαι τὰ κακῶς πεπραγμένα.

3. Quoniam doloſè egit in conſpectu eius: vt * inueniret iniquitatem ſuam, & odiſſet. * Vulgata, vt inueniatur iniquitas eius ad odium.

Ille autem volens libenſque hanc ignorantiam habet, cùm nolit ea quæ fecit expendere, & odio habere quæ iniquè geſſit.

δ΄. Τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομία καὶ δόλος· οὐκ ἠβουλήθη συνιέναι τοῦ ἀγαθῦναι.

4. Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt benè ageret.

ε΄. Ἀνομίαν δὲ ἐλογίσατο ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ, παρέστη πάσῃ ὁδῷ οὐκ ἀγαθῇ, κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισε.

Λόγοις μὲν γὰρ κέχρηται τῆς ἀληθείας γεγυμνωμένοις, καὶ δόλῳ συμπεπλεγμένοις· συνιδεῖν δὲ τὸ πρέπον οὐ βούλεται. Ἀλλὰ καὶ νύκτωρ πονηρὰ τυρεύει τοῖς πέλας, καὶ μεθ' ἡμέραν πληροῦν ἐπιχειρεῖ τὰ βουλεύματα. Τούτου δὲ αἴτιον, τὸ μὴ βδελύττεσθαι αὐτὸν καὶ παντελῶς ἀποστρέφεσθαι τῆς πονηρίας τὰ εἴ-

5. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: adſtitit omni viæ non bonæ: malitiam autem non odiuit.

Nam verbis quidem vſus eſt veritate carentibus, & ex dolo contextis, ea verò quæ decent, minimè ſcire vult. Sed & nocte mala proximo ſtruit, & per diem conſilia ſua adimplere conatur. Huius verò cauſſa eſt, quòd ipſe ſpecies malitiæ non execretur, neque penitus auerſetur. Malignantium mores quales.

PARAPHRASIS PATRVM.

10. *Omnia oſſa mea dicent: Domine, quis ſimilis tibi?*] An non & caro iuſti Deum laudat? an non lingua & labia, quæ carnea ſunt? Et tamen oſſium nunc meminit, quibus vocem laudis tribuit. Scilicet, vt exponit S. Gregorius lib. 5. Moral. cap. 22. in corpore Eccleſiæ illi myſticè oſſium nomine intelliguntur, qui multo feruore animam excolunt: qui verò remiſſiùs agunt, *caro* appellantur. Ergo oſſa laudant Deum: quia laudes eorum, qui impensè virtuti incumbunt, Deo accidunt gratiores, quàm aliorum minùs diligentium. *Hinc eſt* (inquit Gregorius) *quòd is qui fortia operando profecerat, per ſpiritum ſubleuatus clamabat: Omnia oſſa mea dicent: Domine quis ſimilis tibi? Ac ſi diceret: Carnes meæ oſſa non habent: quia infirma mea apud te funditus ſilent. Oſſa autem mea tuæ magnitudinis laudem dicunt.* Eleganter itaque Dauid præconium gloriæ Dei ad oſſa ſua transfert, ac ſi linguæ officio non contentus, omnia corporis ſui membra applicaret ad canendam Dei laudem: ſine fictione demonſtrans, eo ſtudij feruore ſe eſſe præditum, vt neruos & oſſa impendere cupiat ad teſtandam pietatem. Emphaticè autem dictum illud: *Domine quis ſimilis tibi?* Quæ interrogatio potentis negationis vim obtinet; haud obſcurè inſinuans, nihil Deo propriè ſimile eſſe aut æquale, vti in altiſſima ſua Theologia S. Dionyſius lib. de Diuin. nominib. cap. 9. §. 6. & 7. more ſuo ſublimiter docet. Dauid ergo ab alijs omnibus excellenter Deum ſeparans, diſertè pronuntiat totam liberationis ſuæ gloriam illi ſoli competere, qui virtute ſuâ ſpes omnes eius ſibi addictas tenebat, ſcilicet, *Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum.* Quo elogio Dauid diuinæ protectionis magnitudinem mirificè commendat. Nam ea eſt in deſtitutos, & calamitatibus obnoxios, illius benignitas & ſingularis beneuolentia, vt velut glorioſo & honorifico titulo excellentis gloriæ, in diuinis Litteris paſſim appellari amet *Pater orphanorum & Iudex viduarum*, vti ſuperiùs ad Pſal. 9. verſ. 35. pluribus annotauimus. Hoc nempe palmarium Dei opus, & quaſi proprium officium eſt, miſeris opem ferre. Vnde iubemur bonam ſpem in omnibus afflictionibus retinere, nec vmquam animo concidere, quantumcumque hoſtes viribus & copijs præualeant; quia pro nobis Deus eſt, qui profitetur in hunc finem ſe regnare, vt fortibus reſiſtat, & egeno ac pauperi opituletur. Porrò illa duo nomina, *egenum & pauperem*, Græcè πτωχὸν καὶ πένητα, ex eiuſdem linguę proprietate ſic diſtinguit Euſebius: Πτωχὸν καλεῖ τὸν ἀποπεπτωκότα ὧν εἶχε πλούτου· καὶ πένητα τὸν μετὰ πόνου πορίζοντα τὰ πρὸς τὸ διαζῆν. *Egenum vocat, eò quòd à diuitijs, quas habebat, exciderit: pauperem, quòd cum labore quærat, quæ ad vitam ducendam ſunt neceſſaria.* Ceterùm, locum hunc inſigniter moralizans, & arcano ſenſu exponens Hugo à S. Victore: *Quis eſt*, inquit, *inops, niſi qui virtutum diuitias non habet? Et quis eſt pauper, niſi qui iam aliqua virtutum dona accipere meruit, ſed tamen adhuc ad perfectionem virtutis non peruenit? Inopem ergo manus fortiorum opprimit; pauperem verò manus diripientium affligit: quia nimirum antiquus hoſtis eos qui nulla virtute roborati ſunt, violenter ſibi per conſenſum iniquitatis ſubijcit; ab his verò qui iam aliqua ſpiritualis lucri bona colligere incipiunt, occultâ direptione dona virtutum tollit. His ergo quos apertâ ſæuitiâ perimit, latro eſt; fur verò illis, quos occultâ fraude ſeducit. Vnde his fortitudo neceſſaria eſt, vt poſſint apertè impugnantem vincere; illis verò circumſpectio, vt poſſint occultè inſidiantem cauere. Cùm igitur diuina pietas, quoſdam contra apertam ſæuitiam inimici corroborando, quoſdam autem contra occultas eius inſidias per circumſpectionem illuminando cuſtodit; quid aliud facit, quàm inopem de manu fortiorum, & à diripientibus pauperem eripit? vt & illi euadant dominum, & iſti caueant damnum.*

Quid ſit oſſibus ſuis laudare Deum.

Deo nemo propriè ſimilis eſt.

Deus tutor pauperum & egenorum.

Quæ ſit egeni & pauperis differentia.

11. *Surgentes teſtes iniqui*, &c.] Hi (vt ſuperiùs in Paraphraſi & Commentario expoſitum eſt) fuerunt Doëg & Ziphæi, qui videntes animum Saülis contra Dauidem furore concitatum,

tùm, rem ipſi gratam ſe facturos exiſtimabant, ſi Dauidi atroces calumnias impingendo detraherent; quas conſutis artificioſè mendacijs, & falſis ad fucum teſtibus, confirmabant. Horum itaque calumnijs conqueritur Dauid ita ſe oppreſſum fuiſſe, vt defenſioni locus non fuerit. quo nihil grauius aut acerbius accidere poteſt ingenuis hominibus, ſibique benè conſcijs. Neque verò falſis dumtaxat criminibus ſe oneratum fuiſſe ſignificat, ſed audaciam inſuper ac proteruiam in teſtibus accuſat, quâ violenter immerentem oppreſſerint. quò ſpectat id quod ait ſibi quæ neſciebat obiecta fuiſſe. Non ergo fortunis tantùm ſpoliatus fuit Dauid, & in exilium eiectus, ſed iuris etiam prætextu infamiâ oneratus, & probro affectus, vt perfectiùs patientis Chriſti typum exprimeret, cui hæc etiam ad litteram & quidem primariò congruere non eſt dubium, vti & illa quæ ſequuntur.

Dauid calumnijs traducitur.

12. *Retribuebant mihi mala pro bonis.*] Dauid certè plurimis nominibus quàm optimè meritus de Saüle, gigantem occidendo, vitam ſuam pro ipſius ſalute non ſemel exponendo, & regnum illius in libertatem aſſerendo, atque in ſecuritate conſeruando; pro quibus tamen officijs ſanè maximis, non niſi odium, inuidiam, perſecutionem, & innumera ex tam impuris fontibus promanantia mala retulit. Pari modo Iudæi, Scribæ & Phariſæi Chriſtum Dominum gratis odio habuerunt, & pro innumeris beneficijs, gratijs, miraculis, cæleſtique doctrina, mala illi plurima, vt calumnias, detractiones, ſputa, vincula, verbera, necem denique ipſam, & quidem ignominioſiſſimam atque acerbiſſimam crucis, retribuerunt. Quod autem ſequitur:

Quid per ſterilitatem intelligatur.

IBIDEM. *Sterilitatem animæ meæ.*] Græcè, ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου; Aquila, ἀτεκνωσιν, *orbitatem*; Symmachus, ἀνεστραμμένα κατὰ τῆς ψυχῆς μου, *inuerſa contra animam meam*; Hebraicè eſt שכול *ſchechol*, quod propriè ſignificat, *orbitatem*. Genebrardus exponit, retribuebant mihi diſcipulorum orbitatem, per Zeugma: me meis filijs orbabant. Diſcipulos intelligit, quos Iudæi, percuſſo paſtore, diſperſerunt. Alij latiùs, *& anxietatem animæ meæ*; alij, *vt me orbent animâ meâ*, ſiue, vt mihi eam eripiant, vt me occidant; Euthymius & Theodoretus accipiunt *ſterilitatem* pro *obliuione*, vt eſt in Paraphraſi & Commentario Græco explicatum.

13. *Cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio.*] S. Auguſt. *induebam me*; Aquila, κἀγὼ ἐν ἀρρωστίᾳ αὐτῶν, ἔνδυσίς μου σάκκος, *& ego in ægritudine eorum, indumentum meum cilicium*; Symmachus, ἐμοῦ ἐν ταῖς ἀρρωστίαις αὐτῶν τὸ ἔνδυμα σάκκος, *meum in illorum infirmitatibus indumentum erat cilicium*; Theodotion & Quinta editio, ἐγὼ δὲ ἐν τῷ παρενοχλεῖσθαι αὐτούς, *ego autem cùm illi perturbarentur aut tumultuarentur*; Hebraicè eſt, בחלותם *bachalotham*, quod eſt ad verbum, *in infirmari illos*: cùm ægrotarent illi & infirmarentur, induebam cilicium commiſerando, vel pro eis pœnitentiam agendo, & precando pro eorum valetudine. Septuag. verò & S. Hieron. actiuè reſoluerunt. Cùm infirmarent illi me, cùm me moleſtarent, indumentum mihi ſaccus erat. Erat autem in illius quoque gentis & ætatis more poſitum, vt, cùm aduerſæ alicuius rei metus eos inceſſiſſet, ad illam auertendam & deprecandam, aſſiduâ oratione, & ieiunio & cilicio vterentur. Exempla ſunt vulgatiſſima. Sic Dauid pro filio languente, quem ex Bethſabee ſuſceperat, orauit: ſic Ioſaphat cùm ab hoſtibus obſideretur: ſic Achabus rex, alioquin impius & facinoroſus, cùm Eliam minitantem audijſſet, & terribilia quædam denuntiantem, quæ viuum illum mortuumque manerent, exhorreſcens Numinis manum, & perniciem, quæ damnato iam capiti imminere videbatur; *operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitque, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite*. Quid igitur inde conſecutum eſt? Hoc nimirum, vt placatus ad miſericordiam Deus, mutaret ſententiam, iram coërceret, iamque violenter ſe effundentem ſeueritatem. Quare ad Eliam ſic ait: *Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus eſt mei cauſâ, non inducam malum in diebus eius*, &c. Exemplum meo iudicio à Dauide ſumpſerat, qui quando res moleſtiſſimæ domeſticam diſciplinam, aut externam politiam & regnumque premerent, ad cilicium velut ad ſacram anchoram deuotè recurrebat. Hoc vir magnus thorace indutus, non aheneo, ſed diuino, & concupiſcentiæ motus frenabat, & vlciſcendi libidinem, ſi quando iniurijs afficeretur, & ſuperbos animi ſpiritus in ſummo dominatu comprimebat, aliorum hominum ſcelus eluebat, ſuum purgabat, Dei beneuolentiam emerebatur. Adeoque inſita fuit illa pietas in omnium mentibus, vt nihil arduum & grauioris momenti aggrederentur, quin ſe anteà cilicio muniuiſſent, ad fauorem Numinis, & animi vim & virtutem parandam. Vides orantis afflictionem & humilitatem: quibus alis ſuffulta oratio in altum expeditè ſubuehitur, Deique auribus influens, atque in mentem penetrans, quidquid expoſcit impetrat. Pulchrè ad hunc locum S. Ambroſ. *Hæc eſt*, inquit, *oratio, quæ in ſinum conuertitur deprecantis, fructum referens eorum quæ voluit impetrare, vt dona eius ad animam ac mentem recurrant, quæ popoſcit à Domino.* O admiranda felicitas deprecantis! Mittit orationem quis à terra in cælum? volat illa, & ſurgit velociùs Euro, igneoque flatu, ſubintrat, irruit in penitiora cæli adyta, Deum ſollicitat, exponit orantis vota, exauditur: demumque diuinis onuſta gratijs ac donis regreditur ad deprecantem, ipſiuſque ſinum cæleſtibus replet diuitijs ac muneribus.

Antiquus vſus orationis, ieiunij & ciliciorum in aduerſis.

2. Reg. 12. 2. Paral. 20.

3. Reg. 21. 27.

Oratio cum afflictione & humilitate exauditur.

14. *Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum.*] In Biblijs Regijs & Complutenſibus hæc in datiuo leguntur, ὡς πλησίον, καὶ ὡς ἀδελφῷ, *quaſi proximo, & quaſi fratri*, quomodo etiam Apollinarius exponit:

Ὡς φίλῳ, ὡς τι κασιγνήτῳ, πᾶσιν ἥνδανον αἰεί.

Quaſi amico, quaſi fratri, ſic cõplacui ſemper. Id eſt, ei, ac ſi mihi fuiſſet neceſſarius & frater, mitem & placidum me præbebam; S. Hieronymus, *quaſi ad amicum, quaſi ad fratrem meum, ſic ambulabam*: id eſt, quaſi ſocius & quaſi frater mihi eſſet, ambulabam cum eo; Symmachus, ὡς πρὸς ἑταῖρον, ὡς πρὸς ἀδελφὸν ἀνεστράφην, *quaſi ad amicum, quaſi ad fratrem conuerſus ſum*: Genebrardus cenſet verbum, *complacebam*, irrepſiſſe pro, *eum placabam*, vel *complacabam*. vt Pſalmo alio *complacitior*, pro *complacatior*.

Dauidis in inimicos lenitas.

Pſal. 76, 8.

IBIDEM. *Quaſi lugens & contriſtatus, ſic humiliabar.*] Scholion, ὡς πενθῶν ἐμαυτῷ σκυ-

ed by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

θρηνῶν ἐκύφην, *quaſi lugens ex eadem matre natum, cum mærore procubui*; S. Hieron. *quaſi lugens mater triſtis, ſic incurnabar*. Luctus enim matrum ſolet eſſe grauior, propter illarum maiorem in liberos affectum & lenitatem. Quibus formulis docet ſe placidè cum illis verſatum, triſtatumque illorum calamitatibus & malis. *Humiliabar*, id eſt, deiecto capite mœrore afficiebar: iuxta Hebraicum textum propriè eſt, *incurnabam me*.

15. *Aduerſum me lætati ſunt.*] Aquila, καὶ ἐν σκασμῷ μου ηὐφράνθησαν, καὶ συνελέγησαν, *& in claudicatione mea lætati ſunt, & coiuerunt*; Symmachus, σκάζοντος δέ μου εὐφραίνοντο, ἐθροίζοντο, *claudicante autem me lætabantur, coibant*; Quinta editio, καὶ ἐν ἀσθενείᾳ μου ηὐφράνθησαν, *& in infirmitate mea lætati ſunt*: id eſt, in calamitate mea, in rebus meis aduerſis. Vox Hebræa צלע *tſelahh*, etiam *latus* coſtamue ſignificat. q. d. In latus meum, in perniciem mei lateris.

IBIDEM. *Congregata ſunt ſuper me flagella.*] Symmachus, συνήχθησαν κατ᾽ ἐμοῦ πλῆκται, *congregati ſunt contra me percuſſores*. Vox Hebræa נכים *nechim*, vtrumque ſignificat, ſcilicet *flagella*, & *flagellatores* ſeu *verberones*; S. Hieron. *collecti ſunt aduerſum me percutientes*; Pſalterium Rom. *congregauerunt in me flagella*. Nodum (inquit Genebrardus) in ſcirpo quærunt, qui claudos, vel viles & abiectos homines interpretantur, ac aliunde deducunt quàm à נכה *nacha*, id eſt, *percuſſit*. Hæc autem de Chriſti flagellatione ad litteram intelligenda eſſe dubitari non poteſt. Eam patheticè deſcriptam vide apud Scribaniū in pijs Exercitationibus in Paſſionem cap. VII.

16. *Diſſipati ſunt, nec compuncti.*] Symmachus, καὶ ἀποῤῥήσσοντες οὐκ ἠρέμουν, *& proſcindentes non quieuerunt*: vbi alij legunt, ἀποῤῥήξαντες; Aquila, ἔῤῥηξαν, καὶ οὐκ ἐσιώπησαν, *ſciderunt, & non tacuerunt*: quomodo etiam Hebræa habent. Quam ſententiam clariorem reddiderunt Septuag. *diſſipati*, ſeu diſſecti *ſunt* inter ſe, *nec* tamen *compuncti* ſunt, nec doluerunt, aut egerunt pœnitentiam. q. d. Diuiſi ſunt inter ſe, & inter eos ſchiſma eſt, dum diſcordes ſententijs alij aliud de me loquuntur, atque alij alia mihi imponunt, nec tamen eos pœnitet vel pudet in cœptis pergere. Vel ſecuerunt ſe in varios maledicendi modos, & non prohibuerunt linguas ſuas ab huiuſmodi verbis ad deriſionem compoſitis. Vel actiuè per Eclipſin, ſecuerunt ſeu præſciderunt [me,] ſine intermiſſione [me] lacerarunt, contumelijs mihi conuitiati ſunt perenniter. ita Genebrardus.

IBIDEM. *Tentauerunt me, ſubſannauerunt me ſubſannatione.*] Hebraicè eſt בחנפי לעגי מעוג *bechanphe labage mahhog*, id eſt, *in hypocriſi ſubſannationum verbi otioſi*; quam interpretationem videtur Symmachus reddere, ἐν ὑποκρίσει ῥήματα πεπλασμένοις, ἔβρυχον κατ᾽ ἐμοῦ ὀδόντας αὐτῶν. quod ſic vertit S. Hieron. *in ſimulatione verborum fictorum, frendebant contra me dentibus ſuis*: id eſt, cum hypocritis ſubſannatoribus ſubſannationis, vel placentæ, hoc eſt, paraſitis & menſarum aſſeclis: vt perſtringat aulicos, qui inter conuiuandum tractabant de ipſo neci tradendo, in medijs delicijs iocantes. Septuag. legerunt, בחנוני *bechanuni*, id eſt, *tentauerunt*, litteris nonnihil immutatis. quaſi dicat, Experti ſunt meam patientiam, explorarunt me: & ſic ſenſus clarior eſt.

18. *In populo graui.*] Hebraiſmus eſt, pro frequenti, numeroſo, plurimo: nam Hebræum עצום *gatzum* non tantùm ſignificat ponderoſum & forte, ſed etiam copioſum. Sic 1. Machab. 1. *Multitudo grauis*, id eſt magna & copioſa. Aquila reddidit ὀστέῳ, *oſſeo*, id eſt, ἰσχυρῷ, *robuſto, forti*, quomodo S. Hieron. vertit; Symmachus, παμπληθεῖ, *valdè multo*.

19. *Annuunt oculis.*] S. Hieron. *conniuentes oculis*. Plerique nutum hunc oculorum accipiunt, vt ſit ſignum gaudij, quo inimici ſeſe mutuo in malis alterius concitarunt ad gaudendum & ridendum. Verùm aliàs hæc oratio in Scripturis accipi ſolet pro eo quod eſt fraudulenter cum aliquo pacem ſimulare. Vt Prouerb. 6. v. 12. *Homo apoſtata, vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, prauo corde machinatur malum.* Et Prouerb. 10. v. 10. *Qui annuit oculo, dabit dolorem, & ſtultus labijs verberabitur.* Vbi quem intelligat annuere oculo, patet ex præced. verſu: *Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter; qui autem deprauat vias ſuas, manifeſtus erit.* Videtur igitur annuentem oculo opponere ei qui ambulat ſimpliciter. Simili modo dicitur in Eccleſiaſtico, *Annuens oculo, fabricat iniqua.*

Nutus oculorum deſignat fraudem.

Eccli. 27, 21.

20. *Pacificè loquebantur*, &c.] Symmachus, οὐ γὰρ εἰς εἰρήνην λαλοῦσιν, ἀλλὰ περὶ συναρπαγῆς ἐν τῇ γῇ λόγους δολίους λογίζονται, *non enim in pace loquuntur, ſed de rapina in terra ſermones doloſos cogitant*; Quinta editio, ὅτι οὐκ εἰρήνην λαλοῦσι, καὶ ἐπὶ συναρπαγῆς γῆς ῥήματα δόλια λογίζονται. quæ S. Hieron. ita videtur vertiſſe, *non enim pacem loquuntur, ſed in rapina terræ verba fraudulenta concinnant*; Vulgata, *in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant*: id eſt, hominum in terra verſantium. Metonymia, continens pro contento. Hebraicè eſt, *in ſciſſionibus, & commotionibus terræ*. Quando nimirum terra iactatur & ſcinditur factionibus, ſeditionibus, tumultibus, diſcordijs, ſeſe inſinuant per fraudes in diuerſarum partium animos. q. d. Per fraudem & inſidias in communibus motibus multa machinantur; & quando terra eſt in iracundia, id eſt quando homines ſunt in tumultibus, bellis, iurgijs. Ita Genebrardus.

21. *Euge, euge.*] Hebraicè האח *heach*; S. Hieron. *vah, vah*. Quæ eſt particula dolentis, indignantis, deteſtantis; Aquila, ὤ, ἆ, quæ eſt Interiectio index doloris; Symmachus hoc per periphraſin reddit, σχετλίασον, *lamentare*, ſeu *plange*: Græca vox εὖγε ſonat, *benè quidem, rectè, ſanè*, eſtque Aduerbium aſſentientis, laudando & approbando, q. d. *Laudo factum, benè habet*. Valet etiam aliquando idem quod hortantis dictio Latina, *Macte*. In alijs prætereà habet vim inſultandi, ſeu prouocandi cum contemptu, vt S. Hieron. notat in Ezech. 6. Sæpiùs verò exultandi & congratulandi, vt apud Matthæum, *Euge ſerue bone*, &c. Boni auctores *Euge* vſurpant velut interiectionem aſſentientis, laudantis, gratulantis; quemadmodum *vah*, inſultantis, admirantis, exultantis. Apollinarius hoc loco, prætermiſsâ voce εὖγε, vim illius reddit, vt gaudium denotet, nempe de alieno malo.

Quid voces, vah, â, euge deſignent.

Math. 25, 21.

φάντο κακῶν χαίροντες ἐμῶν ἐπίτορες εἶναι.

Dixerunt, malorum gaudentes meorum ſpectatores eſſe.

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM XXXV. ARGVMENTVM.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, τῷ δούλῳ κυρίου, τῷ Δαβίδ.

Τοῦτον ὁ μακάριος Δαβὶδ τὸν ψαλμὸν εἶπε, κατηγορίαν ποιούμενος τοῦ Σαοὺλ, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν πονηρίᾳ συζώντων, καὶ τὴν διὰ πάντων διήκουσαν τοῦ Θεοῦ προμήθειαν ἀνακηρύττων. Ἀνέμιξε δὲ καὶ θεολογίαν τοῖς λόγοις καὶ προφητείαν. Οὗ δὴ χάριν, καὶ ἡ ἐπιγραφὴ εἰς τὸ τέλος παραπέμπει τὸν ἐντυγχάνοντα.

1. In finem, ſeruo Domini, ipſi Dauid.

Beatus Dauid Pſalmum hunc pronuntiauit, vt Saülem, & eos qui cum ipſo malignabantur, reprehenderet, ac Dei prouidentiam per omnia penetrantem prædicaret. Admiſcuit autem verbis ſuis Theologiam & prophetiam. Quare etiam inſcriptio, In finem transmittit legentem.

PARAPHRASIS.

β΄. ΦΗΣΙΝ ὁ παράνομος, τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ·

Οἴεται, φησὶν, ὁ κακίᾳ συντεθραμμένος, μηδένα θεωρεῖν τῆς ψυχῆς τὰ κεκρυμμένα βουλεύματα.

Οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ.

Αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης ἀναλγησίας, τὸ μὴ δεδιέναι τὸν ἐφορῶντα τὰ πάντα δεσπότην.

γ΄. Ὅτι ἐδόλωσεν ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ, καὶ μισῆσαι.

Ἑκὼν δὲ ταύτην ἔχει τὴν ἄγνοιαν, οὐ βουλόμενος λογίσασθαι τὰ πεπραγμένα, καὶ μισῆσαι τὰ κακῶς πεπραγμένα.

δ΄. Τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομία καὶ δόλος· οὐκ ἠβουλήθη συνιέναι τοῦ ἀγαθῦναι.

ε΄. Ἀνομίαν δὲ ἐλογίσατο ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ, παρέστη πάσῃ ὁδῷ οὐκ ἀγαθῇ, κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισε.

Λόγοις μὲν γὰρ κέχρηται τῆς ἀληθείας γεγυμνωμένοις, καὶ δόλῳ συμπεπλεγμένοις· συνιδεῖν δὲ τὸ πρέπον οὐ βούλεται. Ἀλλὰ καὶ νύκτωρ πονηρὰ τυρεύει τῷ πέλας, καὶ μεθ' ἡμέραν πληροῦν ἐπιχειρεῖ τὰ βουλεύματα. Τούτου δὲ αἴτιον, τὸ μὴ βδελύττεσθαι αὐτὸν καὶ παντελῶς ἀποστρέφεσθαι τῆς πονηρίας τὰ εἴ-

2. DIXIT iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo:

Opinatur, inquit, malitiæ alumnus, occulta eius animæ conſilia neminem intueri. *Iniquus vult Deum latere ſuas cogitationes.*

Non eſt timor Dei ante oculos eius.

Porrò cauſſa huius ſtultitiæ eſt, eò quòd non timeat Dominum, qui omnia intuetur.

3. Quoniam doloſè egit in conſpectu eius: vt * inueniret iniquitatem ſuam, & odiſſet. ** Vulgata, vt inueniatur iniquitas eius ad odium.*

Ille autem volens libenſque hanc ignorantiam habet, cùm nolit ea quæ fecit expendere, & odio habere quæ iniquè geſſit.

4. Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt benè ageret.

5. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: adſtitit omni viæ non bonæ: malitiam autem non odiuit.

Nam verbis quidem vſus eſt veritate carentibus, & ex dolo contextis, ea verò quæ decent, minimè ſcire vult. Sed & nocte mala proximo ſtruit, & per diem conſilia ſua adimplere conatur. Huius verò cauſſa eſt, quòd ipſe ſpecies malitiæ non execretur, neque penitus auerſetur. *Malignantium mores quales.*

PARAPHRASIS PATRVM.

tur. Hoc enim, *Malitiam non odiuit*, pro, non abominatus eſt, poſuit. Etenim idola aliquando quidem abominationes; aliquando verò execrationes diuina Scriptura nuncupat. Hoc verò Aquila, *non abiecit*, interpretatus eſt; ſed Theodotion, *non repulit*.

6. Domine in cælo miſericordia tua: & veritas tua vſque ad nubes.

Illi quidem iſta perinde moliuntur, ac ſi nemo ſit qui videat: tu verò Domine miſericordiam habes immenſam, & veritatem inæſtimabilem: veritas autem tua ad omnes vſque homines peruenit, per Prophetas, veluti per quaſdam nubes, ſalutarem imbrem ipſis ſuppeditans.

Veritas Dei omnia penetrat.

7. Iuſtitia tua ſicut montes Dei: iudicia tua abyſſus multa.

Iuſtitia Dei montibus comparata.

Iuſtitiam, inquit, habes ſummis montibus comparatam. Tantam verò veritatem & iuſtitiam habens, qua de cauſſa procraſtines, ignoro. Iudicia quippe tua inaſpectabilem abyſſi profunditatem imitantur: vt enim mortalibus inaſpectabilis eſt illius fundus; ita & incomprehenſibilis eſt iudiciorum tuorum cognitio.

Homines & iumenta ſaluabis Domine.

8. Quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus.

Benignitas Dei in omnia promanat.

Nam vſque ad iumenta benignitas tua peruenit, & non ſolùm homines, verùm etiam ea, quæ propter homines facta fuere, nutris; etiam per hæc homines beneficijs afficiens.

Filij autem hominum, in tegmine alarum tuarum ſperabunt.

Sermo prædictionem continet mutationis illius, quæ poſt incarnationem Saluatoris facta fuit. Non enim dixit, Sperauerunt, ſed, Sperabunt.

9. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Humana verò ad te natura confugiet, germinantem in domo tua bonorum prouentum videns. Per hæc autem innuit non

δη. Τὸ γὰρ, κακίαν οὐ προσώχθισεν, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐβδελύξατο, τέθεικε. Καὶ γὰρ τὰ εἴδωλα ποτὲ μὲν βδελύγματα, ποτὲ δὲ προσοχθίσματα, ἡ θεία προσαγορεύει γραφή. Τοῦτο δὲ Ἀκύλας, οὐκ ἀπέρριψεν, ἑρμήνευσεν· ὁ δὲ Θεοδοτίων, οὐκ ἀπώσατο.

ϛʹ. Κύριε ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου· καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν.

Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ὡς μηδενὸς ἐφορῶντος τοιαῦτα πράττειν ἐπιχειροῦσι· σὺ δὲ δέσποτα, καὶ ἔλεον ἔχεις ἀμέτρητον, καὶ ἀλήθειαν ἀστάθμητον. χωρεῖ δέ σου καὶ μέχρι τῶν ἀνθρώπων ἡ ἀλήθεια, διὰ τῶν προφητῶν, οἷα διά τινων νεφελῶν, τὸν σωτήριον αὐτοῖς ὑετὸν χορηγοῦσα.

ζʹ. Ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη θεοῦ, τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή.

Δικαιοσύνην, φησὶν, ἔχεις τοῖς ὄρεσι παραβαλλομένην μεγίστοις. Τοσαύτην δὲ ἔχων ἀλήθειαν καὶ δικαιοσύνην, τίνος ἕνεκεν μακροθυμεῖς ἀγνοῶ. Τὸ τῆς ἀβύσσου ἀθεώρητον μιμεῖταί σου τὰ κρίματα· καθάπερ ἐκείνης ἀνθρώποις ἀθεώρητος ὁ βυθὸς, οὕτως ἀνέφικτος τῶν σῶν κριμάτων ἡ κατανόησις.

Ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις κύριε.

ηʹ. Ὡς ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου ὁ θεός.

Μέχρι γὰρ τῶν κτηνῶν ἡ σὴ διήκει φιλανθρωπία, καὶ οὐ μόνον ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τὰ δι' αὐτοὺς γεγενημένα τρέφεις, τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τούτων εὐεργετῶν.

Οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιοῦσι.

Πρόρρησιν ὁ λόγος ἔχει τῆς μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γεγενημένης μεταβολῆς· οὐ γὰρ εἶπεν ἤλπισαν, ἀλλ' ἐλπιοῦσι.

θʹ. Μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάρρουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς.

Καταφεύξεται δὲ πρὸς σὲ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, ἀναβλαστάνουσαν ἐν τῷ οἴκῳ σου τῶν ἀγαθῶν τὴν φορὰν θεωροῦσα. Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων, οὐ

μόνον

μόνον τῆς θείας διδασκαλίας τὰ νάματα, ἀλλὰ καὶ τῆς μυστικῆς τροφῆς τὴν ἀπόλαυσιν. Χειμάῤῥῳ δὲ τῶν τοσούτων ἀγαθῶν τὴν χορηγίαν ἀπείκασε. Πρῶτον μὲν, διὰ τὸ μὴ ἐξ ἀρχῆς τοῖς ἀνθρώποις δοθῆναι. Ἔπειτα μέντοι καὶ προτρέπων πάντας ἀνθρώπους προσελθεῖν καὶ πιεῖν, ὡς τοῦ ποταμοῦ οὐκ ἀεννάου ὄντος, ἀλλὰ χειμάῤῥου καὶ πρὸς καιρὸν φερομένου. Οἱ γὰρ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν μὴ προσιόντες μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν τῶν θείων ναμάτων οὐκ ἀπολαύσονται. Καὶ δεικνὺς ὡς φύσει μὲν ἀεννάως ἐστὶ τῶν ἀγαθῶν ἡ φορὰ, χειμάῤῥους δὲ πρὸς τὰς οἰκονομίας γίγνεται, εἰς καιρὸν ἐπήγαγεν·

ί. Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς.

Ἐνταῦθα δὲ ἡμῖν σαφῶς ἀποκαλύπτει τὸ τῆς ἁγίας τριάδος μυστήριον. πηγὴν γὰρ ζωῆς τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ λόγον ὠνόμασεν. οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου καλεῖ· Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζωῆς, καὶ ἐπορεύθησαν, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. Λέγει τοίνυν τὴν πηγὴν ταύτην παρὰ τῷ πατρὶ εἶναι, κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν τὴν λέγουσαν, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. Ἐν δὲ τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. Ἀπὸ γὰρ τοῦ παναγίου πνεύματος φωτιζόμενοι, τὰς τοῦ μονογενοῦς σου θεωροῦμεν ἀκτῖνας. Οὐδεὶς γάρ, φησι, δύναται εἰπεῖν κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ· καὶ τοῦτον ἡμῖν ὁ θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. Μεμαθήκαμεν τοίνυν ἀκριβῶς, καὶ διὰ τῶν προφητικῶν λόγων, τὰς τρεῖς τῆς μιᾶς θεότητος ἰδιότητας.

ιά. Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ.

Τοιγάρτοι διηνεκῶς τὴν ἥμερον καὶ δικαίαν μετάδος κηδεμονίας τοῖς θεογνωσίας ἠξιωμένοις, καὶ ἀγαθὰ πράττειν προαιρουμένοις. Ἀμφότερα γὰρ περὶ τῶν αὐτῶν εἴρηκεν, κατὰ οἰκεῖον ἰδίωμα τῇ διαιρέσει χρησάμενος. Οὐ γὰρ ἄλλους λέγει τοὺς εἰδότας αὐτὸν, ἄλλους δὲ τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ· οὐδὲ τοῖς μὲν τὸν ἔλεον, τοῖς δὲ τὴν δικαιοσύνην ἐζήτησεν. ἀλλὰ τὴν τελείαν ἀρετὴν ἐν ἀληθέσι δόγμασι, καὶ πράξεσιν ἀγαθαῖς, ὁρισάμενος, τοῖς ταύτην κεκτημένοις τὸν ἔλεον καὶ τὴν δικαιοσύνην ἐπήγγειλε.

ſolùm diuinæ doctrinæ flumina, ſed & myſticæ alimoniæ fruitionem. Torrenti verò tantorum bonorum ſuppeditationem aſſimilauit. Primùm quidem, quoniam hæc à principio hominibus data non fuere. Deinde omnes homines hortatur ad accedendum & bibendum, quòd fluuius iſte non ſit perennis, ſed torrens & qui ad tempus feratur. Qui namque in hac vita non acceſſerint, poſtquam hinc emigrauerint, diuinis fluentis non perfruentur. Et vt oſtendat naturâ quidem ſuâ bonorum iſtam affluentiam perpetuam eſſe, ſed pro diſpenſatione fieri torrentem, opportunè ſubiunxit:

PARAPHRASIS PATRVM. *Bona ſpiritalia torrenti aſſimilata.*

10. Quoniã apud te eſt fons vitæ: *& in lumine tuo videbimus lumẽ.

* *Vulg. omittit &*

Hîc verò nobis manifeſtè Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium aperit: nam *fontem vitæ* vnigenitum Dei Verbum nominauit. Sic enim & ipſe per Ieremiam Prophetam ſeipſum nuncupat: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & abierunt, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valebunt aquas*. Dicit igitur fontem hunc apud Patrem eſſe, ſecundùm Euangelicam doctrinam, quæ ait, *Ego in Patre, & Pater in me eſt. In lumine* autem *tuo videbimus lumen:* nam à ſancto Spiritu illuminati, Vnigeniti tui radios intuemur. *Nemo* enim, inquit, *poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto*: & illum nobis Deus manifeſtauit per Spiritum ſuum. Exactè igitur, etiam per verba prophetica, tres vnius diuinitatis proprietates cognouimus.

Fons vitæ eſt Verbum Dei. Ier. 2, 13. Ioan. 14, 10. 1. Cor. 12, 3.

11. Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te, & iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde.

Da itaque, inquit, continuè placidam ac iuſtam tuam prouidentiam ijs, quos cognitione diuinâ dignos effeciſti, & qui bona facere cupiunt. Nam vtraque de ijſdem dixit, diſtinctione iuxta proprium idioma vſus. Non enim alios dixit, qui Deum cognoſcant, & alios qui recto ſint corde: neque illis miſericordiam, his verò iuſtitiam quæſiuit: ſed cùm perfectam virtutem, veracibus opinionibus, & probis actibus definiuiſſet; his qui hanc poſſident, miſericordiam & iuſtitiam promiſit.

Deus proſpicit rectis corde.

PARAPHRASIS PATRVM.

12. Non veniat mihi pes ſuperbiæ: & manus peccatoris non moueat me.

13. Ibi ceciderunt * omnes qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.

* Vulgata omittit omnes

Verba iſta, *Ibi ceciderunt qui operantur,* Symmachus ſic interpretatus eſt, *vbi cadunt operantes iniquitatem, impelluntur, nec poterunt ſtare.* Petit autem Propheta, vt poſſit naturæ modum ſeruare, neque à via recta per ſceleratorum inſidias diuertatur, vt qui ſciat contrariæ viæ finem. Qui enim, inquit, incidunt in illam, non poterunt exinde reſurgere, nec ad aliam viam recurrere. His autem ſimilia ſunt ea quæ ſexto Pſalmo dicta ſunt, *Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi?*

Pſal. 6, 6.

ιβ'. Μὴ ἐλθέτω μοι ποῦς ὑπερηφανίας, καὶ χεὶρ ἁμαρτωλοῦ μὴ σαλεύσαι με.

ιγ'. Ἐκεῖ ἔπεσον πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν· ἐξώσθησαν, καὶ οὐ μὴ δύνωνται στῆναι.

Τὸ, ἐκεῖ ἔπεσον οἱ ἐργαζόμενοι, ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν, ὅπου πίπτουσιν οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὠθοῦνται, καὶ οὐ δυνήσονται στῆναι. Αἰτεῖ δὲ καὶ ὁ προφήτης τῆς φύσεως τὰ μέτρα φυλάττειν, καὶ τῆς εὐθείας ὁδοῦ μὴ παρατραπῆναι ταῖς παρανόμων ἐπιβουλαῖς· ἅτε δὴ γινώσκων τῆς ἐναντίας ὁδοῦ τὸ τέλος. Οἱ γὰρ εἰς ἐκεῖνό, φησι, καταπίπτοντες, ἀναστῆναι λοιπὸν, καὶ εἰς τὴν ἑτέραν δραμεῖν οὐ δυνήσονται. Τούτοις ἔοικε τὰ εἰρημένα ἐν τῷ ψαλμῷ ς'. ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι;

COMMENTARIVS.

Impij peruerſa meditantur.

2. DIXIT INIVSTVS.] Maximam hic ſermo, per id quod dictum eſt, innuit peruerſitatem. Decreuit, inquit, iniquus in ſemetipſo, & conſilium hoc ſtabiliuit, vt peccatis adhæreat. Qui enim inſita naturæ bona neglexerit, & à mandatis ſcriptis deflexerit; hic quidquam eorum quæ decent, non faciet. Quod autem ſequitur, hunc habet ſenſum: *Dicit in ſemetipſo iniquus, vt peccet,* id eſt, hortatur ſemetipſum ad ſemper peccandum. Quoniam non eſt ipſi timor Dei. Vel ſic, q. d. Qui viuit in malitia, arbitratur neminem occulta animæ ſuæ conſilia introſpicere. Nam *dicit,* idem eſt quod arbitratur, ſuſpicatur. Vel etiam ſenſus eſt, quòd, vel nullo illum ad peccandum impellente, ſponte diuinas leges contemnens, velit & meditetur vt peccet. Quî ſic? Quoniam non eſt ipſi timor Dei. Vel quia Saül arbitratur ſe nemine vidente peccare in ſemetipſo; verſans quidem animo inſidias, verbis verò blandiens, ſeu adulans. Hoc autem accidit, quia non adeſt timor. vel, quia non vult in animo habere tribunal Dei; ſed exiſtimat ſe etiam Deum, vt homines, latere poſſe.

Impij timorem Dei abijciunt.

β. ΦΗΣΙΝ Ο ΠΑΡΑΝΟΜΟΣ.] Μεγίστην ὁ λόγος ὑποσημαίνει τῷ προκειμένῳ τὴν μοχθηρίαν. Κέκρικέ, φησιν, ὁ παράνομος ἐν ἑαυτῷ, καὶ βουλὴν ταύτην ἀπηκριβώσατο, τὸ τῶν ἡμαρτημένων ἀντέχεσθαι. Ὃς γὰρ καὶ τῶν τῇ φύσει ἐναρμοσμένων κατερρᾳθύμησεν ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐν γράμμασιν ἀπεσκίρτησεν ἐντολῶν, οὐκ ἂν οὗτός τι τῶν δεόντων ἐργάσεται. Τὸ δὲ ἑξῆς, οὕτω· Λέγει ἐν ἑαυτῷ ὁ παράνομος τὸ ἁμαρτάνειν, ἀντὶ τοῦ, προτρέπεται ἑαυτὸν εἰς τὸ ἀεὶ ἁμαρτεῖν. Ὅτι οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ αὐτῷ. Ἢ ἀντὶ τοῦ, οἴεται ὁ κακίᾳ συζῶν, μηδένα θεωρεῖν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τὰ κεκρυμμένα βουλεύματα. Τὸ γάρ φησιν, ἀντὶ τοῦ ἡγεῖται, ὑπολαμβάνει. Ἢ ἀντὶ τοῦ, καὶ μηδενὸς ἄλλου συνωθοῦντος πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν, οἴκοθεν τῶν θείων νόμων καταφρονήσας, βούλεται καὶ μελετᾷ τὸ ἁμαρτάνειν. Τί δήποτε; Ὅτι οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ αὐτῷ. Ἢ ὅτι νομίζει ὁ Σαοὺλ, ὅτι ἐν αὑτῷ μηδενὸς ὁρῶντος ἁμαρτάνει, ἐπιβουλεύων μὲν τῇ γνώμῃ, τοῖς δὲ ῥήμασι κολακεύων. Συμβαίνει δὲ τοῦτο, ὅτι οὐκ ἔστι φόβος. ἤτοι ἐπειδὴ οὐ βούλεται τὸ τοῦ θεοῦ κριτήριον ἔχειν κατὰ ψυχὴν, ἀλλὰ νομίζει, ὡς ἀνθρώπους, καὶ τὸν θεὸν λανθάνειν.

γ'. ΟΤΙ ΕΔΟΛΩΣΕΝ ΕΝΩΠΙΟΝ ΑΥΤΟΥ.] Φορὰ τοσαύτη κακῶν περὶ τὸ δένδρον τῆς ἀνομίας ἐνθεωρεῖται, κατάλληλον τῆς κατ' αὐτὸ φυτοκομίας, καὶ τὸν καρπὸν βρύοντος. Τί γὰρ ἂν προενέγκοι ψυχὴ, φόβου τοῦ κτίσαντος ἐπιλελησμένη, καὶ σκοπὸν τοῦ βίου τὸ ἁμαρτάνειν πεποιημένη, ἢ πάντως τὸ μηδὲν κατ' εὐθύτητα πράττειν εἰδέναι, τρόπων δὲ σκολιότητι κεχρῆσθαι πρὸς πάντας. Ἀλλὰ γὰρ ὅρα πρὸς τί καταντᾷ, τὸ τοῖς δόλοις περικρατούμενον ἐργαστήριον. Ἐπείγεται μὲν, φησι, καὶ τῶν ὁμογενῶν ἐπιβουλαῖς, διέλυσε δὲ τὴν σπουδὴν εἰς μῖσος.

Ἄλλος. Διὰ τοῦτο μελετᾷ ἁμαρτάνειν, τὸν θεῖον φόβον ἀπωσάμενος. Ἀπώσατο δὲ τοῦτον, ὅτι τὰς φυσικὰς καὶ κοινὰς ἐννοίας περὶ θεοῦ ἐδόλωσεν, αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ τὰς πονηρὰς ἐνθυμήσεις ἀπογεννῶν. Τὸ γὰρ, ἐνώπιον αὐτοῦ, τουτέστι πρὸς ἑαυτόν· καθ' ἑαυτὸν ἐδόλου τὰς ἐμφύτους ἐννοίας, πειρώμενος τὴν μὲν ἰδίαν ἀνομίαν εὑρεῖν, πρὸς τὸ ποιεῖν αὐτὴν ἀδεῶς· μισῆσαι δὲ καὶ τὸ μᾶλλον, πᾶσαν ἰδέαν ἀρετῆς. Ἢ ἐνώπιον αὐτοῦ τοῦ θεοῦ δόλους μελετᾷ, τὸν θεῖον φόβον οὐκ ἔχων, οὐδὲ λογιζόμενος, ὅτι εὑρίσκει τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ ὁ θεός· καὶ εὑρὼν, μισεῖ καὶ αὐτὴν, καὶ αὐτόν. Ἢ τὸ ἐδόλωσεν, ἀντὶ τοῦ, εἰδὼς τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ μισητὴν, εἰ θεωρηθείη· δολοῖ ἐνώπιον αὐτοῦ, ὥστε μὴ εὑρίσκεσθαι τὸ τῆς ἀνομίας αἶσχος, ὡς μισηθῆναι αὐτήν. Ἐδόλωσεν οὖν εἰς τὸ μὴ εὑρεθῆναι, τὸ εὑρεθῆναι θέλων. Τοῦτο ποιοῦσιν οἱ σοφιστικῶς συναγορεύοντες τῇ ἁμαρτίᾳ, ὡς καθηκόντως, καὶ μὴ παραλόγως γινομένῃ. Ἢ τὸ εὑρεῖν, ἀντὶ τοῦ ἐπιγνῶναι κεῖται. Πλὴν ζητητέον, εἰ ὁ ἐγνωκὼς τὴν ἀνομίαν, ὡς ἀνομίαν πάντων; Ἢ οὕτως. εἰ εἶχεν ἐν ὀφθαλμοῖς θεῖον φόβον, εὗρεν ἂν καὶ ἐμίσησε τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ, ὥστε ἀποφοιτῆσαι τῆς εἰς τὰ φαῦλα ῥοπῆς. Ἀνομία δὲ καὶ δόλος τὰ ῥήματα αὐτοῦ. Ἀνομία μὲν, ὅτι ταύτης ἐστὶν ἐραστής· δόλος δὲ, ἐπειδὴ τὸν ἰὸν ἀποκρύπτει, ἵνα δυσχερὴς εἰς κατάληψιν γένηται. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα γραφὴ, ἀνομία καὶ κόπος, τουτέστιν ἐπαχθεία· ὡς καὶ κόπον ἐμποιεῖν τοῖς προσέχουσιν. ὑπερβολὴν κακίας καὶ ταῦτα κατηγορεῖ. Ὁ γὰρ μηδὲ μέχρι τοῦ βουλεύσασθαι ἐπεγνωκὼς τὸ χρηστεύεσθαι, ἀλλ' ἔμμονον ἐν τῷ τῆς καρδίας θαλάμῳ τὴν ἐπίβουλον κρίσιν ταμιευόμενος (τοῦτο γὰρ ἡ κοίτη) καὶ πᾶσαν

3. QVONIAM DOLOSE EGIT IN CONSPECTV EIVS.] Iſtiuſmodi fœtura malorum cernitur in arbore iniquitatis, quæ quales frondes emittit, talem fructum pullulat. Quid enim proferre poſſit anima, creatoris ſui timorem oblita, quæ & vitæ ſuæ ſcopum conſtituit peccatum, niſi omnimodam rectè agendi ignorationem, & prauorum erga omnes morum peruerſitatem? Ceterùm obſerua, quò vergat dolis iam occupatum proſtibulum. Inſidioſè quidem, inquit, incitatur aduerſus proximos ſuos, ſoluit verò ſtudium ſuum in odium. *Fœtura malorum qualis ſit.*

Alius. Idcircò meditatur peccatum, qui timorem Dei repudiauit. Hunc autem repudiauit, quoniam naturales atque communes de Deo inſtinctus vitiauit, dum ipſe in ſemetipſo prauas ſuſcitat cogitationes. Nam illud, *In conſpectu eius*, idem eſt quod apud ſemetipſum: in ſemetipſo internos inſtinctus vitiauit, dum conatur quidem iniquitatem ſuam reperire, vt faciat eam ſine metu; multò verò magis vt oderit omnem ſpeciem virtutis. Vel in conſpectu ipſius Dei dolos meditatur; cùm non habeat timorem Dei, neque arbitretur Deum iniquitatem eius reperturum, & cùm inuenerit, odio habiturum & ipſam, & illum. Vel *dolosè egit*, id eſt, cùm ſciret iniquitatem ſuam odio habendam eſſe ſi noſceretur, dolosè agit in conſpectu eius, ne iniquitatis eius probrum reperiatur, ad eam execrandam. Dolosè igitur egit ne reperiretur, reperiri volens. Hoc faciunt hi qui ſophiſticè ac ſimulatè peccato aſſentiuntur, tamquam decenter, & non ineptè facto. Vel *inuenire*, ponitur hic pro noſſe. Ceterùm quærendum, an nouerit iniquitatem, vt iniquitatem omnium? Vel ſic. Si habuiſſet in oculo timorem Dei, inueniſſet, atque odio habuiſſet iniquitatem ſuam, ita vt à propenſione mala deſciuiſſet. *Iniquitas* autem *& dolus verba eius.* Iniquitas quidem, quoniam huius amator eſt; dolus verò, quia virus abſcondit, vt difficile ſit deprehenſu. Alia lectio habet, *iniquitas & labor*, id eſt difficultas, ita vt moleſtiam faceſſat ipſi addictis. quæ & malitiæ exceſſum arguunt. Nam qui ne deliberatione quidem tenus probitatem nouit, ſed ſubdolum in cordis thalamo reſidens iudicium recondit (hoc enim eſt cubile) & omnem

Qui timorem Dei perdidit, in omne malum ruit.

Improbi ſunt doloſi.

Iniquitas & dolus ſunt fructus in[...]

malitiam impudenter frequentat, quid ſibi reliquum boni faciat?

Improbi ſponte eligunt mala.

Alius. Tamquam libero præditus arbitrio, ſpontè elegit, cùm aliàs eligere non poſſet, mala; ita vt etiam quietis tempus à malitia vacuum non ſit, turpibus actibus impenſum. Iſtiuſmodi eſt & illud: *Væ operantes mala in cubilibus ſuis, & ſimul cum die conſummabant ea.* q.d. Siue ageret, ſiue quieſceret, numquam bonum cogitabat; ſed grata illi omnis actio iniqua, nullum verò malum odit. Per verbum autem *adſtitit*, deſignat eorum promptitudinem & complacentiam in malis. *Omni viæ*, id eſt omni actioni, omni functioni. Quòd autem vir iniquus malitiam non oderit, indicat illum nullam repudiaſſe rerum noxiarum; ſed inſaniâ quadam ineſfrenatâ, & impetu feruenti in illas proruiſſe. Cùm enim odium intenditur, ſolet inimicitia conflari. Vel poſuit illud, *Non odiuit*, pro, non execratus eſt; Aquila, *non reiecit*; Symmachus, *non reprobauit*; Theodotion, *non renuit*. Exceſſus autem malitiæ eſt, etiam improbis delectari.

Mich. 2, 1.

6. Domine in cælo.] Cùm viri iniqui malitiam deſcripſiſſet, conſequenter Dei ſuſtinentiam, & longanimitatem, ac malorum tolerantiam proponit. Quoniam impij & peccatores per miſericordiam Dei viuunt & diriguntur. Per verba illa, *In cælo, & vſque ad nubes*, celſitudinem indicat. Illa verò, *Miſericordia tua, & veritas tua*, id eſt, benignitas tua vera, immenſurabilis eſt, & inæſtimabilis. quaſi dicat, Manifeſta quidem eſt iuſtitia, ſecundùm quam vnicuique retribues; verùm cùm iudicia tua ſint abyſſus, ignoratur à nobis cauſſa cur tantum ſuſtineas. Admirabili autem loquendi modo, benignitati quidem altitudinem, iuſtitiæ verò rem commenſuratam attribuit. Nam illud, *Quaſi montes*, idem eſt quod, quaſi montibus maximis comparata, vt per verba iſta eius altitudinem & eminentiam intelligeremus. Quid enim ſublimius cælo, ac nubibus, montibuſque? Vel illud *Quaſi montes*, ponitur pro quaſi verè montes. Siquidem ipſa firma eſt & immutabilis, & ad inacceſſam altitudinem extenſa. Porrò etiam aliter implet veritas eius ſupercæleſtia, iuxta quod alibi dicit, *In cælis præparabitur veritas tua*. Quare etiam Symmachus expo-

Miſericordia Dei immenſa.

Iudicia Dei abyſſus.

Veritas Dei eſt ſupra cælos.

Pſal. 88, 3.

κακίαν ἀδεῶς μετιὼν, τί ἂν ἔτι τῶν χρηστοτέρων, ὑπελείπετο ἑαυτῷ;

Ἄλλος. Ὡς αὐτεξούσιος, ἑκὼν εἵλετο, μὴ ἑλέσθαι δυνάμενος, τὰ φαῦλα· ὡς καὶ τὸν τῆς ἡσυχίας καιρὸν μὴ διαλιπεῖν κακίας, ἐν αἰσχραῖς ἀνυόμενον πράξεσι. Τοιοῦτον καὶ τὸ, Οὐαὶ, οἱ ἐργαζόμενοι κακὰ ἐπὶ ταῖς κοίταις αὐτῶν, καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ συνετέλουν αὐτά. Ἢ ἀντὶ τοῦ, πράττων καὶ ἡσυχάζων, οὐδέποτε ἀγαθὸν ἐβουλεύσατο· ἀλλὰ φίλη αὐτῷ πᾶσα πρᾶξις παράνομος, μισεῖ δὲ οὐδὲν τῶν κακῶν. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ παρέστη, τὸ ἕτοιμον αὐτοῖς, καὶ τὸ πρὸς τὰ φαῦλα εὐάρεστον παρίστησι. Διὰ δὲ τοῦ πάσῃ ὁδῷ, ἀντὶ τοῦ, πάσῃ πράξει, παντὶ ἐπιτηδεύματι. Τὸ δὲ μὴ προσοχθίσαι τὸν παράνομον τῇ κακίᾳ, ἐμφαίνει τὸ μηδεμίαν τῶν ὀλεθρίων αὐτὸν ἔκκλισιν πεποιηκέναι, ἀλλ' ἀνενδότῳ μανίᾳ, καὶ ἀκμαζούσῃ τῇ ῥύμῃ τῆς ἐπ' ἐκεῖνα φορᾶς ἔχεσθαι. ἐν γὰρ ἐπιτάσει τοῦ μίσους, φιλεῖ τὸ ἔχθος συνίστασθαι. Ἢ τὸ οὐ προσώχθισεν, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐβδελύξατο· Ἀκύλας, οὐκ ἀπέρριψε· Σύμμαχος, οὐκ ἀπεδοκίμασε· Θεοδοτίων, οὐκ ἀπανήνατο. Ὑπερβολὴ δὲ κακίας, καὶ τὸ κακοῖς ἀρέσκεσθαι.

ϛ'. Κύριε ἐν τῷ οὐρανῷ.] Ὑπογράψας τὴν τοῦ παρανόμου κακίαν, ἀκολούθως τὴν ἀνοχὴν, καὶ τὴν μακροθυμίαν, καὶ τὸ ἀνεξίκακον παρίστησι τοῦ Θεοῦ. Διὰ γὰρ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ, ζῶσι καὶ εὐθηνοῦνται οἱ ἀσεβεῖς, καὶ οἱ ἁμαρτωλοί. Διὰ δὲ τοῦ, ἐν οὐρανῷ, καὶ ἕως τῶν νεφελῶν, τὸ ὕψος λέγει. Τὸ δὲ, ἔλεός σου, καὶ ἡ ἀλήθειά σου, ἀντὶ τοῦ, ἡ φιλανθρωπία σου ἡ ἀληθὴς, τὸ ἀμέτρητον ἔχει καὶ ἀστάθμητον. Οἷον, δήλη μὲν ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη, καθ' ἣν ἀποδώσεις ἑκάστῳ· ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ κρίματά σου ἄβυσσος, ἀγνοεῖται ἡμῖν ἡ αἰτία, δι' ἣν αἰτίαν ἀνέχῃ τοσοῦτον. Θαυμαστῶς δὲ ἐπὶ μὲν τῆς φιλανθρωπίας, ὕψος εἶπεν, ἐπὶ δὲ τῆς δικαιοσύνης μεμετρημένον πρᾶγμα. Τὸ γὰρ, ὡς ὄρη, ἀντὶ τοῦ, ὡς ὄρεσι παραβαλλομένη μεγίστοις, ἵνα τὸ ὑψηλὸν καὶ ὑπερῃρμένον νοήσωμεν διὰ τῶν ὀνομάτων. τί γὰρ ὑψηλότερον οὐρανοῦ, καὶ νεφελῶν, καὶ ὀρῶν; Ἢ τὸ, ὡς ὄρη, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἀληθῶς ὄρη. ἑδραία γὰρ αὕτη καὶ ἀμετακίνητος, καὶ πρὸς ἀπρόσιτον ὕψος ἐκτεινομένη. Πληροῖ δὲ καὶ ἄλλως ἡ μὲν ἀλήθεια αὐτοῦ τὰ ὑπερουράνια, καθὸ καὶ ἀλλαχοῦ, Ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου. Διὸ καὶ ὁ Σύμμαχος;

τῶν

τὴν ἀλήθειαν, ἐξέδωκεν· εἰ δὲ κἀκεῖ ἐστιν, ἀλλὰ δίκην ὑετοῦ διὰ νεφελῶν φερομένου, καὶ μέχρι γῆς ἐπιστάζει διὰ προφητῶν, οὓς καὶ νεφέλας καλεῖ. Εἶτα, ὥσπερ ἀντικειμένου τοῦ, πῶς οὖν, εἰ φιλάνθρωπός ἐστι, φροντίζει δὲ καὶ τοῦ δικαίου κατὰ τὸ σύμμετρον; τίνος ἕνεκα συγχωρεῖ περιπίπτειν θλίψεσι τοὺς δικαίους, τοὺς δὲ ἀσεβεῖς εὐθηνεῖν; Ἐπιλύων καὶ τοῦτό φησι, Τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή. Ἀντὶ τοῦ, τὸν δὲ τῆς οἰκονομίας ταύτης τὸν τρόπον, καθ' ὃν διοικεῖται οὕτω ταῦτα, οὐκ ἔστιν ἀνθρώπῳ εὑρεῖν, ὡς οὐκ ἔστι δυνατὸν τὴν ἄβυσσον ἐκμετρῆσαι. Εἰς τοῦτο καὶ Παῦλος τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων τὸ ἀκατάληπτον ἀπιδὼν, καὶ στάσιν τῆς ἀναβάσεως μὴ εὑρίσκων, ἐκπλήξει περιγράφει τὸν λόγον, καὶ πλοῦτον Θεοῦ καὶ βάθος τὸ τοιοῦτον καλεῖ· ταὐτὰ τῷ Δαβὶδ φθεγγόμενος, ἄβυσσον ταῦτα καλοῦντι, ἧς οὐκ ἔστι τὴν ἕδραν εὑρεῖν, ἢ μέτρῳ καὶ αἰσθήσει περιλαβεῖν. Ποτὲ δὲ θαυμαστωθῆναι τὴν γνῶσιν ἐξ ἑαυτοῦ, καὶ τῆς ἑαυτοῦ συστάσεως λέγοντι κεκραταιῶσθαι πλέον, ἢ κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν καὶ περιδέξασθαι. Καὶ ἄλλως, οὐ τόποις περιγράφεται ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ συμπαθές. ἀλλὰ νεφέλας λέγει τοὺς προφήτας, καὶ ἀληθῆ, τὰ δι' αὐτῶν κηρυχθέντα. Ἢ καὶ διὰ τὴν πρὸς Νῶε ὑπόσχεσιν, τὸ, οὐκέτι ἐπάξω κατακλυσμὸν, τὸ βέβαιον ἐχοῦσαν. Ὄρεσι δὲ παραβάλλει καὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης ὑψηλόν. Τοῦτο δὲ ἀπειλὴν ἔχει, ὅτι ἀδύνατον δικαιοσύνης οὔσης ἐφόρου, γενέσθαί τι παρὰ τὸ δίκαιον. ὥστε καὶ οἱ νῦν διαφεύγοντες τὰς κολαστικὰς ἀνταποδόσεις, ἢ τῶν ἀγαθῶν οὐ τυγχάνοντες, πάντως ὕστερον κομιοῦνται. Εἶτα ὥσπερ ἑρμηνεῦσαι βουλόμενος τοῦ Θεοῦ τὸ φιλάνθρωπον, ἐπεκτείνει αὐτὸ, καὶ δείκνυσιν ἕως τίνος πλατύνεται, καί φησιν, Ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις κύριε. οἷον, ἐξ ἴσου μὲν ἀνθρώποις καὶ κτήνεσι, τὰ σωτήρια πραγματεύῃ παρὰ ἀφάτου σου ἐλέους. Οὕτω γὰρ ἐπλήθυνάς σου τὴν φιλανθρωπίαν, ὡς μὴ μόνον ἀνθρώπων κήδεσθαι, ἀλλὰ καὶ κτηνῶν δι' αὐτούς. Ἀλλ' οὖν πλέον τοῖς ἀνθρώποις τὰ παρὰ σοῦ νέμεις ἐλέους. τῶν γὰρ ἄλλων ζώων ἀνεπαισθήτως ἐχόντων τῶν εἰς αὐτά σου μεγαλοδωρεῶν, μόνος ὁ ἄνθρωπος αἰσθανόμενος τούτων, καὶ λογισμῶν ἀνιπτάμενος, καὶ τρόπῳ τινὶ ὡς ὑπὸ πτέρυγας τῇ προνοίᾳ σου καλυπτόμενος, ἀνταμείβεσθαί σε κατασπουδάζει διὰ τῆς εἰς σὲ ἐλπίδος. τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλου ἢ σοῦ δώρου, τοῦ λογικὸν αὐτὸν

ſuit, in ætherijs: etſi etiam ibi ſit, ſed inſtar pluuiæ per nubes delatæ, & vſque ad terram inſtillat per Prophetas, quos & nubes appellat. Deinde ac ſi quis opponeret, Quomodo ergo, ſi benignus eſt, & iuſti moderatam curam gerit? cur permittit viros iuſtos incidere in tribulationes, & impios proſperitate frui? Atque hoc ſoluens, ait: *Iudicia tua abyſſus multa.* Id eſt, ratio gubernandi, quâ hæc diſpenſat, ab homine inueſtigari nequit, quemadmodum fieri non poteſt, vt quis abyſſum emetiatur. In hoc etiam iudiciorum Dei pelagus incomprehenſibile intendens Paulus, & aſcenſionis ſtatum minimè reperiens, circumſcribit admiratione ſermonem, & *diuitias Dei*, ac *profundum* appellat; eadem dicens quæ Dauid, qui hæc *abyſſum* vocat, cuius non eſt ſtatum reperire, nec menſurâ vel ſenſu comprehendere. Quandoque verò ait mirabilem factam eſſe ſcientiam eius ex ſeipſa, & ſuâ conſtitutione ita confortatam eſſe, vt non poſſet eam comprehendere. Alioquin etiam veritas Dei, non locis circumſcribitur, nec commiſeratio. Sed nubes vocat Prophetas; & veritatem, ea quæ per ipſos prædicata ſunt. Vel etiam propter promiſſionem illam Noë factam: *Non ampliùs inducam diluuium*, quæ ſtabilita eſt. Montibus verò etiam comparat iuſtitiæ ſublimitatem. Hoc autem continet comminationem: quia fieri non poteſt, vt iuſtitia duce fiat aliquid contra æquitatem; adeò vt qui modò ſupplicia effugiunt, vel bonorum retributiones non conſequuntur, omnino poſteà recepturi ſint. Deinde quodammodò Dei benignitatem explicare volens, eamdem amplificat, & oſtendit, quouſque dilatetur, atque ait: *Homines & iumenta ſaluabis Domine.* q. d. Ex æquo hominibus ac iumentis, ſalutaria ſuppeditas ineffabili tuâ miſericordiâ. Adeò enim multiplicaſti benignitatem tuam, vt non ſolùm hominibus prouideas, ſed etiam iumentis propter ipſos. Attamen plus miſericordiæ tuæ hominibus impertis: nam cùm cetera animantia maximorum à te acceptorum donorum ſenſum non habeant; ſolus homo illa percipiens, & conſiderationibus euolans, & quaſi ſub alas à prouidentiâ tuâ abſconditus, remunerari te conatur per ſpem quam in te habet: idque non alio quàm dono tuo, quo ipſum rationale

COMMENTARIVS PATRVM.

Cur mali floreant, & iuſti opprimantur, eſt inter abyſſalia Dei iudicia.

Pſal. 138, 6.

Gen. 9, 11.

Iuſtitia Dei ſublimis inſtar montium.

Verſ. 7.

Deus etiam iumentorum curam habet, ſed maiorem hominum.

 animal

COMMENTARIVS PATRVM.

Dei multiplex erga nos miſericordia.

animal feciſti. Futuri autem temporis adiectione *ſaluabis*, iugem nobis ſpem facit. Vel multiplicauit Deus miſericordiam ſuam, cùm legem dedit, quâ neglectâ, Prophetas miſit: qui cùm non audirentur, ipſemet aduenit, & libros Euangelicos alarum inſtar, vt ſub ijs peccatores, tamquam pullos, obumbraret, explicuit. In quibus meritò filij hominum, tamquam etiam reprobos ſaluare valentibus, ſperant. Vel ſic, q.d. Propter multam miſericordiam, non tantùm merentibus vitam tribuit, ſed etiam pecuinis & inſanis hominibus. Cùm enim increpent nonnulli, vt quid impij proſperentur, neceſſariò docet multam eſſe miſericordiam eius. Verumtamen ſi ſola foret miſericordia & benignitas, nihil prohiberet peccatorum dumtaxat vitam ducere: quare cum miſericordia quoque contemperata eſt veritas & iuſtitia, ita vt veritas & iuſtitia poſt miſericordiam apprehendat peccatores. Niſi enim profecerint miſericordiâ & longanimitate Dei, iuſtitia illos comitabitur iuſto iudicio ſubiectos. Vel de duobus populis hoc dictum eſt, ita vt Iſraëlitæ quidem per homines intelligantur, vtpote qui per legem rerum diſcrimina cognouerunt; per iumenta verò Gentiles, vtpote magis alieni à ratione. Vel irrationalior pars ſaluandorum, qui conuenienti curâ excreuerunt. Nam illi quidem concorporati amatoriâ quadam affectione Deo agglutinati ſunt: qualis erat Paulus, cùm ait, *Nemo nos ſeparabit*. qualis & Dauid, dicens, *Mihi adhærere Deo bonum eſt*. Hi verò timore ſupplicij remanent in ſanctitate, metu potiùs quàm amore inſtituti: qui etiam protectorem te & adiutorem habebunt, ſub vmbra alarum tuarum ſperantes. Quin erga te pietate etiam ceteris animantibus præſtant homines. nam ſubiungit:

Miſericordiam Deus temperat veritate & iuſtitiâ.

Rom. 8, 39

Pſal. 72, 28.

9. INEBRIABVNTVR AB VBERTATE.] Pulchrè dixit *Inebriabuntur*, lætitiam inſinuans cibi rationalis. *Vbertas* enim *domus*, erant doctrinæ pietatis, quæ in domo tradebantur, legalium notitia, & quæcumque alia animam lætificant. Et *torrentes voluptatis*, ſunt lætitiæ multitudo, quam obtinet is qui diuinis pietatis ſermonibus vacat. Vel *vmbram* quidem *alarum* vocat Vnigeniti deſcenſum. Nam qui ex rerum pulchritudine hilaritatis potum cepit, quaſi ebrie-

Vbertas domus *Dei, eſt doctrina pietatis.*

Quis ſit torrens voluptatis.

ὑποστήσαντος ζῶον. Τῇ δὲ τοῦ μέλλοντος χρόνου προσθέσει, τοῦ σώσεις, τὸ διηνεκὲς ἡμῖν ὑποβάλλει τῆς ἐλπίδος. Ἢ ἐπλήθυνεν ὁ θεὸς τὰ ἐλέη αὐτοῦ, νόμον δεδωκώς, οὗ ἀμεληθέντος, προφήτας ἀπέστειλε. τούτων δὲ μὴ ἀκουσθέντων, αὐτὸς ἐπεδήμησε, καὶ τὰς εὐαγγελικὰς βίβλους πτερύγων δίκην, τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ὥσπερ νεοσσοὺς ἐν αὐταῖς ἐπισκιάζειν ἐφήπλωσεν. εἰς ἃς εἰκότως οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὡς σώζειν καὶ τοὺς ἀπεγνωσμένους δυναμένας, ἐλπίζουσιν. Ἢ οὕτω· Διὰ τὸ πολὺ ἔλεος οὐ μόνον τοῖς ἀξίοις μεταδίδωσι ζωῆς, ἀλλὰ καὶ τοῖς κτηνώδεσι, καὶ ἀνοήτοις ἀνθρώποις. Ἐπειδὴ γὰρ μέμφονταί τινες, ἵνα τί ἀσεβεῖς εὐθηνοῦσιν, ἀναγκαίως διδάσκει ὅτι πολυέλεός ἐστιν. Ἀλλ' εἰ μὲν ἦν ἔλεος μόνον καὶ φιλανθρωπία, οὐδὲν ἐκώλυε τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν μόνον μετέρχεσθαι βίον. ἀλλὰ σὺν τῷ ἐλέῳ ἀνακέκραται καὶ ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη, ὡς τῆς ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης διαληψομένης τοὺς ἁμαρτωλοὺς μετὰ τὸ ἔλεος. Εἰ γὰρ μὴ ὠφελοῖντο τῷ ἐλέῳ καὶ τῇ μακροθυμίᾳ τοῦ θεοῦ, ἡ δικαιοσύνη αὐτοὺς μετελεύσεται ὑποβληθέντας κρίσει δικαίᾳ. Ἢ περὶ τῶν δύο λαῶν τοῦτο· ἀνθρώπων μὲν τῶν ἐξ Ἰσραήλ, ὡς νόμῳ γινωσκόντων τὰ διαφέροντα, κτηνῶν δὲ τῶν ἐξ ἐθνῶν, ὡς ἀλογωτέρων. ἢ τὸ ἀλογώτερον μέρος τῶν σωζομένων, τῶν διὰ τῆς καθηκούσης ἐπιμελείας αὐξανομένων. Γίνονται γάρ, οἱ μὲν σύσσωμοι ἐρωτικῇ τινι διαθέσει, προσκολλώμενοι τῷ θεῷ· οἷος ἦν ὁ Παῦλος λέγων, Οὐδεὶς ἡμᾶς χωρίσει· οἷος ὁ Δαβὶδ λέγων, Ἐμοὶ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ θεῷ ἀγαθόν ἐστιν. Οἱ δὲ φόβῳ κολάσεως μένουσιν ἐν ἁγιασμῷ, φόβῳ μᾶλλον ἢ πόθῳ παιδαγωγούμενοι· οἳ καὶ σκεπαστήν σε καὶ βοηθὸν ἕξουσι, τῇ τῶν σῶν πτερύγων ἐλπίζοντες σκέπῃ. Ἀλλὰ καὶ τῇ εἰς σὲ εὐσεβείᾳ πλεονεκτοῦσι πάντων τῶν ζώων οἱ ἄνθρωποι. ἐπιφέρει γάρ·

θ'. ΜΕΘΥΣΘΗΣΟΝΤΑΙ ΑΠΟ ΠΙΟΤΗΤΟΣ.] Καλῶς εἶπε μεθυσθήσονται, τὴν εὐφροσύνην μηνύων τῆς λογικῆς τροφῆς. Ἡ πιότης γὰρ ἦν τοῦ οἴκου, τὰ διδάγματα τῆς εὐσεβείας, τὰ ἐν τῷ οἴκῳ, τῶν νομίμων ἡ γνῶσις, τ' ἄλλα ὅσα εὐφραίνει ψυχήν. Καὶ χειμάῤῥους τρυφῆς τὸ πλῆθος τῆς εὐφροσύνης, ὅπερ κτᾶται ὁ τοῖς θείοις ἐνσχολάζων λογίοις τῆς εὐσεβείας. Ἢ σκέπην μὲν πτερύγων, τὴν τοῦ μονογενοῦς λέγει κατάβασιν. Ὁ γὰρ τῇ περὶ τὰ ὄντα καλλονῇ τὸ εὐφραῖνον πάσας πόμα, οἱονεί τινι

μέθῃ

μέθῃ γενόμενος κάτοχος, ἐξέστη τῆς προτέρας ἀπάτης, καὶ τὸν μόνον ἐπέγνω Θεόν. Χειμάῤῥουν δὲ τὸν νόμον καλεῖ, διὰ τὸ πρόσκαιρον τῆς καθάρσεως, ἢ διὰ τὸ σφοδρὸν καὶ ἀθρόον τῆς τῶν ἀμεινόνων φορᾶς. Ἢ χειμάῤῥουν τὸν Χριστὸν, διὰ τὸ πρόσκαιρον τῆς ἐν ἀνθρώποις ἐπιφανείας. Ἢ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν, ὡς μὴ κενουμένην καὶ ξηραινομένην. οὐσιώδης γὰρ πᾶσα θεοπρεπὴς ἰδιότης.

Ἄλλως. Οὐκ ἀεὶ καὶ πᾶσιν ἁπλῶς διδομένην, καὶ ποτιζομένην, μόνοις δὲ τοῖς ἀξίοις. Τρυφῆς σου δὲ, ἤγουν σοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἢ οἶκος μὲν τοῦ Θεοῦ ἡ ἐκκλησία αὐτοῦ· πιότης δὲ τοῦ οἴκου τὰ θεόπνευστα ἀναγνώσματα· μέθη δὲ νηφάλιος ἡ ἀπ' αὐτῶν ὠφέλεια. Χείμαῤῥος δὲ τρυφῆς ὁ Χριστὸς, καὶ πηγὴ ζωῆς, τῷ μὴ ἔξωθεν ἔχειν, ἀλλὰ παρέχειν αὐτὴν ἅπασι τοῖς ζῶσι. Χείμαῤῥος τρυφῆς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, τῷ τρυφᾷν τοὺς πεπωκότας ἀπ' αὐτοῦ, δεχομένους τὰ διάφορα αὐτοῦ χαρίσματα. Ἢ οἶκος Θεοῦ, τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὗ πιότης τὸ ἐκχυθὲν ἐξ αὐτοῦ σωτήριον αἷμα, ἐξ οὗ οἱ πιστοὶ πάντες ἐμεθύσθημεν μέθην σωτήριον. Χείμαῤῥος τρυφῆς, καὶ τὰ Χριστοῦ πάθη· ἐν χειμῶνι γὰρ τῆς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἐπεράττετο, ὅτε πᾶσα ἀρετὴ, ἀγάπη τε μάλιστα ἡ πρὸς Θεὸν, ἀποψυγεῖσα νενέκρωτο. Τρυφὴ δὲ εἰκότως, ἐπεὶ ἥδετο πάσχων ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας. Ἐντεῦθεν δὲ εἰς ἱκετείαν ἀπεῖδε, καὶ φησὶ, Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ δεδωρημένῳ σου, φησὶ, τέως ἀμυδρῷ καὶ συμμέτρῳ διὰ Μωσέως τῆς θεογνωσίας φωτὶ, τὸ ἀληθὲς ἴδοιμεν φῶς. Φῶς δὲ Θεοῦ ἀληθινὸν τὸ ἀπαύγασμα τοῦ φωτὸς τοῦ ἀϊδίου, ὁ υἱὸς καὶ λόγος. Ἐν τούτῳ οὖν τῷ φωτὶ ὀψόμεθα φῶς σε τὸ ἀΐδιον, περὶ οὗ εἴρηται· ὁ Θεὸς φῶς ἐστι. σύμφωνον τούτῳ τὸ, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. Ἢ οὕτω· παρὰ σοῦ, φησιν, ἡμῖν ἐστι τὸ ζῆν, καὶ τὸ φωτίζεσθαι πρὸς εὐσέβειαν. ἐν γὰρ τῷ σῷ φωτί σε ὁρῶμεν. ἵνα εἴπῃ, ὅτι διὰ τῆς εἰς σὲ εὐσεβείας, σοῦ ἀπολαυόμεθα. Ἢ σαφῶς ἐνταῦθα τὸ τῆς ἁγίας τριάδος ἀποκαλύπτει μυστήριον, πηγὴν ζωῆς τὸν μονογενῆ λόγον λέγων, ὡς ἐν τῷ· Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος. Ταύτην παρὰ τῷ πατρὶ λέγει τὴν πηγὴν εἶναι, κατὰ τὸ, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. Τοῦτο τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον

rate quadam [diuini numinis] afflatus, à priori errore exceſſit, & Deum ſolum agnouit. *Torrentem* verò appellat legem, propter emundationis opportunitatem, vel ob ingentem & abundantem rerum optimarum affluentiam. Vel *torrentem* vocat Chriſtum, propter temporaneam inter homines apparitionem. Vel Spiritus gratiam, quæ non euacuatur, neque exareſcit. ſiquidem eſſentialis eſt omnis, quæ Deo competit, proprietas.

COMMENTARIVS PATRVM.

Varij ſunt torrentes Dei.

Aliter. Quæ non ſemper, neque omnibus ſimpliciter conceditur ac propinatur, ſed ſolis dignis. *Voluptatis tuæ*, ſcilicet Dei. Vel *domus* quidem Dei, eſt Eccleſia ipſius: *ubertas* verò *domus* ſunt Scripturæ diuinitus inſpiratæ: ebrietas autem ſobria, eſt vtilitas quæ ex ijs promanat. *Torrens* verò *voluptatis* Chriſtus eſt, & fons vitæ, vt qui illam non ab extrinſeco habeat, ſed præbeat eam omnibus viuentibus. *Torrens voluptatis* etiam eſt Spiritus ſanctus, vt qui voluptate afficiat eos qui ab ipſo potati ſunt, diuerſa eius munera ſuſcipiendo. Vel domus Dei, eſt corpus ipſius, cuius vbertas eſt ſanguis eius ſalutaris, ex quo fideles omnes ſalutari ebrietate inebriati ſumus. *Torrens voluptatis* etiam eſt Chriſti paſſio: nam hæc in hieme noſtri peccati contigit, quando virtus omnis, & maximè ipſa in Deum charitas refrigerata, extincta erat. Meritò autē *voluptas* dicitur, quia gaudebat pati pro ſalute noſtra. Hinc autem ad ſupplicationem reſpexit, & ait, *Quoniam apud te eſt fons* Verſ. 10.
vitæ, in lumine tuo videbimus lumen. id eſt, in tuo ſubobſcuro illo & modico lumine diuinæ cognitionis, quod ante per Moyſem datum eſt, verum lumen videamus. Porrò lumen Dei verum, & ſplendor lucis æternæ, eſt Filius & Verbum. In hoc itaque lumine videbimus te lumen æternum, de quo dictum eſt: *Deus lux eſt.* Congruit hoc cum illo, *Qui vidit me, vidit Patrem.* Vel hoc modo: A te nobis (inquit) eſt & viuere, & illuminari ad pietatem: nam in tuo lumine te videmus; q.d. Quia per pietatem erga te, te fruimur. Vel perſpicuè hic Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium reuelat, fontem vitæ vocans Verbum vnigenitum, vt in illo: *Me deliquerunt fontem aquæ viuentis.* Hunc fontem dicit apud Patrem eſſe, iuxta illud, *Ego in Patre, & Pater in me eſt.* Hęc eſt *lux vera quæ illuminat omnem hominem*

Lumen verum Chriſtus, & Spiritus ſanctus.

1. Ioan. 1, 5. Ioan. 14, 8. Ier. 2, 13. Ioan. 10, 11. Ioan. 1, 9.

minem

COMMENTARIVS PATRVM.

minem venientem in hunc mundum. In hoc videmus lumen, ſcilicet in ipſo Dei notitiam accipientes: quam ſi retinuerimus in ea permanentes, extendet benignitatem ſuam ex hoc nunc & vſq; in futurum. Idcircò non omnibus, ſed ſcientibus Deum, talem benedictionem apprecatus eſt. Etenim non ſcientibus temporanea erit miſericordia. Pro *Rectis* autem, Symmachus legit, *ſimplicibus corde*. *Iuſtitiam* vocat, ſecundùm quam pro merito cuique tribuetur. Vel ſcientibus eum miſericordiam quidem tribuendam dicit; rectis verò corde iuſtitiam. Ceterùm non alij quàm *ſcientes* poſſunt eſſe recti: plerumque enim ſequitur, vt qui Deum ſciunt, rectam mentem habeant, nullo modo diſtortam. Vel vtrumque diuiſit: illis quidem hoc, his verò illud. Nam qui Dei notitiam, id eſt fidem, habent, etiamſi fuerint peccatores, benignitate tamen Dei emendati, ſalutem conſequentur. *Recti* verò *corde*, ſunt hi qui virtute prædit ſunt: nam rectitudo in bonis operibus cognoſcitur. Qui cum fide etiam eius partes perficiunt, iuſtitiæ coronam accipiunt.

Scientibus Deum datur eius benedictio.

12. NON VENIAT MIHI PES SVPERBIÆ.] Metaphoricè, tamquam de animali loquens, pedis meminit, vti & in Prouerbijs:
Prou. 1, 16. *Inſipientiæ* enim *pedes ad malum currunt*. Rogat itaque ne quidquam eius anima patiatur ex ſuperbia, neque actio peccatoris ipſum à virtute dimoueat. *Pes* enim & *manus* peccatoris periphraſticè idem ſignificant. Vult enim dicere, vt nulla peccatoris actio ipſum accedat. Vel *pes* quidem *ſuperbiæ*, ſit zelus & impetus ineffrenatus ad diſſolutè viuendum, videndo peccatores præſentis ſæculi delicijs impunè vacare. *Manus* verò ſit intemperans actio eorum qui diſſolutè ac ſine timore viuunt, quæ perturbationem adducit, & ad imitationem trahit. Et alibi
Pſal. 72, 3. ait, *Zelaui ſuper iniquos*. Rogat igitur ne quid eorum menti inhæreat, quod ad peccatorum imitationem alliciat, ne id ad ſuperbiam ſublimem extollens, maximo malo implicet, ex ſuperiori illo caſu, in quem omnes lapſi ſunt. Ita enim Symmachus, exponens *Ibi, in quod omnes ceciderunt*, proiectos ait operantes iniquitatem, & expulſos, vt numquam conſiſtere poſſint, ad de-

Pes & manus pro actione ſumuntur.

ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. ἐν τούτῳ φῶς ὁρώμεν, ἐν αὐτῷ δηλαδὴ τὴν θεογνωσίαν παραλαμβάνοντες. ἣν ἐὰν μένωμεν ἔχοντες, παρατενεῖ τὴν φιλανθρωπίαν τὴν ἑαυτοῦ ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ μέχρι τοῦ μέλλοντος. Διόπερ οὐδὲ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς γινώσκουσι τὸν θεὸν, τὴν τοιαύτην εὐλογίαν ἐπηύξατο. Τοῖς γὰρ μὴ γινώσκουσι, πρόσκαιρον ἔσται τὸ ἔλεος. Ἀντὶ δὲ τοῖς εὐθέσιν, ὁ Σύμμαχος τοῖς ἁπλοῖς τῇ καρδίᾳ. Δικαιοσύνην δὲ, καθ' ἣν τὰ πρὸς ἀξίαν ἐπινεμηθήσεται. Ἢ τοῖς μὲν γινώσκουσιν αὐτὸν, παρατείνεσθαι τὸ ἔλεος παρακαλεῖ, τοῖς δὲ τῇ καρδίᾳ εὐθέσι τὴν δικαιοσύνην. Εἶεν δ' ἂν οὐχ ἕτεροι παρὰ τοὺς γινώσκοντας οἱ εὐθεῖς. ἕπεται γὰρ ὡς ἐπίπαν, τῇ περὶ τοῦ θεοῦ γνώσει, τὸ καὶ εὐθῆ τὴν διάνοιαν ἔχειν, καθ' οὐδένα τρόπον διεστραμμένην. Ἢ ἐμέρισεν ἄμφω, τοῖς μὲν τόδε, τοῖς δὲ τόδε. οἱ μὲν γὰρ ἔχοντες τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν, τουτέστι τὴν πίστιν, κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσι, φιλανθρωπίᾳ ἐπανορθέντες σώσονται. Οἱ δὲ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, οἱ ἐν ἀρεταῖς εἰσί. τὸ γὰρ εὐθὲς, ἐν ταῖς ἀγαθαῖς δείκνυται πράξεσιν. οἱ μετὰ τῆς πίστεως τὰ μέρη κατορθώσαντες, τὸν τῆς δικαιοσύνης ἀπολαμβάνουσι στέφανον.

ιβ'. ΜΗ ΕΛΘΕΤΩ ΜΟΙ ΠΟΥΣ ΥΠΕΡΗΦΑΝΙΑΣ.] Μεταφορικῶς ὡς ἐπὶ ζώου, πόδα φησὶν, ὡς ἐν παροιμίαις, τῆς γὰρ ἀφροσύνης οἱ πόδες εἰς κακίαν τρέχουσιν. Ἀξιοῖ οὖν μηδὲν ἐξ ὑπερηφανίας παθεῖν τὴν ψυχὴν, μηδὲ πρᾶξιν αὐτὸν ἁμαρτωλοῦ σαλεῦσαι τῆς ἀρετῆς. Ποὺς γὰρ καὶ χεὶρ ἁμαρτωλοῦ περιφραστικῶς τὸ αὐτὸ σημαίνει. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι μηδεμία πρᾶξις ἁμαρτωλοῦ πλησιάσει μοι. Ἢ ποὺς μὲν ὑπερηφανίας ζῆλος, καὶ ὁρμὴ ἀνεπίσχετος πρὸς τὸ ἐκδεδιῃτημένως βιοῦν, παρὰ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ὁρᾶν ἀπαιδαγωγήτως τοῖς τοῦ παρόντος αἰῶνος ἡδέσιν ἐνασχουμένους. χεὶρ δὲ ἡ ἀσωφρόνιστος τῶν ἀνέτως καὶ ἀδεῶς βιούντων πρᾶξις, τὸν σάλον ἐπάγουσα, καὶ πρὸς μίμησιν ἕλκουσα. Καὶ ἀλλαχοῦ, Ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις. Εὔχεται οὖν μηδὲν αὐτῶν κατὰ διάνοιαν ἐνσκῆναι, τὸ πρὸς μίμησιν τῶν ἁμαρτωλῶν ἐκκαλούμενον, ἵνα μὴ πρὸς ὑπερηφανίαν ἐπάρον μετάρσιον, μεγίστῳ κακῷ περιβάλοι ἐξ ὑπερδεξίου τοῦ πτώματος, εἰς ὃ πάντες ἔπεσον. Οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος τὸ ἐκεῖ, εἰς ὃ πάντες ἔπεσον, καταβεβλῆσθαί φησι τοὺς ἐργάτας τῆς ἀνομίας, ἐξῶσθαί τε τούτους, καὶ μὴ ἄν ποτε στῆναι, πρὸς τὸ προς-

ῆκον

ἧκεν ἐπαναγομένης τῆς στάσεως. Τοιοῦτον γὰρ τὸ τῆς ὑπερηφανίας κακόν. Ἢ σαφέστερον. Μὴ γενοίμην, φησὶν, ὑπερήφανος, μηδὲ κτησαίμην χεῖρα, ἤτοι πράξεις ἁμαρτωλοῦ, σαλευούσας με, καὶ διὰ λογισμῶν ὑπερηφανίας κατασπώσας. Ἐκεῖ γὰρ καταπίπτουσι πάντες (ἤτοι εἰς τὸν τοῦ πρώτου ταύτην νοσήσαντος διαβόλου ὄλισθον,) οἱ ἐκεῖνον κατὰ τὴν οἴησιν ἀπομιμούμενοι. Ἢ τὸ ἐκεῖ ἔπεσον, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. καὶ τὸ, Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμός· καὶ, Ἐκεῖ ἔσονται κατάκοποι ἐν ἀναπαύσει. καὶ, Γυμνὸς ἀπελεύσομαι ἐκεῖ. Εἰ γὰρ καὶ ὧδε ἔδοξαν ἑστάναι, καὶ ἐνεργεῖν τὰ τῆς ἀνομίας, ἀλλ' ἐκεῖ οὐκέτι συγχωρούμενοι ἐνεργεῖν, πεσοῦνται. Τὰ γὰρ πάντως ἐσόμενα, ὡς ἤδη γεγενημένα διορίζεται. ὡς καὶ τὸ, Ὤρυξαν χεῖράς μου. τὸ δὲ, ἐξώσθησαν, ὡς βιασθέντες ἧς εἶχον ἕξεως ἐκπεσεῖν. Ἢ τὸ ἐκεῖ, ἀντὶ τοῦ, πρέπει γὰρ περιπίπτειν τοιαύταις πράξεσιν ἀνόμοις, καὶ οὐ δικαίαις, ἀντὶ προσώπου τόπον εἰπών. Τὸ γὰρ, ἐκεῖ, τόπου σημαντικόν. Καὶ ἀλλαχοῦ τόπον ἀντὶ προσώπου· ὡς ὅταν λέγῃ, ἐκεῖ ὁδὸς, ἣν δείξω αὐτῷ. καὶ, Ἐκεῖ ἐνετείλατο κύριος, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ τοιούτῳ πράγματι. Ἐπεὶ γὰρ προλαβὼν ἔφησεν, Ἰδοὺ δή τι καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, (ὡς τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτὸ) ἐπήγαγεν, Ἐκεῖ ἐνετείλατο. ἐν τῷ τοιούτῳ πράγματι. ἔνθα ἀγάπη καὶ συγκρότησις εὑρίσκεται φιλαλληλίας. Καὶ τὸ ἐξώσθησαν δὲ, ἀντὶ τοῦ, πρέπει ἀσεβεῖ περιπίπτειν, ὥστε αὐτὸν μήτε στάσιν ἔχειν, μήτε βεβαιότητα. Ἢ αἰτεῖται τῆς εὐθείας ὁδοῦ μὴ παρατραπῆναι ταῖς τῶν παρανόμων ἐπιβουλαῖς. ἅτε εἰδὼς τῆς ἐναντίας ὁδοῦ τὸ τέλος. οἱ γὰρ εἰς ἐκεῖνο καταπίπτοντες, ἀναστῆναι λοιπὸν οὐ δυνήσονται. Δεῖ οὖν καὶ ἡμᾶς ποιεῖσθαι μὲν τὴν ἀγαθῶν αἴτησιν, παραιτεῖσθαι δὲ καὶ τὸ ἁλῶναι ψυχικοῖς ἀρρωστήμασι, καὶ τὸ ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι δαιμονικὴν, τὴν ἀεὶ σαλεύουσαν καὶ τοὺς ἑστάναι δοκοῦντας, εἰ ῥαθυμοῦντας εὑρίσκοι, καὶ οὐκ ἐῶσαν στῆναι τοὺς διὰ πλείστην ἀσέβειαν ἐξωσθέντας θεοῦ, ὡς τὸν κατὰ σάρκα Ἰσραήλ.

centem ſtationem reducti. Iſtiuſmodi enim eſt ſuperbiæ malum. Vel clariùs: Ne fiam, inquit, ſuperbus, neque habeam manum, ſiue opera peccatoris, me mouentia, & per cogitationum ſuperbiam diſtrahentia. Ibi enim concidunt vniuerſi (ſcilicet in lapſum diaboli, qui primus iſto vitio laborauit) illi qui ipſum ſecundùm animi elationem imitantur. Vel *ibi ceciderunt*, pro cadent in ſæculo futuro: iuxta illud, *Ibi erit fletus*. Et, *Ibi erunt feſſi labore in requie*. Et, *Nudus reuertar illuc*. Etſi enim hîc viſi ſint ſtare, & operari iniquitatem, verumtamen ibi non ampliùs permiſſi operari, cadent. Illa enim quæ omnino futura ſunt, tamquam iam facta, definit. Quale eſt & illud: *Foderunt manus meas*. Illud verò, *Expulſi ſunt*, tamquam coacti excidere à ſtatu quem habebant. Vel illud, *Ibi*, idem eſt ac ſi dicat: Decet enim illos incidere in iſtiuſmodi iniquas actiones, & non iuſtas, pro facie locum dicens. Nam iſtud, *Ibi*, locum deſignat. Etiam alibi locum pro facie ſumit, vt cùm ait: *Ibi via quam monſtrabo ei*. Et, *Illic mandauit Dominus*, id eſt, in tali negotio. Cùm enim præoccupando dixiſſet, *Ecce*, vtique quid pulchrum, vel quid delectabile (quale eſt habitare fratres in vnum) ſubiunxit, *Illic mandauit*, ſcilicet in tali re: ibi dilectio & mutui amoris conſpiratio reperitur. Illud verò, *Expulſi ſunt*, idem eſt q. d. Decet impium corruere, vt neque ſtatum is habeat, neque firmitatem. Vel petit vt inſidijs impiorum à recta via minimè dimoueatur: vtpote qui contrariæ viæ finem nouerit. Nam qui in illum incidunt, deinceps reſurgere haud poterunt. Oportet igitur & nos bona quidem poſtulare, deprecari verò, ne morbis ſpiritalibus corripiamur, neúe in manum dæmoniacam deueniamus, quæ ſemper mouet etiam eos qui ſtare videntur, ſi repererit negligentes; neque permittit conſiſtere eos qui propter plurimam impietatem à Deo expulſi ſunt, vt Iſraël carnalis.

COMMENTARIVS PATRVM.

Superbi cadunt.

Matth. 8, 12.
Iob 3, 17.
Iob 1, 21.

Pſal. 21, 17.

Pſal. 132, 3.

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

Qualeſit Pſalmi huius argumentum.

EVSEBII. Neque Pſalmus, neque Canticum, neque aliud quidquam eiuſmodi inſcriptum eſt; quòd ſub initium nudam doctrinam contineat eorum qui ſe iniquitatibus tradiderunt. Ait enim: *Dixit iniuſtus*. In concluſione verò eorumdem exitum declarat, dicens: *Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem.* Media verò pars Theologiam deſcribit, & bonas piorum ſpes; cuiuſmodi fuit Dauid, qui ſe ab iniquorum conſuetudine ſeiunxit, & diuinorum obſeruationi ſe dedidit. Vnde & *Seruo Dei*, Pſalmus inſcribitur.

2. DIXIT INIVSTVS VT DELINQVAT.] HESYCHII. Non ſimpliciter iniuſtum, ſed hypocritam & doloſum hic Pſalmus proponit, eum ſcilicet qui multum in anima iniquitatis cœnum contineat; & idcircò inducit dicentem in ſemetipſo, quòd delinquere ſtatuat. Sed cur dixit, *In ſemetipſo?* Quoniam ea ſecum animo verſat, quæ palàm proferre vel timet, vel erubeſcit.

Hypocrita, qualis.

ANONYMI. Is qui ſecundùm habitum iniquus eſt, in ſemetipſo cogitans, non aliud dicit quàm delinquere. Siquidem delictum priùs animo recondens, ad re ipſâ peccandum procedit; quia non eſt timor Dei ante oculos eius. Nam ſi timorem haberet ante oculos hominis interioris, ab omni peccato abſtineret.

Iniquus tantùm mala cogitat.

3. QVONIAM DOLOSE EGIT IN CONSPECTV EIVS.] BASILII. Neque hoc, inquit, cogitat, quòd Deus reperiat peccatum eius; &, cùm illud inuenerit, & ipſum & illud oderit. Doloſè igitur egit vt inueniatur, volens non inueniri; ſed ſophiſticè peccatis ſuis patrocinium quærens.

CYRILLI. Aliam morbi ſuprà à nobis explicati cauſſam aſſignat. Non enim ambulauit, inquit, cum veritate in oculis Dei. Nam illud, *Doloſè egit*, vt arbitror, hoc ipſum ſignificare poteſt. Hoc autem frequenter vſu venit ijs qui iniquè agere conſueuerunt, & quamdam etiam æquitatis opinionem in oculis hominum habere volunt, vt ſcilicet bonos quidem ſe eſſe ſimulent, ſed dolum pariter ac fraudem exequantur; non quales

Hypocrita hominibus, & non Deo, bonus videri vult.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὔτε ψαλμὸς, οὔτε ᾠδὴ, οὔτέ τι τοιοῦτον ἐπιγέγραπται, τῷ κατὰ μὲν ἀρχὰς ψιλὴν περιέχειν διδασκαλίαν τῶν παρανομίαις ἐκδεδομένων. Λέγει γάρ, Φησιν ὁ παράνομος. κατὰ δὲ τὸ τέλος τῶν τοιούτων τὸ πέρας, ἔνθεν φησὶν, Ἐκεῖ ἔπεσον πάντες οἱ ἐργαζόμενοι ἀνομίαν. κατὰ δὲ τὸ μέσον θεολογίαν, καὶ χρηστὰς τοῖς εὐλαβέσιν ἐλπίδας· ὁποῖος ἦν ὁ Δαβὶδ, ἀφορίσας ἑαυτὸν τῶν παρανόμων, καὶ ταῖς θείαις ἑαυτὸν δουλώσας διαταγαῖς. διὸ καὶ δούλῳ θεοῦ ἐπιγέγραπται.

β΄. ΦΗΣΙΝ Ο ΠΑΡΑΝΟΜΟΣ ΤΟΥ ΑΜΑΡΤΑΝΕΙΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐχ ἁπλῶς παράνομον, ἀλλὰ τὸν ὑποκριτὴν καὶ δόλιον ὁ ψαλμὸς ὑποτίθεται, τὸν πολὺν ἐν τῇ ψυχῇ βόρβορον παρανομίας ἔχοντα, καὶ διὰ τοῦτο λέγοντα ἐν ἑαυτῷ τοῦ ἁμαρτάνειν ἀποτιθέμενον. Διὰ τί δὲ, ἐν ἑαυτῷ λέγει; Ἐπειδὴ ταῦτα λογίζεται ἅπερ φανερῶς εἰπεῖν ἢ φοβεῖται, ἢ αἰσχύνεται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ καθ' ἕξιν παράνομος ἐν ἑαυτῷ λογιζόμενος, λέγει οὐκ ἄλλο τι, ἢ τὸ ἁμαρτάνειν. Συγκατιθέμενος γὰρ κατὰ διάνοιαν πρότερον, ἐπὶ τὸ πρακτικῶς ἁμαρτάνειν διαβαίνει· ὅτι οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. εἰ γὰρ φόβον εἶχε πρὸ ὀφθαλμῶν τοῦ ἔσω ἀνθρώπου, ἀπείχετο ἂν πάσης ἁμαρτίας.

γ΄. ΟΤΙ ΕΔΟΛΩΣΕΝ ΕΝΩΠΙΟΝ ΑΥΤΟΥ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Οὐδὲ τοῦτο, φησι, λογίζεται, ὅτι ὁ θεὸς εὑρίσκων τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ, καὶ εὑρὼν αὐτὴν, μισεῖ αὐτὸν καὶ αὐτήν. Ἐδόλωσεν οὖν εἰς τὸ εὑρεθῆναι, θέλων μὴ εὑρεθῆναι, ἀλλὰ σοφιστικῶς, οἷς ἁμαρτάνει συνηγορεῖν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἑτέραν ἀποδίδωσι πρόφασιν τῆς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένης νόσου. Οὐ γὰρ πεπόρευταί, φησι, μετὰ ἀληθείας ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ θεοῦ. Τοῦτο γὰρ ἐδόλωσε, κατασημαίνειν, ἂν οἶμαί που. Ἀκαλυθεῖ δὲ πλειστάκις τοῦ παρανομεῖν εἰωθόσι, καὶ βούλεσθαί τινα δόξαν ἔχειν ἐπιεικείας ἐν ὀφθαλμοῖς ἀνθρώπων, καὶ ὑποκρίνεσθαι μὲν τὸ εἶναι χρηστοὶ, δόλον δὲ ὥσπερ καὶ ἀπάτην ἐργάζεσθαι, οὐχ ὅπερ εἰσι

κατὰ

καὶ ἀλήθειαν ὀρθῶς ζητοῦντες, ὑποκλέπτοντες δὲ μᾶλλον τῆς ἐπιεικείας τὴν δόξαν. Ἴδοι δ' ἄν τις τοιοῦτον καὶ δι' ὧν αἰσχύνεται τὸ δοκεῖν εἶναι κακὸς, τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς τὸ ἀπρεπὲς καθορίζοντα. εἰ γὰρ οἶδεν ὅτι κοσμεῖ ἡ ἁμαρτία, πῶς αὐτὴν ἡγεῖται φευκτήν; εἰ δὲ τοῖς ἰδίοις τρόποις ἐπερυθριᾷ, ψηφοφορεῖ καθ' ἑαυτοῦ τῆς παρανομίας τὰ ἐγκλήματα. Δεῖ δὴ οὖν ἄρα βιοῦν ἡμᾶς ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ Θεοῦ δίχα δόλου παντὸς, ἵν' εὑρεθῶμεν καὶ τὸν μακάριον Ναθαναὴλ, περὶ οὗ φησιν ὁ σωτὴρ, Ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστιν.

δ'. ΤΑ ΡΗΜΑΤΑ ΤΟΥ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΑΥΤΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἕτερός φησι, τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομία καὶ κόπος, τουτέστιν ἐπαχθῆ, ὡς κόπον ἐμποιεῖν τοῖς προσέχουσιν. Οὐκ ἠβουλήθη συνιέναι. Δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς ὁ παράνομος, οὐκ ἐκ κατασκευῆς ἐστι τοιοῦτος. τὸ γὰρ μὴ βούλεσθαι σύνεσιν ἔχειν, ἐπὶ τῷ ἀγαθὰ ποιεῖν, αὐτεξουσίου. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἀνομίαν διελογίσατο, καὶ τὰ ἑξῆς. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ· Οὐαὶ οἱ ἐργαζόμενοι κακὰ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτῶν, καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ συνετέλουν αὐτά. Οὕτως ὁ ἀνομίαν λογιζόμενος ἐπὶ τῆς κοίτης τυγχάνων, παρίσταται πάσῃ ὁδῷ οὐκ ἀγαθῇ, τουτέστι πάσῃ πράξει πονηρᾷ, οὐ προσοχθίζων τῇ κακίᾳ αὐτοῦ, ἀποδεχόμενος αὐτὴν οὖσαν χειρίστην ἕξιν, πρακτικῶς ἄρχεται ὁδεύειν πᾶσαν οὐκ ἀγαθὴν ὁδόν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπὶ τοσοῦτον ἑαυτὸν διέστρεψε, καὶ τὸν φόβον ἀπέβαλε τοῦ Θεοῦ, ὡς τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ πᾶσιν εὑρισκομένην μισεῖσθαι.

ϛ'. ΚΥΡΙΕ ΕΝ ΤΩ ΟΥΡΑΝΩ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σὺ δὲ δέσποτα καὶ ἔλεον ἔχεις ἀμέτρητον, καὶ ἀλήθειαν ἀστάθμητον, καὶ δικαιοσύνην ὄρεσι παραβαλλομένην μεγίστοις.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Νεφέλας καλεῖ τοὺς προφήτας, καὶ τὰς εὐαγγελικὰς δυνάμεις.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ ἅμα ταῖς νεφέλαις μνημονεύεται οὕτως· Εὐφρανθήτω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, καὶ αἱ νεφέλαι ῥανάτωσαν δικαιοσύνην. Αἰσθηταὶ δὲ νεφέλαι οὐ δικαιοσύνην ἢ ἀλήθειαν, ἀλλ' ὑετὸν ῥέουσιν. Αἱ οὖν δικαιοσύνην ῥέουσαι νεφέλαι, θεῖοι ἄνδρες εἰσὶ, τὸν πνευματικὸν ὑετὸν, τουτέστι τὸν κατ' ἀρετὴν λόγον προχέουσαι. Ὑπεράνω δὲ τούτων ὁ οὐρανὸς εὐφραινόμενος, ἤτοι αἱ μακάριοι φύσεις, αἱ οἰκοῦσαι τὸν οὐρανὸν τυγχάνουσιν·

reipſâ ſunt, ſe haberi cupientes, ſed potiùs probitatis ac modeſtiæ exiſtimationem ſurripientes. Talem autem quis nouerit ex eo, quòd etiam pudeat ipſum videri malum, dum vitæ ſuæ deformitatem conſiderat. Nam ſi peccatum ſciret ornatum adferre, quomodo ipſum fugiendum putaret? Sin verò mores proprios erubeſcat, certè ſeipſum iniquitati obnoxium profitetur. Oportet itaque nos in oculis Dei vitam abſque omni dolo inſtituere, vt tales inueniri poſſimus, qualis beatus ille Nathanaël, de quo Saluator ait: *Ecce verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt.*

CATENA PATRVM.

Ioan. 1, 48.

4. VERBA ORIS EIVS.] ORIGENIS. Alius ait, *verba oris eius iniquitas & moleſtia*, id eſt grauia, ſeu moleſta; ita vt moleſtiam faceſſant ijs qui attendunt. *Noluit intelligere.* Ex dictis manifeſtum eſt, iniquum non ex creatione talem eſſe: nam nolle intelligentiam habere ad agenda bona, libertatis eſt. Ad hæc verò etiam *meditatus eſt iniquitatem*, & quæ ſequuntur. Iſtiuſmodi eſt & illud: *Væ qui operantur mala in cubili ſuo, & ſimul cum die perfecerunt ea.* Qui igitur hoc modo meditatur iniquitatem in cubili, aſſiſtit omni viæ non bonæ, id eſt, omni actioni malæ, minimè repugnans iniquitati ſuæ: approbans eam, cùm ſit habitudo peſſima, reipſâ incipit ambulare omnem viam non bonam.

Nemo naturâ malus, ſed praua voluntate.

Mich. 2, 1.

ATHANASII. Vſque adeò ſeipſum peruertit, & timorem Dei abiecit, vt iniquitas eius ab omnibus comperta, odio habeatur.

6. DOMINE IN CÆLO MISERICORDIA TVA.] THEODORETI. Tu autem Domine, & miſericordiam habes immenſam, & veritatem inæſtimabilem, & iuſtitiam maximis montibus comparatam.

EVSEBII. Nubes vocat Prophetas, & Euangelicas virtutes.

DIDYMI. Etiam in Iſaia de nubibus mentionem facit in hunc modum: * *Lætetur cælum deſuper, & nubes * ſpargant iuſtitiam.* Senſibiles autem nubes, non iuſtitiam aut veritatem, ſed pluuiam demittunt. Nubes ergo quæ iuſtitiam effundunt, diuini homines ſunt, qui ſpiritales pluuias, hoc eſt, ſermonem cum virtute coniunctum, profundunt. Cælum autem, quod deſuper lætatur, aut ſunt naturæ illæ beatæ, cæli cultrices:

Iſa. 45, 8.

* Vulg. *Rorate cæli*

* *pluant*

Quæ ſint nubes iuſtitiam pluentes.

CATENA PATRVM.

aut Saluator ipſe, qui hoc modo per allegoriam nominatur. Nam cælum hoc ſurſum eſt, id eſt, ſupra omnem naturam genitam exiſtit, & pro omnium vtilitate lætatur. Et hîc ergo, in cælo, inquam, ſcilicet Saluatore, ſita eſt miſericordia Dei, omnium miſerentis. Veritas verò ipſius, quæ vmbris & figuris opponitur, in prædictis nubibus eſt: nam etſi iuxta vmbram vixerint Prophetæ, non tamen veritatem, cuius hæc ſymbolum eſt, ignorarunt.

Iuſtitiam Dei nemo effugiet.

APOLLINARII. Iuſtitiæ celſitudinem rurſus cum montibus confert; hoc autem continet comminationẽ retributionum. Siquidem fieri non poteſt, vt iuſtitiâ factis omnibus præſidẽte, aliquid citra iuſtum fiat. Quare, qui modò pœnales retributiones effugiunt, poſteà prorſus eas ferent, bonorum præmia non accipientes. Eſtque hoc immutabile apud Deum.

7. HOMINES ET IVMENTA SALVABIS.] ANONYMI. Propter multam enim miſericordiam, non ſolùm dignis vitam tribuis, verùm etiam pecuinis & inſanis hominibus. Hæc autem ait ijs qui obijciebant, vt quid impij proſperentur? Verumtamen ſi ſola foret miſericordia, nihil prohiberet vitam peccatorum æmulari. Nunc verò poſtmodùm veritas & iuſtitia peccatores apprehendent, quibus miſericordia non profuerit.

8. FILII AVTEM HOMINVM.] THEODORETI. Dicit autem quomodo præterea eximius quidam ordo ſit, poſt prædicta vocatus, *Filij hominum*; vt qui plus aliquid habeant hominibus & iumentis à te ſaluandis. Siquidem digni habiti ſunt, qui in vmbra alarum tuarum ſperarent.

Domus Dei, corpus Chriſti:

9. INEBRIABVNTVR AB VBERTATE DOMVS.] HESYCHII. *Domus* Dei, corpus eius eſt; *vbertas*, ſanguis & aqua quæ è latere eius effluxit, ex qua fideles omnes ſalutari ebrietate inebriati ſumus. *Torrens* enim *voluptatis*, fuere Chriſti pœnæ. Torrens quidem, quoniam in media hieme peccatorum noſtrorum contigere, quando virtus omnis, & præcipuè charitas in Deum, frigida effecta, iam extincta erat; ita vt Zacharias Propheta de die crucis dicat: *In die illa non erit lux, frigus & gelu erit: dies magna eſt.* Voluptatis autem meritò dicebatur: valdè enim Chriſtus deliciabatur, cùm pro nobis pateretur, dia-

torrens voluptatis, Chriſti paſſio.

Zach. 14, 6.

ἢ ὁ σωτὴρ, ἀλληγορικῶς οὕτως ὀνομαζόμενος. Ἄνωθεν γὰρ οὐρανὸς οὗτος, τουτέστιν ὑπεράνω φύσεως πάσης γεννητῆς τυγχάνει, καὶ ὑπὲρ τῆς πάντων ὠφελείας εὐφραίνεται. Καὶ ἐνταῦθα οὖν, ἐν μὲν τῷ οὐρανῷ φημι, τῷ σωτῆρι, ἐστὶ τὸ ἔλεος τοῦ κυρίου πάντας ἐλεοῦντος. Ἡ δὲ ἀλήθεια αὐτοῦ, ἥτις καὶ τοῖς τύποις ἀντιδιαστελλομένη, ἐν ταῖς προειρημέναις νεφέλαις ἐστίν. εἰ γὰρ καὶ κατὰ σκιὰν ἐβίων οἱ προφῆται, ἀλλ' οὐκ ἠγνόουν τὴν ἀλήθειαν, ἧς αὕτη σύμβολον.

ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ. Πάλιν τὸ τῆς δικαιοσύνης ὑψηλὸν ὄρεσι παραβάλλει. τοῦτο δὲ ἀπειλὴν ἔχει τῶν ἀνταποδόσεων. Ὅτι ἀδύνατον, δικαιοσύνης οὔσης ἐφόρου τῶν γινομένων, γενέσθαι τι παρὰ τὸ δίκαιον. ὥστε καὶ οἱ νῦν διαφεύγοντες τὰς κολαστικὰς ἀνταποδόσεις, τῶν ἀγαθῶν ἀνταποδόσεων οὐ τυγχάνοντες, πάντως εἰς ὕστερον κομιοῦνται. καὶ τοῦτο ἄτρεπτον παρὰ θεῷ.

ζ'. ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ ΚΑΙ ΚΤΗΝΗ ΣΩΣΕΙΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διὰ τὸ πολὺ γὰρ ἔλεος, οὐ μόνον τοῖς ἀξίοις μεταδίδως ζωῆς, ἀλλὰ καὶ τοῖς κτηνώδεσιν ἀνοήτοις ἀνθρώποις. ταῦτα δὲ πρὸς τοὺς λέγοντας, ἵνα τί ἀσεβεῖς εὐθηνοῦσιν; Ἀλλ' εἰ μὲν ἔλεος μόνον ἦν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν μετέρχεσθαι βίον. νῦν δὲ μετὰ τοῦτο, ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη τοὺς ἁμαρτωλοὺς διαλήψεται, μηδὲν ἐκ τοῦ ἐλέους ὠφεληθέντας.

η'. ΟΙ ΔΕ ΥΙΟΙ ΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Λέγει δὲ, ὡς ἔστι παρὰ ταῦτα ἐξαίρετον τάγμα, μετὰ τὰ προλεχθέντα ὀνομαζόμενον υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες πλέον τι ἔχουσι τῶν ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν, τῶν ὑπὸ σοῦ σωζομένων. κατηξίωνται γὰρ ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπίζειν.

θ'. ΜΕΘΥΣΘΗΣΟΝΤΑΙ ΑΠΟ ΠΙΟΤΗΤΟΣ ΟΙΚΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Οἶκος τοῦ θεοῦ, τὸ σῶμα αὐτοῦ, πιότης τὸ ἐκχυθὲν ἀπὸ τῆς πλευρᾶς αἷμα καὶ ὕδωρ, ἐξ οὗπερ οἱ πιστοὶ πάντες μέθην σωτήριον ἐμεθύσθημεν. χείμαρρος γὰρ τρυφῆς τὰ τοῦ Χριστοῦ πάθη. χείμαρρος μὲν, ἐπειδὴ ἐν ἀκμῇ τοῦ χειμῶνος τῆς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἐπράττετο. ὅτι πᾶσα μὲν ἀρετή, ἀγάπη δὲ μάλιστα ἡ πρὸς θεὸν ψυγήσασα ἐπετέχετο. ὥστε τὸν προφήτην Ζαχαρίαν περὶ τῆς ἡμέρας τοῦ σταυροῦ λέγειν· Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ οὐκ ἔσται φῶς· ψῦχος καὶ παγετὸς ἔσται, ἡμέρα μεγάλη ἐστί. Τρυφῆς δὲ εἰκότως ἐλέγετο. σφόδρα γὰρ ὁ Χριστὸς ἐνετρύφα τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν πάθεσιν, τοῦ τὸ διαβόλου

βόλῳ καταπαίζων, καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἡδόμενος. Τοῦτον ἡμᾶς τὸν χειμάῤῥουν τῆς τρυφῆς μυστικῶς ποτίζει. Τὸ γὰρ τοῦ δεσπότου πάθος, μαρτύριον τοῖς δούλοις γεγένηται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οἴκου Θεοῦ τῆς ἐκκλησίας οὔσης, πιότης αὐτοῦ ἡ ἐκκλησιαστικὴ διδασκαλία τυγχάνει· ἀπὸ ταύτης νηφάλιον μεθυσθήσονται μέθην, οἱ παραδεχόμενοι αὐτῆς. Εἰ δὲ οἶκος Θεοῦ εἴη ὁ σωτήρ, ἀπὸ τῆς παιδεύσεως αὐτοῦ, οὔσης πιότητος, μεθυσθήσονται ἀπολαύοντες αὐτῆς.

ΚΑΙ ΤΟΝ ΧΕΙΜΑΡΡΟΥΝ ΤΗΣ ΤΡΥΦΗΣ] ΑΝΩΝΥΜΙ. Ἄλλοι χείμαῤῥον τρυφῆς τὸ πανάγιον λέγουσι πνεῦμα, τῷ τρυφᾶν τοὺς πεπωκότας ἀπ' αὐτοῦ, δεχομένους τὰ διάφορα χαρίσματα. Ἐνταῦθα δὲ ἡμῖν σαφῶς ἀποκαλύπτει τὸ τῆς ἁγίας τριάδος μυστήριον. πηγὴν γὰρ ζωῆς τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ λόγον ὠνόμασεν. Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. Ὑπὸ γὰρ τοῦ παναγίου πνεύματος φωτιζόμενοι, τὰς τοῦ μονογενοῦς σου θεωροῦμεν ἀκτῖνας. Οὐδεὶς γὰρ δύναται εἰπεῖν κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀγαθὴ αὕτη μέθη, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον, ὡσεὶ κράτιστον. Ἐπείπερ δὲ χειμῶνες οἱ πειρασμοί, εἴη ἂν καὶ χείμαῤῥος τρυφῆς Θεοῦ, ὁ διὰ τῆς ἐν πειρασμοῖς καρτερίας μισθὸς, ποταμηδὸν ῥέων τοῖς ὑπερνικῶσιν ἐν αὐτοῖς διὰ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ια΄. ΠΑΡΑΤΕΙΝΟΝ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐχ ὡς διαιρῶν ἀπὸ τῶν εἰδότων αὐτὸν τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, τοῖς μὲν τὸν ἔλεον, τοῖς δὲ τὴν δικαιοσύνην ἐζήτησε· τὴν δὲ τελείαν ἀρετὴν ἐν ἀληθέσι δόγμασι καὶ πράξεσιν ἀγαθαῖς ὁρισάμενος, τοῖς αὐτὴν ἔχουσιν ἑκάτερον ᾔτησεν. Ἢ οὕτως, τοῖς δὲ μὴ γινώσκουσιν αὐτὸν πρόσκαιρον ἔσται τὸ ἔλεος. Ἀντὶ δὲ τοῦ, Τὴν δικαιοσύνην σου τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ, Σύμμαχος ἔφη, καὶ τὴν ἐλεημοσύνην σου τοῖς ἁπλοῖς τῇ καρδίᾳ. Δικαιοσύνην δὲ λέγει, καθ' ἣν αὐτοῖς τὰ πρὸς ἀξίαν ἀπονεμηθήσεται.

ιβ΄. ΜΗ ΕΛΘΕΤΩ ΜΟΙ ΠΟΥΣ ΥΠΕΡΗΦΑΝΙΑΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀξιοῖ μηδὲν ἐξ ὑπερηφανίας παθεῖν τὴν ψυχὴν, μηδὲ πρᾶξιν αὐτὸν ἁμαρτωλοῦ σαλεῦσαι τῆς ἀρετῆς. Τὸ δὲ, Ἐκεῖ ἔπεσον, ἐν τῷ μέλλοντι βίῳ· κατὰ τὸ, Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς, καὶ ὁ βρυγμός. Τὸ δὲ Ἐξώσθησαν, ὡς βιασθέντες ἧς εἶχον ἕξεως ἐκπεσεῖν. Διὸ οὐκέτι στῆναι δύνανται ἐνεργητικῶς, ἐμποδισθεισῶν, ἀλλ' οὐκ ἀναιρεθεισῶν αὐτῶν τῶν πρακτικῶν δυνάμεων.

bolo illudens, & de ſalute hominum gaudens. Hoc torrente voluptatis myſticè nos potat: nam Domini perpeſſio, martyrium ſeruis facta eſt. CATENA PATRVM.

DIDYMI. Cùm Eccleſia ſit domus Dei, vbertas eius eſt Eccleſiaſtica doctrina: quam qui ſuſcipiunt, ſobriâ ebrietate inebriabuntur. Quòd ſi domus Dei fuerit ipſe Saluator, à doctrina eius, cùm hæc vbertas ſit, inebriabuntur quotquot illam fuerint aſſecuti. *Vbertas doctrina Dei.*

IBIDEM. ET TORRENTE VOLVPTATIS.] ANONYMI. Alij *torrentem voluptatis* vocant Spiritum ſanctum, quòd voluptate afficiat eos qui ab ipſo potati, diuerſas gratias accipiunt. Hîc autem clarè nobis reuelat myſterium ſanctæ Trinitatis: nam fontem vitæ nuncupauit vnigenitum Dei Verbum. *In lumine tuo videbimus lumen.* Siquidem à Spiritu ſancto illuſtrati, Vnigeniti tui radios intuebimur. *Nemo enim poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto.* *Torrens voluptatis, eſt Spiritus ſanctus.* 1. Cor. 12, 3.

ORIGENIS. Bona eſt hæc ebrietas, & *calix tuus inebrians, quàm præclarus eſt!* Cùm verò tentationes ſint tempeſtates; vtiq; & torrens voluptatis Dei, erit præmium perſeuerantiæ in tentationibus, quod fluminis inſtar affluet ijs qui vicerũt eas per Ieſum Chriſtum. *Ebrietas Chriſti bona.* Pſal. 22, 5.

11. PRÆTENDE MISERICORDIAM.] THEODORETI. Non quaſi rectos corde diſtinguens à ſcientibus eum, his quidem miſericordiam, illis verò iuſtitiam petijt; ſed perfectam virtutem veris doctrinis, & bonis operibus definiens, ipſam habentibus vtrumque poſtulauit. Vel ſic, q. d. Sed non ſcientibus eum temporanea erit miſericordia. Ceterùm pro *Iuſtitiam tuam rectis corde*, Symmachus ait, *& eleëmoſynam tuam ſimplicibus corde.* Iuſtitiam autem intelligit, ſecundùm quam ipſis pro merito retribuetur.

12. NON VENIAT MIHI PES SVPERBIÆ.] ANONYMI. Rogat vt anima ſua nihil patiatur à ſuperbia, neúe actio peccatoris ipſum à virtute dimoueat. Illud autem, *Ibi ceciderunt*, intelligitur in futura vita, iuxta illud, *Ibi eſt fletus & ſtridor.* Illud autem, *Expulſi ſunt*, vtpote coacti cadere à ſtatu quem habebant. Quare non poterunt reipsâ ampliùs ſtare, virtutibus eorum practicis præpeditis, ſed non ſublatis. Matth. 8, 12.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

SANCTVS Auguſt. huic Pſalmo nullum titulum præfigit: Theodoretus omittit voces illas, τῷ δούλῳ κυρίου, *ſeruo Domini*, contentus ſolâ inſcriptione, ψαλμός: Euſebius verò negat Pſalmum, vel Odam inſcribi debere, quòd doctrinam & Theologiam contineat. Ceterùm titulus, *ſerui Domini*, qui per excellentiam Dauidi, diuino munere tributus fuit, vſque adeò ipſi placebat, vt eo magis ſe honeſtari, quàm regiâ dignitate crederet. Sic namque Deus ipſum appellauerat, ad Nathan loquens: *Hæc dices ſeruo meo Dauid.* Sic etiam Moyſen in Deuteron. legimus, *hominem Dei*, appellatum fuiſſe: quia nimirum Dauid & Moyſes ſe totos Deo dedicarant, & hoc vnum ſatagebant, vt Deo in omnibus rebus obſequerentur; nec quidquam aliud curabant, niſi quod ad Dei cultum & obſequium pertineret.

Dauid dicitur per excellentiam, ſeruus Domini.
2. Reg. 7.
Deut. 33. 1.

2. *Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo.*] S. Ambroſ. legit, *vt ſibi delinquat*, vel *in ſe delinquat*; vertit ex Hebræo S. Hieron. *dixit ſcelus impij in medio cordis eius, non eſſe timorem Dei ante oculos eius.* Hebraicè nunc legitur, נְאֻם־פֶּשַׁע לָרָשָׁע בְּקֶרֶב לִבִּי, *neem-peſahh laraſahh bekereb libbi.* Id eſt, *Dicit præuaricatio impio, in medio cordis mei.* Vbi eſt pronomen primæ perſonæ, pro quo S. Hieron. legit in tertia perſona לִבּוֹ *libbo*, id eſt, *cordis eius.* Nicephorus ad hunc locum (vt Nobilius in ſuis ad Sixtinam editionem Scholijs annotauit) illa verba τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ ſic explicat, vt articulus τοῦ, vel pro ὥστε, id eſt *vt*, ponatur; vel careat peculiari ſignificatione, ſolius ſimplicis articuli munere fungens. Quòd ſi vacat, inquit, ſenſus erit, ac ſi dicat: *Putat iniquus ſe clam poſſe delinquere:* ſi non vacat, ſed pro ὥστε ponitur; ſenſus erit, ac ſi dicat, *Iniquus cogitat intra ſe, vt peccet.* Symmachus verò apud Euſebium exponit hoc modo, Φησὶ περὶ ἀσυνθεσίας τοῦ ἀσεβοῦς ἔνδοθεν ἡ καρδία μου, οὐ πρόκειται φόβος θεοῦ ἄντικρυς τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ· ὅτι ἐξωλίσθαινεν τὰ περὶ αὐτοῦ δοκεῖν, τοῦ εὑρεθῆναι τὴν ἀδικίαν αὐτοῦ, εἰς τὸ μισηθῆναι αὐτήν. *Dicit de incompoſitione impij intus cor meum: Non proponitur timor Dei ex aduerſo oculorum eius: ſua enim ipſius perdidiſſe videtur, ad inueniendam iniuſtitiam ſuam, ad odio habendam eam.* Optimè meo iudicio id explicat Genebrardus per ὑστερο-λογίας: ordo enim eſt, *Dixit iniuſtus in ſemetipſo, vt delinquat.* Id eſt, cogitat apud ſe delinquere. In eo ſcilicet totum eius ſtudium & cogitatio verſatur, vt modos excogitet delinquendi. q. d. Iniuſtus dumtaxat loquitur de ſceleribus & delictis, quibus Deum offendat, nullo Dei metu ante oculos poſito, tantùm curans ea quæ carni & ſenſibus grata ſunt, vt turpibus ſuis deſiderijs alijſque vitioſis affectibus obſequatur, ac ſi non eſſet Deus, cui aliquando vitæ ſuæ reddenda ratio ſit. Secundùm Hebræum verò textum ſenſus eſt iſtiuſmodi: *Dictum præuaricationis impij* (vel ad impium) *in medio cordis mei eſt.* Id eſt, ſcio quid præuaricatio dictet impio. Regnat enim iam peccatum in iſto infelici, atque idcircò legem præſcribit peccatori, vt Deum minimè reuereatur; imò nec eſſe agnoſcat, aut cogitando fingat. Hoc nempe humani generis inimicus ſatan inprimis curat, vt ſalutarem ab animis metum, & Numinis reuerentiam extinguat: certus hanc eſſe expeditiſſimam rationem propagandi ſceleris, & iuſtitiæ abolendæ. Vbi timor non eſt, qui in officio hominem contineat ſuo, ibi χορεύει μετὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ διάβολος, *cum peccato diabolus tripudiat, & choreas ducit*, inquit Greg. Nyſſenus orat. 3. de reſurrect. Itaque immittit in audacium hominum mentes, eſſe [illegible] fortis, nihil timere, ac ne diuina quidem i[illegible] reformidare. Hac funeſtâ opinione veterator ille diabolus quorumdam olim hæreticorum mentes imbuit, iiſdemq; perſuaſit, vt timorem Dei euerterent. In quos Tertullianus de Præſcriptionib. cap. 43. vehementiſſimè inuehitur: *Negant*, inquit, *Deum timendum. Itaque libera ſunt illis omnia, & ſoluta.* Tunc oſtendit, vbi metus non ſit, nec Deum, nec veritatem eſſe poſſe. vnde non mirum, ſi in turpiſſimos errores inciderint. In hac claſſe fanaticorum, Marcioniſtæ fuerunt & Gnoſtici, alijque deinde ſimilis vecordiæ, quorum meminit S. Hieron. in cap. 4. Oſeæ: qui aiebant, ijs qui fidem haberent, nihil eſſe timendum, quibuſcumque tandem ſceleribus eſſent oppreſſi. A quibus non procul abeunt quoque noſtri temporis hæretici, præſertim Caluiniſtæ, qui neſcio quâ imaginariâ, quam ſibi fingunt, fide, ſine vlla pœnitentia aut ſatisfactione, ita quæuis flagitia ſua, quantumuis enormia & abominanda, obtegi comminiſcuntur, vt eis ampliùs non imputentur. Adeò autem per apprehenſam illam fidem, & imputatam iuſtitiam, ſe de ſalute ſua ſecuros eſſe volunt, vt de illa dubitare, aut eius amittendæ metu vllo affici, nefas arbitrentur, & ſummi ſceleris infidelitatiſque loco ducant. Quæ fanatica opinio quantam ſceleribus omnibus ianuam aperiat, & ſalutarem Dei ac ſalutis metum prorſus excludat, quis non videat? De bono autem timoris Domini ſubdit ibidem eleganter Tertullianus paulò antè citatus, in hunc modum: *Vbi Deus, ibi metus in Deum, qui eſt initium ſapientiæ: vbi metus in Deum, ibi grauitas honeſta, & diligentia attonita, & cura ſolicita, & adlectio explorata, & communicatio deliberata, & promotio emerita, & ſubiectio religioſa, & apparitio deuota, & proceſſio modeſta, & Eccleſia vnita, & Dei omnia.* Quibus omnibus omnino careant neceſſe eſt, qui ſalutarem à ſe Dei timorem proſcripſerunt.

Quid ſit delinquere in ſemetipſo.

Totum ſtudium impij, eſt delinquere.

Peccatum regnans in impio, expellit timorem Dei.

Hæretici timorem Dei inanimum, & expellunt ex animis.

Bonum timoris Dei, quantum.

3. *Vt inueniret iniquitatem ſuam, & odiſſet.*] Ita etiam legit S. Auguſt. S. Ambroſius, *vt inueniret iniquitatem ſuam, & odium*; Vulgata, *vt inueniatur iniquitas eius ad odium.* Varias huius loci explicationes vide ſuperiùs in Commentario; quibus hic addendum quod ait Euſebius: Τὴν γὰρ θεωρητικὴν αὐτοῦ δύναμιν, δι' ἧς ἐδύνατο γνῶναι τὸν φόβον τοῦ θεοῦ, ἐδόλωσεν αὐτὸς ἑαυτόν, τῆς διανοίας αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαστρέψας. διὸ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν ἀνάγνωσιν, ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ εἴρηται δεδολωκέναι, τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ, καὶ μισῆσαι. Οὕτω, φησίν, ἑαυτὸν διέστρεψεν, καὶ τὸν φόβον τοῦ θεοῦ τῶν ἑαυτοῦ ἀπέρριψεν ὀφθαλμῶν, ὡς τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ προφανῶς τυγχάνειν, καὶ πᾶσιν ὁρᾶσθαι, καὶ εὑρίσκεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο μίσους ἀξίαν εἶναι. Ἀκωλύτως δὲ ὁ τοιοῦτος

ἐξίδω-

ἐξέδωκεν ἑαυτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ, ὡς καὶ τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομίαν εἶναι καὶ δόλον. *Nam ſuam contemplandi facultatem, per quam poterat timorem Dei cognoſcere, dolis corrupit ſibi ipſe, mentis ſuæ oculos peruertens. Ideo iuxta Hebraicam lectionem in oculis ſuis dictum eſt doloſè egiſſe, vt inueniat iniquitatem eius, & oderit. Adeò, inquit, ſeipſum peruertit, ac timorem Dei à ſuis oculis abiecit, vt iniquitas eius manifeſta ſit, & ab omnibus videatur, & inueniatur, & ideò digna ſit odio. Apertè autem eiuſmodi homo ſeipſum peccato tradidit, adeò vt etiam verba oris eius iniquitas ſint & dolus.* Optimè hunc locum exponit Genebrardus, *Doloſè egit in conſpectu eius*, id eſt Dei. q. d. Deo vidente & ſciente dolos nectit, *vt inueniatur iniquitas eius ad odium*, id eſt, odioſa ſit & faſtidioſa, ita vt eius vitia ſint faſtidio, & incurrant in odium & offenſionem Dei & hominum, & reddant eum omnibus odioſum. Vel, vt præ frequentia peccandi, iniquitatem ſuam etiam ipſe oderit & faſtidiat. Vel ſic, vt ſit odio & ſibi, & alijs, & Deo. Eò vſque enim progreditur, vt eius improbitas omnibus intolerabilis exiſtat, vt ne quidem Deus, quamuis patientiſſimus, eam diutiùs ſuſtinere poſſit, proptereaque de cælo quodammodo euocetur, quaſi inuitus & coactus ad eum puniendum.

Iniquus Deo & hominibus odioſus eſt.

4. *Verba oris eius iniquitas & dolus.*] Id eſt, iniquiſſima & doloſiſſima: quomodo in alio Pſalmo dicitur, *Opus eius confeſſio & magnificentia*, id eſt magnificentiſſimum, & laude ſiue confeſſione digniſſimum. Apollinarius explicat, ἀμπλακίην δολερὴν, *iniquitatem doloſam*; alius, ἀνομία καὶ πόνος, *iniquitas & labor*, ſiue *dolor*. quia nimirum laborem & dolorem alijs adferunt. Sed hæc acceptio *iniquitatis* & *doli*, minùs propria eſt huic loco. Quia non ſimpliciter hîc impios accuſat, quòd dolis & captionibus alios circumueniant; ſed potiùs quòd nihil in ipſis rectum ſit, vel ſincerum; quippe qui mendacijs ludentes, nullam intelligentiæ lucem admittant; atque fallaces ſemper in ore prætextus habentes, ſanam omnem doctrinam illudant. vnde ſubdit: *Noluit intelligere, vt benè ageret.* Taxat eos qui ignorantiam affectant, ne vitam corrigant; ſed vltrò ſupprimunt omnem delectum boni & mali, quia meliores eſſe nolint. Scimus rationem ad benè agendum hominibus ducem eſſe. eam reprobi fugitant, ne vitam ſuam in melius corrigere cogantur. O quàm optanda tamen res eſt intellectus, & nouiſſimorum proſpicientia! *Vtinam*, inquit Moyſes, *ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent!* At peccator, de quo Dauid hîc agit, ſimilis iumento factus, non optat intellectum habere, & nouiſſimorum prouidentiam; ſed è diuerſo infelix *noluit intelligere vt benè ageret:* felix futurus, ſi ſapere vellet, & intelligere vt ageret benè. Ea enim eſt Dei bonitas & munificentia, vt, ſi intellectum ab eo poſtularet, vtique acciperet. Magnum Dei donum eſt intellectus, ſiquidem per illum nos inſtruit, iuxta illud: *Intellectũ tibi dabo, & inſtruam te in via hac quâ gradieris.* Quibus porrò donum hoc proſit, alibi docet: *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.* hoc eſt, intellectus, ſiue intelligentia bona eſt facientibus id quod docet faciendum. Bonus intellectus eſt benè agentibus. Quod in mundo lux eſt, hoc eſt in homine rerum intelligentia. Docemur itaque his verbis, ſi quando à via deflexímus, hoc vnicum eſſe remedium, aperire mentis oculos, vt boni & mali diſcrimen ab errore nos reuocet: contrà, vbi quis intelligentiam reſpuit, ſignum eſſe reprobationis. Tales enim (vt S. Dionyſij Eccleſ. Hierarchiæ cap. 3. verbis vtar) ἀναιδῶς ἀπεπτάμενοι τὴν σωτηριώδη τῆς θεογενεσίας μύησιν, καὶ τοῖς λογίοις ἀληθείας ἀντεφθεγξάμενοι τὸ ὁδούς σου εἰδέναι οὐ βούλομαι. *Impudẽter ſalutarem diuinæ cognitionis diſciplinam repudiant, eloquijſque ſacris exitioſè prorſus obſtrepunt illud: Vias tuas ſcire nolo.* Quibus propterea iure meritiſſimo Dominus apud Oſeam viciſſim his verbis repulſam minitatur: *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te:* quod extremum eſt exterminium, & malorũ omnium grauiſſimum. Huiuſmodi homines aptiſſimè Apoſtolus vocat *deſperantes ſemetipſos*, in Græco eſt ἀπηλγηκότας; D. Hieron. vertit, *indolorios*, qui videlicet de nequitia & maleficio nullum dolorem concipiant. Et quoniam placuit ſemel gnauiter fieri impudentes, non pſeudothyro, ſed apertis ianuis, omnes intromittunt voluptates; & malè agendi conſuetudine, non feruntur in malum, ſed ruunt. *Quibus* (ait S. Paulinus Epiſt. 7. ad Seuerum) *dulce eſt quod amarum, & turpe quod caſtum, & hoſtile quod ſanctum.* Quare non miror, quòd, cùm in ſuum & aliorum exitium deſperatâ mente rapiantur, diuinus Apoſtolus eos nominarit *deſperantes ſemetipſos*, vt qui medicinam omnem reſpuant. Porrò tales quoque *peſtilentes* meritò appellari, ad Pſalmi 1. verſ. 1. annotauimus.

Verba improborum iniqua & doloſa.

Pſal. 110, 3.

Impij nolunt intelligere, vt benè agant.

Deut. 32, 29.

Felix qui petit intellectum à Deo, & accipit.

Pſal. 31, 8.

Pſal. 110, 10.

ANNOTATIONES CORDERII.

Intelligentiam reſpuere, eſt ſignum reprobationis.

Oſeæ 4, 6.

Epheſ. 4, 19.

5. *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo.*] Non qualemcumque nobis iniquum deſcribit, ſed qui ex certa deſtinatione animi ſtudioſè malus ſit, nec minùs in vitia, quàm vir probus in virtutes incumbat totus. Sicut enim *in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte*, quemadmodum in Pſalmo 1. v. 2. de viro beato dictum eſt; ita è diuerſo reprobus hîc dicitur *iniquitatem meditari in cubili*, ſeu (vt S. Auguſt. interpretatur) *in corde ſuo.* Quo interior malitia, & profunda obſtinatio denotatur. Contingit enim aliquos, licet aliàs non peſſimè affectos, labi interdum, quia repentè ſe offert occaſio, aut importuna vrget tentatio, cui ſuccumbant. Verùm Dauid modò non de iſtiuſmodi ex fragilitate potiùs, quàm ex malitia peccantibus; ſed de reprobis agit, qui etiam extra occaſionem & tentationem poſiti, & ab ipſo hominum conſpectu ſubducti, in cubili ſuo, ex peſſimo affectu conſilia malè agendi intus coquunt: atque ita, quamuis nulla ſe illecebra obijciat, nullum eos incitet malum exemplum, ſibimet ipſi ſcelerum magiſtri ſunt, abſque impulſu alieno. Per verbum porrò *adſtitit*, vt ſuperiùs in Commentario Græco expoſitum eſt, eorum promptitudo, nec non complacentia deſignatur; quâ *omni via non bona*, id eſt, actioni prauæ addicti impensè incumbunt. Vnde oritur pertinacia, quâ in via peruerſa inſiſtunt, ſcientes ac volentes ſeſe ad peccandum obdurantes. Tandem ratio additur, quòd illis malum non diſpliceat. vnde ſubdit, *Malitiam autem non odiuit*; Theodoretus reddit, οὐκ ἐβδελύξατο, *non eſt abominatus*; ſiue, vt Arnobius vertit, *non execratus eſt*; S. Hieronymus in futuro extulit, *malum non abijciet.*

Reprobi ſtudent iniquitati, & de illa meditantur.

Quid ſit aſſiſtere omni viæ non bonæ.

Execran-

ANNOTATIONES CORDERII.

Execranda profectò ad peccandum procliuitas, quæ nullum non facinus, ſiue legi diuinæ, ſiue naturali appetitui contrarium aggrediatur. Dicitur inprimis *aſſiſtere*, vt alij atque alij interpretantur, vel quia de malo gaudet, vel quia ad malum propendet, vel quia malo patrocinatur, vel quia in malo pertinaciter & immobiliter perſeuerat. *Quaſi iam dudum* (ait hîc Ambroſ.) *in via nequitiæ diuturnâ ſtatione permaneat.* Deinde (quod deterius eſt) non vni tantùm malo, ſed omni viæ non bonæ dicitur aſſiſtere & inhærere, quia in plura corpora quodammodò diuidatur, vt per plura flagitia temerarius euagetur. Et quidem non dicitur aſſiſtere termino non bono, ſed viæ non bonæ: quia in quantiſcumque peccatis perſeueret, adhuc non quieſcit, ſed quaſi in via eſſe videtur, vt ad multa alia progrediatur.

Veritas, & miſericordia Dei excelſa.

6. *Veritas tua vſque ad nubes.*] Symmachus, *μέχρι τῶν αἰθέρων, vſque ad æthera*; in Scholio Græco eſt, *ἡ βεβαιότης σου ἕως αἰθέρων, ſtabilitas tua vſque ad æthera.* Repetitur adhuc bis eadem ſententia tota in Pſalmo 56. v. 11. *Magnificata eſt vſque ad cælos miſericordia tua, & vſque ad nubes veritas tua.* & in Pſalmo 107. verſ. 5. *Magna eſt ſuper cælos miſericordia tua, & vſque ad nubes veritas tua.* Lorinus arbitratur formulas

Pſal. 102, 11.

iſtas omnes eſſe parœmiales, vt & illam, *Secundùm altitudinem cæli à terra corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.* Vide quæ ad Pſal. 24. verſ. 10. de miſericordia & veritate annotauimus.

7. *Iuſtitia tua ſicut montes Dei.*] Aquila, *ὡς ὄρη ἰσχυρά, ſicut montes validi.* In Hebræo autem eſt illa dictio, quam notauit (vt alibi diximus) S. Hieron. à Septuag. ſolere verti, *Deum*; ab

Iudicia Dei abyſſus.

Aquila *fortem. Iuſtitiam* autem & *iudicia* vocat iuſtas eius prouidentiæ rationes, quibus res omnes adminiſtrat, quæ ſunt incomprehenſibiles, valdeque ſublimes, & inſtar abyſſi imperſcrutabiles. Occupat igitur iuſtitia montes, quemadmodum diſciplina militaris ſuadet, vt impetu inde maiori in certamen redeat. quod Regius Vates earum rerum intelligens, hoc loco prodidit, cùm illam Dei montibus æquiparat: quo dicto iuſtitiæ diuinæ magnitudinem, vimque propè inuictam, & inſuperabilem potentiam ſignificare voluit. Quod autem ſequitur, *Iudicia tua abyſſus multa*; ſolet paſſim exponi hoc modo, vt ſignificet, iudicia Dei captum noſtrum longè ſuperare, & eſſe magis abſcondita, quàm vt eorum ratio apprehendi à nobis poſſit. Quò reſpiciens Paulus, velut obſtupefactus exclamat:

Rom. 11, 33.

O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei: quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! Nec ineptè huc aptatur ſimilitudo abyſſi. Latiùs tamen patere Dauidis verba, colligitur ex contextu: nempe quantumuis magna ſcelerum abyſſus inter homines exundet; maiorem tamen eſſe prouidentiæ Dei abyſſum, quâ iuſtè omnia diſpenſat ac moderatur: ideoque omnem noſtram ſolicitudinem in ipſum proijciendam eſſe, quia ipſi cura eſt de nobis. In cuius rei confirmationem addit: *Homines & iumenta ſaluabis Domine*, &c. quaſi dicat, cùm Deus ad bruta vſque animantia curam ſuam extendere dignetur, multò magis eum rebus humanis proſpecturum. Eôdem ſpectant quæ ſequuntur.

8. *In tegmine alarum tuarum ſperabunt.*] S. Ambroſ. *in protectione*; S. Auguſt. *ſub tegmine*; Symmachus, *ὑπὸ σκιὰν τῶν πτερύγων σου ἀμεριμνοῦσι, ſub vmbra alarum tuarum ſine ſolicitudine degunt.* Alatum ſimilitudo ſatis trita & frequens eſt in Scripturis, quâ Deus exprimit, non aliter

Protectio Dei eximia.

ſe ſub tutela ſua nos fouere, quàm gallina foueat ſub alis pullos ſuos. Plura de diuina protectione vide ſuperiùs ad Pſal. 17. verſ. 3. annotata.

9. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ*, &c.] S. Hieron. pro *vbertate* poſuit pinguedinem. Duo ponit, ebrietatem & pinguedinem: quæ redundantem copiam voluptatis affluentiamque ſignificant, vt non leuem animi delectationem intelligamus, ſed verum & ſolidum pietatis ſenſum, vnde virtus velut ſanguinem hauriat, & ad omnem religionis functionem in dies magis roboretur. Eamdem vbertatem & abundantiam gratiarum, *torrentis* nomine pinxit Ezechiel: qui Ezech. 47.
ait ſe vidiſſe torrentem de Sanctuario egredientem, in cuius ripis arbores erant pomiferæ fructibus onuſtæ, & foliorum ſemper virentium pulchritudine ſpecioſæ. Res arcanis plena myſterijs, ſed quæ tamen, ſi oculos adijciamus, aliquo modo poſſit intelligi. Quid enim eſt aliud torrens ille de Sanctuario, ſiue templo, egrediens, niſi vbertas lætitiæ, conſolationis, & affluentis gratiæ, quæ ab ara, & Euchariſtiæ communione, velut à fonte Edeneo, in animam defluit? vnde fructus illi oriuntur, quos in piè communicantibus videmus.

Euchariſtia eſt vbertas domus Dei ſeu Eccleſiæ.

Quò etiam plerique interpretes hoſce duos Dauidis verſiculos non malè referunt, eoſque in iuſtis adhuc in præſenti vita impleri volunt. Verùm ſecundùm litteram magis propriè hæc ad æternam beatitudinis vitam referenda cenſeo, & ad ſtatum futuri ſæculi; ſiquidem non ſatis propriè, aut non perfectè inebriari dicuntur Sancti in hac vita, quibus hîc eſurientibus & ſitientibus promittit Saluator ſaturitatem, ſcilicet in futura vita. Sic quod dicitur apud Iſaiam de fidelibus: *Non eſurient, neque ſitient, & non percutiet eos æſtus & ſol, quia miſerator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos*; Ioannes in Apocal. in futura vita impleri interpretatur, prout etiam Regius hic Vates in alio Pſalmo declarat, dicens, *Adimplebis me lætitiâ cum vultu tuo.* in Hebræo eſt, *ſatietas gaudiorum cum vultu tuo*; hoc eſt, in præſentia tua, vbi nimirum faciem tuam, beneuolentiæ notis pictam & auguſtam, filijs tuis oſtendis. *Cum vultu tuo*, hoc eſt, vbi es præſens, vbi eſt omne lætitiarum genus, & quidquid animum exhilarare poteſt.

Sancti propriè inebriabuntur in futura vita.

Iſaiæ 49, 10.

Apoc. 7.

Pſal. 15, 11.

10. *Quoniam apud te eſt fons vitæ.*] Dicitur autem Deus *vita*, & *fons vitæ*. Primò, quia omnis vita, & ſuprema, & media, & infima, Angelorum, hominum, animalium & plantarum ab ipſo eſt, tamquam quædam illius vitæ fontalis adumbratio, vel participatio, clarior vel obſcurior: & omnis vita in ipſo eminenter, & ab æterno ſine menſura continetur.

Quomodo Deus ſit vita & fons vitæ.

Secundò, quia ipſe eſt vita infinita, immenſa, æterna, tum formaliter, tum obiectiuè. Formaliter quidem, quia vita ſuprema formalis in ipſius viſione, amore & fruitione conſiſtit. Ipſe autem eſt ſua viſio, ſuus amor, ſua fruitio, ac proinde eſt ſua vita formalis. Obiectiuè

verò

verò eſt ſuâ vita; quia eſt ſua vitalis eſſentia; in cuius viſione, amore & guſtu, vita formalis, æterna & beata conſiſtit. Vita eius infinita eſt, ſicut viſio eius, & amor, & gaudium de eſſentia ſua, quæ eſt bonum infinitum, in quo infinita bona continentur. Itaque ſicut totam ſapientiam ſuam, totum amorem, totum gaudium ſuum à ſeipſo habet, tam ex parte obiecti, quàm ex parte ipſius, vt ſic dicam, actus vitalis: ita totam vitam ſuam ex vtroque capite, & ſecundùm vtramque conſiderationem à ſeipſo habet.

Tertiò, dicitur vita omnium rerum, etiam poſſibilium, ſecundùm eſſe obiectiuum & intelligibile. omnia enim in illo viuunt per ſuas ideas & conceptus æternos, quibus illa concipit & intelligit. Per illos enim conceptus exiſtunt omnia in mente diuina obiectiuè, & lucent non minùs quàm ſi foris exiſterent. atque hoc modo accipiunt quoddam eſſe vitale & æternum, quod nihil eſt aliud, quàm à mente diuina intelligi. Ratione huius conceptus omnia dicuntur viuere in Deo, ſicut opus in mente artificis.

Quartò, peculiariter dicitur vita noſtra, quia, cùm mortui eſſemus peccatis, & addicti morti æternæ, quæ mors ſecunda dicitur, ipſe ab vtraque nos liberauit, & vitam gratiæ, per quam poſſemus peruenire ad vitam æternam, nobis infudit. Adde, quòd non ſemel tantùm vel bis mortuos peccatis viuificet; ſed centies, & millies: imò paratus ſit omnes omnino peccatores, quotieſcumque ſe per peccatum occiderint, & vitam diuinam in ſe extinxerint, iterùm viuificare, ſi ad ipſum per veram pœnitentiam confugerint. Imò innumeris modis eos ad vitam hanc vocat, allicit, inuitat, compellit.

Denique dicitur vita noſtra, tum quia eſt cauſſa omnium donorum gratiæ & gloriæ, quibus vitam æternam, diuinam, ſublimiſſimam & beatiſſimam viuemus: tum quia ipſe eſt obiectum vitæ æternæ, cùm in ipſius viſione & fruitione vita æterna conſiſtat. Vide plura de his apud Leſſium lib. 6. de Perfect. diuinis cap. 5. & S. Dionyſium lib. de Diuinis nominib. cap. 6. vbi hæc diuino ſtylo deſcribit. vbi quædam etiam annotauimus, quæ hunc locum illuſtrent.

IBIDEM. *In lumine tuo videbimus lumen.*] Id eſt, auxilio luminis gloriæ videbimus lumen faciei tuæ. Ex hoc loco non malè probant Theologi neceſſitatem luminis gloriæ, ad videndam eſſentiam Dei. Nam lumen noſtrum, id eſt naturale, non ſufficit vt mens ad claram Dei viſionem eleuetur: quemadmodum nec ſol cerni poteſt niſi per proprium ſuum lumen. Ad illum enim conſpiciendum fruſtra quis ſe vti poſſe ſperet luce alienâ, veluti lunæ, ſtellarum, ignis, candelæ, &c quantumuis copioſâ. Priore igitur loco lumen Dei eſt diuina quædam illuminatio, quæ appellatur à Theologis lumen gloriæ, euehens & corroborans intrinſecus mentem Beati ad videndum Deum. Poſteriore verò intelligitur diuina facies, ſiue ipſa Dei eſſentia. q. d. Te nos irradiante ac illuminante ad tui cognitionem perfectam, te tunc videbimus ſicuti es. Illud enim lumen gloriæ creatum, neceſſarium eſt ad cernendum lumen increatum: quia nimirum Deus tantæ excellentiæ, tantique ſplendoris eſt, vt ab anima, imò nec ab Angelo, aut vlla pura creatura, in ſuis naturalibus ſolis conſtituta, cerni clarè

Neceſſarium eſt lumen gloriæ, ad videndum Deum.

non poſſit. Quare dicitur, *Inuiſibilis, & lucem inhabitans inacceſſibilem:* ſcilicet propter infinitam eius ſupra omnem creatum intellectum eleuationem, ad quam pertingere mens nulla per ſe poteſt. vnde à Græcis dicitur dumtaxat cerni per συγκατάβασιν, id eſt, *condeſcenſum*, dum ſe cernentium captui & infirmitati attemperat. vide quæ diximus ad S. Dionyſij Areopag. de Diu. nomin. cap. 1. 4. 7. & Myſticæ Theolog. cap. 1. & in Epiſtol. ad Caium, & alibi.

ANNOTATIONES CORDERII. 1. Tim. 1, & 6.

12. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ.*] Benè ait *pes ſuperbiæ*, non pedes: ſuperbo enim (vt acutè in opere Morali de Peccato notat Lobbetius noſter) pes eſt vnicus. Ideóque ſicut diu conſiſtere non poteſt, qui vnico tantùm ſtat pede, eóque totam incumbentis corporis molem ſuſtinet; ita etiam nec diu ſtare poteſt ſuperbus peccator: nutabit ille, dubiumque librabit corpus, ac tandem præceps in ruinam dabit. Et hoc quidem errore, vel vnius noxæ mortalis, à quia in monſtrum degenerant omnia membra, dum ab ipſo naturæ ſenſu, & rationis inclinatione recedunt. Pes ſiquidem hominis qui ſtare debuit in via recta, ſimul atque ſuperbiâ corripitur, illicò ceſpitat & labitur in obliquis peccati ſemitis; ad libidinem, ad cædes, ad ſcelus omne velociter decurrit. Ea nimirum eſt humani pedis, id eſt affectus, in malum inclinatio; quam vt ſuis limitibus ſiſteret Sapiens, benè monuit: *Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram: auerte pedem tuum à malo.* Eſt virtus in medio ſita: medio tutiſſimus ibis: ſi declinaueris, errabis. Dauid itaque ruinam ſuperbis timendam, & præcipitia culminibus proxima non ignorans, enixè Deum deprecatur: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me.* Sed quid ſuperbiæ pedi cum peccatoris manu, à quâ moueri Vates timet? An quia firmus ſtare non poteſt, ſed facilè huc illuc impellitur, qui ſuperbiæ innititur atque iactantiæ? Ita profectò eſt. Quamobrem prius petit, ne ſibi ſuperbiæ pes veniat, quàm à peccatoris manu de ſua firmitate dimoueatur; quia vbi adeſt ſuperbia, procliuis eſt lapſus; & à quouis impellente facilè quis deijcitur: vti pulchrè his verbis S. Auguſt. locum hunc exponit: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ: ſi enim venerit pes ſuperbiæ, mouet manus peccatoris. Quæ eſt manus peccatoris? malè ſuadentis operatio. ſi factus es ſuperbus, citò te corrumpit qui malè ſuadet.* Sic ille. Facilè cadit, & in præcipitium trahitur, qui ſuperbiâ corripitur. Nec ait, Manus peccatoris non moueant me; vna ſufficit, vt deijciatur qui ſuperbus eſt: leui brachio, leui vnius manus impulſu cadit. Vnde ſubdit:

Superbus vno pede nititur, vnde facilè cadit.

Prou. 4, 27.

13. *Ibi ceciderunt omnes.*] S. Ambroſ. & Vulgata non habent *omnes*; Symmachus, ἐκεῖ πίπτουσιν οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὠθοῦνται, καὶ οὐ δυνήσονται στῆναι, *vbi cadunt operantes iniquitatem, impelluntur, & non poterunt ſtare.* Quin & apud Septuag. illud, οὐ μὴ δύνωνται, videtur pertinere ad futurum; collatæ tamen editiones Latinæ habent, *potuerunt.* Pulchrè autem hîc rationem reddit, cur tantoperè ſibi timeat à ſuperbia, quia ſcilicet communis eſt ſcopulus, in quem ferè omnes impingunt, quotquot pereunt. *Quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia: qui tenuerit eam, adimplebitur maledictis, & ſubuertet eum in finem*, vt ait Eccleſiaſticus. Hæc Luciferum

Superbia eſt communis ſcopulus pereuntium.

Eccli. 10, 15.

PARAPHRASIS PATRVM.

cum complicibus ſuis; præcipites egit è cælo, Adamum & Euam eiecit è paradiſo, quia per eam peccatum in orbem intrauit, quod totam humani generis maſſam infecit: vnde morbi, luctus, mœror, lethumque, cum damnorum & incommodorum iliade, cum horrore ſtygio, cum ærumnoſa æternitate. Quæ explicatio facilis eſt, & ſuperiùs in Græco Commentario attingitur, vbi etiam iſti voculæ *ibi*, emphaſis ineſſe oſtenditur, & varia illius interpretatio adfertur. In eadem quoque Genebrardus hebraiſmum agnoſcit, cuius potiſſimùm vſus ſit, quando res acerbæ ſignificantur: tales enim ſæpenumerò non exprimuntur ſuis nominibus, ſed aliquo relatiuo inuoluuntur, quod ipſe vocat *relatiuum ſine antecedente*. Ita vt vox *ibi*, idem ſit quod *in gehenna*, de qua tamen anteà non erat ſermo. Et confirmat iſtis verbis Iobi: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Vbi aduerbium *illuc*, non eſt in vterum matris, ſed in ſepulcrum, de quo tamen nullam anteà fecerat mentionem.

Hebraiſmus relatiui ſine antecedente.

Iob 1, 21.

IN PSALMVM XXXVI. ARGVMENTVM.

1. Pſalmus ipſi Dauid.

Admonitionem adfert omnibus hominibus Propheta, commonefaciens quidem æquo animo ferre res moleſtas, quæ accidunt; felicitates verò malorum hominum & proſperitates, nequaquam beatas exiſtimare, imò miſeras nuncupare.

α΄. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Παραίνεσιν εἰσφέρει πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ προφήτης, φέρειν μὲν παρακαλῶν τὰ προσπίπτοντα λυπηρά· τὰς δὲ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων εὐημερίας καὶ εὐπραγίας, μὴ μακαρίας νομίζειν, ἀθλίας δὲ μᾶλλον ἀποκαλεῖν.

PARAPHRASIS.

NOLI æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.

Mali non æmulandi. Hoc autem, *Noli æmulari*, Symmachus quidem, *ne contendas*; Theodotion verò, *ne irritare*, interpretatus eſt. Ideſt, Noli incitari in imitationem iniquorum hominum, cùm eorum videris proſperitatem. Et oſtendens inconſtantiam felicitatis, ſubiungit:

2. Quoniam tamquam fœnum velociter areſcent: & quemadmodum olera herbarum, citò decident.

Iſa. 40, 6. Hæc etiam diuinus Iſaias ait: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis, quaſi flos fœni. Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos; verbum autem Domini manet in æternum.* Hoc & beatus Dauid ait.

3. Spera in Domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & paſcêris in diuitijs eius.

4. Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.

Spei in Deum vtilitas. Per omnia docuit ſpei in Deo collocatæ vtilitatem. Qui enim, inquit, in illo ſpem fixam habet, & ab illo paſcitur; bonis ab ipſo ſuppeditatis perfruetur. Excellenter autem

ΜΗ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν.

Τὸ δὲ, μὴ παραζήλου, ὁ μὲν Σύμμαχος, μὴ φιλονείκει· ὁ δὲ Θεοδοτίων, μὴ παρερεθίζου, ἡρμήνευσαν. ἀντὶ τοῦ, μὴ παροξύνου εἰς μίμησιν τῶν παρανομίᾳ συζώντων, τὴν προσγινομένην αὐτοῖς εὔκλειαν θεώμενος. Καὶ δεικνὺς τῆς εὐποτμίας τὸ πρόσκαιρον, ἐπάγει·

β΄. Ὅτι ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται, καὶ ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται.

Ταῦτα καὶ ὁ θεῖος ἔφη ὁ Ἡσαΐας, Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε, τὸ δὲ ῥῆμα κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ ἔφη.

γ΄. Ἔλπισον ἐπὶ κύριον, καὶ ποίει χρηστότητα, καὶ κατασκήνου τὴν γῆν, καὶ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτῆς.

δ΄. Κατατρύφησον τοῦ κυρίου, καὶ δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου.

Διὰ πάντων ἐδίδαξε τὸ εἰς Θεὸν ἐλπίδος τὸ κερδαλέον. Ὁ γὰρ εἰς αὐτὸν, φησιν, ἐλπίζων, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινόμενος, τῶν ὑπ' αὐτοῦ χορηγουμένων ἀγαθῶν ἀπολαύσεται. Διαφερόντως δὲ

τοὔξον-

τεύξονται τούτων, οἱ ζυφὴν ἡγούμενοι τὴν διηνεκῆ πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν.

έ. Ἀποκάλυψον πρὸς κύριον τὴν ὁδόν σου, καὶ ἔλπισον ἐπ' αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ποιήσει.

ϛ'. Καὶ ἐξοίσει ὡς φῶς τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ τὸ κρίμα σου ὡς μεσημβρίαν.

Τῷ θεῷ, φησι, καὶ σαυτὸν, καὶ τὰς σὰς πράξεις ἀνάθου, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ προσμένε ῥοπήν. Αὐτὸς γὰρ οἷα δικαστὴς ἐξοίσει δικαίαν τὴν ψῆφον, καὶ ἀνακηρύξει σε, καὶ λαμπρὸν ἀπεργάσεται, ὡς εἶναι δῆλον ἅπασι καθὼς τῆς μεσημβρίας τὸ φῶς.

ζ. Ὑποτάγηθι τῷ κυρίῳ, καὶ ἱκέτευσον αὐτόν.

Ταῦτα τοίνυν εἰδὼς, πείθου τῷ θεῷ κυβερνῶντι, καὶ αἴτει παρ' αὐτοῦ τὰ ἀγαθὰ διατελεῖ.

Μὴ παραζήλου ἐν τῷ κατευοδουμένῳ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ, ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίαν.

Κἄν τινα ἴδῃς πονηρὰ προαιρούμενον, καὶ κατὰ ῥοῦν φερόμενον, μὴ δυσχεράνῃς, ὡς μηδενὸς τὴν κτίσιν ἰθύνοντος. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἐπαγόμενον·

ή. Παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς, καὶ ἐγκατάλιπε θυμόν· μὴ παραζήλου ὥστε πονηρεύεσθαι.

θ. Ὅτι οἱ πονηρευόμενοι ἐξολοθρευθήσονται· οἱ δὲ ὑπομένοντες τὸν κύριον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι γῆν.

ί. Καὶ ἔτι ὀλίγον, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξει ὁ ἁμαρτωλός· καὶ ζητήσεις τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ εὕρῃς.

ιά. Οἱ δὲ πραεῖς κληρονομήσουσι γῆν, καὶ κατατρυφήσουσιν ἐπὶ πλήθει εἰρήνης.

Μὴ ἴδῃς αὐτῶν τὴν εὐημερίαν, ἀλλὰ προσμένον τὸ τέλος, καὶ ὄψει τὸν ὄλεθρον. Εὖ γὰρ ἴσθι, ὅτι οἱ μὲν τῆς θείας ἐλπίδος σφᾶς αὐτοὺς ἀναρτήσαντες, καὶ τὸν ἐπιεικῆ προαιρούμενοι βίον, ἐν ἀπραγμοσύνῃ καὶ εἰρήνῃ διατελέσουσι, τρυφὴν ἔχοντες μόνιμον, τοῦ συνειδότος τὴν καθαρότητα. οἱ δὲ τῇ προσκαίρῳ εὐημερίᾳ θαρροῦντες, ταχεῖαν δέξονται τὴν μεταβολήν,

hæc conſequentur, qui continuam cum eo conuerſationem veras eſſe delicias putant. PARAPHRASIS PATRVM.

5. Reuela * ad Dominum viam tuam, & ſpera in eo: & ipſe faciet. * Vulgata, Domino

6. Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tamquam meridiem.

Deo, inquit, & teipſum, & tuas actiones offer; & ab ipſo auxilium expecta. Nam ipſe vt iudex iuſtam ſententiam proferet, & celebrabit te, & illuſtrem reddet, vt omnibus ſis clarus veluti meridiana lux. *A Deo expectandum auxilium.*

7. Subditus eſto Domino, & ora eum.

Hæc igitur ſciens, obtempera Deo gubernatori, & perge ab ipſo bona poſtulare.

Noli æmulari in eo qui proſperatur in via ſua: in homine facientе iniuſtitiam.

Si quempiam videris praue agentem, & ſimul ſecundo flumine ferri; noli indignari, quaſi nemo mundum hunc gubernet. Hoc enim ſignificat id quod ſequitur:

8. Deſine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari, vt maligneris.

9. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur: ſuſtinentes autem Dominum, ipſi hereditabunt terram.

10. Et adhuc puſillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.

11. Manſueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

Ne reſpicias ſecundas res illorum, ſed exſpectato finem, & videbis perniciem. Etenim certus eſto, quod hi qui à diuina ſpe pendent, & manſuetam vitam elegerunt, in pleno otio & pace degent, delicias habentes permanentes, ipſam conſcientiæ puritatem: hi verò qui temporariæ felicitati confidunt, celerem mutationem accipient, *Manſueti terram poſſident.*

PARAPHRASIS PATRVM.

& omnimodæ obliuioni tradentur.

12. Obſeruabit peccator iuſtum: & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.

13. Dominus autem irridebit eum: quoniam proſpicit, quòd veniet dies eius.

Et per hæc conſolationem iniuriâ affectis affert. Oſtendit enim, peccatorem quidem rabie percitum eſſe, & furere contra eos qui quietam vitam amplexi ſunt: iuſtum verò iudicem illius conatum irridere; vt qui celerem ipſius finem præuideat.

14. Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum ſuum,

Vt deijciant pauperem & inopem: vt trucident rectos corde.

15. Gladius eorum intret in corda ipſorum: & arcus eorum confringantur.

Inſidiæ impiorum vanæ.

Eumdem ſenſum hæc habent cum ſuperioribus. Nam edocet iniuſtum quidem omnibus machinationibus, contra eos qui nihil peccarunt, vſum fuiſſe; verùm fore vt in proprios laqueos incidat. Gladium enim & arcum, vocauit diuerſas inſidias.

16. Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas.

Iuſtorum frugalitas diuitijs potior.

Melior eſt, inquit, frugalitas cum iuſtitia, quàm diuitiæ iniquæ, & affluentia iniuſta: Deinde oſtendens vtrorumque fructum, ait:

17. Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iuſtos Dominus.

Brachia peccatorum, vocat practicas eorum vires, ſeu potentias.

18. Nouit Dominus vias immaculatorum: & hereditas eorum in æternum erit.

19. Non confundentur in tempore malo, & in * die famis ſaturabuntur:

** Vulg. diebus*

20. Quia peccatores peribunt.

Proborum Deus curam habet.

Omnem conſequuntur opem, qui vitam criminis expertem amplexi ſunt. Licet enim

καὶ λήθῃ παραδοθήσονται παντελεῖ.

ιβ΄. Παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον, καὶ βρύξει ἐπ' αὐτὸν τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ.

ιγ΄. Ὁ δὲ κύριος ἐκγελάσεται αὐτὸν, ὅτι προβλέπει, ὅτι ἥξει ἡ ἡμέρα αὐτοῦ.

Καὶ διὰ τούτων παραψυχὴν τοῖς ἀδικουμένοις προσφέρει. Δείκνυσι γὰρ τὸν μὲν παρανομοῦντα λυττῶντα καὶ μεμηνότα κατὰ τῶν τὸν ἀπράγμονα βίον ἑλομένων· τὸν δὲ δίκαιον κριτὴν καταγελῶντα τῆς ἐγχειρήσεως, ἅτε δὴ ταχεῖαν αὐτοῦ τὴν τελευτὴν προορῶντα.

ιδ΄. Ῥομφαίαν ἐσπάσαντο ἁμαρτωλοὶ, ἐνέτειναν τόξον αὐτῶν,

Τοῦ καταβαλεῖν πτωχὸν καὶ πένητα, τοῦ σφάξαι τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.

ιε΄. Ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν, καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντριβείη.

Τὴν αὐτὴν ἔχει τοῖς προειρημένοις καὶ ταῦτα διάνοιαν. Διδάσκει γὰρ ὡς παντοδαπαῖς μὲν ὁ ἄδικος κατὰ τῶν οὐδὲν ἠδικηκότων κέχρηται ταῖς μηχαναῖς, ταῖς δὲ οἰκείαις περιπεσεῖται πάγαις. Ῥομφαίαν γὰρ καὶ τόξον κέκληκε τὰς διαφόρας ἐπιβουλάς.

ιϛ΄. Κρεῖσσον ὀλίγον τῷ δικαίῳ, ὑπὲρ πλοῦτον ἁμαρτωλῶν πολύν.

Ἀμείνων, φησὶ, μετὰ δικαιοσύνης αὐτάρκεια παρανόμου πλούτου, καὶ περιουσίας ἀδίκου. Εἶτα δεικνὺς τὴν ἀμφοτέρων ἐπικαρπίαν, φησί·

ιζ΄. Ὅτι βραχίονες ἁμαρτωλῶν συντριβήσονται· ὑποστηρίζει δὲ τοὺς δικαίους ὁ κύριος.

Βραχίονας ἁμαρτωλῶν τὰς πρακτικὰς αὐτῶν δυνάμεις καλεῖ.

ιη΄. Γινώσκει κύριος τὰς ὁδοὺς τῶν ἀμώμων, καὶ ἡ κληρονομία αὐτῶν εἰς αἰῶνα ἔσται.

ιθ΄. Οὐ καταισχυνθήσονται ἐν καιρῷ πονηρῷ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ λιμοῦ χορτασθήσονται·

κ΄. Ὅτι οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπολοῦνται.

Πάσης ἀπολαύουσι προνοίας, οἱ ἄμεμπτον βίον αἱρούμενοι. Κἂν γὰρ συμφο-

συμφοραῖς περιπέσωσι, κρείττους ἀποφαίνονται τούτων, καὶ κοινῆς γινομένης ἐνδείας, παρὰ τοῦ Θεοῦ δέξονται τὴν αὐτάρκειαν· καὶ πρὸς τούτοις τῶν αἰωνίων ἀπολαύσουσιν ἀγαθῶν.

Οἱ δὲ ἐχθροὶ τοῦ κυρίου, ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτοὺς, καὶ ὑψωθῆναι, ἐκλίποντες ὡσεὶ καπνὸς ἐξέλιπον.

Λέγει δὲ, ὅτι οἱ θεομισεῖς διὰ τὰς οἰκείας παρανομίας ἄνθρωποι, (ὀλίγον ἀνθήσαντες χρόνον, καὶ δόξαντες εἶναι περιφανεῖς καὶ περίβλεπτοι) δίκην καπνοῦ διελύθησαν.

κα΄. Δανείζεται ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐκ ἀποτίσει· ὁ δὲ δίκαιος οἰκτείρει, καὶ δίδωσιν.

κβ΄. Ὅτι οἱ εὐλογοῦντες αὐτὸν κληρονομήσουσι γῆν, οἱ δὲ καταρώμενοι αὐτὸν, ἐξολοθρευθήσονται.

Τοῦτο τῷ πατριάρχῃ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο· Εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι.

κγ΄. Παρὰ κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει.

κδ΄. Ὅταν πέσῃ, οὐ καταραχθήσεται· ὅτι κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτοῦ.

Τούτου γὰρ χάριν εὐλογεῖ μὲν τὸν εὐλογοῦντα τὸν δίκαιον, τὸν δὲ καταρώμενον τοῖς ἴσοις ἀμείβεται, ἐπειδὴ αὐτὸς κατευθύνει τὰς τῶν δικαίων ὁδούς. Ἀδύνατον γὰρ δίχα τῆς αὐτοῦ χάριτος, ἀμέμπτως ὁδεῦσαί τινα τὴν ἀρετῆς ὁδόν. Συνεργεῖ μέντοι τοῖς τοῦτον ἔχουσι τὸν σκοπὸν, καὶ χρεία κατ᾽ αὐτὸν συνδραμεῖν εἰς τὴν κτῆσιν τῆς ἀρετῆς προθυμίαν ἀνθρωπίνην, καὶ θείαν προμήθειαν. Οὕτω γὰρ ἂν ὀλισθήσῃ ποτὲ ὁ τήνδε τὴν πορείαν ποιούμενος, τῆς θείας ἀντιλήψεως τεύξεται. Οὕτως ὁ θεῖος προσπταίσας Δαβὶδ, καὶ κατενεχθῆναι κινδυνεύσας εἰς γῆν, ὑπὸ τῆς θείας χάριτος ἠξιώθη.

κε΄. Νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους.

κϛ΄. Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δα-

in calamitates incidant, his ſuperiores euadunt; &, communi inopiâ graſſante, à Deo quantum ſatis ſit, accipient, & adhæc, ſempiternis bonis perfruentur. PARAPHRASIS PATRVM.

Inimici verò Domini, mox vt honorificati fuerint, & exaltati: deficientes quemadmodum fumus * defecerunt. * Vulg. deficient.

Dicit autem homines ob propria peccata Dei inimicos (cùm parum temporis floruerint, & illuſtres ac clari eſſe viſi fuerint) vt fumum diſſolutos fuiſſe. *Improbi vt fumus deficiunt.*

21. * Mutuatur peccator, & non ſoluet: iuſtus autem miſeretur, & * tribuit. * Vulg. mutuabitur * tribuet.

22. Quia benedicentes eum, hereditabunt terram; maledicentes autem ei, diſperibunt.

Hoc Patriarchæ Abrahæ Deus promiſit: *Benedicam benedicentes te, & maledicentes te maledicam.* Gen. 12,3.

23. * A Domino greſſus hominis diriguntur: & viam eius volet. * Vulg. Apud Dominum

24. Cùm ceciderit, non collidetur: quia Dominus * confirmat manum * eius. * Vulg. ſupponit * ſuam.

Hac vtique de cauſſa benedicit quidem benedicentem iuſto, maledicentem verò paribus remunerat; quoniam ipſe iuſtorum vias dirigit. Fieri enim non poteſt, vt quis abſque ipſius gratia, ſine crimine, virtutis viam deambulet. Adiuuat igitur illos qui talem ſibi ſcopum propoſitum habent; & neceſſe eſt vt ad virtutem obtinendam, humana diligentia cum ope diuina concurrat. Sic enim, licet aliquando is, qui hoc iter facit, prolabatur, diuinum tamen auxilium conſequetur. Ita diuinus ille Dauid, cùm impegiſſet, & ne in terram corrueret periclitaretur, diuinam gratiam conſecutus eſt. *Iuſtos dirigit Deus.*

25. Iunior fui, etenim ſenui: & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.

26. Tota die miſeretur & commodat

PARAPHRASIS PATRVM.

modat * iuſtus: & ſemen illius in benedictione erit.

νείζει ὁ δίκαιος· καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς εὐλογίαν ἔσται.

* *Vulg. omittit iuſtus:*

Iuſtus numquam à Deo deſeritur.

Cùm fuerim iunior, & nunc ſenuerim, non ſcio me vidiſſe iuſtum diuinâ prouidentiâ deſtitutum. Etenim iuſtus iudex, non modò ipſorum, verùm illorum etiam qui ex ipſis naſcuntur, omnem curam gerit.

Καὶ νέος ὤν, καὶ εἰς γῆρας ἐλθών, οὐκ οἶδα θεασάμενος δίκαιον τῆς θείας ἔρημον προνοίας γινόμενον. Ὁ γάρ τοι δίκαιος κριτής, οὐ μόνον αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν φυομένων, πᾶσαν ποιεῖται κηδεμονίαν.

27. Declina à malo, & fac bonum: & inhabita in ſæculum ſæculi.

κζ. Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν, καὶ κατασκήνου εἰς αἰῶνα αἰῶνος.

Cùm hæc igitur noueritis vos omnes homines, & virtutis malitiæque præmia didiceritis; fugite quidem ſceleris ſpecies, contrariam verò viam ambulate, vt ſempiternis bonis perfruamini.

Ταῦτα τοίνυν εἰδότες ἅπαντες ἄνθρωποι, καὶ μεμαθηκότες τῆς ἀρετῆς, καὶ τῆς κακίας τὰ ἐπίχειρα, φεύγετε μὲν τῆς κακίας τὰ εἴδη, ὁδεύσατε δὲ τὴν ἐναντίαν ὁδόν, ἵνα τῶν αἰωνίων ἀπολαύσητε ἀγαθῶν.

28. Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet ſanctos ſuos: in æternum conſeruabuntur.

κη. Ὅτι κύριος ἀγαπᾷ κρίσιν, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψει τοὺς ὁσίους αὐτοῦ· εἰς τὸν αἰῶνα φυλαχθήσονται.

* *Vulgata omiſit verò*

Iniuſti * verò punientur: & ſemen impiorum peribit.

Ἄνομοι δὲ ἐκδιωχθήσονται, καὶ σπέρμα ἀσεβῶν ἐξολοθρευθήσεται.

29. Iuſti autem hereditabunt terram: & inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam.

κθ. Δίκαιοι δὲ κληρονομήσουσι γῆν, καὶ κατασκηνώσουσιν εἰς αἰῶνα αἰῶνος ἐπ' αὐτῆς.

Deus ſe noſtris meritis accommodat.

Cùm recto iuſtoque iudicio vniuerſorum Dominus vtatur, remunerationes ſtudijs accommodatas dabit: & iuſtitiæ quidem ſtudioſos omni curâ dignabitur, contraria verò eligentes, radicitus euellet. Sic, cùm vtrorumque fructus oſtendiſſet, deinceps edocet, quomodo iuſtitia, quæ Deo accepta ſit, exerceri poſſit.

Ὀρθῇ καὶ δικαίᾳ κρίσει χρώμενος ὁ τῶν ὅλων κύριος, πρεπούσας τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰς ἀντιδόσεις ποιήσεται. καὶ τοὺς μὲν τῆς δικαιοσύνης ἐραστάς, πάσης ἀξιώσει κηδεμονίας· τοὺς δὲ τἀναντία προαιρουμένους, ἀνασπάσει προρρίζους. Οὕτω τοὺς ἑκατέρων δείξας καρπούς, διδάσκει λοιπόν, πῶς ἔνεστι τὴν τῷ θεῷ φίλην κατορθῶσαι δικαιοσύνην.

30. Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

λ. Στόμα δικαίου μελετήσει σοφίαν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ λαλήσει κρίσιν.

31. Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius.

λα. Ὁ νόμος τοῦ θεοῦ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὑποσκελισθήσεται τὰ διαβήματα αὐτοῦ.

Meditationis fructus.

Decet, inquit, & linguâ, & mente diuina oracula circumferre, & hæc ſemper meditari. Sic enim virtutis ſtudioſus, quid agendum ſit diſcens, intrepidus & immobilis manebit, ſuperior factus ijs qui illum deijcere conabantur.

Προσήκει, φησί, κἂν τῇ γλώσσῃ, κἂν τῇ διανοίᾳ, τὰ θεῖα λόγια περιφέρειν, καὶ τὴν τούτων μελέτην ποιεῖσθαι διηνεκῶς. Οὕτω γὰρ τὸ πρακτέον μανθάνων ὁ τῆς ἀρετῆς ἐραστής, ἀτρεμὴς μένει καὶ ἀσάλευτος, τῶν καταβαλεῖν αὐτὸν ἐπιχειρούντων περιγινόμενος.

32. Conſiderat peccator iuſtum: & quærit mortificare eum.

λβ. Κατανοεῖ ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον, καὶ ζητεῖ τοῦ θανατῶσαι αὐτόν.

λγ. Ὁ

λγ΄. Ὁ δὲ κύριος οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃ αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, οὐδὲ μὴ καταδικάσηται αὐτὸν, ὅταν κρίνηται αὐτόν.

Διαφόρως τὰ αὐτὰ λέγει, τῇ πλείονι μελέτῃ μονιμωτέραν κατασκευάζων τὴν μνήμην. Λέγει δὲ ὡς οὐ περιόψεται τὸν δίκαιον ὁ δεσπότης, ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ τῶν πονηρῶν, οὐδὲ συμψηφιεῖται αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα τολμῶσιν, ἀλλ' ὑποδείξει διασχιδάσαι τὰ δίκτυα.

λδ΄. Ὑπόμεινον τὸν κύριον, καὶ φύλαξον τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ ὑψώσει σε, τοῦ κατακληρονομῆσαι γῆν· ἐν τῷ ἐξολοθρεύεσθαι ἁμαρτωλοὺς ὄψει.

Ταῦτα τοίνυν μεμαθηκὼς τὴν θείαν περίμενε ψῆφον, καὶ τοὺς κειμένους φύλαττε νόμους. Οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ γενήσῃ περίβλεπτος, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τῶν μονίμων ἀγαθῶν ἀπολαύσεις, καὶ ὄψει τῶν ἁμαρτωλῶν τὸ ἐπιστάθλιον τέλος. Εἶτα, ἐπεὶ πολλοὺς ἀνιᾷ τὸ μὴ νῦν ὁρᾶν τῶν ἀδίκων τὴν τιμωρίαν, εἰκότως ἀπὸ τῶν γεγενημένων, πιστοῦται τὰ μέλλοντα.

λε΄. Εἶδον τὸν ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου.

λϛ΄. Καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν· καὶ ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ.

Εἶδε γὰρ ὁ μέγας Δαβὶδ καὶ τῆς Σαοὺλ βασιλείας τὸ τέλος, καὶ τῆς τοῦ Ἀβεσαλὼμ τυραννίδος τὸν ὄλεθρον, καὶ Ναὰς τοῦ Ἀμμανίτου τὴν ὑπερηφανίαν, καὶ τὴν ἀπώλειαν, καὶ τοῦ ἀλλοφύλου Γολιὰθ σὺν τῷ τύφῳ τὸν θάνατον, καὶ ἄλλων αὐτῶν πρὸς τούτοις οὐκ ὀλίγων, καὶ τὴν ἀλαζονείαν, καὶ τὴν πανωλεθρίαν. Εἰκότως τοίνυν τοῖς ἀκάρποις δένδροις τὴν ἐκείνων δυναστείαν ἀπείκασε. Φρούδους δὲ ἔφη γεγενῆσθαι, οὐ μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκείνων τόπους. Διὰ τούτων δὲ τὴν μνήμην ἐδήλωσεν. Εἶτα πάλιν εἰσήγησιν εἰσφέρει καὶ συμβουλήν.

λζ΄. Φύλασσε ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα· ὅτι ἐστὶν ἐγκατάλειμμα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ.

Μὴ ἀποβλέψῃς, φησὶν, εἰς τὰ παρόντα

33. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum, cùm iudicabitur illi. PARAPHRASIS PATRVM.

Diuerſis modis eadem dicit, vt frequenti meditatione tenaciorem reddat memoriam. Dicit autem Dominum minimè deſpectuſum eſſe hominem iuſtum, ab iniquis circumuentum; neque conſenſurum ipſis qui iſtiuſmodi machinantur; ſed effecturum, vt retia tranſiliat.

34. Expecta Dominum, & cuſtodi viam eius: & exaltabit te, vt hereditate capias terram: cùm perierint peccatores, videbis.

Expectandus Dominus.

Cùm igitur hæc didiceris, diuinam ſententiam expecta, & leges propoſitas cuſtodi. Sic enim & in præſenti vita illuſtris eris, & in futura ſempiternis bonis perfrueris, & videbis ærumnoſum peccatorum finem. Deinde quoniam multi mœrore afficiuntur, quòd impræſentiarum minimè videant ſupplicium iniquorum, meritò à rebus præteritis futuras confirmat.

35. Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani.

36. Et tranſiui, & ecce non erat: & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.

Dauid ſuperſtes fuit omnibus inimicis ſuis.

Vidit namque magnus Dauid, & finem regni Saülis, & ſtragem tyrannidis Abſalomi, & ſuperbiam & interitum Naas Ammanitæ, & vnà cum faſtu Goliathi alienigenæ mortem, & præter hos aliorum non paucorum arrogantiam & vltimam perniciem. Meritò igitur illorum felicitatem ſterilibus arboribus comparauit. Euanuiſſe autem dicit, non ſolùm ipſos, verùm etiam eorum loca. Ceterùm per hæc memoriam demonſtrauit. Deinde rurſus admonitionem & conſilium ſuggerit.

37. Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico.

Ne reſpicias, inquit, in præſentes calami-

PARAPHRASIS PATRVM. *Non tam præſentia quàm futura conſideranda.*

lamitates, ſed futura expecta: nam erit tempus, quo ijs qui integritate & æquitate vſi ſunt, merces congrua rependetur.

λυπηρὰ, ἀλλὰ προσδέχου τὰ μέλλοντα. ἔσαι γὰρ καιρὸς, ἐν ᾧ τοῖς ἁπλότητι καὶ εὐθύτητι κεχρημένοις, ἀποδοθήσεται ὁ προσήκων μισθός.

** Vulgata ſimul.*

38. Iniuſti autem diſperibunt * in idipſum: reliquiæ impiorum interibunt.

λη. Οἱ δὲ παράνομοι ἐξολοθρευθήσονται ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τὰ ἐγκαταλείμματα τῶν ἀσεβῶν ἐξολοθρευθήσονται.

In illo, inquit, tempore, etiam hi ſua præmia recipient, communem interitum præſtolantes.

Ἐν ἐκείνῳ, φησὶ, τῷ καιρῷ καὶ οὗτοι τὰ ἐπίχειρα δέξονται, κοινὸν ὑπομένοντες ὄλεθρον.

** Vulgata non habet eſt*

39. Salus autem iuſtorum à Domino: & protector eorum * eſt in tempore tribulationis.

λθ. Σωτηρία δὲ τῶν δικαίων παρὰ κυρίου, καὶ ὑπερασπιστὴς αὐτῶν ἐστιν ἐν καιρῷ θλίψεως.

40. Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & ſaluabit eos: quia ſperauerunt in eo.

μ. Καὶ βοηθήσει αὐτοῖς κύριος, καὶ ῥύσεται αὐτοὺς, καὶ ἐξελεῖται αὐτοὺς ἐξ ἁμαρτωλῶν, καὶ σώσει αὐτοὺς, ὅτι ἤλπισαν ἐπ' αὐτόν.

Iuſtitiæ autem operatores diuino auxilio perfruentes, etiam ſalutem conſequentur.

Οἱ δὲ δικαιοσύνης ἐργάται τῆς θείας ῥοπῆς ἀπολαύοντες, καὶ σωτηρίας τεύξονται.

COMMENTARIVS.

Maligni diuites non imitandi.

1. NOLI ÆMVLARI IN MALIGNANTIBVS.] Cùm omnes homines diuitum res proſperas moleſtè ferre ſoleamus, præſertim ſi fuerint iniqui, hoc diſſuadet in exordio: Ne imiteris, inquit, malignantes, etſi diuites facti fuerint; neque præuaricantes, licet ex iniquitate diuitias acquiſiuerint. *Æmulatio quid.* Siquidem indignari, & ad zelotypiam commoueri, vocat æmulari. Vnde Aquila, *noli dimicare*, interpretatus eſt; Symmachus verò, *noli contendere cum facinoroſis*; Hebraica verò lectio, *noli irritari*. Quale eſt illud, *Ipſi irritauerunt me:* (4. Eſd. 1, 7.) & apud Paulum, *An æmulamur Dominum?* (1. Cor. 10, 22.) *Aemulari* autem eſt ſibi etiam optare bonum illud, quod quis proximo adeſſe exiſtimauit. Æmulatio ergo indifferens eſt: ac interdum quidem bona, vt, *Bonum autem æmulamini in bono ſemper.* (Gal. 4, 18.) E contrà verò, *Aemulantur*, inquit, *vos non benè.* (Ibid. 17.) nam inuidentia numquam bona eſſe poteſt, cùm ſit triſtitia de proximi felicitate. Noli igitur, inquit, irritari ad imitandum, cùm malignantes videris proſperari: *Neque zelaueris*, id eſt, ne beatos illos prædicaueris: nam cùm paululùm floruerint, exſiccantur. Quid igitur habent zelo dignum, qui paululùm floruerunt? Pulchrè

α. ΜΗ ΠΑΡΑΖΗΛΟΥ ΕΝ ΠΟΝΗΡΕΥΟΜΕΝΟΙΣ.] Ἐπεὶ πάντες ἄνθρωποι δάκνεσθαι ἐπὶ ταῖς τῶν πλουτούντων εὐημερίαις εἰώθαμεν, καὶ μάλιστα ὅταν ἄδικοι ὦσι, τοῦτο ἀποτρέπει ἐν προοιμίοις· Μὴ μιμοῦ, φησι, τοὺς πονηρευομένους κἂν πλουτῶσιν· μηδὲ τοὺς παρανομοῦντας, κἂν ἐξ ἀδικίας συμπορίζωσι τὸ πλουτεῖν. Τὸ μὲν γὰρ ἐρεθίζεσθαι, καὶ κινεῖν εἰς ζηλοτυπίαν, παραζηλοῦν λέγει. Ὅθεν ὁ Ἀκύλας, μὴ διαμάχου, ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, μὴ φιλονείκει κακούργοις· ἡ δὲ Ἑβραϊκὴ, μὴ ἐρέθιζε. ὁποῖον τὸ, Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με. καὶ παρὰ Παύλῳ, Ἢ παραζηλοῦμεν τὸν κύριον; Τὸ δὲ ζηλοῦν, τὸ βούλεσθαι καὶ ἑαυτῷ ὑπάρχειν, ὃ παρεῖναι τῷ πέλας νενόμικεν ἀγαθόν. Μέσος γοῦν ὁ ζῆλος, καὶ ἀγαθὸς μέν ἐστι· ὡς τὸ, Καλὸν δὲ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε. Τοὐναντίον δὲ, Ζηλοῦσιν ὑμᾶς, φησιν, οὐ καλῶς. Ὁ γὰρ φθόνος οὐκ ἂν γένοιτό ποτε ἀγαθὸς, λύπη ὢν ἐπὶ τῇ τοῦ πέλας εὐημερίᾳ. Μὴ ἐρέθιζου οὖν, φησι, πρὸς μίμησιν πονηρευομένους ὁρῶν εὐθηνοῦντας. Μηδὲ ζήλου, τουτέστι μὴ μακάριζε. πρὸς ὀλίγον γὰρ ἀνθοῦντες ξηραίνονται. Τί οὖν ἔχουσι ζηλωτὸν οἱ πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες; Καλῶς δὲ

δὲ αὐτοὺς λαχάνοις παρείκασε. Κἀκεῖνα γὰρ πρὸς ὀλίγον τὴν ὄψιν εὐφραίνοντα, οὐκ ἐνεγκόντα τὸν καύσωνα, εὐθέως ξηραίνονται. Ἢ ἐπεὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ εἴρηκέ τι, Καὶ χεὶρ ἁμαρτωλοῦ μὴ σαλεύσαι με· ἀκολούθως ἐπισκήπτει μὴ παραζηλοῦσθαι ἐν πονηρευομένοις, τουτέστι μὴ πρὸς μίμησιν ἐκκαλεῖσθαι. Καὶ γὰρ καὶ τὸ, Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με, ἀντὶ τοῦ ὑπέκνισαν, εἰς φθόνον ἔβαλον.

γ'. ΕΛΠΙΣΟΝ ΕΠΙ ΚΥΡΙΟΝ.] Εἴρηται, ὡς τελεία ἐστὶν ἀρετὴ, ἀποχὴ τοῦ κακοῦ, καὶ ποίησις ἀγαθοῦ. Ἀποτρέψας οὖν ἐνταῦθα μὴ μιμεῖσθαι τοὺς πονηροὺς, προτρέπεται ἐπιτηδεύειν τὸ καλὸν, καὶ πᾶσαν ἐλπίδα πρὸς Θεὸν ἐπιρρίπτειν. Δείκνυσι καὶ τὸ τῆς ἐλπίδος καλὸν, καὶ ὅτι οὐκ ἀνόνητον τοῦτο, ἐπάγει, Καὶ κατασκήνου τὴν γῆν. Ἐπιμελούμενον γὰρ τοῦ δικαίου, καὶ ἐλπίζοντα ἐπ' αὐτὸν, ὁ Θεὸς οὐ παρόψεται, ἀλλὰ ποιμανθήσῃ ὡς ὑπὸ ποιμένι καλῷ, τῶν παρ' αὐτοῦ χορηγουμένων ἀγαθῶν ἀπολαύων. Σκηνῇ δὲ ἀπεικάζει τὴν ἐν τῇ γῇ κατοικίαν, διὰ τὸ τοῦ βίου πρόσκαιρον. Διαφερόντως δὲ τεύξονται τῶν τοιούτων, οἱ τρυφὴν ἡγούμενοι τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν, καὶ τῶν θείων λογίων ἐπακροώμενοι, καὶ οἷον κατατρυφῶντες τῇ τούτων μελέτῃ διηνεκῶς, ὧν καὶ πάντα τὰ ἐπιθυμήματα πληροῖ ἐν καλῷ. Κατατρυφᾷ τοῦ κυρίου, καὶ ὁ τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια κεκαθαρμένος, ὡς δύνασθαι ἐσθίειν τὸν ζῶντα ἄρτον, τὰς ζωοποιοὺς αὐτοῦ σάρκας, καὶ πίνειν τὸ σωτήριον αἷμα.

ε'. ΑΠΟΚΑΛΥΨΟΝ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ ΤΗΝ ΟΔΟΝ.] Τὸ ἀποκάλυψον, ἀντὶ τοῦ, εἰλικρινῶς ἐπιτήδευε τὸ καλὸν, μὴ κατειρωνευόμενος, ἀλλὰ φανερῶς, καὶ οἷον ἀνακεκαλυμμένως ἴσθι καλὸς, ἵνα καὶ ὁ Θεὸς ἐν φανερῷ σοι ἀποδιδῷ τὰ ἀγαθά. Ὅθεν ἐπάγει· Καὶ ἐξοίσει ὡς φῶς, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐν ἡμέρᾳ καὶ φανερῶς τοὺς τῆς δικαιοσύνης ἀποδώσει καρπούς. Καὶ ἔτι σαφέστερον ποιῶν, καὶ τὸ κρίμα σου, φησὶν, ὡς μεσημβρίαν. Τὸ κρίμα σου, ἢ ὃ αὐτὸς ἔκρινε περὶ σοῦ, ἢ ὃ σὺ ἔκρινας, καὶ ἐδοκίμασας ἐν σεαυτῷ· ἐξοίσει κατὰ τὴν μεσημβρίαν, τὴν ἀκμαῖον ἔχουσαν φῶς. ὡς γὰρ ἡ μεσημβρία τῆς ἡμέρας ἐστὶ τὸ φανότατον, οὕτω δημόσια καὶ ἐπ' ὄψεσι πάντων, τὰ χρηστὰ περὶ σὲ ποιήσει φησίν. Ἢ ποιήσει, ἀντὶ τοῦ, ἄξιον εἶναι φωτὸς ἀποδείξει ἐν τῷ μέλλοντι, εἰ σὺ ἐνταῦθα ὁδεύοις ἐν οἷς ὁ Θεὸς ἐφορᾷ. (ἁμαρτάνων γάρ τις, τῆς θείας ἑαυτὸν ἀποκρύπτει ἐπισκοπῆς.) Ἢ ἀντὶ τοῦ, τὰ ἐλπισθέντα σοι εἰς ἔργον ἐξοίσει, τὴν ἐν κρυπτῷ σου δικαιοσύνην ἄγων εἰς φῶς. Τούτου οὖν

autem eos oleribus comparauit: nam & hæc cùm paruo tempore viſum recrearint, æſtum minimè ferentia, illicò exareſcunt. Vel quoniam in præcedenti Pſalmo dixerat, *Et manus peccatoris non moueat me*; conſequenter mandat non æmulari in malignantibus, id eſt, ad imitationem eorum non excitari. Nam & illud, *Ipſi irritauerunt me*, idem eſt quod, Titillarunt, ad inuidiam prouocarunt.

COMMENTARIVS PATRVM.

Temporalis felicitas olerum inſtar citò perit.

4. Eſd. 1, 7.

3. SPERA IN DOMINO.] Dictum eſt, quia perfecta virtus eſt abſtinentia mali, & actio boni. Cùm itaque hìc à prauorum imitatione abſterruiſſet, ſuadet exercere bonum, ſpemque omnem in Deum proijcere. Demonſtrans quoque ſpei bonum, & minimè illud inutile eſſe, ſubiungit, *Et inhabita terram.* Iuſtitiam enim exercentem, & in ipſo ſperantem Deus non deſpiciet; ſed tamquam ſub paſtore bono paſceris, fruens bonis ab ipſo ſuppeditatis. Tabernaculo autem comparat terræ huius incolatum, propter vitæ breuitatem. Excellenter autem hæc conſequentur, qui in delicijs habent eius conſuetudinem, & diuinorum oraculorum auditores exiſtunt, & eorumdem meditatione aſſiduâ delectantur; quorum etiam omnia deſideria in bono replet. Delectatur quoque in Domino, qui purgatos animæ ſenſus habet, vt poſſit manducare panem viuum, ſcilicet viuificas eius carnes, & potare ſanguinem ſalutarem.

Deus paſcit ſperantes in ſe.

Deus bona deſideria replet.

5. REVELA DOMINO VIAM TVAM.] *Reuela*, id eſt, ſincerè bonum perage, minimè fictè; ſed apertè & quaſi reuelatè ſis probus; vt etiam Deus in aperto tibi bona retribuat. Vnde ſubiungit, *Et educet quaſi lumen*, id eſt, quaſi in die, & manifeſtè retribuet fructus iuſtitiæ. Et adhuc clariùs hoc ipſum explicans, ait, *Et iudicium tuum tamquam meridiem.* Iudicium, inquit, tuum, ſiue quod ipſe de te iudicauit, ſiue quod tu iudicaſti, & probaſti in temetipſo; educet in meridie, quæ clarum lumen habet. Quemadmodum enim meridies eſt pars clariſſima diei; ſic, inquit, publica faciet, & omnium oculis exponet bona tua; ſiue faciet, id eſt, in futura vita te luce dignum oſtendet, ſi tu hìc ambulaueris in ijs quæ Deus reſpicit (Nam qui peccat, abſcondit ſe à diuina inſpectione.) Siue, q. d. Deſideria tua in opus educet, occultam tuam iuſtitiam in lucem adducendo. Hoc igitur cùm

Bona ſunt apertè facienda.

Boni lucem diligunt.

COMMENTARIVS PATRVM.

ſic ſe habeat, *Subditus eſto Domino*, & ne deficias, ſed in ipſo ſpes tuas habe, mandata eius cuſtodiens, *& ora eum*, qui poteſt ſuppeditare bona. Eſt autem ſubiectio voluntarius aſſenſus, ſeu approbatio. Deinde cùm hactenus conſilia dediſſet, ruſus repetit, & ait: *Subiectio quid.*

7. NOLI ÆMVLARI IN EO.] Cùm hoc, inquit, ita ſe habeat, ne miteris, inquit, hominem iniquum proſperari; neque imiteris proſperitatem quæ ex iniquitate colligitur, neúe ſimilia facere contende. Sed licet illi omnia affluant, ne indigneris, neque ægrè tuleris, quòd improbi ſupplicium non luant, ſed in proſperitate degant, ac ſi nemo mundum hunc gubernaret. (Nam illud inſinuant verba illa, *Vt maligneris*, ſiue cogites mala.) Neque multa exacerbatio, & indignatio, te adducat ad illos imitandos, quia eadem ſuſtinebis. Quamobrem ſubiungit: *Quoniam qui malignantur, exterminabuntur.* Hoc nimirum ait eſſe emolumentum præclaræ & æmulandæ illorum felicitatis. Siquidem manet eos ira in die iræ. Qui verò ea quæ placita ſunt Deo agere ſatagunt, & tranquillam vitam eligunt, conſtanter obtinebunt terram quam poſſident, à nemine deturbandi, & bonis eius perfruentur.

Non indignandum ob felicitatem improborum.

Mali malum, boni bonum finem habent.

10. ET ADHVC PVSILLVM.] Explicat autem illud, *Quaſi fœnum velociter areſcent.* Nam qui temporaneę proſperitati confidunt, celerem ſuſcipiunt mutationem: & frequenter multi improbi, qui illuſtrem apud multos gloriam obtinuere, inſtar araneæ ſubitò diſparuerunt, vt ne veſtigium quidem eorum ſit relictum, ipſis profundâ obliuione obuolutis. Alio autem ſenſu non ſupererit peccator, prauo nimirum habitu ſublato, ſecundùm quem talis exiſtit; ſiquidem locus peccatorum eſt malitia. *Manſuetos* autem hîc iterùm vocat eos, qui faciunt voluntatem Dei, qui ſemper, inquit, ſtabilia bona poſſident, neque rerum euentibus turbabuntur. Quid igitur, inquit, quòd non ſolùm diteſcat improbus, verùm etiam inſidietur iuſto, & toleretur? Quin nec hoc te turbet, inquit: ſiquidem præcognitor rerum Deus, nouit & improbi ſubuerſionem, & viri iuſti tolerantiam. vnde ſubdit:

Improbi citò marceſcunt, vt fœnum.

Manſueti ſtabiles ſunt.

12. OBSERVABIT PECCATOR] Improbus quidem, inquit, freque͂ter iraſcetur,

Improbi iuſtis inſidiantur.

οὕτω ἔχοντος, ὑποτάγηθι τῷ κυρίῳ, καὶ μὴ ἀφίστασο, ἀλλ' εἰς αὐτὸν ἔχε τὰς ἐλπίδας, φυλάττων αὐτοῦ τὰ προστάγματα, καὶ αὐτοῦ δέου, τοῦ δυναμένου χορηγεῖν ἀγαθά. Ἔστι δὲ ὑποταγὴ, ἑκούσιος συγκατάθεσις. Εἶτα συμβουλεύσας ἄχρι τούτου, πάλιν ἀναλαμβάνει, καὶ φησί·

ζ'. ΜΗ ΠΑΡΑΖΗΛΟΥ ΕΝ ΤΩ.] Τούτου, φησὶν, οὕτως ἔχοντος, μὴ θαύμαζε, φησιν, ἄνθρωπον παράνομον κατευθυνόμενον, μηδὲ μιμήσῃ εὐδαιμονίαν ἐκ παρανομίας συγκροτουμένην, μηδὲ πράττειν ἐρέθιζε τὰ ὅμοια. ἀλλ' εἰ καὶ κατὰ ῥοῦν αὐτῷ φέρηται πάντα, μὴ δάκνου, μηδὲ δυσφόρει, ὅτι μὴ διδόασι δίκην οἱ πονηροὶ, ἀλλ' ἐν εὐθηνίᾳ διάγουσιν, ὡς μή τινος τὴν κτίσιν ἰθύνοντος (Τοῦτο γὰρ τὸ, ὥστε πονηρεύεσθαι, ἤτοι λογίζεσθαι τὰ πονηρά.) Μήτε ὁ πολὺς παροξυσμὸς, καὶ τὸ δάκνεσθαι, παρασκευάσῃ σε μιμήσασθαι αὐτοὺς, καὶ ὑπομένεις τὰ αὐτά. Διὸ ἐπάγει, Ὅτι οἱ πονηρευόμενοι ἐξολοθρευθήσονται. τοῦτό φησι τῆς λαμπρᾶς αὐτῶν καὶ ζηλωτῆς εὐθηνίας τὸ κέρδος. Μένει γὰρ αὐτοὺς ὀργὴ ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς. Οἱ δὲ τὰ ἀρεστὰ τῷ θεῷ ἐπιτηδεύειν σπουδάζοντες, καὶ ἐπιεικῶς ζῆν προαιρούμενοι, βεβαίως ἕξουσιν ἣν κατέχουσι γῆν, ὑπ' οὐδενὸς μεθιστάμενοι, καὶ τῶν αὐτῆς ἀπολαύσουσιν ἀγαθῶν.

ι'. ΚΑΙ ΕΤΙ ΟΛΙΓΟΝ.] Ἑρμηνεύει τὸ, Ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται. Οἱ γὰρ τῇ προσκαίρῳ εὐημερίᾳ θαῤῥοῦντες, ταχεῖαν δέχονται τὴν μεταβολήν. καὶ πολλάκις πολλοὶ τῶν πονηρῶν, λαμπρὰν παρὰ πολλοῖς κτησάμενοι δόξαν, ἀράχνης δίκην ἐξαίφνης ἠφανίσθησαν, ὡς μηδὲ ἴχνος αὐτῶν ὑπολειφθῆναι, βαθείας λήθης καταχυθείσης αὐτοῖς. Ἄλλως δὲ οὐχ ὑπάρξει ὁ ἁμαρτωλὸς, καταργουμένης τῆς κακῆς ἕξεως, καθ' ἣν τοιοῦτός ἐστιν, ἐπεὶ καὶ τόπος ἁμαρτωλῶν ἡ κακία. Πραεῖς δὲ ἐνταῦθα πάλιν καλεῖ, τοὺς τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ποιοῦντας, οἳ πάντοτε, φησι, βέβαια κτῶνται τὰ ἀγαθὰ, καὶ οὐδὲ ταραχὴν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν ὑποστήσονται. Τί οὖν, φησιν, ὅτι οὐ μόνον πλουτεῖ ὁ πονηρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐπιβουλεύει τῷ δικαίῳ, καὶ συγχωρεῖται; Ἀλλὰ καὶ μηδὲ τοῦτό σε, φησι, ταραττέτω· προγνώστης γὰρ ὢν ὁ θεὸς, οἶδε καὶ τοῦ πονηροῦ τὴν καταστροφὴν, καὶ τοῦ δικαίου τὴν ὑπομονήν. ὅθεν ἐπάγει·

ιβ'. ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΕΤΑΙ Ο ΑΜΑΡΤΩΛΟΣ.] Ὀργισθήσεται μὲν, φησι, πολλάκις ὁ πονηρὸς

χη

κατὰ τοῦ δικαίου, καὶ ἐπιβουλεύσει, καὶ ἀπειλήσει πάσῃ δυνάμει, καὶ ἐπιτηρήσει πῶς αὐτὸν καταβαλεῖ, ἔλεγχον τὴν ἐκείνου ζωὴν τῆς ἰδίας μοχθηρίας ἡγούμενος. Ἀλλὰ τί τὸ ἀπὸ τούτου; Ὁ δὲ κύριος ἐκγελάσεται, φησὶν, ἀπειλοῦντος αὐτοῦ καὶ μεμηνότος. γελάσεται, φησὶ, προειδὼς αὐτοῦ τὴν καταστροφήν. Παραψυχὴν δὲ διὰ τούτων τοῖς ἀδικουμένοις προσφέρει. Ὅταν οὖν νομίσωσι, φησὶ, κρατεῖν οἱ πονηροὶ, τότε αὐτοῖς ἐφίστανται τὰ κακά. Διὸ ἐπάγει, Ῥομφαίαν ἐσπάσαντο. Διὰ τοῦτο, φησὶ, κἂν μετὰ ξίφους ἐπέλθοιεν τοῖς δικαίοις, καὶ πάσης τῆς αὐτῶν πανοπλίας, ὅτε νομίσωσι κρατεῖν, τί γενήσεται; Ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν. Εἰς αὐτούς, φησὶν, ἡ ἐπιβουλὴ περιτραπήσεται, καὶ ταῖς οἰκείαις πάγαις περιπεσοῦνται· καὶ ἀνώτερος εὑρεθήσεται ὁ δίκαιος τῆς ἐκείνων παντοίας ἐπιβουλῆς. Διὰ γὰρ τῆς τῶν ὅπλων σημασίας, τὰς διαφόρους ᾐνίξατο ἐπιβουλάς. Εἶεν δ' ἂν καὶ τόξα ἐντεταμένα οἱ πονηροὶ λογισμοὶ, ῥομφαία δὲ γλῶσσα ἠκονημένη. Τί οὖν.

ιϛ'. ΚΡΕΙΣΣΟΝ ΟΛΙΓΟΝ ΤΩ ΔΙΚΑΙΩ.] Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν εἰδέναι χρὴ, ὅτι βέλτιον ὀλίγοις ἀρκεῖσθαι μετὰ δικαίῃ, ἢ πλουτεῖν μετὰ παρανομίας. Διὰ τί; Ὅτι βραχίονες ἁμαρτωλῶν συντριβήσονται. Βραχίονας πᾶσαν αὐτῶν τροπικῶς τὴν ἰσχὺν καλῶν, ἐπειδὴ δι' αὐτῶν ἐργαζόμεθα. Οὐκ εἶπεν, ἐκκοπήσονται, ἀλλὰ συντριβήσονται. τουτέστιν, ἡ ἐπὶ κακῷ δύναμις αὐτῶν ἐκλείψει, ἤτοι σαθρωθήσονται. Τοιοῦτον καὶ τὸ, Σύντριψον τὸν βραχίονα τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Ἐπὶ δὲ τῶν δικαίων τί γίνεται; Ὑποστηρίζονται. ὅπερ ὁ Σύμμαχος, ἀντιλαμβάνεται, φησὶν, αὐτῶν. Προσφυῶς δὲ τέθειται τὸ, ὑποστηρίζει. Ὑπὸ γὰρ δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων ὠθούμενοι, τῇ ὑπὸ τῆς θείας ὑπερειδόμενοι χάριτος, ἑστήκασι.

ιη'. ΓΙΝΩΣΚΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΤΑΣ ΟΔΟΥΣ.] Τὸ γινώσκει, ἀντὶ τοῦ οἰκειοῦται, ὡς ἐπὶ τοῦ πρώτου ψαλμοῦ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, προεῖδε κύριος τὰς ἡμέρας τῶν ἀμώμων, ἤτοι τὴν ἡτοιμασμένην αὐτοῖς κληρονομίαν. Οὐδὲν οὖν αὐτοὺς βλάψει, τὸ πρὸς βραχὺ λυπεῖσθαι καὶ πένεσθαι. γυμνάζονται γὰρ τῇ καρτερίᾳ. ἀλλὰ καὶ ἡ κληρονομία αὐτῶν εἰς αἰῶνα ἔσται, ἐγγόνοις παραπεμπόντων τὰ οἰκεῖα βεβαίως. Ἢ τὰ ἐκεῖθεν λέγει κληρονομίαν αὐτῶν, ἐπεὶ ἐκεῖνα ἀΐδια. Ἀλλὰ καὶ εἴτις, φησὶν, ἐπιστῇ καιρὸς χαλεπὸς, τῇ δικαιο-

iuſto, & inſidiabitur, & minabitur omnibus viribus, & obſeruabit modum quo deijciat eum, vitam eius nequitiæ ſuæ reprobationem reputans. Sed quid inde? Dominus autem irridebit, inquit, eum minitantem, & inſanientem: irridebit, inquit, præuidens eius ſubuerſionem. Ceterùm per hæc iniuriam paſſis conſolationem adfert. Quando igitur, inquit, improbi ſuperaſſe ſe exiſtimabunt, tunc ipſis mala incumbunt. Idcircò ſubiungit, *Gladium euaginauerunt*. q.d. Tametſi gladijs, & omnis generis armaturâ iuſtos inuadant, cùm ſe viciſſe putent, quid fiet? *Gladius ipſorum intret in corda eorum*. In ipſos, inquit, inſidiæ conuertentur, & in proprios caſſes incident; atque iuſtus omnigenis eorum inſidijs ſuperior apparebit. Per diuerſa enim arma, diuerſas inſidias inſinuauit. Poſſint quoque arcus intenſi eſſe ſermones praui, gladius verò lingua acuta. Quid tandem?

Verſ. 14. *Deus probos eruit, & impios proprijs armis confligit.*

Verſ. 15.

16. MELIVS EST MODICVM IVSTO.] Hac itaque de cauſſa ſciendum eſt, præſtare cum iuſto paucis contentum eſſe, quàm abundare cum iniquitate. Quì ſic? *Quoniam brachia peccatorum conterentur*. Omnem eorum vim, figuratè *brachia* vocans, quòd illis operemur. Non dixit, Reſecabuntur, ſed *Conterentur*; id eſt, vis eorum in malo deficiet; ſiue marceſcent. Tale eſt & illud: *Contere brachium peccatoris*. De iuſtis autem quid fit? Confirmantur. Quod Symmachus, inquit, *ſuſcipit eos*. Congruenter autem poſitum eſt, *Confirmat*. Cùm enim à dæmonibus & hominibus concuterentur, diuinâ gratiâ ſuffulti, conſtiterunt.

Mediocritas iuſti præſtat diuitijs peccatorum.

Pſal. 10, 15.

18. NOVIT DOMINVS VIAS.] Illud *Nouit*, pro familiarem facit, vt in Pſalmo primo ſumitur. Symmachus verò legit, *prænouit Dominus dies immaculatorum*, ſiue ſortem ipſis præparatam. Quare nihil ijs nocebit, quòd ad breue tempus contriſtentur & inopiam patiantur: nam per tolerantiam exercentur: verumtamen & hereditas illorum æterna erit, dum ſua in poſteros tutè tranſmittunt. Vel *hereditatem* eorum vocat bona quæ ibi habebunt, quoniam illa ęterna ſunt. Quin etiam ſi quod, inquit, tempus difficile ijs immineret, iuſti-

Temporalis inopia non obeſt ijs.

COMMENTARIVS PATRVM.

tiâ ſuâ, & in Deum ſpe, moleſtias effugient. Vel in tempore prauo, quando peccatoribus intentat iram, non confundentur; quin & in diebus famis, ſiue tempore calamitatis; vel famis rationalis audiendi verbum Dei, quam Dominus minatus eſt, à Deo, quantum ſatis eſt, accipient, & ab omni malo liberabuntur. Atque hi quidem ſic: cæterùm quid peccatores? Peribunt. Siquidem, inquit, qui gaudent iniquitatibus, & mandatis Dei aduerſantur, quando ad modicum fuerunt recreati, & vita ijs iucunda viſa fuerit, inſtar fumi in nihilum reſoluentur. Quamobrem haud rerum facies, ſed exitus conſiderari debet. Sciendum verò coniunctionis iſtius variationem inſinuare, hîc alios intelligendos eſſe peccatores, alios verò inimicos Domini; quamquam Aquila & Symmachus pro *verò* ponentes *&*, eoſdem eſſe ſignificarint. Dicit autem Dei oſores, poſtquam paululùm floruerant, & illuſtres viſi fuerant, inſtar fumi diſparuiſſe.

Proſperitas non prodeſt impijs.

21. MVTVABITVR PECCATOR.] Vult indicare tantam eſſe rerum immutationem, vt ſæpenumerò is qui diues habebatur, ad tantam deueniat paupertatem, vt pro victu neceſſario ad vſuram accipiat, neque tamen habeat quod reddat, & in duplex malum incidat; tum quòd non habeat, tum quòd ab illo repetantur quæ abſumpſit. Iuſtus autem, cùm inops putaretur, & multis miſer videretur; ad tantas diuitias effertur, vt etiam alijs tribuat, & in tanta gloria cõſtituatur, vt qui illi benedicunt, diuini etiã fauoris participes euadant; qui verò ipſi maledicũt, Deo quoque execrabiles exiſtãt. Symmachus ait, Qui ab ipſo benedicuntur, qui verò ab ipſo maledicuntur.

Qualis ſit iuſti paupertis, & impij diuitiis catastrophe.

23. A DOMINO GRESSVS.] Deus, inquit, expeditas illi ad virtutem vias facit: cùm enim placeat ipſi vita eius, neminem permittit illum ſupplantare. Ipſe enim dirigit iuſtorum vias; quãdoquidem fieri nequit, vt homo quis abſque gratia diuina rectè ambulet. Illi autem qui à Deo dirigitur, proſperè omnia ſuccedunt. Subiungit enim: *Et viam eius volet valdè*: id eſt, proſperabit eius actiones; Symmachus, *& via eius proſperabitur.* Qui enim ad virtutem ſe promptũ exhibuerit, diuinam prouidentiam conſequitur. Vel ſic: Iſtiuſmodi hominis greſſus diriguntur; cuius ni-

Iuſtorum vias Deus dirigit.

Via iuſti proſperatur.

σιώπῃ αὐτῶν, καὶ τῇ πρὸς θεὸν ἐλπίδι ἐκφεύξονται τὰ χαλεπά. Ἢ ἐν καιρῷ πονηρῷ, ὅτι ὀργὴν ἐπάγει τοῖς ἁμαρτωλοῖς, οὐ καταισχυνθήσονται, ἀλλὰ καὶ ἐν ἡμέραις λιμοῦ, ἤτοι ἐν καιρῷ συμφορᾶς, ἢ λογικοῦ λιμοῦ, ὃν ἠπείλησε κύριος, τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου, παρὰ θεοῦ δέξονται τὴν αὐτάρκειαν, καὶ παντὸς ἀπαλλαγήσονται πονηροῦ. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως. Οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ τί; Ἀπολοῦνται. Οἱ μὲν γάρ, φησίν, ἀδικίαις χαίροντες, καὶ ἐναντιούμενοι τοῖς προστάγμασι τοῦ θεοῦ, ὅτι πρὸς ὀλίγον γένωνται περιχαρεῖς, καὶ ἱλαρὸς αὐτοῖς ὁ βίος νομισθῇ, καπνοῦ δίκην εἰς τὸ μηδὲν ἀναλωθήσονται. ὥστε οὐ δεῖ σκοπεῖν τῶν πραγμάτων τὰς ὄψεις, ἀλλὰ τὰς ἐκβάσεις. Ἴστεον δὲ ὡς ἡ τοῦ συνδέσμου ἐναλλαγή, ἄλλους δίδωσι νοεῖν τοὺς ἁμαρτωλούς, ἑτέρους δὲ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ κυρίου· ὁ μέντοι Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ δέ, τὸν καὶ τεθεικότες, τοὺς αὐτοὺς ἔδειξαν. Λέγει δέ, ὅτι οἱ θεομισεῖς ἐπ' ὀλίγον αὐθήσαντες, καὶ δόξαντες εἶναι περιφανεῖς, καπνοῦ δίκην διελύθησαν.

κα΄. ΔΑΝΕΙΖΕΤΑΙ Ο ΑΜΑΡΤΩΛΟΣ.] Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι τοσαύτη ἐστὶ μεταβολὴ πραγμάτων, ὡς πολλάκις τὸν νομισθέντα πλούσιον εἰς τοσαύτην ἔρχεσθαι πενίαν, ὡς δανείζεσθαι τῆς ἀναγκαίας ἕνεκεν τροφῆς, μὴ εὐπορεῖν δὲ ἀποδιδόναι, καὶ διπλῷ περιπίπτειν κακῷ, τῷ τε μὴ ἔχειν, καὶ τῷ προσαπαιτεῖσθαι ἅπερ ἀνάλωσεν. Ὁ δὲ δίκαιος, νομισθεὶς πένης, καὶ δόξας ἐλεεινὸς παρὰ τοῖς πολλοῖς, εἰς τοσοῦτον φέρεται πλοῦτον, ὡς καὶ ἄλλοις μεταδιδόναι, καὶ ἐν τοσαύτῃ καθίστασθαι δόξῃ, ὡς καὶ τοὺς εὐλογοῦντας αὐτὸν συμμετέχειν αὐτῷ τῆς ἐκ θεοῦ εὐμενείας· τοὺς δὲ ἐπαρωμένους, ἐπαράτους εἶναι παρὰ τῷ θεῷ. Ὁ Σύμμαχος, Οἱ εὐλογούμενοι, φησίν, ὑπ' αὐτοῦ· οἱ δὲ καταρώμενοι ὑπ' αὐτοῦ.

κγ΄. ΠΑΡΑ ΚΥΡΙΟΥ ΤΑ ΔΙΑΒΗΜΑΤΑ.] Ἀνεμποδίστους αὐτῷ, φησί, ποιεῖ τὰς κατ' ἀρετὴν ὁδοὺς ὁ θεός. εὐαρεστούμενος γὰρ αὐτοῦ τῷ βίῳ, οὐδένα αὐτὸν ὑποσκελίζειν ἐᾷ. αὐτὸς γὰρ κατευθύνει τὰς δικαίων ὁδούς, ἐπεὶ ἀδύνατον, ἄνθρωπον δίχα θείας χάριτος ἀμέμπτως ὁδεῦσαί τινα. Εὐοδούμενος δὲ ὑπὸ θεοῦ, πάντα κατὰ ῥοῦν φέρεται. Ἐπιφέρει γάρ, Καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα· ἀντὶ τοῦ, εὐοδώσει τὰς πράξεις αὐτοῦ· ὁ Σύμμαχος, καὶ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ εὐοδωθήσεται. Τῷ γὰρ ἐνδειξαμένῳ προθυμίαν εἰς ἀρετήν, θεία προμήθεια ἕπεται. Ἢ οὕτω, Τοῦ τοιούτου δὲ ἀνθρώπου κατευθύνεται τὰ διαβήματα, ὅπερ αὖ σφό-

σφόδρα τῇ βουλῇ ὁ Θεὸς ἀρέσθῃ. Κἂν ποτέ φησι συμβῇ τοῦτον, οἷα τὰ ἀνθρώπινα, χεῖρον πρᾶξαι, ἢ εἰς ἁμαρτίας περιτραπῆναι, οὐ συγχωρεῖ ὁ Θεὸς, ἀλλ' αὖθις ἀνακαινίζει, καὶ ἀνορθοῖ. ἐπιφέρει γὰρ, Ὅτι κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα, ἀντὶ τοῦ, τῇ ἰδίᾳ χειρὶ τὸν τοιοῦτον ἐγείρει, ὥσπερ καὶ τὸν προφήτην Δαβίδ.

κέ. ΝΕΩΤΕΡΟΣ ΕΓΕΝΟΜΗΝ.] Εἰς πλείονα πληροφορίαν τοῦ νουθετουμένου ὡς ἱστορικῶς λέγει, ἢ καθ' ὑπόθεσιν, ὡς ὁ Ἐκκλησιαστής. Ἐγώ, φησιν, ἀπὸ νεότητος ἄχρι γήρως ὧν λέγω πεῖραν ἔχω, ὅτι οὐδέποτε εἶδον δίκαιον ἐγκαταλειφθέντα ὑπὸ Θεοῦ, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ ἐν ἐνδείᾳ καταστάντας παντὸς ἀγαθοῦ. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ἄρτου, τὴν πᾶσαν σημαίνει ἀγαθοσύνην. Οὐκ εἶπε δὲ ἐγκαταλειφθέντα, ἀλλ' ἐγκαταλελειμμένον, τουτέστιν ἔξω. Ἐγκαταλιμπάνεται δὲ δίκαιος, δοκιμῆς χάριν, ὡς ὁ Ἰώβ. τὸ ἐναντίον δέ, φησιν, εἶδον. Τί δή; ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ, ἀντὶ τοῦ, κἀκεῖνον ποιεῖ ἐν εὐθηνίᾳ, καὶ τοὺς ἀπογόνους αὐτοῦ, ὡς καὶ ἑτέροις ἐπαρκεῖν ἔχειν. Τὸ δὲ, ὅλην τὴν ἡμέραν, τὰς παντοδαπὰς τοῦ δικαίου εὐεργεσίας δηλοῖ, τὰς διὰ χρημάτων, τὰς διὰ πραγμάτων, τὰς διὰ λόγων.

κζ'. ΕΚΚΛΙΝΟΝ ΑΠΟ ΚΑΚΟΥ.] Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ἀποστατέον σοι τοῦ κακοῦ, προσαντιλαστέον δὲ τῷ ἀγαθῷ. Μαθόντι γὰρ τὰ τῆς κακίας καὶ ἀρετῆς ἐπίχειρα, καλὸν τὸ ἐκείνης μὲν ἐκκλῖναι, ἐργάσασθαι δὲ τὸ ἀγαθὸν, καὶ φεύγειν μὲν τὰ φευκτὰ, αἱρήσασθαι τὰ αἱρετά. Ἐν σοὶ γὰρ ἑκάτερον. Οὐ γὰρ ἡ ἀποφυγὴ μόνη τοῦ κακοῦ ἀρκεῖ, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἐργασίαν δεῖ προστεῖναι. οἷον, εἰ πρὸς τῷ μὴ κλέπτειν τυχὸν, καὶ τῶν σῶν ἐπιδώσῃς, καὶ μὴ πλεονεκτῶν εὐεργετήσῃς. Καὶ τί ἐκ τούτου; κατασκηνώσεις, φησὶν, ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν αὐτῆς ἀγαθῶν μεθέξεις διηνεκῶς. Ἢ κατὰ Σύμμαχον, ἠρεμήσεις εἰς αἰῶνα. τοῦτο πεπεισμένος, ὅτι κύριος ἀγαπᾷ κρίσιν, ἤτοι ὅτι μέλει τῷ Θεῷ περὶ τοῦ δικαίου, καὶ οὐ παρόψεται τοὺς οἰκείους, καὶ ἀνατεθειμένους αὐτῷ, ἀλλὰ διηνεκῶς αὐτῶν ὑπερασπιεῖ.

κή. ΑΝΟΜΟΙ ΔΕ ΕΚΔΙΩΧΘΗΣΟΝΤΑΙ.] Καὶ ἐπεί, φησι, τοῦ δικαίου φροντίζει, δικαίᾳ χρώμενος κρίσει, προσφυεῖς τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰς ἀποδόσεις ποιήσει· καὶ τοὺς μὲν δικαιοσύνης ἐραστὰς ἀξιώσει πάσης κηδεμονίας, τοὺς δὲ παρανομοῦντας ἐξολοθρεύσει. Εἶτα, Δίκαιοι δὲ κληρονομήσουσι γῆν. Ταυτολογεῖ γὰρ

mirum animo Deus valdè placet. Et ſi quando, inquit, contigerit, ipſum (vt humanæ res ferunt) praui aliquid committere, vel in peccatum labi; non deſerit eum Deus, ſed rurſum renouat, erigitque. nam ſubiungit: *Quia Dominus ſupponit manum*, id eſt, propria manu ipſum erigit, non ſecùs ac Prophetam Dauid.

25. IVNIOR FVI.] Ad maiorem confirmationem eius quod docuerat, tamquam teſtis oculatus loquitur, ſiue exempli gratia, ſicut Eccleſiaſtes. Ego, inquit, à iuuentute vſque ad ſenectutem habeo experientiam eorum quæ dico: nempe, numquam me vidiſſe iuſtum à Deo derelictum; ſed nec illos qui ab ipſo deſcendunt, in penuria omnis boni conſtitutos. per *panem* enim omne bonum ſignificat. Non dixit autem in aoriſto, ſed in præterito, *derelictum*, id eſt, extrà relictum. Derelinquitur autem iuſtus propter probationem, vt Iob: è contrà verò, inquit, vidi. Quid porrò? *Totâ die miſeretur*, id eſt, tam ipſum, quàm poſteros eius afficit proſperitate, vt etiam alijs ſufficere poſſint. Illa autem verba, *Totâ die*, omnigena in iuſtum beneficia declarant, tum opum, tum operũ, tum verborum.

Iuſtus non deſtituitur omni bono.

27. DECLINA A MALO.] Hanc igitur ob cauſſam, deſiſtendum tibi eſt à malo, incumbendum verò bono. Nam illi qui malitiæ virtutiſque præmia didicit, bonum eſt illam quidem declinare, hanc verò exercere; & fugere quidem fugienda, eligere verò eligenda. In tua enim vtrumque eſt poteſtate. Nam ſola fuga mali non ſufficit; ſed boni quoque exercitationem accedere oportet: vt, ſi v. g. à furto abſtinens, tua inſuper impendas, & ſi, minimè abundans, benefacias. Et quid inde? Inhabitabis, inquit, terram, & bonorum eius perpetuò particeps exiſtes. Vel, ſecundùm Symmachum, Quieſces in æternum. Hoc perſuaſus, quòd Dominus diligat iudicium, ſiue quòd Deo cura ſit de iuſto, & non deſpiciet ſuos, ſibique deuotos, ſed perpetuò ipſos defendet.

Fugiendum malum, & faciendum bonum.

28. INIVSTI VERO PVNIENTVR.] Et quoniam, inquit, iuſti curam gerit, iuſto iudicio vtens, congruas cuiuſque ſtudijs retributiones faciet: ac virtutis quidem amatores omni curâ dignabitur, præuaricantes autem extirpabit. Deinde, *Iuſti autem hæreditabunt terram.* Idem enim repetit,

Deus cuique pro meritis tribuet.

 vt

COMMENTARIVS PATRVM.

vt confirmet promiſſiones, & velit nos eaſdem frequenter meditari, ad conſtantem habitum conſequendum.

At iudex longiſſimam moram interponebat: improbus cunctator demùm importunitate viduæ tam conſtante victus, controuerſiam diiudicauit. En robuſtam prorſus & contumacem ſpem, quæ viduæ illi aſſiduè hoc inſtillabat, *Hodie tibi ius dicetur:* vbi ſpes hodierna decollaſſet, craſtina mone-

monebat: *Cras hoc fiet, aut perendie; hac hebdomade, hoc menſe, hoc certè anno ſententia dicetur.* Vicit demum perſeuerans fiducia, quam Chriſtus in argumentum trahit hoc modo: Si tantarum eſt virium oratio apud improbiſſimum quemque, quantarum erit apud ipſam miſericordiam? Mens noſtra velut vidua, aduerſarios numerat quàm plurimos. quid ergo moratur? quin æquiſſimum iudicem appellet, & omnem illi cauſſam integerrimâ fiduciâ deleget? Deus non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Sanctiſſimus rex Dauid hoc vnicè commendans, *Reuela*, inquit, *Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet.* Quid trepidas, quid diffidis pauidiſſime mortalium? Aliquis te maledictis figit, aut iniurijs afficit? Deo id querere, *& ipſe faciet.* Tua tibi caro iniqua eſt? Deo ſupplica, *& ipſe faciet.* Varios tibi arietes cacodæmon admouet? Deum in auxilium inuoca, *& ipſe faciet.* Quidquid agas, ſpera in Deo, *& ipſe faciet.* Vt enim Deus votorum nos compotes faciat, curas noſtras ſpe & patientiâ in eum conijcere oportet. Quiſquis huic conſilio parebit, ex horribili, quo ſe fruſtrà omnes fatigant, labyrintho emerget: quia vbi negotia noſtra Deus regenda ſuſceperit, numquam deerit felix ſucceſſus. vnde ſubdit:

Deus illuſtres reddit eos qui in ipſo confidunt.

6. *Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam*, &c.] Id eſt, proferet in apertum, vel potiùs illuſtrabit rebus proſperis iuſtitiam tuam, ac ſplendere faciet virtutem tuam ac probitatem; & in dies magis proſperaberis, & teipſo clarior euades, ſicut lumen ſolis in meridie clariſſimè ſplendet. Eodem

Iſa. 58, 8.

ſenſu Iſaias de iuſto ait: *Tunc erumpet quaſi manè lumen tuum*, &c. Et Iob: *Quaſi meridianus*, inquit,

Iob 11, 17.

fulgor conſurget tibi ad veſperam; & cùm te conſumptum putaueris, orieris vt lucifer. Hugo de S. Victore locum hunc de extremo iudicio exponit, vbi iuſtitia proborum toti orbi innoteſcet. *Iuſtitia*, inquit, *bonorum nunc occulta eſt: quia ibi ſe iuſtificari ſatagunt, vbi ab hominibus videri non poſſunt. Et quamuis in eis iam luceat exemplum boni operis, tamen in abſcondito eſt virtus intentionis. In futuro autem quaſi lumen iuſtitia eorum educitur: quia qui modò bona opera ſua ab humana laude abſcondunt, veniente iudice iam ſecurè pro eis in æterna claritate gloriabuntur.* Sequitur: *Et iudicium tuum tamquam meridiem. Iuſtitia bonorum, eſt opus virtutis quod faciunt: iudicium eorum, eſt præmium virtutis, quod eligunt. Deus ergo educet iuſtitiam ſanctorum, quando manifeſtabit opera virtutum quæ fecerunt: educet iudicium, quando manifeſtabit, quale boni operis præmium elegerunt. Et ideò iuſtitia tamquam lumen, iudicium verò tamquam meridies, id eſt clarum lumen, educitur, quia minor eſt omnis claritas boni operis, claritate æternæ retributionis.*

In die iudicij, Sanctorum claritas apparebit.

7. *Subditus eſto Domino.*] Id eſt, morem gere Domino, & obſequere; & hac ratione illuſtris eris. Putant nonnulli Prælato parêre, virum ingenuum dedecere, & ad homines puſillos animo pertinere: ſed longè aliter ſe res habet. Nam obedire Prælatis, & eis morem gerere, ad viros eximios pertinet, & illos illuſtres reddit. Hac ratione exponit hunc locum S. Ambroſ. dicens: *Bona autem ſubiectio, non abiecta, non vilis, ſed glorioſa atque ſublimis. Ille enim Deo eſt ſubditus, qui facit Domini voluntatem. Denique quis ignorat, quòd ſapientia mentis præſtantior quàm carnis ſapientia ſit? Sapientia mentis ſubiecta eſt Dei legi: ſapientia autem carnis non eſt ſubdita. Et addit Apoſtolus; Nec enim poteſt. Eſto ergo ſubditus, hoc eſt proximus Chriſto: vt legem impleas.* Sic ille. Confirmat deinde ex alio loco Apoſtoli dicentis: *Cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia: tunc & ipſe Filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.* Itaque æqualem Chriſto adfert honorem, quòd ipſi ſubiecta ſint omnia, & quòd ipſe ſubiectus ſit Patri. Nemo ergo vile putet ſe ſubmittere Superiori: quia hoc magnam adfert vtilitatem, & decoris multum. Ceterùm pro illis verbis, *Subditus eſto Domino*, in Hebræo eſt *ſile Domino*: quod Aquila vertit, σίγησον τῷ κυρίῳ, ϗ ἀποκαραδόκει αὐτῷ, *tace Domino, & expecta eum*, quemadmodum ferè S. Hieron. etiam vertit; Symmachus tranſtulit, ἡσύχαζε τῷ κυρίῳ, ϗ ἱκέτευε αὐτῷ, *quieſce Domino, & ſupplica ei.* Quia videlicet ſubditum eſſe Domino, eſt ſilere ad eius iudicia, patienter ferre quidquid ille immiſerit, de nullo interim obmurmurare queriue, illi acquieſcere, Deo ſe regendum committere. Huc ſpectat illud Iſaiæ: *In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra.* item iſtud Exodi: *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* Vnde infert optimè Ieremias: *Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.* Alibi quoque vocatur *cultus iuſtitiæ ſilentium.* Pulchrè ad hunc locum Hugo de S. Victore: *Perfecta*, inquit, *hìc nobis forma viuendi præſcribitur. Audi ergo homo, quid dicitur tibi: Subditus eſto Domino, & ora eum. Primùm ſubditus eſto, ne malè agendo præcepta eius deſpicias. Deinde ſubditus eſto, vt ad bona agenda de viribus tuis non præſumas. Nam & ille quoque Deo ſubiectus eſſe renuit, qui aliquid de ſua virtute poſſe præſumit.* Et poſt pauca: *Statim adiunxit: Et ora eum: vt & ſubditus Deo ſis, de te non præſumendo; & ores, eius auxilium expetendo*, &c.

Obedientia non viles, ſed honoratos efficit.

ANNOTATIONES CORDERII.

Rom. 8, 7.

1. Cor. 15, 28.

Silentium pro ſubiectione ponitur.

Iſaiæ 30, 15.

Exodi 14, 14.

Thren. 3, 26.

Iſaiæ 32, 17.

8. *Deſine ab ira, & derelinque furorem.*] Hæc verba in hunc modum exponit S. Ambroſ. *Deſine ab ira*, id eſt iram moderare, ne egrediatur, niſi ratione præeunte, ne iram ſatis ex ſe vrentem accendas, ne feram per ſe ſatis ſæuam irrites, ne pyræ inijcias flammas, ne igni fomenta miniſtres. Rem probat S. Ambroſ. aptâ ſimilitudine. Dum medicus inuiſit ægrotum, alimenta febris remouet, vt tandem calorem præternaturalem exſtinguat. Non ait, Noli febribus æſtuare, noli nimio calore vrgeri. Quis enim eſt qui hæc pati vellet? ſed incendij cauſſam interdicit. A vino abſtine, poculis ne indulgeas, moderato potu vtere, hæc vel illa ſume medicamenta: quibus tandem hominem in priſtinam ſanitatem reducit. Simili prorſus ratione Dauid, non ait, Ne iram concipias, ne furore excandeſcas: hoc enim quandoque renitentibus nobis, vel nihil minùs cogitantibus, accidit; ſed iniungit, *Deſine ab ira.* hoc eſt, incitamenta & irritamenta iræ remoue, pelle fomenta iræ, quibus amotis, ipſam tandem extingues. Ita S. Ambroſ. ad hunc locum. *Deſine*, inquit, *ab ira, ne, cùm accenderis eam, illa non deſinat, priuſquam te eius flamma conſumat. Relinque*, inquit, *indignationem: hoc eſt, natura te rapit, mouet affectus, culpa te ali-*

Quomodo ira & paſſionibus moderandum.

enim

ANNOTATIONES CORDERII.

Pſal. 4, 5. *cuius excitat, vel offenſa, vt indigneris: ſed non vſquequaque, vt modum neſcias. Relinque eam, finem impone, ne te in peccatum trahat. Hoc eſt quod ſuprà dixit, Iraſcimini & nolite peccare. Non enim hortatur vt iraſcaris, ſed ad tempus cedit affectui: dat tamen medicamentum, ne diutiùs vis vlceris ſerpat. Medicus enim non ſtatim adhibet medicamenta languori. Si dolor feruet, fomenta adhibet, vt miteſcat dolor. Si febris exæſtuat, remedij tempus expectat. Ipſum potum ſitientibus negare conſueuit. Non dicit, Nolite febrire, cùm vapor feruet ægroti: ſed dicit, Expecta, deſinat febris, digeratur commotio. Sic & Propheta non potuit dicere homini, cuius caro vt varijs morborum, ita commotionum paſſionibus excitatur, Non iraſcere: ſed dicit, Deſine ab ira & indignationem relinque, ne pecces. Ira enim grauis eſt magiſtra peccati.*

9. *Quoniam qui malignantur, exterminabuntur.*] Poſt iniquitatem quippe & peccatum, neceſſariò ſequitur exterminium, & mors funeſta. Euolue Regum faſtos, & arrogantiam potiſſimùm mulctari animaduertes; Ezechielem perlege, & rapinas; Ioëlem, & laſciuiam varijs cladibus puniri cernes. Plena omnia diuinæ iuſtitiæ exemplis. Quantum calamitatis in reges Iſraël, in Coritas, in Sodomitas, in Dathan & Abiron aſſeclas, in Iudæorum populum, in infinitos alios peccatum non immiſit? Quot milliones hominum, fame, ferro, flammis, peſte, ſulphure, aquis peccatum aſſumpſit? *Perierunt propter iniquitatem ſuam. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur.* Non abs re idem ſæpiùs inculcat Dauid, ne temporariam & momentaneam, qua in hoc mundo florent impij, proſperitatem alicuius penſi habeamus, ſed ad exitum attendamus, vnde iudicium fieri decet. De probis ergo ſubdit: *Suſtinentes autem Dominum, ipſi hereditabunt terram.* Vbi notanda eſt pulchra antitheſis inter duo huius verſiculi membra. Prius enim impios exterminium manere pronuntians, ſignificat eos modicum hîc florere, donec maturum adueniat excidij tempus. Deinde fidelibus, qui in tribulatione à Domino non deſciuerint, ſed quaſcumque afflictiones pro eo viriliter ſuſtinuerint, terram hereditario iure aſſignans, ipſos perpetuò beatos fore pollicetur. Quàm verò velox & repentinus impium maneat interitus, exinde ediſſerit.

Poſt peccatum ſequitur exterminium.

Contrarius impij & pij finis.

10. *Quæres locum eius, & non inuenies.*] S. Hieron. *cogitabis de loco eius, & non ſubſiſtet:* id eſt, non inuenies illum in iſto ſtatu ac loco, in quo paulò antè ipſum florentem videras. Nam paulò pòſt iam nuſquam apparebit, eiuſque locus tibi contemplanti nuſquam occurret, vt qui deiectus fuerit de illa ſua proſperitate. Sic apud

Impiorum fluxa proſperitas.

Iob 7, 10. Iob dicitur: *Nec cognoſcet eum ampliùs locus eius.* Quia ſcilicet non redibit in eum, &, ſi rediret, non cognoſceret, vtpote occupatus ab alio. Vel per hypallagen: non cognoſceret ipſe locum ſuum, quia non reuertetur; &, quamuis reuerteretur, immutatum reperiret. Sic etiam in alio

Pſal. 102, 16. Pſalmo dicitur: *Spiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet, & non cognoſcet ampliùs locum ſuum.*

11. *Manſueti autem hereditabunt terram.*] Iuxta nimirum Chriſti promiſſum in Euangelio

Matth. 5, 4. dicentis: *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* vbi in Græco, prout hîc eſt, κληρονομήσουσι, *hereditabunt*, quod plus eſt quàm poſſidere, cùm multi poſſideant non hereditario iure. Hoc ergo tam Dauid, quàm Chriſtus ſignificare voluit, mites eſſe filios Dei, ad cæleſtem familiam pertinentes, quibus theſauros omnes ſuos, & lautiſſimam hereditatem impertiri cupiat. O mitiſſime Ieſu, fili Dauid mitis, cur, ſi non tui imitandi ſtudio, ſaltem his tantis, tamque incredibilibus donis commouemur, ad manſuetudinem animi ſequendam, atque in mores inducendam? Cur fumo iracundiæ obſoleſcit animi quies & pulchritudo, & cor noſtrum turbidis motibus inimicatum paſſionum laceratur? Sancti omnes illius terræ quæ ſurſum eſt appetitione animum componebant, & perfectâ manſuetudine ſummo Numini ſubiacebant, & ſic hærebant in hoc mundo, vt ab eo ſtudijs & voluntate diſiuncti, manentem ciuitatem quærerent, in qua ſempiternâ pace, ſummo cum animi gaudio perfruerentur. Quod & hîc ſubdit Vates, *Delectabuntur in multitudine pacis.* Nam quidquid foris increpuerit à mundo, à fortunæ varietate, ab hoſte humani generis, interturbare illam pacem hominis manſueti non poteſt. Securus, & quodammodò victor omnium occurrentium malorum, in nigra nocte turbulentiſſimarum factionum, videbit ipſe lumen, & pacato animi ſtatu potietur. Hominum calumniæ, & iniurioſa tractatio reperiunt ſemper illum in quadro virtutis & conſtantiæ, quem Dei pax corroborat, & humaniſſimè conſolatur. Imò ſi perditorum hominum furor in ipſum corpus inſaniat, & diuexet, non perdet, neque eijciet compoſiti animi ſenſum; verùm Deo fretus, quem habet in domicilio pectoris ſui, aduerſa omnia ſine turbatione feret patienter, & Dei manum dura immittentem ſereno vultu oſculabitur. Quod videre eſt in Martyribus, alijſque Deo caris heroïbus, qui Dei numen reuerentes, & abhorrentes à malo, ſummâ animorum coniunctione cum Deo copulabantur. Sic enim accepimus illos probra inuidentium, & contumelias longè fœdiſſimas, non placidè minùs, quàm laudes ab amicis & præconia accepiſſe. Atque adeò pax illa cum ſanctiſſimo Numine tantum apud illos valuit, vt in opum & fortunarum omnium ſpoliatione riderent, in carceribus quaſi in aureo palatio quieſcerent, exultarent in morte violenta, proque illis Deum orarent, à quibus indigna & crudelia paterentur.

Mites ſunt filij Dei & heredes cæli.

Mites in pace ſunt imperturbati.

12. *Obſeruabit peccator iuſtum.*] S. Hieron. *cogitat impius de iuſto*; S. Ambroſ. *inſidiabitur peccator iuſto*, Hebraicum זמם *zomem*, deſignat id quod Hieron. dixit, ſcilicet *malignam cogitationem.* Similis eſt ſententia in Pſalmo 111. *Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet*, &c. Obſeruat igitur peccator iuſtum, eique inſidiatur, quia inuidet. Sed quid iuſtus nocuit, vt inuidus iuſto inſidietur? Planè, quia iuſtus eſt ille, iſte autem peccator: nec eſt ſocietas nocti cum luce, nec Belial cum Chriſto. Appoſitè, *ſtridebit dentibus.* Inuidus enim ac maledicus hianti ſemper ore, inter præacutos dentes vitam & famam viri iuſti rodit ac deuorat, vt ſuperiùs ad Pſal. 13. verſ. 4. de detractoribus ex Chryſoſt. annotauimus. Vno verbo Proſper inuidiæ malum graphicè deſcribens: *Inuidus*, inquit, *alienum*,

Pſal. 111, 10.

Inuidia malum peſſimum.

num, ſuum facit inuidendo ſupplicium. Sic ille lib. 3. de Vita contemplat. cap. 5. Certè qui odio inuidiaque æſtuant, qui leuiter læſi ringuntur, qui dentes velut apri acuunt, & velut canes, cùm rixantur, dentes retegunt, & dentibus infrendent; in hac vita damnatorum mores induunt, apud quos erit perpetuus fletus ac ſtridor dentium.

13. *Dominus autem irridebit eum.*] Id eſt, irritos efficiet eius conatus & ſtudia. Eadem ſententia eſt Pſalmo 2. *Qui habitat in cælis, irridebit eos.* In libro quoque Sapientiæ dicitur, quòd impij *videbunt & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit.*

Pſal. 2,4.

Sap. 4, 18

Lingua mala gladius qualis.

14. *Gladium euaginauerunt peccatores.*] Hunc locum ponderans S. Ambroſ. ſicut ex D. Paulo gladius Sanctorum eſt verbum Dei, ita, inquit, è contrario, gladius ſpiritus nequiſſimi, verbum eſt malum. Verbo Dei ſanctiſſimi religionis Chriſtianæ ſatores, vt fulgenti gladio accincti, multa & miranda perfecerunt: quocumque abibant, ſtratâ perfidiâ, ſtillans cruore vitium, & immanis tyrannorum furor victus videbatur: ſic prædo inferorum, hoſtis boni, in flagitioſorum hominum ore, velut in caſtris ſibi deuotis, gladium rotans fulmineum illum verborum inſolentium & malorum, ſtragem vbique ciet. *Conſidera,* inquit S. Ambroſ. *iurgantes peccatores, atque acerba iactantes inſolentia, & criminationum opprobria proferentes, nónne ſi eos audias, dices, Gladium euaginauerunt peccatores? Quando ſermo turpis tamquam de vagina petulanti ex ore profertur, quem cohiberi par fuit & recondi, extenderunt arcum ſuum.* Arcum peccatorum ait eſſe mentem eorum, & ſagittam verbum venenatum. Caueant igitur Chriſtiani, ne tantum periculum ſubeant maculandi animi ſui, vel alieni; parcant aliorum auribus, & pudori ſuo, nec ſua ora eſſe velint vaſa iniquitatis, neque linguam ſatanæ pugionem, ad pudicitiam cruentandam. Poëta ſanctus ſimul duas hîc imagines adhibuit, & illuſtres quidem, ad rem eamdem ſignificandam. idem enim eſt arcus & ſagitta, quod vagina & gladius. vtrimque venena promuntur, fœdum exitium, mortes indecoræ. Et hinc fortè ſumpſit Diogenes, à profana ſapientia laudatus, qui formoſum adoleſcentem cùm vidiſſet turpia & indecora proloquentem, *Non te pudet,* inquit, *ex eburnea vagina gladium plumbeum educere?* Sed per eburneam ille vaginam intellexit ſpecioſum corpus, vt nobilem & pretioſam animi thecam, aureumque loculamentum, ex quo non deceret vt vile quiddam plumbeumque exiret. Sed Dauid noſter mentem, vt ait D. Ambroſ. intellexit, cor ipſum, animi penetrale: vnde velut è vagina, plumbeum ſcelus emittitur, & luxuriæ gladius, Stygiâ aquâ intinctus ad conſcientiam lacerandam.

Modicum iuſti præualet diuitijs peccatorum.

16. *Melius eſt modicum iuſto.*] Id eſt, paululum quod iuſti poſſident, ob arcanam Dei benedictionem, eſt ipſis ſuauius & fructuoſius, quàm impiorum magna affluentia. Sic in Prouerbijs dicitur: *Melius eſt parum cum timore Domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles. Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio. Melius eſt parum cum iuſtitia, quàm multi fructus cum iniquitate. Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio.* Certè maximas turbationes diuitijs opibuſque adnecti, Hebræum verbum, quo hîc diuitiæ appellantur, oſtendit. Dicuntur enim מַהֲמוֹן *mahamon,* quæ vox propriè *turbationem* ſtrepitumque ſignificat. Recte autem ad diuitias extenditur, vt colligeremus, turbulentiſſimis rumoribus eas eſſe grauidas, vti quotidie videmus & experimur. Hinc in loco Prouerb. iam citato vbi nos legimus, *Theſauri magni, & inſatiabiles,* in Hebræo etiam eſt, *& conturbatio in ipſis.* Ex quo colligitur, quò maiores diuitiæ ſunt, eò maiores ſub illis plerumque conturbationes latere, anxietates & ſolicitudines. Etiam vox *mamon* de opibus dicitur, & à conturbatione deducitur: vt ita moneremur, qui pacem ac quietem amat, turbas odit & auerſatur, eum opes debere negligere, quæ fœcundæ ſunt turbarum matres. Eleganter quoque locum hunc illuſtrat Origenes, dum *diuitias peccatorum,* exponit de vana illa eruditionis ſupellectile, quam oſtentant profani, ob quam ſæpè vt pauones picti & glorioſi efferuntur. Eius locum eò libentiùs hîc ponam, quòd curſum ſtudiorum apud veteres ob oculos ponat, & illuſtrandæ antiquitati ſeruiat. Sic igitur habet: *Sunt multa & diuerſa ſtudia litterarum in hoc mundo: & videas quamplurimos incipientes à Grammaticis, ediſcere carmina Poëtarum, comœdiarumque fabulas, tragœdiarum vel commentitias, vel honorificas narrationes, hiſtoriarum longa ac diuerſa volumina: tum deinde tranſire ad Rhetoricam, atque ibi omnem fucum eloquentiæ quærere: poſt hæc venire ad Philoſophiam, perſcrutari Dialecticam, ſyllogiſmorum nexus inquirere, menſuras Geometriæ pertentare, aſtrorum leges, ac ſtellarum curſus perſcrutari: omittere quoque nec Muſicam: & ſic per omnes iſtas eruditi, tam diuerſas & varias diſciplinas, in quibus nihil de Dei voluntate cognouerunt, multas quidem, ſed peccatorum diuitias congregauerunt.* Hæc ille. Breuiùs quidem, ſed idem planè, meo iudicio, vult D. Hieron. cuius hoc effatum eſt in cap. 4. Amos: *Vir Eccleſiaſticus veritatis ſimplicitate contentus, hæreticorum ſupellectilem, & eloquentiæ fulgorem, argumentorumque diuitias non requirit.* Nominat hæreticos, quòd, cùm artes illæ profanæ vix habeant vllam vtilitatem, ad Chriſtianæ reipublicæ decus, amplificandamque gloriam, ſed vni propè ambitioni ſeruiant; ſuperbi animi, & ſcientiæ opinione inflati, ſæpè diuino iudicio in impias opiniones præcipitent.

Prou. 15, 16.

Ibid. 16,8.

Prou. 17,1.

Diuitiæ turbationibus plenæ.

Profana ſcientia, ſunt peccatorum diuitiæ.

18. *Nouit Dominus vias immaculatorum.*] Ita legit quoque S. Auguſt. Græcè ὁδοὺς, pro quo Latina & Hebræa habent *dies,* יְמֵי *ieme.* vnde videri poſſet Græca lectio corrupta ex ſimili loco Pſalmi 1. vbi eſt, *Nouit Dominus viam iuſtorum:* ſenſus tamen eòdem recidit. Symmachus, προεῖδεν ὁ κύριος τὰς ἡμέρας τῶν ἀμώμων, *prænouit Dominus dies immaculatorum.* Ex hoc loco colligitur, in cælo non ſcribi, neque numerari impiorum annos aut dies, ſed iuſtorum tantùm. Quod inſinuant ſacræ paginæ, quæ vbi de horum vita & annis mentio incidit, eos accuratè recenſet: nouit quippe Dominus vias immaculatorum. Ita nouit, ita cenſuit annos Adami, Abelis, Sethi, Abrahami, Iſaaci, Iacobi; ſed impiorum, vt

Pſal. 1,6.

Piorum tantùm anni numerantur à Deo.

ANNOTATIONES CORDERII.

vt Caini, Lamechi, Iſmaëlis,& aliorum, dies & annos non ſupputauit; quia vt longæui fuerint, inanes fuerunt & vani; ideóque perinde habentur, ac ſi non fuiſſent: *Sicut ea quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.* (Pſal. 89, 5.)

19. *Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur.*] In his verbis ſenſum ſpiritalem agnoſcit Hieron. de iuſtis, qui de Dei gratia ſaturantur. (*Pij gratiâ Dei ſatiantur.*) Hæc autem ſatietas iuſtorum interna eſt, in ipſa conſcientia diuinis affluente conſolationibus, qualis Paulo erat, cùm diceret: *Gloriamur in tribulationibus.* (Rom. 5, 3.) *Nam ille* (inquit S. Auguſt.) *vnde gloriaretur, ſi egeſtatem intus pateretur? videbantur foris anguſtiæ, ſed intus latitudo erat. Quid autem facit malus cùm cœperit tribulari? foris nihil habet: ablata ſunt omnia; in conſcientia nullum ſolatium eſt: non eſt quò exeat, quia dura ſunt: non eſt quò intret, quia mala ſunt. Meritò ei fit quòd ſequitur: Quoniam peccatores peribunt. Conſolatio non eſt in externis.* (*Impij in tribulatione pereunt.*) Sic ille. Peribunt autem impij, *quando* (vt ſubnotauit ibidem S. Hieron.) *erunt vacui.* Quare iuſtorum animæ cæleſtibus gaudijs abundant, quibus omnino carent improbi, qui lutum auro, terram cælo, carnem ſpiritui, mundum Deo prætulerunt.

20. *Et exaltati, deficientes quemadmodum fumus defecerunt.*] S. Hieron. *glorïantes vt monocerotes conſumentur*; (*Impij vt fumus deficiunt.*) Hebraicè iam legitur כִּיקַר כָּרִים כָּלוּ *chiiakar charim chalu*, id eſt, *ſicut pretioſum* (id eſt adeps) *agnorum conſumentur.* q. d. Sicut adeps igni impoſitus flammâ breui abſumitur, ſic impij ſaginati felici rerum ſucceſſu, quaſi agni ad cædem deſtinantur. De quibus apud Ieremiam dicitur: *Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis.* (Iere. 12, 3.) quod de igne gehennæ nonnulli accipiunt. Septuag. autem, vt rectè notat Genebrardus, כִּיקַר כָּרִים *chiiakar charim* non pro nominibus, ſed pro infinitiuis habuerunt, & ſequens verbum בֶעָשָׁן *behhaſan*, non per *beth*, ſed per *caph* legerunt, vt ſit ad verbum, *Et inimici Domini circa honorari* (vel in pretio haberi) *circa exaltari conſumpti ſunt, ſicut fumus defecerunt.* Quem ſenſum, vtpote meliorem, Septuag. expreſſerunt, eumque Latinus interpres ſecutus eſt, & tota frequentat Eccleſia. Pro *charim* autem, quod propriè *agnos* ſignificat, S. Hieron. videtur legiſſe, *charem*, & ideò vertit, *monocerotes.* Et tunc ſenſus eſt, quòd inimici Domini, cùm honorificati & gloriantes fuerint ſicut monocerotes, tamquam fumus conſumentur. vtrobique autem ſignificatur velox felicitatis impiorum interitus. Pro *defecerunt*, Vulgata habet, *deficient*; Hebraicè tamen & Græcè eſt præteriti temporis verbum כָּלוּ *chalu*, & ἐξέλιπον.

21. *Mutuatur peccator.*] S. Hieron. *fœnus accipit*; S. Ambroſ. *fœneratur peccator, & non ſoluit*; S. Auguſtinus, *mutuatur, & non ſoluit:* ita etiam habet Pſalterium Romanum, conformiter lectioni Græcæ & Hebraicæ, quæ in præſenti efferunt hanc ſententiam. Vulgata tamen hæc exprimit in futuro, *mutuabitur peccator, & non ſoluet.* Pulchrè D. Auguſt. hunc locum exponit de beneficijs à Deo acceptis, quibus non reſpondet peccator, nec officia pro ijs rependit. (*Peccator pro diuinis beneficijs non reddit officium.*) *Quanta*, inquit, *accepit peccator, pro quibus non ſoluit? Accepit, vt ſit; accepit, vt ſit homo; accepit corporis formam; accepit in corpore diſtinctionem ſenſuum: accepit etiam amplius, id eſt mentem, quâ poſſit intelligere, quâ poſſit capere veritatem, quâ poſſit iuſtum ab iniuſto diſcernere, quâ poſſit indagare, deſiderare, Creatorem laudare, & inhærere illi. Hæc omnia accepit & peccator; ſed non benè viuendo non reddit quod debet. Ergo fœneratur peccator, & non reddit ei à quo accepit; non agit gratias: imò vero rependit mala pro bonis, blaſphemias, murmur, aduerſus Deum indignationem.* Quòd ſi tantum eſt crimen pro acceptis beneficijs gratias non referre (vt D. Bernardus Serm. 84. in Cantica dicat: Qui *maximi videbantur pro accepta gratia, pro non redhibita minimi reputantur apud Deum*) quantú, obſecro, erit, non ſolùm non referre gratias, ſed etiam referre iniúrias? quod faciunt peccatores. E contrà *iuſtus autem miſeretur, & tribuet.* (*Eleëmoſyna non minuit, ſed auget opes.*) Quaſi diceret: Perditè quidem voluptuoſeque viuendo ingentes etiam peccatoris opes exhauriuntur; at verò liberaliter miſericorditerque donando mediocres viri iuſti facultates augentur. Rem hanc optimè nouerat Romana illa Paula, de qua D. Hieron. in eius Epitaphio ad Euſtochium: *Pauperes*, inquit, *totâ vrbe perquirens, damnum putabat, ſi quiſquam debilis & eſuriens, cibo ſuſtentaretur alterius: ſpoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos, maiorem ſe eis hereditatem Chriſti miſericordiam dimittere loquebatur.* Eamdem rem experta eſt vidua illa Sarephtana, quæ quidquid habebat farinæ & olei, præbens Eliæ, nihil amiſit, ſed plura recepit. (3. Reg. 17.) De qua D. Ambroſius lib. de Elia cap. 2. *Quoniam*, inquit, *deuotionem cibo prætulit, meruit vt ariditatis publicæ ſola non ſentiret ærumnam. Itaque non defecit hydria farinæ, cùm torrentis fluenta deficerent.*

23. *Apud Dominum greſſus hominis dirigentur.*] S. Ambroſ. ad hunc locum ſubtiliter animaduertit, in Græco non eſſe *greſſus*, ſed διαβήματα, *tranſitus.* Tum ſapienter vnumquemque monens, (*Vita hæc tranſitus.*) *Tranſi ergo*, inquit, *noli ceſſare, ſicut bonus viator.* Subdit hanc vitam eſſe *exodum*, atque in exodo admirabilia multa illis oſtendi qui tranſeunt. Quod ſancto Moyſi contigit, qui de ſe aiebat: *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam.* (Exod. 3, 3.) Atque vt videamus magnos viros Eccleſiæ præceptores eodem ſpiritu afflatos, eamdem vitæ viam tenuiſſe, idem mortales monuiſſe; D. Baſilius in Pſal. 14. proprium eſſe boni viri dixit παροδεύειν τὸν βίον, *more hoſpitis vitam hanc tranſire*: & eâ de cauſſa viuendi curriculum à præſtantiſſimus viris nominari *incolatum*, hoc eſt διαγωγὴν πρόσκαιρον, *habitationem temporariam*: vt intelligamus, inquit, vitam noſtram eſſe παροδικὴν, *tranſitoriam*, breuem, mutabilem, & peregrinorum iactationem, atque ad illam æternam tendere omnes oportere. *Pulchrè autem* (inquit Ambroſ.) *viri greſſus dirigi dicuntur à Domino; quia non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, ſine offenſione ſeruare veſtigium.* (*In via virtutis, Dei continua directione opus eſt.*) Vt enim puer tenellus firmare greſſus non valet, ſed, ſi quando ſtare conatur, decidit ſtatim, niſi matris, nutricis aut baiulæ manibus auxilioque fulciatur; eâdem ratione, quibuſcumque viribus homo polleat, & virili ætate firmus ſit, in via virtutis ruat neceſſe eſt, niſi cum Deus manibus geſtet. Optimè ergo dictum eſt, *A Domino*

mino greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet. In multis codicibus Græcis additur σφόδρα, *nimis*. Sed S. Hieron. negat illud in antiquis Interpretibus reperiri; Symmachus vertit, καὶ ἡ ὁδὸς αὐτῷ εὐδοκεῖται, *& via eius beneplacet.* Eamdem quoque ſuauiſſimam Dei prouidentiam in iuuandis ſuis, ſequenti verſu ante oculos ponit.

Deus maternam gerit curam ſuorum.

24. *Cùm ceciderit, non collidetur.*] Deum hîc vt ſedulam & amantiſſimam genitricem effigiat, quæ vbique filiolum comitetur, omni ſtudio in eius bonum intenta, paratáſque habeat manus, vt titubantem ſuſtentet. Sic vbique tendit manus inexplicabili amore Deus, vt, ſi quando in via ad felicitatem titubet iuſtus, ſi flatus moleſtiſſimarum tentationum, ſi hominum malitia, ſi dæmonum impetus furioſi ſtantem deijcere conentur, officioſis illum manibus ſinuque excipiat. *Cùm ceciderit*, inquit, *non collidetur.* Cadere humanum eſt, collidi autem periculoſum atque miſerrimum. *Cùm* igitur *ceciderit, non collidetur*, non vulnus, non doloris vllum ſenſum excipiet, nihil mali patietur: *Quia Dominus ſupponit manum ſuam.* O puluinar delicatum dulciſſimæ prouidentiæ, quo diuinis manibus exceptus homo, & molliſſimè ſuſtentatus, cùm ruit, non corruit; cùm deijcitur, non abijcitur! Id probant omnium ſæculorum ætates, quæ hanc Dei ſingularem beneuolentiam viderunt. De Apoſtolis, & primis Chriſtianæ religionis floribus ſic pronuntiat D. Paulus: *Deijcimur, ſed non perimus.* Quia nimirum blandus ille omnium parens inexplicabili bonitate dulcem manum ſupponebat, ne vexati alliderentur: cuius proprium eſt, vt Propheta alio in loco dicit, alleuare omnes qui corruunt, & humaniſſimè recreare.

Deus iuſtos manibus ſuis excipit.

2. Cor. 4. 9.

Pſal. 144. 14.

Mendicantes Religioſi non repugnant huic ſententiæ.

25. *Nec ſemen eius quærens panem.*] Rectè ad hunc locum obſeruat Bellarminus, non repugnare hanc ſententiam veritati, etiamſi videamus in Eccleſia multos fideles mendicantes panem. Nam mendicantes Religioſi ſponte mendicant amore paupertatis, non neceſſitate inopiæ: neque derelicti dici poſſunt, cùm Deus eos mirabili ſuâ prouidentiâ alat & ſuſtentet. Ceteri mendicantes vt plurimùm non ſunt filij eorum qui conſueuerint miſereri aliorum, & donare: ad hos enim propriè hæc promiſſio pertinet. Sæpè etiam neque iuſti ſunt ipſi, neque filij iuſtorum. Denique, vt ſuprà diximus, ſi qui verè iuſti & ſperantes in Domino derelicti videntur, & quærentes micas panis, vt Lazarus in Euangelio; ij melius aliquid à Domino acceperunt, quàm ſit copia rerum temporalium: neque mutarent meritum patientiæ cum omni temporali felicitate. *Iuſtus enim* (inquit ad hunc locum S. Ambroſ.) *etſi in ſæculo derelinquitur, à Domino tamen non derelinquitur.* Quod latiùs probat exemplo ipſius Iacob, cui vbique diuina gratia præſtò fuit. Non derelinquitur à Deo iuſtus, etſi à mundo derelictus, ſpretus & afflictus. Tunc enim vel maximè habet Deum appropinquantem ſibi, cum ipſo eſt Deus in tribulatione, deſcenditque cum illo in foueam, nec in vinculis derelinquit eum. Sic Danieli in leonum lacu iuſſu regis incluſo prandium diuinitus procuratur; & inter feras eſurientes, & parcentes, homo Dei paſcitur. Sic alitur Elias in fuga, & in ſolitudine coruis miniſtrantibus, & volucribus ſibi cibum apportantibus, in perſecutione nutritur. Neque enim deeſſe quotidianus cibus poteſt iuſto, cùm ſcriptum ſit: *Non affliget Dominus fame animam iuſti.*

Luc. 16.

Deus iuſtum numquam deſerit.

Dan. 14.

3. Reg. 17.

ANNOTATIONES CORDERII.

Prou. 10, 3.

Chriſtiani non ſunt in defectu panis cæleſtis.

Myſticè de Chriſto Domino locum hunc exponit S. Ambroſius, cuius ſemen, id eſt, cuius filij, ſcilicet Chriſtiani, numquam panem quæſiuerunt, quia ſemper ad manum habent panem Euchariſticum, qui famem depellere poſſit. Ceteri quidem qui huius mundi panes quærunt, id eſt, oblectamenta mundi ſectantur, ſæpiùs in egeſtate ſunt: ſed qui panem de cælo viuum ac verum quærunt, numquam eius penuriâ laborant. Vide hæc fuſiùs in ipſo S. Ambroſio explicata.

Priùs declinandum à malo, deinde bonum faciendum; & quæ ſit inter hæc differentia.

27. *Declina à malo, & fac bonum.*] Licet declinare à malo quoddam bonum ſit, eſt tamen ea inter hæc duo differentia, quòd, iuxta Tertullianum lib. 1. ad Vxorem cap. 3. *declinare à malo is dicitur, qui non facit quod obeſt: facere autem bonum dicitur, qui addit inſuper quod prodeſt.* Atque adeò inter hæc duo præcepta differentiam iſtam explicat S. Hieron. epiſt. 24. ad Celantiam, dicens, *priore præcepto improbari otium, poſteriore imperari ſtudium; ibi animum coerceri, hîc incitari; illic feciſſe, hîc non feciſſe, culpabile eſt.* Quòd enim damnatio immineat non ſolùm prohibita patrantibus, verùm etiam iuſſa prætermittentibus, S. Baſilius hom. de iudicio probat. Porrò Pſaltes priùs hîc iubet declinare à malo, & poſteà bonum facere, quia, vt S. Ambroſ. in Pſal. 1. notat, *initium bonorum nobis eſt abſtinentia peccatorum. Hic enim eſt ordo diſciplinæ, vt ab inferioribus ad perfectiora contendas.* Quæ eius verba non ſic accipienda ſunt, quaſi Chriſtiano à profectionis ſuæ initio prohibita ſolùm cauenda, iuſſa verò obſeruanda non ſint; ſed quia (vt D. Thomas 1. 2. qu. 24. art. 9 docet) Chriſtianus in principio conuerſionis ſuæ principaliter intendit vitare mala; prouectior autem effectus, præcipuo quodam ſtudio incumbit vt faciat bona. Vide quæ ſuperiùs ad Pſal. 33. verſ. 15. in hanc rem annotauimus.

28. *Iniuſti verò punientur.*] Ita Vulgata & Biblia Regia, & Complutenſia; Græcè, ἄνομοι δὲ ἐκδιωχθήσονται, *expellentur*, quomodo etiam Euſebius legit; in Sixtinis codicibus eſt, ἄμωμοι δὲ ἐκδικηθήσονται, *immaculati autem vindicabuntur*, quomodo etiam habetur in Pſalterio Æthiopico. Sed prior lectio, quæ cum Vulgata conſonat, præferenda, quam etiam ſecutus eſt in Metaphraſi Apollinarius:

Αὐτὰρ ἀθεσμοσύνης μεμηλότες ἐξελάοντο.
Ceterùm iniuſta curantes eijciantur.

Ori cur meditatio tribuatur.

Exterior homo interioris traditur in diſciplinam.

30. *Os iuſti meditabitur ſapientiam.*] In dubium vocari poſſet, cur meditari, quod cordis & mentis eſt, hîc ori tribuatur. Ad quod reſpondet D. Ambroſ. dum hæc verba exponeret, ori meditationem tributam; quia exterior homo in interioris hominis transfunditur diſciplinam, vt ob eorum conformitatem, quod vnius eſt, alteri tribuatur. Ipſa eius verba ſic habent: *Ideo os iuſti meditabitur ſapientiam. Iam enim & ipſe exterior homo iuſti, in interioris hominis transfuſus eſt diſciplinam, & in eius conformatus naturam, ipſius exercet officium; vt caro meditetur, quod mentis interna eſt.* Vbi autem caro aduerſus ſpiritum pugnat, & exterior homo interiori non ſub-

ANNOTATIONES CORDERII.

ſubditur, nec ambo inter ſe firmo fœdere cohærent, ægrè perfecta fundi oratio poteſt, ægrè ſuauis precum harmonia exaudiri. Hinc eſt quòd oratio à ſanctis Patribus citharæ comparari ſolet, quæ pacis & concordiæ hieroglyphicum eſt: quia interiores rixæ pugnæque à mente abeſſe debent, quæ Deo per orationem coniungi cupiat. De conſonantibus citharis produnt auctores, quòd, ſi vnius chorda pulſetur, alia nec tacta contremiſcat, tantum ſcilicet conſonantia poteſt. Idem in nobis fiat, concors ſit corpus animæ, & quod illa probauerit, caro ſubſcribat & ſuccinat, nec repugnet. Hinc eſt quòd ſæpè mentis cantus etiam linguæ tribuitur: vt in iſto, *Lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam.* Et hoc loco: *Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.* ac ſi mentis chordâ tactâ ſonum ederet corporis chorda non tacta. Signatè autem priùs ait, *meditabitur*, deinde *loquetur:* vt colligeremus ante linguæ officium, ſuum cor obijſſe, & iuſtos nihil temerè loqui, ſed altè cogitata proferre. Vnde os cordis hoc loco intelligit B. Laurentius Iuſtinianus, quia meditationis fit mentio. Cuius iſta verba ex M. S. codice inedito citat Nouarinus lib. 1. Sacror. Electorum cap. 11. *Os cordis iuſti meditabitur ſapientiam, quæ eſt de Deo: & propter aliorum inſtructionem lingua eius loquetur iudicium, id eſt diſcernet, quod Deus fugere præcipit, vel tenere. hoc autem ita loquetur, vt vita conſonet cordi, ne putetur eſſe de illis, de quibus ait Dominus: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.* Abſit, vt vita linguæ contradicat, vt aliud operibus clamemus, aliud ſermone. Apage imperitos hos muſicos, qui ſpiritalem hanc harmoniam formare neſciunt, aut nolunt. Benè monebat S. Petrus Damianus lib. 2. epiſt. 1. *Verba vitæ*, inquit, *populis non ſolùm vocibus, ſed etiam moribus nuntiemus.* Vitâ nimirum verba deſtituuntur, cùm ſermoni mores non concordant, nec illud agitur quod docetur. Vnde ſubdit:

Animæ & corporis conſonantia

Pſal. 34, 28.

31. *Lex Dei eius in corde ipſius.*] S. Ambroſ. in expoſitione huius verſ. docet illa verba Apoſtoli, *Iuſto non eſt lex poſita, ſed iniuſtis & peccatoribus*, debere intelligi de renouatione legis, quæ fit, quando ſcribitur in tabulis aut libris. Lex enim non ponitur in tabulis propter iuſtos, qui legem ſeruant, & eam in corde fideliter retinent, iuxta verba huius Pſalmi, *Lex Dei eius in corde ipſius;* ſed propter peccatores, qui legis obliuiſcuntur, & ita viuunt ac ſi legem non haberent. Vnde idem Apoſtolus cùm ait, *Sed iniuſtis*, Græcè poſuit, ἀνόμοις, id eſt, *exlegibus*, ſiue legis præuaricatoribus. Ex quo apertè ſignificauit, legem non ideò poni iniuſtis, quia non tenerentur etiam anteà lege, ſed quia obliti erant legis; nec ideò non poni iuſtis, quia iuſti carere debeant lege, ſed quia legem in corde ſe habere per bona opera teſtantur. Potuit igitur primis hominibus in ſtatu innocentiæ dari lex, tum naturalis, tum etiam poſitiua; ſed non fuit opus renouatione, aut deſcriptione in tabulis lapideis, quod propter iniquos poſteà factum eſt, vt peccatum cognoſceretur, vt Apoſtolus diſputat in epiſt. ad Romanos cap. 7.

1. Tim. 1, 9.

Iuſti in corde, iniuſti in tabulis legem habent.

35. *Vidi impium ſuperexaltatum*, &c.] S. Hieron. *vidi impium robuſtum & fortiſſimum ſicut indigenam virentem;* Sexta editio, εἶδον ἀσεβῆ καὶ ἀναιδῆ ἀντιποιούμενον ἐν σκληρότητι, καὶ λέγοντα, εἰμὶ αὐτόχθων περιπατῶν ἐν δικαιοσύνῃ, *vidi impium & impudentem iactantem ſe in duritia, & dicentem, Sum ſicut indigena, ambulans in iuſtitia.* In Hebræo eſt, כְּאֶזְרָח רַעֲנָן *cheezrah raganan*, id eſt, *ſicut indigenam virentem:* vt ex imagine arboris, in proprio & naturali ſolo exortæ, nec aliunde aduectæ, ac proinde valentioris, oſtendat, ſtultum illum impium de quo agit, dum nihil de ſuperna patria cogitabat, ſed vt municipem mundi ſe gerens, profundiores ac firmiores radices, velut in patrio ſolo ageret; ruinam ſuam quantocyùs maturaſſe: quòd nimirum toto cælo aberrans, & propriam patriam ignorans, quò magis terrenis rebus hærebat, eò ſe à naturali ſolo plùs diuelleret, ac debiliori fundamento fragilioribuſque radicibus niteretur. Chaldæus vertit, *ſicut arborem tranſplantatam, & abundantem folijs;* alij ex Hebræo tranſtulerunt, *vidi impium fortem & vireſcentem inſtar lauri viridis.* Sed Septuag. notiorem metaphoram vſurpantes, quoniam in monte Libani ſilua erat cedrorum ingentium, toto orbe conſpicua, diuitem impium, aut potentiſſimum quempiam dynaſtam ſeu principem, eleganter cum cedris compararunt. Celerem vero iſtiuſmodi celſitudinis interitum deſcribens Dauid ſubdit:

Diuites impij cedris comparati.

36. *Et tranſiui, & ecce non erat.*] Ac ſi diceret, inquit Agellius, Non ſteti, nihil moræ interceſſit, niſi dum illam arborem tranſirem; *& ecce non erat*, ita vt pænè ipſo momento tranſitus mei tanta firmitas & pulchritudo periret. Pulchrè verbum illud *Tranſiui*, in epiſt. ad Philipp. cap. 3. verſ. 8. moraliter expendens Velaſquez noſter, ſic exponit, vt affirmet Vates, ſe, cùm de externo aſpectu ad interiorem animi aciem & contemplationem pertranſiuit; haud difficulter penetraſſe externa hæc bona, dum ſplendore ſuo rutilant, oculis ſuis illuſiſſe, vt alicuius illa pretij putaret, cùm reapſe non eſſent, ſiue in ſe ipſis nihil eſſent. Ergo ait: *Tranſiui, & ecce non erat.* hoc eſt, non fuit opus vernantem hanc & florentiſſimam arborem mortis ſecuri excidi, nec mentis meæ aciem ad cæleſtia bona conuertere, vt omnino cognoſcerem, nihil illi veri boni ſubeſſe: id enim ſola mentis acies, in ipſam intenta, luculenter præſtitit, ſimul atque conſiderauit illa omnia tantùm eſſe meram vanitatem, vmbram, nihil. Vbi obſerua, non dixiſſe Pſaltem, *Tranſiui*, & ecce non fuit, aut non erit; ſed notanter, *Ecce non erat*, ſcilicet quod videbatur. Nam eo ipſo temporis puncto, quo ſeſe pulcherrimam oſtentabat, reapſe non erat, nihil erat, vmbra erat, illuſio erat oculorum, externâ ſpecie decipiens: vti pluribus ad hunc locum eleganter oſtendit S. Ambroſius. Sed hîc argutus fortaſſe quiſpiam objiciat: Quomodo Vates vidit eum, ſi non erat; & non videre modò, ſed etiam, vt omni florum & fructuum huius ſæculi ornatu abundantem, mirari potuit? Si vidit, & oculis non lippientibus intuitus eſt, quomodo non erat? Sanè & ille erat, & exaltatus erat, & omni felicitate & proſperis ſucceſſibus eleuatus erat; *& ecce non erat*, quia tranſiuit mente Vates, accurataque cogitatione vera, cæleſtia & æterna bona, quæ non videntur, ijs temporalibus & euaneſcentibus oppoſuit.

Momentanea impiorum felicitas.

Cùm

Cùm itaque videmus extolli impios (inquit Origenes) *& in nimiam ſuperbiam eleuari, transeamus & nos mente & intellectu ab his quæ videntur, & temporalia ſunt, & transferamus ſenſum noſtrum ad ea quæ non videntur, & æterna ſunt. Cogitemus, temporalia hæc eſſe & paucorum dierum, quæ videntur elata: intueamur iudicij diem: & ita ſenſu noſtro cernemus, eum qui ſuperexaltatus eſt & elatus ſicut cedrus Libani, in die iudicij omnino non eſſe.* Nec ad illum vſque diem mentis iudicium extendas, quaſi tunc demum non ſit futurus; ſed nec nunc eſt. Id enim aſſiduæ cogitationis vis efficiet, vt nec modò eum ſubſiſtere, aut aliquid eſſe cognoſcas. Nam ſi tunc, quando maximè expedit eſſe (quippe inde æternitas exurgit) futurus non eſt; nec modò eſſe, ſiue aliquid valere dicendus eſt.

37. *Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem.*] S. Ambroſ. quidem *innocentiam* hîc interpretatur *perfectionem*; S. Auguſt. verò *æquitatem*, tranſtulit *directionem*; Symmachus vertit, φύλασσε ἀπλότητα, καὶ ὅρα εὐθύ, ὅτι ἔσται μέλλοντα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ, *cuſtodi ſimplicitatem, & vide rectum; quoniam ſunt futura homini pacifico*; Aquila addit, ἔσχατον *extremum*: S. Hieronymus priorem partem tranſtulit vt Symmachus; poſteriorem verò ſic, *quia erit ad extremum viro pax*; Chaldæus vertit, *ſerua integritatem, reſpice iter rectum*; Maſoretæ vtrumque in concreto efferunt, *integrum & rectum*. quod aliqui de homine interpretantur, q. d. Obſerua virum innocentem, & conſidera æquum virum, quoniam finis eius pax, æterna ſcilicet, vt hortetur ad conſideranda exempla gratiæ Dei, & iudiciorum eius. Rectiùs Septuag. *quoniam reliquiæ ſunt homini pacifico.* q. d. Pacificus filios, & bona eis vtenda relinquet; impiorum autem poſteritas (vt ſequ. verſu per antitheſin ſignificatur) & bona ipſis relicta peribunt. Vide quæ ſuperiùs ad Pſal. 16. verſ. 14. annotauimus ad illa verba, *Dimiſerunt reliquias paruulis ſuis.* ANNOTATIONES CORDERII.

38. *Iniuſti autem diſperibunt in idipſum.*] Ita quoque S. Auguſt. legit; Græcè eſt, ἐπὶ τὸ αὐτό; pro quo Vulgatus *ſimul* tranſtulit; Symmachus vertit, οἱ δὲ ἀθετοῦντες ἐξαναλωθήσονται ὁμοῦ, τὰ ἔσχατα τῶν ἀνόμων ἐκκοπήσονται, *præuaricatores autem delebuntur pariter, nouiſſima iniquorum excidentur.* Addit Scholion Aquilam pro τὰ ἔσχατα dixiſſe ἔσχατον, *nouiſſimum*, quemadmodum quoque vertit S. Hieron.

IN PSALMVM XXXVII. ARGVMENTVM.

α. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ εἰς ἀνάμνησιν σαββάτου.

Pſalmus Dauid, in rememorationem * ſabbati.

* Vulgata de ſabbato.

Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν, ἀναμιμνήσκων ἑαυτὸν τῆς ταλαιπωρίας ἧς ὑπέμεινε διὰ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀξιοῖ σαββατισμοῦ τυχεῖν, ἤτοι ἀναπαύσεως ἐκ τῆς συμφορᾶς. Μέμνηται δὲ τῆς ἁμαρτίας, κρυπτὸν τὸ ἕλκος οὐκ ἀνεχόμενος. Ἀλλὰ καὶ τὴν νόσον, καὶ τὴν θεραπείαν εἰς μέσον προτίθησι, διδασκαλίας ὑπόθεσιν τοῖς ἀνθρώποις προσφέρων. Ἐπισυνέχθησαν δὲ αὐτῷ πολλὰ καὶ διάφορα δυσχερῆ· τοῦ Ἀμνὼν ἡ σφαγὴ, τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἡ τυραννὶς, Ἀχιτόφελ ὁ σύμβουλος κατ' αὐτοῦ βουλευόμενος, Σεμεεὶ λοιδορούμενος, καὶ ἄλλα ὅσα ἡ ἱστορία διδάσκει.

Hunc Pſalmum canit, ſibi refricans memoriam miſeriæ, quam ſuſtinuerat propter peccatum; & petit conſequi ſabbatiſmum, ſeu quietem calamitatum. Peccati autem mentionem facit, occultum vulnus non ſuſtinens. Quin & morbum, & curationem in medium profert, doctrinæ argumentum hominibus afferens. Acciderunt autem ipſi multæ & variæ moleſtiæ: nimirum Amnonis cædes, Abſalomi tyrannis, Achitophelis conſilium quod contra ipſum dedit, Semei contumeliæ, & alia quæ hiſtoria edocet.

PARAPHRASIS.

β. Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.

Παρακαλεῖ ἰατρικῶς, μὴ δικαστικῶς παιδευθῆναι· μὴ δριμυτέροις, ἀλλ' ἠπίοις φαρμάκοις ἰαθῆναι.

2. DOMINE ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. *Dauid pœnas imminentes deprecatur.*

Rogat vt, more medici, non iudicis, caſtigetur: neque amarulentis, ſed lenibus pharmacis curetur.

γ. Ὅτι τὰ βέλη σου ἐνεπάγησάν μοι, καὶ ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου.

3. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Hoc

CATENA PATRVM.

præſentibus, ſed ſperantes in futuris, iuxta illud Apoſtoli: *Spe gaudentes, in tribulatione patientes:* & Ieremiæ dicentis, *Bonum eſt homini cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius, & tacebit: dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs.*

Rom. 12, 12.
Thren. 3, 28.

NOLI ÆMVLARI.] ANONYMI. Cùm bonum finem oſtendiſſet, ſermonem repetit, ſuadens, ne peccatores rebus proſperis vtentes æmulemur. Manet enim ipſos ira in die iræ ac iuſti iudicij Dei. Idcircò tu ne irriteris aduerſus eos, neque contende facere ſimilia: nam finis eorum interitus eſt. Manſueti autem hereditabunt terram. Nam ſi in cælis ſit Ieruſalem & Sion mons, conſequens eſt etiam ibi terram cogitare.

Non inuidenda peccatoribus modica felicitas, æternas poſteà pœnas luituris.
Rom. 2, 5.

10. ET ADHVC PVSILLVM, ET NON ERIT.] ORIGENIS. Ambigua eſt hęc locutio: vel enim exiſtentiâ carebit peccator (quod exiſtimant illi, qui prauos penitus interire perperàm tradunt) vel in quantum peccator eſt, non erit.

12. OBSERVABIT PECCATOR IVSTVM.] ANONYMI. Peccator, inquit, non fert iuſti virtutem, quòd exiſtimet illâ accuſari ſuam improbitatem; quare obſeruat, quomodo ipſum deijciat. Quod iuſtus quidem ignorat: ſed Deus interim qui omnia videt, inanes eius cogitationes irridet. Cùm verò vſque ad mortem inſidias ſtruxerit illi qui propter Deum paupertatem amplexus eſt, tunc inſidias in ipſos retorquet auctores.

Peccator ægrè fert virtutem iuſti.

14. GLADIVM EVAGINAVERVNT.] DIDYMI. Arcus eorum extenſus, ſunt prauæ cogitationes; gladius verò acutus, eſt lingua, ſiue ſermo illorum.

THEODORETI. Hæc autem ſimilia ſunt iſti, *Lacum aperuit, & effodit eum.* Poſſet hoc etiam dici de diabolo: nam cum articulo dixit, *peccator.* Stringunt autem peccatores gladium, & intendunt arcum: vt arcubus quidem deijciant pauperem & inopem; gladio verò trucident rectos corde. Non enim lædunt illos qui in malis diteſcunt, cùm ſint amici illorum: neque prauos corde occidunt, quòd cum ijs habeant ſocietates.

Pſal. 7, 16.
Impij oppugnant probos.

18. NOVIT DOMINVS VIAS IMMACVLATORVM.] ORIGENIS. Alius legit, *præuidit Dominus dies immaculatorum.* Non confirmat ſolùm ipſis vitam,

τοῖς παροῦσιν, ἀλλ' ἐλπίζοντας τοῖς μέλλουσι, κατὰ τὸ ἀποστολικόν· Τῇ ἐλπίδι χαίροντες, τῇ θλίψει ὑπομένοντες. καὶ τοῦ Ἱερεμίου, Τὸ ἀγαθὸν ἀνδρὶ ὅταν ἄρῃ ζυγὸν ἐν νεότητι αὐτοῦ· καθήσεται καταμόνας, καὶ σιωπήσεται· δώσει τῷ παίοντι αὐτὸν σιαγόνα, ἐμπλησθήσεται ὀνειδισμῶν.

ΜΗ ΠΑΡΑΖΗΛΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Δείξας τὸ χρηστὸν τέλος, ἐπαναλαμβάνει τὸν λόγον, συμβουλεύων, μὴ ζηλοῦν ἁμαρτωλοὺς εὐθυνοῦντας. Μένει γὰρ αὐτοὺς ὀργὴ, ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ. Διὸ σὺ μὴ ὀργίζου κατ' αὐτῶν, μηδὲ ἐρεθίζου πράττειν τὰ ὅμοια· καὶ γὰρ ὄλεθρος ἐκείνων τὸ τέλος. Οἱ δὲ μακρόθυμοι κληρονομήσουσι τὴν γῆν. εἰ γάρ ἐστιν ἐν οὐρανοῖς Ἱερουσαλὴμ καὶ Σιὼν ὄρος, ἀκόλουθον καὶ γῆν νοεῖν.

ί. ΚΑΙ ΕΤΙ ΟΛΙΓΟΝ, ΚΑΙ ΟΥ ΜΗ ΥΠΑΡΞΕΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀμφίβολος ἡ λέξις· ἢ γὰρ ἀνύπαρκτος ἔσται ὁ ἁμαρτωλὸς (ὅπερ οἴονται οἱ παντελῶς τοὺς φαύλους φθείρεσθαι λέγοντες, οὐχ ὑγιῶς) ἢ καθ' ὃ ἁμαρτωλός ἐστιν, οὐχ ὑπάρξει.

ιβ'. ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΕΤΑΙ Ο ΑΜΑΡΤΩΛΟΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ ἁμαρτωλός, φησιν, οὐ φέρει τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν, ἐλέγχειν αὐτὴν τῆς ἰδίας μοχθηρίας ἡγούμενος, διὸ ἐπιτηρεῖ πῶς αὐτὸν καταβάλῃ. Ὅπερ μὲν δίκαιος ἀγνοεῖ· ὁ δὲ πάντα βλέπων ὁ Θεὸς, τέως ἐπὶ τοῖς ματαίοις αὐτοῦ γελᾷ λογισμοῖς. Ἐπειδὰν δὲ μέχρι θανάτου τὴν ἐπιβουλὴν κινῇ τῷ τὴν πενίαν διὰ Θεὸν εἰληφότι, τηνικαῦτα τὴν ἐπιβουλὴν αὐτοῖς περιτρέπει πεισομένοις.

ιδ'. ΡΟΜΦΑΙΑΝ ΕΣΠΑΣΑΝΤΟ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Τόξα αὐτῶν ἐκτεταγμένα, οἱ πονηροί εἰσι λογισμοί· ῥομφαία δὲ ἠκονημένη, ἡ γλῶσσα, ἤτοι ὁ λόγος αὐτῶν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἔοικε δὲ ταῦτα τῷ, Λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτόν. Λεχθείη δ' ἂν καὶ περὶ τοῦ διαβόλου· μετὰ γὰρ ἄρθρου τοῦτο εἶπεν, ὁ ἁμαρτωλός. Σπῶνται δὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ ῥομφαίαν, καὶ ἐντείνουσι τόξον, ὅπως τοῖς μὲν τόξοις βάλλωσι τὸν πτωχὸν καὶ πένητα, τῇ δὲ ῥομφαίᾳ σφάξωσι τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Οὐ γὰρ τοὺς ἐν κακοῖς πλουτοῦντας πιέζουσι, φίλους αὐτῶν ὄντας· οὐδὲ τοὺς σκολιοὺς τῇ καρδίᾳ σφάττουσιν, ἑταιρείας πρὸς αὐτοὺς ἔχοντες.

ιή. ΓΙΝΩΣΚΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΤΑΣ ΟΔΟΥΣ ΤΩΝ ΑΜΩΜΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἕτερος, προεῖδε κύριος τὰς ἡμέρας τῶν ἀμώμων. Οὐχ ὑποστηρίζει μόνον αὐτοῖς τὴν ζωὴν,

ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ οἶδε τὰς μελλούσας ἡμέρας, καὶ τὴν ἡτοιμασμένην κληρονομίαν. Οὐδὲν οὖν αὐτοὺς βλάψει τὸ πρὸς βραχὺ λυπεῖσθαι· γυμνάζονται γὰρ τῇ καρτερίᾳ, τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύοντες, οὐκ αἰσχυνόμενοι ἐν καιρῷ πονηρῷ, ὅτε περ ὀργὴν ἐπάγει τοῖς ἁμαρτωλοῖς. Ἀλλὰ καὶ νῦν οἱ μὲν ἐνδείᾳ ἀπολοῦνται λογικῆς τροφῆς, οἱ δὲ τοῦ Θεοῦ κατατρυφήσουσιν εἰς πλησμονήν.

Θεοδωρήτου. Λιμὸν δὲ ἡγοῦμαι ἐνταῦθα παραδηλοῦσθαι, τὸν πάλαι Ἰουδαίοις ἀπειληθέντα· Ἐπάξω λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου.

κ΄. Οἱ δὲ ἐχθροὶ τοῦ Κυρίου.] Ἀνωνύμου. Τοῦτο ἐναλλαγὴν τῶν προσώπων ἐμφαίνει, ὡς ἄλλους εἶναι παρὰ τοὺς ἁμαρτωλούς. Ἀκύλας δὲ καὶ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ δὲ, τὸν καὶ σύνδεσμον τάξαντες, τοὺς αὐτοὺς ὑπάρχειν ἐδήλωσαν.

Ὠριγένους. Καπνὸς δὲ πυρὸς σβεσθέντος σημεῖον. Καὶ οὗτοι δὲ ὡς πῦρ καταφλέξαντες, ἀπεσβέσθησαν. Τοιοῦτοι οἱ καθ' ἡμῶν διαλάμψαντες, ἀπόλλυνται οἱ ἁμαρτωλοί. Οὐ τῷ ἐξ ὅλου διαλύεσθαι τὴν σύστασιν αὐτῶν, ἀλλὰ τῷ μηκέτι εἶναι ἁμαρτωλούς.

κα΄. Δανείζεται ὁ ἁμαρτωλός.] Θεοδωρήτου. Τοιοῦτος ἦν ὁ Σαοὺλ, ἀεὶ μὲν εὐεργετούμενος παρὰ τοῦ θείου Δαβὶδ, ἀμείψασθαι ἀγαθοῖς τὸν εὐεργέτην οὐκ ἀνεχόμενος. ὁ δὲ μέγας Δαβὶδ τὸν οἰκεῖον δεσπότην μιμούμενος, ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, εὐεργετῶν διετέλει. Τοιοῦτοι ἦσαν Ἰουδαῖοι, τὰς παντοδαπὰς θεραπείας παρὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων δεχόμενοι, καὶ τὴν μιαιφόνον ἐπιδεικνύμενοι γνώμην. ἀλλ' ὅμως οἱ θεῖοι ἀπόστολοι τὰς θείας αὐτοῖς δωρεὰς φιλοτίμως διένεμον.

κέ. Νεώτερος ἐγενόμην.] Θεοδωρήτου. Καὶ νέος ὢν, καὶ εἰς γῆρας ἐλθὼν, οὐκ εἶδα θεασάμενος δίκαιον τῆς θείας ἔρημον προνοίας γενόμενον. Ὁ γάρτοι δίκαιος κριτὴς, οὐ μόνον αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν φυομένων πᾶσαν ποιεῖται κηδεμονίαν. Οὕτω τοῦ Ἰσραὴλ καὶ ταῦτα παρανομοῦντος, διὰ τὴν προγονικὴν ἀρετὴν προὐνοήθη. Τούτῳ τρόπῳ τοῦ Σολομῶντος ἠσεβηκότος ἠνέσχετο, διὰ τὴν πατρῴαν φιλοθεΐαν. Τὸ δὲ, Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ, καὶ δανείζει ὁ δίκαιος,

ſed nouit etiam dies futuros, & præparatam hereditatem. Nihil igitur ipſis oberit, quòd paruo tempore lugeant: nam per tolerantiam exercentur, dum per anguſtam & arctam viam incedunt, non confundendi in tempore malo, quando iram inducit ſuper peccatores. Quin etiam nunc hi quidem rationalis cibi penuriâ pereunt; illi verò ad ſatietatem, Deo delectabuntur.

CATENA PATRVM.

Nil obeſt iuſto temporalis perſecutio, ſed prodeſt ad vitam æternam.

THEODORETI. Famem autem exiſtimo hîc ſignificari illam quæ Iudæis olim intentata fuit: *Emittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini.* Amos 8, 11.

20. INIMICI VERO DOMINI.] ANONYMI. Hoc differentiam inſinuat perſonarum, quaſi alij ſint à peccatoribus; Aquila autem & Symmachus pro *verò*, coniunctionem *&* ponentes, eoſdem eſſe declararunt.

ORIGENIS. Fumus autem ignis extincti ſignum eſt. Sed & hi, cùm tamquam ignis flammigeraſſent, extincti ſunt. Iſtiuſmodi ſunt peccatores, qui cùm apud nos eluxerunt, intereunt. Non quòd eorum ſubſtantia penitus diſſoluatur, ſed quòd non ampliùs ſint peccatores.

21. MVTVABITVR PECCATOR.] THEODORETI. Talis fuit Saül, qui ſemper quidem beneficijs affectus à diuino Dauide, remunerari verò bonis benefactorem noluit: ſed magnus Dauid proprium Dominum imitans, qui *oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos*, pergebat benè mereri. Tales fuerunt Iudæi, qui cùm omnigenas curationes à ſacris Apoſtolis reciperent, etiam internecino erga eos animo erant: verumtamen diuini Apoſtoli diuina certatim illis dona diſtribuebant.

Saül mala pro bonis, Dauid bona pro malis retribuebat.

Matth. 5, 45.

25. IVNIOR FVI.] THEODORETI. Cùm fuerim iuuenis, & nunc ad ſenectutem peruenerim, non vidi iuſtum diuinâ prouidentiâ deſtitutum eſſe. Etenim iuſtus iudex, non modò ipſorum, verùm etiam illorum qui ex ipſis oriundi ſunt, omnem curam gerit. Sic Iſraëlis, etiam præuaricantis, ob maiorem virtutem, curam geſſit. Eodem modo Salomonem peccantem, ob paternam pietatem, pertulit. Hoc autem, *Totâ die miſeretur, & commodat* iuſtus, omnis

Deus iuſtorum ſemper curam gerit.

CATENA PATRVM. omnis generis beneficia iuſti declarat, videlicet per opes, per negotia, per verba & conſilia. Hæc verò faciens, miſeratur quidem eos qui hæc conſequuntur, fœneratur autem Deo eorum. Qui enim miſeratur, inquit, pauperem, mutuatur Deo; vt idem ſit miſericordia & fœnus.

ORIGENIS. Poſſet hoc etiam ſic intelligi. q. d. Longâ experientiâ noui Deum ſemper iuſtis proſpexiſſe, ita vt horum ſemen panum inopiâ minimè laboret. Etenim quomodo egere poſſet, cùm ipſemet iuſtus, per diuitias à Deo acceptas, totâ die miſereatur & commodet? nam cùm à Domino familias talenta acceperit, iiſdem operatur. Qui igitur diuinorum oraculorum exercitio deditus, etiam multas ſpiritales opes congregat, nihil aliud agere poteſt, quàm totâ die miſereri & commodare. Nam doctrinas quidem tradit & meditationes animis earumdem capacibus; eaſdem verò per præcepta moralia commodat, vt qui illa ſuſceperint, per opera fructum reddant fœnoris. Tale quid & legem Moſaicam ſeruantibus dictum: *Fænerabis gentibus multis, tu autem non accipies fænus.* Quales erant diuini diſcipuli, & præſertim Paulus. Vnde ſemen horum diſcipuli numquam panum inopiâ laborarunt: habebant enim illos, qui rationalem cibum ſuppeditabant; cuius participes effecti, benedictione replebantur. Idcircò dictum eſt: *Et ſemen eius in benedictione erit.* Quin etiam iuxta hiſtoriam iuſtus totâ die miſeretur & commodat. Si enim omnium credentium erat cor vnum & anima vna, nec quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia; & quotquot poſſeſſores erant, res ſuas vendentes, ponebant earum pretium ante pedes Apoſtolorum, diuidebant autem ſingulis, prout cuique opus erat; manifeſtum vtique quòd hi totâ die miſerebantur & commodabant.

Iuſtus ſemper miſeretur & commodat, talenta multiplicans.

Deut. 28, 12.

Act. 4, 32.

28. QVIA DOMINVS AMAT IVDICIVM.] CYRILLI. *Iudicium* plerumque iuſtitiam ſacræ Litteræ appellant, iuxta illud quod de lege, quæ iuſta miniſtrat, alibi ad Deum decantatur: *Iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti.* Nam iudicium & iuſtitiam pariter ponit, oſtendens iudicium nihil aliud eſſe quàm iuſtitiam. Iudicium igitur ſeu iu-

Iudicium & iuſtitia pro eodem ſumuntur in Scriptura.

Pſal. 98, 4.

τὰς παντοδαπὰς εὐεργεσίας τοῦ δικαίου δηλοῖ, τὰς διὰ χρημάτων, τὰς διὰ πραγμάτων, τὰς διὰ λόγων καὶ συμβουλῶν. Ταῦτα δὲ ποιῶν, ἐλεεῖ μὲν τοὺς ἀπολαύοντας, δανείζει δὲ τῷ τούτων Θεῷ. Ὁ γὰρ ἐλεῶν, φησι, πτωχὸν, δανείζει Θεῷ, ὥστε τὸ αὐτὸ καὶ ἔλεος εἶναι καὶ δάνεισμα.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δύναιτο δ' ἂν καὶ οὕτω νοεῖσθαι· μακρᾷ πείρᾳ, φησὶν, ἔγνων, προνοούμενον ἀεὶ τὸν Θεὸν τῶν δικαίων, ὡς ἀνενδεὲς ἄρτων εἶναι τούτων τὸ σπέρμα. Καὶ πῶς γὰρ ἤμελλε δεηθῆναι, εἴπερ αὐτὸς ὁ δίκαιος διὰ τὸν ἐκ Θεοῦ χορηγούμενον πλοῦτον, ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει; λαβὼν γὰρ τὰ τάλαντα παρὰ τοῦ οἰκοδεσπότου, ἐργάζεται τούτοις. Ὁ τοίνυν ἀνακείμενος τῇ τῶν θείων λόγων ἀσκήσει, καὶ χρήματα πολλὰ συναγαγὼν λογικὰ, οὐδὲν ἕτερον πράττειν οἶδεν, ἢ διὰ πάσας ἡμέρας ἐλεεῖν καὶ δανείζειν. δόγματα μὲν γὰρ δωρεῖται καὶ θεωρήματα ταῖς τῶν χωρούντων ψυχαῖς, τὰ δὲ ἐν ἠθικαῖς ἐντολαῖς δανείζει· ἐπὶ τῷ τοὺς εἰληφότας, δι' ἔργων τὸν καρπὸν ἀποδοῦναι τοῦ δάνους. Τοιοῦτον τὸ τοῖς φυλάττουσι τὸν νόμον ἐκ Μωϋσέως ῥηθέν· Δανειεῖς ἔθνεσι πολλοῖς, σὺ δὲ οὐ δανειῇ. Ὁποῖοι ἦσαν οἱ θεῖοι μαθηταὶ, καὶ μάλιστα Παῦλος. Ὅθεν τὸ σπέρμα τούτων οἱ μαθηταὶ, οὔποτε ἄρτων γεγόνασιν ἐνδεεῖς. εἶχον γὰρ αὐτοὺς τὴν τροφὴν χορηγοῦντας τὴν λογικὴν, ἧς μεταλαμβάνοντες εὐλογίας ἐπληροῦντο. Διὸ λέλεκται, Καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς εὐλογίαν ἔσται. Καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν δὲ ὁ δίκαιος ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει. Εἰ γὰρ πάντων τῶν πιστευόντων ἦν ἡ ψυχὴ καὶ ἡ καρδία μία, καὶ οὐδεὶς ἔλεγεν ἴδιόν τι ἑαυτοῦ εἶναι, ἀλλ' ἦν τὰ πάντα κοινά· ὅσοι τε ἦσαν κύριοι, κτήματα πιπράσκοντες, ἐτίθεσαν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, διεμέριζόν τε ἑκάστῳ, καθὸ ἄν τις χρείαν εἶχε· δῆλον ὅπως ὅλην τὴν ἡμέραν ἠλέουν οὗτοι, καὶ ἐδάνειζον.

κή. ΟΤΙ ΚΥΡΙΟΣ ΑΓΑΠΑ ΚΡΙΣΙΝ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Κρίσιν ἀεὶ πῶς τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν τὴν δικαιοσύνην ὀνομάζει· κατά γε τὸ εἰρῆσθαί που πρὸς Θεὸν ὑμνούμενον περὶ τοῦ τὰ δίκαια βραβεύοντος νόμου· Κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας. Κρίσιν γὰρ καὶ δικαιοσύνην ἐκ παραλλήλου τίθησι, τὴν κρίσιν οὐδὲν ἕτερον οὖσαν ἀποφαίνων πλὴν ὅτι δικαιοσύνην. Τὴν κρίσιν οὖν, ἤτοι τὴν δι-

καιο-

καιοσύνην ἀγαπᾷ ὁ θεὸς, καὶ τοὺς ταύτης ἐργάτας ἀτελευτήτῳ χάριτι στεφανοῖ, καὶ οὐκ ἂν περιίδοι ποτὲ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ.

Ησυχιου. Καλῶς ἡμᾶς ἀναμιμνήσκει τῆς κρίσεως, ἵνα μὴ πρὸς τὴν ἐνταῦθα θεωρήσαντες σύγχυσιν, ἀρετῆς ἀμελήσωμεν· ὁρῶντες τοὺς ἐν ἀρεταῖς, ἐν ἀδοξίᾳ τῇ παρ' ἀνθρώποις, καὶ πόνοις τυγχάνοντας. Οὐκ ἐγκαταλείψει γὰρ αὐτοὺς ὁ θεὸς, τουτέστιν οὐχ ὑπερόψεται· φυλάττει δὲ αὐτοὺς εἰς τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, ἔνθα τῶν ἀγαθῶν ἡ δόσις ἀτελεύτητος.

λ'. ΣΤΟΜΑ ΔΙΚΑΙΟΥ ΜΕΛΕΤΗΣΕΙ ΣΟΦΙΑΝ.] Ωριγενους. Ὁ τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν κατορθώσας, ἔρχεται ἐπὶ τὴν θεωρίαν. Διὸ καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ στόμα καλούμενος, τὴν ἐν τῷ θεωρεῖν σοφίαν μελετᾷ, κρίνει τε ἃ δεῖ λέγειν· ἐπισταμένως γὰρ καὶ λέγει καὶ σιωπᾷ. Εἰδὼς δὲ ὅτι ὁ νόμος τοῦ θεοῦ πνευματικός ἐστι, συνήδεται αὐτῷ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, ἐν αὐτῇ τῇ καρδίᾳ τὴν τούτου θεωρίαν, καὶ τὸ βάθος τῶν μυστηρίων ὑποδεχόμενος· καὶ δι' αὐτὴν τὴν ἄσκησιν οὐχ ὑποσκελισθήσεται τὰ διαβήματα αὐτοῦ, ὑπὸ κυρίου κατευθυνόμενα.

Διδυμου. Ὁ νόμος ὁ φυσικὸς, καθ' ὃν διακρίνομεν τὰ ποιητέα καὶ μὴ, τοῦ πεποιηκότος ἡμᾶς ἐστι κατ' εἰκόνα θεοῦ. Τοιγαροῦν ἀδιαστρόφους ἔχοντες τὰς ἐννοίας, τῶν χειρόνων ἀπεχόμενοι, τῶν κρειττόνων ἀντιποιούμεθα. Οὐκ ἂν δέ τις ὑποσκελισθήσεται, ἡγεμόνι τῆς ὁδοῦ τούτῳ κεχρημένος τῷ νόμῳ. Καὶ τὸν εὐαγγελικὸν δὲ νόμον, διὰ τοῦ παρόντος ἔστι νοεῖν.

λδ'. ΥΠΟΜΕΙΝΟΝ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Ωριγενους. Τῷ δικαίῳ, ὃν κατανοεῖ ὁ ἁμαρτωλὸς, ζητῶν αὐτὸν θανατῶσαι, λέγει, Ὑπόμεινον τὸν κύριον, εἰ καὶ πολλοὺς ἔχεις τοὺς φονῶντας κατὰ σοῦ, ἐκ θεοῦ δέχου τὴν σωτηρίαν. ὑπόμεινον αὐτὸν, καὶ φύλαξον τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, τηρῶν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Οὕτω γὰρ διατεθέντι σοι ἀκολουθήσει ὑψωθῆναι, ὥστε κληρονομῆσαι τὴν πολλάκις εἰρημένην γῆν. Σημειωτέον δὲ ὅτι ἐν ὕψει που τὴν τῆς ἐπαγγελίας λέγει κεῖσθαι γῆν. Οὐ γὰρ τῷ τὴν ἐν ποσὶ κληρονομῆσαι γῆν ὑψοῦταί τις, ἀλλὰ τὴν ἄνω που ἱδρυμένην. Ἐν Ἡσαΐᾳ γοῦν, Ἀναβιβάσει σε κύριος ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς, εἴρηται· τῷ μὴ οἷόν τε εἶναί τινα ἑαυτῷ ἐπ' αὐτὴν ἐλθεῖν. τότε δὲ ὥσπερ ἀφ' ὕψους τῶν τ

ſtitiam diligit Deus, & huius operarios gratiâ ſine carente coronat, nec Sanctos ſuos vnquam deſpicit. CATENA PATRVM.

Hesychii. Pulchrè nos iudicij memores facit, ne rerum quæ hîc fiunt, confuſionem videntes, virtutem negligamus, viſo probos viros apud homines eſſe inglorios, & afflictionibus vexari. Non enim derelinquet eos Deus, hoc eſt, non deſpiciet; ſed in futurum ſæculum eos ſeruat, vbi infinita eſt bonorum retributio. *Iudicij memoria probos confirmat.*

30. Os ivsti meditabitvr sapientiam.] Origenis. Is qui moralem virtutem expleuit, accedit ad contemplationem. Quocircà etiam ſermo eius, qui os appellatur, eam quæ in contemplando eſt, ſapientiam meditatur, & diſcernit quæ dicere oporteat: peritè enim & loquitur, & ſilet. Cùm ſciat autem legem Dei eſſe ſpiritalem, delectatur illâ ſecundùm hominem interiorem, in ipſomet corde huius contemplationem & myſteriorum profunditatem ſuſcipiens: & per ipſam exercitationem non ſubuertentur greſſus eius à Domino directi. *Meditatio ſuppeditat ſapientiam.*

Didymi. Lex naturalis, ſecundùm quam diſcernimus, quæ agenda ſint, quæ non, eſt eius qui nos condidit ad imaginem Dei. Etenim ſi minimè peruerſas mentes habuerimus, à malis abſtinentes, quæ bona ſunt eligimus. Nemo autem ſupplantabitur, qui viæ ductore vſus fuerit hac lege. Quin etiam legem Euangelicam per præſentem liceat intelligere.

34. Expecta Dominvm.] Origenis. Iuſto, quem conſiderat peccator, quærens eum mortificare, ait, *Expecta Dominum*; &, licet multos habueris homicidas aduerſus te, ex Deo ſalutem præſtolare. ſuſtine illum, & cuſtodi viam eius, ſeruans mandata ipſius. Sic enim te diſpoſitum ſequetur exaltatio, vt hereditate capias terram ſæpiùs memoratam. Notandum verò, quòd in alto alicubi ſitam dicat eſſe terram promiſſionis. Non enim, vt quis eam quæ ante pedes eſt, terram hereditet, exaltatur; ſed vt illam quæ ſurſum firmata eſt. Vnde in Iſaia dictum eſt: *Traducet te Dominus ad bona terræ illius*; quòd fieri nequeat, vt quis ſeipſo ad eam perueniat. Tunc autem quaſi ex alto vi- *Iuſtus expectando Dominum, meretur vitam æternam.* *Terra promiſſionis vbi ſita ſit.*

CATENA PATRVM.

debis interitum peccatorum ſupplicio addictorum.

35. VIDI IMPIVM SVPEREXALTATVM.] DIDYMI. *Impium* vocat Satanam. Quæres autem in futuro ſæculo locum eius, & non inuenies. Peccatum autem locus eſt diaboli, iuxta illud: *Nolite locum dare diabolo.* Malitiâ deletâ, non eſt inuentus locus eius.

Peccatum eſt locus diaboli. Epheſ. 4, 27.

MAXIMI. Hoc enim declarat, malum, etſi valdè extollatur, tamen non eſſe, neque locum ſuum, id eſt veſtigium ſui, relicturum: ſimul enim vt apparuit, diſſolutum eſt, cùm non habeat ſubſiſtentiam.

Malum non eſt, quia caret ſubſiſtentiâ.

ORIGENIS. Quemadmodum dum ſenuit, non vidit iuſtum derelictum; ita quoque impiorum finem ſe experientiâ cognouiſſe ait, quando exaltati, exiſtimabant ſe ſtabiles permanſuros. Cùm, inquit, hoc mecum admirarer, denuò illos videre volens, ſuſtuli oculos, ipſi autem non erant omnino. Quid tum? Cùm voluiſſem percipere illorum monumentum; ne locum quidem reperi, in quo ſtetiſſe videbantur. Quapropter tu viam talem fugiens, rectam ſequere: manent enim reliquiæ & ſpes bona ſectanti pacem, & ſecuritatem quæ eſt ad Deum.

Impio pereunte, manet iuſtus.

DIDYMI. *Innocentiam* vocat, malorum vacuitatem; *rectitudinem* verò, habitudinem ſeu affectum paſſionis expertem. Rectitudo item eſſe poſſit, conſtans contemplatio dogmatum veritatis. *Reliquias* verò pacificas, vocat ſpem vitæ futuræ quæ non confundit.

Innocentia & rectitudo quid.

38. INIVSTI AVTEM DISPERIBVNT.] ORIGENIS. Impij autem tempore iudicij interibunt; defendit autem iuſtos Dominus, & liberat eos de manu peccatorum, id eſt, ab actibus vel virtutibus malis; quia ſperauerunt in eo.

ἁμαρτωλῶν ὄψει ὀλεθρευομένων παραδιδομένων κολάσει.

λέ. ΕΙΔΟΝ ΤΟΝ ΑΣΕΒΗ ΥΠΕΡΥΨΟΥΜΕΝΟΝ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀσεβῆ φησι τὸν σατανᾶν. Ζητήσεις δὲ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐχ εὑρήσεις. Ἡ δὲ ἁμαρτία τόπος ἐστὶ τοῦ διαβόλου, κατὰ τὸ, Μὴ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ· Τῆς κακίας ἀφανιζομένης οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ.

ΜΑΞΙΜΟΥ. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ, ὅτι τὸ κακὸν, εἰ καὶ σφόδρα ἐπαίρεται, ἀλλ' οὖν οὐκ ἔστιν, οὔτε καταλείψει τόπον ἑαυτοῦ, τουτέστιν ἴχνος· ἅμα γὰρ τῷ φανῆναι διαλέλυται, μὴ ἔχον ὑπόστασιν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὥσπερ γηράσας οὐκ εἶδε δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὕτω τῶν ἀσεβῶν τὸ τέλος ἐγνωκέναι πείρᾳ φησὶν, ὡς ὑψωθέντες ᾤοντο καὶ βέβαιοι μένειν. Τοῦτο, φησι, θαυμάζων ἐν ἐμαυτῷ, δεύτερον αὐτοὺς θεάσασθαι βουληθεὶς, ἐπῆρα τοὺς ὀφθαλμοὺς, οἱ δὲ ἦσαν οὐδαμῶς. Εἶτα τί; Τὸ μνημεῖον αὐτῶν βουληθεὶς καταλαβεῖν, οὐδὲ τὸν τόπον εὗρον, ἐν ᾧ ἐδόκουν ἑστακέναι. Διὸ σὺ φεύγων τὴν τοιαύτην ὁδὸν, δίωκε τὴν εὐθεῖαν. μένει γὰρ ἐγκατάλειμμα καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ τῷ μεταδιώξαντι τὴν πρὸς θεὸν εἰρήνην καὶ ἀσφάλειαν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀκακίαν λέγει τὴν τῶν κακῶν ἀπραξίαν, εὐθύτητα δὲ τὴν ἕξιν τὴν ἀπαθῆ. Ἡ εὐθύτης αὖ εἴη πάλιν, ἡ τῶν δογμάτων τῆς ἀληθείας ἀκαμπὴς θεωρία. Ἐγκατάλειμμα δέ φησιν εἰρηνικὸν, τὴν εἰς τὸν μέλλοντα βίον οὐ καταισχύνουσαν ἐλπίδα.

λή. ΟΙ ΔΕ ΠΑΡΑΝΟΜΟΙ ΕΞΟΛΟΘΡΕΥΘΗΣΟΝΤΑΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀσεβεῖς δὲ κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν ἐξολοθρευθήσονται. ὑπερασπίζει δὲ τῶν δικαίων ὁ κύριος, καὶ ῥύεται αὐτοὺς ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλῶν, τουτέστι πράξεων ἢ δυνάμεων πονηρῶν, ὅτι ἤλπισαν ἐπ' αὐτόν.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. NOLI *æmulari in malignantibus, neque Zelaueris.*] Græcè, μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, μηδὲ ζήλου. Cùm autem παραζηλοῦν aliud ſit quàm ζηλοῦν, nota cum Euſebio, παραζηλοῦν idem eſſe quod Latinis, *irritare*, ſeu excitare ad zelotypiam. Quare Aquila quidem interpretatus eſt, μὴ διαμάχου ἐν πονηρευομένοις, *noli concertare in malignantibus*; Symmachus autem, μὴ φιλονείκει κακούργοις, aliàs ἐν κακούργοις, *noli contendere cum malignis*, quomodo vertit S. Hieron. Et hæc ferè omnia referuntur à S. Ambroſio, apud quem initio Explanationis legitur, *Noli malignari inter malignantes, neque æmulatus fueris:* & interpretatur eodem fermè modo quo Euſebius. Deinde in progreſſu vtitur duobus iſtis verbis *ſubæmulari*, & *æmulari*; quod etiam S. Auguſt. facit. In Scholio Sixtinæ editionis notatur Quintam & Sextam editionem habere ſicut Symmachum; atque additur Theodotionem vertiſſe, μὴ παραπικραίνου, *ne irriteris:* quod etiam refert Theodoretus; Euſebius autem paulò inferiùs hoc ipſum refert

Impij non ſunt æmulandi.

Æmulari & zelari quid ſignificet.

refert ex Quinta editione. *Æmulari* porrò & *zelari*, duo ſignificant, ſcilicet, *imitari*, ſeu *ſectari*; & *commoueri*, ſeu *irritari*; vel ſibi diſplicere, inuidere, ſe cruciare, & indignari de re aliqua. Zelus enim eſt ſummus affectus vel odij, vel amoris.

Zelus quid.

Senſus itaque eſt, Ne ſecteris improbos, neque commouearis de eorum rebus ſecundis; illis ne inuideas, vt eorum exemplo ad peccandum prouoceris. Nam vtraque ſignificatio huic loco congruit, & Græco ac Hebræo textui reſpondet, vbi eſt verbum קנא *chana*: quod ſignificat propriè, *iracundiâ efferri*, ex eo quòd alius habeat id quod ego vehementer amo & appeto: quod Græcè ζηλοῦν dicitur. Huius autem verbi ſignificationes aptè hiſce duobus verſibus explicantur:

Æmulor, indignor, amo, ſubſequor, inuideoq́;
Æmulus inflatur, amat, inuidet, ac imitatur.

Scimus quomodo ſæculares ſibi vulgò proſpicere ſoleant homines, vt quiſque vel ad fraudes, vel ad rapinas, vel ad iniuſtam violentiam declinet. Fieri verò non poteſt, quin viros etiam probos ſubinde titillet æmulandi cupiditas, cùm tam proſperè illis ſæpè ad votum omnia ſuccedere conſpiciunt: atque vt libenter abſtineant ab omni iniuria, publica tamen viuendi ratio, quaſi tempeſtas eos abripit, & quaſi neceſſitatem imponit cum vulpibus vulpinandi, & cum lupis vlulandi; prætextum excuſationis habentibus conſuetudinem. Iſtiuſmodi ergo tentationibus hîc opportunè occurrit Dauid, cauendum inprimis admonens, ne mentes noſtras irritet caduca impiorum felicitas, in qua ſuauiter ſibi placent; quia breuî euaneſcet. Vnde ſubdit:

2. *Quoniam tamquam fœnum velociter areſcent.*] S. Hieron. vertit, *ſicut herba velociter conterentur*; alij, *ſuccidentur*. vox Hebræa חָצִיר *chatſir*, ſignificat *gramen longum*, pabulum beſtijs, aut igni; & generaliter herbam ſponte prouenientem, quæ dicitur עֵשֶׂב *hheſeb*: pro quo nomine ponitur interdum χόρτος & *fœnum*; aliquando verò diſtinguuntur, vt in alio Pſalmo,

Pſal. 103, 14.

Producens fœnum iumentis, & herbam ſeruituti hominum. vbi Græcè eſt χόρτον καὶ χλόην; Hebraicè חָצִיר *chatſir*, & עֵשֶׂב *hheſeb*. Eadem ſimilitudo admodum frequens eſt in Scripturis, vt in illo:

Pſal. 128. 6.

Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam euellatur, exaruit. Et alibi:

Pſal. 89, 6.

Manè ſicut herba tranſeat, veſpere decidat, induret & areſcat.

4. Reg. 19. 26.

Item in libris Regum: *Facti ſunt velut fœnum agri*, &c. Et alibi ſæpiùs hac eadem ſimilitudine humanæ conditionis imbecillitas, vti & hîc momentanea impiorum felicitas, declaratur. De his vide plura locis citatis.

3. *Spera in Domino, & fac bonitatem*, &c.]

Dauid ſpem cum bonis operibus coniunxit, ſine quibus illa mortua eſt, & inutilis.

Vbique Regius Propheta cum ſpe, bona opera coniungit, quæ noſtri temporis hæretici à fide ac ſpe, tamquam ſuperuacanea, imò Chriſti meritis derogantia, ſacrilego prorſus auſu diuellunt: cùm tamen S. Iacobo teſte, *fides ſine operibus mortua ſit*, vti & ſpes.

Iac. 2, 20.

Vnde D. Petrus ad *ſpem viuam*, hoc eſt cum operibus coniunctam, adhortatur, ſine quibus non eſt ſpes viua, ſed præſumptio, & ſecuritas falſa. Nam cui ſcelus

1. Pet. 1, 3.

eſt in animo, in voluntate malitia & affectus ad indignam voluptatem, cui incubet dæmon Dei inimicus, quæ poſſit eſſe fiducia? Vtilis ergo fiducia in Deo, neceſſe eſt vt ſanctis quoque operibus fulciatur. Sic Dauid in Deo ſperabat:

ANNOTATIONES CORDERII. Pſal. 51, 10.

Ego autem, inquit, *ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in æternum, & in ſæculum ſæculi.* q. d. Non otioſus, neque deſidioſus, neque infructuoſus in Deo ſperabam; ſed oleo charitatis delibutus, & bonorum operum fructibus locupletatus, inſtar oliuæ fructiferæ, meam in Deo fiduciam reponebam. *Nam vir iuſtus* (inquit Theodoretus ad eumdem Pſalmum) *ſpem in Deo fixam habet, & per illam laborare, & laborioſos virtutis fructus producere non recuſat.* Bona enim ſpes ſperantem reddere debet ſedulum, non ignauum.

Bona ſpes ſedulum reddit, & diligentem.

Hanc ſperandi rationem non ſolùm exercebat Regius Vates, ſed alijs quoque exercendam inculcabat: *Sacrificate*, inquit, *ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino.*

Pſal. 4, 6.

q. d. Priùs veſtram conſcientiam per *iuſtitiæ ſacrificium*, hoc eſt per bona opera, expiate, tum demum accedite ad ſpem veſtram in Deo collocandam. Nam, vt ibid. D. Chryſoſt. ait, *non parua eſt virtus in Deo confidere, cum iuſtitia tamen*; ac ſi dicat: Spes & confidentia in Deum, vt virtutis nomen mereatur, debet cum iuſtitia, ſeu bonis operibus coniungi. Ceterùm, ſicut locis iam citatis Dauid voluit, vt bona opera noſtram in Deum confidentiam antecederent; ita hoc loco, vt eamdem quoque ſubſequantur, præcipit:

Bona opera ſpem præcedant & ſubſequantur, vt firma ſit.

Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & paſcêris in diuitijs eius. Quaſi nimirum fiducia in Deum tunc demum firma ſit ac certa, quando inter bona opera præcedentia ac ſubſequentia, veluti inter firmiſſima mœnia, collocatur. Bona enim opera ſunt, quæ promouent ipſam confidentiam, ac tuentur: vnde fiducia bonorum operum præſidio deſtituta, inanis eſt ſecuritas, vt rectè colligit ex hoc loco Auctor Operis imperfecti in Matth. hom. 16. *Vis*, inquit, *oſtendam tibi, vt in neceſſitate numquam deſperes? Fac benè, & operare iuſtitiam, vt ſpem habeas apud Deum, & non deſperabis in terra. Bona enim opera ſunt, quæ ſperare faciunt, & mala opera deſperare compellunt. Propterea non dixit Propheta, Spera in Deo, & inhabita terram, & paſcêris in diuitijs eius: ſed, Spera in Deo, & fac bonitatem, & inhabita terram*, &c. q. d. Non ex ſola ſpe, res quæ ſperantur, obtinentur: ſed omnino neceſſe eſt vt ipſam ſpem bonitas comitetur, vt ex vtraque ſimul diuinæ largitatis diuitiæ in benè ſperantes & operantes redundent. Magnum ſanè adiumentum eſt corroborandæ noſtræ ſpei atque excitandæ, bona conſcientia vitæ innocenter actæ: in qua ſacræ Litteræ ſolidum fiduciæ noſtræ fundamentum reponunt.

Bona conſcientia ſolidum fiduciæ eſt fundamentum.

Diſertè carus Deo Ioannes monet:

1. Ioan. 3, 20.

Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. q. d. Si tuta placidaque eſt conſcientia, ſi mens in receſſus & latebras animi contuens, nihil videat quod diuinæ legi voluntatique repugnet; oritur illa dulcis & iucunda fiducia propria filiorum Dei: & in rebus deploratis vadimus ad bonum & amantiſſimum genitorem, & depreſſum animum attollimus, certâ ſpe opis & humanitatis. vnde mira conſolatio, & liquidiſſimum animi gaudium exoritur: de quo ſubdit:

4. *Delectare in Domino*, &c.] Vatablus vertit, *ſummam voluptatem capies*; S. Hieron. *delicijs affluе*; Septuag. κατατρύφησον, *deliciare*, vt magni-

Magna piorum delectatio in Domino, & qualis illa.

ANNOTATIONES CORDERII.

magnitudinem eximiæ voluptatis intelligamus, quæ piorum mentem ſingulari lætitiâ complet, & reficit iucunditate. *Sed quid ô Propheta* (occurrit Bernardus Serm. 5. de Triplici modo orationis) *quòd tam abſolutè mones delectari in Domino, ac ſi ad manum nobis ſit huiuſmodi delectatio? Delectationem cibi, ſomni, quietis & ceterorum quæ in terra ſunt, nouimus: Deus autem quam delectationem habet, vt in eo delectemur?* Huic ergo obiectioni, ſæcularibus potiùs quàm Religioſis conuenienti, ſic aptè reſpondet: *Fratres mei, ſæculares hoc dicere poſſunt, vos non poteſtis. Quis enim veſtrûm eſt, qui non ſæpè expertus ſit conſcientiæ bonæ delectationem, qui non guſtauerit ſaporem caſtitatis, humilitatis, charitatis? Non eſt hæc delectatio potus, neque cibi, aut ſimilis cuiuſlibet rei; delectatio tamen eſt, & maior omnibus illis. Diuina enim eſt, & non carnalis delectatio, & cùm in his delectamur, planè delectamur in Domino.* Ita Doctor mellifluus, veram animi oblectationem in virtutum exercitio guſtúque collocans, ac fallacibus mundi illecebris opponens, quæ profanos homines ſic inebriant, vt, ſpretâ Dei benedictione, non aliam ſomnient beatitudinem, quàm quæ ad momentum ſe ingerit eorum oculis. Vbi hæc antitheſis inter veſana mundi gaudia, & veras delicias ſpiritales diligenter notanda eſt; ſiquidem hæ non in ſenſu, vt illæ, ſed in ſolidatum virtutum exercitio conſiſtunt, vti pluribus ibidem Bernardus docet. Porrò Theodoretus hîc nobis orationem & internam cum Deo conuerſationem præcipi cenſet, in qua mens hominis & voluntas ſeſe penitus ad Numinis ſancti nutum accommodat. Vnde in animis hominum piorum dulciſſima pax oritur, & velut liquidi & amœni cæli ſerenitas: quam pacem Dei exultantem Apoſtolus nominat, quòd nimirum ſingularis animi lætitia comitari illam ſoleat. Eſt enim in cæleſtium rerum conſideratione, liquidæ voluptatis & humaniſſimæ delectatio, quæ reficit puros animos. Qualem Theodoretus hiſtoriæ ſuæ lib. 5. cap. 36. deſcribit, cùm de ſororibus Theodoſij Imp. loquitur. *Exiſtimabant*, inquit, τρυφὴν μεγίστην τὴν τῶν θείων λογίων μελέτην, *eſſe delicias maximas diuinarum litterarum commentationem.* Quin ipſemet Regius Vates experientiſſimus eius tantæ ſuauitatis, ſic apud Deum veriſſimè aiebat: *In iuſtificationibus tuis meditabor:* in Hebræo eſt *deliciabor*, vel, vt vertit Bellarmin. noſter, *oblectabo meipſum*, velut in grata & iucunda luſione. Vt intelligamus in hominibus deuotis, meditari, nihil eſſe aliud, niſi delicias capere, & mirificam mentis oblectationem. Hanc autem vt non minùs vtilem quàm dulcem eſſe cognoſcamus, aptè ſubdit: *Et dabit tibi petitiones cordis tui.* Quibus verbis Propheta orationis in impetrando efficacitatem declarat, quam D. Auguſtin. Serm. 22. ad Fratres in eremo luculenter ita depingit: *O quàm grandis eſt ipſius orationis cauſſa! ô quàm grande myſterium! Ecce Moyſes orabat in monte, & Ioſue Amalec deuincebat. Per orationem Ezechias ſanatur, & ſalutem animæ & corporis adipiſcitur. Per orationem Saulus efficitur Paulus, & Doctor Gentium: Ieremias confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat, Iob in ſterquilinio triumphat, Suſanna inter ſenes defenditur, paradiſum de cruce latro inuenit, Stephanus de torrente in cælum ſuſcipitur, & inter lapidantes pro Saulo exauditur.* Sic ille. Itaque præcepto hîc additur promiſſio, ſi vno Deo ita contenti erimus, ipſum quidquid optauerimus, liberaliter daturum, dummodò nihil, quod contra ſalutem noſtram militet, petamus. *Quare non dixit Tuas* (vt ad hunc locum obſeruat S. Ambroſ.) *ſed Cordis tui; quia lex carnis legi mentis frequenter repugnat: quæ autem interioris ſunt hominis, qui renouatus eſt in ſpiritu, illas petitiones pio donat affectu.* Sic ille. Eôdem ſpectat quod ſequitur:

Guſtus virtutis maior eſt, quàm carnis.

Orationis delectatio & fructus.

Coloſſ. 3, 15.

Dulcedo meditationis.

Pſal. 118, 161.

Orationis efficacitas ad impetrandum.

5. *Reuela Domino viam tuam.*] Hîc doctores Hebræorum *viam* ſignificare aiunt *indigentiam*, inopiam animi corporiſque, ſiue ea quibus quiſque indiget ad beatam vitam. Putant enim ſic hoc loco dictum eſſe דַּרְכֶּךָ *darchecha*, *viam tuam*, ac ſi eſſet צָרְכְּךָ *tzarcheca*, indigentiam tuam, vt notat cum Lorino Agellius. Erit igitur ex eorum mente hic Dauidis ſenſus, *Reuolue ſuper Dominum indigentiam tuam*, & in eum conijce, *& ſpera in eo*, non in re alia vlla; *& ipſe faciet*, & ſpem tuam ad lætum exitum finemque perducet. In Hebræo enim eſt גּוֹל *gol*, id eſt, *reſolue*, vbi Septuag. habent ἀποκάλυψον; Vulgatus, *reuela:* & vtriuſque verſionis eadem poteſt eſſe ſignificatio. Nam quæ inuoluta ſunt & abſtruſa, cùm euoluuntur atque explicantur, reuelari dicuntur, & in aperta luce poni, &, vt Latini dicunt auctores, emedullari. *Reuela* igitur *Domino viam tuam*, introſpice in te ipſum, in mentem, in voluntatem, in affectiones tuas, in flexus & mæandros cordis: &, ſublato velamento, arcana pectoris tui expande. Quòd ſi Hebræam vocem intueamur, erit ſenſus aliquantulùm diuerſus. Nam ſecutus linguam ſanctam D. Hieron. ita vertit, *volue ſuper Dominum viam tuam:* quemadmodum & Symmachus ἐπικύλισον, *deuolue*. Aliud autem eſt voluere ſuper Dominum, aliud reuelare, ſeu patefacere Domino. Videtur ergo eſſe alia tranſlatio, quæ tamen propè idem ſuadeat. Si quę te premit, inquit, difficultas in virtutis via, ſi quod onus incumbit quod ferre nequeas, Deum adi piorum opitulatorem: pondus illud tuum, cumulumque moleſtiarum in eum deuolue: cum illo iugum excipe, cuius onus ille valentior totum feret: adiunge te illi per conſcientiæ puritatem, & ſimilitudinem morum diuinorum, & viam tuam atque vitam in eum volue, ſiue, vt loquitur S. Petrus, *proijce in eum ſolicitudinem tuam*, & beatæ vitæ curam. Quid verò inde conſequetur? Regius Vates ita pergit exponere: *Spera in eo, & ipſe faciet.* Si pijs votis & obſecrationibus illi omnia tua commendes, *ipſe faciet*, fideliſſimè tibi aderit, ſucceſſum rerum dabit expectatione omni tuâ feliciorem. Quomodo autem fiducia in precibus erga Deum ſit erigenda, Chriſtus nos inſtruens: Iudex erat in ciuitate, inquit, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur: ſed & vidua erat in eadem ciuitate, quæ aſſiduis precibus vindicari cupiebat ab aduerſario. At iudex longiſſimam moram interponebat: improbus cunctator demum importunitate viduæ tam conſtante victus, controuerſiam diiudicauit. En robuſtam prorſus & contumacem ſpem, quæ viduæ illi aſſiduè hoc inſtillabat, *Hodie tibi ius dicetur:* vbi ſpes hodierna decollaſſet, craſtina mone-

Quid hîc per viam intelligatur.

Omnes neceſſitates noſtræ Deo reuelandæ, vt nos iuuet.

1. Pet. 5, 7.

Quomodo fiducia in precibus erigenda ſit in Deum.

Luc. 18, 2.

monebat: *Cras hoc fiet, aut perendie; hac hebdomade, hoc menſe, hoc certè anno ſententia dicetur.* Vicit demum perſeuerans fiducia, quam Chriſtus in argumentum trahit hoc modo: Si tantarum eſt virium oratio apud improbiſſimum quemque, quantarum erit apud ipſam miſericordiam? Mens noſtra velut vidua, aduerſarios numerat quàm plurimos. quid ergo moratur? quin æquiſſimum iudicem appellet, & omnem illi cauſſam integerrimâ fiduciâ deleget? Deus non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Sanctiſſimus rex Dauid hoc vnicè commendans, *Reuela*, inquit, *Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet.* Quid trepidas, quid diffidis pauidiſſime mortalium? Aliquis te maledictis figit, aut iniurijs afficit? Deo id querere, *& ipſe faciet.* Tua tibi caro iniqua eſt? Deo ſupplica, *& ipſe faciet.* Varios tibi arietes cacodæmon admouet? Deum in auxilium inuoca, *& ipſe faciet.* Quidquid agas, ſpera in Deo, *& ipſe faciet.* Vt enim Deus votorum nos compotes faciat, curas noſtras ſpe & patientiâ in eum conijcere oportet. Quiſquis huic conſilio parebit, ex horribili, quo ſe fruſtrà omnes fatigant, labyrintho emerget: quia vbi negotia noſtra Deus regenda ſuſceperit, numquam deerit felix ſucceſſus. vnde ſubdit:

Deus illuſtres reddit eos qui in ipſo confidunt.

6. *Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam*, &c.] Id eſt, proferet in apertum, vel potiùs illuſtrabit rebus proſperis iuſtitiam tuam, ac ſplendere faciet virtutem tuam ac probitatem; & in dies magis proſperaberis, & teipſo clarior euades, ſicut lumen ſolis in meridie clariſſimè ſplendet. Eodem

Iſa. 58, 8. ſenſu Iſaias de iuſto ait: *Tunc erumpet quaſi manè lumen tuum*, &c. Et Iob: *Quaſi meridia-*

Iob 11, 17. *nus*, inquit, *fulgor conſurget tibi ad veſperam; & cùm te conſumptum putaueris, orieris vt lucifer.* Hugo de S. Victore locum hunc de extremo iudicio exponit, vbi iuſtitia proborum toti orbi innoteſcet.

In die iudicij, Sanctorum claritas apparebit.

Iuſtitia, inquit, *bonorum nunc occulta eſt: quia ibi ſe iuſtificari ſatagunt, vbi ab hominibus videri non poſſunt. Et quamuis in eis iam luceat exemplum boni operis, tamen in abſcondito eſt virtus intentionis. In futuro autem quaſi lumen iuſtitia eorum educitur: quia qui modò bona opera ſua ab humana laude abſcondunt, veniente iudice iam ſecurè pro eis in æterna claritate gloriabuntur.* Sequitur: *Et iudicium tuum tamquam meridiem. Iuſtitia bonorum, eſt opus virtutis quod faciunt: iudicium eorum, eſt præmium virtutis, quod eligunt. Deus ergo educet iuſtitiam ſanctorum, quando manifeſtabit opera virtutum quæ fecerunt: educet iudicium, quando manifeſtabit, quale boni operis præmium elegerunt. Et ideò iuſtitia tamquam lumen, iudicium verò tamquam meridies, id eſt clarum lumen, educitur, quia minor eſt omnis claritas boni operis, claritate æternæ retributionis.*

Obedientia non viles, ſed honoratos efficit.

7. *Subditus eſto Domino.*] Id eſt, morem gere Domino, & obſequere; & hac ratione illuſtris eris. Putant nonnulli Prælato parere, virum ingenuum dedecere, & ad homines puſillos animo pertinere: ſed longè aliter ſe res habet. Nam obedire Prælatis, & eis morem gerere, ad viros eximios pertinet, & illos illuſtres reddit. Hac ratione exponit hunc locum S. Ambroſ. dicens: *Bona autem ſubiectio, non abiecta, non vilis, ſed glorioſa atque ſublimis. Ille enim Deo eſt ſubditus, qui facit Domini voluntatem. Denique quis ignorat, quòd ſapientia mentis præſtantior quam carnis ſapientia ſit? Sapientia mentis ſubiecta eſt Dei legi: ſapientia autem carnis non eſt ſubdita. Et addit Apoſtolus; Nec enim poteſt. Eſto ergo ſubditus, hoc eſt proximus Chriſto: vt legem impleas.* Sic ille. Confirmat deinde ex alio loco Apoſtoli dicentis: *Cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia: tunc & ipſe Filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.* Itaque æqualem Chriſto adfert honorem, quòd ipſi ſubiecta ſint omnia, & quòd ipſe ſubiectus ſit Patri. Nemo ergo vile putet ſe ſubmittere Superiori: quia hoc magnam adfert vtilitatem, & decoris multum. Ceterùm pro illis verbis, *Subditus eſto Domino*, in Hebræo eſt *ſile Domino*: quod Aquila vertit, σίγησον τῷ κυρίῳ, καὶ ἀπεκδέχου αὐτόν. *tace Domino, & expecta eum*, quemadmodum ferè S. Hieron. etiam vertit; Symmachus tranſtulit, ἡσύχαζε τῷ κυρίῳ, καὶ ἱκέτευε αὐτῷ, *quieſce Domino, & ſupplica ei.* Quia videlicet ſubditum eſſe Domino, eſt ſilere ad eius iudicia, patienter ferre quidquid ille immiſerit, de nullo interim obmurmurare queriue, illi acquieſcere, Deo ſe regendum committere. Huc ſpectat illud Iſaiæ: *In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra.* item iſtud Exodi: *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* Vnde infert optimè Ieremias: *Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.* Alibi quoque vocatur *cultus iuſtitiæ ſilentium.* Pulchrè ad hunc locum Hugo de S. Victore: *Perfecta*, inquit, *hic nobis forma viuendi præſcribitur. Audi ergo homo, quid dicitur tibi: Subditus eſto Domino, & ora eum. Primùm ſubditus eſto, ne malè agendo præcepta eius deſpicias. Deinde ſubditus eſto, vt ad bona agenda de viribus tuis non præſumas. Nam & ille quoque Deo ſubiectus eſſe renuit, qui aliquid de ſua virtute poſſe præſumit.* Et poſt pauca: *Statim adiunxit: Et ora eum: vt & ſubditus Deo ſis, de te non præſumendo; & ores, eius auxilium expetendo*, &c.

ANNOTATIONES CORDERII.
Rom. 8, 7.
1. Cor. 15, 28.
Silentium pro ſubiectione ponitur.
Iſaiæ 30, 15.
Exodi 14, 14.
Thren. 3, 26.
Iſaiæ 32, 17.

8. *Deſine ab ira, & derelinque furorem.*] Hæc verba in hunc modum exponit S. Ambroſ. *Deſine ab ira*, id eſt iram moderare, ne egrediatur, niſi ratione præeunte, ne iram ſatis ex ſe vrentem accendas, ne feram per ſe ſatis ſæuam irrites, ne pyræ inijcias flammas, ne igni fomenta miniſtres. Rem probat S Ambroſ. aptâ ſimilitudine. Dum medicus inuiſit ægrotum, alimenta febris remouet, vt tandem calorem præternaturalem extinguat. Non ait, Noli febribus æſtuare, noli nimio calore vrgeri. Quis enim eſt qui hæc pati vellet? ſed incendij cauſſam interdicit. A vino abſtine, poculis ne indulgeas, moderato potu vtere, hæc vel illa ſume medicamenta: quibus tandem hominem in priſtinam ſanitatem reducit. Simili prorſus ratione Dauid, non ait, Ne iram concipias, ne furore excandeſcas: hoc enim quandoque renitentibus nobis, vel nihil minùs cogitantibus, accidit; ſed iniungit, *Deſine ab ira.* hoc eſt, incitamenta & irritamenta iræ remoue, pelle fomenta iræ, quibus amotis, ipſam tandem extingues. Ita S. Ambroſ. ad hunc locum. *Deſine*, inquit, *ab ira, ne, cùm accenderis eam, illa non deſinat, priuſquam te eius flamma conſumat. Relinque*, inquit, *indignationem: hoc eſt, natura te rapit, mouet affectus, culpa te alicuius*

Quomodo ira & paſſionibus moderandum.

ANNOTATIONES CORDERII.

Pſal. 4, 5.

cuius excitat, vel offenſa, vt indigneris: ſed non vſquequaque, vt modum neſcias. Relinque eam, finem impone, ne te in peccatum trahat. Hoc eſt quod ſupra dixit, Iraſcimini & nolite peccare. Non enim hortatur vt iraſcaris, ſed ad tempus cedit affectui: dat tamen medicamentum, ne diutiùs vis vlceris ſerpat. Medicus enim non ſtatim adhibet medicamenta languori. Si dolor feruet, fomenta adhibet, vt miteſcat dolor. Si febris exæſtuat, remedij tempus expectat. Ipſum potum ſitientibus negare conſueuit. Non dicit, Nolite febrire, cùm vapor feruet ægroti: ſed dicit, Expecta, deſinat febris, digeratur commotio. Sic & Propheta non potuit dicere homini, cuius caro vt varijs morborum, ita commotionum paſſionibus excitatur, Non iraſcere: ſed dicit, Deſine ab ira & indignationem relinque, ne pecces. Ira enim grauis eſt magiſtra peccati.

Poſt peccatum ſequitur exterminium.

9. *Quoniam qui malignantur, exterminabuntur.*] Poſt iniquitatem quippe & peccatum, neceſſariò ſequitur exterminium, & mors funeſta. Euolue Regum faſtos, & arrogantiam potiſſimùm mulctari animaduertes; Ezechielem perlege, & rapinas; Ioëlem, & laſciuiam varijs cladibus puniri cernes. Plena omnia diuinæ iuſtitiæ exemplis. Quantum calamitatis in reges Iſraël, in Coritas, in Sodomitas, in Dathan & Abiron aſſeclas, in Iudæorum populum, in infinitos alios peccatum non immiſit? Quot milliones hominum, fame, ferro, flammis, peſte, ſulphure, aquis peccatum aſſumpſit? *Perierunt propter iniquitatem ſuam. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur.* Non abs re idem ſæpiùs inculcat Dauid, ne temporariam & momentaneam, qua in hoc mundo florent impij, proſperitatem alicuius penſi habeamus, ſed ad exitum attendamus, vnde iudicium fieri decet. De probis ergo ſubdit: *Suſtinentes autem Dominum, ipſi hereditabunt terram.* Vbi notanda eſt pulchra antitheſis inter duo huius verſiculi membra. Prius enim impios exterminium manere pronuntians, ſignificat eos modicum hîc florere, donec maturum adueniat excidij tempus. Deinde fidelibus, qui in tribulatione à Domino non deſciuerint, ſed quaſcumque afflictiones pro eo viriliter ſuſtinuerint, terram hereditario iure aſſignans, ipſos perpetuò beatos fore pollicetur. Quàm verò velox & repentinus impium maneat interitus, exinde ediſſerit.

Contrarius impij & pij finis.

10. *Quæres locum eius, & non inuenies.*] S. Hieron. *cogitabis de loco eius, & non ſubſiſtet:* id eſt, non inuenies illum in iſto ſtatu ac loco, in quo paulò antè ipſum florentem videras. Nam paulò pòſt iam nuſquam apparebit, eiuſque locus tibi contemplanti nuſquam occurret, vt qui deiectus fuerit de illa ſua proſperitate. Sic apud Iob dicitur: *Nec cognoſcet eum ampliùs locus eius.* Quia ſcilicet non redibit in eum, &, ſi rediret, non cognoſceret, vtpote occupatus ab alio. Vel per hypallagen: non cognoſceret ipſe locum ſuum, quia non reuertetur; &, quamuis reuerteretur, immutatum reperiret. Sic etiam in alio Pſalmo dicitur: *Spiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet, & non cognoſcet ampliùs locum ſuum.*

Impiorum fluxa proſperitas.

Iob 7, 10.

Pſal. 102, 16.

11. *Manſueti autem hereditabunt terram.*] Iuxta nimirum Chriſti promiſſum in Euangelio dicentis; *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* vbi in Græco, prout hîc eſt, κληρονομήσουσιν, *hereditabunt*, quod plus eſt quàm poſſidere, cùm multi poſſideant non hereditario iure. Hoc ergo tam Dauid, quàm Chriſtus ſignificare voluit, mites eſſe filios Dei, ad cæleſtem familiam pertinentes, quibus theſauros omnes ſuos, & lautiſſimam hereditatem impertiri cupiat. O mitiſſime Ieſu, fili Dauid mitis, cur, ſi non tui imitandi ſtudio, ſaltem his tantis, tamque incredibilibus donis commouemur, ad manſuetudinem animi ſequendam, atque in mores inducendam? Cur fumo iracundiæ obſoleſcit animi quies & pulchritudo, & cor noſtrum turbidis motibus inimicarum paſſionum laceratur? Sancti omnes illius terræ quæ ſurſum eſt appetitione animum componebant, & perfectâ manſuetudine ſummo Numini ſubiacebant, & ſic hærebant in hoc mundo, vt ab eo ſtudijs & voluntate disiuncti, manentem ciuitatem quærerent, in qua ſempiternâ pace, ſummo cum animi gaudio perfruerentur. Quod & hîc ſubdit Vates, *Delectabuntur in multitudine pacis.* Nam quidquid foris increpuerit à mundo, à fortunæ varietate, ab hoſte humani generis, interturbare illam pacem hominis manſueti non poteſt. Securus, & quodammodò victor omnium occurrentium malorum, in nigra nocte turbulentiſſimarum factionum, videbit ipſe lumen, & pacato animi ſtatu potietur. Hominum calumniæ, & iniurioſa tractatio reperiunt ſemper illum in quadro virtutis & conſtantiæ, quem Dei pax corroborat, & humaniſſimè conſolatur. Imò ſi perditorum hominum furor in ipſum corpus inſaniat, & diuexet, non perdet, neque eijciet compoſiti animi ſenſum; verùm Deo fretus, quem habet in domicilio pectoris ſui, aduerſa omnia ſine turbatione feret patienter, & Dei manum dura immittentem ſereno vultu oſculabitur. Quod videre eſt in Martyribus, alijſque Deo caris heroïbus, qui Dei numen reuerentes, & abhorrentes à malo, ſummâ animorum coniunctione cum Deo copulabantur. Sic enim accepimus illos probra inuidentium, & contumelias longè fœdiſſimas, non placidè minùs, quàm laudes ab amicis & præconia accepiſſe. Atque adeò pax illa cum ſanctiſſimo Numine tantum apud illos valuit, vt in opum & fortunarum omnium ſpoliatione riderent, in carceribus quaſi in aureo palatio quieſcerent, exultarent in morte violenta, proque illis Deum orarent, à quibus indigna & crudelia paterentur.

Matth. 5, 4.

Mites ſunt filij Dei & heredes cæli.

Mites in pace ſunt imperturbata.

12. *Obſeruabit peccator iuſtum.*] S. Hieron. *cogitat impius de iuſto*; S. Ambroſ. *inſidiabitur peccator iuſto*, Hebraicum זמם *zomem*, deſignat id quod Hieron. dixit, ſcilicet *malignam cogitationem.* Similis eſt ſententia in Pſalmo 111. *Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet*, &c. Obſeruat igitur peccator iuſtum, eique inſidiatur, quia inuidet. Sed quid iuſtus nocuit, vt inuidus iuſto inſidietur? Planè, quia iuſtus eſt ille, iſte autem peccator: nec eſt ſocietas nocti cum luce, nec Belial cum Chriſto. Appoſitè, *ſtridebit dentibus.* Inuidus enim ac maledicus hianti ſemper ore, inter præacutos dentes vitam & famam viri iuſti rodit ac deuorat, vt ſuperiùs ad Pſal. 13. verſ. 4. de detractoribus ex Chryſoſt. annotauimus. Vno verbo Proſper inuidiæ malum graphicè deſcribens: *Inuidus*, inquit, *alie-*

Pſal. 111, 10.

Inuidia malum peſſimum.

num.

num, ſuum facit inuidendo ſupplicium. Sic ille lib. 3. de Vita contemplat. cap. 5. Certè qui odio inuidiaque æſtuant, qui leuiter læſi ringuntur, qui dentes velut apri acuunt, & velut canes, cùm rixantur, dentes retegunt, & dentibus infrendent; in hac vita damnatorum mores induunt, apud quos erit perpetuus fletus ac ſtridor dentium.

13. *Dominus autem irridebit eum.*] Id eſt, irritos efficiet eius conatus & ſtudia. Eadem ſententia eſt Pſalmo 2. *Qui habitat in cælis, irridebit eos.* In libro quoque Sapientiæ dicitur, quòd impij *videbunt & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit.*

Pſal. 2,4.

Sap. 4,18

14. *Gladium euaginauerunt peccatores.*] Hunc locum ponderans S. Ambroſ. ſicut ex D. Paulo gladius Sanctorum eſt verbum Dei, ita, inquit, è contrario, gladius ſpiritus nequiſſimi, verbum eſt malum. Verbo Dei ſanctiſſimi religionis Chriſtianæ ſatores, vt fulgenti gladio accincti, multa & miranda perfecerunt: quocumque abibant, ſtratâ perfidiâ, ſtillans cruore vitium, & immanis tyrannorum furor victus videbatur: ſic prædo inferorum, hoſtis boni, in flagitioſorum hominum ore, velut in caſtris ſibi deuotis, gladium rotans fulmineum illum verborum inſolentium & malorum, ſtragem vbique ciet. *Conſidera*, inquit S. Ambroſ. *iurgantes peccatores, atque acerba iactantes inſolentiæ, & criminationum opprobria proferentes, nónne ſi eos audias, dices, Gladium euaginauerunt peccatores? Quando ſermo turpis tamquam de vagina petulanti ex ore profertur, quem cohiberi par fuit & recondi, extenderunt arcum ſuum.* Arcum peccatorum ait eſſe mentem eorum, & ſagittam verbum venenatum. Caueant igitur Chriſtiani, ne tantum periculum ſubeant maculandi animi ſui, vel alieni; parcant aliorum auribus, & pudori ſuo, nec ſua ora eſſe velint vaſa iniquitatis, neque linguam ſatanæ pugionem, ad pudicitiam cruentandam. Poëta ſanctus ſimul duas hîc imagines adhibuit, & illuſtres quidem, ad rem eamdem ſignificandam. idem enim eſt arcus & ſagitta, quod vagina & gladius. vtrimque venena promuntur, fœdum exitium, mortes indecoræ. Et hinc fortè ſumpſit Diogenes, à profana ſapientia laudatus, qui formoſum adoleſcentem cùm vidiſſet turpia & indecora proloquentem, *Non te pudet*, inquit, *ex eburnea vagina gladium plumbeum educere?* Sed per eburneam ille vaginam intellexit ſpecioſum corpus, vt nobilem & pretioſam animi thecam, aureumque loculamentum, ex quo non deceret vt vile quiddam plumbeumque exiret. Sed Dauid noſter mentem, vt ait D. Ambroſ. intellexit, cor ipſum, animi penetrale: vnde velut è vagina, plumbeum ſcelus emittitur, & luxuriæ gladius, Stygiâ aquâ intinctus ad conſcientiam lacerandam.

Lingua mala gladius qualis.

16. *Melius eſt modicum iuſto.*] Id eſt, paululum quod iuſti poſſident, ob arcanam Dei benedictionem, eſt ipſis ſuauius & fructuoſius, quàm impiorum magna affluentia. Sic in Prouerbijs dicitur: *Melius eſt parum cum timore Domini, quam theſauri magni & inſatiabiles. Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio. Melius eſt parum cum iuſtitia, quam multi fructus cum iniquitate. Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio.* Certè maximas turbationes diuitijs opibuſque adnecti, Hebræum verbum, quo hîc diuitiæ appellantur, oſtendit. Dicuntur enim מהמון *mahamon*, quæ vox propriè *turbationem* ſtrepitumque ſignificat. Rectè autem ad diuitias extenditur, vt colligeremus, turbulentiſſimis rumoribus eas eſſe grauidas, vti quotidie videmus & experimur. Hinc in loco Prouerb. iam citato vbi nos legimus, *Theſauri magni, & inſatiabiles*, in Hebræo etiam eſt, *& conturbatio in ipſis.* Ex quo colligitur, quò maiores diuitiæ ſunt, eò maiores ſub illis plerumque conturbationes latere, anxietates & ſolicitudines. Etiam vox *mamon* de opibus dicitur, & à conturbatione deducitur: vt ita moneremur, qui pacem ac quietem amat, turbas odit & auerſatur, eum opes debere negligere, quæ fœcundæ ſunt turbarum matres. Eleganter quoque locum hunc illuſtrat Origenes, dum *diuitias peccatorum*, exponit de vana illa eruditionis ſupellectile, quam oſtentant profani, ob quam ſæpè vt pauones picti & glorioſi efferuntur. Eius locum eò libentiùs hîc ponam, quòd curſum ſtudiorum apud veteres ob oculos ponat, & illuſtrandæ antiquitati ſeruiat. Sic igitur habet: *Sunt multa & diuerſa ſtudia litterarum in hoc mundo: & videas quamplurimos incipientes à Grammaticis, ediſcere carmina Poëtarum, comœdiarumque fabulas, tragœdiarum vel commentitias, vel honorificas narrationes, hiſtoriarum longa ac diuerſa volumina: tum deinde tranſire ad Rhetoricam, atque ibi omnem fucum eloquentiæ quærere: poſt hæc venire ad Philoſophiam, perſcrutari Dialecticam, ſyllogiſmorum nexus inquirere, menſuras Geometriæ pertentare, aſtrorum leges, ac ſtellarum curſus perſcrutari: omittere quoque nec Muſicam: & ſic per omnes iſtas eruditi, tam diuerſas & varias diſciplinas, in quibus nihil de Dei voluntate cognouerunt, multas quidem, ſed peccatorum diuitias congregauerunt.* Hæc ille. Breuiùs quidem, ſed idem planè, meo iudicio, vult D. Hieron. cuius hoc effatum eſt in cap. 4. Amos: *Vir Eccleſiaſticus veritatis ſimplicitate contentus, hæreticorum ſupellectilem, & eloquentiæ fulgorem, argumentorumque diuitias non requirit.* Nominat hæreticos, quòd, cùm artes illæ profanæ vix habeant vllam vtilitatem, ad Chriſtianæ reipublicæ decus, amplificandamque gloriam, ſed vni propè ambitioni ſeruiant; ſuperbi animi, & ſcientiæ opinione inflati, ſæpè diuino iudicio in impias opiniones præcipitent.

Modicum iuſti præualet diuitijs peccatorum.

Prou. 15, 16.

Ibid. 16,8.

ANNOTATIONES CORDERII.

Prou. 17,1.

Diuitiæ turbationibus plenæ.

Profana ſcientia, ſunt peccatorum diuitiæ.

18. *Nouit Dominus vias immaculatorum.*] Ita legit quoque S. Auguſt. Græcè ὁδοὺς, pro quo Latina & Hebræa habent *dies*, ימי *ieme.* vnde videri poſſet Græca lectio corrupta ex ſimili loco Pſalmi 1. vbi eſt, *Nouit Dominus viam iuſtorum:* ſenſus tamen eòdem recidit. Symmachus, προέγνω ὁ κύριος τὰς ἡμέρας τῶν ἀμώμων, *praenouit Dominus dies immaculatorum.* Ex hoc loco colligitur, in cælo non ſcribi, neque numerari impiorum annos aut dies, ſed iuſtorum tantùm. Quod inſinuant ſacræ paginæ, quæ vbi de horum vita & annis mentio incidit, eos accuratè recenſet: nouit quippe Dominus vias immaculatorum. Ita nouit, ita cenſuit annos Adami, Abelis, Sethi, Abrahami, Iſaaci, Iacobi; ſed impiorum, vt

Pſal. 1,6.

Piorum tantùm anni numerantur à Deo.

ANNOTATIONES CORDERII.

vt Caini, Lamechi, Iſmaëlis, & aliorum, dies & annos non ſupputauit; quia vt longæui fuerint, inanes fuerunt & vani; ideoque perinde habentur, ac ſi non fuiſſent: *Sicut ea quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.*

Pſal. 89, 5.

19. *Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur.*] In his verbis ſenſum ſpiritalem agnoſcit Hieron. de iuſtis, qui de Dei gratia ſaturantur. Hæc autem ſatietas iuſtorum interna eſt, in ipſa conſcientia diuinis affluente conſolationibus, qualis Paulo erat, cùm diceret: *Gloriamur in tribulationibus. Nam ille* (inquit S. Auguſt.) *vnde gloriaretur, ſi egeſtatem intus pateretur? videbantur foris anguſtiæ, ſed intus latitudo erat. Quid autem facit malus cùm cœperit tribulari? foris nihil habet: ablata ſunt omnia; in conſcientia nullum ſolatium eſt: non eſt quò exeat, quia dura ſunt: non eſt quò intret, quia mala ſunt. Meritò ei fit quod ſequitur: Quoniam peccatores peribunt. Conſolatio non eſt in externis.* Sic ille. Peribunt autem impij, *quando* (vt ſubnotauit ibidem S. Hieron.) *erunt vacui.* Quare iuſtorum animæ cæleſtibus gaudijs abundant, quibus omnino carent improbi, qui lutum auro, terram cælo, carnem ſpiritui, mundum Deo prætulerunt.

Pij gratiâ Dei ſatiantur.

Rom. 5, 3.

Impij in tribulatione pereunt.

20. *Et exaltati, deficientes quemadmodum fumus defecerunt.*] S. Hieron. *glorantes vt monocerotes conſumentur;* Hebraicè iam legitur כִּיקַר כָּרִים כָּלוּ *chiiakar charim chalu,* id eſt, *ſicut pretioſum* (id eſt adeps) *agnorum conſumentur.* q. d. Sicut adeps igni impoſitus flammâ breui abſumitur, ſic impij ſaginati felici rerum ſucceſſu, quaſi agni ad cædem deſtinantur. De quibus apud Ieremiam dicitur: *Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis.* quod de igne gehennæ nonnulli accipiunt. Septuag. autem, vt rectè notat Genebrardus, כִּיקַר כָּרִים *chiiakar charim* non pro nominibus, ſed pro infinitiuis habuerunt, & ſequens verbum בֶעָשָׁן *bebhaſan*, non per *beth*, ſed per *caph* legerunt, vt ſit ad verbum, *Et inimici Domini circa honorari* (vel in pretio haberi) *circa exaltari conſumpti ſunt, ſicut fumus defecerunt.* Quem ſenſum, vtpote meliorem, Septuag. expreſſerunt, eumque Latinus interpres ſecutus eſt, & tota frequentat Eccleſia. Pro *charim* autem, quod propriè *agnos* ſignificat, S. Hieron. videtur legiſſe, *charem*, & ideò vertit, *monocerotes.* Et tunc ſenſus eſt, quòd inimici Domini, cùm honorificati & gloriantes fuerint ſicut monocerotes, tamquam fumus conſumentur. vtrobique autem ſignificatur velox felicitatis impiorum interitus. Pro *defecerunt*, Vulgata habet, *deficient;* Hebraicè tamen & Græcè eſt præteriti temporis verbum כָּלוּ *chalu*, & ἐξέλιπον.

Impij vt fumus deficiunt.

Iere. 12, 3.

21. *Mutuatur peccator.*] S. Hieron. *fœnus accipit;* S. Ambroſ. *fœneratur peccator, & non ſoluit;* S. Auguſtinus, *mutuatur, & non ſoluit:* ita etiam habet Pſalterium Romanum, conformiter lectioni Græcæ & Hebraicæ, quæ in præſenti efferunt hanc ſententiam. Vulgata tamen hæc exprimit in futuro, *mutuabitur peccator, & non ſoluet.* Pulchrè D. Auguſt. hunc locum exponit de beneficijs à Deo acceptis, quibus non reſpondet peccator, nec officia pro ijs rependit. *Quanta,* inquit, *accepit peccator, pro quibus non ſoluit? Accepit, vt ſit; accepit, vt ſit homo; accepit corporis formam; accepit in corpore diſtinctionem ſenſuum: accepit etiam amplius, id eſt mentem, quâ poſſit intelligere, quâ poſſit capere veritatem, quâ poſſit iuſtum ab iniuſto diſcernere, quâ poſſit indagare, deſiderare, Creatorem laudare, & inhærere illi. Hæc omnia accepit & peccator; ſed non benè viuendo non reddit quod debet. Ergo fœneratur peccator, & non reddit ei à quo accepit; non agit gratias: imò vero rependit mala pro bonis, blaſphemias, murmur, aduerſus Deum indignationem.* Quòd ſi tantum eſt crimen pro acceptis beneficijs gratias non referre (vt D. Bernardus Serm. 84. in Cantica dicat: Qui *maximi videbantur pro accepta gratia, pro non redhibita minimi reputantur apud Deum*) quantû, obſecro, erit, non ſolùm non referre gratias, ſed etiam referre iniúrias? quod faciunt peccatores. E contrà *iuſtus autem miſeretur, & tribuet.* Quaſi diceret: Perditè quidem voluptuoſeque viuendo ingentes etiam peccatoris opes exhauriuntur; at verò liberaliter miſericorditerque donando mediocres viri iuſti facultates augentur. Rem hanc optimè nouerat Romana illa Paula, de qua D. Hieron. in eius Epitaphio ad Euſtochium: *Pauperes,* inquit, *tota vrbe perquirens, damnum putabat, ſi quiſquam debilis & eſuriens, cibo ſuſtentaretur alterius: ſpoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos, maiorem ſe eis hereditatem Chriſti miſericordiam dimittere loquebatur.* Eamdem rem experta eſt vidua illa Sarephtana, quæ quidquid habebat farinæ & olei, præbens Eliæ, nihil amiſit, ſed plura recepit. De qua D. Ambroſius lib. de Elia cap. 2. *Quoniam,* inquit, *deuotionem cibo prætulit, meruit vt ariditatis publicæ ſola non ſentiret ærumnam. Itaque non defecit hydria farinæ, cùm torrentis fluenta deficerent.*

Peccator pro diuinis beneficijs non reddit officium.

Eleëmoſyna non minuit, ſed auget opes.

3. Reg. 17.

23. *Apud Dominum greſſus hominis dirigentur.*] S. Ambroſ. ad hunc locum ſubtiliter animaduertit, in Græco non eſſe *greſſus*, ſed διαβήματα, *tranſitus.* Tum ſapienter vnumquemque monens, *Tranſi ergo,* inquit, *noli ceſſare, ſicut bonus viator.* Subdit hanc vitam eſſe *exodum*, atque in exodo admirabilia multa illis oſtendi qui tranſeunt. Quod ſancto Moyſi contigit, qui de ſe aiebat: *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam.* Atque vt videamus magnos viros Eccleſiæ præceptores eodem ſpiritu afflatos, eamdem vitæ viam tenuiſſe, idem mortales monuiſſe; D. Baſilius in Pſal. 14. proprium eſſe boni viri dixit παροδεύειν τὸν βίον, *more hoſpitis vitam hanc tranſire:* & eâ de cauſſa viuendi curriculum à præſtantiſſimus viris nominari *incolatum*, hoc eſt διαγωγὴν πρόσκαιρον, *habitationem temporariam:* vt intelligamus, inquit, vitam noſtram eſſe παροδικὴν, *tranſitoriam*, breuem, mutabilem, & peregrinorum iactationem, atque ad illam æternam tendere omnes oportere. *Pulchrè autem* (inquit Ambroſ.) *viri greſſus dirigi dicuntur à Domino; quia non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, ſine offenſione ſeruare veſtigium.* Vt enim puer tenellus firmare greſſus non valet, ſed, ſi quando ſtare conatur, decidit ſtatim, niſi matris, nutricis aut baiulæ manibus auxilioque fulciatur; eâdem ratione, quibuſcumque viribus homo polleat, & virili ætate firmus ſit, in via virtutis ruat neceſſe eſt, niſi eum Deus manibus geſtet. Optimè ergo dictum eſt, *A Domino*

Vita hæc tranſitus.

Exod. 3, 3.

In via virtutis, Dei continua directione opus eſt.

mino greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet. In multis codicibus Græcis additur *σφόδρα, nimis.* Sed S. Hieron. negat illud in antiquis Interpretibus reperiri; Symmachus vertit, καὶ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ εὐδοκεῖται, *& via eius beneplacet.* Eamdem quoque ſuauiſſimam Dei prouidentiam in iuuandis ſuis, ſequenti verſu ante oculos ponit.

Deus maternam gerit curam ſuorum.

24. *Cùm ceciderit, non collidetur.*] Deum hîc vt ſedulam & amantiſſimam genitricem effigiat, quæ vbique filiolum comitetur, omni ſtudio in eius bonum intenta, paratasque habeat manus, vt titubantem ſuſtentet. Sic vbique tendit manus inexplicabili amore Deus, vt, ſi quando in via ad felicitatem titubet iuſtus, ſi flatus moleſtiſſimarum tentationum, ſi hominum malitia, ſi dæmonum impetus furioſi ſtantem deijcere conentur, officioſis illum manibus ſinuque excipiat. *Cùm ceciderit*, inquit, *non collidetur.* Cadere humanum eſt, collidi autem periculoſum atque miſerrimum. *Cùm* igitur *ceciderit, non collidetur*, non vulnus, non doloris vllum ſenſum excipiet, nihil mali patietur: *Quia Dominus ſupponit manum ſuam.* O puluinar delicatum dulciſſimæ prouidentiæ, quo diuinis manibus exceptus homo, & molliſſimè ſuſtentatus, cùm ruit, non corruit; cùm deijcitur, non abijcitur! Id probant omnium ſæculorum ætates, quæ hanc Dei ſingularem beneuolentiam viderunt. De Apoſtolis, & primis Chriſtianæ religionis

Deus iuſtos manibus ſuis excipit.

1. Cor. 4. 9. floribus ſic pronuntiat D. Paulus: *Dey vnur, ſed non perimus.* Quia nimirum blandus ille omnium parens inexplicabili bonitate dulcem manum ſupponebat, ne vexati alliderentur: cu-
Pſal. 144. 14. ius proprium eſt, vt Propheta alio in loco dicit, alleuare omnes qui corruunt, & humaniſſimè recreare.

Mendicantes Religioſi non repugnant huic ſententiæ.

25. *Nec ſemen eius quærens panem.*] Rectè ad hunc locum obſeruat Bellarminus, non repugnare hanc ſententiam veritati, etiamſi videamus in Eccleſia multos fideles mendicantes panem. Nam mendicantes Religioſi ſponte mendicant amore paupertatis, non neceſſitate inopiæ: neque derelicti dici poſſunt, cùm Deus eos mirabili ſuâ prouidentiâ alat & ſuſtentet. Ceteri mendicantes vt plurimùm non ſunt filij eorum qui conſueuerint miſereri aliorum, & donare: ad hos enim propriè hæc promiſſio pertinet. Sæpè etiam neque iuſti ſunt ipſi, neque filij iuſtorum. Denique, vt ſuprà diximus, ſi qui verè iuſti & ſperantes in Domino derelicti videntur, & quæ-
Luc. 16. rentes micas panis, vt Lazarus in Euangelio; ij melius aliquid à Domino acceperunt, quàm ſit copia rerum temporalium: neque mutarent meritum patientiæ cum omni temporali felicitate. *Iuſtus enim* (inquit ad hunc locum S. Ambroſ.) *etſi in ſæculo derelinquitur, a Domino tamen non derelinquitur.* Quod latiùs probat exemplo ipſius Iacob, cui vbique diuina gratia præſtò fuit. Non derelinquitur à Deo iuſtus, etſi à mundo derelictus, ſpretus & afflictus. Tunc enim vel maximè habet Deum appropinquantem ſibi, cum ipſo eſt Deus in tribulatione, deſcenditque cum illo in foueam, nec in vinculis derelinquit
Dan. 14. eum. Sic Danieli in leonum lacu iuſſu regis incluſo prandium diuinitus procuratur; & inter feras eſurientes, & parcentes, homo Dei paſci-
3. Reg. 17. tur. Sic alitur Elias in fuga, & in ſolitudine coruis miniſtrantibus, & volucribus ſibi cibum apportantibus, in perſecutione nutritur. Neque enim deeſſe quotidianus cibus poteſt iuſto, cùm ſcriptum ſit: *Non affliget Dominus fame animam iuſti.*

Deus iuſtum numquam deſerit.

ANNOTATIONES CORDERII.

Prou. 10. 3.

Chriſtiani non ſunt in defectu panis cæleſtis.

Myſticè de Chriſto Domino locum hunc exponit S. Ambroſius, cuius ſemen, id eſt, cuius filij, ſcilicet Chriſtiani, numquam panem quæſiuerunt, quia ſemper ad manum habent panem Euchariſticum, qui famem depellere poſſit. Ceteri quidem qui huius mundi panes quærunt, id eſt, oblectamenta mundi ſectantur, ſæpiùs in egeſtate ſunt: ſed qui panem de cælo viuum ac verum quærunt, numquam eius penuriâ laborant. Vide hæc fuſiùs in ipſo S. Ambroſio explicata.

Priùs declinandum à malo, mox bonum faciendum; & quæ ſit inter hæc differentia.

27. *Declina à malo, & fac bonum.*] Licet declinare à malo quoddam bonum ſit, eſt tamen ea inter hæc duo differentia, quòd, iuxta Tertullianum lib. 1. ad Vxorem cap. 3. *declinare à malo is dicitur, qui non facit quod obeſt: facere autem bonum dicitur, qui addit inſuper quod prodeſt.* Atque adeò inter hæc duo præcepta differentiam iſtam explicat S. Hieron. epiſt. 24. ad Celantiam, dicens, *priore præcepto improbari otium, poſteriore imperari ſtudium; ibi animum coerceri, hîc incitari; illic feciſſe, hîc non feciſſe, culpabile eſt.* Quòd enim damnatio immineat non ſolùm prohibita patrantibus, verùm etiam iuſſa prætermittentibus, S. Baſilius hom. de iudicio probat. Porrò Pſaltes priùs hîc iubet declinare à malo, & poſteà bonum facere, quia, vt S. Ambroſ. in Pſal. 1. notat, *initium bonorum nobis eſt abſtinentia peccatorum. Hic enim eſt ordo diſciplinæ, vt ab inferioribus ad perfectiora contendas.* Quæ eius verba non ſic accipienda ſunt, quaſi Chriſtiano à profectionis ſuæ initio prohibita ſolùm cauenda, iuſſa verò obſeruanda non ſint; ſed quia (vt D. Thomas 1. 2. qu. 24. art. 9 docet) Chriſtianus in principio conuerſionis ſuæ principaliter intendit vitare mala; prouectior autem effectus, præcipuo quodam ſtudio incumbit vt faciat bona. Vide quæ ſuperiùs ad Pſal. 33. verſ. 15. in hanc rem annotauimus.

28. *Iniuſti verò punientur.*] Ita Vulgata & Biblia Regia, & Complutenſia; Græcè, ἄνομοι δὲ ἐκδιωχθήσονται, *expellentur*, quomodo etiam Euſebius legit; in Sixtinis codicibus eſt, ἄμωμοι δὲ ἐκδικηθήσονται, *immaculati autem vindicabuntur*, quomodo etiam habetur in Pſalterio Æthiopico. Sed prior lectio, quæ cum Vulgata conſonat, præferenda, quam etiam ſecutus eſt in Metaphraſi Apollinarius:

> Αὐτὰρ ἀθεσμοσύνῃς μεμελημένοι ἐξελάσειντο.
> *Ceterùm iniuſta curantes eijciantur.*

Ori cur meditatio tribuatur.

30. *Os iuſti meditabitur ſapientiam.*] In dubium vocari poſſet, cur meditari, quod cordis & mentis eſt, hîc ori tribuatur. Ad quod reſpondet D. Ambroſ. dum hæc verba exponeret, ori meditationem tributam; quia exterior homo in interioris hominis transfunditur diſciplinam, vt ob eorum conformitatem, quod vnius eſt, alteri tribuatur. Ipſa eius verba ſic habent: *Ideo os iuſti meditabitur ſapientiam. Iam enim & ipſe exterior homo iuſti, in interioris hominis transfuſus eſt diſciplinam, & in eius conformatus naturam, ipſius exercet officium; vt caro meditetur, quod mentis interna eſt.* Vbi autem caro aduerſus ſpiritum pugnat, & exterior homo interiori non

Exterior homo interiori traditur in diſciplinam.

ANNOTATIONES CORDERII.

ſubditur, nec ambo inter ſe firmo fœdere cohærent, ægrè perfecta fundi oratio poteſt, ægrè ſuauis precum harmonia exaudiri. Hinc eſt quòd oratio à ſanctis Patribus citharæ comparari ſolet, quæ pacis & concordiæ hieroglyphicum eſt: quia interiores rixæ pugnæque à mente abeſſe debent, quæ Deo per orationem coniungi cupiat. De conſonantibus citharis produnt auctores, quòd, ſi vnius chorda pulſetur, alia nec tacta contremiſcat, tantum ſcilicet conſonantia poteſt. Idem in nobis fiat, concors ſit corpus animæ, & quod illa probauerit, caro ſubſcribat & ſuccinat, nec repugnet. Hinc eſt quòd ſæpè mentis cantus etiam linguæ tribuitur: vt in iſto, *Lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam.* Et hoc loco: *Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium*. ac ſi mentis chordâ tactâ ſonum ederet corporis chorda non tacta. Signatè autem priùs ait, *meditabitur*, deinde *loquetur:* vt colligeremus ante linguæ officium, ſuum cor obijſſe, & iuſtos nihil temerè loqui, ſed altè cogitata proferre. Vnde os cordis hoc loco intelligit B. Laurentius Iuſtinianus, quia meditationis fit mentio. Cuius iſta verba ex M. S. codice inedito citat Nouarinus lib. 1. Sacror. Electorum cap. 11. *Os cordis iuſti meditabitur ſapientiam, quæ eſt de Deo: & propter aliorum inſtructionem lingua eius loquetur iudicium, id eſt diſcernet, quod Deus fugere præcipit, vel tenere. hoc autem ita loquetur, vt vita conſonet cordi, ne putetur eſſe de illis, de quibus ait Dominus: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.* Abſit, vt vita linguæ contradicat, vt aliud operibus clamemus, aliud ſermone. Apage imperitos hos muſicos, qui ſpiritalem hanc harmoniam formare neſciunt, aut nolunt. Benè monebat S. Petrus Damianus lib. 2. epiſt. 1. *Verba vitæ*, inquit, *populis non ſolùm vocibus, ſed etiam moribus nuntiemus.* Vitâ nimirum verba deſtituuntur, cùm ſermoni mores non concordant, nec illud agitur quod docetur. Vnde ſubdit:

Animæ & corporis conſonantia

Pſal. 34, 28.

31. *Lex Dei eius in corde ipſius.*] S. Ambroſ. in expoſitione huius verſ. docet illa verba Apoſtoli, *Iuſto non eſt lex poſita, ſed iniuſtis & peccatoribus*, debere intelligi de renouatione legis, quæ fit, quando ſcribitur in tabulis aut libris. Lex enim non ponitur in tabulis propter iuſtos, qui legem ſeruant, & eam in corde fideliter retinent, iuxta verba huius Pſalmi, *Lex Dei eius in corde ipſius*; ſed propter peccatores, qui legis obliuiſcuntur, & ita viuunt ac ſi legem non haberent. Vnde idem Apoſtolus cùm ait, *Sed iniuſtis*, Græcè poſuit, ἀνόμοις, id eſt, *exlegibus*, ſiue legis præuaricatoribus. Ex quo apertè ſignificauit, legem non ideò poni iniuſtis, quia non tenerentur etiam anteà lege, ſed quia obliti erant legis; nec ideò non poni iuſtis, quia iuſti carere debeant lege, ſed quia legem in corde ſe habere per bona opera teſtantur. Potuit igitur primis hominibus in ſtatu innocentiæ dari lex, tum naturalis, tum etiam poſitiua; ſed non fuit opus renouatione, aut deſcriptione in tabulis lapideis, quod propter iniquos poſteà factum eſt, vt peccatum cognoſceretur, vt Apoſtolus diſputat in epiſt. ad Romanos cap. 7.

1. Tim. 1, 9.

Iuſti in corde, iniuſti in tabulis legem habent.

35. *Vidi impium ſuperexaltatum, &c.*] S. Hieron. *vidi impium robuſtum & fortiſſimum ſicut indigenam virentem*; Sexta editio, εἶδον ἀσεβῆ καὶ ἀναιδῆ ἀντιπαίζοντα ἐν σκληρότητι, καὶ λέγοντα, εἰμὶ αὐτόχθων περιπατῶν ἐν δικαιοσύνῃ, *vidi impium & impudentem iactantem ſe in duritia, & dicentem, Sum ſicut indigena, ambulans in iuſtitia.* In Hebræo eſt, כְּאֶזְרָח רַעֲנָן *cheezrah ragnan*, id eſt, *ſicut indigenam virentem:* vt ex imagine arboris, in proprio & naturali ſolo exortæ, nec aliunde aduectæ, ac proinde valentioris, oſtendat, ſtultum illum impium de quo agit, dum nihil de ſuperna patria cogitabat, ſed vt municipem mundi ſe gerens, profundiores ac firmiores radices, velut in patrio ſolo ageret; ruinam ſuam quantocyùs maturaſſe: quòd nimirum toto cælo aberrans, & propriam patriam ignorans, quò magis terrenis rebus hærebat, eò ſe à naturali ſolo plùs diuelleret, ac debiliori fundamento fragilioribuſque radicibus niteretur. Chaldæus vertit, *ſicut arborem tranſplantatam, & abundantem folijs*; alij ex Hebræo tranſtulerunt, *vidi impium fortem & vireſcentem inſtar lauri viridis.* Sed Septuag. notiorem metaphoram vſurpantes, quoniam in monte Libani ſilua erat cedrorum ingentium, toto orbe conſpicua, diuitem impium, aut potentiſſimum quempiam dynaſtam ſeu principem, eleganter cum cedris comparatunt. Celerem vero iſtiuſmodi celſitudinis interitum deſcribens Dauid ſubdit:

Diuites impij cedris comparati.

36. *Et tranſiui, & ecce non erat.*] Ac ſi diceret, inquit Agellius, Non ſteti, nihil moræ interceſſit, niſi dum illam arborem tranſirem; *& ecce non erat*, ita vt pænè ipſo momento tranſitus mei tanta firmitas & pulchritudo periret. Pulchrè verbum illud *Tranſiui*, in epiſt. ad Philipp. cap. 3. verſ. 8. moraliter expendens Velaſquez noſter, ſic exponit, vt affirmet Vates, ſe, cùm de externo aſpectu ad interiorem animi aciem & contemplationem pertranſiuit; haud difficulter penetraſſe externa hæc bona, dum ſplendore ſuo rutilant, oculis ſuis illuſiſſe, vt alicuius illa pretij putaret, cùm reapſe non eſſent, ſiue in ſe ipſis nihil eſſent. Ergo ait: *Tranſiui, & ecce non erat.* hoc eſt, non fuit opus vernantem hanc & florentiſſimam arborem mortis ſecuri excidi, nec mentis meæ aciem ad cæleſtia bona conuertere, vt omnino cognoſcerem, nihil illi veri boni ſubeſſe: id enim ſola mentis acies, in ipſam intenta, luculenter præſtitit, ſimul atque conſiderauit illa omnia tantùm eſſe meram vanitatem, vmbram, nihil. Vbi obſerua, non dixiſſe Pſaltem, *Tranſiui*, & ecce non fuit, aut non erit; ſed notanter, *Ecce non erat*, ſcilicet quod videbatur. Nam eo ipſo temporis puncto, quo ſeſe pulcherrimam oſtentabat, reapſe non erat, nihil erat, vmbra erat, illuſio erat oculorum, externâ ſpecie decipiens: vti pluribus ad hunc locum eleganter oſtendit S. Ambroſius. Sed hîc argutus fortaſſe quiſpiam obijciat: Quomodo Vates vidit eum, ſi non erat; & non videre modò, ſed etiam, vt omni florum & fructuum huius ſæculi ornatu abundantem, mirari potuit? Si vidit, & oculis non lippientibus intuitus eſt, quomodo non erat? Sanè & ille erat, & exaltatus erat, & omni felicitate & proſperis ſucceſſibus eleuatus erat; *& ecce non erat*, quia tranſiuit mente Vates, accurataque cogitatione vera, cæleſtia & æterna bona, quæ non videntur, ijs temporalibus & euaneſcentibus oppoſuit.

Momentanea impiorum felicitas.

Cùm

Cùm itaque videmus extolli impios (inquit Origenes) *& in nimiam ſuperbiam eleuari, transeamus & nos mente & intellectu ab his quæ videntur, & temporalia ſunt, & transferamus ſenſum noſtrum ad ea quæ non videntur, & æterna ſunt. Cogitemus, temporalia hæc eſſe & paucorum dierum, quæ videntur elata: intueamur iudicij diem: & ita ſenſu noſtro cernemus, cum qui ſuperexaltatus eſt & elatus ſicut cedrus Libani, in die iudicij omnino non eſſe.* Nec ad illum vſque diem mentis iudicium extendas, quaſi tunc demum non ſit futurus; ſed nec nunc eſt. Id enim aſſiduæ cogitationis vis efficiet, vt nec modò eum ſubſiſtere, aut aliquid eſſe cognoſcas. Nam ſi tunc, quando maximè expedit eſſe (quippe inde æternitas exurgit) futurus non eſt; nec modò eſſe, ſiue aliquid valere dicendus eſt.

37. *Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem.*] S. Ambroſ. quidem *innocentiam* hîc interpretatur *perfectionem*; S. Auguſt. verò *æquitatem*, tranſtulit *directionem*; Symmachus vertit, φύλασσε ἀπλότητα, καὶ ὅρα εὐθύ, ὅτι ἐστὶ μέλλοντα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ, *cuſtodi ſimplicitatem, & vide rectum; quoniam ſunt futura homini pacifico*; Aquila addit, ἔσχατον *extremum*: S. Hieronymus priorem partem tranſtulit vt Symmachus; poſteriorem verò ſic, *quia erit ad extremum viro pax*; Chaldæus vertit, *ſerua integritatem, reſpice iter rectum*; Maſoretæ vtrumque in concreto efferunt, *integrum & rectum*. quod aliqui de homine interpretantur, q. d. Obſerua virum innocentem, & conſidera æquum virum, quoniam finis eius pax, æterna ſcilicet, vt hortetur ad conſideranda exempla gratiæ Dei, & iudiciorum eius. Rectiùs Septuag. *quoniam reliquiæ ſunt homini pacifico.* q. d. Pacificus filios, & bona eis vtenda relinquet; impiorum autem poſteritas (vt ſequ. verſu per antitheſin ſignificatur) & bona ipſis relicta peribunt. Vide quæ ſuperiùs ad Pſal. 16. verſ. 14. annotauimus ad illa verba, *Dimiſerunt reliquias paruulis ſuis.* ANNOTATIONES CORDERII.

38. *Iniuſti autem diſperibunt in idipſum.*] Ita quoque S. Auguſt. legit; Græcè eſt, ἐπὶ τὸ αὐτό; pro quo Vulgatus *ſimul* tranſtulit; Symmachus vertit, οἱ δὲ ἀθετοῦντες ἐξαλειφθήσονται ὁμοῦ, τὰ ἔσχατα τῶν ἀνόμων ἐκκοπήσεται, *prævaricatores autem delebuntur pariter, nouiſſima iniquorum excidentur.* Addit Scholion Aquilam pro τὰ ἔσχατα dixiſſe ἔσχατον, *nouiſſimum*, quemadmodum quoque vertit S. Hieron.

IN PSALMVM XXXVII. ARGVMENTVM.

α΄. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ εἰς ἀνάμνησιν σαββάτου.

Pſalmus Dauid, in rememorationem * ſabbati.

* Vulgata de ſabbato.

Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμόν, ἀναμιμνήσκων ἑαυτὸν τῆς ταλαιπωρίας ἧς ὑπέμεινε διὰ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀξιοῖ σαββατισμοῦ τυχεῖν, ἤτοι ἀναπαύσεως ἐκ τῶν συμφορῶν. Μέμνηται δὲ τῆς ἁμαρτίας, κρυπτὸν τὸ ἕλκος οὐκ ἀνεχόμενος. Ἀλλὰ καὶ τὴν νόσον, καὶ τὴν θεραπείαν εἰς μέσον προτίθησι, διδασκαλίας ὑπόθεσιν τοῖς ἀνθρώποις προσφέρων. Ἐπηνέχθησαν δὲ αὐτῷ πολλὰ καὶ διάφορα δυσχερῆ· τοῦ Ἀμνὼν ἡ σφαγή, τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἡ τυραννίς, Ἀχιτόφελ ὁ σύμβουλος κατ' αὐτοῦ βουλευόμενος, Σεμεεὶ λοιδορούμενος, καὶ ἄλλα ὅσα ἡ ἱστορία διδάσκει.

Hunc Pſalmum canit, ſibi refricans memoriam miſeriæ, quam ſuſtinuerat propter peccatum; & petit conſequi ſabbatiſmum, ſeu quietem calamitatum. Peccati autem mentionem facit, occultum vulnus non ſuſtinens. Quin & morbum, & curationem in medium profert, doctrinæ argumentum hominibus afferens. Acciderunt autem ipſi multæ & variæ moleſtiæ: nimirum Ammonis cædes, Abſalomi tyrannis, Achitophelis conſilium quod contra ipſum dedit, Semei contumeliæ, & alia quæ hiſtoria edocet.

PARAPHRASIS.

β΄. ΚΥΡΙΕ μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.

Παρακαλεῖ ἰατρικῶς, μὴ δικαστικῶς παιδευθῆναι· μὴ δριμυτέροις, ἀλλ' ἠπίοις φαρμάκοις ἰαθῆναι.

2. DOMINE ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Dauid pœnas imminentes deprecatur.

Rogat vt, more medici, non iudicis, caſtigetur: neque amarulentis, ſed lenibus pharmacis curetur.

γ΄. Ὅτι τὰ βέλη σου ἐνεπάγησάν μοι, καὶ ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου.

3. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Hoc

PARAPHRASIS PATRVM.

Hoc, inquit, non fruſtrà obſecro, ſed videns imbrem ſagittarum mihi immitti, tuamque manum mihi valdè imminentem, meque vehementer cædentem.

Ταῦτά, φησιν, οὐ μάτην ἀντιβολῶ, ἀλλ' ὁρῶν ἐπιφερομένας μοι νιφάδας βελῶν, καὶ τὴν χεῖρά σου λίαν ἐπικειμένην μοι, καὶ σφόδρα με μαστιγοῦσαν.

4. Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis, à facie peccatorum meorum.

δ'. Οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τῇ σαρκί μου, ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου· οὐκ ἔστιν εἰρήνη ἐν τοῖς ὀστέοις μου, ἀπὸ προσώπου τῶν ἁμαρτιῶν μου.

Cùm ſupplicio, inquit, afficior, peccati mei recordor: illius autem recordatio querimonias mihi & ploratus inducit: ex hiſce verò ærumnæ mihi & miſeriæ accidunt.

Νυττόμενός, φησι, τὴν τιμωρίαν, τῆς ἁμαρτίας ἀναμιμνήσκομαι· ἡ δὲ αὐτῆς μνήμη θρήνους μοι καὶ ὀδυρμοὺς κατεργάζεται· ἐκ δὲ τούτου, κακουχία μοι καὶ ταλαιπωρία προσγίνεται.

5. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum:* ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

* Vulgata addit &

ε'. Ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου· ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ.

6. Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.

ϛ'. Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου.

7. Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem: totâ die contriſtatus ingrediebar.

ζ'. Ἐταλαιπώρησα καὶ κατεκάμφθην ἕως τέλους, ὅλην τὴν ἡμέραν σκυθρωπάζων ἐπορευόμην.

Peccatum omnis mali & triſtitia cauſſa.

Inflexit me, inquit, graue peccati onus: mœrore autem me afficit grauis odor illorum vulnerum iam putridorum, quæ accepi, cùm prudentiam abieci, & inſipientiæ ſeruiui. Qua de cauſſa omni voluptate priuatus, mœreo, & triſtis ſum quotidie, & mœroris viciſſitudinem non inuenio.

Κατέκαμψέ με, φησι, τὸ βαρὺ τῆς ἁμαρτίας φορτίον· ἀνιᾷ δέ με καὶ τῶν σεσηπότων τραυμάτων ἡ δυσωδία, ἃ τὴν φρόνησιν ἀποβαλών, καὶ τῇ ἀφροσύνῃ δουλεύσας, εἰσεδεξάμην. Οὗ δὴ χάριν πάσης θυμηδίας ἐστερημένος, ἀσχάλλω, καὶ ἀνιῶμαι διηνεκῶς, καὶ σκυθρωπότητος μεταβολὴν οὐχ εὑρίσκω.

8. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.

η'. Ὅτι αἱ ψόαι μου ἐπλήσθησαν ἐμπαιγμάτων, καὶ οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τῇ σαρκί μου.

Concupiſcentia malorum ſcaturigo.

Per *lumbos* concupiſcentiam tacitè innuit: his enim inhærent renes, per quos appetitus excitari ſolent. Dicit igitur iſtorum malorum ſibi cauſſam fuiſſe, quòd non ad bonum, ſed ad laſciuiam, concupiſcentiâ abuſus ſit.

Διὰ τούτων τὴν ἐπιθυμίαν ᾐνίξατο· ταύταις γὰρ ἔγκεινται οἱ νεφροί, δι' ὧν αἱ ὀρέξεις κινεῖσθαι πεφύκασι. Λέγει τοίνυν, ὅτι τούτων αἴτιόν μοι γεγένηται τῶν κακῶν, τὸ μὴ εἰς δέον, ἀλλ' εἰς ἀσωτίαν, τῇ ἐπιθυμίᾳ προσκεχρῆσθαι.

9. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

θ'. Ἐκακώθην καὶ ἐταπεινώθην ἕως σφόδρα· ὠρυόμην ἀπὸ στεναγμοῦ τῆς καρδίας μου.

Ex illa, inquit, concupiſcentia mea hoc percepi, vt vſque ad terram incuruatus ſim, & ſemper lugeam ob acerbos cordis mei dolores. Neque humanam, inquit, vocem emiſi, ſed vlulabam more canum crudeliter verberatorum. Quid inde?

Ἐξ ἐκείνης, φησί, τῆς ἐπιθυμίας μου ἐξούγησα τὸ κύπτειν εἰς γῆν, καὶ διηνεκῶς ὀλοφύρεσθαι διὰ τὰς πικρὰς τῆς καρδίας ὀδύνας. οὐδὲ ἀνθρωπίνην, φησίν, ἠφίειν φωνήν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς κύνας ὠρυόμην τοὺς πεπληγμένους ἀνιαρῶς. Τί οὖν;

ι'. Κύ-

ι. Κύριε ἐναντίον σου πᾶσα ἡ ἐπιθυμία μου· καὶ ὁ στεναγμός μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβη.

Ἃ μὲν γὰρ ἐπιθυμῶ, φησὶν, οἶδας δέσποτα· εἰπεῖν δὲ αὐτὰ οὐ τολμῶ, οὐ συγχωρήσῃς μοι τῆς ἁμαρτίας τοιαύτην προσαγαγεῖν τὴν δέησιν, ἀλλ' ἀρκεῖ μοι, φησὶ, τὸ στενάξαι τῷ εἰδότι τὸ βάθος ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ στεναγμοῦ.

ια. Ἡ καρδία μου ἐταράχθη, ἐγκατέλειπέ με ἡ ἰσχύς μου.

Τὰς αἰτίας λέγει δι' ἃς ἐστέναξεν, ὡς ἀπαλλαγῆναι ἐπιθυμῶν. Ὅτι οὐκέτι, φησὶν, ἔστιν ἐν ἐμοὶ ἰσχὺς, καὶ ὅτι οἱ διαλογισμοί μου ἐν συγχύσει εἰσὶν, οὐκέτι συνορῶντες τὸ δέον· καὶ οὐ μόνον οἱ λογισμοὶ, ἀλλὰ τί;

Καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ αὐτὸ οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ.

Ἀλλ' οὐδὲ τὸ φῶς, φησὶν, ὁρῶ καθὼς δεῖ· ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τῆς συμφορᾶς σκότος, οὐκ ἐᾷ με τὸ φῶς εἰλικρινῶς κατιδεῖν· τίνος ἕνεκα;

ιβ. Οἱ φίλοι μου, καὶ οἱ πλησίον μου ἐξεναντί μου ἤγγισαν, καὶ ἔστησαν.

Οὐ μόνον, φησὶν, ὁ υἱὸς ὁ ἐμὸς ὁ Ἀβεσσαλὼμ, ἀλλὰ καὶ εἴ τινες ἐδόκουν εἶναι φίλοι μου, καὶ συγγενεῖς, πάντες οὗτοι ἐν πολεμίων μοι κατέστησαν τάξει.

Καὶ οἱ ἔγγιστά μου, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν·

Εἰ δέ τινες, φησὶ, καὶ ἐγγύτατοι ἐδόκουν εἶναι, διὰ τὰς εὐεργεσίας ἃς εὐηργετοῦντο παρ' ἐμοῦ, ἐν τῷ καιρῷ τῆς συμφορᾶς ἀπέστησάν μου, καὶ μακρὰν κατέστησαν.

ιγ'. Καὶ ἐξεβιάζοντο οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου.

Ἐντεῦθεν, φησὶ, λοιπὸν ὡς οὐ παρόντος τοῦ βοηθοῦντος, πάσῃ βίᾳ ἐχρῶντο, οἱ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμὴν ἀνελεῖν βουλόμενοι.

Καὶ οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι, ἐλάλησαν ματαιότητας.

Καὶ ὅσοι, φησὶ, ταῖς ἐπιβουλαῖς ἐπέθεντο ταῖς ἐμαῖς, κατεψεύδοντό μου τὰ πλεῖστα.

Καὶ δολιότητας ὅλην τὴν ἡμέραν ἐμελέτησαν.

Καὶ εἴθε, φησὶ, ματαιότητας ἐλάλουν, καὶ μὴ συνέπλεκον ταῖς διαβολαῖς καὶ δόλους, καὶ παντοίας παγίδας!

10. Domine ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus. PARAPHRASIS PATRVM.

Nam quæ deſiderem, inquit, noſti Domine; exponere autem illa non audeo, neque permittas me iſtiuſmodi ſupplicationem peccati offerre, ſed ſatis eſt mihi, inquit, ſi gemam cognoſcenti fundũ gemitus mei in abſcódito. *Deus gemitum intelligit.*

11. Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea.

Cauſſas recenſet ob quas gemuit, támquam liberari deſiderans. Quoniam, inquit, non ampliùs eſt in me virtus, & cogitationes meæ confuſæ ſunt; non ampliùs quid deceat, conſiderátes; & non tantùm cogitationes, ſed quid?

Et lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

Quin neque lumen, inquit, video vt oportet. Sed calamitatis meæ tenebræ non ſinunt me lumen clarè contueri. Quâ de cauſſa? *Calamitates mentem obtenebrant.*

12. Amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

Non ſolùm, inquit, filius meus Abſalom, ſed etiam ſi qui videbantur eſſe amici mei & cognati, omnes hi facti ſunt mihi inimici. *Dauid à proximis circumuenitur.*

Et qui iuxtà me erant, de longè ſteterunt:

Si qui verò, inquit, etiam proximi eſſe videbantur, propter beneficia quibus à me afficiebantur, in tempore aduerſitatis à me receſſerunt, & de longè ſteterunt.

13. Et vim faciebant, qui quærebant animam meam.

Ceterùm, inquit, hinc, tamquam adiutore non præſente, omni vi vſi ſunt, qui animam meam tollere ſatagebant.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates.

Et quotquot, inquit, inſidias mihi ſtruebant, plurima de me mentiebantur.

Et dolos totâ die meditabantur.

Et vtinam, inquit, tantùm vanitates locuti fuiſſent, & non per calumnias dolos omniſque generis laqueos plexuiſſent!

PARAPHRASIS PATRVM.

14. Ego autem tamquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Modeſtia Dauidis in aduerſis.

Id eſt, Non aperui os meum, ad calumnias, inquit, eorum. Quin etiam ad multas accuſationes ego ſilere videbar, cùm aliunde ſcirem id quod me humiliabat, peccatum, inquam.

ιδ'. Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον, καὶ ὡσεὶ ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ.

Ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἤνοιγον τὸ στόμα μου πρὸς τὰς διαβολάς, φησι, τὰς παρ' αὐτῶν. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς πολλὰς κατηγορίας σιωπᾶν ὁρώμην ἐγὼ, ἀλλαχόθεν εἰδὼς εἶναι τὸ ταπεινοῦν με, τὴν ἁμαρτίαν φημί.

15. Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones.

Silebam igitur plurima, & quamuis eos mendacij arguere poteram, haud tamen id faciebam, quòd peccatum os mihi obſtrueret. Ceterùm ſpem omnem in te collocabam.

ιε'. Καὶ ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος οὐκ ἀκούων, καὶ οὐκ ἔχων ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐλεγμούς.

Ἐσιώπων οὖν τὰ πλεῖστα, καὶ δυνάμενος ἐλέγχειν ὅτι κατεψεύδοντό μου, οὐδὲ τοῦτο ἐποίουν, τῆς ἁμαρτίας κλειούσης μοι τὸ στόμα. Πᾶσαν δὲ λοιπὸν τὴν ἐλπίδα ἐπὶ σοὶ ἐτιθέμην.

16. Quoniam in te Dñe ſperaui: tu exaudies * Domine Deus meus.

* *Vulgata addit me*

ιϛ'. Ὅτι ἐπὶ σοὶ κύριε ἤλπισα, σὺ εἰσακούσῃ κύριε ὁ θεός μου.

17. Quia dixi: Ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

Illis quidem, inquit, nihil reſpondebam, ſed in te ſpem collocabam, hoc ipſum deprecans, ne inimici mei multùm aduerſus me inſurgerent, neque exilium & fuga mea lætitiæ cauſſam daret ijs, qui magna aduerſum me loquuntur. Dicit enim, *Magna locuti ſunt*, pro magna loquuntur.

ιζ'. Ὅτι εἶπον, μήποτε ἐπιχαρῶσίν μοι οἱ ἐχθροί μου· καὶ ἐν τῷ σαλευθῆναι πόδας μου ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορρημόνησαν.

Πρὸς μὲν ἐκείνους, φησὶν, οὐδὲν ἀπεκρινόμην· ἐπὶ δὲ σοὶ τὴν ἐλπίδα ἐτιθέμην, τὸ αὐτὸ παρακαλῶν, μὴ ἐπὶ πολὺ τοὺς ἐχθρούς μου ἐφησθῆναί μοι, μηδὲ τὴν παρατροπήν μου, καὶ τὴν μετακίνησιν εὐφροσύνης πρόξενον γενέσθαι τοῖς μεγάλα κατ' ἐμοῦ φθεγγομένοις. τὸ γὰρ ἐμεγαλορρημόνησαν, ἀντὶ, τοῖς μεγαλορρημονοῦσι λέγει.

18. Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo eſt ſemper.

Promptitudo Dauidis ad flagella ſuſtinenda.

Neque enim ego, inquit, à te verbera deprecatus ſum Domine, ſed cùm eſſem firmatus ad illa excipienda, rogabam ne inimicis meis ludibrio forem. *paratum* enim vocat fixum & firmatum.

ιη'. Ὅτι ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος· καὶ ἡ ἀλγηδών μου ἐνώπιόν μου ἐστὶ διαπαντός.

Οὐδὲ γὰρ ἐγώ, φησι, τὰς παρὰ σοῦ πληγὰς παρῃτούμην δέσποτα, ἀλλ' ἐστηριγμένος ὑπάρχων ἐπὶ τῷ ταύτας δέχεσθαι, ἐδεόμην τῶν ἐχθρῶν μὴ γενέσθαι χάρμα. τὸ γὰρ ἕτοιμον λέγει ἐστηριγμένον καὶ βέβαιον.

19. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

Eram igitur, inquit, comparatus ad excipienda à te flagella, quòd cernerem iniquitatem meam ante oculos meos verſari, pro qua ſemper anxius & ſolicitus eſſe debeo: hoc enim ait *annuntiabo* & *cogitabo*.

ιθ'. Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ ἀναγγελῶ, καὶ μεριμνήσω ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας μου.

Ἐστηριγμένος οὖν ἤμην, φησὶ, δέχεσθαι τὰς μάστιγας τὰς παρὰ σοῦ, διὰ τὸ εἰδέναι τὴν ἀνομίαν μου πρὸ ὀφθαλμῶν μου εἶναι· ὀφείλουσαν ἀεὶ ἐν μερίμνῃ εἶναι, καὶ ἐν φροντίδι. τὸ γὰρ ἀναγγελῶ καὶ μεριμνήσω τοῦτο λέγει.

20. Inimici autem mei viuunt, &

κ'. Οἱ δὲ ἐχθροί μου ζῶσι, καὶ κεκραταί-

κραταιῶν) ὑπὲρ ἐμέ· καὶ ἐπληθυνώθησαν οἱ μισοῦντές με ἀδίκως.

Ἀλλ' ἐμοῦ, φησιν, οὕτω βουλευομένου, καὶ ὑπομένοντος τὰς παρὰ σοῦ μάστιγας, καὶ λόγον οὐ ποιουμένου τῶν διαβαλλόντων με· ἐκεῖνοι καὶ ἰσχυρότεροι ἐγίνοντο, καὶ πλείονες, μισοῦντες ἀδίκως, καὶ ἐμπαροινοῦντες.

κα'. Οἱ ἀνταποδιδόντες μοι κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν,

Καὶ ἔσθον' ἐκείνων ἦσαν τῶν εὐεργετηθέντων παρ' ἐμοῦ.

Ἐνδιέβαλόν με, ἐπεὶ κατεδίωκον ἀγαθωσύνην.

Ἀλλ' ἐπειδὴ συνέβαινέ, φησιν, ὡς ἄρχοντά με πολλάκις, καὶ κινούμενον ἀπὸ τοῦ δικαίου, καὶ ἐπιτιμᾶν τισι, κακοποιοῦσί με νῦν ἐν τῷ καιρῷ τῶν συμφορῶν. Τοῦτο γὰρ λέγει ἐνδιαβάλλουσιν. Ἐνδιαβάλλειν γὰρ καλεῖ τὸ κακοποιεῖν.

Καὶ ἀπέρριψάν με τὸν ἀγαπητὸν, ὡσεὶ νεκρὸν ἐβδελυγμένον.

Καὶ ὃν πρὸ τούτου, φησὶ, προσεποιοῦντο ἀγαπᾶν, καὶ προσκυνεῖν ὡς εὐεργέτην, ὡς νουθετοῦντα τὸ δέον· τοῦτον νῦν ἐν τάξει ἔχουσι νεκροῦ ἀπερριμμένου.

κβ'. Μὴ ἐγκαταλίπῃς με κύριε ὁ θεός μου, μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ.

Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν οὕτω, φησὶ, περὶ ἐμὲ, σὺ δὲ δέσποτα μὴ ἐάσῃς με βοηθείας ἔρημον. ὅθεν ἐπιφέρει·

κγ'. Πρόσχες εἰς τὴν βοήθειάν μου κύριε τῆς σωτηρίας μου.

confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt, qui oderũt me iniquè.

PARAPHRASIS PATRVM.

Ceterùm, inquit, dum ego ſic cogito, & flagella tua ſuſtineo, neque verbum facio de his qui traducunt me; ipſi & fortiores facti ſunt, & plures, iniquè odientes, & inſultantes.

21. Qui retribuunt mihi mala pro bonis,

Et nonnumquam erant ex ijs qui à me beneficijs affecti fuerant.

Detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.

Sed quoniam, inquit, ſæpè contigit me tamquam principem, & iuſtitiæ amore motum, aliquos increpare, modò, tempore aduerſitatum, me malis afficiunt. Hoc enim ſibi vult *detrahunt*. Detrahere enim vocat malis afficere.

* Et abiecerunt me dilectum, tamquam mortuum contemptum.

** Vulgata omiſit hunc verſiculum.*

Et quem antehac, inquit, ſimulabant ſe diligere, & colere tamquam benefactorem, tamquam id quod deceat, docentem; hunc habent nunc pro mortuo abiecto.

22. Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne diſceſſeris à me.

At illi quidem ſic, inquit, ſe gerunt erga me: tu autem Domine, ne ſinas me auxilio deſtitui. vnde ſubiungit:

23. Intende in adiutorium meum Domine Deus ſalutis meæ.

COMMENTARIVS.

β'. ΚΥΡΙΕ ΜΗ ΤΩ ΘΥΜΩ ΣΟΥ.] Τὸν τρόπον τῆς παιδείας ἐναλλαγῆναι παρακαλεῖ, ὡς τὴν παιδείαν οὐκ ἀποφεύγων, ἀλλὰ δεόμενος μὴ σκοπῷ ἀμύνης πάσχειν παρὰ θεοῦ, ἀλλὰ σκοπῷ βελτιώσεως. Παιδεύει γὰρ ἡμᾶς ὁ κύριος, εἰς ἀνάμνησιν ἄγων ἀρετῆς. βέλη δὲ τὰς τιμωρίας καλεῖ. Ἐπεί, φησιν, αἱ τιμωρίαι ἐμπεπήγασί μοι· οὐκ ἔστι δὲ τοῦ βέλους ἐμπεπηγότος ἴασιν εὑρεῖν. διὰ τοῦτο δέομαί σου παρενεγκεῖν τὴν ὀργήν σου, καὶ τὸν θυμὸν ἀπ' ἐμοῦ, ὡς ἂν ἰάσεως τύχω. Οὐ τοίνυν ἰάσεως τυχεῖν ἀπαγορεύει διὰ παιδείας, ἀλλὰ μὴ μετὰ

2. DOMINE NE IN FVRORE TVO.] Rogat immutari modum caſtigationis, non quaſi ſubterfugiens correctionem, ſed deprecans ne per modum vindictæ à Deo puniatur, ſed ad emendationem. Corrigit enim nos Dominus, virtutem in memoriam reducens. *Sagittas* autem ſupplicia appellat. Quoniam, inquit, ſupplicia mihi infixa ſunt: dum autem ſagitta infixa eſt, non eſt reperire ſanitatem: quamobrem rogo te, vt iram & furorem tuum auferas à me, vt conſequar ſanitatem. Itaque non deprecatur curationem per caſtigationem; ſed ne cum

Regandus Deus vt nos non ad vindictam, ſed ad emendationem caſtiget.

COMMENTARIVS PATRVM.

ſurore & ira caſtigatio fiat. Ceterùm illud *Confirmaſti* dicit, quaſi de cædentibus, & manus ſuas aggrauantibus: quoniam ſupplicia tua, dum & manus tua intenditur, intolerabilia exiſtunt. Vel fortè ignita iacula diaboli, quæ ad Vriæ vxoris concupiſcentiam eum inſtigabant, veluti Dei permiſſione immiſſa, hæc Domini vocat. Siquidem permiſſus eſt etiam nunc oppugnare Dauidem, non ſecùs

Pſal. 14.5. ac Iobum; vt diſcat non dicere, *Non mouebor in æternum*, ignorans Dei gratiam protegentem. Quin & verba Dei ſagittæ ſunt, & ſermo conuerſiuus, ſedulo auditori ſagitta vulnerans exiſtit. Qui autem cæſus eſt, confidat. Cernin' vt ille fuerit compunctus? Quin & præceptori cædenti non ineptè quadret illud: *Et confirmaſti ſuper me manum tuam*; Aquila, *impoſuiſti*.

4. Non est sanitas in carne.] Hinc, inquit, nullam habeo quietem, quòd tamquam ab iraſcente te punior, non quaſi à caſtigante ad emendationem. Vel meritò, inquit, rogo, ne iram tuam experiar, cùm ex diuinis Scripturis illam dumtaxat imaginans (facies enim iræ, eſt eius imaginatio) toto habitu perturber. Deinde cauſſam confitetur propter quam patitur, quà poterat flectere Deum, vt confitentis peccato parceret, *A facie peccatorum meorum*. Dixerat, Quoniam grauat me manus tua, atque ſupplicia; verumtamen horum cauſſæ, ſunt peccata mea, adeò vt non tam tibi aggrauanti, quàm mihi occaſionem danti, id imputandum ſit. Porrò illud, *A facie peccatorum meorum*, idem eſt quod propter impudentiam & patentiam peccatorum meorum. Vel *facies peccatorum*, ſit apparitio peccatorum quaſi dicat. Cùm recogito qualia mala fecerim, aggrauor afflictus eorumdem conſideratione. Symmachus pro *A facie peccatorum meorum*, legit, *propter peccata mea*.

Flagella non Deo, ſed peccatis proprijs imputanda.

5. Qvoniam iniqvitates meæ.] Ac ſi diceret: Plura peccaui, quàm vt miſericordià dignus ſim: tanta deliqui, vt delinquentis vires ſuperent. Vel *ſupergreſſæ ſunt*, ita vt obruant rationem (quæ tropicè caput nuncupatur:) neque onus eorum ferre valeo, quandoquidem haud viribus meis commenſa peccaui: nam onus hoc graue me inflectit.

Peccatorum quantum onus.

θυμοῦ καὶ ὀργῆς τὴν παιδείαν γίνεσθαι. Τὸ δὲ ἐπεστήριξας, ὡς ἐπὶ τῶν παιόντων, καὶ ἐπιβαρυνόντων τὰς χεῖρας λέγει. ὅτι αἱ τιμωρίαι σου, ἐπιτιθεμένης καὶ τῆς χειρός σου, ἀφόρητοί εἰσιν. Ἢ μήποτε τὰ πεπυρωμένα τοῦ διαβόλου βέλη, τὰ πρὸς ἐπιθυμίαν αὐτὸν κινήσαντα τῆς τοῦ Οὐρίου, ὡς ἐπαχθέντα κατὰ Θεοῦ συγχώρησιν, κυρίου ταῦτά φησι. Συνεχωρήθη γὰρ καὶ νῦν καταστρατεύσασθαι καὶ τοῦ Δαβὶδ ὡς τοῦ Ἰὼβ, ἵνα μάθῃ μὴ λέγειν, Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀγνοήσας τοῦ Θεοῦ τὴν σκέπουσαν χάριν. Καὶ οἱ λόγοι δὲ τοῦ κυρίου βέλη εἰσὶ, καὶ λόγος ἐπιστρεπτικὸς, πρὸς συνετὸν ἀκροατὴν βέλος ἐστὶ τιτρῶσκον. Ὁ δὲ πληγεὶς, θαῤῥείτω. Ἑώρακας, ὡς κατενύγη ὁ δεῖνα; Καὶ διδασκάλῳ δὲ τύπτοντι μὴ παρέργως ἁρμόσει τὸ, Καὶ ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. Ἀκύλας, ἐπέθηκας.

δʹ. Οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τῇ σαρκί.] Ἐντεῦθεν, φησὶ, οὐδεμίαν ἔχω ἄνεσιν, ὅτι ὡς ὀργιζομένου σου τιμωροῦμαι, οὐχ ὡς παιδεύοντος εἰς βελτίωσιν. Ἢ δέομαί, φησι, μὴ πειραθῆναί σου τῆς ὀργῆς, εἰκότως, ἐπειδὴ μόνον φανταζόμενος αὐτὴν ἐκ τῶν θείων γραφῶν (πρόσωπον γὰρ ὀργῆς, ἡ περὶ αὐτῆς φαντασία) τὴν ἕξιν ὅλην ταράττομαι. Εἶτα τὴν αἰτίαν δι' ἣν πάσχει ὁμολογεῖ, δι' ἧς ἠδύνατο κάμψαι τὸν Θεὸν, φείσασθαι τοῦ ὁμολογήσαντος τὸ πλημμέλημα, Ἀπὸ προσώπου τῶν ἁμαρτιῶν μου. Εἶπεν, ὅτι βαρεῖ με ἡ χείρ σου, καὶ αἱ τιμωρίαι, ἀλλὰ τούτων αἰτίαι εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι μου· ὥστε οὐ τοσοῦτον παρὰ σὲ τὸν βαρύνοντα, ἀλλὰ παρ' ἐμὲ τὸν τὴν ὑπόθεσιν δόντα. Τὸ, ἀπὸ προσώπου δὲ τῶν ἁμαρτιῶν μου, ἀντὶ τοῦ, διὰ τὴν ἰταμότητα, καὶ τὸ ἀπαρακάλυπτον τῶν ἁμαρτιῶν μου. Ἢ πρόσωπον ἁμαρτιῶν, ἡ ἐπιφάνεια τῶν ἁμαρτιῶν. οἷον, ἐὰν ἐννοήσω, οἷα κακὰ πεποίηκα, βαροῦμαι θλιβόμενος ἀπὸ τοῦ ταῦτα ἐννοεῖν. ὁ δὲ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ προσώπου τῶν ἁμαρτιῶν μου, διὰ τὰς ἁμαρτίας μου.

εʹ. Ὅτι αἱ ἀνομίαι μου.] Ὡσεὶ εἶπεν, πλείονα ἐπλημμέλησα, ἢ ὥστε ἐλεηθῆναι· τοσαῦτα ἥμαρτον, ὡς ὑπεραίρειν τὴν δύναμιν τοῦ πλημμελήσαντος. Ἢ ὑπερῆρεν, ὥστε πιέσαι τὸ ἡγεμονικὸν, (κεφαλὴν τροπικῶς ὀνομαζόμενον) οὐδὲ τὸ ἄχθος αὐτῶν ἐνεγκεῖν δύναμαι, ἐπεὶ μὴ σύμμετρα τῇ ἐμῇ δυνάμει ἥμαρτον. κατακάμπτει γάρ με τὸ βαρὺ τοῦτο φορτίον.

Ἄλλος.

Ἄλλος. Ἡ βαρύτης τῆς συνειδήσεως, εἰς ἀπόγνωσιν ὤθησεν. Οὐκ ἄν τις δὲ εἴποι ταῦτα, μὴ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων αἰσθόμενος. τινὲς γὰρ ἐγκαυχῶνται. Εἶτα καὶ αὐτὸ παρεμφαίνεται τῆς ἁμαρτίας τὸ εἶδος, προσώζεσαι λέγων· οἷον, ὅτι καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι, νομίζω προσόζειν μοι τὸ πλημμέλημα, καὶ τοὺς τῆς ἁμαρτίας μώλωπας ἐγκεκαῦσθαι, ὡς καὶ δι' αὐτὸ πλέον τιμωρεῖσθαι. Ὅσα γὰρ ἐπλημμέλησα δι' ἀφροσύνην, ταῦτα ἐν ἐμοὶ κατεσάπη, ὡς μὴ ἀνακαινισθῆναι. Ἀφροσύνην δὲ αὐτοῦ καλεῖ τὸν καιρὸν τῆς ἐπιθυμίας αὐτοῦ. δῆλον γὰρ ὅτι παρεὶς τὰς φρένας, ἐξέδωκεν ἑαυτὸν τῇ κακίᾳ.

ζ'. ΕΤΑΛΑΙΠΩΡΗΣΑ ΚΑΙ ΚΑΤΕΚΑΜΦΘΗΝ.] Εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐφείσω μου, φησί, μὴ παραχρῆμα τὴν τιμωρίαν ἐπαγαγών, ἀλλ' ἐμὲ τοῦ πλημμελήματος ἡ φροντὶς εἰς παντελῆ ὀδύνην ἤγαγεν, ὡς διηνεκῶς ὀδύρεσθαι καὶ σκυθρωπάζειν. Οὐκ εἶπε δέ, ταλαίπωρός εἰμι, ἀλλ' ἐταλαιπώρησα, ὡς μηκέτι ὢν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις. Ἔπρεπε δὲ καὶ τῷ τελώνῃ κύπτοντι εἰς γῆν, τὸ κατεκάμφθην. Εἰ γὰρ ἴδῃς μετανοοῦντα κύπτοντα, διὰ τὸ ἑαυτὸν εἰδέναι ἀνάξιον, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τράχηλον ὡς κρίκον ποιοῦντα, γνώσῃ τίνα τρόπον εἴρηται τὸ καὶ κατεκάμφθην. Λέγει δὲ καὶ τὰς ψόας ἐμπλησθῆναι ἐμπαιγμάτων. Ὁ ἕτερος λαγνείας εἶπε, τοὺς τόπους λέγων τοὺς περὶ τοὺς νεφρούς. ἐκ γὰρ ἐκείνων τὴν ἐπιθυμίαν αἰνίττεται, ἐπείπερ περὶ τὰς ψόας, καὶ τὰς λαγόνας, συνίσταται τὰ σπέρματα, καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἔγκειται. Ἐμπαιγμάτων δέ, ἀντὶ τοῦ ἐμπαιγμῶν, καὶ ὀνειδισμῶν ἀτιμίας. Ἐμπίπλανται δὲ ἐμπαιγμῶν, ὅταν πορνικῶς, ἀλλὰ μὴ πρὸς παιδοποιΐαν κινῶνται. Σεμνότερον αὐτὸ διαγράφει, τὴν ἐπιθυμίαν διὰ τῶν τόπων δηλῶν. Ἐντεῦθεν οὐδὲ ἄνεσιν, φησίν, εὑρίσκων, ὠρυόμην, τουτέστιν, οὐδὲ τὴν ἀνθρωπίνην ἠφίην φωνήν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς κύνας ὠρυόμην, τοὺς πεπληγμένους ἀνίατα.

ι'. ΚΥΡΙΕ ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΣΟΥ.] Ἐπεὶ μὴ ἔλαθόν σε, φησί, κακὴν ἐσχηκὼς ἐπιθυμίαν, στενάζω τὸν μὴ ἄξιον ἀπὸ σοῦ κρύπτεσθαι στεναγμόν. Ἐπαινετὸν γὰρ τὸ ἐν φαύλοις στενάζειν. Ἢ διὰ βάθους ἔχων, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς τὴν μετάνοιαν, τὴν ταύτης ἐπιθυμίαν ἐναντίον φησὶν εἶναι τοῦ θεοῦ. Ἢ οὕτως αὐτός φησιν· Οἶδας τί ἐπιθυμῶ. ὅτι ἀπαλλαγῆναι τῶν κα-

Alius. Grauedo conſcientiæ ad deſperationem me impulit. Verùm nemo id dixerit, qui peccatorum ſuorum ſenſum non ceperit: aliqui enim in ijs exultant. Deinceps quoque ipſam peccati ſpeciem ſubindicat, dum dicit, *Putruerunt.* q.d. Poſtquam etiam quieui, exiſtimo putreſcere delictum meum, & peccati vulnera exulcerari, vt propterea etiam magis crucier. Nam quæ per inſipientiam deliqui, hæc in me computruerunt, vt renouari nequeam. Porrò inſipientiam ſuam vocat, tempus concupiſcentiæ ſuæ. Manifeſtum eſt enim, quòd rationem prætergreſſus, tradiderit ſe malitiæ. COMMENTARIVS PATRVM.

Concupiſcentia inſipientiam parit.

7. MISER FACTVS SVM ET CVRVATVS.] Nam licet, inquit, ipſe mihi peperceris, non illicò ſupplicium inſligens; me tamen delicti cura ad omnimodam triſtitiam perduxit, adeò vt aſſiduò lugeam, & triſtis incedam. Non dixit autem, Miſer ſum, ſed *miſer factus ſum*, vt qui non ampliùs ſit in peccatis. Quin & publicano inclinato in terram quadrant verba illa: *Et curuatus ſum.* Si enim videris pœnitentem ſeſe incuruantem, quòd ſe indignum ſciat, & animæ corporiſque collum in circulum obliquantem, cognoſces quâ ratione dictum ſit illud, *Et curuatus ſum.* Sed & ait lumbos ſuos repletos fuiſſe illuſionibus. Alius: dixit *laſciuiâ*, loca indicans circa renes: ex ijs enim concupiſcentiam inſinuat, cùm circa lumbos & latera ſita ſint ſemina, iiſque inſita concupiſcentia. Dixit autem *illuſionibus*, pro ludibrijs & opprobrijs ignominiæ. Implentur autem ludibrijs, quando fornicatoriè, ſed non in ordine ad generationem mouentur. Honeſtiùs hoc deſcribit, libidinem per loca, quibus inſidet, deſignans. Hinc neque requiem, inquit, reperiens, *rugiebam*, id eſt, haud humanam vocem emittebam, ſed vlulabam more canum, quando crudeliter verberantur.

Luc. 18, 13.

Pœnitentis eſt incuruari.

Lumbi ſunt ſedes concupiſcentiæ.

10. DOMINE ANTE TE.] Quoniam, inquit, non latui te cùm malâ habui concupiſcentiâ, gemo iam gemitu, qui à te abſcondi minimè debet: laudabile enim eſt in malis gemere. Vel cùm funditus, & non ſuperficie tenus pœniteret, huiuſcemodi deſiderium ait eſſe coram Deo. Veluti ſi dicat: Noſti ipſe quid deſiderem, quoniam deſiderium meum eſt, vt à ma-

Gemendum pro peccatis.

lis li-

lis liberer: non audeo autem hoc dicere, peccato iſtiuſmodi precationem proferre prohibente. Satis eſt igitur mihi gemere illi qui nouit ſundum in abſcondito gemitus mei. Deinde cauſſas adfert, propter quas gemuit, tamquam liberari deſiderans: Quia, inquit, non eſt in me virtus, quoniam cogitationes meæ ſunt confuſæ, haud ampliùs quid deceat conſiderantes. has enim per *cor* inſinuauit. Et non hæc tantùm, ſed nec lumen, inquit, video, vt oportet. at tenebræ aduerſitatis non ſinunt me lumen clarè contueri, quod mœroris exceſſum deſignat. Vel conturbato corde meo, ſeu vi cognoſcendi, virtus mea, quæ eſt circa communes intelligentias, defecit. Quin & cognitio veritatum (quæ eſt lumen oculorum meorum, ſeu mentis meæ) non eſt mecum. Vel lumen oculorum (hoc autem erat ſpiritus Propheticus) non eſt mecum, derelinquens me, & diſcedens.

Peccatum tenebras & turbationem adfert.

12. AMICI MEI, ET PROXIMI MEI.] Non ſolùm, inquit, filius mihi rebellauit, ſed ſi qui etiam erant in numero amicorum, non ampliùs mihi amicitiam præſtabant, ſed aduerſa ſentiebant. Quin etiam qui iuxtà erant, ſiue cognati, ſed & hi, facti ſunt inimici. Vel proximos vocat eos, quos beneficijs ſibi familiares fecerat, qui aduerſitatis tempore etiam elongati ſunt. Symmachus illùd hoc modo exponit, *amici mei, & proximi mei, & ſodales mei, ex aduerſo in plaga mea reſtiterunt.* Cùm autem hoſtes me amicis nudatum cernerent, quòd abeſſet adiutor, omni aduerſum me vſi ſunt violentiâ. Hoc enim ſibi vult illud, *Vim faciebant*, quærentes me interimere: & qui quærebant animam meam, inſidiabantur plurimis me mendacijs onerantes, & dolos calumnijs concinnabant, & omnis generis laqueos tendebant. neque id obiter, ſed multa cum meditatione faciebant.

Dauid in aduerſitate à ſuis derelictus.

14. EGO AVTEM TAMQVAM SVRDVS.] Non aperui, inquit, os meum ad calumnias eorum; ſed ſilui, ſciens aliunde me humiliari, ſcilicet ob peccatum. Quin & hiſtoria hoc perſpicuè declarat. Siquidem dum Abſalom ſententias eius increpabat, & iudicio condemnatos ad ſe alliciebat, & Semei illum contumelijs afficiebat, ſilentio iniurias ſuſtinebat. Non verò, inquit, quòd defenſio mihi de-

Dauidis patientia in iniurijs.

χαῖν, ἔστι μοι ἐπιθυμία. οὐ τολμῶ δὲ τοῦτο εἰπεῖν, μὴ συγχωρούσης μοι τῆς ἁμαρτίας τοιαύτην προσαγαγεῖν δέησιν. Ἀρκεῖ οὖν μοι τὸ στενάξαι, τῷ εἰδότι, τί τὸ βάθος ἀποκρύπτει τοῦ στεναγμοῦ μου. εἶτα τὰς αἰτίας λέγει, δι' ἃς ἐστέναξεν, ὡς ἀπαλλαγῆναι ἐπιθυμῶν. ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ ἰσχὺς, ὅτι οἱ διαλογισμοί μου ἐν συγχύσει εἰσὶν, οὐκέτι συννοοῦντες τὸ δέον. Διὰ τῆς καρδίας γὰρ τούτους ᾐνίξατο. Καὶ οὐχ οὗτοι μόνον, ἀλλ' οὐδὲ τὸ φῶς ὁρῶ, φησὶν, ὡς δεῖ. ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τῆς συμφορᾶς σκότος οὐκ ἐᾷ με τὸ φῶς εἰλικρινῶς κατιδεῖν, ὃ ἀθυμίας ὑπερβολὴν δηλοῖ. Ἢ ταραχθείσης μου τῆς καρδίας, ἤτοι τῆς διανοητικῆς δυνάμεως, ἡ ἰσχύς μου ἡ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας, διέλιπεν. Ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν ἀληθῶν γνῶσις, φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου, ἤτοι τοῦ νοῦ τυγχάνουσα, οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ. Ἢ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν (τοῦτο δὲ ἦν τὸ προφητικὸν πνεῦμα) οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ, καταλιπόν με, καὶ ὑποχωρῆσαν.

ιβ'. ΟΙ ΦΙΛΟΙ ΜΟΥ, ΚΑΙ ΟΙ ΠΛΗΣΙΟΝ ΜΟΥ.] Οὐ μόνον ὁ υἱός, φησὶν, ἐπανέστη, ἀλλὰ καὶ εἴ τινες ἐν τάξει φίλων ἦσαν, οὐκέτι μοι φιλικῶς προσεφέροντο, ἀλλὰ τὰ ἐναντία ἐφρόνουν. Ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἔγγιστα, ἤτοι οἱ συγγενεῖς, ἀλλὰ καὶ οὗτοι, ἐν πολεμίων τάξει κατέστησαν. Ἢ ἔγγιστα, τοὺς δι' εὐεργεσίας αὐτῷ λέγει ᾠκειωμένους, οἱ καὶ αὐτοὶ ἐν καιρῷ συμφορῶν ἐμακρύνοντο. Τοῦτο ὁ Σύμμαχος οὕτως, οἱ φίλοι μου, καὶ οἱ πλησίον μου, καὶ οἱ ἑταῖροί μου ἐξ ἐναντίας ἐν τῇ πληγῇ μου ἀντέστησαν. Γεγυμνωμένον δέ με τῶν φίλων, οἱ πολέμιοι ἰδόντες, ὡς οὐ παρόντος τοῦ βοηθοῦντος, πάσῃ κατ' ἐμοῦ βίᾳ ἐχρῶντο. Τοῦτο γὰρ τὸ ἐξεβιάζοντο, ζητοῦντες ἀνελεῖν με· καὶ οἱ τὴν ψυχὴν ζητοῦντες, ἐπεβούλευον καταψευδόμενοί μου τὰ πλεῖστα, καὶ δολιότητας συνέπλεκον ταῖς διαβολαῖς, καὶ παντοίας παγίδας· καὶ οὐδὲ παρέργως τοῦτο ποιοῦντες, ἀλλὰ μετὰ μελέτης πολλῆς.

ιδ'. ΕΓΩ ΔΕ ΩΣΕΙ ΚΩΦΟΣ.] Οὐκ ἤνοιγον, φησὶ, τὸ στόμα μου, πρὸς τὰς ἐκείνων διαβολὰς, ἀλλ' ἐσιώπων, ἄλλοθεν εἰδὼς εἶναι τὸ ταπεινοῦν με, ἤτοι τὴν ἁμαρτίαν. Σαφῶς δὲ καὶ ἡ ἱστορία ταῦτα διδάσκει. Καὶ γὰρ καὶ τοῦ Ἀβεσαλὼμ αἰτιωμένου τὰς αὐτοῦ ψήφους, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐφελκομένου τοὺς καταδικαζομένους, καὶ τοῦ Σεμεεὶ ὑβρίζοντος, σιγῇ τὰς παροινίας ὑπείχετο. Οὐχ ὅτι δὲ, φησὶν, ἀναπολόγητος

λήγητος ἦν, διὰ τοῦτο ἐσίγων· ἀλλὰ καὶ δυνάμενος αὐτοὺς ἐλέγχειν, ὅτι κατεψεύδοιτό μου, οὐδὲ τοῦτο ἐποίουν, κλειούσης μοι τὸ στόμα τῆς ἁμαρτίας. πᾶσαν δὲ λοιπὸν τὴν ἐλπίδα ἐπὶ σὲ ἐτιθέμην.

ιϛʹ. ΟΤΙ ΕΠΙ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ ΗΛΠΙΣΑ.] Πρὸς μὲν ἐκείνους, φησὶν, οὐκ ἀπεκρινόμην, πρὸς σὲ δὲ τὴν ἐλπίδα ἐτιθέμην, μὴ ἐπὶ πολὺ ἐφησθῆναί μοι τοὺς ἐχθροὺς παρακαλῶν, μηδὲ τὴν παρατροπήν μου, καὶ μετανάστασιν πρόφασιν αὐτοῖς ἀλαζονείας γενέσθαι. Μέγα γὰρ δέδωκεν αὐτοῖς φρονεῖν ἡ ἁμαρτία, σαλεύσασά μου τοὺς πόδας. Ἐπεὶ οὖν ἡ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, σὺ εἰσακούσῃ, ὅτι θελητὴς ἐλέους εἶ. Εἰ δὲ τῆς σῆς ἁμάρτω φιλανθρωπίας, ἐπιχαροῦνταί μοι οἱ ἐχθροὶ, οἳ καὶ σαλευθέντων μου τῶν ποδῶν, ἐμεγαλορρημόνησαν. διὸ μὴ καταισχυνθείην. οὐ γὰρ πάντη περιετράπην, οὐδὲ πτῶμα τοιοῦτον ἔπεσον. ὁ δὲ Σύμμαχος τὸ ἐμεγαλορρημόνησαν, φησι, κατεμεγαλύνοντό μου.

ιηʹ. ΟΤΙ ΕΓΩ ΕΙΣ ΜΑΣΤΙΓΑΣ ΕΤΟΙΜΟΣ.] Οὐ παραιτοῦμαι, φησι, τὰς πληγὰς, ἀλλ' ἑδραῖός εἰμι. τοῦτο γὰρ, ἕτοιμος τὰς ταύτας δέχεσθαι. δέομαι δὲ μὴ ἐπίχαρμα γενέσθαι ἐχθροῖς. Ἢ ὅτι ἄξιόν με μαστίγων ἡ ἁμαρτία πεποίηκε, διὸ ὑποτίθημι ἐμαυτὸν ταῖς τιμωρίαις, ἐφιέμενος θεραπείας. Καὶ ἡ ἀλγηδὼν γὰρ, καθ' ἣν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀλγῶ, ἐνώπιόν μου ἐστὶ, τιτρώσκουσά με ἀεί. Διὸ καὶ κατήγορος γενήσομαι ἐμαυτοῦ, καὶ πᾶσαν φροντίδα τῆς ὑγείας ποιήσομαι, εἰδὼς ὡς καλόν ἐστιν ἐν μερίμνῃ ταύτης εἶναι ἀεί.

κʹ. ΟΙ ΔΕ ΕΧΘΡΟΙ ΜΟΥ ΖΩΣΙ.] Ἀλλ' ἐμοῦ, φησιν, οὕτω βουλευομένου καὶ ὑπομένοντος, ἰσχυρότεροι ἐγένοντο ἐκεῖνοι καὶ πλείονες, μισοῦντες ἀδίκως, καὶ ἐμπαροινοῦντες κεκραταίωνται. ἀντὶ τοῦ, ζῶσι τὴν φαύλην ζωὴν ἰσχύοντες, καὶ κραταιοῦνται ὑπὲρ ἐμὲ, τῷ ἠσθενηκέναι με, κατὰ ταύτην τὴν ζωήν. ἀνταποδιδόντες δὲ, ὅτι ἐνθόποτε ἐκείνων ἦσαν, τῶν ὑπ' ἐμοῦ εὐεργετηθέντων.

καʹ. ΕΝΔΙΕΒΑΛΛΟΝ ΜΕ.] Εἰκὸς ἦν, ὡς ἄρχοντα, πολλάκις κινούμενον ἐπιτιμᾶν τισι δικαίως· καὶ τοῦτο ἐνδιαβάλλουσιν. Ἢ τὸν Ἀβεσσαλὼμ αἰνίττεται, διαβάλλοντα αὐτοῦ τὰς κρίσεις, καὶ ἀνατρέποντα. Καὶ ὃν πρὸ τούτου, φησὶν, ἀγαπᾶν προσεποιοῦντο, ὡς εὐεργέτην, ὡς νουθετοῦντα τὸ δέον, τοῦτον νῦν ἐν

eſſet, idcircò ſilebam; ſed cùm illos etiam mendacij arguere poteram, haud tamen id faciebam, quòd peccatum mihi os obſtrueret. Ceterùm ſpem omnem in te collocabam. COMMENTARIUS PATRUM.

16. QVONIAM IN TE DOMINE SPERAVI.] Illis quidem, inquit, non reſpondi, ſed in te Domine ſpem meam collocabam, deprecans ne inimici mihi multùm inſultarent, neúe exilium & fuga mea, ſuperbiendi illis anſam præberent. Peccatum enim fecit illos inſolentes, dum pedes meos commouit. Cùm igitur ſpes non confundat, tu exaudies, quoniam volens miſericordiam tu es. Quòd ſi benignitate tuâ fruſtratus fuero, inſultabunt mihi inimici, qui etiam dum moti ſunt pedes mei, magna locuti ſunt. quare non confundar. Non enim penitus auerſus ſum, neque lapſum talem feci. Symmachus verò illud *Magna locuti ſunt*, vertit, *ſuper me magnificantur*.

Dauidis ſpes in Deum.

18. QVONIAM EGO IN PLAGELLA PARATVS SVM.] Non deprecor, inquit, plagas, ſed firmus ſum, hoc enim eſt, paratus ad eas excipiendas; at rogo ne ludibrio fiam inimicis. Vel quoniam peccatum me flagris dignum reddidit, idcircò me ſubijcio ſupplicijs, deſiderans ſanitatem. Dolor enim quo facinora mea lugeo, in conſpectu meo eſt, ſemper me vulnerans. Quare etiam meï ipſius accuſator ero, & omnem ſanitatis meæ curam agam, ſciens quàm bonum ſemper ſit in illius ſolicitudine verſari.

Eius tolerantia in flagellis.

20. INIMICI AVTEM MEI VIVVNT.] Sed dum ego, inquit, talia conſilia ago & ſuſtineo, illi fortiores ac plures facti ſunt, odientes me iniquè, & inſultantes confortati ſunt. Id eſt, prauam vitam ducunt, potentes facti, & mihi præualent, quòd infirmatus ſim, ſecundùm hanc vitam. *Qui retribuunt* autem: quia quandoque erant ex illis, qui à me affecti ſunt beneficijs.

21. DETRAHEBANT MIHI.] Par erat, vt tamquam princeps frequenter moueretur ad aliquos iuſtè increpandos, atque hoc calumniantur. Vel Abſalomum inſinuat, iudicijs eius detrahentem, & euertentem. Et quem, inquit, anteà ſe diligere ſimulabant, tamquam benefactorem, & id quod deceat docentem, hunc modò

CATENA PATRVM.

modò tamquam proiectum mortuum deſpiciunt. Vel de Abſalomo ait, quòd oderit eum quẽ ſecundùm naturę legesdiligere debuiſſet.

22. NE DERELINQVAS ME DOMINE.] Sed illi quidem ſic ſe gerunt erga me; tu verò Domine ne ſinas me auxilio deſtitui, ſed attende ſaluti meæ.

πάξεις ἔχουσι ἀπερριμμένου νεκροῦ. Ἢ περὶ τοῦ Ἀβεσσαλώμ, ὅτι ὃν ἀγαπᾶν ἔδει κατὰ τοὺς τῆς φύσεως νόμους, ἐμυσάττετο.

κβ'. ΜΗ ΕΓΚΑΤΑΛΙΠΗΣ ΜΕ ΚΥΡΙΕ.] Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν οὕτω περὶ ἐμοῦ· σὺ δὲ μὴ ἐάσῃς με βοηθείας ἔρημον δέσποτα, ἀλλὰ πρόσχες τῇ σωτηρίᾳ μου.

CATENA PATRVM.

CYRILLI. Attribuitur quidem hic Pſalmus tamquam perſonæ diuini Dauidis, attamen etiam nobis ipſis quadrat; id eſt cuilibet homini propriâ conſcientiâ icto, quòd ſibi conſcius ſit in legem Dei peccaſſe (*In multis enim offendimus omnes.*) petenti tamen à Deo miſericordiam, & præ pœnitentiâ lacrymas ab oculis fundenti. Nam niſi hoc ita ſe haberet, quomodo vſque ad hoc tempus hic Pſalmus ad nos referri poſſet? Quid enim ad nos confeſſio alterius, ſi vni illi, prætereà nemini, aptari poſſet? Proponitur ergo ijs, qui pro peccatis lacrymas effundere decreuerunt, & propoſitum Pſalmum ſeu confeſſionem Deo offerre, tamquam ſacrificium in Sabbato, quod duplum erat; & in rememorationem, illud offerentes ad Deum adducens.

Iac. 3, 2.

Hic Pſalmus conuenit cuilibet pœnitenti.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἀνατίθεται μὲν ὥσπερ τῷ προσώπῳ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ ὁ ψαλμός. ἁρμόζει δὲ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, ἤγουν ἀνθρώπῳ παντὶ πληττομένῳ μὲν ὑπὸ τοῦ συνειδότος, ἐφ' οἷς ἂν εἰδείη πεπαρανηκὼς εἰς τὸν τοῦ θεοῦ νόμον (πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες) αἰτοῦντι δὲ παρ' αὐτοῦ τὸν ἔλεον, καὶ τὸ ἐκ μετανοίας δάκρυον τῶν ὀμμάτων ἐκθλίβοντι. Εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἔχει, πῶς ἂν δεῦρο καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ ψαλμὸς ἀναφέροιτο; Τί γὰρ πρὸς ἡμᾶς ἑτέρου τυχὸν ἐξομολόγησις, εἴπερ ἐκείνῳ μόνῳ, καὶ οὐδενὶ τῶν ἑτέρων ἥρμοσε; Πρόκειται δὲ οὖν τοῖς ἐφ' ἁμαρτίαις ταῖς ἑαυτῶν δακρυρροεῖν εἰρημένοις, καὶ προσάγειν θεῷ τὸν προκείμενον ψαλμὸν, ἤτοι τὴν ἐξολομόγησιν, ὡς θυσίαν τὴν ἐν σαββάτῳ, ἥτις ἦν ἐν διπλῷ, καὶ εἰς ἀνάμνησιν ἄγουσα τὴν παρὰ θεῷ τοὺς προσάγοντας.

2. DOMINE NE IN FVRORE TVO ARGVAS ME.] THEODORETI. Hoc etiam ſexti Pſalmi procemium fecit. Sinceram autem Dauidis pœnitentiam commendat diuerſitas confeſſionis. In multis enim Pſalmis peccati meminit, occultum vulnus non ſuſtinens.

β'. ΚΥΡΙΕ ΜΗ ΤΩ ΘΥΜΩ ΣΟΥ ΕΛΕΓΞΗΣ ΜΕ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο καὶ ἕκτη ψαλμοῦ τὸ προοίμιον ἐποίησε. Τὴν σπουδαίαν δὲ μετάνοιαν τοῦ Δαβὶδ τὸ τῆς ἐξομολογήσεως κηρύττει διάφορον. Ἐν πολλοῖς γὰρ ψαλμοῖς μέμνηται τῆς ἁμαρτίας, κρυπτὸν τὸ ἕλκος οὐκ ἀνεχόμενος.

ORIGENIS. Qui non cedit reprehenſioni verbali, furore Dei redarguetur: & qui non ſubmiſerit ſe iugo præceptoris in Deo corripientis, irâ Dei caſtigabitur; caſtigatio autem reprehenſione difficilior exiſtit.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ ἐλέγχῳ τῷ διὰ λόγου μὴ εἴκων, θυμῷ θεοῦ ἐλεγχθήσεται· καὶ ὁ μὴ ὑπὸ ζυγὸν παιδεύοντος ἐν θεῷ διδασκάλου γενόμενος, ὀργῇ θεοῦ παιδευθήσεται· παιδεία δὲ ἐλέγχου ἐπιπονώτερος.

DIDYMI. Inducitur hoc Pſalmo perſona confitentis. Si quid enim, inquit, vmquam iſtiuſmodi à me patratum ſit, propter quod furore argui dignus fuerim, atque in ira corripi; cùm tamen reſipuerim agendo pœnitentiam, poſtulo vt ratione, & non in ira redarguar, vel in furore corripiar.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐξομολογούμενον πρόσωπον εἰσάγεται ἐν τῷ ψαλμῷ τούτῳ. εἰ γὰρ πέπρακταί μοί, φησί, τι τοιοῦτον, ἐφ' οἷς ἄξιον ὑπὸ θυμοῦ ἐλεγχθῆναι, καὶ ὑπὸ ὀργῆς παιδευθῆναι· ἀλλά γε μετανοήσας, παρακαλῶ ὑπὸ λόγου, καὶ μὴ ὑπὸ θυμοῦ ἐλεγχθῆναι, καὶ ὑπὸ ὀργῆς παιδευθῆναι.

3. QVONIAM SAGITTÆ TVÆ INFIXÆ SVNT.] HESYCHII. Non temerè pro ipſo genere

γ'. ΟΤΙ ΤΑ ΒΕΛΗ ΣΟΥ ΕΝΕΠΑΓΗΣΑΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ μάτην ὁ Χριστὸς καὶ ταῦτα

τῷ

τῷ πατρὶ αὐτοῦ ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων προσεύχεται. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ κατ' αὐτοῦ βέλη, φησὶν, ὅσας πληγὰς διὰ τὸν Ἀδὰμ ἐπῆλθεν κατὰ τῆς κοινῆς φύσεως, ἐμοὶ ἐνεπάγησαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐγὼ τὰς ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίας ἀνέλαβον, ἀναγκαίως καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν παιδείας ὑφίσταμαι. διὸ καὶ ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου τὴν παιδευτικὴν, περὶ ἧς Ἰὼβ ἔλεγε· Χεὶρ κυρίου ἡ ἁψαμένη μου ἐστίν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ λόγοι τοῦ κυρίου βέλη εἰσίν. αὐτὸς γοῦν ὁ σωτήρ, φησιν, ἔθηκέ με ὡς βέλος ἐκλεκτὸν, καὶ τῇ φαρέτρᾳ αὐτοῦ ἔκρυψέ με. Ὁ λέγων οὖν τὸν λόγον τοῦ κυρίου, βέλος ἀφίησι. Καὶ ἐὰν λέγῃ ἐπιστρεπτικὰ, τῷ βέλει τούτῳ τιτρώσκει τὸν συνετὸν ἀκροατήν. Ὁ οὖν δυνάμενος, ἐκ τοῦ τετρῶσθαι, νενοηκέναι καὶ ἠλπικέναι, θαρρεῖ, ὅτι οὐκ ἔπεσε τὰ βέλη τοῦ θεοῦ τὰ λογικὰ, οὐδ' ἔξω γέγονεν αὐτοῦ, ἀλλὰ καθίκετο αὐτοῦ, ὡς λέγεσθαι· Ἑώρακας ὡς κατενύγη ὁ δεῖνα; λέγοι δ' ἂν τῷ τύπτοντι διδασκάλῳ ἢ παιδαγωγῷ ὁ τυπτόμενος, ὅτε οὐ παρέργως τύπτει· ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. Οὕτω δ' ἂν λέγοι καὶ τῷ κυρίῳ πέμψαντι βέλη, δι' ὧν πέμπει τὰ λογικὰ, ὅτι ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. Τῆς γὰρ χειρὸς κυρίου ἐπικειμένης τῷ ἀφιέντι, τὰ λογικὰ βέλη τιτρώσκει τε, καὶ ἐμπήγνυται τὰ μέλη εἰς τὴν ψυχὴν τοῦ ἀκούοντος. Δηλοῖ δέ ποτε καὶ τὰς κολάσεις τὰ βέλη. μήποτε δὲ καὶ τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ διαβόλου φησὶ, τὰ πρὸς ἐπιθυμίαν κινήσαντα αὐτὸν, τῆς τοῦ Οὐρίου γυναικὸς, ὡς ἐπαχθέντα κατὰ τοῦ θεοῦ συγχώρησιν. Καὶ οἱ θεοῦ λόγοι οἱ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως, βελῶν ὀξύτεροί εἰσι, τὴν συνείδησιν πλήττοντες, ὑφ' ὧν νυττόμενος ὁ προφήτης, ἀξιοῖ τὴν μένουσαν ἐκφυγεῖν δίκην, δεδωκέναι εἰπὼν διὰ τῶν λόγων, καὶ τῶν πυκνῶν συμφορῶν, ἃς ἐκάλεσε χεῖρας.

δ'. ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ ΙΑΣΙΣ ΕΝ ΤΗ ΣΑΡΚΙ ΜΟΥ.] ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ. Σώματι δι' ὅλου κακουμένῳ παραβάλλει τὸ πολύπονον καὶ πολυπαθὲς αὐτοῦ, οἷον καὶ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ, τὸ ἀπὸ ποδῶν ἕως τῆς κεφαλῆς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία, ἀλλὰ τραῦμα καὶ μώλωψ, καὶ πληγὴ ἡ φλεγμαίνουσα. Ὀργῆς οὖν εἶναι ταῦτα τὰ σημεῖα λέγει, τῆς δι' ὀργῆς πρόφασιν τὰς ἁμαρτίας. ὥστε εἰς αἴσθησιν ἄγει τῶν ἁμαρτιῶν τὰ παθήματα· καὶ κατὰ τοῦτο ὠφελεῖ

humano etiam Chriſtus hæc petit à Patre ſuo. Sed quoniam, inquit, quæ in eos intorta erant iacula, hoc eſt, quæcumque plagæ propter Adam communem naturam inuaſerant, in me infixæ ſunt. Nam cùm ego pro genere humano peccata ſuſceperim, neceſſariò etiam pro illis ſubeo diſciplinam. Et ideò confirmaſti ſuper me manum tuam correptricem, de qua Iob ait: *Manus Domini tetigit me.*

CATENA PATRVM. *Chriſtus pro nobis peccatorum plagas excepit.* Iob 19, 21.

Origenis. Sermones Domini ſagittæ ſunt: ipſe enim Saluator inquit, *Poſuit me ſicut ſagittam electam, & in pharetra ſua abſcondit me.* Qui igitur profert verbum Domini, ſagittam emittit. Et quando dicit verba conuertendi vim habentia, tunc hac ſagittâ intelligentem vulnerat auditorem. Qui igitur ex eò quòd vulneratus ſit, potuit intelligere ac ſperare, confidit, verbales Dei ſagittas haud [incaſsùm] cecidiſſe, nec aberraſſe; ſed ad ipſum perueniſſe, vt dicere poſſit. Vidiſtin' vt iſte compungatur? Quin & præceptori, ſeu pædagogo verberanti verberatus, cùm non incaſsùm cædatur, dicere poſſit, *Confirmaſti ſuper me manum tuam.* Sic etiam Domino ſagittas emittenti dixerit de ijs per quos verborum ſagittas emittit, Quia *confirmaſti ſuper me manum tuam.* Dum enim manus Domini ſuperincumbit emittenti, ſagittæ rationales vulnerant, & configunt membra, vſque ad animam audientis. Sagittæ etiam quandoque ſupplicia ſignificant. Nonnumquam verò etiam ignita iacula diaboli vocat ea quæ ipſum ad concupiſcendam mouebant vxorem Vriæ, vtpote Dei permiſſione immiſſa. Dei quoque ſermones de iudicio futuro, ſagittis acutiores ſunt, dum ſtimulant conſcientiam, quibus Propheta punctus, rogat vt quod ſe manebat ſupplicium euadat, dum dicit ſagittas illas datas eſſe per ſermones, & crebras calamitates, quas *manus* appellauit.

Iſa. 49, 2. *Verbum Domini ſagitta cordis.*

4. Non est sanitas in carne mea.] Apollinarii. Multas & graues moleſtias ſuas corpori planè malè affecto comparat, vt etiam apud Iſaiam: *A pedibus vſque ad caput non eſt in eo ſanitas, ſed vulnus, & liuor, & plaga tumens.* Hæc igitur iræ notas eſſe, & iræ argumentum peccata eſſe affirmat. Quare ſupplicia in peccatorum cognitionem & ſenſum reuocant: & propterea animis pro-

Iſaiæ 1, 6. *Pœnæ reuocant ſenſum peccatorum.*

CATENA PATRVM. proſunt, ſicut cùm corpora quæ ex ſtupore non ſentiunt, ad ſenſum reducuntur.

ANONYMI. Ex Apoſtolo autem illud, *Non eſt ſanitas in carne mea*, intelligitur, dum ait illum qui Corinthi peccauerat, tradendum eſſe ſatanæ *in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini:* ac ſi ſpiritus ſaluus eſſe nequeat, niſi caro tradatur in interitum. Quando autem id quod mortale eſt, moritur, tunc mortua eſt caro iuſti, ſemper mortificationem Ieſu in corpore circumferentis. Iſtiuſmodi autem carnis mortificatio, per quam ſpiritus ſaluatur, prudentiæ eſt. Ceterùm cùm carnis quidem prudentia infirmatur, nondum tamen ad interitum venit, tunc adhuc quodammodò curatur; ſed vbi à malitia ad ſanitatem redit, perfectam habet ſanitatem in interitu. Rationem igitur reddit, cur non debeat irritari ira Dei, eò quòd minimè amica ſit carnis prudentiæ. Facies autem peccatorum, eſt eorumdem imaginatio & memoria, iuxta illud: *Et peccatum meum contra me eſt ſemper.* Dixit dum in oſſibus morderetur, quòd conturbatus pacem non habuerit. Congruit autem ſermo iſte pœnitentibus. Hæc dicat is quem pœnitet. Clariùs id Aquila, *à facie fremitus tui*, interpretatus eſt. Sufficiebat, inquit, mihi diuinorum oraculorum tuorum fremitus, & à perſona Nathan minæ. Pro *A facie peccatorum meorum*, Symmachus dixit, *propter peccata mea.*

1. Cor. 5, 5.

Caro affligenda vt ſpiritus ſaluus fiat.

2. Cor. 4, 10.

Pſal. 50, 5.

5. QVONIAM INIQVITATES MEÆ.] ORIGENIS. Hæc non dicunt, qui peccatorum ſuorum ſenſum non habent; ſiquidem aliqui etiam exultant & delectantur delictis ſuis, ita vt cum delectatione illa ferant. & ſicut quibuſdam quaſi à pedibus ſunt, iuxta Iſaiam: ſic etiam aliquorum iniquitates eleuantur. *Caput* autem vocat vim rationalem. Cùm verò iniquitas deorſum premat, & grauiſſima ſit, ſolus is qui pœnitentiam agit, grauitatem eius percipit. Vnde Deus iubet ad ſe venire eos qui onerati ſunt, & laborant propter pœnitentiam. Rurſus ille ſentit fœtorem ſuorum peccatorum, qui ſuillam vitam reliquit, & diuinum ex verbo Dei ſenſum percepit. Quæ igitur, inquit, per inſipientiam feci, hæc computruerunt mihi, quòd à me non innouata ſint, & omnia mihi fœtent. *Miſer*

Qui verò pœnitet, is demum ſentit onus peccatorum.

Verſ. 7.

τὰς ψυχὰς, ὥσπερ καὶ τὰ σώματα ἐξ ἀναισθησίας εἰς αἴσθησιν ἀγόμενα.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐκ δὲ τοῦ ἀποστόλου τὸ, Οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τῇ σαρκί μου, νοεῖται, τὸν ἐν Κορίνθῳ φήσαντος ἡμαρτηκότα παραδοῦναι τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ κυρίου· ὡς οὐ δυναμένου σωθῆναι τοῦ πνεύματος, ἐὰν μὴ παραδοθῇ ἡ σάρξ εἰς ὄλεθρον. εἰ δὲ τὸ ὀλεθρευόμενον ἀποθνήσκει, ἀπέθανεν ἡ σάρξ τοῦ δικαίου, τοῦ πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντος. Τοῦ δὲ φρονήματος, τῆς σαρκὸς ἡ τοιαύτη καθέστηκε νέκρωσις, δι' ἧς τὸ πνεῦμα σώζεται. Τὸ δὲ ἀσθενοῦν μὲν ἔτι φρόνημα τῆς σαρκὸς, μήπω δὲ φθάσαν ἐπὶ τὸν ὄλεθρον, ἔτι πως ἴασιν ἔχει· πρὸς δὲ τὴν κατὰ κακίαν ὑγείαν ἐπανελθὸν, τελείαν ἔχει τὴν ἴασιν ἐπ' ὀλέθρῳ. Αἰτίαν οὖν ἀποδίδωσι τοῦ μὴ δεῖν πειρασθῆναι τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ, τὸ μὴ ἔχειν ἐρρωμένον τὸ φρόνημα τῆς σαρκός. Πρόσωπον δὲ ἁμαρτιῶν, ἡ περὶ αὐτῶν φαντασία καὶ μνήμη, κατὰ τό· Καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστὶ διαπαντός. Ἔφη δακνόμενος ἐν τοῖς ὀστέοις, ὅτι εἰρήνην οὐκ εἶχε ταραττόμενος. ἁρμόττει δὲ μετανοοῦσιν ὁ λόγος. Ταῦτα λεγέτω ὁ μετανοῶν. Σαφέστερον δὲ ὁ Ἀκύλας, ἀπὸ προσώπου τῆς ἐμβριμήσεώς σου, ἡρμήνευσεν. Ἀπήρκει μοί, φησιν, ἡ ἀπὸ τῶν σῶν θείων γραφῶν ἐμβρίμησις, καὶ ἡ ἀπὸ προσώπου Νάθαν ἀπειλή. Ἀντὶ δὲ, ἀπὸ προσώπου τῶν ἁμαρτιῶν μου, ὁ Σύμμαχος, διὰ τὰς ἁμαρτίας μου, εἶπεν.

5. ΟΤΙ ΑΙ ΑΝΟΜΙΑΙ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ταῦτα τοὺς μὴ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων αἰσθανομένους· τινὲς γοῦν καὶ ἐγκαυχῶνται καὶ ἥδονται τοῖς αὐτῶν πλημμελήμασιν, ὡς ἡδέως ταῦτα βαστάζοντες. καὶ ὡς ἔστιν ἀπὸ ποδῶν ἔν τισι κατὰ τὸν Ἡσαΐαν· οὕτω καὶ ὑπεραίρουσί τινων αἱ ἀνομίαι. Κεφαλὴν δὲ λέγει τὸ ἡγεμονικόν. Φύσει δὲ τῆς κακίας κατωφερούς τε οὔσης καὶ βαρυτάτης, μόνος ὁ μετανοῶν τοῦ βάρους αὐτῆς ἐπαισθάνεται. Ὅθεν ὁ θεὸς τοὺς πεφορτισμένους καὶ κοπιῶντας διὰ μετανοίας ἥκειν πρὸς αὐτὸν κελεύει. Πάλιν ἐκεῖνος αἰσθάνεται τῆς δυσωδίας τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων, ὁ τὴν χοιρώδη ζωὴν ἀποθέμενος, καὶ θείαν αἴσθησιν ἐκ τοῦ λόγου λαβὼν τοῦ θεοῦ. Ὅσα γοῦν πεποίηκα δι' ἀφροσύνην, φησὶ, ταῦτά μοι σέσηπε, μὴ ἀνακαινιζόμενα παρ' ἐμοὶ, καὶ πάντα μοι ὄζει. Ἐταλαιπώ-

ταλαιπώρησα, φησι, καὶ τὰ ἑξῆς. Τάχα τοιοῦτόν τι καὶ Παῦλος ἰδὼν, μετὰ τὸ ἡμαρτηκέναι φησί, Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος. ἥμαρτε δὲ ὅτε τὴν ἐκκλησίαν ἐδίωκε. Οὐκ εἶπε δὲ, ταλαιπωρῶ, ἀλλ' ἐταλαιπώρησα, ὡς μηκέτι ὢν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις. Ἐὰν δὲ ἴδῃς τὸν ἡμαρτηκότα μὴ δυνάμενον εἰς οὐρανὸν ἀναβλέψαι, μηδὲ παῤῥησίαν ἔχοντα προσευχῆς, συγκύπτοντα δὲ τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν, τό τε σωματικὸν, καὶ τὸ ψυχικὸν, ὄψει τινὰ τρόπον λέγει κατακαμφθῆναι ἕως τέλους. οἷος ἦν ὁ τελώνης. Μήποτε δὲ οὕτως ἀναγνωστέον, τουτέστι, διὰ βίου κατεκάμφθην τὰ κάτω φρονῶν, καὶ ἐπὶ γῆν βλέπων. τούτου χάριν ἐταλαιπώρησα, ἐλεεινὸς ἐκ τούτου γενόμενος. Τοῦτο δὲ, ὡς ἄφρονι εἶπεν συμβεβηκέναι· ἀφροσύνης γὰρ ἡ κακία, καθὼς φρονήσεως ἡ ἀρετή. Ὅλην τὴν ἡμέραν σκυθρωπάζων ἐπορευόμην. ἐξ οὗ ἥμαρτον, φησι, σκυθρωπὸς ἀεὶ ἤμην. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, μακάριοι οἱ πενθοῦντες. Εἰ νενόηκας τὸν ἐπὶ ταῖς ἰδίαις ἁμαρτίαις πενθοῦντα καὶ κλαίοντα, εἶδες τούτου τὸν μακαρισμόν· εἰ δὲ τοὐναντίον θεάσῃ τοῦτον γελῶντα, ἱλαρευόμενον, καὶ μὴ κατανυσσόμενον ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἁμαρτήμασιν, ἴδε εἰ μὴ τούτῳ ἁρμόζει· Οὐαὶ οἱ γελῶντες νῦν.

θ'. ΕΚΑΚΩΘΗΝ ΚΑΙ ΕΤΑΠΕΙΝΩΘΗΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐξ ἐκείνης, φησὶν, ἐπιθυμίας μου ἐτρύγησα, τὸ κύπτειν εἰς γῆν, καὶ διηνεκῶς ὀλοφύρεσθαι, διὰ τὰς πικρὰς τῆς καρδίας ὀδύνας. Τούτου χάριν τῆς ἐπιθυμίας μεταβαλὼν τὴν ἐνέργειαν, ὑπουργὸν αὐτὴν κατέστησα τοῦ θείου βουλήματος. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐπήγαγε, Κύριε ἐναντίον σου πᾶσα ἡ ἐπιθυμία μου. Ἐπειδὴ γὰρ ἅπαξ ἐχρησάμην αὐτῇ κακῶς, ἀεὶ τοῖς σοῖς ἐπιτάγμασιν αὐτὴν ἀναθήσω. Ὁρᾷς μου, φησι, διαπαντὸς τοὺς ὀδυρμοὺς καὶ τὰ δάκρυα, ὁρᾷς με κλονούμενον, καὶ τῆς ἰσχύος γεγυμνωμένον, καὶ τοῦ φωτὸς τοῦ συνήθους ἐστερημένον, καὶ μεσούσης ἡμέρας ὡς ἐν σκότει διάγοντα. Δύο δὲ κατ' αὐτὸν διὰ τούτων σημαίνει, καὶ τὴν τῆς ἀτιμίας ὑπερβολὴν, δι' ἣν οὐδὲ τὸ φῶς δοκεῖ φῶς, καὶ τῆς θείας κηδεμονίας τὴν γύμνωσιν, ἣν φῶς ὀφθαλμῶν εἰκότως ὠνόμασε. Τινὲς δέ φασι φῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐκλάμπον τοῖς τῆς διανοίας αὐτοῦ ὄμμασι.

ιβ'. ΟΙ ΦΙΛΟΙ ΜΟΥ ΚΑΙ ΟΙ ΠΛΗΣΙΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ οὓς δὲ φίλους εἶχον, ζήσας

factus ſum, inquit, &c. Fortè cùm Paulus poſt peccatum ſuum quid ſimile cognouiſſet, ait, *Infelix ego homo*. Peccauerat autem quando Eccleſiam perſequebatur. Ceterùm non dixit, *Miſer ſum*, ſed *Miſer factus ſum*, vtpote qui non ampliùs ſit in peccatis. Cùm autem videris peccatorem nec in cælum ſuſpicere valentem, nec audentem proferre orationem, ſed tam corporalem quàm ſpiritalem faciem in terram inclinantem; is ipſo vultu quodammodò dicit ſe curuatum vſque in finem. Talis erat publicanus. Fortaſſe verò ſic intelligendum, ac ſi dicat: Per vitam incuruatus ſum, dum inferiora ſapio, & in terram reſpicio. idcircò miſer factus ſum, exinde miſerabilis effectus. Hoc autem ait ſibi quodammodò inſipienti accidiſſe; ſiquidem malitia inſipientiæ eſt, vti virtus ſapientiæ. *Tota die contriſtatus ingrediebar*. Ex quo, inquit, peccaui, ſemper fui contriſtatus. Tale eſt etiam illud in Euangelio, *Beati qui lugent*. Si perceperis quempiam ob peccata ſua lugentem ac flentem, vidiſti huius beatitudinem: ſin è contra videris hunc ridentem, hilarem, & minimè compunctum ob peccata ſua, vide num huic non conueniat illud, *Væ qui ridetis nunc*.

CATENA PATRVM. *Rom. 7, 24* *Pœnitens ſub Deo incuruari debet.* *Luc. 18, 10.* *Lugendum pro peccatis.* *Matth. 5, 5.* *Luc. 6, 25.*

9. AFFLICTVS SVM ET HVMILIATVS.] THEODORETI. Ex illa, inquit, concupiſcentia mea hoc percepi, vt in terram incuruatus ſim, & perpetuò lugeam, ob acerbos cordis dolores. Quare concupiſcentiæ vim immutans, illam diuinæ voluntatis feci miniſtram. Idcircò enim ſubiunxit, *Domine, ante te omne deſiderium meum*. Cùm enim ſemel ipsâ ſim abuſus, deinceps illam tuis mandatis addicam. Vides, inquit, ô Domine, meos vlulatus & lacrymas: vides me agitatum, & proprijs viribus deſtitutum, conſuetoque lumine priuatum, & in meridie tamquam in tenebris degentem. Duo autem ſibi accidiſſe per hæc ſignificat: & inſaniæ immenſitatem, per quam lux non videtur eſſe lux; & deſtitutionem diuinæ prouidentiæ, quam lumen oculorum ſuorum meritò appellauit. Aliqui verò *lumen* interpretantur Spiritum ſanctum, qui in mentis eius oculis illuceſcebat.

Inſtrumenta peccati, poſt pœnitentiam Deo ſubſeruire debent. *Verſ. 10.* *Peccatum excæcat.*

12. AMICI MEI ET PROXIMI.] ORIGENIS. Quos autẽ amicos habebam, quando turpiter

CATENA PATRVM.

Dauidi poſt peccatum amici facti ſunt hoſtes.

viuebam, hos habeo aduerſarios, cùm non ampliùs ſint proximi affectu habituque. Vel Angeli qui mihi miniſtrabant, propter peccatum me deſeruerunt.

THEODORETI. Nam ex amicis, inquit, hi quidem cùm meam plagam vidiſſent, hoſtilia egerunt, & manifeſtò contra me ſteterunt; hi verò veriti, ſeceſſerunt, neque auxilij ſui me participem fecerunt. Porrò tacitè innuit in prima parte Achitophelem, qui non modò diſceſſit, verùm etiam pernicioſa conſilia attulit. Alij verò, vt veroſimile eſt, hæc etiam contra illum fecerunt. Imò verò plurima pars Iſraëlis, & ipſa tribus Iudæ cum Abſalomo belli ſocietatem inierunt. Subitò igitur, poſt parricidæ cædem, inuicem ſe hortabantur, vt alias tribus præuenirent, & in regiam regem Dauid reducerent.

13. ET VIM FACIEBANT QVI QVÆREBANT.] THEODORETI. Cùm hoſtes me deſtitutum ab amicis vidiſſent, contra me inſidias ſtruebant, meam cædem deſiderantes.

ORIGENIS. Videbatur autem mihi vanitas eſſe, vis illa verborum in ſpeciem demonſtratiuorum, quòd conficta appareret, quâ me capere ſperabant hi qui quærebant animam meam. Dolos autem totâ vitâ meditabantur, ſiue loquebantur, inquit, aduerſum me, inſidias mihi ſtruentes. Dum enim Angeli deſerebant, vehementiùs dæmones inſtabant.

Dauidis manſuetudo erga hoſtes ſuos.

14. EGO AVTEM TAMQVAM SVRDVS.] THEODORETI. Hoc magis dilucidè hiſtoria edocet. Nam cùm Abſalom ſententias patris damnaret, & eos qui litem amiſerant, ad ſe alliceret; beatus Dauid id æquo animo ferebat. Cumque Semei maledictis laceſſeret, & manu & linguâ feriret; Dauid ſilens, iniurias ſuſtinebat, & eum qui ab illo pœnas exigere conabatur, prohibuit, dicens: *Dimittite eum vt maledicat mihi. Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid.*

2. Reg. 16.

2. Reg. 16. 10.

ORIGENIS. Nihil ad hæc habui quod dicerem, pudore ſuffuſus: nullus enim mihi ſermo erat ad excuſandum. Neque habebam qui inimicos alloqueretur, ſemel ab ipſis ſuperatus. Vel factus ſum malè de me opinantibus, tamquam non audiens, neque habens in

αἰσχρῶς, τούτους ἔχω ἀντικειμένους, καὶ μηκέτι πλησίον ὄντας διαθέσει καὶ σχέσει. Ἢ οἱ συνυπουργοῦντές μοι ἄγγελοι, ἐγκατέλιπόν με διὰ τὴν ἁμαρτίαν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οἱ μὲν γάρ, φησι, τῶν φίλων, τὴν ἐμὴν θεασάμενοι πληγήν, τὰ τῶν πολεμίων ἔδρασαν, καὶ περιφανῶς μοι ἀντέστησαν· οἱ δὲ δείσαντες ἐχωρίσθησαν, τῆς οἰκείας μοι συμμαχίας οὐ μεταδόντες. Αἰνίττεται δὲ διὰ τοῦ προτέρου τὸν Ἀχιτόφελ, οὐ μόνον χωρισθέντα, ἀλλὰ καὶ τὰς ὀλεθρίους εἰσενηνοχότα βουλάς. Καὶ ἄλλοι δὲ, ὡς εἰκὸς, ταῦτα δεδράκασιν ἐκείνῳ. μᾶλλον δὲ τὸ πλεῖστον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ, σὺν τῷ Ἀβεσσαλὼμ ἐστρατεύετο. Αὐτίκα τοίνυν μετὰ τὴν τοῦ πατραλοίου σφαγὴν, ἀλλήλοις παρεκελεύοντο, φθάσαι τὰς ἄλλας φυλὰς, καὶ ἐπαναγαγεῖν εἰς τὰ βασίλεια τὸν βασιλέα Δαβίδ.

ιγʹ. ΚΑΙ ΕΞΕΒΙΑΖΟΝΤΟ ΟΙ ΖΗΤΟΥΝΤΕΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Γεγυμνωμένον με τῶν φίλων οἱ πολέμιοι θεασάμενοι, τὰς κατ' ἐμοῦ ἔρραπτον ἐπιβουλὰς, τῆς ἐμῆς σφαγῆς ἐφιέμενοι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐδόκει δέ μοι ματαιότης, καὶ ἡ τῶν ἀποδεικτικῶν εἶναι δοκούντων λόγων βία σοφιστικὴ φαινομένη, δι' ἧς ἑλεῖν με προσεδόκων, οἱ τὴν ἐμὴν ζητοῦντες ψυχήν. δολιότητα δι' ὅλου μελετῶντες τοῦ βίου, ἢ ἐλάλουν, φησὶ, πρός με, ἐπιβουλήν μοι σκευάζοντες. τῶν γὰρ ἀγγέλων λειπόντων, σφοδρότερον οἱ δαίμονες ἐπετίθεντο.

ιδʹ. ΕΓΩ ΔΕ ΩΣΕΙ ΚΩΦΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο ἡ ἱστορία διδάσκει σαφέστερον. Καὶ γὰρ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ τοῦ πατρὸς αἰτιωμένου τὰς ψήφους, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐφελκομένου τῶν δικαζομένων τοὺς ἡττημένους, ὁ μακάριος ἐμακροθύμει Δαβίδ. καὶ τοῦ Σεμεεὶ λοιδορουμένου, καὶ γλώττῃ καὶ χειρὶ βάλλοντος, σιγῶν τὰς ὕβρεις ἐδέχετο, καὶ τὸν τοῦτον προαιρεθέντα δίκας εἰσπράξασθαι διεκώλυεν· Ἄφετε αὐτὸν, λέγων, καταρᾶσθαί με, ὅτι κύριος προσέταξεν αὐτὸν καταρᾶσθαι τὸν Δαβίδ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπὶ τούτοις οὐδὲν εἶχον λέγειν αἰσχύνης πεπληρωμένος. οὐδεὶς γὰρ λόγος μοι ἦν πρὸς ἀπολογίαν. οὐδὲ εἶχόν τινα τοῖς ἐχθροῖς προσφθέγγεσθαι, ἅπαξ ὑπ' αὐτῶν νενικημένος. Ἢ ἐγενόμην πρὸς κακοδόξους, ὡς οὐκ ἀκούων, οὐδ' ἔχων ἐν τῷ στόματι

ματί μου ἐλεγμούς. Κίνδυνον γὰρ φέρει πολλάκις τὸ δυσφήμων λόγων ἀκούειν, καὶ τὸ διαλέγεσθαι περὶ προβλημάτων ὑποκειμένων κολάσει. Ἢ καὶ ἐπὶ τῇ ἐξομολογήσει κακολογούμενος, προσεποιησάμην τὸν μὴ ἀκούοντα, καὶ ἔχοντα τούτους ἐλέγξαι, ὁρῶν ὅτι δεῖται ἀπαθείας ὁ ἔλεγχος, ἐγὼ δὲ ἤλεγχον ἀπὸ θυμοῦ, ὡς λυπῆσαι βουλόμενος. Ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι σὺ εἰσακούεις κύριε, κἂν ἐγὼ κωφεύω πρὸς τὰς κατ' ἐμοῦ δυσφημίας.

ιϛ'. ΟΤΙ ΕΠΙ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ ΗΛΠΙΣΑ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταύτῃ δέ, φησι, χρώμενος τῇ καρτερίᾳ διετέλουν, εἰς σὲ τὴν ἐλπίδα ἔχων, καὶ σοὶ τὴν ἐμαυτοῦ κρίσιν διδούς, καὶ ἱκετεύων μὴ ἐπίχαρτος γενέσθαι τοῖς πολεμίοις, μηδὲ τὴν ἐμὴν ἧτταν πρόφασιν ἀλαζονείας αὐτοῖς γενέσθαι. Ἄξιον δέ με, φησι, μαστίγων ἡ ἁμαρτία πεποίηκε, διόπερ ἐμαυτὸν ὑποτίθημι ταῖς τιμωρίαις· ἐφίεμαι γὰρ τῆς θεραπείας, ταῖς τῆς ἁμαρτίας ὀδύναις κεντούμενος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῶν τοσούτων, φησί, κακῶν μίαν ἔχω σωτηρίας ἐλπίδα, τὴν ἐκ σοῦ γινομένην ἐπικουρίαν. Ἢ τοῦτό φησιν, Εἰ γὰρ μὴ ἤλπισα ἐπὶ σέ, ἐμαυτὸν ἂν ἠμυνάμην. νυνὶ δὲ γινώσκω τὸ· Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος. Ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, καὶ τὰ ἑξῆς. Σὺ εἰσακούσῃ κύριε ὁ θεός μου, εἰ καὶ ἐγὼ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον τῶν κατ' ἐμοῦ δυσφημιῶν. σὺ ἄκουσον τῶν λεγομένων. Ὅτι εἶπα, μήποτε ἐπιχαρῶσί μοι οἱ ἐχθροί μου. οὐκ ἔχουσι γὰρ τί εἴπωσιν. Ἐπιχαροῦνται δὲ εἰ μὴ τύχοιμι τοῦ σοῦ ἐλέους. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπιχαρῶσι οἱ ἐχθροί μου, οἱ ἤδη, καὶ πρότερον ἐν τῷ μόνον σαλευθῆναι πόδας μου, ἐπ' ἐμὲ μεγαλορρημονήσαντες. Μέγα γὰρ ἔδωκεν αὐτοῖς κατ' ἐμοῦ φρονεῖν, ἡ ἁμαρτία σαλεύσασά μου τοὺς πόδας, ἐγὼ δὲ ἐπὶ σὲ κατέφυγον. Πρὸς δὲ τὰς ἐξ αἰσθήσεως μάστιγας εὐτρεπὴς εἶναι φησίν· ἤλγει γὰρ ἐφ' οἷς ἥμαρτε μαστιζόμενος.

ιθ'. ΟΤΙ ΤΗΝ ΑΝΟΜΙΑΝ ΜΟΥ ΕΓΩ ΑΝΑΓΓΕΛΩ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σοὶ γὰρ μόνῳ ἥμαρτον δέσποτα, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα. ἐκεῖνοι δὲ πολλὰς πολλάκις παρ' ἐμοῦ εὐεργεσίας δεξάμενοι, τὰ ἐναντία ἀμείβονται, μείζονά μου προσκτησάμενοι ῥώμην, διὰ δὲ τοῦ ἐνδιέβαλλόν με. Τὸν Ἀβεσαλὼμ παραδηλοῖ, τὰς κρίσεις αὐτοῦ διαβάλλοντα, καὶ ἀδίκως ἀποκηλοῦντα. καὶ ἐπειδὴ

ore meo redargutiones. Periculum enim non rarò adfert detractionum auſcultatio, & de obiectionibus vt ſupplicio obnoxijs collocutio. Vel etiam cùm palàm maledictis onerarer, ſimulabam me non audire, & habere quo illos refutarem, conſiderans quòd redargutio requirat vacuitatem paſſionum; ego autem redarguiſſem cum furore, vt volens contriſtare. Vel hoc ait, ac ſi dicat: Quia tu exaudis Domine, licet ego obſurdeſcam ad meas criminationes.

16. QVONIAM IN TE DOMINE SPERAVI.] THEODORETI. Hac autem, inquit, vſus tolerantiâ ſpem in te habebam, & tibi mei ipſius iudicium committebam, & obſecrabam ne inimicis ludibrio fierem, neúe meæ cauſſæ iactura ipſis ſuperbiæ anſa foret. Peccatum verò, inquit, flagellis me dignum fecit; idcircò ſupplicijs meipſum ſubijcio; etenim curationem deſidero, cùm peccati ſtimulis punctus ſim.

Verè pœnitens flagella non ſubterfugit, nec ſe vlciſcitur.

ORIGENIS. Tantis, inquit, in malis vnicam habeo ſpem ſalutis, ſcilicet, auxilium tuum. Vel hoc ait ac ſi dicat: Niſi in te ſperaſſem, meipſum vltus fuiſſem; nunc autem agnoſco illud: *Mihi vindicta, & ego retribuam, dicit Dominus.* Factus ſum ſicut homo auxilio deſtitutus, &c. Tu exaudies Domine Deus meus, licet ego tamquam ſurdus non audiebam meas diffamationes. Tu audi quæ dicant. *Quia dixi, Nequando ſupergaudeant mihi inimici mei:* non habent enim quod dicant. Lętabuntur autem, ſi tuam non conſequar miſericordiam. Verùm ne ſupergaudeant inimici mei, qui pridem, & priùs dum ſolùm pedes mei mouebantur, ſuper me magnà loquebantur. Peccatum enim quod commouit pedes meos, dedit illis anſam contra me ſuperbiendi; ego autem ad te confugi. Ait ſe ſenſu flagellorum morigerum ſactum eſſe: flagellatus enim dolebat de peccatis ſuis.

Rom. 12, 19.

19. QVONIAM INIQVITATEM MEAM ANNVNTIABO.] THEODORETI. *Tibi* enim *ſoli peccaui* Domine, *& malum coram te feci.* Illi autem multis frequenter à me beneficijs affecti, contraria referunt, robore me ſuperantes, quocircà mihi detrahebant. Abſalomum intelligit, qui iudicijs eius detrahebat, & iniquè traducebat. Et cùm talis eſſet,

Pſal. 50, 5.

Abſalomi in parentem ingratitudo.

CATENA PATRVM. eſſet, vt etiam parricidium moliretur, meritò ſubiunxit, *Et abiecerunt me dilectum, tamquam mortuum contemptum.* Quem enim ſecundùm naturæ leges diligere debebat, hunc tamquam fœtidum cadauer execrabatur. Congruit hoc etiam populo ingrato, qui cùm mille beneficijs à Dauide affectus eſſet, & per ipſum extraneos ſubiugaſſet, ſæpè ingratum ſe exhibuit.

22. NE DERELINQVAS ME DOMINE.] ORIGENIS. In alio Pſalmo ait, *Et Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.* Etſi illi me abiecerint, tamquam mortuum contemptum, verumtamen tu me protege ſub potenti manu tua: te enim præſente, impotentes & infirmi ſunt hoſtes. Intende in adiutorium meum; quoniam, inimicis, & hominibus iniquis, atque inuiſibilibus virtutibus, me circumdantibus, auxilio indigeo. Non aliunde autem opem peto, quàm à te Domine: tu enim etiam Deus ſalutis meæ es. ſalutis autem Deus eſt, qui hanc cauſſat.

Pſal. 50, 13.

τοιοῦτος ὤν, πατροκτόνος γενέσθαι φιλονεικῶν, εἰκότως ἐπήγαγε, Καὶ ἀπέρριψάν τὸν ἀγαπητὸν, ὡς νεκρὸν ἐβδελυγμένον. ὃν γὰρ ἀγαπᾶν ἔδει κατὰ τοὺς τῆς φύσεως νόμους, τοῦτον ὡς δυσώδη νεκρὸν ἐμυσάττετο. Ἁρμόττει δὲ τοῦτο καὶ τῷ ἀχαρίστῳ λαῷ, ὃς μυρίας εὐεργεσίας παρὰ τοῦ Δαβὶδ δεξάμενος, καὶ τῶν ἀλλοφύλων δι᾽ αὐτοῦ κρείττων γενόμενος, πολλάκις ἀγνώμων ἐδείχθη περὶ τὰς χάριτας.

κβ´. ΜΗ ΕΓΚΑΤΑΛΙΠΗΣ ΜΕ ΚΥΡΙΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν ἄλλῳ ψαλμῷ φησι, Καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ᾽ ἐμοῦ. Εἰ κἀκεῖνοι ἀπέρριψάν με, ὡς νεκρὸν ἐβδελυγμένον, ἀλλὰ σὺ σκέπε με ὑπὸ τὴν κραταιάν σου χεῖρα. σοῦ γὰρ παρόντος ἀνίσχυροι καὶ ἀσθενεῖς οἱ ἐχθροί. Πρόσχες εἰς τὴν βοήθειαν μου, ἐπεὶ, ἐχθρῶν περιεστηκότων, ἀνθρώπων τε πονηρῶν, καὶ ἀοράτων δυνάμεων, βοηθείας δέομαι. Οὐκ ἄλλοθεν δὲ βοήθειαν ἀπαιτῶ, ἢ παρὰ σοῦ κύριε· σὺ γὰρ καὶ θεὸς τῆς σωτηρίας μου τυγχάνεις· σωτηρίας δὲ θεὸς ὁ ταύτης αἴτιος.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS eſt, *Pſalmus Dauid in rememorationem Sabbati*; Vulgatus, *de Sabbato*; S Auguſt. *in recordationem Sabbati*; S. Ambroſ. *in commemorationem diei Sabbati* tranſtulit. In Hebræo nulla fit mentio *Sabbati*, vti nec apud Euſebium, nec apud Theodoretum. In quibuſdam Græcis codicibus tantùm habetur, εἰς ἀνάμνησιν. Placuit tamen Septuag. interpretibus explicationis gratiâ addere vocem *Sabbati*: quod idcircò factum autumat Genebrardus, quòd ex vſu Synagogæ Pſalmus hic quolibet Sabbato caneretur. Eſt autem vnus ex Pœnitentialibus, prout iam leguntur, ordine tertius. D. Baſilius ait ſibi videri, pium Vatem inter plures egregios Pſalmos, quibus delicta confitetur, hunc propriè ac deſtinatò ſepoſuiſſe, *in recordationem*, vt eum ſemper in ore ferret, ac eodem, inquit, vteretur ἀντ᾽ ἐπῳδῆς, *pro quodam veluti incantamento*, atque pharmaco ad animi ſui medicinam. Sic igitur Propheta ſanctus recogitabat vitæ priſtinæ curriculum, & quotidie pœnitentiam, animique dolorem pio ſenſu renouabat, & quidem in amaritudine animæ ſuæ. Sed quid commune habet pœnitentia cum Sabbato, cui Pſalmus hic inſcribitur? Multum ſanè & per omnem modum, quia qui pœnitentiam agere cupit, ante omnia cauere peccatum debet, vt ſit in Sabbato. Siquidem in eo Hebræi ceſſabant ab omni opere, nec onera portabant. Ergo qui peccata cauere deſiderat, eorum onera non ſubeat, & pericula deuitet. In hunc ſenſum adducit S. Ambroſ. illa verba Chriſti, *Orate autem, ne fiat fuga veſtra hieme vel Sabbato.* Iubet fugam celerem arripere: quapropter cauendum, ne fuga noſtra fiat hieme, tempore ſcilicet imbribus impedito; aut Sabbato, in quo longam viam facere non licebat. Ac ſi dicat: O vos qui à peccato fugitis, fugam capite, non qualemcumque, ſed celerrimam. Vix enim fieri poteſt vt, niſi quis longiùs celeriterque ſe à peccatis ſubducat, iterùm in illa non relabatur. *Sed fortè moueat* (ait S. Ambroſ.) *quia non dixit, peccatorum commemorationem, ſed diei Sabbati, aut ſicut alius habet, Sabbatorum. Quid eſt autem Sabbatum, niſi requies futurorum, leuamen præſentium, quo lex iubet hominum opera feriari, onera deponi? Quæ ſunt grauiora onera, niſi noſtra peccata? Hæc deponuntur in Sabbatorum diebus: hoc eſt, in hoc vitæ iſtius tempore*, &c.

Dauid erat ſemper memor pœnitentiæ.

Matth. 24, 20.

2. *Ne in furore tuo arguas me*, &c.] S. Auguſt. *ne in indignatione tua arguas me, neque in ira tua emendes me*; S. Ambroſ. *ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me*: ac de iſtis vocibus accuratè tractat. Deprecatur autem ne à Deo duriùs puniatur quàm ferre poſſit. Iiſdem verbis Pſalmus ſextus inchoatur, vbi vide quæ annotauimus.

3. *Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.*] Symmachus καθίκατό μου, *attigerunt me.* Eſt poëtica hypotypoſis hominis grauiter ſauciati, & varijs malis affecti. *Sagittas* autem vocat ſuum morbum, vel miſeriam, & cruces à Deo immiſſas, quæ multæ erant & graues: vnde non tantùm in ſe iactas, ſed inhærentes & infixas ſibi ſagittas ingemiſcit. Plurima erant quæ Regem hunc ſollicitabant, angebantque. Vix naſcitur Bethſabeæ filius, & moritur. Nubili filiæ Thamari ab Amnone filio vitium offertur. Ipſe Amnon temulentus ab Abſalomo

Dauidi plurimæ ſagittæ doloris infixæ.

ſalomo fratre in conuiuio trucidatur. Hunc ipſum Abſalomum degenerem prorſus filium optimus pater iam ſolio pulſus, iam diademate orbatus, fugere vt hoſtem cogitur. En quàm altis vulneribus infixæ ſunt Dauidi hæ ſagittæ! Nec vna ſolùm alteraúe, ſed grandi numero in vnius caput conuolarunt. Et quàm aculeata fuit illa Nathanis concio, apertiſſimè pronuntiantis: *Tu es ille vir*, &c. *Quare contempſiſti verbum Domini, vt faceres malum in conſpectu meo? Quamobrem non recedet gladius de domo tua*, &c. Pænè tot ſagittæ, quot verba. Nimiùm quantum hæc ſpicula ex alto miſſa penetrarunt cor regium. Sagittæ, & quidem numeroſæ, infixæ ſunt illi.

IBIDEM. *Confirmaſti ſuper me manum tuam.*] S. Hieron. *tetigit me manus tua*; Chaldæus, *manſit ſuper me vulnus manus tuæ.* Sic in alio Pſalmo dicitur, *Super me confirmatus eſt furor tuus. Manus* autem per metonymiam ſæpè pro *plaga* ſumitur, quia hæc per illam infligitur. *Confirmatio* verò grauem impreſſionem denotat, & quaſi oppreſſionem grauiſſimo onere impoſito, ſicut in alio Pſalmo dicit: *Die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua.* Vbi conſule noſtras Annotationes.

4. *Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ.*] Morborum ſcilicet ac dolorum ſibi ipſa eſt caro ſuorum origo ac ſeminarium; in illam ſuas collineat infigitque complurium ærumnarum ſagittas mors ipſa, cui per peccatum primorum parentum fuit mancipata. Nam de ſagittis huiuſmodi præmiſerat Dauid: *Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.* Quem locum exponens S. Auguſt. *Ipſam*, inquit, *pœnam, ipſam vindictam, & fortè dolores quos hîc neceſſe eſt pati, & animi & corporis, ipſas dicit ſagittas.* Hunc eumdem ſenſum ita D. Gregorius euoluit: *Mortalitas & paſſibilitas ſunt ſagittæ, quæ nimirum nobis infixæ ſunt: quia quamdiu in præſenti hoc ſæculo viuimus, ab eis liberari aliquâ ratione nequimus.* Non poteſt infelix cerua infixam lateri cuſpidem venabuli extrahere; nec poteſt miſellus, dum viuit, homo infixas animo & corpori omnium ærumnarum ſagittas euellere: nec vllo quis tam impenetrabili munitur thorace, vt illas, vndecumque mittuntur, poſſit retundere; nec eſt miſero locus, quò effugiens illarum queat aciem euadere. Quidquid in humano corpore ſanitatis, virium ac formæ eſt, morborum ac mortis pabulum & præda eſt, operâ peccati. Ita enim mors in omnes homines pertranſijt per peccatum, vt vita hæc non ſit niſi mors continua. vnde ſubdit: *Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.* Cui enim & ſalus, & pax & quies eſſe poſſit ad ſuorum ſcelerum recordationem & aſpectum, quæ coacto agmine in animam conſpirant? Nam ſubitò ac ſcelus hominem occupauit, vt Tiſiphone poëtica, ferro, flammâ & multiplici dracone cincta, furiali motu circumſiſtit, nec terrificus illius aſpectus, & crudeles minæ vitari poſſunt. Quàm igitur horrendum faciat bellum, vel ipſa tantùm facies peccatorum, expertus aliquando in ſuis Confeſſionibus S. Auguſtinus cum Deo ſuo agebat: *Tu verò retorquebas me ad meipſum, & conſtituebas me ante faciem meam, vt viderem quàm turpis eſſem: videbam, & horrebam, & quò à me fugerem non erat.* Scilicet illud erat, quod Deus olim peccatori minabatur: *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam peccata tua.* Nullum æquè fœdum horrendumque peccatori ſpectaculum, quàm ipſe ſibi eſt.

ANNOTATIONES CORDERII. Pſal. 49, 21.

5. *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum.*] S. Hieron. legit, *tranſierunt*; & in epiſt. ad Algaſiam, *eleuatæ ſunt.* Eſt metaphora à pelago ducta, & miſerando hominum naufragio, qui ſæuis decumanis inuoluuntur fluctibus, atque videndi atque audiendi ſenſu & mente carent. Ac ſi dicat: Supergrediuntur caput vndæ, & me totum operiunt, reſpirare non licet aut impedire, quin aquæ vis pectus oppleat. Quod cùm ſit per ſe miſerrimum, & vicinum morti, tum fit etiam longè periculoſius, ſi quis impoſito graui onere detineatur, vt enatare non poſſit. vnde ſubdit: *Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Obruit enim ſcelus animum, & ſuo ipſum pondere deprimit, vt Siſyphi poëtici ſaxum, vel ab Euangelio, *mola aſinaria.* Quamobrem eleganter Chryſoſt. hom. 1. de pœnitentia vocat peccati pondus δυσβάςακτον, *portatu difficile*, S. Auguſt. in Pſal. 39. *molem*, Iſaias *faſciculos deprimentes*, Ieremias *iugum iniquitatum* collum opprimens, Zacharias *talentum plumbi*, quo impietas ad inferos deprimitur. De Ægyptijs Moyſes ait: *Submerſi ſunt tamquam plumbum in aquis vehementibus.* Non quia (vt ait Origenes hom. 7. in Iſaiam) grauia habent corpora, ſed quòd eorum animæ aggrauatæ fuerunt iniquitate, quæ ſedet ſuper talentum plumbi. Quæ illuſtri quadam ratione vim peccati & malitiam repræſentant, cuius proprium eſt lucem animi demere, aures occludere, quæ officinæ duæ ſunt prudentiæ & doctrinæ ſalutis: deprimere animum multa cogitantem, aut potiùs grauitate ſuâ opprimere: S. Ambroſ. legit, *iniquitates ſe ſuperpoſuerunt ſuper caput meum.* Videtur ad triumphantium morem alludere, qui deuictorum hoſtium calcare pedibus colla conſueuerunt: ac ſi dicat, Scelus triumphans preſſit pede caput meum, victo inſultans, barbaro me dominatu & violentiâ mancipauit ſibi, illius tyrannidem ſentio. Rectè S. Chryſoſt. in Pſal. 125. Peccatum (inquit) *eſt* τύραννος χαλεπὸς, *tyrannus ſæuus & acerbus, qui iubet quæ ſunt improba, & eos qui obediunt, ignominiâ afficit:* imperia illius pluſquam Manliana, vitam & ſalutem petunt, abijciunt ad indigniſſima, miſerrimæ genus ſeruitutis inducunt. clarum eſt Seruatoris oraculum: *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Ex hoc ipſo Dauidis loco S. Paulinus peccati miſeriam ſubtili explicatione illuſtrat. Sic enim legit: *Superpoſuerunt iniquitates meæ caput meum, ſicut onus graue.* Quid capiti ſuperimponitur? Crines. Crines autem ſunt crimina: quod tamquam in tabula benè picta, in Abſalomo expreſſum fuit, cuius cæſaries fuit grauans, tam denſa & intertexta, vt, cùm ſe ramis arborum implicuiſſet, funeſtam illi mortem attulerit. Eſt illuſtris peccatoris effigies: *Peccatis enim ſuis anima*, inquit Paulinus, *& implicatur & premitur.* Meritò igitur poteſt vitioſus quilibet cum Dauide hoc dicere: *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt ſuper caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me:* quia mali caligine circumfunditur, & pondere opprimitur. quæ duo S. Auguſt. appellare ſolet ignorantiam & difficultatem. Hinc oritur

Peccata inſtar vndarum opprimunt hominem.

Peccatorum onus grauiſſimum.

Iſaiæ 5.
Thren. 1.
Zach. 5.
Exodi 15, 10.

Ioan. 7, 34.

Crimina ſunt crines, quibus peccator implicatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

tur grande malum peccandi conſuetudo, & mora improbiſſima, à qua putor, infamiſque tabes, & totius vitæ corruptio naſcitur, de qua ſubdit:

Peccatum adducit corruptionem.

6. *Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ.*] *Cicatrices* hoc loco à Septuag. dicuntur μώλωπες, id eſt *vibices*, aut *liuores*, qui inflictâ plagâ, non ſine tumore & ſanguinis aggregatione fiunt. Ab Hebræis nominantur חבורות *chabburoth*, à verbo חבר *chabar*, vt volunt quidam hoc eſt, *alligauit*, quòd in ijs dolor & pus velut hæreat, vndè poſteà tabo & ſanie manant, tetro omnia odore complent: malum ſerpit imitatione, atque ad alios diffunditur. Nam quod dicit, *Putruerunt cicatrices*, apud Septuag. eſt προσώζεσαν, *fœtuerunt*, olidæ factæ ſunt: qui odor, odor eſt mortis ad mortem, & non modò in animam ſcelere coopertam, ſed in alios quoque perniciem importat. Nam inde phthiriaſis quædam in moribus gignitur, intimoque in animo, qui ſimillima ſuſtinet, qualia ſolent exanimata cadauera pati, vt hîc monet Caſſiodorus: vt nimirum ſanie & putore diffluat, peſtilentiamque circumferat. Iam quod addit Propheta Regius putruiſſe animi vlcus, *à facie inſipientiæ ſuæ*, docet ea grauiſſima peccantium incommoda à vecordia mentis contingere. Tam negligentes quippe ſunt homines, tamque nihil miſeret ſui, vt malum, quod alioquin diſcutere & curare celeriter oportuiſſet, ſerpere in peius & augeri ſinant, adeò vt deinde fiat propè immedicabile. Quod mœrebant pij Prophetæ, & elegijs ſuis atque miſeratione proſecuti ſunt. Iſaias in primis, *Vulnus*, inquit, *& liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.* Eſt Ioëlis quoque illa vox: *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.* quæ loca cum hoc Dauidis mirè conſentiunt. Vide hunc Pſalmi locum pulchrè ac fusè ab Hugone de S. Victore expoſitum.

Iſaiæ 1, 6. — Ioël. 1, 17.

7. *Miſer factus ſum, & curuatus ſum, &c.*] Ob immane ſcilicet peccati pondus, quod tunc mentem Dauidis humi affligebat & deprimebat, nec attolli ad ſublimia, vel amanda, vel cogitanda patiebatur. Quod propterea paulò ante *onus graue* appellabat. Falluntur igitur opinione ſuâ, qui iucundum eſſe vitium putant, & corrupti animi dulcedine rapiuntur. Si quæ in eo ſit iucunditas, gaudium eſt fuco illitum, & tectorium pictum objicitur, quod meram moleſtiam occulit, quam tandem experientur. Peritè S. Hilarius in Pſal. 59. *Vitiorum*, inquit, *gaudia, cùm ſunt intellecta, compungunt.* Hinc Lactantius lib. 6. cap. 3. ait doceri à Philoſophis, vitia quibuſdam delinimentis naturalibus allicere animos hominum, & inanium iucunditatum ſpecie captos, ad acerbas amaritudines perducere. Sed quod Philoſophi cultiſſimis ſuis monumentis docuerunt, ab idiotis & imperita quoque multitudine facilè poteſt intelligi, ſi quotidianam experientiam conſulunt: quæ clariſſimè docet, vitium non concipere ſolidam lætitiam, ſed vti ſuprà non ſemel è Dauide audiuimus, dolorem, animi moleſtiam, acerbitatem: quam etiam hoc loco haud exiguam ex peccato ſe percepiſſe ſignificans, ſubdit, *Totâ die contriſtatus ingrediebar.* Eleganter Petrus Chryſol. Serm. 6. *Quando*, inquit, *homo non ſub peccato triſtis? quando non ſub vitijs ſuſpectus? quando non ſub criminibus deſperatus?* Vbi etiam peccatorem elegãter vocat *vitiorum verberonem*, videlicet ob miſerrimum genus ſeruitutis, quæ non dulcem animi voluptatem, ſed doloris odioſi acerbitatẽ procreat. Sic diuina clemẽtia prouidit, vt ſcelus ſibi eſſet dignum ſupplicium, vt, cùm homines animaduerterent, ex ijs rebus, quas incredibili amore cupierant, pro volatica voluptate naſci ægritudinem, & turbati animi cruciatum, à crimine abſtinerent. Vnde Baſilius in Regulis breuiorib. Interrogat. 11. non dubitauit aſſerere, ſi cui ſit perſuaſum, quot & quanta è peccatis mala oriantur, futurum vt αὐτομάτως καὶ ἀδιδάκτως, ſponte ſuâ, & certâ animi inductione, feratur ad ſcelus omne fugiendum, & Vatiniano odio proſequendum. Peccatum enim eſt dirus ſui carnifex, immaniſque tyrannus, & iuſtam materiam dedit fabulis Poëtarum, vt eſſe Furias dicerent igne & flagellis armatas, quæ horribili genere crudelitatis in impios ſæuirent.

Peccatum veram miſeriam, & fucatam tantùm lætitiam affert.

Peccatum triſtitiam parit, & dirum cruciatum.

8. *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus.*] Ita etiam Vulgata; Græcè eſt, αἱ ψόαι μου, quomodo habent plerique codices. Sixtina, ἡ ψυχή μου, *anima mea.* Sic etiam legunt S. Ambroſ. Auguſt. & Pſalterium vetus Romanum, Arabicum & Æthiopicum; quod aliqui volunt eſſe emendatius; Aquila, ὅτι ἐπληρώθησαν αἱ λαγόνες μου ἀτιμίας, *quoniam impleta ſunt ilia mea dedecore.* Id eſt, pudendis motibus & affectibus: S. Hieron. vertit, *ignominiâ.* Mirum enim quàm ignominioſi motus ex carne oriantur. Statim vt eos ſenſerunt primi parentes, verecundiâ ſunt affecti. In huiuſmodi lumbis ſita eſt dæmonis fortitudo. de quo Iob ait: *Fortitudo eius in lumbis eius.* Nam ex carne affectus excitat, quos contra animam, tamquam iacula, expellit. Vnde & Chriſtus Dominus primùm hortatus eſt lumbos præcingere & comprimere, vt annotauit S. Hieron. epiſt. 22. varia loca ad hoc inſtitutum expendens. Nam qui paſcha facturus eſt, accinctis mortificatiſque lumbis facere præcipitur, & ad Iobum Deus ait: *Accinge ſicut vir lumbos tuos.* Et S. Ioannes Baptiſta Marci 1. dicitur cinctus *zonâ pelliceâ circa lumbos ſuos.* Et Apoſtoli iubentur accinctis lumbis Euangelij tenere lucernas. Ex lumbis igitur diabolus extrahit deſideria quæ militant aduerſus animam. Et quamuis carò in ſe infirma ſit, id intelligendum eſt ad bonum. *Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum*, inquit S. Paulus; ſed ad malum potentiſſima eſt, tamque valida, vt ſuper eam diabolus turres exſtruat, ex quibus venenata iacula emittat. Quæ Apoſtolus expreſſit dicens: *Manifeſta ſunt autem opera carnis; quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c.* Ex qua doctrina poteſt etiam hic Dauidis locus explicari, vt *illuſiones* vocet eas machinas, aut turres bellicas, quas inſtar elephantorum diabolus ſuper lumbos eius exſtruebat, vt ex illis, tamquam ex munitis arcibus, ſagittas venenatas, id eſt inordinatos affectus & motus immitteret. Notum eſt enim in Scriptura ſacra ludum pro bellico certamine accipi. quo ſenſu *illuſiones* vocari poterunt machinæ bellicæ, quibus ſcilicet inimicis illuditur. In lumbis ergo arcem ſuam diabolus ſtatuit, in quibus eſt fortitudo eius, & arx, è qua bellum crudele indicit & exequitur: virtus tamen, à qua pendet & procedit talis fortitudo, eſt *in vmbilico ventris*, vt Iob loco citato ait, in nimio videlicet appetitu, & vſu cibi & potus,

Iob 40, 11. — Luc. 12, 35. *Lumbi ſunt armamentarium diaboli.* — Iob 40, 2. — Marci 1, 6. — Luc. 12, 35. — Rom. 7, 18 *Caro ad malum potens, & infirma ad bonum.* — Gal. 5, 19. — *Periculoſa carnis tentatio.*

tus, quo roboratur caro, atque apta redditur, vt innumeros inordinatos motus excitet, quibus contra animam diabolus agat. Nimirum in tentationibus carnis, quæ *lumborum* nomine ſignificantur, ſic laborat anima cum hoſte viribus & inſidijs inſtructiſſimo decertans, ſic omnem ſuam vim ſolet amittere; vt iam de victoria ſecurus hoſtis miſerè captiuam illudat; ac pro eodem reputet, tentare carnis ſtimulis, atque proſtratam animam irridere cachinnis, & alapis deformare. *Illuſiones* autem vocantur: tum quia in ijs veritas non eſt (ſunt enim ludicra quædam & inſomnia) tum etiam quia ijs cupiendis & habendis miſerandum in modum illuduntur ac nihili habentur animi ad æterna bona procreati.

Dauidis rugitus qualis.

9. *Rugiebam à gemitu cordis mei.*] Græcè ὠρυόμην; pro quo Aquila vertit, ἐβρυχώμην ἀπὸ βρυγμοῦ τῆς καρδίας μου, *Fremebam à fremitu cordis mei.* Ait ſe non preces, aut deprecationem aut orationem emiſiſſe, ſed rugitum, qui leoni potiùs quàm homini congruit, vt vehementem animi motum & mentis affectum oſtendat. *Rugit* autem (expoſitore Ambroſio) *qui gemitum ſolum, non verba exprimit. Hæc eſt ergo illa præclara oratio, quando interpellat pro nobis Spiritus gemitibus inenarrabilibus, vt vas electionis aſſerit.* (Rom 8,26.) *Inenarrabiles* vocat gemitus, quibus Spiritus ſanctus pro nobis exorat: quia magis animi, & cordis affectus, quàm ſententiam aliquam produnt; ſignificationem autem nullam protendunt. Tertullianus *ineloquaces* appellat iſtiuſmodi gemitus; quia cùm nihil ſignificent, multam tamen animi vim protendunt, & affectus produnt: vnde multum apud Deum valent. Cuius peccatoris lacrymæ rugitum expreſſerunt? cuius irrugijt cor à mœrorum magnitudine? aut quem virtus vireſque deſtituerunt doloribus laſſatum? Quem deſeruerunt lumina fletibus emarcida? Et regia interim hæc vita & lumina ſunt, priuata noſtra. Sequitur:

Peccatum concupiſcentia cor conturbat & inquietat.

11. *Cor meum conturbatum eſt.*] Hoc Hebræi exponunt de cordis agitatione, quam medici vocant *ſaltum*, Græci παλμὸν, *palpitationem*, concuſſionem violentam cordis, cum ſyſtole & diaſtole moleſta. Sed veriùs de animi turbatione ſumitur experte quietis; quaſi cor turbinibus actum, & incerto fluctuum quaſſu huc & illuc rapiatur. Vnde S. Hieron. vertit, *Cor meum fluctuat.* nuſquam portus & ſtatio amœna quietis, vndis & Notis feror. *Cor meum conturbatum eſt*; apud Vatablum, *Cor meum circumcurſat, circumuagatur*, vanis & turbulentis cogitationibus ſcinditur animus, & pace perditâ, indigniſſimè & moleſtiſſimè cruciatur. Meritò hîc exclamat S. Chryſoſt. *O grauem ebrietatem, & immodicam deſipientiam! In hunc modum ſe habet efferata & mala beſtia concupiſcentia, quando rationem vicerit, nihil quod oportet, videre ſinit, ſed quaſi in tenebris & pugna nocturna omnia facit.* Sic ille concupiſcentiam deſcribit, quæ Dauidem in has miſerias adduxerat. Pecus quidem eſt. Quid enim ſtolidius & abiectius eſt libidine? Fera eſt, quæ violenter animam inuadit læditque; nec vllâ vi humanâ ſolet miteſcere: ſolius Dei potentiæ (quæ homini laboranti, vt ferat opem, ſemper adeſt) cedit, ac victa ſuccumbit. Vtinam vllo ſaltem repagulo cohiberetur hæc beſtia. Sed, vt rectè deplorat S. Zeno Veronenſis

Concupiſcentia tyrannus latè dominans.

ANNOTATIONES CORDERII.

Serm. de impudicitia, *Diſcurrit rabies impudicitiæ veſana per populos; hominumque lubricas mentes libidinum flagrantibus ſtimulis præcipitat in furorem, non ſexui parcens, non ætati, non pietati, non ſibi; quia pudorem alienum qui appetit, primo ſuum perdit.* Vides flammam gehennæ corporibus mentibuſque ſuccenſam, nullis terminis coërceri, nec temporis etiam momentis. Addit enim Zeno: *Pure non nox illi dieſque ſuccedit. Semper in cœnoſi gurgitis ſui procella ſubmergitur, dum ſemper exæſtuans libidinis turpitudo, aut veritate aut imagine perpetratur: præmia aut tradit, aut accipit; corrumpit, aut corrumpitur; inijcit amorem, paulò poſt odium de amore factura.* Sic ille. Turpes enim amores ſæpè deſinunt in odia, iras, iniurias, cædeſque, atque extrema excidia familiarum. Hæc beſtia vbi mentem corripit, illius extinguit lumen, eruit oculos, rationem ac iudicium ſuperfuſâ quadam gehennæ caligine perturbat. Quod Rex ille pœnitens plorabat ſubdens:

Concupiſcentia non quieſcit.

Turpis amoris exitus infelix.

IBIDEM. *Et lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.*] Notiſſimum lumen quoddam videri in oculis, cùm quis illos premit & mouet, docuit Ariſtoteles lib. de Senſibus & ſenſilibus, idque fieri ἐν τῷ σκότει, *in tenebris.* Eſt quidem oculus animi conſcientia, ſuâ luce præfulgens: verùm expectandum non eſt, vt in tenebris, & turbulenterum motuum caligine, lumen ſuum explicare poſſit, mentique oſtendere. Qua de re diſputat eleganter Dorotheus lib. de Conſcientia, vbi ait, domitis & ſubactis appetitionibus, quæ conſilij frena ſuccutiunt, familiare animi lumen vehementer accendi, atque homines incredibili lætitiâ & conſolatione perfundere. Illud autem intimum animi lumen eſſe conſcientiam, ſiue λογισμὸν, ratiocinationem quamdam inſtar ſcintillæ, quæ illuminet mentem, & diſcernat rectum à prauo, ingenerata animæ à Deo. Vbi verò dominantur paſſiones, conſcientiæ eam lucem, & ſcintillantis rationis, debiliùs irradiare, adeò vt vix illam mens videat, vt ſi quis in obſcura laterna lumen ferat. Hoc itaque Dauid queritur, nempe peccati tenebris conſcientiæ lumen eſſe obfuſcatum. Aut fortaſſis alludit ad oculos corporis, quibus mulierem cernens, ipſam deperijt.

Animi oculus eſt conſcientia quæ peccato obfuſcatur.

12. *Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt.*] Symmachus, οἱ φίλοι καὶ οἱ ἑταῖροί μου ἐξ ἐναντίας ἐν τῇ πληγῇ μου ἀνέστησαν, *Amici me & ſodales mei ex aduerſo in plaga mea reſtiterunt.* Benè notat Ianſenius, illud *aduerſum me* hoc loco accipi non debere, vt contrarietatem ſignificet, ſed pro eo quod eſt *è regione*; vt ſignificetur amicos non auſos propè accedere ad iuuandum & conſolandum; ſed etſi aliquouſque accederent, è regione tamen & à longè ſtetiſſe. cum enim ſenſum Hebræa lectio requirit. q. d. E regione plagæ meæ ſe ſtatuerunt, è remotis & è longinquo. Id eſt: Non me viſerunt, non propiùs coniuncti ſunt ad me conſolandum; me deſeruerunt in meis malis, ſteteruntque auerſi, ſiue metu, ſiue inhumanitate humanitatis officia erga me non exercuerunt. Arnobius autem & Baſilius per *amicos* intelligunt Angelos, qui eminus ſtent, peccata lugentes. quaſi dicat: Dum Deo charus eſſem, dum pietatem colerem, dum pudicitiam & manſuetudinem profeſſus ſum, aderant

Amici in aduerſis recedentes.

Angeli ſunt amici fideles.

ANNOTATIONES CORDERII.

mihi Angeli propinqui. Ceterùm, dum peccatis me fœdaui, non omnino quidem receſſerunt, ſed eminùs me luxerunt. Auerſantur enim & oderunt peccata; amant verò hominem. Vide quanta ſit vis amoris, quo Angeli nos proſequuntur. Nempe dum in Deum peccamus, adhuc omnino non deſerunt, ſed quaſi de longè reſpicientes, ſaluti noſtræ conſulunt. ita S. Baſilius in hunc locum: *Iſti Angeli ſunt boni, & miniſtri Dei, & ab hominum ſalute gaudium capere aſſueti: ſiquidem ob peccatorum pœnitentiam in cælo gaudium exoritur. Et hi igitur omnes Dauidis amici iuxta peccati ipſius tempus receſſerunt auerſantes; non tamen ipſum penitus relinquebant, verùm eminùs flentes lugebant.*

Dauid & Chriſtus ab amicis perſecutionem paſſi.

13. *Et vim faciebant, qui quærebant animam meam,* &c.] Hæc verba S. Baſilius explicat de illa perſecutione quam Dauid perpeſſus fuit à filio Abſalomo, quando amici eius & proximi (quibus verbis filium ſuum deſignat, & Achitophelem, qui eius erat amicus) contra eum ſteterunt, & conſilio coacto, dolos contra ipſum cogitauerunt. Quoniam autem Dauid expreſſam gerebat Chriſti figuram, S. Chryſoſt. Auguſt. & Gregorius hæc omnia de Chriſto exponunt, quem deſeruerunt amici & diſcipuli, & contra quem Iudæi innumeros dolos meditati ſunt. Quæ cùm in Chriſto videmus, ne miremur, ſi poſt innocentiſſimum nocentes (neque enim vnius tantùm peccati rei) eadem patiamur à fortunatum noſtrarum amicis.

Dauidis & Chriſti inter iniurias ſilentium.

14. *Ego autem tamquam ſurdus non audiebam,* &c.] Dauid hìc muto & ſurdo ſe comparat: cùm vt ſignificet falſis & peruerſis iudicijs ita ſe obrui, vt nullus eſſet iuſtæ defenſioni locus; tum vt ſilentio ſuo Deum potentiùs ad miſerendum ac ſuccurrendum inflecteret. Nam meritum patiendi & tacendi inter conuitia hominum, præſtat fiduciam impetrandi beneficia à Deo. Sic etiam Chriſto Domino nihil familiarius, quàm vt inter iniurias taceret. *Cùm malediceretur, non maledicebat; cùm pateretur, non comminabatur:* quemadmodum S. Petrus oculatus patientiæ ipſius teſtis memoriæ prodidit, & Iſaias vaticinando prædixit: *Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.* Vnde cùm Iudæi in Chriſtum Dominum indignarentur, ipſe quidem, *relictis illis, abijt foras.* Vbi Auctor Operis imperfecti hom. 38. *Malum,* inquit, *hominem, meliùs locum dando poteſt aliquis vincere, quàm reſpondendo: quia malitia non deſtruitur ſermonibus, ſed excitatur. Et ideò Dominus recedendo compeſcere ſtuduit, quos reſpondendo non compeſcuit.* Sic Dauidis & Chriſti Domini exemplo longè conſultiſſimum eſt, obtrectatorum voces ſurdis auribus tranſmittere. Et quamuis ſuſurrones quandoque adrepant, dicantque, Hoc iſte de te in vulgus ſparſit; tu verò tamquam ſurdus non audias. Sermones hos omnes velle refutare, eſt ſeipſum operosè lædere. Ceterùm Dauid ſtatim patientiæ ſuæ rationem reddens, ſubdit:

1. Pet. 2, 23.

Iſaiæ 53, 7.

Matth. 21, 17.

16. *Quoniam in te Domine ſperaui,* &c.] q. d. Propterea tacui inter iniurias, quia ſperaui ex mea patientia prouocandam tuam miſericordiam. Libentiùs enim audis eorum preces, qui ad aliorum iniurias faciliùs obſurdeſcunt & obmuteſcunt. Quare non poſſum, inquit, ego de tuo in me præſidio & fauore dubitare. Hìc in fontem patientiæ ſuæ velut digitum intendit Dauid, cui erat firma in Deum ſpes, quâ ſe ab eo liberatum iri confidebat. Et certè numquam ad lenitatem compoſitus erit hominis animus, nec etiam motus ſuos frænabit, donec in ſpei ſtatione reſidere didicerit. Itaque Paulus non abs re, patientiam ſpei coniungit & conſolationi. Rom. 5. 4.

Impij duri cenſores iuſtorum.

17. *Dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.*] Notiſſimum eſt hoc omnium impiorum ingenium aduerſus iuſtos, in quibus præclariſſima multa facinora prætereuntes, ad quemuis ſiue vlceris, ſiue maculæ, etſi falſum odorem, rabidi proſiliunt. Id quod in ſe experiebatur Dauid. Non expectabant enim donec cecidiſſet, ſed vel ad minimam pedum commotionem prompti inſurgebant. *Tam prompti ſunt* (inquit S. Ambroſ. ad hunc locum) *ad inſultationis ludibria, vt in commotione pedum meorum paratam habuerint magniloquentiam.* Dura eſt conditio iuſtorum apud impios, apud quos nec pedem mouere poſſunt impunè; ſi vel digitum exerant, vehementer vapulant, & calumnias ſuſtinent. Quando enim impius non rigidus cenſor hominis iuſti, etiam de minimis?

Quomodo Dauid ad flagella paratus ſit.

18. *Quoniam ego in flagella paratus ſum.*] S. Hieron. *ad plagas*; Symmachus, *εἰς τὸ σκάζειν παρεσκεύασμαι, ad claudicandum paratus ſum*; Hebraicè eſt צֶלַע *tſelahh*, quod *claudicationem* interpretantur; Chaldaicè לִתְבָרָא *luthbara*, id eſt, *ad contritionem*, ſiue confractionem. Plerique autem, eò quòd dicat *paratus ſum*, intelligunt ipſum ſignificare promptitudinem animi ad ferenda flagella quæuis à Deo immittenda: cui ſenſui conuenire videtur id quod ſequitur in verſu ſeq. *Quoniam iniquitatem meam annuntiabo.* quaſi propter admiſſa peccata dicere voluerit, ſe prompto eſſe animo ad aduerſa tolerand, in punitionem & curationem peccatorum ſuorum. At Hebræa (vt benè notat Ianſenius) magis poſtulant, vt intelligatur Propheta dixiſſe: Paratus ſum propter ordinationem & deſtinationem Dei. vt ſit ſenſus: Ego à te ſum deſtinatus ferendis malis, quomodo & Auguſtinus intelligit. Cui benè conuenit id quod ſequitur: *Et dolor meus in conſpectu meo eſt ſemper.* quo ſignificat, ſe in perpetuis malis ac doloribus verſari. Ceterùm obſcuritatem aliquam parit coniunctio cauſſalis *quia*, vel *quoniam*, in principio quatuor verſuum repetita; eò quòd non ita facilè ſit videre, cuius ſemper cauſſa reddatur. Vnde ſunt qui quibuſdam iſtis locis accipiunt cauſſalem coniunctionem non cauſſaliter, ſed tantùm affirmatiuè poſitam pro *certè*: quæ tamen poteſt etiam omnibus illis locis cauſſaliter accipi in hunc modum. Vt primo loco reddatur cauſſa cur ad opprobrium inimicorum obſurduerit, neque quidquam contradixerit. Secundo reddatur cauſſa, cur ſe ſperet exaudiri, nempe quòd in oratione ſua precatus ſit vt ne permitterentur, qui in aliorum malis lætantur, ſuper ſe gloriari. Tertio reddatur cauſſa ob quam meritò illud precatus ſit contra inimicos ſuos, videlicet, quòd in continuis malis & miſerijs verſaretur. Quarto ſignificetur ſe non deprecari mala, quaſi non agnoſceret ſe ea promeruiſſe, ſed propter inimicos ſuos, ne illi occaſionem habeant gloriandi, quos nullâ ratione læſit. Dauid ergo ſe flagellis offeren-

offerendo, Deum ſibi propitium reddebat. Vnde D. Ambroſ. in hunc locum ſcribens, ab humana miſericordia ſic ad diuinam pulchrè argumentatur: *Si ſeruulum*, inquit, *tuum videas peccata propria confitentem, vltro offerre ſe pœnæ, inflecteris, ignoſcis, de Domini miſeratione diffidis?* q. d. Putáſne te, ad miſerendum proniorem eſſe quàm Deum? Abſit. Si igitur tu videns ſeruum promptum ad patiendum, ſtatim ad miſerendum propendes; quid dubitas, ſi tu Deo tuam ad ferendum patientiam oſtenderis, Deum tibi ſuam ad parcendum miſericordiam oſtenſurum? Et ſtatim à Dauidis exemplo ſimilem nobis promptitudinem ad pœnas, quæ diuinitus immittuntur, libenter ſuſtinendas perſuadet, dicens: *Amicus Dei, Propheta Dei, rex ab ipſo electus Deo, flagellis ſe ſpontaneus offerebat, nec erubeſcebat, & tu erubeſcis?* Quaſi exclamaret: O rem planè indignam, & ruborem verè erubeſcendum!

Nihil ad miſerendum magis reddit, quam humilitas.

19. *Cogitabo pro peccato meo.*] Græcè, *μεριμνήσω*, id eſt *ſolicitus ero*, quomodo vertit S. Hieron. Hebraicè eſt verbum דאג *daag*, quod ſignificat *pauere*, *dolere*, *anxium eſſe*. Cuius verbi ſignificatio hîc obſeruanda contra eos, qui nimiam ſecuritatem inculcant peccatoribus de admiſſis & remiſſis peccatis, omnem abijcientes ſatisfactionis cogitationem ac ſolicitudinem. Cùm tamen Eccleſiaſticus moneat: *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Hinc eruditè Pagninus hunc Pſalmi locum ex Hebræo vertit, *Timebo à peccato meo:* ac ſi in idem recideret, pro peccato cogitare, & à peccato timere. Nempe fieri non poteſt, vt altè quis ſua peccata cogitet, & non timeat, ac pauore totus conſternetur. Omnem timorem peccatores plerique videntur exſpuiſſe; pudore metuque nullo mordentur, quia ſcelera ſua non cogitant, ſed tradunt obliuioni. Contrà viri iuſti ob leues ſuas labeculas adeò timore corripiuntur, quia eas accuratiſſimè expendunt. Cogitant peccata ſua Dei ſerui, & ea ſibi ob oculos ponunt, vt auertat Deus faciem ſuam ab illis. Nam crimina quæ à nobis veluti in dorſum conijciuntur, ante ſuos oculos Deus ſiſtit, vt ſeuerus ſit eorum iudex & vindex: ſi verò iugiter ob oculos nobis obuerſentur, auertit ab illis Deus faciem, delet & obliterat. Quod eleganter docuit S. Auguſt. in Pſal. 50. ad illa verba: *Auerte faciem tuam à peccatis meis. Bene*, inquit, *rogas, vt Deus auertat faciem à peccato tuo, ſi tu inde non auertis faciem; ſi verò tu peccatum tuum in dorſo ponis, Deus tibi faciem ponit.* Qui igitur peccata ſua conſiderare negligit, ante Dei oculos ea ſiſtere videtur, vt ſeuerè diſcutiat & iudicet. Nam cùm nihil indiſcuſſum abire debeat, niſi nos ſcelera noſtra diſcutimus, diuinæ diſcuſſioni ea committere videmur. Meritò igitur Dauid, *Cogitabo*, inquit, *pro peccato meo*, &, vt in Græco eſt, *μεριμνήσω*, quod propriè ſignificat angi, cruciari, curiſque animum ſolicitari ac diuidi; vt indicet Vates, de propitiato peccato ſe non ſine metu & magna ſolicitudine eſſe. Sed quò hæc ſolicitudo & angor iret, optimè aperit B. Auguſt. dum hîc legit, *Curam geram pro peccato meo*; & ſic explicat: *Id eſt de die in diem plangam, & faciam omnia, quæ facienda ſunt ad abluendum & ſanandum peccatum meum.* Quibus verbis abſoluta ſuis numeris pœnitentia indicatur. Siquidem tum diuturnus dolor ac mœror ad delictum abluendum; tum omnimoda cura & ſolicitudo ad ſanandum vulnus (quæ duo vera exigit pœnitentia) ei adſcribuntur.

Pro peccato anxium eſſe oportet.

Eccli. 5, 5.

Qui peccata cogitat, timet.

Iuſti ob leues labeculas timent.

Peccata ob oculos ponenda, vt Deus ab illis faciem auertat.

ANNOTATIONES CORDERII.

20. *Et multiplicati ſunt, qui oderunt me iniquè.*] S. Ambroſ. locum hunc componit cum ver. 5. Pſalmi 68. qui ſic habet: *Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.* Ibi *gratis*, hîc *iniquè* dicit. Cuius rei rationem inueſtigans, obſeruat, Pſalmum hunc ex perſona propria Dauidis; illum verò ex perſona Chriſti recitari. *Vbi*, inquit, *ex perſona Chriſti loquitur, gratis odio habetur; vbi ex ſua, iniquè. Homo enim poteſt vni alicui vulneri non patere, vtpote iniuſtitiæ, intemperantiæ, impudicitiæ; alijs autem vulneribus patet. In Chriſto autem nulla cauſſa eſſe potuit, quâ peccati alicuius potuerit vulnus accipere, immunis à culpa, & integer à delicto, atque immaculatus à vitio.* Ex ſenſu itaque S. Ambroſij, homo quidem iniquè odio habetur; quia etſi illud non fecerit, ob quod inuidiæ patet & carpitur; multa tamen alia commiſit, propter quæ odium & obiurgationem mereatur. Vnus verò Chriſtus eſt, qui nihil prorſus vmquam commiſit, ob quod in hominum inuidiam & odium vocari meritò poſſit. Vnde hic vnus gratis odio habetur; reliqui iniquè, etſi non gratis. Ergo non moleſtè feramus eos qui nobis oblatrant, etſi falſa ſint quæ nobis imponunt, memores alia nos peccaſſe, ob quæ detractionem, odium & ſupplicium iure mereamur.

Pſal. 68, 5.

Homo iniquè, Chriſtus gratis odio habetur.

IN PSALMVM XXXVIII. ARGVMENTVM.

α. Εἰς τὸ τέλος τῷ Ἰδιθοὺμ, ᾠδὴ τῷ Δαβίδ.

1. In finem, ipſi Idithum, Canticum Dauid.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἐκ προσώπου αὐτοῦ εἴρηται τοῦ Δαβίδ, κἂν ἡ ἐπιγραφὴ ἔχῃ τοῦ Ἰδιθούμ. εἰκὸς δὲ τοῦ Ἰδιθοὺμ ἀρχιψάλτην ὄντα δοθῆναι παρὰ τοῦ Δαβὶδ εἰς τὸ ψάλλειν. Εἰς τὸ τέλος δὲ παραπέμπει ἡμᾶς, ἐπειδὴ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τραγῳδεῖ τὴν ἀσθένειαν, καὶ τὸ ταύτης δείκνυσι τέ-

Hic etiam Pſalmus ex perſona ipſius Dauidis pronuntiatus eſt, tametſi titulus Idithum inſcribatur. Veroſimile autem eſt, eum à Dauide datum eſſe Idithum principi cantorũ ad pſallendum. Porrò in finem *nos tranſmittit; quoniam humanæ naturæ fragilitatem deplorat, & huius finem demonſtrat.*

Idithum princeps cantorum.

PARAPHRASIS PATRVM.

monſtrat. Dixit autem hunc Pſalmum, quando eum Saul & Abſalom perſequebantur: in quibus omnibus ipſe longanimiter ſe geßit, diuinam opem expectans.

PARAPHRASIS.

2. DIXI, Cuſtodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea.

Iſtud *Dixi* ponit pro *decreui*, ſeu ſtatui. vult enim dicere: Decreui mecum, non ſolùm opere tenus non delinquere in eum qui me afficit iniuriâ, ſed neque linguâ quidquam ipſi obloqui: quocircà ſubiungit:

Poſui ori meo cuſtodiam.

At quali in occaſione? Hoc enim præcipuum eſt.

Cùm conſiſteret peccator aduerſum me.

3. Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis:

Dauidis erga Saulem manſuetudo. Quando, inquit, Saul maximè inſtabat, mihi omnigenas inſidias ſtruens, atque calumnias ingerens, videbar minimè audire: adeò me ipſum humiliabam, & tacebam, non exigens vindictam. Hoc enim ſibi vult *A bonis*: quoniam iniuriam paſſo, videtur vltio res bona eſſe.

Et dolor meus renouatus eſt.

Equidem, inquit, dum ſilebam, & non vlciſcebar, haud benè ſecundùm animum afficiebar; ſed vt homo perturbabar, & dolebam. vnde ſubdit:

4. Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardeſcet ignis.

Quin etiam incaleſcebam, inquit, quòd nullius mihi mali conſcius eſſem, & aduerſitatum recordatio quaſi flammã quamdam in animo meo ſuſcitabat, nihilominùs ſuſtinebã.

5. Locutus ſum in lingua mea: Notum fac mihi Dñe finem meũ.

Hoc ſolùm, inquit, in tempore illo, quando vlciſci quidem non audebam, ſed propter hoc ipſum dolebam; tunc ſolummodò rogabam Deum, vt mihi notum faceret finem calamitatum mearum, quando ceſſarent.

λος. Εἴρηκε δὲ τὸν ψαλμὸν, ὁπηνίκα παρὰ τοῦ Σαοὺλ ὑπέμενε καὶ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ, ἐν οἷς πᾶσιν αὐτὸς ἐμακροθύμει, τὴν θείαν ἀναμένων ῥοπήν.

β'. ΕΙΠΑ, φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν με ἐν γλώσσῃ μου.

Τὸ εἶπε, ἔκρινα φησί· βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἔκρινα παρ' ἐμαυτῷ οὐ μόνον ἄχρι πράξεως μὴ ἁμαρτάνειν εἰς τὸν ἀδικοῦντά με, ἀλλὰ μηδὲ τῇ γλώσσῃ τί παραφθέγξασθαι κατ' αὐτοῦ· διὰ τοῦτο ἐπιφέρει·

Ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακήν.

Καὶ ἐν ποίῳ καιρῷ; Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μεῖζον.

Ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου.

γ'. Ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν·

Ὅτι μάλιστα, φησὶν, ὁ Σαοὺλ ἐπισυνέστη μοι παντοίας ἐπιβουλὰς ῥάπτων καὶ συκοφαντίας, ἐδόκουν μήτε ἀκούειν· οὕτως ἐταπείνουν ἐμαυτὸν, καὶ ἐσίγων, ἀμύνασθαι οὐ προαιρούμενος. Τοῦτο γὰρ λέγει, ἐξ ἀγαθῶν· ἐπείπερ τῷ ἀδικουμένῳ ἡ ἄμυνα δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι πρᾶγμα.

Καὶ τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη.

Καίτοιγε, φησὶ, σιωπῶν, καὶ μὴ ἀμυνόμενος, οὐκ εὖ ἔπασχον κατὰ διάνοιαν· ἀλλ' οἷα ἄνθρωπος ἐταραττόμην, καὶ ἤλγουν· ὅθεν ἐπιφέρει·

δ'. Ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου· καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ.

Ἀλλὰ καὶ ἐθερμαινόμην, φησὶν, ἀπὸ τοῦ μηδὲν συνειδέναι ἐμαυτῷ ἄδικον· καὶ ἡ μνήμη τῶν ἐναντιωμάτων ἐξῆπτέ μοι τὰ κατὰ διάνοιαν οἷον φλόγα, καὶ ὅμως ἐκαρτέρουν.

ε'. Ἐλάλησα ἐν γλώσσῃ μου, γνώρισόν μοι κύριε τὸ πέρας μου.

Τοῦτο μόνον, φησὶν, ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὅτι ἀμύνασθαι μὲν οὐκ ἐτόλμων, ἤλγουν δὲ δι' αὐτὸ τοῦτο, τότε μόνον παρεκάλουν τὸν θεὸν γνωρισθῆναί μοι τὸ πέρας τῶν συμφορῶν μου, πότε παύσονται.

Καὶ

Καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν μου τίς ἐστιν, ἵνα γνῶ τί ὑστερῶ ἐγώ.

Καὶ πόσος ὁ χρόνος ὃν ἐπιζήσομαι, φησιν, ἵνα συλλογισάμενος πόσον μὲν χρόνον πάσχω, πότε δὲ ἀπαλλαγήσομαι, κτήσωμαί τινα χρηστὴν ἐλπίδα, ὡς περιλειπομένης μοί τινος ἀνέσεως ἐν τῇ ζωῇ μου· ὅθεν ἀκολούθως ἐπήγαγεν·

ς. Ἰδοὺ παλαιστὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου.

Οὐδὲ γάρ, φησιν, ἄμετρόν μοι χρόνον ὥρισας ζωῆς, ἀλλὰ περιέγραψας αὐτὸν τινὶ μέτρῳ, ὥσπερ οἶδας αὐτός. Ἐγὼ δέ, φησιν, ἐκεῖνο μόνον οἶδα, ὅτι ὅσον ἂν ᾖ τὸ μέτρον τῆς ζωῆς μου ὅπερ ὥρισας, τοῦτο οὐδέν ἐστιν ἐν συγκρίσει τοῦ ἀεὶ ὄντος σοῦ· ὅθεν ἐπιφέρει·

Καὶ ἡ ὑπόστασίς μου ὡσεὶ οὐθὲν ἐνώπιόν σου.

Καὶ τί, φησι, λέγω ὅτι ἡ ζωή μου οὐδέν ἐστι;

Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἀλλ' οὐδὲ πάντα ὁμοῦ συνελθόντα, φησί, οὐδὲ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, εἰ μετρηθείη πρὸς τὸ ζῆν, οἷον, ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τοῦ ἐσχάτου ἀνθρώπου, οὐδὲ τοῦτο τὸ μέτρον οὐδέν ἐστι πρὸς τὸ μέτρον τῆς σῆς ζωῆς.

ζ. Μέντοιγε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος.

Εἰκόνος γὰρ οὐδὲν διαφέρει τῷ χρόνῳ καταρριπτομένης.

Πλὴν μάτην ταράσσεται.

Θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά.

Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, φησιν, ὅτι περὶ συλλογὴν χρημάτων κατατριβόμενος, οὐδὲ τὸν κληρονόμον οἶδεν, οὐδὲ τίς αὐτὰ διαδέξεται, ἐπίσταται· ὥστε ταλαιπωρίαν μὲν καὶ συντριβὴν αὐτοῦ τοῦ συνάγοντος, τὸ δὲ κέρδος ἑτέρου, ὅπερ οὐδὲ ἐπίσταται.

η. Καὶ νῦν τίς ἡ ὑπομονή μου; οὐχὶ κύριος; καὶ ἡ ὑπόστασίς μου παρὰ σοῦ ἐστιν.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἀλλ' ἐγώ, φησί, καὶ αὐτοῦ τοῦ εἶναι, καὶ αὐτοῦ τοῦ ὑπάρχειν σε ἐπίσταμαι αἴτιον, καὶ ὑπομένω

Et numerum dierum meorum, quis eſt: vt ſciam quid deſit mihi. *PARAPHRASIS PATRVM.*

Et quanto tempore, inquit, ſuperuictu- rus ſim; vt computando quanto quidem tempore patior, quando verò liberandus ſim, ſpem bonam aliquam concipiam, in hac vita mihi quietis adhuc aliquid reſiduum futurum. vnde conſequenter ſubiunxit:

6. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos.

Neq; enim, inquit, immenſum mihi vitæ tẽpus ſtatuiſti; ſed ipſum mẽſurâ quadã circumſcripſiſti, vti ipſe noſti. Ego autem, inquit, hoc ſolùm ſcio, quòd quãtacumq; tandẽ ſit menſura vitæ meæ quam ſtatuiſti, nihil tamen ſit cum æternitate tua cõparata: vnde ſubiungit: *Dies vitæ noſtræ apud Deum menſurati.*

Et ſubſtantia mea tamquam nihilum ante te.

Et quid, inquit, dico vitam meam nihil eſſe?

Verumtamen vniuerſa vanitas, omnis homo viuens.

DIAPSALMA.

Sed neque omnia, inquit, ſimul collecta, neque vniuerſa hominum natura, ſi quo ad vitam commenſuretur, v. g. ab Adam vſque ad vltimum hominem, omne ſpatium illud nihil eſt, ad vitam tuam. *Vita mortalis nil ad æternitatem.*

7. Verumtamen in imagine pertranſit homo.

Nihil enim differt ab imagine quæ tempore obſoleſcit.

Sed & fruſtrà conturbatur.

Theſaurizat, & neſcit cui congregabit ea.

Et quod peius eſt, inquit, in diuitijs colligendis fractus, nec heredem quidem nouit, neque ſcit quis illas accepturus ſit; ita vt miſeria quidem & conquaſſatio ſint ipſius qui colligit, lucrum verò alterius quem non nouit. *Diuitias congregantes, neſciũt cui eas relicturi ſint.*

8. Et nunc quæ eſt expectatio mea? Nónne Dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt.

DIAPSALMA.

Verùm ego, inquit, ipſius etiã eſſentiæ atque exiſtentiæ te auctorem agnoſco, & expecto à te

PARAPHRASIS PATRVM. à te auxilium, haud amplius ceteris hominibus quo ad talia abſurda deſideria commixtus.

9. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.

Ipſe enim ſolus potes hoc efficere.

Opprobriũ inſipienti dediſti me.

Inſinuat Saülem & ſocios eius. Sed ipſi quidem, inquit, hoc modo me contumelijs affecerunt, & minis. Ego autem quid?

10. Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti.

Ego autem, inquit, cùm ſcirem hæc mihi permiſſione tuâ euenire, magis perſeuerabam, ſciens inde auxilium fore, vnde eſt occaſio patiendi.

11. Amoue à me plagas tuas.

12. A fortitudine manus tuæ ego defeci.

Idcircò, inquit, à te peto etiam malorum liberationem, à quo mihi conceditur vt patiar.

In increpationibus, propter iniquitatem corripuiſti hominem.

Deus flagellat ad emendationem. Etenim, inquit, ſcio omne flagellum tuum ad correctionem & emendationem hominis exiſtere. Non enim tamquam homines negligens, permittis illos pati, ſed tamquam animas eorum emendare volens. Vnde ſubdit:

Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius:

Sic enim, inquit, ipſam attenuas & emundas à peccatis per flagella.

Verumtamen vanè conturbatur omnis homo.

DIAPSALMA.

Sed hoc non ſcientes, inquit, quotquot inſipientes ſunt, quòd permiſſionis iſtius cauſſam ignorent, inquietantur ac conturbantur.

13. Exaudi orationem meam, Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas, ne ſileas.

τὴν παρά σου βοήθειαν, ἔτι οὐ συμφυρόμενος τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις κατὰ τὰς τοιαύτας ἀτόπους ἐπιθυμίας.

θ΄. Ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν μου ῥῦσαί με.

Αὐτὸς γὰρ μόνος δύνασαι τοῦτο ποιῆσαι.

Ὄνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με.

Αἰνίττεται τὸν Σαοὺλ καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μέν, φησίν, οὕτως ὠνείδιζον, καὶ ἠπείλουν. ἐγὼ δὲ τί;

ι΄. Ἐκωφώθην, καὶ οὐκ ἤνοιξα τὸ στόμα μου, ὅτι σὺ ἐποίησας.

Ἐγὼ δέ, φησίν, ἐπιστάμενος ὅτι κατὰ συγχώρησιν τὴν σὴν ταῦτά μοι συμβαίνει, πλέον περιέμενον, εἰδὼς ἐκεῖθεν τὴν βοήθειαν, ὅθεν καὶ τὸ ἐνδόσιμον τοῦ παθεῖν.

ια΄. Ἀπόστησον ἀπ᾽ ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου.

ιβ΄. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος τῆς χειρός σου ἐγὼ ἐξέλιπον.

Διὰ τοῦτο, φησί, παρά σου αἰτῶ καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν χαλεπῶν, παρ᾽ οὗ καὶ τὸ πάσχειν ἐν συγχωρήσει μοι ἐστίν.

Ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας ἐπαίδευσας ἄνθρωπον.

Καὶ τοίγε, φησίν, ἐπίσταμαι, ὅτι πᾶσά σου μάστιξ ἐπὶ παιδείᾳ καὶ βελτιώσει γίνεται ἀνθρώπου. Οὐ γὰρ ὡς ἀμελῶν τῶν ἀνθρώπων συγχωρεῖς αὐτοῖς πάσχειν, ἀλλ᾽ ὡς βελτιῶσαι τὰς ψυχὰς αὐτῶν προῃρημένος. ὅθεν ἐπιφέρει·

Καὶ ἐξέτηξας ὡς ἀράχνην τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.

Οὕτω γάρ, φησίν, αὐτὴν λεπτύνεις καὶ ἐκκαθαίρεις τῶν ἁμαρτημάτων διὰ τῶν μαστίγων.

Πλὴν μάτην ταράσσεται πᾶς ἄνθρωπος.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἀλλ᾽ οἱ μὴ τοῦτο ἐπιστάμενοι, φησίν, ὅσοι τῶν ἀφρόνων εἰσί, τὴν αἰτίαν τῆς συγχωρήσεως οὐκ εἰδότες, θορυβοῦνται καὶ ταράσσονται.

ιγ΄. Εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου κύριε, καὶ τῆς δεήσεώς μου, ἐνώτισαι τῶν δακρύων μου, μὴ παρασιωπήσῃς.

Ἵνα

Ἱκετεύω σε, φησὶ, δέσποτα, εἰσάκουσον ποτνιωμένου, καὶ μετὰ δακρύων ἀντιβολοῦντος.

Ὅτι πάροικος ἐγώ εἰμι παρὰ σοὶ, καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου.

Οὐδὲ γὰρ κτητικὴν τὴν γῆν, ἀλλὰ παροικῶ, καὶ τοῖς πατράσι παραπλησίως, ὀλίγον βιώσας χρόνον, τὸν θάνατον δέξομαι.

ιδ´. Ἄνες μοι, ἵνα ἀναψύξω πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ ὑπάρξω.

Μικρᾶς τοίνυν ἀνακωχῆς μοι μεταδὸς, ἵν' ὀλίγας ἡμέρας δίχα ὀδύνης βιώσω, πρὶν τόνδε τὸν βίον ὑπεξελθεῖν, ἐξελθὼν γὰρ οὐκ ἀναστρέψω.

Tibi, inquit, Domine ſupplico, exaudi me obſecrantem, & cum lacrymis deprecantem. PARAPHRASIS PATRVM.

Quoniam aduena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei.

Non enim habito terram vt propriam, ſed tamquã peregrinus incolo, & vt omnes patres mei, vbi parum temporis vixero, mortẽ obibo. *Omnes ſumus peregrini ſuper terram.*

14. Remitte mihi, vt refrigerer priuſquam abeam, & amplius non ero.

Igitur modicas inducias imperti, vt paucos dies ſine dolore tranſigam, priuſquam è vita hac egrediar: egreſſus enim non reuertar.

COMMENTARIVS.

β´. Εἶπα φυλάξω τὰς ὁδούς μου.] Ἔκρινα, φησὶ, παρ' ἐμαυτοῦ, οὐ μόνον ἄχρι πράξεως μὴ ἁμαρτάνειν εἰς τὸν ἀδικοῦντά με, ἀλλὰ μηδὲ τῇ γλώττῃ παραφθέγξασθαι κατ' αὐτοῦ, ἐπείπερ ἡ λοιδορία προοίμιον γίνεται κακοποιΐας. καὶ χρὴ οὖν ὃν οὐ βούλεταί τις κακοποιεῖν, τοῦτον οὐδὲ κακολογεῖν. Διὸ ἐπιφέρει· Ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακήν. μάλιστα, φησὶ, τούτῳ τὴν πλείονα φυλακὴν ἐπετίθουν, εἰδὼς τοῦτο πρὸς τὴν πρᾶξιν εὐκολώτερον, καὶ εὐόλισθον τὸ μέρος, καὶ γὰρ σχεδὸν πάσης ἁμαρτίας ἀρχὴ διὰ λόγου γίνεται. ὁ Ἀκύλας, ἄλαλος ἐγενόμην· ὁ Σύμμαχος, ἐθέμην φύλαξιν τὸ στόμα μου. καὶ ἐν ποίῳ καιρῷ τοῦτο ἐποίει; τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μεῖζον.

Ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου.] Ἁμαρτωλὸν δὲ νῦν καλεῖ, τὸν ἀδικεῖν ἐπιχειροῦντα, σὺν οὐδενὶ λόγῳ δικαίῳ, ὡς τὸν Σεμεεὶ, ἢ τὸν Σαούλ. Ἐν συγκρίσει γὰρ αὐτοῦ τοῦ κρίναντος μὴ ἀδικεῖν, ἁμαρτωλὸς ἦν ὁ ἄνευ αἰτίας πειρώμενος ἀδικεῖν. Ὅτε οὖν μάλιστα, φησὶ, ἐπετίθετο, τότε ἐσίγων, ἀμύνασθαι οὐ προαιρούμενος. Τοῦτο γὰρ λέγει, ἐξ ἀγαθῶν, ἐπείπερ τῷ ἀδικουμένῳ ἡ ἄμυνα δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι. ἢ ὅτι συστάντος μοι τοῦ ἁμαρτωλοῦ, κωφωθεὶς πρὸς τοὺς λόγους, ἐσίγησα ἀφ' ὧν ἠρξάμην λέγειν ἀγαθῶν. Ἢ ἐξ ἀγαθῶν δογμάτων, ἐπεὶ οὐ δεῖ ἀποκρίνασθαι πρὸς

2. Dixi, Cvstodiam vias meas.] Decreui, inquit, mecum, non ſolùm opere tenus non peccare in eum qui me afficit iniuriâ, ſed ne linguâ quidem obloqui ipſi; eò quòd conuitium ſit initium prauæ operationis. Cui ergo aliquis non vult malè facere, huic neque dicendum eſt malè. Quare ſubiungit: *Poſui ori meo cuſtodiam.* Maximè, inquit, huic cuſtodiam maiorem adhibui, ſciens hoc ad actum procliuius, & lubricum membrum exiſtere: ſiquidem omnis ferè peccati initium eſt à lingua. Aquila, *Mutus factus ſum*; Symmachus, *Poſui cuſtodiam os meum*. Et quo tempore hoc faciebam? Hoc enim eſt potiſſimum. *Conuitium eſt maleficentiæ initium.* *Os maximè cuſtodiendum.*

Cvm consisteret peccator adversvm me.] *Peccatorem* autem nunc vocat eum, qui iniuriam inferre conatur, ſine vlla iuſta ratione, vt Semei, vel Saul. Nam reſpectu eius, qui nullum lædere decreuerat, peccator erat quiſquis ſine cauſſa lædere nitebatur. Quando igitur, inquit, maximè inſtabat, tunc ſilebam, nolens me vlciſci. Hoc enim ait *à bonis:* quoniam læſo videtur bona eſſe vltio. Vel, quia circumſtabat me peccator, mutus ad eius verba effectus, ſilebam à bonis quæ narrare inceperam. Vel à bonis dogmatibus, quia non oportet reſpondere ad verba *Silentium ſeruandum in iniurijs.*

verba

COMMENTARIVS PATRVM.

verba litigioſa. Vel hoc modeſtè dixit, pro malis. Vel, quòd non eſſem in ſtatu bono, ſecundùm Symmachum, neque haberem libertatem, memineram dicentis: Peccaſti, quieſce. Vel ſilui, ne dolor quem ſentiebam, cùm à peccatis liberabar, innouaretur propter conuitia. Vel, cùm conſiſteret peccator, ab ipſo conuitijs impetitus, memineram peccati quod patraueram; quoniam propter hoc conuicijs laceror. Vel; ac ſi dicat: Licet non vlciſcerer, ſed ſilerem, haud tamen animo eram benè conſtituto; ſed tamquam homo conturbabar & dolebam.

Ira cohibenda ſanctis cogitationibus.

4. CONCALVIT COR MEVM.] Cùm iraſcentibus præcordia accendi ſoleant à ſanguine ebulliente: *Concaluit*, inquit, *cor meum*, quòd nullius mihi conſcius ſim iniquitatis. Et recordatio aduerſitatum inſtar flammæ accenſa eſt in mente meâ, attamen ſuſtinui. Rectè autem dixit id quod in igne accidere ſolet: calor enim ignem antecedit. Primùm igitur concaluit, deinde exarſit. Pro eo autem quod legitur, *In meditatione mea exardeſcet ignis*; alius legit, *Inter recolligendum me accendebar igne*, id eſt, dum virtutem meditabar. Manifeſtum eſt autem, quòd propter malorum tolerantiam in viſceribus meis accenſus ſit ignis; nam triſtitiæ etiam ſanctorum animos adurunt; ſed nihil demum ex furore iráve perficiunt. Et hoc eſt, *Iraſcimini, & nolite peccare:* nam omnino iracundiâ non affici, ſupra vires noſtras eſt, & fortè non in noſtra poteſtate; ſed illam bonis cogitationibus velare poſſe, ſanctorum eſt.

Pſal. 4, 5.

5. LOCVTVS SVM IN LINGVA MEA.] *In lingua mea*, id eſt clàm & ſuſurrando, & non ad multos efferendo. Quid porrò erat quod loquebatur? Tempore, inquit, illo quo contriſtabar, hoc ſolum deprecabar, vt notum mihi faceres finem calamitatum, & quando quieturus ſim, ac quanto tempore ſuperuicturus, vt dum ſupputo, quãto quidem tempore patior, quando verò liberandus ſim, aliqua ſpe bonâ fruar, fore vt mihi ſuperſit in vita mea reſiduũ aliquid quietis. Vel ſic diſcere deſidero, qualẽ poſt illa quæ mihi accidunt finem adepturus ſim. Cùm autem temporaneâ vitâ hac prægrauaretur, hæc dixit, longiſſimam illam putans propter moleſtiam, quamobrem tempus

Vita noſtra breuis.

ἐρεθίζοντας λόγους. Ἢ δυσφήμως εἶπεν, ἀντὶ τοῦ κακῶς. Ἢ μὴ ὢν ἐν ἀγαθῷ, κατὰ Σύμμαχον, μηδὲ παῤῥησίαν ἔχων, ἐμεμνήμην τοῦ λέγοντος· Ἥμαρτες, ἡσύχασον. Ἢ ἐσίγησα, ὅπως μὴ τὸ ἄλγημα, ὃ ἐξ αἰσθήσεως εἶχον, ἡνίκα τῶν ἁμαρτημάτων ἀπηλλαττόμην, ἀνακαινίσῃ δι' ὧν ὠνείδισεν. Ἤ, ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν, λοιδορούμενος ὑπ' αὐτοῦ, τῆς τολμηθείσης ἁμαρτίας ἦλθον εἰς μνήμην, ὅτι ταύτης ἕνεκα λοιδοροῦμαι. Ἢ ἀντὶ τοῦ, καίτοι φησὶ μὴ ἀμυνόμενος, ἀλλὰ σιγῶν, οὐκ εὖ ἔπασχον κατὰ διάνοιαν· ἀλλ' οἷα ἄνθρωπος ἐταραττόμην καὶ ἤλγουν.

δ'. ΕΘΕΡΜΑΝΘΗ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ.] Ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ὀργιζομένοις ἀνάπτεσθαι τὰ περικάρδια αὐτοῖς αἵματος περιζέοντος, ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου, φησὶν, ἀπὸ τοῦ μηδὲν ἑαυτῷ ἄδικον συνειδέναι. καὶ ἡ μνήμη τῶν ἐναντιωμάτων, ἐξῆψέ μοι κατὰ διάνοιαν, οἷον φλόγα, καὶ ὅμως ἐκαρτέρουν. Ἀκολούθως δὲ εἴρηκε τὸ ἐπὶ τοῦ πυρὸς συμβαῖνον· προηγεῖται γὰρ τοῦ πυρὸς ἡ θέρμη. Πρῶτον οὖν ἐθερμάνθη, εἶτα ἐξήφθη. Ἀντὶ δὲ τοῦ, Ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ· ἕτερος, ἐν τῷ ἀναπολεῖν με ἀνεφλεγόμην πυρί. ἢ ἀντὶ τοῦ, μελετῶντι τὴν ἀρετήν. Δῆλον δὲ ὅτι διὰ τὴν ἀνεξικακίαν, ἐν τοῖς ἐμοῖς σπλάγχνοις ἐξεκαύθη πῦρ. καταφλέγουσι γὰρ αἱ λῦπαι καὶ τὰς τῶν ἁγίων ψυχάς· ἀλλ' οὐκ εἰς πέρας ἄγεταί τι τῶν ἐκ θυμοῦ καὶ ὀργῆς. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ· Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· τὸ μὲν γὰρ μηδ' ὅλως δέξασθαι τὴν ὀργὴν, κρεῖττον ἢ καθ' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῶν τάχα· τὸ δὲ ἀνακαλύπτειν δύνασθαι τοῖς εἰς τὸ ἄμεινον λογισμοῖς, ἐφικτὸν τοῖς ἁγίοις.

έ. ΕΛΑΛΗΣΑ ΕΝ ΓΛΩΣΣΗ ΜΟΥ.] Τὸ ἐν γλώσσῃ μου, ἀντὶ τοῦ ἠρέμα, καὶ ψιθυρίζων, καὶ μὴ εἰς πολλοὺς ἐκφέρων. Τί δὲ τοῦτο ἦν ὃ ἐλάλει; Ἐν τῷ καιρῷ, φησὶν, ὅτε ἤλγουν τοῦτο μόνον παρεκάλουν, γνωρισθῆναί μοι τὸ πέρας τῶν συμφορῶν, πότε παύσομαι, καὶ πόσος ὁ χρόνος ὃν ἐπιζήσω, ἵνα συλλογισάμενος, πόσον μὲν χρόνον πάσχω, πότε δὲ ἀπαλλαγήσομαι· κτήσωμαί τινα χρηστὴν ἐλπίδα, ὡς περιλειπομένης μοί τινος ἀνέσεως ἐν τῇ ζωῇ μου. Ἢ οὕτω μαθεῖν ἀξιῶ, τί τὸ πέρας ἔσται μετὰ τὰ συμβεβηκότα μοι, ποίου τέλους τεύξομαι. Βαρούμενος δὲ τὴν πρόσκαιρον ζωὴν, ταῦτα ἔλεγε, μακροτάτην αὐτὴν ἡγούμενος διὰ τὸ ἐπαχθὲς, διὸ γνωρισθῆναι αὐτῷ

COMMENTARIVS PATRVM.

αὐτοῦ τὸν τῆς ἀπαλλαγῆς καιρὸν ἐπόθει. Παλαιστὰς δὲ λέγει τὰς ἡμέρας αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ βραχείας· μεμετρημένας· μέτρον γὰρ ὁ παλαιστής. αἰτήσας γὰρ γνωσθῆναι αὐτῷ τὸ ὑπόλοιπον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ πέρας τῶν συμφορῶν, ἀκολούθως ἐπήγαγε τὸ, παλαιστάς· ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ γὰρ ἀμέτρητόν μοι τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ὥρισας, ἀλλὰ περιέγραψας αὐτὸν μέτρῳ. Οἷον δ' ἂν ᾖ τοῦτο, τὸ τῆς ζωῆς μου μέτρον, οὐδέν ἐστιν ἐν συγκρίσει σοῦ τοῦ ἀεὶ ὄντος. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἐκδέδωκεν, ἰδοὺ σπιθαμιαίας δέδωκας τὰς ἡμέρας μου, καὶ ἡ βίωσίς μου, ὡς οὐδὲν ἀντικρύς σου. Διὰ τούτου δὲ τὸ ὀλιγοχρόνιον παρεδήλωσε τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς. Ἢ παλαιστάς, ἀντὶ τοῦ, μετὰ πάλης, καὶ πόνου, καὶ ἀγωνίας. Ἀντὶ δὲ τοῦ ὑπόστασις, ὁ Σύμμαχος, ὁ βίος μου. Ὁ γὰρ ἀνθρώπινος βίος οὐδέν ἐστι πρὸς τὴν θείαν ἀϊδιότητα. Καὶ τί λέγω, φησὶν, ὅτι ἡ ζωή μου οὐδέν ἐστι; Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης· ἀντὶ τοῦ, πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, τῇ θείᾳ παραμετρουμένη, οὐδέν ἐστι. Πάντα γὰρ τὰ ἐν ἀνθρώποις μάταια πρὸς τὰ μέλλοντα, καὶ πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. Ματαιότης μὲν ζῶα, φυτὰ, καὶ τὰ παραπλήσια· μόνος δὲ ὁ ἄνθρωπος ζῶν ἐστι παρὰ ταῦτα, μετέχων ἀθανάτου ζωῆς.

ζ΄. ΜΕΝΤΟΙΓΕ ΕΝ ΕΙΚΟΝΙ.] Τὸ μέντοιγε τρεῖς εἰσὶ σύνδεσμοι· κεῖται δὲ ἀντὶ τοῦ βεβαίως, ἀληθῶς· οἱ δὲ παρέλκειν εἶπον, ὡς καὶ τὸ πλήν. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι πᾶς ὁ μόχθος τοῦ ἀνθρώπου, οὐ περὶ τῆς ὄντως, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐν εἰκόνι ζωῆς. Ἀκύλας, Πᾶς ἄνθρωπος ἐστηλωμένος· Σύμμαχος, Πᾶς ἄνθρωπος ἑστώς. Ἢ ὅτι τῶν ἐν εἰκόνι γεγραμμένων, πλέον οὐδὲν διαφέρει ὁ ἄνθρωπος ὁ ζῶν. καὶ τούτων γὰρ κἀκείνων ἡ φύσις, ὑπορρεῖ, καὶ ἀπανθεῖ ὡς τὰ χρώματα. Καὶ ὅμως κυκᾷ, φησι, τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω, ὑπὲρ πλούτου, καὶ δόξης, καὶ δυναστείας.

η΄. ΚΑΙ ΝΥΝ ΤΙΣ ΥΠΟΜΟΝΗ ΜΟΥ;] Ἀντὶ τοῦ ἐλπίς μου. λέγει γὰρ καὶ ἡ ὑπόστασίς μου παρὰ σοῦ ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, παρὰ σοῦ ἔχω τὸ εἶναι, τεύξομαι καὶ τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας. Διὸ ἐπιφέρει, ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν μου ῥῦσαί με. αὐτὸς γὰρ μόνος δύνασαι τοῦτο ποιῆσαι. ἀπαλλάξαι με τῶν ἐν αἷς εἰμι συμφορῶν.

θ΄. ΟΝΕΙΔΟΣ ΑΦΡΟΝΙ ΕΔΩΚΑΣ ΜΟΙ.] Ἀναλαμβάνει τὰ ἐν προοιμίοις. Ἄφρονα δὲ καλεῖ τὸν μεγάλα ἀπειλοῦντα, καὶ

liberationis eius ſibi notum fieri deſiderabat. *Menſurabiles* igitur vocat *dies* eius, id eſt breues, menſuratos: παλαιστὴς enim eſt menſura. Nam cùm vitę reſiduum finemque calamitatum ſibi notum fieri poſtulaſſet, conſequenter ſubiunxit illud, *menſurabiles* ac ſi dicat: Neque enim immenſum mihi tempus vitæ definiuiſti, ſed menſura quadam illud circumſcripſiſti. Qualiſcumque autem fuerit menſura vitæ meæ, nihil eſt comparatione tui, qui ſemper es. Symmachus autem legit hoc modo, *Ecce palmares dediſti dies meos; & vita mea tamquam nihilum ante te.* Per hoc autem declarauit humanæ vitæ breuitatem. Vel παλαιστάς, id eſt, cum lucta, & labore, & agone. Ceterùm pro *ſubſtantia*, Symmachus habet *vita mea.* Humana enim vita nihil eſt ad diuinam æternitatem. Et quid dico, inquit, quòd vita mea nihil ſit? *Verumtamen vniuerſa vanitas.* Id eſt vniuerſa hominum natura, diuinæ comparata, nihil eſt. Omnia enim humana vana ſunt reſpectu futurorum, & omnis homo viuens. Vanitas quidem ſunt, animalia, plantæ, & ſimilia: ſolus autem homo viuens eſt præ iſtis particeps vitæ immortalis.

Præſentia vana ſunt reſpectu æternitatis.

7. VERVMTAMEN IN IMAGINE.] Vox μέντοιγε triplex eſt coniunctio; ponitur autem pro *certè, verè.* Alij dixerunt redundare, ſicut & πλὴν. Vult autem dicere, quòd omnis labor homini non ſit de vera, ſed de imaginaria vita. Aquila, *Omnis homo erectus*; Symmachus, *Omnis homo ſtans.* Siue quòd ab in imagine pictis nihil differat homo viuens: nam tam horum quàm illorum natura fluxa eſt, & colorum inſtar defloreſcit. Nihilominùs, inquit, mouent omnia ſurſum & deorſum propter diuitias, & honores, ac principatus.

Homo in imagine tranſit.

8. ET NVNC QVÆ EST EXPECTATIO MEA?] Id eſt ſpes mea. *Etenim*, inquit, *ſubſtantia mea apud te eſt*, id eſt, à te habeo quòd ſim; conſequar igitur etiam auxilium tuum. Quare ſubiungit, *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.* Tu enim ſolus potes hoc facere; libera me à calamitatibus in quibus verſor.

A ſolo Deo ſalus noſtra.

9. OPPROBRIVM INSIPIENTI DEDISTI ME.] Reperit ea quæ dicta erant in proœmio. *Inſipientē* autē vocat eum qui magna minabatur, neque

COMMENTARIVS PATRVM.

Suſtinenda inſipientia peccatoris, donec Deo videbitur.

neque humanæ naturæ conditionem attendebat. Innuit autem Saulem ac Semei. Te enim, inquit, volente, ille mihi inſultauit. Attamen illi quidem, inquit, talia minitabantur & exprobrabant. Ego verò quid? *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti*; id eſt, Ipſe me plaſmaſti, &, tamquam creator, inſitam naturæ imbecillitatem exploratam habes. Vel ſic: Ego, inquit, cùm noſſem hęc mihi permiſſu tuo euenire, magis ſuſtinebam; quòd ſcirem inde mihi auxilium adfuturum, vnde erat occaſio plagæ. Idcircò à te peto, vt plagæ tuæ à me amoueantur: ſiue poſtulo moleſtijs liberari ab eo, cuius permiſſu mihi accidit iſta pati. Symmachus, *opprobrium inſipienti ne ſtatueris me*; Aquila, *ne poſueris me*. Plagas autem intelligit tam quæ extrinſecùs per tentationes, quàm quæ intrinſecùs incumbebant. Nam ſupra modum triſtitiâ affectus conſpicitur, vti & Apoſtolus. Ne autem nimiâ triſtitiâ abſorbeatur anima peccatrix, incraſſatur & carnalis efficitur. Quocircà ſcriptum eſt: *Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & non ſuſtinebit.* Virtus autem attenuat, vt in Ezechiele, liqueſactæ ſunt carnes coctæ in lebete, vtique immiſſæ in illum.

Matth. 13, 15.

Ezech. 11, 3.

12. In increpationibvs propter iniqvitatem corripvisti hominem.] Etenim, inquit, ſcio flagellum omne tuum tendere ad correctionem & emendationem. Sic enim attenuas & maceras mundando à peccatis animam, & delicta increpando, vt telæ araneæ ſubtilitate aſſimiletur. Beatum autem eſt, à conſcientia compungi propter peccata. Sed qui hoc, inquit, non intelligunt, ſiue qui neſciunt hoc ad vtilitatem eorum permitti, vanè conturbantur ac percelluntur.

Deus permittit mala ob bonum noſtrum.

13. Exavdi orationem meam.] Verùm ego, inquit, cùm huius rei cauſſam nouerim, rogo vt diſciplina viribus meis attemperata adhibeatur, ne pœnarum exceſſus ſubſtantiæ meæ fiat abolitio, & non correctio ad emendationem. Deinde etiam cauſſam ediſſerit: *Quoniam aduena ego ſum.* Non enim, inquit, perennis eſt vita mea, vt tanto ſupplicio par ſim: ſed cùm vitam habeam menſuratam, correctione menſuratâ opus habeo. Quare ſubiungit:

ὡς στοχαζόμενον τῆς ἀνθρωπείας φύσεως. αἰνίττεται δὲ τὸν Σαοὺλ καὶ τὸν Σεμεΐ. Σοῦ γάρ, φησι, θελήσαντος πεπαρῴνηκεν ἐκεῖνος εἰς ἐμέ. ἀλλ' ἐκεῖνοι μέν, φησί, ἠπείλουν καὶ ὠνείδιζον. Ἐγὼ δὲ τί; Ἐκωφώθην, καὶ οὐκ ἤνοιξα τὸ στόμα μου, ὅτι σὺ ἐποίησας, τουτέστιν, Αὐτός με ἔπλασας, καὶ ὡς δημιουργὸς τὴν ἐνοῦσαν ἀσθένειαν τῇ φύσει ἐπίστασαι. Ἢ οὕτως· Ἐγώ, φησιν, ἐπιστάμενος, ὅτι καὶ συγχωρήσει σου ταῦτά μοι συμβαίνει, πλέον ὑπέμενον, εἰδὼς ἐκεῖθεν τὴν βοήθειαν ἔσεσθαι, ὅθεν καὶ τὸ τῆς πληγῆς ἐνδόσιμον. Διὰ τοῦτο παρὰ σοῦ αἰτῶ, ἀποστῆναι ἀπ' ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου· ἤτοι αἰτῶ ἀπαλλαγὴν τῶν χαλεπῶν παρ' οὗ καὶ τὸ πάσχειν συνεχωρήθη μοι. ὁ Σύμμαχος, ὄνειδος ἄφρονι μὴ τάξῃς με· ὁ Ἀκύλας, μὴ θῇς με. Μάστιγας δὲ τάς τε ἔξωθεν ἐπικειμένας διὰ τῶν πειρασμῶν, καὶ τὰς ἔνδοθεν. Τὸ γὰρ ὑπὲρ μέτρον λυπεῖσθαι ὑφορᾶται, ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος. Μήπως δὲ τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ἡ ἁμαρτάνουσα ψυχή, παχύνεται καὶ σαρκοῦται. διὸ γέγραπται· Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ οὐ μὴ καταμείνῃ. ἡ ἀρετὴ δὲ λεπτύνει, ὡς ἐν Ἰεζεκιήλ, ἐξετάκη τὰ κρέα, ἐξήψηται τὰ ἐν τῷ λέβητι, δῆλον ὅτι ἐμβληθέντα.

ιβ΄. Ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας ἐπαίδευσας ἄνθρωπον.] Καίτοι, φησίν, ἐπίσταμαι ὅτι πᾶσα σου μάστιξ ἐπὶ παιδείᾳ γίνεται καὶ βελτιώσει. Οὕτω γὰρ λεπτύνεις καὶ τήκεις, καθαίρων τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ψυχήν, καὶ ἐλέγχων τὰ ἐπταισμένα, ὡς ἱστοῦ ἀράχνης τῇ λεπτότητι παρεικάζεσθαι. Μακάριον δὲ τὸ ἐφ' ἁμαρτίαις ὑπὸ συνειδήσεως νύττεσθαι. Ἀλλ' οἱ μὴ τοῦτο ἐπιστάμενοι, φησι, ἤτοι ὅτι ἐπ' ὠφελείᾳ τὴν αἰτίαν τῆς συγχωρήσεως οὐκ εἰδότες, θορυβοῦνται καὶ ταράττονται μάτην.

ιγ΄. Εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου.] Ἀλλ' ἐγώ, φησιν, εἰδὼς τὴν αἰτίαν, παρακαλῶ σύμμετρον δοῦναι τὴν παιδείαν τῇ ἰσχύϊ μου, ἵνα μὴ τὸ ὑπερβάλλον τῶν παθημάτων, ἀναίρεσις τοῦ εἶναί μοι γένηται, καὶ οὐ παίδευσις πρὸς βελτίωσιν. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν λέγει, Ὅτι ὁ πάροικος, ἐγώ εἰμι. Οὐ γὰρ διαιωνίζω, φησίν, εἰς τὸ ζῆν, ἵνα ἐξαρκέσω πρὸς τοσαύτην τιμωρίαν· ἀλλ' ἐν μεμετρημένῳ τῷ βίῳ, μεμετρημένην ὀφείλω, καὶ τὴν παιδείαν ὑπομένειν. Διὸ ἐπάγει,

Ἄνες

Ἄνες μοι, ἵνα ἀναψύξω, καὶ ἑξῆς. ἐπικούφισόν μοι, φησὶ, διὰ σοῦ τὰς συμφορὰς, ἐπειδὴ ὁ θάνατος ἕτοιμος ἁρπάσαι, καὶ εἰς ἀναισθησίαν ἀπαγαγεῖν, ἔνθα λοιπὸν ἡ παιδεία ἀνόνητός μοι.

CATENA PATRVM.

α΄. Τῷ Ιδιθουμ.] Ἀθανασίου. Ἱεροψάλτης ὑπάρχων ὁ Ἰδιθοὺμ, καὶ προφητικῇ χάριτι κατεστεμμένος, ᾠδὴν ἀναβάλλεται προσωποποιΐαν εἰσφέρων τοῦ Δαβὶδ ἐξομολογουμένου ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ.

Ἀστερίου. Ἡ προγραφὴ δὲ ἡμᾶς εἰς τὸ τέλος παρέπεμψε, διότι ἐν τῷ τέλει τῆς ᾠδῆς εἴρηται, ἄνες μοι, ἀναψύξω πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν, καὶ οὐκέτι μὴ ὑπάρξω. Ἀνέσεως γὰρ ἁμαρτιῶν τυχεῖν ἀξιοῖ, καὶ τῆς ἀποκειμένης τοῖς ἁγίοις ἀναψύξεως.

β΄. Εἶπα· φυλάξω τὰς ὁδούς μου.] Ἀθανασίου. Ἀπόδειξις σαφὴς ἱδρυμένης καρδίας.

Ἡσυχίου. Παντὶ τοῦτο προφήτῃ καὶ διδασκάλῳ πρέπει, τὰς οἰκείας φυλάττειν ὁδοὺς, δηλονότι τοὺς δρόμους καὶ τὰς πορείας τῶν πράξεων, ὥστε μὴ ἐκκλίναι εἰς κακίαν μηδ' ἁμαρτάνειν ἐν γλώσσῃ, ἐναντία τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις διαπραττόμενον. Ἁμαρτάνει γὰρ ἀληθῶς τῇ γλώττῃ ὁ τῷ λόγῳ κατηγορῶν τῆς κακίας, ἔργῳ δὲ ταύτην συνιστῶν, ἀφ' ὧν αὐτὴν μετέρχεται, καὶ τὴν ἑαυτοῦ διδασκαλίαν τῇ πολιτείᾳ ψευδόμενος.

Ὠριγένους. Ἐπεὶ σχεδὸν πάσης ἁμαρτίας ἀρχὴ διὰ λόγου γίνεται, ὁ φυλάξαι προθέμενος τὰς διὰ τῶν λόγων ὁδοὺς αὐτοῦ, ἀκόλουθον ἕξει τὸ καθαρεῦσαι ἀπὸ τῶν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτημάτων. Μετὰ τοῦ ἄρθρου δὲ ἁμαρτωλὸς καὶ ἐνταῦθα διάβολος, ἢ καὶ ὁ παρὼν τῷ ἀνθρώπῳ πονηρὸς ἄγγελος λέγεται. Ὅταν οὖν τις πρὸς ἑαυτὸν εἴπῃ τὰς ὁδοὺς φυλάξαι αὐτοῦ, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν ἐν γλώσσῃ, καὶ θῆται φυλακὴν ἐν στόματι αὐτοῦ, τότε τηνικαῦτα συνιστάμενος ὁ ἁμαρτωλὸς ἐναντίον τοῦ μετανοοῦντος, ἀναμιμνήσκει τὰ πρότερα, ἐπ' ὀνειδισμὸν φέρων αὐτὰ εἰς μέσον, ἢ καὶ γαργαλίσαι διὰ τῆς ὑπομνήσεως θέλων. Οὕτω γοῦν συνισάντος τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἐναντίον μου, κωφωθεὶς πρὸς τοὺς λόγους, ἐσίγησα, ἀφ' ὧν ἠρξάμην λέγειν ἀγαθῶν, ἢ

Remitte mihi, vt refrigerer, &c. Subleua, inquit, Domine calamitates meas, quia mors parata eſt me rapere, & ſenſibus priuare; vnde mihi in poſterum correctio inutilis exiſtet.

I. Ipsi Idithvm.] Athanasii. Idithum cùm ſacer cantor eſſet, & propheticâ gratiâ ornatus, ad perſonam ipſius Dauid de peccato confitentis effingendam, canticum hoc edit.

Asterii. Inſcriptio nos in finem miſit, quoniam in fine cantici dicitur: *Demitte me, vt refrigerer priuſquam abeam, & ampliùs non ero.* Petit enim peccatorum veniam conſequi, vti & ſanctis repoſitum in futuro refrigerium.

2. Dixi: Cvstodiam vias meas.] Athanasii. Hæc eſt euidens confirmati cordis demonſtratio.

Hesychii. Decet hoc omnem Prophetam & doctorem proprias vias cuſtodire, ſcilicet actionum curſus & ingreſſus, ita vt non declinet in vitium, non aberret in lingua, dum dictis agat contraria. Verè enim linguâ peccat, qui quod verbo vitium coarguit, opere adſtruit; ex quo illud conſequitur, vt vitæ ſuæ inſtituto doctrinam ementiatur.

Origenis. Cùm ferè omnis peccati initium ſit à ſermone; is qui ſtatuit cuſtodire vias ſuas in ſermonibus, conſequenter etiam à peccatis quæ opere committuntur mundus erit. *Peccator* autem cum articulo hic etiam diabolus intelligitur, vel malus angelus qui homini adeſt. Quando igitur quiſpiam ſibi indixerit cuſtodire vias ſuas, ne peccet in lingua ſua, & poſuerit cuſtodiam ori ſuo; tunc peccator conſiſtens aduerſus pœnitentem, priora eius vitia recenſet, ad opprobrium eius illa in medium adducens, vel etiam iſtiuſmodi commemoratione titillare volens. Cùm igitur peccator hoc modo conſiſteret aduerſus me, ad ſermones eius obmuteſcens, ſilebam à bonis quæ narrare cœperam, ſiue à bo-

Catena Patrvm.

Doctor vitâ, verbis ne contradicat.

Ante omnia cuſtodienda eſt lingua.

Silentio tutamentes.

CATENA PATRVM.

à bonis doctrinis. Silebam verò, inquit, ne dolor quem ſenſu perceperam, cùm à peccatis liberabor, innouaretur propter exprobrantes. Quomodo autem peccetur, exprobrantibus paria referendo beatus Paulus docet: *Nulli malum pro malo reddentes.* (Rom. 12, 17.)

THEODORETI. Hæc autem valdè reſpondent ijs quæ ab ipſo in hiſtoria dicta ſunt: *Dimittite eum maledicere; quia Dominus præcepit ei maledicere Dauid, ſi fortè reſpiciat Dominus humilitatem meam, & eruat me hodie de manibus inimicorum meorum.* (2. Reg. 16, 11.) Hoc & hîc dicit. Quoniam ſurdo ſimilis fui, nihil penitus audienti, & meipſum humiliaui, lucrum hinc expectans.

3. OBMVTVI, ET HVMILIATVS SVM.] HESYCHII. (*Inobedientia hominem deijcit.*) Vides quomodo primùm per inobedientiam obmutuit, & cùm obmutuit, humiliatus eſt. Nihil enim æquè hominem deprimit ac ſtupor ſenſuum, & deinde inobedientia. Aut etiam propterea ſiluit, quoniam à bonis, hoc eſt à meditatione legis, quæ boni magiſtri eſt, ceſſauit. Vnde non immeritò renouatus eſt dolor peccati: ſiquidem vulnus à peccato illatum, grauius eſt, cùm à legis meditatione nos ipſos ſubducimus. Fit quoque depaſcens vlcus, tamquam nullo à diuinis præceptis appoſito medicamento. Et ideò non ſtetit in ſilentio, ſed cùm ſe collegiſſet, ipſum abiecit, tamquam rem animæ perniciem adferentem. Hoc igitur oſtendens, ſubiunxit:

4. CONCALVIT COR MEVM.] ORIGENIS. (*Ira comprimenda, ne erumpat in maledicta.*) Ex verbis peccatoris aduerſum me conſiſtentis concaluit igne accenſum cor meum, & iſtiuſmodi calefactio intra me ſeruata fuit. Alioquin is qui perfectum habitum accepit, non mouetur omnino ab ijs qui ipſi maledicunt. Dolet quidem, & cor perturbatum habet; non ita tamen, vt ex ore verbum emittat. Quin & diuina, inquit, eloquia meditans exardeſcebam, vt quando Cleophas dicebat, *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis?* (Luc. 24, 32.) Vel concaleſcebat mœrore, & non loquebatur, iuxta illud: *Iraſcimini, & nolite peccare.* (Pſal. 4, 5.) Nam vt nihil ab ira patiamur, ſupra vires noſtras eſt; conſideratione autem illam ſupprimere, poſſibile eſt ſanctis.

THEODORETI. Hoc Symmachus ita eſt interpretatus: *Excalefactum eſt cor meum intra*

ἐξ ἀγαθῶν δογμάτων. Ἐσίγησα δέ, φησιν, ὅπως μὴ τὸ ἄλγημα, ὃ ἐξ αἰσθήσεως ἔσχον, ἡνίκα τῶν ἁμαρτημάτων ἀπηλλαττόμην, ἀνακαινίσῃ, δι' ὧν ὠνείδισε. Πῶς δέ ἐστιν ἁμαρτάνειν τῷ τοῖς ὀνειδίζουσιν ἀντιφέρεσθαι, ὁ μακάριος διδάσκει Παῦλος, ὥστε μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόναι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σφόδρα δὲ ταῦτα ἔοικε τοῖς ἐν τῇ ἱστορίᾳ ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένοις· Ἄφετε αὐτὸν καταρᾶσθαι, ὅτι ὁ κύριος προσέταξεν αὐτῷ κακολογεῖν τὸν Δαβίδ, εἴ πως ἴδοι κύριος τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ ἐξελεῖταί με σήμερον ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν μου. Τοῦτο κἀνταῦθα λέγει. Ὅτι κωφῷ ἐῴκειν παντελῶς οὐκ ἀκούοντι, καὶ ἐταπείνωσα ἐμαυτόν, τὸ ἐντεῦθεν προσμένων.

γʹ. ΕΚΩΦΩΘΗΝ, ΚΑΙ ΕΤΑΠΕΙΝΩΘΗΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁρᾷς ὅτι πρῶτον διὰ παρακοῆς ἐκωφώθη, καὶ κωφωθεὶς ἐταπεινώθη. Οὐδὲν γὰρ οὕτω ταπεινοῖ τὸν ἄνθρωπον ὡς ἀναισθησία, καὶ παρακοὴ μετὰ τοῦτο. Ἢ καὶ διὰ τοῦτο ἐσίγησεν, ἐξ ἀγαθῶν, τῆς μελέτης δηλαδὴ τοῦ νόμου, τοῦ ἀγαθοῦ διδασκάλου, παυσάμενος. Ὅθεν ἀνεκαινίσθη εἰκότως τὸ τῆς ἁμαρτίας ἄλγημα· βαρύτερον γὰρ τὸ συμβὰν ἐξ ἁμαρτίας ἡμῖν τραῦμα, ὅταν τῆς τοῦ νόμου μελέτης ἑαυτοὺς ἀποστήσωμεν. Γίνεται καὶ νομὴ ὥσπερ οὐδενὸς ἀπὸ τῆς θείας ἐντολῆς ἐπιτιθεμένου φαρμάκου ἢ σηπεδὼν ὑφίσταται. Διόπερ οὐκ ἐπέμενεν τῇ σιωπῇ, ἀλλ' ἀνανήψας αὐτήν, ὡς ψυχοφθόρον ἀπώσατο. δηλῶν τοῦτο, τοιγαροῦν ἐπήγαγεν·

δʹ. ΕΘΕΡΜΑΝΘΗ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐκ τῶν λόγων τοῦ συστάντος κατενώπιόν μου ἁμαρτωλοῦ, ἐθερμάνθη διαπυρωθεῖσα ἡ καρδία μου, καὶ ἡ τοιαύτη θέρμανσις ἐντός μου ἐφυλάχθη. ἄλλως τε ὁ τελείαν ἕξιν ἀναλαβὼν, οὐ κινεῖται παντελῶς ὑπὸ τῶν λοιδορουμένων αὐτῷ. Ἀλγεῖ μὲν, καὶ τὴν καρδίαν ἔχει ταραττομένην· ἀλλ' οὐχ ὥστε καὶ προσπέμψαι τῷ στόματι λόγον. Καὶ μελετῶν δέ, φησι, τὰ θεῖα λόγια, ἐκαιόμην, ὡς οἱ περὶ Κλεόπαν λέγοντες, Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν; Ἢ ἐθερμαίνετο τῇ λύπῃ, καὶ οὐκ ἐλάλει, κατὰ τὸ Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. τὸ μὲν γὰρ μὴ παθεῖν ὑπ' ὀργῆς, κρεῖσσον ἢ καθ' ἡμᾶς· τὸ δὲ ἐπὶ λογισμῷ, τοῖς ἁγίοις ἐστὶν ἐφικτόν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν, Ἐξεθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου,

μου, ἐν πυρὶ ἀναπολεῖν μου ἀνακαιόμενον πυρί. Ἀναμιμνησκόμενός, φησι, τῆς ἁμαρτίας μου πυρὶ τῆς ἀθυμίας ἐνεπιμπράμην πυρί.

έ. ΕΛΑΛΗΣΑ ΕΝ ΓΛΩΣΣΗ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πρὸς μὲν τὸν ἁμαρτωλὸν ἐκωφώθη, πρὸς δὲ θεὸν ἐλάλει τῇ τῆς διαθέσεως γλώσσῃ. Καὶ ὁ ἀπὸ γνησίου δὲ προφέρων φρονήματα, γλώσσῃ τῇ ἑαυτοῦ λαλεῖ, τοῦ δολερῶς φθεγγομένου, γλώσσῃ ἀλλοτρίᾳ λαλοῦντος. Γνώρισόν μοι, καὶ ἑξῆς. Τοῦ ζῆν, φησι, ἀρξάμενος τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν, οἶδα καὶ τελευτήσων. Τὸ δὲ πότε μοι γνώρισον· εἴσομαι γὰρ τί μοι λείπει πρὸς ἀναπλήρωσιν τελειότητος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστι. Διακαρτερήσας ἐν πόνοις, καὶ παρατεινομένης ἐπ' ἐμοὶ πληγῆς, λοιπὸν τὰ ἐξ ἀνθρωπίνης μικροψυχίας ἐλάλουν. πλὴν οὐκ ἐναργῶς, ἀλλ' ἠρέμα, καὶ ἐν γλώσσῃ· ἔφην τε· Ὦ δέσποτα γνώρισόν μοι τῆς ἐμῆς ζωῆς τὸ πέρας, καὶ τῶν ἐτῶν μου τὸν ἀριθμόν. Ἀντιπαραθείσης γὰρ τῆς σῆς ὑπάρξεως τοῦ ἀεὶ ὄντος. γνωσθήσεται τί ὑστερῶ ἐγώ· τουτέστιν, ὅσον ἀπολιμπάνομαι τῆς σῆς δόξης καὶ ὑπεροχῆς.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Περὶ ὧν ἐσίγησα, φησιν, οὐχ ὡμολογημένην τὴν δικαίωσιν ἔχων, ἐξεζήτησα παρὰ κυρίου πληροφορίαν λαβεῖν ἀναμφίβολον παρὰ τῆς τοιαύτης σιγῆς καὶ κωφώσεως· καὶ παρὰ πάντων ἄλλων τῶν κατὰ τὸν βίον πρακτέων ἵνα διαγνῶ μετὰ βεβαιώσεως, ὁποῖόν τί ἐστι τὸ ὑστέρημα τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος, πρὸς τὸ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πλημμελήματος, ἐπιδείξασθαι καὶ τὴν μετάνοιαν καὶ διόρθωσιν, ὅθεν ἐπήγαγεν.

ς'. ΙΔΟΥ ΠΑΛΑΙΣΤΑΣ ΕΘΟΥ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἄγαν σοι, φησὶν, εὔκολον καὶ ῥᾷστον γνωρίσαι μοι κύριε τῶν ἡμερῶν τὸν ἀριθμόν· οἶδα γὰρ μεμετρημένας ἔχεις ταύτας ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐπειδὴ πᾶσά μου τῆς ζωῆς ἡ ὑπόστασις ὡσεὶ οὐθὲν ἐνώπιόν σου λελόγισται καὶ διέγνωσται. Ταύτην γὰρ ὑπόστασιν προσηγόρευσεν, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον τὴν ἀναστροφὴν καὶ διατριβήν. βίωσιν γὰρ ἐκεῖνο εἶπεν. Καὶ τοῦτον ἐστὶ σαφὲς τὸ λεγόμενον. Γνώρισόν μοι κύριε τῶν ἡμερῶν μου τὸν ἀριθμόν, τουτέστι τὸν ἐπίλοιπον τῆς παρούσης ζωῆς μου καιρὸν, ἵνα διερευνήσας κἀγὼ τὸ ἴδιον συνειδὸς, γνῶ πόσον ἐλλείπω πρὸς τὴν κατ' ἀρετὴν τελειότητα, καθάπερ σὺ πολλῷ πρότερον γινώσκεις, ἐπειδὴ μετρητὰς ἔθου τὰς ἡμέρας

me:& dum ego animaduerterem,accenſus ſum igne. Redigens in memoriam, inquit, peccatum, mœroris igne ardebam.

CATENA PATRVM.

5. LOCVTVS SVM IN LINGVA MEA.] ORIGENIS. Erga peccatorem quidem obmutuit, ad Deum verò locutus eſt linguâ affectus. Et qui ſincerè ſenſa animi ſui profert, is linguâ loquitur ſuâ; at qui dolos nectit, linguâ loquitur alienâ. *Notum fac mihi*, &c. Cùm, inquit, humanam vitam auſpicatus ſim, ſcio etiam me moriturum. Illud autem quando futurum ſit,notum fac mihi. Tunc enim ſciam quid deſit mihi ad conſummationem perfectionis.

Inquirendum nobis, quantum diſtemus à perfectione.

ANONYMI. Id quod ait eſt eiuſmodi. Cùm in laboribus perſeuerarem, & mihi plaga intenderetur, tandem ex humana puſillanimitate locutus ſum; attamen non manifeſtè,ſed clanculùm, & in lingua: dixique: O Domine notum fac mihi vitæ meæ finem,& numerum annorum meorum. Comparatione enim ſubſtantiæ tuæ ſemper exiſtentis, cognoſcetur quantò ſim inferior, id eſt, quantùm deficiam à gloria & excellentia tua.

CYRILLI. De quibus, inquit, ſilebam, eò quòd non manifeſtam haberem iuſtitiam, quærebam à Domino certitudinem capere minimè dubiam ex iſtiuſmodi ſilentio & taciturnitate, ceteriſque omnibus quæ in vita peragenda ſunt, vt certò cognoſcerem, quantum adhuc deſit mihi ad virtutis perfectionem; vt pro delicti proportione, pœnitudinem & emendationem oſtendam. vnde ſubiungit:

6. ECCE MENSVRABILES POSVISTI.] CYRILLI. Perquam,inquit,tibi facile eſt Dñe dierum numerũ mihi notum facere;ſcio enim te illos habere menſuratos ſuper terrã. Quoniam omnis vitæ meæ ſubſtantia,quaſi nihili coram te reputatur,& perſpecta habetur. Hanc enim *ſubſtantiam* appellauit, vel,ſecũdùm Symmachum, *conuerſationem* atque conſuetudinem; illud enim vitam nũcupauit. Atque hoc ita ſe habere perſpicuum fit ex eo quod dictum eſt, *Notum fac mihi Domine numerum dierum*,id eſt, reſiduũ præſentis vitæ meæ tempus, vt & ego cõſcientiam meam indagans, cognoſcam quantum mihi ad perfectam virtutem deſit; quemadmodum tu multò antè pridem nouiſti, quandoquidem menſurabiles poſuiſti dies

Apud Deũ numerati ſunt dies noſtri.

CATENA PATRVM.

meos, & omnem conuerſationem ac conſuetudinem meam habes exploratam.

Dies noſtri breues, & pauci & mali.

ORIGENIS. Παλαιστὰς dixit, eò quòd pleni ſint tentationum certamine. Vel ac ſi dicat, breues ac pauci, & nequaquam cubitis menſurabiles. Illud autem, *Subſtantia mea tamquam nihilum ante te*, quaſi explicando ſubiungit: *Verumtamen vniuerſa vanitas, omnis homo viuens*. Omnia enim humana vana ſunt reſpectu ſæculi futuri.

ATHANASII. Hoc iterùm Symmachus ſic interpretatus eſt: *Ecce tamquam palmas dediſti dies meos: & vita mea tamquam nihilum ante te*. Tu enim ſine principio es, & ſine fine; noſtra verò vita tamquam quibuſdam palmis & menſuris admenſurata eſt. Per hoc exiguitatem temporis vitæ humanæ oſtendit.

VERVMTAMEN VNIVERSA VANITAS.]

Homines vapori ſimiles.

THEODORETI. Omnis, inquit, hominum natura, & diuites & pauperes vapori ſimiles ſunt: qui diſſoluitur & temerè ac fruſtrà ædificant, plantant, diuitias & affluentiam congregant, & nihil viuentes homines differunt ab ijs qui depicti ſunt. Nam æqualiter & horum & illorum natura tempore labitur & corrumpitur. Verumtamen nihilominùs homines contendentes perturbantur: cùm labore verò multo & ſudore opes congerentes, neſciunt futurum heredem.

Homo trāſit in imagine.

ORIGENIS. Omnis homo viuens in imagine pertranſit: ſiue illud quod Dei eſt ad imaginem ſeruet, & ad perfectionem proficiat, conformis factus imagini Dei, ſiue alterius cuiuſpiam animalis, dum equus emiſſarius, vel aliud quidpiam brutum moribus efficitur.

Mundus hic imago futuri.

DIDYMI. Quin etiam ſenſibilis hic mundus imago eſt intelligibilis: in futuro enim veritas eſt. Homo igitur liber pertranſit in hoc mundo, qui imago eſt. Subiungit verò etiam de particularibus hominibus, quòd fruſtrà conturbentur. Nam dum quiſpiam ſupra terram theſaurizat, neſcit quis habiturus ſit diuitias pro quibus adeò laborauit; illo qui in cælo theſaurizat habituro diuitias ſuas quæ auferri non poſſint.

Fruſtrà perturbātur homo ob res temporales.

8. ET NVNC QVÆ EST EXPECTATIO MEA?]

ORIGENIS. Tu mihi, vt ferre poſſem, largitus es, ita vt ex humana infirmitate nihil dicerem, vel facerem. Quin imò tu me ſuſti-

μου, καὶ πᾶσαν ἐπίστασαι τὴν ἐμὴν ἀναστροφὴν καὶ διατριβήν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Παλαιστὰς εἴρηκε τῷ πλήρεις εἶναι τῶν ἐκ τῶν πειρατηρίων ἀγώνων. Ἢ ἀντὶ τοῦ, βραχεῖαι, καὶ ἐλάχισται, καὶ οὐ πήχεσι μετρούμεναι. Τὸ δὲ, Ἡ ὑπόστασίς μου ὡσεὶ οὐθὲν ἐνώπιόν σου, ὡσανεὶ διηγούμενος ἐπιλέγει, πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. πάντα γὰρ τὰ ἐν ἀνθρώποις μάταιά ἐστι πρὸς τὸν μέλλοντα αἰῶνα.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτο πάλιν ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν· Ἰδοὺ ὡς σπιθαμὰς ἔδωκας τὰς ἡμέρας μου, καὶ ἡ βίωσίς μου, ὡς οὐδὲν ἀντικρύς σου. σὺ μὲν γὰρ ἄναρχος καὶ ἀπέραντος, ὁ δὲ ἡμέτερος βίος, οἷον τισὶ σπιθαμαῖς καὶ παλαισταῖς ἐκμετρεῖται· διὰ τούτου παρεδήλωσεν τὸ ὀλιγοχρόνιον τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς.

ΠΛΗΝ ΤΑ ΣΥΜΠΑΝΤΑ ΜΑΤΑΙΟΤΗΣ.]

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πᾶσα, φησι, τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, καὶ οἱ πλουτοῦντες, καὶ οἱ πενόμενοι ἀτμῷ ἐοίκασι διαλυομένῳ· καὶ εἰκῆ καὶ μάτην οἰκοδομοῦσι, φυτεύουσι, πλοῦτον καὶ περιουσίαν ἀθροίζουσιν. καὶ οὐδὲν τῶν ἐν εἰκόνι γεγραμμένων οἱ ζῶντες διαφέρουσιν ἄνθρωποι. Ὁμοίως γὰρ καὶ τούτων κἀκείνων ἡ φύσις ὑπορρεῖ τῷ χρόνῳ, καὶ διαφθείρεται. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἧττον διαταράττονται φιλονεικοῦντες διαμαχόμενοι· σὺν πόνῳ δὲ πολλῷ καὶ ἱδρῶτι τὸν πλοῦτον ἀθροίζοντες, τὸν ἐσόμενον οὐκ ἴσασι κληρονόμον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πᾶς ἄνθρωπος ζῶν ἐν εἰκόνι διαπορεύεται. ἤτοι τὸ τοῦ Θεοῦ τηρῶν τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ τὸ προκόπτειν εἰς τελειότητα, σύμμορφος γενόμενος τῆς εἰκόνος Θεοῦ, ἢ ἄλλου τινὸς ζώου, ἵππος θηλυμανὴς ἢ ἄλλό τι ἄλογον κατὰ τὸ ἦθος γενόμενος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἰκὼν δὲ καὶ ὁ αἰσθητὸς κόσμος τοῦ νοητοῦ. Ἐν τῷ μέλλοντι γὰρ ἡ ἀλήθεια. Αὐτεξούσιος οὖν διαπορεύεται ἄνθρωπος ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, ὅς ἐστιν εἰκών. Ἐπάγει δὲ καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων, ὡς μάτην ταραττομένων, θησαυρίζων γάρ τις ἐπὶ γῆς, οὐκ οἶδε τίς ἕξει τὸν ὑπὲρ οὗ τοσοῦτον ἐσπούδασε πλοῦτον, τοῦ ἐν οὐρανῷ θησαυρίζοντος, ἀναφαίρετον ἕξοντος τὸν ἴδιον πλοῦτον.

η. ΚΑΙ ΝΥΝ ΤΙΣ Η ΥΠΟΜΟΝΗ ΜΟΥ;]

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Σύ μοι τὸ δύνασθαι φέρειν κεχάρισαι. τὸ μηδὲν ἐξ ἀνθρωπίνης ἀσθενείας εἰπεῖν τί ἢ δρᾶσαι. Σὺ δὲ καὶ παιδεύσας

ὑπο-

ὑπόστηθι μου καὶ φέρειν ἐπαίνεσας. ὁ εἰδὼς τὴν πλάσιν μου, καὶ τὴν ἀσθένειαν σύγγνωθι. ἄφρονα δέ φησιν, ὃν καὶ φθάσας ἁμαρτωλὸν εἴρηκε. Παραδίδωσι δὲ ὁ Θεὸς εἰς ὀνειδισμὸν, πρὸς ἐξομολόγησιν μείζονα· ὅπερ ἀξιοῖ μὴ παθεῖν ὁ ταῦτα λέγων, ὡς ἀφ' ἑαυτοῦ ἐξομολογησάμενος κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ. Δύναιτο δὲ καὶ τὸ ἑξῆς καὶ οὕτω νοεῖσθαι, οὐδέποτέ σοι ὡς ἄλλοι περιῆψα, ὡς αἰτίῳ τὰς ἐμὰς ἀνομίας. εἰς τοῦτο γὰρ οὐδέποτε τὸ στόμα μου ἤνοιξα, ἀλλ' ἐκωφώθην.

ια. ΑΠΟΣΤΗΣΟΝ ΑΠ' ΕΜΟΥ ΤΑΣ ΜΑΣΤΙΓΑΣ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἱκετεύω τοίνυν καὶ ἀντιβολῶ σε δέσποτα, παῦσον τὴν παιδείαν λοιπόν. τῷ πλήθει γὰρ τῶν μαστίγων κατηνάλωμαι. Οὐκ εἰκῆ δὲ κέχρησαι ταῖς παιδείαις, ἀλλ' ἐλέγχων τὰ ἐπταισμένα, καὶ ἰατρικῶς τέμνων, καὶ ἐξάγων τὸν κεκρυμμένον ἰχῶρα· καὶ τὰς μὲν ὀδύνας κατατήκεις ταῖς θεραπείαις, ὑγείαν δὲ πραγματεύῃ τοῖς τιμωρουμένοις. Ταῦτα γοῦν παρ' ἐμαυτῷ λογιζόμενος, εἰς οὐδὲν δεῖν ὁρῶ τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ προσκαίρων ταράττεσθαι πραγμάτων.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἔστι καὶ ἄλλο εἶδος μαστίγων, περὶ ὧν φησι, Τίς δώσει ἐπὶ τοῦ διανοήματός μου μάστιγας, τάς τε ἔξωθεν ἐπικειμένας διὰ πειρασμῶν, καὶ τὰς ἔσωθεν. τὸ γὰρ ὑπὲρ μέτρον λυπεῖσθαι διαφθορά, κατὰ τὸν ἀπόστολον, μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ. Ἢ ὅταν ἡ κολάζουσα ἰσχυρῶς μαστίζῃ, ἐκλείπει ὁ κολαζόμενος, καθὸ τοιοῦτός ἐστιν. Ἡ ἁμαρτάνουσα δὲ ψυχὴ παχύνεται, ἡ δὲ ἀρετὴ λεπτύνει, καὶ πᾶν τὸ σωματικὸν ἐξαφανίζει τῆς ψυχῆς. Ἔργον οὖν τοῦ Θεοῦ λεπτύνειν αὐτάς. Ἀπεικάζεται δὲ ἀράχνῃ ὅσα ἁμαρτωλὸς ὑφαίνει, διὰ τὸ εὔχιστον· κἂν λεπτὰ, κἂν ποικίλα τυγχάνῃ κατὰ τὸ ἐν Ἡσαΐᾳ· Ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι. Φησὶν οὖν ἐλέγχων τὸν παιδευόμενον, τὰς μάστιγας ἐπῆγας, καὶ τὴν χεῖρά σου, καὶ τὴν τούτου ψυχὴν ἐξέτηξας λεπτυνομένην ἐπ' ὠφελείᾳ τῇ ἑαυτῆς· καθ' ὃν γὰρ ἐτρύφα χρόνον, εἰς ἁμαρτίας ἐξωλισθεν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁμολογεῖ λίαν ὀνησιφόρους εἶναι τὰς παιδευτικὰς τοῦ Θεοῦ μάστιγας, ὡς καθαρτικὰς τῆς παρεισκευσθείσης ταῖς ψυχαῖς ἀνομίας, ὑφ' ἧς καὶ παραδίδονται πολλάκις ἄνθρωποι θεοφιλεῖς τῶν πονηρευομένων ὁρμαῖς, ἵνα τοῖς προπηλακίσμασιν αὐτῶν, οἷον

nere docuiſti, ac ferre feciſti. Cùm noueris figmentum meum, etiam imbecillitati ignoſce. *Inſipientem* verò vocat eum, quem anteà *peccatorem* appellauerat. Tradit autem Deus in opprobrium ad maiorem confeſſionem, quod ne ipſi accidat deprecatur is, qui hæc dicit, vtpote ſponte ſuâ confeſſurus ad placitum Dei. Poſſet etiam id quod ſequitur intelligi hoc modo, q. d. Nequaquam tibi vt auctori iniquitates meas adſcripſi, vt alij. Ad hoc enim numquam os meum aperui, ſed obmutui.

CATENA PATRVM.

Patientia eſt Dei donum.

11. AMOVE A ME PLAGAS TVAS.] THEODORETI. Supplico igitur & obſecro te, Domine, ceſſa deinceps à caſtigatione: multitudine enim plagarum conſumptus ſum. Non temerè autem animaduerſionibus vſus es; ſed redarguens errata, & medici more ſecans, & occultam ſaniem educens, dolores quidem curationibus admiſces; attamen his qui ſecantur confers ſanitatem. Hæc igitur mecum ipſe conſiderans, video homines nequaquam turbari debere propter res temporaneas.

Deus inſtar medici caſtigando ſanat.

ORIGENIS. Eſt & alia ſpecies plagarum, de quibus ait: Quis dabit menti meæ plagas tam intus quàm foris imminentes per tentationes? Nam ſupra modum affici triſtitiâ pernicioſum eſt, ſecundùm Apoſtolum, ne nimio mœrore abſorbeatur. Vel quando manus vltrix potenter flagellat, deficit is qui punitur, in quantum talis eſt. Anima autem peccatrix incraſſatur; virtus verò ſubtilem reddit, & abolet quidquid in anima eſt corporeum. Opus igitur Dei eſt, animas attenuare. Aſſimilatur autem araneæ propter fragilitatem quidquid peccator texit, quantumuis tenue, quantumuis varium exiſtat, iuxta illud Iſaiæ: *Telas araneæ texunt.* Increpans igitur eum qui docebat, ait: Plagas & manum tuam intuliſti, & tabeſcere feciſti animam eius, ob vtilitatem ipſius propriam attenuandam: nam quando delicijs fruebatur, in peccatum impingebat.

Nimia triſtitia pernicioſa.

Iſa. 59, 5.

ANONYMI. Fatetur correctrices Dei plagas perquam vtiles exiſtere; vtpote quæ purgent iniquitatem quæ ſe animis inſinuauit; propter quam etiam traduntur ſæpè homines Deo chari inſolentijs malignorum, vt irriſionibus ipſorum, tamquam quibuſ-

Correctrices Dei plagæ ſunt vtiles.

CATENA PATRVM.

quibuſdam ſermonibus increpatorijs peccatorum ſuorum ſenſum percipiant, & horum veniam quærant. Nam etiam idcircò vitales animi vires à caſu qui illos contriſtat liqueſcunt, & inſtar araneæ attenuantur.

13. EXAVDI ORATIONEM MEAM.] THEODORETI. Supplico, inquit, tibi Domine, exaudi me obſecrantem, & cum lacrymis deprecantem. Non enim habito terram vt propriam, ſed tamquam peregrinus incolo. Et eo modo quo patres mei, cùm parum temporis vixerim, mortem obibo. Permitte igitur vt quieſcam, priuſquam è vita diſcedam. Egreſſus verò non reuertar ad corruptibilem hanc vitam.

Omnes hic ſumus accolæ & peregrini.

ORIGENIS. Qui ſæpenumerò dixit, *Verumtamen vanitas omnis homo*; fatetur ſe aduenam eſſe, alteram autem quietis vitam agnoſcit, & cum lacrymis rogat, vt ratus ſit, ſecundùm patres, aduena, & non inhabitet vitam præſentem. Niſi igitur, inquit, dimiſeris mihi peccatum, & refrigeratus fuero antequam vadam eò, non habebo tempus pœnitendi, neque in vitâ illâ apud te agam. Vel cùm non exiſtant peccatores, erunt quaſi non eſſent.

πον ἐλεγκτικοῖς λόγοις, ἐπαίσθωνται τῆς τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοῖς, καὶ ζητήσωσι τούτων συγγνώμην. Τοιαῦτα γὰρ καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τὰς ζωτικὰς δυνάμεις ἐκτήκονται καὶ λεπτύνονται δίκην ἀράχνης ὑπὸ τῆς λυπούσης αὐτοὺς φορᾶς.

ιγ'. ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΤΗΣ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἱκετεύω σε, φησὶ, δέσποτα, εἰσάκουσον ποτνιωμένου, καὶ μετὰ δακρύων ἀντιβολοῦντος. οὐδὲ γὰρ κατοικῶ τὴν γῆν, ἀλλὰ παροικῶ, καὶ τοῖς πατράσι παραπλησίως, ὀλιγοβιώσας χρόνον, τὸν θάνατον δέξομαι. συγχώρησον οὖν ἀναπαύσομαι, πρὶν τόνδε τὸν βίον ὑπεξελθεῖν. ἐξελθὼν δὲ οὐκ ἀναστρέψω πρὸς τὸν φθαρτὸν τοῦτον βίον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ πολλάκις εἰπὼν, Πλὴν ματαιότης πᾶς ἄνθρωπος, ὁμολογεῖ πάροικος εἶναι, ἑτέραν δὲ ζωὴν ἀναψύξεως οἶδε, καὶ μετὰ δακρύων ἱκετεύει σπάνιον καὶ τοὺς πατέρας πάροικον εἶναι, καὶ μὴ ἐνοικεῖν τῇ παρούσῃ ζωῇ. Ἐὰν οὖν, φησι, μὴ ἀφῇς μοι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀναψύξω πρὸ τοῦ ἀπελθεῖν ἐκεῖ, οὐχ ἕξω μετανοίας καιρὸν, οὐδὲ ὑπάρξω ἐν τῇ παρὰ σοὶ ζωῇ. Ἢ ὡς, οὐχ ὑπαρχόντων τῶν ἁμαρτωλῶν, ἔσονται ὡς οὐκ ὄντες.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. INSCRIPTIO eſt, *ipſi Idithum*; quod Scholion exponit, τῷ ἐνὶ κριτῇ τῷ ἐπερχομένῳ, *vni iudici qui inſtabat*; alius, Ἰδιθοὺμ ἀπάτη ἑρμηνεύεται, *Idithum deceptio interpretatur*: alij legunt, *pro Idithum*. ita S. Ambroſ. & Auguſt. Erat autem Idithum vnus de præcipuis cantoribus qui ſacris Odis & muſicæ præfuerunt, vt habemus lib. 1. Paralip. cap. 16. & lib. 2. cap. 5. D. Auguſt. rem ad ſublimem doctrinam referens, Idithum ait ſignificare *tranſilientem*, virum planè diuinum, & abhorrentem à fallacibus mundi inſanijs & vanitate, qui tranſilit canendo, & tranſiliendo canit. *Quoſdam enim*, inquit, *eſſe inhærentes humo, curuatos in terram, ea quæ ima ſunt cogitantes, in rebus tranſeuntibus ſpem ponentes, quos tranſiliuit iſte qui vocatur tranſiliens*. Quales ait in Eccleſia Dei eſſe illos, *qui tam vilem habentes mundum, & omnia quæ delectant in mundo, eligunt rectè viuere*. Sunt illi ſanè veriſſimi tranſilientes, & tranſitores. quod nomen in vetuſta memoria, elogio potiùs honoris, quàm fortuito caſu, primus Abrahamus tulit, magnus ille credentium parens, viuum exemplar religioſæ pietatis omniumque virtutum. De hoc in Geneſi hoc modo Septuag. cùm de capto Lot memorauiſſent, παραγενόμενος δὲ ἀνασωθέντων τις, ἀπήγγειλεν Ἄβραμ τῷ περάτῃ, *adueniens autem eorum qui euaſerunt quidam, nuntiauit Abram tranſitori*. Vbi in Vulgata, *Abram Hebræo*: quæ vox in lingua ſancta ſignificat etiam tranſitorem, vt Theodoretus cum Philone alijque S. Patres meminerunt. Hanc virtutis appellationem poſteritati ſuæ reliquit, vt ſacra hiſtoria docet, cùm agit de feliciſſima illius ab hac vita migratione: *Et appoſitus eſt ad populum ſuum*: quod interpretatur Scholiaſtes Græcus, *appoſitus eſt* πρὸς τοὺς περάτας, *ad tranſitores*. Sanè Patriarcha cælo dignus, ſuos omnes cupiebat per medias mundi illecebras & inſidioſas legiones tranſire victores: quod ab Hebræis cùm factum non ſit, vt qui ſemper terrenæ felicitati inhiauerint, ea benedictio deuoluta eſt ad Chriſtianos.

Idithum quid ſignificet.

Terrena tranſilienda ſunt cultori virtutis.

Gen. 14, 13.

Abram tranſitor.

Gen. 25.

2. *Dixi: Cuſtodiam vias meas*, &c.] Illud *dixi* propoſitum animi magni & duraturæ conſtantiæ pignus ſignificat, & prudentiæ conſilium ſanctè obſeruandum. *Vias* autem ſuas appellat totius vitæ curſum probi viri ſtudia omnia atque officia: quibus omnibus ſatis prouiſum eſſe videretur, ſi linguæ frænum imponeret, neque ſineret præter rationem, ius faſque efferri atque agitari: quaſi in lingua fortunas hominum & ſummam rerum collocatam eſſe putaret. Hinc diuinè S. Chryſoſt. hom. 6. in Epiſt. ad Titum: Περιττὰ φθέγγεσθαι πολλὴ ζημία, *Superflua loqui damnum ingens*, & à quo plurimùm incommodorum naſci-

Lingua ante omnia frænanda.

naſcitur. Et proinde ait, non plus opibus temperare quàm verbis oportere; imò, inquit, maior hic habenda cura, exactiorque diligentia, vt non paſſim nos ipſos omnibus exponamus. Nec immeritò; quia rariſſimi certè ſunt, quos non pœniteat, ſe in vſu & conſuetudine cum hominibus aliquid aliquando fuiſſe locutos, quod magnâ pecuniæ vi abolitum vellent. Incommoda ſunt quotidiana & in promptu poſita, vixque ignorari ab vllo poſſunt; vt non ſine cauſſa omnes pij moneantur Dauidis imitatione in verba ſua inuigilare, ne linguâ peccent. Siquidem S. Baſilius in Pſal. 33. non dubitauit dicere, peccatum, quod per linguam fit, eſſe προχειρότατον, καὶ πολύτροπον, *omnium propenſiſſimum, & incredibili propè varietate multiplex*. Eamdem ob rationem Agapetus Diaconus in aurea Inſtitutione ad Iuſtinianum Imp. num. 54. nominat ὀλισθηρὸν ὄργανον, *lubricum linguæ inſtrumentum*. Nihil ſanè facilius, quàm vt lingua extra viam & officij limites egrediatur, & in præcipitium noxæ ruat; vt non ſit mirum, ſi omnium vox ſapientum acerrimam illius curam commendet, vnde ſubdit:

Peccatum linguæ multiplex, & procliue.

IBIDEM. *Poſui ori meo cuſtodiam*, &c.] Symmachus apud Euſebium interpretatur, φυλάξω τὸ ſτόμα μου κημῷ, *cuſtodiam os meum chimo*, id eſt *chamo*, ſiue *capiſtro*. quæ ſunt arcani ſilentij continuique ſymbola. Itaque S. Hieron. vertit, *cuſtodiam os meum ſilentio*. Ita, inquit, ſum animo & meditatione comparatus, vt, ſi quando me inimici honoris mei atque dignitatis læſerint, & prouocarint ad meritam iracundiam, me in ſilentij portum ſim coniecturus, ne vllus me iracundiæ fluctus obruat. Apud Septuag. eſt, *Poſui ori meo* φυλακήν: quæ vox à militia petita eſt, & cohortem præſidiariam ſignificat, aut fideliſſimos ſtipatores; quales ad portas munitarum ciuitatum collocari ſolent. Quaſi diceret: Vt ad portas Solymeas regaliſque palatij, ſic ad oſtium animi mei, atque linguam, fortiſſimam & fideliſſimam cuſtodiam adhibui. Quæ omnia declarant ingentem illius curam, & ſoliciti animi prouiſionem in ſermone cohibendo; tum vel maximè, inquit, *cùm conſiſteret peccator aduerſum me*, quando ſcilicet improbiſſimo aduerſarij conatu accendi bilis potuiſſet. Nam ſine dubio ſentiebat os firmiſſimo præſidio indigere, cùm incitati animi dolore atque irâ cor inflammatur: quo tempore nihil eſt procliuius, aut facile magis, quàm vt in verba ignea erumpat, & perturbationi ancilletur; vt non ſine cauſſâ diuinâ prouidentiâ & naturæ opificio lingua ipſa, velut foſſâ & muro, egregiè munita fuiſſe videatur. Notat enim S. Chryſoſt. Deum ſapientiſſimum architectum, velut muro duplici humanam linguam circumdari voluiſſe, dentium ſepimento, & labiorum cuſtodiâ, ne verba improuida temerè proferantur: vt ſi quando rationis frenum ſuccutiat, atque iræ impotenti dominæ famuletur, dentium morſu & dolore cohibeatur. Verùm ad illa naturæ ſapientis repagula, ad ſermonem moderandum, Dauid alia præſidia adhibuit, Numinis gratiam, continuam vigilantiam, firmum animi propoſitum, ſilentium generoſum, meditationem, quotidianam exercitationem, vim mentis & imperantis animi conſtantiam. Quiſquis ergo ſanam cupit linguam, diebus ſingulis cum Regio Pſalte ſeipſum his verbis extimulet: *Dixi*,

Cuſtodia linguæ adhibenda.

Lingua duplici vallo à natura munita.

dico, dicamque millies, *Cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea*; *Poſui*, ponamque *ori meo cuſtodiam*. Niſi enim quotidie hoc animi decretum innouetur, obliuione facillimè ſepelitur. Qui ſacculo ſummi momenti clauem circumfert, ſæpiùs in die ſacculum manu pertentat, num clauem illam non amiſerit. Clauis oris in arca cordis ſit: qui rei ſuæ ſerius eſt cuſtos, ſaltem ſemel iterumque quot diebus ad hanc clauim attentè reſpicit. Iobus de ſeipſo: *Gloria mea*, inquit, *ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur*. Hoc agam, vt vires meæ, meaque brachia non langueſcant, nec conſeneſcat robur meum, ſed augeatur potiùs & creſcat: ſic omnino qui rectè loquendi artem condiſcere deſiderat, ad diſcendum ſe quotidie componit; meditatur, reputat, perpendit, quibus demum modis linguam efformet modeſtam & parcam verborum.

ANNOTATIONES CORDERII.

Iob 29, 20.

3. *Obmutui, & humiliatus ſum.*] Symmachus apud Euſebium legit, ἄλαλος ἐγενόμην, σιγῇ ἐπεσιώπησα, *mutus factus ſum, ſilentio ſilui*. Hunc locum exponens D. Auguſt. ait infirmitatem animæ noſtræ, & audire velle, & dicere; audire intus, dicere foris; perturbatam verò ſtudio dicendi, deficere in diligentia agnoſcendi, & aliquando id proferre, quod dixiſſe noceat; Dauidem igitur, cùm apud ſe reputaſſet, quàm ſit difficile, vt qui loquitur, tametſi innocens non labatur, atque in ſermone delinquat, ad ſilentium velut opportunum præſidium confugiſſe. Hinc ſanè dulcis victoria commotionum animi, & multorum vitiorum. Quid igitur agebat Dauid, cùm conſiſteret peccator aduerſus eum? *Obmutui*, inquit, *& humiliatus ſum* coram Deo, intelligens iuſtè me affligi pro peccatis: & ita continui me, vt non ſolùm non proferrem contra eum verba mala, ijs quæ impudens ille plenis plauſtris in me effundebat ſimilia; ſed *& ſilui à bonis*, quibus vtpote Rex iuſtiſſimè poteram ipſum reprehendere; ne ab his incipiens, in illa dilaberer. Conuicianti ne verbum quidem reddebat: ne modeſtè quidem iuſteque reſpondere auſus, tacere maluit, quàm ſanctè reſpondendo in vltricia ſubinde verba fortè prolabi. Chaldæus vertit, *Ceſſaui à verbis legis*. quod S. Chryſoſt. & Heſychius appellant malum ſilentium. Nazianz. Orat. 1. de pace: ὑστέρω παντὸς ἀγαθοῦ γενόμενος, *cùm eſſem ab omni bono remotus*; vbi Elias Cretenſis interpretatur, illum innuere, Dauidem obmutuiſſe propter peccatum, & ſiluiſſe etiam propter amiſſionem bonorum, ſcilicet externorum, vt regni, &c. S. Hieron. *tacui de bono*, id eſt de bonis operibus ſuis, aut beneficijs, aut bonitate cauſſæ ſuæ. S. Ambroſ. hoc exponit: ac ſi diceret, ſilere ſe *propter bona*, quia nimirum bona conſcientia non eget defenſione; Euthymius, ἐξ ἀγαθῶν, *ex bonis*, ſiue *bonitate*. quia nimirum nolebat ſe de Semei vindicare, cùm poſſet; Cyrillus in Catena Danielis Barbari vult hic poni *bona* pro malis; q. d. ſe *a malis ſiluiſſe*, ſiue de malis quæ ſibi tot prius bonis affluenti obtigerant. Proprius autem huius loci ſenſus eſt, ac ſi dicat: Etiam à bonis verbis me continui, ne vi calamitatis etiam mali aliquid effunderem contra decorum. Siue, abſtinui à iuſta mei defenſione, ne fortè peccarem per impatientiam. Hac ille ratione ſuorum hoſtium, & nos quoque noſtrorum

Silentiū tutum præſidium.

Quid ſit à bonis ſilere.

Patienter toleranda conuitia.

ANNOTATIONES CORDERII.

iniurias & conuitia perferre debemus, muti, humiles, noſtrorum memores flagitiorum, in quorum promeritam vindictam affligimur, & dehoneſtamur. Recordabatur nempe Dauid peccati ſui, quod ſemper in oculis geſtabat; ideoque aliorum maledicta, conuitia, iniurias, tamquam debitas ſuo facinori pœnas, libenter ſuſtinebat, ſecum reputans, ſe maiora commeruiſſe ſupplicia. Hoc ſenſu verſum hunc explicat Auctor Scholiorum S. Baſilio inſcriptorum, ex perſona Dauidis ita loquens: *Cùm probris ab illo impeterer, peccati mei, quod temerè commiſi, in mentem mihi venit; & hinc verberibus vulnerabar, cogitans propter illud me probris ſcindi, & tyrannide filij premi. Dominus enim præcepit illi vt maledicat Dauidi. Peccati recordatus eſt, eò quòd propter illud corrigebatur.* Eodem modo S. Hieron. ex mente Dauidis ſic exponit, ac ſi dicat: *Ideò patienter fero, Domine, quia te ſcio ad probationem me tentationibus reliquiſſe.* Hinc duo tamen, inquit, intra me ſenſi. Primò namque *dolor meus*, quem filius meus Abſalom contra me inſurgens intulit, *renouatus eſt*, videns etiam à vili mancipio me eſſe deſpectum. Secundò, multa intra meipſum magnaque ſurrexit conturbatio. Cœpit enim cor incaleſcere & accendi ab innata humanæ carni impatientia & ſenſu; & in anxia ſolicitaque meditatione poſitus ſpiritus meus, quaſi ardenti igne æſtuabat; tantoque magis accendebatur, quantò magis eum ore compreſſo ſuffocare conabar.

4. *Concaluit cor meum*, &c.] Symmachus, ἐξεθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου ἐν τῷ ἀναπολεῖν με, ἀνεκαύθην πυρί, *excalefactum eſt cor meum intra me; & dum ego animaduerterem, accenſus ſum igni.* Ad litteram de iræ & indignationis æſtu verba hæc intelliguntur; ad orationis tamen feruorem aliqui referunt, in quo diuini amoris ignis excitatur. Sic apud Lucam diſcipuli qui cum Chriſto Emauntem tendebant, *dixerunt ad inuicem: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?* Pulchrè ad hoc propoſitum Pachymeras in cap. 10. S. Dionyſij de Cæl. Hierarchia in fine ait: Εἰ μὴ ἡ καρδία θερμανθείη ἐκ τῆς συνεχοῦς περὶ τὸ ἀγαπώμενον μελέτης, καὶ στροφῆς, καὶ ἑλίξεως, οὐκ ἂν ἐγκαυθείη τὸ τῆς ἀναγωγῆς καὶ τελειώσεως πῦρ, κατὰ τό· Ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου, καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ. *Niſi cor calefactum fuerit ex aſſidua circa rem dilectam meditatione, & conuerſione collectioneque, non accendetur ignis eleuationis ac perfectionis, iuxta illud: Calefactum eſt cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.* Ignis qui næuos omnes animique labem exurat. Ignis qui mentem inflammet ſummi Numinis amore; de cuius infinita in omnem partem bonitate meditatio exquirit. Ignis denique qui ſplendore ſuo & ſcintillantibus radijs illuminat operta atque recondita Dei myſteria, quæ in meditatione puris mentibus reuelantur. Quare D. Bernardus, qui pietatem in meditatione ſitam & locatam cenſuit, Eugenium orbis terræ Pontificem lib. 1. de Conſiderat. cap. 7. ad eam inuitat dicens: *Quid ſit pietas quæris? Vacare conſiderationi.* Tum ponit fructus in omnem partem eximios, qui ab eadem colligi poſſunt: *Primùm quidem ipſum fontem ſuum, id eſt mentem de qua oritur, purificat conſideratio. Deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat & ordinat; poſtremò, diuinarum pariter & humanarum rerum ſcientiam adfert.* Sed illa vis meditationis mihi in primis ſuſpicienda videtur, quòd ad magni Numinis familiaritatem & feliciſſimam coniunctionem per illam prouehimur. Ex qua copulatione incredibile dictu eſt, quot & quanta oriantur bona. Nam in primis anima Dei luminibus circumfuſa, vt veſtita ſole, nouos induit habitus, effigiemque cæleſtem. Quod eueniſſe magno Moyſi videmus, qui ex conſortio ſermonis diuini, vt in Exodo proditur, tantam luminis copiam excepit, vt propter emicantes vndique radios, & mirabiliùs in fronte vibrantes, habere cornua videretur. S. Paulus *gloriam vultus* appellat, inſignem videlicet claritatem, ſanctimoniæ lucem, præſtantiæ cuiuſdam ſuperadditæ irradiationem. Sed quod illi in externa facie contigit, hoc interiùs euenire ſolet pijs aſſiduè & deuotè orantibus, vt è ſancti Numinis commercio toti luminoſi fiant, & gloriam beatiſſimæ mentis participent. Ceterùm, quid in hac meditatione Dauid à Deo petierit, audiamus.

5. *Locutus ſum in lingua mea.*] Quid agerem, inquit, quò me verterem ignorans; tandem ad commune tribulationum refugium Deum ipſum me conuerti, linguamque meam ſolui, non vt contra Semei aliquid proferrem, ſed vt à Deo peterem finis mei cognitionem, dicens: *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis eſt: vt ſciam quid deſit mihi.* Quò ad litteram Dauid, tamquam dura ſeruitute preſſus, & magno dolore commotus, à Deo inquirit, quanto tempore ſua tribulatio & perſecutio ſit duratura. Porrò quia viro iuſto de morte, quam ſemper ante oculos habebat, & cui ſe per totam vitam parabat, mira erat ſolicitudo; finem inquirit ad quem viuendo currebat. q. d. *Iam tranſiluit* (exponit S. Auguſt.) *& adhuc tranſiliendum eſt. Non enim hic remanebimus. Finem notum mihi fac: finem, qui mihi deeſt; non curſum, qui mihi adeſt. Momentis tranſuolantibus cuncta rapiuntur: torrens rerum fluit: de quo torrente ille in via bibit pro nobis, qui iam exaltauit caput. Iſti ergo dies non ſunt; antè abeunt penè quam veniant; & cùm venerint, ſtare non poſſunt.* Sic ille. Ac tam fragili tamen & volatili vitæ fidimus: de nobis tamquam de immortalibus cogitantes, rerum terreſtrium & fluxarum ſtudio vacamus. Heu cæcitas! heu ſtultitia! heu inſania mortalium! Sed quid hoc eſt, quòd Propheta mortis ſuæ præſtitutum à Deo certumque diem ſcire vult? *Vt ſciam*, inquit, *quid deſit mihi.* Ad quem locum egregiè ita commentatur S. Chryſoſt. *Finem & numerum dierum, hoc eſt temporis longitudinem, orat ſibi ſignificari, non vt peteret eis aliquid adijci; ſed vt ſciret quid ſibi deſit. Sed quamobrem? vt intereà ſuæ ſaluti caueret & proſpiceret: & ſi peccata quidem feciſſet, properaret ad pœnitentiam; ſin autem iuſtitiam, vt eam retineret & confirmaret: vt qui peregrè eſſet profecturus, & coram iuſto iudice ſiſtendus.* Vide quàm ſalutaris homini ſit mortis recordatio; vt per pœnitentiam delictorum, certam vocationem ſuam faciat. Hæc erat illa meditatio frequens & vehemens, in qua elaborans Dauid (vt paulò antè præmiſerat) ignem

Luc. 24, 32.

Cor in meditatione accenditur, & mens illuminatur.

Exodi 34, 29.

Moyſis orantis claritas.

2. Cor. 3, 7.

Dauidis de fine & morte ſua ſolicitudo.

Breuis vita & volatilis.

Cur Dauid vitæ finem ſcire deſideret.

ignem quo exardeſceret eliciebat, dicens: *In meditatione mea exardeſcet ignis.* Quæ verba ſic exponit S. Ambroſ. *Lapis, ſi ad lapidem teratur, ignem excutit: ita etiam bona conſcientia pudore ſuccenditur, ſi renouetur ei ſuorum recordatio delictorum. Et in ipſa meditatione exardeſcit ignis, non malus ignis, qui adurat, ſed non exurat. Eſt ergo ignis, qui peccatum minuit, & ſuo culpam ardore depaſcit.*

6. *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos.*] Hac ſententiâ (inquit Creſollius Myſtag. lib. 4. cap. 2. ſect. 2.) eleganti vir ingenio ſacrum emblema contexuiſſe videtur ad mortalium documentum. Nam vt Parrhaſius pingendi artificio clariſſimus, cùm Cyclopem in tabella paruula dormientem expreſſiſſet, vt eius indicaret magnitudinem, ſatyros iuxta poſuit illius pollicem thyrſo metientes: ſic contra Rex ſapientiſſimus, cùm humanæ vitæ breuitatem ante oculos vellet collocare, Deum induxit illam palmis & momentis menſurantem. quem etiam dixit Iſaias palmo cælos ponderaſſe. Sic igitur canit: *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos.* S. Hieron. vertit *breues*;

Quàm ſit vita noſtra breuis.

Latinus Vulgatæ Interpres exquiſito iudicio reddit *menſurabiles*; generatim, & ſtylo contractiore, quod pleniùs apertiuſque diceretur, *menſurabiles palmo dies.* Itaque Patres Græci legunt παλαιστὰς, id eſt, *palmares poſuiſti dies meos.* Etiam

Quid ſit palæſta.

S. Ambroſ. ſeruat vocem *palæſtas*; qui ſimul notat eam ſignificare menſuræ quoddam genus architectorum, quatuor videlicet digitos inter ſeiunctos. Hinc Symmachus in hoc loco poſuit σπιθαμὰς, hoc eſt *palmas.* Eſſe tamen diſtinctionem inter palæſtam & ſpithamam ait D. Hieron. in cap. 40. Ezech. & illam quidem palmum dici breuiorem, hoc eſt menſuram quatuor digitorum; hanc autem *palmam* aliquantò maiorem, id eſt dodrantem. Sed illa duo confunduntur ab auctoribus: atque ab illo fonte manauit Prouerbium id Græcorum, σπιθαμὴ τῆς ζωῆς, *ſpithama vitæ*, quod Diogenianus interpretatur τὸ ἐλάχιστον, vitæ curſum breuiſſimum, & perpuſillum quiddam. Scio nouam Septuag. editionem iam habere παλαιὰς, *veteres* quod in codice quoque ſuo habuit S. Ambroſ. qui ſic reddit, *Ecce veteres poſuiſti dies meos*; verùm exemplaria fuiſſe diuerſa, tum ex eo doctiſſimo Patre intelligimus, tum è Gregorio Nazianz. qui cùm fratris ſui funus laudatione cohoneſtat, Dauid, inquit, dies humanos, παλαιστῶν μέτρον, *palmi menſuram*, definit: quod imitatus videtur Poëta Græcus, qui vitam vocat paucorum annorum μέτρα μινυνθάδια, *paruas menſuras.* Atque hoc etiam conuenit cum Hebræo textu טְפָחוֹת *tepachot*; quem Vatablus exprimit & illuſtrat hoc modo: *Palmares dediſti dies meos* vel *puſillos*, hoc eſt, breues poſuiſti vt menſuram palmi; Pagninus autem ſic, *Vt menſuram quatuor digitorum poſuiſti dies meos.* Hæc igitur Dauidicæ ſapientiæ imago eſt, celerrimum vitæ curriculum & breuitatem longè maximam coloribus ſuis delineantis. Vita noſtra palmæ vnius eſt vel quatuor digitorum; atque ita quidem, vt in illo ſpatio tam reſtricto, quemadmodum in linea, indiuidua copulantia infinita, ſic innumera propè aduerſa contineantur. Quò Euſebius Euthymiuſque trahunt vocem παλαιστὰς, allutione ad palæſtritas; vt dies noſtri non palæſtræ modò videantur, ſed etiam palæſtræ, dies laborioſiſſimi & pleniſſimi contentionis: in quibus viuere mors quædam ſit, atque mori principium immortalitatis. Non eſt profectò quòd vllus ſapiens in hoc palmo, in hac tanta breuitate, aut longiorem vitam ſperet, aut etiam optet, in ijs multis & quotidianis cladibus atque miſerijs quibus opprimitur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Ibidem. *Et ſubſtantia mea tamquam nihilum ante te.*] Id eſt, Tu qui me noſti, ſcis totum meum robur & firmitatem eſſe tamquam nihilum. Quò magis ad miſericordiam Deum permoueat, ſuæ fragilitatis teſtem ipſum citat, ſignificans eum minimè latere, quàm euanida ſit hominis ſubſtantia; Græcè ὑπόστασις, *ſubſiſtentia*; in Hebræo eſt חֶלֶד *cheled*: quæ vox propriè *tempus, ætatem & æuum vitæ* ſignificat: vnde Symmachus tranſtulit, καὶ ἡ βίωσίς μου, ὡς οὐδὲν ἀπέναντί σου, *& vita mea tamquam nihil coram te*: vel, vt S. Hieronymus vertit, *& vita mea quaſi non ſit in conſpectu tuo*; Aquila reddit, καὶ ἡ καταδυσίς μου ὡς οὐκ ἔστιν ἐναντίον σου, *& occaſus meus quaſi non eſt ante te.* Pulchrâ id metaphraſi expreſſit Apollinarius:

Homo in conſpectu Dei nihil eſt.

καὶ μάλα ῥίζαν ἐμῆς βιοτῆς ἀχρεῖον ἔγνως.

Et valde radicē meæ vitæ inutilem cognouiſti.

Simili ferè ſenſu in alio Pſalmo dicitur: *Memorare quæ mea ſubſtantia: numquid enim vanè conſtituiſti omnes filios hominum?* Sic Iſaias ait: *Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt in conſpectu Dei.* Et Daniel: *Omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati ſunt.* Vnde paſſim Patres docent, creaturas omnes vanas ac nihil eſſe, comparatas Deo. Id ipſum ergo Propheta magis adhuc inculcans, & ſuperbiſſimi animalis faſtum deprimens, ſubdit: *Verumtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Neminem excipit: *Omnis homo*, inquit, *viuens*: dum viuit, viget, & floret; vel, vt eſt propriè in Hebræo, נִצָּב *nitſab*, hoc eſt, *dum ſtat, dum firmiter conſiſtit*, qui nixus adamantino fundamento videatur potens & glorioſus, nihil eſt aliud niſi vniuerſa vanitas, ſiue vniuerſitas vanitatis. Quidquid enim in illo eſt, robur, ſanitas, pulchritudo, opes, dignitas, potentia, totum fragile & momentaneum eſt: fatuos ignes imitatur, aëris ardore expreſſos in tenui materia: ſubitò lucent, ſubitò emoriuntur. Id quod Symmachus eleganter expreſſit vertendo ἀτμὶς, *vapor.* Quò & Iacobus in Canonica ſua reſpexit, interrogans: *Quæ eſt enim vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens*; id eſt, inaniſſima & leuiſſima res, & quidem *ad modicum parens.* Ceterùm Hebraicè eſt כָּל־הֶבֶל *colhebel*, id eſt, *vniuerſa vanitas.* Quod ſic exponit Genebrardus, vt vox *vniuerſa* ſit feminini generis, per conſtructionem ſubſtantiui & adiectiui. q. d. *Omnis homo viuens eſt vniuerſa vanitas*, id eſt vaniſſimus; ita vt omnis creaturarum vanitas & miſeria in humana ſpecie quodammodo aggregetur, atque omnis vanitatis omnium creaturarum aliquid aut totum habeat homo, dum quæ in alijs eſt diſperſa, in eo vno ſimul inuenitur atque colligitur. Græcè tamen alia eſt conſtructio, πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, *verumtamen omnia vanitas, omnis homo viuens.* quod aliqui exponunt per Eclipſin κατὰ, q. d. *Per omnia eſt vanitas.* Alij per exaggerationem: Omnia ſunt vanitas, & præcipuè omnis homo viuens. Simplicior eſt conſtructio Hebraica, vt ſit

Pſal. 88, 48.

Iſaiæ 40, 17.

Dan. 4, 32.

Vana eſt hominis vita, vigor, firmitas, &c. quæ videntur ſpecioſa.

Iac. 4, 15.

Quomodo homo ſit vniuerſa vanitas.

ANNOTATIONES CORDERII.

ſenſus: Omnis homo viuens eſt mera, ſumma & perfecta vanitas. Non eſt particula vanitatis, ſed tota, integra & ſolida vanitas. Nam vt eſt quodammodò omnia, ſiue vniuerſa creatura: cum inanimatis enim eſt; cum plantis viuit, & vegetatur; cum brutis appetit, ſentit, mouetur; cum Angelis intelligit, ratiocinatur, vult, meminit: ita eſt vniuerſa eorum vanitas. Cum inanimatis namque corruptelæ, caſibus, iniurijs cæli, elementorum, locorum, temporum & accidentium corporalium eſt obnoxius. Cum viuentibus inſtabilitati & neceſſitati accretionis, decretionis, nutritionis, corruptionis, mortis & interitus. Cum ſentientibus vniuerſæ ſenſuum & ſenſibilium affectionum, perpeſſionum, patibilium qualitatum mutationi atque infelicitati. Cum Angelis alternationi, volubilitati & mutabilitati cogitationum, voluntatum, ſtudiorum, rationum, conſiliorum. Quin & ſuperat eorum omnium vanitates & inconſtantias. Nam, præter curas vitæ varias & ancipites, hoc habet proprium, vt non vni peccatorum generi, ſed varijs, multiplicibus atque adeò innumeris pænè ſubiaceat; ita vt vanitatum & miſeriarum omnium epitome ſeu compendium meritò dici poſſit. Multus eſt Propheta ſacer in hac veritate inculcanda: qui cùm ſæpè multa & illuſtria in eamdem rem dixiſſet, & paucis vellet omnia complecti, non potuit exaggerare magnificentiùs & ſublimiùs, quàm cùm dixit, *Verumtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Poſt quæ verba in Hebræo habetur dictio illa סֶלָה *ſelah*, & in Græco *διάψαλμα*; quam alibi diximus ſecundùm litteram indicare vocem à cantoribus eleuandam, quando ad hanc notam perueniſſent; ſecundùm ſpiritum verò ſignificare eleuationem animæ & mentis adhibendam. Vbi quoque notandum eſt, in hac parte ſacræ philoſophiæ exponenda, ferè ſemper à Dauide magno conſilio adhiberi particulam *verumtamen*, quæ nimirum ſit index intercalaris ſententiæ in omni genere ſermonis, qui de vita humaniſque rebus inſtituitur, repetendæ. Quapropter ſubdit:

Selah quid.

7. *Verumtamen in imagine pertranſit homo.*] In Hebræo eſt, בְּצֶלֶם *betſelem*, id eſt in vmbra quæ citò & facilè euaneſcit. Ita vocat imaginariam vitæ pompam, & ſpeciem inaniſſimam auri, argenti, voluptatum & volaticæ gloriæ, quæ velut ſomnium ſurgentium euaneſcunt. Vides fortè pompam, gloriæ bullas, & bracteatam felicitatem, puerili fuco imbutam; aureamque fortunam eſſe reris & ſuſpicis; auerte pauliſper oculos, tum in idem ſpectaculum eoſdem reflecte: quem priùs ſtantem & eſfloreſcentem mirabaris, videbis ruentem & flaueſcentem. Omnis ille vitæ curſus, ſtuppeus funiculus eſt, è vanitatibus contextus: cum ipſa vanitate in imagine pertranſit, vt vapor tenuis perit & vaneſcit. Imago fit & depingitur ad aliquid repræſentandum, quod reuerà in ſe ipſa non habet, ideoque vana dici poteſt; quia verè non continet id quod repræſentat, ſed eius dumtaxat ſimilitudinem & inane ſimulacrum. Sicut nux inanis & vana dicitur, quæ nucleum continere putatur quem non continet: ſic vtique imago v. g. venationis, & canem currentem, & leporem fugientem, & hominem buccinantem repræſentat, cùm nihil horum re ipſa, ſed tantùm apparenter, contineat.

Imago quid.

Iſtiuſmodi ſunt omnia quæ appellantur huius vitę bona, imagines dumtaxat ſunt bonorum, non ipſa bona. Conceſſit autem illa Deus, vt ex ijs, tamquam ex imagine, ad futurorum ac verorum bonorum contemplationem aſſurgeremus. Ad hoc dedit vitam hanc mortalem, vt ad immortalem animus ſurrigeretur: ad hoc indulſit diuitias tranſitorias, vt ad cæleſtes & numquam perituras opes anhelaremus: ad hoc conducunt honorum ac dignitatum gradus, vt Sanctorum in cælis gloriam contemplemur, & per virtutes veras ad illam aſpiremus. Omnes itaque res tranſitoriæ ſunt tantùm imagines quædam vanæ, nil præter externam rerum apparentiam continentes; quare vmbrarum inſtar ſubitò tranſibunt. Sicut ergo lex, Paulo teſte, *vmbram* dumtaxat habebat *futurorum bonorum*, non ipſa bona; quia nimirum ad hoc data erat, vt futuram Euangelicæ legis gratiam præfiguraret: ita res omnes temporales, quas hîc Dauid hominis viuentis aut ſtantis nomine deſignauit, factæ ſunt in figuram & imaginem verorum bonorum quæ in cælis expectamus numquam interitura, numquam terminanda, quibus ſolis Dei capax animus ſatiari poteſt. Egregiè ergo Dauid hîc verum ſeſe *Idithum*, id eſt mortalia (vt S. Auguſt. interpretatur) tranſilientem & tranſſcendentem exhibet, & iure meritiſſimo inter hunc & verſum præcedentem *ſelah*, ſignum eleuationis interpoſuit, eleuans mentem ex terrenis ad cæleſtia, ex vmbra ad corpus, ex figura & imagine, ad rem figuratam & ſignificatam: quemadmodum antiqui olim Patres, ea quæ in veteri lege fiebant conſiderantes, ad ea quæ in lege gratiæ futura erant cogitationem extendebant; & illa parui æſtimantes, ad hæc toto ſpiritu & corde ferebantur. Indeque tandem intulit; *Sed & fruſtrà conturbatur.* q. d. Si diuitiæ, deliciæ, honoreſque mundi, tantùm ſunt imagines & figuræ futurorum bonorum, non ipſa bona; vanè ergo & inſipienter homo propter hæc conturbatur, commouetur, inflammatur. Vanè conturbarentur & labore caſſò ſe fatigarent diuites, ſi in figuram quamdam & chartaceam imaginem illius ciuitatis, ad quam comparandam toto agmine procedunt, omnem illum apparatum bellicum conuerterent. Ridiculi eſſent accipitres, ſi propter perdicem pictam, vel perdicis figuram, inter ſe contenderent. Irriſoriè commouerentur canes, ſi propter pictum ligneumve leporem ſe inuicem morderent. Vanè pueri inter ſe corrixarentur, ſi propter vmbram pomi commouerentur. Quaſi ergo ſemetipſum propter Semei conuitia conturbatum corrigens Dauid, excelſo prorſus ſpiritu iudicat omnino vanam eſſe ſuam perturbationem, &, humano terrenoque honore ſpreto, totum ſeſe contulit ad verum, firmum, ſolidum ſtabilemque honorem deſiderandum: &, contemptis rebus tranſitorijs atque terrenis, tamquam vmbraticis, ad cæleſtia, vera & æterna bona mentem eleuauit, dicens:

Tranſitoria omnia imagines ſunt bonorum, non ipſa bona.

Hebr. 10, 1

Dauid verus Idithum, id eſt tranſiliens terrena.

Fruſtrà quis ob res caducas conturbatur.

8. *Et nunc quæ eſt expectatio mea?* &c.] q. d. Quid mea refert, quid Semei de me loquatur, quòd plenis plauſtris contumelias in me euomat, & honorem meum lædere moliatur? aërem dumtaxat verberat, & fugacem honoris vmbram caſſis maledicentiæ ſpiculis impetit, & verum honorem meum, qui apud Deum eſt,

Dauid ſol cæleſtia & diuina ſpectabat, & ſperabat.

minimè

minimè tangit; ſed potiùs illuſtriorem reddit. Quid enim eſt quod quæro, quod deſidero, quod
Gal. 1, 10.
expecto? *An quæro hominibus placere, an Deo? Si adhuc hominibus placerem, Dei ſeruus non eſſem.* Nunc autem *ſubſtantia mea apud te eſt*, ibi opes, ibi honores, ibi deliciæ, ibi theſaurus,
2. Tim. 1, 12.
ibi cor meum. *Scio enim cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem.* Apud Theodoretum Aquila pro *ſubſtantia* vertit *expectationem:* quaſi nimirum Deo dicat Propheta, Te expecto circumſpiciens, tuam benignitatem præſtolor. In Hebræo eſt תּוֹחַלְתִּי *thochaltti*, quod Pagninus interpretatur, *ſpes mea, expectatio mea*; vt ſignificet Vates, totam ſubſtantiam, vitam opeſque ſuas nihil aliud fuiſſe quàm ſpem in Deo ſuo. Sed quia is cuius expectatio Dominus eſt, ſine peccatis non viuit, ne peccata interuenientia expectationem eius fallant, & prouentu expectato fruſtrentur, ſubdit:

David ſe ad peccati remiſſionem ſolicitè diſponebat.

9. *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.*] Per veram ſcilicet peccatorum remiſſionem, quorum in ſe culpam reſidere non diffitetur. neque vnius tantùm peccati ſe accuſat, ſed fatetur multiplici reatu ſe eſſe obſtrictum. Monemur autem exemplo Dauidis, non tantùm ab ærumnis, quæ nos premunt, leuationem petere, ſed earum cauſſæ abolitionem poſtulare, quæ ſunt peccata, è quibus velut è fonte mala omnia ſcaturiunt. Ne igitur veniæ precatio ex parte ſua omni prorſus opere bono vacua, & proinde ſterilis exiſteret, congruam ſubnectit rationem, ob quam diuinæ benignitati conſentaneum ſit, peccata ſupplici condonare. *Opprobrium*, inquit, *inſipienti dediſti me.* Loquitur de iniurijs & contumelijs ſibi à Semei in fuga irrogatis; quando Abiſai de
2. Reg. 16.
illo vltionem ſumere volenti Dauid dixit: *Dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum Domini: ſi forte reſpiciat Dominus afflictionem meam: & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* Atque hoc eſt quod allegat ſe ex parte ſua feciſſe, quo ſe venia non indignum redderet, ſed ad eam congruè diſponeret, dicens:

Dauidis in afflictionibus philoſophia.

10. *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti.*] q. d. Tu mi Deus, tu hæc feciſti, tua prouidentia, voluntas, permiſſio hæc in me immiſit: quia ergo tu hæc omnia feciſti, impius ego ſim, qui contra te querar. Ergo voluntati tuæ pareo, & quidquid ab ea eſt, tolero in ſilentio. Norat quippe manſuetiſſimus rex Dauid miram vim huius ſilentij, propterea vim ſibi faciens, non aliam eius cauſſam adfert, quàm hanc ipſam, *quoniam tu feciſti.* ac ſi dicat: Ideò ſileo, quia voluntatis tuæ hoc eſſe video. Tua mi Deus voluntas hoc mihi ſilentium indixit. Hoc nempe conſiderabat Dauid videns Semei verba contumeliæ effutientem, & lapides in ſe mittentem, voluntatis Dei eſſe, vt iniurias illas æquo animo ferendo, ad peccatorum ſuorum veniam faciliùs impetrandam ſe ritè diſponeret. Quamuis enim Deus maledicam illam Semei voluntatem non feciſſet; eâ tamen vtebatur ad vindictam de peccato Dauidis ſumendam. Quod optimè intelligens Dauid, minimè attendebat illa quæ Semei loquebatur, tamquam ab ipſo prodeuntia, ſed tamquam flagella, per quæ Deus illius delicta caſtigare intendebat. Quare admodum prudenter ad Deum ſe conuertit: & quia ab eo profectum ſit quod patitur, ſibi obmuteſcendum eſſe ſtatuit. Cùm itaque Dauid tantis iniurijs affectus, quia Deum agnoſcit deſpectionis ſuæ auctorem, legem tacendi ſibi imponat; hoc ſciamus efficaciſſimum peccatorum veniam obtinendi medium eſſe, humiliari ſub potenti manu Dei, & cum ſilentio diuinis eius iudicijs acquieſcere. Simul etiam & hoc diſcamus, eum ſcilicet qui veniam precatur, opportunè admodum improperiorum ſuorum ſuſtinentiam in ſignum veræ pœnitentiæ, ad ſcelerum ſuorum ſatisfactionem, Domino humiliter offerre; quia iſtiuſmodi opprobriorum, præſertim in eo qui illa iuſtè, ſi vellet (cùm Dauid rex eſſet, & Semei ſubditus) punire poſſet, patiens propter Deum tolerantia, non ſolùm delictorum, ſed etiam pœnæ ijs debitorum indulgentiam obtinendi fiduciam præſtat. vnde ſubdit:

ANNOTATIONES CORDERII. Peccatori conſultiſſimum eſt, humiliari ſub manu Dei.

David infirmitatis ſuæ conſcius, non ſe excuſat, ſed ſupplex erat.

11. *Amoue à me plagas tuas.*] Confirmat precationem ſuam Dauid, vt veniam adeptus clementer tractetur. Nihil autem excuſationis adfert ad leuandam culpam; ſed infirmitati ſuæ parci cupit, quam ingenuè profitetur dicens:

12. *A fortitudine manus tuæ ego defeci.*] Cùm me, inquit, varijs doloribus & perſecutionibus affligas, ac duris increpationibus propter iniquitates meas reprehendas, quidni deficiam, & te iratum conſiderans, præ timore ac meæ vilitatis cognitione tabeſcam? Certè quem Deus per immiſſam cogitationem de peccatis reprehendit, habet vnde mirum in modum humilietur. Atque hoc eſt quod Ieremias quoque ait, *Memoriâ memor ero*, ſcilicet imbecillitatis meæ, Thren. 3, 20.
& peccatorum ac miſeriarum mearum; & cùm à Domino huiuſmodi cogitationes accepero, *tabeſcet in me*, humiliabiturque *anima mea*. Nam quid, quæſo, magis humiliet aut tabeſcere faciat hominem, quàm vox Domini propter iniquitatem ipſum increpantis? *Dominus in tempeſtate*, inquit Nahum, *& turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius. Increpans mare, & exſiccans illud: & omnia flumina ad deſertum deducens.* Quia dum nos ob peccata reprehendit, quaſi præ timore areſcimus, & ab omni tumore & propria reputatione deficimus. Atque hoc eſt quod ſubdit: *Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius.* Symmachus vertit, Καὶ διαλύεις ὡς ἀρῶτα τὸ ἐπιθυμητὸν αὐτοῦ, *Et diſſoluis tamquam cariem deſiderabile ſuum.* S. Hieron. interpretatur, *Et poſuiſti quaſi tineam deſiderabilia illius.* Vertunt ex Hebræo alij, *Tabeſcere facis velut tinea deſiderabile eius.* Hoc eſt: Quemadmodum ipſa tinea veſtem pretioſam ſolet peredere atque perdere; ſic quod in eo eſt deſiderabile & eximium tu liqueſacis, ſiue conſumis. Sicut ergo aranea, vel tela araneæ, facilè perit, & tinea, ſi ſoli exponatur, citò diffluit & interit abiens in auras; ita hominis deſiderium, vita, ſtatus, conditio, fugaciſſima ſunt, & corruptelæ maximè obnoxia.

Incrępatio Dei formidabilis eſt. Nahum 1, 4.

Vt aduenæ hic viuere debemus.

13. *Aduena ego ſum apud te.*] S. Hieron. id illuſtrat, quaſi περάτην vellet dicere, hoc eſt *tranſitorem:* quod myſterium præcipuè intueri Pſalmus videtur, vt ex inſcriptione *pro Idithum*, quod *tranſilientem* ſignificat, S. Auguſt. optimè colligit, & nos ex ipſo ibidem annotauimus. Certè mundana omnia, vt fluxa & volatica, prætereunt, tranſeunt, euaneſcunt: & nos cum illis tranſimus, & diuerſis veluti dromonibus omnes ferimur in vaſtum Oceanum æternitatis: vnde

 homi-

PARAPHRASIS PATRVM.

homines in ſacro ſermone ſalutari elogio *tranſitores* nominati. Cùm igitur ſancti omnes hoc Dauidis oraculum ſæpe cum animo ſuo reputent, & aſſiduè meditentur, à corruptione mundi quàm longiſſimè ſe remouent, atque illius inaniſſimam pompam & vanitatem, quâ pereunt multi, generoſo animo aſpernantur. Qua de re eſt pulcherrimum D. Leonis effatum Serm. 2. de reſurrect. ſic hortantis: *Ad æterna prælectos peritura non occupent.* & paulò pòſt: *In hac mundi valle ſi quæ commoda blandiuntur, non amplectenda nequiter, ſed trāſeunda ſunt fortiter.*

14. *Remitte mihi vt refrigerer*, &c.] Ita etiam Vulgata legit cum S. Ambroſio; S. Auguſt. *dimitte me* poſuit; Scholion exponit, ἄνες, συγχώρησον, ἀνάπαυσον, *dimitte, condona, da recreationem*, ſeu quietem; Symmachus vertit, ἀπόσχου μου ἵνα μειδιάσω πρὶν ἀπελθεῖν με, καὶ μὴ ὑπάρχειν, *recede à me, vt ſubrideam, antequam ego abeam, & non ſubſiſtam.*

IN PSALMVM XXXIX. ARGVMENTVM.

1. In finem, ipſi Dauid Pſalmus.

α. Εἰς τὸ τέλος, τῷ Δαβὶδ ψαλμός.

Quidam in beatum Ieremiam hunc Pſalmum acceperunt; aliqui in admirabilem Danielem; quoniam & is & ille in lacum coniecti ſunt. Porrò aliqui captiuis Babylonem habitantibus Pſalmum hunc quadrare dixerunt. Ego autem figuratè quidem in ea quæ ipſi Dauidi acciderunt, hunc conſcriptum eſſe opinor; referri verò ad vniuerſam hominum naturam, quæ ſpem reſurgendi à Deo & Saluatore noſtro accepit.

Τινὲς εἰς τὸν μακάριον Ἱερεμίαν τοῦτον ἔλαβον τὸν ψαλμόν· τινὲς εἰς τὸν θαυμάσιον Δανιήλ· ἐπειδὴ κἀκεῖνος καὶ οὗτος εἰς λάκκον ἐβλήθησαν. Τινὲς δὲ τοῖς οἰκήσασι τὴν Βαβυλῶνα αἰχμαλώτοις ἁρμόττειν ἔφασαν τὸν ψαλμόν. Ἐγὼ δὲ τυπικῶς μὲν εἰς τὰ συμβεβηκότα τῷ Δαβὶδ, τοῦτον συγγεγράφθαι νομίζω, ἀναφέρεσθαι δὲ εἰς ἅπασαν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν τὰς τῆς ἀναστάσεως δεξαμένην ἐλπίδας.

PARAPHRASIS.

2. EXPECTANS expectaui Dominum, & intendit mihi.

Expectantes ſe Deus reſpicit.

Poſtquam, inquit, valdè expectaſſem Deum, intendit mihi. Nam cùm peccatum meum auerſatus fuiſſet, benignā mihi faciem oſtendit.

β. ΥΠΟΜΕΝΩΝ ὑπέμεινα τὸν κύριον, καὶ προσέσχε μοι.

Ἐπειδή, φησι, σφόδρα ὑπέμεινα τὸν θεὸν, προσέσχε μοι. Ἀποστραφεὶς γὰρ τὴν ἁμαρτίαν, εὐμενές μοι πρόσωπον ἔδειξε.

3. Et exaudiuit preces meas.

Et quid fecit, cùm exaudiſſet?

γ. Καὶ εἰσήκουσε τῆς δεήσεώς μου.

Καὶ τί πεποίηκεν εἰσακούσας;

Et eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.

Sic ſacræ Litteræ maxima diſcrimina nuncupare ſolent. Cùm autem à periculis liberaſſet, quid tibi rurſus gratificatus eſt?

Καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος.

Οὕτω τοὺς μεγίστους κινδύνους ὀνομάζειν ἔθος τῇ γραφῇ. Τῶν δὲ κινδύνων ἀπαλλάξας, τί σοι πάλιν κεχάρισται;

Et ſtatuit ſupra petram pedes meos.

Supra petram, id eſt, quaſi ſupra petram. ac ſi dicat: in ſecuro me conſtituit.

Καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου.

Ἐπὶ πέτρας, τουτέστιν, ὡς ἐπὶ πέτραν. ἵνα εἴπῃ· ἐν ἀσφαλεῖ με κατέστησεν.

Et direxit greſſus meos.

Et omnia, inquit, mihi plana reddidit, vt nullum mihi foret obſtaculum ad emergendum.

Καὶ κατεύθυνε τὰ διαβήματά μου.

Καὶ πάντα μοί, φησιν, ηὐόδωσεν, ὥστε μηδέν μοι παρεμποδὼν γίνεσθαι πρὸς τὴν ἐπάνοδον.

δ. Καὶ

δ'. Καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ στόμα μου ἆσμα καινὸν, ὕμνον τῷ θεῷ ἡμῶν.

Οὐκέτι γὰρ θρηνωδῶν ἱκετεύω ἀλλ' ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις ὑμνῶ.

Ὄψονται πολλοὶ καὶ φοβηθήσονται, καὶ ἐλπιοῦσιν ἐπὶ κύριον.

Καὶ οἱ μηδέπω γευσάμενοι τῶν ἀγαθῶν, θαῤῥοῦντες φοβηθήσονται, ὡς ἤδη μὴ προσεληλυθότες, καὶ τῇ ἐλπίδι κρατυνθέντες, τῆς παρὰ θεοῦ τεύξονται σωτηρίας.

ε'. Μακάριος ἀνὴρ, οὗ ἐστι τὸ ὄνομα κυρίου ἐλπὶς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐπέμβλεψεν εἰς ματαιότητας καὶ μανίας ψευδεῖς.

Κἀνταῦθα μακαρίζει τὸν τῶν μὲν παρόντων καταφρονήσαντα, τὴν ἐλπίδα δὲ τὴν θείαν ἀντὶ πάντων κτησάμενον.

ϛ'. Πολλὰ ἐποίησας σὺ κύριε ὁ θεός μου τὰ θαυμάσιά σου· καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου οὐκ ἔστι τίς ὁμοιωθήσεταί σοι.

Νικᾷ, φησὶν, ἀριθμὸν καὶ ἀνθρωπίνην διήγησιν τὰ ὑπὸ τῆς σῆς δυνάμεως γινόμενα θαύματα. Οὐ γάρ ἐστιν ὁ τὰ ὅμοιά σοι δρᾶσαι δυνάμενος. μέγιστα μὲν γὰρ καὶ περικαλῆ σου τὰ ποιήματα. Νικᾷ δὲ τοὺς ἀνθρωπίνους ἐπαίνους, τὰ καθ' ἕκαστον καιρὸν ὑπὸ τῆς σῆς προμηθείας οἰκονομούμενα.

Ἀπήγγειλα καὶ ἐλάλησα, ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν.

Καίτοιγε, φησὶ, καθόσον ἐγχωρεῖ, διηγησάμην πολλοῖς πολλὰ, καὶ ὅσα ἠδυνάμην, ἀλλ' ὅμως ἡττήθην διηγούμενος.

ζ'. Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, ὦτα δὲ κατηρτίσω μοι.

Καὶ τὸ μεῖζον, φησὶ, καὶ παραδοξότερον οὐκ ἠβουλήθης παρ' ἐμοῦ θυσίας, εἰς τὸ ἐπαγαγεῖν με, ἀλλ' ὑπακοήν με ἀπῄτησας μόνον· ὦτα γὰρ τὴν ὑπακοὴν λέγει.

Ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας.

η'. Τότε εἶπον· ἰδοὺ ἥκω.

Δήλου γὰρ ὄντος, φησὶν, ὅτι ἡ ἁμαρτία πρόξενος ἐγένετο τῆς αἰχμαλωσίας, δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας, ἔλυσας τὴν ἀ-

4. Et immiſit in os meum canticum nouum, carmen Deo noſtro. PARAPHRASIS PATRVM.

Non ampliùs enim lamentando precor, ſed pro beneficijs acceptis canto.

Videbunt multi & timebunt, & ſperabunt in Domino.

Et qui necdum guſtarunt bona, confidentes timebunt, quòd hactenus non acceſſerint: & ſpe confirmati, à Deo ſalutem conſequentur.

5. Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.

Hîc etiam beatum prædicat eum, qui præſentia quidem deſpicit, diuinam verò ſpem præ omnibus habet. *Beatus qui ſperat in Deum.*

6. Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Miracula, inquit, quæ à tua potentia facta ſunt, omnem numerum & narrationem humanam ſuperant. Non enim eſt qui facere poſſit ſimilia tibi; quandoquidem opera tua maxima & perpulchra ſunt. Vincunt autem humanas laudes, ea quæ quolibet tempore à tua prouidentia diſpenſata fuere. *Miracula Dei multa & magna.*

Annuntiaui & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

Equidem, inquit, quoad licuit, enarrabam multis multa; & quanta poteram, verumtamen commemorans ſuperabar.

7. Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem pefeciſti mihi.

Et quod maius eſt, inquit, atque mirabilius, noluiſti vt offerrem ſacrificia, ſed ſolam obedientiam à me exegiſti. Per *aures* enim intelligit obedientiam. *Obedientia Deo pro ſacrificijs placet.*

Holocauſta & pro peccato non poſtulaſti.

8. Tunc dixi, Ecce venio.

Cùm enim, inquit, manifeſtum eſſet, peccatum captiuitatem attuliſſe; ob nimiam benignitatem peccatum diſſoluiſti, ſacrificium minimè

PARAPHRASIS PATRVM.

minimè expoſcendo. Hanc autem, inquit, gratiam cùm viderem, meipſum tibi obtuli, dicens: *Ecce adſum.*

μαρτίαν, θυσίαν μὴ ἀπαιτήσας. Ταύτην δέ σου, φησὶ, τὴν χάριν ἰδὼν, ἐμαυτόν σοι προσήγαγον λέγων· Ἰδοὺ πάρειμι.

In capite libri ſcriptum eſt de me

Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ

9. Vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio * ventris mei.

* Vulgata cordis

θ΄. Τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου· ὁ θεός μου ἐβουλήθην, καὶ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου.

Id eſt, ſuperiùs in libris propheticis hæc de me prædicta ſunt. Et cùm ad te, inquit, acceſſerim, omne ſtudium adhibeo ad implenda præcepta tua, & ſecundùm voluntatem tuam viuendum.

Τουτέστιν, ἄνωθεν ἐν ταῖς προφητικαῖς βίβλοις ταῦτα περὶ ἐμοῦ προηγόρευται. Καὶ προσελθών σοι, φησὶ, πᾶσαν ἔχω σπουδὴν τὰς σὰς πληρῶσαι ἐντολὰς, καὶ κατὰ τὸ σὸν πολιτεύεσθαι θέλημα.

10. Annuntiaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna, ecce labia mea non prohibebo: Domine tu ſciſti.

ί. Εὐηγγελισάμην δικαιοσύνην ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, ἰδοὺ τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω· κύριε σὺ ἔγνως.

Annuntiaui ait pro annuntiabo, vti patet ex ſequentibus. Sed neque ceſſabo, inquit, hoc facere, neque claudam os, vt non annuntiem quæ præbuiſti nobis bona.

Τὸ εὐηγγελισάμην ἀντὶ τοῦ εὐαγγελιοῦμαι λέγει, καὶ τοῦτο δῆλον ποιεῖ τὸ ἑξῆς. Ἀλλ' οὐδὲ παύσομαι, φησι, τοῦτο ποιῶν, οὐδὲ κλείσω τὸ στόμα ὥστε μὴ ἀπαγγέλλειν ἃ παρέσχες ἡμῖν ἀγαθά.

11. Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.

ιά. Τὴν δικαιοσύνην σου οὐκ ἔκρυψα ἐν τῇ καρδίᾳ μου· τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου εἶπα.

Non abſcondi miſericordiam tuam, & veritatem tuam, à concilio multo.

Οὐκ ἔκρυψα τὸ ἔλεός σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου, ἀπὸ συναγωγῆς πολλῆς.

Atque ego, inquit, minimè celo bona quæ mihi tradita ſunt; ſed promulgo illa prout valeo.

Κἀγώ, φησιν, οὐ κρύπτω τὰ παραδοθέντα μοι καλά· ἀλλὰ δημοσιεύω αὐτὰ καθὼς δύναμαι.

12. Tu autem Domine ne longè facias miſericordias tuas à me: miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

ιβ΄. Σὺ δὲ κύριε μὴ μακρύνῃς τοὺς οἰκτιρμούς σου ἀπ' ἐμοῦ, τὸ ἔλεός σου καὶ ἀλήθειά σου διαπαντὸς ἀντελάβοντό μου.

Idcircò, inquit, tu quoque Domine miſerationes tuas à me non elongaſti. Nam vera tua benignitas ſuſcepit me, & adiuuit. Recenſet deinceps etiam mala quibus cum Deus liberauit, vt hymnos de Domino amplificet.

Gratitudo Dauidis pro liberatione à malis.

Καὶ διὰ τοῦτο, φησὶν, οὐδὲ αὐτὸς δέσποτα τοὺς οἰκτιρμούς σου ἐχώρισάς μου. Ἡ γὰρ ἀληθινή σου φιλανθρωπία ἀντελάβετό μου, καὶ ἐβοήθησεν. Εἶτα διηγεῖται καὶ τὰ κακὰ, ὧν ἀπήλλαξεν αὐτὸν ὁ θεὸς, πρὸς τὸ αὐξῆσαι τοὺς ὕμνους τοὺς περὶ τοῦ δεσπότου.

13. Quoniam circumdederunt me mala quorum non eſt numerus: comprehenderũt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.

ιγ΄. Ὅτι περιέσχον με κακὰ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· κατέλαβόν με αἱ ἀνομίαι μου, καὶ οὐκ ἠδυνήθην τοῦ βλέπειν.

Ex iniquitatibus, inquit, meis in tantas incidi calamitates, ita vt caligarem,

Τοιαύταις, φησὶ, συμφοραῖς περιπέπτωκα ἐκ τῶν ἀνομιῶν τῶν ἐμῶν, ὥστε σκοτοδινιᾶν,

καὶ

καὶ μηδὲ πρὸς τὸ φῶς ἀτενίζειν δύνασθαι.

Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου· καὶ ἡ καρδία μου ἐγκατέλιπέ με.

Ἀνωτέρω τὸ σφοδρότερον εἰπὼν τῆς συμφορῶν, ἐνταῦθα τὸ πλῆθος αὐτῶν ὑπαινίττεται. Καὶ μικροῦ, φησι, καὶ ἐξέλιπον, καὶ οὐκ ἤμην ἐν ἐμαυτῷ, οὕτω μου πᾶς διαλογισμὸς ἐξησθένει.

ιδʹ. Εὐδόκησον κύριε τοῦ ῥύσασθαί με· κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες.

Ἀλλ᾽ οὕτω μου διακειμένου, φησὶν, ηὐδόκησας αὐτὸς ἀπαλλάξαι με.

ιεʹ. Καταισχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν ἅμα, οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου τοῦ ἐξᾶραι αὐτήν.

Κατῃσχύνθησαν, φησι, καὶ ἐνετράπησαν ὅσοι κακῶς μοι ἐβουλεύσαντο. ὁ χρόνος γὰρ ἐνήλλακται.

Ἀποστραφείησαν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ καταισχυνθείησαν οἱ θέλοντές μοι κακά.

Ἀντὶ τοῦ, ἀπεστράφησαν, καὶ κατῃσχύνθησαν.

ιϛʹ. Κομισάσθωσαν παραχρῆμα αἰσχύνην αὐτῶν, οἱ λέγοντές μοι, εὖγε, εὖγε.

Καὶ ἐκομίσαντο, φησιν, αἰσχύνην ταχεῖαν οἱ ἐφηδόμενοί μοι.

ιζʹ. Ἀγαλλιάσαιντο καὶ εὐφρανθείησαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε, καὶ εἰπάτωσαν διαπαντός· μεγαλυνθήτω ὁ κύριος, οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου.

Οἱ μέντοι ἐλπίζοντές, φησιν, ἐπὶ σε, ἐν πολλῇ κατέστησαν ἀγαλλιάσει καὶ εὐφροσύνῃ, καὶ εἰς τοῦτο κατέστησαν, εἰς τὸ διαπαντὸς ὑμνεῖν σε καὶ δοξάζειν, τὴν ἀπὸ σοῦ σωτηρίαν ἀναμένοντες.

ιηʹ. Ἐγὼ δὲ πτωχός εἰμι, καὶ πένης, κύριος φροντιεῖ μου.

Ἐπειδὴ γάρ, φησιν, ἐν ἐνδείᾳ παντὸς ἤμην ἀγαθοῦ, καὶ ἐν πτωχείᾳ παντὸς ἀναγκαίου, παραδόξως ἐφρόντισάς μου.

Βοηθός μου καὶ ὑπερασπιστής

neque lumen intueri poſſem.

Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me. PARAPHRASIS PATRVM.

Cùm ſuperiùs calamitatum vehementiam declaraſſet, hîc earumdem multitudinem inſinuat. Et vix non, inquit, defeci, & non eram mihi præſens, adeò omnis rationis meæ vſus infirmabatur.

14. Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me reſpice.

Verumtamen, inquit, ſic affectum complacuit tibi vt me liberares.

15. Confundantur & reuereantur ſimul, qui quærunt animam meam, vt auferant eam.

Confuſi ſunt, inquit, & reueriti ſunt, qui malè mihi conſulebant. Tempus enim variatum eſt.

Conuertantur retrorſum, & * erubeſcant qui volunt mihi mala. * Vulgata reuereantur

Id eſt, conuerſi ſunt, & rubore ſuffuſi.

16. Ferant confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi, Euge, euge.

Et retulerunt, inquit, celerem confuſionem qui mihi inſultabant.

17. Exultent & lætentur ſuper te omnes quærentes te: & dicant ſemper: Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Qui, inquit, in te ſperarunt, in multa lætitia & gaudio conſtituti ſunt; & eò deuenerunt, vt aſſiduò te laudent & honorent, ſalutem quæ ex te eſt præſtolantes.

18. Ego autem mendicus ſum, & pauper: Dominus ſolicitus eſt mei.

Cùm enim, inquit, omnis boni & rerum neceſſariarum penuriâ laborarem, mirabili modo mei curam habuiſti.

Adiutor meus, & protector

COMMENTARIVS PATRVM.

meus es tu: Deus meus ne tardaueris.

Factus es autem, inquit, adiutor & protector meus in tempore opportuno.

μου εἶ σύ, ὁ θεός μου, μὴ χρονίσῃς.

Ἐγένου δέ μοι, φησὶ, βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς ἐν δέοντι τῷ καιρῷ.

COMMENTARIVS.

2. EXPECTANS EXPECTAVI DOMINVM.] Geminatio ſignum eſt intentionis. vt in iſto: Videns vidi malitiam, id eſt exactè vidi. &, Cognoſcens cognoſces, id eſt accuratè cognoſce. Vult autem dicere: Quoniam vehementer expectaui Deum, ideò intendit mihi. Inſtruit autem omnes homines, vt generosè ferant calamitates. *Expectans*, inquit, *expectaui*, *& intendit mihi*, ſiue reſpexit me. Quamuis enim vir iuſtus ſimul atque orat non exaudiatur, nihilominùs ſperans perſeuerat, ſciens *quòd tribulatio patientiam operatur*. Licet enim peccauerit, peccatum tamen confitetur. Quòd ſi recidiuam paſſus ſit, indicat hoc medico, vt ipſum ſubleuet. Fatetur etiam profunditatem peccatorum, & cœnoſi corporis voluptates; in quas incidens anima demergitur. Et quid tibi præbuerit, cùm exaudiuit, dicito: *Et eduxit me de lacu miſeriæ.* quaſi dicat, tamquam de lacu, tamquam de luto, id eſt de profundo peccatorum. Vel *lacum miſeriæ*, profundum peccati, *&* *lutum fæcis* vocat cœnoſas corporis voluptates, in quas impingens anima immergitur. Vel *lacum miſeriæ* mundanarum afflictionum, vel maxima pericula intelligit; vel lacum captiuitatis multum cœni habentem, vnde difficulter eruatur qui in illum incidit. Porrò ab his liberans, quid tibi præſtitit? *Et ſtatuit ſupra petram:* rurſus, quaſi ſupra petram. ac ſi dicat: In ſecuro me collocauit, & omnia mihi facilia reddidit. Non permiſit, inquit, me moueri & circumferri; ſed ſtatum mihi ſtabilem conceſſit, & inoffenſo pede currere me fecit. Vel *lacus miſeriæ* mors eſt, cuius naturam Chriſtus ſuſtulit. *Lutum* autem *fæcis*, propter fœtorem ſuum, peccatum eſt, quod rectum curſum hominum interrumpit. Petra verò, de qua dicit, *Et ſuper hanc petram.* Vel petra Chriſtus, per quem

Perſeuerandum in ſpe & oratione, vt exaudiamur.

Rom. 5, 3.

Verſ. 3.

Lacus miſeriæ vita carnalis.

Petra pro ſecuritate.

Matth. 16, 18.

β. ΥΠΟΜΕΝΩΝ ΥΠΕΜΕΙΝΑ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Ὁ διπλασιασμὸς σημεῖόν ἐστιν ἐπιτάσεως ὡς ἐν τῷ, Ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν, ἀντὶ τοῦ, σφόδρα εἶδον. καὶ γινώσκων γνώσῃ, ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς γνῶθι. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, Ὅτι ἐπειδὴ σφόδρα ὑπέμεινα τὸν Θεὸν, προσέσχε μοι. Παιδεύει δὲ πάντας ἀνθρώπους, γενναίως φέρειν τὰς συμφοράς. Προσδοκῶν, φησι, προσεδόκησα, καὶ προσέσχε μοι, ἤτοι ἐπεσκέψατο. Κἂν γὰρ παραχρῆμα δεηθεὶς ὁ δίκαιος μὴ εἰσακουσθῇ, ὅμως ἐλπίζων προσκαρτερεῖ, εἰδὼς τὴν θλῖψιν ὑπομονὴν κατεργάζεσθαι. Κἂν γὰρ ἁμάρτῃ, ὁμολογεῖ τὸ κακόν. Κἂν ἑαυτὸν ἀναλάβῃ, γνωρίζει τὸν ἰατρὸν, πόθεν αὐτὸν ἀνιμήσατο. Ὁμολογεῖ καὶ τὸ βάθος τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τοῦ πηλώδους σώματος τὰς ἡδυπαθείας, εἰς ἃς ὀλισθήσασα καταποντοῦται ψυχή. Καὶ τί σοι παρέσχεν εἰσακούσας, εἰπέ. Καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας· ἵνα εἴπῃ, ὡς ἐκ λάκκου, ὡς ἀπὸ πηλοῦ, τουτέστιν ἐκ βάθους ἁμαρτιῶν. Ἢ λάκκον ταλαιπωρίας, τὸ βάθος τῆς ἁμαρτίας, καὶ πηλὸν ἰλύος, τὰς τοῦ πηλώδους σώματος ἡδυπαθείας, ἐν αἷς ὀλισθήσασα ψυχὴ βαπτίζεται. Ἢ λάκκον ταλαιπωρίας τῶν κοσμικῶν περιστάσεων, ἢ τοὺς μεγίστους φησὶ κινδύνους· ἢ λάκκον τῆς αἰχμαλωσίας ὕλην ἔχοντος πολλὴν, ἀφ' οὗ δυσαναστάτως ηὑρίσκετο ὁ ἐμπεσών. Τούτων δὲ ἀπαλλάξας, τί σοι κεχάρισαι; Καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν. πάλιν, ὡς ἐπὶ πέτραν. ἵνα εἴπῃ· ἐν ἀσφαλείᾳ με κατέστησε, καὶ πάντα μοι δέδωσεν. Οὐκ εἴασέ με, φησὶ, κλονεῖσθαι καὶ περιφέρεσθαι· ἀλλ' ἑδραίαν μοι τὴν στάσιν παρέσχετο, καὶ ἀκωλύτως με τρέχειν παρεσκεύασεν. Ἢ λάκκος ταλαιπωρίας ὁ θάνατος, ἀφ' οὗ τὴν φύσιν Χριστὸς ἀνιμήσατο. Πηλὸς δὲ ἰλύος διὰ τὸ δυσῶδες, ἡ ἁμαρτία, τὸν ἐπ' εὐθείας κωλύουσα δρόμον τῶν ἀνθρώπων. Πέτρα δὲ περὶ ἧς φησι, Καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ. Ἡ πέτρα ὁ Χριστὸς, δι' οὗ ἡ πνευμα-

πνευματικὴ ὁδὸς διαπλατύνεται· ἧς ὁ μὴ παρατραπεὶς, διασώζει τὸ ἴχνος ἐν καθαρῷ, οὐδαμόθεν τῷ πηλῷ τῆς ἡδονῆς μολυνόμενον. δοὺς δέ, φησι, στῆναι, καὶ βαδίζειν, ἐνώδωσε τὴν ἐντολῶν τὰς ὁδούς.

δ'. Καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ στόμα μου.] Παρέσχε μοί, φησι, καὶ ἀφορμὴν τοῦ ᾆσαι αὐτῷ καινὸν ὕμνον. Καινὸς δὲ ὁ ἐπὶ παραδόξοις ἀναπεμπόμενος. Ἢ ἀντὶ τοῦ, οὐκέτι θρηνῶ ὡς πάλαι, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις ὑμνῶ· ἀπὸ γὰρ τῶν χειρόνων ἀπαλλαγεὶς, τὸ μὲν παλαιὸν ᾆσμα ἀφῆκε, τὸ ἐμβληθὲν δὲ ὑπὸ τοῦ σώσαντος ᾄδει καινὸν, ἢ τὸ εὐαγγελικόν. Μετὰ γὰρ τὴν ἀπάθειαν ᾄδομεν ᾆσμα καινὸν ἀνακαινισθέντες. Σημείωσαι, ὅτι πρῶτον ὁ Θεὸς ἀνάγει, δεύτερον ἱστᾷ, τρίτον κατευθύνει τὰ διαβήματα, τέταρτον ᾆσμα χαρίζεται, πέμπτον ὕμνον. Καὶ σημαίνει ὅτι ὁ ἐμπεσὼν εἰς λάκκον, οὐκ ἦν ἐν τῷ λάκκῳ. Εἶτα ὄψονται, φησι, πολλοί. Ὑπόδειγμά, φησι, λοιπὸν ἔσομαι ἑτέροις, τοῖς κατὰ ζῆλον πεπαυμένοις τῆς κακίας, καὶ τὴν ὁμοίαν ἔχουσι πρὸς τὸ κρεῖττον ἐλπίδα. Ἰδόντες γὰρ ἐξ οἵου βάθους ἐρρύσθην, θεῖον φοβηθήσονται φόβον, ὅτι ὤφθη προνοῶν καὶ ὑπερασπίζων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. Εἶτα καὶ εἰς προτροπὴν ἑτέρων ἐπιφέρει·

ε'. Μακάριος ἀνὴρ οὗ ἐστι.] Μακαριστός, φησι, τῷ ὄντι, ὃς τὸν Θεὸν μόνον ἔσχεν ἐλπίδα, καὶ οὐκ ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὰ εἴδωλα καὶ τὰς ἀπάτας τὰς ἐκεῖ. ταύτας γὰρ καλεῖ ματαιότητας. Ἢ ματαιότητες καὶ μανίαι ψευδεῖς αἱ περὶ τὸν παρόντα βίον σπουδαί. καὶ αἱ εἰς κενὰ φροντίδες. Μανία δὲ σώφρων, ἡ ἐκ τοῦ παρόντος βίου κατάστασις, δι' ἣν καὶ ἐξεστηκότες τοῖς πολλοῖς ἐδόκουν οἱ προφῆται, ἐφ' ᾗ σεμνυνόμενος καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου.

ς'. Πολλὰ ἐποίησας σὺ κύριε.] Ὅτι καὶ νῦν, φησιν, ἡμῖν τοῖς ἐλπίσασιν ἐπὶ σὲ παρέχεις πολλά, καὶ μετρηθῆναι μὴ δύναμαι θαύματα. (λογισμοὺς γὰρ Θεοῦ καλεῖ τὰς ἀμέτρους εὐεργεσίας.) καὶ ὁ τὴν ποικίλην δὲ τοῦ Θεοῦ σοφίαν διὰ τῶν κτισμάτων καταμαθὼν, ἐκπλαγεὶς αὐτοῦ τὴν δύναμιν, ἐρεῖ· Πολλὰ ἐποίησας σὺ κύριε τὰ θαυμάσιά σου· καὶ τοὺς ἀκαταλήπτους τῆς προνοίας λόγους σκοπήσας, λέξει· Καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου οὐκ ἔστι τίς ὁμοιωθήσεταί σοι. Οἷος ἦν ὁ λέγων, ὦ βάθος πλούτου! ὁ Σύμμαχος,

ſpiritalis via complanatur; à qua qui non deflectit, ſeruabit greſſum ſuum purum, nequaquam cœno voluptatis inquinatum. Qui autem, inquit, dedit ſtare & ambulare, præceptorum vias faciles reddidit.

4. Et immisit in os mevm.] Præbuit, inquit, mihi etiam occaſionem cantandi ipſi canticum nouum. Nouum ſcilicet, de miraculis emiſſum. Siue q. d. Non ampliùs lamentor, vt olim; ſed pro beneficijs canticum offero: vtpote à malis liberatus, vetus canticum dimiſit; quod autem immiſſum eſt à Saluatore nouum, illud canit, ſiue euangelicum. Poſt impaſſibilitatem enim nouum canticum canimus renouati. Obſerua, vt primò Deus adducat; ſecundò ſtatuat; tertiò greſſus dirigat; quartò canticum præbeat; quintò hymnum. Et ſignificat eum poſtquam in lacum inciderat, non fuiſſe in lacu. Deinde *videbunt*, inquit, *multi*. Deinceps, inquit, exemplo ero alijs qui ſecundùm zelum à malis deſtiterunt, & eamdem habent boni ſpem. Videntes enim ex quali profundo liberatus ſim, diuino timore mouebuntur; quia viſus eſt curam gerere ac defendere illos qui ſperant in eum. Deinde etiam ad exhortationem aliorum ſubiungit:

Canticum nouum quid.

5. Beatvs vir, cvivs est.] Verè, inquit, beatus dicendus eſt, qui Deum ſolum ſpem ſuam habuit, & non conuerſus eſt ad idola & deceptiones inanes: has enim vocat *vanitates:* vel vanitates & inſaniæ falſæ ſunt ſtudia præſentis vitæ & inanes curæ. Inſania autem temperans, eſt illa præſentis vitæ conſtitutio, ſecundùm quam etiam multis viſi ſunt Prophetæ excedere; in qua glorians quoque Dauid, ait: *Ego dixi in exceſſu meo.*

Vanitas eſt præſens vita.

6. Mvlta fecisti tv Domine.] Quoniam etiamnum, inquit, nobis in te ſperantibus multa tribuiſti, & miraculis tuis expendendis impar ſum. (Cogitationes enim Dei vocat immenſa beneficia.) Et qui multiplicem Dei ſapientiam ex creaturis perceperit, potentiam eius admiratus, aiet: *Multa feciſti tu Domine mirabilia tua*; & incomprehenſibiles prouidentiæ rationes conſiderans, dicet: *Et cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.* Cuiuſmodi erat is qui dicebat: *O altitudo diuitiarum!* Symmachus, Rom. 11, 33.

Beneficia Dei multa, & magna.

COMMENTARIVS PATRVM.

& cogitationes tuas quæ ſupra nos ſunt, non eſt qui exponat tibi. Et cùm enuntiando enuntio, plus eſt enuntiandum. Omnia enim tua innumerabilia exiſtunt.

Beneficia Dei numerari non valent.

ANNVNTIAVI ET LOCVTVS SVM.] Etenim, inquit, quo ad licet, multa multis recenſui prout potui; verumtamen ſuccubui enumerationi: plura enim reſidua reliqui propter exceſſum beneficiorum. Hoc enim ait, *Multiplicata ſunt ſuper numerum.* ac ſi dicat: Quantumcumque quis illa recenſeat, ac ſatagat enumerare, Dei ſemper beneficia redundant. Quantò enim, inquit, recenſebam, tantò magis multiplicabantur, & innumerabilia reperta ſunt, nec habui ſermonem qui mirabilia tua definire par ſit.

Obedientia eſt pre ſacrificiis grata Deo. Matth. 11, 15.

7. SACRIFICIVM ET OBLATIONEM.] Et, quod magis eſt, noluiſti à me ſacrificia, ſed ſolam à me obedientiam exegiſti. *Aures* enim obedientiã appellat, ſicut & Saluator: *Qui habet aures audiendi*, pro, qui habet obedientiã.

Alius. Olim enim ſacrificia & holocauſti oblationes præcipiebantur offerri pro peccatis; nunc verò traditus eſt nouus ſalutis modus, ſine ſacrificijs & holocauſtis. Cùm enim ſola obedientia & religio à me poſtuletur, memetipſum tibi obtuli; & vocatus adſum promptus facere voluntatem tuam. Illud autem, *Aures perfeciſti mihi*, S. Paulus ad corpora referendo citauit, Hebraici quidem textus minimè ignarus, ſed ad proprium ſcopum illo viſus. Cùm enim illi propoſitum eſſet oſtendere, quomodo ſanguis taurorum & hœdorum vim remittendi peccata minimè contineret (quapropter etiam illa omnia per Saluatoris paſſionem ſublata ſunt, qui peccati ſolutionem adduxit) propter liberationem hoc declarare voluit, quòd, ſicut hi qui in captiuitate erant (ad quos hic Pſalmus refertur) non per ſacrificia, ſed per obedientiam ad Deum, reditum conſecuti ſunt (nam captiuitas ipſos ſatis ad obedientiam præparauerat) ſic etiam Dominus illa quidem omnia ſuſtulerit; in proprio verò corpore redemptionis noſtræ opus conſummauerit, & omnimodam nobis peccatorum abſolutionem largitus ſit.

Sacrificia veteris legis parum vtilia erãt.

Vetera ſacrificia Chriſtus abrogauit per ſuam obedientiam.

Alius. Cùm cognouerim placationem per ſacrificia eſſe abrogatam, te autem meam dumtaxat obedientiam expoſcere, paratus fui, & dixi; Ecce potiar deſi-

καὶ τοὺς διαλογισμούς σου τοὺς ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐκ ἔστιν ἐκθέσθαι σοι. Καὶ ἐὰν ἀπαγγέλλων ἀπαγγέλω, πλεῖόν ἐστι τοῦ διηγηθῆναι. Πάντα γὰρ τὰ σὰ ἀναρίθμητα.

ΑΠΗΓΓΕΙΛΑ ΚΑΙ ΕΛΑΛΗΣΑ.] Καὶ τοίγε, φησὶ, καθόσον ἐγχωρεῖ, διηγησάμην πολλοῖς πολλὰ, καὶ ὅσα ἠδυνάμην, ἀλλ' ἡττήθην διηγούμενος· τὰ γὰρ πλεῖστα κατέλιπον δι' ὑπερβολὴν τῶν εὐεργετημάτων. Τοῦτο γὰρ λέγει, Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν. ἵνα εἴπῃ· Ὅσον ἄν τις αὐτὰς διηγήσηται, καὶ πειραθῇ ἀριθμῆσαι, πλεονάζουσιν αἱ τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίαι. Ὅσα γάρ, φησι, διηγούμην, μᾶλλον ἐπληθύνοντο, καὶ ἀναρίθμητα εὑρίσκοντο, καὶ οὐκ εἶχον λόγον τοῦ περιορίσαι τὰ θαυμάσιά σου δυνάμενον.

ζ'. ΘΥΣΙΑΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣΦΟΡΑΝ.] Καὶ τὸ μεῖζον, οὐκ ἠθέλησας παρ' ἐμοῦ θυσίας, ἀλλ' ὑπακοήν με ἀπῄτησας μόνην. Ὦτα γὰρ τὴν ὑπακοὴν λέγει, ὡς καὶ ὁ σωτήρ· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀντὶ τοῦ, ὁ ἔχων ὑπακοήν.

Ἄλλος. Πάλαι γὰρ αἱ θυσίαι, καὶ ὁλοκαυτωμάτων ἀναφοραὶ προσετάττοντο ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσφέρεσθαι· νυνὶ δὲ καινὸς παραδέδοται σωτηρίας τρόπος, ὁ δίχα θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων. Ὑπακοὴν γὰρ αἰτηθεὶς μόνον καὶ εὐλάβειαν, ἐμαυτόν σοι προσήγαγον· καὶ κληθεὶς πάρειμι, ἕτοιμος ποιῆσαι τὸ θέλημά σου. Τὸ δὲ, ὠτία κατηρτίσω μοι, ὁ μακάριος Παῦλος εἰς σώματα λαβὼν εἴρηκεν, οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἑβραϊκὸν, ἀλλὰ πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν τούτῳ χρησάμενος. Ἐπεὶ γὰρ δεῖξαι αὐτῷ προὔκειτο, ὡς οὐκ ἔχει ἀπαλλαγὴν ἁμαρτίας τὸ αἷμα τῶν ταύρων καὶ τράγων (διὸ καὶ ἀνῄρηται πάντα ἐκεῖνα διὰ τοῦ πάθους τοῦ σωτῆρος, ὃ λύσιν ἁμαρτίας ἐπήγαγε) διὰ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦτο σημᾶναι προέθετο. ὅτι ὥσπερ οἱ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ (εἰς οὓς ὁ ψαλμὸς ἀναφέρεται) οὐ διὰ θυσιῶν, ἀλλὰ διὰ τῆς πρὸς Θεὸν ὑπακοῆς, ἔτυχον τῆς ἐπανόδου (ἱκανῶς γὰρ αὐτοὺς πρὸς τὴν ὑπακοὴν ἡ αἰχμαλωσία παρεσκεύασεν) οὕτω καὶ ὁ κύριος ἐκεῖνα μὲν πάντα ἀνεῖλεν, ἐν δὲ τῷ οἰκείῳ σώματι τὴν περὶ ἡμᾶς οἰκονομίαν ἐπλήρωσε, καὶ λύσιν παντελῆ τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῖν ἐδωρήσατο.

Ἄλλος. Ἐπειδὴ ἔγνων τὴν διὰ θυσιῶν ἐξιλέωσιν παραλελογισμένον, σὲ μόνης δὲ τῆς ἐμῆς ὑπακοῆς ἐξεχόμενον, εὔθυμος ἐγενόμην, καὶ εἶπον, Ἰδοὺ τεύξομαι τοῦ ποθουμένου,

θυμένη, ἐλεύσομαι οὗ βούλομαι. ἐπεὶ καὶ ὁ διὰ τῶν προφητῶν ὡρισμένος μοι χρόνος ἐνέστηκεν. Οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος τὸ ἐν κεφαλίδι βιβλίου ἐξέδωκεν, ἐν τῷ τεύχει τοῦ ὁρισμοῦ σου γέγραπται περὶ ἐμοῦ εἰπών· Ἀκύλας, ἐν εἰλήματι βιβλίου, ἐν συστροφῇ, ἐν τόμῳ· ἢ ἐν κεφαλίδι βιβλίου, τῇ οἷον περιοχῇ τῶν νοημάτων ἐνοικῶν ἐν αὐτῇ. Πᾶσαι γὰρ εἰς ἓν ἀνακεφαλαιοῦνται αἱ γραφαὶ τὴν περὶ Χριστοῦ πρόῤῥησιν. Τὸ δὲ, ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου, μετήνεκται ἀπὸ τῶν ἔνδον ἐφιεμένων ἐμβαλεῖν τὸν ποθούμενον. Ἢ, οὐ κατὰ τὴν πρόχειρον λέξιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ψυχικῷ ταμείῳ, καὶ κατὰ διάνοιαν.

Ἄλλος. Τότε εἶπον, Ἰδοὺ ἥκω· ἀντὶ τοῦ, ἰδοὺ ὑπήκουσα. Ἐπεὶ γὰρ εἶπεν ὅτι θυσίαν οὐκ ἠθέλησας, ἀλλ᾽ ὑπακοήν, λέγει ὅτι τοῦτο αἰσθόμενος, ἐγὼ ὑπήκουσα. ὑπακοὴν προσκομίσας ἀντὶ θυσίας. Τοιαύτην δὲ ὑπακοὴν ὑπήκουσα, καὶ οὕτως ἔκρινα τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου, ὡσανεὶ ἀπὸ βιβλίου τοῦτο μαθών, ἀρκεσάσης μοι τῆς προθέσεως, ἀντὶ τῆς ἀναγνώσεως. ὅθεν ἐπιφέρει, καὶ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου· ἵνα εἴπῃ, τῆς καρδίας μου. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὡς αὐτὸν ἔχων τὸν νόμον ἐν μέσῳ τῆς καρδίας μου, οὕτως ἐσπούδασα τὰ ἀρεστά σοι ποιεῖν.

ι. ΕΥΗΓΓΕΛΙΣΑΜΗΝ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ.] Διὰ τοῦτο καὶ νῦν πολλῶν συναθροισμένων, καὶ μυριάδων συνηγμένης ἐκκλησίας ἀπαγγελῶ τὴν δικαιοσύνην σου, ἣν ἐπεδείξω εἰς ἡμᾶς· τὸ γὰρ εὐηγγελισάμην, ἀντὶ τοῦ εὐαγγελιοῦμαι, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ, ὅτι ἰδοὺ τὰ χείλη μου, οὐ μὴ κωλύσω· ὁ δὲ Σύμμαχος ἐν πλήθει, ἢ ἐν τῇ κατὰ πᾶσαν οἰκουμένην ὑπὸ τῆς θείας χάριτος συλλεγείσῃ ἐκκλησίᾳ, ὑπισχνεῖται κηρύξειν· καὶ οὐδὲ παύσομαι, φησὶ, τοῦτο ποιῶν· οὐδὲ κλείσω τὸ στόμα, ὥστε μὴ ἀπαγγέλλειν ἃ ἐποίησας ἡμῖν ἀγαθά. Σὺ γὰρ ἔγνως ὡς δίκαιον ἦν ἐπανελθεῖν ἀδικούμενον δι᾽ ἣν αἰτίαν δημοσιεύσω κἀγὼ τὰ παρασχεθέντα μοι καλά, καὶ οὐ κρύψω. Ἀλήθειαν δὲ καὶ σωτήριον τὴν ἀληθινὴν λέγει σωτηρίαν· ὥσπερ τὸ αὐτὸ πάλιν διὰ τοῦ ἔλεος καὶ ἀλήθειαν ἀντὶ τοῦ ἀληθινὸν ἔλεος, δῆλον ἐποίησε Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ ἔλεος τὴν χάριν σου, ἀπὸ συναγωγῆς, ἀπὸ ἀθροίσματος.

ιβ´. ΣΥ ΔΕ ΚΥΡΙΕ ΜΗ ΜΑΚΡΥΝΗΣ.] Διὰ τοῦτό, φησιν, οὐδὲ αὐτὸς τοὺς οἰκτιρμούς σου ἐχώρισάς μου, ἀλλ᾽ ἡ ἀληθινή σου φιλαν-

derato, ibo quò volo. quandoquidem tempus quoque per Prophetas definitum imminet. Sic enim Symmachus illud, *In capite libri*, expoſuit, dicens: *In libro definitionis tuæ ſcriptum eſt de me*; Aquila, *in inuolucro libri, in conuolutione, in tomo*; vel, *in capite libri*, tamquam in compendio ſententiarum quæ in eo continentur. Omnes enim Scripturæ eam quæ de Chriſto eſt prædictionem ad caput vnum reuocant. Illud autem, *in medio ventris mei*, tranſlatum eſt ab ijs qui dilectum intra viſcera condere deſiderant. Vel, non ſecundùm obuiam lectionem, ſed & in ſpiritali penu, & ſecundùm ſenſum.

COMMENTARIVS PATRVM.

Alius. *Tunc dixi, Ecce venio*; id eſt, Ecce obediui. Cùm enim dixiſſet, Quoniam ſacrificium noluiſti, ſed obedientiam, ait: Cùm hoc percepi, ego obediui, obedientiam adferens pro ſacrificio. Tali autem obedientiâ obediui, & hoc modo decreui facere voluntatem tuam, ac ſi ex libro illam didiciſſem, cùm ſufficiat mihi promptitudo animi pro lectione. vnde infert, *& legem tuam in medio ventris mei*; ac ſi diceret, *cordis mei*. Vult enim dicere, Sicut ac ſi haberem legem in medio cordis mei, ita ſategi facere illa quæ placita ſunt tibi.

10. ANNVNTIAVI IVSTITIAM.] Idcircò etiamnum, vbi multi congregati ſunt, & milleni in Eccleſia conuenerint, annuntiabo iuſtitiam tuam, quam erga nos demonſtraſti. Verbum enim *annuntiaui* pro annuntiabo poſuit, vti patet ex ſequentibus: *Ecce labia mea non prohibebo*; Symmachus verò, *in multitudine*, ſiue *in Eccleſia*, per gratiam diuinam toto orbe collecta ſe prædicaturum pollicetur; neque ceſſabo, inquit, hoc facere: neque claudam os meum, ita vt non annuntiem quæ feciſti nobis bona. Tu enim cognouiſti, quàm iuſtum fuerit redire iniuriam paſſum. Quamobrem etiam ego promulgabo ea quæ data ſunt mihi bona, & non abſcondam. *Veritatem* autem ac *ſalutare* vocat ſalutem veram; ſicut rurſus per *miſericordiam & veritatem* intellexit veram miſericordiam, vti Symmachus declarauit, pro *miſericordia gratiam tuam* ponens, à concilio, à congregatione.

David in Eccleſia Deum quotidie prædicat.

12. TV AVTEM DOMINE.] Propterea, inquit, neque ipſe miſerationes tuas à me abſtuliſti, ſed vera tua benignitas me ſuſcepit,

Benignitas Dei ſuſcepit nos.

COMMENTARIVS PATRVM.

pit,& adiuuit. Deinceps etiam mala enumerat à quibus liberatus fuit. Nempe quia ob inobedientiam Iſraël deſpectus fuit, in omni malo verſans, nunc reſipiſcit per pœnitentiam, & miſericordiam implorat. Significatur verò etiam vocatio eorum vltima. Vel eſt hæc vox Eccleſiæ rogantis Dei prouidentiam ob tyrannos inſurgentes. Vel etiam ex perſona Chriſti Saluator dixerit: *Ne elongaueris*, id eſt, miſerere eorum qui mihi obſtricti ſunt. Maxima enim pars ſalutis non ex operibus, ſed ex miſericordia Dei exiſtit.

Calamitates offundunt menti tenebras.

13. QVONIAM CIRCVMDEDERVNT ME.] In tantas enim, inquit, calamitates ob iniquitates meas incidi, vt caligem, neque lucem hanc contueri valeam. Vbi autem vehementiam calamitatum indicauit, recenſet etiam multitudinem. Quoniam, inquit, numerum capillorum capitis mei ſuperant calamitates; & vix non defeci, & extra me fui. Hoc enim ſibi volunt verba illa, *Cor meum dereliquit me*; adeò omnis cogitatio mea infirmata fuit. Vel, q.d. Propter multitudinem circumdantium me malorum, excors aliquis & amens eſſe videbar. Nemo autem hæc Eccleſiæ perſonæ incongrua eſſe cenſeat: nam & tres pueri dicebant, *Peccauimus*; & Paulus, *Quorum primus ego ſum*. Minimè igitur Eccleſia hîc ſe extollit, ſed peccatis annumerat quæ facta ſunt, vt diuinam opem conſequatur. Alioquin etiam omnis Eccleſia ex perfectis non conſtat; ſed habet etiam qui delicioſè viuant, & diſſolutam vitam amplectantur. Sin ad Dauidis iſta perſonam referat; meminit quoque malorum priſtinorum, ne denuò in illa incidat, ob humanæ vitæ debilitatem; & rogat, vt miſericordiâ gratiaque cuſtodiatur.

Dan.3,29. 1.Tim.1,15. *In Eccleſia multi peccatores.*

14. COMPLACEAT TIBI DOMINE] Cùm hoc modo, inquit, conſtitutus eſſem, complacuit tibi vt me à captiuitate liberares. Intende igitur etiam ad adiuuandum me. Vel dum adhuc ſentiret ſibi multos inimicos imminere, vir iuſtus liberari rogat. Non enim dumtaxat, inquit, vulnerare volunt, ſed etiam æternæ morti me tradere. Non deprecatur autem eos qui diuitijs vel corpori nocebant, ſed qui animæ inſidiabantur. Circumuenitur autem anima etiam paſſionibus. Conuertantur autem nihil valentes retrorſum; liberati

Auxilium Dei contra animæ hoſtes præcipuè implorandum.

θεραπεία, ἀντιλάβετό μου καὶ ἐβοήθησεν. Εἶτα διηγεῖται καὶ τὰ κακὰ ὧν ἀπηλλάγη. ἐπεὶ γὰρ ἀπειθήσας παρεωράθη ὁ Ἰσραὴλ, ἐν παντὶ γεγονὼς κακῷ, νῦν ἀνανήφει πρὸς μετάγνωσιν, καὶ οἰκτειρηθῆναι παρακαλεῖ. Σημαίνεται δὲ καὶ ἡ ἐπ' ἐσχάτων κλῆσις αὐτῶν. Ἢ τῆς ἐκκλησίας αὕτη φωνὴ, δεομένης τῆς τοῦ θεοῦ προμηθείας, διὰ τοὺς ἐπανισταμένους τυράννους. Ἢ δὲ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ λέγοι ἂν ὁ σωτὴρ, Μὴ μακρύνῃς, ἀντὶ τοῦ, οἰκτείρησον τοὺς ὑπ' ἐμοῦ ὠφελημένους. Τὸ γὰρ πλεῖστον τῆς σωτηρίας, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐξ ἐλέους θεοῦ περιγίνεται.

ιγ'. ΟΤΙ ΠΕΡΙΕΣΧΟΝ ΜΕ.] Τοιαύταις γάρ, φησι, συμφοραῖς περιπέπτωκα ἐκ τῶν ἀνομιῶν τῶν ἐμῶν, ὡς σκοτοδινιᾶν καὶ μηδὲ πρὸς τὸ φῶς ἀτενίζειν. Τὸ σφοδρὸν δὲ εἰπὼν τῶν συμφορῶν, λέγει καὶ τὸ πλῆθος. Ὅτι τὰς τρίχας τὸν ἀριθμὸν τῆς κεφαλῆς μου ὑπερβαίνουσιν αἱ συμφοραί· καὶ μικροῦ καὶ ἐξέλιπον, καὶ οὐκ ἤμην ἐν ἑαυτῷ. Τοῦτο γὰρ τὸ, ἡ καρδία μου ἐγκατέλιπέ με· οὕτω μου πᾶς διαλογισμὸς ἐξησθένηκε. Ἢ ἀντὶ τοῦ, διὰ τὸ πλῆθος τῶν περιστοιχισάντων με κακῶν, ἀκάρδιός τις ἔδοξα, καὶ ἄνους εἶναι. Μηδεὶς δὲ ἀνάρμοστα πρὸς τὸ τῆς ἐκκλησίας πρόσωπον ταῦτα ἡγείσθω· οἱ γὰρ τρεῖς παῖδες ἡμάρτομεν, ἔλεγον. Καὶ ὁ Παῦλος, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. οὐδὲ ἡ ἐκκλησία οὖν ἐνταῦθα μεγαλοφρονεῖ, ἀλλ' ἁμαρτίαις ἀνατίθησι τὰ γινόμενα, ἵνα θείας ἀπολαύσῃ προμηθείας. Ἄλλως τε οὐδὲ ἐκ τελείων πᾶσα ἡ ἐκκλησία συνέστηκεν, ἀλλ' ἔχει καὶ τοὺς ῥᾳστώνῃ συζῶντας, καὶ ἀνειμένον βίον ἀσπαζομένους. Εἰ δὲ εἰς πρόσωπον τοῦ Δαβὶδ ἐπαναλαμβάνεται, καὶ μέμνηται τῶν προτέρων κακῶν, ὥστε μὴ τούτοις αὖθις περιπέσειν, διὰ τὸ σαθρὸν τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς· καὶ ἱκετεύει ἐλέει φυλαχθῆναι καὶ χάριτι.

ιδ'. ΕΥΔΟΚΗΣΟΝ ΚΥΡΙΕ.] Οὕτω μου διακειμένου, φησὶν, εὐδόκησας ἀπαλλάξαι με τῆς αἰχμαλωσίας. Πρόσχες οὖν καὶ εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι. Ἢ πολλῶν ἔτι αἰσθανόμενος ἐπικειμένων αὐτῷ ἐχθρῶν, εὔχεται ῥυσθῆναι ὁ δίκαιος. Οὐ γὰρ μόνον τρῶσαι βούλονται, φησιν, ἀλλὰ καὶ θανάτῳ παραπέμψαι αἰωνίῳ. Οὐ κατεύχεται γὰρ τῶν εἰς χρήματα ἢ σῶμα ἐπηρεαζόντων, ἀλλὰ τῶν εἰς ψυχὴν ἐπιβουλευόντων. Ἐπιβουλεύεται δὲ ψυχὴ, καὶ ὑπὸ παθῶν. Ἀποστραφείησαν δὲ μηδὲν δυνάμενοι, εἰς τὰ ὀπίσω· ἀπαλλαγέντες δέ,

δὲ, καὶ μακρὰν γινόμενοι τὰ ἐπίχειρα τῆς αὐτῶν ἀπολήψοιντο κακίας. Ὃ δηλοῦται διὰ τοῦ κομισάσθωσαν. Τὸ δὲ, εὖγε, εὖγε, ὁ Σύμμαχος, ἀὰ, ἀὰ, αὐτῇ συγχρησάμενος, οὕτως ἐχούσῃ τῇ ἑβραϊκῇ φωνῇ. Ἔστι δὲ σχετλιαστικόν. Ἢ τὸ, οἱ λέγοντες, εὖγε, εὖγε, ἀντὶ τοῦ, οἱ ἐφηδόμενοι αἰσχυνθήσονται.

ιζ΄. Ἀγαλλιασθωσαν.] Οἱ μὲν τοι ἐλπίζοντες ἐπὶ σὲ, ἐν πολλῇ γένοιντο ἀγαλλιάσει, μὴ δεχόμενοι εὐθυμίας μεταβολήν. Οὐ γὰρ τοῖς ἁπλῶς ἀγαπῶσιν ἤτησε τοῦτο, ἀλλὰ τοῖς ἀδιάλειπτον ἔχουσι τὸν ἀξιόθεον ἔρωτα. Οὐ γὰρ εἶπεν, οἱ ζητήσαντες, ἀλλ' οἱ ζητοῦντες, ἐπεὶ καὶ ὁ Ἰούδας ἐζήτησε τὸν κύριον ποτὲ, ἀλλ' οὐ νῦν ζητεῖ. Ἢ βούλεται μὲν ἀναμαρτήτους εἶναι πάντας· εἰ δὲ μὴ, αἰσχυνθῆναι ἐφ' οἷς κακῶς πράττοντες ἀλαζονεύονται. Καὶ εἰπάτωσαν δὲ, ἀντὶ τοῦ εἰς τοῦτο καταστῆεν, εἰς τὸ διαπαντὸς ὑμνεῖν καὶ δοξάζειν σε. Τίνες οὗτοι; ὅσοι τὴν ἀπό σου σωτηρίαν ἔμενον, καὶ ἐπὶ ταύτῃ ἐπεποίθεισαν.

ιη΄. Ἐγὼ δὲ πτωχός εἰμι.] Ἐν ἐνδείᾳ γὰρ ὄντος μου παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ παντὸς ἀναγκαίου, παραδόξως ἐφρόντισάς μου, καὶ ἐγένου μοι ὑπερασπιστὴς ὀξὺς ἐν δέοντι καιρῷ. Ἁρμόττει ταῦτα καὶ τῷ Δαβίδ, καὶ παντὶ σπανίζοντι θείας ἐπικουρίας. Ἐπειδὰ γὰρ βλέπων ἑαυτὸν κηδεμονίας, αἰτιβολεῖ μὴ χρονίσαι τὴν ἐπηγγελμένην σωτηρίαν.

verò & elongati, malitiæ ſuæ præmia recipiant. Hoc ſignificatur per illud *ferant.* Illud verò, *euge, euge*, Symmachus legit *aha, aha*, ipſâ voce Hebraicâ, quæ ſic habet, vſus. Eſt autem vox miſerantis. Vel verba iſta, *Qui dicunt, euge euge*, ponuntur pro, Hi qui inſultant mihi confundantur. COMMENTARIVS PATRVM.

17. Exvltent.] Qui igitur in te ſperant, in multa ſint exultatione, neque iucunditatis ſuæ viciſſitudinem ſuſcipiant. Non enim quoquo modo diligentibus hoc optauit; ſed ijs qui iugem Deo dignum amorem obtinent. Nam non dixit, Qui quæſiuerunt, ſed *qui quærunt*, cùm etiam Iudas quæſiuerit Dominum aliquando, ſed haud modò quærit. Vel vult quidem omnes vacare crimine;ſin ſecùs,confundi in quibus malè agentes ſuperbiunt. *Et dicant*, id eſt, eò perueniant, vt aſſiduò te laudent & honorent. Quinam hi? Qui ſalutem à te expectarunt, & in hoc confiſi ſunt. *Spes exultationem affert.*

18. Ego avtem mendicvs svm.] Cùm enim omnis boni omniſq; rei neceſſariæ inopiâ laborarem, mirabili modo mei curam geſſiſti, & factus es mihi protector acer in tempore opportuno. Hæc etiam Dauidi conueniunt, vti & omni qui diuino indiget auxilio. Videns enim ſe curæ eius indigum, rogat, ne promiſſam differat ſalutem.

CATENA PATRVM.

Ἀθανασίου. Ἀναφέρεται ἡ ᾠδὴ ἐκ προσώπου τοῦ νέου λαοῦ, τοῦ ἀνακομισθέντος ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας. Εἶτα μεταξὺ εἰσφέρεται τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον τοὺς εὐχαριστοῦντας διδάσκον τῆς οἰκονομίας τὸν τρόπον. Εἶτα πάλιν τῶν πιστευσάντων ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ τὸ πρόσωπον ἀξιούντων ῥυσθῆναι τῆς διὰ τὴν ἀπείθειαν ἁμαρτίας· ἅμα δὲ καὶ διηγουμένων αὐτοῖς τὰ συμβεβηκότα διὰ τὴν ἀπιστίαν κακά.

Κυρίλλου. Τινὲς εὐχαριστήριον λέγουσι τὸν παρόντα ψαλμὸν, ὡς τοῦ Δαβὶδ ἄφεσιν εἰληφότος ἐκ τοῦ Θεοῦ, τῆς διὰ τὴν ἁμαρτίαν τιμωρίας. Καίτοι μεταξὺ μὲν εἰσάγεται τοῦ σωτῆρος τὸ πρόσωπον, τὴν οἰκονομίαν τι λέγον, καὶ τοῦ εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα. Εἶτα πρόσωπον ἕτερον, ἁμαρτιῶν ἐξομολογού-

Athanasii. Refertur Canticum hoc ex perſona noui populi, qui ex miſeriæ lacu eductus eſt. Deinceps introducitur perſona Chriſti, qui gratias ſibi agentes modum ſuæ diſpenſationis docet. Deinde rurſus introducitur perſona eorũ qui ex Iſraële crediderunt, rogantiũ vt ab infidelitatis peccato liberentur; & pariter exponentium, quęnam ſibi mala ob incredulitatẽ acciderint. *Hic Pſalmus à quibus, & propter quid recitatus ſit.*

Cyrilli. Nonnulli aſſerunt, hunc Pſalmum gratiarum actionem continere, Dauide iam à Deo conſecuto remiſſionem malorum quæ propter peccatum pertulerat. Ceterùm etiam introducitur perſona Saluatoris, diſpenſationem prouidentiæ atque Euangelij promulgationem prænuntians. Deinde & alia perſona inducitur, quæ peccata ſua confitetur,

ANNOTATIONES CORDERII.

iniurias & conuitia perferre debemus, muti, humiles, noſtrorum memores flagitiorum, in quorum promeritam vindictam affligimur, & dehoneſtamur. Recordabatur nempe Dauid peccati ſui, quod ſemper in oculis geſtabat; ideoque aliorum maledicta, conuitia, iniurias, tamquam debitas ſuo facinori pœnas, libenter ſuſtinebat, ſecum reputans, ſe maiora commeruiſſe ſupplicia. Hoc ſenſu verſum hunc explicat Auctor Scholiorum S. Baſilio inſcriptorum, ex perſona Dauidis ita loquens: *Cùm probris ab illo impeterer, peccati mei, quod temerè commiſi, in mentem mihi venit; & hinc verberibus vulnerabar, cogitans propter illud me probris ſcindi, & tyrannide filij premi. Dominus enim præcepit illi vt maledicat Dauidi. Peccati recordatus eſt, eò quòd propter illud corrigebatur.* Eodem modo S. Hieron. ex mente Dauidis ſic exponit, ac ſi dicat: *Ideò patienter fero, Domine, quia te ſcio ad probationem me tentationibus reliquiſſe.* Hinc duo tamen, inquit, intra me ſenſi. Primò namque *dolor meus*, quem filius meus Abſalom contra me inſurgens intulit, *renouatus eſt*, videns etiam à vili mancipio me eſſe deſpectum. Secundò, multa intra meipſum magnaque ſurrexit conturbatio. Cœpit enim cor incaleſcere & accendi ab innata humanæ carni impatientia & ſenſu; & in anxia ſolicitaque meditatione poſitus ſpiritus meus, quaſi ardenti igne æſtuabat; tantoque magis accendebatur, quantò magis eum ore compreſſo ſuffocare conabar.

4. *Concaluit cor meum*, &c.] Symmachus, *ἐξεθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου ἐν τῷ ἀναπολεῖν με, ἀνεκαύθην πυρί, excalefactum eſt cor meum intra me; & dum ego animaduerterem, accenſus ſum igni.* Ad litteram de iræ & indignationis æſtu verba hæc intelliguntur; ad orationis tamen feruorem aliqui referunt, in quo diuini amoris ignis excitatur. Sic apud Lucam diſcipuli qui cum Chriſto Emauntem tendebant, *dixerunt ad inuicem: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?* Pulchrè ad hoc propoſitum Pachymeras in cap. 10. S. Dionyſij de Cæl. Hierarchia in fine ait: Εἰ μὴ ἡ καρδία θερμανθείη ἐκ τῆς συνεχοῦς περὶ τὸ ἀγαπώμενον μελέτης, καὶ στροφῆς, καὶ ἑλίξεως, οὐκ ἂν ἐγκαυθείη τὸ τῆς ἀναγωγῆς καὶ τελειώσεως πῦρ, κατὰ τὸ· Ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου, καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐγκαυθήσεται πῦρ. *Niſi cor calefactum fuerit ex aſſidua circa rem dilectam meditatione, & conuerſione collectioneque, non accendetur ignis eleuationis ac perfectionis, iuxta illud: Calefactum eſt cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.* Ignis qui næuos omnes animique labem exurat. Ignis qui mentem inflammet ſummi Numinis amore; de cuius infinita in omnem partem bonitate meditatio exquirit. Ignis denique qui ſplendore ſuo & ſcintillantibus radijs illuminat operta atque recondita Dei myſteria, quæ in meditatione puris mentibus reuelantur. Quare D. Bernardus, qui pietatem in meditatione ſitam & locatam cenſuit, Eugenium orbis terræ Pontificem lib. 1. de Conſiderat. cap. 7. ad eam inuitat dicens: *Quid ſit pietas quæris? Vacare conſiderationi.* Tum ponit fructus in omnem partem eximios, qui ab eadem colligi poſſunt: *Primùm quidem ipſum fontem ſuum, id eſt mentem de qua oritur, purificat conſideratio. Deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat & ordinat; poſtremò, diuinarum pariter & humanarum rerum ſcientiam adfert.* Sed illa vis meditationis mihi in primis ſuſpicienda videtur, quòd ad magni Numinis familiaritatem & feliciſſimam coniunctionem per illam prouehimur. Ex qua copulatione incredibile dictu eſt, quot & quanta oriantur bona. Nam in primis anima Dei luminibus circumfuſa, vt veſtita ſole, nouos induit habitus, effigiemque cæleſtem. Quod eueniſſe magno Moyſi videmus, qui ex conſortio ſermonis diuini, vt in Exodo proditur, tantam luminis copiam excepit, vt propter emicantes vndique radios, & mirabiliùs in fronte vibrantes, habere cornua videretur. S. Paulus *gloriam vultus* appellat, inſignem videlicet claritatem, ſanctimoniæ lucem, præſtantiæ cuiuſdam ſuperadditæ irradiationem. Sed quod illi in externa facie contigit, hoc interiùs euenire ſolet pijs aſſiduè & deuotè orantibus, vt è ſancti Numinis commercio toti luminoſi fiant, & gloriam beatiſſimæ mentis participent. Ceterùm, quid in hac meditatione Dauid à Deo petierit, audiamus.

Luc. 24, 32.

Cor in meditatione accenditur, & mens illuminatur.

Exodi 34, 29.

Moyſis orantis claritas.

2. Cor. 3, 7.

5. *Locutus ſum in lingua mea.*] Quid agerem, inquit, quò me verterem ignorans; tandem ad commune tribulationum refugium Deum ipſum me conuerti, linguamque meam ſolui, non vt contra Semei aliquid proferrem, ſed vt à Deo peterem finis mei cognitionem, dicens: *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis eſt: vt ſciam quid deſit mihi.* Quò ad litteram Dauid, tamquam dura ſeruitute preſſus, & magno dolore commotus, à Deo inquirit, quanto tempore ſua tribulatio & perſecutio ſit duratura. Porrò quia viro iuſto de morte, quam ſemper ante oculos habebat, & cui ſe per totam vitam parabat, mira erat ſolicitudo; finem inquirit ad quem viuendo currebat. q. d. *Iam tranſilini* (exponit S. Auguſt.) *& adhuc tranſiliendum eſt. Non enim hic remanebimus. Finem notum mihi fac: finem, qui mihi deeſt; non curſum, qui mihi adeſt. Momentis tranſuolantibus cuncta rapiuntur: torrens rerum fluit: de quo torrente ille in via bibit pro nobis, qui iam exaltauit caput. Iſti ergo dies non ſunt; antè abeunt penè quàm veniant; & cùm venerint, ſtare non poſſunt.* Sic ille. Ac tam fragili tamen & volatili vitæ fidimus: de nobis tamquam de immortalibus cogitantes, rerum terreſtrium & fluxarum ſtudio vacamus. Heu cæcitas! heu ſtultitia! heu inſania mortalium! Sed quid hoc eſt, quòd Propheta mortis ſuæ præſtitutum à Deo certumque diem ſcire vult? *Vt ſciam*, inquit, *quid deſit mihi.* Ad quem locum egregiè ita commentatur S. Chryſoſt. *Finem & numerum dierum, hoc eſt temporis longitudinem, orat ſibi ſignificari, non vt peteret eis aliquid adijci; ſed vt ſciret quid ſibi deſit. Sed quamobrem? vt intereà ſuæ ſaluti caueret & proſpiceret: & ſi peccata quidem feciſſet, properaret ad pœnitentiam; ſin autem iuſtitiam, vt eam retineret & confirmaret: vt qui peregrè eſſet profecturus, & coram iuſto iudice ſiſtendus.* Vide quàm ſalutaris homini ſit mortis recordatio; vt per pœnitentiam delictorum, certam vocationem ſuam faciat. Hæc erat illa meditatio frequens & vehemens, in qua elaborans Dauid (vt paulò antè præmiſerat) ignem

Dauidis de fine & morte ſua ſolicitudo.

Breuis vita & volatilis.

Cur Dauid vitæ finem ſcire deſiderat.

ignem quo exardeſceret eliciebat, dicens: *In meditatione mea exardeſcet ignis.* Quæ verba ſic exponit S. Ambroſ. *Lapis, ſi ad lapidem teratur, ignem excutit: ita etiam bona conſcientia pudore ſuccenditur, ſi renouetur ei ſuorum recordatio delictorum. Et in ipſa meditatione exardeſcit ignis, non malus ignis, qui adurat, ſed non exurat. Eſt ergo ignis, qui peccatum minuit, & ſuo culpam ardore depaſcit.*

6. *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos.*] Hac ſententiâ (inquit Creſollus Myſtag. lib. 4. cap. 2. ſect. 2.) eleganti vir ingenio ſacrum emblema contexuiſſe videtur ad mortalium documentum. Nam vt Parrhaſius pingendi artificio clariſſimus, cùm Cyclopem in tabella paruula dormientem expreſſiſſet, vt eius indicaret magnitudinem, ſatyros iuxta poſuit illius pollicem thyrſo metientes: ſic contra Rex ſapientiſſimus, cùm humanæ vitæ breuitatem ante oculos vellet collocare, Deum induxit illam palmis & momentis menſurantem. quem etiam dixit Iſaias palmo cælos ponderaſſe. Sic igitur canit: *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos.* S. Hieron. vertit *breues*; Latinus Vulgatæ Interpres exquiſito iudicio reddit *menſurabiles*; generatim, & ſtylo contractiore, quod pleniùs apertiuſque diceretur, *menſurabiles palmo dies.* Itaque Patres Græci legunt παλαιστὰς, id eſt, *palmares poſuiſti dies meos.* Etiam S. Ambroſ. ſeruat vocem *palæſtas*; qui ſimul notat eam ſignificare menſuræ quoddam genus architectorum, quatuor videlicet digitos inter ſeiunctos. Hinc Symmachus in hoc loco poſuit σπιθαμὰς, hoc eſt *palmas.* Eſſe tamen diſtinctionem inter palæſtam & ſpithamam ait D. Hieron. in cap. 40. Ezech. & illam quidem palmum dici breuiorem, hoc eſt menſuram quatuor digitorum; hanc autem *palmam* aliquantò maiorem, id eſt dodrantem. Sed illa duo confunduntur ab auctoribus: atque ab illo fonte manauit Prouerbium id Græcorum, σπιθαμὴ τῆς ζωῆς, *ſpithama vitæ*, quod Diogenianus interpretatur τὸ ἐλάχιστον, vitæ curſum breuiſſimum, & perpuſillum quiddam. Scio nouam Septuag. editionem iam habere παλαιὰς, *veteres* quod in codice quoque ſuo habuit S. Ambroſ. qui ſic reddit, *Ecce veteres poſuiſti dies meos*; verùm exemplaria fuiſſe diuerſa, tum ex eo doctiſſimo Patre intelligimus, tum è Gregorio Nazianz. qui cùm fratris ſui funus laudatione cohoneſtat, Dauid, inquit, dies humanos, παλαιστῶν μέτρον, *palmi menſuram*, definit: quod imitatus videtur Poëta Græcus, qui vitam vocat paucorum annorum μέτρα μινυνθάδια, *paruas menſuras.* Atque hoc etiam conuenit cum Hebræo textu טְפָחוֹת *tepachot*; quem Vatablus exprimit & illuſtrat hoc modo: *Palmares dediſti dies meos* vel *puſillos*, hoc eſt, breues poſuiſti vt menſuram palmi; Pagninus autem ſic, *Vt menſuram quatuor digitorum poſuiſti dies meos.* Hæc igitur Dauidicæ ſapientiæ imago eſt, celerrimum vitæ curriculum & breuitatem longè maximam coloribus ſuis delineantis. Vita noſtra palmæ vnius eſt vel quatuor digitorum; atque ita quidem, vt in illo ſpatio tam reſtricto, quemadmodum in linea, indiuidua copulantia infinita, ſic innumera propè aduerſa contineantur. Quò Euſebius Euthymiuſque trahunt vocem παλαιστὰς, alluſione ad palæſtritas; vt dies noſtri non palæſtræ modò videantur, ſed etiam palæſtræ, dies

Quàm ſit vita noſtra breuis.

Quid ſit palæſta.

laborioſiſſimi & pleniſſimi contentionis: in quibus viuere mors quædam ſit, atque mori principium immortalitatis. Non eſt profectò quòd vllus ſapiens in hoc palmo, in hac tanta breuitate, aut longiorem vitam ſperet, aut etiam optet, in ijs multis & quotidianis cladibus atque miſerijs quibus opprimitur.

ANNOTATIONES CORDERII.

IBIDEM. *Et ſubſtantia mea tamquam nihilum ante te.*] Id eſt, Tu qui me noſti, ſcis totum meum robur & firmitatem eſſe tamquam nihilum. Quò magis ad miſericordiam Deum permoueat, ſuæ fragilitatis teſtem ipſum citat, ſignificans eum minimè latere, quàm euanida ſit hominis ſubſtantia; Græcè ὑπόστασις, *ſubſiſtentia*; in Hebræo eſt חֶלְדִּי *cheled:* quæ vox propriè *tempus, ætatem* & *æuum vitæ* ſignificat: vnde Symmachus tranſtulit, καὶ ἡ βίωσίς μου, ὡς οὐδὲν ἀπέναντί σου, *& vita mea tamquam nihil coram te:* vel, vt S. Hieronymus vertit, *& vita mea quaſi non ſit in conſpectu tuo*; Aquila reddit, καὶ ἡ κατάδυσίς μου ὡς οὐκ ἔστιν ἐναντίον σου, *& occaſus meus quaſi non eſt ante te.* Pulchrâ id metaphraſi expreſſit Apolinarius:

Homo in conſpectu Dei nihil eſt.

Καὶ μάλα ῥίζαν ἐμῆς βιοτῆς ἀχρεῖον ἔγνως.

Et valdè radicẽ meæ vitæ inutilem cognouiſti.

Simili ferè ſenſu in alio Pſalmo dicitur: *Memorare quæ mea ſubſtantia: numquid enim vanè conſtituiſti omnes filios hominum?* Sic Iſaias ait: *Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt in conſpectu Dei.* Et Daniel: *Omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati ſunt.* Vnde paſſim Patres docent, creaturas omnes vanas ac nihil eſſe, comparatas Deo. Id ipſum ergo Propheta magis adhuc inculcans, & ſuperbiſſimi animalis faſtum deprimens, ſubdit: *Verumtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Neminem excipit: *Omnis homo*, inquit, *viuens:* dum viuit, viget, & floret; vel, vt eſt propriè in Hebræo, נִצָּב *nitſab*, hoc eſt, *dum ſtat, dum firmiter conſiſtit*, qui nixus adamantino fundamento videatur potens & glorioſus, nihil eſt aliud niſi vniuerſa vanitas, ſiue vniuerſitas vanitatis. Quidquid enim in illo eſt, robur, ſanitas, pulchritudo, opes, dignitas, potentia, totum fragile & momentaneum eſt: fatuos ignes imitatur, aëris ardore expreſſos in tenui materia: ſubitò lucent, ſubitò emoriuntur. Id quod Symmachus eleganter expreſſit vertendo ἀτμὶς, *vapor.* Quò & Iacobus in Canonica ſua reſpexit, interrogans: *Quæ eſt enim vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens*; id eſt, inaniſſima & leuiſſima res, & quidem *ad modicum parens.* Ceterùm Hebraicè eſt כָּל־הֶבֶל *colhebel*, id eſt, *vniuerſa vanitas.* Quod ſic exponit Genebrardus, vt vox *vniuerſa* ſit feminini generis, per conſtructionem ſubſtantiui & adiectiui. q. d. *Omnis homo viuens eſt vniuerſa vanitas.* id eſt vaniſſimus; ita vt omnis creaturarum vanitas & miſeria in humana ſpecie quodammodo aggregetur, atque omnis vanitatis omnium creaturarum aliquid aut totum habeat homo, dum quæ in alijs eſt diſperſa, in eo vno ſimul inuenitur atque colligitur. Græcè tamen alia eſt constructio, πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, *verumtamen omnia vanitas, omnis homo viuens.* quod aliqui exponunt per Eclipſin κατὰ, q. d. *Per omnia eſt vanitas.* Alij per exaggerationem: Omnia ſunt vanitas, & præcipuè omnis homo viuens. Simplicior eſt conſtructio Hebraica, vt ſit ſenſus:

Pſal. 88, 48.

Iſaiæ 40, 17.

Dan. 4, 32.

Vana eſt hominis vita, vigor, firmitas, &c. quæ videntur ſpecioſa.

Iac. 4, 15.

Quomodo homo ſit vniuerſa vanitas.

ANNOTATIONES CORDERII.

ſenſus: Omnis homo viuens eſt mera, ſumma & perfecta vanitas. Non eſt particula vanitatis, ſed tota, integra & ſolida vanitas. Nam vt eſt quodammodò omnia, ſiue vniuerſa creatura: cum inanimatis enim eſt; cum plantis viuit, & vegetatur; cum brutis appetit, ſentit, mouetur; cum Angelis intelligit, ratiocinatur, vult, meminit: ita eſt vniuerſa eorum vanitas. Cum inanimatis namque corruptelæ, caſibus, iniurijs cæli, elementorum, locorum, temporum & accidentium corporalium eſt obnoxius. Cum viuentibus inſtabilitati & neceſſitati accretionis, decretionis, nutritionis, corruptionis, mortis & interitus. Cum ſentientibus vniuerſæ ſenſuum & ſenſibilium affectionum, perpeſſionum, patibilium qualitatum mutationi atque infelicitati. Cum Angelis alternationi, volubilitati & mutabilitati cogitationum, voluntatum, ſtudiorum, rationum, conſiliorum. Quin & ſuperat eorum omnium vanitates & inconſtantias. Nam, præter curas vitæ varias & ancipites, hoc habet proprium, vt non vni peccatorum generi, ſed varijs, multiplicibus atque adeò innumeris pænè ſubiaceat; ita vt vanitatum & miſeriarum omnium epitome ſeu compendium meritò dici poſſit. Multus eſt Propheta ſacer in hac veritate inculcanda: qui cùm ſæpè multa & illuſtria in eamdem rem dixiſſet, & paucis vellet omnia complecti, non potuit exaggerare magnificentiùs & ſublimiùs, quàm cùm dixit, *Verumtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens* Poſt quæ verba in Hebræo habetur dictio illa סֶלָה *ſelah*, & in Græco *διάψαλμα*; quam alibi diximus ſecundùm litteram indicare vocem à cantoribus eleuandam, quando ad hanc notam perueniſſent; ſecundùm ſpiritum verò ſignificare eleuationem animæ & mentis adhibendam. Vbi quoque notandum eſt, in hac parte ſacræ philoſophiæ exponenda, ferè ſemper à Dauide magno conſilio adhiberi particulam *verumtamen*, quæ nimirum ſit index intercalaris ſententiæ in omni genere ſermonis, qui de vita humaniſque rebus inſtituitur, repetendæ. Quapropter ſubdit:

Selah quid.

7. *Verumtamen in imagine pertranſit homo.*] In Hebræo eſt, בְּצֶלֶם *betſelem*, id eſt in vmbra quæ citò & facilè euaneſcit. Ita vocat imaginariam vitæ pompam, & ſpeciem inaniſſimam auri, argenti, voluptatum & volaticæ gloriæ, quæ velut ſomnium ſurgentium euaneſcunt. Vides fortè pompam, gloriæ bullas, & bracteatam felicitatem, puerili fuco imbutam; aureamque fortunam eſſe reris & ſuſpicis; auerte paulisper oculos, tum in idem ſpectaculum eoſdem reflecte: quem priùs ſtantem & effloreſcentem mirabaris, videbis ruentem & flaueſcentem. Omnis ille vitæ curſus, ſtuppeus funiculus eſt, è vanitatibus contextus: cum ipſa vanitate in imagine pertranſit, vt vapor tenuis perit & vaneſcit. Imago fit & depingitur ad aliquid repræſentandum, quod reuerà in ſe ipſa non habet, ideoque vana dici poteſt; quia verè non continet id quod repræſentat, ſed eius dumtaxat ſimilitudinem & inane ſimulacrum. Sicut nux inanis & vana dicitur, quæ nucleum continere putatur quem non continet: ſic vtique imago v. g. venationis, & canem currentem, & leporem fugientem, & hominem buccinantem repræſentat, cùm nihil horum re ipſa, ſed tantùm apparenter, contineat.

Imago quid.

Iſtiuſmodi ſunt omnia quæ appellantur huius vitę bona, imagines dumtaxat ſunt bonorum, non ipſa bona. Conceſſit autem illa Deus, vt ex ijs, tamquam ex imagine, ad futurorum ac verorum bonorum contemplationem aſſurgeremus. Ad hoc dedit vitam hanc mortalem, vt ad immortalem animus ſurrigeretur: ad hoc indulſit diuitias tranſitorias, vt ad cæleſtes & numquam perituras opes anhelaremus: ad hoc conducunt honorum ac dignitatum gradus, vt Sanctorum in cælis gloriam contemplemur, & per virtutes veras ad illam aſpiremus. Omnes itaque res tranſitoriæ ſunt tantùm imagines quædam vanæ, nil præter externam rerum apparentiam continentes; quare vmbrarum inſtar ſubitò tranſibunt. Sicut ergo lex, Paulo teſte, *vmbram* dumtaxat habebat *futurorum bonorum*, non ipſa bona; quia nimirum ad hoc data erat, vt futuram Euangelicæ legis gratiam præfiguraret: ita res omnes temporales, quas hîc Dauid hominis viuentis aut ſtantis nomine deſignauit, factæ ſunt in figuram & imaginem verorum bonorum quæ in cælis expectamus numquam interitura, numquam terminanda, quibus ſolis Dei capax animus ſatiari poteſt. Egregiè ergo Dauid hîc verum ſeſe *Idithum*, id eſt mortalia (vt S. Auguſt. interpretatur) tranſilientem & tranſſcendentem exhibet, & iure meritiſſimo inter hunc & verſum præcedentem *ſelah*, ſignum eleuationis interpoſuit, eleuans mentem ex terrenis ad cæleſtia, ex vmbra ad corpus, ex figura & imagine, ad rem figuratam & ſignificatam: quemadmodum antiqui olim Patres, ea quæ in veteri lege fiebant conſiderantes, ad ea quæ in lege gratiæ futura erant cogitationem extendebant; & illa parui æſtimantes, ad hæc toto ſpiritu & corde ferebantur. Indeque tandem intulit; *Sed & fruſtrà conturbatur*. q. d. Si diuitiæ, deliciæ, honoreſque mundi, tantùm ſunt imagines & figuræ futurorum bonorum, non ipſa bona; vanè ergo & inſipienter homo propter hæc conturbatur, commouetur, inflammatur. Vanè conturbarentur & labore caſſo ſe fatigarent diuites, ſi in figuram quamdam & chartaceam imaginem illius ciuitatis, ad quam comparandam toto agmine procedunt, omnem illum apparatum bellicum conuerterent. Ridiculi eſſent accipitres, ſi propter perdicem pictam, vel perdicis figuram, inter ſe contenderent. Irriſoriè commouerentur canes, ſi propter pictum ligneúmve leporem ſe inuicem morderent. Vanè pueri inter ſe corrixarentur, ſi propter vmbram pomi commouerentur. Quaſi ergo ſemetipſum propter Semei conuitia conturbatum corrigens Dauid, excelſo prorſus ſpiritu iudicat omnino vanam eſſe ſuam perturbationem, &, humano terrenoque honore ſpreto, totum ſeſe contulit ad verum, firmum, ſolidum ſtabilemque honorem deſiderandum: &, contemptis rebus tranſitorijs atque terrenis, tamquam vmbraticis, ad cæleſtia, vera & æterna bona mentem eleuauit, dicens:

Tranſitoria omnia imagines ſunt bonorum, non ipſa bona.

Hebr. 10, 1

Dauid verus Idithum, id eſt tranſiliens terrena.

Fruſtrà qui ob res caducas conturbatur.

8. *Et nunc quæ eſt expectatio mea?* &c.] q. d. Quid mea refert, quid Semei de me loquatur, quòd plenis plauſtris contumelias in me euomat, & honorem meum lædere moliatur? aërem dumtaxat verberat, & fugacem honoris vmbram caſſis maledicentiæ ſpiculis impetit, & verum honorem meum, qui apud Deum eſt, minimè

Dauid ſola cæleſtia & diuina ſpectabat, & ſperabat.

minimè tangit; ſed potiùs illuſtriorem reddit. Quid enim eſt quod quæro, quod deſidero, quod
Gal. 1, 10. expecto? *An quæro hominibus placere, an Deo? Si adhuc hominibus placerem, Dei ſeruus non eſſem.* Nunc autem *ſubſtantia mea apud te eſt*, ibi opes, ibi honores, ibi deliciæ, ibi theſaurus,
2. Tim. 1, 12. ibi cor meum. *Scio enim cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem.* Apud Theodoretum Aquila pro *ſubſtantia* vertit *expectationem:* quaſi nimirum Deo dicat Propheta, Te expecto circumſpiciens, tuam benignitatem præſtolor. In Hebræo eſt תּוֹחַלְתִּי *thochaltti*, quod Pagninus interpretatur, *ſpes mea, expectatio mea*; vt ſignificet Vates, totam ſubſtantiam, vitam opeſque ſuas nihil aliud fuiſſe quàm ſpem in Deo ſuo. Sed quia is cuius expectatio Dominus eſt, ſine peccatis non viuit, ne peccata interuenientia expectationem eius fallant, & prouentu expectato fruſtrentur, ſubdit:

9. *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.*]
Dauid ſe ad peccati remiſſionem ſolicitè diſponebat. Per veram ſcilicet peccatorum remiſſionem, quorum in ſe culpam reſidere non diffitetur. neque vnius tantùm peccati ſe accuſat, ſed fatetur multiplici reatu ſe eſſe obſtrictum. Monemur autem exemplo Dauidis, non tantùm ab ærumnis, quæ nos premunt, leuationem petere, ſed earum cauſſæ abolitionem poſtulare, quæ ſunt peccata, è quibus velut è fonte mala omnia ſcaturiunt. Ne igitur veniæ precatio ex parte ſua omni prorſus opere bono vacua, & proinde ſterilis exiſteret, congruam ſubnectit rationem, ob quam diuinæ benignitati conſentaneum ſit, peccata ſupplici condonare. *Opprobrium*, inquit, *inſipienti dediſti me.* Loquitur de iniurijs & contumelijs ſibi à Semei in fuga irrogatis; quando Abiſai de
2. Reg. 16. illo vltionem ſumere volenti Dauid dixit: *Dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum Domini: ſi forte reſpiciat Dominus afflictionem meam: & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* Atque hoc eſt quod allegat ſe ex parte ſua feciſſe, quo ſe veniâ non indignum redderet, ſed ad eam congruè diſponeret, dicens:

10. *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti.*] q.d. Tu mi Deus, tu hæc feciſti,
Dauidis in afflictionibus philoſophia. tua prouidentia, voluntas, permiſſio hæc in me immiſit: quia ergo tu hæc omnia feciſti, impius ego ſim, qui contra te querar. Ergo voluntati tuæ pareo, & quidquid ab ea eſt, tolero in ſilentio. Norat quippe manſuetiſſimus rex Dauid miram vim huius ſilentij, propterea vim ſibi faciens, non aliam eius cauſſam adfert, quàm hanc ipſam, *quoniam tu feciſti.* ac ſi dicat: Ideò ſileo, quia voluntatis tuæ hoc eſſe video. Tua mi Deus voluntas hoc mihi ſilentium indixit. Hoc nempe conſiderabat Dauid videns Semei verba contumeliæ effutientem, & lapides in ſe mittentem, voluntatis Dei eſſe, vt iniurias illas æquo animo ferendo, ad peccatorum ſuorum veniam faciliùs impetrandam ſe ritè diſponeret. Quamuis enim Deus maledicam illam Semei voluntatem non feciſſet; eâ tamen vtebatur ad vindictam de peccato Dauidis ſumendam. Quod optimè intelligens Dauid, minimè attendebat illa quæ Semei loquebatur, tamquam ab ipſo prodeuntia, ſed tamquam flagella, per quæ Deus illius delicta caſtigare intendebat. Quare admodum prudenter ad Deum ſe conuertit: & quia ab eo profectum ſit quod patitur, ſibi obmuteſcendum eſſe ſtatuit. Cùm itaque Dauid tantis
ANNOTATIONES CORDERII. iniurijs affectus, quia Deum agnoſcit deſpectionis ſuæ auctorem, legem tacendi ſibi imponat; hoc ſciamus efficaciſſimum peccatorum veniam obtinendi medium eſſe, humiliari ſub potenti manu Dei, & cum ſilentio diuinis eius iudicijs acquieſcere. Simul etiam & hoc diſcamus, eum ſcilicet qui veniam precatur, opportunè admodum improperiorum ſuorum ſuſtinentiam in ſignum veræ pœnitentiæ, ad ſcelerum ſuorum ſatisfactionem, Domino humiliter offerre; quia iſtiuſmodi opprobriorum, præſertim in eo qui illa iuſtè, ſi vellet (cùm Dauid rex eſſet, & Semei ſubditus) punire poſſet, patiens propter Deum tolerantia, non ſolùm delictorum, ſed etiam pœnæ ijs debitorum indulgentiam obtinendi fiduciam præſtat. vnde ſubdit: *Peccatori conſultiſſimum eſt, humiliari ſub manu Dei.*

11. *Amoue à me plagas tuas.*] Confirmat precationem ſuam Dauid, vt veniam adeptus clementer tractetur. Nihil autem excuſationis adfert ad leuandam culpam; ſed infirmitati ſuæ parci cupit, quam ingenuè profitetur dicens: *Dauid infirmitatis ſuæ conſcius, non ſe excuſat, ſed ſupplex orat.*

12. *A fortitudine manus tuæ ego defeci.*] Cùm me, inquit, varijs doloribus & perſecutionibus affligas, ac duris increpationibus propter iniquitates meas reprehendas, quidni deficiam, & te iratum conſiderans, præ timore ac meæ vilitatis cognitione tabeſcam? Certè quem Deus per immiſſam cogitationem de peccatis reprehendit, habet vnde mirum in modum humilietur. Atque hoc eſt quod Ieremias quoque ait,
Memoria memor ero, ſcilicet imbecillitatis meæ, Thren. 3, 20.
& peccatorum ac miſeriarum mearum; & cùm à Domino huiuſmodi cogitationes accepero, *tabeſcet in me*, humiliabiturque *anima mea*. Nam quid, quæſo, magis humiliet aut tabeſcere faciat hominem, quàm vox Domini propter iniquitatem ipſum increpantis? *Increpatio Dei formidabilis eſt.* *Dominus in tempeſtate*, Nahum 1, 4.
inquit Nahum, *& turbine via eius, & nebulæ puluis pedum eius. Increpans mare, & exſiccans illud: & omnia flumina ad deſertum deducens.* Quia dum nos ob peccata reprehendit, quaſi præ timore areſcimus, & ab omni tumore & propria reputatione deficimus. Atque hoc eſt quod ſubdit: *Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius.* Symmachus vertit, Καὶ διαλύεις ὡς βρῶτα τὸ ἐπιθυμητὸν αὐτοῦ, *Et diſſolues tamquam cariem deſiderabile ipſius.* S. Hieron. interpretatur, *Et poſuiſti quaſi tineam deſiderabilia illius.* Vertunt ex Hebræo alij, *Tabeſcere facis velut tinea deſiderabile eius.* Hoc eſt: Quemadmodum ipſa tinea veſtem pretioſam ſolet peredere atque perdere; ſic quod in eo eſt deſiderabile & eximium tu liqueſacis, ſiue conſumis. Sicut ergo aranea, vel tela araneæ, facilè perit, & tinea, ſi ſoli exponatur, citò diffluit & interit abiens in auras; ita hominis deſiderium, vita, ſtatus, conditio, fugaciſſima ſunt, & corruptelæ maximè obnoxia.

13. *Aduena ego ſum apud te.*] S. Hieron. id illuſtrat, quaſi περάτην vellet dicere, hoc eſt *Vt aduenæ hic viuere debemus.*
tranſitorem: quod myſterium præcipuè intueri Pſalmus videtur, vt ex inſcriptione *pro Idithum*, quod *tranſilientem* ſignificat, S. Auguſt. optimè colligit, & nos ex ipſo ibidem annotauimus. Certè mundana omnia, vt fluxa & volatica, prætereunt, tranſeunt, euaneſcunt: & nos cum illis tranſimus, & diuerſis veluti dromonibus omnes ferimur in vaſtum Oceanum æternitatis: vnde homi-

homines in ſacro ſermone ſalutari elogio *tranſitores* nominati. Cùm igitur ſancti omnes hoc Dauidis oraculum ſæpè cum animo ſuo reputent, & aſſiduè meditentur, à corruptione mundi quàm longiſſimè ſe remouent, atque illius inaniſſimam pompam & vanitatem, quâ pereunt multi, generoſo animo aſpernantur. Qua de re eſt pulcherrimum D. Leonis effatum Serm. 2. de reſurrect. ſic hortantis: *Ad æterna prælectos peritura non occupent.* & paulò pòſt: *In hac mundi valle ſi quæ commoda blandiuntur, non amplectenda neqniter, ſed trāſcunda ſunt fortiter.*

14. *Remitte mihi vt refrigerer,* &c.] Ita etiam Vulgata legit cum S. Ambroſio; S. Auguſt. *dimitte me* poſuit; Scholion exponit, ἄφες, συγχώρησον, ἀνάπαυσον, *dimitte, condona, da recreationem*, ſeu quietem; Symmachus vertit, ἀπόσχου ἵνα μειδιάσω πρὶν ἀπελθεῖν με, καὶ μὴ ὑπάρχειν, *recede à me, vt ſubrideam, antequam ego abeam, & non ſubſiſtam.*

IN PSALMVM XXXIX. ARGVMENTVM.

1. In finem, ipſi Dauid Pſalmus.

α´. Εἰς τὸ τέλος, τῷ Δαβὶδ ψαλμός.

Quidam in beatum Ieremiam hunc Pſalmum acceperunt; aliqui in admirabilem Danielem; quoniam & is & ille in lacum coniecti ſunt. Porrò aliqui captiuis Babylonem habitantibus Pſalmum hunc quadrare dixerunt. Ego autem figuratè quidem in ea quæ ipſi Dauidi acciderunt, hunc conſcriptum eſſe opinor; referri verò ad vniuerſam hominum naturam, quæ ſpem reſurgendi à Deo & Saluatore noſtro accepit.

Τινὲς εἰς τὸν μακάριον Ἱερεμίαν τοῦτον ἔλαβον τὸν ψαλμόν· τινὲς εἰς τὸν θαυμάσιον Δανιήλ· ἐπειδὴ κἀκεῖνος καὶ οὗτος εἰς λάκκον ἐβλήθησαν. Τινὲς δὲ τοῖς οἰκήσασι τὴν Βαβυλῶνα αἰχμαλώτοις ἁρμόττειν ἔφασαν τὸν ψαλμόν. Ἐγὼ δὲ τυπικῶς μὲν εἰς τὰ συμβεβηκότα τῷ Δαβίδ, τοῦτον συγγεγράφθαι νομίζω, ἀναφέρεσθαι δὲ εἰς ἅπασαν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν τὰς τῆς ἀναστάσεως δεξαμένην ἐλπίδας.

PARAPHRASIS.

2. EXPECTANS expectaui Dominum, & intendit mihi.

Expectantes ſe Deus reſpicit.

Poſtquam, inquit, valdè expectaſſem Deum, intendit mihi. Nam cùm peccatum meum aueſatus fuiſſet, benignā mihi faciem oſtendit.

3. Et exaudiuit preces meas.

Et quid fecit, cùm exaudiſſet?

Et eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.

Sic ſacræ Litteræ maxima diſcrimina nuncupare ſolent. Cùm autem à periculis liberaſſet, quid tibi rurſus gratificatus eſt?

Et ſtatuit ſupra petram pedes meos.

Supra petram, id eſt, quaſi ſupra petram. ac ſi dicat: in ſecuro me conſtituit.

Et direxit greſſus meos.

Et omnia, inquit, mihi plana reddidit, vt nullum mihi foret obſtaculum ad emergendum.

β´. ΥΠΟΜΕΝΩΝ ὑπέμεινα τὸν κύριον, καὶ προσέσχε μοι.

Ἐπειδή, φησι, σφόδρα ὑπέμεινα τὸν Θεόν, προσέσχε μοι. Ἀπεστραμμένος γὰρ τὴν ἁμαρτίαν, εὐμενές μοι πρόσωπον ἔδειξε.

γ´. Καὶ εἰσήκουσε τῆς δεήσεώς μου.

Καὶ τί πεποίηκεν εἰσακούσας;

Καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος.

Οὕτω τοὺς μεγίστους κινδύνους ὀνομάζειν ἔθος τῇ γραφῇ. Τῶν δὲ κινδύνων ἀπαλλάξας, τί σοι πάλιν κεχάρισται;

Καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου.

Ἐπὶ πέτραν, τουτέστιν, ὡς ἐπὶ πέτραν. ἵνα εἴπῃ· ἐν ἀσφαλεῖ με κατέστησεν.

Καὶ κατηύθυνε τὰ διαβήματά μου.

Καὶ πάντα μοι, φησιν, εὐώδωσεν, ὥστε μηδὲν μοι παρεμποδὼν γίνεσθαι πρὸς τὴν ἐπάνοδον.

δ'. Καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ στόμα μου ᾆσμα καινὸν, ὕμνον τῷ θεῷ ἡμῶν.

Οὐκέτι γὰρ θρηνωδῶν ἱκετεύω ἀλλ' ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις ὑμνῶ.

Ὄψονται πολλοὶ καὶ φοβηθήσονται, καὶ ἐλπιοῦσιν ἐπὶ κύριον.

Καὶ οἱ μηδέπω γεγευμένοι τῶν ἀγαθῶν, θαρροῦντες φοβηθήσονται, ὡς ἤδη μὴ προσεληλυθότες, καὶ τῇ ἐλπίδι κρατυνθέντες, τῆς παρὰ θεοῦ τεύξονται σωτηρίας.

έ. Μακάριος ἀνὴρ, οὗ ἐστι τὸ ὄνομα κυρίου ἐλπὶς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐπέβλεψεν εἰς ματαιότητας καὶ μανίας ψευδεῖς.

Κἀνταῦθα μακαρίζει τὸν τῶν μὲν παρόντων καταφρονήσαντα, τὴν ἐλπίδα δὲ τὴν θείαν ἀντὶ πάντων κτησάμενον.

ς'. Πολλὰ ἐποίησας σὺ κύριε ὁ θεός μου τὰ θαυμάσιά σου· καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου οὐκ ἔστι τίς ὁμοιωθήσεταί σοι.

Νικᾷ, φησιν, ἀριθμὸν καὶ ἀνθρωπίνην διήγησιν τὰ ὑπὸ τῆς σῆς δυνάμεως γινόμενα θαύματα. Οὐ γάρ ἐστιν ὅτι τὰ ὅμοιά σοι δρᾶσαι δυνάμενος. μέγιστα μὲν γὰρ καὶ περικαλλῆ σου τὰ ποιήματα. Νικᾷ δὲ τοὺς ἀνθρωπίνους ἐπαίνους, τὰ καθ' ἕκαστον καιρὸν ὑπὸ τῆς σῆς προμηθείας οἰκονομούμενα.

Ἀπήγγειλα καὶ ἐλάλησα, ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν.

Καίτοιγε, φησὶ, καθόσον ἐγχωρεῖ, διηγησάμην πολλοῖς πολλὰ, καὶ ὅσα ἠδυνάμην, ἀλλ' ὅμως ἡττήθην διηγούμενος.

ζ. Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, ὦτα δὲ κατηρτίσω μοι.

Καὶ τὸ μεῖζον, φησι, καὶ παραδοξότερον οὐκ ἠβουλήθης παρ' ἐμοῦ θυσίας, εἰς τὸ ἐπαγαγεῖν με, ἀλλ' ὑπακοήν με ἀπῄτησας μόνον· ὦτα γὰρ τὴν ὑπακοὴν λέγει.

Ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας.

ή. Τότε εἶπον· ἰδοὺ ἥκω.

Δήλου γὰρ ὄντος, φησὶν, ὅτι ἡ ἁμαρτία πρόξενος ἐγένετο τῆς αἰχμαλωσίας, δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας, ἔλυσας τὴν ἁ-

4. Et immiſit in os meum canticum nouum, carmen Deo noſtro. PARAPHRASIS PATRVM.

Non ampliùs enim lamentando precor, ſed pro beneficijs acceptis canto.

Videbunt multi & timebunt, & ſperabunt in Domino.

Et qui necdum guſtarunt bona, confidentes timebunt, quòd hactenus non acceſſerint: & ſpe confirmati, à Deo ſalutem conſequentur.

5. Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.

Hîc etiam beatum prædicat eum, qui præſentia quidem deſpicit, diuinam verò ſpem præ omnibus habet. *Beatus qui ſperat in Deum.*

6. Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Miracula, inquit, quæ à tua potentia facta ſunt, omnem numerum & narrationem humanam ſuperant. Non enim eſt qui facere poſſit ſimilia tibi; quandoquidem opera tua maxima & perpulchra ſunt. Vincunt autem humanas laudes, ea quæ quolibet tempore à tua prouidentia diſpenſata fuere. *Miracula Dei multa & magna.*

Annuntiaui & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

Equidem, inquit, quoad licuit, enarrabam multis multa; & quanta poteram, verumtamen commemorans ſuperabar.

7. Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem pefeciſti mihi.

Et quod maius eſt, inquit, atque mirabilius, noluiſti vt offerrem ſacrificia, ſed ſolam obedientiam à me exegiſti. Per *aures* enim intelligit obedientiam. *Obedientia Deo præ ſacrificijs placet.*

Holocauſta & pro peccato non poſtulaſti.

8. Tunc dixi, Ecce venio.

Cùm enim, inquit, manifeſtum eſſet, peccatum captiuitatem attuliſſe; ob nimiam benignitatem peccatum diſſoluiſti, ſacrificium minimè

PARAPHRASIS PATRVM.

minimè expoſcendo. Hanc autem, inquit, gratiam cùm viderem, meipſum tibi obtuli, dicens: *Ecce adſum.*

In capite libri ſcriptum eſt de me

9. Vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio * ventris mei.

* Vulgata cordis

Id eſt, ſuperiùs in libris propheticis hæc de me prædicta ſunt. Et cùm ad te, inquit, acceſſerim, omne ſtudium adhibeo ad implenda præcepta tua, & ſecundùm voluntatem tuam viuendum.

10. Annuntiaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna, ecce labia mea non prohibebo: Domine tu ſciſti.

Annuntiaui ait pro annuntiabo, vti patet ex ſequentibus. Sed neque ceſſabo, inquit, hoc facere, neque claudam os, vt non annuntiem quæ præbuiſti nobis bona.

11. Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.

Non abſcondi miſericordiam tuam, & veritatem tuam, à concilio multo.

Atque ego, inquit, minimè celo bona quæ mihi tradita ſunt; ſed promulgo illa prout valeo.

12. Tu autem Domine, ne longè facias miſericordias tuas à me: miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

Idcircò, inquit, tu quoque Domine miſerationes tuas à me non elongaſti. Nam vera tua benignitas ſuſcepit me, & adiuuit. Recenſet deinceps etiam mala quibus cum Deus liberauit, vt hymnos de Domino amplificet.

Gratitudo Dauidis pro liberatione à malis.

13. Quoniam circumdederunt me mala quorum non eſt numerus: comprehenderũt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.

Ex iniquitatibus, inquit, meis in tantas incidi calamitates, ita vt caligarem,

μαρτίαν, θυσίαν μὴ ἀπαιτήσας. Ταύτην δέ σου, φησὶ, τὴν χάριν ἰδὼν, ἐμαυτόν σοι προσήγαγον λέγων· Ἰδοὺ πάρειμι.

Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ

θʹ. Τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου· ὁ θεός μου ἐβουλήθην, καὶ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου.

Τουτέστιν, ἄνωθεν ἐν ταῖς προφητικαῖς βίβλοις ταῦτα περὶ ἐμοῦ προειρηκόμενα. Καὶ προσελθών σοι, φησὶ, πᾶσαν ἔχω σπουδὴν τὰς σὰς πληρῶσαι ἐντολὰς, καὶ κατὰ τὸ σὸν πολιτεύεσθαι θέλημα.

ιʹ. Εὐηγγελισάμην δικαιοσύνην ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, ἰδοὺ τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω· κύριε σὺ ἔγνως.

Τὸ εὐηγγελισάμην ἀντὶ τοῦ εὐαγγελιοῦμαι λέγει, καὶ τοῦτο δῆλον ποιεῖ τὸ ἑξῆς. Ἀλλ' οὐδὲ παύσομαι, φησι, τοῦτο ποιῶν, οὐδὲ κλείσω τὸ στόμα ὥστε μὴ ἀπαγγέλλειν ἃ παρέσχες ἡμῖν ἀγαθά.

ιαʹ. Τὴν δικαιοσύνην σου οὐκ ἔκρυψα ἐν τῇ καρδίᾳ μου· τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου εἶπα.

Οὐκ ἔκρυψα τὸ ἔλεός σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου, ἀπὸ συναγωγῆς πολλῆς.

Κἀγώ, φησιν, οὐ κρύπτω τὰ παρασχεθέντα μοι καλά· ἀλλὰ δημοσιεύω αὐτὰ καθὼς δύναμαι.

ιβʹ. Σὺ δὲ κύριε μὴ μακρύνῃς τοὺς οἰκτιρμούς σου ἀπ' ἐμοῦ, τὸ ἔλεός σου καὶ ἀλήθειά σου διαπαντὸς ἀντελάβοντό μου.

Καὶ διὰ τοῦτο, φησὶν, οὐδὲ αὐτὸς δέσποτα τοὺς οἰκτιρμούς σου ἐχώρισάς μου. Ἡ γὰρ ἀληθινή σου φιλανθρωπία ἀντελάβετό μου, καὶ ἐβοήθησεν. Εἶτα διηγεῖται καὶ τὰ κακὰ, ὧν ἀπήλλαξεν αὐτὸν ὁ θεὸς, πρὸς τὸ αὐξῆσαι τοὺς ὕμνους τοὺς περὶ τοῦ δεσπότου.

ιγʹ. Ὅτι περιέσχον με κακὰ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· κατέλαβόν με αἱ ἀνομίαι μου, καὶ οὐκ ἠδυνήθην τοῦ βλέπειν.

Τοιαύταις, φησὶ, συμφοραῖς περιπέπτωκα ἐκ τῶν ἀνομιῶν τῶν ἐμῶν, ὥστε σκοτοδινιᾶν,

καὶ

καὶ μηδὲ πρὸς τὸ φῶς ἀτενίζειν δύνασθαι.

Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου· καὶ ἡ καρδία μου ἐγκατέλιπέ με.

Ἀνωτέρω τὸ σφοδρότερον εἰπὼν τῶν συμφορῶν, ἐνταῦθα τὸ πλῆθος αὐτῶν ὑπαινίττεται. Καὶ μικροῦ, φησι, καὶ ἐξέλιπον, καὶ οὐκ ἤμην ἐν ἐμαυτῷ, οὕτω μου πᾶς διαλογισμὸς ἐξησθένει.

ιδʹ. Εὐδόκησον κύριε τοῦ ῥύσασθαί με· κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες.

Ἀλλ' οὕτω μου διακειμένου, φησὶν, ηὐδόκησας αὐτὸς ἀπαλλάξαι με.

ιεʹ. Καταισχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν ἅμα, οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου τοῦ ἐξᾶραι αὐτήν.

Κατῃσχύνθησαν, φησι, καὶ ἐνετράπησαν ὅσοι κακῶς μοι ἐβουλεύσαντο. ὁ χρόνος γὰρ ἐνήλλακται.

Ἀποστραφείησαν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ καταισχυνθείησαν οἱ θέλοντές μοι κακά.

Ἀντὶ τοῦ, ἀπεστράφησαν, καὶ κατῃσχύνθησαν.

ιϛʹ. Κομισάσθωσαν παραχρῆμα αἰσχύνην αὐτῶν, οἱ λέγοντές μοι, εὖγε, εὖγε.

Καὶ ἐκομίσαντό, φησι, αἰσχύνην ταχεῖαν οἱ ἐφηδόμενοί μοι.

ιζʹ. Ἀγαλλιάσαιντο καὶ εὐφρανθείησαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε, καὶ εἰπάτωσαν διαπαντός· μεγαλυνθήτω ὁ κύριος, οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου.

Οἱ μέντοι ἐλπίζοντές, φησιν, ἐπὶ σε, ἐν πολλῇ κατέστησαν ἀγαλλιάσει καὶ εὐφροσύνῃ, καὶ εἰς τοῦτο κατέστησαν, εἰς τὸ διαπαντὸς ὑμνεῖν σε καὶ δοξάζειν, τὴν ἀπό σου σωτηρίαν ἀναμένοντες.

ιηʹ. Ἐγὼ δὲ πτωχός εἰμι, καὶ πένης, κύριος φροντιεῖ μου.

Ἐπειδὴ γάρ, φησιν, ἐν ἐνδείᾳ παντὸς ἤμην ἀγαθοῦ, καὶ ἐν πτωχείᾳ παντὸς ἀναγκαίου, παραδόξως ἐφρόντισάς μου.

Βοηθός μου καὶ ὑπερασπιστής

neque lumen intueri poſſem.

Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me. PARAPHRASIS PATRVM.

Cùm ſuperiùs calamitatum vehementiam declaraſſet, hîc earumdem multitudinem inſinuat. Et vix non, inquit, defeci, & non eram mihi præſens, adeò omnis rationis meæ vſus infirmabatur.

14. Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me reſpice.

Verumtamen, inquit, ſic affectum complacuit tibi vt me liberares.

15. Confundantur & reuereantur ſimul, qui quærunt animam meam, vt auferant eam.

Confuſi ſunt, inquit, & reueriti ſunt, qui malè mihi conſulebant. Tempus enim variatum eſt.

Conuertantur retrorſum, & * erubeſcant qui volunt mihi mala.

* Vulgata reuereantur.

Id eſt, conuerſi ſunt, & rubore ſuffuſi.

16. Ferant confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi, Euge, euge.

Et retulerunt, inquit, celerem confuſionem qui mihi inſultabant.

17. Exultent & lætentur ſuper te omnes quærentes te: & dicant ſemper: Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Qui, inquit, in te ſperarunt, in multa lætitia & gaudio conſtituti ſunt; & eò deuenerunt, vt aſſiduò te laudent & honorent, ſalutem quæ ex te eſt præſtolantes.

18. Ego autem mendicus ſum, & pauper: Dominus ſolicitus eſt mei.

Cùm enim, inquit, omnis boni & rerum neceſſariarum penuriâ laborarem, mirabili modo mei curam habuiſti.

Adiutor meus, & protector meus

COMMENTARIVS PATRVM.

meus es tu: Deus meus ne tardaueris.

Factus es autem, inquit, adiutor & protector meus in tempore opportuno.

μου εἶ σὺ, ὁ θεός μου, μὴ χρονίσῃς.

Ἐγγὺς δέ μοι, φησὶ, βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς ἐν δέοντι τῷ καιρῷ.

COMMENTARIVS.

2. EXPECTANS EXPECTAVI DOMINVM.] Geminatio ſignum eſt intentionis. vt in iſto: Videns vidi malitiam, id eſt exactè vidi. &, Cognoſcens cognoſces, id eſt accuratè cognoſce. Vult autem dicere: Quoniam vehementer expectaui Deum, ideò intendit mihi. Inſtruit autem omnes homines, vt generosè ferant calamitates. *Expectans*, inquit, *expectaui, & intendit mihi*, ſiue reſpexit me. Quamuis enim vir iuſtus ſimul atque orat non exaudiatur, nihilominùs ſperans perſeuerat, ſciens *quòd tribulatio patientiam operatur*. Licet enim peccauerit, peccatum tamen confitetur. Quòd ſi recidiuam paſſus ſit, indicat hoc medico, vt ipſum ſubleuet. Fatetur etiam profunditatem peccatorum, & cœnoſi corporis voluptates; in quas incidens anima demergitur. Et quid tibi præbuerit, cùm exaudiuit, dicito: *Et eduxit me de lacu miſeriæ.* quaſi dicat, tamquam de lacu, tamquam de luto, id eſt de profundo peccatorum. Vel *lacum miſeriæ*, profundum peccati, *& lutum fæcis* vocat cœnoſas corporis voluptates, in quas impingens anima immergitur. Vel *lacum miſeriæ* mundanarum afflictionum, vel maxima pericula intelligit; vel lacum captiuitatis multum cœni habentem, vnde difficulter eruatur qui in illum incidit. Porrò ab his liberans, quid tibi præſtitit? *Et ſtatuit ſupra petram:* rurſus, quaſi ſupra petram. ac ſi dicat: In ſecuro me collocauit, & omnia mihi facilia reddidit. Non permiſit, inquit, me moueri & circumferri; ſed ſtatum mihi ſtabilem conceſſit, & inoffenſo pede currere me fecit. Vel *lacus miſeriæ* mors eſt, cuius naturam Chriſtus ſuſtulit. *Lutum* autem *fæcis*, propter fœtorem ſuum, peccatum eſt, quod rectum curſum hominum interrumpit. Petra verò, de qua dicit, *Et ſuper hanc petram.* Vel petra Chriſtus, per quem

Perſeuerandum in ſpe & oratione, vt exaudiamur.

Rom. 5. 3.

Verſ. 3.

Lacus miſeriæ vita carnalis.

Petra pro ſecuritate.

Matth. 16, 18.

β'. ΥΠΟΜΕΝΩΝ ΥΠΕΜΕΙΝΑ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Ὁ διπλασιασμὸς σημεῖόν ἐστιν ἐπιτάσεως· ὡς ἐν τῷ, Ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν, ἀντὶ τοῦ, σφόδρα εἶδον. καὶ γινώσκων γνώσῃ, ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς γνῶθι. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, Ὅτι ἐπειδὴ σφόδρα ὑπέμεινα τὸν θεὸν, προσέσχε μοι. Παιδεύει δὲ πάντας ἀνθρώπους, γενναίως φέρειν τὰς συμφοράς. Προσδοκῶν, φησὶ, προσεδόκησα, καὶ προσέσχε μοι, ἤτοι ἐπεσκέψατο. Κἂν γὰρ παραχρῆμα δεηθεὶς ὁ δίκαιος μὴ εἰσακουσθῇ, ὅμως ἐλπίζων προσκαρτερεῖ, εἰδὼς τὴν θλίψιν ὑπομονὴν κατεργάζεσθαι. Κἂν γὰρ ἁμάρτῃ, ὁμολογεῖ τὸ κακόν. Κἂν ἑαυτὸν ἀναλάβῃ, γνωρίζει τὸν ἰατρὸν, πόθεν αὐτὸν ἀνιμήσατο. Ὁμολογεῖ καὶ τὸ βάθος τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τοῦ πηλώδους σώματος τὰς ἡδυπαθείας, εἰς ἃς ὀλισθήσασα καταποντοῦται ψυχή. Καὶ τί σοι παρέσχεν εἰσακούσας, εἰπέ. Καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας· ἵνα εἴπῃ, ὡς ἐκ λάκκου, ὡς ἀπὸ πηλοῦ, τουτέστιν ἐκ βάθους ἁμαρτιῶν. Ἢ λάκκον ταλαιπωρίας, τὸ βάθος τῆς ἁμαρτίας, καὶ πηλὸν ἰλύος, τὰς τοῦ πηλώδους σώματος ἡδυπαθείας, ἐν αἷς ὀλισθήσασα ψυχὴ βαπτίζεται. Ἢ λάκκον ταλαιπωρίας τῶν κοσμικῶν περιστάσεων, ἢ τοὺς μεγίστους φησὶ κινδύνους· ἢ λάκκον τῆς αἰχμαλωσίας ὕλην ἔχοντος πολλὴν, ἀφ' οὗ δυσαναστάτως εὑρίσκετο ὁ ἐμπεσών. Τούτων δὲ ἀπαλλάξας, τί σοι κεχάρισαι; Καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν. πάλιν, ὡς ἐπὶ πέτραν. ἵνα εἴπῃ· ἐν ἀσφαλείᾳ με κατέστησε, καὶ πάντα μοι εὐώδωσεν. Οὐκ εἴασέ με, φησὶ, κλονεῖσθαι καὶ περιφέρεσθαι· ἀλλ' ἑδραίαν μοι τὴν στάσιν παρέσχετο, καὶ ἀκωλύτως με τρέχειν παρεσκεύασεν. Ἢ λάκκος ταλαιπωρίας ὁ θάνατος, ἀφ' οὗ τὴν φύσιν Χριστὸς ἀνιμήσατο. Πηλὸς δὲ ἰλύος διὰ τὸ δυσῶδες, ἡ ἁμαρτία, τὸν ἐπ' εὐθείας κωλύουσα δρόμον τῶν ἀνθρώπων. Πέτρα δὲ περὶ ἧς φησι, Καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ. Ἢ πέτρα ὁ Χριστὸς, δι' οὗ ἡ

πόδωμα-

πνευματικὴ ὁδὸς διαπλακοῦται· ἧς ὁ μὴ παρατραπεὶς, διασώζει τὸ ἴχνος ἐν καθαρὸν, οὐδαμόθεν τῷ πηλῷ τῆς ἡδονῆς μολυνόμενον. δοὺς δέ, φησι, στῆναι, καὶ βαδίζειν, ἐνώδωσε τὴν ἐντολῶν τὰς ὁδούς.

δ'. Καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ στόμα μου.] Παρέσχε μοί, φησι, καὶ ἀφορμὴν τοῦ ᾆσαι αὐτῷ καινὸν ὕμνον. Καινὸς δὲ ὁ ἐπὶ παραδόξοις ἀναπεμπόμενος. Ἢ ἀντὶ τοῦ, οὐκέτι θρηνῶ ὡς πάλαι, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις ὑμνῶ· ἀπὸ γὰρ τῶν χειρόνων ἀπαλλαγεὶς, τὸ μὲν παλαιὸν ᾆσμα ἀφῆκε, τὸ ἐμβληθὲν δὲ ὑπὸ τοῦ σώσαντος ᾄδει καινὸν, ἢ τὸ εὐαγγελικόν. Μετὰ γὰρ τὴν ἀπάθειαν ᾄδομεν ᾆσμα καινὸν ἀνακαινισθέντες. Σημείωσαι, ὅτι πρῶτον ὁ θεὸς ἀνάγει, δεύτερον ἱστᾷ, τρίτον κατευθύνει τὰ διαβήματα, τέταρτον ᾆσμα χαρίζεται, πέμπτον ὕμνον. Καὶ σημαίνει ὅτι ὁ ἐμπεσὼν εἰς λάκκον, οὐκ ἦν ἐν τῷ λάκκῳ. Εἶτα ὄψονται, φησι, πολλοί. Ὑπόδειγμά, φησὶ, λοιπὸν ἔσομαι ἑτέροις, τοῖς κατὰ ζῆλον πεπαυμένοις τῶν κακῶν, καὶ τὴν ὁμοίαν ἔχουσι πρὸς τὸ κρεῖττον ἐλπίδα. Ἰδόντες γὰρ ἐξ οἵου βάθους ἐρρύσθην, θεῖον φοβηθήσονται φόβον, ὅτι ὤφθη προνοῶν καὶ ὑπερασπίζων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. Εἶτα καὶ εἰς προτροπὴν ἑτέρων ἐπιφέρει·

έ. Μακάριος ἀνὴρ οὗ ἐστι.] Μακαριστός, φησι, τῷ ὄντι, ὃς τὸν θεὸν μόνον ἔσχεν ἐλπίδα, καὶ οὐκ ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὰ εἴδωλα καὶ τὰς ἀπάτας τὰς ἐκεῖ. ταύτας γὰρ καλεῖ ματαιότητας. Ἢ ματαιότητες καὶ μανίαι ψευδεῖς αἱ περὶ τὸν παρόντα βίον σπουδαί. καὶ αἱ εἰς κενὸν φροντίδες. Μανία δὲ σώφρων, ἡ ἐκ τοῦ παρόντος βίου κατάστασις, δι' ἣν καὶ ἐξεστηκότες τοῖς πολλοῖς ἐδόκουν οἱ προφῆται, ἐφ' ᾗ σεμνυνόμενος καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου.

ς'. Πολλὰ ἐποίησας σὺ κύριε.] Ὅτι καὶ νῦν, φησιν, ἡμῖν τοῖς ἐλπίσασιν ἐπὶ σὲ παρέσχες πολλὰ, καὶ μετρηθῆναι μὴ δυνάμενα θαύματα. (λογισμοὺς γὰρ θεοῦ καλεῖ τὰς ἀμέτρους εὐεργεσίας.) καὶ ὁ τὴν ποικίλην δὲ τοῦ θεοῦ σοφίαν διὰ τῶν κτισμάτων καταμαθὼν, ἐκπλαγεὶς αὐτοῦ τὴν δύναμιν, ἐρεῖ· Πολλὰ ἐποίησας σὺ κύριε τὰ θαυμάσιά σου· καὶ τοὺς ἀκαταλήπτους τῆς προνοίας λόγους σκοπήσας, λέξει· Καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου οὐκ ἔστι τίς ὁμοιωθήσεταί σοι. Οἷος ἦν ὁ λέγων, ὦ βάθος πλούτου! ὁ Σύμμαχος,

ſpiritalis via complanatur; à qua qui non deflectit, ſeruabit greſſum ſuum purum, nequaquam cœno voluptatis inquinatum. Qui autem, inquit, dedit ſtare & ambulare, præceptorum vias faciles reddidit.

COMMENTARIVS PATRVM.

4. Et immisit in os mevm.] Præbuit, inquit, mihi etiam occaſionem cantandi ipſi canticum nouum. Nouum ſcilicet, de miraculis emiſſum. Siue q. d. Non ampliùs lamentor, vt olim; ſed pro beneficijs canticum offero: vtpote à malis liberatus, vetus canticum dimiſit; quod autem immiſſum eſt à Saluatore nouum, illud canit, ſiue euangelicum. Poſt impaſſibilitatem enim nouum canticum canimus renouati. Obſerua, vt primò Deus adducat; ſecundò ſtatuat; tertiò greſſus dirigat; quartò canticum præbeat; quintò hymnum. Et ſignificat eum poſtquam in lacum inciderat, non fuiſſe in lacu. Deinde *videbunt*, inquit, *multi.* Deinceps, inquit, exemplo ero alijs qui ſecundùm zelum à malis deſtiterunt, & eamdem habent boni ſpem. Videntes enim ex quali profundo liberatus ſim, diuino timore mouebuntur; quia viſus eſt curam gerere ac defendere illos qui ſperant in eum. Deinde etiam ad exhortationem aliorum ſubiungit:

Canticum nouum quid.

5. Beatvs vir, cvivs est.] Verè, inquit, beatus dicendus eſt, qui Deum ſolum ſpem ſuam habuit, & non conuerſus eſt ad idola & deceptiones inanes: has enim vocat *vanitates:* vel vanitates & inſaniæ falſæ ſunt ſtudia præſentis vitæ & inanes curæ. Inſania autem temperans, eſt illa præſentis vitæ conſtitutio, ſecundùm quam etiam multis viſi ſunt Prophetæ excedere; in qua glorians quoque Dauid, ait: *Ego dixi in exceſſu meo.*

Vanitas eſt præſens vita.

6. Mvlta fecisti tv Domine.] Quoniam etiamnum, inquit, nobis in te ſperantibus multa tribuiſti, & miraculis tuis expendendis impar ſum. (Cogitationes enim Dei vocat immenſa beneficia.) Et qui multiplicem Dei ſapientiam ex creaturis perceperit, potentiam eius admiratus, aiet: *Multa feciſti tu Domine mirabilia tua*; & incomprehenſibiles prouidentiæ rationes conſiderans, dicet: *Et cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.* Cuiuſmodi erat is qui dicebat: *O altitudo diuitiarum!* Symmachus, Rom. 11, 33.

Beneficia Dei multa, & magna.

COMMENTARIVS PATRVM.

& cogitationes tuas quæ ſupra nos ſunt, non eſt qui exponat tibi. Et cùm enuntiando enuntio, plus eſt enuntiandum. Omnia enim tua innumerabilia exiſtunt.

Beneficia Dei numerari non valent.

ANNVNTIAVI ET LOCVTVS SVM.] Etenim, inquit; quo ad licet, multa multis recenſui prout potui; verumtamen ſuccubui enumerationi: plura enim reſidua reliqui propter exceſſum beneficiorum. Hoc enim ait, *Multiplicata ſunt ſuper numerum.* ac ſi dicat: Quantumcumque quis illa recenſeat, ac ſatagat enumerare, Dei ſemper beneficia redundant. Quantò enim, inquit, recenſebam, tantò magis multiplicabantur, & innumerabilia reperta ſunt, nec habui ſermonem qui mirabilia tua definire par ſit.

Obedientia eſt præ ſacrificijs grata Deo. Matth. 11, 15.

7. SACRIFICIVM ET OBLATIONEM.] Et, quod magis eſt, noluiſti à me ſacrificia, ſed ſolam à me obedientiam exegiſti. *Aures* enim obedientiã appellat, ſicut & Saluator: *Qui habet aures audiendi*, pro, qui habet obedientiã.

Alius. Olim enim ſacrificia & holocauſti oblationes præcipiebantur offerri pro peccatis; nunc verò traditus eſt nouus ſalutis modus, ſine ſacrificijs & holocauſtis. Cùm enim ſola obedientia & religio à me poſtuletur, memetipſum tibi obtuli; & vocatus adſum promptus facere voluntatem tuam. Illud autem, *Aures perfeciſti mihi*, S. Paulus ad corpora referendo citauit, Hebraici quidem textus minimè ignarus, ſed ad proprium ſcopum illo vſus.

Sacrificia veteris legis parum vtilia erãt.

Cùm enim illi propoſitum eſſet oſtendere, quomodo ſanguis taurorum & hœdorum vim remittendi peccata minimè contineret (quapropter etiam illa omnia per Saluatoris paſſionem ſublata ſunt, qui peccati ſolutionem adduxit) propter liberationem hoc declarare voluit, quòd, ſicut hi qui in captiuitate erant (ad quos hic Pſalmus refertur) non per ſacrificia, ſed per obedientiam ad Deum, reditum conſecuti ſunt (nam captiuitas ipſos ſatis ad obedientiam præparauerat) ſic etiam Dominus illa quidem omnia ſuſtulerit; in proprio verò corpore redemptionis noſtræ opus conſummauerit, & omnimodam nobis peccatorum abſolutionem largitus ſit.

Vetera ſacrificia Chriſtus abrogauit per ſuam obedientiam.

Alius. Cùm cognouerim placationem per ſacrificia eſſe abrogatam, te autem meam dumtaxat obedientiam expoſcere, paratus fui, & dixi; Ecce potiar deſi-

καὶ τοὺς διαλογισμούς σου τοὺς ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐκ ἔστιν ἐκθέσθαι σοι. Καὶ ἐὰν ἀπαγγέλλων ἀπαγγελῶ, πλεῖόν ἐστι τοῦ διηγηθῆναι. Πάντα γὰρ τὰ σὰ ἀναρίθμητα.

ΑΠΗΓΓΕΙΛΑ ΚΑΙ ΕΛΑΛΗΣΑ.] Καὶ γάρ, φησί, καθόσον ἐγχωρεῖ, διηγησάμην πολλοῖς πολλά, καὶ ὅσα ἠδυνάμην, ἀλλ᾽ ἡττήθην διηγούμενος· τὰ γὰρ πλεῖστα κατέλιπον δι᾽ ὑπερβολὴν τῶν εὐεργετημάτων. Τοῦτο γὰρ λέγει, Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν. ἵνα εἴπῃ· Ὅσον ἄν τις αὐτὰς διηγήσηται, καὶ πειραθῇ ἀριθμῆσαι, πλεονάζουσιν αἱ τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίαι. Ὅσα γάρ, φησι, διηγούμην, μᾶλλον ἐπληθύνοντο, καὶ ἀπεριόριστα εὑρίσκοντο, καὶ οὐκ εἶχον λόγον τὸν περιορίσαι τὰ θαυμάσιά σου δυνάμενον.

ζ΄. ΘΥΣΙΑΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣΦΟΡΑΝ.] Καὶ τὸ μεῖζον, οὐκ ἠθέλησας παρ᾽ ἐμοῦ θυσίας, ἀλλ᾽ ὑπακοήν με ἀπῄτησας μόνην. Ὦτα γὰρ τὴν ὑπακοὴν λέγει, ὡς καὶ ὁ σωτήρ· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀντὶ τοῦ, ὁ ἔχων ὑπακοήν.

Ἄλλος. Πάλαι γὰρ αἱ θυσίαι, καὶ ὁλοκαυτωμάτων ἀναφοραὶ προσετάττοντο ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσφέρεσθαι· νυνὶ δὲ καινὸς παραδέδοται σωτηρίας τρόπος, ὁ δίχα θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων. Ὑπακοὴν γὰρ αἰτηθεὶς μόνον καὶ εὐλάβειαν, ἐμαυτόν σοι προσήγαγον· καὶ κληθεὶς πάρειμι, σπεύσας ποιῆσαι τὸ θέλημά σου. Τὸ δέ, ὠτία κατηρτίσω μοι, ὁ μακάριος Παῦλος εἰς σώματα λαβὼν εἴρηκεν, οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἑβραϊκόν, ἀλλὰ πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν τούτῳ χρησάμενος. Ἐπεὶ γὰρ δεῖξαι αὐτῷ προὔκειτο, ὡς οὐκ ἔχει ἀπαλλαγὴν ἁμαρτίας τὸ αἷμα τῶν ταύρων καὶ τράγων (διὸ καὶ ἀνῄρηται πάντα ἐκεῖνα διὰ τοῦ πάθους τοῦ σωτῆρος, ὁ λύσιν ἁμαρτίας ἐπήγαγε) διὰ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦτο σημᾶναι προέθετο. ὅτι ὥσπερ οἱ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ (εἰς οὓς ὁ ψαλμὸς ἀναφέρεται) οὐ διὰ θυσιῶν, ἀλλὰ διὰ τῆς πρὸς Θεὸν ὑπακοῆς, ἔτυχον τῆς ἐπανόδου (ἱκανῶς γὰρ αὐτοὺς πρὸς τὴν ὑπακοὴν ἡ αἰχμαλωσία παρεσκεύασεν) οὕτω καὶ ὁ κύριος ἐκεῖνα μὲν πάντα ἀνεῖλεν, ἐν δὲ τῷ οἰκείῳ σώματι τὴν περὶ ἡμᾶς οἰκονομίαν ἐπλήρωσε, καὶ λύσιν παντελῆ τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῖν ἐδωρήσατο.

Ἄλλος. Ἐπειδὴ ἔγνων τὴν διὰ θυσιῶν ἐξιλέωσιν παραλελογισμένον, σὲ μόνης δὲ τῆς ἐμῆς ὑπακοῆς ἐξεχόμενον, εὔθυμος ἐγενόμην, καὶ εἶπον, Ἰδοὺ τεύξομαι τοῦ ποθουμένου,

θυμηθῶ, ἐλεύσομαι οὗ βούλομαι. ἐπεὶ καὶ ὁ διὰ τῶν προφητῶν ὡρισμένος μοι χρόνος ἐνέστηκεν. Οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος τὸ ἐν κεφαλίδι βιβλίου ἐξέδωκεν, ἐν τῷ τεύχει τοῦ ὁρισμοῦ σου γέγραπται περὶ ἐμοῦ εἰπών· Ἀκύλας, ἐν εἰλήματι βιβλίου, ἐν συστροφῇ, ἐν τόμῳ· ἢ ἐν κεφαλίδι βιβλίου, τῇ οἷον περιοχῇ τῶν οὐσῶν ἐννοιῶν ἐν αὐτῇ. Πᾶσαι γὰρ εἰς ἓν ἀνακεφαλαιοῦνται αἱ γραφαὶ τῇ περὶ Χριστοῦ προῤῥήσει. Τὸ δὲ, ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου, μετήνεκται ἀπὸ τῶν ἔνδον ἐφιεμένων ἐμβαλεῖν τὸν ποθούμενον. Ἢ, οὐ κατὰ τὴν πρόχειρον λέξιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ψυχικῷ ταμείῳ, καὶ κατὰ διάνοιαν.

Ἄλλος. Τότε εἶπον, Ἰδοὺ ἥκω· ἀντὶ τοῦ, ἰδοὺ ὑπήκουσα. Ἐπεὶ γὰρ εἶπεν ὅτι θυσίαν οὐκ ἠθέλησας, ἀλλ᾽ ὑπακοήν, λέγει ὅτι τοῦτο αἰσθόμενος, ἐγὼ ὑπήκουσα. ὑπακοὴν προσκομίσας ἀντὶ θυσίας. Τοιαύτην δὲ ὑπακοὴν ὑπήκουσα, καὶ οὕτως ἔκρινα τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου, ὡσανεὶ ἀπὸ βιβλίου τοῦτο μαθών, ἀρκεσάσης μοι τῆς προθέσεως, ἀντὶ τῆς ἀναγνώσεως. ὅθεν ἐπιφέρει, καὶ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου· ἵνα εἴπῃ, τῆς καρδίας μου. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὡς αὐτὸν ἔχων τὸν νόμον ἐν μέσῳ τῆς καρδίας μου, οὕτως ἐσπούδαζον τὰ ἀρεστά σοι ποιεῖν.

ι. ΕΥΗΓΓΕΛΙΣΑΜΗΝ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ.] Διὰ τοῦτο καὶ νῦν πολλῶν συνηθροισμένων, καὶ μυριάδων συνηγμένης ἐκκλησίας ἀπαγγελῶ τὴν δικαιοσύνην σου, ἣν ἐπεδείξω εἰς ἡμᾶς· τὸ γὰρ εὐηγγελισάμην, ἀντὶ τοῦ εὐαγγελιοῦμαι, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ, ὅτι ἰδοὺ τὰ χείλη μου, οὐ μὴ κωλύσω· ὁ δὲ Σύμμαχος ἐν πλήθει, ἢ ἐν τῇ κατὰ πᾶσαν οἰκουμένην ὑπὸ τῆς θείας χάριτος συλλεγείσῃ ἐκκλησίᾳ, ὑπισχνεῖται κηρύξειν· καὶ οὐδὲ παύσομαι, φησί, τοῦτο ποιῶν· οὐδὲ κλείσω τὸ στόμα, ὥστε μὴ ἀπαγγέλλειν ἃ ἐποίησας ἡμῖν ἀγαθά. Σὺ γὰρ ἔγνως ὡς δίκαιον ἦν ἐπανελθεῖν ἀδικούμενον δι᾽ ἣν αἰτίαν δημοσιεύσω κἀγὼ τὰ παρασχεθέντα μοι καλά, καὶ οὐ κρύψω. Ἀλήθειαν δὲ καὶ σωτήριον τὴν ἀληθινὴν λέγει σωτηρίαν· ὥσπερ τὸ αὐτὸ πάλιν διὰ τοῦ ἔλεος καὶ ἀλήθειαν ἀντὶ τοῦ ἀληθινοῦ ἔλεος, δῆλον ἐποίησε Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ ἔλεος τὴν χάριν σου, ἀπὸ συναγωγῆς, ἀπὸ ἀθροίσματος.

ιβ΄. ΣΥ ΔΕ ΚΥΡΙΕ ΜΗ ΜΑΚΡΥΝΗΣ.] Διὰ τοῦτό, φησιν, οὐδὲ αὐτὸς τοὺς οἰκτιρμούς σου ἐχώρισας μου, ἀλλ᾽ ἡ ἀληθινή σου φιλαν-

derato, ibo quò volo. quandoquidem tempus quoque per Prophetas definitum imminet. Sic enim Symmachus illud, *In capite libri*, expoſuit, dicens: *In libro definitionis tuæ ſcriptum eſt de me*; Aquila, *in inuolucro libri, in conuolutione, in tomo*; vel, *in capite libri*, tamquam in compendio ſententiarum quæ in eo continentur. Omnes enim Scripturæ eam quæ de Chriſto eſt prædictionem ad caput vnum reuocant. Illud autem, *in medio ventris mei*, tranſlatum eſt ab ijs qui dilectum intra viſcera condere deſiderant. Vel, non ſecundùm obuiam lectionem, ſed & in ſpiritali penu, & ſecundùm ſenſum. COMMENTARIVS PATRVM.

Alius. *Tunc dixi, Ecce venio*; id eſt, Ecce obediui. Cùm enim dixiſſet, Quoniam ſacrificium noluiſti, ſed obedientiam, ait: Cùm hoc percepi, ego obediui, obedientiam adferens pro ſacrificio. Tali autem obedientiâ obediui, & hoc modo decreui facere voluntatem tuam, ac ſi ex libro illam didiciſſem, cùm ſufficiat mihi promptitudo animi pro lectione. vnde infert, *& legem tuam in medio ventris mei*; ac ſi diceret, *cordis mei*. Vult enim dicere, Sicut ac ſi haberem legem in medio cordis mei, ita ſategi facere illa quæ placita ſunt tibi.

10. ANNVNTIAVI IVSTITIAM.] Idcircò etiamnum, vbi multi congregati ſunt, & milleni in Eccleſia conuenerint, annuntiabo iuſtitiam tuam, quam erga nos demonſtraſti. Verbum enim *annuntiaui* pro annuntiabo poſuit, vti patet ex ſequentibus: *Ecce labia mea non prohibebo*; Symmachus verò, *in multitudine*, ſiue *in Eccleſia*, per gratiam diuinam toto orbe collecta ſe prædicaturum pollicetur; neque ceſſabo, inquit, hoc facere: neque claudam os meum, ita vt non annuntiem quæ feciſti nobis bona. Tu enim cognouiſti, quàm iuſtum fuerit redire iniuriam paſſum. Quamobrem etiam ego promulgabo ea quæ data ſunt mihi bona, & non abſcondam. *Veritatem* autem ac *ſalutare* vocat ſalutem veram; ſicut rurſus per *miſericordiam* & *veritatem* intellexit veram miſericordiam, vti Symmachus declarauit, pro *miſericordia gratiam tuam* ponens, à concilio, à congregatione. *David in Eccleſia Deum quotidie prædicat.*

12. TV AVTEM DOMINE.] Propterea, inquit, neque ipſe miſerationes tuas à me abſtuliſti, ſed vera tua benignitas me ſuſcepit, *Benignitas Dei ſuſcepit nos.*

COMMENTARIVS PATRVM.

pit, & adiuuit. Deinceps etiam mala enumerat à quibus liberatus fuit. Nempe quia ob inobedientiam Iſraël deſpectus fuit, in omni malo verſans, nunc reſipiſcit per pœnitentiam, & miſericordiam implorat. Significatur verò etiam vocatio eorum vltima. Vel eſt hæc vox Eccleſiæ rogantis Dei prouidentiam ob tyrannos inſurgentes. Vel etiam ex perſona Chriſti Saluator dixerit: *Ne elongaueris*, id eſt, miſerere eorum qui mihi obſtricti ſunt. Maxima enim pars ſalutis non ex operibus, ſed ex miſericordia Dei exiſtit.

Calamitates offundunt menti tenebras.

13. QVONIAM CIRCVMDEDERVNT ME.] In tantas enim, inquit, calamitates ob iniquitates meas incidi, vt caligem, neque lucem hanc contueri valeam. Vbi autem vehementiam calamitatum indicauit, recenſet etiam multitudinem. Quoniam, inquit, numerum capillorum capitis mei ſuperant calamitates; & vix non defeci, & extra me fui. Hoc enim ſibi volunt verba illa, *Cor meum dereliquit me*; adeò omnis cogitatio mea infirmata fuit. Vel, q.d. Propter multitudinem circumdantium me malorum, excors aliquis & amens eſſe videbar. Nemo autem hæc Eccleſiæ perſonæ incongrua eſſe cenſeat: nam & tres pueri dicebant, *Peccauimus*; & Paulus, *Quorum primus ego ſum*. Minimè igitur Eccleſia hîc ſe extollit, ſed peccatis annumerat quæ facta ſunt, vt diuinam opem conſequatur. Alioquin etiam omnis Eccleſia ex perfectis non conſtat; ſed habet etiam qui deliciosè viuant, & diſſolutam vitam amplectantur. Sin ad Dauidis iſta perſonam referat; meminit quoque malorum priſtinorum, ne denuò in illa incidat, ob humanæ vitæ debilitatem; & rogat, vt miſericordiâ gratiaque cuſtodiatur.

Dan. 3, 29. 1. Tim. 1, 15.

In Eccleſia multi peccatores.

14. COMPLACEAT TIBI DOMINE] Cùm hoc modo, inquit, conſtitutus eſſem, complacuit tibi vt me à captiuitate liberares. Intende igitur etiam ad adiuuandum me. Vel dum adhuc ſentiret ſibi multos inimicos imminere, vir iuſtus liberari rogat. Non enim dumtaxat, inquit, vulnerare volunt, ſed etiam æternæ morti me tradere. Non deprecatur autem eos qui diuitijs vel corpori nocebant, ſed qui animæ inſidiabantur. Circumuenitur autem anima etiam paſſionibus. Conuertantur autem nihil valentes retrorſum; liberati

Auxilium Dei contra animæ hoſtes præcipuè implorandum.

θεραπία, ἀντελάβετό μου καὶ ἐβοήθησεν. Εἶτα διηγεῖται καὶ τὰ κακὰ ὧν ἀπηλλάγη. ἐπεὶ γὰρ ἀπειθήσας παρεωράθη ὁ Ἰσραήλ, ἐν παντὶ γενόμενος κακῷ, νῦν ἀνανήφει πρὸς μετάγνωσιν, καὶ οἰκτειρηθῆναι παρακαλεῖ. Σημαίνεται δὲ καὶ ἡ ἐπ' ἐσχάτων κλῆσις αὐτῶν. Ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦτο φωνή, δεομένης τῆς τοῦ θεοῦ προμηθείας, διὰ τοὺς ἐπανισταμένους τυράννους. Ἢ δὲ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ λέγοι ἂν ὁ σωτήρ, Μὴ μακρύνῃς, ἀντὶ τοῦ, οἰκτείρησον τοὺς ὑπ' ἐμοῦ ὠφελουμένους. Τὸ γὰρ πλεῖστον τῆς σωτηρίας, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐξ ἐλέους θεοῦ περιγίνεται.

ιγʹ. ΟΤΙ ΠΕΡΙΕΣΧΟΝ ΜΕ.] Τοιαύταις γάρ, φησι, συμφοραῖς περιπέπτωκα διὰ τὴν ἀνομίαν τὴν ἐμήν, ὡς σκοτοδινιᾶν καὶ μηδὲ πρὸς τὸ φῶς ἀτενίζειν. Τὸ σφοδρὸν δὲ εἰπὼν τῆς συμφορᾶς, λέγει καὶ τὸ πλῆθος. Ὅτι τῶν τριχῶν τὸν ἀριθμὸν τῆς κεφαλῆς μου ὑπερβαίνουσιν αἱ συμφοραί· καὶ μικροῦ καὶ ἐξέλιπον, καὶ οὐκ ἤμην ἐν ἑαυτῷ. Τοῦτο γὰρ τό, ἡ καρδία μου ἐγκατέλιπέ με· οὕτω μου πᾶς διαλογισμὸς ἐξησθένησεν. Ἢ ἀντὶ τοῦ, διὰ τὸ πλῆθος τῶν περιστοιχισάντων με κακῶν, ἀκάρδιός τις ἔδοξα, καὶ ἄνους εἶναι. Μηδεὶς δὲ ἀνάρμοστα πρὸς τὸ τῆς ἐκκλησίας πρόσωπον ταῦτα ἡγείσθω· οἱ γὰρ τρεῖς παῖδες ἡμάρτομεν, ἔλεγον. Καὶ ὁ Παῦλος, ὧν πρῶτος εἰμὶ ἐγώ. οὐδὲ ἡ ἐκκλησία οὖν ἐνταῦθα μεγαλοφρονεῖ, ἀλλ' ἁμαρτίαις ἀνατίθησι τὰ γινόμενα, ἵνα θείας ἀπολαύσῃ προμηθείας. Ἄλλως τε οὐδὲ ἐκ τελείων πᾶσα ἡ ἐκκλησία συνέστηκεν, ἀλλ' ἔχει καὶ τοὺς ῥαστώνῃ συζῶντας, καὶ ἀνειμένον βίον ἀσπαζομένους. Εἰ δὲ εἰς πρόσωπον τοῦ Δαβὶδ ἐπαναλαμβάνεται, καὶ μέμνηται τῶν προτέρων κακῶν, ὥστε μὴ τούτοις αὖθις περιπεσεῖν, διὰ τὸ σαθρὸν τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς· καὶ ἱκετεύει ἐλέει φυλαχθῆναι καὶ χάριτι.

ιδʹ. ΕΥΔΟΚΗΣΟΝ ΚΥΡΙΕ.] Οὕτω μου διακειμένου, φησίν, εὐδόκησας ἀπαλλάξαι με τῆς αἰχμαλωσίας. Πρόσχες οὖν καὶ εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι. Ἢ πολλῶν ἔτι αἰσθανόμενος ἐπικειμένων αὐτῷ ἐχθρῶν, εὔχεται ῥυσθῆναι ὁ δίκαιος. Οὐ γὰρ μόνον τρῶσαι βούλονται, φησιν, ἀλλὰ καὶ θανάτῳ παραπέμψαι αἰωνίῳ. Οὐ κατεύχεται γὰρ τῶν εἰς χρήματα ἢ σῶμα ἐπηρεαζόντων, ἀλλὰ τῶν εἰς ψυχὴν ἐπιβουλευόντων. Ἐπιβουλεύεται δὲ ψυχή, καὶ ὑπὸ παθῶν. Ἀποστραφείησαν δὲ μηδὲν δυνάμενοι, εἰς τὰ ὀπίσω· ἀπαλλαγέντες δέ,

δὲ, καὶ μακρὰν γινόμενοι τὰ ἐπίχειρα τῆς αὐτῶν ἀπολήψοιντο κακίας. Ὃ δηλοῦται διὰ τοῦ κομισάσθωσαν. Τὸ δὲ, εὖγε, εὖγε, ὁ Σύμμαχος, ἀὰ, ἀὰ, αὐτῇ συγχρησάμενος, οὕτως ἐχούσῃ τῇ ἑβραϊκῇ φωνῇ. Ἐστὶ δὲ σχετλιαστικόν. Ἢ τὸ, οἱ λέγοντες, εὖγε, εὖγε, ἀντὶ τοῦ, οἱ ἐφηδόμενοι αἰσχυνθήσονται.

ιζ'. ΑΓΑΛΛΙΑΣΘΩΣΑΝ.] Οἱ μὲν τοι ἐλπίζοντες ἐπὶ σὲ, ἐν πολλῇ γένοιντο ἀγαλλιάσει, μὴ δεχόμενοι εὐθυμίας μεταβολήν. Οὐ γὰρ τοῖς ἁπλῶς ἀγαπῶσιν ἤπηστο τοῦτο, ἀλλὰ τοῖς ἀδιάλειπτον ἔχουσι τὸν ἀξιόθεον ἔρωτα. Οὐ γὰρ εἶπεν, οἱ ζητήσαντες, ἀλλ' οἱ ζητοῦντες, ἐπὶ καὶ ὁ Ἰούδας ἐζήτησε τὸν κύριον ποτὲ, ἀλλ' οὐ νῦν ζητεῖ. Ἢ βούλεται μὲν ἀναμαρτήτους εἶναι πάντας· εἰ δὲ μὴ, αἰσχυνθῆναι ἐφ' οἷς κακῶς πράττοντες ἀλαζονεύονται. Καὶ εἰπάτωσαν δὲ, ἀντὶ τοῦ εἰς τοῦτο καταστῶσιν, εἰς τὸ διὰ παντὸς ὑμνεῖν καὶ δοξάζειν σε. Τίνες οὗτοι; ὅσοι τὴν ἀπό σου σωτηρίαν ἔμενον, καὶ ἐπὶ ταύτῃ ἐπεποίθεισαν.

ιη'. ΕΓΩ ΔΕ ΠΤΩΧΟΣ ΕΙΜΙ.] Ἐν ἐνδείᾳ γὰρ ὄντος μου παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ παντὸς ἀναγκαίου, παραδόξως ἐφρόντισάς μου, καὶ ἐγένου μοι ὑπερασπιστὴς ὀξὺς ἐν δέοντι καιρῷ. Ἁρμόττει ταῦτα καὶ τῷ Δαβὶδ, καὶ παντὶ σπανίζοντι θείας ἐπικουρίας. Ἐπειδὴ γὰρ βλέπων ἑαυτὸν κηδεμονίας, αἰτεῖ μὴ χρονίσαι τὴν ἐπηγγελμένην σωτηρίαν.

verò & elongati, malitiæ ſuæ præmia recipiant. Hoc ſignificatur per illud *ferant.* Illud verò, *euge, euge*, Symmachus legit *aha*, *aha*, ipsâ voce Hebraicâ, quæ ſic habet, vſus. Eſt autem vox miſerantis. Vel verba iſta, *Qui dicunt, euge euge*, ponuntur pro, Hi qui inſultant mihi confundantur. COMMENTARIVS PATRVM.

17. EXVLTENT.] Qui igitur in te ſperant, in multa ſint exultatione, neque iucunditatis ſuæ viciſſitudinem ſuſcipiant. Non enim quoquo modo diligentibus hoc optauit; ſed ijs qui iugem Deo dignum amorem obtinent. Nam non dixit, Qui quæſiuerunt, ſed *qui quærunt*, cùm etiam Iudas quæſiuerit Dominum aliquando, ſed haud modò quærit. Vel vult quidem omnes vacare crimine; ſin ſecùs, confundi in quibus malè agentes ſuperbiunt. *Et dicant*, id eſt, eò perueniant, vt aſſiduò te laudent & honorent. Quinam hi? Qui ſalutem à te expectarunt, & in hoc confiſi ſunt. *Spei exultationem adfert.*

18. EGO AVTEM MENDICVS SVM.] Cùm enim omnis boni omniſq; rei neceſſariæ inopiâ laborarem, mirabili modo mei curam geſſiſti, & factus es mihi protector acer in tempore opportuno. Hæc etiam Dauidi conueniunt, vti & omni qui diuino indiget auxilio. Videns enim ſe curæ eius indigum, rogat, ne promiſſam differat ſalutem.

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀναφέρεται ἡ ᾠδὴ ἐκ προσώπου τοῦ νέου λαοῦ, τοῦ ἀνακομισθέντος ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας. Εἶτα μεταξὺ εἰσφέρεται τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον τοὺς εὐχαριστοῦντας διδάσκον τῆς οἰκονομίας τὸν τρόπον. Εἶτα πάλιν τῶν πιστευσάντων ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ τὸ πρόσωπον ἀξιούντων ῥυσθῆναι τῆς διὰ τὴν ἀπείθειαν ἁμαρτίας· ἅμα δὲ καὶ διηγουμένων αὐτοῖς τὰ συμβεβηκότα διὰ τὴν ἀπιστίαν κακά.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τινὲς εὐχαριστήριον λέγουσι τὸν παρόντα ψαλμὸν, ὡς τοῦ Δαβὶδ ἄνεσιν εἰληφότος ἐκ τοῦ Θεοῦ, τῶν διὰ τὴν ἁμαρτίαν τιμωριῶν. Καίτοι μεταξὺ μὲν εἰσάγεται τοῦ σωτῆρος τὸ πρόσωπον, τὴν οἰκονομίαν τε λέγον, καὶ τοῦ εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα. Εἶτα πρόσωπον ἕτερον, ἁμαρτίας ἐξομολογού-

ATHANASII. Refertur Canticum hoc ex perſona noui populi, qui ex miſeriæ lacu eductus eſt. Deinceps introducitur perſona Chriſti, qui gratias ſibi agentes modum ſuæ diſpenſationis docet. Deinde rurſus introducitur perſona eorũ qui ex Iſraële crediderunt, rogantiũ vt ab infidelitatis peccato liberentur; & pariter exponentium, quęnam ſibi mala ob incredulitaté acciderint. *Hic Pſalmus à quibus, & propter quid recitatus ſit.*

CYRILLI. Nonnulli aſſerunt, hunc Pſalmum gratiarum actionem continere, Dauide iam à Deo conſecuto remiſſionem malorum quæ propter peccatum pertulerat. Ceterùm etiam introducitur perſona Saluatoris, diſpenſationem prouidentiæ atque Euangelij promulgationem prænuntians. Deinde & alia perſona inducitur, quæ peccata ſua confitetur,

CATENA PATRVM.

tur, & eorumdem veniam adipiſci rogat. Sed videtur potiùs hic Pſalmus dictus eſſe ex perſona noui populi, qui per fidem verè ex lacu miſeriæ, hoc eſt ex profundo peccatorum, eductus fuit. Interim & Chriſti perſona interponitur, quæ ijs qui gratias agunt myſteriorum profunditatem aperit. Poſt hæc populus ea, in quibus verſabatur, mala iterùm recenſet, idque ad maiorem Chriſti gloriam, qui tales è malis eripuit.

2. Expectans expectavi.] Evsebii. Cùm nimirum patientiæ vtilitatem inſinuare vellet, iſtâ dictionis geminatione vſus eſt. Quin etiam in vocum iſtarum compoſitione naturalis quodammodò conſequentiæ ordinem obſeruauit: attendit enim aliquis primùm precanti; deinde vbi precationem eius exaudiuit, eam ſuſcipit. Idcircò vtique primum dixit, *intendit*, atque deinceps, *exaudiuit*, &c.

Theodoreti. Hæc figuratè conueniunt Dauidis affectionibus, & beneficijs in ipſum collatis. Excellenter autem congruit naturæ humanæ, in ipſum peccati fundum deductæ, mortique traditæ, & per Saluatoris noſtri incarnationem releuatæ, & quæ reſurgendi ſpem accepit. *Lacus* etenim *miſeriæ* iure merito mors appellata eſt, cùm ſit plena corruptionis. *Lutum* autem *fæcis* peccatum eſt, vtpote plurimum fœtorem emittens, & rectum curſum hominum infringens. *In petra* autem, inquit, *ſtatuit pedes meos,* in qua ædificata eſt Eccleſia; *& direxit greſſus meos:* poſtquam enim ab errore liberauit, rectam veritatis viam oſtendit, & pro impio idolorum cultu, verum Deum laudare docuit; & nouum canticum offerre, quod nouis congruat beneficijs. Et qui nondum bona deguſtarunt, confidentes timebunt, quòd anteà non acceſſerint, & ſpe confirmati, à Deo ſalutem conſequentur. Ceterùm nonnemo dixerit, quomodo hi Dominum expectarunt, vel quomodo omnino exauditi ſunt, qui fortè ne quidem ipſum inuocarunt? Dicimus igitur non ſolos Gentiles, ſed ex Iſraëlis quoque ſanguine oriundos, ad fidem accurriſſe. Cùm igitur vnus grex factus ſit, id quod ex vnius perſona dicitur, vtriſque conueniet.

Lacus miſeria mors eſt.

Lutum fæcis peccatum.

Petra Eccleſia.

μένον, καὶ τυχεῖν αὐτῶν συγχωρήσεως. Ἔοικεν οὖν ἐκ προσώπου μᾶλλον εἰρῆσθαι τοῦ νέου λαοῦ, διὰ πίστεως ἀνακομισθέντος, ὡς ἀληθῶς ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, ὃ δηλοῖ βάθος ἁμαρτιῶν. εἶτα μεταξὺ τοῦ Χριστοῦ τὸ πρόσωπον, τοῖς εὐχαριστοῦσιν οἷον εἰπεῖν ἀνοῖγον τοῦ μυστηρίου τὸ βάθος. Μεθ' ὃ πάλιν ὁ λαὸς ἐξομολογεῖται τὰ ἐν οἷς ἦν κακὰ, πρὸς δόξαν μείζονα τοῦ Χριστοῦ τοὺς τοιούτους ἐκ τῶν κακῶν ἀναρπάσαντος.

β'. Ὑπομένων ὑπέμεινα.] Εὐσεβίου. Τὴν ὄνησιν τῆς ὑπομονῆς ἐμφῆναι βουλόμενος, τῷ ἀναδιπλασιασμῷ τῆς λέξεως ἐχρήσατο δήπουθεν. Παρετήρει δὲ πῶς καὶ τὴν τάξιν τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας ἐν τῇ συνθήκῃ τῶν λέξεων. Προσέχει γάρ τις τῷ καθικετεύοντι πρότερον, ἔπειτα δεήσεως αὐτοῦ εἰσακούσας ἀντιλαμβάνεται. Διὰ τοῦτο τοίνυν προσέχειν προηγουμένως εἶπεν, εἶθ' οὕτως εἰσήκουσε, καὶ τὰ ἑξῆς.

Θεοδωρήτου. Ταῦτα τυπικῶς τοῖς τοῦ Δαβὶδ προσαρμόττει παθήμασι, καὶ ταῖς εἰς αὐτὸν γεγενημέναις εὐεργεσίαις. Ἁρμόττει δὲ διαφερόντως τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, εἰς αὐτὸν κατενεχθείσῃ τὸν τῆς ἁμαρτίας πυθμένα, καὶ τῷ θανάτῳ παραπεμφθείσῃ, καὶ διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως ἀνιμηθείσῃ, καὶ δεξαμένῃ τῆς ἀναστάσεως τὴν ἐλπίδα. Λάκκος μὲν γὰρ ταλαιπωρίας, εἰκότως ὁ θάνατος ἐκλήθη, φθορᾶς ὑπάρχων μεστός. Πηλὸς δὲ ἰλύος ἡ ἁμαρτία, ὡς δυσωδίαν ἀφιεῖσα πολλὴν, καὶ τὸν εὐθύτητα τῶν ἀνθρώπων ἐπέχουσα δρόμον. Ἐπὶ πέτραν δέ, φησιν, ἔστησε τοὺς πόδας μου, περὶ ἣν ᾠκοδόμηται ἡ ἐκκλησία· καὶ κατεύθυνε τὰ διαβήματά μου· τῆς γὰρ πλάνης ἐλευθερώσας, τὴν εὐθεῖαν ὑπέδειξε τῆς ἀληθείας ὁδὸν, καὶ ἀντὶ τῆς δυσσεβοῦς τῶν εἰδώλων λατρείας, τὸν ὄντα θεὸν ἐδιδάχθη ὑμνεῖν, καὶ προσφέρειν ᾆσμα καινὸν, ταῖς καιναῖς εὐεργεσίαις συμβαῖνον. Καὶ οἱ μηδέπω γευσάμενοι τῶν ἀγαθῶν, θαῤῥοῦντες φοβηθήσονται, ὡς ἤδη μὴ προσεληλυθότες, καὶ τῇ ἐλπίδι κρατυνθέντες, τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ τεύξονται σωτηρίας. Φαίη δέ τις, πῶς ὑπομεμενήκασιν οὗτοι τὸν κύριον, ἢ πῶς εἰσηκούσθησαν ὅλως, οἱ τάχα που μηδὲ βοήσαντες πρὸς αὐτόν; Φαμὲν οὖν ὡς οὐ μόνον οἱ ἐξ ἐθνῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ τῇ πίστει προσέδραμον. Οὐκοῦν ἐπείπερ μία ποίμνη ἐγένετο, ὅπερ ἂν ἐξ ἑνὸς προσώπου λέγηται, ἁρμόσει ἀμφοτέροις.

ΔΙΑ Τ-

ΔΙΔΥΜΟΥ. Λάκκον δὲ ταλαιπωρίας τὴν εἰδωλολατρίαν ὠνόμασεν, ὡς οὐκ ἔχουσαν τὸ σωτήριον τῆς ζωῆς νοητὸν ὕδωρ, δηλονότι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Φησὶ γὰρ καὶ διὰ Ἱερεμίου προφήτου, Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ κατέχειν. Ἐκ τοῦ λάκκου τοίνυν τῆς ταλαιπωρίας ἀνήγαγε τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν ὁ κύριος, πρὸς ὃν καὶ Ζαχαρίας φησὶ, Καὶ σὺ ἐν αἵματι διαθήκης σου ἐξαπέστειλας δεσμίους ἐκ λάκκου, οὐκ ἔχοντος ὕδωρ, τὴν εἰδωλολατρίαν καὶ τὸν ᾅδην οὕτω προσαγορεύσας. Ἰλύος δὲ πηλὸν, τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας, καὶ τὰς φθοροποιοὺς ἡδονὰς ὠνόμασε τῆς σαρκὸς, ἐν αἷς ὁ ταλαίπωρος ἄνθρωπος βεβυθισμένος ὑπάρχων ἀνελκύσθη, διὰ τῆς θείας ἐνσωματώσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῇ στερεᾷ πέτρᾳ τῆς πίστεως ἔστη, στερεωθεισῶν ἐν αὐτῇ τῶν προκοπτικῶν αὐτοῦ δυνάμεων τῆς ψυχῆς, ἃς διὰ τῆς τῶν ποδῶν ὀνομασίας ἐδήλωσεν. Ἀπὸ οὖν τοῦ λάκκου τῆς ταλαιπωρίας, τουτέστι τῆς πονηρᾶς εἰδωλολατρείας, καὶ τοῦ πηλοῦ τῆς ἰλύος, τουτέστι τῆς βεβορβορωμένης διαγωγῆς, ἀνύψωσε, καὶ ἔστησέ με, φησὶν, εἰς τὴν πέτραν, ἤγουν τὴν ἀκράδαντον καὶ στερεμνίαν ὁμολογίαν τῆς πίστεως.

δ'. ΚΑΙ ΕΝΕΒΑΛΕΝ ΕΙΣ ΤΟ ΣΤΟΜΑ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἆσμα καινὸν τὸν νόμον τὸν εὐαγγελικόν φησιν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἆσμα οἰκεῖον τῇ καινότητι τοῦ πνεύματος. Καὶ τάχα ᾆσμα καινὸν, ἀνακαινισθέντος τοῦ οἴκου ἡμῶν· Ὕμνος δέ ἐστιν ἔκπληξις μετὰ δοξολογίας ἐπὶ τῇ θεωρίᾳ τῶν γεγονότων.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἀεὶ γάρ πως οἱ μήπω πιστεύσαντες τῶν ἤδη πεπιστευκότων ἀναδείκνυνται ζηλωταὶ, καὶ τῆς ἐκείνων πολιτείας, καὶ οἰκείας κατ' ἴχνος ἰέναι σπουδάζοντες, ἀνανήφουσι πρὸς ἀλήθειαν, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας ἵενται φῶς. Εἶτά τι τῶν ἐντεῦθεν τὸν θεῖον εἰσδέχονται φόβον. Οἱ τοίνυν, φησὶ, ζηλωταὶ γενόμενοι τῶν πεπιστευκότων, καὶ ἤδη τὸν θεῖον ὠδινήσαντες φόβον, ἔπειτα καὶ τὰς ἑαυτῶν ἐλπίδας ἱδρύσαντες ἐπὶ θεῷ, παρ' αὐτοῦ καὶ μόνου τὰς τῶν ἀγαθῶν ζητοῦσι χορηγίας· καίτοι πάλαι τύχῃ τινὶ, καὶ γενέσει, καὶ εἱμαρμένῃ τὰς τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων ἡνίας ἀνάπτοντες.

ε'. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΑΝΗΡ ΟΥ ΕΣΤΙ ΤΟ ΟΝΟΜΑ.] ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ. Μακαρίζει τὸν ἐπὶ Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἠλπικότα, καὶ

DIDYMI. Porrò *lacum miſeriæ* vocauit idololatriam, vt quæ non habeat omnino ſpiritalem aquam vitæ, ſcilicet Spiritum ſanctum. Ait enim etiam per Ieremiam Prophetam, *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquam.* De lacu igitur miſeriæ eduxit Dominus Eccleſiam ex Gentibus; ad quem etiam Zacharias ait, *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, qui non habet aquam*, idololatriam & infernum ſic appellans. Porrò *lutum fæcis* nuncupauit paſſiones ignominiæ, & corruptrices voluptates carnis, è quibus miſerabilis homo, cùm ijs immerſus eſſet, extractus eſt per diuinam Chriſti incarnationem; & in firma fidei petra conſtitutus, ſtabilitis in illa progreſſiuis animæ eius viribus, quas per pedum appellationem ſignificauit. Ceterùm à lacu miſeriæ, hoc eſt prauæ idololatriæ, & luto fæcis, id eſt ſordida viuendi ratione, me erexit, & ſtatuit, inquit, ſupra petram, ſcilicet inconcuſſam & conſtantem fidei profeſſionem.

CATENA PATRVM.

Idololatria lacus miſeriæ.

Iere. 2, 13.

Zach. 9, 11.

Lutum fæcis affectiones carnales.

4. ET IMMISIT IN OS MEVM.] ATHANASII. Canticum nouum Euangelicam legem vocat.

Canticum nouum quid.

DIDYMI. Canticum ſpiritus nouitati proprium. Et fortè canticum nouum eſt innouatæ domus noſtræ; hymnus verò admiratio cum laudatione eorum quæ in contemplatione contigerunt.

CYRILLI. Semper enim quodammodò qui necdum crediderunt, iam credentium æmulatores eſſe videntur, dum mores eorum iiſdem veſtigijs ſequi ſtudentes, ad veritatem adſpirant, & ad lumen veritatis accurrunt: hinc deinde diuinum timorem mente concipiunt. Qui igitur, inquit, credentium imitatores facti ſunt, & iam diuinum timorem conceperunt, hi quoque ſpe in Deo nixi, bonorum ſuppeditationem ab ipſo & ſolo quærunt; cùm olim & fortunæ cuidam & genituræ & fato rerum omnium noſtrarum regimen tribuerent.

5. BEATVS VIR CVIVS EST NOMEN.] APOLLINARII. Beatum prædicat eum qui in Chriſtum verum Deum ſperat, & ad Phil. 3, 13.

CATENA PATRVM. ad anteriora ſe extendit, & nequaquam ſe vertit aut reſpicit ad ea quæ retrò ſunt, nempe ad *vanitates* nominum idolorum, *Idola ſunt vanitates.* & *inſanias falſas*, id eſt falſas opiniones & ſententias, quibus infatuatus miſer homo dixit lapidi, Tu me plaſmaſti; & ligno, Deus meus es tu. Vera profectò inſania eſt eorum qui creaturam pro creatore colunt, & opera fabrorum deos eſſe opinantur; quæ vtique naturali cerebro ſenſuque communi illos deſtitutos, & quæ inſanientium ſunt, agere manifeſtò demonſtrant. Perquam aptè autem *falſas* nuncupauit, propter falſas opiniones atque ſententias ijs annexas.

THEODORETI. De hiſce vanitatibus in præcedenti quoque Pſalmo mentionem fecit, dicens:
Pſal. 38, 6. *Verumtamen vniuerſa vanitas.*
Ibid. 12. Et iterùm: *Verumtamen vanè conturbatur.* Et hîc igitur eum indicat beatum, qui præſentia quidem deſpexit, diuinam verò ſpem omnibus antehabuit.

6. MVLTA FECISTI TV DOMINE.] EVSEBII. Valdè accommodatas tempori hoc loco Dauid præſentes voces protulit, cùm re ipsâ edoctus eſſet, & nouo quodam modo ſalutem obtinuiſſet, diuinis ſermonibus obediendo. *Deus in nouo teſtamento multa fecit mirabilia & magna, ſra veteri.* Olim ſiquidem ſacrificia per Moyſem & holocauſta pro peccatis offerri iuſſa ſunt; nunc verò nouus ſalutis modus traditus eſt, ſine ſacrificijs & holocauſtis. Quin etiam docet, innumeras eſſe ſalutis aſſequendæ medicinas, quas Dei gratia hominibus ſit clargita. Non poteſt etiam pro dignitate explicari, neque mente concipi diuinarum multitudo cogitationum. *Annuntiaui & locutus ſum, multiplicatæ ſunt ſuper numerum.* Hoc Symmachus in hunc modum interpretatus eſt: *Si narrare voluero & numerare, plura ſunt quàm vt narrari queant.*
1. Cor. 13, 9. *Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus.* Verùm innumerabilia & incomprehenſibilia ſunt miracula tua.

THEODORETI. Miracula, inquit, quæ à tua potentia facta ſunt, omnem numerum & narrationem ſuperant. Non enim eſt qui facere poſſit ſimilia tui: quoniam opera tua maxima & perpulchra ſunt. Vincunt autem humanas laudes, ea quæ quolibet tempore

προβαίνοντα πρὸς τὰ εἰς τὸ πρόσωθεν, καὶ μηδαμῶς ἐπιστρέφοντα καὶ ἐπιβλέποντα πρὸς τὰ ὄπισθεν, ἤγουν εἰς τὰς ματαιότητας τῶν εἰδωλικῶν ὀνομάτων, καὶ τὰς ψευδεῖς μανίας, τουτέστι τὰς διεψευσμένας ὑπολήψεις καὶ δόξας, ὑφ' ὧν ἐκβακχευθεὶς ὁ ταλαίπωρος ἄνθρωπος, ἔλεγε τῷ λίθῳ, σύ με ἔπλασας, καὶ τῷ ξύλῳ, θεός μου εἶ σύ. Ἀληθὴς μὲν ἔστιν ἡ μανία τῶν λατρευσάντων τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίστην, καὶ τὰ ἔργα τῶν τεκτόνων θεοὺς ὑπειληφότων, ἅτε δὴ τῶν φυσικῶν φρενῶν, καὶ κοινῶν ἐννοιῶν ἐξεστηκότας αὐτοὺς, καὶ τὰ τῶν μεμηνότων δρῶντας ἀριδήλως δεικνύουσα. Πλὴν γε δὴ ψευδεῖς ὠνόμασας λίαν προσφόρως διὰ τὰς ἐξηρτημένας αὐταῖς ψευδεῖς ὑπολήψεις καὶ δόξας.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τῶν ματαιοτήτων τούτων ἐμνημόνευσε καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ, Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, λέγων. καὶ πάλιν· Πλὴν μάτην ταράσσεται. Κἀνταῦθα τοίνυν μακαρίζει τὸν τῶν μὲν παρόντων καταφρονήσαντα, τὴν ἐλπίδα δὲ τὴν θείαν ἀντὶ πάντων κτησάμενον.

ϛ'. ΠΟΛΛΑ ΕΠΟΙΗΣΑΣ ΣΥ ΚΥΡΙΕ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Σφόδρα ἐν τοῖς προκειμένοις ὁ Δαβὶδ κατὰ καιρὸν ταύτας προσηνέγκατο τὰς φωνὰς, ἔργῳ μαθὼν, καὶ καινῷ τινι τρόπῳ σέσωσται, τῷ διὰ ὑπακοῆς τῶν θείων λογίων. Πάλαι μὲν γὰρ θυσίαι διὰ Μωσέως καὶ ὁλόκαυτοι ἀναφοραὶ προσετάττοιτο ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσφέρεσθαι, νυνὶ δὲ καινὸς παραδίδοται τρόπος σωτηρίας, ὁ δίχα θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων. Διδάσκει δὲ καὶ ὡς ἔστι μυρία σωτηρίας φάρμακα, ἅπερ ἡ τοῦ θεοῦ χάρις τοῖς ἀνθρώποις ἐδωρήσατο. Οὐκ ἔστι τι μετ' ἀξίαν εἰπεῖν, οὐδὲ διανοίᾳ περιλαβεῖν τὸ τοῦ θεοῦ διαλογισμῶν τὸ πλῆθος. Ἀπήγγειλα, καὶ ἐλάλησα, ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν. Τοῦτο ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· Ἐὰν ἀπαγγέλλων καταγγέλλω, πλείω ἐστὶν τοῦ διηγηθῆναι. ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν. Τάχα μὲν ἀναρίθμητα καὶ ἀκατάληπτα τυγχάνει τὰ θαυμάσιά σου.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Νικᾷ, φησιν, ἀριθμὸν καὶ πᾶσαν διήγησιν τὰ ὑπὸ τῆς σῆς δυνάμεως γινόμενα θαύματα. Οὐκ γάρ ἐστιν ὁ τὰ ὅμοιά σοι δρᾶσαι δυνάμενος. μέγιστα μὲν γὰρ καὶ περικαλῆ σου τὰ ποιήματα, νικᾷ δὲ τοὺς ἀνθρωπίνους ἐπαίνους, τὰ καθ' ἕκαστον καιρὸν

ὑπὸ

ὑπὸ τῆς σῆς προμηθείας οἰκονομούμενα. Τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, τὰ ἐν ἐρήμῳ, τὰ ἐπὶ Μωϋσοῦ, τὰ ἐπὶ Ἰησοῦ, τὰ ἐπὶ Σαμουήλ, καὶ τὰ τούτων πρεσβύτερα, τὰ κατὰ τὸν Ἀβραάμ, τὰ κατὰ τὸν Ἰσαάκ, τὰ κατὰ τὸν Ἰακώβ. ἡ διὰ δουλείας τοῦ Ἰωσὴφ βασιλεία, καὶ τὰ ἄλλα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον διεξίρχωμαι. Ἀλλὰ τὸ νῦν γεγενημένον, τούτων ἁπάντων θαυμασιώτερον· οὐδὲ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς, ἢ ἑνὸς ἔθνους, ἀλλὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων πραγματεύῃ τὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν νομικὴν λατρείαν καταπαύσας, τὴν τῇ Ἰουδαίων ἀσθενείᾳ συμβαίνουσαν, τὴν καινὴν ἔδωκας χάριν, τὴν λογικὴν λατρείαν νομοθετοῦσαν.

ζ'. ΘΥΣΙΑΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣΦΟΡΑΝ ΟΥΚ ΗΘΕΛΗΣΑΣ.] ὨΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τούτους τοὺς στίχους ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος εἰρῆσθαι ἡ πρὸς Ἑβραίους φησὶν ἐπιστολή, καὶ δίδωσιν ἀφορμὴν ὅλον τὸν ψαλμὸν ὡς ἐκ προσώπου αὐτοῦ νοεῖν. Θέλημα δὲ λέγει τοῦ πατρὸς καθ' ὃ ἦρε τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Οὐ γὰρ ἦλθεν, φησι, ποιῆσαι τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. Καὶ τεθεὶς ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἁμαρτίας, ὡς ἂν ἀφέσεως γενομένης, μηκέτι χρεία ἦν τῆς περὶ ἁμαρτίας θυσίας. Κεφαλίδα δὲ βιβλίου πᾶσαν τὴν νομικὴν λέγει γραφήν, πᾶσαι γὰρ εἰς ἓν κεφαλαιοῦνται τὴν πρόρρησιν τὴν περὶ Χριστοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τούτοις ἡ ἀποστολικὴ συνᾴδει παραίνεσις· Παρακαλῶ ὑμᾶς ἀδελφοί, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ κυρίῳ, τὴν λογικὴν λατρείαν. ἀντὶ γὰρ τῶν νομικῶν ἱερείων, τὰ ἡμέτερα μέλη καθιεροῦν ὁ δεσπότης προσέταξε. Ταύτην δέ σου, φησὶ τὴν χάριν ἰδών, ἐμαυτόν σοι προσήγαγον λέγων, Ἰδοὺ πάρειμι. Ταύτην μέντοι τὴν φωνὴν ὁ θεῖος λαμβάνει Παῦλος εἰς τὸν δεσπότην Χριστὸν, καὶ μάλα εἰκότως. τῆς γὰρ ἡμετέρας φύσεώς ἐστιν ἀπαρχή, καὶ πρώτῳ πρέπει τὰ ἡμέτερα λέγειν, καὶ ἐν αὐτῷ προτυπεῖν ἃ παρ' ἡμῶν προσήκει γενέσθαι. Οὕτω πρῶτος τῷ βαπτίσματι προσελήλυθεν ἡμῖν, ὑποδεικνὺς τὴν τοῦ βαπτίσματος χάριν. οὕτως ἔνιψε τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, ταπεινοφροσύνης ἡμῖν ἀρχέτυπον προτεθείς. Διὰ τοῦτο πρὸς τὸν Ἰωάννην ἔφη, Ἄφες ἄρτι, οὕτω γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστι πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Ἁρμόττει τοίνυν αὐτῷ καὶ τὰ ἡμέτερα λέγειν, ὡς κεφαλῇ σώματος,

à tua prouidentia diſpenſata fuere: videlicet in Ægypto, in deſerto, tempore Moyſis, Ioſue, Samuëlis facta, & hiſce antiquiora quæ acciderunt Abrahamo, Iſaaco, Iacobo, & Ioſepho, cui per ſeruitutem regnum obtigit, & alia, ne ſingula recenſeam. Verùm quod nunc factum eſt, omnibus his eſt admirabiliùs: non enim vnius hominis, vel vnius gentis, ſed omnium gentium ſalutem molitus es: & cùm legis cultum ceſſare feciſſes, Iudæorum imbecillitati accommodatum, nouam gratiam dediſti, quæ rationis cultum præſcribit. CATENA PATRVM.

7. SACRIFICIVM ET OBLATIONEM NOLVISTI.] ORIGENIS. Hoſce verſiculos tradit epiſtola ad Hebræos, ex perſona Saluatoris dictos eſſe; & præbet occaſionem totum hunc Pſalmum ex eiuſdem perſona intelligendi. *Voluntatem* autem Patris intelligit, ſecundùm quam tulit peccatum mundi. *Non* enim *veni*, inquit, *facere voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.* Et cùm poſitus ſit pro peccato vniuerſorum, quaſi iam factâ remiſſione, non opus iam eſt ampliùs hoſtiâ pro peccato. *Caput* autem *libri* vocat omnem ſcripturam legalem. Omnes enim ſcripturæ quaſi in compendium quoddam redigunt prædictionem de Chriſto. Hebr. 10, 5. *Chriſtus eſt pro omnibus ſacrificijs antiquis oblatus.* Ioan. 5, 30.

THEODORETI. Hiſce Apoſtoli commonitio concinit: *Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.* Nam pro legalibus ſacrificijs Dominus imperauit, vt noſtra membra conſecremus. Cùm hanc autem, inquit, tuam gratiam perſpexerim, meipſum tibi adduxi, dicens, *Ecce adſum*. Hanc igitur vocem D. Paulus de Domino Chriſto accipit; idque admodum congruenter. Noſtræ enim naturæ eſt primitiæ, & illi omnium primo noſtra dicere conuenit, & in eò priùs adumbrare, quæ à nobis fieri decet. Sic ipſe primus ad baptiſma acceſſit, nobis tacitè baptiſmatis gratiam demonſtrans. Sic pedes diſcipulorum lauit, humilitatis exemplar nobis proponens. Propterea Ioanni dicit, *Sine modo: ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.* Congruit igitur illi noſtra dicere, tamquam capiti corporis, Rom. 12, 1. Hebr. 10. Matth. 3, 15.

CATENA PATRVM. vt primogenito multorum fratrum ſecundùm carnem.

DIDYMI. Congruum quoque ſit accipere, hoc ex perſona vniuerſæ Eccleſiæ dictum eſſe; licet Paulus ille magnus Apoſtolus hoc ex ipſius dominici hominis perſona dictum non ineptè aſſerat. Nam quæ de corpore ipſius dicta ſunt, manifeſtiùs

Os & labia Chriſti ſunt Doctores Eccleſiæ. de oris labijs pronuntiauit. Os autem & labia Chriſti accipi poſſint Eccleſiæ Chriſti Doctores. Omnes enim ſumus eius corpus, &

1. Cor. 12, 27. membra de membro. Meritò igitur illud ipſum Chriſtum dicere annuntiauit. Quòd autem in Eccleſiæ perſona hoc dixerit, clarè demonſtrari poteſt ex ijs quæ infrà dicit: *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.* Dominicus autem homo non fecit iniquitatem. Igitur Eccleſia dicit illud, *Sacrificium & oblationem,* &c. Quale autem ſacrificium noluit? Vtique illud quod erat iuxta legem Moſaicam;

Malach. 1, 13. de quo etiam per Malachiam Deus ait: *Non*

Abolita ſunt vetera ſacrificia. *eſt mihi voluntas in vobis, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris: quoniam ab ortu ſolis vſque ad occaſum, nomen meum glori-*

Iſa. 1, 11. *ficatum eſt in gentibus.* Et per Iſaiam: *Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum? Quis enim quæſiuit hæc de manibus veſtris?* Sic omne ſimul Iudaicum ſacrificium eliminauit, vt etiam incenſum eorum abominatio

Noſtrum ſacrificium eſt incruentum. reputatum ſit Deo. Ex oppoſito autem introducit incruentum & rationale ſacrificium corporis & ſanguinis Domini in nouo canti-

Ioan. 6, 55. co noui teſtamenti, de quibus dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* Idcircò dicit: *Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi.* Perfecit autem corpus Eccleſiæ, ſcilicet dominicum, ipſe Chriſtus; non ſimplici ratione, ſed tempore

Matth. 26, 26. cœnæ myſticæ, quando dixit, *Accipite, & come-*

In cœna Domini noſtrum ſacrificium inſtitutum. *dite.* Tunc vtique corpus perfecit ad communicationem. Quando autem hoc factum eſt, tunc ex Gentibus Eccleſia dixit: *Ecce venio*; cùm nimirum nouum teſtamentum promulgatum fuit, & Iudaica ſacrificia abolita. Ait autem, *Venio,* ſicut *in capite libri ſcriptum eſt de me. Caput* verò *libri* nuncupauit vniuerſum ſacræ Scripturæ argumentum. In omni enim Scriptura voca-

ὡς πολλῶν ἀδελφῶν πρωτοτόκῳ κατὰ τὴν σάρκα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐκ προσώπου τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἰρῆσθαι καὶ τοῦτο πρόσφορον ἐννοεῖν· εἰ καὶ ὁ Παῦλος ὁ μέγας ἀπόστολος ἐξ αὐτοῦ προσώπου τοῦ κυριακοῦ ἀνθρώπου λελέχθαι πρεπόντως εἴπῃ. Τὰ γὰρ περὶ σώματος αὐτοῦ λελεγμένα, σαφέστερον περὶ τῶν χειλέων τοῦ στόματος εἶπε. Στόμα δὲ καὶ χείλη τοῦ Χριστοῦ παραληφθεῖεν ἂν οἱ τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ διδάσκαλοι. Πάντες γὰρ ἐσμὲν αὐτοῦ σῶμα, καὶ μέλη ἐκ μέρους. εἰκότως οὖν αὐτὸν ἐκεῖνο εἰπεῖν κατήγγελλε τὸν Χριστόν. Ὅτι δὲ τῆς ἐκκλησίας τὸ πρόσωπον ἔφησε τὸ προκείμενον, δειχθήσεται σαφῶς δι' ὧν κάτω φησί· Κατέλαβόν με αἱ ἀνομίαι μου, καὶ οὐκ ἠδυνήθην τοῦ βλέπειν. Ὁ δὲ κυριακὸς ἄνθρωπος οὐκ ἐποίησεν ἀνομίαν. Τοιγαροῦν ἡ ἐκκλησία φησὶ, Θυσίαν καὶ προσφορὰν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ποίαν δὲ θυσίαν οὐκ ἠθέλησε; Δῆλον ὅτι τὴν κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον, περὶ ἧς καὶ διὰ Μαλαχίου φησὶν ὁ Θεός· Οὐκ ἔστι μοι θέλημα ἐν ὑμῖν, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι. καὶ διὰ Ἡσαΐου· Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; Τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; Οὕτω πᾶσαν ἄρδην Ἰουδαϊκὴν ἐξοστρακίσας θυσίαν, ὡς καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς θυμίαμα βδέλυγμα λελόγισται τῷ Θεῷ. Ἀντεισάγει δὲ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν, καὶ λογικὴν τοῦ κυριακοῦ σώματος καὶ αἵματος ἐν τῷ καινῷ ᾄσματι διὰ τῆς καινῆς διαθήκης, περὶ ὧν ἔφησε, Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. Διὰ τοῦτό φησι· Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. Κατηρτίσατο δὲ σῶμα τῇ ἐκκλησίᾳ δηλαδὴ τὸ κυριακὸν, αὐτὸς ὁ Χριστός. οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐν τῷ καιρῷ τοῦ μυστικοῦ δείπνου, ὅταν ἔλεγε, Λάβετε, καὶ φάγετε. Τότε τοίνυν τὸ σῶμα κατηρτίσατο πρὸς μετάληψιν. Ὅτε δὲ τοῦτο γέγονε, τότε καὶ ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία εἶπεν, Ἰδοὺ ἥκω, ἅτε δὴ κηρυχθείσης τῆς καινῆς διαθήκης, καὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν θυσιῶν ἐκβληθεισῶν. Ἥκω δὲ, φησι, καθὼς ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. Κεφαλίδα δὲ βιβλίου τὴν ὅλην περιοχὴν ὠνόμασε τῆς θείας γραφῆς. Ἐν πάσῃ γὰρ εὕρηται προκατηγελ-

γελμένη τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας ἡ κλῆσις. Ὃ δέ φησι, τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου ὁ Θεός μου, κατ' ἀντιδιαστολὴν εἶπε τῶν Ἰουδαίων πρὸς οὓς ἔφησε τῶν ὅλων Θεός. Οὐκ ἔστι μοι θέλημα ἐν ὑμῖν, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Κεφαλίδα βιβλίου πᾶσαν τὴν θεόπνευστον γραφὴν νομικήν τε καὶ προφητικὴν λέγει. Ἐν ταύτῃ γὰρ γέγραπται περὶ τῆς δευτέρας φυτήσεως τοῦ σωτῆρος. Κεφαλίδα δὲ εἶπε διὰ τὸ τὴν πᾶσαν εἰς ἓν ἀνακεφαλαιοῦσθαι. Ἀκύλας τε καὶ Σύμμαχος τὸ εἴλημμά φασιν. Οὕτω δὲ τὰς θείας γραφὰς μέχρι καὶ σήμερον Ἰουδαῖοι κατασκευάζειν εἰώθασιν. Τὸ ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου, ἐκ μεταφορᾶς εἴρηκε τῶν εὖ περί τινα διακειμένων, καὶ ἔνδον ἐφιεμένων ἐμβαλεῖν τὸν ποθούμενον. Λέγει τοίνυν, ὅτι πᾶσαν ἔχω σπουδὴν τὰς σὰς πληρῶσαι ἐντολάς, καὶ κατὰ σὸν πολιτεύεσθαι θέλημα.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Συμβαίνει ὡς οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλὰ σαρκίναις γραφήσονται τὰ θεσπίσματα τοῦ καινοῦ νόμου, καθώς φησι δι' Ἱερεμίου τοῦ προφήτου. Διδοὺς δώσω νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν γράψω αὐτούς, ἵνα δηλοῖ ὅτι τοῖς ἐνδοτάτοις καὶ νοητοῖς τῆς καρδίας ταμείοις ἡ ἐκκλησία τὸν καινὸν παραδέξεται νόμον, καὶ τὰς ἐντολὰς σφόδρα θελήσει.

ί. ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΑΜΗΝ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ.]

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὁ θεῖος Δαβὶδ ὑπισχνεῖται ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ τῇ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὑπὸ τῆς θείας χάριτος συλλεγείσῃ, τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην κηρύττειν, καὶ τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν, καὶ τὴν ἀξιάγαστον σωτηρίαν, καὶ τὸν ἀμέτρητον ἔλεον, καὶ αὐτὴ ἡ ἐσομένη φύσις ταύτην ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ὑπισχνεῖται τὴν ἀντίδοσιν, τὸ συντρέχειν εἰς ἐκκλησίαν, καὶ τὰ χείλη κινεῖν εἰς ὑμνῳδίαν, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν δικαίαν κρίσιν ἀνακηρύττειν, καὶ τὴν ἄρρητον διεξιέναι κηδεμονίαν, καὶ τῶν προφητικῶν ὑποσχέσεων ὑποδεικνύναι τὸ ἀληθές. Τὸ δὲ ἀπὸ συναγωγῆς πολλῆς ὁ Σύμμαχος ἐν πλήθει, ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων, ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ τεθείκασιν. ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι περὶ τῆς αὐτῆς εἴρηκεν ἐκκλησίας.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μεγάλη ἐκκλησία ἡ ἐκ μεγάλων καὶ τελείων συμπληρουμένη, ἐν ᾗ εὐαγγελίζεται δικαιοσύνην τὴν διὰ πίστεως

tio Eccleſiæ ex Gentibus prædicta reperitur. Ceterùm quod ait, *Vt faciam voluntatem tuam Deus meus*, per oppoſitionem Iudæorum dictum eſt, ad quos vniuerſorum Deus ait: *Non eſt mihi voluntas in vobis, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris.*

CATENA PATRVM.

Malach. 1, 13.

DIDYMI. *Caput libri* vocat omnem Scripturam diuinam, tam legalem quàm Propheticam. Nam in hac de ſecundo aduentu Saluatoris ſcriptum reperitur. Dixit autem *caput*, eò quòd ea vniuerſa ad vnum caput reuocetur. Aquila & Symmachus *inuolucrum* dixerunt. Sic autem diuinas litteras vſque in hodiernum diem Iudæi munire ſolent. Illud, *in medio ventris mei*, ex tranſlatione dictum eorum qui benè erga aliquem affecti ſunt, & eum quem diligunt intra viſcera condere volunt. Ait itaque: Omnem adhibeo diligentiam, vt impleam mandata tua, & ſecundùm voluntatem tuam viuam.

Caput libri eſt Scriptura ſacra.

ATHANASII. Conueniebat vt non in tabulis lapideis, ſed carneis nouæ legis oracula ſcriberentur, quemadmodum ait per Ieremiam Prophetam: *Dans dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſcribam eas:* vt ſignificet, eccleſiam intimis ac ſpiritalibus cordis receſſibus nouam legem recepturam, & mandata eius valdè dilecturam.

Lex noua in corde ſcripta.

Sept c. 38. in L. c. 31. verſ. 33.

10. ANNVNTIAVI IVSTITIAM.]

THEODORETI. Beatus Dauid promittit in Eccleſia magna per totum orbem terrarum à diuina gratia collecta, ſe Dei iuſtitiam prædicaturum, & vaticinij veritatem, atque ſalutem admiratione dignam, immenſamque miſericordiam; & ipſa natura quæ futura eſt, hanc ſe pro ſalute remunerationem daturam eſſe ſpondet; nimirum in Eccleſiam confluere, & labia in hymnorum cantilenam mouere, atque iuſtum Dei iudicium celebrare, inexplicabilemque Dei prouidentiam enarrare, promiſſionumque, quæ prædictæ fuerunt, veritatem oſtendere. Illud, *à concilio multo*, Symmachus, *in multitudine*; Aquila verò & Theodotion, *in Eccleſia magna* poſuerunt, vt pateret, de eadem Eccleſia illum hoc dixiſſe.

Dauid præco Dei in Eccleſia magna.

ORIGENIS. *Magna eccleſia* eſt quæ magnis & perfectis viris conſtat, in qua annuntiauit iuſtitiam per fidem

 Ieſu.

CATENA PATRVM.

Ieſu. Cognoui autem hanc ipſius eſſe, vtpote qui probarim eam, & familiarem mihi fecerim, vtpote indeſinenter illam annuntians. Dixit autem, *Labia mea non prohibebo*. Non enim illa prohibuit: ſed rurſum loquitur per Euangeliſtas, & eos qui pro tempore ſunt doctores, quos etiam aliquis Chriſti labia vocare poſſit. Porrò de iuſtitia eius, tamquam quæ præſtantior ſit legali, affirmando dixit: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm Scribarum & Phariſæorum.*

Matth. 5, 20.

Eccleſia cur magna dicta.

HESYCHII. Magnam vocat Eccleſiam, non ſolùm quòd multorum hominum congregationem complectatur; ſed multò magis, quòd alta ſublimiaque Theologiæ dogmata capere valeat. Labia autem & oculi Eccleſiæ figuratè accipi poſſunt celebres illi Apoſtoli, & poſt ipſos omnes doctores, quos reliquum corpus Eccleſiæ non ſolùm non prohibet annuntiare Chriſtum, qui ipſa iuſtitia eſt; ſed magis excitat, conuenientem ipſis operam præſtans.

12. TV AVTEM DOMINE NE LONGE.] THEODORETI. Cùm Dei Eccleſia ſalutem conſecuta eſſet; rurſus eâdem prouidentiâ indiget, ob omnigenos hominum dæmonumque inſultus, quorum in ſequentibus mentionem fecit.

Omnes ſe peccatores confiteri debent.

13. QVONIAM CIRCVMDEDERVNT ME MALA.] EVSEBII. Nemo exiſtimet ea quæ hîc dicuntur, non conſentire ijs quæ explicata ſunt. Etenim tres pueri ſummâ virtute præditi, atque triumphali coronâ ornati, in camino orantes, dixerunt: *Peccauimus, iniquè egimus, deliquimus, & receſſimus à præceptis tuis, & non cuſtodiuimus iuſtificationes tuas*. Sic & admirabilis Daniel, ſic etiam diuinus Ieremias, ſic diuinus Iſaias, ſic ſapientiſſimus Paulus. *Chriſtus* enim, inquit, *venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum*. Sic igitur in hoc loco Dei Eccleſia, impiorum fluctibus circumdata, non effertur tamquam pugnare volens; ſed ea quæ accidunt, peccatis & delictis attribuit, & à Saluatore opem conſequi obſecrat. Alioqui nec Dei Eccleſia ex hominibus perfectis tota conſtat; ſed habet ignauos, & eos qui remiſſam vitam amplexi ſunt, & qui voluptatibus

Dan. 3, 29.

1. Tim. 1, 15.

Ἰησοῦ· ἔγνω δὲ ταύτην αὐτοῦ, ὡς ἀποδεξάμενος, καὶ οἰκειούμενος, ὡς ἀδιαστάτως δὲ ἀπαγγέλλων. Ἔφη, τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω. Οὐδὲ γὰρ κεκώλυκε, λαλεῖ δὲ διὰ τῶν εὐαγγελιστῶν, καὶ τῶν κατὰ καιροὺς διδασκάλων, οὓς ἄν τις καὶ Χριστοῦ χείλη καλέσειεν. Περὶ δὲ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, ὡς κρείττονος οὔσης τῆς νομικῆς, διαρρήδην ἔλεγεν· Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ τῶν Φαρισαίων.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Μεγάλην φησὶν ἐκκλησίαν, οὐ μόνον τὴν σύστημα πολυάνθρωπον ἔχουσαν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μᾶλλον τὴν τὰ ὑψηλὰ καὶ μεγαλοπρεπῆ δόγματα τῆς θεολογίας παραδέξασθαι δυναμένην. Χείλη δὲ τῆς ἐκκλησίας, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ τροπικῶς ληφθεῖεν ἂν οἱ πανεύφημοι ἀπόστολοι, καὶ πάντες οἱ μετ' ἐκείνους διδάσκαλοι, οὓς τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς ἐκκλησίας, οὐ μόνον οὐ κωλύει τὴν αὐτοδικαιοσύνην εὐαγγελίζεσθαι τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον παρορμᾷ τὴν ἀνάλογον συνεργίαν αὐτοῖς παρεχόμενον.

ιβ'. ΣΥ ΔΕ ΚΥΡΙΕ ΜΗ ΜΑΚΡΥΝΗΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Καὶ τυχοῦσα τῆς σωτηρίας ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία, δεῖται πάλιν τῆς αὐτῆς προμηθείας, διὰ τὰς παντοδαπὰς τῶν ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων ἐπαναστάσεις, ὧν ἐν τοῖς ἑξῆς μνήμην πεποίηται.

ιγ'. ΟΤΙ ΠΕΡΙΕΣΧΟΝ ΜΕ ΚΑΚΑ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μηδεὶς ἀνάρμοστα ἡγείσθω τὰ εἰρημένα τοῖς ἡρμηνευμένοις. Καὶ γὰρ οἱ τρεῖς παῖδες τῆς ἄκρας ἀρετῆς ἐπειλημμένοι, καὶ τὴν νικηφόρον ἀναδησάμενοι στέφανον, ἐν τῇ καμίνῳ προσευχόμενοι ἔλεγον, ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν, καὶ ἀπέστημεν ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου, καὶ οὐκ ἐφυλάξαμεν τὰ δικαιώματά σου· οὕτως ὁ θαυμάσιος Δανιὴλ, οὕτως ὁ θεσπέσιος Ἱερεμίας, οὕτως ὁ θεῖος Ἠσαΐας, οὕτως ὁ σοφώτατος Παῦλος. Χριστὸς γάρ, φησι, ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτος εἰμὶ ἐγώ. Οὕτω τοίνυν κἀνταῦθα ταῖς παρὰ τῶν δυσσεβῶν τρικυμίαις βαλλομένη ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία, οὐ μεγαφρονεῖ ὡς ἀγωνιζομένη, ἀλλ' ἁμαρτίαις καὶ πλημμελίαις ἀνατίθησι τὰ γινόμενα, καὶ τῆς παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐπικουρίας ἀπολαῦσαι παρακαλεῖ. Ἄλλως τε οὐδὲ ἐκ τελείων πᾶσα συνέστηκεν ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία, ἀλλ' ἔχει καὶ τοὺς ῥᾳστώνῃ συζῶντας, καὶ τὸν ἀνειμένον βίον ἀσπαζομένους, καὶ ἡδοναῖς

δουλεύειν

διαλύεσθαι αἰσχυνομένους. Καὶ ἐπειδὴ ἓν ἐστι σῶμα, ὡς ἑνὸς προσώπου καὶ ταῦτα κἀκεῖνα προφέρεται.

ΕΠΛΗΘΥΝΘΗΣΑΝ ΥΠΕΡ ΤΑΣ ΤΡΙΧΑΣ.] Ὠριγένους. Τουτέστι, τὰ περὶ ἡμᾶς ἀναίσθητα πληθύνεται κακά· ὧν πολλῶν γεγενημένων, στερούμενοι τῆς ὀρθῆς διανοίας ἀπὸ τῆς καρδίας ἐγκαταλείφθημεν. Ἱκετεύει δὲ ὁ λέγων ἐλέῳ φυλαχθῆναι τῶν προτέρων μεμνημένος κακῶν πρὸς τὸ μὴ αὖθις περιπεσεῖν τοῖς αὐτοῖς. καὶ ἡ ἀνάμνησις δὲ τῆς ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβολῆς, εὐχαρίστους ἐργάζεται καὶ προσεκτικούς.

Κυρίλλου. Τὸν ποικίλον καὶ παντοδαπὸν ἑσμὸν τῶν λυπηρῶν ὁ προφητικὸς λόγος προκαταγγέλλει· ὧν τὴν πεῖραν ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία δι᾽ αὐτῶν εἴληφε τῶν πραγμάτων. Ὃ δέ φησι, καὶ ἡ καρδία μου ἐγκατέλιπέ με, ἀντὶ τοῦ, ὤκλασε καὶ κατωλιγώρησεν εἶπεν, ἵνα δείξῃ τὴν τῶν ἀθέων ἐπίνοιαν.

ιδ'. ΕΥΔΟΚΗΣΟΝ ΚΥΡΙΕ.] Ὠριγένους. Ἔτι καὶ νῦν αἰσθάνεται πολλῶν ἐπικειμένων ἐχθρῶν τῇ αὐτοῦ ψυχῇ, ἀφ᾽ ὧν εὔχεται ῥυσθῆναι. Οὐ γὰρ παύονται διαφθονούμενοι, καὶ τοῖς ἤδη τελείοις. ὥσπερ δὲ οἱ ἐπ᾽ ἀρετὴν σπεύδοντες, ἐντολὴν ἔχουσι μὴ στραφῆναι εἰς τὰ ὀπίσω· ὀλέθριον γάρ· οὕτως οἱ πρὸς τὰ κακὰ ἐπειγόμενοι, σπουδασάτωσαν ἀποστρέφεσθαι, τὴν φαύλην ἀθετοῦντες πρόφασιν. Τότε γὰρ ἕξουσι, καὶ τὸ ἐξ αἰσθήσεως αἰσχυνθῆναι. Κομισάσθωσαν, καὶ ἑξῆς. Βούλεται γὰρ ἀναμαρτήτους εἶναι πάντας. εἰ δὲ μή, αἰσχυνθῆναι ἐφ᾽ οἷς κακῶς πράττοντες ἀλαζονικῶς φησιν, εὖγε, εὖγε. Τάχα δέ ποτε οἱ ἐχθροὶ τοῦ δικαίου, πολλὰς ἐπινοοῦντες ἐπιβουλὰς κατ᾽ αὐτοῦ, ἐφ᾽ ἑκάστῃ περιγίνεσθαι προσδοκῶντες, εὖγε, εὖγε, ἀλλ᾽ ἐλπίσαντες πολλάκις ἀπέτυχον. Ἀκύλας δὲ τὴν ἑβραϊκὴν φωνὴν τέθεικε, οἱ λέγοντες ἀὰ, ἀά· ἔστι δὲ φωνὴ σχετλιαστικὴ τῶν ἤδη νενικημένων.

ιζ'. ΑΓΑΛΛΙΑΣΑΙΝΤΟ ΚΑΙ ΕΥΦΡΑΝΘΕΙΗΣΑΝ.] Θεοδωρήτου. Τοὺς δὲ ζητοῦντάς σε, φησί, καὶ ὑμνοῦντας, καὶ διαπαντὸς ἀγαπῶντας, διηνεκοῦς ἔμπλησον εὐφροσύνης καὶ τῆς σῆς ἀγάπης μεταβολὴν μὴ δεχόμενοι, μὴ δεξάσθωσαν θυμηδίας μεταβολήν. Οὐ γὰρ τοῖς ἁπλῶς ἀγαπῶσιν ᾔτησε τὴν θυμηδίαν, ἀλλὰ τοῖς ἀεὶ καὶ διηνεκῶς ἔχουσι τὸν ἀξιέραστον ἔρωτα.

ιη'. ΕΓΩ ΔΕ ΠΤΩΧΟΣ ΕΙΜΙ.] Ὠριγε-

ſeruire decreuerunt. Et quoniam vnum eſt corpus, tamquam ex vna perſona, & hæc & illa proferuntur. CATENA PATRVM.

MVLTIPLICATÆ SVNT SVPER CAPILLOS.] ORIGENIS. Hoc eſt, quæ circum nos ſunt inſenſibilia mala, multiplicantur; quibus multiplicatis, recto ſenſu deſtituti, corde defecimus. hæc autem dicens, rogat per miſericordiam conſeruari, priorum malorum mentionem faciens, ne in ea rurſum incidat. Recordatio autem mutationis in melius gratos efficit & deuotos. *Multiplicationes mala circumdant.*

CYRILLI. Varium & omnigenum agmen moleſtiarum propheticus hic ſermo prædicit; quarum Eccleſia Dei experimentum re ipſa percepit. Quod autem ait, *Et cor meum dereliquit me*, id eſt q. d. Penitus ſocors & negligens fui, vt oſtendat ſenſum impiorum.

14. COMPLACEAT TIBI DOMINE.] ORIGENIS. Adhuc etiamnum ſentit multos hoſtes animæ ſuæ imminere, à quibus poſtulat liberari. Non enim ceſſant inuidere etiam nunc perfectis. Quemadmodum autem hi qui ad virtutem contendunt, præceptum habent ad ea quæ retrò ſunt non conuertendi, ſiquidem id noxium eſt: ſic qui ad mala inſtigantur, feſtinent reuerti, propoſitum prauum deſerendo. Tunc enim habebunt vnde etiam ſenſibiliter confundantur. *Ferant*, &c. Vult enim omnes eſſe peccati expertes; ſin ſecùs, confundi pro ijs quæ malè agentes, ſuperbè dicunt, *euge, euge.* Fortaſſis etiam quandoque hoſtes ipſius iuſti, cùm multas inſidias aduerſus eum excogitaſſent, & è ſingulis ſe obtenturos ſperarent, *euge, euge*; ſpe tamen ſæpenumerò fruſtrati ſunt. Aquila verò Hebraicam vocem poſuit *aha, aha!* eſt autem vox illa lamentationis eorum qui iam ſuperati ſunt. *Semper infestandum pro auxilio.*

17. EXVLTENT ET LÆTENTVR.] THEODORETI. Atqui quærentes te, inquit, & laudantes, & ſemper diligentes, perpetuâ lætitiâ imple; & qui tui amoris mutationem non habent, neque gaudij mutationem ſentiant. Non enim ſimpliciter amantibus gaudium precatus eſt; ſed his qui ſemper & continuè digno amore diligunt.

18. EGO AVTEM MENDICVS SVM.] ORIGENIS.

ANNOTATIONES CORDERII.

NIS. Cùm in bonorum acquiſitione flacceſceret, mendicum & pauperem ſe confitetur; & Deo ſui curam committit, proijciens ſolicitudinem ſuam in Dominum, tamquam in prouiſorem.

NOΥΣ. Πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν κτῆσιν ἀσθενῶν, πτωχὸν καὶ πένητα ἑαυτὸν ὁμολογεῖ, καὶ τῷ Θεῷ τὴν περὶ αὐτοῦ φροντίδα ἀνατίθησιν, ἐπιρρίπτων τὴν μέριμναν ἐπὶ κύριον, ὡς ἐπὶ κηδεμόνα.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS nihil noui continet: argumentum habes paraphraſi præfixum; vbi optimè ad perſonam Dauidis è maximis periculis tandem erepti refertur; ſictamen, vt vlteriùs ad Chriſtum, cuius Dauid typum geſſit, referatur. Quòd autem aliqui ad morbum Dauidis, à quo liberatus ſit, argumentum reſtringant, benè notat Bellarminus, omni prorſus carere fundamento, & rabbinicum quid redolere, adeoque vt friuolum meritò reijciendum.

Dauidis conſtantia in ſpe.

2. *Expectans expectaui Dominum.*] Suam in ſperando conſtantiam declarat hac vocis geminatione, quæ, vt benè in Græco Commentario notatum fuit, ſignum eſt intenſionis. Summa igitur eſt, cùm Deus auxilium ſuum differret, Dauidem dilationis moram æquo animo tuliſſe, neque præ tædio elanguiſſe; poſtquam verò iuſtum patientiæ ſuæ ſpecimen edidiſſet, tandem exauditum, & voti compotem effectum, Deo ſoſpitatori ſuo gratias retuliſſe. Docemur autem hoc eius exemplo, non ſtatim animum deſpondere,

Perſeuerãdum in ſpe.

quamuis pro deſiderij noſtri feruore tardiùs ſuccurrat Deus, aut etiam datâ operâ nos ſuſpenſos teneat: quia fides non niſi longâ tolerantiâ ſolidè probatur; cuius ſi inuictum robur nos ſuſtineat, tandem aderit opportunum tempus exauditionis. Vnde ſubdit:

3. *Et ſtatuit ſupra petram pedes meos.*] Videlicet ſuper adamantinam baſim fortiſſimæ gratiæ, præſidijque diuini. In eo quadro conſtitutus, nec quati euertique potuit, nec ad omnem ventorum

Quadrum conſtantiæ ſymbolum.

flatum leuitatemque moueri. Qui prouecti ſunt eò roboris & conſtantiæ, à ſapientiſſimis antiquitatis hominibus τετράγωνοι, *quadrati*, honoris cauſsâ nominari ſolent. Quales pingit Methodius Martyr libro de Virginit. cùm ait: χερσὶν, νόῳ τε τετραγώνους, *actione vitæ, & conſilio quadratos.* Quadrum enim quomodolibet conieceris, ſemper lateribus ſuis ſtat fixum, nec labat, nec euertitur; eſtque proinde ſymbolum perſeuerantiæ, inuictæque ſtabilitatis. Quare Ariſtoteles lib. 1. Moral. τετραγώνους appellat, qui omnem fortunæ varietatem æquo animo ferunt, ſemperque ſui ſunt ſimiles, nec vllo impetu aut furentis aut blandientis ſæculi deijciuntur. Huc meo iudicio reſpiciebat D. Paulus, cùm tam ſæpè mo-
1. Cor. 15, 58. net ſuos, vt ſtent immobiles: *Stabiles eſtote, & immobiles: abundantes in omni opere Domini*
1. Cor. 16, 13. *ſemper.* illaque ſæpiùs ab eodem repetita: *State*
Epheſ. 6, 14. *in fide: State ergo ſuccincti lumbos: State in*
Philip. 4, 1. *Domino: State, viriliter agite*, &c. Quæ loquendi ratio conſtantiam animi ſignificat; ſiue illam ducat exquiſitâ cognitione præditus Apoſtolus à gladiatorio ludo & caſtris (nam gladiator & miles ſtare in gradu dicuntur) ſiue à columnis, quæ ἑστάναι, *ſtare* in baſi dicuntur, ſymbolo firmitudinis, & ſolidæ conſtantiæ: ſiue denique à quadro ſapientum, in quo omni columnâ firmiùs perſeuerantia ſancta conſiſtit.

4. *Et immiſit in os meum canticum nouum.*] Id eſt, nouam mihi, ob tam ſingulare & inuſitatum liberationis beneficium, laudes eius celebrandi materiam ſuppeditauit: & lamentum, quo in anguſtijs conſtitutus, ad auxilium ſuſpirando vtebar, iam obtentâ libertate, in canticum exultationis commutauit. Vide plura ſuperiùs de cantico nouo ad Pſal. 32. v. 3. annotata. Ceterùm, inquit, *videbunt multi* hanc rerum mearum in melius commutationem, *& timebunt*, ſalutari tam potentis ſuorum defenſoris timore ac reuerentiâ correpti; *& ſperabunt in Domino*, ſe ſimilem ab illo in neceſſitatibus ſuis opem relaturos; vnde ad fideliter illi ſeruiendum incitabuntur. Id quod Apollinarius pulchrè in metaphraſi ſua hoc verſu exprimit:

Quid hic canticum nouum dicatur.

Δειδιότες δ' ἐσίδοιντ' ἐλπίζοιντό τε ποιμένα πολλοί.

Metuentes videant, ſperentque paſtorem multi.

Non abs re autem hîc timorem cum ſpe coniunxit Dauid: neque enim ſpem quiſquam de gratia Dei ſolidam concipiet, niſi qui priùs imbutus eius timore ac reuerentiâ. Quare generaliter hoc loco *timor* accipitur pro ſenſu pietatis, quem in nobis generat, potentiæ, æquitatis & clementiæ, Dei agnitio. Recitat ergo qualem benè ſperandi materiam ſua liberatio pijs omnibus datura ſit, nempe vt ſpretis omnibus mundi illecebris, ſe totos eius fidei ac tutelæ ſecurè concredant. vnde ſubdit:

Timor cum ſpe coniungendus.

5. *Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius.*] Diuinæ fiduciæ bonum, vtpote quod beatitudinem homini adferat, hoc epiphonemate omnibus mirificè commendat; quod deinde Dauidem imitatus Ieremias, cæleſti quoque afflatu & heroico veluti cantu proſequitur, cùm intimâ lætitiâ delibutus in hunc modum exclamat: *Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius!* ſubdens continuò de optabili & prædicando eius fructu: *Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas; & non timebit cùm venerit æſtus. Et erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet facere fructum.* Id quod ſimiliter pius Vates è Pſalmo 1. Dauidis mutuatus eſt. Vbi vide quæ in hanc rem ad verſ. 3. annotauimus. Comparat autem eos qui in Domino ſpem locant ſuam cum arboribus, quæ iucunda viriditate & perenni velut honore veſtiuntur, neque modò pulchræ ſunt, & ad hominum commendationem decoræ atque amabiles, verùm etiam ad communem vtilitatem fructum ferunt. Non timebunt, ſi tentationes ingruent, ſi venerit æſtus, ſi difficultates obijcientur, ſiccari non poſſunt, quos

Diuinæ ſpei ac fiduciæ bonũ quale.

Ier. 17. 7.

quos irriguâ ſemper vndâ gratiæ ſuæ fouet Deus; vnde efflorêſcunt in dies magis, atque ad inclyta facinora conficienda renouantur. Facit illa cum Deo coniunctio, quam pia fiducia conciliat, vt humanâ imbecillitate ſuperatâ, diſiectis impedimentis feliciter multa conficiant, quæ alioqui per ſe numquam efficere potuiſſent. Pulchrè autem de ſperante in Domino Dauid addit: *Et non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.* Dixit

Mendax eſt mundana felicitas.

falſas, hoc eſt *mendaces*, vt vertit S. Auguſt. è Septuag. qui ponunt *μανίας ψευδεῖς*, *inſanias mendaces*: D. Hieron. eleganter ex Hebræo reddit, *& non eſt auerſus ad ſuperbias, pompaſque mendacij.* Nam verè pompa omnis, & pellucens illa prætereuntium rerum felicitas, velut arte præſtigiatorum, illudit oculis pernicioſo mendacij genere, animiq́ue appetitionem inanem dimittit, vt

Oculi ab ea auertendi.

beatiſſimi iure videantur, qui auertunt oculos ne ruant in eamdem inſaniam, quâ multi bracteato mendacio illuſi bacchantur. Itaque Aſterius Amaſeæ Epiſcopus in Homil. de Villico, ait illos obnubendos eſſe parapetaſmate, vt ego interpretor, manu prudentiæ texto & elaborato. Nam de cura loquens oculorum, ſi quid fortè ſe luminibus obijciat, quod perniciem animæ atque damnum adferre poſſit, *fuge*, inquit, *prætercurre*, ϗ ἐπίθει σαυτῷ κάλυμμα, *velumque tibi ipſi obducito.* Quòd ſi dubites, quæ ſint iſtæ *inſaniæ*

Veræ & falſæ inſaniæ diſcrimen.

falſæ; quaſi aliæ ſint, quæ veræ ſint, & aliquod inter vtraſque poſſit aſſignari diſcrimen. Reſpondebo: ſi inter veram & falſam inſaniam ex Vatis mente diſtinguere oportet; vt illam appellas inſaniam veram, quæ homini lumen mentis omnino adimit, & velut œſtro percuſſum, ad furiati animi motus rapit: ita hanc dixeris *inſaniam falſam*, cùm quis rationis compos, & cum iudicio decipit, ſiue inſanire gaudet; non aliter ac apud Horatium is qui affectæ mentis vitio ſcenæ ſe continuò adeſſe, comœdoſque audire iactabat, cùm amicorum curâ & medicorum curatione ſanitati fuiſſet reſtitutus, ac ſeſe ſomniatæ ſcenæ tripudijs fraudatum videret, ſanus factus, multò inſanior redditus, aiebat:

——— Pol me occidiſtis amici,
Non ſeruaſtis, ait, cui ſic extorta voluptas,
Et demptus per vim menti gratiſſimus error.

Ad quem ſanè modum falsâ, ſed peiori quidem inſaniâ, ereptos exiſtimabis eos, qui meliora videntes atque probantes, deteriora ſequuntur; qui mundi videlicet vanitatem cognoſcentes, eum diligunt, & mœrentes laudant; & cùm de aulæ ſiue curiæ tumultu indeſinenter querantur, inquietas tamen ambitionis ſuæ curas ab animo numquam prohibeant. Eſt etiam quædam inſania ſanctorum, quæ magna ſapientia eſt, quam D. Ambroſius ſcribens in hunc locum, *veram inſaniam* appellat, cùm in mundanis ſint *falſæ inſaniæ*, vt Regius Vates meminit. Doctor Gentium vocat *ſtultum Dei quod ſapientius eſt hominibus.*

1. Cor. 1, 25.

6. *Multa feciſti*, &c.] Symmachus, πάμπολλα ἐποίησας σὺ κύριε ὁ θεός μου τὰ τεράστιά σου, ϗ τοὺς διαλογισμούς σου τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν, οὐκ ἔστιν ἐκθέσθαι ἐπὶ σοί; aliàs σοί. *Perquam multa feciſti tu Domine Deus meus prodigia tua, & cogitationes tuas pro nobis non eſt exponere ſuper te*; aliàs *tibi*; S. Hieron. *non inuenio ordinem coram te.* Plerique hunc verſum accipiunt, vt ſit hebraiſmus, & ex Hebraica phraſi ſubaudiatur relatiuum, ordineturque in hunc modum, *Multa ſunt mirabilia tua quæ feciſti tu Domine Deus meus*: poteſt tamen etiam ſine hac ſubintellectione, quæ durior videtur, ſic ordinari, *Feciſti Domine multa eſſe mirabilia tua*; hoc eſt, non tantùm feciſti mirabilia quædam, ſed mirabilia tua multiplicaſti, effeciſti vt ea multa eſſent. ita Ianſenius exponit.

ANNOTATIONES CORDERII.

Quamquam in verbis nonnihil diſſentiunt interpretes; ſatis tamen conuenit, Dauidem hîc cum admiratione expendere Dei prouidentiam, quâ gubernat genus humanum. ac ſi diceret: Non hoc tantùm vno facto Deum probaſſe, quam de humano genere paternam curam gerat, ſed generaliter in ſingulis mundi partibus eiucere admirabilem eius prouidentiam, quam mens noſtra cogitando aſſequi ex æquo non poſſit. Quia licet ex parte reputamus, quàm mirificè nobis Deus proſpiciat; reſtringitur tamen hæc cognitio ad modulum noſtrum: ideoque infra immenſam Dei gloriam longè ſubſiſtit, & infinito diſtat interuallo. Hinc ſenſus & cogitationes noſtræ dum iſtam altitudinem intendunt, in ſemetipſis ſuâ tarditate deficiunt. Vnde Hugo de S. Victore locum hunc intelligit de iſtis mirabilibus quæ nos ad Deum reuocant. *Omnia*, inquit, *quæ ſunt fecit Deus: & tamen illa ſpecialiter Deus feciſſe dicitur, per quæ homo ad Deum reuocatur. Illa ergo mirabilia Deus quaſi non ſua fecit, quorum admiratio humanam mentem ab amore ipſius auertit. Illa autem mirabilia, quæ hominem ad amorem Dei reuocant, quia nos illius faciunt, quodam ſingulari priuilegio eius dici poſſunt. Quia igitur ſuperiùs Pſalmiſta beatum dixerat, qui ad huius mundi vanitatem non reſpicit; vbi fructuoſa eſſe poſſit admiratio, conſequenter adiungit: Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua, ſcilicet opera reſtaurationis noſtræ: quæ, ne in eis faſtidium metuas, multa ſunt numero: & ne facilitatem contemnas, profunda in Sacramento. Hoc eſt enim, quòd cùm dixiſſet, Multa feciſti tu Domine Deus mirabilia tua; ſtatim ipſam eorum profunditatem demonſtrare volens, adiunxit: Et cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi. Vt & multitudo mirabilium varietate delectationem adferat, & profunditas exercitationem.* Sic ille. Sequitur:

Admirabilis Dei erga ſuos prouidentia.

Mirabilia Dei ſunt illa, quæ nos ad ipſum reuocant.

IBIDEM. *Annuntiaui & locutus ſum, multiplicata ſunt*, &c. Symmachus, ἐὰν ἀπαγγέλλων καταγγέλλω, πλείω ἐστὶν τοῦ διηγηθῆναι. quam ſententiam ita expreſſit S. Hieron. *ſi narrare voluero & numerare, plura ſunt quàm vt narrari queant.* Nota verbum ἐπληθύνθησαν, quo hoc loco vtuntur Septuag. optimè neutraliter efferri, *multiplicata ſunt*, vt ad *mirabilia* referatur. Latini autem interpretes, qui id maſculino genere reddunt, neceſſariò aliquid ſubintelligunt, v. g. vocem *homines*, vel *effectus*, vel quid ſimile. Ianſenius putat optimè quoque feminino genere exprimi poſſe, *multiplicatæ ſunt*, ita vt ad *cogitationes* referatur. Genebrardus credit eſſe enallagen generis, *multiplicati ſunt cogitatus tui*, pro *cogitationes multiplicatæ*; & per zeugma comprehendi etiam *mirabilia opera multiplicata.* Græci interpretes de multitudine mirabilium operum & cogitationum paſſim interpretantur; & Apollinarius in Metaphraſi:

ANNOTATIONES CORDERII. Ἀγγέλλων κατέλεξα τάπης πλείω εἶεν ἀριθμῶν.
Annuntians dixi quæ plus ſint numeris.

7. *Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.*] Hoc eſt, ſacrificia quidem populo tuo indixiſti varietate & cultu ſacroſancta; à me verò ſacrificij quoddam genus longè præſtantius habere voluiſti, nimirum perfectam obedientiam: *Aures autem perfeciſti mihi.* Auris enim ſymbolum eſt obedientiæ in arcanis cæli codicillis, vnde aures in myſtico Eccleſiæ corpore, ijdem ſunt quod obedientes, vt Dorotheus Doctrinâ ſextâ docet, cùm ait: *Auris es? Pareas.* Itaque in Moſaïca lege prohibetur ad ſacroſanctam Numinis aram accedere, & offerre ſacrificium ὠτότμητον, *truncus auribus*, è verſione Septuag. nam in Latinis non habetur. Quod pariter de victimis alio loco præſcribitur: negat enim legiſlator ad votum perſoluendum hoſtiam offerri poſſe, *cui ſit auris amputata.* Quo in effato Heſychius diſciplinam multam ſiue myſterium agnoſcit, aitque illum aurem amputatam habere, qui inobedientiæ morbo langueat. Quod pariter vetuſti Eccleſiæ Patres, Cyrillus, Theodoretus alijque ſequuntur Græci, & excogitatum hoc ſymbolum ad explicandam obedientiæ vim neceſſitatemque referunt; ſine qua placere Deo nemo poteſt, nec ritè ſacrificio vllo defungi. Ceterùm hæc de Meſſiæ obedientia Dauidem cecinilſe teſtatur S. Paulus, qui pro illis verbis, ὦτα δὲ κατηρτίσω μοι, *aures autem perfeciſti mihi*, Septuag. ſecutus, legit σῶμα, *corpus autem aptaſti mihi*; idque certè non ſine myſterio. Quod in Hebræo eſt *auris*, ille *corpus* appellat; quaſi totum corpus eſſet auris, ob inflammatam cupiditatem excipiendæ voluntatis, imperijque diuini, & promptiſſimè obſecundandi. Ceterùm quando de perfectione aurium loquitur, ſignificanter verbo vtitur καταρτίζειν, quod eſt opus ex omnibus ſuis partibus concinnè inter ſe nexis integrè abſoluere; quale nominant Geometræ τέλειον, in quo nihil deſit, nihil redundet, ſed numeros omnes perfectionis contineat. Voluit igitur ſignificare, ſe non loqui tantùm de illa cartilagine, quæ hinc inde caput exornat, deque illis flexilibus mæandris ſummo artificio compoſitis, quibus bombi ad tympanum cerebrumque vehuntur. Nondum enim aures eas ducit eſſe perfectas, niſi ad cor vſque diuinæ voces ſonique perueniant. Et quidem cor humanum habere hinc inde aures, Galenus & Medici aiunt: vt intelligamus, nondum eſſe perfectam auditionem, niſi verba monituſque ſalutares in intimum penetrale cordis ſucceſſerint. Ad huius rei illuſtrationem longè ſignificantiùs in Hebræo dicitur, אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי, *oſnaim charita li*; quod S. Hieron. vertit, *aures fodiſti mihi.* q.d. Excauaſti aures meas ad excipiendam vocem tuam, ad legem monituſque ſanctos audiendos. Patent mihi tuo beneficio promptæ mentis illi aditus, quibus ad animam cana veritas obedientiaque dilabitur. Altè omnino perfodiſti hæc tornata manibus tuis audiendi vaſa pretioſa: vſque ad intimum cordis ſinum pertinent, vbi legem tuam vt gemmea in hierotheca poſui: *& legem tuam in medio cordis mei.* Clemens Alexand. lib. 2. Pædagogi cap. 12. vocat aures ad ſenſum perforatas, quibus eximios fructus mirandoſque tribuit. Ὀφθαλμοὶ δὲ ὑποπεπλησμένοι λόγῳ, καὶ ὦτα εἰς αἴσθησιν διατετρημένα, θείων ἀκουστὴν καὶ ἁγίων ἐπόπτην ἀπεργάζεται. *Oculi*, inquit, *verbo muniti, & aures ad ſenſum perforatæ, diuinarum rerum auditorem & ſanctarum rerum contemplatorem efficiunt.* Sic ille. Sequitur:

Aures ſunt ſymbolum obedientiæ.

Leuit. 21, 19.

Hoſtia non poterat carere auribus.

Hebr. 10, 5

καταρτίζειν quid propriè.

Aures cordis quales.

Debent eſſe perforata ad ſermones ſanctos excipiendos.

Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti.] Nota hîc, Prophetam quatuor ſacrificiorum veteris legis genera enumeraſſe, de quibus agitur in Leuitico. Nomine enim *ſacrificij*, pro quo Hebræis eſt זֶבַח *zebach*, ſignificantur hoſtiæ pacificorum pro pace, id eſt ſalute ex beneficio aliquo ſingulari obtento vel obtinendo; in quibus ſanguis, renes & adipes cedebant Deo, ſiue altari, pectus & armus ſacerdoti, reliqua caro & cutis ei qui offerebat. Siue eſſet נֶדֶר *neder*, id eſt *ex voto*; ſiue נְדָבָה *nedaba*, id eſt *ſponte.* Nam duplex erat ſacrificium pacificum. Nomine *oblationis*, pro quo Hebræis eſt מִנְחָה *mincha*, ſignificantur ea quæ de rebus inanimatis offerebantur, vt de terræ frugibus & libamentis, de quibus agitur Leuitici 2. Per *holocauſtum* ſignificantur ea ſacrificia, quæ ex animalibus oblata, tota cremabantur. Denique per illud, *& pro peccato*, deſignatur genus ſacrificiorum quod pro peccato offerebatur; ſubaudiendum enim, *& hoſtiam pro peccato*; cùm Hebræis ſit dictio quæ propriè ſignificat peccatum, & per tranſlationem hoſtiam pro peccato. Hæc porrò hoſtia in hoc diſtinguebatur ab holocauſto, quòd non tota combureretur, ſed ſanguis & adeps eſſent altaris, reliqua cederent ſacerdoti. Fiebat autem ad redimendas pœnas certorum peccatorum, cùm holocauſtum totum cremaretur præter pellem, & fieret ad placandum Deum, promerendumque de omnibus in vniuerſum.

Quatuor genera ſacrificiorum Hebræis vſitata, & quæ.

8. *In capite libri ſcriptum eſt de me*, &c.] S. Hieron. *in volumine libri* (Hebraicè מְגִלָּה *meghilla.*) ſumptâ locutione, ex eo quòd antiqui complicarent libros in corticis morem, vt nunc quoque Iudæi ſuam legem in ſuis Synagogis. Symmachus, ἐν τῷ τεύχει τοῦ ὁρισμοῦ σου, *in volumine definitionis tuæ*; Aquila, ἐν τῷ εἰλήματι, *in inuolucro*; Scholion, ἐν τόμῳ, *in tomo.* Notãdum autem, hanc vocem κεφαλὶς & κεφάλαιον Græcis non tantùm *caput*, corporis partem, ſignificare, ſed etiam *ſummam rei*, ſiue *ſummarium.* atque ita Græca lectio cum Hebraica conſentit; vt *in capite libri* idem ſit quod *in ſumma legis*, ſeu in ipſa lege, vel in toto volumine veteris teſtamenti; aut, quod in idem redit, in argumento, in indice totius libri Scripturæ. Nam vti argumentum libri in indice ſcribitur, & quaſi conuoluitur, ita ait Chriſtus, totum legis indicem circa ſe & ſuam obedientiam verſari. Senſus ergo eſt. q. d. Illud eſt, quòd à me potiſſimùm tota Scripturarum ſumma requirit; nempe vt non tam ſacrificijs incumbam, quàm vt faciam voluntatem tuam. Hoc enim, præter alia loca, apertè requiritur in Deuteronomio, præcipuo ſcilicet diuinæ legis libro, cùm dicitur: *Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac ſeruias Domino Deo tuo in toto corde tuo*, &c. quæ proſequitur Moyſes illo capite, & ſeq. Ex qua doctrina proceſſit ſapiens reſponſum cuiuſdam ſcribæ apud Marcum, qui dilectionem Dei & proximi præferendam aſſeriit omnibus holocautomatibus & ſacrificijs. Hunc intel-

Illud in capite libri quid ſignificet.

Deut. 10, 12.

Marci 12, 33.

intellectum huius loci probat Ianſenius, iuxta quam hæc pars verſus non tantùm Chriſto, ſed etiam Dauidi & cuiuis iuſto in litterali ſenſu competit; Chriſto tamen per excellentiam hoc congruit, vt de eo particulariter hæc verba Paulus citauerit. Ipſe enim eſt ſumma Moyſis & Prophetarum, & quem Scriptura ſignificat facturum perfectè voluntatem Dei, ita vt ſuâ obedientiâ Deum hominibus eſſet conciliaturus. Quòd ſi quis hanc partem ſoli Chriſto contendat conuenire, & caput libri cum D. Auguſtino principium Pſalmorum intelligere voluerit, vbi dicitur Viri beati voluntas eſſe in lege Dei; aut cum D. Hieronymo principium Geneſeos, in quo rectè fit mentio Filij Dei; ſciat (inquit Ianſenius) parum ſolidam eſſe illam intelligentiam, nec originalibus conuenire. Solidior eſt eorum intelligentia, qui de libro prædeſtinationis diuinæ, iuxta Symmachi lectionem ſuperiùs allatam, hunc locum accipiunt, de quo alibi dicit idem Propheta: *Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur.* In huius enim libri volumine ſicut ſunt deſcripti omnes electi, ita in eius capite Chriſtus deſcriptus eſt; vt qui ſit *primogenitus in multis fratribus*, per quem ſolum aliqui ſunt prædeſtinati.

9. *Vt facerem voluntatem tuam.*] S. Ambroſ. *vt faciam*; Græcè, τοῦ ποιῆσαι. Notat autem Nicephorus redundare articulum τοῦ, vt ſæpè aliàs: quare ita verti poſſet, *Facere voluntatem tuam Deus meus volui.* Quidam hanc partem coniungunt cum eo quod immediatè præcedit; vt ſit ſenſus: *In capite libri ſcriptum eſt de me*, hoc nempe, *Vt facerem voluntatem tuam Deus meus.* Deinde ſubiungatur, *Volui*, hoc ipſum ſcilicet quod de me ſcriptum eſt. Vbi Hebraicum verbum חָפָצְתִּי *chaphatſti* tantumdem valet ac *complacuit mihi*, vel libenter acquieui, vt notetur non minor promptitudo ad parendum, quàm liberalis affectus & pergendi conſtantia: ac ſi dixiſſet, liberè ſe prætuliſſe colendi Dei ſtudium alijs omnibus curis & votis; nec ſponte dumtaxat ſe fuiſſe morigerum, ſed firmo animi propoſito ſe regulam piè viuendi amplexum fuiſſe. Alij eam partem iungunt ſequenti verbo *volui*, vt ſit ſententia à ſuperiori ſeparata, & ſit ordo, *Volui facere voluntatem tuam.* Id enim eſt quod in ſumma totius legis à me
:0,5. exigitur. S. Paulus coniungit cum illo, *Tunc dixi, Ecce venio.* Sed tunc magis conueniret vertere, *vt faciam*, ſicut habet Epiſtola ad Hebræos, & Ambroſ. & ea pars, *In capite libri ſcriptum eſt de me*, per parentheſin deberet accipi interpoſita (vt benè notat Ianſenius.) Ceterùm illud, *Ecce venio*, in ſenſu litterali, phraſi Hebraicâ idem eſt quod *Ecce adſum*: hoc eſt, paratum me exhibeo. In ſenſu verò Chriſto peculiari, ſignificat eius in hunc mundum aduentum, quemadmodum Paulus interpretatur. Porrò voluntas
tas Dei (inquit Euthymius) fuit [illegible] mors ſe-
nit cundùm carnem, ad humanæ naturæ peccata ex-
Chri- pianda; de qua Filius ipſemet ait: *Quia deſcendi*
6,38. *de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.* voluntas etiam in genere intelligi poſſit vniuerſum myſterium aduentus Domini, & vniuerſa eius obedientia vſque ad mortem crucis.

IBIDEM. *Et legem tuam in medio ventris mei.*] Græcè κοιλίας, quod eſt etiam in Pſalterio Romano, & in pleriſque codicibus, atque à Patribus Græcis multis modis explicatur. Hanc lectionem ait S. Ambroſ. etiam alios habere; & S. Hieron. fatetur illud *ventris*, apud Latinos *cordis*, euphoniæ gratiâ tranſlatum eſſe. In Sixtina tamen editione legitur etiam Græcè καρδίας. Symmachus, ἐσπούδασα τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ ἐγκάτων μου, *praelegi* (ſeu, *ſtudioſe ſuſcepi*) *legem tuam intra viſcera mea.* Vide vbi legem Dei Propheta ponat, nempe in medio cordis, ſcilicet vbi ſedes eſt vitæ; quia oportet Dei iuſſa animare, id eſt opere implere, alioquin mortua manent. Vel ideò in medio cordis eam ſe habere affirmat, vt oſtendat ſe ab ipſa, non ſecùs ac à corde, quod vitæ principium eſt, viuendi initium vitamque ipſam indeſinenter haurire. Vel certè *cor* pro deſiderio accipit; vt ſit ſenſus: Vnum opto, vnum hoc in votis habeo, vt omnino iuſſis tuis paream. Secundùm aliam verò lectionem, quæ habet, *in medio ventris mei*, manifeſtè innuit, eam ſibi pro cibo eſſe, quò ad veram vitam aleretur, & ipſius eſſentia inter humanas varietates & vanitates ſubſiſteret. Ceterùm cùm in ventre quoque fœtus animentur & augmentum capiant, ſignificat ſe animaſſe & fouiſſe iuſſa Dei, & apto tempore in opus ac lucem felici partu produxiſſe. Vtrique lectioni ſeruit S. Ambroſ. in hunc Pſalmi locum ita ſcribens: *Ideò alij habent, In medio cordis; alij, In medio ventris; vt interioris hominis ventrem intelligas, qui in medio eſſe cordis accipitur, in quo naturalis legis præſcripta ſeruamus: quæ non ſolùm cuſtoditur, ſed etiam fit in cordibus noſtris. Vnde & ſcriptum eſt: Quia non auditores legis iuſti ſunt apud* Rom.2,15
Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Sunt enim qui naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, ſicut gentes quæ legem non audiunt, & ſibi lex ſunt, qui cognita ſibi legis præcepta conſeruant. Vbi expende illa verba Ambroſij, *In quo naturalis legis præſcripta ſeruamus.* Dicimur enim habere legem Dei in medio cordis, quando ita mandata eius amamus, vt quamuis nulla nobis præſcripta eſſent, nec vllo metu terreremur, aut præmio alliceremur, nihilominùs ad amuſſim illa ſeruaremus. Pulchrè item dixit, *Quæ non ſolùm cuſtoditur, ſed fit.* Etenim illa quæ in arca cuſtodimus, eadem inde, prout inſerueramus, ſine vllo incremento extrahimus: ſed hoc quod mulier ventre concipit, non modò cuſtodit, ſed vſque ad partum maius in dies accipit incrementum; ita & nos non modò ſeruare debemus quæ Deus noſtræ fidei commiſit, ſed ea quoque cum fœnore maiori cumulo reddere.

10. *Annuntiaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna.*] Non interiori tantùm affectu, vel priuatim Deo ſe laudem dediſſe affirmat, ſed publicum eius ſe fuiſſe præconem in ſolemni conuentu: ſicut tunc fideles hoſtijs pacificis ſolebant teſtari ſuam pietatem, ſi qua inſignis liberatio ipſis contigerat. Dauid ergo non contentus priuata gratiarum actione, fideles ad conſenſum laudandi Dei hortabatur; non modò quia ad hoc pietatis officium alij alios incitare debent, ſed quia liberatio ſua, de qua hic agit, publico ſolemnique præconio digna erat. S. Auguſt. legit, *benè nuntiaui*, quia Græcè eſt, εὐηγγελισάμην, id eſt, *euangelizaui*, quod verbū optimè quadrat in Chri-

ANNOTATIONES CORDERII.

Lex Dei in cordis & ventris medio collocanda.

Quid per cordis & ventris medium ſignificetur.

Iuſtitia Dei palam annuntianda.

ANNOTATIONES CORDERII.

Chriſtum, qui nobis auctor eſt Euangelij, optimiq; nuntij liberationis humanæ, cui etiā peculiariter cōpetit Eccleſia magna, concilium multum, & annuntiatio iuſtitiæ, quæ per fidem obtinetur.

Benefica opera Dei non occultanda.

11. *Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo,* &c.] Idem quod ſuperiori verſu alijs verbis inculcat, dicens ſe non occultaſſe in corde iuſtitiam Dei, quam celebrare palàm conuenit in mutuam ædificationem. Et certè quiſquis eam intus ſupprimit, ipſum Dei nomen, quantum in ſe eſt, ſepultum vellet. Etſi enim Deus præconijs noſtris minimè indiget, multis tamen de cauſſis nobis valdè vtilibus, vult hanc inter nos mutuam exercitationem vigere. Iuſtitiæ porrò Dei coniungit hîc veritatem, ſalutem & miſericordiam, vt pluribus elogijs Dei beneficium illuſtret, eumque prouocet ad continuandum in ſe beneficentiæ curſum. Cùm enim Deus, quoties ſe nobis liberalem exhibet, toties nos viciſſim ad agendas ei gratias inuitet; hæc quoque vna ratio eſt, cur munificus eſſe pergat, dum nos videt gratos eſſe ac memores.

Peccatis proprijs quiſque circumcluditur.

13. *Circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus.*] Significat ſe poſt peccatum à calamitatibus, veluti diuinæ iuſtitiæ ſatellitibus, vndique obſeſſum, & malorum congerie quodammodò oppreſſum fuiſſe. Interea non conqueritur, vel immeritò, vel ſupra culpæ ſuæ modum ſe affligi; quin potiùs ingenuè fatetur, rependi peccatis ſuis mercedem, eas quas ſuſtinebat pœnas, fructus vel effectus iniquitatis agnoſcens. *Comprehenderunt me*, inquit, *iniquitates meæ.* Id eſt, concluſerunt me peccata quæ commiſi. Quid inde? *Et non potui vt viderem.* Hoc eſt, omnem ſenſum & vim videndi eripuerunt mihi; quia peccatorum proprium eſt, vt menti tenebras offundant. Ita nimirum ſapientia in virtute eſt, & virtus cum ſapientia coniungitur, vt difficilè, qui alteram pellit, alteram ſeruare poſſit ac tenere. Quare S. Chryſoſt. illa verba, *vt viderem,* ſic exponit, ac ſi dicat: *Vt bonum poſſem à malo diſcernere;* cauſſamque ſubdit: *quia peccatum tamquam caligo & nubes tenebrarum incumbit mentis oculis.* Id ipſum S. Ambroſ. de fuga ſæculi cap. 5. à fumo ſumptâ ſimilitudine ſic illuſtrat: *Quia*, inquit, *fumo iniquitatis oculus animæ cæcatur, ne videat quæ ſunt lucida.* Sed non opus eſt exemplis aliunde petitis, cùm ipſemet Dauid aptiſſimâ ſimilitudine rem firmet, ſubdens: *Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei.* Id eſt, ſicut iubæ in animantibus, & capilli in homine, ſi longiùs excreſcant, proſpectum eripiunt, nec ſinunt nos exactè quidpiam videre; non aliter peccata internum animi viſum impediunt, & menti tenebras offundunt. *Et eſt recta comparatio*, inquit Hugo ad hunc locum: *ſicut enim cùm creſcunt capilli, operiunt oculos, ita peccata oculos cordis.* Sed hîc dubium oritur; quomodo verè Dauid dicat iniquitates ſuas ſuper capillos capitis ſui fuiſſe multiplicatas, cùm omnino pauca eius in ſacris Litteris peccata memorentur? ſcilicet illa tantùm quæ contra Vriam perpetrauit, iuxta illud: *Fecit Dauid rectum in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ, excepto ſermone Vriæ Hethæi.* Et quamuis alij alia ei tribuant peccata, tamen illa aut poſſunt à peccato excuſari, aut certè grauia non fuerunt, vt Pineda noſter de Rebus Salomonis lib. 1. cap. 3. fusè & eruditè proſequitur. Reſpondet ad hoc optimè Euthymius; quia iuſti aliorum peccata ſibi ipſis adſcribunt, propter vnitatem & fidei communionem. Similiter S. Auguſt. locum hunc de minutis proprijs & alienis peccatis ſic exponit dicens: *Quis numerat iniquitates alienas, & proprias? hoc eſt, quis certo numero poteſt eas definire?* Et ſtatim Dauidem introducit ſic loquentem: *Parua erant noſtra, imponuntur aliena.* Vnde prudenter idem S. Auguſt. libro de Cantico nouo cap. 2. monet: *Non negligamus peccata noſtra: minuta ſunt, ſed multa ſunt. Fluctus vnus validus irruens obruit nauim, minaturque naufragium; humor autem per rimas influens, & in ſentinam veniens, niſi ſubinde ſiccetur, hoc idem facit.* Parum ſanè, aut nihil intereſt, quî mergaris & pereas, ſi mergeris, & peris. Certè rem è ſuo periculo meditanti, ac non potiùs è modo ac ratione pereundi, omnino intereſt nihil. Id ipſum etiam ad hunc locum non diſſimili argumento euincit: *Quis*, inquit, *numerat capillos capitis ſui? multò minus peccata quæ excedunt numerum capillorum. Minuta videntur, ſed multa ſunt: præcauiſti magna; iam non facis adulterium, iam non facis homicidium, non rapis res alienas, non blaſphemas, non dicis falſum teſtimonium: moles iſtæ ſunt peccatorum, magna præcauiſti, de minutis quid agis? An non times minuta? Proieciſti molem, vide ne arenâ obruaris.* Sic ille. Hinc fortè Dauid mœrens ſubdit:

Peccatum menti tenebras offundit.

Quomodo Dauid dicatur multas habere iniquitates, cùm fuerit iuſtus.

3. Reg. 15, 5.

Parua peccata non negligenda.

IBIDEM. *Cor meum dereliquit me.*] Cordis ſui inſtabilitatem incuſat, quam ſancti Patres cordis fugam nominant, & perenni comploratione lamentiſque exemplo Dauidis proſequuntur. Ita S. Auguſt. miſerabatur auolationes cordis, & vagos motus, quibus Deum & ſe deſerebat, & in vaniſſima, aut etiam valdè Numini odioſa, effundebatur. De inſtabilitate cordis habet multa piè eleganterque dicta S. Bernardus in libro meditationum, aut quiſquis illius operis auctor eſt: & alij Aſcetici tractatores pingunt ſæpè hominem Proteo mutabiliorem, cui nihil ſit familiarius, quàm deficere, atque ad eumdem lapidem, non modò bis (quod tamen veteri prouerbio reprehenſum eſt) verùm & ſæpiùs fœdiſſimè impingere. Ea nimirum poſt lapſum primi parentis conſecuta eſt cordis inconſtantia, & iactatio voluntatis, vt nuſpiam, niſi admodum ægrè, poſſit conſiſtere. Quod ſubtiliter animaduerſum fuit à Philone teſtimonio diuino, quod Moyſes nobis in Geneſi prodidit. Sic enim interrogat Deus, *Adam vbi es?* Rectè, ait Philo; quia propter mirificam illam & inquietam mobilitatem, nullibi eſſe, aut ſibi non præſens videbatur, quod dominans in nobis Deus cupiebat, vt benè apud ſe reputaret. Eſt enim non exigua pars calamitatis, & earum miſeriarum, in quas peccando incurrimus, quòd, ſublatâ conſtantiâ animi, cor ſit factum velut mare inquietum, atque vt ventorum, ſic perflantis inconſtantiæ ludibrium: quod etiam in Caino cernitur. Qui poſt immane ſcelus, & inuidioſam crudelitatem, factus eſt *profugus ad Orientalem plagam Eden.* Ita quidem noſter interpres: in Hebræo eſt ad terram נוד *nod*; apud Septuag. *ναίδ*: S. Hieron. legit *naid*, & monet non ſignificare terram,

Mira hominis inconſtantia, præſertim peccatoris.

Gen. 3, 9.

Gen. 4, 16.

terram, ſed σαλευόμενον, *fluctuans, inſtabile, & in-*
4,12. *certum.* Hoc verò propriè eſt vagum eſſe ac profugum ſuper terram: quam illi Deus pœnam & quodammodo etiam nobis impoſuit. Quamquam Septuag. legunt, εἶναι καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, *gemens & tremens eris ſuper terram.* Vbi Scholiaſtes Græcus, *Apud Hebræum*, inquit, *atque Syrum legitur* σαλευόμενος καὶ ἀκατάστατος, *fluctuans, inſtabilis & nuſquam conſiſtens:* ſic vt numquam placidiſſimæ quietis vſurâ potiaris. Non diſſimilem animi imbecillitatem regius Vates experiebatur, quando velut vagus & profugus ſuper terram mœrebat iam fugere cor, dicens: *Cor meum dereliquit me.*

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM XL. ARGVMENTVM.

α. Εἰς τέλος ψαλμὸς τοῦ Δαβίδ.

Εἰς τὸ τέλος φησὶ, παραπέμπων ἡμᾶς ἐπὶ τὰ τελευταῖα τῶν διὰ ψαλμοῦ δηλουμένων. Καί τινες μὲν τοῦ Δαβὶδ ἀνέθεσαν, τινὲς δὲ καὶ τοῦ Ἐζεκία τὸν παρόντα ψαλμόν· καί φασιν, ἐν σχήματι μακαρίζειν τὴν προφητείαν, τοὺς εὖ ποιεῖν σπουδάζοντας. Ὑπόθεσιν γὰρ προστησάμενος τὸν Ἐζεκίαν, παραινεῖ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐλεήμονας γίνεσθαι, ἵνα τῶν ὁμοίων τύχωσι τοῦ Ἐζεκία. Εἰσφέρεται δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τὸ πρόσωπον, περὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ τοῦ προδότου εἰπόντος, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ. Ὁ τρώγων μου τὸν ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ πτέρναν. Αὐτοῦ τοῦ κυρίου τοίνυν δεικνύντος ἐπ' αὐτοῦ πεπληρῶσθαι τὸν ψαλμὸν, τολμηρὸν εἶναι νομίζω ἄλλην αὐτῷ διαπλάττειν ὑπόθεσιν.

1. In finem Pſalmus ipſi Dauid.

In finem *ait, mittens nos ad extrema, quæ per Pſalmum ſignificantur. Atque aliqui quidem præſentem Pſalmum Dauidi, quidam verò Ezechiæ adſcripſerunt: & aiunt, vaticinium hoc in figura beatos prædicare illos qui rectè agere ſatagunt. Ezechiam enim pro argumento proponens, ſuadet omnibus vt miſericordes ſint, quò paria Ezechiæ conſequantur. Quin etiam ipſius Chriſti perſona introducitur, de principibus Sacerdotum & proditore dicentis, vt Scriptura impleatur:* Qui manducat mecum panem, leuauit contra me calcaneum. *Ipſo igitur Domino declarante, præſentem Pſalmum in ſe completum eſſe, temerarium eſſe exiſtimo aliud ipſi argumentum affingere.* Ioan. 13, 18.

PARAPHRASIS.

β. Μακάριος ὁ συνιῶν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα.

Τουτέστιν, ὁ ἐννοῶν περὶ πτωχοῦ, καὶ ἐν φροντίδι ἔχων τὸ εὖ ποιεῖν ἀνθρώπους.

Ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ κύριος.

Πονηρὰν ἡμέραν καλεῖ ἐκείνην, ἐν ᾗ πόνῳ τις περιβάλλεται, καὶ θλίψει, καὶ ὀδύνῃ, ἀρρωστίᾳ περιπεσὼν, ἢ ἑτέρῳ τινὶ κινδύνῳ. Λέγει οὖν, ὅτι τοιαύτης ἐμπεσούσης ἡμέρας, ὁ βοηθῶν θεὸς οὐκ ἀποκαθεύδει.

γ. Κύριος φυλάξαι αὐτὸν, καὶ ζήσαι αὐτὸν, καὶ μακαρίσαι αὐτὸν ἐν τῇ γῇ, καὶ μὴ παραδοῖ αὐτὸν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ.

Οὐ μόνον δὲ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀπολαύσεται, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον τῆς θείας τεύξεται παραμυθίας, περιφανής τε

2. Beatvs qui intelligit ſuper egenum & pauperem:

Hoc eſt, qui cogitat de paupere, & curam habet vt benè de hominibus mereatur.

In die mala liberabit eum Dominus.

Malam diem vocat illam, in qua labore quis circumdatur, & tribulatione & dolore, vt cùm in infirmitatem aliúdve periculum incidit. Ait igitur, quòd tali die incidente, auxiliator Deus non dormiat. *Mala dies quæ.*

3. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in * manus inimicorum eius.

* *Vulgata* animam

Non ſolùm autem futuris bonis perfruetur, ſed etiam in præſenti vita diuinam opem conſequetur, illuſtris & clarus factus, *Vir miſericors à Deo benedicitur.*

PARAPHRASIS PATRVM.

factus, inimicorumque inſidias effugiens.

4. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius:

Quin etiamſi, inquit, talis in infirmitatem inciderit, diuinæ benignitatis particeps efficitur. Sic enim etiam Ezechiæ contigit.

Vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius.

Hoc eſt, omnem eius infirmitatem tranſtuliſti & commutaſti in valetudinem ac ſanitatem.

5. Ego dixi: Domine miſerere mei: ſana animam meam, quia peccaui tibi.

Illas ipſas beatiſſimi Ezechiæ voces ponit, quas protulit in infirmitate. Docet autem illum qui de pauperibus benè meritus eſt, & incidit in afflictiones, ſi iſtiuſmodi verba ad Deum dixerit, ſimilem quoque opem conſecuturum.

6. Inimici mei dixerunt mala mihi:

Malignantium & inuidorum ſtudia qualia.

Narrat quæ tempore infirmitatis eius contigerint. Ego, inquit, confitebar Deo peccata mea; qui verò non rectè mihi afficiebantur, volebant irrogari mihi mala, & indignabantur: vnde erat etiam illos audire talia dicentes:

Quando morietur, & peribit nomen eius?

Ex inſito ipſis erga me prauo affectu iſtiuſmodi verba proferebant.

7. Et ſi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur;

Id eſt, fraudulenter me inuiſebant, linguâ quidem ſalutem mihi apprecantes; alia verò, quæ proferre non audebant, meditantes. Metus enim regni faciebat, vt inimicitiam non palàm oſtentarent.

Cor eius congregauit iniquitatem ſibi.

Cùm enim linguâ, inquit, bona proferebat, mente contraria voluebat; ita vt ſibi ipſi peccatum accerſeret, propter ea quæ iniquè mihi imprecabatur. Vnde ſubiungit:

γινόμενος καὶ περίβλεπτος, καὶ τὰς τῶν δυσμενῶν διαφεύγων ἐπιβουλάς.

δ΄. Κύριος βοηθήσαι αὐτῷ ἐπὶ κλίνης ὀδύνης αὐτοῦ.

Ἀλλ' εἰ καὶ ἀρρωστείᾳ περιπέσοι, φησὶν, ὁ τοιοῦτος, τυγχάνει τῆς φιλανθρωπίας τοῦ θεοῦ. οὕτω γὰρ ἐγένετο καὶ ἐπὶ Ἐζεκίου.

Ὅλην τὴν κοίτην αὐτοῦ ἔστρεψας ἐν τῇ ἀρρωστίᾳ αὐτοῦ.

Τουτέστι πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἀρρωστίαν μετέστρεψας, καὶ μετήνεγκας εἰς ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν.

ε΄. Ἐγὼ εἶπα· κύριε ἐλέησόν με· ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι.

Αὐτὰς τίθησι τὰς φωνὰς τοῦ μακαριωτάτου Ἐζεκίου, ἃς εἶπεν ἐν τῇ ἀρρωστίᾳ. Διδάσκει δὲ ὅτι ὁ τοῖς πένησιν εὐποιῶν, καὶ περιπεσὼν θλίψεσιν, ἐὰν τοιαῦτα εἴπῃ πρὸς τὸν θεὸν, τυγχάνει τῆς ὁμοίας βοηθείας.

ς΄. Οἱ ἐχθροί μου εἶπον κακά μοι·

Τὰ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀρρωστίας συμβάντα λέγει. Ὅτι ἐγὼ ἐξομολογούμην τῷ θεῷ τὰς ἁμαρτίας μου. οἱ δὲ οὐχ ὑγιῶς διακείμενοι περὶ ἐμὲ, ἐβούλοντό μοι ἐπιτεθῆναι τὰ κακὰ, καὶ ἐπεθύμουν· ὅθεν καὶ ἦν ἀκούειν αὐτῶν τοιαῦτα λεγόντων.

Πότε ἀποθανεῖται, καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ;

Ὑπὸ γὰρ τῆς ἐνούσης ἐν αὐτοῖς κατ' ἐμοῦ φαύλης ἐπιθυμίας, τοιαῦτα ἐφθέγγοντο.

ζ΄. Καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει·

Ἀντὶ τοῦ, ἐπεσκέπτοντό με δόλῳ, τῇ μὲν γλώσσῃ ἐπευχόμενοί μοι τὴν ὑγίειαν· ἄλλα δὲ κατ' ἐμοῦ βουλευόμενοι, ἅπερ εἰπεῖν οὐκ ἐτόλμων. ὁ γὰρ φόβος τῆς βασιλείας παρεσκεύασεν αὐτοὺς μὴ ἐν φανερῷ τὴν ἔχθραν ἐπιδείκνυσθαι.

Ἡ καρδία αὐτοῦ συνήγαγεν ἀνομίαν ἑαυτῷ.

Διὰ γὰρ τῆς γλώσσης, φησὶ, ἀγαθὰ φθεγγόμενος, ἐπὶ τῆς διανοίας τὰ ἐναντία ἐβούλετο, ὥστε αὐτῷ περιποιεῖν ἁμαρτίαν, ἐφ' οἷς ἀδίκως ἐπηρεάτο μοι. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό.

η΄. Κατ' ἐμοῦ ἐψιθύριζον πάντες οἱ ἐχθροί μου.

Ἀμέλει ἐξιόντες, φησὶν, οἱ τοιοῦτοι οἱ κατὰ πρόσωπον δῆθεν ἐπευξάμενοι, ἤλεγχον τὸν ἐν αὐτοῖς κρυπτόμενον δόλον. ψιθυρισμὸς γάρ ἐστιν ἡ λαθραία κακολογία, ὥσπερ λοιδορία ἡ ἐν φανερῷ κακηγορία.

Κατ' ἐμοῦ ἐλογίζοντο κακά μοι.

Τὸ αὐτό φησιν ὅπερ ἐν τοῖς ἀνωτέρω.

θ΄. Λόγον παράνομον κατέθεντο κατ' ἐμοῦ.

Λόγον παράνομον λέγει, τὸν οὐ δικαίως γινόμενον κατ' αὐτοῦ. ἐπειδὴ, ὡς εἰκὸς, οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, ἐχθροὶ καὶ τῆς εὐσεβείας ὑπῆρχον.

Μὴ ὁ κοιμώμενος οὐχὶ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι;

Κοίμησιν ἐνταῦθα λέγει τὴν βαθυτάτην ἀρρωστίαν. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὡς παντελῶς ἀπογνόντες μου, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα μηκέτι ἔχοντες περὶ ἐμοῦ χρηστὴν ὡς ἀναστησομένου ἢ ἀναληψομένου ἐμαυτὸν, οὕτω πάντα καὶ ἐλάλουν καὶ ἔπραττον.

ι΄. Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.

Ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης, τουτέστιν, ὃν ἐνόμιζον πάντα πράττειν ὑπὲρ τοῦ μηδέν μοι παρενοχλεῖν χαλεπὸν, οὗτος ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀρρωστίας ἐπίβουλος ὤφθη. καὶ ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἀντὶ τοῦ, ὁ καὶ τῆς αὐτῆς μοι κοινωνῶν τραπέζης, καὶ τῶν αὐτῶν ἁλῶν, μᾶλλον βαρύτερος ἐφαίνετο ὁ ἐχθρὸς, ὅσῳ διὰ τὴν οἰκειότητα τὴν πονηρίαν οὐκ ἐγνώριζετο.

ια΄. Σὺ δὲ κύριε ἐλέησόν με, καὶ ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς.

Ἀλλ' αὐτός, φησι, δέσποτα, ἐπειδὴ αὐτοὺς οὐδὲν ἠδίκησα, αὐτοὶ δὲ τοιοῦτοι ὤφθησαν περὶ ἐμὲ, ἀντίπραξον αὐτῶν τῇ πονηρίᾳ, καὶ τὴν ὑπὲρ ἐμοῦ βουλὴν ἀνανέωσον, ἵνα αὐτὸ τοῦτο γένηται τοῖς πονηροῖς ἄμυνα. Οὐδὲν γὰρ οὕτως αὐτοὺς ἀνιᾷ τοὺς κακίᾳ συζῶντας, ὡς ἀπο-

Egrediebatur foras, & loquebatur in idipſum. PARAPHRASIS PATRVM.

8. Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei.

Denique, inquit, cùm egrediebantur illi qui in faciem tenus benè precabantur, latentem in ipſis dolum arguebant. Suſurratio enim eſt clancularis maledicentia, ſicut contumelia eſt publicum conuitium. *Suſurratio quid.*

Aduerſum me cogitabant mala mihi.

Eadem dicit quæ in præcedentibus.

9. Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me.

Verbum iniquum vocat illud quod non iuſtè aduerſus illum efferebatur. Quoniam, vt veroſimile eſt, inimici eius, pietatis quoque inimici exiſtebant.

Numquid qui dormit non adijciet vt reſurgat?

Dormitionem hîc vocat profundiſſimam infirmitatem. Vult igitur dicere, quòd penitus de me deſperantes, nec vllam bonam reſurrectionis aut valetudinis meæ recuperandæ ſpem ampliùs habentes, ita omnia dixerint & fecerint.

10. Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui: qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem.

Homo pacis, id eſt, quem exiſtimabam omnia agere, vt nulla moleſtia me perturbaret, hic tempore infirmitatis inſidiator apparuit. *Et qui edebat panes meos*, id eſt, qui eiuſdem mecum menſæ ac ciborum particeps exiſtebat, tantò grauior hoſtis viſus eſt, quantò propter familiaritatem malitiam non manifeſtauit. *Fictus amicus hoſte quouis truculentior.*

11. Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me: & retribuam eis.

Sed tu ipſe, inquit, Domine, cùm nihil ipſos læſerim, illi autem tales ſe erga me exhibuerint, repende nequitiam illorum, & tuum circa me conſilium innoua, vt illud ipſum prauis vltio exiſtat. Nihil enim adeò moleſtum eſt iniquè viuentibus, quàm ſi deſide-

PARAPHRASIS PATRVM.

deſiderijs ſuis fruſtrentur. Hoc enim ait: *Et retribuam eis.*

τυχίᾳ τῆς αὐτῶν ἐπιθυμίας. τοῦτο γὰρ λέγει· Καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς.

12. In hoc cognoui, quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.

ιβʹ. Ἐν τούτῳ ἔγνων, ὅτι τεθέληκάς με, ὅτι οὐ μὴ ἐπιχαρῇ ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμέ.

In hoc, inquit, oſtende te mei curam gerere, ne lætentur ipſi de malis quæ mihi ſperant.

Ἐν τούτῳ, φησὶ, δεῖξον ὅτι μου φροντίζεις, ὥστε μὴ ἐκείνους εὐφρανθῆναι ἐφ' οἷς ἐλπίζουσι φαύλοις ἐπ' ἐμέ.

13. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

ιγʹ. Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου· καὶ ἐβεβαίωσάς με ἐνώπιόν σου εἰς τὸν αἰῶνα.

Ceterùm, inquit, ſicuti rogo illorum conſilia irrita fieri propter iniquitatem eorum, ſic mihi contrarium facito.

Ἀλλ' ὥσπερ ἐκείνων, φησὶν, ἄπρακτα παρακαλῶ γενέσθαι τὰ βουλεύματα, διὰ τὴν αὐτῶν πονηρίαν, οὕτως ἐπ' ἐμὲ τὸ ἐναντίον πρᾶξον.

14. Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæculo, & * in ſæculum: fiat, fiat.

* Vulgata addit vſque

ιδʹ. Εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα· γένοιτο, γένοιτο.

Vt, inquit, ab omnibus laude ac celebratione dignus iudiceris, cùm ſis Deus Iſraël ſempiternus & termino carens.

Ἵνα, φησὶ, παρὰ πᾶσιν ὕμνων καὶ εὐφημιῶν ἄξιος κριθείης, θεὸς ὢν τοῦ Ἰσραὴλ ἀΐδιός τε, καὶ πέρας οὐ καταδεχόμενος.

COMMENTARIVS.

Beatus qui pauperum curam gerit.

2. BEATVS QVI INTELLIGIT.] Symmachus, *Qui cogitat ea quæ oportuit de pauperibus.* Vult enim dicere, quòd beatus ſit vir ille, cui curæ ac ſolicitudini eſt benefacere. Inſinuat autem, quòd Ezechias, cùm talis fuerit, idcircò clementiam expertus ſit.

Alius. *Pauperem*, inquit, vocat Dominum, quandoquidem cùm diues eſſet, propter nos pauper factus ſit. Beatum autem prædicat eum, qui iſtiuſmodi paupertatem valet intelligere. Vel hortatur, vt benignos ſe exhibeant erga pauperes, cognoſcentes quomodo qui iudicat eos Deus, ad hunc ſtatum illos perduxerit, cùm vt ipſos tum vt diuites ſimul exerceret. Probatur enim is qui diues eſt per pauperem, qualem affectum habeat. Deinde etiam ſpeciatim ſubiungit, quibuſnam dignus ſit iſtiuſmodi in die mala. *Diem malam* non eam quæ naturâ ſuâ mala ſit (nulla enim eſt naturâ mala, nam alioquin dies in auctorem ſuum culpam referret) ſed *malam* vocat, in qua quis labore, vel triſtitiâ, vel dolore alióve periculo afficitur. Vel, ſecundùm Symmachum, *in die afflictionis.*

Dies mala quæ.

βʹ. ΜΑΚΑΡΙΟΣ Ο ΣΥΝΙΩΝ.] Ὁ Σύμμαχος, ὁ ἐννοῶν ἃ προσῆκε περὶ τοῦ πένητος. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι μακάριος ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος, ὃς ἐν φροντίδι καὶ μερίμνῃ ἔχει τὸ εὖ ποιεῖν. Αἰνίττεται δὲ, ὡς τοῦ Ἐζεκίου τοιούτου γενομένου, καὶ διὰ τοῦτο τυχόντος φιλανθρωπίας.

Ἄλλος. Πτωχὸν, φησι, καλεῖ τὸν κύριον, ἐπεὶ πλούσιος ὢν, ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς. Μακαρίζει δὲ τὸν ταύτην τὴν πτωχείαν συνιέναι δυνάμενον. Ἢ παραινεῖ φιλανθρώπους εἶναι πρὸς τοὺς ἐνδεεῖς, συνιέντας ὡς ὁ κρίνων αὐτοὺς θεὸς, εἰς ταύτην αὐτοὺς ἤγαγε τὴν κατάστασιν. ὁμοῦ μὲν αὐτοὺς γυμνάζων, ὁμοῦ δὲ τοὺς ἔχοντας πλοῦτον. Πειράζεται γὰρ ὁ πλουτῶν διὰ πένητος, ὁποίαν ἔχει διάθεσιν. Εἶτα ἐπάγει καὶ κατ' εἶδος, τίνων ἀξιοῦται ὁ τοιοῦτος ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ. Ἡμέραν πονηρὰν, οὐ τὴν φύσει οὖσαν πονηρὰν (οὐ γάρ ἐστι φύσει πονηρὰ, ἐπεὶ τὸν ποιητὴν γὰρ ἂν ἡ ἡμέρα μετέφερε τὴν αἰτίαν) ἀλλὰ πονηρὰν καλεῖ, ἐν ᾗ πόνῳ τις περιβάλλεται, καὶ λύπῃ, καὶ ὀδύνῃ, ἢ ἑτέρῳ κινδύνῳ. Ἢ κατὰ Σύμμαχον ἐν ἡμέρᾳ κακώσεως.

Ἢ τὴν τῆς κρίσεως αἰνίττεται τῶν παρανόμων οὖσαν κακωτικήν. Σημείωσαι δὲ ὡς ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ τὸ ἀποστῆναι τοῦ κακοῦ μακάριον ἦν· ἐνταῦθα δὲ τὸ ἐπιγνῶναι τὸ ἀγαθόν.

γ'. ΚΥΡΙΟΣ ΔΙΑΦΥΛΑΞΑΙ ΑΥΤΟΝ.] Οὐ μόνον, φησὶν, ἀπὸ κακοῦ ῥύεται τὸν τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ τὴν ζωὴν αὐτοῦ παρατείνει, καὶ μακαριστὸν ἀποδείκνυσι (λέγει δὲ τὴν προσθήκην τῶν ἐτῶν Ἐζεκίου) καὶ οὐδὲ πολεμίοις αὐτὸν παραδίδωσιν. Ἢ ὅτι καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον εὐδαιμονίας ἐμπλήσει τὸν τοιοῦτον, καὶ νόσῳ περιπεσόντα, οἷα εἰκὸς, ἀπαλλάξει. Νοεῖται κλίνη, ὀδύνης, καὶ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως. Ἔστρεψε δὲ τὴν κοίτην, ἀπαλλάξας τῆς ἀῤῥωστίας. Ἢ ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤμειψας ὅλην τὴν κοίτην, ἀντὶ τοῦ, ὅλην τὴν ἀῤῥωστίαν ἔστρεψας, καὶ μετήμειψας πρὸς ὑγείαν.

ε'. ΕΓΩ ΕΙΠΑ, ΚΥΡΙΕ ΕΛΕΗΣΟΝ ΜΕ.] Αὐτὰς τίθησι τὰς Ἐζεκίου φωνὰς, ἃς εἶπεν ἐν τῇ νόσῳ. καὶ διδάσκει, ὅτι ὁ τοῖς πένησι προσέχων, καὶ περιπεσὼν θλίψει τοιαῦτα εἰπὼν, τεύξεται βοηθείας. ὁ Σύμμαχος, Ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. ὁ μὲν οὖν Δαβὶδ καὶ Ἐζεκίας οὐ θαυμαστὸν, εἰ ἐξομολογούμενοι ταῦτά φασιν. αὐτὸς γὰρ ὁ σωτὴρ ταῦτα λέγει, τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν οἰκειούμενος, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς κοινῆς φύσεως προσφέρων παράκλησιν. Εἶτα τὰ κατὰ τὸ πάθος ἐπάγει, οἱ ἐχθροί μου εἶπον κακά μοι. ἐχθροὶ δὲ Χριστοῦ οἱ Ἰουδαῖοι, τὸν αὐτοῦ καττύοντες θάνατον.

ζ'. ΚΑΙ ΕΙ ΕΙΣΕΠΟΡΕΥΕΤΟ.] Σύμμαχος, Εἰσπορευόμενος τοῦ ἐπισκοπῆσαι, μάτην ἐλάλει. Τίς; ὁ Ἰούδας. εἰσιὼν γὰρ καὶ ἐξιὼν συνετάττετο τοῖς Φαρισαίοις. Οἷον ὡς εἴ τις εἴποι, Ἐσχηκὼς εἴσοδον πρός με διὰ τὸ τετάχθαι ἐν μαθηταῖς, δίγλωσσος καὶ πολυγνώμων ἦν. Ἐλάλει γὰρ μάτην, τουτέστιν, οὐκ ἀληθὴς ἦν. Πρὸς δὲ ἱστορίαν τοῦ Ἐζεκίου, ἀντὶ τοῦ, Ἐπεσκέπτοντό με δόλῳ, γλώσσῃ μὲν ἐπευχόμενοι ὑγείαν, ἄλλα δὲ βουλευόμενοι, ἅπερ εἰπεῖν οὐκ ἐτόλμων. Ὁ γὰρ βασιλείας φόβος παρεσκεύαζεν αὐτοὺς, μὴ ἐν φανερῷ τὴν ἔχθραν ἐνδείκνυσθαι. ἡ καρδία δὲ αὐτοῦ συνήγαγεν, ἀντὶ τοῦ, ἀγαθὰ φθεγγόμενος διὰ γλώσσης, τὰ ἐναντία ἐπὶ τῆς διανοίας ἐβούλευε. Ἀμέλει μετὰ τὸ ἐξελθεῖν οἱ κατὰ πρόσωπον ἐπευχόμενοι ἤλεγχον τὸν ἐν αὐτοῖς κρυπτόμενον δόλον. Ψιθυρισμὸς γὰρ ἀπαῤῥησίαστον φθέγμα. ἐψιθύριζον οὖν, τουτέστι, λάθρᾳ συνε-

Vel iudicij diem innuit, quæ iniquis mala exiſtet. Obſerua autem, vt in primo Pſalmo abſtinere à malo beatum prædicetur, hic autem noſſe bonum. COMMENTARIVS PATRVM.

3. DOMINVS CONSERVET EVM.] Non ſolùm, inquit, à malo talem liberat, ſed etiam vitam eius prorogat, & beatum demonſtrat (intelligit autem prorogationem annorum Ezechiæ;) neque etiam hoſtibus eum tradit. Vel quòd etiam in hac vita felicitate talem repleturus ſit, & in morbum, vti par eſt, incidentem liberaturus. Intelligitur *lectus doloris* etiam corpus humilitatis. Verſabit autem lectum, liberans ab infirmitate. Vel q. d. In melius immutaſti vniuerſum lectum, id eſt totam infirmitatem euertiſti, & in ſanitatem commutaſti.

Vir miſericors miſericordiam conſequitur in neceſſitate.

5. EGO DIXI, DOMINE MISERERE MEI.] Ipſa Ezechiæ verba ponit, quæ in morbo protulit: & docet eum qui pauperum curam gerit, & cùm in afflictionem incidendo hæc dixit, opem adepturum. Symmachus, *Sana animam meam, quia peccaui tibi.* Non mirum ſi Dauid & Ezechias, cùm confiterentur, hæc dixerint. Nam & ipſemet Saluator hæc ait, dum peccata noſtra in ſe ſuſcipit, & pro communi naturæ deprecatur. Deinde ſubiungit illa quæ ad paſſionem ſpectant, *Inimici mei dixerunt mala mihi.* Inimici autem Chriſti erant Iudæi, qui mortem ipſius machinabantur.

7. ET SI INGREDIEBATVR.] Symmachus, *Ingreſſus ad viſitandum, vanè loquebatur.* Quis? Iudas. Ingrediens enim & egrediens conſpirabat cum Phariſæis. Vt ſi quis dixerit: Cùm ad me acceſſum haberet, quòd inter diſcipulos cenſeretur, bilinguis erat & verſutus. *Loquebatur* enim *vanè*, hoc eſt, non erat verax. Ad hiſtoriam verò Ezechiæ, idem eſt ac ſi dicat: Viſitabant me fraudulenter, linguâ quidem ſalutem apprecantes, alia autem machinantes, quæ proferre non audebant. Regni enim metus faciebat, ne inimicitiam manifeſtarent. *Cor* autem *eius congregauit*; id eſt, cùm linguâ bona proferret, contraria mente volutabat. Itaque poſtquam egreſſi erant illi, qui ſecundùm faciem benè precabantur, latentem in ſe dolum prodebant. Suſurratio enim eſt ſermo clancularis. Suſurrabant igitur, id eſt clanculùm conueniе-

Iudæ proditoris perfidia.

ueniebant de donandis triginta argenteis. Porrò *verbum iniquum* erat illud, *Tolle, tolle, crucifige eum.* Iniquium inquam pro- (Ioan. 19, 15.) pter illud, *Inſontem & iuſtum non occides.* (Exodi 23, 7.) Vel *iniquum*, quia contra leges accuſatum: tyrannidis enim ipſum accuſarunt, vt qui ſe (Luc. 23, 2.) ipſum Regem faceret, & prohiberet tributa dare Cæſari. Quoad Ezechiam verò *verbum iniquum* vocat id quod non iuſtè profertur. Cùm enim pius eſſet, dicebant, vti veroſimile eſt, Quando liberabimur ab impio hoc & immani?

9. NVMQVID QVI DORMIT.] Irridet Iudæorum ſcommata, putantium morte illum abolere tamquam vnum è nobis. Quomodo, inquit, morti putatis tradere vitam? Somnus mihi paſſio eſt.

10. ETENIM HOMO PACIS.] Meritò de (*Iudas erat ſimulator pacis.*) Iuda hoc accepit Chriſtus. Ibi enim non extraneus quiſpiam inſidiabatur, ſed is qui maximè videbatur familiaris, & commenſalis. Etenim & ipſe *homo pacis* erat, vt qui (Ioan. 14, 27.) cum ceteris toties audiuerat, *Pacem meam do vobis.* Item *homo pacis*, vtpote inter beneuolos & amicos numeratus. Hoc etiam Chriſto vſu venit. Quid, inquit, mirum, ſi inimici mei dixerint mala mihi, quando etiam adeò familiaris, & qui ſe mihi addictum ſimulabat, cum hiſce conſpirauerit, fraudu- (Matth. 26, 49.) lenter mihi dicens, *Aue rabbi.* Symmachus legit, *Et homo qui mecum pacificè agebat*; Aquila verò & Theodotion manifeſtiùs, *Et vir pacis meæ, cui confidebam, dolum quem habebat denudauit.* Dolum enim *calcaneum* appellauit. Alius, *ſupplantationem*, inſidias. Vel q. d. calcaneum ſuum inſtar offendiculi intendens aduerſus Saluatorem eleuauit.

11. TV AVTEM DOMINE MISERERE.] Hæc à natura aſſumpta dicta ſunt, in qua (Ioan. 12, 27.) etiam fuit paſſio. Simile enim eſt illi, *Pater ſaluifica me ex hac hora.* Poſtquam enim homo factus eſt, humanitatis abiectionem non ſubterfugit. Miſericordiam autem & reſurrectionem non tam ſibi quàm nobis petit in neceſſitate conſtitutis. Quemadmodum enim, ingreſſo peccato in mundum, ſimul quaſi cum matre mors ingreſſa eſt; ita illo expulſo, ſimul expulſa eſt. Illud igitur *reſuſcita*, humanitati; iſtud verò *retribuam eis* (ſcilicet inimicis) diuinitati conuenit. Non enim

τίθεντο τὰ περὶ τῆς δόσεως τῶν τριάκοντα ἀργυρείων. Λόγος δὲ παράνομος ἦν τὸ, αἶρε, αἶρε, σταύρωσον αὐτόν. Παράνομος γὰρ διὰ τὸ, Ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς. Ἢ παράνομον τὸν παρὰ νόμων γραφόμενον· τυραννίδος γὰρ κατ' αὐτοῦ γραφὴν ἐποιήσαντο, ὡς βασιλέα ἑαυτὸν ποιεῖ, καὶ κωλύει φόρον δοῦναι Καίσαρι. Εἰς δὲ Ἐζεκίαν παράνομον λόγον λέγει, τὸν οὐ δικαίως γινόμενον. Θεοσεβοῦς γὰρ ὄντος, ἔλεγον, ὡς εἰκὸς, πότε ἀπαλλαγῶμεν τοῦ ἀσεβοῦς τοῦ ὠμοῦ;

θ'. ΜΗ Ο ΚΟΙΜΩΜΕΝΟΣ.] Διαγελᾷ τὰ Ἰουδαίων τὰ σκώμματα, οἰομένων διὰ θανάτου θραύσειν αὐτὸν, ὡς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς. Πῶς, φησι, θανάτῳ νομίζετε περιβαλεῖν τὴν ζωήν; ὕπνος μοι ἐστὶ τὸ παθεῖν.

ί. ΚΑΙ ΓΑΡ Ο ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ.] Εἰκότως ἐπὶ τοῦ Ἰούδα τοῦτο εἴληφεν ὁ Χριστός. ἐκεῖ γὰρ οὐχὶ τῶν ἔξωθέν τις ἦν ὁ ἐπιβουλεύων, ἀλλ' ὁ μάλιστα δοκῶν οἰκειοῦσθαι, καὶ συμμετέχων τραπέζης. εἰρήνης γὰρ ἦν ἄνθρωπος καὶ αὐτὸς, ἀκούσας μετὰ τῶν λοιπῶν, Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. καὶ εἰρήνης ἄνθρωπος, ὡς ἐν τοῖς εὐνοοῦσι καὶ φίλοις ταττόμενος. Τοῦτο εἰς Χριστὸν ἥκει. Τί, φησι, θαυμαστὸν, εἰ οἱ ἐχθροί μου εἶπον κακά μοι, ὅπουγε ὁ οὕτως οἰκεῖος καὶ εὐνοεῖν ὑποκρινόμενος, τούτοις συνήρχετο, δολερῶς μοι λέγων, χαῖρε ῥαββί. ὁ δὲ Σύμμαχος, Καὶ ἄνθρωπος ὃς εἰρήνευέ μοι· ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων σαφέστερον, Καίγε ἀνὴρ εἰρήνης μου ᾧ ἐπεποίθησα, ὃν δόλον εἶχε, ἐγύμνωσε. Δόλον γὰρ τὴν πτέρναν ὠνόμασε. Ἄλλος, πτερνισμὸν, ἐπιβουλήν. Ἢ ἀντὶ τοῦ, τὴν πτέρναν αὐτοῦ καθάπερ λὰξ ἐντείνων, κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐπῆρε.

ιά. ΣΥ ΔΕ ΚΥΡΙΕ ΕΛΕΗΣΟΝ.] Ταῦτα ἀπὸ τῆς ληφθείσης εἴρηται φύσεως, περὶ ἣν καὶ τὸ πάθος. ὅμοιον γὰρ τῷ, Πάτερ σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. Ἐπεὶ γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος, τὸ τῆς ἀνθρωπότητος οὐ παραιτεῖται μικροπρεπές. Τὸν ἔλεον δὲ καὶ τὴν ἀνάστασιν, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἐν χρείᾳ αἰτεῖ. ὡς γὰρ, εἰσελθούσης ἁμαρτίας εἰς τὸν κόσμον, συνεισῆλθεν οἷα μητρὶ καὶ ὁ θάνατος, οὕτως ἐξωσθείσης συνεξήλατο. Ἔστιν οὖν τὸ μὲν ἀνάστησον, ἀνθρωποπρεπῶς· τὸ δὲ ἀνταποδώσω αὐτοῖς (δηλαδὴ τοῖς ἐχθροῖς) θεοπρεπές. Οὐ γὰρ

εἶπεν,

εἶπεν, ἀνταποδώσεις, ἀλλ' αὐτὸς ὡς ἐσόμενος τῶν ὅλων κριτὴς, ἀνταποδώσω φησί. Οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα. Ὅτι δὲ καὶ ἀνάστασις ὢν καὶ ζωὴ, καὶ ἑαυτὸν ἀνέστησεν ἐδήλωσεν εἰπών· Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Καὶ ἀνταπέδωκεν αὐτοῖς, ῥωμαίοις αὐτοὺς παραδούς. Πρὸς δὲ Ἐζεκίαν οὕτως. Ἐπεί, φησιν, αὐτοὺς οὐδὲν ἠδίκησα, αὐτοὶ δὲ τοιοῦτοι ὤφθησαν περὶ ἐμὲ, ἀντίπραξον αὐτῶν τῇ πονηρίᾳ, ἵνα τοῦτο αὐτοῖς γένηται ἄμυνα, ἡ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν ἀποτυχία. Οὐ γὰρ ἔμελλεν ἀμύνασθαι ὁ μακάριος Ἐζεκίας.

ιβ'. ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΕΓΝΩΝ ΟΤΙ ΤΕΘΕΛΗΚΑΣ.] Τεθέληκας ἀντὶ τοῦ, ἠγάπησας ἐν τούτῳ. τίνι; ἐν τῷ ἐλεῆσαι καὶ ἀναστῆσαι. Πάλιν γὰρ ἀνθρωπίνως ταῦτα. ἀναστάντος γὰρ οὐ μὴ ἐπιχαρῇ ὁ ἐχθρὸς τῆς ἀνθρωπότητος διάβολος, ἐπαγαγὼν διὰ τῆς ἁμαρτίας τὸν θάνατον, ἰδὼν αὐτὴν μεταστοιχειουμένην πρὸς ἀφθαρσίαν. Ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἰδικοὶ τοῦ σωτῆρος ἐχθροὶ Ἰουδαῖοι ἐπεχάρησαν σταυρώσαντες, θεασάμενοι τὴν ἀνάστασιν. Ἡ δὲ πάντων ἀντίληψις, ἐμοῦ, φησι, διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντιλάβου, ἀνθρωπίνως λέγων. Ἐν αὐτῷ γὰρ πρώτῳ καὶ μόνῳ, ἄκακος καὶ ἀμίαντος ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις ὤφθη τῷ θεῷ καὶ πατρί. Οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν· ἡμῖν δὲ αἰτεῖ ἀντίληψιν. ἡμεῖς γάρ ἐσμεν οἱ καταλισθήσαντες εἰς φθορὰν, καὶ σαλευθέντες, καὶ βεβαιωθέντες ἐν χριστῷ διηνεκῶς, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Καταλείει δὲ καὶ νῦν εἰς εὐχαριστίαν τὸν ψαλμὸν, ὡς ὑπὲρ πάντων καὶ παρὰ τῶν πάντων ἀναφερομένης ταύτης τῷ θεῷ καὶ πατρί.

dixit Retribues; ſed, Ego ipſe, tamquam futurus omnium iudex, retribuam, inquit. Neque enim *Pater iudicat quemquam.* Quòd autem, cùm reſurrectio eſſet & vita, ſemetipſum ſuſcitarit, declarauit dicens: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Retribuit etiam eis, cùm Romanis illos tradidit. Ezechiæ verò hæc ſic quadrant. Cùm, inquit, eos nihil læſerim, ipſi verò tales ſe mihi exhibuerint, retribue malitiæ illorum, vt loco vltionis ipſis ſit fruſtratio cupiditatis. Neque enim beatus Ezechias erat vltionem experiturus.

COMMENTARIVS PATRVM.
Ioan. 5, 22.
Ioan. 2, 19.

12. IN HOC COGNOVI, QVONIAM VOLVISTI.] *Voluiſti,* id eſt, dilexiſti in hoc. quali illo? in miſerendo & reſuſcitando. Rurſus enim more humano hæc dicit. Reſurgentem enim haud irridebit inimicus humanitatis diabolus, qui inducit per peccatum mortem, videns illud commutatum in incorruptionem. Sed neque ſpeciales Saluatoris inimici Iudæi gauiſi ſunt, poſtquam illum crucifixerant, videntes reſurrectionem. Tu, inquit, cùm ſis omnium ſuſceptio, me ſuſcipe propter innocentiam, humano more id dicens. In ipſo enim primo ac ſolo, innocens & immaculata hominis natura apparuit Deo ac Patri. Peccatum enim non fecit: nobis autem poſtulat propitiationem: nos enim ſumus qui in interitum lapſi ſumus, & conquaſſati, ac confirmati in Chriſto ſemper & in æternum. Concludit verò etiam nunc Pſalmum in gratiarum actione, tamquam quæ pro omnibus, & ab omnibus, offerri debeat Deo & Patri.

CATENA PATRVM.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Εἰ καὶ πολλάκις τοὺς ψαλμοὺς ὁ προφήτης εἰς τὸ τέλος ἐπέγραψε, δεῖ δὲ νομίζειν ὅμως, ὅς οὐ ματαίως τούτων ἑκάστῳ τῶν ψαλμῶν τὸν τίτλον ἐπιτίθησι. Τίς δὲ νῦν ἡ αἰτία; ἐπειδὴ τὰ πρὸς τῷ τέλει τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ διαλέγεται, ὃν Δαβὶδ οὐ μόνος ὁ προφήτης οὗτος, ἀλλὰ καὶ ἄλλος ἐκάλεσεν, Ὠσηὲ δὲ οὗτος Μετὰ ταῦτα, φήσας, ἐπιστρέψουσιν υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ ζητήσουσι κύριον τὸν θεὸν αὐτῶν, καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα αὐτῶν· καίτοι Δαβὶδ πρὸ πολλῶν γενεῶν τοῦ

HESYCHII. Etſi frequenter Pſalmos *in finem* inſcripſerit Propheta; arbitrari tamen oportet eum non temerè ſingulis Pſalmis hunc titulum appoſuiſſe. Sed quæ cauſſa eſt præſentis inſcriptionis? Quoniam quæ ad finem diſpenſationis Chriſti pertinent recenſet: quem non ſolus hic Propheta, ſed & alius, Dauidem nominauit, nimirum Oſee, qui *Poſt hæc* dixit *reuertentur filij Iſraël, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum;* licet Dauid per multas generationes ante hunc

Cur hic Pſalmus in finem inſcriptus.
Oſee 3, 5.

CATENA PATRVM. Prophetam obierit: etenim in diebus Ezechiæ regis hanc prophetiam edidit; ſed nouum Dauid intelligit, ad quem conuerſi ſunt qui ſeruati ſunt.

2. BEATVS QVI INTELLIGIT SVPER EGENVM.] EVSEBII. Scribitur Saluator ac Dominus noſter in Euangelio ſecundùm Ioannem tamquam ex perſona propria dixiſſe in
Ioan. 13, 18. ſermone ad diſcipulos ſuos in hæc verba: *Ego ſcio quos elegerim: ſed vt adimpleatur Scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum ſuum.* At Scriptura quæ hoc dicat non reperitur, niſi ſola hæc præ-
Verſ. 10. ſens, per quam dicitur: *Qui edebat panem meum magnificauit ſuper me ſupplantationem.* Par eſt igitur, quæ ad perſonam eius in hoc Pſalmo referuntur, tamquam propheticè dicta accipere; quocircà etiam *in finem* inſcribitur, quòd hæc remittant nos ad conſummationem ſæculi, ſecundùm quam ea
Chriſtus propter nos egenus factus. quæ ſcripta ſunt adimplentur. ergo, ſi quidem ad Saluatorem ea quæ dicuntur referantur; ritè dixeris beatum prædicari illum, qui potuerit intelligere quam ob cauſſam propter
2. Cor. 8, 9. nos ſuſceperit egeſtatem. *Quoniam cùm eſſet diues, propter nos egenus factus eſt, vt illius inopiâ diuites eſſemus.* Quin etiam aliter quis intelligere poſſit ſuper egenum & pauperem, cùm audierit Chriſtum dicentem in Euange-
Matth. 25, 35. lijs: *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare.* quibus ſubiungit, *Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis, mihi feciſtis.* Atque ita verè beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Quin & ſecundùm tertium ſenſum dicere quis poſſit, ſermonem eſſe ſententioſum, & qui ad benignitatem & paupertatis amorem adhortetur. Decet enim etiam compati & quaſi communicare ei qui vulgò pauper vocatur. Porrò ſciendum, vocem *pauperem* neque in Hebraico textu, neque apud
In eleëmoſynis etiam adhibenda diſcretio. ceteros interpretes reperiri. Ceterùm non ſimplici modo beatum prædicat eum qui egenis tribuit, ſed qui cum intelligentia & diſcretione hoc agit: v. g. ſunt nonnulli qui vnius & eiuſdem nobiſcum fidei ſunt, & rerum neceſſariarum inopiâ laborant. Rurſus verò ſunt infideles, & nullius rei præterquam cibi egentes. Si igitur non intellexeris & diſcreueris aliquibus quidem primo loco miſericordiam exhibere, aliquibus verò ſecundo loco; ſed deſpexeris eſurientes & nu-

προφήτου τούτου τελευτήσας ἐτύγχανεν. ἐν ἡμέραις γὰρ Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως τὴν προφητείαν ἐξέθετο. ἀλλὰ τὸν νέον λέγει Δαβίδ, πρὸς ὃν οἱ σωθέντες ἐπέστρεψαν.

β΄. ΜΑΚΑΡΙΟΣ Ο ΣΥΝΙΩΝ ΕΠΙ ΠΤΩΧΟΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀναγέγραπται ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ, ὡς ἐξ οἰκείου προσώπου εἰρηκώς, ἐν τῇ πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁμιλίᾳ, δι' ὧν ἔφασκεν, Ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην, ἀλλ' ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, Ὁ τρώγων μου τὸν ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ πτέρναν αὐτοῦ. Ἀλλ' ἡ γραφὴ τοῦτο φήσασα οὐχ εὑρίσκεται, μόνη δὲ ἡ παροῦσα, δι' ἧς εἴρηται. ὁ ἐσθίων ἄρτον μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. ὥρα οὖν εἰς τὸ αὐτοῦ πρόσωπον τὰ ἐμφερόμενα τοῦ ψαλμοῦ, ὡς ἂν προφητικῶς εἰρημένα ἐκλαβεῖν. διὸ καὶ εἰς τὸ τέλος ἐπιγέγραπται, ἀναπέμποντα ἡμᾶς ἐπὶ τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος, καθ' ἣν ἐπληροῦτο τὰ ἀναγεγραμμένα. εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τὸν σωτῆρος ἀναφέροιτο τὰ προκείμενα, εἴποις ἂν μακαρίζεσθαι τὸν δυνάμενον συνεῖναι, δι' ἣν αἰτίαν εἴληφε δι' ἡμᾶς πτωχείαν. Πλούσιος γὰρ ὢν δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. Καὶ ἄλλως δ' ἄν τις συνήσει ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα, ἀκούων αὐτοῦ λέγοντος ἐν Εὐαγγελίοις, Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. οἷς ἐπιφέρει· Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Καὶ οὕτως οὖν μακάριος ἀληθῶς ὁ συνιὼν ἐπὶ τὸν πτωχὸν καὶ πένητα. Καὶ κατὰ τρίτην δὲ διάνοιαν εἴποι ἄν τις γνωμολογικὸν εἶναι τὸν λόγον, καὶ παρακλητικὸν φιλανθρωπίας, καὶ φιλοπτωχίας. Προσήκει γὰρ καὶ ἐπὶ τῷ κοινότερον λεγομένῳ πτωχῷ συμπαθητικὸν εἶναι, καὶ ὡς μεταδοτικόν. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ πένητα, οὔτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, οὔτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς ἐμφέρεται. Ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς μακαρίζει τὸν μεταδιδόντα πτωχοῖς, ἀλλὰ τὸν μετὰ συνέσεως καὶ διακρίσεως τοῦτο διαπραττόμενον, οἷον εἰσί τινες τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς ἡμῶν πίστεως, καὶ καθυστέρηνται τῶν ἀναγκαίων. Εἰσὶ δὲ πάλιν ἄπιστοι, καὶ κατ' οὐδὲν ἢ τροφῆς προσδέοντες. Ἐὰν οὖν οὐ συνίῃς καὶ διακρίνῃς, τινὰς μὲν προηγουμένως οἰκτεῖραι, τινὰς δὲ κατὰ δεύτερον λόγον, ἀλλὰ παραβλέψῃς πεινῶντας καὶ γυμ-

νητεύοντας

πτωχεύοντας τοὺς τῆς ὀρθοδοξίας τροφίμους, δώσεις καὶ ἐλεημοσύνην τοῖς ἀσεβέσι, καὶ πονηρῶς διάζωσι καὶ φαύλως. οὐδαμῶς ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα συνιῶν εὑρεθήσῃ, καὶ τούτου χάριν οὐδὲ τῆς τοῦ μακαρίου προσηγορίας ἀξιωθήσῃ.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐπειδὴ θεὸς ὢν δι' ἡμᾶς ἐκένωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ἄνθρωπος, τὸν ταύτης συνιέναι τῆς πτωχείας δυνάμενον, καὶ εἰς δύναμιν ἀναμνῆσαι προθυμούμενον, μακάριον ἀποκαλεῖ. εἶτα δείκνυσι καὶ τοῦ μακαρισμοῦ τὸν καρπόν· Ἐν ἡμέρᾳ, φησί, πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ κύριος. Ὁ δὲ Σύμμαχος κακώσεως ἡμέραν εἴρηκε, αἰνίττεται δέ, ὡς οἶμαι, τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν, φοβερὰν οὖσαν, καὶ τοῖς παρανόμοις κακωτικήν, καὶ ὑπισχνεῖται τὸν εἰλικρινεῖ γνώσει τῆς πτωχείας ἐκείνης τῶν τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ἀπαλλάξαι κακῶν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τί ἐστιν ὁ συνιῶν; ὁ νοῶν. Τί ἐστι πένης; ὁ τὴν θλῖψιν αὐτοῦ καταλαμβάνων. ὁ γὰρ μαθὼν αὐτοῦ τὴν θλῖψιν, πάντως καὶ εὐθέως αὐτὸν ἐλεήσει. Δύναται ὁ συνιεὶς ἐπὶ πτωχὸν λόγου, καὶ σοφίας, καὶ τοῦ καλοῦ μακαρίζεσθαι, ὠφελῶν αὐτόν, ἤτοι τὸν κοινῶς πτωχόν, ἢ τὸν μακαριζόμενον. Ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ κύριος· ἤτοι ὡς μιᾶς ἡμέρας οὔσης πονηρᾶς ὅλης τῆς τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος, ἢ τῆς κρίσεως. Ἔστι γὰρ αὕτη σκότος τοῖς ἁμαρτωλοῖς, καὶ οὐ φῶς κατὰ τὸν προφήτην· καὶ ὁ ἀπόστολός φησιν, Ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι. καὶ πάλιν, Ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ αἰῶνος τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ. Παραινεῖ οὖν φιλανθρώπους εἶναι πρὸς ἐνδεεῖς, ἢ συνιέναι τὸν ἑκουσίως πτωχεύσαντα.

δ'. ΚΥΡΙΟΣ ΒΟΗΘΗΣΑΙ ΑΥΤΩ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Προστίθησι δὲ τῷ συνιέντι ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα, καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Ὁ κύριος βοηθήσει αὐτῷ ἐπὶ κλίνης ὀδύνης αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν τὴν κοίτην αὐτοῦ ἔστρεψας ἐν τῇ ἀρρωστίᾳ αὐτοῦ, ἀπαλλάττων αὐτὸν τῆς ἀνθρωπίνης ἀρρωστείας, χαριζόμενός τε αὐτῷ τῆς ψυχῆς ὑγείαν· ὥστε εἰ καὶ συμβαίη αὐτῷ κατὰ ψυχὴν ἀρρώστημά τι (οἷα πολλὰ συμβαίνει γίνεσθαι, ὥσπερ ὁ ἀπόστολος διδάσκει λέγων, διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι) καὶ ταύτην μεταβάλλει εἰς ἀρρωστίαν, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ πάντα παρέξει ὁ κύριος τῷ συνιέντι ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα.

dos, qui ſanâ doctrinâ imbuti ſunt, & dederis eleëmoſynam impijs & perperàm atque iniquè viuentibus; haudquaquam ſuper egenum & pauperem intelligens reperieris, atque adeò neque beati appellatione dignus eris. CATENA PATRVM.

THEODORETI. Quoniam cùm Deus eſſet, propter nos exinaniuit ſeipſum, homo factus; eum qui egeſtatem hanc valet intelligere, & pro virili eius recordari ſtudet, beatum appellat. Deinde oſtendit fructum huius beatitudinis: *In die*, inquit, *mala liberabit eum Dominus*. Symmachus *afflictionis diem* dixit. Inſinuat autem, vti autumo, iudicij diem, quæ terribilis eſt, & iniquis infeſta: & promittit ſincerâ illius paupertatis cognitione à terribilis illius diei malis ipſum liberandum. Phil. 1,7. *Intelligendum ſuper egeno, vt liberemur in die malo.*

ORIGENIS. Quid eſt *qui intelligit?* qui cogitat. Quid eſt *pauper?* qui afflictionem ſuam percipit. Nam qui intelligit afflictionem ſuam, omnino & ſtatim ipſius miſerebitur. Poteſt is qui intelligit egenum rationis, & ſapientiæ, ac boni, beatus dici, dum iuuat illum, ſiuè communiter egenum, vel eum qui beatus prædicatur. *In die mala liberabit eum Dominus.* Quippe quaſi vna dies mala ſit tota ſæculi præſentis, vel iudicij. Eſt enim hæc tenebræ peccatoribus, & non lux, iuxta Prophetam. Et Apoſtolus ait: *Quoniam dies mali ſunt.* Et iterùm: *Vt eriperet nos de præſenti ſæculo nequam.* Hortatur igitur vt benigni ſimus erga egenos, ſiue, vt intelligamus eum qui voluntariam amplectitur egeſtatem. Epheſ. 5, 17. Gal. 1, 4.

4. DOMINVS OPEM FERAT ILLI.] DIDYMI. Adijcit autem intelligenti ſuper egenum & pauperem illa quoque quæ ſequuntur: *Dominus opem feret illi ſuper lectum doloris eius, & vniuerſum ſtratum eius verſabit in infirmitate eius*, liberans illum ab humana infirmitate, tribuenſque illi animæ ſanitatem: ita vt, licet illi aliqua ſecundum animam infirmitas acciderit (quales multæ ſolent accidere, quemadmodum Apoſtolus docet, dicens: *Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles*) etiam talem conuertit in ſanitatem, quin & cætera omnia præbebit Dominus intelligenti ſuper egenum & pauperem. *Deus iuuat miſericordes.* 1. Cor. 11, 10.

CATENA PATRVM.

Eleëmoſyna liberat à morte.

HESYCHII. Quin & in præſens vſque tempus frequenter propheticæ huius promiſſionis veritas reperiri poſſit. Multi namque morbidi & ægrè laborantes, vbi in egenos & pauperes opes ſuas euacuauerint, illicò commutati ſunt in melius. Nam ſi etiam in futuro

Iac. 2, 13. die ſuperexaltat miſericordia iudicium; quid mirum, ſi etiam hîc mortem quam expectamus pinguis miſeratio auertat, & robur reſtituat? Ceterùm eſt & animæ infirmitas, quæ ſecundùm interiorem hominem accipitur, iuxta quam reſolutas habet manus, ſiue operandi vires. Reperiuntur quoque genua luxata, ideoque non valentia ambulare viam quæ ducit ad vitam. Tunc enim animam graui velut morbo ſocordiæ detentam, & per hoc ad mortem peccati adductam, eleëmoſyna in pauperes erogata curat & recreat. Quapropter immediatè ſubiunxit: *Ego dixi, Domine, miſerere mei, ſana animam meam, quia peccaui tibi.*

6. INIMICI MEI DIXERVNT MALA MIHI.] ORIGENIS. Inuiſibiles Saluatoris noſtri inimici volebant ipſum occidere, vt quodammodò extinguerent gloriam nominis eius. Verùm præterquam quòd non interierit,

Philip. 2, 10. in nomine etiam Ieſu flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur ei. Dicere quoque poſſis ipſum pro diſcipulis orare; quos, cùm quaſi anima eius eſſent, contigit illo tempore ægrotaſſe & peccaſſe, quando omnes ipſo relicto fugerunt; ſed & illum Petrus ter negauit.

ATHANASII. Vſque ad præſentem verſiculum de vniuerſa Catholica Eccleſia Prophetam locutum fuiſſe cenſendum eſt, ita vt cuilibet viro probo illa potiùs quàm homini Dominico conueniant. Non enim, vt quidam exiſtimarunt, de ipſo & ſolo ea quæ dicta ſunt narrat. Neque enim cum articulo expreſſit, *Beatus qui intelligit ſuper hunc egenum & pauperem.* Hoc autem ſine articulo dictum, quemlibet ſignificat etiam particularem. Poſteà verò tranſit à ceteris Eccleſiæ membris ad illum ipſum Dominum; ſcilicet Chriſtum, qui vtique etiam dixit: *Inimici mei, &c.*

7. ET SI INGREDIEBATVR VT VIDERET.] ORIGENIS. Occulti & manifeſti inimici Chriſti mortem ipſi machinabantur;

ΗΣΥΧΙΟΥ. Εὕρηται καὶ μέχρι τοῦ παρόντος πολλάκις ἡ τῆς προφητικῆς ἐπαγγελίας ἀλήθεια. πολλοὶ γὰρ νοσηλευόμενοι, καὶ χαλεπῶς κάμνοντες, εἶτα κενώσαντες εἰς τοὺς πτωχοὺς καὶ πένητας τὸν πλοῦτον, εὐθὺς μετεβλήθησαν πρὸς τὸ κρεῖττον. εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς μελλούσης ἡμέρας, κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως, τί θαυμαστὸν, εἰ κἀνταῦθα τὸν προσδοκώμενον θάνατον ὁ δαψιλὴς ἔλεος ἀνατρέπῃ, καὶ πρὸς ῥῶσιν μεταβάλλει; Πλὴν ἔστι καὶ τῆς ψυχῆς ἀῤῥωστία, λαμβανομένη κατὰ τὸν ἔνδοθεν ἄνθρωπον, καθ' ἣν ἀνειμένας ἔχουσα χεῖρας, ἤτοι τὰς πρακτικὰς δυνάμεις. Εὑρίσκεται καὶ γόνατα παραλελυμένα, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δυνάμενα πορεύεσθαι τὴν ἀπάγουσαν ὁδὸν πρὸς ζωήν. Τηνικαῦτα γὰρ οἱονεὶ τὴν ψυχὴν δυσφορήτῳ νόσῳ τῆς ῥᾳστώνης κατεχομένην, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸν θάνατον τῆς ἁμαρτίας ἐπειγομένην, ἡ πρὸς τοὺς πτωχοὺς ἐλεημοσύνη δεξιοῦται καὶ μεταβάλλει. Διόπερ ἀμέσως ἐπήγαγεν, ἐγὼ εἶπα, κύριε ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι.

ς'. ΟΙ ΕΧΘΡΟΙ ΜΟΥ ΕΙΠΕΝ ΚΑΚΑ ΜΟΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ ἀόρατοι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐχθροὶ, ἠθέλησαν αὐτὸν ἀποθανεῖν, ὡς ἵνα σβέσωσι τὴν δόξαν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ἀλλὰ πρὸς τῷ μὴ ἀπολέσθαι, καὶ κάμψει ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται. εἴποις δὲ αὐτὸν καὶ ὑπὲρ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν πεποιῆσθαι τὴν εὐχὴν, ὡς ὥσπερ ψυχὴν αὐτοῦ τυγχάνοντας νοσῆσαι κατ' ἐκεῖνον συνέβη τὸν καιρὸν, καὶ ἡμαρτηκέναι, ὅτε πάντες καταλιπόντες αὐτὸν ᾤχοντο· Πέτρος δὲ καὶ τρὶς ἠρνήσατο.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Μέχρι μὲν τοῦ παρόντος στίχου περὶ πάσης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἰρηκέναι τὸν προφήτην ὑποληπτέον, ὡς ἑκάστῳ τῶν σπουδαίων ἁρμόττειν μᾶλλον, ἢ τῷ κυριακῷ ἀνθρώπῳ. Οὐ γὰρ, ὥς τινες ὑπολήψασι, περὶ αὐτοῦ καὶ μόνου φάσκει τὰ εἰρημένα. Οὐ γὰρ ἔφησε μετὰ τοῦ ἄρθρου, Μακάριος ὁ συνιῶν ἐπὶ τὸν πτωχὸν καὶ πένητα. Τοῦτο δὲ χωρὶς τοῦ ἄρθρου λεγόμενον τόν τινα σημαίνει καὶ μερικόν. Μετὰ δὲ ταῦτα μέτεισιν ἀπὸ τῶν [illegible] τῆς ἐκκλησίας μελῶν ἐπ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν κύριον, δηλονότι Χριστὸν ὅς δὴ καί φησιν· Οἱ ἐχθροί μου, καὶ τὰ ἑξῆς.

ζ'. ΚΑΙ ΕΙ ΕΙΣΕΠΟΡΕΥΕΤΟ ΤΟΥ ΙΔΕΙΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ ἀφανεῖς καὶ φανερούμενοι ἐχθροὶ Χριστοῦ θάνατον αὐτῷ κατεσκεύαζον. Ὁ δὲ

Ἰούδας

Ἰούδας εἰσεπορεύετο μὲν τοῦ ἰδεῖν τὰ γινόμενα, καὶ λεγόμενα ἐν παραβολαῖς· ἐλάλει δὲ μάτην, ἅτε μὴ χωρῶν αὐτὰ νοῆσαι, διὰ τὴν τυφλώττουσαν αὐτὸν κακίαν. Ἁρμόζει δὲ τὸ ῥητὸν καὶ πᾶσι τοῖς ἀπόῤῥητα ἐπαγγελλομένοις, τοῖς ἑτεροδόξοις. Ἢ ἔξω τοῦ σωτῆρος καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων καταστάσεως ἤδη γινόμενος μάτην ἐλάλει, διδάσκαλον προσαγορεύων τὸν κύριον, τῆς καρδίας αὐτοῦ ἀνομίας συναγαγούσης. Οὗτος δὲ καὶ ἐκπορευόμενος, τουτέστιν ἔξω τῆς Ἰησοῦ μαθητείας γινόμενος, ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοῖς Φαρισαίοις κατὰ τοῦ σωτῆρος, καὶ λάθρα τὴν προδοσίαν ἐκίνει τοῦτο. Ἀλλὰ καὶ τοῦ πονηρὰ διαλογιζομένου, καὶ τοῦ ἐπινοοῦντος τὰ αἱρετικά, ἡ καρδία συνάγει ἀνομίαν αὐτῷ. ὅστις κἂν λάβῃ, ἐκπορεύεται ἔξω. περὶ ὧν εἴρηται, Τοῖς δὲ ἔξω ἐν παραβολαῖς. καὶ τοὺς ἔξωθεν ὁ θεὸς κρινεῖ.

ί. Και γαρ ο ανθρωπος της ειρηνης μου.] Θεοδωρητου. Οὐ γὰρ μόνον οἱ ἐχθροί μου κατεσκεύασάν μοι τὸν θάνατον, ἀλλὰ καὶ ὁ συνὼν μοι ἄνθρωπος, καὶ εὔνοιαν ὑποκρινόμενος. καίγε συνεσθίων μοι, ὃν εἶχε δόλον ἐγύμνωσε. Δόλον γὰρ τὴν πτέρναν ὠνόμασεν ἐκ μεταφορᾶς τῶν περὶ τάχους ἀγωνιζομένων, καὶ τῇ πτέρνῃ τοῦ συνθέοντος προσπταίειν ὁμοῦ καὶ πίπτειν μηχανωμένων. Τοῦτο καὶ Ἡσαῦ ἀπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἰακὼβ ἔφη, Δικαίως ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ· ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη δεύτερον τοῦτο. τά τε πρωτοτόκιά μου εἴληφε, καὶ τὴν εὐλογίαν μου.

Ευσεβιου. Σαφῶς περὶ τοῦ Ἰούδα φησὶ τοῦτο. Τῆς γὰρ τοῦ σωτῆρος εἰρήνης ἦν ἄνθρωπος ὁ Ἰούδας, ἀκούσας καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν λοιπῶν μαθητῶν τοῦ σωτῆρος. εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. ἀλλὰ ἐφ' ὃν ἤλπιζα, φησίν, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἐπεποίθησα ἐπειδήπερ καὶ αὐτῷ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις τῶν ἴσων μετεδίδου χαρισμάτων. Ἐπεποίθει δὲ ἐπ' αὐτὸν ὁ σωτήρ, καὶ ἀγαθὰς εἶχε ἐλπίδας ἐπ' αὐτόν, διὰ τὸ αὐτεξούσιον. Οὐ γὰρ ἦν φύσεως ἀδυνάτου σώζεσθαι αὐτόν, ἀλλ' οἷός τε ἦν θελήσας ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις μαθητευθῆναι. οὐ κοινὸν γὰρ ἄρτον συνήσθιε τῷ διδασκάλῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ τῆς ψυχῆς θρεπτικοῦ μετελάμβανε, περὶ οὗ ἔλεγεν ὁ σωτήρ· Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς.

ιά. Συ δε κυριε ελεησον με.]

Iudas verò ingrediebatur quidem vt videret ea quæ fiebant, & dicebantur in parabolis: loquebatur autem vanè, quippe non valens illa intellectu comprehendere, propter malitiam quæ ipſum excæcabat. Congruit etiam dictum illud omnibus illis qui arcana nuntiant heterodoxis. Siue, cùm à Saluatore & Apoſtolorum conuerſatione iam deſciuiſſet, vanè loquebatur, præceptorem Dominum appellans, dum cor illius iniquitatem congregaret. Hic item egrediens, id eſt, à Ieſu diſciplina deſciſcens, loquebatur in idipſum Phariſæis aduerſus Saluatorem, & clàm mouebat proditionem. Quin etiam cor praua cogitantis, & hæretica comminiſcentis, congregat iniquitatem ſibi; qui quando acceperit, foras egreditur. de quibus dictum eſt: *Iis qui foris ſunt in parabolis.* Et, *Eos qui foris ſunt Deus iudicat.*

CATENA PATRVM. Iudæ proditoris mores quales.

Marci 4, 11.

1. Cor. 5, 13.

10. Etenim homo pacis meæ.] Theodoreti. Non ſolùm enim inimici mei machinati ſunt mihi mortem; ſed etiam homo qui mecum conſuetudinem habebat, & beneuolentiam ſimulabat, quique mecum veſcebatur, dolum, quem continebat, patefecit. Dolum enim *calcaneum* nominauit ex tranſlatione eorum qui de celeritate contendunt, & ſuo calcaneo moliuntur, vt concurrens impingat ſimul & cadat. Hoc etiam Eſau à Iacob deceptus dixit: *Iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob: ſupplantauit enim me en alterâ vice. Primogenita mea antè tulit, & nunc ſurripuit benedictionem meam.*

Iudæ ſimulatio & ſupplantatio.

Gen. 27, 36.

Eusebii. Manifeſtè de Iuda hoc dicit. Erat enim Iudas homo pacis Saluatoris, cùm audiuerit etiam ipſe cum ceteris diſcipulis Saluatoris: *Pacem meam do vobis.* Sed *in quo ſperaui*, inquit; vel, ſecundùm Aquilam, *confiſus ſum*; cùm etiam ipſum, æquè ac ceteros Apoſtolos, æqualibus donis affecerit. Confidebat autem ei, & bonam de ipſo ſpem habebat Saluator, propter libertatem. Non enim naturâ ſuâ impoſſibile erat ipſum ſaluari; ſed poterat, ſi pariter cum ceteris Apoſtolis erudiri voluiſſet. Non ſolùm enim communem cum præceptore panem ſumebat; ſed illius etiam qui animam nutrit particeps extitit. de quo Saluator dixit: *Ego ſum panis qui de cælo deſcendi.*

Ioan. 14, 27.

Chriſtus Iudam iiſdem cum ceteris Apoſtolis beneficijs affecit.

Ioan. 6, 51.

11. Tv avtem Domine miserere mei.]

Ori-

CATENA PATRVM. *Chriſtus per reſurrectionem inimicos eluſit.*

ORIGENIS. Miſericordiam & reſurrectionem non ſibi ipſi, ſed nobis petit. Eſt autem illud *Reſuſcita me* humano more dictum; iſtud verò *Retribuam eis*, ſcilicet inimicis, diuino. Gaudet autem inimicus de aduerſarijs ſuperatis. Deinde rurſus pro humana conditione dixit: *In hoc cognoui, quoniam voluiſti me*; ſcilicet in miſerendo & reſuſcitando, id eſt, dilexiſti. Nam in dilectione eſt omne deſiderabile; me autem reſurgente non gaudebit humanitatis inimicus diabolus, qui mortem adducit per peccatum. Vel fortè etiam Iudæos innuit. Illud autem *propter innocentiam*, ſeu integritatem, humano more dictum eſt. Porrò confirmati ſumus in Chriſto, idque in conſpectu Patris factum eſt in æternum.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸν ἔλεον καὶ τὴν ἀνάστασιν οὐχ ἑαυτῷ, ἀλλ' ἡμῖν αἰτεῖ. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ἀνάστησόν με, ἀνθρωποπρεπῶς· τὸ δὲ ἀνταποδώσω αὐτοῖς, δηλαδὴ τοῖς ἐχθροῖς, θεοπρεπῶς. Ἐπιχαίρει δὲ τοῖς ἡττωμένοις ὁ ἐχθρός, εἶτα πάλιν ἀνθρωπινώτερον ἔφη. ἐν τούτῳ ἔγνων ὅτι τεθέληκάς με, ἐν τῷ τὸ ἐλεῆσαι καὶ ἀναστῆσαι, τουτέστιν ἠγάπησας· ἐν ἀγάπῃ γὰρ πᾶν θελητόν. Ἐμοῦ δὲ ἀναστάντος οὐ μὴ ἐπιχαρῇ ὁ τῆς ἀνθρωπότητος ἐχθρός, ὁ διάβολος, ὁ τὸν θάνατον δι' ἁμαρτίας ἐπαγαγών. Ἢ τάχα καὶ Ἰουδαίους αἰνίττεται. Καὶ τὸ ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν, ἤτοι ἀμίαντον, ἀνθρωπινώτερον εἴρηται. Ἐβεβαιώθημεν δὲ ἐν Χριστῷ, καὶ τοῦτο ἐνώπιον τοῦ πατρὸς γενόμενον εἰς τὸν αἰῶνα.

HESYCHII. Non quòd quia mortem ab ipſis ſit paſſus, vindictam eis referre velit, hoc dicit (ipſe enim crucis tempore

Luc. 23, 34.

dixit, *Pater dimitte illis peccatum;*) ſed, cùm ſine perſonarum acceptione & iuſtum Patris iudicium vidiſſet in homicidas iſtos decretum, idcircò, tamquam qui idem cum Deo ac Patre operetur, ait: *Et ego retribuam eis*, vt eamdem in vtriſque operationem declaret.

Ioan. 5, 19.

Nam *non poteſt*, inquit, *Filius à ſe facere quidquam. Quæ enim viderit Patrem facere, hæc & Filius ſimiliter facit.* Voluntatis & operationis identitatem vtriuſque hinc oſtendens.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ διὰ τὸ πεπονθέναι τὸν θάνατον παρ' αὐτῶν, ἐφιέμενος αὐτοῖς ἀνταποδοῦναι τὴν τιμωρίαν τοῦτό φησιν (Αὐτὸς γὰρ ἔλεγεν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ, Πάτερ ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν·) ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν ἀπροσωπόληπτον καὶ δικαίαν κρίσιν τοῦ πατρὸς ἔβλεπε καταψηφιζομένην τοῖς μιαιφόνοις, τούτου χάριν, ὡς τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ταυτουργεῖς, εἶπε· Καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς, ἵνα δείξῃ μίαν ἐπ' ἀμφοῖν τὴν ἐνέργειαν. Οὐδὲ γὰρ δύναται ὁ υἱός, φησί, ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν. ἃ γὰρ βλέπει τὸν πατέρα ποιοῦντα ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. τὴν ταυτοβουλίαν καὶ ταυτουργίαν ἐντεῦθεν ἑκατέρων παριστῶν.

14. BENEDICTVS DOMINVS DEVS.]

ιδ'. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ Ο ΘΕΟΣ.]

THEODORETI. Meritò poſt cruciatus hymnum attulit, docens non modò hominem qui prædictus eſt, ſed etiam Deum ante ſæcula habere naturam immortalem & infinitam. Illud autem *fiat, fiat*, Aquila quidem *fideliter, fideliter*, Symmachus verò *amen, amen*, tranſtulit.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Εἰκότως μετὰ τὰ πάθη ὕμνον προσήνεγκε, διδάσκων ὡς οὐ μόνον ἄνθρωπος ὁ προφητευόμενος, ἀλλὰ καὶ θεὸς προαιώνιος ἀνώλεθρον ἔχει τὸ εἶναι καὶ ἀτελεύτητον. Τὸ δὲ γένοιτο, γένοιτο, ὁ μὲν Ἀκύλας πεπιστωμένως, πεπιστωμένως, ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἀμήν, ἀμήν.

Liber Pſalmorũ olim in quinque partes diſtributus fuit.

EVSEBII. Vniuerſo Pſalmorum libro in quinque partes diuiſo, prima pars hic definit, quæ incipit quidem à primo Pſalmo, finit verò in hoc qui præ manibus eſt.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διῃρημένης τῆς ὅλης βίβλου τῶν ψαλμῶν εἰς ε' μέρη, τὸ πρῶτον μέρος ἐνταῦθα περιγράφεται, ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τοῦ α' ψαλμοῦ, τελευτῶν δὲ εἰς τὸν μετὰ χεῖρας.

ANNOTATIONES CORDERII.

In titulo nihil noui eſt. Quòd aliqui addant, *Intellectus filijs Core*, ſolido caret fundamento, nec congruâ fulcitur auctoritate, cùm nec in Hebræo nec Græco textu reperiatur; ſed nec in Vulgata editione, aut alijs alicuius notæ Pſalterijs. Quare cum Treueto Lorinus meritò nullam illius additamenti rationem habendam ducit. Argumentum autem huius Pſalmi, quod Paraphraſi præfigitur, ſatis clarum eſt, vt ei aliquid addere ſuperuacaneum fuerit.

2. *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.*]

Quid ſit intelligere ſuper pauperem.

perem.] S. Hieron. legit, *qui cogitat de paupere*; in Hebræo eſt verbum מַשְׂכִּיל *maſchil*, quod denotat attentam cogitationem, ſtudium, ſolicitudinem, benignam curam, prouidentiam, conſideratam operam, quam Apollinarius in ſua metaphraſi verbo σεχίδνται eleganter expreſſit; quod ſignificat exactam cum magna circumſpectione curam: quo ſenſu etiam verbum *intelligit*, quo Vulgata vtitur, exponendum eſt. Nam vt pro ſimplici intelligentia, vt ſonat, capiatur à S. Auguſtino & Caſſiodoro; dum ille quidem de Chriſto Domino ſub pauperis perſona ſermonem eſſe exiſtimans, ſic premit: (*Intellige in eo occultas diuitias, quem pauperem vides. In eo enim ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.*) Hic verò ita accipit, vt qui eleëmoſynam erogat, non expectet vt pauper multo rubore ſuffuſus illam ab eo petat; ſed eius indigentiam intellectu prædoretur. (*Nam qui petenti tribuit*, inquit Caſſiodorus, *bonum opus efficit; qui verò tacentem intelligit, beatitudinem ſine aliqua dubitatione conquirit.*) Multò tamen

Magna cura pauperum habenda.

ſimpliciùs, & litteræ congruentiùs, nec non Hebræo ſimul & Græco textui conformiùs explicatur, vt idem ſit ac prouidere, & curam ac ſolicitudinem pauperis gerere ex affectu commiſerationis, quem Græcum verbum συνίημι inuoluit, vti optimè S. Ambroſ. obſeruauit; qui poſtquam interrogauit, *Quid eſt, Qui intelligit?* acutè ſimul & doctiſſimè reſpondet: *Qui compatitur pauperi, qui haurit eius neceſſitates, ſcit quid mali inopia adſerat indigenti.* Cur verò beatus? ſub-

Eleëmoſyna liberat in die malo.

dit continuò Propheta: *In die mala liberabit eum Dominus. Diem malam* vocat acerbam, moleſtam, odioſam, periculo aut clade horribilem, hominum generi metuendam; qualis dies mortis aut iudicij conſceleratis hominibus eſſe conſueuit, qui, contemptâ ſanctiſſimi Numinis lege, ſeſe in mundi & corporis voluptates cupidè ingurgitauerunt. De vtraque die interpretantur hunc locum Patres, & affirmatiſſimè Tobias:

Tob. 4, 11.

Eleëmoſyna, inquit, *ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleëmoſyna omnibus facientibus eam. Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Beatus* ergo *qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.* Antonomaſticè *dies mala*, vt dixi, eſt horrenda iudicij dies, in qua liberabitur qui ad tribunal Chriſti patrocinantem habuerit eleëmoſynam. Hic ſenſus huius loci genuinus, & omnium ſanctorum Patrum & interpretum antiquorum communi calculo approbatus; quem tamen ſolitâ ſuâ impudentiâ Caluinus ad Grammaticorum ferulas prouocare non dubitat, & intolerando ſupercilio Ariſtarchum agens, iubet vapulare, quòd participium Hebræum מַשְׂכִּיל *maſchil* (quod ipſe neſcio ad quod prudens & moderatum de hominibus afflictis iudicium ſine iudicio imprudenter reſtringit) latiori quàm Grammaticæ leges ferant, ſignificatione vſurparint: ô dignum helleboro caput! quod ſibi ſoli Hebraicæ linguæ intelligentiam arrogat, S. Hieronymo ceteriſque Eccleſiæ Doctoribus derogat. Sed ſatis nota per ſe eſt inepta hæreticorum ſuperbia, in ſolo ſenſu ſuo abundantium, & quidquid cum eo non conuenit deſpicientium; quam ſponte ſuâ ruentem, & ſuo ipſius tumore crepantem & fatiſcentem, refellere velle ſuperuacaneum ſit. Participium enim מַשְׂכִּיל *maſchil*, quidquid obganniat Caluinus, intentam, prouidam & accuratam cogitationem, ſtudium ac ſolicitudinem importat, à verbo שָׂכַל *ſcakal*, quod, Pagnino in Hebraico theſauro teſte, *intelligere, proſpicere, circumſpectum eſſe, conſiderare*, & *prouidentiam habere* ſignificat.

ANNOTATIONES CORDERII. Hebræum maſchil quid ſignificet.

Vt aſſueſcamus non neglectim & obiter pauperes obliquis, vt paſſim fieri ſolet, oculis aſpicere, neque mendicis dumtaxat obuijs ſtipem proijcere, ſed occultorum, quos honeſtas & verecundia mendicare prohibet, pauperum neceſſitates ſtudioſiùs indagare, & pleno affectu ſubſidioque opportuno ſubleuare ſatagamus. Hoc ſenſu B. Petrus Damianus Opuſc. 11. cap. 1. locum hunc exponit dicens: *De quibus vbique non manifeſtè, ſed occultè pauperibus quanta ſit retributio Propheta deſignat, cum ait: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: ſuper pauperes quippe pannoſos, & bulgiolos peraſque geſtantes intellectu non indigemus; quos vtique manifeſtâ viſione conſpicimus: ſuper ipſos autem pauperes debemus intrinſecus intelligere, quorum in ſuperficie non poſſumus miſeriam prænoſcere.* Iſtiuſmodi ergo miſericordiarum viro B. Dauid benè precatur ſubdens:

Occulta pauperum indigentia exploranda.

3. *Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, &c.*] Hæc Symmachus in futuro effert, φυλάξει αὐτὸν, καὶ ζωώσει αὐτὸν, καὶ μακαριστὸς ἔσται, quomodo ferè S. Hieron. vertit, *cuſtodiet eum, & viuificabit eum, & beatus erit in terra.* Pro quo S. Ambroſ. legit, *& viuificet eum, & beatum faciat eum, & emundet in terra vitam eius.* Nec multo aliter habet Pſalterium Romanum. Additur: *Et non tradet eum in manus inimicorum eius.* Ita legit etiam S. Chryſoſt. εἰς χεῖρας, *in manus*, cum D. Hieron. Ambroſio alijſque. Vulgatus verò interpres cum Hebræo habet *in animam*. Vbi Vatablus tradere in animam notat eſſe hebraiſmum, & idem eſſe quod permittere alienæ libidini, & improbiſſimæ voluntati. Vtraque explicatio oſtendit curam maximam & prouidentiam diuinæ voluntatis in liberaliſſimis hominibus tuendis atque roborandis, qui demigrant ex hac vita, & vltimo in agone belligerant. Quibus epinicium mihi canere videtur Eccleſiaſticus, cùm de eleëmoſyna ita loquitur: *Hæc pro te exorabit ab omni malo, ſuper ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimicum tuum pugnabit.*

Deus curam maximam gerit viri miſericordis.

Eccli. 29, 15.

Hoc priuilegium eſt eleëmoſynæ maximum, quòd eo tempore, quo multi abiecti & debilitati propè inſaniunt, cùm dolor vrget, vellicat conſcientia, dæmon furens inſolenti audaciâ bacchatur; pij & miſericordes ſerenâ mente, incredibili lætitiâ perfunduntur, & Dei ſolantis præſidium excipiunt. Nam miſericordia impenſa pauperibus tum ipſis vires ſuggerit, atque facit, vt, pulſis Erebi monſtris atque ſuperatis, victrices eorum animæ illo è certamine deſcendant. Neque ſe ad ignotas ire oras putant, atque ad lemurum infamium ſocietatem, ſed ad patris humaniſſimi complexum, & paratæ gloriæ communionem. Sciunt enim ſancti Numinis pollicitationem, quæ ſeq. verſu exprimitur:

Mors tranquilla viri miſericordis.

4. *Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius.*] S. Hieron. vertit, *Dominus confortabit*

ANNOTATIONES CORDERII.

Deus ſolatur viros miſericordes in morbo & afflictione.

tabit eum in lecto infirmitatis. Tunc nimirum aderit Deus in[illegible]mâ conſolatione perfundens animum miſericordem, & robur vimque inſpirans ad tolerandam ægritudinem, & dæmonem ſuperandum. Paraphraſtes Chaldæus ait Deum *apparitururum ſuper lectum infirmitatis eius*; ore videlicet amico humaniſſimi genitoris, qui metum leuet, ac luctantem cum doloribus animum incredibili ſuauitate compleat, vt non tam digreſſus ille ab hac vita, quàm initium glorioſæ felicitatis eſſe videatur. Pij Vatis oraculum his verbis Petrus Chryſologus Serm. 14. illuſtrat: *In die mala illi Deus liberator aſſiſtet, qui à malis pauperem liberarit. In anguſtijs illum clamantem audiet, qui pauperem, cum clamaret, audiuit. Non videbit diem malum, qui dies bonos habere pauperem fecit*, &c. Sic ille. Appoſitè autem opis modum in eadem metaphorâ hærens adiunxit: *Vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius.* Quòd nimirum, ex S. Ambroſij & Chryſoſtomi ſententia, Deus ægrotum, aut aliter afflictum, ijs conſolationibus permulceat, ac ſi ei lectulum ſterneret molliſſimum. Sicut quandoque principes feminæ ancillantur ægrotis non ſine ſuaui miſerationis affectu; ſic Chriſtus Dominus, ſic Mater eius, ſic Angelus cuſtos, ſingulare patrocinium gerunt hominis, aut morbo aut aliâ quauis calamitate preſſi; modò ſint qui ſe dignos præſtent cæleſti hoc patrocinio.

Sex bona quæ miſericordiam ſequuntur.

Ceterùm ex ijs quæ ad quatuor huius Pſalmi verſiculos iam explicatos dicta ſunt, cum Hugone & Alenſi collige ſex bona quæ ſuper egenum & pauperem intelligenti promittuntur. Primum eſt bonum vitæ æternæ, quod omnium malorum remotionem & bonorum omnium cumulum complectitur. Secundum, gratia conſeruans, quæ ſignificatur iſtis verbis: *Conſeruet eum.* Tertium, gratia viuificans, de qua addit: *Et viuificet eum.* Quartum, gratia conſummans: *Beatum faciat eum in terra.* Quintum, defenſio contra dæmonis impugnationes, de qua ſubdit: *Non tradat eum in animam inimicorum eius.* Sextum, liberatio à peccatis quæ proueniunt ex corruptione carnis: *Opem ferat illi ſuper lectum doloris eius*, &c. Hæc eadem tribuuntur operibus miſericordiæ hoc verſu expreſſis,

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Conſeruatur qui tegit: viuificatur qui cibat, potatque: beatus fit qui viſitat: non traditur in manus inimicorum qui redimit: opem ſentit ſuper lectum doloris qui colligit: vniuerſum ſtratum verſatur in infirmitate, ſanitatem reſtituendo ei qui condit. Reuerà *pietas promiſſionem habet vitæ quæ nunc eſt & futuræ.* 1. Tim. 4, 8.

5. *Sana animam meam, quia peccaui tibi.*] Symmachus, *καὶ εἰ ἥμαρτόν σοι, etiamſi peccaui tibi.* Coniunctio *quia* (inquit Ianſenius) cauſſam reddit quare ſanari petat; verùm ratio quam reddit eſt imperfecta. Addendum eſt enim, *Peccaui tibi, & ob id æger factus ſum.* Aut vis facienda in pronomine *tibi*, & intelligendum eum reddere rationem, quare à Deo ſanari petat; vt ſit ſenſus: Tu ſana, quia tibi peccaui, hoc eſt, te meis peccatis ita offendi, vt à te hoc morbo ſim caſtigatus: proinde tu ſolus es qui me ſanare potes. ſecundum quem ſenſum per *animam* ſynecdochicè accipiendus eſt totus homo, & intelligendum, eum non petere ſolùm ſanitatem ſpiritalem

Quo ſenſu Dauid petat ſanari, quia peccauit.

mentis, quemadmodum plerique intelligunt, ſed totius hominis, in anima ſcilicet & corpore. Ceterùm hîc maximè notanda eſt illa cauſſalis, *quia peccaui tibi.* Videtur enim Propheta ſuo quaſi iure ſalutem expoſcere, quòd peccauerit. Talibúſne hoſtijs promeretur Deus? Abſit. Quid ergo fuerit illum peccato innixum veniam poſtulare? Reſpondet S. Auguſt. egregiam hanc Dauidis confeſſionem eſſe, nullis ambagibus, nullis excuſationibus factam, vt ſe Deo miſericorde & benigniſſimo condonatore oſtendat indigere; ac ſi diceret: *In factis meis* (ſunt verba S. Auguſtini ad hunc locum) *in peccatis meis non accuſo fortunam: non dico, Hoc mihi fecit fatum; non dico, Adulterum me fecit Venus, & latronem me fecit Mars, & auarum me fecit Saturnus: Ego dixi, Domine, miſerere mei: ſana animam meam, quoniam peccaui tibi.* Sic ille. Benè quidem. Medici enim ſcientiam commendat, qui ægritudinem ſuam aggrauat; benigniorémque remiſſorem oſtendit, qui maius debitum confitetur. Sed *cur potiùs *tibi* quàm *in te* dixit? Certè ſi Grammaticam conſulas, reſpondebit datiuo nos ſigillatim vti ad eam perſonam ſignificandam, cui damnum lucrúmve aliquod obuenerit: & verò cùm nullum ex noſtris peccatis Deo poſſit contingere detrimentum, Iobo ſapienter atteſtante: *Si peccaueris, quid nocebis ei?* non abs re dici poſſe crediderit nonnemo aliquod Deo lucrum ex noſtris peccatis, quorum verè pœnitemus, ſi Dauidis locutio ſubſiſtat, neceſſariâ ratione contingere. Quòd ſi hæc ſenſa, caſtigatis verbis, & modeſto cautoque loquendi genere dixeris, non omnino inficias ibimus, imò tuæ cogitationis bonum fideiuſſorem dabimus Stephanum Cantuarienſem in Allegorijs Tilmani ad cap. 32. Deuteron. ſimilem locutionem Moyſis, *Peccauerunt ei*, ſic prementis: *Aliud eſt peccare Deo, aliud non peccare, & aliud peccare in Deum. Dupliciter peccat quis Deo, id eſt ad honorem Dei; conſecutiuè ſcilicet per gloriam ignoſcendi, quia ex peccato ſequitur ſæpe contritio, ex contritione remiſſio, quæ eſt gloria Dei: vnde, Tibi ſoli peccaui; item, Da gloriam Deo. Vel peccat quis Deo per curam: quia qui peccat, curæ Dei ſe ſubdit, quâ ab eo ſalutem ſperat.* ita Stephanus. Opportunè ergo Dauid ait: *Domine miſerere mei, ſana animam meam, quia peccaui tibi*; quòd egregia ſcilicet laus, illuſtriſque gloria, ex grauiſſimæ iniquitatis meæ remiſſione tibi Domine obtingat. Quò refero ſignatiſſimum diſcrimen, quod inter iuſtorum & impiorum caſus ſiue lapſus intercedit; dum impij in Scriptura retrorſum, iuſti verò in faciem tamquam adorabundi cadere dicuntur, pulchrum Deo honorem, & egregiam laudem, per ignoſcendi gloriam dantes.

Cur dixerit potiùs peccaui tibi, quàm in te.

Iob 35, 6.

Deut. 32, 5.

Pſal. 50, 5. Ioſ. 7, 19.

6. *Inimici mei dixerunt mala mihi.*] Symmachus, *περὶ ἐμοῦ, de me.* Hunc verſum de Chriſto exponit Ambroſ. cuius nomen inflictâ morte delere conati ſunt Scribæ & Phariſæi, ſed tamen irrito conatu, celebre magis reddiderunt; adeò vt etiam Dauidi licuerit dicere: *Memores erunt nominis tui in generatione & generationem.* Addit etiam illud Cantici: *Oleum effuſum nomen tuum.* Sed audi quid addat ſponſa: *Ideò adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.* Id eſt extinguere conati nomen tuum hoſtes, incrementum celebri-

Fruſtrà Iudæi Chriſti nomen delere conati.

Pſal. 44, 20.

Cant. 1, 2.

celebritatis nomini tuo addiderunt. Verba S. Ambroſij ſunt hæc: *Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius? Amentes, qui vitæ auctorem mori poſſe credebant; ſed vota eorum Eccleſia deſtruebat, credens quod etiam mortuus ſecundùm corporis conditionem, ſuum nomen augeret; & ideo pſallebat ei dicens: Memor ero nominis tui in omni generatione & generationem. Repetebat: Vnguentum exinanitum eſt nomen tuum.*

7. *Et ſi ingrediebatur.*] Græcè, καὶ εἰ εἰσεπορεύετο. A multis libris Græcis abeſt illud εἰ; neque agnoſcitur à S. Ambroſio & Auguſtino, qui habent, *& ingrediebantur vt viderent*; S. Hieron. tamen ad Suniam teſtatur hoc manifeſtiſſimè, & in Hebræo, & apud Septuag. & omnes interpretes eſſe, & habetur etiam in Vulgata; Aquila, ἐὰν ἔλθῃ τοῦ ἰδεῖν, εἰκῆ λαλήσει; Symmachus, καὶ εἰσερχόμενος ἐπισκέψασθαι μάταια λαλεῖ. quæ ita ferè reddidit S. Hieron. *& ſi venerit vt viſitet, vana loquetur.* Ceterùm id quod ſequitur, *Cor eius* in multis codicibus Græcis & Latinis coniungitur cum præcedentibus; in multis alijs cum ſubſequentibus: & ita teſtatur S. Ambroſ. ſe inueniſſe diſtinctum in Græcis codicibus, quomodo etiam in Paraphraſi ſuperiùs habetur. Hugo de S. Victore locum hunc pulchrè exponit de malo curioſitatis & vanæ ſuſpicionis, dicens: *Magnum malum eſt curioſitas; ſeque à vitio alienum eſſe non indicat, quiſquis animum ſuum ad ſuſpicionem facilè inclinat. Neque enim alieni peccati ſuſpectus cor eius vreret, ſi non priùs eiuſdem peccati affectus in eo radicaſſet. Iuſto ergo iudicio, dum ex ſui cordis prauitate falſam de alio ſuſpicionem colligit, per eamdem ſe exiſtimationem in affectum prauitatis amplius accendit: & inde veraciter mens eius corrumpitur, vnde fallaciter aliena actio inſimulatur. Propter quod Pſalmiſta contra eiuſmodi loquens, dicit: Et ſi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur. Curioſus etenim quiſque tunc quaſi ad videndum ingreditur, quando alienum ſecretum ſagaci ſtudio perſcrutatur. Vana loquitur; quia vt minus ſuſpectus eſſe poſſit, eos à quibus caueri non vult, ſe diligere fingit. Deinde iniquitatem congregat: quia cùm liberè admiſſus fuerit, quidquid reprehenſibile inuenire poteſt, fraudulenter in corde ſuo coacervat. Congregat autem paulatim minima, vt poſt longum ſilentium cuncta ſimul obiecta plus noceant, quæ minùs opinionem læderent, ſi per ſe ſingula prolata fuiſſent. Sed quia hoc non correctionis, ſed læſionis affectu iniquus operatur, ſibi potiùs nocitura colligit: quia, ſicut dictum eſt, Vnde aliena actio fallaciter per infamiam obfuſcatur, inde veraciter mens eius per nequitiam contabeſcit.*

Quantum malum ſit curioſitas & ſuſpicio.

9. *Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me.*] In Hebræo eſt דְּבַר־בְּלִיַּעַל יָצוּק בּוֹ *dehar beliyahhal iatſuk bo*, id eſt, *verbum Belial fuſum eſt in eum.* Vbi per *Belial* diabolus intelligitur. q. d. Propoſuerunt & firmauerunt in animo ſuo conſilia peſſima, quorum diabolus erat auctor, vel qualia diabolus cōſtituerat. Symmachus vertit, λόγος ἀθέσμος ἐκκέχυται ἔνδον αὐτῶν, *ſermo iniquus effuſus eſt intra eos*: quod S. Hieron. tranſtulit, *verbum impietatis infundebant ſibi*; Chaldæus habet, *verbum peruerſum & improbum effundet in ſeipſum*; ac ſi verba potiùs in ſe malignus contorqueat, quibus alios impetit. Sic enim viuuenit, vt qui verbis & maledictis nocere alijs tentat, noceat ſibi priùs, & maledicus & calumniator audiat.

Maledici ſibimet ipſis nocent.

IBIDEM. *Numquid qui dormit non adijciet vt reſurgat?*] Aquila, ὁ κοιμηθεὶς οὐ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι, *qui dormierit, non addet vt reſurgat?* Quomodo ferè S. Hieron. interpretatur; Symmachus reddit, καὶ πεσὼν οὐκ ἐπαναστήσεται, *& cum ceciderit, non reſurget.* Latini ferè interrogationem in hoc verſu poſitam intelligunt prolatam in perſona eius qui in Pſalmo loquitur, Chriſti ſcilicet, vel Dauidis; & ad eam reſpondendum eſſe affirmatiuè, vt ſenſus verſiculi totius ſit eiuſmodi, ac ſi dicat: Inimici mei factâ conſpiratione ſtatuerunt me perdere ac penitus delere. Verùm, numquid ego, qui iam in lectulo ægritudinis meæ dormio (quantum ad Dauidem) aut qui dormiam mortis ſomnum in ſepulchro (quantum ad Chriſtum) non ampliùs reſurgam? quo ſenſu Iob ait: *Putaſne mortuus homo rurſus viuet?* Id eſt, omnino viuet & reſurget; vnde mox ſubdit ſe diem immutationis ſeu reſurrectionis præſtolari, dicens: *Expecto donec veniat immutatio mea.* In Hebræo tamen textu notat Ianſenius, vbi hæc interrogatio inimicis Chriſti aut Dauidis tribuitur, negandi potiùs vim obtinet. Statuunt enim Deum prorſus infeſtum eſſe Dauidi, & fore implacabilem, quia tam atrociter eum puniat; ſic vt ſpem omnem fortunæ melioris illi penitus præcidant his verbis: *Non adijciet vt reſurgat.* Iob 14, 14.

10. *Etenim homo pacis meæ.*] S. Hieron. vertit, *homo pacificus meus*; Symmachus, ἄνθρωπος ὃς εἰρήνευεν μοι, *qui pacificè agebat mecum.* Similis ſententia eſt in alio Pſalmo, vbi dicitur: *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique; & ſi is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus,* &c. Vbi *vnanimis*, Græcè ἰσόψυχος, à Symmacho dicitur ὁμότροπος, καὶ συνήθης μου, *eorumdem morum, & familiaris meus, & notus.* Stylo Hebræo *vir pacis* dicitur pro amico, cum quo pacificè & humaniſſimè familiariſſimeque viuitur. De Abſalomo loquitur, ad cuius nomen alludit. *Abſalom* enim ſignificat *patris pacem*, qui omni iure tanto genitori conciliare pacem debuit, & reuerentis animi concordiam retinere; ſed ambitioſus & vecors iuuenis patris palatium, vrbem, imperium, furore, bello & deſolatione compleuit. In quo fuit Iudæ effigies, vt Seruator mundi docuit, qui in Euangelio propheticum hoc dictum ad proditorem retulit, qui magnificauit ſuper magiſtrum ſupplantationem: vel, vt eſt in Hebræo, *magnificauit ſuper Chriſtum calcaneum*; hoc eſt, ſublato veluti pede, calce illum petiuit, quæ ingratiſſimi & impudentiſſimi imago eſt. Hunc inter Chriſtianos imitantur dulciſſimæ pacis inimici & conturbatores, cùm homines pacis eſſe debeant. Quo loco memini Abdiæ, qui veluti leſſum canit, ob eorum calamitatem, qui fidem & concordiam maculant, & humano generi ſunt moleſti. *Viri fœderis tui illuſerunt tibi: inualuerunt aduerſum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent inſidias ſubter te.* Vbi oculos ſuos intendens vſque in legem gratiæ, myſticam menſam intuetur;

Homo pacis pro quo accipiatur.

Pſal. 54, 13.

Abſalom patris pacem ſignificat:

geſſit typum Iudæ.

Abdiæ v. 7.

ANNOTATIONES CORDERII.

tur; de qua illi, quibus fas & proprium eſt edere, cùm viri fœderis atque pacis eſſe deberent, illudunt alijs, eoſdemque odio proſequuntur. Pulchrè locum hunc expendit S. Ambroſius, & in primis illa verba, *In quo ſperaui*, ſic premit: *Numquid ignorauit proditorem ſui futurum, de quo antè prædixit, Vnus ex vobis me tradet? (hoc autem dicebat de Iuda, ſicut ſcriptum eſt in Euangelio.) Non vtique, ſed quò ampliùs condemnaret eum, de fide eius ſperaſſe ſe dixit. Aquila Confiſus eram dixit: Symmachus poſuit Confidebam. Plus enim grauamus eum in quo plurimùm ſpei vel fiduciæ habuiſſe nos dicimus, ſi poſteà ſpem noſtram opinionemque deſtituit. Simul oſtendit quanta vis diuinæ ſanctificationis ſit, quæ excludat malitiam, & deprauatum emendet ingenium, ſi forma propoſiti melioris accedat.* Et poſt pauca: *Ideò ergo ſperaſſe ſe dicit, quia iure præſumpſerit, vt Apoſtolus ſuperiora deponeret, anteriora ſequeretur: & qui ſanctificandi alios munus acceperat, ipſe in ſe ſanctitatis gratiam cuſtodiret, & ſinceritatis inhæreret officijs.* Deinde momentis, vti par eſt, ſuis ponderat illa verba, *Qui edebat panes meos*; vt indicet credi vix poſſe, vt homo qui Euchariſtiam deguſtaſſet, ad tantum ſcelus prolaberetur. *Quid eſt*, inquit, *quod addit, Panes meos? Potuit dicere, Qui edebat panes mecum; niſi illam intelligas, quæ ſpecialis eſt Chriſti, hoc eſt verbi cæleſtis alimoniam.* Sic ille. Vbi pulchrè premit illa verba *panes meos*. Scilicet ille cum Chriſto panem manducabat qui Chriſti menſæ aſſidebat, qui ſimul cum illo communis particeps erat panis; at verò ille panes Chriſti propriè manducauerat, quando cum alijs Apoſtolis in vltima Cœna Euchariſtiam ſumpſerat, qui panis eſt Chriſti; vel, vt veriùs dicam, ipſe Chriſtus. Ergo non tam vitio datur Iudæ, quòd, cùm eſſet diſcipulus & Apoſtolus Chriſti, & cùm Chriſtus eum pauerit, & menſæ ſocium habuerit, nihilominùs magiſtrum prodiderit; quàm quòd cùm Euchariſtiâ paſtus eſſet, tantum facinus mente conceperit & opere expleuerit. Tantum enim bonum eſt Euchariſtia, vt vel Dei fidem excedere videatur, eum qui illam ſumpſit, poſſe ad iniquitatem & flagitium deflectere. Quamobrem non otioſè additur, *Magnificauit ſuper me ſupplantationem*; vel, vt S. Ambroſius legit, *ampliauit*. Sunt enim aliqua peccata leuia, quæ quidem non multum malitiæ important, vel facilè veniam aſſequuntur; ſed qui indignè ad Ven. Euchariſtiam accedit, crimen magnificat, ſiue ampliat: quia maximum hoc eſt piaculum; & difficilè veniam aſſequitur.

Ioan. 13, 21.

Qua ratione Chriſtus dicatur in Iuda ſperaſſe.

Philip. 3, 13.

Maximum piaculum eſt indignè communicare.

11. *Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me; & retribuam eis.*] De Iudæis, à quibus vinctus, flagellatus, irriſus & crucifixus fuit, ſermo eſt. Igitur, ô Pater, inquit, Filium tuum quem tibi peremerunt, viuum tu à morte, glorioſum ab iniurijs excitabis, vt debitam poſſit, ſi velit, de ſacrilegis vindictam ſumere. Et quænam iuſta vltio tam impiæ tam barbaræ gentis? Num, dehiſcente vſque ad inferos tellure, vniuerſa Iudæorum gens vt abſorbeatur? Id prorſus euenturum expectabat diabolus: at contrà euenit. Vnde ſubdit:

Diabolus optabat Iudæorũ vindictam fieri per aliquã Chriſti impatiẽtiam, in quo falſus fuit.

12. *In hoc cognoui, quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus ſuper me.*] In hoc videlicet, ô Pater, me hominem tuâ proſecutus beneuolentiâ inimicum fefelliſti: fruſtratus ille ſuâ ſpe, nullam in me impatientiæ atque vltricis iræ vel tenuem vmbram videbit. Hoc enim ſenſu verba Domini per Pſalmiſtam ſic explicat S. Chryſoſt. dicens: *Exiſtimabat diabolus, quòd etiam ſi Chriſtus mundum per crucem ſeruaſſet; at eos quidem certè qui ipſum crucifixerant perderet: ille autem non perdidit; ſed etiam eorum aliquos Eccleſiæ primitias acquiſiuit.* Sic ille. Cùm enim diabolus redemptionem mundi per crucem & mortem Chriſti non potuiſſet impedire, ac ſuam tamen aliqua ex parte malitiam ſatiaſſet, ſi per aliquam ſaltem in Chriſto impatientiam, hominibus ſalutare quod nunc habemus exemplum patientiæ aliquo modo impedire valuiſſet, & vindictam de inimicis in Chriſto nobis imitandam obtrudere potuiſſet. Igitur Chriſtus acceptâ ſuper inimicos poteſtate, vt illorum & patriam & gentem vniuerſam funditus euerteret; ſeruauit tamen ad exemplum patientiæ ex illa plurimos, quos in ſuam adlegit Eccleſiam; & ex illa gente Apoſtolos conſtituit principes ſuper omnem terram. *Non* ergo, inquit, *gaudebit inimicus meus ſuper me*; ſeu, vt alij atque alij vertunt, *Non iubilabit*, ſeu, *non clanget*, in morem triumphantium: ſeu, *Non inſultabit*, aut, *non clamabit præ gaudio*.

14. *Fiat, fiat.*] Græcè, γένοιτο, γένοιτο. In Hebræo eſt אָמֵן וְאָמֵן *Amen, & amen*; quomodo Symmachus & S. Hieron. transferunt. Duobus autem modis hoc nomen ab Hebræis ſumitur. Primò quidem tamquam ſubſtantiuum maſculinum, quod *firmitatem ſtabilitatemque* ſignificet; & quia veritate nihil firmius, ad illam ipſam ſignificandam trãsfertur. Hanc ob cauſſam Chriſtus ipſe aliquando in Scriptura vocatur *Amen*, iuxta illud Apocalyp. *Hæc dicit Amen, teſtis fidelis & verus*; id eſt veritas ipſa & firmitas ipſa. Secundò ſumitur aduerbialiter, & ſignificat *verè*, aut *verùm*, vt SS. Patres annotant; & multipliciter accipitur: interdum enim eſt aduerbium imperantis, interdum precantis, interdum confirmantis, vt S. Ambroſ. hîc annotauit, & in exemplis oſtendit; longè tamen frequentiſſimè vſurpatur ad certitudinem, firmitatem ac veritatem alicuius rei ſtabiliendam, inculcandam & confirmandam, adeò vt etiam iuramenti vim habeat, eiuſque vicem ſuppleat. Vnde S. Chryſoſt. hom. 10. in Marcum, expendens illud quod dicit Chriſtus, *Amen dico vobis: Iurat*, inquit, *Chriſtus. Quod enim in veteri teſtamento dicitur, Viuo ego dicit Dominus; in nouo dicitur, Amen, id eſt verè*, &c. ſolet autem potiſſimùm Chriſtus in rerum arcanarum & difficilium aſſeueratione adhibere, ad plenam ijs fidem adſtruendam. Quomodo etiam hoc loco ſumitur, & adhibetur velut ſigillum eorum quæ dicuntur. Tunc enim litteris plena vndique fides adhibetur, cùm Rex ſigillo ſuo eas munit. Hic itaque finitur liber primus Pſalmorum; qui, vti & quatuor reliqui, finem & diuiſionem ſuam, Hieronymo teſte, ſumit à geminata voce *Amen, Amen*, quâ obſignatur: ſolet enim hæc vocula ſiue ſimplex, ſiue gemina, eſſe nota concluſionum, & ſignaculum precationum, vt orationis Dominicæ Matth. 6.

Quæ vis, ſignificatio & vſus nominis Amen.

Apoc. 3, 15.

Singuli Pſalmorum libri finiuntur voce Amen.

Thalmudici malunt diuiſionem ſumptam ex Moyſis

Quinque libri Pſalmorum vnde diſtinctionem habeant ſeu partitionem.

Moyſis imitatione: vt Moyſes totam diuinam legem quinque libris complexus eſt proſâ oratione, ſic Dauid verſâ & metricâ; vt credendis & agendis laudanda canendaque reſponderent. Illud eſt quod Doctores vulgò aiunt Pſalmos continere totam ſacram Scripturam per modum diuinæ laudis.

His addit Genebrardus, Pſalmos videri in quinque libros diſtributos ex argumento quintuplici & diuerſitate auctorum, cùm aliqua eſſet notabilis mutatio. Primus enim liber eſt de rebus triſtibus & aduerſis; & vni Dauidi tribuitur. Secundus, de rebus lætis; & magna ex parte inſcribitur filijs Core. Tertio repetuntur res triſtes & aduerſæ per Aſaph cantorem & paucos alios; vt Quarto iterùm ſuccedant res lætæ, per diuerſos ſimiliter cantores decantatæ. Quintus ferè vni rurſus Dauidi inſcribitur, atque omnium maximus eſt, mixtum habens argumentum; vt nunc contineat preces, nunc laudes, modò querimonias, modò gratiarum actiones; interdum ſit de rebus lætis, interdum de crucibus & aduerſis, &c. Primus autem liber finitur hoc Pſalmo; Secundus, ſeptuageſimo primo; Tertius, octogeſimo octauo; Quartus, centeſimo quinto; Quintus, centeſimo quinquageſimo.

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM XLI. ARGVMENTVM.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, εἰς σύνεσιν τοῖς υἱοῖς Κορέ.

Ἡ ἐπιγραφὴ σημαίνει, ὅτι ἐδόθη ὁ ψαλμὸς τοῖς υἱοῖς Κορὲ, τοῦ μακαρίου Δαβίδ. Ὠδοὶ δὲ ὑπῆρχον οὗτοι, ἤτοι ψαλμῳδοί, τῇ μετὰ τῶν ὀργάνων ἐπιδείξει, οἷς δίδοται ὁ ψαλμὸς παρὰ τοῦ Δαβίδ. Ἔστι δὲ ἐκ προσώπου τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἐπιθυμούντων ἰδεῖν τὰ οἰκεῖα, καὶ παρακαλούντων ἐπανελθεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἧς ἡ μνήμη αὐτοὺς ἐξέκαιεν. Ἢ τὴν ὑστάτην καὶ μακρὰν αἰχμαλωσίαν αἰνίττεται τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη διασποράν. Καὶ ἐπεὶ συνέσεως δεῖ τὸ αὐτὰ μέλλοντι νοεῖν, ἀναγκαίως εἰς σύνεσιν εἴρηται· εἰς τὸ τέλος δὲ, ἐπεὶ μετὰ πλεῖστον χρόνον τὰ λεγόμενα τέλος ἐλάμβανεν.

1. In finem, in intellectum filijs Core.

Titulus declarat Pſalmum hunc beati Dauidis datum eſſe filijs Core. Hi autem erant cantores ſiue Pſalmodi, qui inſtrumentis ludebant, quibus à Dauide traditus eſt hic Pſalmus. Eſt autem ex perſona eorum qui in Babylone deſiderabant propria reuiſere, & rogabant redire Ieroſolymam; cuius memoria ipſos exurebat. Vel vltimam illam, longamque gentis Iudaicæ captiuitatem, & in omnes gentes diſperſionem inſinuat. Et quoniam hæc intellecturo opus eſt intellectu, neceſſariò Pſalmus hic dictus eſt in intellectum; in finem *verò, quia poſt longiſſimam temporis ſeriem ea quæ hic dicta ſunt finem acceperunt.*

Filij Core quales.

PARAPHRASIS.

β΄. Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρός σε ὁ θεός.

Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ὅπερ ὑπομένει τὸ ζῶον τοῦτο ἐκ φύσεως, τοῦτο κἀγὼ ἀπὸ προαιρέσεως πάσχω, ἐπιθυμῶν τῶν τόπων τῶν ἁγίων, ἐξ ὧν μετανάστης ἐγενόμην. Καὶ ἐπιμένων τῇ τροπῇ, ἐπάγει·

γ΄. Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα.

Εἶτα ἑρμηνεύων τί τὸ δίψος, καὶ τί τῆς ἐπιθυμίας τὸ ὑπερβάλλον, ἐπάγει·

Πότε ἥξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ;

2. QVEMADMODVM deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus.

Vult dicere: Id quod illud animal ex natura patitur, hoc ego patior ex voluntate, dum loca illa ſancta deſidero, à quibus exul factus ſum. Et permanens in figura, ſubiungit:

Velut ceruus ſitire debemus Deum.

3. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum:

Deinde explicans qualis ſit illa ſitis, & quantus ſit exceſſus deſiderij, ſubdit:

Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

PARAPHRASIS PATRVM. *Olim ſolùm Ieroſolymis colebatur Deus.*

Id eſt, deſidero videre tempus illud, quo reuertar Ieroſolymam, vbi templum eſt, & Deus adoratur; vt & ego præſens compaream coram Deo. Nam opinabantur Ieroſolymis ſolùm Deum verè habitare.

Ἀντὶ τοῦ, τοῦτο ἐπιθυμῶ τὸν καιρὸν ἰδεῖν, καθ᾽ ὃν ἐπανέρχομαι ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔνθα ὁ ναὸς, καὶ ὁ Θεὸς προσκυνεῖται. κἀγὼ παρίσταμαι φαινόμενος τῷ Θεῷ. Καὶ γὰρ ὑπόληψιν εἶχον ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις μόνοις γνησίως οἰκεῖν τὸν Θεόν.

* Vulgata panes

4. Fuerunt mihi lacrymæ meæ * panis die ac nocte:

Et tantum, inquit, erat in me deſiderium redeundi, adeoque mihi deſiderium illud ſuaue accidebat, ſicut ſuauis eſt panis eſurienti.

δ΄. Ἐγενήθη τὰ δάκρυά μου ἐμοὶ ἄρτος ἡμέρας καὶ νυκτός·

Καὶ τοσαύτη, φησὶν, ἦν ἡ ἐπιθυμία ἐν ἐμοὶ ὑπὲρ τῆς ἐπανόδου, καὶ οὕτως ἦν ἡδύ μοι τὸ ἐπιθύμημα, ὡς ἔστιν ἄρτος ἡδὺς τῷ πεινῶντι.

Dum dicitur mihi quotidie: Vbi eſt Deus tuus?

Nam inimicorum, inquit, exprobrationes deſiderium meum magis accenderunt; & qui dicebant, non eſſe mihi Deum adiutorem, illi mihi maius deſiderium addebant auxilium tuum videndi.

Ἐν τῷ λέγεσθαί μοι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου;

Οἱ γὰρ ὀνειδισμοί, φησι, τῶν ἐχθρῶν πλέον μοι τὴν ἐπιθυμίαν ἐξέκαυσαν, καὶ οἱ λέγοντες, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι Θεὸς, ἐκεῖνοί με πλέον εἰς ἐπιθυμίαν καθίστων τοῦ ἰδεῖν τὴν παρά σου βοήθειαν.

5. Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam:

Reuoluebam enim, inquit, mecum loca ſancta, populum, cultum & celebritatem quæ ibi erat, & vel ſola recordatio etiam deſiderium meum eloquebatur.

έ. Ταῦτα ἐμνήσθην, καὶ ἐξέχεα ἐπ᾽ ἐμὲ τὴν ψυχήν μου·

Ἀνεπόλουν γάρ, φησι, κατ᾽ ἐμαυτὸν τοὺς τόπους τοὺς ἁγίους, τὸν λαὸν, τὴν λατρείαν, τὴν ἐκεῖ πανήγυριν, καὶ ἡ μνήμη τὴν ἐπιθυμίαν μοι ἐξῆπτε.

Quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei;

Quomodo, inquit, ibam vſque ad tabernaculum Dei, quod eſt admirabile; intelligit autem templum.

Ὅτι διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ·

Ὅπως, φησὶν, ἐβάδιζον ἕως τῆς σκηνῆς τοῦ Θεοῦ τῆς θαυμαστῆς· λέγει δὲ τὸν ναόν.

* Vulgata ſonus epulantis.

In voce exultationis, & confeſſionis,* ſoni feſtum celebrantis.

Huius etiam, inquit, recordabar, quòd in templo exiſtens audiuerim voces illas admirabiles confitentium, & gratias agentium, & feſtum celebrantium.

Ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως, καὶ ἐξομολογήσεως, ἤχους ἑορτάζοντος.

Ὑπεμιμνησκόμην γὰρ καὶ τοῦτο, φησιν, ὅτι γινόμενος ἐν τῷ ναῷ, ἤκουον τῶν φωνῶν ἐκείνων τῶν θαυμαστῶν ἐξομολογουμένων, καὶ εὐχαριστούντων, καὶ πανήγυριν ποιουμένων τὸ πρᾶγμα.

6. Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

ς΄. Ἵνα τί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου; καὶ ἵνα τί συνταράσσεις με;

Spera in Deo, quoniam confitebor illi.

Sola ſpes in Deum vera conſolatio.

Et quoniam, inquit, memoria eorum quæ ibi erant, incurabilem mihi dolorem pariebant, neque conſolatorem reperiebam; mihi ipſi imperaui vt acciperem pro conſolatione ſpem in Deum.

Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ.

Καὶ ἐπειδή, φησιν, ἡ μνήμη τῶν ἐκεῖ, ἀνίατόν μοι τὴν ὀδύνην ἐτίθει, καὶ τὸν παρακαλοῦντα οὐχ εὕρισκον, ἐμαυτῷ ἐγκελευόμην λαβεῖν παραμυθίαν τὴν ἐλπίδα τὴν εἰς Θεόν.

Σωτή-

Σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ θεός μου.

Ἵνα εἴπῃ τῆς δόξης μου, τῆς εὐπρεπείας μου. ἔλεγον, φησιν, ἐν ἐμαυτῷ ὅτι ἔλπισον ἐπὶ τὸν θεὸν, ὃς ἀεὶ ἐφρόντισε καὶ τῆς σωτηρίας σου, καὶ τῆς εὐπρεπείας σου.

ζ. Πρὸς ἐμαυτὸν ἡ ψυχή μου ἐταράχθη.

Ἀλλὰ μετὰ τοὺς λογισμοὺς τούτους, φησὶ, πάλιν ἐταραττόμην. Ἐνίκα γὰρ ἡ μνήμη τῶν τόπων τὴν ἀπὸ τοῦ λογισμοῦ παραμυθίαν. ὅθεν ἐπιφέρει·

Διὰ τοῦτο μνησθήσομαί σου ἐκ γῆς Ἰορδάνου καὶ Ἑρμωνιεὶμ ἀπὸ ὄρους μικροῦ.

Ἐταραττόμην δή, φησι, καὶ οὐκ ἤμην ἐν ἐμαυτῷ, ὑπομιμνησκόμενος τῆς τε γῆς τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης, Ἰορδάνου τοῦ ποταμοῦ, τοῦ ὄρους τοῦ Ἑρμωνιεὶμ, οὕτως ἐπικαλουμένου. Τὸ δὲ εἰπεῖν μικροῦ ὑποκοριστικῶς διακειμένου ἦν, καὶ σφόδρα ποθοῦντος τὸν τόπον, ἐκ μεταφορᾶς τῶν τὰ μικρὰ παιδία φιλούντων, καὶ ὑποκοριζομένων τὰ ὀνόματα.

η. Ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται, εἰς φωνὴν τῶν καταῤῥακτῶν σου.

Ὑπεμιμνησκόμην δέ, φησιν, ὅτι ἐκεῖ διατρίβοντά με συνελθόντα πλήθη ἄπειρα καὶ συμμίξαντα πολεμίοις ἑτέροις, οὕτω τὴν ὀργήν σου ἐπλήρωσαν τὴν ἄφατον. Ἄβυσσον γὰρ καλεῖ τὸ πλῆθος, καταῤῥάκτας δὲ τοῦ θεοῦ τὴν ὀργήν. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι πλῆθος πολεμίων συνηθροίσθησαν ἐπ᾽ ἐμὲ, πληροῦντές σου τὴν ὀργὴν, ὡσανεὶ ἀπὸ καταῤῥακτῶν τινῶν φερόμενοι.

Πάντες οἱ μετεωρισμοί σου, καὶ τὰ κύματά σου ἐπ᾽ ἐμὲ διῆλθον.

Καὶ ὅμως, φησιν, ὑπεδεξάμην πάσας τὰς ἀπειλάς σου καὶ τὰς ὀργὰς, αἵτινες, φησι, κυμάτων δίκην ὑψώθησαν ἐπ᾽ ἐμοὶ, καὶ ἐπέκλυσάν με.

θ. Ἡμέρας ἐντελεῖται κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ νυκτὸς ᾠδὴ αὐτοῦ.

Τὸ τάχος βούλεται εἰπεῖν τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας. ὡς ἂν εἴπῃ· ὥστε ἅμα τὸ προστάξαι σε, μηδὲν κωλύσαι εὐχαριστῆσαί με. καὶ μηδὲν μέσον εἶναι τοῦ σοῦ προστάγματος, καὶ τῆς ἀπολαύσεως.

Salutare vultus mei, & Deus meus. PARAPHRASIS PATRVM.

Ac ſi dicat, gloriæ meæ, & decoris mei. Dixi, inquit, in memetipſo, Spera in Deo, qui ſemper curam geſſit & ſalutis tuæ, & decoris tui.

7. Ad meipſum anima mea turbata eſt:

Verùm poſt cogitationes iſtas, inquit, denuò conturbabar. Nam locorum illorum recordatio ſuperabat conſolationem, quam ex conſideratione percipiebam. Vnde ſubiungit:

Propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermoniim à monte modico.

Conturbabar verò, inquit, & non eram in meipſo, quando recordabar terræ illius admirabilis, Iordanis fluuij, montis Hermoniim, ſic appellati. Quòd autem vocet *modicum*, indicium erat tenerè affecti, & locum illum valdè deſiderantis, ex tranſlatione illorum qui paruos pueros amant, & blandis diminutiuiſque nominibus appellant.

8. Abyſſus abyſſum inuocat, in voce cataractarum tuarum.

Recordabar autem, inquit, quòd me ibi commorantem conueniens infinita multitudo, & hoſtibus alijs commixta, hoc modo implicabilem iram tuam compleuerit. *Abyſſum* enim vocat multitudinem, *cataractas* verò iram Dei. Vult igitur dicere, Quoniam multitudo hoſtium congregata eſt contra me, iram tuam implens, qui cataractarum more ingruunt. Abyſſus cataractarum quid.

* Omnes ſuſpenſiones tuæ, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. * Vulg. Omnes excelſa tua,

Et ſimul, inquit, excipiebam omnes minas tuas & iras, quæ fluctuum, inquit, inſtar ſupra me extollebantur, & inundabant me.

9. In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius.

Vult declarare celeritatem auxilij diuini. Ac ſi dicat: Simul ac iuſſeris, nihil me prohibet à gratijs agendis, & nihil intercedit inter præceptum & adeptionem. Deus citò, cùm vult, à malo eripit.

Apud

PARAPHRASIS PATRVM.

Apud me oratio Deo vitæ meæ,

Sed illicò, inquit, reperitur in me actio gratiarum emiſſa Deo vitæ largitori.

Παρ' ἐμοὶ προσευχὴ τῷ θεῷ τῆς ζωῆς μου,

Ἀλλ' εὐθύς, φησιν, εὑρίσκεται ἐν ἐμοὶ εὐχαριστία τῷ θεῷ ἀναπεμπομένη, τῷ τὴν ζωὴν χαρισαμένῳ.

10. Dicam Deo: Suſceptor meus es tu.

ί. Ἐρῶ τῷ θεῷ, ἀντιλήπτωρ μου εἶ.

Quare oblitus es mei? & quare contriſtatus incedo, dum affligit inimicus?

Atque hoc, inquit, ſtatim ſubiungo: Si ſic me ſuſcipis, cur permittis me pati? Non enim amantis eſt iſtiuſmodi permittere paſſiones.

Διὰ τί μου ἐπελάθου; καὶ ἵνα τί σκυθρωπάζων πορεύομαι, ἐν τῷ ἐκθλίβειν τὸν ἐχθρόν;

Καὶ τοῦτο, φησὶν, εὐθέως ὑπάγω, ὅτι εἰ οὖν οὕτως ἀντιλαμβάνῃ μου, τίνος ἕνεκα συνεχώρησάς μοι παθεῖν; Οὐ γὰρ ἦν τοῦ φιλοῦντος οὕτω τοιαῦτα συγχωρῆσαι πάθη.

11. Dum confringuntur oſſa mea, exprobrauerunt mihi * inimici mei:

* Vulgata addit qui tribulant me

Etenim inimici maximam habuerunt occaſionem mihi exprobrandi, videntes ad quantam deuenerim infirmitatem.

ιά. Ἐν τῷ καταθλᾶσθαι τὰ ὀστᾶ μου, ὠνείδιζόν με οἱ ἐχθροί μου·

Καὶ γὰρ μεγίστην εἶχον ἀφορμὴν οἱ ἐχθροὶ τοῦ ὀνειδίζειν με, ὁρῶντες εἰς ὅσην κατηνέχθην ἀσθένειαν.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies: Vbi eſt Deus tuus?

Videbantur autem mihi, inquit, meritò exprobrare, vtpote benignitate tuâ me multo tempore aſpernante.

Ἐν τῷ λέγειν αὐτούς μοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ποῦ ἐστιν ὁ θεός σου;

Ἐδόκουν δέ μοι, φησὶ, καὶ εὔλογα ὀνειδίζειν, ὡς τῆς σῆς φιλανθρωπίας ἐπὶ πολὺν παρορώσης με χρόνον.

12. Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

ιβ'. Ἵνα τί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου; καὶ ἵνα τί συνταράσσεις με;

Spera in Deo, quoniam * confitebor illi, ſalutare vultus mei, & Deus meus.

* Vulgata addit adhuc

Omnia igitur hæc, inquit, mecum cogitans, rurſus meipſum iuſſi minimè turbari, ſed ſpem in Deo collocare, qui promptè mihi ſalutem præſtat, & rurſus glorioſum reddit.

Ἔλπισον ἐπὶ τὸν θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ θεός μου.

Πάντα οὖν, φησι, ταῦτα ἐν ἐμαυτῷ ἐνθυμούμενος, πάλιν ἐγκελευόμην ἐμαυτῷ μὴ ταράττεσθαι, ἀλλὰ ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν θεὸν, τὸν ἑτοίμως παρέχοντά μοι τὴν σωτηρίαν, καὶ πάλιν ἔνδοξόν με ποιοῦντα.

COMMENTARIVS.

2. QVEMADMODVM DESIDERAT CERVVS.] Symmachus, *Sicut feſtinat ceruus.* Animal illud dicitur eſſe ſitibundum, &, propter naturæ ſiccitatem, non diſcedere ab aquis. Intolerabilem igitur & vehementem erga Deum affectum hic ſermo ſiti comparat, dum maximè ſitibundam inter animalia naturam quærit, quò deſiderij intenſio magis declare-

Cerui ſitibundi naturâ ſuâ.

β'. ὋΝ ΤΡΟΠΟΝ ἘΠΙΠΟΘΕΙ Ἡ ἜΛΑΦΟΣ.] Σύμμαχος, ὡς σπεύδει ἔλαφος. Διψάδης λέγεται εἶναι τὸ ζῶον, καὶ διὰ τὸ φύσει ξηρὸν, μὴ ἀναχωρεῖν τῶν ὑδάτων. Τὸ ἄσχετον οὖν καὶ σφοδρὸν τῆς πρὸς θεὸν ἐπιθυμίας, τῇ δίψῃ προσεικάζει ὁ λόγος, ἐπιζητήσας τὴν διψαδεστάτην ἐν τοῖς ζώοις φύσιν, ὡς ἂν μάλιστα τὸ ἐπιτεταμένον τῆς ἐπιθυμίας ἐπιδειχθείη.

θεόν. Πιαινόμενον γὰρ τὸ ζῶον τῇ τῶν ἰοβόλων ἐδωδῇ, ξηρότερον γίνεται (θερμοὶ γὰρ ἄγαν οἱ τῶν ἰοβόλων χυμοὶ) καὶ διὰ τοῦτο σφοδρότερον ἐπιθυμεῖ τοῦ ὕδατος. Ἐπιμένων δὲ τῇ τροπῇ, φησιν, ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν θεόν. οὐκ εἶπε τὸν θεὸν, ἀλλὰ πρὸς τὸν θεόν. Τὰ γὰρ πρὸς τὸν θεὸν ὁ ἅγιος διψᾷ, ὥσπερ ὁ ἁμαρτωλὸς τὰ πρὸς κόσμον. Ἁρμοδίως δὲ θεὸν ζῶντα καὶ ἰσχυρὸν ὀνομάζουσι, τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις τῶν Βαβυλωνίων προσεχόντων. ἐκ τούτου καὶ ὁ θεῖος ὕμνος εἴληπται· τὸ ἅγιος ὁ θεὸς, καὶ ἑξῆς. Εἶτα ἑρμηνεύων τί τὸ δίψος, καὶ τί τὸ τῆς ἐπιθυμίας ὑπερβάλλον, φησί. Πότε ἥξω, καὶ ὀφθήσομαι; ἀντὶ τοῦ, ἐπιθυμῶ τὸν καιρὸν ἰδεῖν, καθ' ὃν ἐπανελεύσομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἔνθα ὁ ναὸς, καὶ ὁ θεὸς προσκυνεῖται, ὥστε ἐποφθῆναι αὐτῷ. ᾤοντο γὰρ ἐν Ἱεροσολύμοις οἰκεῖν τὸν θεόν. Ἢ ὁ προφητικὸς ταῦτα λέγει χορὸς, διαλειπούσης αὐτοῖς τῆς θείας πηγῆς, διὰ τὰς τοῦ λαοῦ ἀνομίας. Ὁρῶντες οὖν ἑαυτοὺς μακρὰν τοῦ θεοῦ, Πότε, φησὶν, ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ σου; πρόσωπον γὰρ ἡ ἐποπτικὴ δύναμις τοῦ θεοῦ, ἡ ἀποστραφεῖσα αὐτούς. Ἢ τὸ, πότε ἥξω; γλιχομένων ἐστὶ τῆς εἰς ὕστερον κλήσεως, εἰ καὶ νῦν εἰσιν ἐν ἀποστροφῇ τοῦ θεοῦ.

δ'. ΕΓΕΝΗΘΗ ΤΑ ΔΑΚΡΥΑ ΜΟΥ.] Τροφὴν, φησὶν, ἐποιούμην τὰ δάκρυα, τὰ περί σου ὀνείδη δεχόμενος. Οἱ γὰρ δυσμενεῖς ἐπετώθαζόν μοι, τὴν σὴν κηδεμονίαν, ὡς ἀσθενῆ προφέροντες. τούτων γὰρ τῶν ὀνειδισμῶν ἀναμιμνησκόμενος, διεχύθην, καὶ ἐκινήθην εἰς ὀδυρμούς. ὁ Σύμμαχος, Ἀναπολῶν, διέχεα ἐπ' ἐμαυτόν. Ποῖα δὲ ἃ διαμιμνησκόμενος ἠθύμεις; Ὅτι διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς· οἷον, ὅπως ἐβάδιζον ἕως τῆς σκηνῆς τῆς θαυμαστῆς τοῦ θεοῦ, (λέγει δὲ τὸν ναὸν) ὅπως γινόμενος ἐν τῷ ναῷ, ἤκουον τῶν φωνῶν ἐκείνων τῶν θαυμαστῶν, ἐξομολογουμένων καὶ εὐχαριστούντων, καὶ πανηγυρίζειν ποιουμένων τὸ πρᾶγμα. Ὁ οὖν διψῶν τοῦ θεοῦ, καὶ μόνῳ χρώμενος ἄρτῳ, καὶ τοῦτο μετὰ δακρύων τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς πονεῖν, ὡς τροφῇ χρῆται τοῖς ἰδίοις δάκρυσιν, οὐκ ἐν τοῖς ἀνετικοῖς μόνοις, ἃ ἡμέραν καλεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς περιστατικοῖς, ἃ νύκτα φησί. Ὁ προφητικὸς οὖν χορὸς ἀκούων παρὰ τῶν ἀπίστων τοῦ ἔθνους; ὡς μάτην θεοσεβοῦντος, τὸ, ποῦ ἐστιν ὁ θεός

tur. Animal enim illud dum venenatorum eſu ſaturatur, ſiccius efficitur (venenatorum enim animalium ſuccus valdè calidus exiſtit) atque ideò vehementiùs aquam appetit. Ceterùm figuræ inſiſtens, ait: *Sitiuit anima mea ad Deum.* Non dixit *Deum*, ſed *ad Deum:* ſanctus enim ſitit ea quæ ad Deum ſpectant, ſicut peccator ea quæ ad mundum. Congruè autem Deum *viuum* & *fortem* nominant, eò quod Babylonij inanimatis idolis adhærerent. Hinc etiam diuinus ille hymnus deſumptus eſt, *Sanctus Deus*, &c. Deinde explicans, quid ſibi ſitis illa & immenſum deſiderium velint, ait: *Quando veniam & apparebo?* q. d. Deſidero videre tempus, quo rediturus ſum in Ieruſalem, vbi templum exiſtit, & Deus adoratur, vt appaream ipſi. Exiſtimabant enim Ieroſolymis habitare Deum. Vel Propheticus chorus hæc dicit, cùm ipſos diuinus fons deficeret propter populi iniquitates. Videntes ergo ſemetipſos à Deo remotos eſſe, *Quando*, inquiunt, *apparebo ante faciem tuam?* Facies enim eſt potentia viſiua Dei, quæ ipſos auerſabatur. Vel illud, *Quando veniam?* verba ſunt deſiderantium vltimam vocationem, etiamſi modò auerſi ſint à Deo.

Sancti ſitiunt ad Deum.

4. FVERVNT MIHI LACRYMÆ MEÆ.] Cibum, inquit, faciebam mihi lacrymas, quando de te contumelias percipiebam. Inimici enim me deridebant, curam tuam tamquam imbecillem traducentes. Horum enim ego conuitiorum recordatus, effundebar, & ad fletum commouebar. Symmachus, *animaduertens effudi in meipſum.* Qualia porrò erant, quorum recordatus, defeciſti? *Quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis.* q. d. Quando ibam vſque ad tabernaculum admirabile Dei (intelligit autem templum) quoniam exiſtens in templo audiebam voces illas admirandas confitentium, & gratias agentium, & feſtiuitatem celebrantium. Qui igitur ſitit Deum, & ſolo pane veſcitur, eoque cum lacrymis pro virtute laborando, is tamquam cibo veſcitur lacrymis ſuis, non ſolùm in rebus conſolatorijs, quas *diem* appellat; ſed etiam in tentationibus, quas *noctem* vocat. Propheticus itaque chorus cùm audiret ab Ethnicis infidelibus, quaſi fruſtrà Deum coleret, illud, *Vbi eſt Deus*

Quid ſit veſci pane lacrymarum.

COMMENTARIVS PATRVM. 2.Cor.1,9.

tuus? in ſemetipſo luctum intendebat,& dolorem abſcondens, in ſemetipſum effundebat animam ſuam. Quale eſt & illud: *Ipſi in nobis ipſis reſponſum mortis habuimus.* Perfectorum verò illud, in ſemetipſis perſeuerare, neque tumultu linguæ ad inuerecundiam efferri.

Sanctos ſola ſpes in Deum conſolatur.

6. QVARE TRISTIS ES ANIMA MEA.] Cùm, inquit, eorum quæ ibi erant recordatio incomparabilem mihi dolorem conciliaret, neque conſolatorem inuenirem, mihi ipſi imperaui, vt acciperem pro conſolatione ſpem in Deum. Inhibet enim dolores is qui ſpe in Deum munitus eſt. *Vultum* autem pro gloria ſeu decore poſuit. Dixi, inquit, in me ipſo: Spera in Domino, qui ſemper curam geſſit & ſalutis & decoris tui; ſiquidem hæc ſperantur. Ceterùm hactenus in meipſo conturbationem abſcondi. q. d. Cogitatione tenus perturbabar. Conſolationem enim in ſpe repoſitam ſuperabat recordatio locorum terræ Iordanis, & montis Hermoniim. Vel ſic. q. d. Quænam rurſus cauſſa deiectionis? quando, inquit, meipſum volebam conſolari memoriâ domus Dei, & exultatione quæ in illa erat; memor adhuc terræ promiſſionis Iordanis, & montis Hermoniim, rurſus animo cadebam. Symmachus legit, *anima mea liqueſit, quotieſcumque recordor tui à terra Iordanis*, &c.

Aquæ & abyſſus pro calamitatibus.

8. ABYSSVS ABYSSVM INVOCAT.] Aquas & abyſſos Scriptura vocare ſolet calamitates, & ingentem inimicorum multitudinem. ita & hîc, *Abyſſus abyſſum inuocat*, id eſt, inimicorum multitudo alterum inimicorum agmen aduerſus nos inuocat. Hoc autem contingit, quia mihi iratus es, & me clamore & tumultu impleri cupis, propter incurſum ingruentium in me inimicorum. Cùm enim inimicos abyſſo aſſimilaſſet, meritò etiam cataractarum mentionem fecit. Exundantes enim aquæ cataractas facere conſueuerunt. Cataractas autem Dei vocat hoſtes, quia nimirum propter iram eius aduerſus Iudæos mouebantur.

Alius. *Abyſſus abyſſo occurrit à ſono aquaductuum tuorum.* Viſus eſt igitur angi, quòd nullam clementiam conſequeretur; quam adepti ſunt, qui cum Ioſue Iordanem pertranſibant, quando aquæ ſiſtebantur, &

σου; ἐν αὑτῷ τὸ πένθος ἐπέτεινε, καὶ κρύπτων τὴν ἀλγηδόνα, ἐφ' ἑαυτὸν ἐξέχει τὴν ψυχήν. Ὁποῖον καὶ τό, αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν. Τελείων δὲ τό, ἐν ἑαυτοῖς καρτερεῖν, καὶ μὴ τῷ θορύβῳ τῆς γλώττης πρὸς ἀσχημοσύνην ἐκφέρεσθαι.

ϛʹ. ΙΝΑ ΤΙ ΠΕΡΙΛΥΠΟΣ ΕΙ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ.] Ἐπεί, φησιν, ἡ μνήμη τῶν ἐκεῖ ἀνιατόν μοι τὴν ὀδύνην ἐτίθει, καὶ τὸν παρακαλοῦντα οὐχ εὕρισκον, ἐμαυτῷ ἐκελευόμην λαβεῖν παραμυθίαν τὴν ἐλπίδα τὴν εἰς Θεόν. Ἐπιτιμᾷ γὰρ ταῖς λύπαις ὁ τῇ εἰς Θεὸν ἐλπίδι, διωχυρωμένος. Τοῦ προσώπου δέ, ἀντὶ τοῦ τῆς δόξης ἢ τῆς εὐπρεπείας. Ἔλεγον, φησιν, ἐν ἐμαυτῷ· ἔλπισον ἐπὶ τὸν κύριον, ὃς ἀεὶ ἐφρόντισε, καὶ τῆς σωτηρίας σου, καὶ τῆς εὐπρεπείας σου· καὶ τὰ μὲν ἐν ἐλπίσι ταῦτα. Τέως δὲ κατ' ἐμαυτὸν ἔκρυπτον τὴν ταραχήν. ἢ ἀντὶ τοῦ, κατὰ λογισμὸν ἐταραττόμην· ἐνίκα γὰρ τὴν ἀπὸ τῆς ἐλπίδος παραμυθίαν ἡ μνήμη τόπων τῆς Ἰορδάνου γῆς, τοῦ Ἑρμωνιεὶμ ὄρους. Ἢ οὕτως· τί δὲ πάλιν τῆς ἀθυμίας αἴτιον; παραμυθήσασθαι βουληθείς, φησιν, ἐμαυτὸν διὰ τοῦ ἀναμνησθῆναι τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ ἀγαλλιάσεως, ἔτι μνησθεὶς τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου καὶ τοῦ Ἑρμωνιεὶμ ὄρους, πάλιν ἠθύμησα. ὁ δὲ Σύμμαχος, ἡ ψυχή μου κατατήκεται, ὅτ' ἂν ἀναμιμνήσκωμαί σου ἐκ γῆς Ἰορδάνου, καὶ ἑξῆς.

ηʹ. ΑΒΥΣΣΟΣ ΑΒΥΣΣΟΝ ΕΠΙΚΑΛΕΙ.] Ὕδατα καὶ ἀβύσσους ἔθος καλεῖν τῇ γραφῇ τὰς συμφοράς, καὶ τὴν τῶν πολεμίων πολυπλήθειαν. οὕτω καὶ νῦν, Ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται, πλῆθος πολεμίων, φησίν, ἕτερον στῖφος ἐπικαλεῖται καθ' ἡμῶν πολεμίων. Τοῦτο δὲ γίνεται, διὰ τό σε ὀργίζεσθαί μοι, καὶ βούλεσθαί με κραυγῆς ἐμπίπλασθαι καὶ θορύβου, διὰ τὴν ἐπέλευσιν τῶν καταρρασσόντων με πολεμίων. Ἀβύσσῳ γὰρ ἀπεικάσας τοὺς πολεμίους, εἰκότως καὶ καταρράκτῶν ἐμνημόνευσε. Τὰ γὰρ πλημμυροῦντα ὕδατα, καταρράκτας ποιεῖν εἴωθε. Καταρράκτας δὲ Θεοῦ τοὺς πολεμίους καλεῖ, ἐπεὶ καὶ δι' ὀργὴν τὴν αὐτοῦ κεκίνηνται κατὰ τῶν Ἰουδαίων.

Ἄλλος. Ἄβυσσος ἀπήντα ἀβύσσῳ ἀπὸ ἤχου τῶν κρουνῶν σου. Ἔοικεν οὖν ἀσχάλλειν, μηδεμιᾶς τυγχάνων φιλανθρωπίας, οἵας ἔτυχον οἱ μετὰ Ἰησοῦ διαβάντες τὸν Ἰορδάνην, ἀναστελλομένων τῶν ὑδάτων, καὶ

κυρτουμένων τῷ μὴ ἔχειν διέξοδον. Τὸ δὲ ἐπικαλεῖται, ἀντὶ τοῦ ἐκκαλεῖται. Μηδὲν οὖν, φησι, τούτων ἐπ' ἐμοῦ θεωρῶν, ὀδύνωμαι παρ' ἐμαυτὸν, συμφορὰς μόνας ὁρῶν ἄλλας ἐπ' ἄλλαις. Τὸ δὲ μετεωρισμοὶ καταιγίδα εἶπεν ὁ Σύμμαχος, ἢ ἀντὶ τοῦ, αἱ ὀργαί σου κυμάτων δίκην ὑψώθησαν ἐπ' ἐμὲ καὶ κατέκλυσαν. Ἀπεικάσας γὰρ ἀβύσσῳ τὴν στρατιὰν, ἐπιμένων τῇ τροπῇ, κύμασι καὶ καταιγίσι τὴν στρατείαν ἀπείκασεν. Ἢ καταρράκται θεοῦ; οἱ περὶ αὐτοῦ βαθύτατοι λόγοι, ἢ οἱ θεῖοι προφῆται. Ἡ τοῦ Ἰησοῦ τοίνυν διδασκαλία ἐκκαλεῖται τὴν ἄβυσσον τῆς παλαιᾶς γραφῆς. Τάχα δὲ ἐπεὶ τὰ κρίματα τοῦ θεοῦ ἄβυσσος πολλὴ, παρίσταται ὅτι τὰ κρίματα τοῦ θεοῦ ἑτέρων κριμάτων ὑπερῆρται. Μετεωρισμοὶ οὖν αἱ ὑψώσεις· κύματα οἱ πειρασμοὶ καὶ αἱ περιστάσεις. Ἢ ἄβυσσόν φησιν ἐπικαλεῖσθαι τὴν ἀληθινὴν γνῶσιν τὴν θείαν. Ἀβύσσῳ παρείκασται δὲ ἡ ἀνθρωπίνη σοφία, ὡς δὲ αὐτὴ μικροῦ ἀκαταληπτουμένη. Αὕτη οὖν σε ἐπικαλεῖται, ὁπηνίκα τι γενναῖον καὶ φοβερὸν τῶν καταρρακτῶν, ἤτοι τῶν εἰωθότων κριμάτων σου τῇ ἀπορίᾳ κατακλύζει, ὡς καὶ φωνὰς ἀφιέναι ἀμηχανίας, σοῦ δεομένη παρασχεῖν αὐτῇ λύσιν.

θ. ΗΜΕΡΑΣ ΕΝΤΕΛΕΙΤΑΙ ΚΥΡΙΟΣ.] Τὸ τάχος βούλεται εἰπεῖν τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας· οἷον. Ὥσπερ βουληθεὶς κύματα πολεμίων ἐπήγαγές μοι· οὕτω βουληθεὶς ἀπαλλάξαι με, ὀξυτάτην νέμεις τὴν βοήθειαν· ὥστε ἅμα τῷ προστάξαι σε, μηδὲν κωλύσαι εὐχαριστῆσαί με, καὶ μηδὲν μέσον εἶναι τοῦ σοῦ προστάγματος, καὶ τῆς ἀπολαύσεως. Ἢ ἀντὶ τοῦ, προσευχὴν ἀναπέμπω καὶ τῷ θεῷ τῆς ζωῆς μου τῷ ζωὴν χαρισαμένῳ. Καὶ τοῦτό, φησιν, ἐπάγω πρὸς τὸν θεόν. εἰ οὕτως ἀντιλαμβάνῃ μου, διὰ τί συνεχώρησάς μοι παθεῖν; Οὐ γὰρ ἦν τοῦτο φιλοῦντος, τοσοῦτον παρορασθῆναί με καὶ σκυθρωπάζειν τῶν ἐχθρῶν ἐπικειμένων, καὶ ὀδυνώντων. Καὶ γὰρ τὸ εἰς τοσαύτην κατενεχθῆναί με ἀσθένειαν, ἀφορμὴν ἔχουσιν εἰς τὸ ὑβρίζειν καὶ ὀνειδίζειν με. ἐδόκουν δέ μοι καὶ εὔλογα ὀνειδίζειν, ὡς παρωσαμένης με ἐπὶ τοσοῦτον τῆς φιλανθρωπίας σου τῷ καταθλᾶσθαι. Ἀκύλας, Ἐν τῷ φονεῦσαί με ἐν ὀστέοις μου. Σύμμαχος, ἐν τῷ συνθλᾶσαι τὰ ὀστᾶ μου.

Ἄλλος. Διὰ τί μου ἐπελάθου; διὰ τί τῆς σῆς προνοίας οὐ μεταδίδως; λήθη μέν τοι πάθος ἀνθρώπινον, ἀπαθὲς δὲ τὸ θεῖον. οὐχ ὁρῶμεν δὲ πάντας

incurvabantur, quòd exitum non haberent. Poſuit autem *inuocat* pro *euocat*. Cùm igitur, inquit, nihil horum videam, mecum ipſe lugeo, cùm ſolas, eaſque alias, ex alijs calamitates percipiam. *Excelſa* verò Symmachus procellam dixit, q. d. Iræ tuæ fluctuum inſtar eleuatæ ſunt ſupra me, & inundarunt. Cùm enim exercitum abyſſo comparaſſet, manens in figura, fluctibus & procellis eumdem aſſimilauit. Vel cataractæ Dei ſint profundiſſimi de ipſo ſermones, vel diuini vates. Hoc ſenſu itaque doctrina Ieſu inuocat abyſſum veteris ſcripturæ. Fortè verò, quoniam *iudicia Dei abyſſus multa*, declaratur, quomodo iudicia Dei alijs iudicijs ſuperextollantur. *Excelſa* igitur ſunt eleuationes, *fluctus*, tentationes & pericula. Vel abyſſum ait appellari veram notitiam diuinam. Abyſſo etiam aſſimilatur humana ſapientia, vt quæ vix etiam capi queat. Hæc igitur te inuocat, quando ingentes ac terribiles aliquæ cataractæ, ſeu ſolita iudicia tua, ad deſperationem exundant, vt etiam puſillanimitatis voces emittat, te rogans vt illam ſoluas.

COMMENTARIVS PATRVM.

Cataracta & abyſſus quid myſticè.

Pſal. 35. 7.

9. IN DIE MANDAVIT DOMINVS.] Vult indicare celeritatem auxilij diuini. q. d. Quemadmodum cùm voluiſti, procellas inimicorum ſuper me induxiſti; ita cùm me liberare decreuiſti, celerrimum auxilium tribuis: ita vt ſimul ac iuſſeris, nihil me à gratijs agendis prohibere poſſit, nihilque intercedat inter mandatum tuum & rei conſecutionem. Vel ac ſi dicat: Rogo Deum vitæ meæ, qui mihi vitam tribuit. Et hoc, inquit, ſubiungo ad Deum: Si ſic me ſuſcipis, cur permiſiſti me pati? Non erat enim hoc amantis, vſque adeò permittere me deſpici & affligi ab inimicis mihi imminentibus, & me contriſtantibus. Etenim quòd ad tantam deuenerim imbecillitatem, occaſionem habuerunt me iniurijs & opprobrijs afficiendi, dum benignitas tua me ita deſerit, vt fatiſcam. Aquila, *dum me interficerent in oſſibus meis*. Symmachus, *dum confringuntur oſſa mea*.

Deus citò ſuis fert auxilium.

Alius. Quare oblitus es mei? cur me prouidentiæ tuæ participem non facis? obliuio enim eſt paſſio hominis; Deus autem eſt expers paſſionis. Ceterùm non omnes

Videtur Deus obliuiſci, quando non ſtatim adiuuat.

COMMENTARIVS PATRVM.

perſpectum habemus, quomodo Deus miſereatur; & ſæpenumerò ea quæ ſecundùm miſerationem eius fiunt, eò quòd moleſta ſint, non libenter habentes, haud cenſemus eſſe miſericordiam. Idcircò dicimus: *Quare oblitus es mei?* At qui exploratum habet, quòd quidquid immittit Deus, vtiliter immittat, nihil dicet iſtiuſmodi.

10. QVARE TRISTIS ES?] Aquila, *Cur me inclinas?* Symmachus, *Cur liquefacis?* Rurſum verò, inquit, cùm hæc mecum cogitarem, mihi ipſi imperaui, vt non turbarer, ſed ſperarem in Deum, qui promptè ſuppeditat ſalutem, & glorioſum me reddit. Proprium eſt autem eorum qui aliquid patiuntur, vt in ſemetipſis continuas voluant cogitationes, aliquando quidem deſperationis, aliquando verò ſpei.

πῶς ἐλεεῖ ὁ Θεὸς, καὶ πολλάκις πρὸς τὰ κατ' ἐλεημοσύνην αὐτοῦ γινόμενα, τὸ ἐπίπονα εἶναι, οὐχ ἡδέως ἔχοντες, οὐδὲ ἔλεον εἶναι νομίζομεν. Διὸ λέγομεν· Διὰ τί μου ἐπελάθου; Ὁ δὲ διειληφὼς, ὅτι πᾶν ὃ ἐπάγει ὁ Θεὸς, συμφερόντως ἐπάγει, οὐδὲν ἐρεῖ τοιοῦτον.

ί. ΙΝΑ ΤΙ ΠΕΡΙΛΥΠΟΣ ΕΙ;] Ἀκύλας, Τί κατακύπτεις; Σύμμαχος, Τί κατατήκῃ; Πάλιν δέ, φησι, ταῦτα ἐν ἐμαυτῷ ἐνθυμούμενος, ἐνεκελευόμην ἐμαυτῷ μὴ ταράττεσθαι, ἀλλ' ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, τὸν ἑτοίμως παρέχοντα σωτηρίαν, καὶ ἔνδοξόν με ποιοῦντα. Ἴδιον δὲ τῶν πασχόντων, τὸ συνεχεῖς λογισμοὺς στρέφειν ἐν ἑαυτοῖς, ποτὲ μὲν ἀπογνώσεως, ποτὲ δὲ ἐλπίδος.

CATENA PATRVM.

Filij Core ſacri erant Cantores.

ATHANASII. Filij Core cantores ſacri fuerunt. Canunt autem canticum, ab ijs qui illud compoſuerant (id eſt à Dauide) acceptum, ſignificantes ea quæ extremis temporibus euenient. Inducunt autem ipſius Iſraëlis perſonam Chriſto confitentem per pœnitentiam, quam acturi ſunt in conſummatione ſæculorum.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἱεροψάλται μὲν γεγόνασι οἱ τοῦ Κορὲ υἱοί. Ἄδουσι δὲ τὴν ᾠδὴν λαβόντες παρὰ τοῦ συνθέντος αὐτὴν, τουτέστι τοῦ Δαβίδ, τὰ ἐπ' ἐσχάτων σημαίνοντες τῶν καιρῶν. εἰσφέρουσι δὲ τὸ αὐτοῦ τοῦ Ἰσραὴλ πρόσωπον, ἐξομολογούμενον τῷ Χριστῷ, διὰ τῆς μεταγνώσεως, ἧς ποιήσονται ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων.

Cur hic Pſalmus ad intelligentiam inſcriptus ſit.

HESYCHII. Pſalmorum hi quoque cantores erant, qui quos Dauid Propheta Pſalmos fecerat, ab eo accipiebant. Pſalmus verò ea fortè de cauſſa *intellectus* inſcribitur, quòd Core, proauus illorum, malus fuerit, ſimul cum Dathan & Abiron contra Moyſen inſurgens. Verùm hi veſtigia proaui non ſunt ſecuti, ſed neque illorum patres; vnde euerſo omni Core concilio, illi à Core iniquitate (vti veroſimile eſt) recedentes, ſeruati ſunt. Hoc enim tunc temporis, ne vnà perirent, reliquo etiam populo Moyſes præceperat. Ceterùm hic Pſalmus longè veriùs *in finem ad intelligentiam* inſcribitur; quandoquidem Baptiſmum præſignificat, qui ante finem poſt Iudaicas luſtrationes inſtitutus eſt. Ad hunc autem accedere verè ſapientia & intelligentia exiſtit.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ψαλτῳδοὶ καὶ οὗτοι, ψαλμοὺς παρὰ τοῦ Δαβίδ, οὓς αὐτὸς προεφήτευσε, δανειζόμενοι. Εἰς σύνεσιν δὲ ἴσως ὁ ψαλμὸς ἐπιγέγραπται, ἐπειδὴ πρόγονος αὐτοῖς ὁ Κορὲ ἐγεγόνει παράνομος, ὁ τῷ Μωσῇ μετὰ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν ἐπαναστάς. Οὗτοι δὲ πάντες τὸν πρόγονον οὐκ ἐζήλωσαν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ τούτων πατέρες, ὅθεν πάσης τῆς τοῦ Κορὲ συναγωγῆς ἀπολλυμένης, διαχωρίσαντες ἑαυτοὺς ὡς εἰκὸς, ἐκείνοι τῆς τοῦ Κορὲ κακίας, ἐσώθησαν. Τοῦτο γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὥστε μὴ ἀπολέσθαι, καὶ ἄλλῳ ὁ Μωϋσῆς τῷ λαῷ διετάξατο. Τὸ δὲ ἀληθέστερον εἰς τὸ τέλος εἰς σύνεσιν ὁ ψαλμὸς ἐπιγέγραπται, ἐπειδὴ προμηνύει τὸ βάπτισμα, ὃ πρὸς τῷ τέλει μὲν καὶ μετὰ τοὺς Ἰουδαϊκοὺς καθαρισμοὺς νενομοθέτηται. προσελθεῖν δὲ τούτῳ σοφία τις ἀληθὴς ὑπάρχει καὶ σύνεσις.

2. QVEMADMODVM DESIDERAT CERVVS.]

Cerui cur ſitiendi.

THEODORETI. Aiunt ceruos feras venenatas deuorare, atque hinc in ſitim vehemen-

β'. ΟΝ ΤΡΟΠΟΝ ΕΠΙΠΟΘΕΙ Η ΕΛΑΦΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ Φασὶ τὰς ἐλάφους τὰ ἰοβόλα θοινᾶσθαι θηρία, καὶ σφοδρότερον ἐντεῦθεν εἰς

δίψαν

δίψαν ἐκκαλεῖται, καὶ θερμότερον τῶν ὑδάτων ὀρέγεται. Βαβυλωνίοις τοίνυν οἱ προειρημένοι συνόντες, ἀνδράσι δυσσεβείᾳ καὶ παρανομίᾳ συζῶσι, καὶ ἀτεχνῶς τοῖς ἑρπετικοῖς ἐοικόσι θηρίοις· εἰκότως ταῖς ἐλάφοις παραπλησίως διψᾶν ἔλεγον τὸν θεὸν, τῶν ἐκεῖθεν ποθοῦντες ἀπαλλαγὴν, καὶ προσμένοντες τὴν θείαν ῥοπήν.

Χρυσοστόμου. Τοῦτο τῶν ἐρώντων ἐστὶν ἔθος, μὴ κατέχειν σιγῇ τὸν ἔρωτα, ἀλλ' εἰς τοὺς πλησίον ἐκφέρειν, καὶ λέγειν, ὅτι φιλοῦσι. Καὶ ἐπειδὴ λόγῳ παραστῆσαι τὸν ἔρωτα οὐκ ἴσχυσε, περιέρχεται ζητῶν ὑπόδειγμα, ἵνα κἂν οὕτω τὸ φίλτρον ἡμῖν ἐνδείξηται. Ἄξιον δέ ἐστιν ἐξετάσαι, τί δήποτε τοῦτο τὸ ζῶον εἰς μέσον παρήγαγε; Διψαλέον πως ἐστὶν ἡ ἔλαφος, καὶ διὰ τοῦτο συνεχῶς τρέχει ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων. διψαλέον δὲ γίνεται ἀπό τε τῆς φύσεως, ἀπό τε τοῦ τοὺς ὄφεις κατεσθίειν. Καὶ σὺ τοίνυν ποίησον τοῦτο, τὸν νοητὸν ὄφιν κατάφαγε, ἐδάφισον τὴν ἁμαρτίαν, καὶ δυνήσῃ διψᾶν τὸν τοῦ θεοῦ πόθον. Καθάπερ γὰρ τὸ πονηρὸν συνειδὸς ῥυπαροὺς ἡμᾶς ἀπεργάζεται, καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβάλλει· οὕτως ἐὰν ἐδαφίσωμεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας, ἐὰν ἐκκαθάρωμεν ἡμῶν τὴν πονηρίαν, δυνησόμεθα διαβλέψαι πρὸς τὸν πνευματικὸν πόθον, καὶ μετὰ πολλῆς προθυμίας καλεῖν τὸν θεόν.

γʹ. ΕΔΙΨΗΣΑ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΠΡΟΣ ΘΕΟΝ.] Θεοδωρήτου. Ποθῶ δέ, φησι, καὶ διψῶ τὴν τοῦ ὄντος θεοῦ μου λατρείαν. Τὸ γὰρ ὀφθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ, τὸ λατρεύειν αὐτῷ κατὰ τὸν νόμον λέγει. Τῇ δὲ Ἱερουσαλὴμ τοιαύτη περιώρισται λατρεία. Καὶ τοῦτο οὐ μόνος ὁ θεῖος διδάσκει Μωϋσῆς, ἀλλὰ καὶ οἱ τρεῖς μάρτυρες, Ἀνανίας, Ἀζαρίας, καὶ Μισαὴλ ἐν τῇ καμίνῳ τὸν θεὸν ἀντιβολοῦντες. Μάλα δὲ ἁρμοδίως ἰσχυρὸν καὶ ζῶντα τὸν θεὸν ὀνομάζουσι, τοῖς ἀψύχοις καὶ ἀκινήτοις τῶν Βαβυλωνίων εἰδώλοις προσέχοντες.

Χρυσοστόμου. Οὐκ εἶπεν, Ἐφίλησεν ἡ ψυχή μου τὸν θεὸν τὸν ζῶντα, ἀλλ' ἵνα τὴν διάθεσιν ἐνδείξηται, δίψος ἐκάλεσεν. ἀμφότερα ἡμῖν δηλῶν, τό τε διακαὲς τῆς ἀγάπης, καὶ τὸ διηνεκὲς τοῦ ἔρωτος· καθάπερ οἱ διψῶντες οὐκ ἐν μιᾷ τοῦτο πάσχουσιν ἡμέρᾳ, οὐδὲ δύο, ἢ καὶ τρισὶ (τοῦτο γὰρ οὐδὲν θαυμαστὸν) ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ βίου, τῆς φύσεως ἐπὶ τοῦτο ἀγούσης. Οὕτω δὴ πάντες οἱ ἅγιοι, οὐκ ἐν μιᾷ μόνον ἡμέρᾳ ἐν κατανύξει ἐγίνοντο, καθάπερ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ διηνεκῶς καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν,

ter accendi, & aquas magnoperè deſiderare. Cùm igitur ſupradicti captiui conſuetudinem cum Babylonijs habuiſſent, viris impijs & iniquis, & verè reptilibus beſtijs ſimilibus; meritò dicebant ſe inſtar ceruorum ſitire Deum, deſiderantes illinc liberari, & diuinam opem præſtolantes.

CATENA PATRVM.

CHRYSOSTOMI. Conſuetudo hæc eſt amantium, vt ſilentio minimè tegant amorem, ſed proximis illum manifeſtent, & dicant ſe amare. Cùm igitur verbo amorem ſuum exprimere non valeret, circuit quærens exemplum, vt vel ſic amoris affectum nobis declararet. Dignum porrò eſt inueſtigatu, cur hocce animal in medium adduxerit. Siticuloſum vtique animal ceruus eſt, & idcircò continuò currit ad fontes aquarum. Siticuloſus autem eſt, cùm à natura, tum ex eſu ſerpentum. Et tu igitur id ipſum præſta, ſpiritalem ſerpentem deuora: proſterne peccatum, & poteris ſitire amorem Dei. Quemadmodum enim praua conſcientia ſordidos nos reddit, & conijcit in deſperationem: ſic, ſi peccata noſtra proſtrauerimus, ſi iniquitatem noſtram expiauerimus, ad ſpiritale deſiderium attendere, & cum magna confidentia inuocare Deum poterimus.

Amantium eſt amorem prodere.

Qui peccatum abſumit, Deum ſitit.

3. SITIVIT ANIMA MEA AD DEVM.] THEODORETI. Cupio, inquit, & ſitio cultum veri Dei mei. Apparere enim ante faciem Dei nihil aliud eſſe dicit, quàm ipſum ſecundùm legem colere. Huiuſmodi autem cultus Ieroſolymæ circumſcriptus eſt. Et hoc non ſolus beatus Moyſes docet, ſed etiam tres martyres, Ananias, Azarias, & Miſaël in camino Deum deprecantes. Concinnè autem fortem & viuentem Deum nominant, præ inanimatis & immobilibus Babyloniorum idolis.

CHRYSOSTOMI. Non dixit, Amauit anima mea Deum viuum, ſed vt affectum declararet, ſitim appellauit. Vtraque nobis declarans, cùm ardorem dilectionis, tum aſſiduitatem amoris; quemadmodum qui ſitibundi ſunt, non vno, duobus tribúſve diebus ſitim patiuntur (hoc enim nihil miri eſſet) ſed totâ vitâ, naturâ ad hoc impellente. Sic vtique omnes ſancti non vnicâ ſolâ die in compunctione verſabantur (ſicut multi hominum) ſed aſſiduè, & per ſingulos dies,

Deum aſſiduò ſitire debemus.

CATENA PATRVM.

in amore perſeuerabant,& augebant dilectionem. quod vtique etiam ipſe inſinuans,dixit: *Sitiuit anima mea ad Deum, fortem, viuum:* ſimul etiam rationem reddere volens, ac demonſtrare, quomodo quis Deum amare debeat, tantùm non adhortans, ne in ſæcularia negotia effundamur. *Quando veniam,& apparebo ante faciem Dei?* Vide hominem accenſum: cùm enim ſciret quòd hinc diſcedens ipſum eſſet conſpecturus, non expectat dilationem.

ORIGENIS. Ad Deum ſitiunt hi qui in Euangelio propter ſitim ſuam beati prędicantur. Non dixit, *Sitiuit anima mea Deum*; non enim Deum bibit anima, ſed *ad Deum:* ſanctus enim ſitit ea quæ ad Deum ſpectant; ſicut peccator non ea quæ ad Deum, ſed quæ ad mundanam vitam, vel ad diabolum pertinent. Quin & Saluator ſubſtitit, & exclamauit, dicens: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Et quia ſoli ſancti apparebunt ante faciem Dei,qui illam à peccatoribus auertit. Vel cùm Deus prouidentialem ſuam virtutem à populo auertiſſet, vitam hanc deplorabant; Deo autem volebant obuiare. Ceterùm hoc dicebant, cùm ab omni macula expiati erant: qui enim conſpurcatus eſt, is dicit: *Auerte faciem tuam à peccatis meis.*

Ioan. 7, 37.

Pſal. 50, 11.

4. FVERVNT MIHI LACRYMÆ MEÆ.] THEODORETI. Dies noctéſque, inquit, lugendi ſatietas numquam me capit, ſed velutí quemdam cibum lacrymas facio, cùm de te opprobria percipio. Hoſtes enim derident me, tuam gubernationem traducentes tamquam imbecillem, & minimè valentem eorum robur ſuperare. Idcircò dum hæc aſſiduè in memoriam reuoco, indefeſſum luctum habeo.

Sancti lugent de opprobrijs impiorum in Deum.

ORIGENIS. Quorum lacrymæ panes ſunt, beati qui flent modò. Perfecti viri eſt hoc poſſe dicere: quoniam qui imperfectus eſt, is ob externas res conturbatur,& animam extra ſe habet, deformis & reprehenſus ab omnibus, dum verbis animam denudat. Is verò qui ſanctus eſt, à rebus exterioribus animum ſuum colligit. Qui autem ex affectu lacrymatur, lacrymas ſuas inſtar panis manducabit; non ſolùm in rebus proſperis, quas diem vocat, ſed etiam aduerſis, quas noctē nominat.

ἐρῶντες διετέλουν, καὶ τὴν ἀγάπην ἐπέτεινον. ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἐμφαίνων ἔλεγεν, Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν, τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα, ὁμοῦ καὶ τὴν αἰτίαν θέλων εἰπεῖν, καὶ δεῖξαι βουλόμενος, πῶς ἄν τις τὸν Θεὸν φιλήσειε, μονονουχὶ παραινῶν, μὴ πρὸς τὰ βιωτικὰ κεχύσθαι πράγματα. Πότε ἥξω, καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; Ὅρα διακαιόμενον ἄνθρωπον. εἰδὼς γὰρ ὡς ἐντεῦθεν αὐτὸν ὄψεται ἀπελθὼν, οὐδὲ τὴν ἀναβολὴν ἀναμένει.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πρὸς τὸν Θεὸν διψῶσιν, οἱ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἐπὶ τῷ διψᾶν μακαριζόμενοι. Οὐκ εἶπεν, ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου τὸν Θεὸν, οὐ γὰρ Θεὸν πίνει ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεόν. Τὰ γὰρ πρὸς Θεὸν ὁ ἅγιος διψᾷ, ὥσπερ ὁ ἁμαρτωλὸς τὰ μὴ πρὸς Θεὸν, ἀλλὰ τὰ πρὸς κοσμικὴν ζωὴν, ἢ τὰ πρὸς διάβολον. Καὶ ὁ σωτὴρ δὲ εἱστήκει, καὶ ἔκραζε λέγων, ἐάν τις διψᾷ ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. Καὶ ὅτι μόνοι οἱ ἅγιοι ὀφθήσονται τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ, ἀποστρέφοντος αὐτὸ ἀπὸ ἁμαρτωλῶν. Ἢ ὡς ἀποστρέψαντος τοῦ Θεοῦ τὴν ἐποπτικὴν αὐτοῦ δύναμιν ἀπὸ τοῦ λαοῦ, ἀπεθρήνουν τὴν ἐνταῦθα ζωήν. πρὸς αὐτὸν δὲ καταντᾶν ἠβούλοντο τὸν Θεόν. Τοῦτο δὲ ἔλεγον παντὸς μώμου κεκαθαρμένοι. ὁ γὰρ ἐσπιλωμένος, ἀπόστρεψον, φησι, τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου.

δ'. ΕΓΕΝΗΘΗ ΤΑ ΔΑΚΡΥΑ ΜΟΥ ΕΜΟΙ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Νύκτωρ, φησὶ, καὶ μεθ' ἡμέραν ὀλοφυρόμενος κόρον οὐκ ἔλαβον, ἀλλ' ὥσπερ τινὰ τροφὴν ποιοῦμαι τὰ δάκρυα, τὰ περὶ σοῦ ὀνείδη δεχόμενος. Οἱ γὰρ δυσμενεῖς ἐπιτωθάζουσί μοι, τὴν σὴν κηδεμονίαν περιφέροντες ὡς ἀσθενῆ, καὶ τῆς αὐτῶν ῥώμης περιγενέσθαι μὴ δυνηθεῖσαν. Τοιγαροῦν ταῦτα διηνεκῶς λογιζόμενος, ἄπαυστον ἔχω τὸν θρῆνον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὧν τὰ δάκρυα ἄρτος, μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν. Τελείου ἐστὶ τὸ δύνασθαι τοῦτο λέγειν, ἐπεὶ ὁ ἀτελὴς, ταράσσεται ὑπὸ τῶν ἔξωθεν, καὶ ἔξω τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἔχει, ἀσχήμων τε ἐλεγχόμενος παρὰ πᾶσι, διὰ τῶν λόγων ἀπογυμνῶν τὴν ψυχήν. Ὁ δὲ ἅγιος συνάγει ἀπὸ τῶν πρὸς τὰ ἔξω τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ. Ὁ δὲ ἀπὸ διαθέσεως δακρύων, τὰ δάκρυα αὐτοῦ ἄρτου δίκην ἐσθίει· οὐκ ἐν τοῖς ἀρετικοῖς μόνον, ἃ ἡμέραν καλεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς περιστατικοῖς, ἃ νύκτα ὀνομάζει.

έ. ΟΤΙ ΔΙΕΛΕΥΣΟΜΑΙ ΕΝ ΤΟΠΩ ΣΚΗΝΗΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σκηνὴν καλεῖ τὴν τοῦ Θεοῦ σκέπην. Μετὰ τὰ σκυθρωπὰ τοίνυν τὰ θυμήρη διαγορεύει, καὶ προδιδάσκει ὡς τάχιστα τῆς ἀνακλήσεως τεύξονται, καὶ ὑπὸ τῆς θείας ποδηγούμενοι χάριτος, εἰς τὴν ποθουμένην ἐπανήξουσι γῆν, καὶ τὸν θεῖον ἀνοικοδομήσουσιν οἶκον, καὶ τὰς συνήθεις ἐπιτελέσουσι πανηγύρεις. καὶ τὸν ἑορταστικὸν ἦχον, καὶ τὴν πνευματικὴν μελῳδίαν ταῖς ἀκοαῖς εἰσδέξονται. χορεύοντες, φησι, καὶ τὸν σωτῆρα Θεὸν ἀνυμνοῦντες καὶ σκιᾶς κατὰ τὴν πορείαν ἀπολαύοντες, οὕτω τὸν θεῖον οἶκον καταληψόμεθα, ὡς ἐν πομπῇ τινὶ ποιούμενοι τὴν ἐπάνοδον. Ταύτης ἀκούοντες τῆς προῤῥήσεως, σφᾶς αὐτοὺς ψυχαγωγοῦσι, λέγοντες, Ἵνα τί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου; ταύτας, φησὶν, ὦ ψυχὴ, δεξαμένη τὰς ὑποσχέσεις, παῦσαι μὲν ἀλύουσα καὶ ἀσχάλλουσα, τῇ δὲ ἐλπίδι στηριζομένη προσμένειν τὸ τῆς προῤῥήσεως τέλος, ἐν ᾧ τὴν γεγενημένην ὁρῶσα σωτηρίαν, ὕμνους προσοίσεις τῷ σεσωκότι Θεῷ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ μὲν κατὰ Μωσέα ἐν Ἐξόδῳ σκηνὴ τύπος οἶμαι ταύτης ἦν· ὁ δὲ κατὰ Σολομῶντα ναὸς, τύπος τοῦ ἀληθινοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. ὅτι, φησὶν, ἔτι προκόπτω, καὶ οὔπω τέλειός εἰμι. σύμβολον δὲ τῆς προκοπῆς ἡ σκηνὴ, θαυμαστῶς φέρει ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τὴν τελειότητα, καθ' ἣν οἰκεῖ μὲν ἔνθα ὁ Θεός. Οἱ δὲ πνευματικῶς ἑορτάζοντες, ἠχοῦσιν ἀγαλλιώμενοι καὶ ἐξομολογούμενοι. Ἢ τοῦτό φησι. Παραμυθούμην ἐπὶ τοιαύταις ἐμαυτὸν ἐλπίσιν, ἵνα τί, λέγων, περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου; προσεδόκων γὰρ ὡς διαδέξεταί με τὸ μακάριον τέλος, ἡ θαυμαστὴ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ ἐνδοτάτω οἶκος αὐτοῦ, εἰς ὃν οἱ ἅγιοι ὑπὸ ἀγγελικῶν δυνάμεων αἰρόμενοι εἰσαχθήσονται. εἰ δὲ χαρὰ γίνεται ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, πῶς οὐκ εἰκότως ψυχῆς μετὰ γυμνασίων, εἰς τὰ ἅγια τὰ ἐπουράνια εἰσαγομένης, φωνὴν εὐσήμων γίνεσθαι πλήθους πανηγυριζόντων, ἐπὶ τῇ τοῦ σωζομένου σωτηρίᾳ; ὡς ἐπ' ἀληθέσι δὲ τούτοις εὐχαριστεῖ. Ἵνα τί περίλυπος; καὶ ἑξῆς. Λυπουμένοις οὖν ἑαυτοῖς οὕτως ἐπιπλήττωμεν, καὶ συνταρασσομένοις. Ὅτι σωτήριον ὁ Θεὸς ἡμῶν τοῦ προσώπου ἡμῶν ἐστιν, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα.

ζ. ΠΡΟΣ ΕΜΑΥΤΟΝ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ.]

5. QVONIAM TRANSIBO IN LOCVM TABERNACVLI.] THEODORETI. *Tabernaculum* vocat Dei tectum. Poſt triſtia igitur grata narrat, & præmonet eos citò reuocandos, atque à diuina gratia deductos, in deſideratam terram redituros, & diuinam domum inſtauraturos eſſe, conſuetaſque ſolemnitates celebraturos, atque feſtiuum ſonum & ſpiritus concentum ſuis auribus percepturos. Tripudiantes, inquit, & Deum Saluatorem laudantes, & in itinere vmbrâ perfruentes, ſic diuinam domum recuperabimus, tamquam pompâ quadam reditum inſtituentes. Cùm hanc vaticinationem intellexiſſent, ſemetipſos oblectant, dicentes: *Quare triſtis es anima mea?* Has, inquit, promiſſiones, ô anima, cùm acceperis, quieſce quidem à mœrore & dolore; ſpe autem corroborata, vaticinationis euentum expecta, in quo ſalutem partam videns, hymnos Deo ſalutis largitori adferes.

Sancti lætantur de promotione diuini cultus.

ORIGENIS. Exiſtimo tabernaculum illud Moyſis in Exodo typum fuiſſe huius; templum verò Salomonis figuram fuiſſe veræ domus Dei. Quoniam, inquit, adhuc proficio, & nondum perfectus ſum. Cùm autem tabernaculum eſſet ſymbolum profectus, admirabiliter tendit ad domum Dei, id eſt perfectionem, in qua Deus habitat ac commoratur. Porrò qui ſpiritaliter feſtum celebrant, vociferantur exultantes & confitentes. Vel hoc ait. q. d. Memetipſum iſtiuſmodi ſpebus conſolabar, dicens: *Quare triſtis es anima mea?* Expectaui enim vt me excipiat beatus finis, admirabile tabernaculum Dei, & interior domus eius, in quam ſancti ab angelicis virtutibus eleuati introducêtur. Quòd ſi verò *gaudium ſit in cælo ſuper vno peccatore pænitentiam agente*; cur non meritò, dum poſt luctam anima in ſancta illa cæleſtia introducitur, vox fiat exultantis & feſtum celebrantis multitudinis, propter ſalutem eius qui ſaluandus eſt? Pro his igitur, vt veris bonis, gratias agit. *Quare triſtis es?* &c. Sic igitur noſmetipſos triſtes & conturbatos increpamus. Quoniam Deus noſter eſt ſalutare vultus noſtri, quando *reuelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur*.

Tabernaculum & templum Salomonis ſunt figura templi ſpiritualis.

Quale ſit gaudium Eccleſiæ exultantis.

Luc. 15, 7.

2. Cor. 3, 18.

7. AD MEIPSVM ANIMA MEA.]

THEO-

CATENA PATRVM.

Solicitæ animæ deſcriptio.

THEODORETI. Ethopoeia quædam eſt animæ ſecum colloquentis. Quoniam enim dixerat, Conquieſce à mœrore, cùm bonorum promiſſiones acceperis; reſpondet ad hæc dicẽs: Non fruſtrà triſtitiâ afficior, quandoquidem paternæ terræ memoria mouet mihi lacrymas. Terram enim Iordanis promiſſionis terram nuncupat, & Hermoniim montem Hermon vocat. Per montem autem & flumen totam illam terram ſignificauit. Sic autem Symmachus interpretatus eſt, *Anima mea liqueſit, quando recordor tui à terra Iordanis, & Hermoniim à monte minimo.*

8. ABYSSVS ABYSSVM INVOCAT.] THEODORETI. In illa autem, inquit, terra degens, hoſtium multitudini traditus ſum, & veluti in abyſſo aliqua ſubmerſus. *Abyſſos* enim vocat militares acies & multitudinem. Illa verò quæ ab ipſis fiebant, aquis & antiquo diluuio comparauit. Propterea, inquit, doleo; verumtamen tuam benignitatem habeo pro conſolatione.

EVSEBII. Ceterùm videtur mihi dictorum ſenſus eſſe iſtiuſmodi. Quomodo nimirum, cùm poſt Moyſis obitum Ioſue populum in terram promiſſionis introduceret, ſacerdotes Iordanem aſcenderunt, arcam humeris ferentes, *Et ſteterunt aquæ*, vt inquit Scriptura, *deſcendentes deſuper*. Stetit concretio vna recedens longè valdè vehementer vſque ad partem Cariathiarim. Quæ autem deſcendebat, deſcendit in mare Araba, mare ſalis, donec in finem defecit. Et omnes filij Iſraël tranſibant per aridam in medio Iordanis, dum fluxus quidem ille qui deorſum ferebatur, in mare ſalſum efflueret; alius verò qui deſuper deſcendebat, mirum in modum virtute Dei contineretur, & retrocederet. Tunc vtique abyſſus abyſſo occurrit, aquis Iordanis inhibitis, & in altum elatis. Huius ego prouidentiæ gratiam quæ tunc populo exhibita eſt memoriâ verſans, meritò in præſentiarum animo compungor, quòd nulla eiuſcemodi Dei prouidentia nobis eueniat. Siquidem illi mirabiliter Iordanem tranſierunt, & montem illi vicinum, qui Hermoniim appellatur, & minimus exiſtit. Circa me verò, qui hæc dico, nihil iſtiuſmodi actum eſt: ſed *omnia excelſa tua & fluctus tui ſuper me tranſierunt*. Quamobrem

Deſcriptio tranſitus per Iordanem.

Ioſ. 3,16.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἠθοποιΐα τίς ἐστι τῆς ψυχῆς πρὸς ἑαυτὴν διαλεγομένης. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, παῦσαι ἀθυμοῦσα τὴν ἀγαθῶν δεξαμένη τὰς ὑποσχέσεις· ἀποκρίνεται πρὸς ταῦτα, λέγουσα, ὅτι οὐ μάτην ἀλύω· ἡ γὰρ μνήμη τῆς πατρῴας γῆς κινεῖ μοι τὰ δάκρυα. γῆν γὰρ Ἰορδάνου τὴν τῆς ἐπαγγελίας καλεῖ γῆν, καὶ Ἑρμωνιεὶμ τὸ Ἑρμών. Διὰ δὲ τοῦ ὄρους καὶ τοῦ ποταμοῦ, πᾶσαν τὴν γῆν ἐκείνην παρεδήλωσεν. Οὕτω δὲ καὶ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν. ἡ ψυχὴ κατατήκεται, ὅταν ἀναμιμνήσκωμαί σου ἀπὸ γῆς Ἰορδάνου, καὶ Ἑρμωνιεὶμ ὄρους μικροτάτου.

η΄. ΑΒΥΣΣΟΣ ΑΒΥΣΣΟΝ ΕΠΙΚΑΛΕΙΤΑΙ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐν ἐκείνῃ δέ, φησι, διάγων τῇ γῇ, πλήθει δυσμενῶν παρεδόθην, καὶ ὡς ἐν ἀβύσσῳ τινὶ ὑποβρύχιος ἐγενόμην. Ἀβύσσους γὰρ καλεῖ τὰ στρατιωτικὰ τάγματα, καὶ τὸ πλῆθος. Ὕδασι δὲ τὰ ὑπ᾽ αὐτῶν γινόμενα, ἀπείκασε, καὶ τῷ πάλαι κατακλυσμῷ. Διὰ ταῦτα, φησίν, ὀδυνῶμαι· ἀλλ᾽ ὅμως τὴν σὴν φιλανθρωπίαν ἔχω παραψυχήν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Δοκεῖ δέ μοι ἡ τῶν εἰρημένων διάνοια τοιαύτην ἔχειν τὸν νοῦν. Μετὰ τὴν Μωσέως τελευτὴν Ἰησοῦ τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσάγοντος, ὡς οἱ ἱερεῖς ἐπέβησαν τοῦ Ἰορδάνου τὴν κιβωτὸν ἐπ᾽ ὤμων φέροντες, καὶ ἔστη τὰ ὕδατα, ὥς φησιν ἡ γραφή, τὰ καταβαίνοντα ἄνωθεν. ἔστη πῆγμα ἓν ἀφεστηκὸς μακρὰν σφόδρα σφοδρῶς ἕως μέρους Καριαθιαρείμ. τὸ δὲ καταβαῖνον κατέβη εἰς τὴν θάλασσαν Ἀραβά, θάλασσαν ἁλός, ἕως εἰς τέλος ἐξέλιπε. Καὶ πάντες οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ διέβαινον διὰ ξηρᾶς, ἐν μέσῳ τοῦ Ἰορδάνου, τοῦ μὲν κάτω φερομένου ῥεύματος χωροῦντος εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἁλυκήν, τοῦ δὲ ἄνωθεν κατιόντος παραδόξως θεοῦ δυνάμει ἀναστελλομένου, καὶ εἰς τοὐπίσω χωροῦντος. Τότε δὴ ἄβυσσος ἀβύσσῳ ἀπήντα, ἀναστελλομένων τῶν ὑδάτων τοῦ Ἰορδάνου, καὶ κορυφουμένων. Ἀναπολῶν τῇ μνήμῃ τῆς τότε γενομένης τοῦ λαοῦ ἐπισκοπῆς τὴν χάριν, εἰκότως ἐπὶ τοῦ παρόντος τὴν ψυχὴν κατατήκομαι, μηδεμιᾶς τοιαύτης καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν γινομένης θεοῦ προνοίας. Οἱ μὲν γὰρ παραδόξως τὸν Ἰορδάνην διῆλθον, καὶ τὸ ὄρος, τὸ πρὸς αὐτῷ Ἑρμωνιεὶμ ὀνομαζόμενον, μικρότατον τυγχάνον. Ἐπ᾽ ἐμοῦ δὲ τοῦ ταῦτα λέγοντος, τοιοῦτον μὲν οὐδὲν πέπρακται, πάντες δὲ οἱ μετεωρισμοί σου, καὶ τὰ κύματά σου ἐπ᾽ ἐμὲ διῆλθον. Εἰκότως

οὖν

οὖν πρὸς ἐμαυτὸν ἡ ψυχή μου ἐταράχθη, ἢ ἐπ' ἐμὲ ἡ ψυχή μου κατατήκεται), ὅταν ἀναμιμνήσκομαί σου ἀπὸ γῆς Ἰορδάνου κατὰ τὸν Σύμμαχον, καὶ ἀπὸ Ἑρμωνιεὶμ ὄρους μικροτάτου. Ἐν γὰρ τούτοις χωρίοις πάλαι ποτὲ ἄβυσσος ἀβύσσῳ ἀπήντα, ἀπὸ ἤχου τῶν κρουνῶν σου ἀνασελλομένη τοῦ ὕδατος, εἰς τὸ μὴ διοχλῆσαι τοὺς τὸν Ἰορδάνην παριόντας. Ἀλλὰ τότε μὲν ταῦτα διὰ τὴν ἐπισκοποῦσαν αὐτοὺς πρόνοιαν. νυνὶ δὲ πᾶσαι αἱ καταιγίδες σου ἐπάνω μου παρῆλθον, κατακλύζοντές με, καὶ καταποντοῦντές με, μηδενὸς ἀνασέλλοντος. Λέγοι δὲ ταῦτα εἰκότως ὁ χορὸς τῶν υἱῶν Κορέ, προφητικῶς ἀποκλαιόμενοι τὴν ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους.

Κυρίλλου. Οὐ μέχρι τοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ γεγενημένου θαύματος ποιοῦντες μνήμην ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἐξ Ἰσραήλ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων θαυμάτων ποιοῦνται καταλογον, τιθέντες ἐφεξῆς ἅπερ συνέβη γενέσθαι κατὰ καιρούς. Ἀλλόφυλοι μὲν γάρ ποτε κατεστρατεύοντο τῶν ἐξ Ἰσραὴλ εἰς Μασηφάτ. γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν ταῖς Βασιλείαις. ὡς δὲ προσήεσαν εἰς μάχην, τὸν τοῦ πολέμου νόμον ἐξηρτυμένοι, δεδιότες τὴν ἔφοδον οἱ ἐξ Ἰσραήλ, προσήεσαν τῷ θεσπεσίῳ Σαμουήλ, καὶ τὰς ὑπέρ γε σφῶν αὐτῶν ποιεῖσθαι λιτάς, ἐλιπάρουν. Ὁ δὲ τέθυκεν ἄρνα γαλαθηνόν, καὶ ὕδωρ ἐξέχεεν ἐπὶ τὴν γῆν, εἰς τύπον μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστόν, καὶ κατηνέχθη τῶν πολεμίων τοσαύτη χάλαζα ὥστε σχεδὸν ἅπαντας μηδενὸς αὐτοῖς ἀνθρώπων μαχομένου πεσεῖν. Ἔοικεν οὖν τὴν τῆς χαλάζης ἄσχετον φορὰν, ἄβυσσον ἐπ' ἀβύσσῳ ἐπεισχυθεῖσαν ὀνομάζειν. τὸ γὰρ ἐπικαλεῖται, φησίν, ἀντὶ τοῦ ἐκκαλεῖται. Φωναὶ δὲ καταρρακτῶν, αἱ τῆς χαλάζης καταφοραὶ νοηθεῖεν ἄν.

θ'. Ἡμέρας ἐντελεῖται κύριος.]
Ὠριγένους. Τὰ μὲν ἀγαθὰ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἶναι διδάσκει, τοῦτον ἡμέραν καλῶν, εἰς ὃν ἐπήγγελται, φησίν, ὁ θεὸς τὸν ἔλεον αὐτοῦ εἰς εὐφροσύνην, ὅτι νὺξ καὶ σκότος ἡ διὰ ὕμνων πρὸς θεὸν ὁμιλία, καὶ ἡ διὰ εὐχῶν ἀπότασις.

Θεοδωρήτου. Ἀεί, φησί, χορηγούμενον ὑπὸ θεοῦ τὸν ἔλεον ἐπιστάμενος, καὶ νύκτωρ τοῦτο ἐμαυτῷ λογιζόμενος, ᾄδω καὶ ὑμνῶ τὸν οὕτω τῶν καθ' ἡμᾶς προμηθούμενον. Προσφέρω δὲ αὐτῷ καὶ δεήσεις, ταύτης τυχεῖν φιλανθρωπίας. εἶτα διδάσκει καὶ τῆς προσευχῆς τὰ ῥήματα.

Κυρίλλου. Τρίτον ἐπισυνάπτει τοῖς εἰρημέ-

meritò anima mea in ſemetipſa conturbata eſt, vel in me anima mea contabeſcit, quando recordor tui de terra Iordanis, ſecundùm Symmachum, & Hermoniim monte minimo. Siquidem in iſtis regionibus olim aliquando abyſſus abyſſo obuiauit, dum à ſonitu ſcaturiginum tuarum aqua prohibita eſt, ne illos qui Iordanem tranſibant impediret. Atqui tunc iſta quidem contigerunt per prouidentiam ipſos protegentem; nunc autem omnes fluctus tui ſuper me tranſierunt, obruentes me & demergentes, nemine inhibēte. Ceterùm hæc meritò dixerit chorus ille filiorum Core, quando per vaticinium defleuerunt reiectionem gentis Iudæorum. CATENA PATRVM.

Cyrilli. Non ſolùm mentionem faciunt miraculi quod in Iordane pro ſalute Iſraëlitarùm contigit, ſed etiam aliorum miraculorum catalogum texunt, deinceps memorantes quæ poſtmodum contigerunt. Siquidem alienigenæ etiam aliquando cum Iſraëlitis conflixerunt in Maſphat. I. Reg. 7. 5. Ita enim ſcriptum eſt in libris Regum. Vt autem proceſſerunt ad pugnam iuxta belli legem elati; Iſraëlitæ inſultum metuentes, ad diuinum Samuelem acceſſerunt, & vt pro ipſis preces funderet, rogarunt. Ipſe autem immolauit agnum lactentem, & aquam effudit in terram, in figuram myſterij Chriſti; & in hoſtes tanta grando ingruebat, vt, nemine pugnante, omnes fermè hoſtes proſterneret. Viſus eſt itaque immenſam illam grandinis immiſſionem appellare abyſſum in abyſſum incurrentem. Ait enim *inuocat* pro *euocat*. Voces autem cataractarum intelligi poſſint grandinis deſcenſiones.

Deſcriptio victoriæ Iſraëlitarum in Maſphat.

9. In die mandavit Dominus.]
Origenis. Bona quidem docet eſſe futuri ſæculi, dum hoc *diem* vocat, in quo, inquit, Deus promiſit miſericordiam ſuam ad lætitiam; quoniam nox & tenebræ ſunt communicatio cum Deo per hymnos, & contentio precationum.

Dies eſt vita futura; nox verò eſt vita præſens.

Theodoreti. Semper, inquit, ſciens miſericordiam à Deo ſuppeditatam, & nocte hanc mecum ipſe conſiderans, cano & laudo eum qui talem noſtri curam habet. Affero autem illi etiam preces, hanc obſecrans conſequi benignitatem. Deinde orationis verba ediſſerit.

Cyrilli. Prædictis ſignis tertium ſubiun-

CATENA PATRVM. iungit. Hoc enim factum dicimus, quando Rapſaces Babylonius Ieroſolymam obſidens, vniuerſorum Deum blaſphemauit, dicens: *Non ſeducat vos Ezechias verbis, quæ vos liberare non poterunt. Et non dicat vobis Ezechias, quia liberabit vos Deus Iſraël de manu mea*. Tunc vtique Deus promiſit Ezechiæ dicens: *Protegam ſuper ciuitatem hanc*. Neque in longum illis dilata ſunt promiſſa. *Et factum eſt nocte, & exiuit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia*. Hoc exiſtimo eſt illud: *In die mandauit Dominus miſericordiam & nocte canticum illi*.

4. Reg. 18. Victoria Ezechiæ contra Rapſacem.

4. Reg. 19, 35.

10. DICAM DEO, SVSCEPTOR MEVS.] THEODORETI. Hæc, inquit, ad meum Dominum dicens, tuam ſemper prouidentiam conſecutus ſum, cur me nunc hac nudaſti? vt aſſiduè mœream & lugeam ob inimicorum opprobria? Cædentes enim me, & plagis & vinculis oſſa mea conterentes, irrident, dicentes: *Vbi eſt Deus tuus?* ob tuam imbecillitatem hæc me pati ſuſpicantes. Hoc autem, *oblitus es mei*, hoc eſt, Tui auxilij me compotem non feciſti. obliuio enim hominis affectio eſt; proprium autem Dei eſt, ſine affectionibus eſſe.

Animi afflicti deprecatio.

ORIGENIS. Non petit vt ab inimicis non affligatur, ſed ne tribulatus contriſtetur: hoc enim generoſi athletæ eſt, & rebus aduerſis congruit. In ſequenti autem Pſalmo cùm præponit illud, *Quare me repuliſti?* iſti, *Quare triſtis incedo?* viſus eſt inſinuare, quòd illi qui à Deo repulſam paſſus eſt, proprium ſit non ab inimico tribulari, ſed in afflictione contriſtari. Ceterùm, ſi Chriſtus iſta in ſequenti Pſalmo dixerit, vtique ſimilia in ſpiritu dicit in hæc verba: *Tu verò repuliſti & deſpexiſti, diſtuliſti Chriſtum tuum*. Et triſtis incedit, dicens: *Triſtis eſt anima mea*. Vel ſubdubitanter Chriſtus dicit, quaſi quid ſimile inſinuans, ac ſi dicat: Quid dignum operæ agitur, cùm ego repulſam paſſus pro ſalute hominum, à te triſtis incedo, affligente me inimico?

Pſal. 42, 2.

Pſal. 88, 39.

Matth. 26, 38.

12. SPERA IN DEO.] THEODORETI. Cùm has, inquit, ô anima, promiſſiones acceperis, deſine mœrere & angi; ſed ſpe confirmata, prędictionis exitum prestolare, in quo ſalutem factam videns, hymnos offeres Deo Saluatori.

μένοις σημείοις. Τοῦτο γὰρ πεπρᾶχθαί φαμεν, ὅτι Ῥαψάκης ὁ Βαβυλώνιος τὴν Ἱερουσαλὴμ πολιορκήσας, τὸν τῶν ὅλων ἐβλασφήμει Θεόν. Μὴ ἀπατάτω ὑμᾶς λέγων Ἐζεκίας λόγοις, οἷς οὐ μὴ δύνωνται ῥύσασθαι ὑμᾶς, καὶ μὴ λεγέτω ὑμῖν Ἐζεκίας, ὅτι ῥύσεται ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἐκ χειρός μου. τότε γὰρ δὴ τῷ Ἐζεκίᾳ ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο, λέγων· Ὑπερασπιῶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης. Ἔφθη δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τὰ τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ. καὶ ἐγένετο νυκτὸς, καὶ ἐξῆλθεν ἄγγελος κυρίου, καὶ ἀνεῖλεν ἐν τῇ παρεμβολῇ τῶν Ἀσσυρίων ἑκατὸν ὀγδοηκονταπέντε χιλιάδας. τοῦτο οἶμαί ἐστι τὸ ἡμέρας ἐντελεῖται κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ νυκτὸς ᾠδὴ αὐτοῦ.

ι. ΕΡΩ ΤΩ ΘΕΩ, ΑΝΤΙΛΗΠΤΩΡ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταῦτά, φησι, πρὸς τὸν ἐμὸν λέγω Θεὸν, τῆς σῆς ἀεὶ προνοίας τετύχηκα. τί δήποτέ με νῦν ταύτης ἐγύμνωσας, ὡς ἀπαύστως ἀλύειν τε καὶ θρηνεῖν, διὰ τὰ παρὰ τῶν δυσμενῶν ὀνείδη; αἰκιζόμενοι γάρ με, καὶ πληγαῖς καὶ δεσμοῖς τὰ ὀστᾶ μου συντρίβοντες, ἐπικερτομοῦσι λέγοντες. ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου; Διὰ τὴν σὴν ἀσθένειαν ταῦτά με πάσχειν ὑπολαμβάνοντες. Τὸ δὲ, Ἐπελάθου μου· τουτέστι, τῆς σῆς προνοίας μοι οὐ μεταδέδωκας. λήθη γὰρ πάθος ἀνθρώπινον, ἴδιον δὲ Θεοῦ ἀπάθεια.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐ τὸ μὴ θλίβεσθαι ἀξιοῖ ὑπὸ ἐχθροῦ, ἀλλὰ θλιβόμενος μὴ σκυθρωπάζειν. Τοῦτο γὰρ ἀθλητῇ διαφερόντως, καὶ ἐν τοῖς περιστατικοῖς ἁρμόζει. ἐν δὲ τῷ ἑξῆς ψαλμῷ προτάσσων τὸ, ἵνα τί ἀπώσω με; τὸ, ἵνα τί σκυθρωπάζων πορεύομαι; ἔοικεν ἐμφαίνειν, ὅτι ἀπωσθέντος ἀπὸ Θεοῦ ἴδιον, οὐ τὸ ὑπ᾽ ἐχθροῦ θλίβεσθαι, ἀλλὰ τὸ σκυθρωπάζειν ἐν τῷ θλίβεσθαι. Εἰ μὲν τοί γε Χριστὸς λέγοι τὸ ἐν τῷ ἑξῆς ψαλμῷ, ὅμοια αὐτῷ λέγει ἐν πνεύματι οὕτως, Σὺ δὲ ἀπώσω, καὶ ἐξουδένωσας, ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου. καὶ σκυθρωπάζων πορεύεται, λέγων· περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου. Ἢ ἐπαπορητικῶς Χριστὸς λέγει, οἱονεὶ τοιοῦτον ἐμφαίνων, τί ἄρα ἐστὶν ἄξιον, τὸ ἀποσθέντα με ὑπὲρ σωτηρίας ἀνθρώπων, ἀπὸ σοῦ σκυθρωπάζοντα πορεύεσθαι ἐκθλίβοντος ἐχθροῦ;

ιβ΄. ΕΛΠΙΖΟΝ ΕΠΙ ΤΟΝ ΘΕΟΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταύτας, φησὶν, ὦ ψυχὴ, δεξαμένη τὰς ὑποσχέσεις, παῦσαι ἀλύουσα καὶ ἀγχάλλουσα. τῇ δὲ ἐλπίδι στηριζομένη, περίμενε τὸ τῆς προρρήσεως τέλος, ἐν ᾧ τὴν γεγενημένην ὁρῶσα σωτηρίαν, ὕμνους προσοίσεις τῷ σεσωκότι Θεῷ.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

EX titulo notandum, illa verba *in intellectum*, Græcè *εἰς σύνεσιν*, quomodo Euſebius etiam legit, in alijs libris eſſe *συνέσεως*, *intellectus*: & ita S. Auguſt. ac Vulgata habent. In Hebræo eſt מַשְׂכִּיל *maſchil*, quod iam ante ad Pſalmum 31. annotauimus propriè ſolere Pſalmis inſcribi; vbi Dauid ſe Dei manu caſtigatum fuiſſe commemorat, vel ſaltem aliquo afflictionis genere admonitum, vt proficeret tamquam ſub magiſtri ferula. Notat hic Euſebius pro *τοῖς υἱοῖς Κορὲ*, Aquilam & Symmachum concorditer dixiſſe *τῶν υἱῶν Κορὲ*, *filiorum Core*. Hi autem qui fuerint, in argumento Pſalmi ſuperiùs dictum eſt; & in Catena Genebrardus cenſet, illos huius ſecundi libri pſalmographos & auctores fuiſſe; quorum ſpiritus hoc habuerit peculiare, vt de rebus lætis meditaretur, ſicut Hebræi & S. Hieron. tradunt in Pſalm. 84. & 85. item Origenes Homil. vnicâ in lib. Regum. Quare & hic liber ſecundus totus ferè eſt de ſalute & Chriſto, & magnum vitæ præſentis tædium & ardens futuræ deſiderium exprimit. Magis tamen mihi probatur Athanaſij ſuperiùs in Catena citati ſententia, vt filij Core non pſalmographi, ſed pſalmodi fuerint, qui Pſalmos à Dauide compoſitos canebant, adhibitis muſicis inſtrumentis. Nam cùm hic Pſalmus in Dauidis perſona ſit compoſitus, quem inter omnes alios prophetico ſpiritu excelluiſſe clarum eſt, cur illi ab alio fuiſſet dictatus? Et cùm ipſe tamquam communis tunc Eccleſiæ Doctor, & inſigne Spiritus ſancti organum, Leuitis, quorum pars erant filij Core, alios quoque Pſalmos canendos tradidiſſet; quid opus fuiſſet eum precariò ab illis mutuari hanc operam, cui præſtandæ longè ſuperior erat? Tenendum itaque, idcircò inſcribi filijs Core, quòd apud eos depoſitus theſauri loco, & eorum fidei, ob inſignem quâ præſtabant cantandi peritiam, concreditus fuiſſet, vt ſcimus ex cantoribus alios atque alios Pſalmorum delectos fuiſſe cuſtodes. Quòd autem nomen Dauidis in titulo ſupprimatur, nihil noui eſt, aut quidquam adfert incommodi, cùm idem videamus factum in alijs Pſalmis; quorum tamen ipſum eſſe auctorem minimè dubium eſt. Ceterùm totus hic Pſalmus deuotis ſcatet affectionibus magnæ & religioſæ voluntatis, in quibus os aperiebat ſuum, & reſpirabat, & aſpirabat, & ad centrum honeſtorum omnium deſideriorum contendebat. Exhibet autem ſe nobis Dauid in emblemate luculento ſitientis & volantis ad fontem cerui, qui ardore magno exæſtuat. Quæ deſcripta ſubtiliter effigies vim piorum deſideriorum & votorum præſtantium magnitudinem exprimit. Quale igitur fuerit diuini huius cerui deſiderium, exponit clarè & ordine hoc Pſalmo dicens:

2. *Quemadmodum deſiderat ceruus.*] Notat Euſebius Symmachum vſum eſſe verbo *ἱμείρεσθαι*, quod item ſignificat *deſiderare*, & cupidum eſſe: ſed in Scholio ita ſcribitur: Symmachus, *ὡς σπεύδει ἔλαφος*, *ſicut feſtinat ceruus*; ac ſi idem eſſet deſiderium, ac feſtinatio & curſus; vt ſtatim diſceremus, otioſum deſiderium eſſe non debere, & in rebus ſpiritualibus cupiditatem ac deſiderium à re non abiungi. Ad Deum ire non deſiderat, qui ad Deum non feſtinat. Idem de ſapientiæ fonte dicendum eſt; qui bibendi deſiderio tenetur, currat & feſtinet: ſitis curſu proditur, & feſtinatione. Et verò æſtuantis cerui more ad ſapientiæ fontem nobis accurrendum eſſe opportunè docet Philippus Abbas Bonæ-ſpei epiſt. 6. ad Ioannem: *Eſt fateor*, inquit, *non faſtidioſa ſatietas ad profunda lectionis diuinæ, ſed è conuerſo inexplebilitas auiditatis ceruinæ.* Vt ſcilicet non ſecùs ac pernix ceruus ingenti ſiti correptus ad doctrinæ fontem velociſſimè curramus, eiuſque aquas auidiſſimè bibamus. Sexta editio locum hunc ita transfert, *ὃν τρόπον πεδίον πρασιαδῶν*, *quemadmodum campus ſitiet imbrem*; Aquila, *ὡς αὐλῶν πρασιάσαι*, *quemadmodum conuallis ſitiet imbrem.* ita hæc vertit Auctor Notationum in Biblijs Sixtinis: ſed benè notat Lorinus noſter, verbum *πρασιάζειν*, vel *πρασιάζειν*, pro *ſitire*, apud nullum probatum auctorem legi. Eſt enim propriè *porraceum eſſe*, ſiue *praſinum*, ſicut *σμυρνίζειν*, *æmulum myrrhæ*, vti loquitur Dioſcorides lib. 3. cap. 94. Ceterùm cùm *πρασιαὶ* in hortis propriè ſint areolæ quadratæ, in quibus porri & alia eiuſmodi olera ſeruntur, quibus liberalis irrigatio neceſſaria eſt; optimè vim Græci verbi *πρασιάζειν* à Treuecto citatus Hieronymus reddidit, *ſicut areola præparata ad irrigationes aquarum*, Hebraicè eſt כְּאַיָּל תַּעֲרֹג *cheyal thagarog*, id eſt *ſicut ceruus clamat*, ſiue *glocitat*. Nam ערג *garag* vocem ceruorum propriam ſignificat, quod *glocitare* dicunt Latini. Sicut igitur ceruus vociferatur ad canales aquarum curſu defatigatus, ita vociferatur anima mea ad te. Vtitur autem exemplo cerui, quia hic inter omnia animalia maximè ſiticuloſus eſt, quòd veſcatur ſerpentibus: vnde Græcè *ἔλαφος* dicitur, *παρὰ τὸ ἐλαύνειν τοὺς ὄφεις*, *eò quòd ſerpentes abſumat.* Sitibundi ergo cerui comparatione Dauid, deſiderij ſui, quo ad Deum anhelabat, magnitudinem emphaticè exprimit. Sicut enim ſitibundus & anhelus à curſu ceruus fontes deſiderat; ſic amore etiam ſaucia & anhela anima Deum fontem æternum ſuſpirat, nec alio quàm illo ſatiatur, non potatur alio. Id quod pulchrè ad hunc locum expendens Hugo de S. Victore, *Fons aquarum*, inquit, *auctor eſt donorum: fontem aquæ deſiderat, cuius deſiderium non impletur, donec ad Deum perueniat. Qui dona Dei propter Deum non amant, ij quaſi aquas & non fontem deſiderant. Summum autem bonum ideò plurali nomine fontium exprimitur; quia licet in ſe vnum ſit, omnium tamen origo bonorum in ipſo continetur.* Ad hunc fontem ſitit amans anima; ignorat alium. Vnde ſubdit:

Πρασιαὶ quid.

Ἔλαφος vnde dictum.

Pia anima ad Deum vt ceruus ad fontem anhelat.

3. *Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum.*] Græcè *τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα.* Ita eſt in quinque codicibus M. S. Cæſareis quos vidi; licet Sixtina editio Septuag. omittat *τὸν ἰσχυρὸν*, *fortem*; Vulgata tamen retinuit. Vbi non poſſum non vehementer laudare vltimam correctionem Clementinam, quæ pro voce *fontem*, quæ in præcedentibus editionibus habebatur, hoc loco *fortem* repo-

Correctio Clementina huius loci probatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Gentiles & ſæculares idola vana, Chriſtiani pij Deum fortem ſitiunt.

repoſuit. Vt enim ſiti accommodatior videretur fontis ſimilitudo, ſublimior tamen ſenſus, & ad vim diuinitatis exprimendam opportunior, latet in epitheto *fortis*. Eo enim Vates innuit diſcrimen, quod inter ſitim ſuam, & eam quam falſorum numinum cultores (hi etiam ſæculares homines ſunt) intercedit: quòd hi ſitiant idola infirma & mortua, quæ vt cor pellicere, acremque in eo ſitim excitare valeant (ſunt enim venenatæ beſtiæ, vt dicit Nyſſenus Tract. in Pſal. 1. quarum ſuccis quaſi toxico inficiuntur, qui eis veſci conſueuerunt;) at eam depellere, ſiue aliquam liquidæ voluptatis partem conferre nequeunt; at verò ipſe fortem viuumque Deum ſitiat, cui non minùs robur atque fortitudo inſit ad animi ſitim explendam quàm ad excitandam.

Solus Deus explet ſitim hominis.

Ergo, inquit Dauid, *Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum*, qui in animi mei ſiti excitanda fortis, atque adeò fortis eſt, vt nulli præter ipſum humanarum voluptatum fontes, nulla ſæcularium bonorum flumina valeant depellere. Felix ô nimiùm ſitis, quam explere ſolus Deus poteſt, & ſolet! Prouocari hanc maximè in ſe ſentit anima in medio orationis ſuæ, cùm anhela quaſi fugientem amatum inſequitur; aut laſſa & amicè querula, toto proſtrata corpore, terras cæloſque perambulat oculis, ſicubi fors, quem ſitibunda quærit, inueniat: aut plena alto deductis pectore ſuſpirijs gemebunda, de diuturniore amati ſui mora queritur: *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Hoc ſine dubio amantium eſt, & magni amoris indicium. Non tantùm anima mundi rebus exuta videre appetit, ſed etiam videri à Domino concupiſcit. Quid enim videri non cupiat, quæ in ſe innumerabilia Dei dona experitur, quibus oculis diuinis placeat, odium leuiſſimorum etiam peccatorum, poſſeſſionem virtutum, deſideria ſanctitatis? *O quantus amor* (exclamat Richardus in Pſal. 118.) *quanta fiducia! amor inquam pulchritudinis diuinæ, fiducia formæ, non alienæ, ſed propriæ. Tantus amor vt dicat: Defecit in ſalutare tuum anima mea, & in verbum tuum ſemper ſperaui. Et alibi affirmat, dicens: Quia defecit ſpiritus meus. Tanta præterea formoſitatis internæ fiducia erat, vt omnino impoſſibile credat, vt videatur, & non diligatur.* Sic ille. Cupit ergo anima in hoc ſtatu tamquam amatrix præſentiam Dei, cupit & ipſo perfrui. *Hæc anima amans* (inquit S. Bernardus Serm 74. in Cantica) *votis fertur, trahitur deſiderijs, diſſimulat merita, maieſtati oculos claudit, aperit voluptati, ponens in ſalutari, fiducialiter agens in eo. Intrepida denique & inuerecunda reuocat verbum, & cum fiducia repetit delicias ſuas, ſolitâ libertate vocans non Dominum, ſed dilectum.* Ceterùm differtur adhuc deſiderium, vt creſcat. Quid ergo interim?

Anima fidelis & pia præſentiam Dei appetit.

Pſal. 118, 81.

Pſal. 142, 7.

Quo ſenſu Dauid lacrymas vocet panes.

4. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.*] Symmachus, ὡς ἄρτος σιτάξεώς μου, *tamquam panis demenſi mei.* Vulgata numero plurali *panes* tranſtulit. Plerique intelligunt ideò lacrymas panes dici, quòd animam hominis reficiant & paſcant. Verùm illud minùs litterale eſt, & præter intentionem Prophetæ, qui his verbis non conſolationem, ſed anxietatem mentis ſuæ ſignificare voluit; ſicut & poſteà Pſalmo 79. v. 6. dicit: *Quouſque iraſceris ſuper orationem ſerui tui? cibabis nos pane lacrymarum*, &c. Quo proculdubio noluit ſignificare lacrymas animam paſcere, ſed animam dolore ita premi, vt, cibo neglecto, pro eo nihil aliud lubeat quàm lacrymari. Hunc anxium æſtuantis animi dolorem graphicè nobis deſcribit Hugo de S. Victore, introducens Dauidem in hæc verba loquentem: *Paſcar doloribus, requiram fletibus, vocabo ſuſpirijs, lacrymæ nutrient deſiderium, donec præſentia ſatiet affectum. Flebo, quia abeſt quod deſidero. Flebo, quia adeſt quod non amo. Non amo præſentem infelicitatem, deſidero futuram beatitudinem: irriguum ſuperius, quia deſiderat anima mea ad Deum fontem viuum: irriguum inferius, quia dicitur mihi, Vbi eſt Deus tuus? Hoc ad præſentem miſeriam pertinet, quòd opprobria malorum ſuſtineo, quia terrenam felicitatem non amo. Et quia me in præſenti felicitate derelictum aſpiciunt, me Deum non habere inſultantes dicunt.* Inciderat in hunc ipſum Dauidis locum B. Auguſt. & pupugerunt hæ querelæ æſtuantem eius animum, & ad pares gemitus lacrymaſque excitauere. Hinc piæ illæ ad hunc verſum lucubrationes: *Siue diem*, inquit, *intelligas pro huius ſæculi proſperitate, noctem verò pro huius ſæculi aduerſitate; ſiue in proſperis rebus ſæculi, ſiue in aduerſis rebus ſæculi; ego deſiderij mei lacrymas fundo, ego deſiderij mei auiditatem non deſero. Et cùm in mundo benè eſt, mihi malè eſt, antequam apparebo ante faciem Dei. Quid ergo dicis, quaſi gratulari me cogis, ſi aliqua humana ſæculi proſperitas arriſerit? nonne deceptoria eſt? nonne fluxa, caduca, mortalis? nonne temporalis, volatica, tranſitoria? nonne plus habet deceptionis quàm delectationis? cur ergo non & ipſæ fiant lacrymæ meæ panes?* Hæc cauſſa illi lacrymarum, non pœnitentiæ, ſed amoris; non terroris, ſed deſiderij; non mœroris ex delicto, ſed ex abſentia amati: niſi quòd inter amoris ſuſpiria & lacrymas intercurrat non rarò metus, ne fors offenſio ignorata cauſſam aut moræ, aut abſentiæ & ſubtractionis ſuæ amato dederit. Quæ etiam cauſſa, quòd lacrymæ ſint illi factæ in cibum & potum die ac nocte, dum quem amat amans die ac nocte quærit anima, nec ſolatia vlla admittit, donec potiatur dilecto. Tales fuerunt Dauidis, tales B. Auguſtini lacrymæ, à quibus mirum quantum diſſidet ætas noſtra. Si ea latet in nocte aduerſitatis, tum effluit in lacrymas, eaſque madenti ore bibit: at ſi eminet in amœna proſperitatis luce, tum in riſum effunditur, & inſolenti lætitiâ extollitur; parum memor ſibi alios fluere è cælo fontes ac torrentes voluptatis. Non ſic cæleſtes animæ; idem ijs in vtraque fortuna panis coquitur, iſque fletus ac lacrymarum, quæ per ora labentes perennes ducunt riuulos, nec areſcere vmquam poſſunt, vſque dum aſpiret dies æternæ felicitatis.

Dauid præ Dei deſiderio lacrymabatur, & propter oppreſſa inimicis.

Tam in mundi proſperis quam in aduerſis flendum ſapienti.

Lacrymæ piorum quales.

5. *Hæc recordatus ſum*] S. Auguſt. *hæc meditatus ſum*; S. Ambroſius, *horum memor*; Symmachus, ἀναπολῶν, *agitans animo*, ſeu mente reuoluens, animaduertens. Secundùm ſenſum ſuperiùs in Græca paraphraſi explicatum pronomen *hæc* ad ſequentia refertur, & *effundere animam* accipitur, pro animam tribulationibus arctatam dilatare per conſolationem, effusè lætari, &

Quo ſenſu quis dicatur effundere animam.

& ſeſe exhilarare. In Commentario Græco præter hunc alius quoque ſenſus traditur, ſecundùm quem pronomen *hæc* ad præcedentia referatur. q. d. Horum ego conuitiorum recordatus, in lacrymas effundebar, & ad fletum commouebar; ita vt *effundere animam in ſe ipſo* accipiatur pro laxare menti doloris habenas, ac ſinere animum pro libito indulgere dolori. Simili ferè modo Euthymius hunc locum explicat, vt *effundere in ſe animam* accipiatur pro eo quod eſt omnem conſtantiam eius & firmitatem in ſeipſo diſſoluere; quoniam firmiora & conſtantiora eſſe ſolent quæ ſunt ſolidiora, quæ verò fluida ſunt, molliora atque laxiora. Quomodo & priùs dixit:
l. 21, *Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens in medio ventris mei.* quibus verbis ſignificat affectus ſuos fuiſſe liquefactos. Nam anima hominis, quæ eum ſuſtinet, quamdiu collectum tenet ſuum vigorem, diſſoluitur immodico affectu, & quaſi euaneſcit. Dicitur ergo animam effundere, qui ſui compos non eſt, quin ſenſus ſui diſſipati effluant: ac ſi diceret Dauid, animum ſuum præ triſtitia liqueſcere ac deficere, dum reputat vnde ceciderit. Si de gaudio exponere libeat, talis erit comparatio: Mihi olim tam iucundum fuit ducere populi ordines ad ſanctuarium, vt gaudio animus meus liqueſceret, neque apud me eſſem: & ſi hoc idem bonum mihi redditum fuerit, eadem lætitia ſenſus meos rapiet. Et tunc refertur ad id quod ſequitur.

IBIDEM. *Quoniam tranſibo in locum tabernaculi, &c.*] Symmachus, ὅτι εἰσελεύσομαι εἰς τὴν σκηνὴν, διαβασταχθήσομαι ἕως τοῦ οἴκου μετὰ φωνῆς εὐφημίας, καὶ ἐξομολογήσεως πλήθους πανηγυριζόντων, *quoniam introibo in tabernaculum, peruehar vſque ad domum cum voce laudationis & confeſſionis multitudinis celebrantium ſolemnitatem*; Aquila, εἰσελεύσομαι ἐν συσκίῳ παραβιβάζων αὐτοὺς ἕως οἴκου τοῦ θεοῦ ἐν φωνῇ αἰνέσεως καὶ εὐχαριστίας ὄχλου ἑορτάζοντος, *ingrediar in umbroſum, adducens eos vſque ad domum Dei in voce laudationis & gratiarum actionis turbæ feſtiuitatem celebrantis.* Senſus eſt, ac ſi dicat: Animam meam doloris magnitudine contractam effudi ac dilataui, quoniam tranſiturus ſum *in locum admirabilis tabernaculi* Dei, id eſt in ſanctam ciuitatem Ieruſalem, vſque ad ipſius ædem, nec perpetuò hîc in iſtis exilij locis hæſurus. Me conſolatus ſum, quoniam quidquid iſti dicant, adhuc tranſibo in locum vbi Deus colitur purè ac liberè. Quòd ſi igitur ſola Dei memoria virum pium etiam in malis oble-
l. 76,4. ctat, nedum in proſperis, iuxta illud, *Memor fui Dei, & delectatus ſum*; quantò magis præſentia & viſio? vnde ſic etiam exponi poſſet. q. d. Me conſolatus ſum, quoniam tranſiturus ſum in cælum locum admirandi tabernaculi Dei, vſque ad penitiore[m] ipſius ædem, nempe cælum empyreum, vbi eſt ipſius thronus, vbi & ſe clarè, glorioſè, ſuauiter communicat.

...tium ...um in ...eſt.

6. *Quare triſtis es anima mea?*] Symmachus, τί κατακάμπτῃ ἡ ψυχή μου, καὶ τί θορυβῇ κατ' ἐμοῦ; Ἀνάμεινον τὸν θεὸν, ὅτι διηνεκῶς ἐξομολογήσομαι αὐτῷ τὰς σωτηρίας τοῦ προσώπου αὐτοῦ. *Quare incuruaris anima mea, & quare conturbar[is] ſuper me? Expecta Deum, quia aſſiduè confitebor ei ſalutes faciei eius.* aut ſecundùm Aquilam, ταῖς σωτηρίαις τοῦ προσώπου αὐτοῦ, *ſalutaribus vultus eius*, quod habet S. Hieronymus; in Scholio tamen ex Aquila refertur, τί κατακύπτεις; *quid inclinas te?* ex Symmacho, τί κατατήκῃ; *quid tabeſcis?* Pulchrè ad hunc locum Hugo de S. Victore: *Cùm anima*, inquit, *intra ſe effunditur, ſtatim animalitas, quæ exteriorem delectationem amat, contriſtatur; quam vnuſquiſque fidelis nutu rationis corrigere debet, dicens: Quare triſtis es anima mea? Quare doles te perdere, quod non potes retinere? Quare conturbas me? Quia tibi per naturalem affectum coniunctus ſum, in tua turbatione ego inturbatus eſſe non poſſum. Spera in Deo, quia ſi nunc propter eum tranſitorias delectationes ſponte reſpuis, permanſuras poſtmodum ipſo tribuente conſequeris. Quoniam adhuc confitebor illi. Cùm adeptus fuero quod ſpero, tunc laudabo illum, & confitebor illi: de quo dubitandum non eſt; quia ipſe eſt ſalutare vultus mei, id eſt ſimilitudinis meæ, id eſt homo; & eſt Deus meus. Non eſt dubitandum, quin mortalibus promiſſam æternitatem tribuat, quem pro ſalute mortalium aſſumpſiſſe mortalia conſtat: & qui pro nobis noſtram mortem pati voluit, multò magis nobis vitam ſuam donabit. Quod poteſt facere, quia Deus eſt: vt nec de voluntate eius dubites, qui pro nobis homo factus eſt; nec de poteſtate, quia Deus eſt.*

ANNOTATIONES CORDERII.

Turbationes animæ quomodo componendæ.

7. *Ad meipſum anima mea turbata eſt.*] S. Hieron. *in meipſo anima mea incuruatur*; Symmachus, ἡ ψυχή μου κατατήκεται ὅτ' ἂν ἀναμιμνήσκωμαί σου ἀπὸ γῆς Ἰορδάνου, καὶ ἀπὸ Ἑρμωνιεὶμ ὄρους μικροτάτου, *anima mea liqueſcit, quotieſcumque recordor tui à terra Iordanis, & ab Hermonijm monte minimo.* q. d. Quia in meipſo turbatus ſum ob exilium, ideò te inuocabo pro terra Iordanis & Hermoniim, & pro montibus modicis, vt in ea loca me reſtituas, vt in mea plana & campeſtria (cuiuſmodi erat terra Iordanis) & in meos montes, quantumuis modicos, me reducas. Per terram *Iordanis* ſecundùm ſenſum myſticum rectè quis intellexerit Eccleſiam militantem, quæ baptiſmate, tamquam Iordanis flumine, in quo baptiſma cœpit, irrigatur. Vide hunc ſenſum apud Hugonem de S. Victore fuſiùs & eleganter expoſitum.

Iordanis quid myſticè.

8. *Abyſſus abyſſum inuocat.*] Symmachus, ἄβυσσος ἀβύσσῳ ἀπήντα [vel ἀπαντᾷ] ἀπὸ ἤχου τῶν κρουνῶν σου, *abyſſus abyſſo occurrebat* [aut *occurrit*] *à ſono aquædu[?]tuum tuorum.* Eſt hypotypoſis poëtica calamitatum ingentium. q. d. Nulla eſt miſeriarum mearum intermiſſio, nullus fundus. Abyſſus enim eſt immenſa profunditas, quaſi ſine fundo. Calamitas, ait, calamitatem attrahit, vt emergere non liceat; iuxta quod dicitur: Nulla calamitas ſola. Adferuntur etiam alij huius verſiculi ſenſus, pij quidem, ſed propoſito non adeò conuenientes; quales duos indicat Euthymius. quorum primus eſt: Profunditas peccatorum meorum profunditatem inuocat tuæ miſericordiæ, idque ad vocem & prædicationem tuorum Apoſtolorum, qui tamquam tuæ cataractæ, plenitudinem cæleſtis doctrinæ nobis effundunt. Alter eſt: Nouum Teſtamentum inuocat in teſtimonium vetus Teſtamentum ad prædicationem tuorum Apoſtolorum aut Prophetarum. Iuxta proprium autem ſenſum ſuprà indicatum, eſt elegans allegoria, quâ inducitur Deus excitatis tonitruis, & ingenti tempeſtate, Dauidem obruere infinitâ imbrium copiâ. S. Auguſtinus ad

Abyſſus pro calamitate accipitur.

Abyſſus eſt Scriptura ſacra.

ANNOTATIONES CORDERII. *Cor hominis abyſſus.*

ad hunc locum per *abyſſum* intelligit cor humanum: *Si profunditas*, inquit, *eſt abyſſus, putamus quod cor hominis abyſſus eſt. Quid enim profundius hac abyſſo? loqui homines poſſunt*, &c. Ingenioſiſſimus omnium Regum, & diuinâ mente conſilioque præditus Salomon dimenſus eam altitudinem videbatur, cùm ita memorat:

Prou. 25, 3. *Cœlum surſum, & terra deorſum, & cor regum inſcrutabile.* Tantam cordi tribuit altitudinem, quantam aut terræ aut profundo cælo, vel à terra.

Quantus ad æthereũ cæli ſuſpectus olympum eſt.

Apoc. 21. Sed illa menſura non eſt profectò arundo illa aurea, quâ beatus ſpiritus ciuitatem ſanctam metiebatur, cùm cor hominis ſtellifero cælo ſit altius, terræ centro profundius, mundo capacius.

Ier. 17, 9. Itaque apud Ieremiam Septuag. βαθεῖαν καρδίαν ὑπὲρ πάντα, *profundum ſuper omnia cor* nominant; in quo nulla pænè ſit ora vltima, limes nullus, quodq; vel ipſa mundi clauſtra exuperet. Ceterùm in allegoria ſua pergens Vates, ſubdit:

Ibidem. *Omnes ſuſpenſiones tuæ.*] Sic S. Auguſt. & in explanatione *ſuſpenſuræ*, quod Græcè eſt, οἱ μετεωρισμοί σου; Vulgata, *omnia excelſa tua*; Aquila, οἱ συντριμμοί σου, *confractiones tuæ*; quod eſt Hebraicè מִשְׁבָּרִים *misbarim*, à verbo שָׁבַר *ſabar*, id eſt *confringere*; Symmachus, αἱ καταιγίδες σου, καὶ τὰ κύματά σου ἐπάνω μου παρῆλθεν. quod ita videtur vertiſſe S. Hieron. *gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.* Per *ſuſpenſiones* autem ſignificat hoc loco imbres, ex ſublimibus nubibus in aëre ſuſpenſis decidentes. *Aquas* autem in Scripturis accipi pro calamitatibus, nemo eſt qui ignorat. Vndique, inquit, in me nimbi ruunt, alius ſuper alium me petit; clades ex cladibus ingruunt. Omne cælum in me pugnat, nuſquam quies: bellum ex bello ſeritur, vbique hoſtes & pericula, vexationes & damna, vbique maxima malorum ſeges.

9. *Et nocte canticum eius.*] Græcè, καὶ νυκτὸς ᾠδὴ αὐτοῦ; Euſebius addit, παρ᾽ ἐμοί, *apud me*, S. Hieron. *mecum*; Aquila, καὶ ἐν νυκτὶ ᾆσμα αὐτοῦ μετ᾽ ἐμοῦ, *& in nocte canticum eius mecum*; Symmachus, καὶ κατὰ νύκτα ᾠδὴ παρ᾽ αὐτοῦ, *& per noctem canticum ab eo*; Sixtina, καὶ νυκτὸς δηλώσει, *& nocte declarabit.* quod etiam eſt in quibuſdam Commentarijs Græcis, in Pſalterio Veteri & Romano, & Æthiopico; cui conſentit etiam metaphraſis Apollinarij,

Ἦμαρ ἄναξ ἔλεον κέλεται, καὶ νυκτὶ φαείνει.

Die rex miſericordiam mandat, & nocte lucet:

Tropologicè Hugo de S. Victore: *Miſericordia*, inquit, *Dei eſt, quòd peccatum hominis in præſenti vita punit, vt æternam damnationem homo euadere poſſit. Hanc ergo miſericordiam Deus per prædicatores homini mandat, vt præſentis mortalitatis vtilitatem agnoſcens pro liberatione ſui futura, libenter iſtas pœnalitates ſuſcipiat. Hanc autem miſericordiam ideò in die, hoc eſt in proſperitate mandat; quia homo minùs parato animo ſuſciperet, quidquid in tribulatione poſitus de vtilitate tribulationis audiret. Sequitur, ſicut alia tranſlatio habet: Et nocte declarauit, ſubauditur ipſam miſericordiam. Quod enim in die, id eſt proſperitate, de vtilitate huius communis miſeriæ verbo docuit, hoc in nocte, id eſt aduerſitate, per ſingulares quaſdam tribulationes exemplo declarauit. Qualis enim in futuro patientiæ fructus ſit, ſatis innotuit, cùm in præſenti etiam vita nonnumquam, quàm neceſſariæ ſint tribulationes, oſtendit. Quod ergo in die mandat, in nocte declarat: quia quod verbo dicitur, experimento comprobatur.* Et mox aliam etiam lectionem Vulgatæ, quæ habet, *Et nocte canticum eius*, ſic exponit: *Ideo interim in nocte vitæ huius mandauit canticum eius, id eſt laudem ſuam: vt ſi in futuro die eius miſericordiam percipere volumus, in præſenti aduerſitate ab eius laude non recedamus. Dignum eſt enim, vt ſi in gloria ſua propitium eum habere volumus, in noſtra hunc miſeria iuſtum prædicemus.* Sic ille.

Deus nos in hac vita miſericorditer punit, vt in altera ſeruet.

In aduerſis non eſt ceſſandum à laude Dei.

11. *Dum confringuntur oſſa mea.*] Aquila, ἐν τῷ φονεῦσαί με ἐν ὀστέοις μου, quod vertit S. Hieron. *dum me interficiunt in oſſibus meis*; Symmachus, καὶ ὡς σφαγὴν διὰ τῶν ὀστῶν μου ὠνείδιζον, *& quaſi occiſionem per oſſa mea exprobrabant.* Pulchrè hoc vno verſu exprimit Apollinarius:

Δυσμενέες νείκεσσαν ὅτ᾽ ὀστέα πάντα ἐάγη.

Hoſtes exprobrauerunt, quando oſſa omnia fracta ſunt.

Id eſt, dum ab hoſtibus membra mea proſcinduntur, & tormentis grauibus afficior, probra multa ſuſtineo: nam ad tormenta etiam conuitia, probra & contumelias adijciunt. Confringi autem oſſa, vel habere cultrum in oſſibus, metaphoricè dicitur pro ſuſtinere acerbiſſimos cruciatus: maximus enim dolor eſt in oſſium confractione.

IN PSALMVM XLII. ARGVMENTVM.

1. Pſalmus ipſi Dauid.

Sine titulo eſt apud Hebræos Pſalmus hic, tamquam eumdem ſenſum habens cum præcedenti. Obſecrant autem Deum ij qui priora verba fecerunt, vt iudex ſit inter ipſos & Babylonios, qui multâ crudelitate & ferinâ mente vſi ſunt. Idcircò & ipſos gentem non ſanctam nominat, atque etiam eorum Regem, hominem doloſum & iniquum. Hæc etiam de ipſo admirabilis Danielis Prophetia edocet.

α´. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Ἀνεπίγραφός ἐστι παρ᾽ Ἑβραίοις ὁ ψαλμός, ὡς τὴν αὐτὴν ἔχων τῷ προτεταγμένῳ διάνοιαν. Ἀντιβολοῦσι δὲ τὸν Θεὸν οἱ τοὺς προειρημένους ποιησάμενοι λόγους, δικάσαι αὐτοῖς καὶ Βαβυλωνίοις, ὠμότητι πολλῇ κεχρημένοις καὶ θηριώδει γνώμῃ. διὸ καὶ ἔθνος αὐτοὺς ἀνόσιον ὀνομάζουσι, καὶ μὲν δὴ καὶ τὸν τούτων βασιλέα, ἄνδρα δόλιόν τε καὶ ἄδικον. Ταῦτα περὶ αὐτοῦ καὶ ἡ τοῦ θαυμασίου Δανιὴλ προφητεία διδάσκει.

PARA-

PARAPHRASIS.

PARAPHRASIS PATRVM.

ΚΡΙΝΟΝ με ὁ θεὸς, καὶ δίκασον τὴν δίκην μου ἐξ ἔθνους οὐχ ὁσίου, ἀπὸ ἀνθρώπου ἀδίκου καὶ δολίου ῥῦσαί με.

Ἐπιψήφισαί, φησι, μοι τὰ δίκαια. ἔθνος δὲ οὐχ ὅσιον αὐτοὺς καλεῖ τοὺς Βαβυλωνίους, ἀνοσίους ὄντας καὶ μιαρούς.

β΄. Ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς κραταίωμά μου· ἵνα τί ἀπώσω με; καὶ ἵνα τί σκυθρωπάζων πορεύομαι, ἐν τῷ ἐκθλίβειν τὸν ἐχθρόν μου;

Εἰς τοῦτό, φησιν, ἀπόβλεψον δέσποτα, ὅτι ἀεί μου βοηθὸς ἐγένου, καὶ ἰσχὺς, καὶ νῦν οὐκ ὀφίλεις με ἄχρι τέλους ἐγκαταλοιπεῖν, οὐδὲ συγχωρῆσαί με ἐπὶ πολὺ σκυθρωπάζειν οὕτως ἐκθλιβόμενον, καὶ ὀδυνώμενον ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν.

γ΄. Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου·

Τουτέστι, τὴν βοήθειάν σου ἀληθινήν. φῶς γὰρ ἐνταῦθα καλεῖ τὴν ἀντίληψιν, ἀλήθειαν δὲ τὴν ἀληθινήν.

Αὐτά με ὡδήγησαν, καὶ ἤγαγόν με εἰς ὄρος ἅγιόν σου, καὶ εἰς τὰ σκηνώματά σου.

Ἵνα ἡ βοήθειά σου, φησὶν, ἡ ἀληθινὴ εἰσαγάγῃ με εἰς τοὺς τόπους τοὺς ἁγίους, καὶ εἰς τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου. τὸ γὰρ ὡδήγησαν καὶ ἤγαγόν με, ἀντὶ τοῦ ὁδηγήσεις λέγει, καὶ ἀναγάγοις.

δ΄. Καὶ εἰσελεύσομαι πρὸς τὸ θυσιαστήριον τοῦ θεοῦ· πρὸς τὸν θεὸν, τὸν εὐφραίνοντα τὴν νεότητά μου.

Ἵνα εἰσέλθω, φησὶ, καὶ ἀξιωθῶ τῆς παραστάσεως τῆς πλησίον τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θεοῦ, τοῦ ἀεὶ εὐφραίνοντός με, καὶ βοηθήσαντός μοι ἐκ νεότητός μου.

ε΄. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν κιθάρᾳ ὁ θεὸς, ὁ θεός μου·

Ἵνα τούτων τυχὼν, φησι, εὐχαριστήσω σοι μετὰ ὀργάνων καὶ ᾠδῶν.

Ἵνα τί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου; καὶ ἵνα τί συνταράσσεις με;

Ἔλπισον ἐπὶ τὸν θεὸν, ὅτι ἐξο-

IVDICA me Deus, & diſcerne cauſſam meam de gente non ſancta, ab homine iniquo & doloſo erue me.

Iuſtam, inquit, mihi ſententiam tribue. *Gentem* autem *non ſanctam* vocat Babylonios, quòd profani eſſent & impuri. *Babylonij profani.*

2. Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repuliſti? & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

Ad hoc, inquit, reſpice Domine, quòd ſemper mihi adiutor fueris & fortitudo, & nunc non debes me deſerere vſque in finem, neque permittere me diu triſtem incedere hoc modo afflictum, & ab inimicis mœrore affectum.

3. Emitte lucem tuam & veritatem tuam:

Id eſt, auxilium tuum verum. *Lucem* enim hîc vocat præſidium, *veritatem* verò verum. *Lux pro auxilio.*

Ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

Vt auxilium tuum, inquit, verum introducat me in loca ſancta, & in templum ſanctum tuum. Nam *deduxerunt & adduxerunt me* dicit, pro deduces, & adduces.

4. Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.

Vt introeam, inquit, & dignus ſim ſtatione proximâ altari Dei, qui ſemper me lætificat, & opitulatus eſt mihi à iuuentute mea.

5. Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus:

Vt cùm hæc conſecutus fuero, gratias agam tibi cum inſtrumentis & canticis.

Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confite-

COMMENTARIVS PATRVM.

confitebor illi, ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Sed & hæc, inquit, te facturum eſſe manifeſtum eſt. Hinc enim etiam meipſum conſolor, atque intereà non ſuadeo cogitationi meæ ne me perturbet, ſed vt ſperet in te Deum; cui quoque gratias agere debeo, à quo ſalus mihi ſperanda eſt.

μολογήσομαι αὐτῷ, σωτήριον τοῦ προσώπου μου, ὁ θεός μου.

Ἀλλ' ὅτι, φησὶ, καὶ ποιήσεις ταῦτα δῆλον. ἐνταῦθα γὰρ καὶ παραμυθοῦμαι ἐμαυτὸν, καὶ ἐν τῷ μεταξὺ οὐκ ἐπιτρέπω τῷ λογισμῷ μου ταράττειν με, ἀλλ' ἐλπίζειν ἐπί σε τὸν Θεὸν, ᾧ καὶ εὐχαριστῆσαι ὀφείλω, παρ' οὗ καὶ τὴν σωτηρίαν ἐστὶν ἐλπίζειν.

COMMENTARIVS.

Animi in Deum confidentis oratio.

1. IVDICA ME DEVS.] Videtur vnius cuiuſdam vox eſſe, v. g. Ieremiæ, vel alterius (ac ſi inter Iudæos non multi eſſent iſtiuſmodi) qui quaſi in iudicio proprijs iuſtitijs confidens, roget Deum, vt audiat eum & iudicet; cùm verò dixit, *De gente non ſancta*, ruſum ait, *à viro*. Siquidem omnes in communi accuſat, & quemlibet in particulari, ac ſi & omnes ſimul, & ſeorſum quilibet, eamdem iniquitatem commiſiſſent.

2. QVIA TV ES DEVS FORTITVDO.] Deus, inquit, qui es fortitudo mea, quare me repuliſti & triſtem incedere feciſti? Attende, inquit, hoc; quòd cùm ſemper fueris robur meum, modò non debeas me deſerere, neque permittere, vt multum triſtis incedam afflictus ab inimicis. Ceterùm, non quaſi expoſtulantes dicunt illud *quare?* ſed tamquam qui aliorum iniquitatibus minimè communicauerint, vnde diuinâ curâ priuandi forent.

3. EMITTE LVCEM TVAM.] Hîc Septuaginta mutarunt tempus; ceteri verò clariùs expoſuerunt, *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, quæ me deducent.* Emitte, inquit, lucem tuam, ſcilicet præſidium verum, vel diuinam apparitionem. Tamquam enim luce carens petit hanc à Deo. Vel cùm calamitates appellarit *tenebras, lucem* vocat earumdem liberationem. Vel illuminationem petit quæ fit per Saluatorem, obſecrans Patrem, vt mittat rutilans Verbum de ſubſtantia ſua. *Ego* enim, inquit, *ſum lux mundi.* Symmachus, *Ipſa ducent me, & introducent me ad montem ſanctum tuum*, id eſt in Sion, *& in tabernacula*, ſiue templum; vt illud ingreſſus, dignus habear qui aſſiſtam altari ſuo Dei mei, qui me ſemper lætificat, & opitulatus eſt mihi à iuuentute. Poſtquam autem illic fuero, cum cithara lætus

Petit liberari à malis.

Ioan. 8, 12.

α΄. ΚΡΙΝΟΝ ΜΕ Ο ΘΕΟΣ.] Ἔοικεν ἑνός τινος εἶναι ἡ φωνὴ (ὡς μὴ πολλῶν ὄντων τοιούτων ἐν Ἰουδαίοις) οἷον Ἰερεμίου, ἢ ἑτέρου, ὃς ὡς ἐν δικαστηρίῳ τοῖς ἰδίοις δικαίοις θαῤῥῶν, ἀξιοῖ τὸν Θεὸν ἀκοῦσαι καὶ δικάσαι· εἰπὼν δὲ, ἐξ ἔθνους οὐχ ὁσίου πάλιν λέγει, ἀπὸ ἀνδρός. καὶ κοινῇ γὰρ πάντας αἰτιᾶται, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον. ὡς καὶ πάντων ὁμοῦ, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστου, τὴν αὐτὴν ἐπιτηδευόντων πονηρίαν.

β΄. ΟΤΙ ΣΥ ΕΙ Ο ΘΕΟΣ ΚΡΑΤΑΙΩΜΑ.] Ὁ Θεὸς, φησὶν, ὃς εἶ κραταίωμά μου διὰ τί ἀπώσω, καὶ σκυθρωπάζειν ἐποίησας; Ἀπόβλεψον εἰς τοῦτο, φησὶν, ὅτι ἀεί μου ἐγένου ἰσχὺς, καὶ νῦν οὐκ ὀφείλεις με ἐγκαταλιπεῖν, οὐδὲ συγχωρῆσαι, ἐπὶ πολὺ σκυθρωπάζειν ἐκθλιβόμενον ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. Οὐχ ὡς ἐγκαλοῦντες δὲ λέγουσι τὸ, ἵνα τί; ἀλλ' ὡς ταῖς τῶν ἄλλων παρανομίαις μὴ κοινωνήσαντες, ἀφ' οὗ ἔρημοι τῆς θείας κηδεμονίας ἔμελλον ἔσεσθαι.

γ΄. ΕΞΑΠΟΣΤΕΙΛΟΝ ΤΟ ΦΩΣ ΣΟΥ.] Ἐνταῦθα τὸν χρόνον ἐνήλλαξαν οἱ ἑβδομήκοντα. οἱ δὲ λοιποὶ σαφέστερον ἐκδεδώκασιν, Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειαν σου, ἅτινα ὁδηγήσει με. Ἀπόστειλον, φησὶ, τὸ φῶς σου, ἤτοι τὴν ἀντίληψιν τὴν ἀληθινὴν, ἢ τὴν θείαν ἐπιφάνειαν· ὡς γὰρ οὐκ ἔχων φῶς, ἐξαιτεῖ τοῦτο παρὰ Θεοῦ. Ἢ τὰς συμφορὰς ὀνομάσας σκότος, φῶς καλεῖ, τὴν τούτων ἀπαλλαγήν· Ἢ τὸν διὰ τοῦ σωτῆρος ἐξαιτεῖται φωτισμὸν, ἱκετεύων τὸν πατέρα, πέμψαι τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀπαστράψαντα λόγον. Ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶ, τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Ὁ Σύμμαχος, ἅτινα ὁδηγήσει με, καὶ ἄξει με εἰς ὄρος ἅγιόν σου, τουτέστιν εἰς τὴν Σιὼν, καὶ εἰς τὰ σκηνώματα ἤτοι τὸν ναὸν, ἵνα εἰσελθὼν ἀξιωθῶ τῆς ἐκεῖ παραστάσεως τοῦ θυσιαστηρίου σου τοῦ Θεοῦ μου, τοῦ ἀεὶ εὐφραίνοντός με, καὶ βοηθήσαντος ἐκ νεότητος. Ἐκεῖ δὲ γενόμενος μετὰ κιθάρας

τὰς

τὰς ὑμνῳδίας ποιήσομαι εὐφραινόμενος. τὸ δὲ ὁ θεὸς, ὁ θεός μου, Ἀκύλας, θεέ μου, θεέ μου.

έ. ΕΛΠΙΣΟΝ ΕΠΙ ΤΟΝ ΘΕΟΝ.] Ἀντὶ τοῦ ἔλπισον, ἀνάμεινον, εἶπεν ὁ Σύμμαχος. οἷον, εἰ ὑπομείνεις, ἡ ἐλπὶς οὐ καταισχυνεῖ φησί. Τί δὲ δεῖ καὶ λυπεῖσθαι ἀγαθῶν τοσούτων ἐλπιζομένων; Ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, ὅς ἐστι φῶς καὶ ἀλήθεια καὶ σωτήριον.

cantica faciam. Illud autem, *Deus, Deus meus*, Aquila in vocatiuo legit, *Deus mi, Deus mi.* CATENA PATRVM.

5. SPERA IN DEO.] Pro *ſpera* dixit Symmachus *expecta*. q. d. Si expectaueris, ſpes non confundet. Quid porrò dolendum ſit, cùm tanta bona ſperentur? Nam adhuc modicum, is qui venturus eſt veniet, qui eſt lux, & veritas, & ſalutare.

CATENA PATRVM.

ἈΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν τῷ ὀπίσω καὶ ὁ παρὼν ἔχει ψαλμός. Προσεύχονται γὰρ πάλιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν ἐξαιτούμενοι. διό φησιν, Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου. Αὐτὸς γὰρ αὐτοὺς καὶ εἰς τὸ ἅγιον ὄρος εἰσάξειν ἔμελλεν, τουτέστιν, εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἰς τὰς ἄνω μονὰς, ἅπερ καὶ σκηνώματα ὀνομάζει, καὶ εἰς τὸ νοητὸν θυσιαστήριον, καὶ αὐτὸς αὐτῶν ἔμελλεν εὐφραίνειν τὴν νεότητα. Νεότητα δὲ καλεῖ τὴν εὐφροσύνην καὶ ἀνανεουμένην αὐτῶν ψυχήν. διὸ καὶ ἐν κιθάρᾳ ὑπισχνοῦνται αὐτῷ προσφέρειν τὴν ἐξομολόγησιν. κιθάραν δὲ πολλάκις τὸ σῶμα νοεῖν ἐδιδάξαμεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἐστιν ὁ ψαλμός. Ἔοικε δὲ μέρος εἶναι τοῦ πρὸ αὐτοῦ. Περὶ γὰρ τῶν αὐτῶν τὰ λεγόμενα. ὥστε καὶ τοῦτον προσφέρει ὁ προφητικὸς χορὸς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, παραδοθέντος ἔθνεσι πονηροῖς, δεόμενος κἀκείνους τιμωρηθῆναι, καὶ τοῦτον ῥυσθῆναι. ὥσπερ δὲ τῇ τοῦ λαοῦ κακώσει συναλγοῦσιν οἱ δίκαιοι, μεταλαμβάνοντες τῶν παθῶν, οὕτω τὸ πλῆθος ἀπολαύει τῶν ἀγαθῶν δικαιοπραγίας εὐχομένων τε καὶ δεομένων ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τὰς φωνὰς ὡς ἐκ στόματος ἑνὸς ἀφιέντων.

ά. ΚΡΙΝΟΝ ΜΕ Ο ΘΕΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ὁ Χριστὸς κριθῆναι ἀξιοῖ ἀπὸ θεοῦ. Πρὸς ὃν εἶναι τὸ, νικήσεις ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Ὁ ἐφ' ἑαυτῷ θαῤῥῶν, καὶ πεπεισμένος ἠδικημένος μηδέποτε ἑαυτὸν ἐκδικηκέναι, ἀλλὰ τόπον τῇ ὀργῇ δεδωκέναι, ταῦτα ἐρεῖ, ἐξ ἔθνους οὐχ ὁσίου, καὶ ἑξῆς. εἰ μὲν ὁ σωτὴρ λέγει, ἔθνος οὐχ ὅσιοι Ἰουδαῖοι· εἰ δὲ ὁ δίκαιος, περὶ ἀντικειμένων λέγει δυνάμεων. Ῥύεται δὲ ὁ θεὸς ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου καὶ δολίου, ὅτε οὐ βλάπτεταί τις ὑπ' αὐτῶν. Τὸ, ἀπὸ ἀνθρώπου

ATHANASII. Hic Pſalmus eſt eiuſdem argumenti quo præcedens. Iterùm enim accedunt Iſraëlitæ, ſalutem per Chriſtum poſtulantes. ideò dicit: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.* Nam ipſe eos etiam introducturus erat in montem ſanctum, hoc eſt in cælum, & ad cæleſtes manſiones, quas etiam *tabernacula* nominat, & ad altare intellectuale, atque idem iuuentutem eorum erat lætitiâ impleturus. *Iuuentutem* enim appellat iucunditatem & animam eorum innouatam: quare & in cithara ſe illi gratias acturos pollicentur. Sæpè autem diximus citharæ nomine corpus eſſe intelligendum.

EVSEBII. Pſalmus hic apud Hebræos & reliquos interpretes titulo caret: videtur autem præcedentis pars eſſe: nam iiſdem de rebus ſermo eſt. Quare hunc quoque Prophetarum cœtus pro populo profert nefarijs Gentibus tradito, rogans vt etiā illæ pœnas luant, & populus liberetur. Quemadmodum verò condolent iuſti ob populi calamitates, eorum incommodis & afflictionibus participantes; ita multitudo fructum percipit rectè factorum à bonis viris, precãtibus & ſupplicantibus pro ipſis, & voces quaſi ex vno ore emittentibus.

1. IVDICA ME DEVS.] ORIGENIS. Etiam Chriſtus iudicari poſtulat à Deo, ad quem puto dictum illud, *Vinces, cùm iudicaris*. Is qui Pſal. 50,6. ſibi benè conſcius eſt, & exploratum habet ſe iniuriam paſſum vindictam minimè intuliſſe, ſed dediſſe locum iræ, hæc dicere poterit, *De gente non ſancta*, &c. Quòd ſi Saluator hoc dicat, gens non ſancta ſunt Iudæi; ſi verò vir iuſtus, de aduerſarijs poteſtatibus id dicit. Liberat autem Deus à viro iniquo & doloſo, quando quis non læditur ab illis. Illud, *ab homine*

Ab impijs liberari petit.

CATENA PATRVM.

iniquo & doloſo erue me, dicitur de quolibet adulterante verbum Dei, & viro iniquo qui fidem ſimulat.

2. QVIA TV ES DEVS FORTITVDO MEA.] THEODORETI. Eaſdem rurſus preces afferunt, obſecrantes ab hoſtium immanitate liberari, propter quam triſtes & mœſti ſemper erant.

ORIGENIS. Triſtis incedebat Saluator, quando aſſumpto Petro & filijs Zebedæi dicebat: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.*

Matth. 26, 38.

3. EMITTE LVCEM TVAM.] THEODORETI. Hoc loco Septuaginta tempus mutarunt,& futura tamquam præterita dixerunt. Tua, inquit, ope frui obſecro: per hanc enim fieri poteſt, vt à duriſſima ſeruitute liberer, & in patriam terram reuertar, & in templo cultum diuinum offeram: hoc enim vocat *tabernaculum*; *montem* verò *ſanctum* Sion; *lucem* autem & *veritatem* iuſtam & ſalutarem Dei apparitionem. Et quemadmodum *tenebras* nuncupat calamitates; ſic *lucem*, ab his liberationem. Ceterùm veritatem cum luce poſtulant, tamquam expetentes, vt Deus iudicet ipſos & Babylonios, & manifeſtò ſcientes, Deum veritate & patientiâ vtentem illos quidem condemnaturum; ipſos verò ab ipſorum ſeruitute liberaturum eſſe.

Petit diuinum cultum promereri.

ORIGENIS. Lux Dei & veritas ipſius in Ieſu animam emiſſa, eſt vnigenitus. Nos enim habere Pontificem magnum Ieſum Chriſtum qui indutus eſt Filium Dei, declarabit quidem lux Dei in ipſum emiſſa; veritatem verò non typum eſſe præſens dictio edocet. Hæc cùm ipſum deducerent,adduxerunt eum in ſpiritalem montem Dei ſanctum, & in vera tabernacula ipſius, vt ceu Pontifex introiret ad altare Dei. Fortaſſis autem *mons* Dei *ſanctus* eſt domus Patris; *tabernaculum* verò ipſius, multæ in ipſa manſiones. vel *tabernacula* ipſius ſint æterna tentoria. Porrò quæres, vtrùm in monte ſancto tabernacula exiſtant, & qualia iſta. Deinde, quo ad Deum ipſum qui renouat iuuentutem eius: non enim habuit ſenectutem. Quin & illud, *induentes nouum*, propter hanc iuuentutem dictum eſt. Et iſtiuſmodi iuuenum eſt hæc ſolemnitas.

Lux vera Chriſtus.

Quis ſit mons Dei, & quæ tabernacula in eo.

Coloſſ. 3, 10.

ἀδίκου καὶ δολίου ῥῦσαί με, περὶ ἑκάστου δολοῦντος τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ ἀδίκου προσποιουμένου τὰ τῆς πίστεως.

β΄. ΟΤΙ ΣΥ ΕΙ Ο ΘΕΟΣ ΚΡΑΤΑΙΩΜΑ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πάλιν τὴν αὐτὴν προσφέρουσι δέησιν, λιπαροῦντες ἀπαλλαγῆναι τῆς τῶν πολεμίων ὠμότητος, δι᾽ ἣν σκυθρωποὶ καὶ κατηφεῖς ἦσαν ἀεί.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Σκυθρωπάζων πορεύεται ὁ σωτήρ, ὅτε παραλαβὼν Πέτρον, καὶ τοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου ἔλεγε· Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου.

γ΄. ΕΞΑΠΟΣΤΕΙΛΟΝ ΤΟ ΦΩΣ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐνταῦθα τὸν χρόνον ἐνήλλαξαν οἱ ἑβδομήκοντα, καὶ ὡς γεγενημένα εἰρήκασι τὰ ἐσόμενα. τῆς σῆς, φησιν, ἐπικουρίας ἀπολαῦσαι παρακαλῶ. διὰ γὰρ ταύτης, δυνατὸν καὶ τῆς πικρᾶς ἀπαλλαγῆναι δουλείας, καὶ εἰς γῆν τὴν πατρῴαν ἐπανελθεῖν, καὶ ἐν τῷ ναῷ τὴν λατρείαν προσενεγκεῖν. Τοῦτο γὰρ λέγει σκήνωμα· ὄρος δὲ ἅγιον τὸ Σιών· φῶς δὲ καὶ ἀλήθειαν, τὴν δικαίαν καὶ σωτήριον ἐπιφάνειαν. Καὶ ὥσπερ σκότος τὰς συμφορὰς ὀνομάζει, οὕτω φῶς τὴν τούτων ἀπαλλαγήν. Αἰτοῦσι δὲ μετὰ τοῦ φωτὸς τὴν ἀλήθειαν, ὥστε δὴ κρῖναι τὸν θεὸν αὐτοῖς καὶ Βαβυλωνίοις ἐξαιτήσαντες, καὶ σαφῶς εἰδότες ὡς ἀληθείᾳ καὶ μακροθυμίᾳ χρώμενος ὁ θεός, ἐκείνων μὲν καταψηφιεῖται, αὐτοὺς δὲ ἐλευθερώσει τῆς δουλείας.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ ἐξαπεσταλμένον ἐπὶ τὴν Ἰησοῦ ψυχὴν φῶς θεοῦ, καὶ ἀλήθεια αὐτοῦ ὁ μονογενής ἐστιν. Ὅτι γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μέγαν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐνδεδυμένον, δηλώσει μὲν τὸ ἐξαποστέλλειν ἐπ᾽ αὐτὸν φῶς τοῦ θεοῦ, ἀλήθειαν δὲ οὐ τύπον διδάσκει ἡ προκειμένη λέξις. Ἅτινα αὐτὸν ὁδηγήσαντα, ἤγαγον εἰς τὸ πνευματικὸν ἅγιον τοῦ θεοῦ ὄρος, καὶ εἰς τὰ ἀληθινὰ σκηνώματα αὐτοῦ, ἵνα ὡς ἀρχιερεὺς εἰσέλθῃ πρὸς τὸ θυσιαστήριον τοῦ θεοῦ. Τάχα δὲ ὄρος ἅγιον τοῦ θεοῦ ἡ οἰκία τοῦ πατρός ἐστι· σκήνωμα δὲ αὐτοῦ, αἱ πολλαὶ ἐν αὐτῇ μοναί. Ἢ τὰ σκηνώματα αὐτοῦ αἰώνιοι σκηναί. Ζητήσεις δὲ πότερον εἰ ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τὰ σκηνώματά ἐστι, καὶ τίνα ταῦτα; εἶτα πρὸς αὐτὸν τὸν θεὸν εὐφραίνοντα τὴν νεότητα αὐτοῦ· οὐ γὰρ εἶχε παλαιότητα. καὶ τό, ἐνδυσάμενοι δὲ τὸν νέον, διὰ ταύτην τὴν νεότητα εἴρηται, καὶ τῶν τοιούτων νέων ἐστὶν ἡ ἑορτή.

δ΄. ΚΑΙ

δʹ. Καὶ εἰσελεύσομαι πρὸς τὸ θυσιαστήριον.] Θεοδωρήτου. Τοῦτο ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν, ἵνα ἔλθω πρὸς τὸ θυσιαστήριον τοῦ θεοῦ, πρὸς τὸν θεὸν τὴν εὐφροσύνην τῆς εὐθυμίας μου. Καὶ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ψαλτηρίῳ, ὁ θεὸς, ὁ θεός μου. Ἱμείρομαι σου τῆς ἐπανόδου φησί· τὸ περιπόθητόν σοι θυσιαστήριον ἰδεῖν ἱέμενος, καὶ δι' ἐκείνου σε τὸν δεσπότην θεάσασθαι, ὃς εὐφροσύνης παντοδαπῆς ἀφορμάς μοι παρέχεις. Ἐκεῖ δὲ μετὰ κιθάρας τὰς συνήθεις ὑμνῳδίας ποιήσομαι. ἐν Βαβυλῶνι γὰρ ἐπὶ τῶν ἰτέων ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν, παράβασιν τοῦ νόμου τὴν ἔξω τοῦ σοῦ τόπου λατρείαν ἡγούμενοι.

Ὠριγένους. Καὶ ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ τρίτῳ πρὸς τὴν ψυχήν φησιν, ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου. ταῦτα διηγηματικὰ πρὸς ἡμᾶς διὰ μέσου. Εἶτα πάλιν πρὸς θεὸν ἀπὸ τοῦ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν κιθάρᾳ, μήποτε τῷ ἁρμοσθέντι ὑπὸ τοῦ πνεύματος σώματι.

εʹ. Ἵνα τί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου;] Θεοδωρήτου. Καὶ ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς ἀμφότεροι οἱ ψαλμοὶ μίαν διάνοιαν ἔχουσι. Σφίσι δὲ αὐτοῖς παρεγγυῶσιν, οἱ τοῖς λόγοις τοῖσδε χρησάμενοι, τὰς χρηστοτέρας ἔχειν ἐλπίδας, καὶ νικῆσαι τῆς ἀθυμίας τὸ πάθος, καὶ προσμεῖναι τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ σωτηρίαν, ὡς ἀναμφιβόλως δοθησομένην.

Ὠριγένους. Ἡ ψυχὴ δεῖται ὑπομνήσεως τῆς, ἔλπισον ἐπὶ τὸν θεόν. σωτήριον δὲ τοῦ προσώπου ἀνακεκαλυμμένῃ, καὶ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτρίζειν κατὰ τὴν αὐτὴν, τουτέστιν ὡσαύτως ἔχουσαν, μεταμορφουμένου παντὸς, καὶ μάλιστα τοῦ Ἰησοῦ ἐστιν.

4. Et introibo ad altare.] Theodoreti. Hoc Symmachus ſic interpretatus eſt, *Vt veniam ad altare Dei, ad Deum lætitiam iucunditatis meæ. Et confitebor tibi in pſalterio Deus, Deus meus.* Cupio autem reditum tuum, inquit, deſiderans optatiſſimum tuum altare videre; vt per illud te Dominum intuear, qui omnis generis iucunditatis anſas mihi præbes. Illic verò cum cithara ſolitas hymnorum cantilenas faciam. Babylone enim in ſalicibus ſuſpendimus organa noſtra, exiſtimantes trangreſſionem legis eſſe, ſi extra tuum locum te coleremus.

CATENA PATRVM. *Lætitia pia eſt in cultu Dei & altaribus.*

Origenis. Etiam in * octogeſimo tertio Pſalmo ait: *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Hæc mediante exemplo aliquo nobis explicantur. Deinde rurſus ad Deum ait: *Confitebor tibi in cithara,* fortè corpore quòd à ſpiritu aptatum eſt.

* Legitur illud in 102. v. 5.

5. Qvare tristis es anima mea?] Theodoreti. Hinc etiam manifeſtum eſt, ambos Pſalmos eumdem habere ſenſum. Qui autem hiſce ſermonibus vſi ſunt, ſemetipſos adhortantur, vt optimam ſpem habeant, & vincant mœroris affectionem, atque à Deo ſalutem præſtolentur, tamquam ſine dubitatione concedendam.

Origenis. Anima opus habet hac commonitione, *Spera in Deo.* Salutare autem vultus reuelati, & gloriam Domini prout in ſe eſt, hoc eſt eodem modo ſe habentem, cernere, eſt omnis transformati, & maximè Ieſu.

ANNOTATIONES CORDERII.

Inscriptio nihil noui aut ſingulare continet. Notat Euſebius, hunc Pſalmum videri partem præcedentis, ad quem pertineat. Græcum Scholion ad nomen Dauidis addit hanc Gloſſam, Δαβὶδ ἑρμηνεύεται ἐξουθενημένος, καὶ ἠλεημένος, *Dauid interpretatur contemptus, & miſericordiam conſecutus.*

Interpretatio nominis Dauid.

1. *Iudica me Deus.*] Græcè eſt, κρῖνόν με. Pro quo in multis codicibus & apud Theodoretum & Nicephorum eſt in datiuo, κρῖνόν μοι, *Iudica mihi*, id eſt in commodum & vtilitatem ac fauorem meum, non tamen ex fauore, ſed ex iuſtitia; eamque lectionem videtur etiam Euſebius probare, qui ex Symmacho ſic legit, κρῖνόν μοι, καὶ ὑπεράσπισον τὴν δίκην μου, *Iudica mihi, & defende in iudicio cauſſam meam.* Ad Deum videlicet iudicem, quem ſibi propitium & patronum optat, meritò appellat, quippe, qui à Saüle Rege, nullum in terris iudicem agnoſcente, contra ius & fas opprimebatur. Quamobrem non otioſè ſubdit, & ante omnia petit: *Diſcerne cauſſam meam de gente non ſancta, ab homine iniquo & doloſo eripe me.* Vbi per *hominem iniquum* haud obſcurè deſignat Saülem; *& gentem non ſanctam*, miniſtros eius; quorum cauſſa erat mera iniuſtitia, cùm innocentem perſequerentur, ipſi autem pleni erant dolis, iniquitate & impuritate. Contrà verò Dauid, cuius ſanguinem expetebant, ſanctus erat; in quo & innocentia perſonæ, & iuſtitia cauſſæ agnoſcebatur manifeſta. Vtrâque ergo fretus, Dominum confiden-

Dauid cauſſa fidens ſua confidenter ad Deum Iudicem appellat.

ANNOTATIONES CORDERII.

ſidenter iudicem interpellat. *Et benè* (inquit lib. 2 de Prouidentia Saluianus) *pro conſcientia bonæ cauſſæ non tam ſuffragium Domini quam iudicium deprecatur, qui bonæ cauſſæ ſemper optimum ſuffragium tribueret, ſi cum iuſtitia iudicaretur.* Itaque innocentiâ perſonæ, cauſſæque iuſtitiâ fretus, iuſtitiam à Deo requirit. Nouit enim Dominum æquiſſimum; qui, vbi duo illa inuenerit, procul dubio pro innocente iuſtoque iudicabit. Pulchrè ad hunc locum Hugo de S. Victore inter iudicium cauſſæ & iudicium retributionis diſtinguens: *Aliud eſt*, inquit, *iudicium ſecundùm cauſſam, aliud ſecundùm retributionem. Boni ergo, qui in præſenti inter malos ſunt, & tamen in cauſſa eis vniti non ſunt, orant vt Deus primùm eorum cauſſam diſcernat, & ſic iudicet. Quis tunc nos ſalubriter in retributione iudicat, ſi priùs cauſſam noſtram hic à gente non ſancta diſcernat.* Vnde S. Auguſt. Serm. 50. locum hunc expendens, putat vocem eſſe Martyrum poſtulantium, ne ipſi cum alijs confundantur; ſiquidem in ſanguine ſuo cauſſam habent, quâ ab alijs diſcernuntur. Vt enim eadem ſit illis pœna cum impijs, at diſpar cruciatus cauſſa; quare quemadmodum hi in ſupplicijs ſuis erubeſcunt, ita illi in cruce Chriſti gloriantur. *Perſecutio* (inquit D. Gregorius lib. 2. epiſt. 36.) *dum non rationabiliter ſuſtinetur, nequaquam proficit ad ſalutem. Nam nulli fas eſt retributionem præmiorum expectare pro culpa.* Ideò vox illa intelligenda eſt verorum Martyrum: *Iudica me Deus, & diſcerne cauſſam meam.* Non dixit, Diſcerne pœnam meam, ſed, *Diſcerne cauſſam meam:* vti pulchrè S. Auguſt. epiſt. 50. ad Bonifacium annotauit. *Poteſt enim eſſe impiorum ſimilis pœna, ſed diſſimilis eſt martyrum cauſſa. Ipſe Dominus cum latronibus crucifixus eſt. Sed quos paſſio iungebat, cauſſa ſeparabat.* Et in Pſal. 34. *Pœna ſimilis eſt bonis & malis. Itaque martyres non facit pœna, ſed cauſſa. Nemo dicat, perſecutionem patior. Non ventilet pœnam, ſed probet cauſſam,* &c. Item in Pſal. 68. eamdem rem expendens verè pronuntiat: *Non perſecutionem pati laus eſt, ſed habendo cauſſam bonam pati, hæc laus eſt. Laus enim eſt in cauſſæ bonitate, non in pœnæ acerbitate.* Huc ſpectat illud Apoſtoli: *Etſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* Sic patiuntur perſecutionem pro ſua perfidia Iudæi, ſic hæretici, ſic malefici, quos non reddit perſecutio beatos, ſed infeliciſſimos. Vnica perſecutionis ferendæ cauſſa nobis Chriſtus ſit, & iuſtitia. Nam *beati*, inquit Dominus, *qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.*

Differentia inter iudicium cauſſæ & retributionis.

Cauſſa, non pœna martyrem facit.

1. Cor. 13, 3.

Matth. 5, 10.

2. *Quia tu es Deus fortitudo mea.*] Quomodo Deus iuſtorum fortitudo ſit, & dicatur, vide ſuperiùs ad Pſal. 17. v. 2. expoſitum, vbi plura habentur quæ ad hunc verſum illuſtrandum faciunt. Tentationi ergo ſuæ validum hunc vmbonem opponens diuinæ fortitudinis ac protectionis, quâ non ſemel expertus fuerat ſe periculis ereptum; ſubqueritur ſe, cùm tali præſidio muniatur, adhuc mœſtum incedere, dum hoſtium iniurijs laceſſitur. Hinc verò animum colligit ad precandum, vt Deus gratiam ſuam iterùm exerat, quam ad tempus viſus eſt abſcondiſſe.

3. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.*] Iuxta ſenſum in Paraphraſi traditum, per *lucem & veritatem* intelligitur auxilium verum; iuxta Commentarium verò Græcum, liberatio à calamitatibus, quas alibi *tenebras* appellat. Ianſenius *lucem & veritatem* accipit prout in Deo ſunt; quæ tamen mitti dicuntur, cùm opere declarantur in hominibus ſpeciali aliquâ gratiâ illuſtratis: quo ſenſu etiam Vates ait, *Miſit Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam.* Poſſunt tamen hæc etiam preſſiùs accipi, vt noſtro intelligendi modo *lux* quidem ſit illuminatio ea, quâ perfunditur à Deo mens humana ad cognoſcendum; *veritas* verò ipſa cognitio, ad quam lux diuina perducit. Hæc enim proprio ſenſu emitti à Deo dicuntur, & per hæc deducuntur homines in tabernacula cæleſtia. Subtiliori etiam intelligentia (vt in Commentario declaratur) per *lucem & veritatem* Dei rectè accipitur ſignificari Chriſtus, qui de ſeipſo dicit, *Ego ſum lux mundi; Ego ſum via, veritas & vita.* Hunc veteres ſancti emitti è cælis poſtulabant, vt iuſto Dei iudicio per ipſum liberarentur à poteſtate ſatanæ; hunc & nos ſecundò emitti poſtulamus, vt per nouiſſimum eius aduentum plenè liberemur ab omnibus inimicis, ac transferamur in cæleſtes Dei manſiones. Meminit huius intelligentiæ non tantùm D. Auguſt. ſed etiam Euthymius: qui etiam monet, verba illa præterita, *deduxerunt & adduxerunt*, pro futuris accipienda, quomodo in Hebræo habentur. R. Selomo *lucem* Meſſiam, *veritatem* Eliam interpretatur; in quo licet quoad Meſſiam, ſiue Chriſtum, non aberrauerit, quoad Eliam tamen veritatem non attigit: cùm enim omnes Prophetæ veri fuerint, non eſt ratio, cur Elias præ ceteris per *veritatem* intelligatur. Optimè Genebrardus per *lucem & veritatem* accipit dona Spiritus ſancti, quibus homines illuminantur & docentur tam in credendis quàm in agendis. Emiſit enim Deus in orbem terrarum lucem ſuam Spiritus ſancti, & veritatem ſuam Euangelicam. Hæc *lux* & *veritas* deducunt homines, & adducunt in montem ſanctum Dei, & in tabernacula eius, id eſt in cæleſtem beatitudinem. Atque hoc eſt quod Chriſtus diſcipulis ante ſuum ex hoc mundo diſceſſum promiſit, dicens: *Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Vbi in Græco eſt ὁδηγήσει, *deducet vos in omnem veritatem.* Illius enim lux deducit nos in omnem veritatem, & in tabernacula Dei: vnde Spiritus ſanctus lux vera, & ὁδηγὸς, id eſt, *dux viæ* in cæleſtem patriam appellatur. Quoniam ipſe lucem veritatis facit, ac præbet hominibus; ſicut è contra ſpiritus tartareus tenebras mendacij facit, homineſque excæcat, ne lucem veritatis recipiant; iuxta illud Apoſtoli, *Deus huius ſæculi* (ita diabolum vocat, quia in idolis colebatur) *excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti.* In prima mundi creatione lucem fecit Deus, vt orbem illuminaret; in eiuſdem reſtauratione Euangelicam lucem dedit, vt hominum tenebras pelleret, filioſque lucis ex filijs tenebrarum redderet, iuxta illud: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate.* Non malè etiam Hugo de S. Victore locum hunc in ſenſu myſtico exponit de fidei luce, atque Dei in remunerando veracitate: *Per fidem*, inquit, *illu-*

Quomodo Deus dicatur mittere lucem & veritatem ſuam.

Pſal. 56, 5.

Chriſtus lux eſt, & veritas. Ioan. 8, 12. Ioan. 14, 6.

Spiritus ſanctus lux eſt, & veritas.

Ioan. 16, 13.

2. Cor. 4, 4.

Epheſ. 5, 8.

Quomodo ſit accedendum ad altare.

illumina; per veritatem fidem remunera; illuminando miſericors, remunerando verax. ipſa dico me deduxerunt à malis meis, & adduxerunt ad bona tua. Quæ bona? in montem, in tabernacula. In montem ductus ſum per operationem. Introibo ad altare per dilectionem. In montem, vt alta crederem; in tabernacula, vt fortia facerem; ad altare, vt me immolem. De quo ſubdit:

4. *Et introibo ad altare Dei.*] Symmachus, ἵνα τι ἔλθω πρὸς τὸ θυσιαστήριον τοῦ θεοῦ, *vt veniam ad altare Dei.* quod autem addit, *Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam*, S. Hieron. vertit, *ad Deum lætitiam exultationis meæ:* in Hebræo enim nomen *iuuentutis* non habetur. Vndè etiam hoc omittit Symmachus, qui legit, πρὸς τὸν θεὸν τὴν ἀγαλλίασιν τῆς εὐθυμίας μου, *ad Deum lætitiam iucunditatis meæ.* Intellexerunt autem Septuag. lætitiam tantam, quæ quodammodò reuocet ad florentem alacremque ætatem. quod ſic verſibus exprimit Apollinarius:

Deus lætificat animam, & reiuueneſcere facit.

Βωμὸν ἀγακλήεντα θεοῦ μετελεύσομαι ἤδη,
Ὅς με ἀγήραντος χάριν ἡβώοντος ἰαίνει.
Altare glorioſum Dei adibo iam,
Qui meam lætificet gratiam vireſcentis pubertatis.

Annotauit hìc præclarè Genebrardus vocem גילי *ghili*, quæ eſt in Hebræo, rectè à Septuag. Græcè νεότητα, hoc eſt, *iuuentutem*, non ſolùm
Dan.1,10. hoc loco dici, verùm etiam Dan. 1. vbi כְּגִילְכֶם *cheghilchem*, cum littera ſeruili ſimilitudinem indicante ſignificat, *iuxta adoleſcentiam veſtram*; pro quo alij vertunt, *iuxta ſimilitudinem veſtram.* Sicut ergo Dauidi præcipua mœroris cauſſa erat, exulare à cœtu piorum; ſic etiam caput bonorum omnium fore ducit, ſi frui liceat pietatis exercitijs, Deumque colere in ſanctuario. Vbi notatu digniſſimum eſt, Dauidem, cùm vxore, fortunis, domo alijſque commoditatibus eſſet ſpoliatus, templi ſemper deſiderio ſic æſtuaſſe; vt præ hoc alia ferè omnia negligeret. Tacitè igitur hìc votum gratiarum actionis nuncupat, tunc ſoluendum, vbi liber pateret reditus in ſanctuarium, vnde hoſtium tyrannide expulſus erat; ſolemne Deo ſacrificium promittens in memoriam liberationis. Neque enim de quotidiano tantùm vel ordinario cultu loquitur; ſed altaris nomine, in quo pacifica offerri ſolent, illud quod dixi gratitudinis ſignum exprimit: ideoque vocat *Deum qui lætificat iuuentutem ſuam*, quia ex mœrore ad hilaritatem traductus, hoc beneficium profiteri in animo habeat. Pulchrè ad hunc locum Hugo de S. Victore, expendens illa verba, *Qui lætificat iuuentutem meam*, ſenſum inde myſticum ac ſpiritalem elicit: *Et bene*, inquit, *iuuentutem lætificat: vetuſtatem enim non lætificat, ſed contriſtat. Si exterior homo noſter vetus corrumpitur; ſed interior ille homo noſter de die in diem renouatur. Caro enim noſtra, quæ per mortem diſſoluitur, in præſenti vita non renouatur. Spiritus autem iuuentutem ſuam in hac vita renouare incipit, quando per gratiam Dei virtutibus renouatis deſideria vetuſta deponit. Deus ergo non vetuſtatem noſtram, ſed iuuentutem lætificat: quia quantò magis caro foris atteritur, tantò magis mens interiùs ſpiritali gaudio conſolatur.* Sic ille. Nec minùs eleganter ac verè S. Chryſoſt. locum hunc de Ven. Euchariſtia exponit: ad quam qui dignè accedit, in primis hoc bonum adipiſcitur, quòd in priſtinam iuuentutem renouetur, & quamdam lætitiam hauriat ſpiritalem, ſenectutem excutiens vitiorum, & ad pietatem reiuueneſcens. Sicut enim iuuentæ flos quamdam animo lætitiam afflat, ita Ven. Sacramentum dignè ſumptum ſpiritali nos lætitiâ perfundit. Vel certè ſenſus eſt, vt quicumque ad hoc altare ingreditur, abiectâ prius vitiorum ſenectâ, ad ſpiritus iuuentutem aſſurgat. Si verò quis quærat, quanam ratione poſſit dignè ad altare Dei introire, & abiecto ſenio, iuuentutem induere; audiat quod S. Vates ſubdit:

Dauidi præcipua religionis cura.

Deus lætificat iuuentutem, non ſenectutem ſpiritus.

ANNOTATIONES CORDERII. Renouanda eſt anima vt dignè communicet.

Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus.] Confitere Deo in cithara, & hac ratione Dei altare adi, & ſenectam exue vitiorum. Quid verò ſit Deo in cithara confiteri, ſic exponit idem S. Chryſoſt. *Oportet*, inquit, *in cithara contexere confeſſionem, hoc eſt in compunctione Pſalmorum, vel in mortificatione, vel concentu virtutum. Mortificationem enim nerui, concentum autem harmonia ſignificat.* In primis igitur confitere, id eſt excute conſcientiam, & crimina per confeſſionem exue; tum dole de peccatis à te commiſſis; ac dein Deo laudes concine, meditare res cæleſtes, diſtractiones inter meditandum occurrentes, & improbos cordis motus, quos partim diabolus, partim caro noſtra ſuſcitat, viriliter comprime, & demum per concentum virtutum Deo accine. Hæc omnia iuxta S. Chryſoſt. ſenſu myſtico, hæc Prophetæ verba ſignificant, quæ optimè animum diſponunt ad Ven. Euchariſtiam cum fructu percipiendam. Hinc olim priuſquam ad altare ſe conferrent Sacerdotes, ritu pio adhibebant precationes quæ dicebantur προτέλειαι. Ita quidem vocat S. Dionyſius epiſt. 8. de S. Carpo loquens, προτελείας εὐχὰς orationes, quæ ſacrum myſterium præcederent. Vbi interpres Pachymeres vocem putat è vetuſto more ductam. Nam προτελείας, inquit, preces eas dixere Athenienſes, quæ vnà cum hoſtijs nuptias præcurrebant. Τέλος enim vocabant γάμον, hoc eſt *nuptias*. Nunc igitur, cùm hoſtia ſit offerenda, quâ nulla maior aut ſanctior excogitari poteſt, quæque ſponſum deducere debet ad animatum bonum & ſingularem felicitatem; ſanè opportunæ fuerint προτέλειαι, & nonnullæ precationes quibus communicaturi & ſacrificaturi ſe parent ad dignè communicandum & ſacrificandum. In eam rem multæ quidem in varijs libellis precatorijs orationes proponuntur; pulchræ admodum & pietatis religioſæ pleniſſimæ, quæ non ſine magno fructu adhiberi poſſunt: ſed nulla in hanc rem accommodatior hoc Pſalmo; quem idcircò Eccleſia, quæ cærimonias Liturgiæ, & deuotionis adiumenta ſapienter expoliuit, inſtituit, vt ſacrificaturi Sacerdotes, ſub initium Miſſæ recitent, quo ad tremendum illud ſacrificium digniùs offerendum præparentur.

Quomodo ſit confitendum Domino.

Qualis præparatio adhibenda ſit ante communionem & ſacrificium.

PARAPHRASIS PATRVM.

IN PSALMVM XLIII. ARGVMENTVM.

1. In finem filijs Core ad intellectum.

Etiam hic Pſalmus cùm futurarum rerum prædictionem habeat, finem expectare iubet. Apponitur autem inſcriptioni ad intellectum; *vt illi intelligentes ea quæ geſta ſunt, de quibus propheticus ſermo vaticinatur, hinc vtilitatem reportent. Prædicit autem Pſalmus Macedonicam crudelitatem, illuſtriſque Antiochi impium & ferinum animum, atque Machabæorum fortitudinem ac pietatem. Nam diuinus Matathias ille ter beatus, poſtquam ſæpiùs hoc diuino zelo cum filijs vſus eſſet, ſuperauit multa millia Macedonum; multitudinemq́; elephantum imbecillem reputans, tamquam diuinâ gratiâ deſtitutam, cum paucis aduerſus illos belligerans vicit. Cumque idolorum altaria reuulſiſſet, diuinum templum expiauit, & vſitatum cultum ſuis contribulibus reſtituit. Non modò autem ipſe, verùm etiam eius filij poſt ipſius obitum deprecantes, hoſtes in fugam vertebant, & diuinam opem conſecuti, trophæa erigebant. Ex perſona igitur illorum prophetica gratia pronuntiauit Pſalmum, præmonens, quibus verbis eos in diſcriminibus vti conueniat.*

1.Machab. 1.

Machabæi Matathiæ fortitudo quanta.

α. Εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορὲ εἰς σύνεσιν.

Καὶ οὗτος πραγμάτων ἐσομένων πρόῤῥησιν ἔχων, ἀναμεῖναι τὸ τέλος παρεγγυᾷ. Πρόσκειται δὲ τῇ ἐπιγραφῇ, εἰς σύνεσιν, ἵνα συνιέντες ἐκεῖνοι τὰ γεγενημένα, περὶ ὧν ὁ προφητικὸς ταῦτα προθεσπίζει λόγος, τὴν ἐντεῦθεν ἀρπάσωσιν ὠφέλειαν. Προαγορεύει δὲ ὁ ψαλμὸς τὴν Μακεδονικὴν ὠμότητα, καὶ τὴν Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς δυσσεβῆ καὶ θηριώδη γνώμην, καὶ τὴν τῶν Μακκαβαίων ἀνδρείαν τε καὶ εὐσέβειαν. Ματταθίας γὰρ ὁ θεῖος καὶ τρισμακάριος, καὶ τούτῳ πολλάκις ζήλῳ θείῳ μετὰ τῶν παίδων χρησάμενος, καὶ τὰς πολλὰς τῶν Μακεδόνων μυριάδας, καὶ τῶν ἐλεφάντων τὸ πλῆθος ἀσθενὲς ἡγησάμενος, ὡς τῆς θείας ἔρημον προμηθείας, μετ' ὀλίγων κατὰ τούτων στρατευσάμενος ἐνίκησε. καὶ τοὺς τῶν εἰδώλων ἀνασπάσας βωμοὺς, τὸν θεῖον ναὸν ἐξεκάθηρε, καὶ τὴν συνήθη λατρείαν τοῖς ὁμοφύλοις ἀπέδωκεν. οὐ μόνον δὲ αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτου παῖδες μετὰ τὴν τούτου τελευτὴν προσευχόμενοι, τοὺς πολεμίους ἐτρέποντο, καὶ τῆς θείας ῥοπῆς ἀπολαύοντες, ἵστων τὰ τρόπαια. Ἐκ προσώπου τοίνυν αὐτῶν ἡ προφητικὴ χάρις ὑπηγόρευσε τὸν ψαλμὸν, προδιδάσκουσα οἵοις αὐτοὺς ἐν τοῖς κινδύνοις προσήκει χρῆσθαι λόγοις.

PARAPHRASIS.

* Vulgata omittit in.

2. DEVS * in auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annuntiauerunt nobis,

Opus, quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis.

Auditu, inquit, percepimus, Domine, à progenitoribus, quantam conſecuti ſint à te benignitatem.

CATENA PATRVM. & prouidentia eadem, & nos noſtra tibi adſcribimus. Hoc enim ſibi vult illud, *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu.* Quid eſt *ventilabimus cornu?* Id eſt, expugnare, ac debellare, ac vincere ſperamus, corneis tubis clangendo, & hoſtilem vrbem clangore ſuperando. Et quid dico *in te?* Vel nomen tuum inuocare ſatis eſt, ad omnia excellenter peragenda. Nihili enim, inquit, ducemus, nec eos eſſe aliquid putabimus; ſed tamquam qui nihil ſunt, ſic perſequemur eos. Quod alius dixit *conculcabimus*, per vim partam victoriam & pugnam ſine metu oſtendens.

ORIGENIS. Sancti quaſi cornu armati ſunt
Luc.1,69. Deo, qui eſt eorum cornu. Sed & *cornu ſalutis erexit nobis*, inquit Zacharias. Et ſolummodò pronuntiantes nomen tuum, fortes, inquit, erimus ad eos in nihilum redigendos.

7. NON ENIM IN ARCV MEO.] THEODORETI. Neque arcubus, neque alijs armis confido. Periculum enim de tua potentia feci, cùm per te hoſtes iam pridem ſuperauerim.

Arma quidem adhibenda, ſed victoria ſoli Deo adſcribenda. CHRYSOSTOMI. Et quare his vſus es, ſiquidem his non confidiſti? Quoniam ita iuſſit Deus, propterea eis quidem vſus ſum, totum tamen in eum conijcio. *Saluaſti enim nos;* alius, *quia ſaluaſti nos.* Quid opus eſt, inquit, dicere quæ facta ſint maioribus? nos ipſi multa pignora prouidentiæ & auxilij tui poſſumus recenſere.

9. IN DEO LAVDABIMVR.] THEODORETI. Deprecamur autem ſemper, vt tuum auxilium conſequamur, vtque continuò tuorum beneficiorum multitudinem enarremus. Hoc enim *totâ die* pro ſemper poſuit.

Deo ſemper gratiæ agendæ. CHRYSOSTOMI. Alius ait, *Deum laudamus toto die.* Victoria enim præterijt quidem, ſed nobis manet gratiarum actio. *Totum* enim *diem* vocat totam vitam. Non ſolùm quando nobis opem fers, ſed etiam quando deſeris. Hoc enim eſt *toto die.*

EIVSDEM. Beatus quidem in Deo laudatur totâ die; at qui laudatur quidem, ſed non in Deo: vt ſi quis in artificio, tamquam auctor eius, laudetur, vel in falſæ gloriæ verbis, non vt beatus laudabitur. Fortaſſe verò nec totâ die, neque omnino die.

10. NVNC AVTEM REPVLISTI.] THEODORETI. Hæc quidem ſuperioribus tempori-

καὶ ἡ προνοία ἡ αὐτή, καὶ ἡμεῖς σοὶ ἐπιγραφόμεθα. Τοῦτο γάρ ἐστι, Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν. Τί ἐστι κερατιοῦμεν; μάχεσθαι, καὶ πολεμεῖν, καὶ νικᾶν ἐλπίζομεν, ἀπὸ τῶν κερατίναις σάλπιγξιν ἠχῆσαι, καὶ τὴν πολεμίαν πόλιν ἑλεῖν διὰ τῆς ἠχοῦς. Καὶ τί λέγω ἐν σοί; ἀρκεῖ τὸ ὄνομά σου καλέσαι μόνον, καὶ πάντα ἀνύσαι μεθ' ὑπερβολῆς. Ἐξουδενώσομεν γάρ, φησιν, οὐδὲ ἡγησόμεθα αὐτοὺς εἶναί τι· ἀλλ' ὡς οὐδὲν ὄντας, οὕτω διώξομεν. Ὅπερ ἕτερος ἔλεγε, καταπατήσομεν, τὴν κατὰ κράτος νίκην καὶ χωρὶς φόβου μάχην δεικνύς.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Κεκεράτωνται οἱ ἅγιοι τῷ θεῷ, ὅς κέρας ἐστὶν αὐτῶν. Ἀλλὰ καὶ κέρας σωτηρίας ἤγειρεν ἡμῖν, φησὶ Ζαχαρίας. καὶ μόνον λέγοντες τὸ ὄνομά σου, ἰσχύσομεν, φησι, πρὸς τὸ ἐξουδενῶσαι.

ζ. ΟΥ ΓΑΡ ΕΠΙ ΤΩ ΤΟΞΩ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὔτε τόξοις, οὔτε ἄλλοις τισὶν ὅπλοις θαρρῶ. Πεῖραν γὰρ τῆς σῆς δυνάμεως ἔλαβον, διά σου τῶν ἐναντίων ἤδη κρατήσας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ τίνος ἕνεκεν κέχρησαι, εἴπερ μὴ τούτοις πέποιθας; Ὅτι οὕτως ἐκέλευσεν ὁ θεός, διὰ δὴ τοῦτο κέχρημαι μὲν αὐτοῖς, τὸ δὲ πᾶν ἐπ' αὐτὸν ἐπιρρίπτω. Ἔσωσας γὰρ ἡμᾶς· ἄλλος, ὅτι ἔσωσας ἡμᾶς. Τί δή, φησι, τὰ τῶν προγόνων λέγειν; ἡμεῖς αὐτοὶ πολλὰ τῆς σῆς προνοίας καὶ βοηθείας ἐνέχυρα ἔχομεν ἀπαριθμεῖν.

θ. ΕΝ ΤΩ ΘΕΩ ΕΠΑΙΝΕΘΗΣΟΜΕΘΑ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἱκετεύομεν δὲ ἀεὶ τῆς σῆς ἀπολαῦσαι ῥοπῆς, καὶ διηνεκῶς τὸ τῶν σῶν εὐεργεσιῶν διεξιέναι τὸ πλῆθος. Τὸ γάρ, Ὅλην τὴν ἡμέραν, ἀντὶ τοῦ ἀεὶ τέθεικε.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἄλλος, φησι, τὸν θεὸν ὑμνοῦμεν κατὰ πᾶσαν ἡμέραν. Τὰ μὲν γὰρ τῆς νίκης παρελήλυθε, τὰ δὲ τῆς εὐχαριστίας μένει ἡμῖν. Ὅλην γὰρ ἡμέραν, τὴν ἅπασαν λέγει ζωήν. οὐχ ὅταν βοηθῇς ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅταν ἐγκαταλιμπάνῃς. τοῦτο γάρ ἐστιν ὅλην τὴν ἡμέραν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὁ μὲν μακάριος ἐν τῷ θεῷ ἐπαινεῖται ὅλην τὴν ἡμέραν. Ὁ δὲ ἐπαινούμενος μέν, οὐκ ἐν θεῷ δέ· ὡς εἴ τις ἐπὶ τέχνῃ ὡς κατορθῶν αὐτὴν ἐπαινοῖτο, ἢ ψευδοδοξίας λόγοις, οὐχ ὡς μακάριος ἐπαινεθήσεται. Τάχα δὲ οὐδ' ὅλην τὴν ἡμέραν, οὐδ' ὅλως ἡμέραν.

ι. ΝΥΝΙ ΔΕ ΑΠΩΣΩ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις γεγένηται

ται παρά σου, νῦν δὲ τῆς παρούσης ἔρημοι τῆς σῆς ἀπεφάνθημεν προμηθείας, καὶ ἐν αἰσχύνῃ διάγομεν, ὑπὸ τῆς σῆς οὐ στρατηγούμενοι χάριτος. Τὸ γὰρ, οὐκ ἐξελεύσῃ ὁ Θεὸς ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν, ἀντὶ τοῦ, οὐ στρατηγεῖς ἡμῶν, οὐδὲ συνήθως παρέχεις τῶν πολεμίων κρατεῖν. τῆς σῆς γὰρ προνοίας μὴ ἀπολαύοντες, νῶτα διδόντες ἀποδιδράσκομεν, πορθοῦσι δὲ οἱ πολέμιοι τὰ ἡμέτερα.

Χρυσοστόμου. Ἄλλος, ἀλλὰ πρὸς τοῦτο ἀπέβαλε, καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ· ἄλλος, καὶ οὐ προέρχῃ ἐν τοῖς στρατεύμασιν ἡμῶν. Τῷ γὰρ ἀπωσμῷ ἡ αἰσχύνη εὐθέως ἕπεται, καὶ τὸ πᾶσι προκεῖσθαι πρὸς τὸ πάσχειν κακῶς. Δυνάμεις δὲ ἐνταῦθα, τὰ στρατόπεδα αὐτῶν καλεῖ, ἐπειδὴ ἐν αὐτοῖς ἡ τοῦ βασιλέως δύναμις. Τί δέ ἐστι, καίπερ ἀπώσω ἡμᾶς; ὅτι καὶ τοιαῦτα παθόντες οὐκ ἀφιστάμεθά σου δοξολογοῦντες, ἐν σοὶ καλλωπιζόμενοι. Ἀπέστρεψας ἡμᾶς· ἄλλος, ἔταξας ἡμᾶς ἐσχάτους παντὸς ἐναντίου. Ὅρα πῶς ἐπαίρει τὰ δεινὰ τῷ λόγῳ καὶ ἐκτραγῳδεῖ τὴν συμφοράν· δεικνὺς ὅτι εἰ καὶ ἁμαρτωλοὶ ἦσαν, δίκην δεδώκασιν ἱκανήν, μονονουχὶ λέγων, Πάντων γεγόναμεν ἀτιμότεροι, ἐπειδὴ τῆς σῆς ἐγυμνώθημεν προνοίας. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστη τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ διαρπαγὴ γεγόναμεν τοῖς πολεμίοις, κατ᾽ ἐξουσίαν ἡμᾶς διανεμομένοις. Τοῦτο γάρ ἐστι διήρπαζον ἑαυτοῖς, οὐδενὸς ὄντος τοῦ κωλύοντος.

ιβ'. Ἔδωκας ἡμᾶς ὡς πρόβατα.]

Θεοδωρήτου. Δίκην δὲ προβάτων ἐρήμων ποιμένος ὑπὸ τῶν δαπανώμεθα πολεμίων. καὶ οἱ τὸν θάνατον διαφυγόντες, τῇδε κἀκεῖσε ἀπεμπολούμενοι, δουλεύειν ἀναγκαζόμεθα.

Χρυσοστόμου. Τί ἐστιν ὡς πρόβατα βρώσεως; τουτέστιν εὐεπιχειρήτους, εὐτελεῖς ἐποίησας. Ἔστι γὰρ πρόβατα κτήσεως, τὰ πρὸς γονὴν ἐπιτήδεια. τὰ δὲ διὰ τὸ γῆρας, ἢ διὰ τὸ ἄγονον εἰς βρῶσιν μόνον ἐπιτήδεια. Τὸ δὲ δὴ χαλεπώτερον, τὸ καὶ εἰς τὰ ἔθνη διαιρεθῆναι, καὶ μήτε νόμον δύνασθαι μετὰ ἀκριβείας φυλάττειν ἐκεῖ, ἀλλὰ καὶ τῆς πατρῴας ἐκπεπτωκέναι πολιτείας· καὶ οὐδὲ εἰς ἔθνος, ἀλλὰ πανταχοῦ, φησι, καὶ πρὸς ἓν μόνον ἕτοιμοι, τὸ πάσχειν κακῶς· ἀμύνασθαι δὲ ἢ ἀνταίρειν χεῖρας οὐκ ἰσχύομεν. Τοῦτο γὰρ ἡ τῶν προβάτων εἰκὼν δηλοῖ.

Ὠριγένους. Οὐ γὰρ ἅπαντα τὰ πρόβα-

bus à te facta fuere; ſed in præſentiarum tuâ prouidentiâ deſtituti ſumus, & in pudore degimus, à tua gratia minimè ducti. Hoc enim, *Non egredieris Deus in virtutibus noſtris*; id eſt, Non es dux exercitus noſtri, neque ſolito more tribuis victoriam de inimicis. Nam tuam prouidentiam non conſequentes, terga dantes aufugimus; hoſtes verò res noſtras depopulantur.

CATENA PATRVM.

Deo manum adiutricem ſubtrahente, cuncta peſſum eunt.

CHRYSOSTOMI. Alius, *Sed ad hæc reieciſti, & non egredieris*; alius, *& non progredieris in militijs noſtris*. Repulſionem enim ſtatim pudor ſequitur, & ad mala patienda omnibus eſſe expoſitum. *Virtutes* autem hîc appellat exercitus eorum, quoniam in eis ſita eſt regis potentia. Quid porrò ſibi vult, *Quamuis repuliſti nos*? Licet, inquit, tot & tanta paſſi ſimus, tamen non deficimus te laudantes, in te glorIantes. *Auertiſti nos*; alius, *poſuiſti nos extremos cuiuſuis inimici*. Vide quomodo mala verbis extollit, & calamitatem tragicè deſcribit, oſtendens eos, etiamſi eſſent peccatores, ſatis tamen pœnarum dediſſe, tantùm non dicens: Omnibus abiectiores euaſimus, quandoquidem prouidentiâ tuâ nudati ſumus. Nequedum huc vſque mala ſteterunt, ſed etiam præda facti ſumus inimicis, qui nos pro arbitrio diuidebant. Hoc enim eſt *diripiebant ſibi*, nemine prohibente.

12. DEDISTI NOS TAMQVAM OVES.]

THEODORETI. Porrò vt oues paſtore deſtitutæ à tuis inimicis conſumimur: & qui mortem declinauimus, huc & illuc rapti ſeruire cogimur.

Oues diſperſæ in interitum ruunt.

CHRYSOSTOMI. Quid eſt, *tamquam oues eſcarum*? Hoc eſt, ad inuadendum faciles, viles feciſti. Sunt enim oues quædam acquiſitionis ſeu poſſeſſionis, quæ aptæ ſunt ad generandum; ſunt verò aliæ, quæ propter ſenium, vel propter ſterilitatem, tantùm vtiles ſunt ad comedendum. Porrò grauius eſt, etiam in gentes eſſe diſperſos, & ibi legem accuratè ſeruare non poſſe, quin & à patriæ inſtitutis excidiſſe. Nec in vnam, inquit, gentem, ſed vbique diſperſi ſumus, & ad vnum ſolùm, ſcilicet malè patiendum, parati; ſed vlciſci, aut manus opponere non valemus. Hoc enim ſignificat ſimilitudo ouium.

ORIGENIS. Non enim omnes oues

CATENA PATRVM.

Pſal. 123, 3.

Deus varias ob cauſſas repellit aliquem.

comeſtionis ſunt. Quoniam verò dediſti nos tamquam oues comeſtionis, *cùm exſurgerent homines in nos, fortè viuos deglutiſſent nos.* Repellit autem Deus à ſe non ſemper propter peccata; ſed etiam ob alias quas nouit cauſſas. Non omnis autem qui retrò conuertitur, ignominioſè hoc ſuſtinet; ſed ſi quis, cùm mala fugerit, ad eadem rurſus reuerti velit. Si quis verò poſtquam Sionem, hoc eſt virtutem, attigerit, vrgeatur ad malum, quod Babylon nuncupatur, retrò ſe conuertendo, beatam rem aggreditur. At qui nunc dicunt ſe auerſos eſſe ab inimicis, contumelioſè retrorſum ceciderunt.

13. VENDIDISTI POPVLVM TVVM SINE PRETIO.] THEODORETI. Hoc Symmachus ſic interpretatus eſt, *vendidiſti populum tuum ſine ſubſtantia, & non multum feciſti pretium eorum.* Similia quoque per Vatem Iſaiam Deus ait: *Qualis eſt hic liber repudij matris veſtræ? aut quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? Ecce enim iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram.* Et rurſum: *Gratis venumdati eſtis, & non cum argento redimemini.* Et diuinus Apoſtolus: *Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum, venumdatus ſub peccato.* Hîc igitur etiam admirabiles viri dicunt, Quoniam cùm nullum pretium ab hoſtibus recepiſſes, vendidiſti nos; verumtamen ob peccata nos tradidiſti.

Vili pretio dantur res contemptibiles.

Iſaiæ 50, 1.

Iſaiæ 52, 3.

Rom. 7, 14.

CHRYSOSTOMI. Quid igitur eſt quod dicitur? vilitatem & abiectionem eorum oſtendit. Tamquam vilis, inquit, pretij, & contemptibiles nos dimiſiſti. Hoc autem dicit more humano. Solemus enim quæ parui ſiunt, & ſunt vilia, dare vel ſine pretio frequenter. Hoc ergo dicit: Perinde ac ſi homo quiſpiam rebus ſuis cedat ſine pretio; ita etiam ipſe nos tamquam nullius pretij dimiſiſti, nos valdè contempſiſti. Hoc itaque ſignificat etiam per id quod ſubiungit: *Et non fuit multitudo in commutationibus noſtrorum*, id eſt, in emptione noſtra. Pretium enim eſt permutatio quæ datur: v. g. damus ſeruum, & recipimus argentum.

Iſraëlitæ ſeruitutem abiectam ſeruierunt.

15. POSVISTI NOS IN SIMILITVDINEM.] THEODORETI. *Vicinos in circuitu* habitantes, alienigenas vocat, Idumæos, Moabitas, & Ammonitas, & alios

τα βρώσιμά εἰσιν. Ἐπεὶ δὲ ἔδωκας ἡμᾶς ὡς πρόβατα βρώσεως, ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς. Ἀπωθεῖται δὲ θεὸς ἀφ' ἑαυτοῦ, οὐ πάντοτε διὰ ἁμαρτίας, ἀλλὰ καὶ δι' ἄλλας ἃς οἶδεν αἰτίας. Οὐ πᾶς δὲ εἰς τὰ ὀπίσω ἀποστρεφόμενος, ψεκτῶς ὑφίσταται τοῦτο· ἀλλ' εἴ τις φυγὼν τὰ κακά, πρὸς αὐτὰ πάλιν ὑποστρέφειν ἐθέλοι. εἰ δέ τις τὴν Σιὼν καταλείψας, τουτέστι τὴν ἀρετήν, ἐπείγοιτο πρὸς τὴν κακίαν, Βαβυλῶνα καλουμένην, ἀποστρεφόμενος εἰς τὰ ὀπίσω, μακάριον ἀναδέχεται πρᾶγμα. Οἱ δὲ νῦν λέγοντες, ἐπεὶ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς γεγόνασιν ἀποστραφέντες, εἰς τὰ ὀπίσω ψεκτῶς πεπτώκασιν.

ιγ'. ΑΠΕΔΟΥ ΤΟΝ ΛΑΟΝ ΣΟΥ ΑΝΕΥ ΤΙΜΗΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν, ἀπέδου τὸν λαόν σου, οὐχ ὑπάρξεως, καὶ οὐ πολλὴν ἐποιήσω τὴν τιμὴν αὐτῶν. Τοιαῦτα καὶ διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου φησὶν ὁ θεός, Ποῖον τοῦτο τὸ βιβλίον τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν; ἢ τίνι ὑπόχρεως ὢν πέπρακα ὑμᾶς; Ἰδοὺ γὰρ ταῖς ἀνομίαις ὑμῶν ἐπράθητε, καὶ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν. Καὶ πάλιν· Δωρεὰν ἐπράθητε, καὶ οὐ μετ' ἀργυρίου λυτρωθήσεσθε. Καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν, ἐγὼ δὲ σάρκινός εἰμι πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. Κἀνταῦθα τοίνυν οἱ θαυμάσιοι λέγουσιν ἄνδρες, Ὅτι οὐδεμίαν τιμὴν παρὰ τῶν πολεμίων λαβὼν ἀπέδου ἡμᾶς, ἀλλὰ τῶν ἁμαρτιῶν ἕνεκα παραδέδωκας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον; τὸ εὐτελὲς αὐτῶν καὶ οὐδαμινὸν παρίστησιν. ὡς γὰρ εὐώνους, φησί, καὶ εὐκαταφρονήτους, οὕτως ἴασας ἡμᾶς. Καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς συνηθείας φησὶ τῆς ἀνθρωπίνης. ἔθος γὰρ ἡμῖν τὰ ἄτιμα καὶ εὐτελῆ, καὶ ἄνευ τιμῆς διδόναι πολλάκις. Τοῦτο οὖν φησιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἄνθρωπος ἄνευ τιμῆς ἐκσταίη τῶν αὐτοῦ, οὕτως καὶ αὐτός, ὡς ἀτίμους ἡμᾶς εἴασας, κατεφρόνησας ἡμῶν σφόδρα. Τοῦτο γοῦν καὶ ἐν τῇ ἐπαγωγῇ δηλοῖ, εἰπών. Οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν ἡμῶν, τουτέστιν ἐν τῇ ὠνῇ, ἐν τῇ πράσει ἡμῶν. Ἡ γὰρ τιμὴ ἄλλαγμά ἐστι διδόμενον. δίδομεν οἰκέτην, καὶ λαμβάνομεν ἀργύριον.

ιε. ΕΘΟΥ ΗΜΑΣ ΕΙΣ ΠΑΡΑΒΟΛΗΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Γείτονας κύκλῳ κατοικοῦντας, τοὺς ἀλλοφύλους καλεῖ, Ἰδουμαίους, Μωαβίτας, καὶ Ἀμμανίτας, καὶ τοὺς ἄλλους

ἄλλους πλησιοχώρους, οἷς ἐπίχαρτοι γεγόνασι πολεμούμενοι. Τὰς μεγάλας δὲ συμφορὰς καὶ διηγούμενοι, καὶ ἀκούοντες, κινεῖν τὰς κεφαλὰς εἰώθαμεν ὑπ' ἐκπλήξεως τοῦτο δρᾷν βιαζόμενοι. Εἰώθαμεν δὲ καὶ πάθη πάθεσι παραβάλλειν, καὶ λέγειν, ὅτι τοιαῦτα ἔπαθεν ὁ δεῖνα, οἷα ὁ δεῖνα. Τοῦτο κἀνταῦθα ὀδύρονται. Ὅτι παραβολὴ γεγενήμεθα τοῖς ἀνθρώποις· καὶ κινοῦσιν ἐφ' ἡμᾶς τὰς κεφαλάς· οἱ μὲν ἡδόμενοι, οἱ δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῶν γεγενημένων θαυμάζοντες.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Χαλεπὴ αὕτη ἡ τιμωρία καὶ ἀφόρητος, μάλιστα τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν ὀνειδίζεσθαι, τὸ παρὰ τῶν ἐχθρῶν ταῦτα πάσχειν, καὶ κύκλῳ περικεῖσθαι τοὺς ἐπεμβαίνοντας αὐτοῖς. Τί δέ ἐστι παραβολή; Διήγημα, ὄνειδος. Τὸ κίνησιν κεφαλῆς, ἄλλος μετακίνημά φησιν. ἢ τοῦτό φησιν· Ὅτι μετεκίνησας ἡμᾶς, ἢ διὰ τοῦ σχήματος τῆς κινήσεως τῆς κεφαλῆς, τοῦ σφόδρα ἡδομένου τὴν παροινίαν ἐνδείκνυται.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ γειτνιῶντα δόγματα ἔχοντες, γείτονες· οἱ δὲ ἄλλοι, κύκλῳ. Ἔθου ἡμᾶς εἰς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσι· (οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, ὡς παραβολὴν ἔχουσι τὸν Ἰσραήλ, καὶ ὡς ἐν παραβολῇ λύσιν ζητοῦσι περὶ τῶν κατ' αὐτούς) καὶ κίνησιν κεφαλῆς (τουτέστι Χριστοῦ) ἐκεῖνοι γεγόνασιν ἐν τοῖς λαοῖς.

ιϛ'. ΟΛΗΝ ΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ Η ΕΝΤΡΟΠΗ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐγὼ δὲ τοὺς μὲν πολεμοῦντας, τοὺς δὲ γελῶντας καὶ ἐπιτωθάζοντας βλέπων, αἰσχύνης ἐμπίπλαμαι, καὶ πᾶσαν ἡμέραν ὀδύρομαι. εἶτα τὴν οἰκείαν διεξιᾶσιν ἀρετήν, οἱ τὰς Ἀντιόχου παγίδας διαφυγόντες, καὶ τῆς ἀσεβείας τὰς ἄρκυς ὑπερπηδήσαντες.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ταῦτα τῶν τιμωριῶν μᾶλλον αὐτοὺς ἔδακνεν. ἐπειδὴ γὰρ ἀεὶ εὐημερίας ἀπήλαυον, καὶ τῶν πολεμίων ἐκράτουν, ὑποσκελισθέντων αὐτῶν καὶ πεσόντων, τὰ πάντων τότε ἠνοίχθη στόματα.

ιη'. ΤΑΥΤΑ ΠΑΝΤΑ ΗΛΘΕΝ ΕΦ' ΗΜΑΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὑπὸ τοσούτων περικυκλωθέντες δεινῶν, οὐκ ἐδεξάμεθα λήθην τῶν σῶν ἐντολῶν, οὐδὲ παραβῆναι τὸν σὸν ἐτολμήσαμεν νόμον, οὐδὲ τῆς προτέρας ἐξετράπημεν γνώμης.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἄλλος, οὐδὲ παρελογισάμεθα τὴν συνθήκην σου. Ἀπέναντί, φησι, τοῖς

CATENA PATRVM.

Iſraëlitæ facti opprobrium vicinis nationibus.

finitimos, quibus ludibrio facti ſunt, bello petiti. Porrò maxima diſcrimina narrantes & audientes, capita mouere ſolemus, ob ſtuporem hoc facere coacti. Solemus etiam cruciatus cruciatibus comparare, & dicere, talia illum paſſum fuiſſe, qualia illum. Hoc etiam hîc deplorant. Quoniam hominibus ſimilitudo facti ſumus, quin & capita propter nos mouent; hi quidem lætantes, hi verò exceſſum eorum quæ acciderunt admirantes.

Graue eſt ab impijs rideri.

CHRYSOSTOMI. Graue eſt hoc ſupplicium & intolerabile, ab impijs maximè affici contumelijs; ab inimicis hæc pati, & eſſe circumcircà qui eis inſultent. Quid porrò eſt parabola, ſeu *ſimilitudo*? narratio, probrum. *Commotionem capitis*, alius *tranſmotionem* vertit. Vel hoc dicit: Tranſmouiſti nos, vel per geſtum motus capitis oſtendit valdè lætantis inſolentiam.

ORIGENIS. Qui affinia dogmata habent, vicini ſunt; alij verò in circuitu. *Poſuiſti nos in ſimilitudinem in Gentibus*; (Gentes enim velut parabolam ſeu ſimilitudinem cenſent Iſraëlem, & velut in parabola ſolutionem quærunt rerum ſuarum;) & *commotionem capitis* (id eſt Chriſti) ipſi facti ſunt *in populis*.

16. TOTA DIE VERECVNDIA MEA.] THEODORETI. Ego verò, dum hos quidem bellum gerentes, illos verò ridentes & illudentes conſpicio, verecundiâ ſuffundor, & totâ die lugeo. Deinde propriam virtutem narrant hi qui Antiochi laqueos ſubterfugerunt, & qui impietatis retia tranſilierunt.

Hoſtibus ludibrio eſſe, ipſo interitu moleſtius accidit.

CHRYSOSTOMI. Hæc ſupplicijs ipſis magis eos cruciabant. Quoniam enim eis ſemper eueniebant res ſecundæ, & hoſtes vincebant, omnium tunc ora aperta ſunt, quòd ipſi cecidiſſent ac proſtrati eſſent.

In aduerſitate Deum non deſerere, fortium eſt.

18. HÆC OMNIA VENERVNT SVPER NOS.] THEODORETI. Tot malis circumuenti, tuorum mandatorum minimè obliti ſumus, neque legem tuam præſumpſimus violare, neque à priſtino propoſito reſiliuimus.

CHRYSOSTOMI. Alius, *nec fraudem fecimus pacto tuo.* Nos, inquit, alijs contra-

CATENA PATRVM.

riâ viâ ingreſſi ſumus. Illi enim, antequam res vllæ aduerſæ eueniſſent, proſtrati ſunt; nos autem etiam poſt res aduerſas immobili animo conſtitimus. Hæc autem dicunt, vt bonam ſpem conciperent qui cum eis erant. Porrò quid ſibi vult illud, *Non iniquè egimus in teſtamento tuo?* hoc eſt, Non iniquè nos geſſimus in ijs quæ nobis concredita ſunt, ſed ea ſeruauimus accuratè.

ORIGENIS. Is qui peccat, ſcienter iniquè agit in teſtamento Dei. *Et non receſſit retrò cor noſtrum*, vt vxoris Lot, vel eius qui miſerat manum ad aratrum, vel potiùs illi qui reuerſi ſunt cordibus ſuis in Ægyptum.

Gen. 19, 26. Luc. 9, 61. Exodi 16.

19. ET DECLINASTI SEMITAS NOSTRAS.] THEODORETI. Symmachus ait hoc modo, *Non declinata ſunt ea quæ dirigunt nos à via tua.* Vt autem ſenſum Septuaginta interpretemur, ſic intelligendum eſt: Multis, inquiunt, & omnigenis malis nos circumdediſti, quæ ſufficientia erant ad auertendos nos à via tua. Quin & in ſeruitutem nos tradidiſti hominibus impijs, qui crudelitate contra nos vſi ſunt, & internecinas pœnas nobis inflixerunt. *Vmbram* enim *mortis* vocauit diſcrimina quæ ducunt ad interitum. Nonnulli verò illud, *declinaſti nos*, ſic explicant: Quaſi Iſraël cùm Chriſto non credidiſſet, etiam perdiderit illud quod in legali cultu placebat. Vmbra enim legis ad veritatem tranſlata eſt.

Deſcribit conſtantiam Iſraëlitarum in captiuitate.

CHRYSOSTOMI. Quod anteà dixerat, hoc & nunc dicit; quòd in tantorum malorum fluctibus ne tantillum quidem commoti ſint. *Viam* autem hîc appellat legem, à qua, inquit, non defecimus; ita vt vtrique periodo negatiua particula ſubaudiatur. q. d. Non receſſimus retrò, neque declinaſti ſemitas noſtras. Et huic ſententiæ conſentit etiam aliorum explicatio. Quòd ſi non ſubaudiatur particula negatiua, erit ſenſus iſtiuſmodi: *Declinaſti ſemitas noſtras à via tua.* q. d. Nos quidem omnia cuſtodiuimus; ipſe verò migrare nos feciſti à templo tuo. *Via* enim etiam templum eſt, quippe ad cultum diuinum manuducens, & maximè conducens adiuuanſque; & in ſolo alieno commorari feciſti, quod non ſinebat nos diuinum cultum celebrare. *Et cooperuit nos*

ἄλλοις ἡμεῖς ἤλθομεν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καὶ πρὸ τῶν δεινῶν ὑπεσκελίσθησαν. ἡμεῖς δὲ, φησι, καὶ μετὰ τὰ δεινὰ ἑστήκαμεν, ἀπερίτρεπτον τὴν γνώμην ἔχοντες. Ταῦτα δὲ λέγουσιν εὐέλπιδας ποιοῦντες τοὺς ὄντας μετ' αὐτῶν. Τί δέ ἐστιν, Οὐκ ἠδικήσαμεν ἐν τῇ διαθήκῃ σου; τουτέστιν, οὐκ ἠδικήσαμεν περὶ ταῦτα ἃ ἐπιστεύθημεν, ἀλλ' ἐφυλάξαμεν μετ' ἀκριβείας.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ ἁμαρτάνων εἰδὼς ἀδικεῖ ἐν διαθήκῃ Θεοῦ. Καὶ οὐκ ἀπέστη εἰς τὰ ὀπίσω ἡ καρδία ἡμῶν, ὡς τῆς Λὼτ γυναικὸς, ἢ τοῦ βαλόντος τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, ἢ μᾶλλον οὕτοι οἵτινες ἐστράφησαν ταῖς καρδίαις εἰς Αἴγυπτον.

ιθ'. ΚΑΙ ΕΞΕΚΛΙΝΑΣ ΤΑΣ ΤΡΙΒΟΥΣ ΗΜΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτω φησὶν, Οὐ μετεκλίθη τὰ ἀπορθοῦντα ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου. Ἵνα δὲ καὶ τῶν ἑβδομήκοντα τὴν διάνοιαν ἑρμηνεύσωμεν, οὕτω νοήσωμεν. πολλοῖς ἡμᾶς, φησι, καὶ παντοδαποῖς περιέβαλεν ἀλγεινοῖς, ἅπερ ἱκανὰ ἦν καὶ ἐκτρέψαι τῆς ὁδοῦ σου. Παρέδωκας δὲ καὶ εἰς δουλείαν ἡμᾶς δυσσεβέσιν ἀνθρώποις ὠμότητι καθ' ἡμῶν κεχρημένοις, καὶ θανατηφόρους ἡμῖν τιμωρίας ἐπάγουσι. Σκίαν γὰρ θανάτου τοὺς πρὸς θάνατον κινδύνους ἐκάλεσε. Τινὲς δὲ τὸ, ἐξέκλινας ἡμᾶς, οὕτω φασιν, ὡς ἀπειθήσας Ἰσραὴλ τῷ Χριστῷ, καὶ τὸ διὰ νομικῆς λατρείας εὐδοκιμεῖν προσαπώλεσε. Μετέστη γὰρ ἡ τοῦ νόμου σκιὰ πρὸς ἀλήθειαν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅπερ ἔμπροσθεν εἴρηκε, τοῦτο καὶ νῦν λέγει· ὅτι ἐν τοσούτων κλύδωνι κακῶν, οὐδὲ μικρὸν παρεσαλεύθησαν. Ὁδὸν δὲ ἐνταῦθα τὸν νόμον λέγει, ἐξ οὗ μὴ ἐκλίναμεν, φησιν, ἵνα ᾖ ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἀρνητικὸν μόριον ἐπ' ἀμφοτέρων περιόδων. οὐκ ἀπέστημεν εἰς τὰ ὀπίσω, οὐδὲ ἐξέκλινας τὰς τρίβους ἡμῶν. Καὶ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ συνᾴδει καὶ ἡ τῶν ἄλλων ἔκδοσις. Εἰ δὲ μὴ ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἀρνητικὸν ἐκληφθείη μόριον, εἴη ἂν ὁ νοῦς τοιοῦτος· Ἐξέκλινας τὰς τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου. ἡμεῖς μὲν πάντα ἐφυλάξαμεν, αὐτὸς δὲ ἀπῴκισας ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ναοῦ σου. Ὁδὸς γὰρ καὶ ναὸς, ὡς πρὸς τὴν λατρείαν χειραγωγῶν, καὶ συνεργὸς μάλιστα ὑπάρχων, καὶ ἐν ἀλλοτρίῳ εἶναι πεποίηκας, ὅπερ οὐκ εἴα τὰς λατρείας ἐπιτελεῖσθαι. Καὶ ἐπεκάλυψεν ἡμᾶς

σκιὰ

σκιὰ θανάτου. Αὕτη μοι δοκεῖ ἡ ἀπόδοσις πρὸς τὰ ἄνω εἶναι, ἐν οἷς τὰ κακὰ διηγοῦντο, λέγοντες, ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου μου ἐκάλυψέ με, ἀπὸ φωνῆς ὀνειδίζοντος καὶ καταλαλοῦντος. καὶ ὅτι ἐταπείνωσας ἡμᾶς, εἰ μέντοι πρὸς τὸ, Ἐξέκλινας τὰς τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου ἐκλάβοι τις αὐτὸ, ἐνταῦθα ἀκολουθίαν ἔχει, κατὰ τὴν ἔννοιαν ἣν εἰρήκαμεν. Δηλοῖ γὰρ πῶς ἐκ τῶν τρίβων αὐτοῦ ἀπώσατο αὐτοὺς, τῆς πολιτείας λέγω καὶ τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν νομίμων. τὸ εἰς τόπους ἐρήμους ἀπαγαγεῖν, καὶ μεταξὺ πολεμίων ἀφεῖναι. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ἐκάλυψεν ἡμᾶς σκιὰ θανάτου, τοὺς κινδύνους λέγων τοὺς τίκτοντας θάνατον. Καὶ τὸ ἄφυκτον τῶν δεινῶν διά τε τῆς σκιᾶς, διά τε τῆς ἐπικαλύψεως παρέστησεν.

Ὠριγένους. Ὁ νοῦς ἐπικαλύπτεται σκιᾷ θανάτου, ὅτε οὐ βλέπει. Ἢ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως σκιά ἐστι θανάτου, οὗ τῇ σκιᾷ γεννᾶται.

κα'. Εἰ ἐπελαθόμεθα τοῦ ὀνόματος.] Θεοδωρήτου. Ταύτην ἐπεδείξαντο τὴν ἀρετὴν οἱ Μακκαβαῖοι καὶ οἱ περὶ τὸν Ματταθίαν, καὶ οἱ ἑπτὰ παῖδες, σὺν τῇ μητρὶ, καὶ Ἐλεαζάρῳ τῷ ἱερεῖ. οὔτε γὰρ κολακείαις, οὔτε τιμωρίαις ἐκάμφθησαν, ἀλλὰ τοῦ ἀληθοῦς θεοῦ τὸ σέβας ἀνέπαφον διετήρησαν. Καὶ ταῦτα, φησι, σὺ οἶδας δέσποτα· σὺ γὰρ οὐ μόνον τὰ πράγματα δῆλα, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς καρδίας κινήματα. ἐπισημήνασθαι δὲ προσήκει, ὅτι δυάδα προσώπων ὁ λόγος ἐμίξατο. Εἰρηκὼς γὰρ, ὅτι οὐχὶ ὁ θεὸς ἐκζητήσει ταῦτα; αὐτὸς γὰρ γινώσκει τὰ κρύφια τῆς καρδίας· ἐπήγαγεν, ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. Ταύτην δὲ τὴν τῆς ἀντωνυμίας ἐναλλαγὴν, καὶ ὁ ἑβραῖος ἔχει, καὶ οἱ λοιποὶ τεθείκασιν ἑρμηνευταί.

Χρυσοστόμου. Ἐνταῦθα καὶ τοὺς ἀκούοντας θεραπεύειν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ τὸν θεὸν ἐκπαιδεύουσιν. Οἶδε γάρ, φησι, τὰ ἀπόρρητα τῆς διανοίας. Ταῦτα δὲ λέγουσι φοβοῦντες αὐτοὺς, ἵνα μηδὲν ἀνάξιον θεοῦ λογίσωνται. Ὅρα δὲ μεγάλην ἐπίδοσιν τῆς ἀρετῆς, ἐπάγει γὰρ λέγων. Ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν· μέγα μὲν γὰρ καὶ τὸ μένειν θεραπεύοντας τὸν θεὸν, καὶ μὴ πρὸς ἕτερον ἀποπηδῆσαι. Πολλῷ δὲ μεῖζον τὸ συνεχῶς θανατοῦν, καὶ καθημερινῶν κινδύνων ἐπικειμένων διατηρεῖν τὴν τοιαύτην ἀγάπην. Ὅρα δὲ ὑπερβολήν. ὃ γάρ φησι Παῦλος ἐν τῇ καινῇ, Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω,

vmbra mortis. Hæc mihi videtur redhibitio eorum quæ ſuperiùs dicta ſunt, vbi mala narrabant, dicentes: *Confuſio faciei meæ cooperuit me, à voce exprobrantis & obloquentis.* & *quoniam humiliaſti nos*, ſi quis ita acceperit, vt referatur ad illud, *Declinaſti ſemitas noſtras à via tua*; habet hîc conſequentiam conuenientem, ſecundùm ſenſum quem diximus. Significat enim, quomodo eos à vijs ſuis repulerit, inſtitutis, inquam, & templo, & legibus, quòd eos in loca deſerta abduxerit, & inter inimicos dimiſerit. Hoc enim ſignificat illud, *Cooperuit nos vmbra mortis*, pericula intelligens quæ mortem pariunt. Porrò hæc ineuitabilia eſſe mala, tam per vmbram quàm per operimentum oſtendit. CATENA PATRVM.

ORIGENIS. Mens cooperitur vmbrâ mortis, quando non videt. Vel corpus humilitatis eſt *vmbra mortis*, ſub cuius vmbra naſcitur.

21. SI OBLITI SVMVS NOMEN.] THEODORETI. Hanc virtutem demonſtrarunt Machabæi & ſocij Matathiæ, & ſeptem pueri cum matre, & Eleazaro Sacerdote: neque enim illecebris ſe demulceri paſſi ſunt, neque ſupplicijs ſuccubuerunt, ſed veri Dei cultum intactum conſeruarunt. Et hæc, inquit, tu noſti Domine: tibi enim non ſolùm res ſunt manifeſtæ, ſed etiam mentis motiones. Ceterùm notandum eſt, ſermonem duas perſonas inſinuaſſe. Cùm enim dixiſſet, *Nonne Deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis*; ſubiunxit, *Quoniam propter te mortificamur tota die.* Hanc autem pronominis mutationem & Hebræus habet, & ceteri interpretes poſuerunt. *Conſtantia Machabæorum in vtraque fortuna.*

CHRYSOSTOMI. Hîc etiam docent auditores ſeruire Deo corde toto. *Nouit enim*, inquit, *abſcondita cordis*. Hæc autem dicunt eos terrentes, ne quid Deo indignum cogitent. Vide autem magnum virtutis incrementum: ſubiungit enim dicens, *Quoniam propter te mortificamur totâ die.* Magnum eſt enim, vel manere Dei cultores, & ad alium non defeciſſe; multò autem maius eſt, cùm mors aſſiduè & quotidiana pericula immineant, talem conſeruare dilectionem. Conſidera autem exceſſum eius. Nam id quod Paulus in noua lege ait, *Quotidie morior*; 1. Cor. 15, 30. *Quotidie pro lege Dei mori, fortis animi eſt.*

CATENA PATRVM.

hoc etiam hi non experientiâ, ſed animo & ſpe ſemper moriendi. Quare autem dicit *propter te?* Licebat, inquit, deficere, & à patriæ legibus recedere, & tutos eſſe; ſed maluimus mala pati, & patria inſtituta ſeruare. *Aeſtimati ſumus tamquam oues occiſionis.* tam facilè nos interimunt. Hîc autem oſtendit eorum manſuetudinem, & iure admirandam Dei potentiam, quòd eos, qui tamquam occiſionis oues erant expoſiti, conſeruauerit, & quotidie morientes non ſiuerit in mortem incidere.

Quando Deus dicatur dormire & exſurgere.

23. EXVRGE, QVARE OBDORMIS?] THEODORETI. Somnum patientiam, reſuſcitationem verò vocat motum in vindictam. Deinde eadem rurſus aliter narrat. *Quare faciem tuam auertis?* & quæ ſequuntur. Deſpicis, inquit, Domine, ea quæ contra nos patrantur, & ſimilis es auerſanti, & idcircò non curanti; nos verò egemus auxilij diuitias non habentes: quin vſque ad terram ipſam incuruati ſumus, adeò vt venter noſter ipſimet terræ adhæſerit. Per hoc autem multam humilitatem oſtendit, hoſtiumque potentiam.

CHRYSOSTOMI. *Inopiæ noſtræ*, alius, *miſeriæ noſtræ*. Quod autem dicit eſt eiuſmodi: Potes mala ſoluere: neque enim propter tuam imbecillitatem, ſed ob tuam permiſſionem hæc fiunt. Somnum hîc vocat quietem, & exſurrectionem retributionem, & faciem protectionem, prouidentiam curam. *Cur obliuiſceris inopiæ noſtræ?* Vide rurſus pium & gratum animum. Non dixit rectè factorum; ſed cùm ſe aliqui defendunt, illa dicunt: quando autem petunt auxilium, muti ſunt velut rei, & inde ſaluari poſtulant. Quoniam, inquit, pœnas dederunt; quoniam extrema paſſi ſunt. Deinde poſtquam dixerat, *obliuiſceris inopiæ noſtræ*, id eſt afflictionis, recenſet demum miſeriam. Quod autem dicit eſt eiuſmodi: Perijmus, nihilo meliori conditione ſumus mortuis. Iure autem dixerit quiſpiam, eorum etiam qui rebus præſentibus affixi ſunt animam in terram eſſe humiliatam, eorumque qui gulæ ſeruiunt ventrem eſſe terræ agglutinatum.

Terrenorum venter & anima terræ adhæret.

ORIGENIS. Etſi quoàd nos hæc magna ſint; reſpectu tamen tui parua ſunt &

τοῦτο καὶ οὗτοι, οὐχὶ τῇ πείρᾳ, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ καὶ τῷ ἐλπίζειν διαπαντὸς τὸν θάνατον. Διὰ τί δὲ φησιν, ἕνεκά σου; ὅτι ἐξῆν ἡμῖν μετατάξασθαι, καὶ ἀφεῖναι τὴν πατρῴαν πολιτείαν, καὶ εἶναι ἐν ἀσφαλείᾳ, ἀλλ' αἱρούμεθα πάσχειν κακῶς μᾶλλον, καὶ τὰ πατρῷα φυλάττειν. Ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς· οὕτως ἡμᾶς ἀναιροῦσιν ῥᾳδίως, καὶ τὴν αὐτῶν ἐπιείκειαν ἐνδείκνυται ἐνταῦθα, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν ἄξιον ἐκπλαγῆναι, ὅτι τοὺς ὥσπερ προκειμένους ὡς πρόβατα σφαγῆς διετήρησε, καὶ καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκοντας οὐκ ἀφῆκεν ἐμπεσεῖν εἰς θάνατον.

κγ'. ΕΞΗΓΕΡΘΗΤΙ ΙΝΑ ΤΙ ΥΠΝΟΙΣ;] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὕπνον τὴν μακροθυμίαν, ἀνάστασιν δὲ τὴν ἐπὶ τιμωρίαν κίνησιν ὀνομάζει. εἶτα τὰ αὐτὰ πάλιν ἑτέρως φησίν, Ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἑξῆς. παρορᾷς, φησι, δέσποτα, τὰ εἰς ἡμᾶς γινόμενα, καὶ ἔοικας ἀποστρεφομένῳ, καὶ τούτου χάριν, οὐ κηδομένῳ· ἡμεῖς δὲ ἀπορούμεθα τῆς ἐπικουρίας τὸν πλοῦτον οὐκ ἔχοντες. μέχρι τῆς γῆς κατεκάμφθημεν, ὡς τὴν γαστέρα ἡμῶν αὐτῇ πελάσαι τῇ γῇ. διὰ δὲ τούτου τὴν πολλὴν σημαίνει ταπείνωσιν, καὶ τῶν πολεμίων τὸ κράτος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τῆς πτωχείας ἡμῶν, ἄλλος τῆς κακίας ἡμῶν. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι. Δύνασαι λῦσαι τὰ κακά, οὐδὲ γὰρ παρ' ἀσθένειαν σὴν ταῦτα γίνεται, ἀλλὰ παρὰ τὴν συγχώρησιν. Ὕπνον γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἡσυχίαν φησί, καὶ ἀνάστασιν τὴν ἀνταπόδοσιν, καὶ πρόσωπον τὴν ἀντίληψιν, τὴν πρόνοιαν, τὴν κηδεμονίαν. Ἵνα τί ἐπιλανθάνῃ τῆς πτωχείας ἡμῶν· ὅρα πάλιν εὐγνωμοσύνην, οὐκ εἶπε τῶν κατορθωμάτων, ἀλλ' ὅτι μὲν ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀπολογοῦνται, ἐκεῖνα λέγουσιν. Ὅταν δὲ τὴν συμμαχίαν ἐπιζητῶσιν, ἄφωνοί εἰσιν, ὡς καταδίκοι, καὶ ἀπὸ τούτων ἀξιοῦσι σώζεσθαι. Ἐπειδὴ δίκην ἔδωκαν, φησιν, ἐπειδὴ τὰ ἔσχατα πεπόνθασιν. Εἶτα ἐπειδὴ εἶπεν, ἐπιλανθάνῃ τῆς πτωχείας ἡμῶν, τουτέστι τῆς κακώσεως, λέγει λοιπὸν τὴν κάκωσιν. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. Ἀπολώλαμεν, τῶν νεκρῶν οὐδὲν ἄμεινον διακείμεθα. Δικαίως δ' ἄν τις εἴποι, καὶ τῶν τοῖς παροῦσι προσεστηκότων τὴν ψυχὴν εἰς χοῦν τεταπεινῶσθαι, καὶ τῶν γαστριμάργων εἰς γῆν τὴν γαστέρα κολλᾶσθαι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πλὴν εἰ ὡς πρὸς ἡμᾶς μεγάλα ταῦτα, ἀλλ' ὡς πρὸς σὲ μικρὰ καὶ πτω-

πτωχά. Διόπερ ἱκετεύομεν, ἐπείπερ ἡ ψυχὴ ἡμῶν εἰς χοῦν ταπεινοῦται, συγγνῶναι τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Δέον μὲν καὶ τὴν γαστέρα ἡμῶν ἐμπεπλῆσθαι πηγῆς ὕδατος ζῶντος, ἐξ ἀνυδρίας δὲ ὑπερβαλλούσης εἰς γῆν ἐκολλήθη. Δηλοῖ δὲ, ἢ τὸ ἡγεμονικὸν, ἢ τὸ μνημονικὸν τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ πάντα συνάγεται τὰ μαθήματα· ἢ ἐπεὶ χοῦν περικείμεθα τὸν ἐκ τῶν παθῶν, διὰ τοῦτο χαμαιρριφεῖς γεγενήμεθα. Ἀλλὰ καὶ εἰς γῆν ἐκολλήθη ἡ γαστὴρ ἡμῶν, οὐδὲν τρεφομένων οὐράνιον, ἀλλὰ κατὰ τὸν ὄφιν γῆν ἐσθιόντων.

κϛʹ. ΑΝΑΣΤΑ ΚΥΡΙΕ ΒΟΗΘΗΣΟΝ ΗΜΙΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὗ δὴ χάριν ἀντιβολοῦμέν σε δέσποτα, ἐπιφανῆναι καὶ λῦσαι τὰς συμφοράς, καὶ κρείττους ἀποφῆναι τῶν δυσμενῶν. Ταῦτα δὲ ἅπαντα προεῖπεν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, τοῖς ἐν ἐκείνοις τοῖς δεινοῖς ἐσομένοις, διδάσκουσα, καὶ γενναίως ἐνεγκεῖν τὰ προσπίπτοντα, καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων αἰτῆσαι τὴν τούτων ἀπαλλαγήν, ὅπερ δὴ καὶ δεδράκασιν οἱ θαυμάσιοι ἄνδρες ἐκεῖνοι. Τοῖς γὰρ λόγοις τὸν θεὸν ἱλεώσαντο, καὶ ὑπ' αὐτοῦ στρατηγούμενοι τοὺς πολεμίους ἐτρέψαντο, καὶ τὴν προτέραν ἐλευθερίαν τοῖς ὁμοφύλοις προυξένησαν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Λέγοιεν ταῦτα πρὸς τὸν σωτῆρα, ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς διατρίβοντα κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρόν· ὃς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον διδοὺς ἀντὶ πολλῶν, ποιεῖ ταῦτα ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

egena. Quapropter obſecramus, cùm anima noſtra in puluerem humiliata ſit, vt condones infirmitati noſtræ. Oportuerat quidem ventrem noſtrum repletum eſſe fonte aquæ viuæ, ſed ex nimia ſiccitate in terra adhæſit. Significat autem iudicium rationis vel memoriam, in qua omnes diſciplinæ conſeruantur: vel cùm puluerem paſſionum circumferamus, idcircò humi-reptiles facti ſumus. Quin etiam terræ agglutinatus eſt venter noſter, dum nil cæleſte manducamus, ſed inſtar ſerpentis terrâ veſcimur. CATENA PATRVM.

26. EXVRGE DOMINE, ADIVVA NOS.] THEODORETI. Propterea obſecramus te Domine, vt appareas, & noſtras calamitates finias, vtque inimicis ſuperiores nos reddas. Ceterùm omnia hæc Spiritus ſancti gratia prædixit, docens eos qui futuri erant in illis grauioribus rebus, vt ea quæ acciderent generosè ferrent, & à Deo vniuerſorum liberationem poſtularent, quemadmodum admirabiles illi viri fecerunt. Nam verbis Deum placarunt, & ab ipſo conductore deducti hoſtes profligarunt, & priſtinam libertatem contribulibus ſuis conciliarunt.

ORIGENIS. Hæc dici poſſint ad Saluatorem in corde terræ commorantem tempore paſſionis: qui cùm animam ſuam dederit redemptionem pro multis, facit hæc pro gloria nominis ſui.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIc Pſalmus eamdem habet cum XLI. inſcriptionem, niſi quòd iſta verba, *εἰς σύνεσιν, ad intellectum*, hîc poſtponantur, quæ ibi *filijs Core* præfiguntur. Sixtina editio Grçco-latina addit vocem *Ψαλμός, Pſalmus*; Euſebius tamen notat, neque Pſalmum, neque odam, aut hymnum, aut quidpiam iſtiuſmodi præſcribendum; ſed nec Vulgata quid ſimile addidit. S. Ambroſ. ait Aquilam poſuiſſe *Pſalmum diſciplinæ*: in Hebræo eſt מַשְׂכִּיל *maſchil*, hoc eſt *erudiens*. Conſtat autem tribus præcipuis membris. Initio enim vſque ad verſum decimum continet commemorationem diuinæ erga priſcos patres protectionis. Deinde vſque ad ver. 18. querelas ponit populi grauiter oppreſſi. Tertiò, vſque ad ver. 23. ad commiſerationis affectum excitandum, populi ſic afflicti in ſincero Dei cultu conſtantiam proponit: ac demum vſque ad finem ſubijcitur precatio, ne Deus indignam ſuorum oppreſſionem negligat.

2. *Deus auribus noſtris audiuimus.*] In Græco additur præpoſitio ἐν, *in*. quæ etiam exprimitur in Hebræo, vbi legitur בְּאָזְנֵינוּ *beaſnenu*, id eſt *in auribus noſtris*. Cur addidit *noſtris*? cùm ſatis eſſet dicere *auribus audiuimus*? An quia eæ aures verè noſtræ ſunt, quæ ſunt mentis? Nimirum adeò à carnis ſenſu diſſitus homo eſſe debet, vt alius à carne corporeque eſſe videatur. Hunc certè ſenſum ex his verbis eruit S. Ambroſ. dum hunc Dauidis locum ita premit, *Deus auribus noſtris audiuimus. Auribus audiuimus; plenum erat. cur ergo additum eſt noſtris? Quid ſibi vult, niſi vt intelligas, illa eſſe noſtra quæ mentis ſunt; & ea eſſe meliora quàm quæ iſtius corporis? & ideò quaſi de alio dicit hîc ipſe Propheta: Non timebo quid faciat mihi caro.* Scilicet vir iuſtus alius à carne ſua eſſe videtur, extraneam eam putat; tantum abeſt vt eius vocem audiat, eique obtemperet. Igitur Dei verba audienda cordis aure ſunt, non corporis tantùm: impuris verò ſermonibus, & qui carnem ſapiunt, qui voluptates ſuadent, nec corporis nec mentis vacuæ præbendæ ſunt aures. Dei vocibus aperiendæ ſunt, carnis & mundi adulationibus tegendæ. Auribus excipiatur quod proſit; quod nocere poteſt, eliminetur. Denique mentis aures

Mentis aures propriè ſunt noſtræ.

Homo iuſtus alius à carne ſua eſſe videtur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Cordis auribus Dei verba excipienda.

potiſſimùm cuſtodiendæ ſunt, quæ verè noſtræ: nam corporis dumtaxat auribus Dei verba recipere parum proderit, niſi & mente recipiantur. Ceterùm quod ſequitur, *in diebus antiquis*, apud Chryſoſt. alius tranſtulit, *ἐν ἡμέραις ταῖς πρὶν, in diebus priſtinis*; alius, *ταῖς ἀρχῆθεν, qui à principio*, ſupple *fuerunt*; Vulgata legit, *& in diebus antiquis*. Verùm coniunctio *&* tam in Hebræo quàm in Græco textu abeſt, vti & in quibuſdam antiquis exemplaribus Latinis non reperitur: quo ad ſenſum tamen eôdem recidit, ſiuè adſit, ſiue abſit. Alludit autem ad dies patrum de Ægypto egreſſorum, vt ex ſeqq. patet. Non quòd patres, qui ex Ægypto redempti fuerant, poſt annos mille & quingentos expoſuerint poſteris Dei beneficia, ſed quia continuâ ſerie, non tantùm prima liberatio, ſed varia auxilia, quæ ſubinde attulerat Deus populo ſuo, de manu (quod aiunt) in manum vſque ad vltimam ætatem peruenerint. Qualia autem illa fuerint, deinceps recenſet.

Deus euulſis gentibus Iſraëlitas in Palaſtina plantauit.

3. *Manus tua gentes diſperdidit.*] Narrat iam opus illud Dei patrum ſermone celebratum, quomodo videlicet veteres incolas terræ Chanaan, qui longâ poſſeſſione illic radices egerant, exſtirparit, vt in eorum locum filios Abrahæ plantaret, & ſuâ ipſis benedictione adderet incrementum, quò in gentem magnam excreſcerent, ac longè lateque propagarentur: ſicut arbor temporis ſucceſſu, tam radicem quàm ramos longiùs emittens, magis confirmatur in loco quem occupat.

Iſraëlitæ Chananæos non ſua fortitudine, ſed Dei ope vicerunt.

4. *Non enim in gladio ſuo poſſederunt terram.*] Claris nimirum ſignis tam ſua infirmitas populo quàm Dei virtus teſtata fuit; vt meritò fateri debuerint, terram non ſuo gladio partam fuiſſe, & ſalutem Dei manu ſibi fuiſſe allatam. Quamquam enim ex Ægypto egreſſa eſt magna multitudo hominum; tamen cùm imbelles eſſent, & ſeruilibus tantùm operibus aſſueti, ſtatim conſumpti fuiſſent ab hoſtibus, qui & copijs & virtute atque armorum vſu longè præſtabant. Tam potentes itaque hoſtes ab imbelli Iſraëlitarum manu fuiſſe ſuperatos, non humanæ fortitudinis aut bellicæ virtutis, ſed diuinæ potentiæ per brachium deſignatæ opus erat, cui victoriam iure merito adſcribunt. Ita nimirum, cùm vult Deus, brachium ſuum inexpugnabile in noſtrum debile quaſi inſinuat, vt poſſit infinitis etiam hoſtibus præualere. Senſus igitur eſt, ac ſi dicant: Talibus ſignis eis adfuiſti, vt præſens intelligereris. *Numquid enim* (inquit ad hunc locum S. Auguſt.) *quando nobis Deus aliquo miraculo adeſt, faciem ipſius oculis noſtris videmus? ſed effectu miraculi ſuam præſentiam inſinuat hominibus. Denique omnes qui mirantur ad huiuſmodi facta quid dicunt? Vidi Deum præſentem.*

Illuminatio vultus pro fauore accipitur.

Illuminatio itaque vultus Dei hoc loco (vt alibi) pro fauoris declaratione capitur: quia ſicut Deus faciem ſuam oppoſitis miſerijs quodammodò obnubilat & contrahit; ſic eamdem proſpero rerum interuentu quaſi ſerenare & expandere perhibetur. Apollinarius hanc vultus illuminationem videtur intellexiſſe de fulgore quo Deus hoſtium oculos perſtrinxerit, & ipſos terrefecerit, & exanimarit.

Ἀλλὰ τεὴ παλάμη, καὶ σοῦ μέγα φέγγος ὀπωπῆς.
Sed tua manus, & tui ingens lumen vultus.

IBIDEM. *Quoniam complacuiſti in eis.*] S. Hieron. *complacuiſti eis*; S. Ambroſ. *complacuit tibi in illis*; Apollinar. in metaphraſi ait:

Οὕνεκα σῷ θυμῷ πεποιθὼς σφέας ἤθελες ἴσχειν.
Quoniam tuo animo confidens ipſos voluiſti coërcere.

Vbi obiectum proximum placiti diuini facit hoſtium coërcitionem. Sed communior expoſitio eſt, vt ſignificetur dignatio quædam fauoris diuini; vt in Commentario expoſitum eſt. q.d. Quia voluiſti, quia dilexiſti eos, adeò vt gratiæ opus eſſet, non meritorum aut facinorum ſtrenuorum.

5. *Qui mandas ſalutes Iacob.*] Symmachus, *ἔντειλαι περὶ τῆς σωτηρίας Ἰακώβ, manda de ſalute Iacob*; S. Hieron. *præcipe pro ſalutaribus Iacob. Mandare* autem idem eſt quod mandato procurare, aut celeriter & pro arbitrio facere: nam mandare, vti & dicere in Deo, idem eſt quod celeriter, promptè, & iubendo efficere; iuxta illud: *Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.* Et illud Chriſti: *Quid eſt facilius, dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata; an dicere, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula?* Deus itaque, quia innumeros ſeruandi modos in manu habet, *ſalutes* dicitur quaſi nuntios quocumque viſum fuerit deſtinare. Vbi expende cum S. Ambroſio nomen illud plurale *ſalutes*, quas Deus immittit; vt ſit ſenſus iſtiuſmodi, ac ſi dicat: Non hoc dumtaxat bonum, aut illud mandas, ſed omnia pariter bona largiris Iacob, id eſt ſenſu ſpiritali luctantibus hominibus, & ſua vitia ſupplantantibus. Quænam autem ſint hæ ſalutes quas Deus mandat, exponit ibidem S. Ambroſ. dicens: *Salus in protectione Angelorum, qui ad miniſterium hominum deputantur.* Vniuſcuiuſque Angelum tutelarem intelligit, qui *ſalutes* in plurali dicatur; quia omne bonum ſimul cum illo immittit Deus, quod quidem ad ſalutem corporis & animæ neceſſarium ſit. Vnde quidquid boni expetere poteſt homo vel ad corpus vel ad animam, totum id cum Angelo & per Angelum largitur Deus; qui *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.*

Mandare, & dicere, quid ſit in Deo.

Pſal. 148, 5.

Marci 2, 9.

Angeli cuſtodes dicuntur ſalutes quas Deus mandat.

Pſal. 90, 11.

6. *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu.*] Pulchrè in hunc locum S. Ambroſ. expendit illud *cornu*. Armauit enim natura animantia, vt ſe tutari poſſint, varijs armorum generibus; nempe dentibus, vnguibus, cornibus, roſtris, & his ſimilibus, vnum hominem effinxit inermem. Cur hoc? Nempe vt omnem ſuam vim in vnum Deum refunderet; neque putaret ſibi vires ſuppetere, quibus ſe tutari poſſet ac defendere, ſed in Deum omnia referret. Hoc innuit his verbis Dauid, *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu.* q. d. Armantur quidem animalia varijs armorum generibus; ceterùm tu mihi, ô Deus, inſtar es armorum omnium: tu vires ſuppeditas, quibus inimicos meos, cùm ex me nihil omnino valeam, repellere poſſim ac ſuperare. Hac nimirum ratione homo humilitatem facilè cuſtodiet, ſi ſua omnia in Deum referat. Ita S. Ambroſ. cuius iſta verba quæ ſubijcio: *Dedit Deus cornua pluribus animantibus, vt poſſint ſe à ferarum incurſione defendere.* Quæ poſtquam enumerauit, ſubdit: *Sed homo cornua non habet. Quomodo ergo ventilat? Vnde? Vide Scriptura quid dicat: In te, inquit, inimicos noſtros ventilabimus cornu.*

Animalia natura diuerſimodè armauit, ſolum verò hominem inermem produxit.

Homo inermis eſt, vt in ſolo Deo fiduciam locet.

cornu. Cornu noſtrum es tu Domine Ieſu: & ideò, ſicut non in brachio noſtro præſumimus; ita neque in cornibus noſtris ventilando habemus præſidium, ſed in Chriſto. Sic ille. Quod autem ſequitur; *Et in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis,* idem valet quod præcedens hemiſtichium; niſi quòd expreſſiùs ſignificent ſe victores ideò futuros, quia ſub Dei auſpicijs militant. Pro *ſpernemus* in Græco eſt ἐξουδενώσομεν, id eſt, *ad nihilum redigemus*; Symmachus tranſtulit, συμπατήσομεν; quod etiam S. Hieron. vertit, *conculcabimus aduerſarios noſtros.* Atque huc ſpectat prior illa ſimilitudo à tauris ſumpta, quâ ſignificat, plus quàm humano robore fuiſſe inſtructos, vt, quidquid obuium eſſet, cornibus diſiectum calcarent. Quod cùm Dauid apud ſe reputaret, in inclytis facinoribus conſciſcendis, & ad proſperum rerum omnium curſum obtinendum, id propemodum faciendum opinabatur, quod à pleriſque nationibus in præliorum contentione fieri conſueuerat. Nam Græci quidem Romanique in prælium abeuntes, nomina ducum imperatorumque ſuorum in ſignis & labarorum ſtolis ſolebant inſcribere, *aureis litteris*, vt in Thyeſte Seneca canit; vel, vt Dio Hiſtoricus lib. 40. meminit, φοινικοῖς γράμμασι, *puniceis litteris.* Quod ſanctiùs imitatus Conſtantinus Magnus, non ſuum, ſed Chriſti nomen Tropoeuchi & Callinici in vexillis auro & gemmis radiare voluit.

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum. ——

Imò verò Imperatorum nomina etiam in pilis haſtiſque ponebant; quod in bello Cimbrico eueniſſe ait Plutarchus in Mario. Et in Hiſpanienſi, Romanos milites Pompeij nomen in ſcutis quoque inſcripſiſſe, alij produnt auctores. Sic, opinor, exiſtimabant, ſe longè magis in re gerenda fortunatos, & proniorem futuram victoriam, ſi Ducum nomine armarentur, cuius ductu auſpicijſque pugnarent, in quos deinde illuſtrium facinorum gloriam & omne decus non inuiti referebant. Hoc, vt aiebam, Regius Vates cupiebat vt in vita faceremus, ſi quid nobis benè eueniſſet, totum id victoriæ largitori ac ſoſpitatori Deo acceptum referremus.

7. *Non enim in arcu meo ſperabo, &c.*] Pergit Deo in ſolidum adſcribere victorias ſuas, quia nihil tale gladio vel arcu ſuo conſequi poterat. Sine Deo enim langueſcit potentia, remittitur arcus, mucrones hebetantur, arma fluunt è manibus, calamitas ingruit. Attilæ confidentiam in bellis notam, barbaramque ſtrenuitatem, non diuina quædam oracula, non teſſera è cælo victrix, non generoſi animi ratio aut bellorum iuſtitia faciebat, ſed gladius, quem à vetuſto præliorum duce Marte perueniſſe ad Scytharum reges memorabant, quemque ille ſpe illuſtrium victoriarum exultans ad latus gerebat. Eumdem vt Deum agnoſcebat, ei propè dicam litabat, in eo vt ſoſpitatore confidebat, ſi Iornando de rebus Gothicis ſcribenti credimus. Sic etiam Suidâ teſte Peleus gladio vtebatur vt firmiſſimo vitæ præſidio, quo ſibi in animum induxerat, quidquid fuiſſet aggreſſus, ſiue in bello ſiue in pace, omnia feliciter ſucceſſura: quippe illi à Vulcano fuiſſe traditum fabulæ prodiderunt. Quæ vana quoque fuit Gangis Indiæ regis perſuaſio: qui (vt Philaſtrius in Vita Apollonij memorat) adamantinos gladios ſeptem humo obruit, vt regionem nullus vmquam timor inuaderet. Sed India ſæpè victa populataque fuit, & mendaces illi pugiones ſtultâ & impiâ hominum opinione conſecrati vt glacies diſſiluerunt, vis, ardor, potentia bellicoſorum in leuem fumum abijt. Fatendum proinde eſt, ſine beneuolentiſſimi Numinis præſidio humanam omnem potentiam eſſe debilem, nec ſpem rerum gerendarum, potiundæque victoriæ, in ferro & acie gladiorum, aut acerrimo delectu legionum, eſſe reponendam. Vnde ſubdit:

8. *Saluaſti enim nos de affligentibus nos.*] Iterùm repetunt ſe diuinitus fuiſſe ſeruatos, & ab eodem Deo expulſos fuiſſe hoſtes ſuos: cui propterea in gratiarum actionem laudis canticum decernunt, dicentes:

9. *In Deo laudabimur tota die.*] S. Hieron. vertit, *in Deo gaudebimus*; Aquila, καυχησόμεθα, *gloriabimur*; Symmachus, τὸν Θεὸν ὑμνήσομεν καὶ πᾶσαν ἡμέραν, *Deo hymnum dicemus per omnem diem.* Tantam nimirum agnoſcunt ſæculis omnibus fuiſſe Dei clementiam erga genus ſuum, vt continua gratiarum actionis materia ſuppeteret. Et certè tunc demum ex rebus proſperis ſancta & ritè compoſita lætitia concipitur, dum erumpit in laudes Dei. Vide quæ ſuperiùs à nobis hac de re annotata ſunt ad Pſalmi 19. verſ. 6. & 8. & Pſal. 33. verſ. 3. quæ ad hunc locum illuſtrandum faciunt.

10. *Nunc autem repuliſti & confudiſti nos.*] Hîc incipit ſecunda pars Pſalmi, in qua calamitates ſuas exaggerant, & præſentes ſuas ærumnas deplorant, nec non à Deo ſe penitus deſertos eſſe conqueruntur. In eo autem quod ſubdit,

Non egredieris Deus in virtutibus noſtris] Hebraicè non eſt vox *Deus*; & S. Hieron. notat hanc vocem eſſe ſuperfluam; Symmachus, καὶ οὐ προελεύσῃ ἐν τοῖς στρατεύμασιν ἡμῶν, *& non progredieris in exercitibus noſtris.* Senſum rectè expreſſit Apollinarius:

Οὐδὲ κορυσσομένοις μεταλήσεαι ὡς πρὶν ἀρωγός.

Nec priùs vt ſolitus pugnantibus egredieris dux.

vel: *Neque armatis accurres vt anteà adiutor.*

Sic in alio Pſalmo dicitur: *Nónne tu Deus, qui repuliſti nos: & non egredieris Deus in virtutibus noſtris?* Cenſebatur enim Deus egredi ante populum ſuum, quando eum pugnantem adiuuabat, vel etiam abſque pugna victoriam largiebatur, vel cum tutò deducebat; iuxta illud: *Deus, cùm egredereris in conſpectu populi tui, cùm pertranſires in deſerto, terra mota eſt, &c.*

Pſal. 59, 12. & Pſal. 107, 12.

Deus dicebatur egredi, quando ſuos iuuabat. Pſal. 67, 8.

11. *Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros.*] S. Hieron. *vertiſti terga noſtra hoſtibus*; Symmachus, ἔταξας ἡμᾶς ἐσχάτους παντὸς ἐναντίου, *ordinaſti nos nouiſſimos ab omni aduerſario.* Pulchrè hoc exponit Apollinarius:

Στρεφθέντες κρυεροὶ γενόμεσθα μείονες ἐχθρῶν.

Cõuerſi horridi facti ſumus inferiores hoſtibus.

Id eſt, timore panico perculſos in fugam nos conieciſti, & hoſtibus, quos anteà facillimo negotio ſuperabamus, terga vertere coëgiſti, & ijs in prædam expoſuiſti. Vbi notandum, ipſos non imputare fortunæ quòd expaueſcant ad hoſtium conſpectum, in quos priùs intrepidè fortem impe-

[Left margin notes, partly cut off:] ...uetu... ...icum ...na ...llu & ...s in... ...undi.

...in ar... ...ſed in ...ſpe... ...lum.

...ila, Pe... ...& Gan... ...ſuo ...is ſi... ...n qua...

ANNOTATIONES CORDERII. Retrorſum auertitur, qui Deum præſentem non ſentit.

impetum facere ſoliti erant, ſed cæleſti decreto adſcribere, quo retrorſum agantur.

Tropologicè, retrorſum auertitur, qui Deum mente præſentem non ſentit; qui non meditatur Deum hominibus vbique præire. Quiſquis itaque hoc modo impingit, captu facilis fit, & in prædam cedit inimicis ſuis. Vnde ſubdit: *Et qui oderunt nos diripiebant ſibi.* Etenim nullo negotio vitijs ſuccumbit, & à dæmone diripitur, qui Deum in animo præſentem non ſeruat. In huius rei confirmationem S. Ambroſ. ad hunc locum adducit exemplum vxoris Lot; quæ cùm ductorem viæ ſuæ Angelum haberet, retrorſum tamen reſpexit, vnde meritò defectionis pœnas dedit.

Gen. 19, 26. Vxor Lot in exemplum poſita reſpicientium retrò.

de qua dicitur: *Reſpicienſque vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis.* Itaque ſtatua ſalis & monimentum fit poſteris, quòd cùm Deum haberet ductorem, oculos tamen ab eo auerterit, & ad ea quæ retrò ſunt reſpexerit: vt inde colligamus, quantum malum immineat his qui ducem itineris ſui Deum non aſpiciunt, ſed ad temporalia conuertuntur. *Non benè progreditur*, inquit

Luc. 9, 62.

S. Ambroſius, *qui retrorſum auertit: quia nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retrò, habilis eſt regno Dei. Denique vxor Lot, quia retrò reſpexit, ad verticem montis, hoc eſt, ad ſuperiora peruenire non potuit; ſed in ſalem conuerſa eſt: quæ ſpecies citò ſoluitur, nec poteſt vſum habere diuturnum. Sic ſunt qui temporalia ſequuntur, & non ſequuntur æterna: & hîc infatuantur à ſtultitia ſua, & futurorum gratiam habere non poſſunt.* Hoc exemplo docentur illi qui ad perfectionem tendunt, Deum habere in omnibus præſentem: vix enim aliud eſt medium quo faciliùs perfectionem aſſequimur, quàm ſi Dei memoriam ſemper habuerimus. Vbi nota, vxorem Lot non lapidis aut æris ſpeciem induiſſe, ſed *ſalis, quæ citò ſoluitur*; &, ſi vel parum aquæ immittatur, liqueſcit; vt noueris eum citò ſolui ad vitia, & ad omnem voluptatem laxari, qui Dei mentem abiecerit.

Duplex genus ouium.

12. *Dediſti nos tamquam oues eſcarum.*] Duplex diſtinguit genus ouium; quarum aliæ ſunt fœcundæ, & aſſeruentur ad gregis incrementa; aliæ verò ſteriles & infœcundæ, macello deſtinatæ, quamobrem oues eſcarum à Propheta nominantur, quippe in eſcam deputatæ, ac breuî occidendæ. Non aliter in hominibus contingit: quorum quidem aliquos virtutibus fœcundos Deus in ædificationem aliorum aſſeruat, & eorum vitam protendit in æuum; eos verò qui omnino ſteriles ſunt, ſtatim occidit. Hanc expoſitionem elicio ex verbis S. Chryſoſtomi ſuperiùs in Catena citatis; quam & Hugo Cardinalis ſequitur in hunc locum commentans. Sequitur:

Et in gentibus diſperſiſti nos.] Quod Symmachus & Aquila, teſte Ambroſio, reddunt, *in gentibus*, aut *inter gentes ventilaſti nos*, videlicet tamquam paleam grano exutam, ſine fructu, ſine vlla ſoliditate, prorſus flaccidam & leuiculam. Vltrix Dei iuſtitia, cuius ventilabrum in manu eius, vt Eccleſiam ſuam velut purum & cæleſte granarium purgaret, in omnes orbis partes populum Iudaicum ventilauit.

Iudæi tam viles fuerunt, vt pro nihilo venderentur.

13. *Vendidiſti populum tuum ſine pretio.*] Hoc eſt, pretio tam vili, vt nullum reputetur. Non modò, inquit, non multum eos æſtimaſti, ſiue, qui vendentium mos eſt, licitantibus pretia auxiſti; ſed neque permutationem vllam pro ipſorum capitibus poſtulaſti, ac ſi ea pro nihilo duceres. Ita Diodorus: Πέπρακας ἡμᾶς, φησι, τοῖς ἔθνεσι τοῦ μηδενός, τοῦτο γὰρ λέγει ἄνευ τιμῆς, ὡς ἀχρήστους δούλους, καὶ οὐδενὸς ἀξίους, καὶ τὸ αὐτὸ ἑρμηνεύων, ἐπάγει. Καὶ οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν, τουτέστι ταῖς πράσεσιν. Ἄλλαγμα γὰρ τὴν πρᾶσιν καλεῖ, ἀντὶ τοῦ οὐδεμιᾶς τιμῆς, τὸ καθ' ἡμᾶς ἐποίησας ἄλλαγμα. *Vendidiſti nos, inquit, gentibus pro nihilo; hoc enim ſignificat ſine pretio; tamquam inutiles ſeruos & nullius pretij. Atque idem explanans infert: Et non erat multitudo in commutationibus, id eſt venditionibus. Commutationem enim vocat ipſam venditionem. ac ſi diceret: Nullius pretij feciſti commutationem noſtram.* Aquila apud D. Ambroſium legit, *tradidiſti populum ſuum, vt non eſſet*; Symmachus, *tradidiſti populum tuum ſine ſubſtantia*: nec immeritò, vt pretium merci reſponderet, & populus nihili pro nihilo venderetur. Eſſe autem nihili Iudæos, rectè concludit D. Ambroſ. *Non ſunt enim*, inquit, *qui repudiantur à Chriſto.* ſicut è contrario: *Sunt autem*, inquit, *qui eliguntur à Domino. Quoniam Dominus vocat* Rom. 4, *quæ non ſunt tamquam ea quæ ſunt.* Hebræis itaq; 17. ad nihilum redactis, & omni honore denudatis, quid ſupereſſe poterat, niſi vt nullo in pretio apud homines haberentur? Ita planè factum eſt, iuxta illam maledictionem populo Iſraëlitico diuinitus inflictam: *Reducet te Dominus claſſibus* Deut. 28, *in Ægyptum*, &c. *Ibi venderis inimicis tuis in* 68. *ſeruos & ancillas, & non erit qui emat.* Vaticinio conſentit Hiſtoria: nam, vt ex Ioſepho lib. de Bello Iudaico Lyranus tradit, *Captâ ciuitate Ieruſalem, multi Iudæi fuerunt captiui, in tantum, quòd dabantur triginta pro vno denario, vt dicunt aliqui; & ideo oneratæ fuerunt plures naues de illis, quibus ducti ſunt in Alexandriam, quæ eſt in Ægypto, vt ibi renenderentur carius à mercatoribus.* Eamdem Iudæorum vilitatem ſignificauit Deus apud Iſaiam dicens: *Ecce in ini-* Iſaiæ 50, 1. *quitatibus veſtris venditi eſtis.* Vbi Lyranus docet hanc prophetiam impletam eſſe, cùm Iudæi per Romanos in ſeruos & ancillas vendebantur. Et addit, quod ſuprà dixerat, non defuiſſe aliquos venditores, qui triginta Iudæos pro vno numiſmate darent; & citat Hugonem Floriacenſem, qui non ſine myſterio celebratam fuiſſe hanc Iudæorum venditionem arbitratur. Nam ſicut Iudæi Chriſtum Dominum triginta argenteis emerunt; ita vice verſâ æquum fuit, vt triginta eorum vno tantùm argenteo venderentur. De illorum quoque vilitate Corn. Tacitus lib. 2. Annal. mentionem faciens, vbi agit de Iudæis Româ in exiliū expulſis: *Etſi*, inquit, *interiiſſent ob aſperitatem cæli, vile damnum*; id eſt, pro nihilo eorum ſiue vitam ſiue mortem eſſe faciēdam.

Triginta Iudæi pro vno denario venditi.

Iudæi omnibus opprobrio ſunt.

14. *Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris*, &c.] Quibus nimirum vel ſimultas vel apertum odium erat cum Iudæis. Ac ſæpè quidem accidit, vt vicinitas, quæ ad conciliandum mutuum amorem valere debebat, inuidiam, diſcordias & contentiones generet. Sed peculiaris fuit ratio in Iudæis, qui omnibus inuitis terram occupauerant; & quorum religio apud alios quaſi belli claſſicum erat. Sequitur:

Subſannationem & deriſum his qui ſunt in circuitu noſtro.] Mali atrocitatem hæc circumſtantia quoque non parum amplificat, quòd vndique

dique hæc probra ingerantur; quia toto circuitu obſeſſi erant ab hoſtibus, vt ne momentum quidem illis quietum foret à moleſtia. Aquila apud S. Ambroſium legit, *ſpretionem & pompam poſuiſti nos ijs qui in circuitu noſtro ſunt.* Hoc etiam quotidie Iudæis vſuuenit, præſertim ijs in locis quibus contra illos viget Inquiſitio, vt in Hiſpania & Luſitania; vbi damnati ob Iudaiſmum, ſummo cum opprobrio per vrbium plateas miſerabili pompâ pertrahuntur ad publicum iudicium ſanctæ Inquiſitionis, & inde nonnulli ad incendium. Subdit:

Iudæi poſiti in parabolam contemptus.

15. *Poſuiſti nos in ſimilitudinem in Gentibus.*] Græcè *εἰς παραβολὴν, in parabolam:* quam S. Auguſt. exponit eſſe maledictum ad ſimilitudinem deductum, ad hunc modum: *Ille pereat, quomodo ille.* Alij ad ſimilitudinem etiam referunt, ſed alio ſenſu; ita nimirum, vt in parabolam deduci, perinde ſit, atque vulgò vſurpari vitij nomine. Qua ratione Neronis pro crudeli, ac Sardanapali nomen pro laſciuo & molli accipitur. Nullum ſanè inter Gentes vſitatius quàm Iudæi nomen, pro infami turpique metu, & imbecillitate. Poteſt itaque hoc loco *parabola*, ſeu *ſimilitudo*, vti & Hebræum מָשָׁל *maſal* (quod alij *prouerbium* vertunt) tam pro graui imprecatione quàm pro dicterio ſumi: ſenſus tamen eôdem redit, nullum ſcilicet ſub cælo fuiſſe populum magis deteſtabilem; quia vulgò eius nomen contumeliæ cauſſâ inter prouerbiales figuras volitaret. Eôdem etiam ſpectat quod addit, *Commotiónem capitis in populis:* qui geſtus ſubſannantium eſt ac deridentium. Habemur, inquiunt, velut extrema populi fæx in grandi hac mundi naue; cuius vectoribus, nimirum cunctis Gentibus, ſumus ludibrio, irriſionibus & cachinnis. Promeritum ſanè vſque modò luunt ſupplicium omnium opprobriorum, quæ ab illis identidem exprobrantibus ſuper Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ceciderunt.

16. *Tota die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me.*] Hæc vt ad litteram à Iudæis ac de Iudæis dicta ſunt, ita in quemlibet peccatorem cumprimis quadrant.

Maxima confuſio peccati.

Confuſio enim à peccato nata, quod hominem cæleſtibus diuinæ gratiæ veſtibus ſpoliat, nudumque cælo & inferis ſpectandum & ridendum præbet. Et vnde maior naſci verecundia poteſt, quàm cùm, cælo teſte, omni ſe gratiæ cæleſtis veſte nudatum peccator ſentit, & filiali diuinâ ſpoliatus veſte, mancipij inferorum veſtibus induitur? Poteſt fingi pudor maior, quàm cùm ſe anima ſentit in oculis omnium voluntate ſuâ ſolitariam, nudam, exulem vitæ, hereditate exutam, gloriâ excluſam, inimicam Deo, ignium materiam æternorum, famulam dæmonum, ludibrium hoſtium in omne æuum factam? Integamur ergo caſtitatis ſtolâ, & nuptiali veſte charitatis; tunc ſtabit verecundia, & forma placens Deo, & cælo ſimilior.

Non fidendum proprijs meritis, cùm iuſtus vix ſaluetur.

18. *Hæc omnia venerunt ſuper nos*, &c.] Hæc eſt tertia huius Pſalmi pars: in qua non obſtantibus tot tantiſque quas recenſuerunt afflictionibus, ſe in ſincero Dei cultu ſemper conſtantes perſeueraſſe aſſerunt, nec ad deos vmquam alienos deflexiſſe; ſed teſtamenti ac fœderis cum Abrahamo percuſſi ſemper memores vixiſſe, quod optima ſemper fide coluiſſent, quantumuis propter illud duriter habiti eſſent. Locum hunc expendens S. Ambroſius; *Quomodo*, inquit, *declinarunt ij, quibus nulla diuinitatis obrepſit obliuio, nec alicuius iniquitatis conſcientia, nec vlla deſidia?* Huic obiectioni congruam extemplò reddens reſponſionem, ſubdit: *Sed ſi conſideres, quia iuſtus vix ſaluus fit, intelligis profectò, & ipſius nonnumquam titubare veſtigia, & auctorem declinationis eorum Deum videris: quia ipſe quoque patitur iuſtos ſæpè tentari, quò magis probantur, tentationibus eruditi.* Vbi vides, ne in ipſa quidem innocentia tutum ſatis præſidium reperiri, cùm tam multis caſibus ac periculis exponatur. Vnde Iobus ſuam innocentiam teſtatus, nihilominùs diuinis ſe flagellis expoſitum confitetur: *Nónne*, inquit, *diſſimulaui? nónne ſilui? nónne quieui? Et venit ſuper me indignatio.* Vbi D. Chryſoſt. in Gloſſa citatus; *Dicturus*, inquit, *verbera, præmiſit rectè facta: vt in his quiſque conſideret, quæ pœna maneat iniquos, ſi ita hic caſtigat iuſtos.* Vbi in primis vides, nec iuſtos à diuinis ſupplicijs ſecuros eſſe. Deinde colliges, quanto in timore verſari debeant iniuſti: nam *ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt?*

ANNOTATIONES CORDERII.

Iob 3,26.

1. Pet. 4, 18.

20. *Humiliaſti nos in loco afflictionis.*] Aquila vertit, *συνέθλασας ἡμᾶς ἐν τόπῳ ἀοικήτῳ, contriuiſti nos in loco inhabitabili*; qui nimirum ab hominum conſortio diſſitus erat, adeò vt ferarum cauernis comparari poſſet. quod ſequentia verba confirmant, *Et cooperuit nos vmbra mortis.* quæ ſic Quinta editio vertit, *καὶ ἐπεσώμασας ἡμῖν σκιὰν θανάτου, & tamquam operculum impoſuiſti nobis vmbram mortis.* Solent quippe (vt notat Agellius) quos in foueis atque cauernis vinctos tenent, mole ad os ſpeluncæ aut foueæ impoſitâ claudere, vt ne exiguum quid lucis aſpiciant: eiuſmodi autem clauſtrum ac moles impoſita, nihil aliud eſt quàm vmbra ipſa mortis, quâ tamquam mortui & ſepulti detinentur. S. Hieron. pro *loco afflictionis* vertit *in loco draconum*; apud S. Chryſoſt. verò alius legit *ἐν τόπῳ σειρήνων, in loco ſirenum*, hoc eſt (vt rem illuſtrat S. Ambroſ. qui lectionem hanc Aquilæ adſcribit) in ſæculi voluptate, carnis illecebris, oblectatione ſenſuum; in quibus humiliamur, & onerarias frangimus, nudique in littus ad omnium ludibrium proijcimur. Vel *humiliamur*, hoc eſt pudoris pudicitiæque iacturam facimus, ſuperante voluptate, noſque deorſum æſtu libidinis ferente. Hoc enim in diuinis ſæpè Litteris *humiliari* ſignificat, titillante voluptate in ſcelus labi, virgineum florem perdere, vt idem animaduertit Ambroſius. Quis ergo locus afflictionis, in quo ſe Dauid & Iſraëlitæ humiliatos eſſe lamentantur, niſi mundus iſte, in quo anima immortalis cum vanitate & deliciarum importuna ſimul & impura conflictatur concupiſcentia? Rectè autem mundi bona, honores præſertim, & maximè carnis voluptates, vocantur *dracones* ac *ſirenes. Dracones* quidem, quia permoleſtum animæ bellum inferunt, ſuarumque illecebrarum lethale virus afflant; tantaque vi & ferocitate hominem adoriuntur, vt niſi opitulata ei fuerit præſens Dei gratia, illicò expugnetur ac dilaceretur. *Sirenes* verò (quòd multò periculoſius eſt) quia fallaci quodam prauæ ſuauitatis cantu ſic animis illabuntur; ſic illos detinent, faſci-

Carcer dicitur vmbra mortis.

Mundus hic eſt locus afflictionis.

Voluptates ſunt dracones & ſirenes.

ANNOTATIONES CORDERII. faſcinant, & dementant, vt à blanda & lethifera vitiorum dulcedine ſeſe expedire ſine Dei gratia non poſſint; vt miſeri lamentando exclamare cogantur: Ite malæ ſirenes, vſque in exitium dulces. In hac igitur terra, vbi dracones & ſirenes in inſidijs excubant, humiliati viuimus & abiecti.

Viri ſpirituales quotidie mortificantur. 22. *Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.*] Hoc viri ſpirituales, præſertim Martyres, iure dixerint; qui & gaudentes cum Apoſtolo ſubiungent, *Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos.* (Rom. 8, 37.) Felices, qui mortificantur propter Dominum, ac tamquam oues occiſionis, facti ſunt inter perſequentium manus ex illorum numero, qui *ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati,* (Act. 5, 41.) etiam cædi. Quæ enim gloria maior, quàm pro illo ſanguinem fundere, qui prior pro nobis nocentibus innocens fudit? Atque hinc illa gaudia & quædam quaſi tripudia Martyrum in medijs tormentis.

IN PSALMVM XLIV. ARGVMENTVM.

1. In finem, pro ijs qui commutabuntur, filijs Core ad intellectum, Canticum pro dilecto.

α΄. Εἰς τέλος, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, τοῖς υἱοῖς Κορὲ εἰς σύνεσιν, ᾠδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ.

Pſalmus hic conſolatorius eſt. *Cùm moleſta propheticus ſermo prædixiſſet in Pſalmo præcedenti, iucunda deinceps vaticinatur, mærentes conſolans, & edocens eos victores euaſuros, & in victoria perſeueraturos, auxiliumque à Deo conſecuturos; in quantum dilectus Filius ex ipſis ſecundùm carnem exoriretur, atque mutationem illam nouam gentibus adornaret.* Dilectum *enim Dei Filium vocat: nam ſic etiam diuinus Iſaias ait*, Vinea facta eſt dilecto in cornu in loco vberi. (Iſaiæ 5, 1.) *Hoc & ipſe Pater de Filio prædicauit:* Hic eſt Filius meus dilectus, in quo benè complacui. (Matth. 3, 17.) *Hic per ſanctum baptiſma Gentibus mutationem donauit. De his autem Pſalmus vaticinatur, iiſque præcipit, vt patriorum deorum obliuiſcantur, at verum Deum verè laudent.*

Τὰ λυπηρὰ προειρηκὼς ὁ προφητικὸς λόγος, ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ, τὰ θυμήρη λοιπὸν προαγορεύει τοὺς ἀθυμοῦντας ψυχαγωγῶν, καὶ διδάσκων ὅτι καὶ νικήσουσι καὶ διαρκέσουσι, καὶ τῆς παρὰ θεοῦ τεύξονται βοηθείας, ἕως ἂν ἐξ αὐτῶν ὁ ἀγαπητὸς υἱὸς κατὰ σάρκα βλαστήσῃ, καὶ τὴν καινὴν ἀλλοίωσιν τοῖς ἔθνεσι πραγματεύσηται. Ἀγαπητὸν γὰρ καλεῖ τοῦ θεοῦ τὸν υἱόν. οὕτω γὰρ καὶ ὁ θεῖος Ἡσαΐας φησίν, Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι. τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ εἰς τὸν υἱὸν ἐκήρυξεν, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα. Οὗτος τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀλλοίωσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐδωρήσατο. Περὶ τούτων δὲ ὁ ψαλμὸς προθεσπίζει οἷς καὶ παρεγγυᾷ τῶν μὲν πατρῴων ἐπιλαθέσθαι θεῶν, τὸν δὲ ἀληθινὸν ἀληθῶς γεραίρειν θεόν.

PARAPHRASIS.

2. ERVCTAVIT cor meum verbum bonum:

Ex fundo cordis pſallit Dauid. Pſalmum, inquit, hunc, quem recitaturus ſum, ex profundo mentis quodammodò eructo; non ſicut de ceteris rebus prophetias facio, ſed hunc Pſalmum excellentiori modo concino. Qua de cauſſa?

β΄. ἘΞΗΡΕΥΞΑΤΟ ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν·

Τὸν ψαλμόν, φησιν, ὃν μέλλω λέγειν, ἐκ τοῦ βάθους τῆς διανοίας οἷον ἐρεύγομαι, οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν λοιπῶν πραγμάτων ποιοῦμαι τὰς προφητείας· κατ᾽ ἐξαίρετον δὲ τοῦτον ᾄδω τὸν ψαλμόν. Τίνος ἕνεκα;

Dico ego opera mea Regi.

Quia vniuerſorum Regi oblaturus ſum hunc Pſalmum. *Opus* enim vocat hoc ipſum poëma Pſalmi.

Λέγω ἐγὼ τὰ ἔργα μου τῷ βασιλεῖ.

Ἐπειδὴ τῷ πάντων βασιλεῖ ἀνατίθεσθαι μέλλω τὸν ψαλμόν. Ἔργον γὰρ αὐτὸ καλεῖ αὐτὸ τὸ ποίημα τοῦ ψαλμοῦ.

Ἡ

Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου.

Ἐπειδὴ εἶπεν, ἐκ τοῦ βάθους τῆς διανοίας φθέγγομαι τὸν ψαλμὸν, λέγει, Ὅτι καὶ τὴν γλῶσσάν μου ἐναρμόζω, ὅσον ἐστὶν δυνατὸν, ὑπηρετῆσαι τῇ διανοίᾳ τῆς χάριτος, ὡς ὑπηρετεῖ κάλαμος ὀξυγράφου λόγῳ προειρημένῳ. εἰπὼν ἄχρι τούτου τὸ προοίμιον, καὶ σημάνας εἰς τίνα μέλλει λέγειν τὸν ψαλμὸν, ἄρχεται λοιπὸν τῶν ἐγκωμίων ἐντεῦθεν.

γ. Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων,

Κάλλος δηλονότι τὴν δόξαν λέγει, καὶ καλῶς παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· οὐδεὶς γὰρ ἐν ἀνθρώποις τὴν ἐκείνου δόξαν ἐκτήσατο.

Ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσί σου·

Εἰπὼν τὴν δόξαν, ἐνταῦθα λέγει τὸ ἔργον. Ὅτι διδασκαλίας δέ σοι πειθὼ τοσαύτη παρῆν, ὥστε καὶ ἐξ ἄκρων χειλέων μόνον ἐφέλκεσθαι τοὺς μαθητευομένους. Ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῆς σοφίας οὐκ ἐδεῖτο λόγων πολλῶν πρὸς τὸ πείθειν.

Διὰ τοῦτο εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα.

Τὸ διὰ τοῦτο ἰδίωμά ἐστιν Ἑβραϊκόν. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· Ὅτι ἐπειδὴ εἰς τοῦτό σε εὐλογίας κατέστησεν ὁ Θεὸς, ὥστε καὶ ἔνδοξον εἶναι ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους, καὶ πιθανὸν τοῖς πλήθεσι περιουσίᾳ τῆς ἀρετῆς. Εἰ δὲ Θεὸν αὐτοῦ ἐνταῦθα καλεῖ τὸν πατέρα, ὡς ἐνανθρωπήσαντος τοῦ υἱοῦ, οὐδὲν θαυμαστόν. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν λέγει τοῖς μαθηταῖς. πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν. Πατέρα λέγων ἑαυτοῦ κατὰ φύσιν, Θεὸν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐνανθρωπήσεως.

δ. Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ.

Ἀνθρωπίνως αἰνίττεται τὴν δύναμιν τοῦ Χριστοῦ· βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι οὐ μόνον σοι πρόσεστιν ὡραιότης καὶ πιθανότης λόγων, ἀλλὰ καὶ δύναμις ἕτοιμος εἰς τιμωρίαν ἐπὶ τοὺς ἀπειθοῦντας. Ἐκ μεταφορᾶς δὲ αὐτὸ λέγει τῶν στρατηγῶν τῶν περιζωννυμένων ἐπὶ τοὺς μηροὺς τὰ ξίφη, καὶ ἑτοίμων ὄντων τιμωρεῖσθαι οὓς ἂν ἐθέλωσιν.

Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. PARAPHRASIS PATRVM.

Vbi dixerat, ex profundo mentis Pſalmum hunc recitò, ait: Quoniam quoque linguam meam apto quoad fieri poteſt, vt ſenſui gratiæ ſubſeruiat, quemadmodum calamus velociter ſcribentis ſubſeruit præuio ſermoni. Cùm hactenus proœmium feciſſet, & dixiſſet in quem Pſalmum hunc pronuntiaturus eſſet, deinceps hinc laudes exorditur.

3. Specioſus forma præ filijs hominum,

Pulchritudinem nimirum gloriam vocat, idque pulchrè præ filijs hominum: nemo enim inter homines gloriam eius acquiſiuit.

Diffuſa eſt gratia in labijs tuis:

Cùm gloriam recenſuiſſet, modò opus ediſſerit: Quoniam, inquit, tanta tibi doctrinæ aderat ſuadela, vt vel ab extremis dumtaxat labijs diſcipuli allicerentur. Excellens enim ſapientia non multis opus habebat verbis ad perſuadendum. *Suadela Chriſti quanta.*

Propterea benedixit te Deus in æternum.

Illud *propterea* modus loquendi eſt Hebraicus. vult enim dicere: Quoniam tantam tibi Deus largitus eſt benedictionem, vt & glorioſus ſis præ omnibus hominibus, & perſuadendi vi polleas abundantiâ virtutis. Quòd ſi autem Patrem hîc Deum vocet, vtpote Filij incarnati, nihil mirum eſt: nam & ipſe Dominus reſurgens ex mortuis dicit diſcipulis: *Vado ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, & Deum meum, & Deum veſtrum.* Patrem dicens ſuum ſecundùm naturam, Deum eumdem ſecundùm diſpenſationem incarnationis. * Vulgata. Aſcendo Ioan. 20, 17.

4. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime.

Humano more inſinuat Chriſti potentiam: vult enim dicere, quòd non ſolùm tibi adſit ſpecioſitas & perſuaſibilitas ſermonum, ſed etiam potentia expedita ad vlciſcendum eos qui perſuaderi nolunt. Dicit autem hoc ex metaphora ducum exercitus, qui ſuper femora gladios accingunt, & parati ſunt ad vlciſcendum eos quos voluerint. *Chriſtus potens in ſermone & virtute.*

PARAPHRASIS PATRVM.

5. Specie tuâ & pulchritudine tuâ

Id eſt, ſpeciei tuæ & ſplendori tuo iunge etiam vlciſcendi potentiam.

** Vulgata emittit* Et

* Et intende, & proſperè procede, & regna,

Intende, id eſt, fortiter age, vehementiùs inſta, neque dimittas: omnia enim tibi parata erunt ad regnandum.

Propter veritatem & manſuetudinem, & iuſtitiam:

Chriſti regnum in vera manſuetudine & iuſtitia.

Vult dicere, quòd proſperè tibi cuncta ſuccedant ad regnandum, ex veritate erga manſuetudinem & iuſtitiam, id eſt, propter veram manſuetudinem & iuſtitiam. Quoniam hæc minimè fucatè habes, idcircò etiam ſtabiliter regnas.

Et deducet te mirabiliter dextera tua:

Deducet te, pro ſubiugabit tibi dextera tua, hoc eſt, virtus tua tibi omnia ſubijciet; quemadmodum B. Paulus ait, ſecundùm virtutem ſeu efficacitatem eius qui poteſt etiam ſibi omnia ſubijcere.

1. Cor. 15, 26.

** Vulgata emittit potentiſſime,*

6. Sagittæ tuæ acutæ * potentiſſime, populi ſub te cadent, in corde inimicorum Regis.

Interiectus eſt iſte verſiculus, *Populi ſub te cadent*. Sequela enim hæc eſt, *Sagittæ tuæ, potentiſſime, in corde inimicorum Regis*; & tunc *populi ſub te cadent*. Nunc verò (vti dicebam) verſiculus iſte interiacet, & facit obſcuritatem: vult autem dicere, quòd dextrè ſermones veluti ſagittas in corda audientium infigat. Inde etiam omnes populi ſubijcientur tibi. Ait autem hoc ex metaphora eorum qui ſagittis vulnerant, & ſubijciunt vulneratos. Dicit verò tam potentes eſſe ſagittas tuas, vt non ſolùm diſcipulos ſubijciant, ſed etiam inimicos comprehendant, eoſque ſub iugum mittant.

Chriſti verba velut ſagitta corda traijciunt.

7. Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi:

Et quid, inquit, opus eſt multis? cùm ſis altiſſimus, & perpetuò regnes, neceſſariò habebis omnia ſubiecta.

έ. Τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου

Ἀντὶ τοῦ, σύζευξον τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῇ λαμπρότητί σου, καὶ τὴν τῆς τιμωρίας δύναμιν.

Καὶ ἔντεινον, καὶ κατευόδου, καὶ βασίλευε,

Τὸ ἔντεινον, ἀντὶ τοῦ, ἰσχυροποιοῦ, καὶ ἐπίτεινον, μὴ ἐνδῷς· πάντα γάρ σοι ἔσαι ἕτοιμα πρὸς τὸ βασιλεύειν.

Ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πραότητος, καὶ δικαιοσύνης·

Βούλεται εἰπεῖν ὅτι κατευθυνεταί σοι πάντα πρὸς τὸ βασιλεύειν, ἐκ τῆς περὶ τὴν πραότητα καὶ δικαιοσύνην ἀληθείας, τουτέστιν, ἕνεκεν ἀληθινῆς πραότητος καὶ δικαιοσύνης. ὅτι ταῦτα οὐκ ἐπιπλάστως ἔχεις, διὰ τοῦτο καὶ βεβαίως βασιλεύεις.

Καὶ ὁδηγήσει σε θαυμαστῶς ἡ δεξιά σου.

Ὁδηγήσει σε, ἀντὶ τοῦ, ὑποτάξει σοι ἡ δεξιά σου, τουτέστιν ἡ δύναμίς σου τὰ πάντα σοι ὑποτάξει, ὡς ὁ μακάριος Παῦλος λέγει, κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα.

ϛ'. Τὰ βέλη σου ἠκονημένα δυνατέ, λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται, ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως.

Παρέγκειται ὁ στίχος, τὸ λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται. Ἡ γὰρ ἀκολουθία ἐστὶν, τὰ βέλη σου δυνατὲ ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. καὶ τότε λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται. νῦν δὲ, καθὼς εἶπον, παρέγκειται ὁ στίχος, καὶ ποιεῖ τὴν ἀσάφειαν. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι εὐστόχως τοὺς λόγους, ὡς βέλη, εἰς τὰς καρδίας τῶν ἀκουόντων ἐναποτίθει. Ἐντεῦθεν σοι καὶ λαοὶ ὑποταγήσονται πάντες. Ἐκ μεταφορᾶς γὰρ αὐτὸ λέγει τῶν τιτρωσκόντων διὰ βελῶν, καὶ ὑποτασσόντων τοὺς τιτρωσκομένους. Λέγει δὲ ὅτι οὕτως ἐστὶν τὰ βέλη σου δυνατὰ, ὥστε μὴ μόνον μαθητευομένους ὑποτάσσειν, ἀλλὰ καὶ ἐχθρῶν καθάπτεσθαι, καὶ αὐτοὺς ἄγειν εἰς ὑποταγήν.

ζ. Ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος·

Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν, φησίν; ὕψιστος ὑπάρχων, καὶ βασιλεύων διηνεκῶς, ἀναγκαίως τὰ πάντα ἕξεις ὑποτεταγμένα.

Καὶ

Καὶ ἡ ῥάβδος τῆς εὐθύτητος ῥάβδος τῆς βασιλείας σου.

Ῥάβδον καλεῖ τὴν βασιλείαν. Βασιλεία οὖν σου, φησὶν, ἡ εὐθυτάτη πάντα σοι ὑποχείρια ποιεῖ.

η΄. Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν·

Ἡρμήνευσε τί ἐστιν εὐθύτης, ὅτι ἐστὶ μῖσος περὶ τὰ πονηρὰ, καὶ σχέσις περὶ τὰ ἀγαθά.

Διὰ τοῦτο ἔχρισέν σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.

Τὸ διὰ τοῦτο πάλιν παρέλκει, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέροις. Οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτο ἐχρίσθη, ἐπειδὴ ἠγάπησε δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησεν ἀνομίαν· ἀλλὰ κεχρισμένος τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, τούτοις ἐχρῆτο τοῖς ἐπιτηδεύμασι. Τὸ δὲ παρὰ τοὺς μετόχους σου, κατὰ τοῦτον λέγει τὸν τρόπον· Ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι οἱ χριόμενοι ἐλαίῳ ἐχρίοντο, ἢ προφητείας, ἢ ἱερωσύνης, ἢ βασιλείας· αὐτὸς δὲ πνεύματι ἁγίῳ ἐχρίσθη. Πάλιν δὲ ἐνταῦθα τῆς οἰκονομίας μνημονεύει. ἢ πῶς τὸν αὐτὸν ἠδύνατο νῦν μὲν θεὸν καλεῖν, ὡς ἐν τῷ ἀνωτέρῳ, Ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. νῦν δὲ πάλιν, ὅτι ἔχρισέν σε ὁ θεὸς, ὁ θεός σου; Ἀλλ' ἐν τοῖς ἀνωτέρω τὴν φύσιν εἰπὼν, ἐνταῦθα τὴν οἰκονομίαν εἰσάγει. Μετόχους δὲ αὐτοῦ καλεῖ κυριώτερον τοὺς ἀποστόλους, καὶ τοὺς ἑξῆς ὅσοι μετέσχον ἐκ τῆς αὐτοῦ χάριτος.

θ΄. Σμύρνα, καὶ στακτὴ, καὶ κασία ἀπὸ τῶν ἱματίων σου,

Διὰ τούτων τῶν ἀρωμάτων, τὸν θάνατον ὑπαινίττεται, καὶ καλῶς ἐπήγαγεν ἀπὸ τῶν ἱματίων σου. Ἐμιμεῖτο γὰρ ἱμάτιον τὸ σῶμα, καὶ περὶ τὸ σῶμα ἐθεωρεῖτο τὰ ἀρώματα.

Ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων· ἐξ ὧν εὔφρανάν σε

Βάρεις τοὺς οἴκους λέγει, ἐλεφαντίνους δὲ τὴν λαμπρότητα τῶν οἴκων· διὰ τούτων δὲ τὰς ἐκκλησίας ὑπαινίττεται. Θέλει οὖν εἰπεῖν, ὅτι μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ, ἀναστήσονται αὐτῷ ναοὶ λαμπροὶ καὶ περικαλλεῖς, οἷαι νῦν ὁρῶνται αἱ ἐκκλησίαι.

ι΄. Θυγατέρες βασιλέων ἐν τῇ τιμῇ σου.

Θυγατέρας βασιλέων αὐτὰς τὰς βασιλί-

* Et virga directionis virga regni tui. PARAPHRASIS PATRVM. * Vulgata omittit Et

Virgam appellat regnum. Regnum igitur, inquit, tuum rectiſſimum omnia tibi ſubdita facit.

8. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem:

Explicauit quid ſit rectitudo, nempe odium erga mala, & affectus erga bona.

Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo * exultationis præ conſortibus tuis. * Vulgata lætitiæ

Vocula *propterea* iterùm redundat, vti & ſuperiùs. Non enim propterea vnctus fuit, quia dilexit iuſtitiam, & odit iniquitatem; ſed cùm vnctus eſſet Spiritu ſancto, iſtiuſmodi vitæ inſtitutis vſus eſt. Porrò illud *præ conſortibus tuis* ſecundùm hunc modum ait: Quoniam alij quidem vncti, vngebantur oleo ſiue prophetiæ, ſiue ſacerdotij, ſiue regni; ipſe verò Spiritu ſancto vnctus fuit. Ruſus etiam hîc meminit diſpenſationis. At quomodo eumdem potuit modò quidem Deum appellare, vt in illo ſuperiùs, *Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi*; modò verò iterùm, *Quoniam vnxit te Deus, Deus tuus?* Scilicet cùm in loco priori naturam dixiſſet, hîc diſpenſationem introducit. Conſortes porrò eius magis propriè vocat Apoſtolos, & cæteros qui gratiæ ipſius participes effecti ſunt. Christus oleo lætitiæ vnctus.

9. Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis,

Per hæc aromata mortem inſinuat, pulchreque ſubiunxit, *à veſtimentis tuis.* Corpus enim imitabatur veſtimentum, & circa corpus viſa ſunt iſta aromata. Chriſti corpus eſt pro veſtimento.

A domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te

Græcè βάρεις vocat *domos*, *eburneas* verò propter ſplendorem; per illas autem inſinuat Eccleſias. Vult itaque dicere, poſt Chriſti mortem ſplendida & perpulchra ipſi templa exſtruenda eſſe, quales Eccleſiæ modò videntur. Domus eburneæ ſunt templa Chriſti.

10. Filiæ regum in honore tuo.

Filias regum appellat ipſas reginas: ait

PARAPHRASIS PATRVM.

ait itaque Reginas etiam conuenturas in honore tuo.

Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato: circumdata varietate.

In imaginibus ſolent facere reges conſidentes, & iuxta illos collocant quaſdam mulieres; iiſque adſcribunt ſiue regnum, ſiue iuſtitiam, ſiue quid ſimile. ex metaphora igitur imaginum vult dicere, quòd ipſe ſedeat in throno celſiſſimo, aſſiſtat verò ipſi Eccleſia, reginæ locum tenens. Illud autem, *in veſtitu deaurato circumdata varietate*, ſignificat varia Eccleſiæ dona. Nam eorum qui in Eccleſia ſunt, alij quidem habuerunt ſermones ſapientiæ, alij ſermones ſcientiæ, alij operationes virtutum, alij prophetias, alij diſcretionem ſpirituum, alij verò genera linguarum. Varietatem itaque gratiarum varietati veſtimentorum reginæ aſſimilauit.

Eccleſia regina inſtar Chriſto aſſiſtit.

1. Cor. 12, 8.

11. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam:

Ipſemet Dauid Eccleſiam adhortatur. & quænam hæc exhortatio?

Et obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.

Eccleſia ex Gentilibus & Iudæis conflata fuit. Pulchrè igitur dicit, *Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui*, ſcilicet idololatriam, & legalem obſeruationem; nouum verò cultum, nempe in gratia, cupit exhiberi.

12. Et concupiſcet Rex decorem tuum:

Sic enim, inquit, decorem tuum Rex magis adamabit, cùm te ſibi coniunxerit.

Quoniam ipſe eſt Dominus tuus.

Conſidera, inquit, & hoc, quòd cùm naturâ Dominus tuus eſſet, propter benignitatem ſuam te ſibi coniunxerit.

Et adorabunt eum * filiæ Tyri in muneribus.

* Vulg. Addit &

Tyriæ mulieres tunc erant in opinione diuitiarum. Vult igitur dicere, quòd cùm Dominus tuus eſſet, te ſibi coniunxerit, & diuites omnes, ſiue magnificentiâ quadam præcellentes, tibi ſubijciat, vt etiam tibi munera offe-

Eccleſia diuites & nobiles ſubiecit.

δας καλεῖ· λέγει οὖν, ὅτι καὶ βασιλίδες συναλείσονται ἐν τῇ τιμῇ σου.

Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ· περιβεβλημένη πεποικιλμένη.

Ἐπὶ τῶν εἰκόνων εἰώθασι ποιεῖν βασιλεῖς καθημένους, καὶ παριστῶσιν αὐτοῖς τινας γυναῖκας, καὶ ἐπιγράφουσιν, ἢ βασιλείαν, ἢ δικαιοσύνην, ἢ τι τοιοῦτον. Ἐκ μεταφορᾶς οὖν τῶν εἰκόνων βούλεται εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸς καθέζεται ἐπὶ θρόνου ὑψίστου, παρέστηκε δὲ αὐτῷ ἡ ἐκκλησία βασιλίδος ἐπέχουσα τόπον. Τὸ δὲ, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη πεποικιλμένη, τὰ ποικίλα λέγει χαρίσματα τῆς ἐκκλησίας. Τῶν γὰρ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οἱ μὲν εἶχον λόγους σοφίας, ἄλλοι δὲ λόγους γνώσεως, ἄλλοι δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων, ἄλλοι δὲ προφητείας, ἕτεροι δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἄλλοι δὲ γένη γλωσσῶν. Τὴν ποικιλίαν οὖν τῶν χαρισμάτων τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἱματίων παρείκασε τῆς βασιλίδος.

ια. Ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου·

Αὐτὸς ὁ Δαβὶδ παραινεῖ τῇ ἐκκλησίᾳ. καὶ τίς ἡ παραίνεσις;

Καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου.

Ἡ ἐκκλησία ἐξ Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων συνέστη. καλῶς οὖν λέγει ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, τῆς εἰδωλολατρείας φησὶ, καὶ τῆς κατὰ νόμον παρατηρήσεως, νέαν δὲ φησὶν ἀναδεῖξαι πολιτείαν, τὴν ἐν χάριτι.

ιβ. Καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου·

Οὕτω γὰρ ἂν, φησὶν, ἐπὶ πλέον ἐρασθείη τῆς σῆς εὐπρεπείας ὁ βασιλεὺς, ὁ συνάψας σεαυτῷ.

Ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου.

Ἀναλόγισαι, φησὶ, καὶ τοῦτο, ὅτι δεσπότης σου ὢν τῇ φύσει, διὰ φιλανθρωπίαν συνῆψεν σεαυτῷ.

Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ θυγατέρες Τύρου ἐν δώροις.

Ὑπόληψιν εἶχον αἱ Τύριαι τότε γυναῖκες ὡς πλουσίαι. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι δεσπότης σου ὢν, συνῆψε σεαυτῷ, καὶ τὰς πλουσίας πάσας, ἢ τὰς ἐπί τινι μεγαλοπρεπείᾳ διαφερούσας ὑποτάσσει σοι, ὥστε σοι καὶ δῶρα προσκομι-

κομίζειν· ἡ γὰρ τοῦ νυμφίου τιμὴ δῆλον ὅτι καὶ εἰς τὴν νύμφην διαβαίνουσι. καὶ σαφέστερον αὐτὸ ποιῶν ἐπάγει:

ιγ΄. Τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύσουσιν οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ.

Ἀνωτέρω τὰς πλουσίας εἰπὼν, ἐνταῦθα τοὺς πλουσίους ἐπήγαγε· κἀκεῖ εἰπὼν ὅτι προσκυνήσουσιν αὐτῷ, ἐνταῦθα λέγει, ὅτι λιτανεύσουσί σοι. δεικνὺς, ὅπερ εἶπον, μίαν εἶναι τὴν τιμὴν τοῦ νυμφίου καὶ τῆς νύμφης, διὰ τὴν τοῦ ἐλομένου φιλανθρωπίαν.

ιδ΄. Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν.

Καλῶς τὴν αὐτὴν ποτὲ μὲν νύμφην καλεῖ, ποτὲ δὲ θυγατέρα· ἵνα γὰρ δείξῃ, ὅτι οὐ κατὰ νόμον γαμικὸν συνῆπται ἡ νύμφη τῷ νυμφίῳ, ἀλλὰ κατὰ νόμον εὐδοκίας καὶ χάριτος. Ποτὲ μὲν νύμφην αὐτὴν καλεῖ διὰ τὴν συνάφειαν, ποτὲ δὲ θυγατέρα, διὰ τὸ βάπτισμα, καὶ τὴν ἀναγέννησιν. Λέγει οὖν ὅτι ἡ νύμφη αὕτη ἤτοι θυγάτηρ τοῦ βασιλέως πᾶσαν ἔχει τὴν δόξαν, καὶ τὸν πλοῦτον ἐν τοῖς κατὰ ψυχὴν πλεονεκτήμασι. Διὰ γὰρ τῶν αἰσθητῶν τὰ κατὰ ψυχὴν αἰνίττεται. διὸ τοῦτο ἐπιφέρει·

Ἐν κροσσωτοῖς χρυσᾶς περιβεβλημένη πεποικιλμένη.

Ὅπερ οὖν φησιν, ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ θυγατρὶ βασιλέως περικείμενα τὰ χρυσόπαστα τῶν ἱματίων, καὶ τὴν ποικιλίαν ἐκείνην, τοῦτό ἐστιν, ἰδεῖν ἐπὶ ταύτης τῆς νύμφης ἐν τοῖς κατὰ ψυχὴν πλεονεκτήμασί τε καὶ χαρίσμασιν.

ιε΄. Ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς·

Ὀπίσω αὐτῆς τῆς νύμφης, φησὶν, ἀκολουθήσουσι καὶ παρθένοι. Ἐπειδὴ γὰρ τιμιώτερον μέρος ἐστὶ τῆς ἐκκλησίας ἡ παρθενία, σημαίνει ὡς ἕξει ἡ ἐκκλησία καὶ παρθένους εἰς αὐτήν.

Αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονταί σοι.

Αὐτῆς τῆς νύμφης φησί. ἵνα εἴπῃ· ὅτι αἱ παρθένοι αἱ κατὰ σε, αὗταί σοι ἀκολουθήσουσιν, ὑπὸ τῆς σεμνότητος πρὸς τὴν σὴν ἐναγόμεναι τιμήν.

ιϛ΄. Ἀπενεχθήσονται ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει·

Καὶ οὐχ ὡς κατὰ ἀνάγκην, φησὶ, τὴν παρθενίαν ἐπιτηδεύουσαι δυσαναχετοῦσιν, ἀλλ' ὡς ἑκοῦσαι τῇ γνώμῃ ἑλόμεναι τὸ σω-

rant: ſiquidem honores ſponſi clarùm eſt etiam ad ſponſam pertranſire. Et hoc ipſum magis declarans ſubdit: PARAPHRASIS PATRVM.

13. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Cùm ſuperiùs opulentas nominauerit, hîc opulentos ſubiunxit: & cùm ibi dixiſſet, quòd ipſum adorarent, hîc ait, quoniam te deprecabuntur; oſtendens, vti dicebam, vnum eſſe honorem ſponſi & ſponſæ, propter eligentis humanitatem.

14. Omnis gloria filiæ Regis ab intus.

Pulchrè eamdem aliquando quidem *ſponſam* vocat, aliquando verò *filiam*, vt oſtendat, haud lege connubij ſponſo ſponſam coniunctam eſſe, ſed lege beneplaciti ac gratiæ. Quandoque quidem appellat ipſam ſponſam, propter coniunctionem; quandoque verò filiam, propter baptiſmum & regenerationem. Ait itaque, ſponſam hanc, ſeu filiam regis, omnem habere gloriam & diuitias in opibus ſpiritalibus. Per ſenſibilia enim ſpiritalia inſinuantur. Quapropter ſubiungit: *Eccleſia Chriſti filia & ſponſa.*

In fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.

Quod igitur dicit, videre licet in filia regis fimbrias veſtimentorum auro intertextas, illamque varietatem; hoc eſt, cernere in hac ſponſa quoad ſpiritales opes atque gratias.

15. Adducentur Regi virgines poſt eam:

Poſt ipſam, inquit, ſponſam ſequentur etiam virgines. Cùm enim præſtantiſſima pars Eccleſiæ ſit virginitas, ſignificat, quomodo habitura ſit Eccleſia etiam virgines in ſe. *In Eccleſia floret virginitas.*

Proximæ eius afferentur tibi.

Eius, ſcilicet ſponſæ. ac ſi dicat: Virgines quæ circa te ſunt, ipſæ te ſequentur, per caſtitatem ad tuam gloriam euehendæ.

16. Afferentur in lætitia & exultatione:

Et non quaſi ex neceſſitate, inquit, virginitatem ſeruantes difficulter ſe cõtinebunt, ſed tãquam ſpontaneæ, ex animi ſui ſentẽtia caſtita-

PARAPHRASIS PATRVM.

tem eligẽtes, iuxta hanc viuẽdi formã & rationẽ cum iucũditate & exultatione te ſequẽtur.

Adducentur in templum Regis.

Sequentur verò, inquit, etiam hæ, adeò vt etiam ipſæ fiant templum Regis. A virginibus enim feminis clarum quòd & viros virgines ſubinſinuet. Nam non ſolæ feminæ virginitatem colentes futuræ ſunt templum Regis, viri verò nequaquam: quoniam communis eſt lex viris & feminis. Quemadmodum enim cùm Dauid ait, *Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum*, haudquaquam excludit feminam à beatitate, ſi etiam ipſa non abiuerit in conſilio impiorum: eſtque ibi beatitudo communis viro & feminæ; ſic etiam hîc, non quia feminas introducit, ideò viros excludit, ſi eamdem elegerint virginitatem.

Pſal. 1, 1.

17. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij:

In Eccleſia eſt perpetua ſucceſſio Deum prædicantium & colentium.

Cùm Patres Eccleſiæ fuerint Iudæi; qui verò baptizati ſunt ſancto baptiſmate, & acceperunt gratiam Apoſtolatus, inuenti ſint ipſi Eccleſiæ filij, pulchrè dixit, *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.*

Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

Quos, inquit, & ſacerdotes & principes ſuper omnem terram conſtitues. Prædicit autem quomodo vbique prædicatio ſuſcipienda ſit, & quomodo Apoſtoli ſpiritaliter in vniuerſum orbem principatum eſſent obtenturi.

18. Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione.

Mei autem, inquit Dauid, ſemper erit memoria per te Dominum. Cùm enim Deus meus ac Dominus exiſtas, non dedignaberis etiam Dauidis filius appellari. Illud enim *memor ero* dixit pro memoria mei erit.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi.

Et ob hanc, inquit, cauſſam, & ob magnam hanc tuam condeſcenſionem, non ceſſabunt populi, & tribus, & linguæ benedicere tibi, quouſque ſæcula protenduntur.

μνὸν, τοῦτο σχῆμα καὶ φρόνημα μετ' εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως ἕψονταί σοι.

Ἀχθήσονται εἰς ναὸν βασιλέως.

Ἀκολουθήσουσι δέ, φησι, καὶ αὗται, ὥστε καὶ αὐτὰς γενέσθαι ναὸν βασιλέως. Ἀπὸ γὰρ τῶν παρθένων γυναικῶν, δῆλον ὅτι καὶ τοὺς παρθένους ἄνδρας ὑπαινίττεται. οὐδὲ γὰρ γυναῖκες παρθενεύουσαι μόνον ναὸς ἔμελλον γίνεσθαι βασιλέως, ἄνδρες δὲ οὐκέτι· κοινὸς γὰρ ὁ νόμος ἐπὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Ὥσπερ γὰρ ὅταν ὁ Δαβὶδ λέγῃ· Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, οὐ χωρίζει τὴν γυναῖκα τοῦ μακαρισμοῦ, εἰ καὶ αὕτη μὴ πορευθείη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. καὶ ἔστιν ἐκεῖ ὁ μακαρισμὸς κοινὸς ἀνδρὸς καὶ γυναικός· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, οὐκ ἐπειδὴ τὰς γυναῖκας εἰσάγει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄνδρας, εἰ τὴν αὐτὴν ἕλοιντο παρθενίαν.

ιζ. Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγενήθησαν υἱοί σοι·

Ἐπειδὴ πατέρες τῆς ἐκκλησίας ἦσαν Ἰουδαῖοι· βαπτισθέντες δὲ τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ λαβόντες τὸ τῆς ἀποστολῆς χάρισμα, εὑρέθησαν οἱ αὐτοὶ τῆς ἐκκλησίας υἱοί, καλῶς εἶπεν· Ὅτι ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγενήθησάν σοι υἱοί.

Καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.

Οὓς πάς, φησι, καὶ ἱερέας καὶ ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν καταστήσεις. Προφητεύει δὲ ὡς δεχθήσεται πανταχοῦ τὸ κήρυγμα, καὶ ὡς ἄρξουσι πνευματικῶς οἱ ἀπόστολοι τῆς οἰκουμένης ἁπάσης.

ιη. Μνησθήσομαι τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ.

Ἐγὼ δέ, φησιν ὁ Δαβίδ, ἔσομαι διαπαντὸς μνημονευόμενος διὰ σοῦ τοῦ κυρίου. Θεὸς γὰρ ὑπάρχων ἐμὸς καὶ δεσπότης, οὐκ ἀπαξιώσεις καὶ υἱὸς Δαβὶδ κληθῆναι. Τὸ γὰρ μνησθήσομαι, ἀντὶ τοῦ, μνημονευθήσομαι λέγει.

Διὰ τοῦτο λαοὶ ἐξομολογήσονταί σοι εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Καὶ διὰ ταύτην, φησί, τὴν αἰτίαν, καὶ διὰ ταύτην σου τὴν πολλὴν συγκατάβασιν, οὐ παύσονται οἱ λαοί, καὶ αἱ φυλαί, καὶ αἱ γλῶσσαι εὐχαριστοῦσαί σοι, ἐφ' ὅσον οἱ αἰῶνες ἐκτείνονται.

COM-

COMMENTARIVS.

COMMENTARIVS PATRVM.

Τοῦτο τὸν ψαλμὸν ὁ Σύμμαχος ἐπιγράφει οὕτως· Ἐπινίκιος ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν τῶν υἱῶν Κορέ· ἄλλος, Τῷ νικοποιῷ, ἐπὶ τοῖς κρίνοις τῶν υἱῶν Κορέ· ὁ δὲ Ἑβραῖος, ἀντὶ τοῦ κρίνοις שושנים συνέσεως ᾆσμα εἰς τὸν ἀγαπητόν· ἄλλος, Ἐπιστήμονος ᾆσμα πρὸς φιλίας· ἄλλος, Τοῖς ἠγαπημένοις· οἱ ἑβδομήκοντα δὲ, Εἰς τέλος, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων τοῖς υἱοῖς Κορὲ εἰς σύνεσιν, ᾠδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ. Σημαίνει δὲ, ὡς τοὺς ἀλλοιωθησομένους, ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων, κρίνα, ὁ δὲ Σύμμαχος, ἄνθη κέκληκεν· ἄνθη δὲ καὶ κρίνα, ἦρος βλαστοί· ἔαρ δὲ καὶ κρίνα τοῦ σωτῆρος ἡ παρουσία.

Σαφὲς διὰ τούτων, ὡς εἰς τὸν Χριστὸν ὁ ψαλμὸς ἀναφέρεται. διὸ καὶ εἰς τὸν ἀγαπητόν φησι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων. ἀλλοίωσιν γὰρ ἡμῖν μεγάλην εἰργάσατο φανεὶς ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ὁ Χριστός. Ἀλλοίωσιν δὲ φησι τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολήν. Μόνη δὲ κρείττων ἀλλοιώσεως ἡ θεία φύσις. οὐ γὰρ ἔχει πρὸς ὃ χρήσεται τῇ τροπῇ, τοῦ μὲν κακοῦ ἀνεπίδεκτος οὖσα, μὴ ἔχουσα δέ τι ἑαυτῆς κρεῖττον πρὸς ὃ μεταβήσεται. ἡμεῖς δὲ ἐν τροπῇ καὶ ἀλλοιώσει. Ἀριδήλως οὖν εἰς τὸν Χριστὸν ὁ ψαλμὸς ἀναφέρεται, κἂν Ἑβραῖοι βιάζωνται εἰς τὸν Σολομῶντα εἰρῆσθαι· ἀποφράττει γὰρ αὐτῶν τελείως τὰ στόματα, τὸ, Ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς, καὶ τὰ ἑξῆς.

β'. ΕΞΗΡΕΥΞΑΤΟ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ.] Ἄλλος, Ἐκινήθη ἡ καρδία μου λόγῳ ἀγαθῷ. οὐ λέγει, Εἶπεν ἡ καρδία μου· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐράνια καὶ πνευματικὰ ἔμελλεν ἐρεῖν, τῷ ὀνόματι τῆς ἐρυγῆς τοῦτο παρέστησεν, ἐρυγὴν τὴν προφητείαν καλῶν. Ἠρεύγετο γὰρ οἷα καὶ ἐσιτεῖτο, καὶ οὐχ ὁ στόμαχος ὁ τὰ σιτία δεχόμενος, ἀλλ' ἡ καρδία. Τί δὲ τὸ ἐρευγόμενον; λόγος ἀγαθός. Ἵνα γὰρ τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἐνδιάθετον παραστήσῃ τῶν λεχθησομένων ἐξηρεύξασθαί φησιν, οὐ τὰ χείλη, ἀλλὰ τὴν καρδίαν. Περὶ γὰρ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λέγοντα, καὶ τῆς τούτου πρὸς ἡμᾶς ἐπιδημίας, οὐκ ἀπ' ἄκρων ἔδει χειλέων τοὺς λόγους, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βάθους τῆς καρδίας προσφέρειν. Ἔργα δὲ καλεῖ τὴν προφητείαν· ἔργον γὰρ προφήτου, τὸ προφητείαν ὑφαίνειν. Ἔργον

HVNC Pſalmum inſcribit Symmachus hoc modo, *Epinicion pro floribus filiorum Core*; alius, *Victoria effectori, pro lilijs filiorum Core*; Hebræus verò, *Pro lilijs galſoſannim, intelligentiæ canticum in dilectum*; alius, *Scientis Canticum pro amicitia*; alius, *Dilectis*; Septuaginta verò, *In finem, pro his qui commutabuntur, filijs Core ad intellectum, Canticum pro dilecto.* Aduerte autem, quomodo *eos qui commutabuntur*, Aquila quidem & Theodotion, *lilia*; Symmachus verò, *flores* appellarit. Flores autem & lilia veris germina ſunt; ver autem & lilia, præſentia Saluatoris. *De varia Pſalmi huius inſcriptione.*

Ex his manifeſtum eſt, Pſalmum hunc ad Chriſtum referri. Quocircà etiam *pro dilecto* dicit, & *pro ijs qui commutabuntur*. Commutationem enim nobis magnam attulit Chriſtus, cùm extremis temporibus apparuit. *Commutationem* porrò vocat in melius mutationem. Sola verò natura diuina commutatione potior exiſtit: nihil enim habet, propter quod opus ſit mutatione, cùm & mali expers ſit, neque quidquam ſe habeat melius in quod commutari poſſit; nos autem in conuerſione & commutatione verſamur. Perſpicuum igitur eſt, Pſalmum hunc ad Chriſtum referri, quamuis Hebræi contendant in Salomonem dictũ eſſe: omnino enim ora illorum obſtruit illud, *Sedes tua Deus*, & quæ ſequuntur.

2. ERVCTAVIT COR MEVM.] Alius, *Motum eſt cor meum verbo bono.* Non ait, Dixit cor meum: ſed quia cæleſtia ſpiritaliaque dicturus erat, nomine eructationis id expreſſit, eructationem appellans prophetiam. Eructabat enim qualia & comederat, non ſtomachus qui cibos recipit, ſed cor. Quid porrò eructauit? *Verbum bonum.* Vt enim eorum quæ dicenda erant magnitudinem & affectum declararet, ait eructaſſe non labia, ſed cor. Nam eum qui de vnigenito Dei Filio eiuſque ad nos aduentu locuturus erat, non decebat ab extremis dumtaxat labijs, ſed ex fundo cordis verba proferre. *Opera* autem vocat prophetiam: ſiquidem Prophetæ opus eſt, texere prophetiam. Vnde *Cor eructat affectum.*

opus

COMMENTARIVS PATRVM.

Rex abſolutè ponitur pro Deo.

opus hîc eſt canticum ſeu vaticinium. Non dixit autem quali regi, ſed abſolutè ſignificans, quòd Deo vniuerſorum. Quemadmodum enim cùm omnipotentem dicimus, non opus eſt adiectione, eò quòd non ſit alius omnipotens; ſic nec cùm regem pronuntiamus, eò quòd non ſit alius Rex Deus; præterquam quòd is qui hoc dicebat etiam rex erat, vnde manifeſtum eſt, quòd non de homine locutus ſit, adiectione articuli dominatum declarans. Deinde oſtendens, quomodo non humanæ ſententiæ erant quæ dicebantur, ſed gratiæ diuinæ; ipſe autem linguam dumtaxat commodabat, ſubiunxit:

LINGVA MEA CALAMVS.] Alius, *Lingua mea vt ſtilus ſcribæ celeris.* Ea quæ ſcribuntur, ne à calamo vel lingua principium ſumpſiſſe putes, ſed à gratia quæ ipſum mouet. Quemadmodum enim, inquit, calamus inſtrumentum eſt ſcriptorium manus ſcribentis, quæ illum mouet ad exprimenda illa quæ ſcribuntur; ſic etiam Prophetæ lingua erat Spiritus ſancti, qui eam mouebat. Calamus enim ea ſcribit quæ iubet manus eius qui eum tenet. Scriba igitur ſpiritus erat, quippe ſapiens; velociter verò ſcribens, quia mentis motio velox eſt. Vel *velociter ſcribentis* dixit, vt hinc etiam gratiam declararet. Qui enim à ſemetipſo loquitur, cunctatur componendo, dum ob ignorantiam vel inſcitiam meditatur; quando verò ſpiritus mentem mouet, nihil eſt quod impedimento ſit.

Lingua Prophetarum ſunt quaſi calamus ſancti Spiritus.

Alius. Filij de ſubſtantia Patris generationem parabolicè declarat per *cor* & *verbum.* Non enim corporaliter generat cor Verbum, quod ſemper ſibi coëxiſtit.

Aptè autem *bonum* appellauit Verbum, quippe quòd ſemetipſum pro mundi ſalute exinaniuit. Per illud autem, *Dico ego opera mea,* de incarnatione ſermo introducitur. Deinde ampliùs hoc ipſum explicans, & oſtendens nihil humanum eſſe quod dicitur, ſubiunxit ſic encomia incipiens.

3. SPECIOSVS FORMA.] Aquila legit *formâ ornamenti*; Symmachus, *formâ pulcher es.* Et nonnulli quidem illud *ſpecioſus* de lingua acceperũt, quòd ſit calamus ſpecioſus formâ; mihi autẽ videtur potiùs hoc de Chriſto dicere: ſpecioſus ſiquidẽ formâ, propter ſigna diuina: in paſſione autẽ non habuit ſpeciẽ neque

Chriſtus ſpecioſus præ filijs hominum.

ὧν ὁ ὕμνος ἡ προφητεία. Οὐκ εἶπε δὲ ποίῳ βασιλεῖ, ἀλλ' ἀπολύτως, δηλῶν ὅτι τῷ Θεῷ τῶν ὅλων. Ὥς γὰρ παντοκράτορα εἰπόντες, οὐ δεόμεθα προσθήκης, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἕτερον παντοκράτορα· οὕτως οὐδὲ βασιλέα λέγοντες, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἕτερον βασιλέα Θεόν· ἄλλως δὲ καὶ ὁ λέγων βασιλεὺς ἦν· ὅθεν δῆλον ὡς οὐ περὶ ἀνθρώπου ἔλεγε, τῇ προσθήκῃ τοῦ ἄρθρου τὴν κυριότητα παριστάς. Εἶτα δεικνὺς, ὡς οὐκ ἀνθρωπίνης διανοίας ἦν τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ θείας χάριτος, αὐτὸς δὲ τὴν γλῶτταν μόνην ἐδάνεισεν, ἐπήγαγεν.

β. ΓΛΩΣΣΑ ΜΟΥ ΚΑΛΑΜΟΣ.] Ἕτερος, Ἡ γλῶσσά μου ὡς γραφεῖον γραφέως ταχινοῦ. Ἀρχὴν μὴ τοῦ καλάμου, ἤτοι τῆς γλώττης, νόμιζε εἶναι τὰ γραφόμενα, ἀλλὰ τῆς κινούσης αὐτὸν χάριτος. Ὥσπερ γάρ, φησιν, ὁ κάλαμος ὄργανόν ἐστι γραφικὸν τῆς χειρὸς τοῦ ἐπιστήμονος κινούσης αὐτὸν εἰς τὴν τῶν περὶ τῶν γραφομένων ἀποσημείωσιν. οὕτω καὶ ἡ προφήτου γλῶττα ἦν κινοῦντος αὐτὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ὁ γὰρ κάλαμος ταῦτα γράφει, ἃ ἡ κατέχουσα αὐτὸν κελεύει χείρ. Γραμματεὺς οὖν τὸ πνεῦμα, διότι σοφόν. ὀξύγραφον δὲ, διότι ὀξεῖα τῆς ἐννοίας ἡ κίνησις. ἢ ὀξυγράφου εἶπεν, ἵνα κἀντεῦθεν δείξῃ τὴν χάριν. Ὁ μὲν γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ φθεγγόμενος, μέλλει συντιθεὶς, μελετῶν ἀγνοίᾳ ἢ ἀμαθίᾳ· ὅταν δὲ τὸ πνεῦμα κινῇ τὴν διάνοιαν, οὐδὲν τὸ κωλῦον.

Ἄλλος. Τὴν ἀπογέννησιν τοῦ υἱοῦ, τὴν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς παραβολικῶς δηλοῖ, διὰ τῆς καρδίας καὶ τοῦ λόγου. Οὐ γὰρ γεννᾷ σωματικῶς ἡ καρδία τὸν λόγον, ἀεὶ αὐτῇ συνυπάρχοντα.

Ἀγαθὸν δὲ προσφόρως τὸν λόγον ἐκάλεσεν, ὡς ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας κενώσαντα. Διὰ δὲ τοῦ, Λέγω ἐγὼ τὰ ἔργα μου, ὁ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως εἰσάγεται λόγος. εἶτα ἔτι αὐτὸ τοῦτο ἀνακαθαίρων, καὶ δεικνὺς ὡς οὐδὲν ἀνθρώπινον τῶν λεγομένων, ἐπήγαγε τῶν ἐγκωμίων ἀρχόμενος.

γ'. ΩΡΑΙΟΣ ΚΑΛΛΕΙ.] Ἀκύλας κάλλει καλλωπίσεως· Σύμμαχος, κάλλει καλὸς εἶ. Καὶ τινὲς μὲν τὸ ὡραῖος περὶ τῆς γλώττης ἐξέλαβον, ὅτι κάλαμος ὡραῖος κάλλει· δοκεῖ δὲ μᾶλλον περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγειν. ὡραῖος μὲν γὰρ κάλλει, διὰ τὰς θεοσημείας· ἐν δὲ τῷ πάθει, οὐκ ἔχων εἶδος οὐδὲ κάλλος,

διὰ

διὰ τὸ πάθος. οὐ γὰρ περὶ ἀμορφίας φησίν, ἀλλὰ περὶ τῆς καταφρονήσεως. εἰς αὐτὸν οὖν ἔτρεψε τὸν λόγον ἀπὸ πολλῆς θερμότητος. ὡς καὶ Ἰακὼβ αὐτῷ λοιπὸν διαλέγεται ἔνθους γενόμενος, Ἐκ βλαστοῦ υἱέ μου ἀνέβης. οὐ κατὰ σύγκρισιν δὲ εἶπεν ὡραιότερος, ἀλλ' ὡραῖος, ἢ κάλλος τὴν δόξαν, φησίν, οὐδεὶς γὰρ ἐν ἀνθρώποις ταύτην ἐκτήσατο. Σκόπει δὲ πῶς τὸν περὶ τῆς οἰκονομίας κινεῖ λόγον, καὶ δῆλον ἐκ τῶν ἑξῆς.

ἘΞΕΧΥΘΗ Η ΧΑΡΙΣ ΕΝ ΧΕΙΛΕΣΙ.] Χείλη δὲ ὁ Θεὸς οὐκ ἔχει, ἀλλὰ τῆς οἰκονομίας ἐστὶ τὸ μέλος. Ἕτερος δέ, Ἀνεχύθη χάρις, σαφέστερον εἰπών. τουτέστιν, Ἀνεχύθη ἡ ἔνδον οὖσα, ἀνέβλυσεν, ἐπήγασεν. εἰπὼν γάρ, ὡραῖος κάλλει, ὑπογράφει νῦν τὴν ὡραιότητα, καί φησιν, Ἐξεχύθη χάρις. Χάριν δὲ τὴν ἐλθοῦσαν ἐπὶ τὴν σάρκα λέγει. πᾶσα γὰρ ἐξεχύθη εἰς τὸν ναὸν ἐκεῖνον, οὐχ ὡς ἐν ἡμῖν ἐν μέτρῳ. Ἡμεῖς γὰρ ἐκ τοῦ πληρώματος, ὁ δὲ ὁλόκληρον αὐτὴν ἐπεσπάσατο. Γλυκύφωνος γὰρ ὁ κύριος λέγων, Ἐγὼ ἦλθον ἵνα ζωὴν ἔχωσι. Μωσῆς μὲν εὗρε χάριν, ἐπὶ δὲ τὸν υἱόν, ἡ πατρικὴ πᾶσα χάρις κεκένωται, ὅθεν καὶ ἡ διακονησαμένη αὐτοῦ τῇ γεννήσει κεχαριτωμένη κέκληται. Ὁρᾷς πῶς δι' ὅλου πρὸς αὐτὸν ἀποτείνεται ἐκ διαθέσεως; Τί δέ ἐστι; Διὰ τοῦτο εὐλόγησέ σε. Ἐπειδὴ τοσαύτης ἔγεμεν αὐτοῦ τὰ ῥήματα χάριτος, ὡς ἕλκειν πρὸς αὐτὸν ἅπαντας. Σὺ δὲ ἀκούων εὐλόγησε, μηδὲν ταπεινὸν ἐννοήσῃς. περὶ γὰρ τῆς σαρκὸς ὁ λόγος, καὶ τῆς οἰκονομίας· ἡ εὐλόγησε, ἀντὶ τοῦ εὐλογημένον ἐποίησε.

δ΄. ΠΕΡΙΖΩΣΑΙ ΤΗΝ ΡΟΜΦΑΙΑΝ.] Πρῶτον ἔργον τοῦ ἀγαπητοῦ ἡ ἐν τοῖς χείλεσι χάρις. πάντα γὰρ χάριτι ἔπραττε, τὸ ἀφεῖναι ἁμαρτίας, τὸ δοῦναι πνεῦμα. Ὡραῖος οὖν εἶ, φησίν, ἀλλ' ἀνάλαβε τὴν σαυτοῦ πανοπλίαν διὰ τοὺς ἱκέτας. Ἄλλος, περίθου τὴν μάχαιραν· ἄλλος, ὡς μάχαιραν ἐπὶ τοῦ μηροῦ. Ἀντὶ δὲ τοῦ, τῇ ὡραιότητί σου, ἕτερος, τῇ ἐνδοξότητί σου, καὶ δι' εὐπρέπειάν σου. Τίς ἡ μεταβολὴ τῶν ῥημάτων; περὶ γὰρ διδασκάλου διαλεγόμενος (τοῦτο γὰρ διὰ τοῦ, ἐξεχύθη ἡ χάρις, ἐδήλου) ἐξαίφνης ἡμῖν βασιλέα ὑπογράφει καθωπλισμένον. καὶ κάλλος τῇ ὁπλίσει ἀναμίγνυσιν· εἶτα τοξότην λέγει· Τὰ βέλη γάρ σου, φησίν, ἠκονημένα. Εἶτα τὸν αὐτὸν εἰσάγει μα-

decorem, propter paſſionem. Non enim de deformitate loquitur, ſed de deſpectu. Ad ipſum igitur ex magno ardore orationem conuertit. Quemadmodum etiam Iacob deinceps œſtro diuino percitus ipſi loquitur, *Ex germine fili mi aſcendiſti.* Non dixit autem per comparationem ſpecioſior, ſed *ſpecioſus*, ſiue decorus gloriâ, inquit; nemo enim inter homines hanc adeptus eſt. Conſidera autem quomodo primùm de humanæ naturæ ſuſceptione loquatur, vt patet ex ijs quæ ſequuntur.

COMMENTARIVS PATRVM.

Gen. 49. 9.

DIFFVSA EST GRATIA IN LABIIS.] *Labia* autem Deus non habet, ſed naturæ aſſumptæ membrum ſunt. Alius autem clariùs dixit, *Effuſa eſt gratia*, id eſt, quæ erat intus, ſcaturijt, emanauit. Cùm enim dixiſſet, *Specioſus formâ*, nunc eius ſpecioſitatē deſcribit, & ait: *Diffuſa eſt gratia. Gratiam* autem hîc dicit eam, quæ ad carnem venit. Omnis enim gratia effuſa eſt in templum illud, non in menſura, vti in nobis. Nos enim de plenitudine eius accepimus; ipſe autem vniuerſam ad ſe traxit. Dulciloquus enim Dominus ait: *Ego veni vt vitam habeant.* Moyſes quidem etiam inuenit gratiam; ſed ſuper Filium paterna omnis gratia effuſa eſt. Vnde etiam illa, quę natiuitati eius ſubſeruiuit, *gratiâ plena* dicta fuit. Vides, quomodo ex affectu vtrobique ad ipſum orationem dirigat. Quid porrò ſibi vult illud, *Proptereà benedixit te?* Nimirum verba eius tantâ gratiâ fuiſſe plena, vt omnes ad ſe allicerent. Tu autem cùm audis verbum *benedixit*, nil humile cogitaueris: de carne enim ſermo eſt, & de ſuſcepta humanitate: vel *benedixit*, id eſt benedictum fecit.

Christi humanitas gratia plena.

Ioan. 10. 10.

4. ACCINGERE GLADIO.] Primum opus dilecti eſt gratia in labijs. Omnia enim gratiâ fecit dimittendo peccatum, donando Spiritum ſanctum. Specioſus igitur, inquit, es; ſed aſſume armaturam tuam propter ſupplices. Alius, *Circumda enſem*; alius, *tamquam enſem ſuper femur.* Pro *ſpecie tua* alius legit *claritate tuâ*, & *propter decorem tuum.* Quænam eſt hæc mutatio verborum? Cùm enim de Doctore loqueretur (hoc enim ſibi vult illud, *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis*) armatum Regem nobis repentè deſcribit; & armaturæ admiſcet pulchritudinem; deinde ſagittarium: *Sagittæ* enim, inquit, *tuæ acutæ.* Poſteà eumdem inducit vngiten-

Chriſtus ſpecioſus & potens.

COMMENTARIVS PATRVM.

tis delibutum. *Myrrha* enim, inquit, *& caſia*, &c. Quis ergo eſt, cui & hæc & illa conueniunt? Sciendum vtique hæc nomina operationes eius ſignificare. Iſtud *accingere* igitur vltricem eius deſignat operationem, dum per nota nobis arma hoc explicat. Alibi verò oſtendens, quàm ſit facile ipſi ſupplicium ſumere, & vt armis non indigeat, ait:
Pſal. 67, 2. *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius.* Dum autem armorum mentionem fecit, vocauit illum potentiſſimum, vt oſtendat eum iſtis minimè egere; & omnem victoriam dexteræ eius attribuit, hoc eſt naturæ. Vnde & alius Propheta ait:
Iſaiæ 9, 6. *Cuius principatus ſuper humerum eius.* Ne autem gladium ſenſilem intelligas, ſubiunxit, *ſpecie tuâ*; id eſt gladius, ſpecies eius, pulchritudo, auctoritas & gloria. Nullius enim illa indiget ſubſtantiâ ad ea rectè agenda quæ propoſita ſunt. Eum ergo adhortatur Propheta, pro vniuerſo orbe terrarum illum ad bellum educens. Cùm autem dixit *intende*, arcum nobis & ſagittam ſignificauit. Pro *regna* verò alius ait *promoue*. Porrò regnum hic intelligit id quod vltimis temporibus adueniens erexit, nempe cognitionem familiarem.

Alius. Figuratè, inquit, exiſtimemus hæc dicta eſſe propter incarnationem verbi Dei, quod omni gladio acutius eſt. Quoniam femur ſymbolum eſt operationis generatiuæ. Cùm verò Chriſtus infirmitati carnis copulandus eſſet, pulchrè additur *potentiſſime*. Maximæ enim potentiæ erat, poſſe Deum naſci in natura hominis.

5. PROPTER VERITATEM.] Vides quomodo ſeipſam interpretetur Scriptura, & oſtendat victoriam hanc eſſe ſpiritalem? Qui enim meminerat armorum, nunc manſuetudinis mentionem facit, & deinceps regni eius inſignia facinoraque pandit. Siquidem alij, inquit, Reges pro opibus & ciuitatibus bellum gerunt; hic verò propter veritatem, & quæ ſequuntur, vt ea plantet in terra. Ceterùm pro, *Deducet te mirabiliter dextera tua*; alius, *& illuminabit te*; alius, *& oſtendet tibi*; alius, *terribilis dextera tua*. Quod autem dicit eſt eiuſmodi: Ipſa ſibi natura ſufficit, & potentia ad videndum quæ ſint agenda, & ad finem ijs imponendum. Rectè autem dixit alius, *terribilis dextera tua.*

Chriſti regnum in manſuetudine.

4. ACCINGERE GLADIO TVO.] THEODORETI. Cùm deſcripſiſſet ſpeciem & ſapientiam, oſtendit quoque potentiam & armaturam, quâ vſus, aduerſarios profligauit. Et nos omnes rem maximè admirandam docet. Illam ipſam enim ſpeciem eius armaturam & potentiam vocat. *Accingere* enim, inquit, *gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime, ſpecie tuâ & pulchritudine tuâ.* (*Arma Chriſti manſuetudo, veritas & iuſtitia.*) Et cùm dixiſſet, *Intende, proſperè procede, & regna*; actutum ſubiunxit, *propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam*; manifeſtò per hæc docens, veritatem, & manſuetudinem & iuſtitiam eſſe eius pulchritudinem, & potentiam, & arma, & victoriam. Ait enim: *Diſcite à me quia mitis ſum*, &c. (Matth. 11, 29.) Poſtquam verò gladij meminit, conſequenter dexteræ mentionem fecit. Dexteram autem eius appellat dextera conſilia, quibus vſus, peccati conſilium ſeu ſuggeſtionem non admiſit.

BASILII. Exiſtimamus vtique illud tropicè referri ad viuum ſermonem Dei, vt carni coniungatur, qui eſt *efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti.* (Hebr. 4, 12.) Quoniam femur ſymbolum eſt operationis generatiuæ. (*Femur ſymbolum generationis.*) *Hæ* enim, inquit, *erant animæ quæ egreſſæ ſunt de femore Iacob.* (Exodi 1, 5.) Vt igitur vita eſt, & lumen, & panis, & vitis, & lux vera, & innumeris alijs iſtiuſmodi nominibus Dominus noſter Ieſus Chriſtus nominatur; ſic & gladius, partes animæ affectui ſeruientes diuidens, & motus concupiſcentiæ mortificans. (*Quis ſit gladius ſpiritalis.*)

γῳ, οὕτω καὶ τὰ λοιπὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ οἱ καθένα τῶν πεπιστευκότων ἐσμέν. Τὴν οὖν τῇ ἐκκλησίᾳ διδομένην εὐλογίαν ἐπὶ τὸν κύριον ὁ ἀναφέρων, οὐχ ἁμαρτήσεται. Τὸ οὖν Εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς, τουτέστι τὰ μέλη τὰ σὰ καὶ τὸ σῶμα τὸ σὸν ἐπλήρωσε τῶν παρ' ἑαυτοῦ ἀγαθῶν, εἰς τὸν αἰῶνα, τουτέστιν εἰς τὸ ἀπέραντον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐκ τοῦ προφητικοῦ προσώπου ταῦτα λέγεται, οὗ ἡ γλῶσσα κάλαμος ἦν γραμματέως ὀξυγράφου. Ἐξεχύθη δὲ χάρις ἐν τοῖς χείλεσι τοῦ μιμητοῦ τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ· οὐ μόνον διὰ τοὺς λόγους τῆς χάριτος τοὺς ἐκπορευομένους διὰ στόματος αὐτοῦ, ἀλλὰ διὰ τὴν χάριν τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως, λέγοντος αὐτοῦ, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

δʹ. ΠΕΡΙΖΩΣΑΙ ΤΗΝ ΡΟΜΦΑΙΑΝ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὴν ὥραν διαγράψας καὶ τὴν σοφίαν, ὑποδείκνυσι καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν πανοπλίαν, ᾗ χρησάμενος τοὺς ἐναντίους κατέλυσε. Καὶ πάντας ἡμᾶς παραδοξότατον πρᾶγμα διδάσκει. Αὐτὴν γὰρ αὐτοῦ τὴν ὡραιότητα καὶ πανοπλίαν λέγει καὶ δύναμιν. Περίζωσαι γάρ, φησι, τὴν ῥομφαίαν σου, ἐπὶ τὸν μηρόν σου δυνατὲ, τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου. Καὶ εἰρηκώς, ἔντεινε, καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε, εὐθὺς ἐπήγαγεν, ἕνεκεν ἀληθείας, καὶ πρᾳότητος, καὶ δικαιοσύνης, σαφῶς διὰ τούτων διδάσκων, ὡς ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ καὶ πρᾳότης, καὶ δικαιοσύνη, καὶ κάλλος αὐτοῦ, καὶ δύναμις, καὶ πανοπλία αὐτοῦ, καὶ νίκη. Φησὶ γάρ· Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ἑξῆς. Ἐπεὶ δὲ ῥομφαίας ἐμνημόνευσεν, ἀκολούθως δεξιᾶς ἐποιήσατο μνήμην. Δεξιὰν δὲ αὐτοῦ τὰ δεξιὰ λέγει βουλεύματα, οἷς κεχρημένος, τὴν τῆς ἁμαρτίας οὐκ ἐδέξατο βουλήν.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἡγούμεθα τοίνυν τροπικῶς ἀναφέρεσθαι εἰς τὸν ζῶντα τοῦ Θεοῦ λόγον, ὥστε συνάπτεσθαι τῇ σαρκὶ, ὅς ἐστιν ἐνεργὴς καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. Διότι ὁ μηρὸς σύμβολόν ἐστι τῆς κατὰ γένεσιν ἐνεργείας. Αὗται γάρ, φησιν, ἦσαν ψυχαὶ αἱ ἐξελθοῦσαι ἐκ τῶν μηρῶν Ἰακώβ. Ὡς οὖν ζωή ἐστι, καὶ φῶς, καὶ ἄρτος, καὶ ἄμπελος, καὶ φῶς ἀληθινὸν, καὶ ἄλλα μυρία ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὀνομάζεται, οὕτω καὶ μάχαιρα διατέμνουσα τὸ παθητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, καὶ νεκροῦσα τὰ πρὸς ἐπιθυμίαν κινήματα.

Εἶτα

Εἶτα ἐπειδὴ μέλλει τῇ ἀσθενείᾳ τῆς σαρκὸς συνάπτεσθαι ὁ Θεὸς λόγος, καλῶς πρόσκειται τὸ δυνατέ. Διότι μεγίστης ἀπόδειξιν ἔχει δυνάμεως, τὸ δυνηθῆναι Θεὸν ἐν ἀνθρώπου φύσει γενέσθαι. Τῇ ὡραιότητί φησι, καὶ τῷ κάλλει. Τὸ γὰρ ὡραῖον τοῦ κάλλους διαφέρει. Ὅτι ὡραῖον μὲν λέγεται, τὸ συμπληρούμενον τὸν ἐπιτήδειον καιρὸν πρὸς τὴν οἰκείαν ἀκμήν. ὡς ὡραῖος ὁ σῖτος, ὁ ὥριμος ἤδη πρὸς θερισμόν· καλὸν δέ ἐστι τὸ ἐν τῇ συνθέσει τῶν μελῶν εὐάρμοστον ἐπανθοῦσαν αὐτῷ τὴν χάριν ἔχον. περίζωσαι οὖν τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου δυνατέ. τῇ ὡραιότητί σου, τουτέστιν, ἐν τῷ πληρώματι τῶν καιρῶν· καὶ τῷ κάλλει σου, τῇ θεωρητικῇ καὶ νοητῇ θεότητι. Ἐκεῖνο γὰρ τὸ ὄντως καλὸν, τὸ κατάληψιν πᾶσαν ἀνθρωπίνην καὶ δύναμιν ὑπερβαῖνον, καὶ διανοίᾳ μόνῃ θεωρητόν. Καὶ ἐγνώριζον αὐτοῦ τὸ κάλλος οἱ μαθηταὶ, οἷς ἐπέλυε τὰς παραβολὰς κατ' ἰδίαν· εἶδον δὲ αὐτοῦ τὸ κάλλος, Πέτρος καὶ οἱ υἱοὶ τῆς βροντῆς ἐν τῷ ὄρει, καὶ τὰ προοίμια τῆς ἐνδόξου αὐτοῦ παρουσίας ὀφθαλμοῖς λαβεῖν κατηξιώθησαν. Καὶ ἔντεινον, φησι, καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε. τουτέστιν, ἀρξάμενος τῆς τῶν ἀνθρώπων διὰ σαρκὸς ἐπιμελείας, σύντονον καὶ διαρκῆ, καὶ μηδέποτε ὑπεκλυομένην ποιοῦ τὴν ἐπιμέλειαν· τοῦτο γὰρ ὁδὸν καὶ δρόμον παρέξει τῷ κηρύγματι, καὶ πάντας ὑποτάξει τῇ βασιλείᾳ σου. Μὴ ξενιζέτω δὲ ἡμᾶς, τὸ προστακτικῶς ταῦτα λέγεσθαι, τὸ κατευοδοῦ, διὰ τὴν συνήθειαν τῆς γραφῆς οὕτως ἀεὶ σχηματιζούσης τὰ εὐκτικά. ὡς τὸ, Γενηθήτω τὸ θέλημά σου. Πάλιν ὁ λόγος ὁμοίως ἐσχημάτισται, ὡσπερεὶ μισθὸν ταῦτα λαμβάνοντος τοῦ κυρίου τὸ κατευοδοῦσθαι καὶ βασιλεύειν, ὑπὲρ ἀληθείας καὶ πραότητος, καὶ δικαιοσύνης. Δεῖ γὰρ οὕτω νοεῖν, ὅτι ἐπειδὴ τῷ ψεύδει προσδιέστραπται τὰ ἀνθρώπινα, ἵνα ἐπισπείρῃς τὴν ἀλήθειαν, βασίλευε ἐν τοῖς ἀνθρώποις τοῖς βασιλευομένοις ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· σὺ γὰρ εἶ ἀλήθεια. καὶ ἕνεκεν πραότητος, ἵνα τῷ κατά σε ὑποδείγματι πάντες εἰς πραότητα καὶ ἐπιείκειαν προαχθῶσι. Μάθετε γάρ, φησιν, ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι. Καὶ ὁδηγήσει σε θαυμαστῶς ἡ δεξιά σου.

Ἡσυχίου. Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν. Ῥομφαίαν καλεῖ τὸν σταυρόν· αὐτῷ γὰρ

Deinde quia Deus Verbum infirmitati carnis ſe coniungere decreuerat, pulchrè additur *potentiſſime.* Quoniam maximæ potentiæ demonſtrationem habet, poſſe Deum in natura eſſe humana. *Specie*, inquit, *& pulchritudine.* Nam ſpecies à pulchritudine differt: id enim ſpecioſum dicitur, quod accommodum & neceſſarium proprio vigori tempus expleuit. vt frumentum id tandem ſpecioſum dicitur, quod maturum & ad meſſem paratum eſt. Pulchrum autem eſt, quod in concinna membrorum compoſitione ex ſe efflorefcentem gratiam habet. *Accingere* igitur *gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. ſpecie tuâ*, hoc eſt, in plenitudine temporum; *& pulchritudine tuâ*, id eſt, contemplabili tuâ & intelligibili diuinitate. Illa enim vera pulchritudo eſt, quæ humanam omnem cognitionem & potentiam excedit, & quam ſolâ poſſis mente contemplari. Nouerunt autem ipſius pulchritudinem diſcipuli eius, quibus priuatim parabolas ſoluit: viderunt etiam huius pulchritudinem Petrus & filij tonitrui in monte, & glorioſi aduentus eius exordia oculis vſurpare digni ſunt habiti. Et *intende*, inquit, *& proſperè procede, & regna.* hoc eſt, hominum curam per carnis diſpenſationem aggreſſus, diligentiam impende conſtantem, & ſufficientem, & numquam deficientem: hæc enim & viam & curſum prædicationi præbebit, & omnes ſubiugabit imperio tuo. Neque verò nobis peregrinum videri debet, quòd imperatiuè hæc dicta ſint, *Proſperè procede*, propter Scripturæ conſuetudinem, hoc modo ſemper figurantis ea quæ optantur, iuxta illud, *Fiat voluntas tua.* Rurſus hic ſermo figuratus eſt; perinde ac ſi Dominus hæc capiat mercedis loco, nempe proſperè procedere, & regnare *propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam.* Oportet enim ſic intelligere. q. d. Quia res humanæ iam inuerſæ ſunt mendacio; vt ſeras veritatem, regna in hominibus peccato ſubiectis. Tu enim es ipſa veritas. & *propter manſuetudinem*, vt omnes exemplo tuo ad manſuetudinem & bonitatem reducantur. *Diſcite* enim, inquit, *à me, quia mitis ſum*, &c. *Et deducet te mirabiliter dextera tua.*

Hesychii. *Accingere gladio. Gladium* vocat crucem: hac enim quaſi gladio vtens, duos

CATENA PATRVM.

Species & pulchritudo quomodo differant.

Qualis Christi species & pulchritudo.

Matth. 17, 2.

Christus proſperè procedit & regnat.

Matth. 6, 10.

Matth. 11, 29.

Crux Christi gladius.

CATENA PATRVM. Gen. 49. 10.

duos inimicos è medio ſuſtulit, ſcilicet diabolum & mortem. *Femur* autem carnem à parte totum denominat; iuxta illud, *Neque dux de femore eius*. Crucem igitur carni accingere hortatur verè potentem ſpecie & pulchritudine, id eſt diuinitate & humanitate: vt hac quidem paſſiones noſtras aſſumat; illâ verò paſſiones ſuperet, velut expers paſſionis. Vel etiam benignitatem intelligere poſſimus ſpeciem & pulchritudinem. nihil enim adeò Deo conuenit, ac ſaluare proprium figmentum. Et *intende* contra hoſtes, & *proſperè age* reſpectu fidelium, *&* *regna* vtriſque; vt hoſtes quidem ſubigas, fideles verò corones. quoniam id iudicis & regis proprium eſt. Quin & propter veritatem Chriſtus Iudæorum hypocriſin redarguit: & propter manſuetudinem ſuſtinuit cùm tentaretur. Ceterùm dextra quoque Filij Pater eſt, ſicut Patris Filius. A Patre igitur Chriſtus deducitur, non quòd duce indigeat; ſed quòd quodammodò communis quædam via ſit Patris Filijque circa nos diſpenſatio, quam Filius quidem perambulet (ſiquidem ipſe myſterium hoc perficit) Pater verò ducatum præſtet, quoniam ipſius beneplacito peractum eſt.

Chriſti proprium eſt ſaluare.

καθάπερ ῥομφαία χρησάμενος, ἐχθροὺς δύο ἀνεῖλε, διάβολόν τε καὶ θάνατον. Μηρὸν δὲ τὴν σάρκα ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν φησι. ὡς τὸ, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ. Ζώσασθαι τοίνυν τὸν σταυρὸν ἐν τῇ σαρκὶ, τὸν ὄντως δυνατὸν τῇ ὡραιότητι καὶ τῷ κάλλει, τουτέστι τῇ θεότητι καὶ τῇ ἀνθρωπότητι παρακαλεῖ. ἵνα τῇ μὲν ἀνάσχηται τὰ περὶ ἡμῶν πάθη, τῇ δὲ τῶν παθῶν ὡς ἀπαθὴς περιγένηται. Ἢ καὶ φιλανθρωπίας τὴν ὡραιότητα καὶ τὸ κάλλος νοήσαιμεν. οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐπρεπὲς τῷ θεῷ, ὡς τὸ σῶσαι τὸ ἴδιον πλάσμα. Καὶ ἔντεινε κατὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ κατευοδοῦ κατὰ τῶν πιστῶν, καὶ βασίλευε ἑκατέρων, ἵνα τοὺς μὲν ὑποτάξῃς τοὺς ἐχθροὺς, τοὺς δὲ στεφανώσῃς τοὺς πιστούς. Τοῦτο γὰρ κριτοῦ καὶ βασιλέως ἴδιον. Ἀλλὰ καὶ ἀληθείας ἕνεκεν ὁ Χριστὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων ὑπόκρισιν ἤλεγχε, καὶ πρᾳότητος δὲ χάριν ἐκαρτέρει πειραζόμενος. Ἀλλὰ καὶ δεξιὰ τοῦ υἱοῦ ὁ πατὴρ, ὥσπερ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. Παρὰ τοῦ πατρὸς τοίνυν ὁ Χριστὸς ὁδηγεῖται, οὐχ ὁδηγοῦ χρῄζων, ἀλλ᾽ ὥσπερ κοινὴν ὁδὸν εἶναι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὴν καθ᾽ ἡμᾶς οἰκονομίαν ἣν ὁδεύει μὲν ὁ υἱὸς (οὗτος γὰρ ἐνεργεῖ τὸ μυστήριον) ὁδηγεῖ δὲ ὁ πατὴρ, ὅτι αὐτοῦ εὐδοκίᾳ ἐπεπράττετο.

Gladius myſticè Chriſtinatiuitas.

Origenis. Fortaſſe *femur* ſymbolum ſit natiuitatis; adeò vt id quod dicitur, tale quid ſit. q. d. Accommoda natiuitati tuæ vim quamdam tollendi inimicos. Etenim natiuitas Ieſu manifeſtus vtique gladius extitit aduerſus inimicos ſuos; vel caſtè viuendi ratio: cùm paſſiones è medio tollat, gladium accingere dicitur ſuper femur ſuum. Primus autem hoc fecit Ieſus, quoniam nihil in Chriſto fuit remiſſum aut diſſolutum. Secundùm hoc intelliges illud *intende*. Ceterùm Saluatorem ac ſanctos eius dextera ipſius deducit.

Ὠριγένους. Μήποτε ὁ μηρὸς σύμβολόν ἐστι γενέσεως, οἱονεὶ οὖν τὸ λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστι. Συνάψον τῇ γενέσει σου τὸ αἱρετικὸν τῶν πολεμίων. Καὶ σαφὴς μὲν ἡ γένεσις Ἰησοῦ ξίφος ἐγένετο κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ· ἢ ὁ ἐν ἁγνείᾳ βίου λόγος· ἀναιρεῖ τὰ πάθη, περιζώσασθαι ῥομφαίαν λέγεται ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ. Πρῶτος δὲ Ἰησοῦς τοῦτο ἐποίησεν, ἐπεὶ οὐδὲν ἀνειμένον, καὶ ἐκλελυμένον ἐν Χριστῷ. Κατὰ τοῦτο νοήσεις τὸ ἔντεινον. Καὶ τὸν μὲν σωτῆρα, καὶ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ, ἡ δεξιὰ αὐτοῦ ὁδηγεῖ.

6. Sagittæ tvæ acvtæ.] Theodoreti. Verba hæc tranſpoſita ſunt. Ait autem hoc modo: Tu acutis ſagittis contra hoſtes vtendo, illos quidem rectè iaculando configes, & eorum corda vulnerabis; populos verò ab illis tyrannicè oppreſſos tuum cultum docebis. *Sagittæ* enim *tuæ acutæ, ô potentiſſime, in corde inimicorum regis*. His autem confixis, *populi ſub te cadent*, debitum honorem tibi deferentes. Cùm per hæc ſermo propheticus ea quæ in incarnatione acci-

Τὰ βέλη σου ἠκονημένα.] Θεοδωρήτου. Μεθυπερβατά ἐστι τὰ ῥήματα. Λέγει δὲ, τοῖς ὀξέσι βέλεσι κατὰ τῶν πολεμίων χρώμενος, ἐκείνους μὲν εὐθυβόλως βαλεῖς, καὶ τὰς καρδίας αὐτῶν κατατρώσεις, τοὺς δὲ ὑπ᾽ ἐκείνων τυραννουμένους λαοὺς, τὴν σὴν διδάξεις προσκυνήσιν. Τὰ βέλη γάρ ἠκονημένα δυνατὲ ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. Τούτων δὲ τρωθέντων, λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται, προσφέροντές σοι τὴν ὀφειλομένην προσκύνησιν. Διὰ τούτων καὶ τὰ κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν γεγενημένα

ἠημένα προαγορεύσας ὁ προφητικὸς λόγος, αὐτοῦ τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Θεοῦ λόγου, μετὰ ταῦτα διδάσκει τὴν φύσιν, Ὁ θρόνος σου, καὶ ἑξῆς. Ἐπειδὴ γὰρ ταπεινότερα τῆς θείας τῆς ἀξίας τὰ ἄνω εἰρημένα (ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὰ τοῦτο εὐλόγησεν ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα) εἰκότως διὰ τούτων διδάσκει, ὅτι καὶ Θεός ἐστι, καὶ αἰώνιος βασιλεὺς, καὶ οὔτε ἀρχὴν εἰληφὼς, οὔτε τέλος ληψόμενος. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ αἰώνιον. εἶτα πάλιν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα καταβαίνει.

Βασιλείου. Βέλη τοῦ δυνατοῦ ἠκονημένα ἐστὶν οἱ εὔστοχοι λόγοι, οἱ καθικνούμενοι τῆς καρδίας τῶν ἀκροωμένων, βάλλοντες καὶ τιτρώσκοντες τὰς εὐαισθήτους ψυχάς. Λόγοι γάρ, φησι, σοφῶν, ὡς τὰ βούκεντρα. Διὸ καὶ ὁ ψαλμῳδὸς ῥυσθῆναί ποτε ἀπὸ τῶν δολερῶν τῶν κατὰ τὴν γενεὰν αὐτοῦ εὐχόμενος, εἰς θεραπείαν γλώσσης δολίας τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ ἠκονημένα ζητεῖ. Ἐπιζητεῖ δὲ καὶ τοὺς ἄνθρακας παρεῖναι τοὺς ἐρημικοὺς, ὥστε ὅσων ἂν μὴ καθάψηται διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας τὰ λογικὰ βέλη, τούτοις ἑτοίμην εἶναι τὴν κόλασιν, ἣν καὶ ἐρημικοὺς ἄνθρακας προσηγόρευσεν. Ὅσοι γὰρ ἐρήμους τοῦ Θεοῦ κατέστησαν ἑαυτοὺς, τούτοις ἀναγκαῖος ὁ εὐτρεπισμὸς τῶν ἐρημικῶν ἀνθράκων. Νῦν οὖν τὰ βέλη σου ἠκονημένα. Ἐκ τούτων τῶν βελῶν τιτρώσκονται αἱ παραδεξάμεναι τὴν πίστιν ψυχαὶ, καὶ εἰς τὴν ἄκραν τοῦ Θεοῦ ἀγάπην ἐκκαυθεῖσαι. αἱ ἐπιλανθάνονται μὲν οἰκείων καὶ φίλων, ἐκλανθάνονται δὲ καὶ τῆς σωματικῆς εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν ἀνάγκης, μόνῳ τῷ θείῳ καὶ καθαρῷ προσεστηκόσιν ἔρωτι. Νοήσεις δὲ ἠκονημένα βέλη, καὶ τοὺς ἀποστελλομένους ἐπὶ τὸ σπεῖραι πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ εὐαγγέλιον. Οἱ διὰ τὸ ἠκονῆσθαι, ἔλαμπον τοῖς τῆς δικαιοσύνης ἔργοις, καὶ λεπτῶς ἐπὶ τὰς τῶν διδασκομένων ψυχὰς παρεδύοντο. Ταῦτα γὰρ τὰ βέλη πανταχοῦ πεμπόμενα παρεσκεύαζε τοὺς λαοὺς ὑποκάτω πίπτειν τοῦ Χριστοῦ. Δοκεῖ δέ μοι ἀκολουθότερον ἡ λέξις ὑποκαθίστασθαι δι' ὑπερβατοῦ, ὥστε τοιοῦτον εἶναι τὸν νοῦν· ἔντεινε, καὶ κατευοδοῦ καὶ βασίλευε, καὶ ὁδηγήσει σε θαυμαστῶς ἡ δεξιά σου, καὶ λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται· τὰ βέλη σου ἠκονημένα εἶναι ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. Οὐδεὶς θεομάχος ἢ ἀλαζὼν ὑποκάτω πίπτει τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οἱ τὴν ἐκ πίστεως ὑποταγὴν καταδεξάμενοι. Τὰ δὲ βέλη τῆς καρδίας ἐμπεσόντα τῶν ποτὲ ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως,

derunt prædixiſſet; poſt hæc ipſius diuini Verbi incarnati naturam edocet, dicens, *Sedes tua*, &c. Cùm enim ea quæ ſuperiùs dicta ſunt, diuinâ dignitate inferiora fuerint (*Speciosus forma præ filijs hominum; proptereà benedixit te Deus in æternum;*) meritò poſt hæc edocet, Deum eſſe & æternum Regem, qui neque principium accepit, neque finem accepturus ſit. Hoc enim declarat vox *æternum*. Deinde rurſus ad humana deſcendit.

CATENA PATRVM.

Basilii. *Sagittæ potentis acutæ*, ſunt ſermones ſolerter & ingenioſè excogitati, audientium corda penetrantes, animaſque ſenſatas ſauciantes. *Verba* enim *ſapientium*, inquit, *ſicut ſtimuli*. Quare Pſalmiſta cupiens quandoque à doloſis hominibus ætatis ſuæ liberari; contra doloſam linguam ſagittas potentis acutas in remedium exquirit. Quærit item carbones ſibi adeſſe deſolatorios, vt, quorum corda ob duritiem calloſam ſpiritales ſagittæ non contingant, his paratum ſit ſupplicium, quod *carbones deſolatorios* appellauit. Quicumque enim ſeſe priuarunt Dei præſentiâ, his carbonum deſolatoriorum apparatus eſt neceſſarius. Nunc igitur *ſagittæ tuæ acutæ*. His ſagittis, quæ fidem amplexatæ ſunt animæ, ſauciantur, & quæ ſummâ in Deum exarſerunt charitate. Quæ domeſticorum obliuiſcuntur & amicorum, quin etiam his in obliuionem venit corporis alendi neceſſitas, puta edendi & bibendi, dum ſolo diuino planè & ſincero amore colliqueſcunt. Intelligere item poſſis *ſagittas acutas* eos qui per vniuerſum orbem miſſi ſunt ad ſemen Euangelij diſſeminandum. Hi, quòd ſeſe exacuiſſent, operibus iuſtitiæ fulgebant, & ſubtiliter in eorum quos erudiebant animos influebant. Hæ igitur ſagittæ quaquauerſum emiſſæ, populos, vt ſe Chriſti iugo ſubſternerent, præparabant. Videtur autem mihi ſermonis iſtius ordo magis conſentaneè ad præcedentia per hyperbaton referendus, vt ſit hic ſenſus: *Intende, proſperè procede, & regna, & deducet te mirabiliter dextera tua, & populi ſub te cadent*; proptereà quòd *ſagittæ tuæ acutæ ſunt in corde inimcorum regis*. Nullus Deo aduerſarius, aut ſuperbus, ſub Deo cadit, ſed qui fidei obedientiam ſuſceperunt. Sagittæ autem dum in eorum, qui Regis aliquando

Verba ſapientium ſunt inſtar ſtimulorum.

Eccle. 12, 11.

Pſal. 119, 4.

Sagittæ amoris Dei quales.

Viri Apoſtolici ſunt ſagittæ Dei.

Sagittæ Dei conuertunt corda inimicorum eius.

CATINA PATRVM.

quando inimici erant, corda incidunt, ipſos ad veritatis deſiderium trahunt, & ad Dominum ipſum pertrahunt; vt cùm inimici Dei exiſterent, eidem per doctrinam concilientur. Deinde verò, quoniam circa humanitatem verſando multa dixit; nunc ſermonem ad altitudinem gloriæ vnigeniti conuertit. *Sedes tua*, inquit, *Deus in ſæculum ſæculi*, hoc eſt, Regnum tuum vltra ſæcula ſe porrigit, eſtque omni intelligentiâ antiquius. Et pulchrè admodum poſt ſubiectionem populorum regni Dei magnificentiam concelebrat.

Virga Dei nos erudit.

Virga directionis, virga regni tui. Idcircò ei propriam reddidit appellationem, ipſum clarè appellans Deum, *Sedes tua Deus.* Eſt quædam virga Dei, quæ erudiendi vim habet; erudiens autem minimè obliqua vel per-

Virga directionis quæ.

uerſa, ſed recta infert iudicia. Ideò *virga directionis, virga regni* ipſius nuncupata eſt.

Pſal. 88,3.

Si enim dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, viſitabo in virga iniquitates ipſorum. Vidéſne iuſtum Dei iudicium, quo non in omnes ſine diſcrimine, ſed tantùm in peccatores vtitur? Sed & ipſa etiam conſolationis virga dicitur:

Pſal. 22,5. *Virga conſolationis quæ.* *Virga contritionis quæ.* Pſal. 2,9. 1. Cor. 5,5.

Virga enim *tua*, inquit, *& baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.* Eſt & virga contritionis: *Reges eos in virga ferrea, tamquam vas figuli confringes eos.* Confringuntur autem terrea & lutea, ad eorum beneficium qui reguntur, ſecundùm quod etiam traduntur *in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit.*

Rationales ſagittæ quales.

ORIGENIS. Eius qui ſufficienter pro veritate concionatur, & potenter redarguit falſitatem, rationales exacutæ ſunt ſagittæ. Et qui ſub Chriſto cadunt, hi in corde & cogitationibus ſunt inimicorum Chriſti, qui eſt Rex. Manifeſtè autem Chriſtus Deus eſt. Et fortaſſe poſſit quis facere iuſtitiam, & abſtinere ab iniquitate, timore Dei, & non amore Dei propter iuſtitiam, neque odio iniquitatis.

Virga directionis punit peccatores.

Sed non iſtiuſmodi Chriſtus. Virga Chriſti quâ vtitur puniens peccatores, *virga directionis* appellatur, dirigens, & ab omni peruerſitate liberans eos quos regit. Et quoniam poteſtate regiâ per illam punit, virga eſt regni ipſius.

8. DILEXISTI IVSTITIAM.] THEODORETI. Vel ſecundùm Symmachum, *præ ſocijs*

ἕλκει αὐτοὺς εἰς τὸν περὶ τῆς ἀληθείας πόθον, καὶ ἕλκει αὐτοὺς πρὸς τὸν κύριον, ὥστε ἐχθροὺς αὐτοὺς ὄντας τοῦ θεοῦ, καταλλαγῆναι αὐτοῦ διὰ τῶν διδαγμάτων. Εἶτα ἐπειδὴ πολλὰ περὶ τὸ ἀνθρώπινον ἀναστρεφόμενος διηλέχθη, ἐπανάγει νῦν ἐπὶ τὰ ὕψη τῆς περὶ τοῦ μονογενοῦς δόξης τὸν λόγον. Ὁ θρόνος σου φησὶν, ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, τουτέστιν, ἡ βασιλεία σου ἐπέκεινα τῶν αἰώνων, καὶ ἐννοίας πάσης ἐστὶ πρεσβυτέρα. Καὶ καλῶς μετὰ τὴν ὑποταγὴν τῶν λαῶν τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ ἀνυμνεῖ. Ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Διὰ τοῦτο καὶ ἀπέδωκεν, αὐτοῦ τὴν ἰδίαν προσηγορίαν, σαφῶς αὐτὸν ἀναγορεύσας θεὸν, Ὁ θρόνος σου ὁ θεός. Παιδευτική τίς ἐστιν ἡ ῥάβδος τοῦ θεοῦ, παιδεύουσα δὲ εὐθείας καὶ οὐ παρατετραμμένας ἐπάγει τὰς κρίσεις· διὰ τοῦτο ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας αὐτοῦ προσηγόρευται. ἐὰν γὰρ ἐγκαταλίπωσιν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὸν νόμον μου, καὶ τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευθῶσιν, ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν. Ὁρᾷς τὴν δικαίαν κρίσιν τοῦ θεοῦ, οὐκ ἐπὶ τῶν τυχόντων χρῆται, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν ἁμαρτανόντων; Αὕτη δὲ καὶ παρακλήσεως λέγεται ῥάβδος. Ἡ ῥάβδος γάρ σου, φησὶ, καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν. Αὕτη καὶ συντριμμοῦ ἐστι ῥάβδος. Ποιμανεῖς γὰρ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. Συντρίβεται δὲ τὰ χοϊκὰ, καὶ πήλινα, ἐπ᾽ εὐεργεσίᾳ τῶν ποιμαινομένων. καθὸ καὶ παραδίδονται, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα πνεῦμα σωθῇ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦ ἱκανῶς πρεσβεύοντος ὑπὲρ ἀληθείας, καὶ δυνατῶς τὸ ψεῦδος καθαιροῦντος τὰ λογικὰ ἠκόνηται βέλη. Καὶ οἱ ὑποκάτω τοῦ Χριστοῦ πίπτοντες ἐν τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς νοήμασιν εἰσὶ τῶν ἐχθρῶν τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστι βασιλεύς. Σαφῶς δὲ θεὸς ὁ Χριστός. Καὶ τάχα ἐστὶ ποιεῖν δικαιοσύνην, καὶ ἀπέχεσθαι ἀνομίας φόβῳ θεοῦ, καὶ οὐ τῇ πρὸς θεὸν παρὰ τὸ δίκαιον ἀγάπῃ, οὐδὲ τὸ μισεῖν τὴν ἀνομίαν. Ἀλλ᾽ οὐ τοιοῦτος ὁ Χριστός. Ἡ ῥάβδος Χριστοῦ ᾗ χρῆται κολάζων τοὺς ἁμαρτάνοντας, ῥάβδος εὐθύτητος εἴρηται, εὐθύνουσα, καὶ πάσης σκολιότητος ἀπαλλάττουσα τοὺς βασιλευομένους. Καὶ ἐπεὶ ἐξουσίᾳ βασιλικῇ δι᾽ αὐτῆς κολάζει, ῥάβδος ἐστὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

η. ΗΓΑΠΗΣΑΣ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἢ κατὰ Σύμμαχον, παρὰ τοὺς ἑταίρους σου.

σου. Μέτοχοι δὲ αὐτοῦ εἰσι καὶ ἀδελφοί, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, οἱ πιστεύσαντες εἰς αὐτόν, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· Μέτοχοι γεγόναμεν, φησί, τοῦ Χριστοῦ. Κέχρισται δὲ καὶ τῷ παναγίῳ πνεύματι, οὐχ ὡς Θεός, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος. Ὡς γὰρ Θεὸς ὁμοούσιον ἔχει τὸ πνεῦμα· ὡς δὲ ἄνθρωπος, οἷόν τι χρίσμα, λαμβάνει τοῦ πνεύματος τὰ χαρίσματα. Οὕτω καὶ ἠγάπησε δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησεν ἀνομίαν. Γνωμικῆς γὰρ ταῦτα αἱρέσεως, οὐ φυσικῆς δυνάμεως. Ὡς δὲ Θεὸς ῥάβδον εὐθύτητος ἔχει τὴν τῆς βασιλείας.

Χρυσοστόμου. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἄνω τὰ κατορθώματα, τὰς νίκας, τὰ τρόπαια, τῆς οἰκουμένης τὴν σωτηρίαν, ὅτι ἀληθείας αὐτὴν ἐνέπλησεν, ὅτι πραότητος, ὅτι δικαιοσύνης, δεικνὺς ὅτι οὐδὲν ἀπεικὸς ταῦτα γενέσθαι, διαλέγεται λοιπὸν περὶ τοῦ ἀξιώματος τοῦ κατορθωκότος, ὅτι Θεός, ὅτι βασιλεύς, ὅτι ἀτελεύτητος, ὅτι δικαστὴς ἀδέκαστος, ὅτι τῶν δικαίων ἐραστής, ὅτι μισοπόνηρος. Ἐπειδὴ τοιοῦτός ἐστι, φησί, διὰ τοῦτο τοιαῦτα αὐτῷ κατώρθωται. Μηδεὶς τοίνυν ἀπιστείτω, φησίν. Ὁ γὰρ κατορθώσας τοιαῦτα, καὶ δυνάμενος, καὶ βουλόμενος ταῦτα κατώρθωσε. Τὰ τῆς θεότητος ὑψηλὰ γοῦν αὐτοῦ εἰπών, πάλιν ἐπὶ τὴν σάρκα κατάγει τὸν λόγον, καὶ φησί· Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου· ἄλλος φησίν, ἐπὶ τούτῳ ἤλειψέ σε. Ἐπὶ τῷ κατορθῶσαι τὰ εἰρημένα φησίν, ἀνομίαν ἐκβαλεῖν, δικαιοσύνην φυτεῦσαι, καὶ ποιῆσαι, ἅπερ ἐποίησας. Σὺ δὲ μὴ θορυβηθῇς, ἀκούων ὅτι ταῦτα τῷ πατρὶ λογίζεται· οὐ γὰρ αὐτὸν ἀποστερῶν τῶν κατορθωμάτων ταῦτα φησι, ἀλλὰ τὰ τοῦ παιδὸς τῷ πατρὶ ἀνατιθείς, ὥσπερ καὶ τὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ φησιν εἶναι. Τί δέ ἐστιν ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου; Πολλοὶ μὲν γὰρ πρὸ αὐτοῦ Χριστοί, οὕτω δὲ οὐδείς. Ὥσπερ πολλοὶ ἀμνοί, αὐτὸς δὲ ἐξαίρετος. Οὕτω πολλοὶ υἱοί, αὐτὸς δὲ μονογενής· πάντα γὰρ αὐτοῦ ἐξαίρετα, οὐ τὰ τῆς θεότητος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς οἰκονομίας. Πνεύματι γὰρ οὐδεὶς ἐχρίσθη τοιούτῳ. Εἰ δὲ ἔλαιον αὐτὸ καλεῖ, μὴ θαυμάζεις· προφήτης ὢν αἰνιγματωδέστερον διαλέγεται. Καὶ καλῶς εἶπεν ἀγαλλιάσεως, ἵνα δείξῃ, ὅτι εὐφροσύνης. Ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ πνεύματος, ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη. Ἄλλος δέ, ἐλαίῳ ἀγλαϊσμοῦ εἶπεν· ὁ δὲ Ἑβραῖος σασὼν, τουτέστι, καλλωπισμοῦ, δόξης, κόσμου.

tuis. Conſortes autem eius, & fratres ſecundùm humanitatem, ſunt credentes in ipſum, vt Apoſtolus teſtatur: *Participes*, inquit, *Chriſti effecti ſumus.* Quin etiam ſancto Spiritu vnctus fuit, non vt Deus, ſed vt homo. Vt Deus enim ſpiritum habet eiuſdem ſubſtantiæ; vt homo autem, veluti quamdam vnctionem, accipit ſancti Spiritus dona. Eodem modo etiam dilexit iuſtitiam, & odit iniquitatem. Nam hæc liberæ ſunt electionis, non potentiæ naturalis. Vt Deus autem virgam directionis habet virgam regni.

CATENA PATRVM.

Hebr. 3, 14.

Chriſtus vt homo vnctus Spiritu ſancto.

CHRYSOSTOMI. Poſtquam ſuperiùs præclara eius facinora commemorauit, victorias, trophæa, ſalutem orbis terrarum; quòd eam veritate repleuit, quòd manſuetudine, quòd iuſtitiâ; oſtendens fuiſſe conſentaneum vt hæc fierent; loquitur deinceps de dignitate eius qui hæc fecit, monſtrans eum eſſe Deum, Regem, fine carentem, incorruptum iudicem, iuſtorum amatorem, & malis infenſum. Quoniam, inquit, eſt eiuſmodi, propterea talia ab eo facta ſunt. Nemo ergo, inquit, his fidem neget. Qui enim talia fecit, & cùm poſſet, & cùm vellet, hęc fecit. Poſtquam ergo de diuinitate eius ſublimia dixiſſet, rurſus ad carnem reducit ſermonem, & ait: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus*; alius dicit, *ſuper hoc vnxit te.* Quòd nimirum illa quæ commemorata ſunt feceris, iniquitatem exterminando, iuſtitiam plantando, & quæ feciſti faciendo. Tu autem ne turberis, dum audis quòd hæc Patri attribuat: non enim id facit, vt eum priuet rectè factis; ſed vt ea quæ ſunt Filij Patri adſcribat, ſicut etiam ipſe ea quæ ſunt Patris ſua eſſe dicit. Quid eſt autem, *oleum lætitiæ præ conſortibus tuis?* Multi enim ante illum Chriſti, ſiue vncti, ſed nemo ſic. Sicut etiam agni multi, ſed ipſe eximius. Sic & multi filij, ſed ipſe vnigenitus: ſunt enim omnia eius eximia, non ea ſolùm quæ pertinent ad diuinitatem, ſed ea etiam quæ ad humanitatem. Nemo enim vnctus eſt tali Spiritu. Quòd autem illud *oleum* appellet, ne mireris: nam, cùm Propheta ſit, paulò obſcuriùs loquitur. Rectè autem dixit *exultationis*, vt oſtenderet id eſſe lætitiæ. *Fructus enim ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax.* Alius autem dicit, *oleo venuſtatis*; Hebræus autẽ *ſaſon*, id eſt *elegantiæ, gloriæ, ornamenti.*

Ioan. 17, 11.

Chriſtus oleo lætitiæ vnctus.

Gal. 5, 22.

CATENA PATRVM.

ſin autem ſit lætitiæ, id quoque verum eſt. Quemadmodum ergo cùm audis gladium, gladium non intelligis; & cùm arcum & ſagittas, non arcus & ſagittas, ſed operationem eius hæc perpetrantem, vti iam antè dixi: ita cùm oleum audieris, ne oleum ſolùm arbitreris, ſed vnctionem intellige. Oleum enim erat ſignum ſpiritus; res autem principalis & neceſſaria erat ſpiritus.

9. MYRRHA, ET GVTTA.] BASILII. Propheticus ſermo paulatim conſequenter deſcendens, ac priùs ea omnia quæ ad incarnationis diſpenſationem ſpectant proſecutus; Spiritus illi occulta reuelantis, intentione ipſum dirigente, venit ad paſſionem. *Myrrha* enim, inquit, *& gutta, & caſia à veſtimentis tuis.* Myrrha quidem, quòd ſepulturæ ſymbolum ſit, Euangeliſta Ioannes nos quoque docuit, dicens, à Ioſeph ab Arimathæa ipſum cum myrrha & aloë ſepultum eſſe. Gutta verò & ipſa myrrhæ ſpecies eſt tenuiſſima. Ex hoc enim aromate contuſo, quidquid liquidum eſt in guttam ſeparatur; reliquum quod reſtat craſſius, myrrha nuncupatur. Itaque Chriſti bonus odor myrrham quidem ſpirat ob paſſionem; guttam verò, quòd non immobilis nec otioſus aut inefficax in ſepulchro permanſerit tribus illis diebus ac noctibus, ſed in infernum deſcenderit, propter diſpenſationem reſurrectionis, vt adimpleret omnia quæ de ſe erant oracula.

Myrrha & gutta quid. Ioan. 19, 40.

Caſia quid. Caſiam demum ſpirat; quia caſia cortex quidam tenuiſſimus eſt & fragrans, lignoſo ſurculo circumpoſitus. An veriùs in vniuerſæ creaturæ beneficium ſuſceptam crucis paſſionem altiùs nobis ac ſapienter hic ſermo per caſiæ nomen innuit? Habes ergo myrrham ob ſepulturam, guttam ob deſcenſionem ad infernum (quoniam omnis gutta ad inferiora delabitur;) caſiam verò ob carnis in ligno diſpenſationem. Ex hac denique cauſſa *delectauerunt*, inquit, *te filiæ regum in honore tuo. Filiæ* verò *Regum* quænam aliæ fuerint, quàm generoſę ac magnę regięque animæ? quæ ob hanc ad humana condeſcenſionem Chriſtum cognoſcentes, ipſum delectauerunt in honore, in vera fide & charitate perfecta diuinitatem eius honore proſequentes. Porrò hæc aromata non tenui ratione ait Chriſti veſtimentis adhærere (ſcilicet

Filiæ Regum animæ deuotæ.

εἰ δὲ καὶ εὐφροσύνης, καὶ τοῦτο ἀληθές. Ὥσπερ οὖν ῥομφαίαν ἀκούσας, οὐ ῥομφαίαν νοεῖς· καὶ βέλη καὶ τόξα, οὐ τόξα καὶ βέλη, ἀλλὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ, τὴν τοιαῦτα κατορθώσασαν ἅπερ προεῖπον· οὕτω καὶ ἔλαιον ἀκούσας, μὴ ἔλαιον νόμιζε, ἀλλὰ τὴν χρῖσιν νόει. Καὶ γὰρ τὸ ἔλαιον σύμβολον τοῦ πνεύματος ἦν, καὶ τὸ προηγούμενον καὶ ἀναγκαῖον τὸ πνεῦμα ἦν.

θ'. ΣΜΥΡΝΑΝ, ΚΑΙ ΣΤΑΚΤΗΝ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ὑποκαταβαίνων ἀκολούθως ὁ προφητικὸς λόγος, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν οἰκονομίαν προσεμβαλών· τοῦ ἐνατενισμοῦ τοῦ πνεύματος τοῦ ἀποκαλύπτοντος αὐτῷ τὰ κρυπτὰ, ἦλθεν ἐπὶ τὸ πάθος. Σμύρνα γάρ, φησι, καὶ στακτὴ, καὶ κασσία ἀπὸ τῶν ἱματίων σου. ἡ μὲν οὖν σμύρνα, ὅτι ταφῆς ἐστι σύμβολον, καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἡμᾶς Ἰωάννης ἐδίδαξεν, εἰπὼν ὑπὸ Ἰωσὴφ τοῦ Ἀριμαθαίου ἐνταφιασθῆναι μετὰ σμύρνης καὶ ἀλόης. Ἡ δὲ στακτὴ, καὶ αὐτὴ σμύρνης ἐστὶν εἶδος τὸ λεπτότατον. Ἐκθλιβέντος γὰρ τοῦ ἀρώματος, ὅσον μὲν αὐτοῦ ῥυτὸν, εἰς τὴν στακτὴν ἀπομερίζεται, τὸ δὲ παχὺ ἀπομένον, σμύρνα προσαγορεύεται. Οὐκοῦν καὶ ἀποπνεῖ μὲν ἡ τοῦ Χριστοῦ εὐωδία, σμύρνης μὲν διὰ τὸ πάθος, στακτῆς δὲ διὰ τὸ μὴ ἀκίνητον μεῖναι, μηδὲ ἀνενέργητον ἐν ταῖς τρισὶν ἡμέραις, καὶ ταῖς τρισὶ νυξὶν· ἀλλὰ κατελθεῖν εἰς ᾅδου τῇ περὶ τὴν ἀνάστασιν οἰκονομίας ἕνεκεν, ἵνα πληρώσῃ ἑαυτοῦ τὰ σύμπαντα. Κασσίας δὲ ἀποπνεῖ, διότι ἡ κασσία φλοιός τις ἐστὶ λεπτότατος καὶ εὐώδης, ξυλώδει κάρφει περιτεινόμενος. Μήποτε οὖν τὸ τοῦ σταυροῦ πάθος ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῆς κτίσεως πάσης παραληφθὲν, βαθέως ἡμῖν καὶ σοφῶς ὁ λόγος διὰ τοῦ τῆς κασσίας ὀνόματος παρῃνίξατο; Ἔχεις οὖν σμύρναν μὲν διὰ τὴν ταφὴν, στακτὴν δὲ διὰ τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον (ἐπειδὴ πᾶσα σταγὼν ἐπὶ τὰ κάτω φέρεται·) κασσίαν δὲ διὰ τὴν τῆς σαρκὸς περὶ τὸ ξύλον οἰκονομίαν. Ἐκ δὲ ταύτης τῆς αἰτίας εὔφρανάν σε, φησὶ, θυγατέρες βασιλέων ἐν τῇ τιμῇ σου. Θυγατέρες δὲ βασιλέων τίνες ἂν εἶεν, ἢ εὐγενεῖς καὶ μεγάλαι, καὶ βασιλικαὶ ψυχαὶ, αἱ διὰ τὴν πρὸς τὰ ἀνθρώπινα συγκατάβασιν ἐπιγνοῦσαι τὸν Χριστὸν, εὐφρᾶναι αὐτὸν ἐν τῇ τιμῇ, ἐν ἀληθινῇ πίστει, καὶ ἀγάπῃ τελείᾳ δοξάζουσαι αὐτοῦ τὴν θεότητα. Τὰ δὲ ἀρώματα ταῦτα οὐ μικρολόγως φησὶ προσεῖναι τοῖς ἱματίοις τοῦ Χριστοῦ (τουτέστιν ἡ

παρὰ-

παραβολὴ τῶν λόγων, καὶ ἡ τῶν δογμάτων παρασκευὴ) ἀλλ' ἀπὸ ὅλων τῶν οἰκοδομημάτων φέρεσθαι. Βάρεις γὰρ τὰς μεγίστους τῶν οἴκων λέγει, καὶ τούτους ἐξ ἐλέφαντος εἶναι κατεσκευασμένους. τὸ πλούσιον οἶμαι τῆς τοῦ Χριστοῦ περὶ τὸν κόσμον ἀγάπης τοῦ προφήτου διδάσκοντος.

Χρυσοστόμου. Τινὲς μὲν οὖν φασι, τὸν τάφον αἰνίττεσθαι διὰ τούτων τὸν προφήτην, ἄλλοι δὲ τὸ ἐνηλλαγμένον τῆς χρίσεως δηλοῦν. Οὐ γὰρ ἐκ τούτων τῶν μύρων τὸ χρίσμα συνέκειτο τὸ παλαιόν, ἀλλ' ἐξ ἑτέρων. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ἕτερος χρίσεως τρόπος οὗτός ἐστι, τῇ διαφορᾷ τῶν ὑλῶν τὴν διαφορὰν τῆς ἐνεργείας ἐδήλωσε. Τὸ δὲ ἀπὸ τῶν ἱματίων σου, δείκνυσιν, ὅτι καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ τῆς χάριτος ἔγεμεν. Οὕτω γοῦν ἡ αἱμόῤῥους τὰς τῶν αἱμάτων ἔστησε, κρουνοὺς τοῦ κρασπέδου ἁψαμένη. Εἴτε δὲ τοῦτο εἴτε ἐκεῖνο ἐκληπτέον, οὐδεὶς κωλύει λόγος· ἀμφότερα γὰρ ἐμοὶ ἀποδεκτά. Ὥσπερ οὖν (οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν τὰ αὐτὰ λέγειν) τόξον καὶ ῥομφαίαν ἀκούων καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐκ αἰσθητῶς ἀκούεις, οὕτω μηδὲ σμύρναν, μηδὲ κασίαν ἀκούσας, αἰσθητῶς νοήσῃς, ἀλλὰ νοερῶς.

ι. Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν.] Βασιλείου. Περὶ τῆς ἐκκλησίας ἤδη διαλέγεται, περὶ ἧς ἐν τῷ ᾄσματι μεμαθήκαμεν, ὅτι μία ἐστὶ τελεία τοῦ Χριστοῦ περιστερά, ἥτις εἰς τὴν δεξιὰν χώραν τοῦ Χριστοῦ λαμβάνει τοὺς ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς γνωριζομένους, διακρίνουσα ἀπὸ τῶν φαύλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν διακρίνει τοὺς ἄρνας ἀπὸ τῶν ἐρίφων. Παρίσταται οὖν ἡ βασίλισσα (ἡ τῷ νυμφικῷ λόγῳ καθηρμοσμένη ψυχή, ἡ μὴ βασιλευομένη ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τῆς Χριστοῦ βασιλείας μετέχουσα) ἐκ δεξιῶν τοῦ σωτῆρος ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ, τουτέστιν ἐν δόγμασι νοεροῖς, καθυφασμένοις, καὶ πεποικιλμένοις σοβαρῶς ἑαυτὴν καὶ ἱεροπρεπῶς κατακοσμοῦσα. Ἐπειδὴ δὲ οὐ μονοειδῆ τὰ δόγματα, ἀλλὰ ποικίλα καὶ πολύτροπα (ἠθικούς τε, καὶ φυσικούς, καὶ τοὺς ἐποπτικοὺς λεγομένους περιέχοντα λόγους) διὰ τοῦτο πεποικιλμένον εἶναι τὸν ἱματισμὸν τῆς νύμφης ὁ λόγος φησίν.

ια. Ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε.] Θεοδωρήτου. Ταῦτα οὐδαμῶς Ἰουδαίοις ἁρμόττει, ἐπ' εὐσεβείᾳ προγόνων σεμνυνομένοις, ἀλλὰ τῇ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίᾳ τῇ πατέρας ἐχούσῃ εἰδώλοις δεδουλευκότας. Ταύτῃ οὖν συμβουλεύει, μηδὲν τῶν

parabola ſermonum, & dogmatum apparatus) ſed ab vniuerſis ædium ſtructuris deferri. Βάρεις enim maxima nuncupat ædificia, eaque ex ebore conſtructa. Per hęc, vt exiſtimo, copioſam Chriſti erga mundum dilectionem Prophetâ declarante. *CATENA PATRVM.*

Chrysostomi. Nonnulli quidem dicunt, Prophetam per hæc ſignificare ſepulturam; alij verò, vnctionis varietatem declarare. Neque enim fiebat olim vnctio ex his vnguentis, ſed ex alijs. Et vt ſcias hunc fuiſſe olim alium modum vnctionis, per differentiam materiarum operationis differentiam declarauit. Illud autem *à veſtimentis tuis* oſtendit, eius quoque veſtes plenas fuiſſe gratiâ. Quæ nimirum ſanguinis profluuio laborabat, hoc modo ſanguinis riuos repreſſit, poſtquam veſtis fimbriam attigit. Siue hoc ergo ſiue illud ſit accipiendum, nulla prohibet ratio: ſunt enim à me vtraque admittenda. Quemadmodum ergo (nihil enim prohibet eadem repetere) cùm arcum & gladium audis, & quæ ſunt eiuſmodi, non ea ſenſibiliter intelligis; ita nec cùm myrrham & caſiam audis, ea ſenſiliter accipies, ſed ad intelligentiam referes.

Chriſti veſtes gratiam emanant. *Matth. 9.*

10. Adstitit regina a dextris.] Basilii. De Eccleſia modò verba facit, de qua in Cantico didicimus, quòd vna ſit perfecta Chriſti columba, quæ ad dexteram Chriſti partem rapit eos qui bonis operibus conſpicui ſunt, ſegregans illos à prauis, *ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis.* Aſſiſtit igitur Regina (nempe anima ſponſali verbo copulata, nullius iam peccati tyrannide oppreſſa, ſed in partem admiſſa regni Chriſti) à dextris Saluatoris in veſtitu deaurato; hoc eſt, doctrinis ſpiritalibus intertextis ac variegatis ſeſe grauiter componens, & adornans religiosè. Quoniam verò dogmata minimè vniformia ſunt, ſed diuerſa variaque (quippe morales, ac naturales, & myſticos ſeu contemplatiuos ſermones continentia) idcircò Scriptura dicit, veſtem ſponſæ circumamictam eſſe varietate.

Chriſti regina eſt anima perfecta. *Matth. 25, 32.*

11. Avdi filia, et vide.] Theodoreti. Hæc nequaquam Iudæis congruunt, qui de maiorum pietate gloriantur, ſed Gentium Eccleſiæ, quæ parentes habuit idolis ſeruientes. Huic itaque conſulit, vt nullam

Eccleſia Dei filia.

 pater-

paternarum conſuetudinum memoriam ſeruet. Quin imò Spiritus ſanctus ipſam *filiam* appellat, vt quæ ſpiritalem ſuſceperit regenerationem. Promittit autem ipſi mandata cuſtodienti regis amorem, & ait: *Concupiſcet rex decorem tuum.* Deinde ipſius atque regis dignitatem edocet, *Quoniam ipſe eſt Dominus tuus.* Atque Aquila quidem interpretatus eſt, *& adora eum;* Theodotion verò, *ipſe enim Dominus tuus, & adora ipſum.* Septuaginta verò docent Reginam, non ipſius eſſe ſolùm Dominum ſponſum, ſed etiam eorum qui adhuc contradicere audent; ita vt etiam filiæ Tyri dona adferant, & ſeruitutem oſtendant. Per hæc autem innuit omnem impietatem. Mos enim eſt Scripturæ, à parte totum demonſtrare.

Vultus Eccleſiæ quis & qualis.

Vultus autem Eccleſiæ propriè quidem ipſe Dominus eſt; deinde etiam ordo ſacerdotalis, tamquam maiori ſpiritus dignitate exornatus. Nam diuitijs & nobilitate illuſtres ſacerdotibus munera offerunt.

Gloria Eccleſiæ interna.

Deinde rurſum ait: *Omnis gloria filiæ,* &c. Intus, inquit, habet virtutis decorem, & omnigenis Spiritus ſancti gratijs effulget. Ceterùm cùm ex multis ſpiritalibus hominibus qui diuerſa dona acceperunt Eccleſia conflata ſit; meritò fimbrijs aureis gratiarum diſtributionem aſſimilauit. Fimbriæ enim à ſe inuicem diuiſæ ſunt, & rurſus coniunguntur; quippe quæ ex eadem ſtola dependent. Dixit autem *ab intus,* quia extrinſecus tegumentorum vilitate athletæ virtutis exornantur.

Deo aures inclinandæ.

BASILII. Docet ipſam nudam habere mentem ad contemplandum, propter quod ait, *Vide:* Conſidera, inquit, creationem, & eius ordine adiuta, hoc modo ad ipſiuſmet creatoris contemplationem aſcende. Deinde inflectens altum elationis ipſius collum, *Inclina,* inquit, *aurem tuam.* Ne curras ad externas fabulas; ſed ſuſcipe vocis humilitatem, quæ in Euangelico exiſtit ſermone. *Inclina aurem tuam* ad hanc præceptionem, vt obliuiſcaris prauarum iſtarum conſuetudinum,

Obliuioni tradenda ſunt mala.

& præceptionum paternarum. Quapropter *obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Omnis* enim *qui facit peccatum, ex diabolo natus eſt.* Abijce, inquit, dæmonum doctrinam, obliuiſcere ſacrificiorum, nocturnæ choreæ, fabularum denique ad libidinem

1. Ioan. 3, 8.

πατρῴων ἐθῶν μνημονεύειν. Καὶ θυγατέρα δὲ αὐτὴν ὀνομάζει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν δεξαμένην. Ὑπισχνεῖται δὲ αὐτῇ φυλαττούσῃ τὰς ὑποθήκας τοῦ βασιλέως τὸν ἔρωτα, καὶ φησιν, Ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. εἶτα καὶ τὴν αὐτῆς ἀξίαν καὶ τοῦ βασιλέως διδάσκει. Ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου. Καὶ ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσε, καὶ προσκύνησον αὐτῷ· Θεοδοτίων δὲ, αὐτὸς γὰρ κύριός σου καὶ προσκύνει αὐτῷ. Οἱ δὲ ἑβδομήκοντα τὴν βασιλίδα διδάσκουσιν, ὅτι οὐκ αὐτῆς ἐστι μόνης κύριος ὁ νυμφίος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔτι ἀντιλέγειν τολμώντων, ὡς καὶ τὰς Τύρου θυγατέρας δῶρα προσοῖσαι, καὶ τὴν δουλείαν δηλῶσαι. Διὰ δὲ τούτων, πᾶσαν ᾐνίξατο τὴν ἀσέβειαν. Σύνηθες γὰρ τῇ γραφῇ τὸ πᾶν ἀπὸ μέρους δηλοῦν. Πρόσωπον δὲ τῆς ἐκκλησίας κυρίως μὲν αὐτὸς ὁ δεσπότης, εἶτα καὶ τὸ ἱερατικὸν τάγμα, ἅτε πλείονα πνευματικὴν περιβεβλημένον ἀξίαν. καὶ οἱ πλούτῳ καὶ περιφανείᾳ κομῶντες, τοὺς ἱερεῖς γεραίρουσιν. Εἶτα πάλιν, Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς, καὶ ἑξῆς. Ἔνδοθεν ἔχει, φησὶ τῆς ἀρετῆς τὴν εὐπρέπειαν, καὶ τοῖς παντοδαποῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος διαλάμπει χαρίσμασιν. Ὡς ἐκ πολλῶν δὲ πνευματικῶν ἀνθρώπων, δεξαμένων διάφορα χαρίσματα ἡ ἐκκλησία συνέστηκεν, εἰκότως κρασπέδοις χρυσοῖς ἀπείκασε τὴν τῶν χαρισμάτων διάθεσιν. Διῄρηνται γὰρ ἀπ᾽ ἀλλήλων οἱ κράσπεδοι, καὶ πάλιν ἥνωνται, ὡς τῆς αὐτῆς ἐξηρτημένοι στολῆς. Ἔνδοθεν δὲ εἴρηκεν, ἐπειδὴ ἔξωθεν εὐτελείᾳ περιβολαίων, οἱ τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ κεκόσμηνται.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Διδάσκει αὐτὴν γεγυμνασμένον ἔχειν τὸν νοῦν πρὸς θεωρίαν, διὰ τὸ, Ἴδε· Κατανόησον, φησι, τὴν κτίσιν, καὶ ὠφεληθεῖσα ἀπὸ τῆς κατ᾽ αὐτὴν τάξεως, οὕτως ἀνάβαινε πρὸς τὴν τοῦ κτίσαντος θεωρίαν. Εἶτα κάμπτων αὐτῆς τὸν ὑψηλὸν τῆς ἀλαζονείας τράχηλον, Κλῖνον, φησι, τὸ οὖς σου. Μὴ ἀποδράμῃς πρὸς τοὺς ἔξω μύθους, ἀλλὰ κατάδεξαι τὸ ταπεινὸν τῆς ἐν τῷ εὐαγγελικῷ λόγῳ φωνῆς. Κλῖνον τὸ οὖς σου πρὸς τὴν ὧδε διδασκαλίαν, ἵνα ἐπιλάθῃ τῶν μοχθηρῶν ἐθῶν ἐκείνων, καὶ τῶν πατρικῶν διδαγμάτων. Διὸ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου πατρός σου. Πᾶς γὰρ ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου γεγέννηται. ἔκβαλε, φησι, τὰς τῶν δαιμόνων διδασκαλίας, ἐπιλάθου θυσιῶν, χορείας νυκτερινῆς μύθων εἰς πορνείαν

καὶ

καὶ πᾶσαν ἀσέλγειαν ἐκκαιόντων. Διὰ τοῦτο θυγατέρα σε ἐμαυτοῦ προσηγόρευσα, ἵνα μισήσῃς τὸν πατέρα τὸν πρότερόν σε γεννήσαντα εἰς ἀπώλειαν. Ἐὰν γὰρ διὰ τῆς λήθης ἀπαλείψῃς τοὺς σπίλους τῶν πονηρῶν μαθημάτων, ἀπολαβοῦσα τὸ ἴδιον ἑαυτῆς κάλλος, ἐπιθυμητὴ φανήσῃ τῷ νυμφίῳ καὶ βασιλεῖ. Ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ. Τὸ ἀναγκαῖον τῆς ὑποταγῆς παραδηλοῖ, διὰ τοῦ, αὐτός ἐστι κύριός σου. Προσκυνήσουσι δὲ αὐτῷ πᾶσα ἡ κτίσις. Διότι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. Καὶ θυγάτηρ τύρου, καὶ τὰ ἑξῆς. Δοκεῖ ἡ ὑπερβολὴ τῆς εἰδωλολατρείας ἐν τῇ Χαναναίᾳ χώρᾳ ἐπιτετηδεῦσθαι. Μητρόπολις δὲ τῆς Χαναὰν ἡ Τύρος. Προτρεπόμενος οὖν εἰς ὑπακοὴν τὴν ἐκκλησίαν ὁ λόγος, Καὶ θυγάτηρ, φησὶ, Τύρου ἥξει ποτὲ μετὰ δώρων. καὶ τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύσουσιν οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ. Οὐκ εἶπεν, σὲ προσκυνήσουσιν ἐν δώροις, ἀλλὰ τὸ πρόσωπον τὸ σόν. Οὐ γὰρ ἐκκλησία προσκυνεῖται, ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας ἡ κεφαλὴ, ὁ Χριστὸς, ὃν πρόσωπον ὠνόμασεν. εἶτά φησι, πᾶσα ἡ δόξα, καὶ ἑξῆς. Ἐπειδὴ ἐκαθάρθη ἀπὸ τῶν παλαιῶν διδαγμάτων τῆς πονηρίας, ὑπακούσασα τῷ διδάγματι, διηγεῖται τὰ περὶ αὐτῆς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ ἐπειδὴ εἶδε τὴν ἐν τῷ κρυπτῷ καθαρότητα. Πᾶσα, φησὶ, ἡ δόξα τῆς Χριστοῦ νύμφης, τῆς γενομένης λοιπὸν διὰ τῆς υἱοθεσίας θυγατρὸς τοῦ βασιλέως, ἔσωθέν ἐστι. Προτρέπει ὁ λόγος ἐπὶ τὰ ἐνδοτάτω χωρεῖν τῆς ἐκκλησιαστικῆς δόξης μυστήρια, ὡς ἔνδον ὄντος τοῦ κάλλους τῆς νύμφης. Ὁ γὰρ κοσμίζων ἑαυτὸν τῷ πατρὶ, τῷ βλέποντι ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ προσευχόμενος, καὶ πάντα πράσσων, οὐ πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ πρὸς τὸ μόνῳ φανερωθῆναι τῷ θεῷ, οὗτος ἔχει πᾶσαν τὴν δόξαν ἔσωθεν, ὡς θυγάτηρ τοῦ βασιλέως. Καὶ τὰ κρασπεδωτὰ δὲ αὐτῆς τὰ χρυσᾶ, οἷς περιβέβληται καὶ πεποίκιλται ὅλη ἔσωθεν, περιβολὴν νόει τὴν ἀξίαν κοσμῆσαι τὸν κατ᾽ εἰκόνα τοῦ κτίσαντος. Καὶ ὁ ἐνδυσάμενος δὲ σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, μακροθυμίαν, πραότητα, ἔνδον περιβέβληται, καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον κεκόσμηται. Οἶμαι δὲ τὸ πνευματικὸν ἱμάτιον ἐξυφαίνεσθαι, ὅταν τῷ διδακτικῷ λόγῳ ἡ ἀκόλουθος ἐπιπλέκηται πρᾶξις. Ὥσπερ γὰρ τῷ στήμονι τῆς κρόκης ἐπιπλεκομένης, τὸ σωματικὸν ἱμάτιον ἐξυφαίνεται· οὕτω τοῦ λόγου

& omnem incontinentiam accendentium. CATENA PATRVM.
Ob hanc cauſſam te mei ipſius filiam vocaui, vt eum parentem oderis, qui te priùs ad perditionem genuerat. Si enim per obliuionem prauorum præceptorum maculas deleueris, proprio decore aſſumpto, deſiderabilis apparebis ſponſo & regi. *Quoniam ipſe eſt Dominus tuus, & adorabunt eum.* Demonſtrat obedientiæ neceſſitatem, ex eo quod ait, *Ipſe eſt Dominus tuus.* Adorabit autem ipſum omnis creatura. Quoniam *in nomine Ieſu Chriſti omne genu flectetur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Et filia Tyri*, &c. Videtur ſumma idololatria in Chananæa regione perpetrata fuiſſe: metropolis autem Chanaan Tyrus. Eccleſiam igitur hic ſermo ad obedientiam adhortans, Etiam *filia*, inquit, *Tyri* veniet aliquando cum muneribus. *Et vultum tuum deprecabuntur diuites plebis in muneribus.* Non dixit, Te adorabunt cum muneribus, ſed *vultum tuum.* Eccleſia enim non adoratur, ſed caput Eccleſiæ Chriſtus, quem *vultum* appellauit. Deinde ait, *Omnis gloria*, &c. Vbi perpurgata fuit ab antiquis malitiæ doctrinis, obediens præcepto, narrat ea quæ de ipſa ſunt Spiritus ſanctus. Et quoniam intimam eius puritatem vidit. Omnis, inquit, gloria Chriſti ſponſæ, quæ tandem in filiam Regis eſt adoptata, intus eſt. Hortatur hic ſermo, vt ad intima Eccleſiaſticæ gloriæ myſteria penetremus, eò quòd ſponſæ pulchritudo ſit intrinſeca. Qui enim ſe adornat Patri qui videt in abſcondito, & orationi deditus eſt, atque omnia facit, non vt ab hominibus videatur, ſed vt ſoli Deo innoteſcat, hic gloriam omnem perinde ac filia Regis habet ab intus. Quin & fimbrias aureas, quibus tota circum amicta & variegata eſt ab intus, cogita eſſe amictum qui dignus ſit ornare hominem, qui ad ſui conditoris imaginem creatus eſt. Porrò qui induit ſe *viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, longanimitatem, manſuetudinem*; is intrinſecus amictus, & ſecundùm interiorem hominem ornatus eſt. Arbitror autem ſpiritalem pertexi tunc veſtem, quando operatio comes attexitur verbo doctrinæ. Quemadmodum enim pallium tegendo corpori tunc detexitur, dum ſubtegmen ſtamini innectitur; ſic vbi Verbum primas in ordiendo

Obedientia Deo exhibenda.

Phil. 2, 10.

Sponſæ Chriſti pulchritudo eſt intrinſeca.

Matth. 6, 6.

Coloſſ. 3, 12. Veſtis ſpiritalis ornatus.

Catena Patrum.

do obtinuerit, ſi mox actiones ſubnectantur, ſplendidiſſimum animæ indumentum conficietur, vbi vitam ſanctam verbo & opere perfectam habuerit. Fimbriæ autem, quæ ex illa veſte dependent, etiam ſpiritales ſunt, ideoque aureæ eſſe dicuntur. Quia verò verbum opus excedit, quaſi fimbria quædam eſt ab operis textura redundans.

Origenis. *Inclina aurem tuam* dicit Pater ad Eccleſiam. Laudabilis autem obliuio cauſſa eſt vt eius quæ ſic obliuiſcitur pulchritudo à Rege deſideretur. Porrò cauſſa gloriæ quam habet Eccleſia, in occulto cordis exiſtit. Et gloria eius ab intus eſt ſub veris indumentis quæ ſunt ſecundùm Dei ſapientiam, & in conſcientia plena confidentiæ. Quocircà de ipſa dicitur, *Omnis gloria filiæ Regis ab intus*. Eſtque gloria eius ſimilis gloriæ quam habet filia Regis. *Rex* autem modò Deus nuncupatur. Quin & veſtimenta eius ſunt virtutibus variegata.

15. Adducentur Regi virgines.] Theodoreti. Cùm non ſummam omnes habeant perfectionem; alios quidem vocat *ſponſam*, vt virtute conſummatos; alios verò vocat *virgines*, eò quòd quam acceperant fidem, inuiolatam ſeruarint. Dicit tamen etiam has pediſſequas eſſe Reginæ, atque in regale templum ſimul cum illa ingredi. Hanc differentiam docuit nos Chriſtus in Euangelio dicens: *Apud Patrem meum manſiones multæ ſunt. Pro patribus tuis*, &c. Dicant Iudæi quoſnam habuerint filios, qui toti orbi imperarint: quin potiùs extremam ſeruiunt ſeruitutem. Diuini autem Apoſtoli, cùm patres habuerint Patriarchas, terræ marique, etiam poſt mortem, dominantur, & poſt illos etiam Martyres diuini.

Quæ ſponſa, & quæ virgines ac pediſſequæ Dei.

Ioan. 14, 2.

Chryſoſtomi. Quia non ſtatim Eccleſiâ conſtitutâ virginitatis floruit decus, ſed poſt tempus aliquod; idcircò etiam id poſteà ponit; nempe poſtquam oblita fuerit populi, & poſt cetera. Quocircà dicit, *Poſt eam proximæ eius*, non loco dumtaxat, ſed & moribus & doctrinis ipſi conſentientes. Pulchrè autem alius dixit, *Afferentur in lætitia & exultatione*. Quemadmodum enim, ſecundùm beatum Paulum, tribulationem carnis habebunt quæ nubunt; ita hæ lætitiam & exultationem. Non ſolùm au-

Virginitas lætitiam mentis affert.

1. Cor. 7, 28.

προσῦφές ὥς τις, εἰ ἀκολούθως αἱ πράξεις ἐπάγοιντο, σεμνοτάτη τις ἂν γένοιτο περιβολὴ τῆς ψυχῆς, λόγῳ καὶ ἔργῳ τὸν κατ' ἀρετὴν βίον συμπεπληρωμένον ἐχούσης. Κρασσεῖ δὲ ἀπαιωροῦνται τοῦ ἱματίου νοητοὶ καὶ οὗτοι, διὸ χρυσοῖ εἶναι λέγονται. Ἐπειδήπερ δὲ ὁ λόγος πλείων ἐστὶ τοῦ ἔργου, οἱονεὶ κρασσός τις ἐστὶν, ἀπὸ τοῦ περιὸς τῆς πράξεως ὑφάσματος περιοσσεύων.

Ὠριγένους. Κλῖνον τὸ οὖς σου, πρὸς τὴν ἐκκλησίαν φησὶν ὁ πατήρ. ἐπαινετὴ δὲ ἡ λήθη, αἰτία τοῦ ἐπιθυμηθῆναι τὸ κάλλος τῆς ἐπιλαθομένης ὑπὸ τοῦ βασιλέως. Ἔπειτα αἰτία τῆς δόξης ἣν ἔχει ἡ ἐκκλησία, ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας ἐστί. Καὶ ἡ δόξα αὐτῆς ἔνδον ἐστὶν ἐνδύμασιν ἀληθινοῖς τοῖς κατὰ σοφίαν θεοῦ, καὶ συνειδότι πλήρη παρρησίας· διὰ τοῦτο λέγεται περὶ αὐτῆς, Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν. Καὶ ἔστιν ἡ δόξα αὐτῆς, δόξαν ὁποίαν ἔχει ἂν βασιλέως θυγάτηρ. Βασιλεὺς δὲ νῦν ὁ θεὸς λέγεται. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἐνδύματα αὐτῆς ποικίλα κατὰ τὰς ἀρετάς.

ιε. ΑΠΕΝΕΧΘΗΣΟΝΤΑΙ ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ ΠΑΡΘΕΝΟΙ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐπειδὴ οὐχ ἅπαντες τὴν ἄκραν ἔχουσι τελειότητα, τοὺς μὲν καλεῖ νύμφην, ὡς τελείους ἐν ἀρετῇ, τοὺς δὲ παρθένους, ὡς ἀκήρατον φυλάξαντας ἣν παρέλαβον πίστιν. Λέγει δὲ ὅμως καὶ ταύτας ἀκολούθους εἶναι τῆς βασιλίδος, καὶ εἰς τὸν βασιλικὸν σὺν αὐτῇ εἰσιέναι νεών. ταύτην τὴν διαφορὰν, καὶ ὁ Χριστὸς ἐδίδαξεν ἐν εὐαγγελίῳ λέγων· πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ πατρί μου εἰσίν. Ἀντὶ τῶν πατέρων σου, καὶ ἑξῆς· εἰπάτωσαν οἱ Ἰουδαῖοι, τίνας υἱοὺς ἔχουσι τῆς οἰκουμένης ἄρξαντας· οἳ μᾶλλον τὴν ἐσχάτην δουλείαν ὑπομένουσι. Ἀλλ' οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, πατέρας ἐσχηκότες τοὺς πατριάρχας, γῆς καὶ θαλάσσης καὶ μετὰ θάνατον ἄρχουσι, καὶ μετ' ἐκείνους οἱ θεῖοι μάρτυρες.

Χρυσοστόμου. Ἐπειδὴ οὐκ εὐθέως τῆς ἐκκλησίας συστάσης, τὸ τῆς παρθενίας ἤνθησε καλὸν, ἀλλὰ μετὰ χρόνον τινά· διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς μετὰ ταῦτα τίθησιν αὐτό· καὶ μετὰ τὸ ἐπιλαθέσθαι αὐτὴν τοῦ λαοῦ, καὶ μετὰ τὰ ἄλλα. Διό φησιν, ὀπίσω αὐτῆς αἱ πλησίον αὐτῆς, οὐ τόπῳ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ τρόπῳ, καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτῇ συνᾴδουσαι. Καλῶς δὲ ἕτερος εἶπεν, ἀπενεχθήσονται ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει. ὥσπερ γὰρ κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, θλίψιν τῇ σαρκὶ ἕξουσιν αἱ γαμούμεναι, οὕτως αὗται ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην. Οὐ τὰ πα-

ρόντα

ἐνόντα δὲ μόνον λέγει ὁ προφήτης, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα, ὅταν λαμπραῖς λαμπάσι τὸν νυμφίον ὑποδέξωνται. Ναὸν δὲ ἐνταῦθα, φησι, τὰ βασίλεια. Ἀντὶ τῶν πατέρων σου, καὶ ἑξῆς. Ἐπειδὴ ἄνω εἶπε λαοῦ καὶ πατέρων δεῖν ἐπιλαθέσθαι, δεικνὺς ὅτι πολλῆς ἀπολαύσεται καὶ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος εὐημερίας. Ἔστι γὰρ μήτηρ μυρίων παίδων ἡ στεῖρα. Ὥστε καὶ εἰ γονέων ἀπεσπάσθης, ἀλλ' οἱ τῶν παίδων χοροὶ οὕτως ἐπίδοξοι, ὡς πᾶσαν ἐμπλῆσαι τὴν οἰκουμένην. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τοὺς ἀποστόλους λέγειν. Εἶτα ὑπογράφων αὐτῶν τὴν ἰσχὺν, καὶ τὴν δόξαν φησὶ, Καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Καὶ γὰρ τὴν οἰκουμένην ἐπέδραμον οἱ ἀπόστολοι, καὶ πάντων ἀρχόντων ἄρχοντες ἐγένοντο.

tem præſentia, ſed & futura dicit Propheta, quando ſplendidis lampadibus ſponſum excipient. Porrò *templum* hîc vocat regiam. *Pro patribus tuis*, &c. Quoniam ſuperiùs dixit, populi & parentum memoriam obliterandam, oſtendens, quòd etiam ex hac parte magnam capiet felicitatem. Quæ enim erat ſterilis, eſt mater innumerabilium filiorum. Itaque licet auulſa es à parentibus, tamen filiorum tuorum chori tam illuſtres ſunt, vt orbem impleant vniuerſum. Mihi autem videtur Apoſtolos intelligere. Deinde deſcribens eorum virtutem & gloriam, ait, *Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.* Vniuerſum enim orbem terrarum peragrarunt Apoſtoli, atque omnium principum Principes extiterunt.

CATENA PATRVM.

Βασιλείου. Ἕπονται τῇ νύμφῃ τοῦ κυρίου ψυχαὶ, αἱ μὴ παραδεξάμεναι σπέρματα λόγων ἀλλοτρίων, αἵτινες ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ, ἀκολουθοῦσαι τῇ νύμφῃ. Ἀκουέτωσαν δὲ καὶ αἱ τὴν παρθενίαν ἐπαγγελλόμεναι τῷ κυρίῳ, ὅτι παρθένοι ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ. Παρθένοι δὲ αἱ πλησίον οὖσαι τῆς ἐκκλησίας, καὶ ὀπίσω αὐτῆς ἑπόμεναι, καὶ μὴ ἀποπλανώμεναι τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας, οὐχ αἱ κατηναγκασμένως ὑπελθοῦσαι τὴν παρθενίαν, οὔτε ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης καταδεξάμεναι τὸν σεμνὸν βίον, ἀλλ' ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει ἐπὶ τῷ τοιούτῳ κατορθώματι χαίρουσαι, αὗται ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀχθήσονται οὐκ εἰς τὸν τυχόντα τόπον, ἀλλ' εἰς τὸν ναὸν τοῦ βασιλέως. Τὰ γὰρ ἱερατικὰ σκεύη, ἃ οὐκ ἐμόλυνεν ἀνθρωπίνη χρῆσις εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσενεχθήσεται. Ἐπεὶ δὲ ἀνωτέρω προσετάχθη ἐπιλαθέσθαι τοῦ λαοῦ, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς, εἰς ἀντίδοσιν τῆς ὑπακοῆς, νῦν ἀντὶ τῶν πατέρων λαμβάνει υἱοὺς, ἐν τηλικούτοις ἀξιώμασι διαπρέποντας, ὥστε καταστῆναι αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὧν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος. Ἐὰν δέ τις πατέρας νύμφης λάβῃ τοὺς πατριάρχας, καὶ οὕτως ὁ λόγος τῶν ἀποστόλων οὐ διαπίπτει. Ἀντὶ γὰρ ἐκείνων ἐγεννήθημεν αὐτῇ υἱοὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ, οἱ ποιοῦντες τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ διὰ τοῦτο ἰσότιμοι αὐτοῖς χρηματίζοντες, ἐκ τοῦ πεποιηκέναι τὰ αὐτὰ ἐκείνοις, ἀφ' ὧν τῶν μεγάλων τιμῶν ἠξιώθησαν οἱ πατέρες. Ἄρχοντες μέντοι εἰσὶν ἁπάσης τῆς γῆς οἱ ἅγιοι διὰ τὴν πρὸς τὸ καλὸν οἰκείωσιν αὐτῆς τῆς τοῦ καλοῦ φύσεως προστεθείσης

Basilii. Sequuntur ſponſam Domini animæ, quæ non ſuſceperunt ſemina ſermonum alienorum; quæ adducentur regi ſequentes ſponſam. Quin & audiant illæ quæ virginitatem Domino vouerunt, quòd virgines Domino adducentur. Virgines autem, quæ proximæ ſunt Eccleſiæ, & poſt ipſam ſequuntur, & nuſquam aberrant ab Eccleſiaſtica diſciplina, minimè coactè virginitatem conſectantes, neque ex triſtitia vel neceſſitate caſtam vitam amplexantes; ſed in lætitia & exultatione tali ſtatu gaudentes, hæ adducentur regi, & perducentur non in quemcumque locum, ſed *in templum Regis.* Siquidem ſacra vaſa, quæ non violauit vſus humanus, in Sancta ſanctorum introducentur. Quoniam verò Suprà præcepta fuit obliuio populi, & domus patris; in remunerationem obedientiæ in præſentiarum pro patribus accipit filios tantis dignitatibus inſignitos, vt conſtituantur ipſi principes ſuper omnem terram; quorum in omnem terram exiuit ſonus. Si quis autem ſponſæ patres intelligat Patriarchas, etiam ſic ſermo Apoſtolorum minimè excidit. Nam pro illis nati ſumus ei filij per Chriſtum, facientes opera Abrahæ, & ideò æquali cum ipſis honore digni habiti; eò quòd eadem ipſi geſſimus, propter quæ magnos honores conſecuti ſunt patres. Principes ſanè vniuerſæ terræ ſunt ſancti; cùm propter propenſionem ad bonum, ipſamet natura prærogatiuam

Virginitatis fecunditas.

Prærogatiua & excellentia virginitatis.

Pſal. 18, 5.

Sancti conſtituti principes vniuerſæ terræ.

CATENA PATRVM.

ipſis tribuat, non ſecùs ac Iacob ſuper Eſau poteſtatem. Qui igitur pares honore patribus facti, & ſupra omnes propter virtutis exercitationem præeminentiam acceperunt; hi demum filij Chriſti ſponſæ ſunt, & à propria matre principes conſtituuntur.

ORIGENIS. Immaculatæ ac puræ, & propter hoc virgines animæ egredientes adducentur Chriſto in lætitia & exultatione. Thalamus autem regis, id eſt Chriſti, etiam templum eſt ipſius, quoniam etiam Deus eſt, & pro Patriarchis nati ſunt Apoſtoli.

18. MEMOR ERO NOMINIS TVI.] THEODORETI. Hæc vaticinando prædicens Pſalmiſta, in qualibet generatione per homines pios qui pro tempore erunt, diuinum nomen celebrare pollicetur. Vtentes enim carminibus à me compoſitis, omnes, inquit, per vniuerſum orbem populi, per hæc etiam ſalutem ſibi conceſſam, antè prædictam diſcentes, te beneficij auctorem & bonorum largitorem concelebrant.

Laus Dei vbique & perpetuò tribuitur.

CHRYSOSTOMI. Alius. Reuocabo in memoriam nomen tuum in qualibet generatione; propterea populi laudabunt te perpetuò. Dixit magnitudinem principatus à longitudine terræ, à latitudine orbis terrarum, à multitudine gentium quæ ſubiectæ ſunt: dicit etiam aliunde eius dignitatem, ſcilicet quòd non ſolùm extendetur per vniuerſum orbem, ſed etiam per omne æuum. Immortalis enim, inquit, erit tui memoria deſcripta in libris, in Rebuſpublicis, & præceptis. Vide quomodo ſuæ quoque prophetiæ prædicit perpetuitatem. Cùm enim dixit, *Memor ero nominis tui Domine in omni generatione & generatione*, hoc ſignificauit: Etſi ego, inquit, mortuus fuero, te tamen cantabo vel moriens. Corpus enim diſſoluetur, litteræ autem manent. *Propterea populi confitebuntur tibi.* Vnde cœperat, illic & deſinit, nempe in Chriſto. *Propterea.* Propter quid? Quòd tot ac tanta rectè geſſeris, quòd tales principes conſtitueris, quòd vitium exegeris, quòd virtutem plantaueris, quòd noſtram naturam deſponderis, quòd hæc bona ineffabilia feceris; vniuerſus orbis perpetuò tibi laudem offeret.

BASILII. In omnibus, tamquam ex perſona Eccleſiæ, hic ſermo dictus eſt:

αὐτοῖς τὸ πρωτεῖον, ὡς τῷ Ἰακὼβ τὴν κατὰ τοῦ Ἠσαῦ ἐξουσίαν. Οἱ τοίνυν ἰσότιμοι τοῖς πατράσι γενόμενοι, καὶ τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχὴν, διὰ τὴν τῆς ἀρετῆς ἄσκησιν περιλαβόντες, καὶ υἱοὶ τῆς Χριστοῦ νύμφης εἰσὶ, καὶ παρὰ τῆς ἰδίας μητρὸς καθίστανται ἄρχοντες.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Αἱ ἀμίαντοι, καὶ καθαραὶ, καὶ διὰ τοῦτο παρθένοι ψυχαὶ ἐξελθοῦσαι, ἀπενεχθήσονται τῷ Χριστῷ ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει. Ὁ θάλαμος δὲ τοῦ βασιλέως, τουτέστι Χριστοῦ, καὶ ναός ἐστιν αὐτοῦ, ἐπεὶ καὶ ὁ θεός ἐστι, καὶ ἀντὶ τῶν πατριαρχῶν γεγένασιν οἱ ἀπόστολοι.

ιη. ΜΝΗΣΘΗΣΟΜΑΙ ΤΟΥ ΟΝΟΜΑΤΟΣ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταῦτα προθεσπίσας ὁ Ψαλμῳδὸς, ἐν ἑκάστῃ γενεᾷ διὰ τῶν κατὰ καιρὸν εὐσεβῶν τὸ ὄνομα τὸ θεῖον ἀνυμνεῖν ὑπισχνεῖται. Τῇ γὰρ ὑπ' ἐμοῦ συγγραφείσῃ χρώμενοι μελῳδίᾳ, φησὶ, πάντες οἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην λαοὶ, καὶ διὰ ταύτης τὴν παραχθεῖσαν αὐτοῖς σωτηρίαν ἄνωθεν προῤῥηθεῖσαν μανθάνοντες, σε τὸν εὐεργέτην, καὶ χορηγὸν τῶν ἀγαθῶν ἀνυμνοῦσι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἕτερος. Ἀνυμνήσω τὸ ὄνομά σου, καθ' ἑκάστην γενεάν· διὰ τοῦτο λαοὶ ὑμνήσουσί σε διηνεκῶς. Εἶπε τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς ἀπὸ τοῦ μήκους τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ πλάτους τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐθνῶν, τῶν ὑποτεταγμένων. Λέγει καὶ ἑτέρωθεν αὐτῆς τὸ ἀξίωμα, ὅτι οὐ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκταθήσεται μόνον, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ τοῦ αἰῶνος. Ἀθάνατος γάρ, φησιν, ἔσται ἡ μνήμη σου, ἀναγεγραμμένη ἐν ταῖς βίβλοις, καὶ πολιτείαις, καὶ προστάγμασιν. Ὅρα δὲ πῶς καὶ τῆς οἰκείας προφητείας τὸ διαρκὲς προφητεύει. Εἰπὼν γὰρ, μνησθήσομαι τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ, τοῦτο ἐδήλωσε. Κἂν ἐγὼ τελευτήσω, φησὶν, ἀλλ' ᾄσομαι εἰς σὲ, καὶ τελευτῶν. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα διαλυθήσεται, τὰ δὲ γράμματα μένει. Διὰ τοῦτο λαοὶ ἐξομολογήσονται. Ὅθεν ἤρξατο, ἐνταῦθα καὶ κατέλυσεν, εἰς τὸν Χριστόν. Διὰ τοῦτο. ποῖον; ὅτι τοσαῦτα κατορθώσας, ὅτι τοιούτους ἄρχοντας ἐπέστησας, ὅτι κακίαν ἤλασας, ὅτι ἀρετὴν ἐφύτευσας, ὅτι τὴν φύσιν ἡρμόσω τὴν ἡμετέραν, ὅτι τὰ ἀπόρρητα ταῦτα εἰργάσω ἀγαθὰ, πᾶσα οἰκουμένη ὕμνον ἀνοίσει διηνεκῶς.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἐπὶ πᾶσιν, ὡς ἐκ προσώπου τῆς ἐκκλησίας, ὁ λόγος εἴρηται.

Ὅτι μνησθήσομαι τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Τίς δέ ἐστιν ἡ τῆς ἐκκλησίας μνήμη; ἡ ἐξομολόγησις τῶν λαῶν.

Quia *memor ero nominis tui in omni generatione & generatione.* Quæ porrò hæc memoria eſt Eccleſiæ? vtique populorum confeſſio.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

Pſalmus hic eſt epithalamium Chriſti & animæ caſtæ.

TITVLVS, quo hic Pſalmus prænotatur, cæleſte concinit epithalamium: inſcribitur enim, *Pro ijs qui commutabuntur filijs Core ad intellectum, Canticum pro dilecto.* Quæ prorſus noua eſt, & inuſitata inſcriptio, plena myſterij ſpiritualis. S. Hieron. legit *Victori*; Aquila, τῷ νικοποιῷ, *victoriam facienti*; Symmachus, ἐπινίκιον, *triumphale carmen*; S. Auguſt. quem poſteri Latinorum ſequuntur, vocat *epithalamium*, id eſt nuptiale carmen. Hæc autem victoria Chriſti Domini eſt in primis; deinde per illius gratiam eſt caſtorum hominum vtriuſque ſexus, virginum maximè; quibus egregiè conuenit arcanum illud tituli, *Pro ijs qui commutabuntur*, à terreſtri nimirum concretione ac vilitate in Angelicam, & (liceat dicere) diuinam puritatem pariter & dignitatem. Quod diuinæ metamorphoſeos genus in gamelijs animæ ſanctæ & caſtiſſimæ Dei ſponſæ Regius Vates hoc epithalamio celebrat, vocans Pſalmum hunc victorialem & triumphum pudicitiæ, ſecundùm Hebræos עַל־שֹׁשַׁנִּים *ghel-ſoſannim*, hoc eſt, *ſuper lilia*, vel *pro lilijs*: vbi per *lilia* S. Hieron. intelligit virgines; quæ, reiectis veteris vitæ exuuijs, & mortalem exuentes luxuriantis animi effigiem, in Angelos commutantur. quo nihil dici poteſt glorioſius, nihil potentiùs ad eximiæ illius amorem incendendum. Rem ſuſpicit vehementer, & ſuauiſſimè expendit mellifluus Bernardus Epiſt. 42. *Quid caſtitate*, inquit, *decorius, quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum, Angelum denique de homine facit? Differunt quidem inter ſe homo pudicus & Angelus; ſed felicitate, non virtute.* In eodem iſto intuendo fixus Chryſologus obſtupeſcebat; cuius illa ſunt aurea verba è Serm. 143. *In carne præter carnem viuere, non terrena vita eſt, ſed cæleſtis: &, ſi vultis ſcire, Angelicam gloriam acquirere maius eſt, quàm habere. Eſſe Angelum, felicitatis eſt; virginem eſſe, virtutis.* Et quoniam ſimilitudo fons amoris eſt, dici nequit, qua beneuolentiâ, quóve puro liquidóque affectu proſequantur Angeli caſtos, quos vident à corporis commercio diſiunctos, alienos à libidine voluptatis, à vitiorum contagione liberos, ſui denique ſimillimos.

Lilium eſt typus virginitatis.

Pro ijs igitur Pſalmus hic inſcribitur, qui per animi corporiſque munditiam, de mortalibus in immortales, de corporeis in ſpirituales, de hominibus in Angelos transmutantur. Quæ enim alia ſint lilia, quæ roſæ, qui flores, quàm quibus cæleſtis ſponſus delectatur, *qui paſcitur inter lilia?* ſeptus nimirum (vt Eccleſia canit) choreis virginum. Deſcribit itaque, vel potiùs aperiens os ſuum eructat hoc Pſalmo Dauid Meſſiæ generationem, pulchritudinem, potentiam, bella, nuptias, gloriam, maieſtatem, triumphos. Inſcribitur autem *ad intellectum*, vt ſcirent lectores, in hoc amatorio carmine nihil eſſe laſciuum, ſed ſacrum & ſpirituale Chriſti cum Eccleſia coniugium hic deſcribi.

Cant. 7.

2. *Eructauit cor meum verbum bonum.*] Tertull. *ſermonem optimum* vertit; Symmachus, ἐκινήθη ἡ καρδία μου λόγῳ ἀγαθῷ, *commotum eſt cor meum verbo bono*; alius apud Chryſoſt. pro ἐξηρεύξατο, *eructauit*, legit, ἐξεῖπεν, *exprompſit*: in Hebræo eſt רחש *rachas*. quod propriè per modum ſcaturiginis vel ollæ feruentis *ebullire* ſignificat. Eodem ſenſu alibi Pſaltes ait, *Eructabunt labia mea hymnum*; item, *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt.* Quibus in locis aptâ eructationis metaphorâ boni cordis naturam oſtendit, connaturali & quaſi neceſſario modo rectum ſermonem emittentis; non ſecùs ac ſtomachus earum quas concoquit eſcarum odorem exhalat, & eructando efflat. Vnde S. Ambroſ. Serm. 22. in Pſal. 118. *Non poteſt*, inquit, *quis anteà eructare hymnum, niſi didicerit iuſtitias Dei, & didicerit ab ipſo Domino Deo ſuo.* Sanè Græcum verbum ἐξηρεύξατο, præter eructationem, conformiter Hebræo, etiam verborum ebullitionem, emanationem, germinationem ſignificat, vt ſimilibus & appoſitis metaphoris, tamquam ab olla ebulliente, aut ſcaturiente fonte, ſiue etiam à ſemine, aut radice arboris, ſermones recti ex intimo pectore dimanare & erumpere intelligantur. Et verò, quamuis poſteriores hæ ſimilitudines proſilientium vim ſermonum eleganter declarent, eructationis tamen me magis ſimilitudo delectat; quòd illa, præter abundantiam cordis diuinis conceptibus inſtructi, illud etiam oſtendit, vix in poteſtate hominis Deo addicti eſſe, vt de ipſius rebus non loquatur, vti pulchrè ac fusè S. Baſilius in Catena ſuperiùs probat; quemadmodum etiam facit S. Chryſoſt. ibid. citatus, vbi vim huius verbi eleganter expendit, & premit. S. Hieron. inſuper rem exemplo Pauli confirmat; de quo in cap. 1. Epiſt. ad Epheſ. ita ſcribit: *Hoc autem patiebatur Paulus de nimio amore Chriſti, vt eum quem diligebat, etiam ſuperfluè & extraordinariè nominaret.* Quaſi ille qui Chriſtum in animo haberet, non ſecùs ac ſibi ingeſtum cibum non poſſet non eructare. *Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro profert bona; & malus homo de malo theſauro profert mala.* Ex Augiæ ſtabulo immundo quis odor niſi grauis & teter? Sodomorum vineæ dederunt odorem ſuum; contrà pudicæ mentis homo cum Pſalte dixerit, *Eructauit cor meum verbum bonum.* Vt pyxides amomo aut cinnamomo plenæ, vel ſacculi roſis turgidi, cùm primùm aperiuntur, odorem ſpirant ſuaueolentiſſimum; ſic animus Deo plenus Deum & diuina loquitur. Vnde S. Bernardus Serm. 67. in Canti-

Pſal. 118, 171.
Pſal. 144, 7.
Eructatio quid propriè.
Bonus bona, malus mala eructat.
Matth. 12, 34.

ANNOTATIONES CORDERII.

Cantica, Pſalmum hunc expendens, quantam ex eo ſpiritus ſuaueolentiam perciperet, his verbis luculenter declarat: *Dum verſus ſingulos dico, ſentio ructus, & quidem odoriferos ſuper omnia aromata. Quid de Pauli ructibus loquar, quantâ orbem ſuauitate repleuerint? Denique Chriſti bonus odor erat in omni loco. verba certè ineffabilia, etſi non profert vt audiam; offert tamen vt cupiam; & libeat odorari, quod audire non licet. Neſcio enim quo pacto, quò plus latent, plus placent, & auidius inhiamus negatis.* Sic ille.

IBIDEM. *Dico opera mea Regi.*] Id eſt *carmina mea*; vti Symmachus, τὰ ποιήματά μου, *poemata mea*; Aquila, τὰ δικαιώματά μου ἐξαγγελῶ, *iuſtificationes meas enuntiabo.* Nota in Paraphraſi Græca verbum λέγω, id eſt *dico*, exponi pro ἀνατιθέναι, id eſt *dedicare, offerre*; vt etiam Beda, quidamque alij accipiunt. Verùm, vt ex verbo Græco & Hebræo אֹמֵר *omer* patet, verbum Latinum *dico* accipiendum in tertia coniugatione pro *loquor, profero, enuntio*; vt benè obſeruant Ianſenius & Lorinus. quomodo exponit Apollinarius,

Ἔργ' ἐμέθεν βασιλῆι σπερχομένως ἀγγέλλω.

Opera mea Regi ſedulò loquar.

Ceterùm hæc præfatio ſatis oſtendit, non eſſe vulgare huius cantici argumentum; quia promittit, verba ſe facturum de rebus magnis & præclaris. Cùm autem non ſoleat Spiritus ſanctus buccas inflare ad ſpargendum inanem ſonitum; colligere licet, hîc non diſſeri de caduco tantùm regno, ſed aliquid excellentiùs tractari. Conſenſum deinde cordis & linguæ prædicans, ſubdit:

IBIDEM. *Lingua mea calamus ſcribæ.*] Symmachus, ἡ γλῶσσά μου γραφεῖον γραφέως ταχινοῦ; quod S. Hieron. vertit, *lingua mea ſtylus ſcribæ velocis*; Cyprianus, *ſcriptoris acutè ſcribentis*; Aquila, σχοῖνος γραμματέως ταχινοῦ, *iunceus ſcribæ velocis.* Eſt autem proportio quædam inter linguam & calamum; quoniam ſicut calamus notas deſcribendo percurrit, ſic lingua per ſyllabas ac verba labitur: vt item ſcripta exhibentur oculis tamquam oculorum ſermo; ſic verba auribus inſonant, adeò vt verba notæ quædam ſint aurium, vt oculorum ſcripta. Sicut eleganter Gregorius Theologus ait,

Quæ ſit proportio linguæ & calami.

——— Σὺ δὲ γραφὶς ἔγγραφε σιγῆς
Ῥήματα, καὶ φθέγγου ὄμματι τὰ κραδίης.

Tu vero calame deſcribe ſilentij verba, &
eloquere oculis cogitata cordis.

Aut ideò calamo ſcribæ linguam ſuam ſimilem dixit; quia voces eius non vt verba, quæ fuſa in aëre ſoluuntur, erant interituræ, ſed ad memoriam æternam duraturæ. Rem pulchrè exponit S. Baſilius in Catena citatus, ductâ ſimilitudine à charta, in qua characteres ſuperinducimus. Nam ſi charta lenis ſit & terſa, facilè notas excipit, & librarius multa poteſt ſcribere & percurrere. Cor noſtrum tabula eſt, in qua ſapientiam ſcribit Spiritus ſanctus; quod ſi ſit pietate tamquam pumice leuigatũ, facilè ſapientiam excipit; ſin verò multis ſit vitijs aſperum, quam Deus ſcribit ſapientiam, abijcit. Quando igitur hîc linguam ſuam ſcribentis calamo comparat Dauid, calamum intelligit à fulgenti & flammante diuini ſpiritus ſplendore illuſtratum, qui non atramentum, ſed radios, ſed flammas parat. Subſcribit huic expoſitioni D. Baſilius in Catena dicens: *Lingua iuſti, Spiritu ſancto eam monente, cordibus credentium verba inſcribit vitæ æternæ; tincta quidem non atramento, ſed ſpiritu Dei viuentis.* Impiorum linguæ & ora more ſepiarum atramentum ſpuunt, quo omnia inficiunt, & proximorum obſcurant famam: verùm iuſti lingua etſi velut calamus ſit, eſt tamen calamus à Spiritu ſancto motus; à quo nihil in linguam venire poteſt, quod ſplendidum non ſit & lucidum, vt non ad obſcurandum, ſed ad illuminandum valeat.

Cor noſtrum tabula Spiritus ſancti ſcribentis.

3. *Speciosus forma præ filijs hominum.*] S. Hieron. *Decore pulchrior es filijs hominum*; Aquila, κάλλει ἐκαλλιώθης [aliàs ἐκαλλωπίσθης] ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων, *pulchritudine pulchruiſti à filijs hominum*; Symmachus, κάλλει καλὸς εἶ παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, *pulchritudine pulcher es præter filios hominum*; Quinta editio, κάλλει ὡραιώθης παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, *pulchritudine floruiſti præ filijs hominum*; Tertullianus, *Tempeſtiuus decore citra filios hominum*; Cyprianus, *decorus ſpecie ſuper filios hominum*; Chaldæus, *pulchritudo tua ô rex Chriſte præſtantior eſt filiorum hominum.* Pulchrè Genebrardus ad hunc locum: Encomium (inquit) eſt Chriſti, vt reddat eum amabilem à pulchritudine & forma, ab eloquentia & Euangelij doctrina, à fortitudine bellica, & victoria de peccato, morte, ſatana, idolis, & idolorum cultoribus, à maieſtate perſonæ & regni eius, à iuſtitia, & alijs virtutibus magno principe digniſſimis, denique à magnificentia aulæ, & comitatu. Ac ſecundùm ſpiritalem quidem pulchritudinem neminem Chriſto poſſe comparari, indubitatum eſt; ſecundùm corpoream verò idem ſibi facilè perſuadebit, qui vel eius picturam ad veritatem à S. Luca expreſſam viderit, vel epiſtolam Lentuli Proconſulis de eius lineamentis legerit, vel ad rationem phyſicam & medicam attenderit. Quia enim pulchritudo ab interiore naturæ craſi temperamentóve proficiſcitur, vt Chriſtus optimo incorruptiſſimoque fuit temperamento, ac corpus melioribus proportionum numeris compoſitum ſibi ipſe aſſumpſit; quale fortaſſe ad pondus quærunt medici: ita & colorem & formam & totam corporis habitudinem lectiſſimam habuiſſe neceſſe eſt, vtpote ab interna naturæ temperatione manantem, quæ ſeſe potiſſimùm in facie oſtendit. Hinc Nicephorus lib. 1. Hiſt. cap. vlt. ex antiquis monumentis & hiſtorijs, illum fuiſſe tradit vultu viuido, dulci, egregio; non rotundo, neque acuto, ſed aliquantum longiore; cuius color ad triticum accederet, modica fuſcedine rubeſcens. Statura ſeptenûm palmorum ſiue ternûm cubitorum & ſemis (id eſt ſatis procera. nam maxima non ſolet octonos palmos ſiue quaternos cubitos excedere.) Oculis fuluis cum aliquo nigrore ſplendeſcentibus, venuſtis & acribus, ſupercilijs nigris, nec valdè reflexis, barbâ flauâ nec admodum demiſsâ, capillo ſubflauo, prolixiore ad occipitium leniter declinante, naſo aquilino, collo ſenſim decliui, ita vt non arduo & extento nimiùm corporis ſtatu eſſet; per omnia denique ſuæ genitrici ſimilem, quam idem Nicephorus deſcribit lib. 2. cap. 23. Chriſtus igitur mundi liberator iure merito *ſpecioſus forma* dicitur à Dauide, qui etiam aliàs pro amiculo honorato regiaque purpura illi *decorem* attribuit. Pſal. 92, 1.
Quod idem in magnifico elogio ponit Iſaias, *Formoſus in ſtola ſua.* Hæc verò de pulchritu- Iſaiæ 63, 1.

Pulchritudo Chriſti quanta.

dine

dine corporis intelligi, præſtantiſſimi viri monuerunt; Chriſtumque in vultu atque oculis ſidereum quiddam habuiſſe, quod à nemine videri poſſet, quin ſingulari & humaniſſimâ animi voluptate caperetur. Huic autem encomio pulchritudinis ſacer Vates deinde addit eloquentiæ laudem, quam nominat *gratiam in labijs diffuſam.* Hanc non immeritò in rege laudat; cuius partes ſunt, non modò conſilio & auctoritate populum regere, ſed etiam rationibus & ſermonis gratiâ allicere in obſequium: vnde veteres in ore Herculis aureas catenas finxerunt, quæ vulgus hominum auribus traherent. Hac igitur ornatus cæleſti facundia Chriſtus, quam ſe cumque in partem orando dediſſet, in ſui admirationem omnes rapiebat, adeò vt dictionis magnificentiâ & ſuauitudine obſtupefacti clamarent, *Numquam ſic locutus eſt homo.* Quod autem ſequitur, *Propterea benedixit te Deus in æternum*, vt rectè notat Ianſenius, aliquam difficultatem habet, ob cauſſalem coniunctionem *propterea*; eò quòd illa quæ præcedunt, non videantur eſſe cauſſa impetratæ benedictionis Dei, ſed contrà, potiùs benedictio Dei cauſſa ſit eorum quæ præcedunt. Ex diuina enim benedictione ipſum præueniente Chriſtus habuit & pulchritudinem ſuam, & gratiam labiorum, non autem ſuâ pulchritudine & gratiâ labiorum promeruit ſibi Dei benedictionem. Similem, imò maiorem difficultatem exhibet eadem coniunctio verſu ſeq. *Propterea vnxit te Deus tuus*, &c. Non enim quia diligit iuſtitiam, & odiuit iniquitatem, ideò vnctus videtur à Patre; cùm à Patre vnctus ſit Spiritu ſancto ab initio conceptionis, atque ab ea vnctione habuerit, quòd dilexerit iuſtitiam, & odiuerit iniquitatem. Itaque vt has fugiant difficultates, quidam ex Hebræo vertunt vtrobique *propterea quòd*, vt non quod præcedit ſignificetur eſſe cauſſa ſequentis; ſed è contrà, quod ſequitur ſignificetur eſſe cauſſa eius quod præceſſit. Iiſdem de cauſſis in Latina lectione quidam coniunctionem *propterea* accipiunt, non vt ſignificet id quod ſecutum eſt, & præcedentibus meritis obtentum, ſed potiùs cauſſam finalem; vt ſit ſenſus: *Ad hunc finem Deus Pater te benedixit, vt eſſes ſpecioſus formâ præ filijs hominum, & diffuſa eſſet gratia in labijs tuis.* Similiter *ideò te Deus tuus vnxit præ conſortibus tuis, vt diligeres iuſtitiam, & odiſſes iniquitatem.* Sic enim S. Auguſt. hunc poſteriorem verſum enarrat. Poteſt tamen vtrobique coniunctio *propterea* accipi, vt ſignificetur præcedentia cauſſam eſſe eorum quæ ſubijciuntur; ita ſcilicet, vt intelligantur hi duo verſus non de prima benedictione & vnctione, quæ omnia merita præceſſit, ſed de ea quam Chriſtus ſuis meritis conſecutus eſt; eâ ſcilicet quâ exaltatus eſt ſuper omnia, accepto à Patre nomine *quod eſt ſuper omne nomen:* ſicut enim Dauid frequenter vnctus eſt in regem; ſemel ſcilicet ſecretò à Samuele in domo patris ſui; ſecundò à tribu Iuda; & tertiò ab omnibus filijs Iſraël: ita & Chriſtus vnctus eſt in conceptione, ita vt ſit natus Rex Iudæorum; ac deinde in baptiſmo veluti ſecundo vnctus eſt, cùm de eo dictum eſt cæleſti voce: *Hic eſt Filius meus dilectus*, &c. ac poſtremum per reſurrectionem & aſcenſionem ſuam omnium Rex declaratus eſt non ſolùm Iudæorum, ſed etiam Gentium.

Chriſti mirabilis eloquentia. — Ioan. 7, 46. — *Vox propterea quem ſenſum ſortiatur.* — *Chriſtus quam benedictionem & vnctionem meruerit.* — Philip. 2, 9. — 1. Reg. 16, 13. — 2. Reg. 2, 4. — 2. Reg. 5, 3. — Matth. 3, 17.

ANNOTATIONES CORDERII.

4. *Accingere gladio tuo, &c.*] Introducit hîc Dei Filium tamquam ducem & imperatorem ad bellum ſe accingentem. Et quidem Origenes hom. 9. in lib. Iudic. Chriſtum Saluatorem appellat *principem militiæ noſtræ*; D. Hieron. in cap. 1. Abdiæ, ἀρχιστρατηγὸν *præliorum.* Ipſe enim Agetor, ipſe Hegemonius, ipſe Stator & Mars verus eſt, ſiue, vt Græci nominant, Ἄρης, quem dictum ἀπὸ τοῦ ἀρήγειν, *à ſuccurrendo*, putat Philo de Lege ad Cainum. Quare Regius Vates hîc ipſi *gladium & ſagittas*, Habacuc ſplendida iacula & haſtam fulgurantem attribuit: quibus armis Cyrillus ait deſignari Myſtagogos & Eccleſiarum præſides, qui, inquit, δι' ἀρετῆς λαμπρύνοντα, *virtutum ſplendore* fulgurant, & mirabiliùs effulgent. His vtitur glorioſis armis & potentiſſimis Deus, ad expugnandam impietatem, ſceluſque obterendum. Hinc S. Gregorius Nyſſenus in Orat. de occurſu eleganter D. Paulum nuncupat θεοχάλκευτον βέλος, *à Deo fabrefactum telum*, in manu potentis, quod in corde principis mundi tenebrarum lethale vulnus inflixit. Et aliâ quadam Orat. Theodorum Martyrem copiâ ſuæ dictionis exornans, ipſum vocat δορυφόρον τοῦ Θεοῦ, *Dei ſatellitem*, armigerumque ſtrenuum & animoſum; cuius dextera Numini deuota, ſanctos pugiones ſtringeret, ad veritatem propugnandam. Vbi ſuſpicienda eſt diuinæ prouidentiæ machinatio, quæ Apoſtolicis viris vtitur tum vt armis, tum etiam vt armatis. Arma ſunt, quatenus Deo inſeruiunt, & ab illo mouentur ad ea præſtantiſſima facinora conſciſcenda, quæ ſæculorum omnium ætatibus per religioſos viros confecta videmus. Sunt ijdem & milites à Deo lecti & decuriati, & deſcripti ſuis ordinibus ad ſimilitudinem militiæ Angelorum. Horum vtique omnium ſupremus Imperator eſt Chriſtus, qui iure merito *Dominus Sabaoth*, hoc eſt, Princeps inuictorum exercituum, nominatur; quippe iam inde ab eo temporis puncto, quo naturam noſtram vt ſponſam ſibi admirabiliter coniunxit, factus eſt bellator inclytus, ſcuto, gladio & latâ illâ inſignique loricâ munitus; non ferro, vt de regio iuuene dixit Homerus, παμφανόων, ſed virtutum omnium ſplendore collucens. Quare hîc eius Epithalamium canens Dauid, non priùs ſponſum quàm militem inſignit, armatumque inducit, velut ſpolia iam legentem & triumphantem: *Accingere*, inquit, *gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Verùm non ſibi, ſed potiùs nobis armatur. Gladius ille fulmineus, eſt gladius noſtræ gloriæ; aureum illius ſcutum, noſtra protectio. Nobis meret, belligerat nobis, & vincit.

Chriſtus imperator & dux noſter. Verus Mars. — Hab. 3, 11. — *Quibus armis impietatem expugnet.* — *Viri Apoſtolici & arma & milites ſunt Chriſti.* — *Chriſtus eſt Dominus Sabaoth.*

5. *Specie tuâ & pulchritudine tuâ intende.*] Notat ingenioſè Creſollius noſter Anthologiæ parte alterâ cap. 9. *gladium*, de quo verſu præced. facta eſt mentio, quem ait deſignare fortis animi vim & excelſitatem, hîc vocari pulchritudinem, vt hanc virtutem matrem eſſe venuſtatis & ſpecioſiſſimæ dignitatis intelligamus; idque factum de conſenſu vniuerſitatis, vbi monita ſapientum locum habuerunt. Nam priſci *pulchrum* pro *forti* dixerunt, & ab vno alterius nomen excogitauerunt. In Græcia enim, vbi poſt Hebræos cunabula fuere ſapientiæ, & fontes eruditionis, primùm fuit πολύχειρ, quaſi *multi-*

Chriſti gladius etiam eſt & dicitur pulchritudo. — *Pulcher idem quod fortis.*

ANNOTATIONES CORDERII.

manum dicas, index fortitudinis, quam in gigantibus, vt in Centimano Briareo, ſuſpiciebant; à *polycheir* autem dictum à Romanis *pulcher*; cùm ſignificare vellent, ipſam fortis animi claritatem eſſe pulchritudinem honeſti luce decoram, aut hanc ab illa vt aureum fœtum progigni. quod & alio modo oſtendebant. Vera enim & glorianda pulchritudo manat à virtute, quâ ſpecioſius nihil dici poteſt; & proinde iidem prudentes & antiqui æui lumina, cùm fortitudinem ſummam eſſe virtutem putarent, eius nomen omnium virtutum generi impoſuerunt: nam ἀρετὴν, hoc eſt *virtutem*, deduxerunt ab ἄρης, à *Marte*, apud ſuperſtitioſos Genio belli, & clarorum facinorum Deo, in quo maximè conſtantiæ lux & pulchritudo emicaret: vt videlicet ſit *Arete* ab *Ares*; vnde etiam apud Latinos *mares*, in quibus maſcula vis & elatum animi robur vigeat. Originem quidem petunt à Syro vocabulo, qua in gente *Arioth* & *Arsel* dicitur *Leo* fortitudinis hieroglyphicum. Inde ἀρετὴ *virtus*, & ἄρης *martiâ virtute pollens*, & ἄῤῥενες *mares*, & apud Latinos *Aries* dux gregis, & dominans fortitudine. Quam ſecuti opinionem Poëtæ, & vetuſti Annalium ſcriptores, quos memorant in militia fuiſſe principes, incredibili animi robore ſeptos & munitos, eoſdem & pulchros eſſe voluerunt, quaſi in fortitudine præſtabilis quædam inſit pulchritudo. Quæ quoniam in humanis rebus boni decus & magnum inſtar obtinet, prætereà factum eſt, vt quod eſt *forte*, non modò *pulchrum*, ſed idem nominetur & *bonum*. Sic bonus miles apud varias nationes dicitur ſtrenuus, audax, bellicoſus, imitatione opinor Græcâ. Nam ἄριστοι, hoc eſt propriè *boni*, ſiue *optimi*, nuncupantur generoſi: quemadmodum apud Homerum ἀριστῆες dicuntur *heroës*, qui nimirum pulchris facinoribus inclyti ſunt omniumque fortiſſimi. Cùm itaque Chriſtus omni virtutum pulchritudine ceteris longè Regibus antecelleret; ſignificat hîc Vates, gloriam quâ florebit non euaneſcentem fore, ſicut terrenorum plerumque regum eſſe ſolet oſtentatio, quæ ſtatim concidit; ſed proſperos & diuturnos habituram ſucceſſus. Hoc ſibi volunt illa verba, *Proſperè procede, & regna:* S. Hieron. vertit, *Proſpere aſcende*; & in Commentario ſic explicat, *è cælo veni.* Iam ſi primùm ambigas, cur Dei Filius à Regio Vate ad deſcenſum in terras, humanamque carnem ſuſcipiendam, tamquam ad proſperam rem inuitetur, cùm è cælo procedenti nihil fortunatius euenire, nec pulchrius ornatiúsve domicilium occurrere poſſe videatur; deinde, cur è ſinu Patris aduenturus Dei Filius non tam deſcendere quàm ſurgere dicatur, iuxta illud eiuſdem Vatis, *Surge Domine in requiem tuam*; reſpondebo, eam virginalis Mariæ vteri, Filium Dei è cælo progreſſum ſuſcipientis, puritatem fuiſſe; talemque ac tantam Deiparæ dignitatem exitiſſe, vt Filij Dei ad ipſam aduentus non potuerit, niſi ſub magnæ proſperitatis vocabulo, ſignificari: adeoque nihil fuerit in Virgine, ob quod Dei Filius è ſinu Patris adueniens cadere, ſeu deſcendere, dici poſſit; cùm perpetua ei puritas, & quaſi natiuus candor ſemper conſtiterit, vt hac ratione cum ipſo ſinu Patris (præſertim poſtquam in eam Spiritus ſanctus aduenerat) comparari quodammodò potuiſſe videatur. In ea quoque feliciſſimè regnauit, in qua nihil ſibi contrarium aut aduerſum reperit, & humanitatis regnum accepit. Quibus autem virtutibus veluti fulcris hoc Chriſti regnum ſtabiliretur, ſubiungit dicens: *Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam deducet te mirabiliter dextera tua.* Ex Hebræo docti quidam vertunt, *Proſperè inequita ſuper verbum veritatis, & manſuetudinis, & iuſtitiæ.* vbi aptiſſimè has virtutes vehiculis comparat, quæ regem in ſublime attollant; & eas opponit inanibus mundi pompis, quibus terreni reges efferri ſolent.

Vera pulchritudo & fortitudo à virtute eſt.

Mars & mas à virtute nomen habet.

Chriſtus per incarnationem proſperè procedit & regnat.

Pſal. 131, 8.

Deipara mira puritas.

Chriſti regnum virtutibus ſtabilitur.

6. *Sagittæ tuæ acutæ, potentiſſime.*] Græcè δυνατέ. quam vocem notat S. Hieron. ad Suniam redundare, & additam eſſe ex v. 3. in Euſebio quoque abeſt. Ordo huius verſiculi (vt in Paraphraſi & commentario notatur) inuerſus eſt: ſic enim conſtrui debet, *Sagittæ tuæ acutæ in corde* [aliàs *in corda*] *inimicorum Regis* [aliàs *tuorum*] ſupple infigentur, vel quid ſimile. q.d. ſunt efficaciſſimæ & magnarum virium ad hoſtes ſubigendos. *Populi ſub te cadent.* Niſi hoc poſterius malis eſſe parentheſin, vt in paraphraſi notatur. *Sagittas* autem metaphoricè vocat plagas ſiue pœnas, quibus hoſtes ſuos Rex Chriſtus afficit; vel certè Euangelicæ prædicationis iacula, quibus transfixi, moriuntur vitæ veteri, vitijs & concupiſcentijs priſtinis, id eſt, vt Apoſtolus loquitur, peccato. Hæ ſagittæ γλυκύπικροι ſunt, quæ feriendo quidem lancinant, ſed, vt Tertull. ait, *vltimant ad medelam.* Illis ſuauiter cruentati inimici æterni Regis, *inſaniunt ſalubriter, & moriuntur vitaliter*, ait S. Auguſt. lib. 8. Confeſſ. cap. 8. cæleſti illâ phalaricâ vſti, in charitatem incenduntur, quod de ſe magnus idem Auguſt. refert: *Sagittaueras cor noſtrum charitate tuâ, & geſtabamus verba tua transfixa viſceribus. Geſtabamus*, inquit, non vt ceruus qui per campi æquora fugit, cùm telo vitam in dumoſo nemore poſiturus, ſed è vulnere ſalutem hauſturus. Idem habet alio in loco Dauid, dicens: *Sagitta potentis acuta.* quem locum idem S. Auguſt. pari ſapientiâ illuſtrans, eas ſagittas ait eſſe verba Dei, quæ hominum corda cùm transfixerint, *amor excitatur, non interitus comparatur.* Niſi fortè dicere lubet, ex eodem vulnere perire malitiam, vigere virtutem & ſanctitatem homine Chriſtiano dignam. Atque omnino fatendum eſt, plurimum ea valere tela, cùm zelo diuinitus inflammato ſapientiæ lacertis & amentis diuinæ eloquentiæ mittuntur. S. Baſilius *ſagittas acutas* ait eſſe ὀξεῖς λόγους, *ſermones ſolertes* & ingenioſè excogitatos, qui ad corda audientium pertingant, & ea feliciter lacerent. quemadmodum verba ſapientium *ſtimulos* vocat Sapiens. Sic Ieremias vocatur *ſagitta electa*, quæ populorum corda mirabili modo ferijt. verùm ex hac plaga, non ſanguis aut poëticus ἰχὼρ funditur, ſed lacrymæ gemitúſque ſalutares, quos in Chriſtiano Oratore S. Hieron. optabat, ſic ad Nepotianum ſcribens: *Docente te in Eccleſia, non clamor populi, ſed gemitus ſuſcitentur: lacrymæ auditorum laudes tuæ ſint.*

Sagitta prædicationis Euangelicæ ſalubriter ſauciant.

Rom. 6.

Pſal. 119, 4.

Eccle. 12, 11.

Iſaiæ 49, 2.

7. *Virga directionis, virga regni tui.*] Ex Hebræo quidam vertunt, *Sceptrum rectitudinis, ſceptrum regni tui.* Vbi Vates accuratiſſimâ locutione, vt Chriſti ſceptrum, hoc eſt regnandi

Sceptrum Chriſti æquitas & iudicium.

&

& gubernandi rationem, ex iuſtitia & rectitudine commendaret, *virgam directionis* (quæ videlicet non modò recta atque directa, ſed directionis ac rectitudinis fons & norma ſit) appellat. Quæ porrò iſta virga directionis ſit, S. Paulus hunc verſum citans exponit, *Virga æquitatis, virga regni tui*; æquitatem idem cum directione faciens, nec immeritò, quòd Hebræa vox æquè vtrumque ſignificet. Etenim cùm æquitas moderationem ſiue temperatam iuſtitiam ſignificet (quo ſenſu Tullius lib. de Senectute dixit: *Noui moderationem animi tui, & æquitatem.* & pro Cæcinna: *Ex æquo & bono, non ex callido verſutóque iure rem iudicari oportet.*) iure colligas, iuſtitiam moderatione duritiam emolliente conſtare, hancque illius partem velut integrantem eſſe. Vnde Agellius hunc locum explicans, virgam æquitatis appellat cenſuram atque ſeueritatem æquitate & clementiâ temperatam. Qua de re ita pulchrè S. Ambroſ. de obitu Theodoſij: *Neque iuſtitia*, inquit, *ſine miſeratione eſt; nec ſine iuſtitia miſeratio, quia ſcriptum eſt: Noli eſſe nimiùm iuſtus. Quod ſupra menſuram eſt, & ſi bonum eſt, tamen tu non ſuſtines. Menſuram ſerua, vt ſecundùm menſuram recipias. Non impedit tamen iuſtitia miſericordiam, quia miſericordia ipſa iuſtitia eſt.* Sic ille. Significat autem hoc loco Vates, Chriſtum Regem non tyrannicè dominaturum, ſed rectis & æquis legibus ſuos ſubditos directurum; ideoque ſolium eius omnibus ſæculis fore ſtabile ac perennaturum in æternum.

x. 1, 8.

Qua ratione Chriſtus dicatur iuſtitiam dilexiſſe.

8. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem,* &c.] Hiſce verbis Pſaltes, vt benè notat Ianſenius, alloquitur Chriſtum ſecundùm diuinitatem; quod tamen cautè intelligendum eſt. Nam Arriani Filium creaturam eſſe contendentes atque mutabilem, dicebant eum dilexiſſe iuſtitiam, & odiſſe iniquitatem liberi ſui arbitrij, tamquam boni & mali capacis electione, non naturæ bonitate. Contra quorum blaſphemiam S. Athanaſius Serm. 2. contra Arrianos: *Dilexit*, inquit, *iuſtitiam, non vt obnoxius legibus, non vt in alterutram partem deflexibilis, vt hoc amet, illud auerſetur; ſed potius vt Deus & Verbum Patris, vt Iudex & virtutis ſtudioſus, vel potiùs choragus, ſuppeditatorque virtutis. Iuſtus ergo naturâ cum ſit & ſanctus, hoc ſenſu iuſtitiam diligere pronuntiatur, & odiſſe iniquitatem.* Sic ille. Senſus itaque eſt, q. d. Pro æterna tua bonitate decreuiſti lapſos ad iuſtitiam tibi placitam reparare; & odio iniquitatis, indignatus humanum genus iniquitati ſubiacere, cogitaſti illud ex vſuris & iniquitate redimere: quod vt conuenienti modo faceres, *propterea vnxit te, ô Deus*, Fili Dei, *Deus tuus*, Pater videlicet, qui humanitatis tuæ Deus eſt, & ſecundùm eamdem te vnxit *oleo lætitiæ*, id eſt, inuiſibili Spiritus ſancti vnctione, quando Verbum caro factum eſt; *vt humana natura* (inquit S. Auguſt. lib. 15. de Trinit. cap. 26.) *ſine vllis præcedentibus meritis in vtero Virginis Verbo Dei copulata in Verbo ſubſiſteret, & omnium bonorum Verbi particeps redderetur.* Quod oleum dicitur *lætitiæ*, tum quia pro more ſuo humanam etiam Chriſti mentem exhilarauit; tum quia Chriſtus ſuâ incarnatione (vt ait S. Ambroſ. lib. 1. de Spiritu ſancto cap. 8.) *facit exultare morituros, triſtitiâ mundum exuit, mœſtæ mortis fœtorem aboleuit.* Itaque aduerbium *propterea* hoc loco non meritum importat, ob quod aut Filius Dei Deus fieret, ſecundùm Arrianam impietatem (quam loco ſuperiùs citato refutat Athanaſ.) ſed denotat, quid Deo placuerit attendere, ac præ oculis habere, vt mitteret Filium ſuum in terram. Additur *præ conſortibus tuis*; quia humanitas Chriſti ſine menſura inuncta eſt Spiritu ſancto, longeque effuſiùs quàm reliqui ſacerdotes ac reges, Prophetæ, filij Dei, conſortes & coheredes ipſius, quibus certus accipiendi Spiritum ſanctum modus definitus eſt: at Chriſto data eſt ipſamet Spiritus plenitudo; *& de plenitudine eius nos omnes accepimus*, ſcilicet, *ſecundum menſuram donationis Chriſti.*

Cur, & quomodo Deus Chriſtum vnxerit.

ANNOTATIONES CORNDERII.

Ioan. 3. *Vnctio Chriſti præ ceteris eximia.*

Ioan. 1, 16. Epheſ. 4, 7.

9. *Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis.*] S. Hieron. *in cunctis veſtimentis tuis.* Videtur hîc ſupplendum aliquod verbum, v. g. *ſpirant, manant, diffluunt*, vel quid ſimile. Pulchrè hæc ſecundùm allegoriam exponit Genebrardus de gratijs & virtutibus animæ & corporis Chriſti excellentiſſimis. Veſtimenta enim Chriſti ſunt anima & corpus eius. Hinc *velamen* ab Apoſtolo caro eius ſiue humanitas exponitur, & dicitur *habitu inuentus vt homo.* vbi S. Auguſt. lib. Octogintatrium quæſt. q. 73. *habitum* docet ſignificare indumentum. Poſſunt etiam Chriſti *veſtimenta* intelligi ſpecies ſacramentales panis & vini, quæ per modum veſtimenti Chriſtum circumdant & contegunt, à quibus in nos gratiæ promanant; quibus *ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæculo*, ab inquinamento carnis & ſpiritus expurgati. Aromata enim hæc optima non ſolùm ſunt odorifera, verùm etiam ſalubria, & omnibus animæ morbis medendis accommoda. Quare nominantur hîc *myrrha, & gutta, & caſia*; quorum vſus eſt in medicinis frequens: nam humores deſiccant, impediunt corruptionem & putredinem, vermes necant & abigunt, aliaſque plures afferunt vtilitates, quas ſpiritaliter in animis efficit Euchariſtia. Ac *myrrha* quidem myſticè intelligi poteſt profunda eius humilitas, quâ ſub vili tegumento ſuum immenſum occultat ſplendorem, vt noſtra hinc elatio & ſuperbia curetur. *Gutta* verò eſt prompta obedientia, quâ ad vocem ſacerdotis conſecrantis adeſt in Sacramento; vt rebellem noſtram comprimat voluntatem, & diuinæ ſubijciat. *Caſia* denique pia eius miſericordia eſt, quâ ſemetipſum nobis in cibum proponit ac potum, vt eſurientes ac ſitientes ſatiet cæleſtibus alimentis, & bonis omnibus repleat. Hi ſunt etiam odores Chriſti, *myrrha*, inquam, *& gutta, & caſia à veſtimentis eius*, ſcilicet vel ab ipſa Domini humanitate, vel à Ven. Euchariſtiæ Sacramento, vel à Sanctis; qui etiam non ſemel in ſacris Litteris dicuntur veſtimenta Dei. Spirant enim omnia in Chriſto virtutum & gratiarum ſuauiſſimos odores; qui deinde excepti in domibus eburneis, ab illis etiam refunduntur. Inde igitur hæc aromata petere debemus, & ſtudio ſancto conniti, vt eos odores habeamus, quos Dauid hîc commendat, *myrrham, guttam* ſiue ſtacten, *& caſiam*; quæ ἀπὸ βαρίων, *à domibus eburneis*, afflatum mirificæ atque inauditæ ſuauitatis emittunt, hoc eſt, à templis magnificentiſſimis & religioſiſſimis, vbi Sacerdotum odorata religio atque

Veſtimenta Chriſti ſunt eius humanitas; item ſpecies ſacramentales.

Hebr. 10, 21.

Philip. 2.

ANNOTATIONES CORDERII.

que pietas, & mortales ſuo exemplo recreat atque allicit ad imitationem, & Diuos animi ſanctimoniâ exhilarat. Βάρεις enim, vt notat Euthymius, templa ſignificant, quæ Regius Pſaltes nominat *eburnea*, hoc eſt, vt idem ait, ſplendida: ſiue illud ad ſpeciem eam auguſtam & illuſtrium ornamentorum dignitatem referatur, quæ in Chriſtianis templis viſitur, ſeu potiùs ad virtutum admirabilium ſplendorem, quæ in choro diuino myſtarum collucent.

Domus eburnea corpus caſtum.

Myſticè Arnobius hoc pulchrè exponens, *Eburnea domus*, inquit, *eſt corpus caſtum, in quo tinea non facit vllam libidinem peccati.* In hoc ſanè pulchro domicilio, multò libentiùs quàm Salomon in ſolio ſuo eburneo, Deus conſidet, eóque lætatur. Quod etiam propter ſingularem animi ſanctitatem, quæ pudicitiam comitatur, *templum* appellari ſolet. Sic enim perſpicuè D. Paulus: *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Hinc Tertull. elegantiſſimè, cùm pudicitiam exornat: *Cum omnes templum ſimus Dei, illato in nos & conſecrato Spiritu ſancto, eius templi æditua & antiſtes pudicitia eſt; quæ nihil immundum nec profanum inferri ſinat.* Pulchrè etiam S. Auguſt. ad hunc Pſalmi locum: *Vis*, inquit, *domos eburneas ſpiritaliter accipere? Magnas domos, & magna tabernacula Dei, corda ſanctorum accipe.* Cuius fortè imitatione idem Sanctus Tract. 4. in Ioan. votum ſuum exponit, plenum religioſæ pietatis & memorandæ ſapientiæ: *Ædificemus & noſmetipſi in corde noſtro, & faciamus domum, quò veniat Ieſus, & doceat nos, & colloquatur nobis.* Tale ſponſo tabernaculum ædificauerat in medio cordis ſui, & vbique circumferebat Catharina virgo Senenſis, non vulgari ſanctimoniâ prædita; in quo ſemper cum Deo agebat, & dulciſſimis eius colloquijs & amore fruebatur. Hæc vtique vna erat ex illis filiabus regum, de quibus Vates ſubdit: *Delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.* Ad quem locum S. Hieron. *Regum*, inquit, *filiæ ſunt animæ ſanctæ quæ Chriſtum delectarunt, honorando nomen Maieſtatis eius, & prædicando miſericordiam eius.* Senſus igitur eſt, ac ſi diceret: Sicut olim Hebræorum filiæ reges ſuos aromatibus & vnguentis delinebant ac deliniebant; ita & regum filiæ, id eſt iuſtorum animæ, te ſuarum virtutum odoribus oblectabunt. Eôdem etiam reſpexit ſponſa, de cæleſti ſponſo Chriſto Domino dicens: *Oleum effuſum nomen tuum; ideò adoleſcentulæ dilexerunt te.* ac ſi diceret: Sicut olim virginum chorus cum myrothecijs & alabaſtris vnguentorum plenis ſuos reges ſequebantur; ita & te ſanctarum animarum cœtus proſequetur.

1. Cor. 3, 17.

Domus eburnea ſunt corda ſanctorum.

Animæ ſanctæ ſacris hymnis & virtutum odoribus Deum oblectant.

Cant. 1, 2.

10. *Aſtitit Regina à dextris tuis.*] Locus hic in Paraphraſi, Commentario & Catena ad litteram exponitur de Eccleſia; non deſunt tamen qui de Virgine Dei Matre intelligendum docent; inter quos ſunt S. Athanaſius, S. Alphonſus, Pſellus, Hugo de S. Victore, S. Thomas, & alij à Lorino citati. Et iure quidem optimo. Siquidem Regina eſt Virgo Mater, non modò quia peperit Regem mundi, cuius regni non erit finis; ſed etiam quia Virgo, & virginum omnium prima & ſumma extitit; atque idcircò à dextris Dei Filij ſui adſtat in cælo prærogatiuâ dignitatis. Non ſine myſterio autem Pſaltes vſus eſt verbo *aſtitit*, id eſt ſtabilita eſt, immobiliter & firmiter ſtetit, nullo vmquam peccato etiam originali à ſtatu gratiæ dimota. id quod alius apud Chryſoſt. eleganter innuit, quando vertit ἐστηλώθη, *erecta ſtetit*, tamquam columna ſcilicet firma, ſtabilis; non velut arundo, quæ huc illucque omni aurâ moueatur. Quantò autem plura illi dona tamquam onera Deus impoſuit, tantò firmior conſtitit. Quemadmodum enim ſi quis rectæ columnæ onus licet graue imponat, non deijcit tamen, ſed ſtabilit eam magis, quò grauius eſt onus; ita quoque virgini accidit: vnde iam Mater Dei electa ſe vocat ancillam, quia ſcilicet ſuo ſe loco dimouere tanto dignitatis onere non nouit. Hinc etiam à Dei *dextris* collocatur *in veſtitu deaurato.* Nam reliqui omnes filij Adam, vtpote in peccato concepti, in rerum naturam nudi prodeunt, & omni virtutis diuinæque gratiæ amictu ſpoliati, ſpurcam originalis reatus veſtem præferunt; ob quam Deo inuiſi, ad illius ſiniſtram abijciuntur, vtique damnandi exilio ſempiterno, niſi infeliciſſimo illo habitu exuantur. Vnica in toto genere noſtro beatiſſima Virgo, quam Deus ſibi matrem iam inde ab omni æternitate delegerat, ipſo ſtatim ſuæ conceptionis vitæque momento, *adſtitit ad dexteram Dei*, vtpote Deo grata, Dei amica, Regina mundi, & Mater Dei, *in veſtitu deaurato*; quia ſtolam præferebat, non ab omni dumtaxat macula immunem ac puram, ſed etiam auro charitatis & diuinæ gratiæ ſplendoribus fulgentem. Per aureum autem variumque amictum non ſolùm inſinuantur omnia virtutum maximarum ornamenta, quibus ſupra omnem creatam naturam Dei Genitrix adornata eſt; ſed illa præcipuè dignitas incomparabilis, quæ illi obtigit ex duarum coniunctione rerum, ſecundùm naturæ vires maximè variarum ac diſſitarum; vt videlicet ſimul eſſet Virgo & Mater. Quod miraculum diuinæ potentiæ ceteris omnibus antecellit. Nam (vt pulchrè Chryſologus hom. 75.) *diuinitatis inſigne eſt, clauſam virginem reliquiſſe poſt partum.* neque alio ſanè opere Chriſtus excellentiùs ſe Deum omnipotentem eſſe demonſtrauit, quàm quòd de matre ſemper Virgine natus ſit.

Regina eſt D. Virgo, quæ aſtat à dextris Dei.

D. Virgo ſemper firma ſtetit in gratia.

D. Virgo ſemper fuit à dextris Dei, cùm omnes alij naſcantur ad ſiniſtrâ.

D. Virgo ſemper veſtita fuit auro charitatis & gratiæ.

Aurea veſtis dignitas Matris Dei, cum bonore virginitatis.

Ceterùm, pro *in veſtitu deaurato*, in Hebræo eſt, *in diademate aureo* ſiue *ophiræo*, vt Theodotion & D. Hieronymus vertunt; Symmachus ἐν χρυσῷ ὀφατίῳ, *in auro primo*; Aquila, ἐν βάμματι ὠφείρ, *in tinctura ophir.* Allegoricè autem ſtylo poëtico hîc depingit Eccleſiam quaſi reginam cum ſuo gynæceo, loco honorato, vario ornatu decoram. Vel etiam animam deuotam Chriſti ſponſam, *quæ in veſtitu deaurato circumdata* varietate Dei Filium amore languentem capit, & his plagis irretit, vt cæli plagis ipſa capiatur. Huc enim Dauid intuebatur, cùm è virtutibus contextum amiculum Dei ſponſæ, animæ Chriſtianæ, vellet in epithalamio ſuo exprimere, & ſtolam planè dicit pulcherrimam & pretioſam; cui etiam explicatione ſuâ D. Chryſoſt. ſplendorem adiungit. Ait, aureum illud peplum eſſe *gratiam*; qui regificus eſt ornatus animi, & ipſius corona mirè collucens auro ophireo: illam autem additam varietatem, idem Pater ore aureo loquens, ait ſignificare multiplicem virtutum contextum, quæ in gratiæ limbo, gemmis

Quis ſit ornatus ſponſæ Chriſti.

&

& verſicoloribus filis mirè colluceant. Non enim, inquit, conſtat hæc veſtis ex vno tantùm genere, nec ſeruari licet tantummodò ex gratia; ſed fide quoque opus eſt, & poſt fidem virtute. Hoc ergo inſtructu ornatuque anima progreditur ad Deum, vt ſedeat à dextris regni poſſeſſione felix.

11. *Audi filia, & vide.*] Ante omnia cæleſtis ſponſus à ſponſa poſtulat vt audiat, hoc eſt vt credat. ita S.Chryſoſt.Hom.in Eutropium locum hunc exponit, dicens: *Dos ſponſæ in auditu erat. Quid eſt in auditu? In fide, non in fruitione.* Nam *fides ex auditu eſt*, inquit Paulus; quapropter accedentem ad Deum iubet credere, quemadmodum hîc cæleſtis ſponſus acceſſuram ad immaculati thalami nuptias ſponſam audire iubet. Quin etiam totum populum Iſraëliticum à fide ſæpenumerò peregrinantem reuocabat Dominus, & ad audiendum, hoc eſt, ad credendum hortabatur, dicens: *Audi populus meus, & loquar; Iſrael, & teſtificabor tibi: Deus Deus tuus ego ſum* Hinc etiam in Canticis ſponſæ in peculiare decus aureæ murenulæ à ſponſo promittuntur his verbis: *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Vbi D.Bernardi Serm.41. in Cantica & aliorum mihi perplacet opinio, qui murenulas non colli, ſed aurium ornamentum eſſe exiſtimant: aures verò à cæleſti ſponſo pretioſis aurium ornamentis decoratas, quid aliud quàm diuinis gratiæ ſuæ inſpirationibus & auxilijs ad obediendum fidei in omnibus inſtructas eſſe dixeris? Sic namque in Prouerbijs dicitur: *Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit ſapientem, & aurem obedientem.* Quæ verba ſic exponit S. Hieron. *Rectè humilis auditor inauri comparatur aureæ; quia dum libenter increpanti ac docenti aurem accommodat, iam ſe ad recipiendum claritatem ſapientiæ cæleſtis præparat.* Ad quem modum S.Gregorius lib. 5. Moral. cap.12. optimè componit illa verba Iobi, *Et dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam, & inaurem vnam*, cum illis Domini apud Ioannem dicentis, *Oues meæ vocem meam audiunt*, dicens: *Quia nimirum innocuis mentibus ornamentum ſemper obedientiæ iungitur.* Ita quidem loco citato Bernardus, hæc aurium ornamenta animæ deuotæ ab Angelis per bonas inſpirationes & mentis illuſtrationes tribui, tradit his verbis: *Tu, inquiunt, ô ſponſa, intuendæ dilecti inhias claritati, ſed hoc alterius temporis eſt. Damus autem in præſentiarum ornamenta auribus tuis; quod tibi interim conſolatio erit, & præparatio ad ipſum quod poſtulas. Ac ſi illud Prophetæ ei dicant: Audi filia, & vide: videre deſideras, ſed audi prius. Gradus eſt auditus ad viſum. Proinde audi, & inclina aurem tuam ornamentis quæ tibi facimus, vt per auditus obedientiam ad gloriam peruenias viſionis.* Sic ille. Ad quod propoſitum præclarè Clemens Alexandr. lib. 2. Pædagogi cap. 12. requirit aures ad ſenſum perforatas, quibus eximios fructus tribuit. *Oculi*, inquit, *verbo inuncti, & aures ad ſenſum perforatæ, diuinarum rerum auditorem & ſanctarum rerum contemplatorem efficiunt.* vbi etiam vir doctiſſimus rem hanc expendens ait, nullum eſſe aurium meliorem ornatum quàm κατήχησιν, hoc eſt piam & cæleſtem inſtitutionem, quæ viam in cælum aperiat, ſitque dux bona ad ſempiternam felicitatem. Sic etiam grauiſſimus Tertull. in Scorpiaco cap. 3. *Vera ornamenta aurium, Dei voces.* Hic cumprimis eſt laudabilis aurium vſus, cùm ad Dei verba audienda, & ſermones bonos, honeſtos, pios accommodantur. Quod in arcanis litteris ſymbolicè oſtendit cothurnatus Ezechiel; apud quem Deus de Ieruſalem, multis ornamentis diuinitus circumueſtita, loquitur in hunc modum: *Dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.* Quod noſter interpres ait, *circulos auribus*, alij ex Hebræo vertunt, *globulos in aures tuas*, hoc eſt vniones læuore & pellucidâ vndique rotunditate pretioſos. Ita vocat Dei verba, quemadmodum in Euangelio Christus *margaritas* nuncupauit, quas immundæ ſui & lutulentæ negat abijci oportere. Et fortè vniones dixit & margaritas: quòd ſicut oſtrea illa felicia, & margaritiferæ conchæ libenter expanduntur ad cæleſtem rorem luminiſque ſtillas hauriendas, vnde opulentâ fœcunditate redundent; ſic animi ſanctâ & honeſtâ cupiditate inhiare debeant ad ea audienda, ex quibus non gemmas, ſed deſideria cæleſtia concipiant, quibus in omnem æternitatem venuſtentur.

Sequitur: *Et obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.*] Quæ verba egregiè expendit Paſchaſius Ratbertus in huius Pſalmi expoſit. Deo dicatas virgines alloquens; ſic enim ille poſt multa: *Audi quid dicat: Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Vnde & in Euangelio Dominus: Permittite mortuos, inquit, ſepelire mortuos ſuos; tu autem ſequere me. Et notandum, quòd obliuiſcere dixit, & non tantùm deſerere corpore mandauit; quia quod obliuiſcitur, nullo affectu cordis retinetur.* Parum igitur eſt, paternas ædes terrenumque patrem relinquere, niſi obliuiſcaris. Narratur apud Romanos in more poſitum fuiſſe, vt ſponſa obnuberetur caput obtecta velo, cùm è paternis ædibus pedem extuliſſet, in gyrum verteretur, atque ita duceretur in domum ſponſi. Cuius rei cauſſam hanc adfert Tiraquellus de lege Connub. ne videlicet ſponſa, poſtquam ad ſponſi domum perueniſſet, ad paternas ædes redeundi viam agnoſceret; ſed ſibi cum ſponſo totâ vitâ ſuâ permanendum eſſe intelligeret. Simile quid hoc loco Spiritus ſanctus à ſpiritali ſponſa exigit, cùm illi omnimodam paternarum ædium obliuionem indicit. Felix profectò patris obliuio, quæ verarum virtutum mater eſt; noſque ſponſo Chriſto nexu iungit ineffabili, & præſtat, vt ſummus ille Rex ſponſæ ſuæ, quam vtilis iſta obliuio inuaſerit, decorem concupiſcat. vnde ſubdit:

12. *Et concupiſcet rex decorem tuum.*] Grande præmium parentis obliti, ipſimet Deo amabilem fieri & deſiderabilem. Felix qui terrenam propter Deum cognationem repudiat, diuinam pro terrena cognationem cum Deo initurus. Hominum filius eſſe deſinit, vt in Dei filium adoptetur, quin imò in ſponſam, eamque dilectam. Hinc illud votum in Canticis: *Oſtende mihi faciem tuam.* & paulò pòſt: *Facies tua decora.* Hic animæ decor, quo pulchrè amicitur, adeò ſplendorem fundit ſuum, vt eodem ipſo ornamento iam cæleſti & diuino vt chlamyde regiâ Deus vti velit, quemadmodum mellifluus Bernar-

Margin notes: ANNOTATIONES CORDERII. — Rom. 10, 14. — Heb. 11, 6. — Pſal. 49, 7. — Cant. 1, 10. — Prou. 25, 12. — Iob 42, 11. — Ioan. 10, 27. — *Aurium ornatus qui ſit optimus.* — Ezech. 16, 12. — Matth. 7, 6. — *Cæleſti doctrinæ inhiandum.* — *Vt Deo placeamus, carnales parentes obliuiſci debemus.* — Luc. 9, 60. — *Cur olim ſponſa obnuberetur, cùm in ſponſi domum induceretur.* — *Anima fit ſpecioſa & Deo chara, cùm parentum carnalium obliuiſcitur.* — Cant. 2, 14.

ANNOTATIONES CORDERII.

Bernardus Serm. 82. in Cantica tradit, iuxta illud, *Dominus regnauit, decorem indutus eſt.* quod ſanè eſt proprium amantium, vt non ſine cauſſa in ſponſalitijs tabulis eam toties appellaſſe videatur, *& decoram, & pulchram, & formoſam.*

Pſal. 92, 1.

Quid per filias Tyri ſignificetur.

13. *Filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur.*] Tyri *munera* vocat magnifica dona, & oblationes Eccleſiæ factas, quæ vndique ſtudio hominum incredibili conuehuntur ad Præſules religionis & ſacrorum adminiſtros tum alendos, tum etiam magnificè exornandos. Tyri autem meminit, cùm abundantiam & affluentiſſimam rerum copiam vellet exprimere, ob illius vrbis notas vbique diuitias. Tyrij enim ſupra omnes gentes mercimonijs clari ſuperbique fuerunt; quam ob cauſſam Tyrus in diuinis Litteris maris velut dominatum habere dicitur: & pingitur apud Iſaiam coronata vt regina potens, cui ad beatiſſimam fortunam nihil deſit. *Filiæ* igitur *Tyri*, hoc eſt inclytæ nationes, infinitis copijs circumfluentes, quidquid in terra magnificum eſt ad Eccleſiam deferent, & ad ſacrorum adminiſtros, qui mortalibus cæli opes & gratiæ fontes aperiunt. Iſaias quoque Dauidem imitatus cùm Tyri meminiſſet, ait eius negotiationes atque merces *ſanctificandas Domino*, hoc eſt conſecrandas; neque in apothecis communibus reponendas, ſed donandas ijs *qui habitauerint coram Domino*, qui videlicet ſanctiſſimis templis atque aris præſident. Quem locum illuſtrans S. Cyrillus, *Erunt*, inquit, *merces* εἰς ἀνάθεμα, καὶ καρποφορίαν, *in ſacrum donum & oblationem*, quæ Dei miniſtris fient. Procopius item exponens illud Iſaiæ, *Diuitias regum comedes*, ait intelligi καρποφορίας, ἀναθήματά τε καὶ βασιλικὰ σιτηρέσια, *oblationes, donaria, demenſa regia*, atque ſtipendia, quibus, inquit, μέχρι νῦν in hodiernum vſque diem principes atque imperij domini ſacrarium exornant incredibili liberalitate. Atque hoc eſt quod ait, *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis*. Theodotion vertit, *Vultum tuum honorabunt reges & duces*. Vultum autem Eccleſiæ nominari Sacerdotes, ait Euthymius; *quos*, inquit, *ipſi etiam reges honorabunt, tamquam ſuos apud Deum interceſſores.*

Eccleſiæ munera plurima offeruntur.

Iſaiæ 23, 18.

Iſa. 60, 16.

Sacerdotes ſunt vultus Eccleſiæ.

14. *Omnis gloria filiæ Regis ab intus.*] Scilicet in virtutum ſplendore internarum; quæ vera ſunt animæ ornamenta, in quorum Deus ipſe amorem rapitur. Illud *ab intus* ſatis innuit loqui illum de *abſcondito cordis homine*, vt S. Petrus vocat: vbi non minus ſapientiæ quàm ſanctimoniæ domicilium eſt; vnde vera & ingenuo animo digna laus redundat. Eamdemque rem inſinuant commutatis verbis Septuag. qui ſic habent, πᾶσα ἡ δόξα αὐτῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως Ἐσεβὼν, *omnis gloria eius filiæ regis Heſebon.* Quam vltimam vocem Didymus ſic explicat: Ἐσεβὼν ἑρμηνεύεται λογισμός· ὁ βασιλεὺς δὲ τῶν λογισμῶν τῶν δικαίων ἐστὶν ὁ κύριος. *Heſebon exponitur cogitatio: rex enim cogitationum iuſtarum eſt ipſe Dominus.* ſignificans omnem gloriam animæ peti à rege Heſebon, hoc eſt Deo rege cogitationum: qui cùm in corde piorum hominum verſetur, ſplendidiſſimas & pulcherrimas cogitationes in id immittit, lumine ſapientiæ fulgurantes. Vnde quidam Græci, vt notat S. Hieron. Epiſt. 140. pro eo quod nos habemus *ab intus*, legunt ἐξ ἐννοιῶν, *ex cogitationibus*, quæ incredibili varietate exornantis animum ſapientiæ decorem efficiunt. Quò referri quoque poteſt vocis *Heſebon* interpretatio; quam docti præterea volunt ſignificare opus textile & variegatum, reconditæ cuiuſdam artis excogitatione perfectum. Nihil ſanè varium magis ipſâ ſapientiâ, nihil eſt magis compoſitione aut inſigni pulchritudine ſpecioſum. Huius autem omnis gloria eſt *ab intus*: nam, vt Iob tanto antè præmonuit, *trahitur ſapientia de occultis*, ab animæ ſcilicet penetrali, vbi ſapientiæ gemmæ reconduntur, vel quiddam etiam omni gemmâ pretioſius. Quod Hebræus textus ſic effert, *Pretioſior eſt ſapientia margaritis*; Septuag. verò hoc modò, ἕλκυσον σοφίαν ὑπὲρ τὰ ἐσώτατα, *attrahe ſapientiam ſuper intima*, vel plus quàm intima. Vocant *intima*, quæ noſter *occulta*, ea videlicet quæ recondi ſolent, arcaniſque in theſauris ob pretium ſpeciemque mirabilem ſeruati. Vt enim in principum virorum ædibus tutiſſimo in loco teneri ſolent vniones, pretioſi lapilli, aurum, argentum, purpura, ditiorque ſupellex, cùm tamen reliqua domus ſatis ornata videatur; ita in ſanctis hominibus Deo conſecratis, cùm ſpecies cultuſque exterior, & communis in publica luce conuerſatio incredibili modeſtiâ refulgeat; tamen intus virtutes longè pulchriores tenentur, quibus potiſſima eorum gloria continetur, & vni Deo ſponſo ſuo patent. Eſt enim ibi regalis prorſus opulentia, non exquiſitâ magis elegantiâ, quàm myſterijs venerandis plena, *in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus*. Quas varietates Græci quoque nonnulli apud S. Chryſoſt. vocant ποικιλτά, *variegata*. Sed ex Hebræo ita viri docti vertunt, *ex veſtibus auro ocellatis indumentum eius*. Id eſt, veſtitus eius eſt diſtinctus oculis factis auro; quaſi regia ſponſæ veſtis oculis intertexta circumquaque foret. S. Hieron. vertit, *faſcijs aureis veſtita eſt, in ſcutulatis ducetur ad Regem*. Vbi vides ſponſam tunc egregiâ pulchritudine conſpicuam, regioque faſtigio dignam, cùm fortis & ſcutis armata conſpicitur; tunc verò armatam fortemque cenſeri, cùm maximè oculata eſt ad præuidenda cauendaque pericula, & ad omnem vulneris ſuſpicionem circumſpecta & trepida inuenitur. *Trepidare enim virginum eſt* (inquit S. Ambroſ. lib. 2. in Lucam) *& ad omnes viri ingreſſus pauere.*

Virtutes ſunt vera & interna hominis gloria.

1. Pet. 3, 4.

Heſebon quid ſignificet.

Gloria ſanctorum in cogitationibus eorum.

Iob 28, 18.

Sapientiæ gloria ab intus.

Quales ſint fimbriæ veſtis ſponſæ Dei.

Vt ergo locum hunc B. Virgini præ omnibus dilectiſſimæ Dei ſponſæ applicemus, fuit omnis gloria eius ab intus, ab ornatu gratiarum diuiniſſimarum, quibus à momento conceptionis repleta fuit, ac veluti faſciolis charitatis & virtutum aureis inuoluta. Erant etiam ocellis diſtinctæ faſciæ Virginis; in quam ſcilicet Dei, Angelorum & hominum omnium oculi ad amorem pariter & admirationem intenderentur. Erant faſciæ ſcutulatæ; ſiquidem tota erat circummunita ſcutis, vt omni peccato, tam originali quàm actuali, omnique tentationi ac prauæ ſuggeſtioni eſſet impenetrabilis. Ceterùm, cùm hîc ad litteram ex communiori interpretum ſententia pius Vates Eccleſiæ ornamenta proſequatur, illam pingens glorioſam in fimbrijs aureis circumamictam varietate; illa vtique virtutum & cæleſtium donorum multiplex varietas non poteſt non excitare ſummam in omnium mentibus

B. Virginis gloria ab intus.

tibus admirationem; ſed præſertim fimbriæ illæ aureæ tenent oculos. quas fimbrias *zonam* eſſe vult Euthymius: quare & alij quidam interpretes *cingula* hîc vertunt, à quibus pendent fimbriæ, & quidem aureæ, hoc eſt pulcherrimæ. *Zonam* autem, vel *cingulum*, idem ait eſſe temperantiæ ſiue modeſtiæ hieroglyphicum: quæ modeſtia cùm motus animi nimios rationi minùs obtemperantes vt fluentem laciniam cohibuerit, non poteſt non ſpecie ipſâ, pænè dicam aureâ, intuentium animos capere, & honeſtâ voluptate perfundere. vnde ſequitur:

Zona ſponſa Chriſti.

15. *Adducentur Regi virgines poſt eam.*] Hoc tam de Eccleſia, in qua quotidie multi virginitatem Deo conſecrant, quàm de B. Virgine ad litteram accipi poteſt: quæ iure merito Regina virginum per excellentiam nominatur. Rectè autem dixit *poſt eam*, non *ante*; quia ante ipſam nulla voto virginitatem ſuam Deo obtulit: ignota ante B. Virginem hæc oblatio, imò & neglecta, quemadmodum S. Bernardus Serm. 7. de ea pulchrè oſtendit: *Offerantur*, inquit, *regi virgines poſt eam: nam primatum ſola vendicat ſibi*, &c. Vbi obiter obſerua de virginibus, Prophetam non ſine myſterio vſum iſto verbo *adducentur*; cùm de iis quæ virgines non ſunt, quas proximarum nomine circumſcribit, dicat, *Proximæ eius afferentur tibi.* Siquidem adducuntur ad Chriſtum virgines, quia expeditiores fortioreſque ſunt in ambulando; leues & ſine coniugali onere ad ſponſum pergunt: eunt, & non deferuntur. *Proximæ* verò, nempe viduæ, ſeu nuptiali onere fatigatæ, ſed tantùm continentes, ægrè admodum ſuis pedibus incedunt, ac proinde deferri debent, ne in via deficiant. Longè nimirum expeditiùs ad Deum virgo currit, quàm quæ virgo non eſt; vti pulchrè ad hunc locum S. Paſchaſius Ratbertus exponit his verbis: *Virgines dicuntur adduci, quia corporis integritate robuſtiores ſunt; viduæ vero afferri, quæ plerumque fractæ diuerſis multiſque moleſtiis, multâ iam corporis imbecillitate fatigantur.* Quod de corporis robore & integritate affirmat, ad affectuum integritatem flecti non incongruè poſſit: quo illud refert Hugo Carenſis, qui hæc verba expendens ait: *Benè virgines dicuntur adduci, eò quòd habeant pedes integros & ſanos, id eſt affectus incorruptos; viduæ autem & continentes afferri dicuntur, eò quòd habeant pedes morbidos, id eſt affectus fractos.* Velox ad Deum currit, quæ virgo eſt. Hinc eſt quòd & Ioannes citiùs Petro ad Chriſtum cucurrit: nempe alas ei virginitas addebat, vt S. Hieron. lib. 15. in cap. 46. Iſaiæ de Ioanne loquens ait: *Qui Petro tardiùs ambulante, elatus virginitatis alis cucurrit ad Dominum.*

D. Virgo eſt prima virginum, & Regina.

Expeditiores virgines quàm aliæ ad Chriſtum currunt.

ANNOTATIONES CORDERII. Ioan. 20, 4.

16. *Adducentur in templum Regis.*] Templa hoc Chriſtianorum docent, in quibus innumera propè virginum millia virginitatem profeſſæ, virginem ſuam Chriſto maritarunt. Hæ ſunt quæ *ſequuntur agnum quocumque ierit:* hæ ſunt ſemen illud, quod ſerpentis caput conterit. Nam ſicut virginum prima ſerpentis caput contriuit; ſic videmus omni ſæculo, per magnæ Virginis cultrices & imitatrices impuri ſerpentis ſeminumque illius capita contrita, cùm antè per mille tormentorum genera carnificum laſſantes manus, lætæ gaudenteſque tamquam per roſas decurrerent, quàm quidquam de caſtitate ſua concederent, aut defruſtrari paterentur. Beatæ animæ, quæ vni Deo deſponſatæ, Angelis in terra ſociantur; imò quâdam maiori illis prærogatiuâ donatæ, vt quæ in carne & terris didicerunt, quod Angeli non niſi in ſpiritu & cælo.

Templa virginibus plena. Apoc. 14, 4. Gen. 3, 15.

17. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.*] Illi *patres* ſunt Apoſtoli, *filij* autem Epiſcopi & rectores animarum, quibus imperium & nobiliſſimus ille principatus ſuper omnem terram diuinitus eſt conceſſus. ita enim cum Commentario Græco grauiſſimi Doctores, Hieron. Auguſt. Euthymiuſque pronuntiant. Pulchrè autem Chaldæus Paraphraſtes eo loco Apoſtolos quaſi magnifico honoris titulo *iuſtos* appellat, dicens, *Pro patribus tuis iuſtis.* quod idem propè eſt ac ſi nuncupaſſet *reges*. Iuſti enim in diuinis oraculis perſpicuè dicuntur *reges*, vti Beda animaduertit. nam quod dicitur apud S. Lucam, *Multi Prophetæ & reges voluerunt videre*, &c. D. Matthæus rem eamdem exponens ſic habet: *Multi Prophetæ & iuſti cupierunt videre.* & quidem, vt ait Beda, hi *magni reges* ſunt, vtpote, qui tentationum ſuarum motibus non conſentiendo ſuccumbere, ſed regendo præeſſe nouerunt.

Patres ſunt Apoſtoli, filij eorum Epiſcopi.

Iuſti veri reges. Luc. 10, 24. Matth. 13, 17.

IN PSALMVM XLV. ARGVMENTVM.

α. Εἰς τέλος ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κόρε, ὑπὲρ τῶν κρυφίων.	1. In finem * pro filijs Core, pro arcanis *.
Ἄλλος· Τῷ νικοποιῷ τῶν υἱῶν Κορέ.	Alius: Victoriæ effectori filiorum Core.
Ἄλλος· Ὑπὲρ νεοτήτων ᾆσμα.	Alius: Pro adoleſcentijs Canticum.
Τὰ μὲν πολὺν χρόνον ὕςερον ἐσόμενα προαγορεύων, εἰς τὸ τέλος ἐπέγραψε τὸν ψαλμόν· ὑπὲρ τῶν κρυφίων δὲ, ἐπεὶ ἀπόκρυφα καὶ λανθάνοντα τὴν τῶν πολλῶν γνῶσιν θεσπίζει, αἰνιγματωδῶς λέγων, ἦχον	*Ea quæ multo pòſt tempore futura erant prædicens*, in finem *inſcripſit hunc Pſalmum*; pro arcanis *verò, quoniam abſcondita vaticinatur, & quæ plurimorũ effugiunt cognitionẽ, ænigmaticè dicẽs, ſonitum*

* *Vulgata omittit pro* * & *addit Pſalmus.*

 aqua-

PARAPHRASIS PATRVM.

aquarum, & commotionem gentium, & terræmotum. Sciendum autē, quoſdam ad Achaz & Phacee Pſalmum hunc retuliſſe; alios verò ad Gog & Magog; alios deniq; ad Ezechiam & Aſſyrium. Sed veroſimilius eſt, ipſum potius prædicere ſeditiones aduerſus Eccleſiam, & vocationem Gentium, quæ in infidelitate tamquam in abyſſo continentur, & exhibitum ipſi auxilium & pacem in qua modo verſatur.

ὑδάτων, καὶ κλῆσιν ἐθνῶν, καὶ σάλον γῆς. Ἰστέον δὲ, ὥς τινες εἰς τὸν Ἄχαζ καὶ Φακεὲ ἐξειλήφασι τὸν ψαλμόν· οἱ δὲ εἰς Γὼγ καὶ Μαγώγ· οἱ δὲ εἰς Ἐζεκίαν καὶ τὸν Ἀσσύριον. Ἁρμόττει δὲ μᾶλλον τὰς κατὰ τῆς ἐκκλησίας προαγορεύειν ἐπαναστάσεις, καὶ κλῆσιν ἐθνῶν τῶν καθειργμένων ὡς ἐν ἀβύσσῳ τῇ ἀπιστίᾳ, καὶ τὴν παρασχεθεῖσαν αὐτῇ βοήθειαν, καὶ τὴν νῦν ἐμπολιτευομένην εἰρήνην.

PARAPHRASIS.

2. DEVS noſter refugium, & virtus; adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Alius: In afflictionibus inuentus.

β. Ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ, καὶ δύναμις, βοηθὸς ἐν θλίψεσι, ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς σφόδρα.

Ἄλλος· Ἐν θλίψεσιν εὑρισκόμενος.

Dei auxilium omnibus præualet.

Detur enim, inquit, etiam decem tribus in vnum conueniſſe, & Syros ſimul cum his conſpiraſſe; attamen præſtantius eſt noſtrum auxilium, quia Deum habemus refugium, & virtutem in tribulationibus, quæ nos apprehendunt.

Δεδόσθω γάρ, φησι, καὶ τὰς δέκα φυλὰς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνεληλυθέναι, καὶ τοὺς Σύρους ἅμα τούτοις συμπεφωνηκέναι· ἀλλὰ κρείττων ἐστὶν ἡ ἡμετέρα βοήθεια, τὸν Θεὸν γὰρ ἔχομεν καταφυγὴν, καὶ ἰσχὺν ἐπὶ ταῖς καταλαμβανούσαις ἡμᾶς θλίψεσιν.

3. Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in * corda marium.

** Vulgata cor maris.*

γ΄. Διὰ τοῦτο οὐ φοβηθησόμεθα ἐν τῷ ταράσσεσθαι τὴν γῆν, καὶ μετατίθεσθαι ὄρη ἐν καρδίαις θαλασσῶν.

Nil timendum quando Deus adeſt nobis.

Ex hac cauſſa, inquit, non ſolùm vos non timebimus, ſed etiamſi vniuerſa terra conturbetur, & (quod fieri non poteſt) contingat montes ſuper mare conſtitui, quaſi diluuio quodam hominum in nos ingruente, nec ſic formidauimus: nam auxilium noſtrum maius eſt omnibus ingruentibus.

Ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας, φησὶν, οὐ μόνον ἡμᾶς οὐ φοβηθησόμεθα, ἀλλὰ κἂν ἡ πᾶσα γῆ συνταραχθείη, καὶ τὸ ἀμήχανον γένηται), τὰ ὄρη ἐπὶ τὴν θάλασσαν καταστῆναι, οἷον κατακλυσμοῦ τινος ἐπελθόντος ἐφ' ἡμᾶς ἀνθρώπων, οὐδ' οὕτω δεδοίκαμεν. ἡ γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν βοήθεια, μείζων ἐστὶ τῶν ἐπερχομένων.

4. Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum:

δ΄. Ἤχησαν καὶ ἐταράχθησαν τὰ ὕδατα αὐτῶν·

Aquas modò vocat multitudinem tam decem tribuum quàm Syrorum; quoniam inſtar maris proccelloſi in nos irruerunt, ſed nihil profecerunt. Cur, & quî ſic?

Ὕδατα νῦν καλεῖ τὰ πλήθη τῶν τε δέκα φυλῶν, καὶ τῶν Σύρων, ὅτι ὡς θάλασσα κυμαινομένη ὥρμησαν ἐφ' ἡμᾶς, ἀλλ' οὐδὲν ὤνησαν. πῶς, καὶ τίνα τρόπον;

Conturbati ſunt montes in fortitudine eius.

Ἐταράχθησαν τὰ ὄρη ἐν τῇ κραταιότητι αὐτῶν.

DIAPSALMA.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Nam fortitudo eius, inquit, & virtus, commouit ipſorum nobiles ac prima-

Ἡ γὰρ κραταιότης αὐτοῦ, φησι, καὶ ἡ ἰσχὺς, συνεκίνησεν αὐτῶν τοὺς ἐνδόξους, καὶ τοὺς μεγιστᾶνας.

ςάνας. Ὄρη γὰρ ἐνταῦθα τοὺς πρώτους αὐτῶν λέγει, καὶ τοὺς ἄρχοντας.

ε'. Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ·

Πόλιν τοῦ θεοῦ καλεῖ τὴν Ἱερουσαλήμ. Ὁρμήματα ποταμοῦ, νῦν τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ἀγαθὰ λέγει. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι τῶν κακῶν τῶν ἐπελθόντων ἡμῖν, μείζων οὖσα ἡ τοῦ θεοῦ ἀγαθότης, καὶ δίκην ποταμοῦ ῥυζῶντος ἐφ᾽ ἡμᾶς φερομένη, ἐν εὐφροσύνῃ καθίστησι τὴν πόλιν.

Ἡγίασε τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁ ὕψιστος.

Πάλιν σκήνωμα τοῦ θεοῦ καλεῖ τὴν Ἱερουσαλήμ, ὡς τοῦ θεοῦ ἐκεῖ κατοικοῦντος, καὶ κατασκηνοῦντος. Ἡγίασεν οὖν, φησιν, αὐτὸ τὸ σκήνωμα, τουτέστιν ἀνέπαφον ἐφύλαξεν, καὶ καθαρὸν πάσης βλάβης.

ς'. Ὁ θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται·

Πῶς γάρ, φησιν, ἔμελλε τάραχον ὑπομένειν πόλις, ἣν αὐτὸς ὁ κύριος κατοικεῖ.

Βοηθήσει αὐτῇ ὁ θεὸς τὸ πρὸς πρωῒ πρωΐ.

Τὸ τάχος λέγει καὶ τὴν ὀξυτάτην ἀντίληψιν. Διὰ τοῦτο γὰρ αὐτῇ, φησι, τὴν ταχείαν παρέχει τὴν βοήθειαν, καὶ ὀξυτάτην τὴν κηδεμονίαν.

ζ'. Ἐταράχθησαν ἔθνη, ἔκλιναν βασιλεῖαι·

Ἐντεῦθεν, φησιν, οἱ πολεμοῦντες ἡμῖν ἐξαίφνης ἐν σάλῳ καὶ ταραχῇ κατέστησαν, καὶ αἱ βασιλεῖαι ὑπῆξαν ἡμῖν καὶ ὑπετάγησαν.

Ἔδωκεν φωνὴν αὐτοῦ ὁ ὕψιστος, ἐσαλεύθη ἡ γῆ.

Ὡς γὰρ στρατηγός, φησιν, ἄριστος ἐκ τῆς πόλεως ἐμβοήσας εἰς τὰ ὦτα τῶν πολεμίων, οὐ μόνον αὐτοὺς συνετάραξεν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν γῆν συνεκλόνησεν.

η'. Κύριος τῶν δυνάμεων μεθ᾽ ἡμῶν·

Οὗτός, φησιν, ὁ θεός ἐστιν ὁ τὴν βοήθειαν ἡμῖν νέμων.

Ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ θεὸς Ἰακώβ.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Καὶ ὁ θεός, φησι, τοῦ προπάτορος Ἰακώβ, αὐτός ἐστιν ὁ τὴν ἀντίληψιν ἡμῖν χαριζόμενος.

θ'. Δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ,

tes. Montes enim hic primores ipſorum intelligit atque duces. PARAPHRASIS PATRVM.

5. Fluminis impetus * lætificant ciuitatem Dei: * *Vulgata* lætificat

Ciuitatem Dei vocat Ieruſalem. *Impetus fluminis* modò dicit bona quæ à Deo promanant. Vult itaque dicere, quòd malis in nos ingruentibus maior ſit benignitas Dei; quæ more fluminis fluentis ad nos delata, afficit lætitiâ ciuitatem. *Deus lætificat ciuitatē ſuam, & ſanctificat.*

Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus.

Rurſus tabernaculum Dei vocat Ieruſalem; quippe Deo ibi habitante & commorante. Sanctificauit igitur, inquit, hoc ipſum tabernaculum, id eſt, intactum cuſtodiuit, & purum omni noxâ.

6. Deus in medio eius, & non commouebitur:

Quomodo enim, inquit, conturbaretur ciuitas, quam ipſemet Dominus inhabitat? *Auxilij Dei firmitas & promptitudo.*

Adiuuabit eam Deus manè diluculo.

Celeritatem dicit & velocitatem auxilij. Idcircò enim, inquit, ipſi celerem præbet opem, & velociſſimam curationem.

7. Conturbatæ ſunt gentes, inclinata ſunt regna:

Hinc, inquit, aduerſarij noſtri ſtatim conturbati ſunt, & regna nobis ſe ſubdiderunt ac ſubiecerunt. *Efficacia auxilij diuini.*

Dedit vocem ſuam * Altiſſimus, mota eſt terra. * *Vulgata omiſit* Altiſſimus,

Quemadmodum enim dux, inquit, optimus de ciuitate inſonans in aures hoſtium, non ſolùm ipſos conturbauit, verùm etiam totam terram concuſſit.*

8. Dominus virtutum nobiſcum:

Hic, inquit, Deus eſt, qui auxilium nobis impertit.

Suſceptor noſter Deus Iacob.

DIAPSALMA.

Et Deus, inquit, progenitoris Iacob, ipſe eſt qui defenſionem nobis præbet.

9. Venite, & videte opera Domini,

PARAPHRASIS PATRVM.

Opera Dei conſideranda cum gratitudine.

Congregamini igitur, inquit, omnes, & percipite qualia pro nobis operatus ſit Deus.

Quæ poſuit prodigia ſuper terrã:

In terra, inquit, noſtra, id eſt Ieruſalem, oſtendit, inquit, mirabilia & prodigia, tantam multitudinem hoſtium conatu ſuo fruſtratam auertens.

10. Auferens bella vſque ad finem terræ.

Hic, inquit, eſt, qui omnes hoſtes, quando vult, in fugam vertit, & facit tranquillam eſſe terram quandocumque voluerit.

Arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni.

Hic eſt, inquit, qui ipſis armis hoſtes quando vult ſpoliat.

11. Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus:

Exiſtimate igitur, inquit, dicere ad omnes Deum. q. d. Cùm vacatis ab inimicis ſecuri, in hoc occupemini, vt cognoſcatis qualem Deum habeatis.

** Vulgata addit &*

Exaltabor in gentibus, * exaltabor in terra.

Et hæc, inquit, putate vos audire ab ipſo: Quoniam ego ſum omnium altiſſimus, tam gentium quàm terræ Ieroſolymitanæ, & prout voluero negotia diſpono.

12. Dominus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Iacob.

Hic, inquit, Deus nobiſcum eſt, qui omnium virtutum habet poteſtatem, qui progenitoris noſtri ſuſceptor eſt, & beneficia etiam vſque in nos deriuat.

Συνάχθητε οὖν, φησὶν, ἅπαντες καὶ καταμάθετε, οἷα ὑπὲρ ἡμῶν εἰργάσατο ὁ Θεός.

Ἃ ἔθετο τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς·

Ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἡμετέρας, φησὶ, τουτέστι τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐπεδείξατό, φησι, θαύματα καὶ τέρατα, τοσοῦτον πλῆθος πολεμίων ἀποστρέψας ἄπρακτον.

ί. Ἀνταναίρων πολέμους μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς.

Οὗτός, φησὶν, ἐστὶν ὁ πάντας τοὺς πολεμίους, ὅτε βούλεται, ἀναστέλλων καὶ ποιῶν εἰρηνεύειν τὴν γῆν ἐφ' ὅσον ἂν ἐθέλοι.

Τόξον συντρίψει, καὶ συγκλάσει ὅπλον, καὶ θυρεοὺς κατακαύσει ἐν πυρί.

Οὗτός ἐστὶν, φησιν, ὁ αὐτοῖς ὅπλοις τοὺς πολεμίους ὅτε βούλεται, ἀναιρῶν.

ιά. Σχολάσατε, καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός·

Νομίσατε οὖν, φησιν, ἐρεῖν πρὸς ἅπαντας τὸν Θεὸν, ὅτι ἐπειδὴ, φησι, σχολάζετε τῶν πολεμίων πεπαυμένοι, εἰς τοῦτο ἀσχολήθητε εἰς τὸ γνῶναι ποῖον ἔχετε Θεόν.

Ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ.

Καὶ ταῦτά, φησι, νομίσατε ἀκούειν παρ' αὐτοῦ· Ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ πάντων ὑψηλότατος, τῶν τε ἐθνῶν καὶ τῆς γῆς τῆς κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὡς ἂν ἐθέλω διατίθημι τὰ πράγματα.

ιϐ'. Κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ.

Οὗτός, φησιν, ὁ Θεὸς μεθ' ἡμῶν, ὁ πασῶν τῶν δυνάμεων ἔχων τὴν ἐξουσίαν, ὁ τοῦ προπάτορος ἀντιλήπτωρ, καὶ διαβιβάζων τὰς εὐεργεσίας ἄχρι καὶ ἡμῶν.

COMMENTARIVS.

2. DEVS NOSTER REFVGIVM.] Propheta hic ſolitâ vtitur philoſophiâ, à rebus quidem ad hanc vitam pertinentibus abducens, in ſpem autem ſupernam erigens auditorem. Si velis, inquit, inexpugnabilem videre virtutem, ad Deum confuge, vires eius attrahe. Rectè autem dixit, *Refugiũ & virtus*; oſtendens, quòd aliquãdo quidem fugiendo vincimus, aliquando verò

Deus refugium & virtus in afflictionibus.

ϐ'. Ὁ ΘΕΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΤΑΦΥΓΗ.] Τῇ συνήθει κέχρηται ὁ Προφήτης φιλοσοφίᾳ· τῶν μὲν βιωτικῶν ἀπάγων πραγμάτων, εἰς δὲ τὴν ἄνωθεν ἐλπίδα ἀνάγων τὸν ἀκροατήν. Εἰ βούλει, φησὶ, τὴν ἄμαχον ἰδεῖν δύναμιν, ἐπὶ τὸν Θεὸν κατάφυγε, ἐκείνου ἐπισπῶ τὴν ἰσχύν. Καὶ καλῶς εἶπε, καταφυγὴ καὶ δύναμις, δεικνὺς ὅτι ποτὲ μὲν φεύγοντες νικῶμεν, ποτὲ δὲ ἱστάμενοι.

μενοι. Καὶ γὰρ ἀμφότερα δεῖ ποιεῖν, καὶ ὁμόσε χωρεῖν, καὶ ἐκκλίνειν, ὅτε καιρός. Ὃ δὲ πολλάκις εἶπον, τοῦτο καὶ νῦν λέγω. Ὡς οὐ κωλύει τὰς θλίψεις ἐπελθεῖν, ἀλλὰ παραγενομένων παρίσταται. Τὸ δὲ σφόδρα τῷ βοηθῷ προσνεμητέον· καὶ γὰρ οὐχ ὡς ἔτυχε βοηθεῖ, ἀλλὰ μεθ' ὑπερβολῆς πλείονα παρέχων τὴν ἀπὸ τῆς συμμαχίας παράκλησιν, τῆς ἀπὸ τῶν θλίψεων ὀδύνης.

γ'. ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΟΥ ΦΟΒΗΘΗΣΟΜΕΘΑ.] Διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, φησίν, ὅτι τὸν Θεὸν ἔχομεν βοηθόν, οὐ μόνον τοὺς ἐχθροὺς οὐ φοβηθησόμεθα, ἀλλὰ κἂν πᾶσα ἡ γῆ συνταραχθείη· καὶ τὸ ἀμήχανον, τὰ ὄρη ἐπὶ τὴν θάλασσαν μετασταίη. μείζων ἡ βοήθεια ἡμῖν τῶν ἐπερχομένων δεινῶν. Ὁρᾷς πῶς πλείονα παρέχει τὴν βοήθειαν; Οὐ γὰρ μόνον εἶπεν, οὐχ ἁλωσόμεθα, ἀλλ' οὐδὲ πεισόμεθα ὃ κοινόν ἐστι τῆς φύσεως, τὸ φοβηθῆναι. Γῆν δὲ ἐνταῦθα, καὶ ὄρη, καὶ θάλασσαν, οὐ τὰ στοιχεῖά, φησιν· ἀλλὰ τοῖς ὀνόμασι τούτοις, τοὺς ἀφορήτους κινδύνους αἰνίττεται. Εἰπὼν δὲ ὅτι κἂν πάντα ἴδωμεν συγκεχυμένα, κἂν τὴν κτίσιν συῤῥηγνυμένην, οὐ δείσομεν. Περὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ νῦν διαλέγεται, ὅτι ἄμαχός ἐστι. Καὶ εἰκότως οὐ δεδοίκαμεν, ὅτι σείει πάντα, σαλεύει, μετατίθησιν ὅτε βούλεται, οὕτως αὐτῷ ῥᾴδια πάντα. Δοκεῖ δὲ μᾶλλον ἐπιμένων τῇ τροπῇ ὕδατα καλεῖν τὰ πλήθη τῶν πολεμίων, τοὺς ἀνδρείους, τοὺς ὑψηλούς. Ὡς θάλασσα γάρ, φησι, ἐπελθόντες κυμαινομένη, οὐδὲν ὤνησαν. τίνα τρόπον; ἡ γὰρ κραταιότης αὐτοῦ καὶ ἰσχὺς συνετάραξε τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν, καὶ τοὺς ἄρχοντας, οὓς διὰ τῶν ὀρέων ἐσήμανεν. Ὄρη καὶ αἱ ἐναντίαι δυνάμεις, διὰ τὸν τῆς ἀλαζονίας ὄγκον, καὶ τοῦ τύφου τὸ ὑψηλόν. Ὕδατα δὲ τῶν ἀνθρώπων αἱ γνῶμαι, τῇ δὲ κακεῖσε φερόμεναι, καὶ ὑπὸ τῶν τῆς ἀπάτης πνευμάτων κυκώμεναι.

Ἄλλος. Γῆν εἶπεν τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. οἵ, φησιν, εἰ καὶ τοσοῦτον ἰσχύσειαν πολεμοῦντες, ὡς καὶ ὄρη μεθιστᾷν, καὶ θάλασσαν μετακινεῖν, ἀλλ' ἡμῖν ὁ ἰσχυρὸς Θεὸς εἰς ἐπικουρίαν ἀρκέσει. Ὄρη δὲ ταραχθέντα ἐν τῇ κραταιότητι αὐτοῦ· τάχα τοὺς ἐν κόσμῳ περιφανεῖς, καὶ μεγαφρονοῦντας ἐπὶ τῇ κενῇ δόξῃ· οἱ τῷ κηρύγματι ἀντέπιπτον. Ἢ καρδίας θαλασσῶν, τὰς ἀβύσσους· ὄρη δὲ τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις λέγει.

ε'. ΤΑ ΠΟΤΑΜΟΥ ΤΑ ΟΡΜΗΜΑΤΑ.]

ſtando. Vtrumque enim oportet facere, & contrà tendere & declinare, quando tempus eſt. Quod autem ſæpè dixi, hoc & nunc dico. Non prohibet quò minùs veniant afflictiones, ſed vbi aduenerint, adſiſtit. Vocula autem *valdè* adiutori attribuenda eſt: neque enim quomodocumque iuuat, ſed excellenter plus præbens ſolatij ex ope lata, quàm ſit ſuſcepta moleſtia ex afflictionibus. COMMENTARIVS PATRVM.

3. PROPTEREA NON TIMEBIMVS.] Propter hanc cauſſam, inquit, quòd Deum habemus adiutorem, non ſolùm inimicos non timebimus; ſed etiamſi vniuerſa terra conturbata fuerit, &, quod impoſſibile eſt, montes in mare transferantur, auxilium noſtrum maius malis ingruentibus. Vides, quomodo maius fert auxilium? Non ſolùm enim dixit, Non capiemur; ſed ne id quidem patiemur (quod eſt naturæ proprium) vt terreamur. Terram autem hîc dicit & montes, & mare, non elementa. ſed hiſce nominibus intolerabilia pericula inſinuat. Quando autem dicit, Etſi omnia videamus confuſa, etiamſi mundi fabricam conuulſam, non timebimus. De potentia eius modò diſſerit, quoniam inexpugnabilis eſt. Et meritò non timuerimus, quia concutit omnia, conquaſſat, transfert quando vult. adeò ſunt illi omnia facilia. Videtur autem potiùs manendo in figura *aquas* appellare multitudinem inimicorum, fortes, ſublimes. Quemadmodum enim, inquit, mare procelloſum ingruentes, nihil profecerunt. Quî ſic?nam fortitudo eius & robur conturbauit nobiles eorum atque principes, quos per *montes* ſignificauit. *Montes* etiam ſunt aduerſariæ poteſtates, propter ſuperbiæ tumorem & inflationis altitudinem. *Aquæ* verò hominum ſententiæ hac illacque delatæ, & à deceptionis ſpiritibus ſuſcitatæ.

Deo adiutore nil timendum.

Deus adiutor potens.

Alius. *Terram* dixit inhabitantes terram; qui, inquit, licet tantùm bellando præualerent, vt etiam montes transferrent, & mare transmouerent; nobis tamen Deus fortis ad auxilium ſufficiet. Montes verò conturbati ſunt in fortitudine eius; fortè hi qui in mundo illuſtres ſunt, & inani gloriâ efferuntur, qui prædicationi reluctarunt. Vel *corda marium*, abyſſos; *montes* verò intelligit aduerſarias poteſtates.

5. FLVMINIS IMPETVS.]

Alius,

COMMENTARIVS PATRVM.

Alius, *diuiſiones ſpiritus*. At pro *tabernaculum tuum*, alius ait, *ſanctum habitationis Altiſſimi*; pro *manè* verò alius, *circa auroram*; alius, *dum imminet matutinum*. Poſtquam magnitudinem fortitudinis eius commemoraſſet, ad eam quam circa Iudæos gerit prouidentiam conuertit orationem, bona ipſis data paucis perſtringens. Fortis, inquit, hic Deus innumeris ciuitatem noſtram repleuit bonis. *Fluuius* enim hîc vbertatem largitionis & profuſionem declarat. ac ſi diceret: Tamquam è fontibus omnia nobis bona profluunt. Non ſolùm autem præbet nobis ſecuritatem & auxilium, ſed etiam ſpiritalem gratiam. Vnde ſubiunxit, *Sanctificauit tabernaculum ſuum*. Qui enim, inquit, tam altus eſt, & nullo loco continetur, dignatus eſt tabernaculum ſuum vocare ciuitatem, & vndequaque illam continet. hoc enim ſibi vult illud, *In medio eius*. Propterea non ſolùm nihil patietur mali, ſed neque commouebitur. Cauſſa autem eſt, quia celerrimum auxilium conſequetur. Hoc enim illud *Manè diluculo* per geminationem indicat. Videtur autem ſecundùm litteram *fluuium* vocare regem Aſſyriorum, quemadmodum Iſaias, *Eò* [inquit] *quòd populus hic non vult aquam Siloam, quæ vadit cum ſilentio, ſed vult habere Raaſin & filium Romeliæ; propterea adducit Dominus ſuper vos aquam fluminis multam, & fortem, regem Aſſyriorum*. Cùm igitur Raaſin & filius Romeliæ conſpirantes obſederint Ieruſalem; Aſſyriorum verò ſuper eos impetus in fugam illos egerit, & ſoluerit obſidionem (quod lætitiam ijs attulit) hoc eminus Propheta præuidens, vaticinatus eſt.

Inſtar fluuij Deus bona profundit.

Iſaiæ 8, 6.

7. CONTVRBATÆ SVNT GENTES.] Alius, *Congregatæ ſunt gentes*. Oſtendit hîc vim eius auxilij. Non enim quibuſlibet inuadentibus, ſed regibus & gentibus coëuntibus, & vnam ciuitatem circumdantibus, non ſolùm nihil paſſa eſt, ſed etiam ſuperauit. Siquidem & gentes conquaſſatæ ſunt, & regna ſubiugata. Vbi enim exercitus in inimicorum auribus inſonuerat, non ſolùm illos conturbauit, ſed etiam terram ipſam conquaſſauit. *Dedit vocem ſuam Altiſſimus*. Non quòd voce vincat Deus, ſed à craſſioribus ipſos abducens, ſublimiorem vocem poſuit.

Fortis defenſor Deus conturbans inimicos.

Ἄλλος, αἱ διαιρέσεις τοῦ πνεύματος. Ἀντὶ δὲ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ· ἄλλος φησί, τὸ ἅγιον τῆς κατασκηνώσεως τοῦ ὑψίστου· ἀντὶ δὲ τοῦ πρωΐ· ἄλλος, τὸ πρὸς ὄρθρον· ἄλλος, τὸ νεύσαι πρωΐαν. Εἰπὼν τὸ μέγεθος αὐτοῦ τῆς ἰσχύος, εἰς τὴν παρὰ Ἰουδαίους πρόνοιαν μετατίθησι τὸν λόγον, τὰ δεδομένα αὐτοῖς ἀγαθὰ διὰ βραχέων παριστάς. Ὁ ἰσχυρός, φησίν, οὗτος θεὸς μυρίων τὴν πόλιν ἡμῶν ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. Ποταμὸς γὰρ τὸ δαψιλὲς τῆς χορηγίας, καὶ τὸ ἐκκεχυμένον παρίστησιν. ὡσεὶ ἔλεγε, Καθάπερ ἐκ πηγῶν ἡμῖν ἅπαντα ἐπιρρεῖ τὰ ἀγαθά. Οὐκ ἀσφάλειαν δὲ μόνον παρέχεται, καὶ βοήθειαν, ἀλλὰ καὶ πνευματικὴν χάριν. ὅθεν ἐπήγαγεν, Ἡγίασε τὸ σκήνωμα αὐτοῦ. Ὁ γὰρ οὕτως, φησίν, ὑψηλός, καὶ μηδενὶ τόπῳ περιεχόμενος, κατηξίωσε σκήνωμα αὐτοῦ καλέσαι τὴν πόλιν, καὶ πάντοθεν αὐτὴν συνέχει. τοῦτο γάρ ἐστιν, ἐν μέσῳ αὐτῆς. Διὰ τοῦτο, οὐ μόνον οὐδὲν πείσεται δεινόν, ἀλλ᾽ οὐδὲ σαλευθήσεται. Τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι ταχίστης ἀπολαύσεται συμμαχίας. Τοῦτο γὰρ πρωῒ πρωῒ διὰ τοῦ ἀναδιπλασιασμοῦ σημαίνει. Δοκεῖ δὲ κατὰ τὸ γράμμα ποταμὸν λέγειν τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων. ὡς Ἡσαΐας, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν λαὸν τοῦτον τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωάμ, τὸ πορευόμενον ἡσυχῆ, ἀλλὰ τὸν Ῥαασὶν καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Ῥομελίου, διὰ τοῦτο ἀνάγει κύριος ἐφ᾽ ὑμᾶς τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ τὸ πολύ, καὶ ἰσχυρόν, τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων. Ἐπεὶ οὖν ὁ Ῥαασὶν καὶ ὁ τοῦ Ῥομελίου συμφρονήσαντες ἐπολιόρκουν τὴν Ἱερουσαλήμ, ἡ δὲ τοῦ Ἀσσυρίου πρὸς τούτους ὁρμή, φυγὴν ἐκείνων εἰργάσατο, λύσιν δὲ τῆς πολιορκίας, ὃ καὶ εἰς εὐφροσύνην αὐτῇ γέγονε, τοῦτο πόρρωθεν ὁ προφήτης ἰδὼν προεθέσπισεν.

ζʹ. ΕΤΑΡΑΧΘΗΣΑΝ ΕΘΝΗ.] Ἄλλος, συνήχθη ἔθνη. Δείκνυσιν ἐνταῦθα τῆς βοηθείας αὐτοῦ τὴν δύναμιν. Οὐ γὰρ τῶν τυχόντων ἐπιόντων, ἀλλὰ βασιλέων, καὶ ἐθνῶν συνιόντων, καὶ πολιορκούντων πόλιν μίαν, οὐ μόνον οὐδὲν ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ περιεγένετο. Καὶ γὰρ καὶ τὰ ἔθνη ἐν σάλῳ κατέστησαν, καὶ αἱ βασιλεῖαι ὑπεῖξαν. Ὡς γὰρ στρατηγὸς ἐμβοήσας εἰς τὰ τῶν πολεμίων ὦτα, οὐ μόνον ἐκείνους ἐτάραξεν, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν συνεκλόνησεν. Ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ ὁ ὕψιστος. Οὐχ ὅτι φωνῇ νικᾷ ὁ θεός, ἀλλὰ τῶν παχυτέρων αὐτοὺς ἀπάγων, ὑψηλοτέραν τέθεικε λέξιν.

Ἐπεὶ

Ἐπεὶ γὰρ ὁπλιζόμενον αὐτὸν εἰσήγαγε, δείκνυσιν ὅτι μεταφορικῶς ἐκεῖνα εἴρηται. ὁ γὰρ Θεὸς οὐδενὸς δεῖται, καὶ φωνῇ δυνάμενος διασεῖσαι τὴν γῆν. Οἶδε δὲ καὶ γῆν τὰ πλήθη καλεῖν, ὡς τό, Καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ, χεῖλος ἕν. Καὶ αἱ τἀναντία δὲ τῷ εὐαγγελικῷ λόγῳ φρονοῦσαι βασιλεῖαι ὑπέκλινον τὸν αὐχένα τῷ σωτηρίῳ ζυγῷ· ταῖς γὰρ παντοδαπαῖς θαυματουργίαις, τὸ οἰκεῖον ὕψος ἀπέδειξεν ὁ Θεός. Εὐκαίρως δὲ τοῦ Ἰακὼβ ἐπεμνήσθη, ὡς πρώτου τὴν τῶν ἐθνῶν προθεσπίσαντος κλῆσιν. ὄντος δὲ καὶ τῶν ἐξ Ἱερουσαλὴμ προπάτορος. Ταῦτα δὲ συμβέβηκεν ἡμῖν, φησιν, ὅτι Κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν. Ὁ Ἑβραῖος Σαββαὼθ λέγει, ὃ σημαίνει στρατιῶν. Ἀνάγει γὰρ κατὰ μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς τὸν λόγον ἐπὶ τὸν οὐρανὸν εἰς τοὺς ἀπείρους τῶν ἀγγέλων δήμους. Τί μοι λέγεις, φησίν, ἀνθρώπους ἀπολλυμένους; σκόπησον αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν ἀπὸ τῆς ἐν οὐρανῷ βασιλείας. Καλῶς δὲ δυνάμεις ὠνόμασε τὴν ἰσχὺν αὐτῶν ἐνδεικνύμενος. Τί δὲ εἰ δύναται μέν, οὐ βούλεται δέ, φησι, χεῖρα ὀρέξαι; μηδὲ τοῦτο φοβοῦ, διὸ ἐπήγαγεν, Ἀντιλήπτωρ ἡμῶν. τί οὖν ἂν ἡμεῖς ἀνάξιοι; ἀλλὰ πατρῴαν πρὸς αὐτόν, φησιν, ἔχομεν φιλίαν· διὸ προσέθηκεν, Ὁ Θεὸς Ἰακώβ.

θ΄. ΔΕΥΤΕ, ΚΑΙ ΙΔΕΤΕ.] Συναχθῆτε, φησι, καὶ καταμάθετε, οἷα ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Θεὸς εἰργάσατο θαύματα, πολέμους ἀνατρέπων, τόξα συντρίβων, καὶ θλῶν θυρεούς. Ἐπεκτείνει δὲ τὴν ὑπόθεσιν ἐξ ἡδονῆς πολλῆς, καὶ διαθέσεως τῆς πρὸς Θεόν, καὶ λέγει τὰς νίκας, ἃς ὑπὲρ αὐτῶν εἰργάσατο. Καλῶς δὲ τέρατα, καὶ οὐχὶ νίκας. Οὐ γὰρ κατὰ ἀκολουθίαν ἐγίνετο τὰ γινόμενα, ἀλλὰ θείᾳ ῥοπῇ. Τέρατα οὖν καλεῖ, ὡς παραδόξως συμβαίνοντα. Ἔξεστι δὲ λαβεῖν αὐτὸ καὶ κατ' ἀναγωγήν. Καὶ γὰρ πόλεμον κατέλυσε χαλεπόν, τὸν τῶν δαιμόνων. Πῦρ δὲ τὴν ὀργὴν αὐτοῦ ἐνταῦθα καλεῖ. ἢ ἐπεὶ κατέκαυσαν νικηθέντες τὰ ὅπλα πολλοί. Ἀντὶ δὲ τοῦ, τέρατα, Ἀκύλας, κατεργάσματα· Σύμμαχος, ἃ διεπράξατο, ἔργῳ δὲ πεπλήρωκε. Καὶ τό, τοὺς πολέμους ἀναιρεθῆναι μέχρις ἐσχάτων τῆς γῆς. Πρότερον γὰρ κατὰ πόλεις καὶ τοπαρχίας μαχόμενοι, ὡς καὶ γεωργεῖς μέλειν περὶ τούτων, ἐπιφανέντος Χριστοῦ, ἡ μόναρχος τῶν Ῥωμαίων βασιλεία ἀπήρξατο τῆς εἰρήνης συντρεχούσης αὐτῇ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ἀφ' οὗ οἱ πλεῖστοι εἰρήνῃ συζῶ-

Quia enim armatum ipſum induxerat, oſtendit quòd illa dicta ſint metaphoricè: Deus enim nullius eget, cùm vel voce poſſit concutere terram. Solet etiam terram vocare multitudinem, iuxta illud, *Et erat omnis terra labium vnum.* Quin & regna, quæ Euangelico ſermoni contraria ſentiebant, ſalutari iugo colla ſubmiſerunt: ſiquidem omnis generis miraculis altitudinem ſuam Deus demonſtrauit. Opportunè autem Iacobi mentionem fecit, vtpote qui primus vocationem Gentium vaticinatus eſt; Ieroſolymitanorum verò progenitor extitit. Hæc autem, inquit, nobis acciderunt, quia Dominus virtutum eſt nobiſcum. Hebræus legit *Sabaoth*, quod ſignificat *exercituum.* Paulatim enim à terra ad cælum adducit orationem ad infinitos Angelorum cœtus. Quid enim, inquit narras mihi homines qui pereunt? conſidera eius vires ex regno quod in cælis obtinet. Pulchrè autem *virtutes* appellauit, vt vires eorum oſtenderet. Quid porrò, ſi poſſit quidem, non velit autem, inquit, manum porrigere? atqui ne hoc timeres, idcircò ſubiunxit, *Suſceptor noſter.* Quid ſi nos ſumus indigni? Sed habemus, inquit, paternum in ipſo amorem; quapropter addidit, *Deus Iacob.*

COMMENTARIVS PATRVM.

Gen. 11, 1.

9. VENITE, ET VIDETE.] Congregamini, inquit, & diſcite, qualia pro nobis Deus patrauerit miracula, bella euertens, arcus conterens, & ſcuta confringens. Amplificat autem hoc argumentum ex magna voluptate & affectu in Deum, & narrat victorias quas pro eis obtinuit. Rectè autem [dixit] *prodigia*, & non victorias. Non enim quæ fiebant, ex certo ordine fiebant, ſed diuino nutu. *Prodigia* igitur appellat, vt quæ præter ordinem eueniebant. Liceat verò hoc etiam accipere ſecundùm anagogiam. Difficile enim dæmonum bellum confecit. *Ignem* autem hîc vocat iram eius: vel quia plurimi deuicti arma combuſſerunt. Ceterùm pro *prodigia*, Aquila, *opera*; Symmachus, *Ea quæ fecit, opere verò compleuit.* Et bella ſublata vſq; ad fines terrę. Cùm enim priùs per ciuitates & loca pugnarēt, ita vt etiam ruricolæ bella meditarentur; vbi Chriſtus apparuit, Monarchicum Romanorum Imperium pacis primitias obtulit, cum ipſa concurrente Euangelica prędicatione, è qua plurimi cum pace vitam a-

Victoria prodigioſa Dei recolenda.

COMMENTARIVS PATRVM.

gunt. Vel tunc denique demum eluxit, omni bello ſopito. Quòd ſi ea quæ decent faceremus, imò ne quidem afflictionibus moneri opus haberemus.

11. Vacate et videte.] Alius, *Propitiamini & cognoſcite;* alius, *Sinite vt cognoſcatis.* Ceterùm, videtur etiam ad gentes loqui: illud enim *ſinite* (quod alius dixit) hoc ſignificat. q. d. Dimittite errorem, vacatione vobis opus eſt, indigetis animâ ſanâ. Cognoſcite verum fortem, liberamini à caligine.

Vacandum diuinæ cognitioni.

Alius. A bello ceſſantes, & altâ pace fruentes, vult in bonum tempore vti. Diuina ſiquidem cognitio exiſtit ex vacatione rerum aliarum, ob quam Pharao increpans Hebræis dixit: *Otio dediti eſtis.* Hoc vtique eſt otium vtile, ſecùs quàm Athenienſium: hi enim *ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid noui.* quo etiamnum otio nonnulli vtentes, noua dogmata comminiſcuntur. Vacatione igitur opus eſt ad noſcendum Deum. Illud verò *exaltabor,* id eſt per opera vobis magnus oſtendar. Dominus igitur virtutum nobiſcum, non verò idola: ne igitur timeatis.

Exodi 5. 17. Act. 17, 21.

σι. Ἢ καὶ τέλεον αὖ ἀνέλαμψε, καταλυθέντος παντὸς πολέμου. Εἰ τὰ προσήκοντα ἐπράττομεν, καὶ μὴ τῆς ἀπὸ τῶν θλίψεων ἐδεόμεθα ὑπομνήσεως.

ια΄. ΣΧΟΛΑΣΑΤΕ ΚΑΙ ΓΝΩΤΕ.] Ἄλλος, ἱλάσθητε καὶ γνῶτε· ἄλλος ἐάσατε ἵνα γνῶτε. Δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ ἔθνη διαλέγεσθαι· τὸ γὰρ ἐάσατε, ὃ ἕτερος εἶπεν, τοῦτο δηλοῖ. Ἄφετε τὴν πλάνην, δεῖ ὑμῖν σχολῆς, δεῖ ὑγιαινούσης ψυχῆς, γνῶτε τὸν ἀληθῆ ἰσχυρόν, ἀπαλλάγητε τῆς ἀχλύος.

Ἄλλος. Παυσαμένους τοῦ πολέμου, καὶ βαθείας μετασχόντας εἰρήνης, βούλεται εἰς ἀγαθὸν χρήσασθαι τῷ καιρῷ. Θεία γὰρ γίνεται γνῶσις, διὰ τὸ ἀπὸ τῶν ἄλλων σχολῆς, πρὸς ἣν ὁ Φαραὼ διαβεβλημένος τοῖς Ἑβραίοις ἔλεγε· σχολασταί ἐστε. Αὕτη μὲν οὖν ἡ σχολὴ ὠφέλιμος· ἡ δὲ τῶν Ἀθηναίων οὐχί· εἰς οὐδὲν γὰρ ἄλλο εὐκαίρουν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον. ᾗ καὶ νῦν τινὲς χρώμενοι, καινότερα εὑρίσκουσι δόγματα. σχολῆς οὖν χρεία πρὸς τὸ γνῶναι θεόν. τὸ ὑψωθήσομαι δέ, ἀντὶ τοῦ διὰ τῶν ἔργων ὑμῖν δειχθήσομαι μέγας. Κύριος οὖν τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀλλ' οὐ τὰ εἴδωλα· μὴ οὖν φοβεῖσθε.

CATENA PATRVM.

2. DEVS NOSTER REFVGIVM ET VIRTVS.] THEODORETI. Superior Pſalmus erat de Regina ex Gentibus Eccleſia, & de principibus eius; nunc autem declarat hic ſermo tumultus, qui in principio prædicationis facti ſunt, fidelibus ex omni parte oppugnatis; & ait, *Deus noſter refugium,* &c. Deſcribit quonam pacto cœtus eorum qui perſecutionem ſuſtinent, diuinâ ſpe fretus, imminentes procellas deſpiciat, habens Deum pro vallo inexpugnabili: vnde intrepidi erant in conturbatione terræ, & dæmonum in abyſſum expulſione. *Montes* enim hos vocat, propter mentis tumorem; *aquas* verò homines mente ſemper inſtabiles, & à fraudulentiæ ſpiritibus obſeſſos. Ceterùm declarant etiam Acta Apoſtolorum, quemadmodum nimirum ipſis peregrinantibus, replebantur tumultibus ciuitates, prout in Epheſo Demetrius totam vrbem commouit. Lyſtris item, & Derbæ,

Montes & aquæ quid tropicè.

Act. 17, 18, 19. *Apoſtolis prædicantibus commotus eſt orbis.*

β΄. ὉΘΕΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΤΑΦΥΓΗ ΚΑΙ ΔΥΝΑΜΙΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὁ προτεταγμένος ψαλμὸς περὶ τῆς βασιλίδος ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς ἀρξάντων· νῦν δὲ δεικνύει τοὺς θορύβους ὁ λόγος, τοὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος, τῶν πιστῶν πανταχόθεν πολεμουμένων, καί φησιν, Ὁ θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ καὶ ἑξῆς. Διαγράφει τίνα τρόπον ὁ τῶν ἀδικουμένων χορός, τῇ εἰς θεὸν πεφραγμένος ἐλπίδι, τῶν προσβαλόντων καταφρονεῖ κυμάτων, ἔχων αὐτὸν περίβολον ὀχυρόν, ὅθεν ἀδεεῖς ἦσαν ἐπὶ τῷ ταράχῳ τῆς γῆς, καὶ τῇ τῶν δαιμόνων εἰς ἄβυσσον ἐκβολῇ. Ὄρη γὰρ τούτους καλεῖ διὰ τὸ τῆς γνώμης ὑψηλόν· ὕδατα δὲ τοὺς αἰθερόπους ἀεὶ τὴν διάνοιαν μεταγομένους, καὶ ὑπὸ τῶν τῆς ἀπάτης κυκλουμένους πνευμάτων. Δηλοῦσι δὲ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ Πράξεις, ὡς ἄρα περινοστούντων αὐτῶν, ἐνεπίμπλαντο θορύβων αἱ πόλεις, καθὼς ἐν Ἐφέσῳ τὴν ἅπασαν πόλιν Δημήτριος ἐκίνησε. ἔν τε Λύστροις, καὶ Δέρβῃ,

καὶ

καὶ Φιλίπποις, καὶ Θεσσαλονίκῃ γέγονεν ὅμοια, τῶν τῆς ἀπάτης πνευμάτων ταῦτα διεγειρόντων τὰ κύματα. Καὶ ταῦτα προείληφεν Ἀμβακοὺμ εἰπών· Ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου. Θεῖον γὰρ οἱ ἀπόστολοι γεγόνασιν ὄχημα, ἐφ' ὧν ὁ δεσπότης τὰ διάφορα τῆς ἀσεβείας διεσκέδασε δόγματα. Ὄρη δὲ ἐταράχθησαν ἐν τῇ κραταιότητι αὐτοῦ. Λέγει τάχα καὶ τοὺς ἐν κόσμῳ περιφανεῖς, καὶ μεγαλαυχοῦντας ἐπὶ δόξῃ κενῇ, δι' ὧν ὁ σατανᾶς οὐδὲν ὤνησε. Τὴν ἀρχὴν γὰρ ἀντιστάντες, τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων γεγόνασιν ἐρασταί.

Βασιλειου. Πολλῆς βοηθείας δεῖται πᾶς ἄνθρωπος, διὰ τὴν ἐκ φύσεως προσοῦσαν αὐτῷ ἀσθένειαν, πολλῶν αὐτῷ προσαπτομένων ἀνιαρῶν καὶ ἐπιπόνων. Τὴν οὖν ἐκ πάντων τῶν περιστατικῶν καταφυγὴν ἐπιζητῶν, ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγει, μόνην ἡγούμενος εἶναι ἀνάπαυσιν, τὴν ἐν αὐτῷ διαμονήν. Πολλὴν δὲ πλάνην καὶ σύγχυσιν ὁ ἐχθρὸς ἐνεποίησε περὶ τὴν ἐκλογὴν τοῦ σώζοντος. Ἐπιβουλεύων γὰρ ὡς πολέμιος, πάλιν τοὺς ἐπιβουλευθέντας ἐξαπατᾷ, αὐτῷ προσφεύγειν ὡς φύλακι. Διὰ τοῦτο πρὸς δαίμονας καταφεύγουσιν οἱ ἄπιστοι, καὶ οἱ ἐπιγινώσκοντες δὲ τὸν Θεόν, περὶ τὴν τῶν πραγμάτων διάκρισιν σφάλλονται, ἀπαιδεύτους τὰς αἰτήσεις τῶν συμφερόντων ποιούμενοι. Ὁ Θεὸς οὖν ἡμῶν καταφυγὴ καὶ δύναμις τῷ δυναμένῳ λέγειν, Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. Δύναμίς ἐστιν ὁ Θεός. Τὸ δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς διαθέσεως εἰπεῖν τῷ προφήτῃ, πάνυ ὀλίγων. Ὀλίγοι γὰρ οἱ μὴ τεθαυμακότες τὰ ἀνθρώπινα, ἀλλ' ὅλοι ἠρτημένοι τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸν ἀναπνέοντες, καὶ πᾶσαν ἐλπίδα καὶ πεποίθησιν ἔχοντες. Καὶ ἐλέγχει γε ἡμᾶς τὰ πράγματα, ὅταν ἐν ταῖς θλίψεσιν ἐπὶ πάντα μᾶλλον ἢ τὸν Θεὸν τρέχωμεν. ῥήματι μὲν ὀνομάζοντες τὸν Θεὸν καταφυγήν, ἔργῳ δὲ τὴν εἰς τῶν ἀνωφελῶν καὶ ματαίων βοήθειαν ἐπισπώμενοι. Ἔστι δὲ τῷ δικαίῳ ἀληθινὴ βοήθεια ὁ Θεός. Ὁ Θεὸς βοηθὸς ἡμῶν ἐστι. Καὶ σύμμαχος παντὶ τῷ στρατευομένῳ κατὰ τῆς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, ἀποστέλλων τὰ λειτουργικὰ πνεύματα πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν δεομένων. Εὑρίσκει δὲ ἡ θλίψις πάντα δίκαιον, διὰ τὴν τοῦ βίου ἐπιτήδευσιν. Ὁδεύων γὰρ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην, εὑρίσκεται ὑπὸ τῶν θλίψεων· ἀλλ' ὁ γενναίως

& Philippis & Theſſalonicæ ſimilia contigerunt, fallaciæ ſpiritibus procellas has ſuſcitantibus. Et hæc prædixit Habacuc, dicens: *Superducis in mare equos tuos.* Apoſtoli enim diuinum vehiculum facti ſunt, per quos Dominus varia impietatis dogmata diſſipauit. *Montes* autem *conturbati ſunt in fortitudine eius.* Intelligit fortaſſis etiam mundanos nobiles, & de vana gloria ſe iactantes, per quos ſatanas nihil profecit. Cùm enim initio reſtitiſſent, Euangelicorum oraculorum amatores facti ſunt.

CATENA PATRVM.

Habac. 3. 15.

Basilii. Multo auxilio eget omnis homo, propter inſitam ipſi ſuapte naturâ debilitatem, multis ipſi ingruentibus moleſtijs ac difficultatibus. Ex omnibus igitur calamitatibus effugium quærens, ad Deum confugit, ſolam exiſtimans eſſe requiem, dum in ipſo permanet. Plurimùm enim erroris & confuſionis inimicus inſeruit circa electionem ſaluantis. Dum enim inſidiatur vt hoſtis, eis rurſum quibus texuit inſidias ſubdolus imponit, vt ad ipſum ceu tutelarem confugiant. Idcircò increduli ad dæmones confugiunt, & qui Deum agnoſcunt, circa rerum diſcretionem omnino errant, dum ineptas rerum conducibilium inſtituunt poſtulationes. *Deus* igitur *noſter refugium & virtus* illi qui poteſt dicere, *Omnia poſſum in eo qui me confortat* Chriſto. *Virtus* eſt Deus. Hoc autem eodem affectu cum Propheta dicere, perquam paucorum eſt. Pauci enim ſunt qui humana non mirentur, ſed toti ex Deo pendeant, & ipſum ſpirent, & in ipſo ſpem omnem & fiduciam habeant. Etenim res ipſæ nos arguunt, quando in afflictionibus ad quælibet potiùs quàm ad Deum recurrimus. Deum quidem verbo tenus refugium appellantes, reipsâ verò ex inutilibus vaniſque rebus auxilium adſciſcentes. Eſt autem iuſto verum auxilium Deus. Deus auxiliator noſter eſt, & adiutor omni contra diaboli inſidias pugnanti, emittens adminiſtratorios ſpiritus ad ſalutẽ indigentium. Inuenit autem tribulatio iuſtum omnem, ob vitæ inſtitutam rationem. Quicumque enim per viam anguſtam & arctam ambulauerit, à tribulationibus inuenitur; ſed qui generosè

Homo multiplici eget auxilio.

Omnia in Deo poſſumus.

Philip. 4. 13.

Vir iuſtus multis obnoxius eſt tribulationibus.

CATENA PATRVM.

Rom. 8, 37.

Deus firmamentum in tribulationibus.

Montes quid tropicè.

& imperterritè tribulationis tentationem ſuſtinuerit, dicet: *In his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos. Propterea non timebimus*, &c. Hic Propheta magnum oſtendit in Chriſto fiduciæ firmamentum. Quoniam etſi omnia ſurſum deorſum prouoluantur, non timebimus, eò quòd Deum refugium habeamus, & adiutorem, & virtutem in tribulationibus. Cuiuſnam cor impauidum adeò? Nos autem hominis iram non ſuſtinemus, non canis aut alterius cuiuſdam feræ incurrentis, neque ad Deum reſpicimus adiutorem noſtrum in tribulationibus; ſed ſtupidi ad nos ipſos conuertimur. *Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ ipſorum.* Dixerat telluris conturbationem, ac montium tranſlationem: narrat etiam maris commotionem & euerſionem, montibus in medio mari incidentibus. *Sonuerunt, & turbatæ ſunt aquæ ipſorum*, ſcilicet marium. Plurimam autem excitant in aquis commotionem montes ipſi, dum in mari haudquaquam fundati ſunt, ſed propriâ agitatione multum violentæ quaſſationis in aquis promouent. Quando igitur terra quidem turbatur, aquæ verò marium ſonant, & è profundo pelagi ebulliunt, montes quoque tranſferuntur, & per exuperantem Domini potentiam multam ſuſtinent turbationem; tunc, inquit, intrepidum eſt cor noſtrum, quòd ſecuras firmaſque in Deum ſpes habeat. *Turbati ſunt montes in fortitudine eius.* Potes etiam ſenſum dicti huius tropicè interpretari, *montes* appellans eos, qui propter magnitudinem ſuam inſoleſcunt, Dei verò potentiam ignorant, & ſeſe contra Dei ſcientiam extollunt; qui deinde ſuperati ſunt ab his qui cum virtute & ſapientia prædicant verbum ſapientiæ: & mox vt ſuam intelligunt inopiam, timent Dominum, & humiliter ſe potentiæ ipſius ſubmittunt. Vel fortè principes ſæculi huius, ac patres ſapientiæ perituræ, *montes* etiam dicuntur, conturbati in Chriſti fortitudine, quam ipſe in agone, quo decertauit per crucem contra eum qui poteſtatem mortis habebat, oſtendit. Exutus enim veluti generoſus quiſpiam athleta, principatus ac poteſtates vicit, confuditque illos, in fiducia de ipſis in ligno triumphans.

ORIGENIS. Deus ſolus refugium, qua-

καὶ ἀπαῤῥάγχως τὸν ἐκ τῆς θλίψεως πειρασμὸν ὑπομείνας, ἐρεῖ· Ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν, διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς, διὰ τοῦτο οὐ φοβηθησόμεθα, καὶ ἑξῆς. Μέγα ἐπιδείκνυται τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πεποιθήσεως ὁ προφήτης. Ὅτι κἂν πάντα ἄνω καὶ κάτω γίνηται οὐ φοβηθησόμεθα, διὰ τὸ ἔχειν τὸν Θεὸν καταφυγὴν, καὶ βοηθὸν, καὶ δύναμιν ἐν ταῖς θλίψεσι. Τίνος οὕτως ἀπτόητος ἡ καρδία; Ἡμεῖς δὲ ἀνθρώπου ὀργὴν οὐχ ὑπομένομεν, ἢ κυνὸς ἐπιδραμόντος, ἢ ἄλλου θηρίου τινὸς, οὐ πρὸς Θεὸν ἀποβλέπομεν τὸν ἡμῶν βοηθὸν ἐν ταῖς θλίψεσιν· ἀλλὰ πτοηθέντες πρὸς ἑαυτοὺς ἐπιστρεφόμεθα. Ἤχησαν καὶ ἐταράχθησαν τὰ ὕδατα αὐτῶν. εἶπε γῆς ταραχὴν καὶ ὀρῶν μετάθεσιν, λέγει καὶ θαλάσσης σάλον καὶ ἀναστροφὴν μέσον τῶν ὀρέων τοῖς πελάγεσιν ἐμπιπτόντων. Ἤχησαν καὶ ἐταράχθησαν τὰ ὕδατα αὐτῶν, τῶν θαλασσῶν δηλονότι. Ἐπιπλεῖον δὲ ποιεῖται τὴν ἐν τοῖς ὕδασι ταραχὴν, αὐτὰ τὰ ὄρη, μὴ ἐνιδρυμένα τῇ θαλάσσῃ, ἀλλὰ τῷ οἰκείῳ σάλῳ, πολλὴν ποιοῦντα τὸν κλόνον τοῖς ὕδασιν. Ὅτε τοίνυν ἡ μὲν γῆ ταράσσεται, ὕδατα δὲ θαλασσῶν ἠχήσει καὶ ἀναβρασθήσεται ἐκ βυθῶν. ὄρη δὲ μετατίθεται, καὶ πολλὴν ὑπομένει τὸν τάραχον, διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς δυνάμεως τοῦ κυρίου. τότε, φησὶν, ἀπτόητος ἡμῶν ἡ καρδία, διὰ τὸ ἀσφαλεῖς καὶ βεβαίας ἔχειν ἐπὶ Θεὸν τὰς ἐλπίδας. Ἐταράχθησαν τὰ ὄρη ἐν τῇ κραταιότητι αὐτοῦ. Δύνασαι καὶ τροπικῶς ἐκλαβεῖν τὴν διάνοιαν τοῦ ῥητοῦ, ὄρη ὀνομάζων τοὺς μεγαλοφρονοῦντας ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν μεγέθει, ἀγνοοῦντας δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ κραταιότητα, καὶ ὑπερυψωμένους κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· εἶτα νικωμένους ὑπὸ τῶν μετὰ δυνάμεως καὶ σοφίας πρεσβευόντων τὸν τῆς σοφίας λόγον· καὶ μετὰ τὴν συναίσθησιν τῆς ἑαυτῶν πτωχείας, φοβουμένους τὸν κύριον, καὶ ὑποτεταπεινωμένους τῇ κραταιότητι αὐτοῦ. Ἢ τάχα καὶ οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ πατέρες τῆς ἀπολλυμένης σοφίας, ὄρη καὶ αὐτοὶ λέγονται, ταρασσόμενοι ἐν τῇ Χριστοῦ κραταιότητι, ἣν ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ διὰ τοῦ σταυροῦ πρὸς τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου ἐπεδείξατο. ἀπεκδυσάμενος γὰρ ὥσπερ τις γενναῖος ἀγωνιστὴς, κατεπάλαισε τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ ἐδειγμάτισεν, ἐν παῤῥησίᾳ θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν τῷ ξύλῳ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Θεὸς μόνος καταφυγὴ, διὸ ἐπὶ

ἐπὶ μηδένα ἄλλον καταφεύγωμεν. εἰ δυνάμει ὁ δυνάμενος δυνάται, θεὸς δὲ τῶν ἁγίων ἡ δύναμις, θεῷ ὁ ἅγιος δυνάται. Ἀλλὰ καὶ βοηθὸς ἐν θλίψεσιν ὁ θεὸς, ἵνα ἐν αὐταῖς καυχησώμεθα ὑπομένοντες αὐτάς. Ἐπίσημαι δὲ τὸ, Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων· ἕτεραι οὖσαι παρὰ τὰς μάστιγας τῶν ἁμαρτωλῶν. Καὶ διὰ τὸ στενὴν εἶναι καὶ τεθλιμμένην τὴν ὁδὸν τὴν ἀπάγουσαν εἰς ζωὴν, ἣν ὀλίγοι εὑρίσκουσι. Μήποτε εὑρίσκουσιν αἱ θλίψεις τοὺς δικαίους, διὰ τοῦτο οὐ φοβηθησόμεθα, καὶ ἑξῆς. Ἐν τῇ συντελείᾳ οἱ μὲν ἁμαρτωλοὶ ὄντες γῆ ταραχθήσονται, οἱ δὲ ἅγιοι ὄντες ὄρη μετατεθήσονται τὴν μετάθεσιν τοῦ Ἐνώχ. Μετατέθειται δὲ καὶ ὄρος ὁ Ἰσραὴλ διὰ τὰ ἔθνη. ἀπὸ κοινοῦ τὸ, ἐν τῇ κραταιότητι αὐτοῦ. ἵν᾽ ᾖ, διὰ τοῦτο οὐ φοβηθησόμεθα, ἐν τῷ ταράσσεσθαι τὴν γῆν, καὶ μετατίθεσθαι τὰ ὄρη ἐν τῇ κραταιότητι αὐτοῦ.

ε. ΤΟΥ ΠΟΤΑΜΟΥ ΤΑ ΟΡΜΗΜΑΤΑ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ποταμὸς τὸ εὐαγγελικὸν δηλοῖ κήρυγμα, πόλις δὲ τὸ εὐσεβῶν τὸ πολίτευμα. ἣν δὲ ἐκάλεσε πόλιν, ταύτην καὶ σκήνωμα. Ἐνοικήσω γάρ, φησιν, ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω. Καὶ τοὺς αὐτῆς ἔφη ἄρδεσθαι καὶ ἁγιάζεσθαι ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ. Ὁ θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ ἑξῆς. τοῦτο καὶ ὁ κύριος εἴρηκεν· Ὅπου δύο ἢ τρεῖς εἰσὶ συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. Τὸ δὲ, Βοηθήσει αὐτῇ τὸ πρὸς πρωῒ πρωῒ, ἀντὶ τοῦ, ὀξεῖαν τὴν βοήθειαν τῇ ἑαυτοῦ πόλει παρέχει ὁ τῶν ὅλων κύριος. τὸ γὰρ πρωῒ πρωῒ, τὸ ταχὺ καὶ ὀξὺ προσηγόρευσεν.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τὰ μὲν ἁλμυρὰ ὕδατα σφοδρῶς ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἐκταρασσόμενα ἤχησαν καὶ ἐταράχθησαν, τὰ δὲ τοῦ ποταμοῦ ὁρμήματα ἀψοφητὶ προϊόντα, καὶ ἡσυχῇ, τοῖς ἀξίοις τῆς ὑποδοχῆς ἐπιῤῥέοντα, εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ. Καὶ νῦν ὁ δίκαιος πίνει τὸ ζῶν ὕδωρ· καὶ ὕστερον δὲ αὐτὸ πίεται καινὸν ἀφθονώτερον, ἡνίκα ἂν πολιτογραφηθῇ ἐν τῇ πόλει τοῦ θεοῦ. Τίς δ᾽ ἂν εἴη ὁ ποταμὸς τοῦ θεοῦ, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τῆς πίστεως τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων ἐγγινόμενον τοῖς ἀξίοις; ὁ γὰρ πιστεύων εἰς ἐμέ, φησι, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν. Οὗτος τοίνυν ὁ ποταμὸς εὐφραίνει πᾶσαν ὁμοῦ τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ, ἤτοι τὴν ἐκκλησίαν τῶν πολίτευμα ἐχόντων ἐν οὐρανοῖς. ἢ πᾶσαν τὴν νοητὴν κτίσιν τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων, μέχρι

propter ad nullum alium confugiamus. Quòd ſi potens virtute potens eſt, Deus autem Sanctorum virtus ſit, vtique per Deum Sanctus potens eſt. Quin & adiutor Deus in tribulationibus, vt in ipſis gloriemur eas ſuſtinentes. Scito etiam illud, *Multæ tribulationes iuſtorum*; quæ diuerſæ ſunt à flagellis peccatorum. Et quia anguſta & arcta eſt via quæ ducit ad vitam, quam pauci reperiunt; nonnumquam iuſtos inueniunt tribulationes, propterea non timebimus, &c. In conſummatione ſæculi, cùm peccatores quidem terra ſint, conturbabuntur; Sancti verò, cùm ſint montes, transferentur translatione Henoch. Tranſlatus etiam fuit mons Iſraël propter gentes. Subaudiendum illud, *in fortitudine eius*, vt ſenſus ſit; Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in fortitudine eius.

CATENA PATRVM. *Sancti per Deum potentes fiūt.* Pſal. 7, 10. Pſal. 31, 10. Matth. 7, 14. *Peccatores terra ſunt, Sancti verò montes.*

5. FLVMINIS IMPETVS.] THEODORETI. *Flumen* Euangelicam deſignat prædicationem, *ciuitas* verò, piorum inſtitutum. Quam autem vocauit *ciuitatem*, hanc etiam *tabernaculum* nuncupauit. *Habitabo* enim, inquit, *in illis, & inambulabo*. Eoſdem quoque dicit irrigari & ſanctificari à Deo omnium conditore. *Deus in medio eius*, &c. Hoc etiam Dominus dixit: *Vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Illud autem, *Adiuuabit eam manè diluculo*; id eſt, celerem ciuitati ſuæ opem feret vniuerſorum Dominus. nam *manè diluculo*, celeriter & velociter dixit.

Quid flumen & ciuitas myſticè. 2. Cor. 6, 16. Matth. 18, 20.

BASILII. Salſæ quidem aquæ vehementer à ventis perturbatæ ſonuerunt, & conturbatæ ſunt; ſed fluminis impetus ſine ſtrepitu ac leniter procedentes, & illis, qui eorum ſuſceptione digni ſunt, affluentes, lætificant ciuitatem Dei. Et nunc quoque iuſtus bibit aquam viuam; poſteà verò copioſius bibet illam nouam, quando adſcriptus fuerit ciuitati Dei. Quis porrò ſit fluuius iſte Dei alius quàm Spiritus ſanctus, qui cordibus ſe dignis inſerit eorum qui per fidem in Chriſtum crediderunt? *Qui* enim, inquit, *credit in me, flumina de ventre eius fluent.* Hic itaque fluuius omnem ſimul ciuitatẽ Dei lætificat, videlicet Eccleſiam eorũ qui ſuam in cælis habent conuerſationẽ. Vel omnem creaturam intellectu præditã, à virtutibus ſupermundialibus vſq; ad

Matth. 26, 29. *Spiritus ſanctus fluuius Dei lætificans.* Ioan. 7, 38.

CATENA PATRVM.

animas humanas, ciuitatem intelligere oportet ſancti Spiritus inundatione lætificatam. Definiunt enim nonnulli *ciuitatem* eſſe congregationem ſtabilem, ſecundùm legem adminiſtratam. Hæc autem tradita ciuitatis definitio, illi quæ ſurſum eſt Ieruſalem cæleſti ciuitati quoque congruit. Nam & ibi primogenitorum ac deſcriptorum in cælis congregatio, & ob immutabilem Sanctorum vitam, & ſecundùm legem cæleſtem gubernatam, ſtabilis quidem ac perpetua eſt. Oculis igitur animæ in ſublime arrectis, prout dignum eſt rebus ſupernis, quære quæ ſunt ciuitatis Dei. Quid porrò beatitudine iſtâ dignum cogitare quis poſſit? quam lætificat quidem Dei fluuius, artifex autem & opifex eius eſt ipſe Deus. *Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus.* Carnem fortè dicit deiferam ſanctificatam per coniunctionem ad Deum. Vnde intelliges tabernaculum Altiſſimi, aduentum, ſiue manifeſtationem Dei, quæ eſt per carnem. *Deus in medio eius vſque manè.* Et quoniam Deus in medio ſuæ ciuitatis eſt, eam ſtabilitate donauit; auxilium quoque in primo lucis exortu præbens. Siue igitur illi quæ ſurſum eſt Ieruſalem, ſiue Eccleſiæ, quæ infrà eſt, ciuitatis nomen cohæſerit, ſanctificauit in ea tabernaculum ſuum Altiſſimus; & per hoc tabernaculũ quod fixit, ſeu inhabitauit Deus, in medio illius fuit, donans illi vt non commoueatur. In medio autem ciuitatis eſt Deus, æquales vndequaque emittens radios ſuæ prouidentiæ ad fines vſque orbis. Sic enim Dei iuſtitia conſeruatur, dum omnibus eamdem bonitatis ſuæ menſuram diſperſit. *Adiuuabit eam Deus,* &c. Sol enim iſte ſenſilis matutinum tempus apud nos facit, poſtquã ſupra noſtrum horizontem eminuerit: matutinum autem in anima iuſtitiæ ſol perficit ortu lucis ſpiritalis, edens diem apud eum qui ipſum recepit. In nocte autem nos homines verſamur, tantiſper dum ignorantiæ tenebris obuoluimur. Poſtquam verò exertâ mente gloriæ ſplendorem excepe:imus, & luce illâ ſempiternâ circumfuſi fuerimus, tunc adiuuabit eam Deus, poſtquam filij lucis facti fuerimus. Vel fortè, quoniam ſummo manè reſurrectio erat, adiuuabit eam ciuitatem manè diluculo.

Ciuitas quid.

Ciuitas Dei cæleſtis Ieruſalem.

Deus in medio ſuorum.

Matutinum animæ eſt ſol iuſtitiæ.

ORIGENIS. *Fluminis impetus* ſunt iuxta diuiſiones gratiarum, & diſtri-

τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, πόλιν χρὴ νοεῖν εὐφραινομένην ὑπὸ τῆς ἐπιρροῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ὁρίζονται γάρ τινες πόλιν εἶναι σύστημα ἱδρυμένην κατὰ νόμον διοικούμενον. Ἁρμόζει δὲ καὶ τῇ ἄνω Ἱερουσαλὴμ τῇ ἐπουρανίῳ πόλει, ὁ ἀποδοθεὶς ὅρος τῆς πόλεως. Σύστημα γὰρ κἀκεῖ τῶν πρωτοτόκων, καὶ ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς, καὶ ἱδρυμένον τοῦτο διὰ τὸ ἀμετακίνητον τῆς διαγωγῆς τῶν ἁγίων, καὶ κατὰ νόμον τὸν οὐράνιον διοικούμενον. Ἐπάρας οὖν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς, ἀξίως τῶν ἄνω, ζήτει τὰ περὶ τῆς πόλεως τοῦ θεοῦ. Τί δ' ἂν τῆς ἐκεῖ μακαριότητος ἐπάξιόν τις ἐννοηθείη; ἣν εὐφραίνει μὲν ὁ ποταμὸς τοῦ θεοῦ, τεχνίτης δὲ καὶ δημιουργός ἐστιν ὁ θεός. Ἡγίασε τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁ ὕψιστος. Τάχα τὴν σάρκα λέγει τὴν θεοφόρον ἁγιασθεῖσαν διὰ τῆς πρὸς θεὸν συναφείας, ὥστε νοήσεις σκήνωμα τοῦ ὑψίστου, τὴν διὰ σαρκὸς ἐπιφάνειαν τοῦ θεοῦ. ὁ θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς ἕως πρωΐ. καὶ ἐπειδὴ ὁ θεὸς ἐν μέσῳ τῆς πόλεώς ἐστι, τὸ ἀσάλευτον χαρίζεται αὐτῇ, τὴν βοήθειαν αὐτῇ παρεχόμενος ἐν ταῖς πρώταις ἀνατολαῖς τοῦ φωτός. Εἴτε οὖν τῇ ἄνω Ἱερουσαλήμ, εἴτε τῇ κάτω ἐκκλησίᾳ τὸ τῆς πόλεως ἐφαρμόσει ὄνομα. ἡγίασεν ἐν αὐτῇ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁ ὕψιστος, καὶ διὰ τοῦ σκηνώματος τούτου, ᾧ κατεσκήνωσεν ὁ θεός, ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐγένετο, χαριζόμενος αὐτῇ τὸ μὴ σαλεύεσθαι. Ἐν μέσῳ δέ ἐστι τῆς πόλεως ὁ θεός, ἴσας πανταχόθεν ἐπὶ τὰ πέρατα τοῦ κύκλου τῆς ἑαυτοῦ προνοίας τὰς ἀκτῖνας ἐκπέμπων. Οὕτω γὰρ τὸ δίκαιον τοῦ θεοῦ διασώζεται, τὸ αὐτὸ μέτρον τῆς ἀγαθότητος διανέμοντος ἅπασι. Βοηθήσει αὐτῆς ὁ θεός, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὴν μὲν οὖν παρ' ἡμῖν πρωΐαν ὁ αἰσθητὸς ἥλιος ποιεῖ, ἐπειδὰν τὸν καθ' ἡμᾶς ὁρίζοντα ὑπερκύψῃ· τὴν δὲ ἐν τῇ ψυχῇ πρωΐαν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἀνατέλλει, τῇ ἀνατολῇ τοῦ φωτὸς τοῦ νοητοῦ ποιῶν ἡμέραν ἐν τῷ παραδεξαμένῳ αὐτό. Ἐν νυκτὶ γάρ ἐσμεν παρὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀγνωσίας οἱ ἄνθρωποι. Ἐπειδὰν δὲ ἀναπετάσαντες ἑαυτῶν τὸ ἡγεμονικόν, ὑποδεξώμεθα τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ περιλαμφθῶμεν τῷ φωτὶ τῷ ἀϊδίῳ, βοηθήσει αὐτῇ ὁ θεός, ἐπειδὰν γενώμεθα τέκνα φωτός. Ἢ τάχα, ἐπεὶ δὴ ὄρθρου ἡ ἀνάστασις ἦν, βοηθήσει τῇ πόλει τὸ πρωῒ πρωΐ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα κατὰ τὰς διαιρέσεις τῶν χαρισμάτων, καὶ τὰς διαιρέ-

διαιρέσεις τῶν διακονιῶν. Βοηθεῖται ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ, ἐγγιζούσης ἡμέρας. γράφεται δὲ καὶ, βοηθήσει αὐτῆς τῷ προσώπῳ. σώζει γὰρ αὐτῆς τὸ κάλλος ἄτρεπτον, ἡνίκα παρὰ τῶν ἀντικειμένων ταράσσεται.

ζ΄. ΕΤΑΡΑΧΘΗΣΑΝ ΕΘΝΗ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τῆς θείας, φησὶ, βοηθείας ἐπιφανείσης, νῶτα δεδώκασιν οἱ πολέμιοι, καὶ αἱ πάλαι τὰ ἐναντία φρονοῦσαι βασιλεῖαι, ὑπέκλιναν τὸν αὐχένα, καὶ τὸν σωτήριον ζυγὸν ὑπεδέξαντο. Ταῖς γὰρ θαυματουργίαις, οἷα φωνῇ, χρησάμενος ὁ Θεὸς, τὸ οἰκεῖον ὕψος τοῖς ἀνθρώποις ὑπέδειξε, καὶ δέους αὐτῶν τὰς ψυχὰς ἔπλησε. Κρείττους δέ, φησι, τῶν πολεμίων ἀπεφάνθημεν, ἐπίκουρον ἔχοντες τὸν τῶν πολεμίων κύριον, τὸν τὸν Ἰακὼβ τῶν πολεμίων ῥυσάμενον.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Νόησόν μοι τινὰ πόλιν ἐπιβουλευομένην παρὰ τῶν ἐπιστρατευόντων αὐτῇ πολεμίων. τέως μὲν περικαθιζομένων αὐτὴν πολλῶν ἐθνῶν καὶ βασιλέων, τῶν καθ᾽ ἕκαστον ἔθνος τὰ σκῆπτρα διαλαχόντων· εἶτα τινὰ στρατηγὸν ἄμαχον τὴν γνώμην, ἀθρόως ἐπιφανέντα εἰς βοήθειαν τῇ πόλει ταύτῃ, λύοντα μὲν τὴν πολιορκίαν εἰς φυγὴν δὲ τοὺς βασιλεῖς συνελαύνοντα, ἐκ μόνου τοῦ ἐκβοῆσαι αὐτοῖς μετὰ δυνάμεως. Τὴν τοιαύτην οὖν παρίστησι τῇ πόλει τοῦ Θεοῦ παρὰ τοῦ σωτῆρος ἀντίληψιν, τῷ λέγειν· ἐταράχθησαν ἔθνη, ἔκλιναν βασιλεῖαι· ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ, ἐσαλεύθη ἡ γῆ. κύριος τῶν δυνάμεων μεθ᾽ ἡμῶν. δεικνὺς, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ τοῖς ἁγίοις προφήταις καὶ πατριάρχαις ἐμφανισθείς. Ἀντιλήπτωρ ἡμῶν, φησιν, οὐχὶ ἄλλος Θεὸς παρὰ τὸν παρὰ τῶν προφητῶν παραδιδόμενον, ἀλλ᾽ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, ὁ ἐν τῷ χρηματισμῷ παρὰ τὸν ἑαυτοῦ θεράποντα διαλεχθείς· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν τῇ Χριστοῦ ἐπιδημίᾳ ἔκλιναν αἱ βασιλεῖαι. Ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, ἐσαλεύθη ἡ γῆ. ἀντὶ τοῦ, οἱ ἐπὶ τῆς γῆς τῶν πανταχοῦ ἐκκλησιῶν συνισταμένων.

θ΄. ΔΕΥΤΕ, ΚΑΙ ΙΔΕΤΕ ΤΑ ΕΡΓΑ ΤΟΥ ΘΕΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταύτην μου τοίνυν ὁρῶντες, ὦ ἄνθρωποι, τὴν ἰσχὺν, καὶ θεώμενοι τὴν ἀθρόαν τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, καὶ τὴν ἀπὸ ζάλης μεγίστης γαλήνην γεγενημένην, καὶ τοῦ πολέμου τὴν ἀνάπαυλαν, καὶ τὸ τῆς εἰρήνης τὸ δῶρον· δι᾽ αὐτῶν μάθετε τῶν

butiones miniſteriorum. Adiuuatur ciuitas Dei appropinquante die. Scriptum eſt etiam, *Adiuuabit eam vultu ſuo.* Siquidem illæſam ſeruabit eius pulchritudinem, quando ab aduerſarijs turbatur. CATENA PATRVM.

7. CONTVRBATÆ SVNT GENTES.] THEODORETI. Cùm diuinum, inquit, auxilium apparuiſſet, terga dederunt hoſtes, & antiqua regna aduerſaria ceruicem inclinarunt, & ſalutare iugum ſuſceperunt. Deus enim miraculis tamquam voce vſus, ſublimitatem ſuam hominibus oſtendit, atque timore illorum animos impleuit. Ceterùm, inquit, inimicis ſuperiores apparuimus, adiutorem habentes aduerſariorum Dominum, qui Iacob ab hoſtibus liberauit. *Gentes Deo ſubiectæ.*

BASILII. Cogita ciuitatem aliquam inſidijs circumuentam ab inimicis ipſam oppugnantibus, quam eatenus obſederint plurimæ gentes & reges, qui ſingularum nationum ſceptra ſortiti ſunt: deinde ducem quemdam animo inexpugnabilem confeſtim conſpici ſuppetias ferre huic ciuitati; qui obſidionem quidem ſoluat, reges verò in fugam agat, ipſis dumtaxat cum potentia inſonando. Talem igitur defenſionem exprimit proueniſſe à Saluatore ciuitati Dei, dum dicit: *Conturbatæ ſunt gentes, inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, commota eſt terra. Dominus virtutum nobiſcum.* Oſtendens planè hunc eſſe, qui ſanctis Prophetis & Patriarchis apparuit. Suſceptor noſter, inquit, non alius Deus præter eum qui à Prophetis traditus eſt; ſed Deus Iacob, qui in oraculo illo ad famulum ſuum reddito dixit: *Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob.* *Vt ciuitati obſeſſæ, ſic Deus nobis ſuccurrit.* Gen. 31, 13.

ORIGENIS. In Chriſti aduentu inclinata ſunt regna. Dedit vocem ſuam Chriſtus, commota eſt terra, id eſt terrigenæ, cùm vbique terrarum Eccleſiæ conſtitutæ ſunt.

9. VENITE, ET VIDETE OPERA DEI.] THEODORETI. Hoc igitur meum robur, ô homines, cùm videritis, cumque frequentem rerum mutationem intuiti fueritis, & à maximis fluctibus tranquillitatem factam, & belli ceſſationem, atque pacis donum; diſcite à *Deus cognoſcitur ex rerum mutatione.*

rebus

CATENA PATRVM.

rebus ipſis me eſſe Deum vniuerſorum, & omnium opificem, non ampliùs ſolis Iudæis, ſed & Gentibus omnibus potentiæ celſitudinem demonſtrantem; cum quibus Apoſtolorum chorus contra aduerſarios canens clamat: *Dominus virtutum*, &c. Declarat quidem per ea quæ ſuperiùs dicta ſunt Romanum Imperium, quod Chriſti tempore particularia regna ceſſare fecit, & pacem præbuit; tropicè verò deſignat belli contra Eccleſiam ceſſationem, & datam ipſi à Deo pacem.

Deus nos ad ſui cognitionem inuitat.

BASILII. Eos qui procul ſunt à verbo veritatis hic ſermo inuitat, vt propiùs ſe admoueant cognoſcendæ veritati, dicens, *Venite, & videte.* Quemadmodum enim in corporalibus oculis magna diſtantiarum interualla obſcuriorem faciunt rerum viſibilium apprehenſionem; acceſſiones verò intuentium rerum viſendarum exactiorem reddunt cognitionem: ſic etiam in mentis ſpeculationibus, qui per opera ſe Deo familiarem & propinquum non reddit, ipſius Dei opera puris mentis oculis videre minimè poteſt. Idcircò *venite* & appropinquate priùs; deinde *videte opera Domini* quàm prodigioſa ſint & mirabilia; quibus, aduerſarijs primùm perculſis, ſeditioſas quoque gentes ad quietem tranſtulit. Vox hæc eſt paterna, paſſis vlnis ad ſe inuitantis eos qui hactenus rebelles fuerant. Vides eius ad pacem affectum? vides fortitudinem ſimul & humanitatem? quòd, cùm Dominus ſit virtutum, nequaquam vllum vulneret aduerſariorum; ſed arcus quidem conterat, vt non iam ampliùs ignita tela per eos excutiantur; arma verò confringat, quibus cominus pugnatur, vt nequeant ij qui propè ſunt vulnera recipere, inſidijs circumuenti. *Et ſcuta comburet igni*, aduerſarios nudans ſuis munimentis, & omnia in beneficium inimicorum faciens. *Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus.* Quamdiu quidem alienis à Deo rebus vacamus, Dei notitiam recipere non valemus. Quis enim eorum quæ mundi ſunt ſolicitus, ſeque carnis tentationibus immergens, attendere poſſit verbis Dei, ſatiſque facere tot tantarumque contemplationum exactæ comprehenſioni? Is qui paſſionibus vacat, hic demum capax eſt notitiæ Dei. Quomodo

Fortitudo Dei cum humanitate coniuncta.

Externarum rerum occupatio notitiam Dei impedit.

πραγμάτων, ὅτι ἐγὼ τῶν ὅλων εἰμὶ Θεὸς, καὶ τῶν ἁπάντων δημιουργὸς, οὐκέτι μόνοις Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἔθνεσι, τὸ τῆς δυνάμεως ὕψος δεικνύς· μεθ' ἂν ὁ τῶν ἀποστόλων χορὸς, κατὰ τῶν ἀντιπάλων παιωνίζων βοᾷ· Κύριος τῶν δυνάμεων, καὶ τὰ ἑξῆς. Δηλοῖ μὲν τοῖς ἄνω εἰρημένοις τὴν Ῥωμαϊκὴν βασιλείαν, ἣ ἐπὶ Χριστοῦ τὰς μερικὰς βασιλείας κατέπαυσε, καὶ εἰρήνην παρέσχε· τροπικώτερον δὲ τοῦ τῆς ἐκκλησίας, πολέμου τὴν παῦλαν, καὶ παρασχεθεῖσαν αὐτῇ θεόθεν εἰρήνην.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τοὺς μακρὰν ὄντας τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, εἰς τὴν διὰ τῆς ἐπιγνώσεως ἐγγύτητα προσκαλεῖται ὁ λόγος λέγων, Δεῦτε, καὶ ἴδετε. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν, αἱ μὲν ἐπὶ πολὺ ἀποστάσεις ἀμυδρὰν ποιοῦσι τὴν τῶν ὁρωμένων κατάληψιν· οἱ δὲ προσεγγισμοὶ τῶν θεωρούντων ἐναργῆ παρέχονται τῶν βλεπομένων τὴν ἐπίγνωσιν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ νοῦν θεωρημάτων, ὁ μὴ διὰ τῶν ἔργων οἰκειωθεὶς καὶ πλησιάσας Θεῷ, ἰδεῖν τὰ ἔργα αὐτοῦ καθαροῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς διανοίας οὐ δύναται. διὰ τοῦτο, Δεῦτε, προσεγγίσατε πρότερον εἶτα ἴδετε τὰ ἔργα κυρίου, τεράστια ὄντα καὶ παράδοξα, ὑφ' ὧν καταπλαγέντα τὰ πρότερον πολέμια, καὶ στασιώδη ἔθνη πρὸς ἡσυχίαν μετέβαλε. Πατρικὴ ἡ φωνὴ, ἡπλωμέναις ἀγκάλαις πρὸς ἑαυτὸν καλοῦντος τοὺς τέως ἀφηνιάζοντας. Ὁρᾷς δὲ τὸ εἰρηνικὸν αὐτοῦ; ὁρᾷς τὸ ἀνδρεῖον ὁμοῦ καὶ φιλάνθρωπον; ὥσγε κύριος ὢν τῶν δυνάμεων, οὐδαμοῦ τινα τιτρώσκει τῶν πολεμίων, ἀλλὰ τόξα μὲν συντρίβει, ὡς μηκέτι τὰ πεπυρωμένα βέλη ἐκπέμπεσθαι δι' αὐτῶν· ὅπλα δὲ συνθλάσει τὰ ἀγχέμαχα, ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς συνεγγὺς τραύματα δέχεσθαι ἐπιβουλευομένους. Καὶ θυρεοὺς κατακαύσει ἐν πυρὶ, γυμνῶν τοὺς ἀντικειμένους ἀπὸ τῶν προβλημάτων, καὶ πάντα ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἐχθρῶν ἐνεργῶν. Σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός. Ἐφ' ὅσον μὲν τοῖς ἔξω Θεοῦ σχολάζομεν πράγμασιν, οὐ δυνάμεθα χωρῆσαι γνῶσιν Θεοῦ. Τίς γὰρ μεριμνῶν τὰ τοῦ κόσμου, καὶ ἐμβαθύνων τοῖς πειρασμοῖς τῆς σαρκὸς, δύναται τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις προσέχειν, καὶ τῇ ἀκριβείᾳ τῶν τηλικούτων θεωρημάτων ἀρκεῖν; Σχολάσαντα ἀπὸ τῶν παθῶν, οὕτως ἀναλαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ. Πᾶς

γὰρ

γὰρ εἰσέλθοι εἰς ψυχὴν στενοχωρουμένην ὑπὸ τῶν προκαταλαβόντων αὐτὴν διαλογισμῶν ἡ περὶ Θεοῦ ἔννοια; Αὕτη μὲν οὖν ἡ σχολὴ ἀγαθὴ, τῷ σχολάζοντι, καὶ ὠφέλιμος, ἡσυχίαν ἐμποιοῦσα πρὸς τὴν τῶν σωτηρίων δογμάτων ἀνάληψιν. Μὴ γένοιτο δὲ, ἡμᾶς σχολὴν ποιῆσαι τῷ ἀντικειμένῳ πρὸς τὴν εἴσοδον, ἀλλ᾽ ἀσχολήσωμεν ἡμῶν τὸν ἔσω οἶκον, περιοικίσαντες ἐν αὐτοῖς, διὰ τοῦ πνεύματος τὸν Χριστόν. Μετὰ γοῦν τὸ χαρίσασθαι τὴν εἰρήνην τοῖς τέως ταρασσομένοις ὑπὸ τῶν πολεμίων, τότε λέγει τὸ Σχολάσατε ἀπὸ τῶν περισπώντων ὑμᾶς ἐχθρῶν, ἵνα ἐν ἡσυχίᾳ τοὺς περὶ τῆς ἀληθείας θεωρήσητε λόγους. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ κύριος, Πᾶς ὅστις οὐκ ἀποτάσσεται, φησὶ, πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. Σαφῶς δὲ λέγει περὶ τοῦ καθ᾽ ἑαυτὸν πάθους ὁ κύριος, Τὸ ὑψωθήσομαι· καθὼς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται· Οὕτω δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Ἐπεὶ οὖν ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἔμελλεν ὑψοῦσθαι, καὶ ὑπὲρ πάσης τῆς γῆς τὴν ὕψωσιν καταδέχεσθαι, διὰ τοῦτό φησι, Ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δύναται τὸ ἀνταναιρῶν πολέμους λέγεσθαι, ἐπεὶ ἐπαύσαντο ὑπὸ Ῥωμαίων οἱ πρότερον συνεχεῖς γενόμενοι πόλεμοι, ὑπὸ μίαν ποιησάντων βασιλείαν τὰς πρότερον πολλὰς μετὰ τὴν γένεσιν τοῦ σωτῆρος. γέγονε γὰρ δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Ὁ κύριος οὖν Ἰησοῦς ἔθετο τὰ ἐπὶ γῆς τέρατα, ἀνταναιρῶν τοὺς ἕως τῶν περάτων τῆς γῆς πολέμους, οὓς ἐπολέμουν οἱ ἄνθρωποι. Ἀνταναιρῶν δὲ τοὺς πολέμους συνέτριψε τὸ τόξον, ἀφ᾽ οὗ ἐπέμποντο τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ διαβόλου, καὶ συνέκλασε τὸ ὅπλον αὐτοῦ, καὶ τοὺς θυρεοὺς κατέκαυσε. Τὸ δὲ Ὑψωθήσομαι Θεοῦ φωνὴ λέγοντος ταῦτα, μετὰ τὸ ἀνταναιρεθῆναι τοὺς ἕως τῶν περάτων τῆς γῆς πολέμους, καὶ συντριβῆναι τόξον, καὶ συγκλασθῆναι ὅπλον.

CATENA PATRVM.

enim animam tot diſtractionibus præoccupatam & oppreſſam Dei cogitatio ſubintrabit? Hæc igitur vacatio bona vtiliſque vacanti, quæ quietem ac ſalutarium doctrinarum generat ſuſceptionem. Abſit autem, vt nos per vacationem aditum aduerſario præbeamus; ſed domui noſtræ interiori vacemus, vt in nobis Chriſtum per Spiritum promereamur habere inhabitantem. Poſtquam igitur ijs qui ab hoſtibus hactenus perturbati ſunt pacem elargitus eſt, tunc dicit: Vacate à diſtrahentibus vos inimicis, vt in quiete verba veritatis contemplari poſſitis. Idcircò etiam Dominus ait: *Qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* (Luc. 14, 33.) Perſpicuè autem de paſſione ſua Dominus dicit illud, *Exaltabor*, quemadmodum in Euangelio ſcriptum eſt: *Ita exaltari oportet Filium hominis.* (Ioan. 3, 14.) Quoniam igitur à gentibus erat exaltandus, & pro vniuerſa terra ſuſcepturus illam exaltationem; idcircò dicit, *Exaltabor in gentibus, exaltabor in terra.*

ORIGENIS. Poteſt iſtud, *Auferens bella*, dici; quoniam ceſſarunt ſub Romanis bella, quæ priùs fuerant continua, dum ſub vnum imperium priora multa regna poſt natiuitatem Saluatoris redegerunt. (Bella quieuerunt naſcente Chriſto.) Facta eſt enim *gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* (Luc. 2, 14.) Dominus igitur Ieſus poſuit in terra prodigia, auferens vſque ad fines terræ bella, quæ gerebant homines. Auferendo autem bella, contriuit arcum, ex quo ignita diaboli tela emittebantur; & confregit arma eius, & ſcuta combuſſit. Illud autem *Exaltabor* Dei vox eſt dicentis hæc, poſtquam ſuſtuliſſet bella vſque ad fines terræ, & contriuiſſet arcum, & arma confregiſſet.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. EVSEBIVS notat, vbi in titulo eſt, ὑπὲρ τῶν υἱῶν, *pro filijs*, aliam appoſitam eſſe ad marginem lectionem, υἱοῖς, *filijs*, abſque præpoſitione *pro*, ſicut habet Vulgata: notat etiam Symmachum & Aquilam dixiſſe υἱῶν, *filiorum*. Quod autem additur, ὑπὲρ τῶν κρυφίων, *pro arcanis*, quod S. Auguſt. & Ambroſ. *pro occultis* vertunt; (Cur Pſalmus inſcribatur pro occultis.) Aquila reddit, ὑπὲρ τῶν νεανιοτήτων, *pro iuuentutibus*; quomodo S. Hieron. etiam interpretatur; Symmachus ὑπὲρ τῶν αἰωνίων, *pro æternis*, tranſtulit: in Hebræo eſt עַל־עֲלָמוֹת *hhal hhalamoth*, id eſt *ſuper halamot*; quod hebraizantes putant eſſe nomen inſtrumenti muſici, vel initium carminis, ad cuius modulum cani Pſalmus hic debeat. Significat quoque vox illa *virgines*, quas ob profeſſionem caſtitatis occultas eſſe deceat, nec temerè in publicum prodire. S. Ambroſ. au-

ANNOTATIO CORNELII. *Matth. 6, 6.*

tem expendens particulam illam *pro occultis*, putat hîc Dauidem præcipere, vt in loco occulto preces ad Deum fundamus, iuxta illud Chriſti: *Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſcondito; & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Vbi præcipit Chriſtus Dominus, vt in occulto oremus. Cuius cauſſam hoc loco reddit Ambroſ. eam, ne quis videlicet alius præter ipſum ea noſcat quibus indigemus, & ab ipſo ſolo opem expectemus: *Qui*, inquit, *te in abſcondito vult rogare: quoniam ſolus eſt, qui abſcondita & occulta cognoſcit.* Vult nimirum nos preces fundere, vbi nullus ſit hominum, qui poſſit verba noſtra percipere, & miſerijs noſtris ſuccurrere; vt totam noſtram ſpem & fiduciam in ſolo Deo reponamus.

Deus ſuis eſt refugium, & virtus.

2. *Deus noſter refugium, & virtus*, &c.] Vbi cernitur ordo admirabilis à Propheta ſeruatus. Deus enim fidelibus ſuis primùm refugium eſt; deinde virtus, dum ſcilicet ad ſe fugientes ac timentes excipit fouetque, ac deinceps pugnantes adiuuat & tuetur. Scilicet non ſolùm pugnando vincimus, ſed etiam fugiendo; proindeque non modò ſtrenuè pugnantes, ſed etiam cautè fugientes, à Deo coronamur. Quod vt ſignificaret Dauid, Deum ſimul refugium appellat & virtutem: refugium quidem, vt fugientes benigno excipiat amplexu; virtutem verò, vt pugnantes brachio adiuuet extento. Itaque refugium pariter & virtus eſt, vt vtroque foueat & coronet. Quare D. Baſilius ad hunc locum: *Rectè*, inquit, *refugium & virtutem dixit, vt oſtenderet, quòd aliquando fugiendo, aliquando ſtando & pugnando vincimus. nam vtraque iſta ſunt facienda. Simul enim & congrediendum eſt, dum tempus vocat; & rurſus declinandum, dum illud reuocat.* Vtrobique fortitudo eminet & elucet, vti benè ad hunc locum S. Chryſoſtomus annotauit dicens: *Fugientes, & reſiſtentes ſtanteſque vincimus; duoque à nobis expetuntur, ſcilicet & declinare, & contratendere.* Sed facilius pugnæ genus eſt, imò & certius victoriæ pignus, cùm diabolicæ, præſertim lubricæ carnis, incurſiones effugiuntur. Vnde quò quis ſanctior eſt ac iuſtior; eò debet eſſe in his tentationibus timidior atque fugacior. Id quod vltima verſiculi huius verba inſinuant: Deus enim certum & ſuperabundans ſuum nobis pollicetur auxilium, non quidem in quocumque genere tribulationum conſtitutis; ſed in ijs *quæ nos inuenerunt:* non autem in ijs, quas nos vltrò quærimus, & inuenimus; & in quas ſcientes, tamquam in exitium voluntarium, præcipites ruimus; vbi tamen ſufficiens numquam deeſt. Cùm igitur valdè neceſſarium ſit à periculis animæ cauere; præcipuè tamen virginibus cauendum eſt, vbi diaboli laquei obtenduntur.

Fugiendo, reſiſtendo & pugnando vincimus.

In carnis tentatione fuga ſecurior.

Ceterùm illa verba, *quæ inuenerunt nos nimis*, diuerſimodè ab interpretibus explicantur. In Græco eſt, ταῖς θλίψεσι ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς σφόδρα; ita vt verbum *inuenerunt* ad tribulationes referatur; in Scholio tamen exponitur εὑρέθη, *inuentus eſt*, & εὑρισκόμενος, *dum inuenitur*, quod ad adiutorem ſiue Deum refertur: vnde S. Hieron. interpretatur, *Auxilium in tribulationibus inuentus eſt validum.* Similiter aduerbium σφόδρα, id eſt *valdè*; quod interpres Vulgatus hîc & alibi paſſim vertit *nimis*; aliqui conſtruunt cum verbo *inuenerunt*, vt ſignificetur magnitudo & multitudo tribulationum: alij verò (vt Euthymius de Chryſoſtomo teſtatur) voluerunt hoc referri ad dictionem *adiutor*, vt ſignificetur Deum adfuiſſe validum adiutorem: quod magis conſentit cum Hebræis, quæ habent עֶזְרָה בְצָרוֹת נִמְצָא מְאֹד *Gezrah vetſaroth nimſta meod*; id eſt, *auxilium in tribulationibus inuentus eſt validum*, vt S. Hieron. vertit. S. Ambroſ. illud aduerbium *nimis* tam ad nomen *adiutor* quàm ad verbum *inuenerunt* referendum putat; vt ſit ſenſus: Quando tribulationes inuenerunt nos nimis, etiam nimis adiutor extitit nobis Deus; ita nimirum vt pro menſura tribulationis, auxilij quoque diuini ratio excreſcat. Sic habent verba S. Ambroſij: *Benè nimis ad vtrumque reſpondit; & vt in tribulationibus, quæ nos nimis inuenerunt, & adiutor nimis poſſit intelligi. Quantò enim maiores tribulationes fuerint, tantò maiora nobis & vehementiora adiumenta ſunt neceſſaria.* Sic ille. Quâ porrò ratione Deus *refugium noſtrum & virtus, ſeu fortitudo*, nec non adiutor ſit, & dicatur, ſuperiùs ad Pſalmi 17. verſ. 2. & 3. expoſuimus. Hîc S. Auguſt. interpres accedens, *Sunt quædam refugia*, inquit, *vbi non eſt virtus, quò quiſque cùm fugerit, magis infirmatur quàm confirmetur. Confugis verbi gratiâ ad aliquem in ſæculo magnum, vt facias tibi potentem amicum, refugium tibi videtur. Tanta tamen huius ſæculi incerta ſunt, & ita potentum ruinæ quotidianæ crebreſcunt, vt cùm ad tale refugium confugeris, plus ibi timere incipias. Anteà enim cauſſæ tuæ tantùm timebas; cùm verò ad talem refugeris, & de illo tibi timebis. Multi enim cùm ad talia refugia confugiſſent, cadentibus illis ad quos confugerunt, & ipſi quæſiti ſunt; quos nemo quæreret, ſi non ad talia confugiſſent. Non eſt refugium noſtrum tale; ſed refugium noſtrum virtus eſt: cùm illuc confugerimus, firmi erimus.* Hanc ob cauſſam rex Dauid ingenti ſpiritu ſubdit:

Deus auxilium tentationibus admetitur.

3. *Propterea non timebimus dum turbabitur terra.*] Si à parte (inquit) noſtra ſtet Deus, etſi montes confligant, & in mare præcipitentur, cælum terraque miſceantur, turbentur & confundantur omnia, pandantur inferi, ruat orbis; impauidos tamen feriet ruina, *non timebimus.* Quòd cùm dicit pius Vates, non ita mentes noſtras ab omni ſolicitudine vel metu penitus eximit, ac ſi ſenſu careremus (ſtupor enim à fidei conſtantia longiſſimè abeſt;) ſed tantùm docet, quidquid acciderit, numquam nos Dei fretos auxilio, terrore prorſus obruendos aut omnino exanimandos; quin potiùs vires collecturos, & animum ſumpturos, qui ad quidlibet pro Deo generoſè tolerandum & ſuperandum ſufficiat. Hæc igitur animi magnitudo in ſolo Dei præſidio fundata eſt, vt verè iactare queant qui recumbunt in Deum, non modò ſe impauidos, ſed etiam tutos & ſaluos fore, cùm ruinæ totum mundum obruent.

Qui à Deo protegitur, etiam mũdi ruinam non timebit.

4. *Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum*, &c.] Symmachus, ἠχούντων καὶ θολουμένων τῶν ὑδάτων, καὶ σειομένων ὀρέων ἐν τῷ ἐνδοξασμῷ αὐτοῦ, *ſonantibus & turbatis aquis, & agitatis montibus in glorificatione eius:* quod S. Hieron. vertit, *ſonantibus & intumeſcentibus gurgitibus eius, & agitatis*

tatis montibus in potentia eius; Aquila & Sexta editio, ἐν ὑπερηφανίᾳ, *in elatione.* Obſcuritas (inquit Ianſenius) in hoc verſu magna prouenit, eò quòd non pateat quò referantur relatiua *eorum* & *eius*. Et putant plerique, relatiuum *eorum* referri ad *montes*. Verùm ſic oportet Scripturas interpretari, vt non pereat vis & gratia metaphorarum. Ex Græcis autem & Hebræis ſatis patet, relatiuum *eorum* referri ad *maria*: nam quamuis Latini habeant ſingulariter, *in cor maris*; Græca tamen & Hebræa habent pluraliter, *in corda marium.* vnde & Rom. Pſalterium habet, *aquæ eius*, maris ſcilicet. Proinde pro concordantia Latinæ litteræ cum originalibus, vox *maris* accipi debet collectiuè, vt *eorum* ad mare referatur ſecundùm rem. Multa enim dicuntur, ſecundùm proprietatem linguæ Hebraicæ, maria, propter diuerſos maris ſinus; vnde diuerſas ſortitur mare appellationes. Iam relatiuum *eius* in ſecunda parte poſitum, quamuis communiter referatur ad Deum, cuius fortitudine turbantur montes, iuxta illud, *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere; qui tangit montes, & fumigant*; Hebræa tamen magis exigunt, vt ad illud referatur ad quod relatiuum prioris partis, nempe maris; cuius impetu nonnumquam etiam montes deijciuntur, & quaſi contremiſcere videntur. Itaque clarior eſſet ſenſus, ſi in Latino vtrobique legeretur ſingulari numero *eius*, quomodo legit S. Auguſtinus.

Obſcuritas ex relatiuo eorum illuſtratur.

Pſal. 103, 32.

Annotandum & illud circa hunc verſum, poſſe nimirum ipſum bifariàm accipi. Primùm, vt pendeat ſententia cum ſuperiori verſu, & ſit ſenſus: Non timebimus dum, vel, etiam ſi ſonuerint & turbatæ ſint aquæ maris, &c. nam & Hebræa habent verba futuri temporis. Sed nouum non eſt in Pſalmis, futura pro præteritis, & vice verſâ accipi. Et ſic duplex eſſe poteſt horum verſuum intelligentia: vna quidem, quâ in ſenſu proprio ſumantur aquæ; alia verò, quâ metaphoricè per eas populi ſignificentur, quibus timore correptis, fideles ſe à metu liberos fore glorientur. Secundò, ſic explicari poteſt, vt non ad præcedentem, ſed ad ſequ. verſum pertineat, qui ſententiam eius impleat hoc modo, ac ſi dicat, aquas quidem maris graui ſonitu commotas, & montes etiam firmiſſimos nonnumquam fuiſſe conturbatos; tunc tamen Dei ciuitatem omni metu liberam minimè fuiſſe commotam, Deo eam de ſanctuario gratiæ ſuæ fluentis in medio eius lætificante. Hunc ſenſum magis exprimit interpretatio Vulgata, propter verba præteriti temporis, quibus hîc vtitur; cùm prior ſenſus Hebræo textui ſit conformior, qui hæc effert in futuro. S. Baſilius per *montes* hoc loco illos ait intelligi, qui ob potentiam vireſque inſoleſcunt: addere potuit, qui ob ingenium, & opinionem ſapientiæ, ſuperbiùs efferuntur, & magnos ſpiritus gerunt, & inſolenti quodam faſtidio caput in nubes tollunt. Talis fuit Euſebius hæreticus opinione ſui magnus, qui os ſuum poſuit in cælum, & gigantum more ſtructis montibus, lucida cæli templa voluit reſcindere: vnde illum Gregorius Nyſſenus lib. de Fato μέγα τῆς ἀπιστίας ὄρος, *magnum perfidiæ montem* appellauit.

Duplex explicatio huius verſus.

Montes ſignificant ſuperbos.

5. *Fluminis impetus lætificant ciuitatem Dei.*] Similiter Hebræa hîc plurali numero vtuntur; cùm Vulgata tamen ſingulariter efferat. Theodotion τῦ ποταμῦ διαιρέσεις dixit, quod & S Hieron. vertit, *fluminis diuiſiones.* Sic autem poëticè copioſam Spiritus ſancti gratiam appellat, quam turbulentis tumultuoſi maris fluctibus opponit. Sicut enim mare ſuos accolas procellis ac tempeſtatibus horriſonis non rarò terret; ita è diuerſo, fluminis dulcis fluxus ciuitatem quam præterlabitur non parum recreat, & multiplicem adfert incolis commoditatem. Aliqui locum hunc exponunt de copioſo concurſu populorum ad Eccleſiam ſeſe conuertentium; vt ſit ſenſus, ac ſi dicat: Populi velut flumina & ſcatebræ eorum venient, & lætificabunt ciuitatem Dei, & orabunt in domo ſanctuarij, in tabernaculo Altiſſimi. ita Chaldæus. Verùm ad litteram agit de interiori Eccleſiæ ſanctificatione. Vnde D. Auguſt. Vulgatæ lectionem, quæ ſingulari numero exprimitur, cum originalibus, quæ plurali vtuntur, concilians: *Ab vno*, inquit, *flumine Spiritus ſancti multi impetus gratiarum, & ij quidem animas fidelium, perinde ac multæ aquarum ductiones ciuitatem aliquam interluentes, mirificè lætificant.* Solent enim vrbes, quas eiuſmodi fluenta interſecant, ceteris hilariores eſſe & ſalubriores. Quod autem Propheta metaphoricè dixerat, ſtatim per pleonaſmum proprio vocabulo explicans ſubiungit; *Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus*; quaſi idem ſit *ſanctificare*, ac ſpiritualem gratiam infundere. Idcircò etiam S. Auguſt. ſubdit: *Si ergo ſequitur ſanctificationis nomen, manifeſtum eſt, fluminis illos impetus de Spiritu ſancto eſſe.*

ANNOTATIONES CORDERII.

Flumen eſt ſymbolum gratiæ ſpiritus.

Ab vno flumine Spiritus ſancti multi impetus gratiarum.

6. *Deus in medio eius, non commouebitur.*] Quaſi diceret, non ſolùm non diruendam, verùm nec commouendam eam vrbem, quæ præſente Deo fulciatur, & eiuſdem gratiæ fluentis irrigetur. *Saniat mare* (ait Auguſt.) *conturbentur montes; Deus in medio eius, non commouebitur.* Propter hoc præſidium monet Iſaias, vt plurimæ Deo laudes decantentur. *Exulta*, inquit, *& lauda habitatio Sion; quia magnus in medio tui ſanctus Iſraël.* Quaſi hoc vnum Dei præſentis patrocinium contra omnia pericula firmiſſimum illi præſtaret munimentum. *Beata ciuitas* (inquit Hugo de S. Victore ad hunc locum) *quæ regem habet Deum: quia cùm foris bella patitur, pax eius intus non conturbatur. Felix ille, qui talem habet animam ita in amore Dei ſolidatam, vt quæcumque foris moleſtia perſtrepant, tamen vſque ad ſilentium internæ quietis non irrumpant: quia Deus, qui pacis amator eſt, cor turbatum inhabitare non poteſt: ſed quia tam pacificam habitationem Deus non inueniret, niſi ipſe eam faceret; Adiuuabit eam Deus manè diluculo. Manè, tempeſtiuè; diluculo, in luce. Manè, quia adiutor in opportunitatibus; diluculo, quia in tenebris operari neſcit. Adiuuabit volentem; quia nemo inuitus bonum facit. Adiuuat ciuitatem, & ædificat ciuitatem; requieſcit in ciuitate, & protegit ciuitatem.* Sic ille. In Græco pro *manè diluculo*, eſt πρὸς πρωὶ πρωΐ, *ad mane mane*, id eſt valdè manè; S. Hieron. vertit, *auxiliabitur illi Deus in ortu matutino*; Symmachus, περὶ τὸν ὄρθρον, *circa diluculum*; Aquila, τῷ νεῦσαι πρωΐας, *cùm vergit ad diluculum*; Sixtina, βοηθήσει αὐτῇ ὁ θεὸς τῷ προσώπῳ αὐτοῦ, *adiuuabit eam Deus vultu ſuo.* Meminerunt huius verſionis Arnobius, Ambroſius, & de

Omnis firmitas eſt à Deo præſentia.

Iſaiæ 12, 6.

Beata ciuitas, cuius Deus Rex eſt in medio eius.

ANNOTATIONES CORDERII.

Græcis Cyrillus; illamque ſequitur Auguſt. Caſſiodorus, & Pſalterium Rom. & Eccleſia in Officio diuino eâdem vtitur. Complexus eſt vtramque verſionem Apollinarius:

Ἐξ ἠοῦς ἐπίκουρον ἔχει κατασκοπὸν ὄμμα.

Ex aurora auxiliarē habet prouidum oculum.

Locus hic apprimè quadrat in B. Virginem, quæ *manè diluculo*, ſcilicet ipſo primo inſtanti, quo concepta vitam habuit, diuino eſt præſidio adiuta, ne caderet in originale peccatum. *Alij enim*, (inquit S. Bonauentura) *poſt caſum erecti ſunt; Virgo autem ſuſtentata eſt ne caderet.*

7. *Dedit vocem ſuam Altiſſimus.*] Hæc vox *Altiſſimus* deeſt in Vulgata & Sixtina editione; ſed reperitur apud S. Auguſtinum & Ambroſ. & in Æthiopico & Rom. Pſalterio, & in pleriſque libris Græcis. Per *vocem* autem *Dei* ſignificare ſolet Scriptura tonitruum: quo in Pſalmo 17. & alijs canit Propheta Dominum hoſtes perterrefeciſſe. Iuxta quam intelligentiam in ſenſu myſtico Euangelica prædicatio ſignificatur; quâ perſonante, ſalubriter hoſtes populi Dei commoti ſunt & ſubacti. Quamquam congruentiùs per *vocem Dei* hoc loco videatur ſignificari Dei imperium & ſententia, quam pro populo ſuo protulit ipſo effectu contra hoſtes eius. Hunc enim ſenſum inſinuat etiam in alio Pſalmo: *De cælo auditum feciſti iudicium: terra tremuit & quieuit, cùm exurgeret in iudicium Deus, vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ.*

Vox Domini tonitruũ intelligitur.

Pſal. 75, 9.

8. *Dominus virtutum nobiſcum.*] Oſtendit hîc Propheta, in tanta gentium & regnorum conturbatione, quam præced. v. deſcripſerat, nullam eſſe fidelibus trepidandi cauſſam; cùm Deus ſemper ad eos liberandos paratus ſit, & quidem inuictâ potentiâ inſtructus. Ne autem formidinem incuteret potentiæ Dei commemoratio, ſtatim meminit adoptionis, quâ ſegregatus erat Iſraël à communi gentium omnium ſorte, ſubdens, *Suſceptor noſter Deus Iacob*; vt nimirum perſuaſi ſimus ex eorum nos eſſe numero, quos Deus paterno amore amplexus fouere velit. Hinc igitur gloriandi fiducia, quòd nos ſibi in peculiarem populum delegit, vt virtutem ſuam ad nos ſeruandos exerat. Quanam autem ratione Deus ſuſceptor noſter ſit, & dicatur; vide ſuperiùs in Annotationibus ad Pſalmi 3. verſ. 4. theologicè explicatum.

Nihil timendum cùm Deus nobiſcum eſt.

9. *Venite, & videte opera Domini.*] Pulchrè ad hunc locum Hugo de S. Victore, expendens quænam opera Domini nobis hîc videnda proponantur; & quæ prodigia ſint quæ poſuit ſuper terram. *Primùm*, inquit, *venite, poſteà videte. Vos enim in tenebris eſtis, & ibi opera Domini videre non poteſtis. Venite igitur ad lucem, & videte per lucem, quæ lux fecit in luce: videte opera Domini. Quæ opera Domini? Numquid cælum & terram? Non, ſed quæ deſuper cælum poſita ſunt ſuper terram. Primùm enim Deus cælum & terram fecit; deinde quædam in cælo & in terra de cælo & terra produxit. Sed hæc quia terrena ſunt, vbique terrarum videri poſſunt; nec vt iſta videantur alicunde aliò homines inuitantur. Sunt quædam alia, quæ non de cælo vel de terra produxit; ſed deſuper cælum ſecum afferens, ſuper terram poſuit: non deijciens ea, ſed inclinans; nec terram per ea premens, ſed releuans. Quæ ſunt iſta opera Domini? Domine audiui auditum tuum, & timui. Domine opus tuum in medio annorum notum facies: quando videlicet in medio duorum animalium cognoſceris. Quomodo poſita ſuper terram? Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Quomodo prodigia? Paruulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis, Deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis. Super terram poſita ſunt; quia terrena ad pacem componunt. Prodigia ſunt; quia pater futuri ſæculi. Super terram poſita ſunt; quia princeps pacis; auferens bella, pacificans hominem intus & extra: ac terram carnis dominio animæ vſquequaque ſubijciens. Arcum conteret, & confringet arma, verſutias & machinationes diaboli annihilans. Scuta comburet igni: dura corda molliet igne Spiritus ſancti.* Sic ille. Richardus verò Victorinus lib. 2. de Emmanuele, parte 1. cap. 29. hæc de B. Virgine ſine peccato originali concepta exponens: *Quæ eſt iſta, obſecro*, inquit, *terra, de qua bella omnia ſine tenus auferuntur; niſi illa, de qua idem Propheta alibi proteſtatur; Veritas de terra orta eſt? De hac terra omnis pugna tollitur, in hac pax plena reparatur.* Hæc ille. Admiranda ſanè ſunt prodigia, in hac ſacerdotali terra feminam ex viro & femina concipi; & tamen nec peccato originis infici, nec fomitem peccati habere, nec vel leuiſſimum aduerſus rationem motum in aliqua corporis vel animi parte ſentire. *Poſuit fines tuos pacem*, ait Pſalmiſta, ita nimirum vt à fomite bellum nullum exurgere potuerit. Pergit Richardus cap. 31. de B. Virgine loquens: *In ceteris ſanctis magnificum habetur, quòd à vitijs non poſſint expugnari; in Virgine mirificum videtur, quòd à vitijs non poſſit ipſa vel in modico impugnari*, &c. Aduerte tamen Richardum exiſtimare, fomitem Virgini tunc ablatum, cùm Chriſtum concepit: ſic enim ſcribit cap. 27. *Mira illa obumbratio Spiritus ſancti fuit, quæ ſub vno momento deterſit, & exterminauit à Virgine tam ignorantiam boni quàm concupiſcentiam mali*, &c. Eadem eſt ſententia D. Thomæ 3. p. qu. 27. art. 3. quo loco ait, in prima ſanctificatione, ſcilicet in vtero matris, fuiſſe fomitem Virginis ligatum; in ſecunda verò ſanctificatione, hoc eſt in conceptione Chriſti, fuiſſe extinctum. At dignitati Virginis congruit magis, exiſtimare tunc fomitem eſſe penitus extinctum, cùm illa concepta eſt.

Primùm veniendum ad Deum, & tunc opera eius videnda.

Opera incarnationis ſunt mirabilia.

Habac. 3, 2.

Ioan. 1, 9.

Iſaiæ 9, 5.

Conceptio B. Virginis immaculata eſt opus admirabile Dei.

Pſal. 147, 14.

11. *Vacate & videte.*] Græcè, Σχολάσατε καὶ γνῶτε. Pro quibus alius interpres apud Chryſoſt. habet, *ἰάθητε καὶ γνῶτε, curamini & cognoſcite*; alius autem, *ἐάσατε ἵνα γνῶτε, ſinite vt cognoſcatis.* E quibus mellifluus ille Doctor colligit, duas res nobis eſſe neceſſarias ad diuina cognoſcenda, *σχολὴν, otium*, & *ὑγιαίνουσαν ψυχὴν, ſanum animum*. Nam otium quidem illud, inquit, *ἐάσατε, ſinite*, ſignificat, cùm, repudiatis ijs quæ impedire aut retardare pium impetum ſolent, iam quietus animus vim mentis & cogitationis in Numinis cognitionem intendit. Illud autem *ἰάθητε, curamini, ſanemini*, mihi dubium nullum eſt, quin ad motus turbulentos & vitioſas animi affectiones referendum ſit; quas dici morbos, Sophorum veterum ſcholæ, & Eccleſiæ quoque Hierophantæ notarunt. Ament igitur homines ſacri, & delecti ad ſublimia, hanc honeſtam vtilem-

Contemplatio otio & ſana mente opus eſt.

vtilemque ſecretionem à populi conſuetudine & moribus, & ſe domi contineant; tum vt remoti à communi peſte vitiorum & labe ſæculi, vitæ ſanctimoniam tueantur; tum vt Deum nacti inhabitantem, bonæ menti ſapientiæque vacent, & feliciùs in ſacris muneribus obeundis verſentur. Expers enim diuinæ dulcedinis eſt, qui orationi corpore tantùm vacat, ſed vagatur mente. Vacationi, non vagationi, Dei deliciæ promittuntur. *Vacate*, inquit, Vates. Et, vt in alio Pſalmo eſt, *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* Vident & experiuntur qui mente vacant, non qui vagantur. vt benè monuerit Richardus lib. 2. de Contemplat. cap. 2. *Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. Vacantes ſiquidem corpore, ſed vagantes vbique corde, nequaquam videre merentur quàm dulcis eſt Dominus; quàm bonus Iſraël Deus his qui recto ſunt corde.* Sic ille. Signanter etiam Apoſtolus ait, *Vt vacetis orationi.* Non dixit, Vt oretis, quòd ea res deſideret animum ab omnibus mundanis curis vacantem. Scilicet non vacat orationi, qui per terrena vagatur; nec verè preces fundit, qui effunditur in peritura.

...eni, ...ga- Dei pro- | 33,9. | PARAPHRASIS PATRVM. | 1. Cor. 7, 5.

IN PSALMVM XLVI. ARGVMENTVM.

α΄. Εἰς τέλος ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ.
Ἄλλος· Τῷ νικοποιῷ τῶν υἱῶν Κορέ.

1. In finem pro Filijs Core *.
Alius: Victoriæ effectori filiorum Core.

* Vulgata addit Pſalmus.

Τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἔχεται, νίκας λέγων καὶ τὰ τρόπαια, τὰ κατὰ τῶν πολεμίων συμβεβηκότα, καὶ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν καλῶν εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν γεγενημένων εὐφημίαν.

Hic etiam Pſalmus eiuſdem habetur argumenti, cùm dicat victorias & trophæa, quæ contra hoſtes contigerunt; & vniuerſum orbem terrarum vocet ad laudanda ea quæ geſta ſunt.

PARAPHRASIS.

β΄. ΠΑΝΤΑ τὰ ἔθνη κροτήσατε χεῖρας·

Συγκαλοῦσι καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὅσοι κακῶς ἔπαθον ὑπὸ τῶν Ἀντιόχου στρατηγῶν, εἰς ἐπίδειξιν τῆς τοῦ Θεοῦ νίκης.

Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως.

Ἀλαλαγμός ἐστι κυρίως φωνὴ ἐπινίκιος. Δεῦτε οὖν, φησι, πάντα τὰ ἔθνη φωνὴν ἐπινίκιον μετ' εὐφροσύνης ἀναπέμψατε τῷ Θεῷ, ὡς ἀπηλλαγμένοι τῶν ἐπικειμένων ὑμῖν χαλεπῶν ἀπὸ τῶν πολεμίων. εἰπὼν οὖν, ὅτι πάντες δεῦτε, ἀκούσατε τὸν ἐπινίκιον ὕμνον, λέγει τὰς αἰτίας.

γ΄. Ὅτι κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.

Ὅτι ὤφθη, φησὶν, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων κύριος, δι' ὧν ἐτροπώσατο τοὺς ἐνοχλοῦντας τοῖς εὐσεβέσι, καὶ ὑψηλότερος ἐφάνη τῆς ἐκείνων ἐπιβουλῆς· καὶ φοβερὸς ὁμοῦ τοῖς ἐναντίοις· καὶ συντόμως εἰπεῖν βασιλεὺς, οἷον ἅπασα ἡ γῆ οὐκ ἔχει. Ἐπείπερ οὗτος καὶ παντὸς ἐστι δεσπότης. καὶ τοιοῦτος ὢν, φησι, τί ἐποίησεν;

2. OMNES gentes plaudite manibus:

Conuocant etiam omnes alios, quotquot malè mulctati fuerant à militibus Antiochi, ad victoriam Dei declarandam.

Iubilate Deo in voce exultationis.

Iubilus eſt propriè vox victoriæ. Eia igitur, inquit, omnes gentes vocem triumphalem cum lætitia emittite Deo, tamquam liberati à malis quæ vobis ab inimicis imminebant. Cùm ergo dixiſſet, Venite omnes, audite canticum triumphale, cauſſas addit: — *Iubilus quid.*

3. Quoniam Dominus excelſus, terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram.

Quoniam, inquit, apparuit ex rebus ipſis Dominus, quibus euertit eos qui infeſtabant pios; & inſidijs eorum celſior apparuit, & terribilis ſimul inimicis; atque compendioſè dicendo *Rex*, qualem vniuerſa terra non habet. Quoniam hic etiam vniuerſitatis Dominus eſt. Et cùm talis, inquit, eſſet, quid fecit? — *Terribilis Deus inimicis ſuis.*

 4. Sub-

PARAPHRASIS PATRVM.

4. Subiecit populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris.

Dicit milites Antiochi, & qui cum ipſis bellum inferebant. Multos enim habebant commilitones & auxiliares.

5. Elegit nobis hereditatem ſuam,

Illud *nobis* dicit pro *nos*. Elegit enim nos, inquit, qui poſſeſſio eius eramus, & hereditas.

Speciem Iacob, quam dilexit.

DIAPSALMA.

Nos, inquit, illæſos cuſtodiuit, qui ornamentum eramus Iacob; quoniam tot tantique ex vno qui à Deo diligebatur propagati ſumus.

6. Aſcendit Deus in iubilo,

Quomodo Deus aſcendat.

Iſtud *aſcendit* non ſecundùm locum intelligit, ſed ſecundùm rem. Vult enim dicere, quòd, ſicut deſcendit & vicit pro nobis, iterùm receperit ſedes proprias, quæ in excelſis conſpiciebantur.

Et Dominus in voce tubæ.

Et veluti tubâ ipſum tamquam victorem præcedente, ſic proprias altitudines repetijt.

7. Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite.

Cur & quomodo pſallendum Deo.

Ob hanc igitur, inquit, cauſſam etiam hymnis dignus eſt, & vocibus triumphalibus; vt qui & Deus ſit, & Rex.

8. Quoniam Rex omnis terræ Deus: pſallite ſapienter.

Et quia dixerat *Rex*, ſubiunxit, non ſolùm noſter, ſed *omnis terræ*. Qui enim facit prout voluerit, hos quidem vincere, illos verò vinci; quomodo non vniuerſitatis huius Rex agnoſcatur? Illud autem, *Pſallite ſapienter*, id eſt, percipientes, & in mente habentes illa quæ facta ſunt.

9. Regnauit Deus ſuper gentes:

Poſtquā dixerat, *Pſallite ſapiēter*, dicit etiam quid debeant cogitare pſallentes. Quoniam, in-

δʹ. Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν.

Τοὺς κατὰ Ἀντίοχον λέγει στρατηγούς, καὶ τοὺς ἅμα αὐτοῖς πολεμίους. Πολλοὶ γὰρ αὐτοὺς συνεμάχουν καὶ συνεπολέμουν.

εʹ. Ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν ἑαυτοῦ,

Τὸ ἡμῖν, ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς λέγει. Ἐξελέξατο γὰρ ἡμᾶς, φησι, κτῆμα αὐτοῦ ὄντας, καὶ κληρονομίαν.

Τὴν καλλονὴν Ἰακὼβ ἣν ἠγάπησεν.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἡμᾶς, φησιν, ἐφύλαξεν ἀβλαβεῖς, οἱ κόσμος ἐγενόμεθα τοῦ Ἰακώβ· ὅτι τοσοῦτοι ἐξ ἑνὸς ἐπληθύνθημεν τοῦ ἀγαπηθέντος παρὰ Θεοῦ.

ϛʹ. Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ,

Τὸ ἀνέβη οὐ κατὰ τόπον λέγει, ἀλλὰ κατὰ πρᾶγμα. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι, οἷον καταβὰς, καὶ νικήσας ὑπὲρ ἡμῶν, πάλιν κατέλαβε τοὺς οἰκείους θρόνους, τοὺς ἐν τοῖς ὑψώμασι θεωρουμένους.

Καὶ κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος.

Καὶ ὡσανεὶ σάλπιγγος προηγουμένης ἔμπροσθεν αὐτοῦ ὡς νικητοῦ, οὕτω τὰ οἰκεῖα κατέλαβεν ὑψώματα.

ζʹ. Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλατε· ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλατε.

Διὰ ταύτην οὖν, φησι, τὴν αἰτίαν καὶ ὕμνων ἄξιός ἐστι, καὶ φωνῶν ἐπινικίων, ὡς καὶ Θεὸς ὑπάρχων, καὶ βασιλεύς.

ηʹ. Ὅτι βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς ὁ Θεός· ψάλατε συνετῶς.

Καὶ ἐπειδὴ εἶπεν βασιλεὺς, ἐπήγαγεν, ὅτι οὐχ ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ πάσης τῆς γῆς. Ὁ γὰρ ποιῶν καθὼς βούλεται, τοὺς μὲν νικᾶν, τοὺς δὲ ἡττᾶσθαι, πῶς οὐ τοῦ παντὸς ὁμολογεῖται βασιλεύς; Τὸ δὲ ψάλατε συνετῶς, ἀντὶ τοῦ αἴσθησιν λαμβάνοντες τῶν γεγενημένων, καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας ἔχοντες τὰ γεγενημένα.

θʹ. Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη·

Ἐπειδὴ εἶπε ψάλατε συνετῶς, λέγει καὶ τί ὀφείλουσιν ἐνθυμεῖσθαι ψάλλοντες. ὅτι, φησὶ,

πάν-

πάντων ἐστὶ τῶν ἐθνῶν κύριος καὶ βασιλεὺς ὁ ἡμέτερος θεός.

Ὁ θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ.

Καὶ ὅτι βέβαιός ἐστι καὶ ἑδραῖος, ἀπαραβάτως ἔχων τὸ φαίνεσθαι ἐν οἷς ἐστιν ἀεί.

ί. Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ τοῦ θεοῦ Ἀβραάμ·

Τὸ συνήχθησαν ἀντὶ τοῦ συναχθήσονται λοιπὸν λέγει. Ἀπὸ γὰρ τῶν γεγονότων, φησὶν, οἱ πάντων τῶν ἐθνῶν ἄρχοντες ἅμα ἡμῖν συναχθέντες τὸν ἕνα ὑμνήσομεν θεόν. ἡ γὰρ ἐφ' ἡμῖν παραδοξοποιΐα συνάγει πανταχόθεν εἰς ὑμνῳδίαν, τοῦ τοσαῦτα ἐπιδειξαμένου καλά.

Ὅτι τοῦ θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν.

Κραταιοὺς τοῦ θεοῦ καλεῖ τοὺς παρ' αὐτοῦ κρατυνομένους, καὶ φροντιζομένους, τουτέστιν, αὐτοὺς τοὺς Ἰσραηλίτας. Λέγει οὖν, ὅτι ἡμεῖς οἱ παρὰ τοῦ θεοῦ κρατυνόμενοι, σφόδρα ὑπὲρ τὴν γῆν ἐπήρθημεν, ἀντὶ τοῦ ὑψώθημεν· τὰ γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν γεγενημένα ἐνδόξους ἡμᾶς ὑπὲρ πᾶσαν τὴν γῆν ἐποίει.

quit, omnium eſt gentium Dominus, & Rex noſter Deus. PARAPHRASIS PATRVM.

Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

Et quia conſtans eſt & ſtabilis, immutabilis apparens in quibus ſemper eſt.

10. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham:

Illud *congregati ſunt* dixit pro deinceps congregabuntur. Ex his enim, inquit, quæ contigerunt, omnium gentium principes ſimul nobiſcum congregati, vnum Deum laudabimus. Siquidem illa ſuper nos mirificatio conducit vndequaque ad celebrandum illum qui tanta bona exhibuit.

Quoniam * Dei fortes terræ vehementer eleuati ſunt. * Vulgata Dij.

Fortes Dei vocat illos qui ab ipſo confortabantur & curabantur, id eſt ipſos Iſraëlitas. Dicit itaque nos, qui à Deo confortamur, valdè ſuper terram eleuatos eſſe, id eſt exaltatos: illa enim quæ nobis contigerunt glorioſos nos reddiderunt ſuper omnem terram.

COMMENTARIVS.

β'. ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΘΝΗ ΚΡΟΤΗΣΑΤΕ.] Ἀλλ' ἴσως ἀνάξιον δόξει περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κρότοι καὶ πάταγοι. Τί οὖν ἐστιν; Ἡδονὴν ἐνδείκνυται, καὶ νίκης σύμβολον. Ἐπεὶ καὶ ἑτέρωθι ποταμοὺς εἰσάγει κροτοῦντας, ἵνα τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἡδονῆς μάθωμεν. Καὶ διὰ τί μὴ εἶπεν χαίρετε, ἀλλ' ἀλαλάξατε; Τὴν μετ' ὑπερβολῆς ἡδονὴν ἐνδεικνύμενος.

Ἄλλος. Χερσὶ ἀλαλάξατε τῷ θεῷ, ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως· ἕτερος, σημάνατε. Τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καλεῖ εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν γεγενημένων εὐφημίαν. εἶτα λέγων, Ὅτι κύριος ὕψιστος, ἀνίστησι τὸν ἀκροατὴν ἐκ προοιμίων πρὸς τοσοῦτον ὄγκον εὐαγγελικῶν καλῶν. Καὶ γὰρ ὁ εὐαγγελικὸς λόγος τοῦτο παρακελεύεται, λέγων, σκιρτήσατε· οὐ τὸ ἐξάλλεσθαι παρακελευόμενος καὶ πηδᾷν, ἀλλὰ τῆς χαρᾶς τὸ ἐπιτεταμένον δηλῶν. Καὶ γὰρ πολλῆς ἡδονῆς ἄξιον τὸ γινόμενον. Ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ γῆν, πᾶσα ἐσώθη. Διό φησι, Πάντα τὰ ἔθνη κροτήσατε χεῖρας.

2. OMNES GENTES PLAVDITE.] Sed nonnullis fortaſſe indignum videbitur Spiritu ſancto plauſus & ſtrepitus. Quid ergo ſibi vult? Voluptatem indicat, & victoriæ ſymbolum. Quandoquidem etiam alibi fluuios inducit plaudentes, vt exceſſum voluptatis intelligamus. Et cur non dixit gaudete, ſed *iubilate?* Vt excellentem oſtendat voluptatem. *Plauſus & iubilus lætitiæ ſigna.*

Alius. *Manu iubilate Deo in voce exultationis*; alius, *ſignificate.* Vniuerſum orbem euocat ad eorum quæ facta fuerant celebrationem. Deinde cùm ait, *Quoniam Dominus Altiſſimus*, ſtatim à principio excitat auditorem, ad bonorum nuntiorum tantam vocans magnitudinem. Nam hoc quoque ſermo iubet Euangelicus, dicens, *Exultate*; Matth. 5, 12.
non omnino iubens ſaltare & exilire, ſed vehementiam lætitiæ declarans. Quod enim fit, magnam meretur lætitiam. Tota terra, quam ſol reſpicit, ſaluata eſt. Idcircò dicit: *Omnes gentes plaudite manibus.*

Illis

COMMENTARIVS PATRVM.

Quomodo myſticè plaudendum & exultandum.

Illis ipſis execrandis, quibus filios occidebatis, plaudite. Vel plaudere manibus iubet, practicis nempe virtutibus, quaſi vocem emittendo. *Et in voce exultationis.* Id eſt, Linguâ illâ, quâ execranda guſtaſtis, & blaſphema verba protuliſtis, eâ iubilate canticum victoriæ. Solent enim exercitus, quando inclinat pars hoſtilis, non ampliùs pugnare comminus; ſed concordi voce & iubilatione proſtratos iam illorum animos conquaſſare. *Iubilate* igitur; id eſt, illi offerte gratiarum actionem. Non eſt bellum humanum, neque pro rebus humanis, ſed pro cæleſtibus. Vbi nunc ſunt qui detrahunt Vnigeniti gloriæ? Ecce *Rex magnus* Filius. Quando igitur paſſionem audiueris, ne concidas animo: qui enim Altiſſimus naturâ eſt, à propria altitudine numquam receſſit. Inuitans igitur omnes ad canticum, etiam rationes reddit, *Quoniam Dominus Altiſſimus*, &c.

4. SVBIECIT POPVLOS NOBIS.] Vel hoſtes intelligit, vel hoc quaſi ex Apoſtolorum perſona dictum. Non enim erat illud opus Apoſtolorum, vt piſcatores hominibus perſuaderent, & illos ad fidem adducerent; ſed eius qui animos illorum præparabat, & vincebat. Illud autem *ſub pedibus* ſummam deſignat obedientiam.

Solet Scriptura ſacra reges appellare potentes. Ceterùm, ſecundùm veritatem, tunc vnicus rex Sennacherib illam aggreſſus eſt. Sed, vti dicebam, omnes inuadentes appellat reges, tamquam potentes.

6. Ipſi videntes ſic admirati ſunt,

Et ſimul, inquit, congregati multi potentes aduerſus eam, obſtupuerunt illa quæ contigerunt. Etenim mirum erat ſpectaculum, tantam victoriam videre ſine ſanguine. Deinde etiam exponens quidnam admirati ſint.

Deus mirabiliter ſuos liberat.

Conturbati ſunt, commoti ſunt:
7. Tremor apprehendit eos.

Qui enim, inquit, tales ac tanti erant, tunc nihil differebant ab hominibus perturbatis, & in tempeſtate rerum terribilium exſpectatione ſe cruciantibus.

Ibi dolores vt parturientis,

Comprehendit enim, inquit, ipſos labor & periculum admirabile, quale parientem corripere ſolet.

8. In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.

Tharſin vocat loca maritima. Vult ergo dicere, quòd quemadmodum ſi contingat naues in locis maritimis conſtitutas eſſe, & derepentè ſpiritus vehemens exurrexerit, conteret omnes & peſſumdabit: ſic, inquit, quoque contigit Babylonijs. Nam ira Dei egreſſa, quaſi fragorem nauium in ipſis etiam exhibuit interitum.

9. Sicut audiuimus, ſic & vidimus

Deinceps hæc tamquam ex perſona ciuitatem inhabitantiũ & ipſius Ezechiæ loquitur. q. d. Quemadmodum audiuimus de ciuitate

PARAPHRASIS PATRVM.

noſtra, Deum in'ça mirabilia patrare, ſic rebus ipſis percepimus.

In ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri:

Experientiâ enim didicimus, inquit, quòd Dominus virtutum ipſe ſit Deus noſter, & ipſe ciuitatem noſtram inhabitet.

Deus fundauit eam in æternum.

DIAPSALMA.

Quomodo temporanea aliquando vocentur æterna.

Quoniam ipſe etiam ipſam inconcuſſam & inuerſibilem fecit. Illud autem *in æternum,* non de omnimodo æterno dicit. Quomodo enim poſteà expugnata fuiſſet ciuitas,& ab Antiochi militibus, & à Romanis? Sed mos eſt Scripturæ, vt temporanea ſæpè æterna vocet; quemadmodum de ipſo Ezechia dicit: *Vitam petijt à te, & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculum ſæculi.* (Pſal. 20,5.) Verumtamen quindecim annorum tempus ei adiecit; nihilominùs præteritam vitam eius ſæculum appellat, & adiectam iterùm ſæculum; atque ideò dixit *in ſæculum ſæculi.* q. d. Priori æuo adiecit aliud æuum, non indefinitum dicens tempus, ſed vtrimque definitum.

10.* Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio * populi tui.

* Vulgata templi

Illud *Suſcepimus,* Cognouimus, inquit, & experientiâ didicimus humanitatem tuam erga populum tuum.

11. Secundùm nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ:

Conceptam enim, inquit, de te opinionem non fefellerunt opera; neque minor apparuiſti opinione, quam habemus omnes de te Domine.

Iuſtitia plena eſt dextera tua.

Rectè iuſtitia. Cùm enim vbique ſupplicium demiretur, adiecit hîc, quoniam & iuſtitiam habet; ſiquidem inuadentes & iniurijs afficientes puniuit, non quietos, & res ſuas agentes.

12. Lætetur mons Sion, & exultent filiæ * Iudææ,

* Vulgata Iudæ,

ὁ θεὸς ἐν αὐτῇ θαυματουργεῖ, οὕτως αὐτοῖς ἔγνωμεν τοῖς ἔργοις.

Ἐν πόλει κυρίου τῶν δυνάμεων, ἐν πόλει τοῦ θεοῦ ἡμῶν·

Πείρᾳ γὰρ ἐμάθομεν, φησι, ὅτι ὁ τῶν δυνάμεων κύριος, αὐτός ἐστι ἡμῶν θεὸς, καὶ αὐτὸς τὴν πόλιν ἡμῶν ἐνοικεῖ.

Ὁ θεὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Καὶ ὅτι αὐτὸς ἀσάλευτον αὐτὴν εἰργάσατο, καὶ ἀμετάτρεπτον. Τὸ δὲ εἰς τὸν αἰῶνα, οὐ κατὰ παντὸς λέγει τοῦ αἰῶνος. Ἐπεὶ πῶς μετὰ ταῦτα ἐπολιορκήθη ἡ πόλις, καὶ ὑπὸ τῶν Ἀντιόχου στρατηγῶν, καὶ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων; Ἀλλ' ἔθος τῇ γραφῇ τὰ πρόσκαιρα πολλαχοῦ αἰῶνας ὀνομάζειν, ὡς ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Ἐζεκίου λέγει· ζωὴν ᾐτήσατό σε καὶ ἔδωκας αὐτῷ μακρότητα ἡμερῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. καίτοιγε δεκαπέντε ἐτῶν χρόνον αὐτῷ προσέθηκεν. ἀλλ' ὅμως καὶ τὸν παρελθόντα βίον αὐτοῦ αἰῶνα καλεῖ, καὶ τὸν προστεθέντα πάλιν αἰῶνα· καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν, εἰς αἰῶνα αἰῶνος. ὅτι αὐτῷ τῷ προτέρῳ αἰῶνι προσέθηκεν, ἄλλον αἰῶνα, οὐκ ἀόριστον λέγων τὸν χρόνον, ἀλλ' ὡρισμένον ἑκατέρωθεν.

ι. Ὑπελάβομεν ὁ θεὸς τὸ ἔλεός σου ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου.

Τὸ ὑπελάβομεν, ἔγνωμεν, φησι, καὶ τῇ πείρᾳ ἐμάθομεν τὴν φιλανθρωπίαν σου τὴν ἐπὶ τῷ λαῷ σου.

ια. Κατὰ τὸ ὄνομά σου ὁ θεὸς, οὕτως καὶ ἡ αἴνεσίς σου ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς·

Τὴν γὰρ προλαβοῦσαν, φησι, περὶ σου δόξαν, οὐκ ἐψεύσατο τὰ ἔργα· οὐδὲ ἐλάττων ὤφθης τῆς ὑπονοίας, ἧς ἔχομεν πάντες περὶ σου δέσποτα.

Δικαιοσύνης πλήρης ἡ δεξιά σου.

Καλῶς δικαιοσύνης. Ἐπειδὴ γὰρ πανταχοῦ τὴν τιμωρίαν θαυμάζει, προσέθηκεν ἐνταῦθα ὅτι καὶ τὸ δίκαιον εἶχε. τοὺς γὰρ ἐπελθόντας καὶ ἀδικοῦντας ἐκόλασεν, οὐ τοὺς ἡσυχάζοντας, καὶ τὰ ἑαυτῶν πράττοντας.

ιβ. Εὐφρανθήτω ὄρος Σιὼν, καὶ ἀγαλλιάσθωσαν αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας,

Τοι-

Τοιγαροῦν ἐν εὐφροσύνῃ κατάστητε πάλιν οἱ τὸ ὄρος τοῦτο κατοικοῦντες, καὶ πᾶσαι αἱ τῆς Ἰουδαίας γυναῖκες. ἀπὸ δὲ τοῦ μέρους τὸν πάντα δῆμον περιλαμβάνει.

Ἕνεκεν τῶν κριμάτων σου κύριε.

Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι εὐφράνθητε, ἐπήγαγεν ὅτι ἕνεκα τῶν κριμάτων τοῦ θεοῦ, δι' ὧν ἡμῖν ἔκρινεν.

ιγ'. Κυκλώσατε Σιὼν καὶ περιλάβετε αὐτήν·

Ἀντὶ τοῦ χοροὺς στήσατε κατὰ τόπους, εὐφροσύνης ἀναμέστους.

Διηγήσασθε ἐν τοῖς πύργοις αὐτῆς.

Καὶ ἐν τοῖς χοροῖς, φησιν, ἔστω διήγησις τὰ γινόμενα ὑπὲρ ἡμῶν, ἢ καὶ ᾆσμα πολλάκις, οἷα συμβαίνει.

ιδ'. Θέσθε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὴν δύναμιν αὐτῆς·

Εἰς τὴν δύναμιν αὐτῆς, ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν δύναμιν τὴν ὑπάρξασαν αὐτῇ παρὰ θεοῦ. Θέσθε τὰς καρδίας ὑμῶν, ἀντὶ τοῦ ἐν νῷ λαμβάνοντες διαπαντὸς τὰ γεγενημένα, διηγεῖσθε αὐτὰ καθ' ὅσον ἐγχωρεῖ.

Καὶ καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς,

Ἐπειδὴ εἶπε στήσατε χοροὺς κατὰ τόπον, λέγει ὅτι καὶ κατ' οἶκον διαιρείσθωσαν οἱ χοροί, ὡς ἂν πᾶς τόπος ἔχῃ τὴν εὐφροσύνην.

Ὅπως ἂν διηγήσησθε εἰς γενεὰν ἑτέραν.

Ὥστε, φησι, τὰ γεγονότα διαβῆναι καὶ εἰς τοὺς μεθ' ἡμᾶς τῇ διηγήσει, καὶ τοῖς ᾄσμασι τοῖς τῶν χορῶν.

ιε'. Ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ θεὸς ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος·

Ὥστε, φησὶ, πεισθῆναι καὶ τοὺς μεθ' ἡμᾶς ὅτι αὐτός ἐστι θεὸς, καὶ ἡμῶν, ὁ καὶ ἐπὶ τῶν πατέρων θαυματουργήσας. αἰνίττεται δὲ τὰ κατ' αἴγυπτον θαύματα.

Αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς εἰς τοὺς αἰῶνας.

Τὴν ποιμαντικὴν ἐπὶ κηδεμονίας λέγει. βούλεται οὖν εἰπεῖν ὅτι αὐτός ἐστι θεὸς, ὁ τὴν κηδεμονίαν ἡμῶν τὴν ὁμοίαν τοῖς πατράσιν ἡμῶν χαριζόμενος διηνεκῶς, καὶ ἄχρι τέλους.

Igitur in lætitia rurſum eſtote, qui montem hunc inhabitatis, & omnes Iudææ mulieres. à parte autem totum populum comprehendit.

PARAPHRASIS PATRVM.

Hortatur ad lætitiam & gratiarum actionem pro victoria.

Propter iudicia tua Domine.

Poſtquam dixit *lætamini*, ſubiunxit propter iudicia Dei, quibus nos iudicauit.

13. Circumdate Sion, & complectimini eam:

Id eſt, choros conſtituite ſecundùm locos lætitiæ plenos.

Narrate in turribus eius.

Et in choris, inquit, ſit narratio eorum quæ pro nobis facta ſunt, vel etiam canticum frequenter, vti accidit.

14. Ponite corda veſtra in virtute eius:

In virtute eius, id eſt, in virtute quæ ipſi à Deo ſuppeditata eſt. *Ponite corda veſtra*, id eſt in mente habentes ſemper ea quæ facta ſunt, narrate illa quoad fieri poteſt.

Et diſtribuite domos eius,

Poſtquam dixit, Conſtituite choros ſiue tripudia ſecundùm locum; ait etiam, Diſtribuantur chori domatim, vt omnis locus habeat iucunditatem.

Vt enarretis in progenie altera.

Ita, inquit, vt ea quæ facta ſunt, tranſeant etiam ad poſteros noſtros per narrationem, & cantica tripudiorum.

15. Quoniam hic eſt Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi:

Vt, inquit, perſuaſum ſit etiam poſteris noſtris ipſum eſſe Deum; qui & nobis & patribus mirabilia fecit. inſinuat autem miracula Ægypti.

Ipſe reget nos in ſæcula.

Paſtoralitiam Dei curam intelligit. Vult igitur dicere, illum eumdem eſſe Deum, qui nobis ſolicitudinem ſimilem quam patribus noſtris exhibet aſſiduè & vſque in finem.

COMMENTARIVS PATRVM.

COMMENTARIVS.

Deus quomodo magnus.

2 MAGNVS DOMINVS ET LAVDABILIS NIMIS.] Magnus, vtpote ex magno Deo ac Patre genitus, non ſupra Ieruſalem ſolùm, ſed etiam ſupra Eccleſiam; quæ eſt etiam mons propter diuinorum dogmatum ſublimitatem. Ceterùm quòd magnus quidem ſit dicit; ſed quantitatem eius minimè ediſſerit. Hanc enim nemo ſcit; atque ideò ſubiunxit, *& laudabilis valdè.* Nam magnitudinis eius non eſt finis. Quod autem dicit eſt eiuſmodi: Oportet eum & honorare & laudare, idque ſupra omnem modum, cùm propter magnitudinem eſſentiæ, tum propter ſumma eius in nos beneficia. *In ciuitate Dei,* ſcilicet Ieruſalem. Ciuitas autem hæc Dei eſt per appropriationem: nam ſecundùm creationem omnes ſunt Dei. Quid ais? illic tantam eius laudem concludis in ciuitate & in monte? nequaquam, inquit; ſed quòd præ ceteris nos hoc cognouimus. Vel idcircò dicit, *In ciuitate Dei noſtri;* quia per ea quæ in ipſa facta ſunt, oſtenſa eſt eius magnificentia. *Benè radicans,* id eſt, rectè radicans & firmans atque ſtabiliens ipſam in gaudio & iucunditate vniuerſi orbis. Alius enim legit, *pulchro germine, gaudio vniuerſæ terræ.* Inde enim exiſtit fons & radix notitiæ Dei.

Ieruſalem ciuitas Dei per appropriationem.

3. MONTES SION, LATERA AQVILONIS.] Alius ait, *Montes Sion, femora Aquilonis.* Meminit nunc Aquilonis, quoniam aſſiduè ipſis bellum hinc ſuſcitabatur, inuadentibus barbaris; vti & Prophetæ, *Eum qui ab Aquilone eſt repellam.* Sic enim Perſia reſpectu Palæſtinæ ſita eſt. Admiratur igitur id quod factum eſt; quoniam adeò vexatam, inexpugnabilem reddidit. ac ſi quis diceret: Partem imbecillam fecit inexpugnabilem.

Pars Aquilonis inimica erat Iudæis. Ioel.2,20.

Alius. Ieruſalem Auſtralem ſitum obtinet, Gentes Aquilonarem. Cùm igitur Iudæi inſoleſcerent, tamquam ſoli Sionem inhabitantes; oſtendit hic ſermo, Sionem eſſe gentes quæ Euangelium ſuſcipiunt. Latus Aquilonis erat etiam Paulus, ſed modò mons eſt Sion. Latera igitur Aquilonis, ſiue Gentes, ciuitas vocabuntur magni Regis, vtpote Deo in ipſis habitante. Etenim lex agnum immolari iuſſit ex latere altaris;

Gentes Aquilonares in Sion mutata per Euangelium.

Agnus ad partem Aquilonis mactari ſolitus.

β΄. ΜΕΓΑΣ ΚΥΡΙΟΣ ΚΑΙ ΑΙΝΕΤΟΣ ΣΦΟΔΡΑ.] Μέγας ὡς ἐκ μεγάλου γεγεννημένος τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, οὐκ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἥτις καὶ ὄρος ἐστὶ διὰ τὸ ὑψηλὸν τῶν θείων δογμάτων. Ἀλλὰ τὸ μὲν μέγας εἶπε, τὸ δὲ πόσον οὐ λέγει· Οὐδεὶς γὰρ τοῦτο ἐπίσταται, διὸ καὶ ἐπήγαγε, καὶ αἰνετὸς σφόδρα. Τῆς γὰρ μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Δοξάζειν αὐτὸν δεῖ καὶ αἰνεῖν, καὶ τοῦτο μετ᾽ ὑπερβολῆς, διά τε τὸ μέγεθος τῆς οὐσίας, καὶ τὴν τῶν εἰς ἡμᾶς ὑπερβολὴν εὐεργεσιῶν. Ἐν πόλει τοῦ θεοῦ, ἤγουν τῇ Ἱερουσαλήμ. Πόλις δὲ αὕτη θεοῦ κατὰ τὸν τῆς οἰκειώσεως λόγον· κατὰ γὰρ τὸν τῆς δημιουργίας πᾶσαι τοῦ θεοῦ. Τί λέγεις; ἐκεῖ συγκλείεις αὐτοῦ τὸν τηλικοῦτον ἔπαινον ἐν τῇ πόλει καὶ τῷ ὄρει; Οὐχί, φησιν, ἀλλ᾽ ὅτι παρὰ τοὺς ἄλλους, ἡμεῖς τοῦτο ἐπέγνωμεν. ἢ διὰ τοῦτό, φησιν, ἐν πόλει τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ὅτι διὰ τῶν εἰς αὐτὴν γεγενημένων ἐδείχθη αὐτοῦ ἡ μεγαλωσύνη. Εὖ ῥιζῶν, τουτέστι καλῶς ῥιζῶν καὶ πηγνὺς καὶ βεβαιῶν αὐτὴν ἐπὶ χαρᾷ καὶ εὐφροσύνῃ πάσης τῆς οἰκουμένης. Ἄλλος γὰρ οὕτως· καλῷ βλαστήματι χάρματι πάσης τῆς γῆς. ἐκεῖθεν γὰρ ἡ πηγὴ καὶ ἡ ῥίζα τῆς θεογνωσίας.

γ΄. ΟΡΗ ΣΙΩΝ, ΠΛΕΥΡΑ ΤΟΥ ΒΟΡΡΑ.] Ἄλλος φησὶν, Ὄρη Σιὼν, οἱ μηροὶ τοῦ Βορρᾶ. Μνημονεύει νῦν τοῦ Βορρᾶ, ἐπεὶ ἐντεῦθεν αὐτοῖς ὁ πόλεμος ἀνεῤῥιπίζετο συνεχῶς τῶν βαρβάρων ἐπιόντων· ὡς καὶ οἱ προφῆται, τὸν ἀπὸ Βορρᾶ ἐκδιώξω. Οὕτω γὰρ ἡ Περσὶς πρὸς τὴν Παλαιστίνην κεῖται. Θαυμάζει τοίνυν τὸ γεγενημένον, ὅτι οὕτως ἐνοχλουμένην ἀχείρωτον ἐποίησεν. ὡς εἴ τις λέγει· τὸ ἀσθενὲς μέρος ἀχείρωτον ἐποίησεν.

Ἄλλος. Ἱερουσαλὴμ νοτία κεῖται, τὰ ἔθνη ἐπὶ τὸν Βορρᾶν. Ἐπεὶ οὖν Ἰουδαῖοι μέγα ἐφρόνουν ὡς μόνοι τὴν Σιὼν οἰκοῦντες, δείκνυσιν ὁ λόγος, ὅτι Σιών ἐστι τὰ ἔθνη, δεξάμενα τὸ εὐαγγέλιον. Πλευρὸν ἦν τοῦ Βορρᾶ καὶ Παῦλος, ἀλλὰ νῦν ὄρος Σιών. Τὰ πλευρὰ τοίνυν τοῦ Βορρᾶ, ἤτοι τὰ ἔθνη, πόλις κληθεῖεν τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου, ὡς τοῦ θεοῦ κατοικοῦντος ἐν αὐτοῖς. Καὶ ὁ νόμος γὰρ ἀμνὸν ἐκέλευε σφάζεσθαι ἐκ πλαγίου τοῦ θυσιαστηρίου,

βλέ-

βλέποντα πρὸς Βορρᾶν· ὑποδηλοῦντος τοῦ τύπου, ὅτι μετὰ τὴν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ σφαγὴν ὁ Χριστὸς εἰς τὰ βόρεια μέρη τῆς οἰκουμένης τράψεται. Λέγει δὲ αὐτὴν πόλιν τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου, ἀνακηρύττων αὐτῆς τὸ ἀξίωμα. εἶτα δεικνὺς πῶς τοῦτό ἐστιν, ἐπάγει, Ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς γινώσκεται· ὅπερ ὁ Σύμμαχος, Ἐν βασιλείοις αὐτῆς γνωσθήσεται, φησι, εἰς ὀχύρωμα· ἄλλος, εἰς τὸ ἐξελέσθαι αὐτήν. Τὴν πολλὴν οὖν ἐνδείκνυται πρόνοιαν, ὅτι ὅλην δι᾽ ὅλης σώζει· οὐχ ὁλοκλήρου μόνον αὐτῆς κηδόμενος, ἀλλὰ καθ᾽ ἑκάστην οἰκίαν τὴν πρόνοιαν ἐπιδεικνύμενος· διὰ γὰρ τῶν βάρεων, τὰς ἐπισήμους οἰκίας ἐσήμανεν. Ἐν ταῖς βάρεσιν οὖν, ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς οἴκοις δείκνυται ἀντιλαμβανόμενος. ἢ οὕτως, ἀφανοῦς ὄντος τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀοράτου, τότε μάλιστα ἡ παρουσία αὐτοῦ γινώσκεται, ὅταν πολεμίων ἐπιθεμένων τῇ πόλει, τὴν ἀντίληψιν αὐτοῦ παρέχῃ. Βάρεις δὲ πόλεων καὶ αἱ ἐκκλησίαι, τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα, οὗ ἀεὶ μέσος ὁ Θεός.

ε. ΟΤΙ ΙΔΟΥ ΟΙ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΤΗΣ ΓΗΣ.] Ἄλλος, ἰδοὺ οἱ βασιλεῖς συνετάξαντο. εἰπὼν ὅτι ἀντιλαμβάνεται αὐτῆς. λέγει καὶ πῶς ἀντελαμβάνετο. μυρίων, φησὶν, ἐθνῶν ἐπελθόντων (τοῦτο γὰρ διὰ τοῦ πλήθους τῶν βασιλέων δηλοῖ) καὶ συγκεκροτημένων ἀλλήλοις· τοιαῦτα γέγονε πράγματα ὡς θαυμάσαντας αὐτοὺς τὸ παράδοξον ἀπελθεῖν, νάρκης πλησθέντας, καὶ ὠδινούσης γυναικὸς οὐδὲν ἄμεινον διατεθέντας· ὅθεν δῆλον ὡς οὐκ ἀνθρώπινον ἔργον ἦν, ἀλλὰ Θεὸς ἦν ὁ στρατηγῶν, καὶ τὸν νοῦν αὐτῶν κατασείων, καὶ ὠδῖνας ἐντιθεὶς, καὶ φόβον αὐτοῖς. Τὸ γὰρ ὀξὺ καὶ ἐπώδυνον τῆς τιμωρίας, διὰ τῆς ὠδῖνος ἐδήλωσε. Καὶ ταυτὸ πεπόνθασιν, οἷον ἂν εἰ στόλου ναυτικοῦ ἐπελθόντος ἄνεμος ἐμπεσὼν, συντρίψῃ ἅπαντα τὰ πλοῖα. ἢ ὅτι καὶ στόλῳ χρησάμενοι, ὥσπερ τινὶ πνεύματι βιαίῳ τῇ ὀργῇ τοῦ Θεοῦ πάντες ἀπώλοντο. Θαρσεῖς δὲ ἢ τοῦ τόπου ὄνομά ἐστιν οὗ ταῦτα γέγονεν· ἢ Θαρσεῖς τὴν Λιβυκὴν λέγει Καρχηδόνα, ἥτις τότε ναυτικῷ στόλῳ πολὺ τῶν ἁπασῶν πόλεων διέφερεν.

Ἄλλος. Συναχθέντες, φασὶν, οἱ κατ᾽ αὐτῆς βασιλεῖς, ἤτοι δυνατοὶ ἐξεπλάγησαν τὰ γεγονότα. Ἔκπληξις γὰρ ἦν ἀναιμάκτων νίκη. συνετάξαντο δὲ καὶ κατὰ τῆς ἐκκλησίας βασιλεῖς, ἀλλὰ πάντα κινοῦντες, οὐδὲν ἠδυνήθησαν, ἀλλ᾽ ἐθαύμασαν

quod ſpectabat Aquilonem; typo hoc inſinuante, quòd poſt ſuam in Iudæa necem Chriſtus ad Aquilonares orbis partes ſeſe eſſet conuerſurus. Vocat autem ipſam ciuitatem Regis magni, deprædicans eius dignitatem. Deinde demonſtrans quomodo hoc eſſet, ſubdit, *In domibus eius cognoſcitur*; quod Symmachus, *In regijs eius cognoſcetur*, inquit, *ad munimentum*; alius; *ad eripiendam ipſam.* Multam vtique oſtendit prouidentiam, quoniam ipſam totam ex omni parte ſeruat, non illius tantùm totius curam gerens, ſed etiam in vnamquemque domum ſuam oſtendens prouidentiam: nam per βάρεις, id eſt palatia, inſigniores domos ſignificauit. In βάρεσιν igitur, id eſt domibus, declaratur ſuſceptus. Vel cùm tam occultus ſit Deus, vt inaſpectabilis ſit, tunc vel maximè præſentia eius cognoſcitur, quando, dum hoſtes ciuitatem obſident, præſidium ſuum præbet. Palatia autem ciuitatum ſunt etiam Eccleſiæ, quæ ſunt pium illud inſtitutum, cui ſemper Deus medius eſt. *βάρεις quid.*

5. QVONIAM ECCE REGES TERRÆ.] Alius, *Ecce reges ſimul inſtructi ſunt.* Cùm dixiſſet illum eam ſuſcipere, tradit etiam modum quo ſuſceperit. Cùm innumerabiles, inquit, gentes eam inuaſiſſent (hoc enim per multitudinem regum ſignificat) & inter ſe congreſſi eſſent, res eiuſmodi geſtæ ſunt, vt ipſi miraculo obſtupefacti abirent, torpore pleni, non ſecùs affecti quàm mulier quæ parturit: vnde clarum erat non fuiſſe opus humanum, ſed Deum extitiſſe ducem exercitus, qui & animum eorum perculit, & dolores illis ac timorem incuſſit. Celeritatem enim & dolores ſupplicij per partitudinem ſignificauit. Atque idem ipſis contigit, ac ſi claſſi nauticæ egredienti ventus incidens, naues omnes confringat: vel quòd etiam claſſe vſi, irâ Dei, tamquam ſpiritu vehementi, omnes interierint. Tharſis autem, vel nomen loci eſt, vbi hæc contigerunt: vel Tharſin vocat Libycam Carchedonem, quæ tunc claſſe nauali ceteris omnibus ciuitatibus multùm antecellebat. *Tharſis quid.*

Alius. Reges, ſiue potentes, inquit, qui aduerſus eam congregati fuerant, obſtupuerunt ea quæ facta ſunt. Stupori autem erat victoria ſine ſanguine. Ceterùm etiam reges aduerſus Eccleſiam conſpirarant; ſed cùm omnia mouiſſent, nihil efficere potuerunt; verùm reipsâ mira- *Reges in vanum contra Eccleſiam conſpirant.*

COMMENTARIVS PATRVM.

mirati fuerunt & conturbati, tamquam qui Deo bellum mouerant; erantque quaſi in doloribus, dum iudicij rationem deinceps ante oculos haberent. Per contritas autem naues, interitum intelliges diuitiarum ac principatus regum prædictorum.

9. SICVT AVDIVIMVS, SIC.] Cùm dixiſſet illa quæ contigerant, tum ad antiquas narrationes reuertitur, demonſtrans hæc illis eſſe affinia. Quæ enim audiuimus, inquit, hæc rebus ipſis vidimus, ſcilicet victorias, prouidentiam, &c.

Dei miſericordia in populum ſuum.

10. SVSCEPIMVS DEVS MISERICORDIAM.] Id eſt, ſperauimus, expectauimus, cognouimus tuam humanitatem & clementiam erga populum tuum. Quoniam enim dixerat, *fundauit, radicauit*, oſtendens tantam prouidentiam non proficiſci ex meritis eorum qui eam aſſequuntur, ſed ex bonitate eius qui illa facit, vt faſtum eorum comprimeret; Tuæ, inquit, miſericordiæ præclara hæc facinora ſunt, tuæque gloriæ; quare ſubiunxit, *Secundùm nomen tuum, ſic & laus tua*. q. d. Tam ſunt magna & admiranda præclara tua opera, quàm ſit ipſa magnitudo & laus tua, ſiue celebritas operum tuorum, etſi hæc in Palæſtina facta ſint; tamen horum gloria propter magnitudinem & dignitatem ad ipſos orbis terrarum fines peruenerunt. Rectè autem ſubiunxit, *Iuſtitiâ plena eſt dextera tua*. Oſtendit enim, illa quæ contigerant, non fuiſſe ex meritis illorum qui beneficijs affecti fuerant, ſed naturæ ſuæ. Hoc, inquit, eſt munus eius, in hoc delectatur. Quemadmodum enim ſolis eſt illuſtrare, ita etiam eius eſt benefacere. Imò verò ne ſic quidem, ſed longè ampliùs, & ideò dixit: *Plena eſt dextera tua*; eius abundantiam & connaturalitatem demonſtrans. Vel cùm vbique ſupplicium demiretur, adiunxit hic etiam iuſtitiam quam habuit: ſiue, iuſto iudicio plena eſt dextera tua. Fuerit verò etiam vnigenitum Dei Verbum dextera illa quæ iniuriâ affectos vindicat, concluſos ſuſcitat, & obtenebratos illuminat.

Proprium Dei eſt benefacere.

12. LÆTETVR MONS SION.] In lætitia, inquit, eſtote, qui montem incolitis, & omnes Iudææ mulieres: à parte enim totum populum nuncupat. Vel filias Iudææ vocat eas, quæ in Iudæa ſunt, ciuitates. Quî ſic? Propter iudicia Dei quibus nos iudicauit, & propter bona quæ con-

ἔργῳ καὶ ἐπαρέχθησαν, ὡς Θεοῦ καταστάντες πολέμιοι, καὶ ἦσαν ὡς ἐν ὠδῖσι τὸν περὶ τῆς κρίσεως λόγον πρὸ ὀφθαλμῶν λοιπὸν ἔχοντες. διὰ δὲ τῶν συντριβομένων πλοίων τὴν ἀπώλειαν νομίσεις τοῦ πλούτου καὶ τῆς δυναστείας τῶν λεχθέντων βασιλέων.

θ'. ΚΑΘΑΠΕΡ ΗΚΟΥΣΑΜΕΝ, ΟΥΤΩΣ.] Εἰπὼν τὰ συμβάντα, τότε ἐπὶ τὰ παλαιὰ ἀνατρέχει διηγήματα, δεικνὺς ὅτι ταῦτα καὶ ἐκεῖνα συγγενῆ. ἃ γὰρ ἠκούσαμεν, φησι, ἐπὶ τῶν ἔργων ἑωράκαμεν, ἤτοι τὰς νίκας, τὴν κηδεμονίαν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ι'. ΥΠΕΛΑΒΟΜΕΝ Ο ΘΕΟΣ ΤΟ ΕΛΕΟΣ.] Ἀντὶ τοῦ ἠλπίσαμεν, προσεδοκήσαμεν ἔγνωμεν τὴν φιλανθρωπίαν τὴν ἐπὶ τὸν λαόν σου. Ἐπεὶ γὰρ εἶπεν ἐθεμελίωσεν, ἐῤῥίζωσε, δεικνὺς ὅτι ἡ τοσαύτη πρόνοια οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν ἀπολαυόντων, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀγαθότητα τοῦ ποιοῦντος γίνεται, ὥστε καταστεῖλαι καὶ τὸν τῦφον αὐτῶν, φησιν, ἐλέους ἐστὶ ταῦτα κατορθώματα, καὶ δόξης τῆς σῆς· διὸ ἐπήγαγε, Κατὰ τὸ ὄνομά σου, οὕτως καὶ ἡ αἴνεσίς σου, ἀντὶ τοῦ οὕτως εἰσὶ μεγάλα τὰ κατορθώματα, οὕτω θαυμαστὰ, κατὰ τὸ μέγεθος τὸ σὸν, καὶ ἡ αἴνεσις, ἤτοι ἡ ἀπὸ τῶν ἔργων εὐφημία, εἰ καὶ ταῦτα ἐν Παλαιστίνῃ γέγονεν, ἀλλ' ἡ ἀπὸ τούτων δόξα διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸν ὄγκον καὶ αὐτὰς τῆς οἰκουμένης κατέλαβε τὰς ἐσχατίας. Καλῶς δὲ ἐπήγαγε· Δικαιοσύνης πλήρης ἡ δεξιά σου. δείκνυσι γὰρ ὅτι οὐ κατὰ ἀξίας τῶν εὐεργετουμένων ἦν τὰ γινόμενα, ἀλλὰ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Τοῦτό, φησιν, ἔργον αὐτῇ, ἐν τούτῳ χαίρει. ὡς γὰρ ἡλίου τὸ φωτίζειν, οὕτω καὶ αὐτοῦ τὸ εὐεργετεῖν. οὐχ οὕτως δὲ, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον. διὸ ἐπήγαγε πλήρης ἡ δεξιά σου· τὸ δαψιλὲς, τὸ συνουσιωμένον αὐτῇ δεικνύς. Ἢ ἐπεὶ πανταχοῦ τὴν τιμωρίαν θαυμάζει προσέθηκεν, ἐνταῦθα ὅτι καὶ τὸ δίκαιον εἶχεν· ἤτοι, δικαιοκρισίας πλήρης ἡ δεξιά σου. εἴη δὲ ἂν δεξιὰ καὶ ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος ἐπαμύνουσα τοῖς ἠδικημένοις, ἀναστήσασα τοὺς κατεφραγμένους, καὶ φωτίσασα τοὺς ἐσκοτισμένους.

ιβ'. ΕΥΦΡΑΝΘΗΤΩ ΟΡΟΣ ΣΙΩΝ.] Ἐν εὐφροσύνῃ, φησὶ, κατάστητε οἱ τὸ ὄρος οἰκοῦντες, καὶ πᾶσαι αἱ τῆς Ἰουδαίας γυναῖκες. ἀπὸ γὰρ μέρους τὸν πάντα δῆμον ὀνομάζει. Ἢ θυγατέρας Ἰουδαίας τὰς περὶ τὴν Ἰουδαίαν πόλεις φησί. Διὰ τί; Ἕνεκα τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ δι' ὧν ἡμᾶς ἔκρινε, καὶ ἐφ' οἷς ἀπελαύ-

σαμεν

σαμένῳ ἀγαθοῖς, ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ δεξιᾶς. νόει δὲ ὄρος Σιὼν τὴν ἐκκλησίαν, καὶ θυγατέρας τὰς τῶν ἁγίων ψυχάς, τὰ τῆς ἐκκλησίας τέκνα, ἃ παρεγγυᾷ εὐφραίνεσθαι τῶν κριμάτων ἕνεκεν, οἷς χρησάμενος τὴν τῆς οἰκουμένης ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν.

ιγ'. ΚΥΚΛΩΣΑΤΕ ΣΙΩΝ.] Ἄλλος, περιέλθετε· ἄλλος, περιλάβετε, ἀντὶ τοῦ τειχίσατε. διηγήσασθε ἐν τοῖς πύργοις αὐτῆς· ἄλλος, ἐπαινέσατε. Θέσθε τὰς καρδίας, τουτέστι τὸν νοῦν ὑμῶν εἰς τὴν δύναμιν αὐτῆς· ἄλλος, εἰς τὸν περίβολον· ἄλλος, εἰς τὴν εὐπορίαν. Καὶ καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς· ἄλλος, μετρήσατε τὰ βασίλεια αὐτῆς. ὅπως ἂν διηγήσησθε εἰς γενεὰν ἑτέραν· ἄλλος, ἐν γενεᾷ μεταγενεστέρᾳ.

ιε'. ΟΤΙ ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ Ο ΘΕΟΣ.] Τί δήποτε ταῦτα διακελεύεται περιϊέναι τὴν πόλιν, ἀριθμεῖν τοὺς πύργους, προσέχειν ταῖς οἰκοδομαῖς, τὴν εὐπρέπειαν αὐτῆς ἀναλογίζεσθαι, τοὺς περιβόλους αὐτῆς καὶ τὰ τείχη ψηφίζειν, τὰς οἰκίας καὶ τὰ βασίλεια μετρεῖν; οὐ χρεία τῆς ἡμῶν ἑρμηνείας. εἰπὼν γὰρ ταῦτα προστέθεικεν, ὅπως ἂν διηγήσησθε. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ἐμπλήσθητε ἡδονῆς, σκιρτήσατε, καταμάθετε αὐτῆς τὴν ἰσχύν· ἐπειδὴ γὰρ ἐρείπιον γέγονεν, ὡς καὶ ἀπογνῶναι αὐτοὺς τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολήν· ἀπέλαβον δὲ τὴν πόλιν, πάλιν πολλῷ βελτίονα, παραινεῖ τῷ λαῷ, αὐτὰ δὴ ταῦτα καταμαθεῖν· ἵνα κἀντεῦθεν, φησί, γνόντες τοῦ θεοῦ τὴν ἰσχύν, διηγῆσθε τοῖς ἐγγόνοις ὑμῶν.

ſecuti ſumus à dextera Dei. Intellige autem per montem Sion Eccleſiam, & filias eius ſanctorum animas; quæ proles ſunt Eccleſiæ, quibus promittit lætitiam propter iudicia, quibus vſus, vniuerſi ſalutem procurauit. COMMENTARIVS PATRVM. *Mons Sion Eccleſia.*

13. CIRCVMDATE SION.] Alius, *obite*; alius, *complectimini*, pro munite [poſuit.] *Narrate in turribus eius*; alius, *laudate*. *Ponite corda*, id eſt autem veſtram, *in virtute eius*; alius, *in ambitu*; alius, *in abundantia*. *Et diſtribuite domos eius*; alius, *dimetimini regias eius*. *Vt enarretis in progenie altera*; alius, *in generatione poſteriori*.

15. QVONIAM HIC EST DEVS.] Quamobrem hæc præcipit, circuire ciuitatem, numerare turres, attendere ædificia, conſiderare eius decorem, mœnia & muros eius expendere, domos & palatia metiri? Non opus eſt noſtrâ interpretatione. Cùm enim hæc dixiſſet, adiecit, *vt enarretis*. quod autem dicit eſt eiuſmodi: Impleamini voluptate, exultate, vim eius percipite: quoniam enim fuerat diruta, vt etiam deſperarent de aliqua in melius commutatione; receperunt autem ciuitatem rurſus multò meliorem, adhortatur populum, vt hæc ipſa cognoſcerent: atque hinc, inquit, Dei vires agnoſcentes, narrate poſteris veſtris.

CATENA PATRVM.

β'. ΜΕΓΑΣ ΚΥΡΙΟΣ, ΚΑΙ ΑΙΝΕΤΟΣ ΣΦΟΔΡΑ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἤδη προειρήκαμεν, ὡς πόλιν πολλάκις ἡ θεία γραφὴ οὐ τὴν οἰκοδομήν, ἀλλὰ τὴν πολιτείαν καλεῖ. Τοιγάρτοι καὶ νῦν μέγαν ἀποδεδεῖχθαι λέγει τὸν τῶν ὅλων κύριον διὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ περὶ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν γεγενημένων, ἣν ἐπίσημον ἀπέφηνε τῶν δογμάτων τὸ ὕψος, ὡς ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ καὶ μεγίστου κειμένην. Καὶ ταύτην, φησίν, ἐπ' εὐφροσύνῃ πάσης τῆς γῆς. εὖ καὶ καλῶς ἐδείματο· τὸ γὰρ εὖ ῥιζῶν, ἀντὶ τοῦ παγίως θεμελιῶν, ὥστε αὐτὴν ἀτρεμῆ καὶ ἀσάλευτον διαμεῖναι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅπου θεωρεῖται ἡ μεγαλειότης τοῦ κυρίου, ἐκεῖ μάλιστα μέγας καὶ αἰ-

2. MAGNVS DOMINVS, ET LAVDABILIS NIMIS.] THEODORETI. Superiùs etiam diximus, quomodo ciuitatem diuina Scriptura frequenter, non ædificium ſeu ſtructuram, ſed ipſam politiam ſeu adminiſtrãdi rationem nuncupet. Propterea etiamnum aſſerit, Dominum omnium magnum oſtenſum eſſe per ea quæ ab ipſo circa eius ciuitatem facta ſunt: quam inſignem reddidit altitudo dogmatũ, tamquam in edito & excelſo monte poſitã. Hanc autẽ, inquit, in lętitia vniuerſæ terrę benè ac pulchrè ædificauit; nã illud *benè radicans* poſuit pro ſolidè fundans, vt ipſa intrepida & incõcuſſa permaneat. *Ciuitas pro politia.*

ORIGENIS. Vbi conſpicitur magnitudo Domini, ibi maximè magnus & lau-

CATENA PATRVM.

dabilis exiſtit Dominus ciuitati Dei, ab ijs qui in illam adſcripti ſunt. Cùm igitur ciuitati Dei maximè magnus & laudabilis exiſtat Dominus; ecquid aliud ſit mons ſanctus Domini benè radicans exultationem, non ſolùm partis, ſed vniuerſæ terræ, quàm Chriſtus radicatus in Patre; in cuius aduentu exultauit vniuerſa terra, propter Eccleſias Dei vbique terrarum in nomine eius conſtitutas. Fortè non eſt benè radicans (inintelligibile enim hoc) ſed benè radicato, vtpote, pulchram radicem habenti, quæ ramo reſpondeat.

Chriſtus mons Dei ſanctus.

3. MONTES SION, LATERA AQVILONIS.] THEODORETI. Atque etiam montibus ipſam circumdedit, vt Aquilonis damnum declinet. Montes autem qui Boream arcent, iure diceret quis Apoſtolos & Prophetas, vel Angelos credentibus præfectos. Vel ſic, vt Ieruſalem quidem in Auſtro ſita ſit, gentes verò in Aquilone. Cùm autem Iudæi Sion inhabitantes inſoleſcerent, hic ſermo oſtendit, quomodo montes, id eſt firmitas Sionis, ſint clima Aquilonis, quod per quatuor ſignificatur. Oſtendit igitur, Sionem eſſe partes illas quæ Euangelium ſuſceperunt: deinde Deus in domibus eius cognoſcetur. Vna quidem per totam terram atque mare eſt Eccleſia, quæ ſecundùm omnem locum diſtributa eſt. Has domos nominat, quæ veris dogmatibus in vnam conueniunt conſonantiam. In his aſſerit, vniuerſorum Deum apparere proprium auxilium porrigentem. Ex his autem declarat hoſtium mutationem.

Montes Apoſtoli & Prophetæ.

Sion incolunt fideles.

CHRYSOSTOMI. Nobis quidem etiam abſque eo eſt cognitus, inimicis autem ex eo ſuam oſtendit virtutem. Tempore enim Ezechiæ, cùm Barbarorum nubes eam inuaſiſſet, & eam veluti ſagenâ circumdediſſet, receſſerunt, ſuis mortuis maxima ex parte relictis. Quin multi quoque alij eam ſæpè ingreſſi, ignominiâ affecti receſſerunt. Hæc, inquit, omnia geſta ſunt Dei prouidentiâ, eamque præclaram & illuſtrem reddiderunt. Non ſolùm autem quòd præclara, ſed etiam adeò præclara facta ſint, magna euaſit.

1. Reg. 19.

ORIGENIS. Montes Sion, latera Aquilonis, ciuitas eſt magni Regis. Secundùm hoc poteſt in Euangelio dicta eſſe Ieroſolyma magni Regis; vti hîc *montes Sion, latera Aquilonis, ciui-*

Deus Rex magnus.

νετός ἐστιν ὁ κύριος τῇ πόλει τοῦ θεοῦ ὑπὸ τῶν πολιτογραφηθέντων ἐν αὐτῇ. Ἐὰν ἄρα τῇ πόλει τοῦ θεοῦ μάλιστα μέγας καὶ αἰνετός ἐστιν ὁ κύριος, καὶ τί δὲ ἄλλο ἂν εἴη ὄρος ἅγιον κυρίου εὖ ῥιζῶν ἀγαλλίαμα, οὐ μόνον μέρους τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ πάσης αὐτῆς, ἢ ὁ Χριστὸς ἐρριζωμένος ἐν τῷ πατρί, ἐφ' ᾧ ἐπιδημήσαντι ἠγαλλιάσατο πᾶσα ἡ γῆ, διὰ τὰς ἁπανταχῇ συστάσας ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ. Μήποτε οὐκ ἔστιν εὖ ῥιζῶν (ἀδιανόητον γὰρ τοῦτο) ἀλλὰ εὐρίζῳ, οἱονεὶ καλὴν ῥίζαν ἔχοντι καταλλήλως τῷ κλάδῳ.

γ΄. ΟΡΗ ΣΙΩΝ ΤΑ ΠΛΕΥΡΑ ΤΟΥ ΒΟΡΡΑ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Καὶ μέντοι καὶ ὄρεσι περιέβαλεν, ὥστε τὴν βλάβην τοῦ Βορρᾶ διαφυγεῖν. Ὄρη δὲ τὰ τὸν Βορρᾶν φυλάττοντα, εἴποι ἄν τις εἰκότως ἀποστόλους καὶ προφήτας, ἢ τοὺς πιστοῖς ἐφεστηκότας ἀγγέλους. Ἢ οὕτως ἡ μὲν Ἱερουσαλὴμ ἐν τῷ νότῳ κεῖται, τὰ δὲ ἔθνη ἐν τῷ Βορρᾷ. Ἐπειδὴ δὲ μέγα ἐφρόνουν Ἰουδαῖοι τὴν Σιὼν οἰκοῦντες, δείκνυσιν ὁ λόγος, ὡς τὰ ὄρη, τουτέστι τὸ ἑδραίωμα τῆς Σιὼν τὸ κλίμα τοῦ Βορρᾶ ἐστιν, ὅπερ κλίμα διὰ τῶν τεσσάρων δηλοῦται. Δείκνυσιν οὖν ὅτι ἡ Σιὼν τὰ παραδεξάμενα τὸν εὐαγγελικὸν λόγον· εἶτα ὁ θεὸς ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς γνώσεται. Μία μὲν ἐστι κατὰ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν ἐκκλησία, ἥτις διῄρηται κατὰ τόπον ἅπαντα. Ἃς βάρεις ὀνομάζει, αἳ εἰς μίαν συνίασι συμφωνίαν, τοῖς ἀληθινοῖς δόγμασιν. Ἐν ταύταις ἔφη τὸν τῶν ὅλων θεὸν ἐπιφαίνεσθαι, τὴν οἰκείαν ἐπικουρίαν ὀρέγοντα. Ἐκ τούτων δὲ δηλοῖ τὴν τῶν πολεμίων μεταβολήν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἡμῖν μὲν καὶ χωρὶς τούτου γνώριμος, τοῖς δὲ ἐχθροῖς καὶ ἐντεῦθεν αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν ἔδειξε. Καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ Ἐζεκίου νέφος βαρβάρων ἐπελθὸν, καὶ πᾶσαν αὐτὴν καθάπερ ἐν σαγήνῃ κυκλώσαντες, ἀπῆλθον τὸ πλεῖον αὐτῶν καταλιπόντες νεκρούς. Καὶ ἕτεροι δὲ πολλοὶ πολλάκις εἰς αὐτὴν εἰσελθόντες, αἰσχυνθέντες ἀνεχώρησαν. Ταῦτα δὲ πάντα τῇ τοῦ θεοῦ προνοίᾳ, κατωρθώθη φησί, καὶ λαμπρὰν αὐτὴν ἐποίησεν. Οὐ τῷ λαμπρὰ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ οὕτω λαμπρὰ γενέσθαι, μεγάλη γέγονεν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὰ ὄρη Σιὼν τὰ πλευρὰ τοῦ Βορρᾶ πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως. Κατὰ τοῦτο δύναται ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἰρῆσθαι, Ἱεροσόλυμα εἶναι τοῦ μεγάλου βασιλέως, ὡς ἐνθάδε ὄρη Σιὼν, τὰ πλευρὰ τοῦ Βορρᾶ, ἡ πόλις

ἡ πόλις τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου. ὥσπερ δὲ μέγας ἱερεὺς λέγεται πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ὑπ' αὐτὸν ἱερατεύματος, οὕτω καὶ μέγας βασιλεύς· βασιλεὺς γάρ ἐστι βασιλευόντων.

έ. ΟΤΙ ΙΔΟΥ ΟΙ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΤΗΣ ΓΗΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Συνέδραμον μὲν ὡς πολεμήσοντες, θεασάμενοι δὲ τῶν πολεμουμένων τὸ ἄμαχον κατεπλάγησαν, ἐταράχθησαν, καὶ ἑξῆς. Θεασάμενοί, φησι, τὰ ἄρραγῆ τῆς ἐκκλησίας θεμέλια, καὶ καταμαθόντες τὸ τῆς προρρήσεως ἀψευδές, δέος καὶ φρίκην ἐδέξαντο, καθάπερ οἱ τὰ τῆς θαλάσσης διαπεραιούμενοι νῶτα, καὶ κλυδωνίοις βαλλόμενοι, καὶ πανωλεθρίαν προσμένοντες. Οὗ δὴ χάριν τοῦ πολεμεῖν καὶ βάλλειν παυσάμενοι, αὐτοὶ κηρύττουσι τῆς ἐνταῦθα πολεμουμένης τὴν δύναμιν, καὶ βοῶσι·

θ'. ΚΑΘΑΠΕΡ ΗΚΟΥΣΑΜΕΝ, ΟΥΤΩΣ ΚΑΙ ΕΙΔΟΜΕΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἔξω μὲν τῆς πόλεως ἠκούσαμεν, εἴδομεν γενόμενοι ἐν τῇ πόλει, ἃ πρότερον ἠκηκόαμεν. Καὶ γενόμενοι ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ σου, ὑπελάβομεν τὸ ὄνομά σου ἐν τῇ Χριστοῦ παρουσίᾳ. ἀξίως τοῦ ὀνόματος τοῦ θεοῦ γέγονεν ἡ αἴνεσις αὐτῶν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἠκούσαμεν, ἢ ἐνοήσαμεν, ἢ διετέθημεν βεβαίως, ὅτι σὸν ἔλεος ὑπάρξει τοῖς ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ γεγονόσι. προσδεχόμεθα, φησίν, ταύτην σου τὴν ἐπικουρίαν ὦ δέσποτα, τῶν σῶν ἐπαγγελιῶν εἰδότες τὸ βέβαιον καὶ ἀψευδές. Σὺ γὰρ εἶπας, μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὰς περὶ αὐτῆς προρρήσεις οὐ βουλόμενοι δέχεσθαι, δι' αὐτῶν ἐθεασάμεθα τῶν πραγμάτων τὴν ἐκείνων ἀλήθειαν, ὅτι ὁ θεὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα. Αὐτοῦ γὰρ ἡ φωνή· Καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. εἶτα προλέγει ποίοις οἱ τῆς σωτηρίας τυχόντες χρήσονται λόγοις, τὸν εὐεργέτην ὑμνοῦντες. ὑπελάβομεν ὁ θεός, καὶ ἑξῆς. Οἱ ψευδώνυμοί, φησι, θεοὶ οὐκ ἔχουσι συμβαίνουσαν τῇ προσηγορίᾳ τὴν δύναμιν, οὐ γάρ εἰσιν οἱ καλοῦνται. τῷ δὲ σῷ ὀνόματι ὦ δέσποτα ἕπεται καὶ ἔργα κηρύττοντα τὴν τῆς προσηγορίας ἀλήθειαν. Οὗ δὴ χάριν δικαίως σοι παρὰ πάσης τῆς οἰκουμένης ὁ ὕμνος προσφέρεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὄνομα τὴν θείαν δόξαν λέγειν ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ. ὑμνεῖται δὲ παρὰ

tas Regis magni. Quemadmodum autem magnus Sacerdos dicitur ad differentiam ſacerdotij ſub ipſo conſtituti; ſic etiam magnus Rex: Rex enim eſt regnantium. CATENA PATRVM.

5. QVONIAM ECCE REGES TERRÆ.] THEODORETI. Concurrerunt quidem, tamquam bellum allaturi; conſpicati verò inexpugnabile robur eorum qui oppugnabantur, conſternati ſunt & conturbati, &c. Cùm, inquit, perſpexiſſent infracta Eccleſiæ fundamenta, & vaticinationis veritatem didiciſſent, timore & horrore correpti ſunt: quemadmodum qui maris terga tranſmittunt, & fluctibus circumdati extremum interitum præſtolantur. Hac de cauſſa à bello & incurſionibus ceſſantes, ipſi potentiam eius quæ oppugnabatur deprædicant, & exclamant: *Eccleſia fruſtrà impugnatur.*

9. SICVT AVDIVIMVS, SIC VIDIMVS.] ORIGENIS. Extra ciuitatem quidem audiuimus; vidimus verò in ciuitate exiſtentes ea quæ priùs audieramus. Et cùm eſſemus in medio templi tui, ſuſcepimus nomen tuum in aduentu Chriſti. Dignè nomine Dei facta eſt laus eorum.

CYRILLI. Audiuimus, vel intelleximus, ſiue certiores facti ſumus, miſericordiam tuam adfuturam ijs qui in medio templi fuerint. Expectamus, inquit, tuum hoc auxilium, ô Domine, promiſſionum tuarum certitudinem ac veritatem cognoſcentes. Tu enim dixiſti, *Vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.* *Promiſſa Dei infallibilia ſunt.* Matth. 28. 20.

THEODORETI. Cùm de ipſa prædictiones credere nollent, rebus ipſis vidimus earum veritatem. Quoniam Deus fundauit eam in æternum. Ipſius enim vox eſt: *Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non praualebunt aduerſus eam.* Deinde prædicit, quibus verbis vtentur ij qui ſalutem conſequentur, beneficij auctorem laudantes. *Suſcepimus Deus*, &c. Falſi, inquit, nominis dij non habent potentiam appellationi reſpondentem; non enim ſunt quod vocantur. Nomen autem tuum ô Domine opera ſequuntur, quæ appellationis veritatem prædicant. Quamobrem iure merito tibi ab vniuerſo orbe hymnus offertur. Matth. 16. 18. Verſ. 10.

DIDYMI. Nomen diuina Scriptura vocare ſolet gloriam diuinam. Laudatur autem

CATENA PATRVM.

ab ijs qui exclamant, *Deus, quis ſimilis tibi?* Fines autem terræ intellige etiam illos, qui à terra in cælos commigrant, ad quos peruenit nomen & laus Dei.

Fines terræ myſticè qui.

12. LÆTETVR MONS SION.]

Mons Sion & filiæ Iudæ allegoricè quid.

THEODORETI. Montem Sion vocauit eos, quibus Theologiæ altitudo concredita eſt; filias verò Iudæ Eccleſias quæ per orbem terrarum ſunt, tamquam ab Apoſtolis fundatas, qui ex Iudæis oriundi ſunt. Admonet autem & Euangelij præcones, & auditores, vt lætentur ob iuſta Dei iudicia; quibus vſus, orbis ſalutem operatus eſt. *Circumdate Sion*, &c. Sionem hic rurſus vocat piorum Rempublicam, hoc eſt Eccleſiam, quæ per totum terrarum orbem eſt. Turres autem ipſius appellat homines ſummâ virtute præditos, & Angelorum conditionem imitantes ſuper terram, qui turrium inſtar cingunt & cuſtodiunt ipſam. Domos verò (vt iam ſuperiùs diximus) Eccleſias nominat, quæ per vrbes, & agros & oppida diuiſæ ſunt: nam eamdem & vnam vocat & multas. Iubet itaque diuinum oraculum, vt illi, quibus ſalutaris prædicatio concredita eſt, circumeant, & concurſent, & turres eius doctrinâ ſtabiliant, & reliquam ipſius poteſtatem confirment, atque inſuper diſtribuant Eccleſiarum curam: hoc enim ſignificat illud, *Diſtribuite domos eius:* nimirum vt hic quidem hanc gubernet, ille verò illam. Et hoc non ſemel atque iterùm, ſed ſingulis generationibus faciendum iubet; propterea ſubiunxit, *vt enarretis*, &c. Oportet enim vt quodlibet ſæculum tradat ſequenti ſæculo ea quæ accepit à priori, adeò vt in omnes ætates ſalutare tranſmittatur; omneſque homines cognoſcant, hunc noſtrum eſſe Deum ac Dominum, & paſtorem bonum ac ſempiternum.

Verſ. 13. Sion Eccleſia, turres eius ſunt ſancti.

Poſteris tradenda Dei notitia.

ORIGENIS. Lætetur Sion mons, & exultent filiæ Iudę propter iudicia Dei, dum contemplantur eorum ſermones, & ſecundùm ſermones opera. Et qui intellexerint Sion, circumdant illam, & complectuntur ipſam; & aſcendentes eius turres, narrant deſuper ijs qui necdum eius turres poſſunt aſcendere, dicentes: Ponite corda veſtra, vt intelligatis

τῶν βοώντων, ὁ θεός, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; πέρατα δὲ γῆς νόει καὶ τοὺς περάσαντας ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανούς, ἐφ' ὅσους ἔφθασε τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, καὶ ἡ αἴνεσις.

ιϛ'. ΕΥΦΡΑΝΘΗΤΩ ΟΡΟΣ ΣΙΩΝ.]

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὄρος Σιὼν τοὺς τὸ ὕψος πεπιστευμένους τῆς θεολογίας ἐκάλεσε· θυγατέρας δὲ Ἰουδαίας τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίας, ὡς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων παγείσας, οἳ ἐξ Ἰουδαίων κατήγοντο. παρεγγυᾷ δὲ καὶ τοῖς κηρύττουσι καὶ τοῖς ἀκούουσιν, εὐφραίνεσθαι ἕνεκα τῶν δικαίων τοῦ θεοῦ κριμάτων, οἷς χρησάμενος, τὴν τῆς οἰκουμένης ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν. Κυκλώσατε Σιών, καὶ ἑξῆς. Σιὼν ἐνταῦθα πάλιν καλεῖ τὸ εὐσεβὲς πολίτευμα, τουτέστι τὴν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαν. Πύργους δὲ αὐτῆς, τοὺς τῆς ἄκρας ἀρετῆς ἐπειλημμένους, καὶ τὴν τῶν ἀγγέλων πολιτείαν ἐπὶ τῆς γῆς μεμιμημένους, οἳ πύργων δίκην κυκλοῦσιν αὐτὴν καὶ φυλάττουσι. Βάρεις δὲ (ὡς ἤδη εἰρήκαμεν) τὰς κατὰ πόλεις καὶ ἀγροὺς, καὶ κώμας ἐκκλησίας διῃρημένας καλεῖ· τὴν γὰρ αὐτὴν καὶ μίαν λέγει καὶ πολλάς. παρεγγυᾷ τοίνυν ὁ προφητικὸς λόγος τοῖς τὸ σωτήριον κήρυγμα πιστευθεῖσι, περινοστεῖν, καὶ διατρέχειν, καὶ τοὺς πύργους αὐτῆς στηρίζειν τῇ διδασκαλίᾳ, τήν τε ἄλλην αὐτῆς δύναμιν βεβαιοῦν πρὸς δὲ τούτοις, καὶ διανείμασθαι τὴν τῆς ἐκκλησίας ἐπιμέλειαν· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τό, καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς· ὡς τοῦτον μὲν ταύτης, ἐκεῖνον δὲ τῆς δε προμηθεῖσθαι. Καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐπιτελεῖσθαι κελεύει· διὸ καὶ ἐπήγαγεν, ὅπως ἂν διηγήσησθε, καὶ ἑξῆς. χρὴ γὰρ γενεὰν ἑκάστην τῇ μετὰ ταῦτα παραδιδόναι, ἃ παρὰ τῆς προτέρας παρείληφεν, ὥστε ἐν ἁπάσαις ταῖς γενεαῖς διαπορθμεύεσθαι τὸ σωτήριον, καὶ γνῶναι πάντας ἀνθρώπους, ὅτι οὗτος ἡμῶν κύριος ὁ θεός, καὶ ποιμὴν ἀγαθὸς καὶ αἰώνιος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εὐφρανθήτω τὸ Σιὼν ὄρος, καὶ ἀγαλλιάσθων αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας ἕνεκεν τῶν κριμάτων τοῦ θεοῦ, παρὰ τὸ θεωρεῖν αὐτῶν τοὺς λόγους, καὶ κατὰ τοὺς λόγους ἔργα. Καὶ οἱ νοήσαντες τὴν Σιών, κυκλοῦσιν αὐτήν, καὶ περιλαμβάνουσιν αὐτήν, καὶ ἀναβάντες ἐπὶ τοὺς πύργους αὐτῆς, διηγοῦνται ἄνωθεν τοῖς μηδέπω δυνηθεῖσιν ἀναβῆναι ἐπὶ τοὺς πύργους αὐτῆς, λέγοντες· θέσθε τὰς καρδίας ὑμῶν, ἵνα κατανοήτε

νόητε

νόητε τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος δι' ὧν πράττει πολιτευόμενος, ἀξίαν τὴν μνήμην λάβῃ τῆς κατὰ διαιρέσεως τῆς πόλεως· ἢ καὶ οὕτως τῆς γνώμης τῆς ἐκκλησιαστικῆς σκοπευτικῆς οὔσης τῆς ἀληθείας, καὶ διὰ τοῦτο Σιὼν καλουμένης, περιληπτέοι αὐτῆς ἐν διανοίᾳ τὰ δόγματα. Ἐπιστημονικῶς τοίνυν κατανοήσαντες τὴν ταύτης διδασκαλίαν, διαιρετικῶς ἕκαστον ἐξετάζετε. Βάρεις γὰρ αὐτῆς, αἱ καθ' ἕκαστον θεωρίαι ἐν αἷς οἰκεῖ τὰ εὐσεβείας τὰ δόγματα. καὶ ἐπεὶ ἡ προτέρα γενεὰ ἡ τὴν πόλιν, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς παραλαβοῦσα, πονηρὰ ἠλέγχθη, ἐπιστήσαντες τῇ δυνάμει τῆς πόλεως, καὶ καταδιελόντες τὰς βάρεις αὐτῆς, γνώσεσθε τὰ περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἁγίων, ἥτις ἐστὶν ἑτέρα γενεὰ παρὰ τὴν προτέραν. εἴπερ καὶ διηγήσεσθε ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ προειρημένα παράδοξα ποιήσας, ἀποβαλὼν τὴν προτέραν γενεὰν, αἰώνιος ὢν, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχων. Καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς κατὰ τὸ στήσεται καὶ ὄψεται, καὶ ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἐν ἰσχύϊ κύριος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Παραινεῖ τῷ λαῷ, ταῦτα λέγων· Ἰδοὺ ἡ πόλις αὕτη, ἡ ἀπεγνωσμένη, ἡ ἀπηλπισμένη, ἡ ἐρείπιον οὖσα, πῶς ἐπὶ λαμπρότερον ἐπανῆλθε σχῆμα; Αὐτὰ οὖν ταῦτα καταμάθετε, τὴν οἰκοδομὴν αὐτῆς, τὴν λαμπρότητα, τὴν περιφάνειαν, ἵνα κἀντεῦθεν μαθόντες τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχὺν (πῶς τὴν ἀπεγνωσμένην μείζονα ἐποίησε) διηγῆσθε τοῖς ἐγγόνοις ὑμῶν τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ, τὸ διαρκὲς αὐτοῦ τῆς προνοίας, ὅτι διαπαντὸς ἔμενεν ἡμῶν κηδόμενος, καὶ προϊστάμενος, καὶ ποιμαίνων. Ταῦτα γὰρ τὰ διηγήματα καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα κἀκείνοις πολλῆς ἔσται φιλοσοφίας ὑπόθεσις, καὶ θεογνωσίας ἀκριβεστάτης ἀφορμὴ, καὶ ἀρετῆς ἐπιμέλεια.

virtutem eius, & vnuſquiſque per ea quæ agit inſtitutus, dignam memoriam obtineat in diſtributione ciuitatis: ſiue etiam ſic. q. d. Cùm Eccleſia in veritate contemplanda verſetur, & idcircò Sion nuncupetur, dogmata eius mente complectenda ſunt. Scitè igitur doctrinam eius expendentes, diſtinctè ſingula examinate. Domus enim eius ſunt ſingulæ contemplationes, in quibus commorantur dogmata pietatis. Et cùm prior generatio, quæ ciuitatem & virtutem eius receperat, iniquitatis conuicta ſit; vbi exploratam habueritis potentiam ciuitatis, & diuiſeritis domos eius, cognoſcetis vocationem ſanctorum, quæ eſt altera generatio quàm prior. Quin & annuntiate, quoniam hic eſt Deus, qui prædicta mirabilia fecit, reijciens priorem generationem, cùm ſit æternus, & ſemper eodem modo ſe habeat. Et ipſe reget nos, iuxta illud: Statuet & videbit, & paſcet gregem ſuum in fortitudine Dominus. CATENA PATRVM.

CHRYSOSTOMI. Adhortatur populum, hæc dicens: Ecce hæc ciuitas, de qua erat omnis ſpes abiecta, quæ diruta & euerſa fuerat, quomodo in ſplendidiorem ſpeciem ſtatumque reſtituta eſt? Hæc ergo ipſa diſcite, eius ædificationem, ſplendorem, claritatem; vt cùm hinc Dei virtutem didiceritis (nempe quemadmodum cuius nulla erat ſpes relicta, eam maiorem fecerit) narretis poſteris veſtris Dei potentiam, & perpetuam eius prouidentiam; quoniam noſtri curam ſemper gerit, nos regit & defendit. Hæ enim narrationes poſteris quoque erunt magnæ argumentum Philoſophiæ, & occaſio exactiſſimæ Dei cognitionis, & ſtudij virtutis. *Dei opera & beneficia poſteris narranda.*

ANNOTATIONES CORDERII.

INSCRIPTIO illa Ψαλμὸς ᾠδῆς, *Pſalmus Cantici*, habetur etiam in Vulgata, & apud S. Ambroſium, & in pleriſque libris Græcis. Pro quo legitur apud Euſebium, ᾠδὴ ψαλμὸς, *Canticum Pſalmus*; & apud S. Auguſtinum, *laus Cantici*. Illud autem quod ſequitur, *ſecunda ſabbati*, additum è ritu Hebraico; ſecundùm quem hic Pſalmus diebus Lunæ cani ſolet: erat enim is vnus è celebrioribus diebus ſeptimanæ. Siquidem Iudæi poſt ſabbatum præcipuo cultu diem Lunæ ac Iouis celebrabant. Declarat autem Deo chariſſimam eſſe Ieroſolymam, vt qui eam ſingularibus victorijs, donis & beneficijs exornauerit. Optimè autem congruit hic Pſalmus Eccleſiæ.

2. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis.*] Quanam ratione Deo competat nomen illud *magnus*, diuiniſſimè exponit S. Dionyſius lib. de Diuinis nominibus cap. 9. dicens: *Magnus quidem Deus appellatur, ſecundùm ſibi propriam magnitudinem, quæ magnis omnibus de ſe communicat, & omni magnitudini extrinſecus ſuperfunditur, & ſuperexpanditur, locum omnem complectens, omnem numerum excedens, omnem tranſiliens infinitatem, & iuxta ſuperplenitudinem ſuam ac magnificentiam, fontaleſque ſuas diſtributiones, quatenus hæ omnibus in-* *Quo ſenſu Deus dicatur magnus.*

 finitâ

ANNOTATIONES CORDERII.

finitâ profuſione communicatæ, manent prorſus imminutæ, & eamdem habent ſuperplenitudinem, neque participationibus minuuntur, quin imò magis redundant. Hæc magnitudo & infinita eſt, & quantitatis ac numeri expers: & hæc eſt excellentia ſecundùm effuſionem abſolutam & ſuperextenſam magnificentiæ non comprehenſæ Sic ille. Vbi varias diuinus Doctor aſſignat cauſſas, cur Deus dicatur magnus. Primò, quia omnis magnitudinis cauſſa: omnia enim magna ipſius largitione habent, quòd magna ſint: at propter quod vnumquodque tale, illud magis. Secundò, quia non ſolùm magnis omnibus coëxtenditur, ſed etiam extrinſecus ſine termino ſupra circumfunditur & expanditur; ſicut lumen circumfunditur pilæ vitreæ ad ſolem pendenti. Tertiò, quia omnem ambit locum, intellige non ſolùm verum (id enim etiam cælum extimum vel conuexa eius ſuperficies facit) ſed etiam imaginarium, quantumuis magnus extra cælum locus cogitetur. Quartò, quia omnem excedit numerum: nam & numeri magni dicuntur. Hanc numerorum magnitudinem excedit magnitudine potentiæ, ſapientiæ, bonitatis & extenſionis. Plura enim poteſt, plura nouit, pluribus æquiualet, pluribus coëxiſtere & coëxtendi, ac plura intra ſinum amplitudinis ſuæ admittere poteſt, quàm numero aliquo, quantumuis magno, poſſint comprehendi. Quintò, quia omnem tranſilit infinitatem tam in ſubſtantijs quàm in qualitatibus, in numeris, in extenſionibus, &c. à quauis mente conceptibilem. Verè igitur, vt etiam alibi canit idem Pſalmiſta, *Magnus Dominus, & magnitudinis eius non eſt finis.* Conuenit autem Deo hæc appellatio non ſolùm ratione immenſitatis, verùm etiam ſecundùm alia attributa: eſt enim magnus potentiâ, magnus ſapientiâ, magnus ſanctitate, maieſtate & ceteris perfectionibus. Vnde quando in Scripturis abſolutè magnus dicitur, hoc intelligendum eſt ſecundùm omnes perfectiones quæ ei conueniunt. Omnia enim in Deo infinita, æterna, incomprehenſibilia ſunt: & inde idem *Dominus laudabilis eſt nimis*, vt non ſufficiant omnes Angeli, & omnes homines, ſatis eum laudare. Quamuis autem in vniuerſa mundi gubernatione ſapientia eius, bonitas & iuſtitia ſic refulgeant, vt nulla pars vacua ſit ab eius laude, ſed vbique eius laudandi materia occurrat; in Eccleſiæ tamen fundatione & protectione manifeſtiùs relucent, quam velut ſpeculum nobis ante oculos ponit, in quo Deus magis ad viuum faciem ſuam exprimit ac repræſentat. *Montem* porrò *ſanctum* nominans, ſubinſinuat quo iure Ieroſolyma ſit Dei ciuitas; nempe quia eius mandato arca fœderis erat ibi locata. ac ſi diceret, Ieroſolymam, non proprio ſuo merito ſublime eſſe theatrum, in quo Deus magnitudinem ſuam ſpectari velit; ſed quia arca fœderis cæleſti mandato illic in ſymbolum ſingularis gratiæ depoſita fuerit. Ceterùm hic & ſequens verſus etiam optimè in B. Virginem quadrant. Verè enim *magnus Dominus* in magnis, quæ B. Virgini contulit, donis; *laudabilis* in Virgine plena laudibus. *Fundata eſt*, concepta & nata, *cum exultatione* gaudioque *vniuerſæ terræ*, *ciuitas* hæc *Dei*, *Sion* hæc, id eſt ſpecula celſiſſima, Virginis mens altiſſima; quæ meridiem vt mons Sion ſpectabat, diuiniſque ardoribus inflammabatur: & *latera Aquilonis*, id eſt, altera pars ciuitatis, ad Aquilonem frigidum vergens; hoc eſt, caro Virginis, nullo fomitis ardore calens, ſed niueo incredibilis puritatis candore tecta. D. Hieron. ita vertit: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius, ſpecioſo germine, gaudio vniuerſæ terræ.* Specioſus mons Chriſto germine Virgo eſt, vniuerſæque terræ gaudium, iuxta illud Eccleſiæ: *Natiuitas tua Dei genitrix gaudium annuntiauit vniuerſo mundo.* In Regijs Biblijs ſic etiam vertitur: *Pulcher climate, gaudium vniuerſæ terræ mons Sion*. Pulcher eſt mons Sion climate, pulchra Virgo climate: in clementiſſimo enim ſplendidiſſimoque cæli & terræ climate concepta atque orta eſt; in quo nullæ peccati tenebræ, ſed lux gratiæ ſplendidiſſima ſemper fulſit.

Deus eſt cauſſa omnis magnitudinis, & ſupra omnem magnitudinem quinque modis.

Pſal. 144, 3.

Deus abſolutè magnus ſecundùm omnes perfectiones.

Deus in omnibus laudabilis, ſed maximè in Eccleſiæ fundatione & gubernatione.

Deus excellenter magnus & laudabilis in B. Virgine.

3. *Benè radicans.*] Græcè Εὐρίζων: in quibuſdam Commentarijs Patrum Græcorum partim hoc modo legitur, partim εὐρίζων, atque exponitur à Chryſoſtomo, Καλῶς ῥιζῶν, καλῶς πηγνὺς, καλῶς βεβαιῶν αὐτὴν ἐν χαρᾷ καὶ εὐφροσύνῃ πάσης τῆς οἰκουμένης. *Benè radicans, benè ſolidans, benè confirmans ipſam in gaudio & lætitia vniuerſi orbis terrarum.* Theodoretus, παγίως θεμελιῶν, *ſolidè fundans*; in aliquot libris eſt (quod Scholiaſtes ait eſſe in Hebraica lectione) Εὔριζον ἀγαλλίαμα, *Benè radicatam exultationem:* & S. Ambroſius teſtatur in quibuſdam exemplaribus legi εὔριζον ἀγαλλίαμα. Apollinarius:

Πάντοθεν εὐρύνων χάρμ' ἐν χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

Vndique dilatans gaudium in terra multos nutriente.

Similiter in quibuſdam Commentarijs Græcis illud εὐρίζων ita explanatur, ac ſi eſſet εὐρύνων, vel potiùs εὐρύζων: ita enim habent pro πλατύνων τὸ ἀγαλλίαμα, καὶ εὐφροσύνην αὐτῆς, *dilatans exultationem & lætitiam eius.* & ita S. Ambroſius, *dilatans exultationem*; S. Auguſtinus, *dilatans exultationes.* In alijs item libris Græcis eſt, εὐρίζῳ ἀγαλλιάματι, *benè radicata exultatione*; Euſebius hoc cum præcedentibus coniungit hoc modo, ἐν ὄρει ἁγίῳ αὐτοῦ εὐρίζῳ, *in monte ſancto eius benè radicato.* quod deinde ſic explicat: τελείως τῷ εὖ τεθεμελιωμένῳ, καὶ ἐρριζωμένῳ, καὶ τῷ ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς, *id eſt benè fundato, & radicato, & exultatione vniuerſæ terræ.* Didymus verò & alij coniungunt hoc cum ſequentibus, εὐρίζῳ ἀγαλλιάματι, eadem vocabuli notione, id eſt, vt ſcribitur in quibuſdam Commentarijs Græcis, βεβαίῳ, ἑδραίῳ, ἀμετακινήτῳ, *firmo, ſtabili, immobili.* Tale enim eſt id quod firmas radices habet. Quinta editio, εὐκλάδῳ, *benè ramato*; Aquila, καλῷ βλαστήματι χάρματι πάσης τῆς γῆς, quod S. Hieronymus vertit, *ſpecioſo germine, gaudio vniuerſæ terræ*; Symmachus, ἀπ' ἀρχῆς ἀφωρισμένῳ ἀγλαΐσματι πάσης τῆς γῆς, *ab initio præfinito ſplendore vniuerſæ terræ:* Vulgata legit, *Fundatur exultatione vniuerſæ terræ:* ſcilicet Ieruſalem, quæ peculiariter appellatur *ciuitas Dei noſtri*, & *ciuitas magni Regis*; qui ædificauit eam *in monte ſancto eius*, qui altior erat omnibus alijs montibus circumſtantibus, quapropter dictus eſt *Sion*, id eſt ſpecula; aut *Moria*, id eſt locus conſpicuus & excelſus: cuius ob eamdem cauſſam filia dicitur Ieruſalem; quia nimirum ex monte Sion oriri videbatur, ſupra quem fundata erat & extructa.

Ieruſalem in monte Sion pulchrè & firmiter fundata.

ſtructa. Prædicat hîc ergo dotes, quibus tunc excelluit mons Sion; quia in illis ſpectabilis fuit Dei gloria. Etſi autem naturalis hæc fuit ſitus gratia, quam Propheta primo loco recenſet; ſignificat tamen, in ipſa vrbis ſpecie inſculptas ab initio fuiſſe notas diuini fauoris, vt intuitus ipſe oſtenderet, ſpecialiter locum illum fuiſſe diuinitus ornatum, vt aliquando in talem vſum conſecraretur. Quare coniunctim, meo iudicio, vnà cum vrbis ſitu aduentitiam dignitatem complectitur, quæ ex templo originem ducebat. Ergo cùm laudari audimus vrbis pulchritudinem, veniat nobis in mentem ſpiritalis ille decor, qui poſt vaticinium de perpetua Arcæ ſtatione ad loci naturam acceſſit. Quamobrem dicitur fundata *exultatione vniuerſæ terræ*; quia nimirum homines in ea Deum veluti in loco proprio habitantem conſpiciebant; & aram habebant, ad quam in omnibus ſuis neceſſitatibus recurrerent, ſacrificia offerrent, vota perſoluerent, &

Mons Sion ad latera Aquilonis. funderent orationes. Verumtamen eo ipſo quòd ſupra illum montem ciuitas extollebatur, impetenda exponebatur tempeſtuoſis flatibus frigidiſſimi Aquilonis. de quo ſubdit: *Latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.* vbi dubium eſt, ponátne in laudibus montis Sion, quòd verſus Aquilonem expoſitus fuerit; an ita reſolui debeat oratio: Quamuis ad Septemtrionem ſpectet mons Sion, hoc tamen de eius pulchritudine nihil diminuit. Quamquam prior ſenſus magis genuinus videtur. Atque hoc etiam elogio montem ipſum inſignit Iſaias, præſtantiam eius notare volens, cùm in perſona Sennacherib ita lo-

Iſaiæ 14, 13. quitur: *In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis.* Quoad litteram itaque nihil aliud hîc ſignificatur, quàm ciuitatis Ieruſalem præcipuam partem fuiſſe montem Sion, qui ad Aquilonem reſpiciebat. Allegoricè autem S. Ambroſio Eccleſiam deſignat, quæ etiam ex peccatoribus conflata eſt: *Vt qui anteà,* inquit, *erant latera Aquilonis, id eſt, ſocij & inhærentes diabolo, facti ſint Chriſto fideles.*

4. *Deus in domibus eius cognoſcitur.*] Græcè βάρεσιν; quod Arnobius vertit *grauibus*. De hoc verbo vide quæ à nobis & à Lorino dicta ſunt Pſal. 44. verſ. 9. Quinta editio, ὁ Θεὸς ἐν τοῖς βασιλείοις αὐτῆς γνωσθήσεται, εἰς ὀχύρωμα, *Deus in palatijs eius cognoſcetur ad munimentum*; alius, ὁ Θεὸς ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς ἐγνώσθη, εἰς τὸ ἐξελέσθαι αὐτήν, *Deus in palatijs eius cognitus eſt, in eruendo eam*; Aquila, εἰς ὑπερέπαρσιν, *ad eleuationem*; S. Ambroſius, Auguſtinus & Gregorius legunt, *Deus in*

Dauid gradatim inſtructus. *gradibus eius cognoſcetur.* quaſi non repentè, ſed gradatim per ſua interualla diuina cognitio hominum animis infundatur. Et quidem hoc expertus eſt, vt alios omittam, ipſe Dauid, qui ali-

2. Reg. 12, 1. quando Prophetam Nathan audiebat, & vix intelligebat, quaſi in ignorationis tenebras demerſus: aliquando verò ipſum Deum in media luce

2. Reg. 23, 4. videre & audire ſibi videbatur: *Sicut,* inquit, *lux auroræ, oriente ſole, manè abſque nubibus rutilat.* Benè probat ex hoc loco Bellarminus

Eccleſia eſt viſibilis. tom. 1. de Eccleſia militante lib. 3. cap. 13. Eccleſiam, quæ eſt ciuitas Dei, eſſe viſibilem; vti S. Auguſtinus etiam exponit, & res ipſa clamat: nam totus hic Pſalmus eſt de fundatione Eccleſiæ Chriſtianæ tamquam nouæ, & viſibilis ciuitatis.

5. *Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt.*] In Pſalterio Arabico habetur, *reges eius*; in Hebræo deeſt vox *terræ*; Symmachus, ἰδοὺ γὰρ οἱ βασιλεῖς συνετάξαντο, ἦλθον ὁμοῦ, *ecce enim reges coniuncti ſunt, venerunt ſimul.* Plerique (inquit Ianſenius) id quod hîc dicitur de regibus terræ, intelligunt de regibus qui tempore Salomonis venerunt Ieroſolymam; eoſque conturbatos intelligunt admiratione, cùm viderent ciuitatis magnificentiam. Verùm contextus magis ſignificat ſermonem eſſe de regibus inimicis. Etſi autem certò non liquet, quam hiſtoriam commemoret Propheta; aptiſſimè tamen quæ hîc dicuntur, tam in tempus Achaz, quàm Ezechiæ, vel Aſa conueniunt. Fuit enim mirabile illud Dei opus, cùm duo potentiſſimi reges Syriæ & Iſraël, ingenti exercitu inſtructi, tanto metu perculiſſent vrbem, vt rex cum populo ferè exanimis iaceret, eos repentè frangi, & fruſtrari certâ ſpe potiundæ vrbis. Vnde & Iſaias per ludibrium *duas caudas titionum fumigantium* vocat; cùm duæ quaſi faces accenſæ eſſent ad conſumendam incendio Iudæam. Nec minus ſtupendum fuit miraculum, innumeras copias Sennacherib nocte vnâ ſine hominum manu ab Angelo deleri. Iam cùm rex Æthiopum collectâ myriade ad oppugnandam Ieroſolymam veniſſet, memorabile fuit potentiæ Dei ſpecimen, tantum apparatum diſijcere. Quidquid ſit, Iudæos claro documento expertos fuiſſe dicit, Deum fuiſſe ſanctæ vrbis cuſtodem.

ANNOTATIONES CORDERII.

Sæpè Deus Ieroſolymam mirabiliter liberauit.

Iſaiæ 7, 4.

Porrò in ſenſu myſtico, quòd dicitur Deus ſuſcepiſſe Ieruſalem, primùm accipi poteſt de ea ſuſceptione & liberatione, quâ Eccleſiam ſuam Deus redemit à diaboli poteſtate per Chriſti incarnationem & paſſionem: & tunc reges terræ intelligendi ſunt dæmones, qui videntes crucis potentiam, & Dei ſuos liberantis virtutem, conturbati ſunt, animoque fracti. Secundò accipi poteſt de ea liberatione, quâ Eccleſiam Deus ab oppugnatione regum & tyrannorum huius ſæculi iam tandem exemit, pace à perſecutione præſtitâ Eccleſiæ: tum quòd dicitur reges commotos & conterritos, de ſalubri timore & conturbatione eſt accipiendum, quâ ſcilicet ad pœnitentiam ſunt commoti. Tertiò etiam accipi poteſt de ea ſuſceptione, quâ Eccleſiam in nouiſſimo die ab omnibus viſibilibus & inuiſibilibus hoſtibus liberabit; quando impij reges terræ videntes electorum glorificationem, maximè commouebuntur & dolebunt.

Quomodo Deus dicatur ſuſcepiſſe Ieruſalem.

6. *Sic admirati ſunt.*] Ita etiam Vulgata habet; Aquila, ἐθαμβήθησαν, *obſtupuerunt*, vt S. Hieronymus vertit; Symmachus, οὕτως ἐθαύμασαν, ἐταράχθησαν, ἐξεπλάγησαν, φρίκη κατέσχεν αὐτούς, *ſic admirati ſunt, turbati ſunt, obſtupefacti ſunt, horror occupauit eos.* Vbi S. Ambroſius ſenſum myſticum expendens, quærit, cur timerent, qui ſuo corpori tamquam reges imperabant, qui in vnum Eccleſiæ ſinum concurrebant; & qui in eumdem charitatis affectum iungebantur. Et reſpondet aptè, dicens: *Sicut gratiam in ijs qui in virtute proceſſerant, mirabantur; ita etiam, ne quis relaberetur in vitia, de ſuperiore virtutum deiectus faſtigio, commouebantur. Procliuis enim & mutabilis in vtrumque eſt humana conditio, vt quocumque intenderit, eò propendeat & vergat; vel ad ſtudia virtutum, vel ad illecebram delicto-*

Primi fideles maximè timerent Dei conſeruabant.

ANNOTATIONES CORDERII. delictorum: & ideò non mediocri quatiebantur affectu, conſiderantes illud quod ſcriptum eſt: Prou. 28, 28. *Quia in locis impiorum ingemiſcent iuſti.* Hinc vtique fideles illi, qui in Eccleſiæ naſcentis exordio floruerunt, ſicut virtutem maximè colebant, ita & diuinum timorem maximè conſeruabant.

8. *In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.*] Aquila, ἐν πνεύματι καύσωνος συντρίψεις ναῦς Θαρσεῖς, *in ſpiritu vredinis conteris naues Tharſis*; quomodo S. Hieron. vertit; S. Auguſtinus, *in ſpiritu violento*; Symmachus, δι' ἀνέμου βιαίου κατεάξεις ναῦς Θαρσεῖς, *per ventum violentum confringes naues Tharſis.* De qua quidem dictione *Tharſis quid ſignificet.* Tharſis ita in Scholio exponitur, κατασκοπὴ χαρᾶς, κατασκοπὴ εὐφροσύνης, *ſpeculatio gaudij*, *ſpeculatio lætitiæ*; & videtur eſſe Didymi, quantum ex Catena Barbari conijcitur. S. Ambroſius verò videtur interpretari *ſpeculatorium gratiæ.* Ceterùm, cùm non legamus vmquam naues hoſtium populi Dei pro liberatione Ieruſalem eſſe confractas, omnino cum Ianſenio dicendum videtur, in hoc verſu eſſe allegoriam, quomodo doctiſſimi Hebræorum intelligunt; nempe vt ſignificetur, eos qui venerant contra Ieruſalem, terrore & dolore incredibili atque impetu iræ diuinæ perculſos fuiſſe atque deiectos, quomodo in mari maximas naues vehementi vento conterere Deus ſolet. Hac ferè ſimilitudine Ieremias vſus eſt, cùm inducit Dominum ſic mini- Ier. 18, 17. tantem: *Sicut ventus vrens diſpergam eos coram inimico.* Vbi pro vento vrenti Hebræis eſt, ſicut & hoc loco ventus קָדִים *kadim*, id eſt *Orientalis*, qui Eurus dicitur: cui in Scripturis ſumma tribuitur vehementia. Non diſſimilis multùm eſt explicandi ratio, quam ſequitur Euthymius, qui monet ſubaudiendam particulam ſimilitudinis; vt ſit ſenſus, *In ſpiritu vehementi conteres eos velut naues.* Tharſis autem Cilicia *Tharſis olim Cilicia; & vnde ſic dicta.* olim dicta eſt, teſte Ioſepho libro primo Antiquitatum, à Tharſis nepote Iaphet; vnde & metropolis eius, quæ inſignem portum habebat, & mercatum maximum, Tharſis nomen habuit, quæ Paulo patria fuit. Solinus ſcribit, Tharſum olim matrem vrbium dictam, & Ciliciam vſque ad Peluſium Ægypti pertinuiſſe, habuiſſeque ſub imperio Lydos, Medos, Armenios, Pamphiliam & Cappadociam; vt mirum eſſe non debeat, quòd peculiariter nauium Tharſis fiat mentio in Scripturis. Id enim fit, quòd eæ naues & *Nauium Tharſis celebritas.* celeberrimæ & maximæ eſſent inter eas quibus in mari Mediterraneo nauigabatur, & quas notant Iſraëlitæ. Vnde apud Ezechielem, vbi nos Ezech. 27, 25. legimus, *naues maris*, *principes tui in negotiatione tua*; Hebræa habent, *naues Tharſis.* Sunt qui Tharſis intelligunt Africam aut Carthaginem, quæ & ipſa celebris in negotiatione marina. vnde eodem capite Hieronymus vertit *Carthaginenſes*; pro quo Hebræis eſt *Tharſis.* Certè, ob nauium Tharſis celebritatem, Scriptura per eas ſignificat mundi huius gloriam, potentiam Iſaiæ 2, 16. atque ſuperbiam; vt apud Iſaiam, *Et ſuper omnes naues Tharſis.* Quæ omnia non parum faciunt ad huius loci & aliorum explicationem. Ex his etiam patet, conſtare poſſe eorum interpretationem, qui naues Tharſis metaphoricè accipiunt potentes & diuites huius ſæculi.

10. *Suſcepimus.*] Græcè, ὑπελάβομεν; S. Hieronymus, *æſtimauimus*; alius apud S. Chryſoſtomum, εἰκάσαμεν, *imaginati ſumus*; Hebraicè eſt דִּמִּינוּ *dimminu*, id eſt *expectauimus*, ſperauimus, vti pulchrè exponit Chryſoſtomus: Τί ἐστιν ὑπελάβομεν; ἠλπίσαμεν, προσεδοκήσαμεν, ἔγνωμεν τὴν φιλανθρωπίαν τὴν σήν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ἐθεμελίωσεν, ἐρρίζωσεν, ἐτείχισεν, δεικνὺς ὅτι οὐ τοσαύτη πρόνοια, οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν ἀπολαυόντων, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀγαθότητα τοῦ ποιοῦντος γίνεται, καὶ ἅμα θέλων τὸν τῦφον αὐτῶν καταστεῖλαι, οὕτως εἶπεν. μονονουχὶ τοῦτο λέγων· Σὺ τοῦ ἐλέους ταῦτά ἐστι τὰ κατορθώματα, τῆς δόξης τῆς σῆς, τῆς ἀγαθωσύνης τῆς σῆς. *Quid eſt* [inquit] *Suſcepimus? ſperauimus, expectauimus, nouimus benignitatem tuam. Nam quia dixerat fundauit, radicauit, muniuit, vt oſtenderet tantam illius curam ac prouidentiam non ex merito eorum qui illâ fruerentur, ſed ex bonitate eius qui præſtiterat, profectam eſſe; ac ſimul vt eorum tumidam opinionem comprimeret, ſic dixit. id propemodum dicens: Tuæ miſericordiæ ſunt hæc opera, tuæ gloriæ, tuæ benignitatis.*

IBIDEM. *In medio populi tui.*] Græcè, τοῦ λαοῦ σου. ita etiam eſt in Complutenſibus & Regijs; atque ita legiſſe S. Auguſtinum conſtat ex eius interpretatione, itemque Theodoretum & Apollinarium; atque ita etiam eſt in Pſalterio Æthiopico & Arabico. Apud Didymum verò & Cyrillum eſt ναοῦ σου, *templi tui*; quomodo habet Vulgata cum S. Hieronymo; item Symmachus, Aquila, Theodotion & Sexta editio.

13. *Complectimini eam.*] Græcè, περιλάβετε αὐτήν, quomodo eſt in Vulgata, & etiam legit atque exponit Euſebius: Τὰ δὲ προκείμενα προστρέπεται εἰς πρόσωπόν τινων, ὡς ἂν τὴν προλεχθεῖσαν πόλιν τοῦ Θεοῦ διαλάβοιεν, κυκλώσαντες αὐτήν, καὶ ταῖς χερσὶ περιλαβόντες, ὡς ἂν πανταχόθεν περιτειχισάμενοι φυλάττοιεν. *Propoſitis verbis* [inquit] *compelluntur quidam* [ſcilicet Angeli] *vt prædictam vrbem Dei diuiſim comprehendant, circumdantes eam, & manibus complectentes, vt vndique illam cingentes cuſtodiant.* Pro περιλάβετε nihilominùs putat Agellius περιβάλετε legendum; eò quòd apud Chryſoſtomum ita legatur. quod alius interpres dixit περιέλθετε, *circuite*; Symmachus, περιτειχίσατε, *muro circumdate*. cui lectioni conſonat Apollinarius:

Σπεύσατέ μοι Σιῶνα περισχεῖν ἀμφιβαλόντες.

Properate mihi Sionem in circuitu cingere. Præclarè ad hunc locum S. Ambroſius: *Sion*, *Sion ſpecula præſidum Eccleſia.* inquit, *ſpecula eſt, & Eccleſiam exprimit, cui diuinitus præfecti in diſciplina ſpeculatoriæ virtutis præſtantes eſſe debent.* Et S. Hieronymus eoſdem appellari turres ait, quòd ſepti vndique & muniti præſidio eſſe alijs ſolent. Illud enim Dauidis, *Narrate in turribus eius*, ſic exponit: *Hi ſunt Principes Eccleſiæ, quia turris fortis eſt, & vndique ſpeculatur.* Illud idem clariſſimo ſymbolo in Canticis Salomon adumbrauit, cùm vult ex imperio ſponſi in Eccleſiæ muris inædificari propugnacula argentea: *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea.* S. Ambroſius legit *receptacula argentea*, vt ſint illu- Cant. 8, 9. ſtres quædam veluti ſpeculæ, in quibus animarum præſides verſentur; tum ad hoſtium conatus eludendos, tum ad pacem & ſalutem populi in æternum tempus ſanciendam. Nec ſine cauſſâ ſpeculæ dicuntur argenteæ, quòd Antiſtites religionis & virtute ſint pretioſi, & moribus candidi, & prædicatione reſonantes.

14. *Poni-*

14. *Ponite corda veſtra in virtute eius.*] S. Hieronymus, *ponite cor veſtrum in mœnibus*; quomodo ferè Symmachus, τάξατε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὴν περίβολον αὐτῆς, *ordinate corda veſtra in murum circumiectum eius*; Aquila, εἰς ἀπορίαν αὐτῆς, *ad opulentiam eius.*

Ibidem. *Et diſtribuite domos eius.*] S. Hieronymus, *ſeparate palatia eius*; Symmachus, διαμετρήσατε τὰ βασίλεια αὐτῆς, *dimetimini regias eius.* Quem locum ſic exponit Euſebius: Ταύτας, φησί, τὰς κατὰ μέρος Ἐκκλησίας ὁ παρὼν προστάττει λόγος καταδιελεῖν· βούλεται γὰρ ἕκαστον τῶν Ἀγγέλων ἀφωρισμένως ἐκκλησιῶν τινῶν φρουρὰν ἐπιστῆσαι. *Has, inquit, particulares Eccleſias iubet hic ſermo vt diſtribuantur: vult enim vnumquemque Angelum ſeorſum Eccleſiis quibuſdam præeſſe.* Nota in Græco eſſe βάρεις: quam vocem Suidas interpretatur αὐλάς, πύργους, *aulas, turres*, ſiue cella & turrita palatia. D. Hieronymus epiſt. 140. *Vſque hodie*, inquit, *domus ex omni parte concluſæ, & in modum ædificatæ turrium, aut mœnium publicorum, βάρεις appellantur.* Hoc igitur nomine Cælitum ædes nuncupantur à Dauide: *Diſtribuite domos eius.* vbi S. Ambroſius legiſſe videtur non, vt eſt apud Septuaginta, βάρεις, *bares*, ſed βάσεις, *baſes*, ſiue gradus; & ita vertit, *Diſtribuite gradus eius*; vocabulum tamen & rem ipſam in hunc modum illuſtrat: βάρεις *Græcus dicit hodieque excelſas & turritas domos; Propheta, cùm de ciuitate Dei & inhabitantibus eam loqueretur, Diſtribuite, inquit, gradus eius, hoc eſt manſiones eius altas atque ſublimes, in cæleſtibus. Quo docet ordinem ſeruandum eſſe meritorum.* Cælitum ergo manſiones pro varietate meritorum ſunt variæ, & aliqua ratione diſſimiles, ſed pulchræ omnes, mirandæ, eximiæ: quæ cùm βάρεις nominentur, hoc eſt *domus & altæ & turritæ*, vult ſignificare diuinus Spiritus, eſſe illas regali magnificentiâ ſplendidas, & firmiſſimas ad ſecuritatem.

Annotationes Corderii. — βάρεις quid. — *Cæleſtes manſiones ſunt βάρεις.*

IN PSALMVM XLVIII. ARGVMENTVM.

α. Εἰς τὸ τέλος, τοῖς υἱοῖς Κορέ.
Ἄλλος· Ἐπινίκιος.

1. In finem, filijs Core.
Alius: Epinicion.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἦθος παιδεύει, οὐκ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν, καὶ πάντων ἀνθρώπων. Καὶ γὰρ οἱ προφῆται θείῳ σκοπῷ ὑπηρετούμενοι, ἐβούλοντο μὲν πάντας ἀνθρώπους ὠφελεῖν, οὔπω δὲ τοῦ καιροῦ ἐπιτρέποντος, τὰ μὲν πλεῖστα πρὸς Ἰουδαίους διελέγοντο, ἐν τισὶ δὲ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις παραινοῦσιν. Ὡς οὖν ὁ θεῖος τῶν ἀποστόλων χορὸς τοῖς ἔθνεσι παρηγγύησε τὸν ἐπινίκιον ὕμνον προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ, καὶ νῦν ὡσαύτως τοῖς αὐτοῖς ἔθνεσι προσφέρει παραίνεσιν, προσθεῖναι τῇ πίστει τοῦ βίου τὴν ἀρετήν, καὶ διδάσκει τοῦ πλούτου τὸ μάταιον, καὶ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας τὸ ἀκερδές. Προλέγει δὲ τὴν ἐσομένην κρίσιν, καὶ τὴν πρὸς ἀξίαν ἀντίδοσιν, διὰ τοῦτο καὶ εἰς τέλος ὁ ψαλμὸς ἐπιγέγραπται, ὡς παντὸς τοῦ βίου τὸ τέλος προσαγορεύων.

Hic etiam Pſalmus mores inſtruit, non tantùm Iudæorum, ſed etiam gentium, omniumque hominum. Etenim Prophetæ diuino ſcopo ſubſeruientes, volebant quidem omnibus hominibus prodeſſe; ſed cùm tempus nondum permitteret, plurima quidem ad Iudæos locuti ſunt; in quibuſdam tamen etiam omnes homines admonent. Quemadmodum igitur diuinus Apoſtolorum chorus admonuit gentes, vt triumphalem hymnum Deo afferrent; & nunc ſimiliter eaſdem gentes hortatur, vt fidei probitatem vitæ adiungant; & docet diuitiarum vanitatem, & mundanæ ſapientiæ inutilitatem. Prædicit autem etiam futurum iudicium, & condignam remunerationem; quocircà quoque in finem hic Pſalmus inſcriptus eſt, quippe totius vitæ finem prædicens.

PARAPHRASIS.

β. Ἀκούσατε ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη, ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην.

Συγκαλεῖ πάντας τοὺς πανταχόθεν εἰς μάθησιν τοῦ καλοῦ τούτου μαθήματος, ὅτι ἀ-

2. Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem.

Conuocat omnes vndique ad diſcendam hanc pulchram doctrinam; quòd nimirum

Omnes ad doctrinam Dei conuocandi.

PARAPHRASIS PATRVM.

mirum peccatũ ſit hominibus formidandũ; & quòd non poſſit pretio pecuniarum ſubijci.

3. Quique terrigenæ, & filij hominum:

Idem dicit: terrigenas enim vocat à terra oriundos: vult enim neminem doctrinæ huius exortem eſſe. & manifeſtiùs hoc ipſum declarans, ſubiungit:

* Vulgata addit ſimul

* In vnum diues & pauper.

Vt nemo, inquit, reſiduus ſit, qui non audiat ea quæ docturus ſum. Vbi hactenus omnes vndique ad pulchram hanc doctrinam conuocauerat, rem ipſam aggreditur, dicens:

4. Os meum loquetur ſapientiam; & meditatio cordis mei prudentiam.

Doctrina proferenda præmeditatè.

Omnis ſapientia ex animi conceptu & elocutione cognoſcitur. Vult igitur dicere: Cùm nonnulla ſapienter cogitauerim, & hæc prolaturus ſim, volo vos omnes dictis meis attentos eſſe; & idcircò meditationem nuncupauit; vt vnuſquiſque ſciret ipſum minimè imparatum accedere ad docendum; ſed ex multa meditatione, & ex multa rerum experientia, ad docendum adduci. Quocircà ſubdit:

5. Inclinabo in parabolam aurem meam:

Id eſt: Inclinaui enim etiam ego ipſe in parabolam aurem meam. Tempus enim variatum eſt. Quid autem ſibi vult illud, *Inclinaui in parabolam?* id eſt, Edoctus ſum etiam ipſe iſtiuſmodi narrationes. *Parabolam* enim hic narrationem vocat; potiſſimùm verò, quia per Spiritum ſanctum edoctus erat; & figurat orationem, ac ſi auditu percepiſſet iſtiuſmodi narrationes.

Aperiam in pſalterio propoſitionem meam.

Propoſitionem rurſum doctrinam ipſam vocat. ait itaque: Quoniam & ipſe quæ didici à Spiritu ſancto, ea cum organo, id eſt, pſalterio, profero, vt cum voluptate auditores erudiantur. Iſtiuſmodi enim diſciplinæ maiorem ſeruant memoriam. Cùm hactenus præfatus eſſet,

μαρτία φοβερὸν ἐν ἀνθρώποις, καὶ οὐ δυνάμενον ὠνῷ χρημάτων ὑποβληθῆναι.

Οἵ τε γηγενεῖς, καὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων·

Τὸ αὐτὸ λέγει· γηγενεῖς γὰρ καλεῖ τοὺς ἀπὸ γῆς γεγονότας· βούλεται γὰρ μηδένα ἐκτὸς εἶναι τοῦ τοιούτου παιδεύματος. καὶ σαφέστερον αὐτὸ ποιῶν, ἐπάγει·

Ἐπὶ τὸ αὐτὸ πλούσιος καὶ πένης.

Ὥστε, φησὶ, μηδεὶς ἀπολιμπανέσθω ἀνήκοος ὧν μέλλω διδάσκειν. Ἄχει τούτου πάντας συγκαλέσας τοὺς πανταχόθεν εἰς μάθησιν τοῦ καλοῦ, ἄρχεται τοῦ πράγματος, λέγων·

δ΄. Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν· καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου σύνεσιν.

Πᾶσα σοφία ἐξ ἐνθυμήματος καὶ προφορᾶς γνωρίζεται. Βούλεται οὖν εἰπεῖν· Ὅτι σοφά τινα βεβούλευμαι, καὶ ταῦτα προφέρειν μέλλων· πάντας ὑμᾶς αὐτηκόους εἶναι βούλομαι τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων. Καὶ διὰ τοῦτο μελέτην αὐτὸ ἐκάλεσεν, ὡς ἂν ἕκαστος μάθοι, ὅτι οὐκ αὐτοσχεδιάζει πρὸς τὴν διδασκαλίαν, ἀλλ' ἐκ πολλῆς τῆς μελέτης, καὶ ἐκ πολλῆς τῆς τῶν πραγμάτων πείρας ἐπὶ τὸ διδάσκειν προάγεται. Διὰ τοῦτο ἐπιφέρει·

έ. Κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου·

Ἀντὶ τοῦ· Ἔκλινα γὰρ καὶ αὐτὸς ἐγὼ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου. Ἐνήλλακται γὰρ ὁ χρόνος. Τί δέ ἐστι τὸ, Ἔκλινα εἰς παραβολήν; ἀντὶ τοῦ ἐδιδάχθην καὶ αὐτὸς τὰ τοιαῦτα διηγήματα. Παραβολὴν γὰρ ἐνταῦθα τὸ διήγημα λέγει· μᾶλλον δὲ ὅτι παρὰ τοῦ πνεύματος ἁγίου ἐδιδάχθη, καὶ σχηματίζει τὸν λόγον, ὡσανεὶ δι' ἀκοῆς μαθὼν τὰ τοιαῦτα παιδεύματα.

Ἀνοίξω ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημά μου.

Πρόβλημα πάλιν αὐτὴν τὴν διδασκαλίαν καλεῖ. λέγει οὖν· Ὅτι καὶ αὐτὸς ἅπερ ἔμαθον ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου μετ' ὀργάνου, τουτέστι τοῦ ψαλτηρίου προάγομαι, ὥστε μεθ' ἡδονῆς τοὺς ἀκούοντας παιδεύεσθαι. Τὰ γὰρ τοιαῦτα τῶν μαθημάτων πλεῖστα τὴν μνήμην ἄρα κατέχεται. Εἰπὼν καὶ ταῦτα τὰ

προοί-

προοίμια ἄχρι τούτου, αὐτοῦ λοιπὸν ἔχεται τοῦ πράγματος, καὶ λέγει αὐτὸ κατ᾽ ἐρώτησιν.

ς΄. Ἱνατί φοβοῦμαι ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ;

Ἡμέραν πονηρὰν καλεῖ ἐν ᾗ πόνος ἡμῖν ἢ συμφορά τις ἐπισυναθροίζεται. τί οὖν, φησι, δεῖ δεδοικέναι ἐν ἡμέρᾳ συμφορῶν; ἐπάγει·

Ἡ ἀνομία τῆς πτέρνης μου κυκλώσει με.

Πτέρναν τὴν ὁδὸν καλεῖ, ἀπὸ τοῦ τῇ πτέρνῃ τρίβειν τὴν ὁδόν· ὁδὸν δὲ τὴν πρᾶξιν καλεῖ. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἐν καιρῷ συμφορῶν, καὶ ἐν ἡμέραις σκληραῖς οὐδὲν δεῖ δεδοικέναι, εἰ μὴ πρᾶξιν φαύλην, καὶ ἁμαρτίαν προγεγονυῖαν. Εἰπὼν τί ἐστι φοβερὸν ἐν ἀνθρώποις, δείκνυσι λοιπὸν ὅπως ἐστὶ χαλεπόν. Ὅτι τὸ τοιοῦτο κακὸν οὐδενὶ ὠνίῳ χρημάτων ὑποβάλλεται, οὐδὲ συγγενεῖς λύονται, κἂν ὦσιν ἅγιοι, οὐδὲ ἄλλος οὐδείς, πλὴν εἰ μὴ μετάνοια παρεισελθοῦσα ἐπικάμψῃ πρὸς ἔλεον τὸν κριτήν. Ἄρχεται οὖν ἀπὸ τῶν πλουσίων, καὶ διαλέγεται αὐτοῖς τὰ προσήκοντα· εἶθ᾽ οὕτως διαβαίνει ἐπὶ τὰ τῶν πενήτων πρόσωπα. Τέως δὲ περὶ τῶν πλουσίων.

ζ΄. Οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν· καὶ ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου αὐτῶν καυχώμενοι.

Ἀκούσατε οὖν, φησιν, οἱ πλούσιοι, ὅσοι νομίζετε τὸ δύνασθαι ἔχειν ἀπὸ τοῦ πλουτεῖν καὶ σεμνύνεσθαι ἀπὸ τοῦ πολλὰ κεκτῆσθαι, ὅτι οὐδὲν ἐκ τῶν χρημάτων ὠφεληθήσεσθε ἁμαρτάνοντες, καὶ νομίζοντες ὠνεῖσθαι τὸ ἀδεὲς διὰ χρημάτων. ἀλλ᾽ οὐδὲ συγγένειά τις ὑμᾶς ὠφελεῖ. πόθεν τοῦτο ἐπάγει·

η΄. Ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται ἄνθρωπος;

Καλῶς εἰπὼν ὅτι ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται, ἐπήγαγε καθόλου ὅτι οὐδ᾽ ἄλλος τις ἄνθρωπος.

Οὐ δώσει τῷ θεῷ ἐξίλασμα ἑαυτοῦ.

θ΄. Καὶ τὴν τιμὴν τῆς λυτρώσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ·

Τοῦτο μόνον φησίν, ὅτι ἁμαρτία, οὐδὲ χρημάτων ἀγοράζεται, οὐδὲ ὑπὸ συγγενείας βοηθεῖται, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ὁ δεσπότης φη-

deinceps rem ipſam aggreditur, & ait per interrogationem.

PARAPHRASIS PATRVM.

6. Cur timebo in die mala?

Diem malam vocat, in qua labor nobis & calamitas aliqua irrogatur. Quid igitur, inquit, timendum eſt in die calamitatum? ſubdit:

Nil timendum, ſi non præceſſit peccatum.

Iniquitas calcanei mei circumdabit me.

Calcaneum vocat viam, ab eo quòd calcaneo viam terimus; viam autem vocat actionem. Vult igitur dicere, quòd in tempore calamitatum, & in diebus duris nihil timendum ſit, niſi opus malum, & peccatum anteà perpetratum. Cùm dixiſſet quid formidandum ſit hominibus, oſtendit deinceps quàm ſit graue. Quoniam iſtiuſmodi malum nullo diuitiarum pretio redimible eſt, nec à cognatis tollitur, quantumuis ſancti ſint; neque alius quiſquam delet, niſi pœnitentia ſuperueniens inflexerit iudicem ad miſerendùm. Incipit igitur à diuitibus, & ſalutaria ipſis edifferit: deinde ſic tranſit ad perſonas pauperũ. Priùs autem de diuitibus.

7. Qui confidunt in virtute ſua: & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.

Audite igitur, inquit, diuites, qui exiſtimatis potentiam in diuitijs & multarum poſſeſſionum gloriatione ſitam eſſe; quoniam ex diuitijs nullam vtilitatem referetis, ſi peccaueritis, & ſecuritatem pecunijs venalem putaueritis. Sed neque cognatio vlla vobis proderit. vnde hoc ſubiungit:

Diuitiæ nil proſunt peccatori.

8. Frater non redimit, redimet homo?

Cùm pulchrè dixiſſet, quòd frater non redimat; ſubiunxit omnino, quòd nec alius vllus homio.

Non dabit Deo placationem ſuam.

9. Et pretium redemptionis animæ ſuæ:

Hoc tantùm dicit, quòd peccatum neque pecunijs permutetur, neque à cognatione opem accipiat; ſicut etiam alibi Dominus ait:

Cognati nil proſunt peccanti.

PARAPHRASIS PATRVM.

Ezech. 14. 20.

Quòd neque ſi ſurrexerint Noë, & Daniel, & Iob, liberabunt filios ſuos ab iniquitatibus ſuis. Cùm hactenus ad diuites locutus eſſet, illoſque docuiſſet, ne ob diuitias inſoleſcerent, tranſit hinc ad pauperum perſonam, & ait:

* *Vulgata* laborabit in æternum, * adhuc

Paupertas nil obeſt uitæ iuſto.

Et * laborauit in ſæculum,

10. Et viuet * in finem.

Porrò pauper, inquit, qui iuſtitiam colit, etiamſi afflictionem habeat in hoc ſæculo; ſi propter paupertatem ad nihil illicitum adactus fuerit, ad meliorem vitam tranſit, nihil ex hac paupertate læſus, ſicut diues nullum ex diuitijs commodum tulit.

11. Non videbit interitum, cùm viderit ſapientes morientes:

Tempore mortis nil proſunt diuitiæ.

In hoc ipſo inſtruit pauperes, ne moleſtè ferant, neque animum diſcrucient, ſi viderint diuites iniquos ſæpè in finem vſque opibus affluere; ſed expectandum exitum vniuerſi, donec mors ſuperueniens omni ipſos externo ornatu denudabit, & nudos ſimul ac deſolatos exhibebit, idcircò dicit, *Non videbit interitum, cùm viderit ſapientes morientes.* Sapientes hîc diuites vocat, ex Hebraico idiomate nomen diuitis Græcè non efferens, ſed ipſum ſapientem appellans. Dicit igitur, pauperem non ampliùs moleſtè ferre, quando viderit etiam diuitem eadem morte ſuccumbere, & in eumdem puluerem redigi. Quid enim deinceps cogitat iſtiuſmodi?

Simul inſipiens, & ſtultus peribunt.

Conſiderat enim, talem nullam ex diuitijs vtilitatem retuliſſe: à propria autem inſipientia condemnatur communi morte, & communi ſupplicio afficitur. Vocat autem ipſum inſipientem propter id quod ſequitur. Quid enim ſubinſert?

Et relinquent alienis diuitias ſuas:

Diuites ſæpè alienis relinquunt diuitias ſuas.

Quomodo enim, inquit, non inſipiens iſtiuſmodi, qui congregauit quidem plurimas diuitias ex cauſſis quandoque non iuſtis, quin etiam ex pauperum plurimorum lacrymis diuitias accumulans: deinde poſtquam ex iniquitate opes congregauerat, neque ſibi neque

οἷν· Ὅτι οὐδ' ἂν ἀναστῇ Νῶε, καὶ Δανιὴλ, καὶ Ἰώβ, ῥύσονται τὰ τέκνα αὐτῶν ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν. Ἄχρι τούτου πρὸς τοὺς πλουσίους διαλεχθεὶς, καὶ διδάξας αὐτοὺς μὴ μεγάλα φρονεῖν ἐπὶ τῷ πλούτῳ, μεταβαίνει ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ τῶν πενήτων πρόσωπον, καί φησι·

Καὶ ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα,

ι΄. Καὶ ζήσεται εἰς τέλος.

Ὁ μέντοι πένης, φησὶν, ὁ τὸ δίκαιον φροντίζων, εἰ καὶ θλῖψιν ἔχει ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἐὰν μηδὲν ὑπὸ τῆς πενίας ἀναγκασθῇ πρᾶξαι τῶν ἀτόπων, εἰς χρηστοτέραν μεταβαίνει ζωὴν, οὐδὲν ἐκ τῆς ἐντεῦθεν πενίας παραβλαβείς, ὥσπερ οὐδὲν ὁ πλούσιος ἐκ τοῦ πλούτου ὠφεληθείς.

ια΄. Οὐκ ὄψεται καταφθορὰν, ὅταν ἴδῃ σοφοὺς ἀποθνήσκοντας·

Ἐν ταύτῃ νουθετεῖ τοὺς πένητας, μὴ δυσχεραίνειν μηδὲ τὴν ψυχὴν ἀλγεῖν, εἰ ὁρῷεν πλουσίους πονηροὺς πολλάκις ἄχρι τοῦ τέλους πλουτοῦντας· ἀναμένειν δὲ τὴν ἔκβασιν τοῦ παντὸς, ἕως ἐπελθὼν ὁ θάνατος πάσης αὐτοὺς τῆς ἔξωθεν σκηνῆς ἀπογυμνώσῃ, καὶ δείξῃ αὐτοὺς πάντων ψιλούς τε καὶ ἐρήμους· διὰ τοῦτο λέγει τὸ, οὐκ ὄψεται καταφθορὰν, ὅταν ἴδῃ σοφοὺς ἀποθνήσκοντας. Σοφοὺς ἐνταῦθα τοὺς πλουσίους καλεῖ, ἐκ τοῦ ἑβραϊκοῦ ἰδιώματος οὐκ ἐξελληνίσας τὸ ὄνομα τοῦ πλουσίου, ἀλλὰ σοφὸν αὐτὸν καλέσας. Λέγει οὖν ὅτι ὁ πένης οὐκέτι δάκνεται, ὅταν ἴδῃ καὶ τὸν πλούσιον τῷ αὐτῷ περιπίπτοντα θανάτῳ, καὶ πρὸς τὴν αὐτὴν καταφερόμενον κόνιν. Τί γὰρ λοιπὸν ἐνθυμεῖται ὁ τοιοῦτος;

Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἄφρων, καὶ ἄνους ἀπολοῦνται.

Λογίζεται γὰρ, ὅτι οὐδὲν ἀπὸ τῶν χρημάτων ἀπώνατο ὁ τοιοῦτος· ὑπὸ δὲ τῆς οἰκείας ἀφροσύνης κατακρίνεται τῷ κοινῷ θανάτῳ, καὶ τῇ κοινῇ τιμωρίᾳ περιβαλλόμενος. Καλεῖ δὲ αὐτὸν ἄφρονα διὰ τὸ ἑξῆς. τί γὰρ ἐπιφέρει;

Καὶ καταλείψουσιν ἀλλοτρίοις τὸν πλοῦτον αὐτῶν.

Πῶς γάρ, φησιν, οὐκ ἄφρων ὁ τοιοῦτος, ὃς συνήγαγε μὲν χρήματα πάμπολλα ἐξ αἰτιῶν οὐδὲ δικαίων ἔσθ' ὅτε, ἀλλὰ καὶ πολλῶν πενήτων ἐνίοτε δάκρυσιν ἀποθέμενος τὸν πλοῦτον· εἶτα συναγαγὼν ἐξ ἀνομίας χρήματα, καὶ χρηστὸν οὐδὲν ἢ περὶ ἑαυτὸν ἢ περὶ ἕτερον

ἕτερον βουλευσάμενος, κατέλιπε τὸν πλοῦτον, οὐδὲ ἐκείνοις οἷς ἐβούλετο. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπεν ἀλλοτρίοις, ἐπείπερ τὸ τοῖς οἰκείοις καταλειπεῖν καὶ καταθυμίοις φέρει τινὰ παραμυθίαν τῷ ἀποθνήσκοντι. τὸ δὲ παραπέμψαι ποτὲ ἰδόντι ἢ ἐχθροῖς ἢ οἷς οὐ γινώσκει, τοῦτο φέρει πολλὴν τὴν κατάγνωσιν τῆς ἀνοίας τοῦ οὕτω συναγαγόντος, καὶ οὕτω καταλείψαντος. Εἰπὼν οὖν ὅτι καὶ καταλείψουσιν ἀλλοτρίοις τὸν πλοῦτον αὐτῶν ἐπάγει·

ιβ΄. Καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν, οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα.

Καταλαμβάνουσι γάρ, φησι, τοὺς τάφους τοὺς κοινούς, ἀφ' ὧν οὐκ ἔστι λοιπὸν ἀναχωρῆσαι, ἀλλ' ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ φυλάττονται τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως γυμνωθέντες ἁπάντων, ἐφ' οἷς πρὸ τούτου μεγάλα ἐφρόνουν.

Σκηνώματα αὐτῶν εἰς γενεὰν καὶ γενεάν·

Τὸ αὐτὸ λέγει ὅτι καταλαμβάνουσι τὰς σκηνάς, τουτέστι τὰς οἰκήσεις τὰς αἰωνίους, ὧν οὐκ ἔστιν ἐπαναστῆναι.

Ἐπεκαλέσαντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν.

Τὸν τῦφον αὐτῶν ἐξαγορεύει ᾧ ἐχρῶντο ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν· λέγει γὰρ ὅτι καὶ τοῖς κτήμασιν αὐτῶν, καὶ τοῖς λουτροῖς, καὶ ταῖς οἰκίαις αὐτῶν, τυχὸν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις ἐπετίθεσαν τὰ ἴδια ὀνόματα, ὥστε ἐξ αὐτῶν καλεῖσθαι ἄχρι πολλοῦ· οἰόμενοι συμπαραμένειν αὐτοῖς τὰς κτήσεις, εἰ τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐπικέοιτο.

ιγ΄. Καὶ ἄνθρωπος, ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.

Ἀλλ' ὁ τοσαύτης, φησίν, ἀξιωθεὶς τιμῆς παρὰ θεοῦ ὥστε γενέσθαι λογικός, ἐπινοήσας ἑαυτὸν τρόπον τινὰ μακροβιότητα διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐπιθέσεως ἐπὶ τοῖς κτήμασιν, οὐδὲ οὕτως ᾔσθετο τοῦ τιμήσαντος, ἀλλὰ δίκην ἀλόγου τὸν βίον τὸν ἑαυτοῦ διαθείς, οὐδὲν ἔχων ἐφόδιον ἀρετῆς, οὕτω τοὺς οἰκείους κατέλαβε τάφους.

ιδ΄. Αὕτη ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκάνδαλον αὐτοῖς·

Αὕτη ἡ ὁδός, ἀντὶ τοῦ ἡ γνώμη ἡ τοιαύτη, καὶ ὁ τῦφος οὗτος ἐπήρεν αὐτούς, μηδὲν τῶν

alteri cuiquam benè conſuluerat, ne illis quidem quibus cupiebat diuitias reliquit. Idcircò enim dixit *alienis*, quandoquidem proprijs iiſque charis illas relinquere aliquam adfert morienti conſolationem. Sed cùm tranſmittantur nonnumquam vel ad inimicos, vel ad ignotos, ipſas ſic congregantis & ſic deſerentis inſaniam plurimum redarguit. Cùm igitur dixiſſet ipſos alienis diuitias ſuas relicturos, ſubiungit: PARAPHRASIS PATRVM.

12. Et ſepulchra eorum domus illorum in æternum.

Recipiunt enim, inquit, ſepulchra communia, è quibus deinceps non eſt regreſſus; ſed tamquam in carcere reſeruantur in tempus iudicij, omnibus ſpoliati in quibus ſuperbiebant.

Tabernacula eorum in progenie, & progenie:

Idem ipſum dicit, quòd recipiant tabernacula, id eſt habitacula æterna, è quibus non licet reſurgere.

* Inuocauerunt nomina ſua in terris ſuis. * *Vulgata* Vocauerũt

Superbiam eorum exaggerat quâ vſi ſunt in vita ſua: ait enim, illos poſſeſſionibus, & balneis, & domibus ſuis, fortè etiam alijs iſtiuſmodi rebus, ſua nomina impoſuiſſe, vt ab ijs longo tempore appellarentur; arbitrantes ſibi res ſuas permanere, ſi nomen eorum illis impoſitum ſit. *Superbi quærunt in terra nomen ſuum magnificari.*

13. Et homo, cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

Atqui, inquit, qui à Deo honore tanto dignus erat habitus, vt ratione præditus exiſteret; cùm ſibi quodam modo quamdam vitæ longitudinem ex nominum rebus ſuis impoſitione imaginaretur; ne ſic quidem honorantem ſe agnouit, ſed inſtar bruti vitam ſuam æſtimans, cùm nullum haberet viaticum virtutis, ſepulchra ſua inuenit. *Homo inſipiens iumento ſimilis.*

14. Hæc via illorum ſcandalum ipſis:

Hæc via, id eſt ſententia iſtiuſmodi, & hæc ſuperbia ipſos excæcauit, vt nihil *Superbia excæcat homines.*

PARAPHRASIS PATRVM.

eorum quæ decebant cogitarent, ſed brutorum mortem ſubirent; & nihil tamen hoc poſteris profuit. Quid enim ait?

Et poſteà in ore ſuo complacebunt.

DIAPSALMA.

Id eſt, poſteri etiam nullam à prædeceſſoribus vtilitatem acceperunt; ſed & ipſi ora deceſſorum approbarunt, id eſt appellationes atque cognomina, quæ poſſeſſionibus ſuis impoſuerant; quin & ipſi illas ad ſe deriuare contenderunt tamquam ſucceſſores deceſſorum. Quidni igitur poſteri ex tali ſententia commodum tulerunt? quia nimirum ſimilia paſſi ſunt. ſubiungit enim:

15. Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors * paſcet eos.

* Vulgata depaſcet

Quin & hi, inquit, ouium inſtar irrationalium coaceruati, etiam ipſi in vnum locum concurrentes, eundem cum prædeceſſoribus paſtorem nacti ſunt mortem. Et quid fit de rebus ipſorum ſecundùm iuſtum Dei iudiciũ?

Et dominabuntur eorum iuſti in matutino:

Iuſti pauperes conditionis melioris ſunt, quàm diuites iniuſti.

In matutino, id eſt citò. Et reperientur, inquit, ſibi meliùs conſuluiſſe, qui à via recta minimè receſſerunt. Nam illud *dominabuntur* idem eſt, quòd melioris conditionis reperientur hi qui prudenter vitam inſtituerunt, quàm qui imprudenter vixerunt. Siquidem, inquit, virtus eorum ſtabiliores ipſos reddit quàm illos poſſeſſiones. Quoniam cum inſipientibus euaneſcunt diuitiæ; at virtute præditos manet gloria. Quocircà ſubiungit de diuitibus:

Et auxilium eorum veteraſcet in inferno.

Auxilia diuitiarum in morte pereunt.

Auxilium eorum, id eſt, auxilium quod ipſi putabant ſe habere, (ex diuitijs inquam) reperitur ipſis inutile eſſe, præſertim tempore mortis. Quomodo, & qua ratione?

A gloria * ſua deturbati ſunt.

* Vulgata eorum, & reliqua omittit.

Pulchrè [dixit] *deturbati ſunt*: è diuitijs, tamquam è domo aliena, quodammodò exturbati, & in ſepulchra proiecti.

16. Verumtamen Deus redimet

δέοντα συνιδεῖν, ἀλλ' αὐτὸν τῶν ἀλόγων ὑποστῆναι θάνατον, καὶ ὅμως οὐδὲν ὠφελήθησαν οἱ μετὰ ταῦτα. Τί γάρ φησι;

Καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εὐδοκήσουσιν.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἀντὶ τοῦ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα οὐδὲν ἐκ τῶν προλαβόντων ὠφελήθησαν, ἀλλὰ ηὐδόκησαν καὶ αὐτοὶ τὰ στόματα τῶν ἀπελθόντων, ἀντὶ τοῦ τὰς κλήσεις καὶ τὰς ἐπονομασίας ἃς ἐπέθεντο ἐκεῖνοι ἐπὶ ταῖς ἰδίαις κτήσεσιν· ἐβιάσαντο καὶ οὗτοι μετενέγκαι εἰς ἑαυτοὺς, ὡς διάδοχοι γενόμενοι τῶν ἀπελθόντων. Τί οὖν οἱ δεύτεροι ἀπὸ τῆς τοιαύτης γνώμης οὐκ ὠφελήθησαν; ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ὅμοια πεπόνθασιν. ἐπάγει γάρ·

ιέ. Ὡς πρόβατα ἐν ᾅδῃ ἔθεντο, θάνατος ποιμανεῖ αὐτούς.

Ἀλλ' ὅμως, φησὶ, καὶ οὗτοι προβάτων δίκην ἀλόγων συναθροισθέντες, καὶ αὐτοὶ εἰς ἕνα χῶρον κατανήσαντες, ποιμένα τὸν ὅμοιον τοῖς πρὸ αὐτῶν ἔσχον θάνατον. Καὶ τί γίνεται τὰ αὐτῶν, κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ δικαίαν κρίσιν;

Καὶ κατακυριεύσουσιν αὐτῶν οἱ εὐθεῖς τὸ πρωΐ·

Τὸ πρωῒ ἀντὶ τοῦ ταχέως. καὶ εὑρίσκονται, φησι, τούτων βελτίονα καὶ κρείττονα βεβουλευμένοι, οἱ τῆς εὐθύτητος μὴ ἀναχωρήσαντες. τὸ γὰρ κατακυριεύσουσιν ἀντὶ τοῦ βελτίους εὑρεθήσονται οἱ μετὰ βουλῆς βιώσαντες, τῶν ἀβουλίᾳ συζησάντων. Τούτων γὰρ, φησιν, ἡ ἀρετὴ μονιμωτέρους, αὐτοὺς ἐργάζεται ἢ ἐκείνους ἐποίουν αἱ κτήσεις. τοῖς γὰρ ἄφροσι συναφανίζεται ὁ πλοῦτος, τοῖς δὲ τὴν ἀρετὴν τιμήσασι συμπαραμένει ἡ δόξα. Διὰ τοῦτο ἐπιφέρει περὶ τῶν πλουσίων·

Καὶ ἡ βοήθεια αὐτῶν παλαιωθήσεται ἐν τῷ ᾅδῃ.

Ἡ βοήθεια αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ, ἣν ἐκεῖνοι ἐνόμισαν ἔχειν βοήθειαν (τὴν ἐκ τοῦ πλούτου φημὶ) ἄχρηστος αὐτοῖς εὑρίσκεται μάλιστα ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θανάτου. πῶς, καὶ τίνα τὸν τρόπον;

Ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν ἐξώσθησαν.

Καλῶς τὸ ἐξώσθησαν· τρόπον τινὰ ὠθισθέντες ὡς ἐξ οἴκου ἀλλοτρίου ἐκ τοῦ πλούτου, καὶ ἀπορριφέντες εἰς τοὺς τάφους.

ιϛ'. Πλὴν ὁ θεὸς λυτρώσεται τὴν

ψυχὴν

ψυχήν μου ἐκ χειρὸς ᾅδου, ὅταν λαμβάνει με.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἀλλ᾽ οὐχ οὕτω, φησὶ, γίνεται ἐπὶ τοῦ σοφοῦ τοῦ φροντίσαντος τοῦ δικαίου· πολλοὺς γὰρ τοιούτους φησὶν ὁ δεσπότης Θεὸς τῇ οἰκείᾳ φιλανθρωπίᾳ ἀνεκαλέσατο διὰ τὴν αὐτῶν ἀρετὴν ἐκ τοῦ θανάτου, καὶ εἰς τὴν ζωὴν μετέστησεν, ὡς τὸν Ἐζεκίαν, καὶ εἴ τις τοιοῦτος. Ἐντεῦθεν λοιπὸν παραινεῖ τῷ πένητι μὴ θαυμάζειν τὸν πλοῦτον, ἐὰν μὴ παρέσεσιν ἀρετὴ τῷ πλουτεῖν, καὶ ἐπιστήμη τοῦ εἰδέναι αὐτὸν διοικεῖν. ὅθεν ἐπιφέρει.

ιζ. Μὴ φοβοῦ ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος· ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα, οἴκου αὐτοῦ.

Τὸ μὴ φοβοῦ, αὐτὶ τοῦ, μὴ οὖν ταράττου, μηδὲ θορυβοῦ, μηδὲ ἀγανάκτει ὅταν ἴδῃς περίβλεπτον τινὰ ἐπὶ πλούτῳ πολλῷ καὶ κτήσει πολλῇ. διὰ τί;

ιη. Ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα· οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ ὀπίσω αὐτοῦ.

Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ, φησὶν, ἐν τοῖς ζῶσι πλουτεῖ, διὰ τοῦτο καὶ μετὰ θάνατον εὑρεθήσεται μακαριστός· τοὐναντίον μὲν οὖν πάντα καταλείψας, ἐνταῦθα, γυμνὸς παραστήσεται τῷ βήματι τοῦ δικαστοῦ.

ιθ. Ὅτι ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ εὐλογηθήσεται· ἐξομολογήσεταί σοι, ὅταν ἀγαθύνῃς αὐτῷ.

Πολλὴν ἀσάφειαν ἔχει ὁ στίχος ἐκ τῆς μεταφορᾶς τοῦ ἑβραϊκοῦ· βούλεται γὰρ συντόμως εἰπεῖν, ὅτι ἐκεῖνο μόνον αὐτῷ εὑρεθήσεται ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ἐφ᾽ ᾧ ἂν εὑρεθείη πράξας τι ἀγαθὸν· ᾧ πάλιν εὑρίσκειν τὴν ἀνταπόδοσιν. ἐπὶ δὲ τά τι ἄλλα πάντα τί ἐπάγει;

κ. Εἰσελεύσεται ἕως γενεᾶς πατέρων αὐτοῦ·

Ὥστε, φησὶν, εἰ μὴ εὑρεθείη πράξας τι ἀγαθὸν, πλούτου ἕνεκα οὐδὲν ὠφεληθήσεται· καταλήψεται δὲ τοὺς πρὸ αὐτοῦ κειμένους ἐν κόνει ἄχρι τῆς κρίσεως. ὅθεν ἐπιφέρει·

Καὶ ἕως αἰῶνος οὐκ ὄψεται φῶς.

animam meam de manu inferi, cùm acceperit me. PARAPHRASIS PATRVM.

DIAPSALMA.

At non ſic, inquit, contingit ſapienti iuſtitiæ cultori: nam multos, inquit, iſtiuſmodi, Dominus Deus ob virtutem eorum benignitate ſuâ reuocauit à morte, & ad vitam tranſtulit, vt Ezechiam, & ſi quis ſimilis. Hinc deinceps monet pauperem, ne diuitias admiretur, ſi diuitijs non adſit virtus, & induſtria ſciendi ipſas prout expedit diſpenſare. vndè ſubiungit: *Pauperes iuſtos Deus non deſerit.*

17. Ne timueris cùm diues factus fuerit homo: & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius.

Illud *Ne timueris*, id eſt, Ne turberis, neque tumultueris, néve indigneris, quando videris quempiam diuitijs plurimis & amplâ poſſeſſione conſpicuum. Qui ſic?

18. Quoniam cùm interierit, non ſumet omnia: neque deſcendet cum eo gloria eius.

Neque enim, inquit, quia in viuis diues eſt, idcircò etiam poſt mortem beatus reperietur; ſed contrà, cùm hic omnia acceperit, nudus ſiſtetur tribunali iudicis. *Diues nudus ſiſtitur Deo iudici.*

19. Quia anima eius in vita ipſius benedicetur: confitebitur tibi, cùm benefeceris ei.

Magnam obſcuritatem habet hic verſus ex metaphora Hebraica: vult enim compendiosè dicere, illum id dumtaxat in ſæculo venturo reperturum quod benè geſſerit; quippe pro illo reperturus remunerationem. de alijs porrò omnibus quid ſubiungit? *Poſt mortem nil prodeſt præter bona opera.*

20. Introibit vſque in progenies patrum ſuorum:

Atque adeò, inquit, niſi inueniatur aliquid feciſſe boni, ex diuitijs nullum feret emolumentum; ſed inueniet deceſſores ſuos qui in puluere iacent vſque ad iudicium. vnde infert:

Et vſque in æternum non videbit lumen.

Neque

COMMENTARIVS PATRVM.

Neque proderunt illi, inquit, diuitiæ iacenti deinceps, & ſecundùm naturæ legem minimè valenti videre lumen.

21. * Et homo, cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

* Vulgata omittit Et

Repetijt id quod dixerat ſuperiùs. Quoniam, inquit, talis qui ſic moritur, vbi collegerit opes, & has minimè decenter diſpenſauerit, nihil differet à bruto: quandoquidem honorem, quem acceperat à Deo, non cognouerit, comparatus verò brutis animantibus, quibus finis viuendi tantùm eſt mors.

Οὐδὲ γὰρ ὠφελήσει τί φησιν ὁ πλοῦτος αὐτὸν κείμενον τοῦ λοιποῦ, καὶ οὐδὲ τὸ φῶς ἰδεῖν δυνάμενον κατὰ τὸν φύσεως νόμον.

κα΄. Καὶ ἄνθρωπος, ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.

Ἀνέλαβεν ὅπερ εἶπεν ἀνωτέρω. Ὥστε, φησὶν, ὁ τοιοῦτος, ὁ οὕτως ἀποθανὼν, ὁ συναγαγὼν χρήματα, καὶ μὴ διοικήσας ταῦτα δεόντως, οὐδὲν διοίσει ἀλόγου· τὴν μὲν τιμὴν ἣν ἐδέξατο παρὰ θεοῦ μὴ ἐπιγνοὺς, ὁμοιωθεὶς δὲ τοῖς ἀλόγοις, οἷς τὸ πέρας τῆς ζωῆς θάνατος μόνον.

COMMENTARIVS.

2. AVDITE HÆC OMNES GENTES.] Alius, *audite hoc, auribus percipite omnes qui habitatis orbem*; alius, *ſubterraneum locum*; alius, *latibulum, ſeu ſpecum. Quique terrigenæ & filij hominum*; alius, *& humanitas, & præterea filij vniuſcuiuſque viri. In vnum diues & pauper*; alius, *ſimul.*

Magna dicturus, conciliat attentionem.

Magna quædam & arcana modò narraturus eſt Propheta. Neque enim quotquot vbique ſunt ad audiendum vocaſſet, niſi magnum quid, & præclarum, & tanti conuentus magnitudine dignum dicturus eſſet. Neque ſolùm vocat, ſed etiam attendere iubet: non enim dixit tantùm *audite*, verùm etiam *auribus percipite*, ſiue auſcultate. quod idem eſt ac diligenter attendite, & in aures recondite. Primùm excitauit animum ad audiendum; deinde, ne quis iuxta fabulas externas putaret homines è terra germinare, quòd terrigenas appellaſſet, appoſuit *filij hominum.* Patres, inquit, vobis homines ſunt, mater autem nobis & illis terra eſt. Conſiderans igitur matrem, faſtum reprime. Tali enim auditore opus eſt. Vbi autem eiecit id quod inæqualitatem habere videbatur, ſubiungit: *In vnum diues & pauper.* Communis ſit conuentus. Vide autem qualis hic doctor, quàm dignas tanto cœtui promulgat doctrinas. Quid ait? *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam*; alius, *& cantillabit cor meũ prudentiã.* Statim extulit orationẽ. Non

β΄. ΑΚΟΥΣΑΤΕ ΤΑΥΤΑ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΘΝΗ.] Ἄλλος, ἀκούσατε τοῦτο, ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην· ἄλλος, τὴν ἐγκατάδυσιν· ἄλλος, τὴν κατάδυσιν· οἵτε γηγενεῖς καὶ οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων· ἄλλος, ἥτε ἀνθρωπότης, προσέτι δὲ καὶ υἱοὶ ἑκάστου ἀνδρός. ἐπὶ τὸ αὐτὸ πλούσιος καὶ πένης· ἄλλος, ὁμοῦ.

Μεγάλα τινὰ καὶ ἀπόρρητα μέλλει διαλέγεσθαι νῦν ὁ προφήτης. Οὐ γὰρ ἂν τοὺς πανταχοῦ ἐκάλεσεν εἰς ἀκρόασιν εἰ μὴ μέγα τι καὶ λαμπρὸν, καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ συλλόγου ἐρεῖν ἤμελλεν ἄξιον. Καὶ οὐ καλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ προσέχειν κελεύει· οὐ γὰρ εἶπεν, ἀκούσατε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐνωτίσασθε. ὃ ἴσον ἐστὶ τῷ μετὰ σπουδῆς ἀκούσατε, εἰς ὦτα ἔνθεσθε. Πρῶτον διανέστησε τὴν διάνοιαν πρὸς τὴν ἀκρόασιν· εἶτα ἵνα μὴ νομίσῃ τις κατὰ τοὺς ἔξω μύθους ἀπὸ γῆς βλαστῆσαι τοὺς ἀνθρώπους, διὰ τὸ εἰπεῖν γηγενεῖς, προστίθησιν υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Πατέρες ὑμῖν φησιν ἄνθρωποι, μήτηρ δὲ ἡμῖν κἀκείνοις ἡ γῆ. Ἐννοήσας οὖν τὴν μητέρα, κατάστειλον τὸν τῦφον. Τοιούτου γὰρ χρεία ἀκροατοῦ. Ἐκβαλὼν δὲ καὶ τὸ δοκοῦν ἔχειν ἀνωμαλίαν, ἐπάγει· Ἐπὶ τὸ αὐτὸ πλούσιος καὶ πένης. Κοινὸς ὁ σύλλογος ἔστω. Ὅρα δὲ πηλίκος ὁ διδάσκαλος, ὡς ἄξια τοσαύτης ἐκκλησίας ἐξερεύγει διδάγματα. Τί φησι; Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου σύνεσιν· ἄλλος, καὶ μινυρίσει ἡ καρδία μου σύνεσιν. Ἀνήγαγεν εὐθὺς τὸν λόγον. Οὐ περὶ χρημάτων διαλέ-

διαλέξομαι, φησιν, οὐ περί τινος ἄλλου τῶν ἐγκοσμίων, ἀλλὰ σοφίαν μέλλω μετ' ἀκριβείας ἐρεῖν. οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐπελθοῦσάν μοι. Ἄλλος· Πᾶσαν τὴν φύσιν ἐκκλησιάσας καὶ ὡς θέατρον εἰς τὸν κόσμον ὅλον περιστησάμενος, κοινὸν τὸν λόγον ἐμβοᾷ· Ἀκούσατε πάντες. Ταῖς γὰρ τρισὶ συζυγίαις πᾶσαν διαλαμβάνει γενικῶς τὴν τοῦ βίου διαφοράν. Τὰ ἔθνη πάντα, καὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν οἰκουμένην. Τῷ μὲν ὀνόματι τῶν ἐθνῶν τὰς περιγραφὰς τῶν τόπων· τῷ δὲ ἐφεξῆς τοὺς τῶν τόπων οἰκήτορας, γηγενεῖς τοὺς σαρκώδεις, καὶ χοϊκοὺς, καὶ ἀλογωτέρους λέγει· υἱοὺς δὲ ἀνθρώπων, τοὺς σωζομένους, καί τινα χαρακτῆρα διασώζοντας τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὅπερ ἐστὶν ἡ πρὸς τὸ θεῖον ὁμοίωσις. ἡ δὲ κατὰ πενίαν καὶ πλοῦτον ἀνισότης, γενικώτατόν ἐστι τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀνωμαλίας. Τίς δέ ἐστιν ὁ δημηγορῶν; Ὁ ἔχων πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως χάριν τὴν ἐκ τῆς προσοχῆς καὶ μελέτης κατορθουμένην. Πρῶτον γάρ φησι· κλινῶ, καὶ τότε ἀνοίξω. Τίς ἡ σύνεσις, τί τὸ πρόβλημα; Οὐκ οἶδέ, φησιν, ἡ τοῦ θεοῦ κτίσις πονηρὰν ἡμέραν· (πάντα γὰρ καλὰ λίαν) ἀλλ' ἡ ἁμαρτία ταύτην καὶ ὁ ὄφις πονηρὰν ἐποίησαν. εἶτα συμβουλεύει μὴ πρὸς ἄλλον λυτρωτὴν βλέπειν (ἀδελφὸς γὰρ οὐ λυτροῦται, οὔτε ἄλλος ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐὰν τις δῷ ἑαυτὸν ἐξίλασμα τῷ θεῷ) ὁρῶν τὴν τοῦ βίου ἀνωμαλίαν. Ὅτι ἀλλοτρίοις ὁ πλοῦτος καταλείπεται, αὐτοὶ δὲ τοὺς τάφους οἰκήσουσιν. ὅτι τὰ ὀνόματα αὐτῶν οὐκ ἐν οὐρανοῖς διὰ πολιτείας ὑψηλοτέρας, ἀλλ' ἐν τῇ γῇ ὀνομαστοὶ γενέσθαι ἐπόθησαν. Τούτων πάντων αἴτιον, τὸ μὴ συνιέναι τῆς ἰδίας τιμῆς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ πρὸς τὰς κτηνώδεις ἡδονὰς ἑκουσίως ἀποῤῥυῆναι. ὃ καὶ αἴτιον τῆς τῶν κακῶν εἰσόδου, τὸ ἀποκτηνωθῆναι τὸν ἄνθρωπον. Εἰς μὲν τὸ ἑτέρων ὠφέλιμον τὸ στόμα λαλείτω σοφίαν. εἰς δὲ τὴν ἡμῶν αὐτῶν προκοπὴν ἡ καρδία μελετάτω σύνεσιν· εἰ γὰρ ἐκείνη μελετᾷ σύνεσιν, οὐκ ἐξέρχονται ἐκεῖθεν διαλογισμοὶ πονηροί.

ε. ΚΛΙΝΩ ΕΙΣ ΠΑΡΑΒΟΛΗΝ ΤΟ ΟΥΣ ΜΟΥ.] Ἄλλος, παραβολῇ τὸ οὖς μου· ἄλλος, ἐν κιθάρᾳ διὰ ψαλτηρίου τὸ διήγημά μου. Ποία αὕτη ἀκολουθία; ἀντὶ γὰρ διδασκάλου, ἀκροατὴν ὁρῶ. σφόδρα συνετῶς καὶ ἀκολούθως. Ἐπεὶ γὰρ εἶπε λαλήσω σοφίαν, ἵνα μή τις ἀνθρώπινον τὸ λεγόμενον εἶναι νομι-

loquar, inquit, de pecunijs, neque de alia quapiam re mundana; ſed de ſapientia ſum exactè dicturus: quæ non temerè neque ex tempore mihi aduenit. Alius: Naturam omnem docturus, & veluti theatrum quoddam orbem vniuerſum exhibiturus, publicè ſermonem promulgat: *Audite omnes.* Tribus enim claſſibus generatim omnem complectitur vitæ differentiam. *Gentes omnes, & inhabitantes orbem.* Nomine quidem gentium, locorum deſcriptiones; illo autem quod ſequitur locorum incolas, *terrigenas*, carnales, & terrenos, ac brutales appellat; *filios* verò *hominum*, eos qui ſaluandi ſunt, & ſeruant humanæ naturæ notam, quæ eſt diuina ſimilitudo. Ea autem quæ ſecundùm paupertatem & diuitias exiſtit inæqualitas, maximè vniuerſalis inter homines. Ceterùm quis eſt hic concionator? Is qui habet ſpiritum ſapientiæ, & gratiam prudentiæ, ex attentione ac meditatione comparatam. Primum enim ait *Inclinabo*, ac tunc *aperiam.* Quis ſenſus, quæ propoſitio? Non nouit, inquit, creatura Dei diem malum; (omnia enim bona valdè;) ſed peccatum hunc & ſerpens malum reddiderunt. Deinde ſuadet non ad alium redemptorem reſpicere; (frater enim non redimit, neque alius hominum, ſed ſi quis dederit ſemetipſum propitiationem Deo;) videns vitæ inæqualitatem. Quoniam alienis diuitiæ relinquuntur, ipſi autem ſepulchra incolent; quia nomina eorum non in cælis per ſublime viuendi inſtitutum, ſed in terra celebrari deſiderant. Horum omnium cauſſa eſt; quòd homo proprium honorem non intellexerit, ſed ad pecuinas voluptates ſponte ſe deiecerit: quæ etiam cauſſa eſt ingreſſus malorum; quòd nimirum homo ad pecora degenerauerit. Ad aliorum quidem vtilitatem loquatur os ſapientiam, ad noſtrum verò ipſorum profectum, cor prudentiam meditetur: cùm enim ipſum prudentiam meditatur, non egrediuntur inde ſermones praui.

COMMENTARIVS PATRVM.

Gen. 1, 31.
Omne malum ex peccato.
Gen. 3, 6.

5. INCLINABO IN PARABOLAM AVREM MEAM.] Alius, *parabolæ aurem meam*; alius, *in cithara per pſalterium narrationem meam.* Qualis hæc ſequela? Pro doctore enim video auditorem. valdè prudenter & conſequenter. Cùm enim dixerit, Loquar ſapientiam; ne quis exiſtimaret eſſe humanum quod dici-

COMMENTARIVS PATRVM.

tur, & meditationem cordis, ipſius eſſe adinuentum, oſtendens diuina eſſe quæ dicuntur, & quæ audiuerat recenſens: *Inclinaui*, inquit, *aurem meam Deo*. Audiui ab illo, & ea quæ audiui dico. Illud *cantillabit* idem eſt quod canet. Meditationem verò, quia illa quæ à ſpiritu acceperat meditabatur, & cùm diu animo verſaſſet, alijs proferebat. Vel meditationem vocauit, ne quibuſdam videretur imparatus, ſed ex multa experientia accedere ad docendum; idcircò ait, *Inclinabo in parabolam*: id eſt, Inclinaui & ego aurem ad explanationem, & edoctus ſui (manifeſtum quòd à ſpiritu) ideò aperiam in pſalterio propoſitionem meam, ſiue quæ à ſpiritu didici cum organo, id eſt pſalterio, profero, vt cum iucunditate doceam auditores. Nihil autem proprium profero; inſtrumentum ſum gratiæ, quæ de ſurſum eſt. Vel problema eſt ſermo ſubobſcurus & ænigmaticus; parabola verò nunc eſt ſermo ſapiens, & mi-

Problema & parabola quid.

Iob 27, 1. nimè ſimilitudinarius. Tale eſt & illud, *Aſſumens parabolam ſuam, dixit*. Vel parabola ſit ſermo ænigmaticus. In pſalterio autem ſpiritalem doctrinam inſinuans, in morem quoque cantici dat conſilium, orationem reddens ſuauiorem. Quodnam eſt igitur conſilium, & quidnam ſupernè audijt? Hactenus enim exordio facto rem aggreditur, & ait per interrogationem,

6. CVR TIMEBO IN DIE MALA?] Alius, *maligni*, *mali*. Alius pro *calcanei*, *veſtigiorum meorum*. Dies mala dicitur, in qua labor nobis vel calamitas aliqua accidit, vel ærumna; talis autem eſt illa quæ manet peccatores, terribilis & intolerabilis. Oſtendit igitur etiam quæ oporteat timere, non illa quæ vulgò terribilia ſunt, paupertatem, ignominiam, morbum; quæ videntur multis grauia. Hæc vtique, inquit, minimè timenda ſunt, ſed ſolum peccatum. hoc enim ſibi vult illud: *Iniquitas calcanei mei circumdabit me*. Hæc eſt oratio ęnigmatica. Quid igitur, inquit, timebo in die mala? Vnum ſolum, ne fortè viæ meæ & vitæ iniquitas me circumdet. Solet Scriptura fraudẽ vocare calcaneum, iuxta illud: *Supplantauit enim me en altera vice*. Tale quid etiam eſt peccatum, fallax, & aptum ad arripiendum. Hoc vereor

Dies mala quæ.

Peccatum ſupplantat peccantem.

Gen. 27, 36.

Heb. 12, 1. fraudulentum, circumdans, circumſtans, vt

ση, καὶ μελέτην καρδίας αὐτοῦ εὕρημα, δεικνὺς ὅτι θεῖα τὰ λεγόμενα καὶ ἃ ἤκουσε, λέγων, Ἔκλινα φησὶ τὸ οὖς μου τῷ Θεῷ. Ἤκουσα παρ' ἐκείνου καὶ ἃ ἤκουσα, λέγω. Τὸ μινυρίσει ἀντὶ τοῦ ᾄσεται. Μελέτην δὲ λέγει, ἐπεὶ ἃ ἔλαβεν ἐκ τοῦ πνεύματος, ἐμελέτα, καὶ ἀνακινήσας, εἰς τοὺς ἄλλους ἐξέφερεν. ἢ μελέτην αὐτὸ ἐκάλεσεν, ἵνα μὴ δόξῃ τισὶν αὐτοσχεδιάζειν πρὸς τὴν διδασκαλίαν, ἀλλ' ἐκ πείρας πρὸς τοῦτο ἔρχεσθαι, διό φησι. κλινῶ εἰς παραβολὴν, ἀντὶ τοῦ ἔκλινα κἀγὼ τὸ οὖς εἰς διήγημα, καὶ ἐδιδάχθην κἀγώ. (δῆλον δὲ ὡς παρὰ τοῦ πνεύματος)· διὸ ἀνοίξω ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημά μου, ἤτοι ἃ ἔμαθον παρὰ τοῦ πνεύματος, μεθ' ὀργάνου, τουτέστι ψαλτηρίου, προσάγομαι ὥστε μετ' ἡδονῆς τοὺς ἀκούοντας παιδεῦσαι. Οὐδὲν δὲ ἴδιον φθέγγομαι. ὄργανόν εἰμι τῆς ἄνωθεν χάριτος. Ἢ πρόβλημά ἐστι λόγος συνεσκιασμένος καὶ αἰνιγματώδης. παραβολὴ δὲ νῦν ὁ σοφὸς λόγος οὐχ ὁ ὁμοιωματικός. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἀναλαβὼν τὴν παραβολὴν αὐτοῦ, εἶπεν. ἢ παραβολὴ ὁ αἰνιγματώδης λόγος. Ἐν ψαλτηρίῳ δὲ τὸ πνευματικὸν ἐμφαίνων τῆς διδασκαλίας, καὶ ἐν ᾄσματος τάξει ποιεῖται τὴν συμβουλὴν ἡδύνων τὸν λόγον. Τίς οὖν ἡ συμβουλὴ, καὶ τί ἄνωθεν ἤκουσε; προοιμιασάμενος γὰρ ἄχρι τούτου ἔχεται τοῦ πράγματος, καὶ φησὶ κατ' ἐρώτησιν,

ϛ'. ΙΝΑ ΤΙ ΦΟΒΟΥΜΑΙ ΕΝ ΗΜΕΡΑ ΠΟΝΗΡΑ;] Ἄλλος, πονηροῦ, κακοῦ. Ἄλλος ἀντὶ τοῦ πτέρνης, τῶν ἰχνῶν μου. ἡμέρα λέγεται πονηρὰ, ἐν ᾗ πόνος ἡμῖν ἢ συμφορά τις ἐπιγίνεται, ἢ περίστασις· τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ μένουσα τοὺς ἁμαρτωλοὺς. ἡ φοβερὰ καὶ ἀφόρητος. Δείκνυσιν οὖν καὶ τίνα δεῖ φοβεῖσθαι. οὐ τὰ πολλοῖς φοβερά. πενίαν, ἀδοξίαν, νόσον, ἃ δοκοῦσι τοῖς πολλοῖς φορτικά. Οὐ ταῦτα οὖν δεῖ φοβεῖσθαι, φησιν, ἀλλ' ἁμαρτίαν μόνην. τοῦτο γάρ ἐστιν· ἡ ἀνομία τῆς πτέρνης μου κυκλώσει με. Τοῦτο αἰνιγματώδης λόγος. Τί οὖν, φησι, φοβοῦμαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ; Ἓν μόνον, μήποτε ἡ ἀνομία τῆς ὁδοῦ μου, καὶ τοῦ βίου μου κυκλώσῃ με. οἶδε δὲ καὶ πτέρναν καλεῖν ἡ γραφὴ τὴν ἀπάτην. ὡς τό· Ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη δεύτερον. Τοιοῦτον δὲ καὶ ἡ ἁμαρτία, ἀπατηλὸν, καὶ ἱκανὸν συναρπάσαι. Ταύτην δέδοικα τὴν ἀπατῶσαν, τὴν κυκλοῦσαν, τὴν εὐπερίστατον, ὡς Παῦ-

Παῦλός φησι, τὴν εὐκόλως περιβάλλουσαν, τὴν γεέννῃ παραπέμπουσαν.

Ἄλλος, κατ' ἐρώτησίν φησιν ἄρχεσθαι, ἵνα καὶ ἀπόκρισιν λάβῃ, τί φοβοῦμαι; μέχρι τούτου δεῖ στίξαι. εἴ τις ἐρωτᾷ με, φησὶ, διὰ τί φοβοῦμαι, τὴν αἰτίαν θέλων γνῶναι, μαθέτω ὡς ἔστι τις ἡμέρα πονηρὰ, ἣν ἐγὼ φρίττω, ἵνα μὴ ἡ ἀνομία τῆς πτέρνης μου κυκλώσῃ με, ἤτοι ἡ παρεκτροπὴ τῆς θείας ὁδοῦ, ἣν παραβὰς τὸν θεῖον νόμον ἐποίησα παραχθεὶν μὴ ἐῶσα τὴν κόλασιν ἐκφυγεῖν. Πονηρὰν δὲ ὡς πονηρὰν τοῖς κολαζομένοις ὑπάρχουσαν. καὶ γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ἡμέραν ὀργῆς ταύτην ἐκάλεσε. Θησαυρίζεις γάρ, φησι, σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς.

ζ. Οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει.] Προσυπακουστέον τὸ ἀκούσατε. εἰπὼν γὰρ τί ἐστι φοβερὸν, ὅτι ἁμαρτία δείκνυσι λοιπὸν, ὅπως ἐστὶ χαλεπὸν, ὅτι οὐδὲ ὠνῇ χρημάτων ὑποβάλλεται, οὐδὲ συγγενεῖς ῥύεται, πλὴν εἰ μὴ παρεισελθοῦσα μετάνοια ἐπικάμψῃ πρὸς ἔλεον τὸν κριτήν. Εἰκῆ οὖν φυσᾶσθε τῷ πλούτῳ, οὐ γὰρ διαβήσεται μεθ' ὑμῶν εἰς ἐκεῖνο τὸ δικαστήριον, οὐδὲ προστήσεται οἰκειότης ἢ συγγένεια. Ἐπεὶ γὰρ ἐν δικαστηρίοις πολλοὶ διὰ τούτων τὸ δίκαιον διέφθειραν, δείκνυσι τὸ ἐκείνης τῆς ψήφου ἀδέκαστον, καὶ ὅτι καλῶς ἕνα φόβον εἶπεν φοβεῖσθαι, τὸν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας· οὔτε γὰρ δῶρα ἐκεῖ, οὐ προστασία, οὔτε συνηγορία, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων ἡ κατάκρισις, ἢ δικαίωσις. Οὐκ ἔστιν ἐκεῖ καταβαλόντα χρήματα, οὐδὲ ἐξίλασμα, οὐδὲ τιμὴν ψυχῆς σωθῆναί ποτε. εἰ δὲ ἀλλαχοῦ φίλους ποιεῖν παραινεῖ ἐκ τοῦ μαμωνᾶ, οὐδὲν ἐναντίον· ἐνταῦθα γὰρ, οὐκ ἐκεῖ τοῦτο ποιεῖν παραινεῖ. Ἐὰν δὲ ἀπέλθῃς μηδὲν ἐργασάμενος, οὐδείς σου προστήσεται. Ταῦτα δὲ ὡς κωμῳδῶν τοὺς πλουσίους φησίν. οἱ πεποιθότες, καταγελῶν καὶ καθαπτόμενος ὡς ἐπὶ σκιᾷ πεποιθόσι, καὶ ἐπὶ καπνῷ μεγαφρονοῦσι. Καλῶς δὲ εἶπεν, καὶ τὴν τιμὴν τῆς ψυχῆς τῆς λυτρώσεως αὐτοῦ οὐ δώσει. Τιμὴ γὰρ ψυχῆς, οὐδὲ ὁ κόσμος ὅλος.

η. Ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται.] Οἱ μὲν τῶν πατέρων οὐ μετὰ ἤθους ἀναγινώσκουσιν ἐρωτηματικῶς, ἀλλ' ἀποφαντικῶς, καὶ βούλονται τὸ λυτρώσεται ἄνθρωπος, τῷ κυρίῳ προσάπτειν, ὃς ἔδωκε τὸ τίμιον αἷμα ἀντίλυτρον ἡμῶν. Δοκεῖ δὲ μετὰ ἤθους ἀναγινώσκοντα οὕτω νοεῖν· εἰ ὁ μᾶλλον τῶν ἄλλων εἰς βοήθειαν

Paulus ait, facilè ambiens, in gehennam immittens. COMMENTARIVS PATRVM.

Alius ait, per interrogationem incepiſſe, ita vt acciperet reſponſum, *Cur timebo?* Hîc ponenda eſt interpunctio. Si quis roget me, inquit, cur timeam; volens cauſſam ſcire, ſciat diem quemdam eſſe malum, quem ego formido, ne fortè iniquitas calcanei mei circumdet me, ſiue auerſio diuinæ viæ, quam commiſi Dei legem violando, nec ſinit me effugere vltionem. Vocat autem malam; vt quæ mala ſit ijs qui puniendi ſunt. Quin & Paulus vocauit eam diem iræ: *Theſaurizas* enim, inquit, *tibi iram in die iræ.* Rom. 2, 5.

7. QVI CONFIDVNT IN VIRTVTE SVA.] Subaudiendum *audite*. Cùm enim dixiſſet quid timendum ſit; ceterùm oſtendit illud peccatum eſſe, quoniam graue eſt, nec vlli diuitiarum redemptioni ſubijcitur, neque ab eo liberant cognati, niſi ſuccedens pœnitentia inclinauerit iudicem ad miſerendum. Fruſtrà igitur inflamini diuitijs, quoniam non tranſibunt vobiſcum ad tribunal iſtud; neque familiaritas aut cognatio patrocinabitur. Cùm enim in iudicijs plurimi propter huiuſmodi iuſtitiam corrumpant, ſententiæ illius ſinceritatem demonſtrat, & rectè vnicum timorem, qui ex peccato eſt, metuendum dixit: ſiquidem ibi neque muneribus, neque patrocinio, neque ſuffragio locus eſt; ſed ex operibus ipſis, vel damnatio, vel iuſtificatio pendet. Ibi iam non datur ampliùs diuitiarum profuſione propitiationem aut animæ ſalutem conſequi. Quod autem alibi conſulat amicos facere de mammona, nil obſtat huic: ſiquidem hîc, non ibi, illud facere hortatur. Quòd ſi hinc deceſſeris nil operatus, nemo tibi patrocinabitur. Hæc autem ait reprehendens eos qui diuitijs confidunt, deridens & perſtringens illos, tamquã qui vmbræ confiſi ſint & fumo ſeſe extulerint. Rectè autem dixit, *Et pretium redemptionis animæ ſuæ non dabit.* Siquidem pretio animæ neq; vniuerſus ſatis eſt mundus.

Peccatum ſolum metuendum.

Diuitiæ & amici nil iuuant ſine bonis operibus defunctum.

Luc. 16, 9.

8. FRATER NON REDIMIT.] Nonnulli Patres non hoc de more legunt interrogatiuè, ſed enunciatiuè; & volunt iſtud, *redimet homo*, accommodare Domino, qui pretioſum ſuum ſanguinem pro redemptione noſtra dedit. Videtur autem de more legendo ſic intelligendum: Si is qui ceteris ad opem ferendam prom-

COMMENTARIVS PATRVM.

promptior exiſtit, adiuuare non poſſit; quiſnam alius ſufficiet auxilium? nequaquam vtique redemptionem animæ ſuæ dare poterit is qui totâ quidem vitâ ſuâ laborauerit, ſed inutiliter; vtpote qui in rebus inanibus laborauit. *Non dabit Deo placationem ſui.* Fruſtraneæne igitur & ſuperuacaneæ ſint ſanctorum preces? abſit; ſed valdè potentes ſunt, quando etiam tu illis cooperaris in hac vita pœnitentiam agendo, & eleëmoſynas largiendo. Quid enim quis poſſideat, vt ſufficientem habeat commutationem pro anima naturâ ſuâ pretioſa? Qualis verò labor ſufficiens habeat viaticum pro futuro? Quantum laborans homo dignum quid fecerit animæ futuræ? Ne quæſiueris igitur pro redemptione fratrem, vel exilem hominem; ſed hominem Deum Ieſum Chriſtum, quem propoſuit Deus propitiatorem. Frater erat Moyſes, ſed redimere minimè potuit. Illud igitur *redimet homo?* interrogatiuum eſt. Datus igitur in propitiationem pro nobis pretioſus ſanguis Chriſti, & pretio eius redempti ſumus. Quòd ſi frater non redimat; is qui redimit nos non homo, ſed Deus eſt. Frater autem non redimit, quia *vnuſquiſque propriam mercedem accipiet*; & non dabit quiſquam propitiationem ſui in illa die. Inanes igitur poſſeſſoribus ſuis diuitiæ, niſi quis ex ijs iuuetur vt prudens diſpenſator. Cùm huc vſque contra diuites egiſſet, tranſit modò ad perſonam pauperum, & ait: *Et laborauit in ſæculum, & viuet in finem*; alius, *& requieuit in ſæculum*; alius, *ſed cùm quieuerit in hoc ſæculo, viuens in æternum manebit.* Cùm locutus fuiſſet de diuitibus, & oſtendiſſet illis inde nullum fore emolumentum, deinceps dicit de ijs qui in virtute vixerãt, athletas inungẽs. Ne mihi dixeris, inquit, quòd laborem habuerit moleſtiarũ, ſed cogita fructum fore immortalẽ. Quantò igitur præſtat hîc paululùm laborãtes æternę quietis fructũ percipere, quàm hîc ſibi ad tẽpus exiguũ indulgẽtes perpetuò in doloribus verſari.

Alius. Cùm dixiſſet, quàm inutiles ſint diuitiæ, deinceps docet, quàm vtile ſit laborioſam & ſtudioſam vitam amplecti, ſemetipſum compungendo. Deinde oſtendens non tantùm inde brauiorum, ſed hinc etiam certaminis præmiorum initia, ſubiungit:

Sanctorum preces proſunt pœnitentibus.

Homo non nos redimit, ſed homo Deus, ſcilicet Chriſtus.

1. Cor. 3, 8.

Diuitiæ non proſunt, niſi prudenti diſpenſatori.

Præſentis vitæ moleſtiæ nil obſunt cæleſte præmium habituris.

ἕτοιμος, οὐ δύναται βοηθεῖν, τίς ἕτερος ἱκανὸς ἔσται βοηθεῖν; οὐδαμῶς, οὐδὲ λύτρον δοῦναι τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τοῦ κοπιάσαντος μὲν ἐν παντὶ τῷ βίῳ, εἰς ἀνόνητον δὲ ἅτε ἐπὶ ματαίοις κοπιάσαντος. Οὐ δώσει τῷ θεῷ ἐξίλασμα αὐτοῦ. Μάτην οὖν καὶ περιτταὶ αἱ τῶν ἁγίων εὐχαί; οὐχί, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἰσχύουσαι ὅταν αὐταῖς καὶ σὺ βοηθῇς, ἐνταῦθα μετανοῶν καὶ ἐλεῶν. Τί γὰρ ἄν τις κτήσαιτο, ὡς αὔταρκες ἔχειν ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς τῆς φύσει τιμίας; ποῖος δὲ κάματος αὔταρκες ἕξει ἐφόδιον τοῦ μέλλοντος; πόσα κοπιῶν ἄνθρωπος ἄξιόν τι ποιήσῃ τῆς μελλούσης ψυχῆς; Μὴ ζήτει τοίνυν εἰς ἀπολύτρωσιν ἀδελφὸν ἢ ψιλὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἄνθρωπον θεὸν Ἰησοῦν Χριστόν, ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον. Ἀδελφὸς ἦν ὁ Μωϋσῆς; ἀλλ' οὐκ ἠδύνατο λυτρώσασθαι. Τὸ λυτρώσεται οὖν ἄνθρωπος; ἐρωτηματικόν. Ἐδόθη οὖν εἰς ἐξίλασμα ἡμῶν τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ· καὶ τιμῆς ἠγοράσθημεν. εἰ δὲ ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται, ὁ λυτρωσάμενος ἡμᾶς, οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλὰ θεός. Ἀδελφὸς δὲ οὐ λυτροῦται, ἐπεὶ ἕκαστος τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται. καὶ οὐ δώσει τις ἐξίλασμα ἑαυτοῦ κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν. Μάταιος ἄρα τοῖς κεκτημένοις ὁ πλοῦτος, εἰ μή τις ἐντεῦθεν τούτῳ βοηθηθείη φρόνιμος καταστὰς οἰκονόμος. εἰπὼν μέχρι τούτου κατὰ τῶν πλουτούντων, μεταβαίνει ἐπὶ τὸ τῶν πενήτων πρόσωπον, καὶ φησί. Καὶ ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ζήσεται εἰς τέλος· ἄλλος, καὶ ἐπαύσατο εἰς τὸν αἰῶνα· ἄλλος, ἀλλ' παυσάμενος ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ ζῶν εἰς αἰῶνας διατελέσει. εἰπὼν περὶ τῶν πλουσίων, καὶ δείξας ὡς οὐδὲν κέρδος ἐκεῖθεν, λέγει λοιπὸν περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ βεβιωκότων, ἀλείφων τοὺς ἀθλητάς. Μή μοι λέγε, φησίν, ὅτι κόπον ἔχει μοχθῶν, ἀλλ' ἐννόησον τὸν καρπὸν ὅτι ἀθάνατος ἔσται, πόσῳ οὖν βέλτιον μικρὸν ἐνταῦθα πονήσαντας αἰωνίαν καρποῦσθαι ἄνεσιν, ἢ χαρισαμένους ἑαυτοῖς μικρὸν διὰ παντὸς ἐν ὀδύναις εἶναι.

Ἄλλος. εἰπὼν ὡς ἀνωφελὴς ὁ πλοῦτος διδάσκει λοιπὸν τὸ ὠφέλιμον, τὸ ἔγκοπον, καὶ ἐπίπονον κτήσασθαι βίον, τῷ ἑαυτὸν κατατῆξαι. εἶτα δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐκεῖθεν μόνον τὰ τῶν βραβείων, ἀλλὰ κἀντεῦθεν τὰ τῶν ἐπάθλων προοίμια, ἐπάγει·

ιά. ΟΥΚ ΟΨΕΤΑΙ ΚΑΤΑΦΘΟΡΑΝ, ΟΤΑΝ ΙΔΗ ΣΟΦΟΥΣ ΑΠΟΘΝΗΣΚΟΝΤΑΣ.]

15. NON VIDEBIT INTERITVM, CVM VIDERIT SAPIENTES MORIENTES.]

Ὁ γὰρ

Ὁ γὰρ φιλοσοφῶν, φησὶ, καὶ ταῖς ἐκεῖθεν ἐλπίσι τρεφόμενος, οὐδὲ τὸν θάνατον ἡγήσεται θάνατον, ἀλλ᾽ ὁρῶν ἀποθνήσκοντας, οὐ πείσεται τὰ τῶν πολλῶν. Σοφοὺς δὲ ἐνταῦθα, οὐ τοὺς ὄντας λέγει σοφοὺς, ἀλλὰ τοὺς νομιζομένους, ἢ τοὺς ἔξω, οἳ ἐμωράνθησαν.

Ἄλλως. Ὁ πένης οὐ δηχθήσεται, ὅταν ἴδῃ καὶ τὸν πλούσιον καὶ τὸν σοφὸν τοῦ αὐτοῦ περιπίπτοντα τέλει, καὶ πρὸς τὴν αὐτὴν καταφερόμενον κόνιν ἢ οὕτως. Ὁ ἀσεβὴς οὐδενὶ σωφρονίζεσθαι οἷός τέ ἐστιν, ἀλλὰ καὶ σοφοὺς ὁρῶν ἀποθνήσκοντας, οὐδὲν τῶν ἑαυτοῦ ἐπὶ τὸ ἄμεινον μεταφέρει, καταφθείρων μὲν τὰ πονηρὰ αὐτοῦ ἔργα, καὶ ἀφανίζων τὰ κρείττονα.

Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἄφρων καὶ ἄνους.] Εἶδες πῶς τοὺς περὶ τὰ χρήματα μαινομένους, καὶ πρὸς τὰ παρόντα ἐπτοημένους ἀνοήτους καλεῖ; Τί γὰρ ἀνοητότερον ἀνθρώπου πονοῦντος καὶ συνάγοντος ἑτέροις οἷς οὐκ ἐβούλετο; Τί δὲ ματαιότερον τοῦ αὐτὸν μὲν ἱδρῶτας ἀνέχεσθαι συνάγοντα ἔσθ᾽ ὅτε ἐκ πενήτων δακρύων, ἀλλοτρίοις δὲ ταῦτα θησαυρίζειν, καὶ πολεμίοις ἔσθ᾽ ὅτε; Τί δέ ἐστιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἄφρων καὶ ἄνους ἀπολοῦνται; Μετὰ τὴν ἔμπροσθεν εἰρημένων τῶν ἀσεβῶν ἀνοήτους αὐτοὺς καλῶν, λέγει τὸ καὶ τοὺς τάφους οἰκίας νομίζειν καὶ φιλονεικεῖσθαι περὶ αὐτοὺς ὅσῳ ἀνοητότερον. Ἢ τοῦτο κατὰ τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν φησὶ. νομίζουσι τὰ σώματα, τάφους, καὶ οἱ μὴ προσδοκῶντες ἀνάστασιν. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως. Ὁ μὲν ἀνόητος καὶ ἀμαθὴς ἀπολοῦνται, ἀνόητον καλῶν τὸν σοφὸν, ὡς συνιέναι τὸ δέον οὐκ ἐθελήσαντα. ἀμαθῆ δὲ τὸν σοφίας ἀμύητον, κακίᾳ δὲ πρὸς τούτῳ συζήσαντα, οἱ γυμνωθέντες ὧν εἶχον, ἀπὸ τῶν περιφανῶν οἰκιῶν τοῖς τάφοις παραπεμπόμενοι, οἰκεῖν τούτους δι᾽ αἰῶνος ἀναγκασθήσονται, ὧν οὐκ ἔστιν ἀπαναστῆναι. ἢ οὐδὲν πλέον ἢ τοὺς ἑαυτῶν τάφους ἔχουσι τὰ σώματα, ἐν οἷς ὥσπερ τάφοις αἱ ψυχαὶ κατορρύχαται· τὰ δὲ σκηνώματα αὐτῶν ἐν οἷς κατῴκουν ἑτέροις δοθήσεται εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. εἶτα καὶ ἑτέρας ἀπονοίας εἶδος προστίθησιν· Ἐπεκαλέσαντο λέγων τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν, τὸ περιτιθέναι τὰς ἐπωνυμίας τοῖς οἰκοδομήμασιν, ἀγροῖς τε λουτροῖς, καὶ τὴν σκιὰν διώκειν ἀντὶ τῆς ἀληθείας. Ἄνθρωπε, εἰ μνήμης ἐρᾷς, ἀρετῆς ἐπιμελοῦ· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀείμνηστον ὄνομα ποιεῖ. Πόσοι βασιλεῖς ἐπ᾽ ὀνόματι πόλεις ἀνέστησαν, ἀλλὰ σεσι-

Qui enim, inquit, philoſophatur, & ſpebus exinde alitur, mortem quoque non putabit mortem; ſed cùm viderit morientes, non patietur illa quæ multi. *Sapientes* autẽ hîc non vocat eos qui verè tales ſunt, ſed qui iſtiuſmodi putantur; ſiue extraneos, qui infatuati ſunt. COMMENTARIVS PATRVM.

Aliter. Pauper non oſtendetur, quando viderit etiam diuitem & ſapientem eidem fini coincidentem, & ad eumdem puluerem vergentem. vel ſic. Impius nullâ re ſapiens reddi poteſt; quin imò cùm ſapientes viderit morientes, nequidquam in melius ſua transfert, dum quidem praua ſua opera corrumpit, proba verò facta extinguit. *Impius omnia corrumpit.*

Simvl insipiens et stvltvs.]. Viden' vt diuitiarum ſtudio inſanientes, & rebus præſentibus ſtupidè inhærentes, ſtultos appellet? Quid enim ſtultius homine laborante, & alijs, quibus non volebat, congregante? Quid verò vanius, quàm eumdem ſudores ſuſtinere ex pauperum quandoque lacrymis congregando; alienis verò hæc ipſa theſaurizare, & nonnumquam inimicis? Quid porrò illud, *Simul inſipiens & ſtultus peribunt?* Cùm prædictos impios ſtultos nuncupaſſet, ait, quòd etiam ſepulchra domus arbitrarentur, &, quod ſtultius eſt, de ijs contenderent. Vel hoc ſecundùm illorum opinionem ait: Corpora etiam ſua ſepulchra exiſtimant, qui non expectant reſurrectionem. Symmachus autem ſic legit, *Simul ſtultus & indoctus peribunt*, ſtultum vocans ſapientem, vt qui id quod decebat intelligere noluerit; indoctum verò ſapientiæ expertem, atque in malitia inſuper viuentem; qui ijs quæ habebant exuti, è ſuperbis ædibus ad ſepulchra delati, eadem inhabitare cogentur in æternum, è quibus non licet ipſis reſurgere. Siue nil ipſis ſupereſt præter ſepulchra, quæ ſunt eorum corpora; in quibus non ſecùs atque in ſepulchris animæ ipſorum defodiuntur; tabernacula verò eorum in quibus habitauerant, dabuntur alijs in progeniem & progeniem. Deinde etiam alterius ſtultitiæ ſpeciem adiungit, dicens: *Inuocauerunt nomina ſua in terris ſuis*; imponendo ſcilicet nomina ſua domibus, agris & balneis, atque vmbram pro veritate ſectando. O homo, ſi memoriã amas, virtuti ſtude: nihil enim æquè memoriæ perpetuitatem nomini adfert. Quot Reges in ſuo nomine ciuitates erexerunt, & ſilen- *Stultus eſt qui diuitijs inhiat.* Verſ. 12. *Virtus ſola nominis adfert claritudinem.*

COMMENTARIVS PATRVM.

tio premuntur; Petrus verò piſcator ſupra ſolem lucet? Atqui poſt mortem non ſolùm te illuſtrem hæc non facient; ſed etiam irridendam tuam auaritiam, quç lapſu temporis obliuioni dari poterat, obliuionem capere non ſinunt. Eorum igitur faſtum, quo vſi ſunt, exaggerans, hæc ait: vel quia nomen impij non deſcribitur in libro viuentium, neque cælitibus annumeratur; ſed eorum nomina in terra manent, quam æternis bonis prætulerunt; neque à virtutibus, ſed à terrenis rebus nomen ſortiuntur. Deinde quaſi deplorans Propheta, quòd animal particeps rationis, ad regnandum ordinatum, ad brutorum vilitatem ſe deiecerit, ait:

13. HOMO CVM IN HONORE ESSET, NON INTELLEXIT. Honor enim hominis eſt virtus, ac futurorum meditatio; ſed qui, inquit, tanto honore dignus erat habitus, ad brutorum ſimilitudinem deiectus eſt. Opportunè enim hoc infertur: nam ſi intellexiſſet, manſiſſet vtique in paradiſo, ſeruans illud quod ad ſimilitudinem acceperat, neque iſtud *terra es* audiuiſſet. Ceterùm brutis ipſum comparat, quoniam inſipientiæ iugo ſe ſubmittens, ipſis brutis deteriùs agitur. Cùm autem mentis ipſorum craſſitudinem anteà narraſſet; ad terrena propenſionem amplificare volens, hanc infert reprehenſionem. At qualem ait honorem? *Omnia*, inquit, *ſubiecisti ſub pedibus eius.* Maximus vtique honor erat, omnium rerum viſibilium ipſi ſceptra committi: quem honorem non æſtimans, & tantam nobilitatem prodens, ad brutales ſponte ſuâ proruit affectiones. Iſtiuſmodi ſanè, qui corruptam vitam agunt, ſunt lupi propter malignitatem, aſini propter ſtoliditatem, canes propter impudentiam effecti.

Honor hominis virtus.

Pſal. 8. 7.

14. HÆC VIA ILLORVM SCANDALVM.] Qualis via? ſtudium circa talia, labor inanis, diuitiarum inſania, inſatiabilis gloriæ ebrietas, etiam ante futurum ſupplicium, ipſis haud paruo ſcandalo ſunt & impedimento ad virtutem exercendam, dum ſibi vincula compedeſque inijciunt. Vel viam vocat cuiuſque vitam; quoniam inſipientibus vitæ ipſorum tempus ſcandalum & impedimentum extitit ſalutis. Hanc enim ſibi ipſis aſperam fecerunt: verumtamen inpræſentiarum quidem ſcandala non percipiunt; poſteà verò *in ore ſuo compla-*

Studium diuitiarum inordinatum ſcandalo & impedimento eſt ad ſalutem.

γλῶν)· ὁ δὲ ἁλιεὺς Πέτρος ὑπὲρ ἥλιον λάμπει; Καὶ μετὰ τελευτὴν, οὐ μόνον σε λαμπρὸν ταῦτα οὐ θήσουσιν, ἀλλὰ καὶ καταγέλαστον τὴν πλεονεξίαν σου λήθην δυναμένην σβεσθῆναι τῷ χρόνῳ, λαβεῖν οὐκ ἐῶσι. Ἐξαγορεύων οὖν τὸν τῦφον ᾧ χρῶνται, ταῦτα φησιν, ἢ ἐπεὶ οὐκ ἐγγράφεται ἀσεβοῦς ὄνομα ἐν βίβλῳ ζώντων, οὐδὲ ἀριθμεῖται μετὰ τῶν ἐν οὐρανοῖς, ἀλλὰ τῇ γῇ αὐτῶν ἐναπομένει τὰ ὀνόματα, ἣν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν προετίμησαν, οὐδὲ ἀπὸ ἀρετῶν ὀνομάζονται, ἀλλ' ἀπὸ γηΐνων πραγμάτων. εἶτα ὥσπερ ἀποδυρόμενος ὁ προφήτης, ὅτι τὸ λογικὸν ζῶον τὸ βασιλεύειν ταχθὲν, πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων εὐτέλειαν ἐξώκειλε, φησιν·

ιγ'. ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΕΝ ΤΙΜΗ ΩΝ, ΟΥ ΣΥΝΗΚΕ.] Τιμὴ γὰρ ἀνθρώπου ἀρετὴ, καὶ τὸ περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφεῖν· ἀλλ' ὁ τοσαύτης ἀξιωθεὶς φησι τιμῆς, πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων ἀπήχθη ὁμοίωσιν. Εὐκαίρως γὰρ ἐπήχθη τοῦτο· εἰ γὰρ συνῆκεν ἔμεινεν ἂν ἐν παραδείσῳ τὸ κατ' εἰκόνα τηρῶν, καὶ τὸ γῆ εἶ οὐκ ἂν ἤκουσεν. Ἀλόγοις δὲ αὐτὸν παρεικάζει, ἐπεὶ πρὸς τὸν τῆς ἀνοίας ζυγὸν ὑποθεὶς ἑαυτὸν, ἄγεται χεῖρον ἀλόγων. Ἐπεὶ γὰρ προεῖπεν αὐτῶν τὸ παχὺ τῆς διανοίας, τὸ χαμαίζηλον αὐξῆσαι βουλόμενος τὴν κατηγορίαν λέγει τοῦτο. Καὶ ποίαν λέγει τιμήν; τὸ πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Μεγίστη γὰρ τοῦτο τιμὴ τὸ τῶν ὁρωμένων ἁπάντων τὰ σκῆπτρα αὐτῷ ἐπιρρῖψαι, ἧς ἀλογήσας, καὶ τὴν τοσαύτην εὐγένειαν προδοὺς, πρὸς τὰ ἄλογα ηὐτομόλησε πάθη. Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ βίῳ διεφθαρμένῳ συζῶντες λύκοι διὰ τῆς πονηρίας, ὄνοι διὰ τῆς ἀνοίας, κύνες, διὰ τῆς ἀναισχυντίας γινόμενοι.

ιδ'. ΑΥΤΗ Η ΟΔΟΣ ΑΥΤΩΝ ΣΚΑΝΔΑΛΟΝ.] Ποία ὁδός; ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδὴ, ἡ ματαιοπονία, ἡ τῶν χρημάτων μανία, ἡ τῆς δόξης ἀκόρεστος μέθη, καὶ πρὸ τῆς μελλούσης κολάσεως σκάνδαλον αὐτοῖς γίνεται οὐ μικρὸν, καὶ ἐμπόδιον πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν, ἑαυτοὺς δεσμοῦσι, ἑαυτοὺς συμποδίζουσιν. Ἢ ὁδὸν λέγει τὸν βίον ἑκάστου· ὅτι τοῖς ἀνοήτοις ὁ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνος, σκάνδαλον καὶ ἐμπόδιον γέγονε τῆς σωτηρίας. Τραχεῖαν γὰρ αὐτὴν ἑαυτοῖς κατεσκεύασαν. ἀλλὰ νῦν μὲν οὐκ αἰσθάνονται τῶν σκανδάλων, μετὰ ταῦτα δὲ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εὐδοκή-

cuunt,

σουσιν, ὅτι μὴ ἔστι μετανοίας καιρός. Ὁ Σύμμαχος· αὕτη φησὶν ἡ ὁδὸς αὐτῶν ἀγνοίας αὐτοῖς. ἢ τὸ εὐδοκήσουσιν. ἀντὶ τοῦ· τὸ δὲ χαλεπώτατον, ὅτι ἀνίατα νοσοῦσι· μακαρίζουσι γὰρ ἑαυτοὺς, καὶ ἀρέσκονται τοῖς πραττομένοις. Κακία δὲ ἐπαινουμένη ἡλίκην λαμβάνει προσθήκην; εἰ γὰρ κακιζομένη, μισουμένη, ἐλεγχομένη, ξαινομένη ὑπὸ τοῦ συνειδότος, οὕτως αὔξει ἀναισχύντως, ὅταν μὴ τὰ κωλύοντα αὐτὴν μόνον μὴ ᾖ, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ πρᾶξαι ἐπαινῶσι τὰ γεγενημένα, πῶς οὐκ ἂν ἐκτραπείη; Οὕτως εἰσί, φησι, παραπλῆγες, ὡς μετὰ τὴν πρᾶξιν τῆς ἁμαρτίας, ὅτε ἔδει αἰσχύνεσθαι, γαυροῦνται, τοῖς γεγενημένοις ἀρέσκονται. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἁμαρτία, πρὸ μὲν τοῦ πραχθῆναι συσκιάζει τὸ ἑαυτῆς εἰδεχθές. τῇ μέθῃ τῆς ἡδονῆς τὸ βδελυρὸν περιστέλλουσα. μετὰ δὲ τὴν πρᾶξιν ἀναχωρούσης τῆς ἡδονῆς, τότε φαίνεται αὐτῆς τὸ βλαβερόν. Οἱ δὲ δέον κἂν τότε στενάξαι, τότε μειζόνως νοσοῦσιν. ἔστι καὶ ἑτέρα γραφὴ, εὐλογήσουσιν, ἀντὶ τοῦ καταράσονται. Ἀπολοῦνται γάρ, φησι, πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν. ἐπεὶ οὖν τὰ παρ' ἐκείνων οἴχεται, ἕπεται τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ λοιπόν· τῇ παρ' αὐτοῦ γὰρ τιμωρίᾳ παραδίδονται. φησι γάρ·

ιέ. ΩΣ ΠΡΟΒΑΤΑ ΕΝ ΑΔΗ ΕΘΕΤΟ.] Οὐ τὸ ἥμερον αὐτῶν διὰ τοῦ ὀνόματος δηλοῖ· (τί γὰρ ἐκείνων ἀγριώτερον; οἱ παρεῖδον μὲν γαστέρας τηκομένας λιμῷ, ἐκαλλώπιζον δὲ οἴκους φθορᾷ καὶ σκώληκι) ἀλλὰ τὸ εὔκολον αὐτῶν τῆς ἀπωλείας τὸ εὐχείρωτον παριστάς, οὕτως κατακοπήσονται, φησιν, οὕτως ἀπολοῦνται ἄρδην, καὶ εἰς τὸν ᾅδην ἀπελεύσονται ῥᾳδίως ἀπονητὶ, ὡσανεὶ πρόβατα κοπτόμενα. Καὶ τὸ εἰς ᾅδην δὲ πληκτικώτερον. Οὐ γὰρ εἰς κόλπους Ἀβραὰμ, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς κολάσεως ὄνομα· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπὶ κακῷ. Θάνατος γὰρ ποιμανεῖ αὐτούς. ἐνταῦθα θάνατον δοκεῖ λέγειν τὴν ἀπώλειαν, καὶ τὴν ἐκεῖ τιμωρίαν. Ἐπιμένων δὲ τῇ τροπῇ, ἐπειδὴ εἶπεν πρόβατα, ἔδειξε αὐτῶν καὶ τὸν ποιμένα. Τίς δὲ οὗτος, ὁ σκώληξ ὁ ἰοβόλος, τὸ σκότος τὸ ἀτελεύτητον, τὰ λοιπά.

Ἄλλος. εἰπὼν τὰ περὶ τοῦ θανάτου τῶν ἀσεβῶν, νῦν φησιν οἷα πείσονται ἐν τῷ ᾅδῃ ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινόμενοι. Κατὰ δὲ Σύμμαχον βοσκήματα ᾅδου ἔταξαν ἑαυτούς. οὐ γὰρ

cebunt, quando non ſuppetit tempus pœnitendi. Symmachus: *Hæc*, inquit, *via illorum inſcitiæ ipſis*. vel illud *complacebunt*. ac ſi dicat: Hoc autem grauiſſimum eſt, quòd laborent morbo non medicabili: nam beatos ſemetipſos prædicant, & complacent ſibi in factis ſuis. Malitia autem laudata quale non accipit incrementum? Nam ſi dum malè tractatur, odio habetur, increpatur, à conſcientia vapulat, adeò impudenter pullulat, quando non tantùm non adfuerint, illa quæ ipſam coërceant; ſed inſuper poſt patrationem ſceleris adſint laudatores, quónam non exorbitabit? Adeò, inquit, ſunt vecordes, vt poſt criminis perpetrationem, quando erubeſcere oportuit, inſoleſcant in facto ſuo complacentes. Iſtiuſmodi enim eſt peccatum, vt, antequam patretur, turpitudinem ſuam obumbret, voluptatis ebrietate abominationem ſuam cooperiens; poſtquam autem patratum fuerit, voluptate recedente, tum demum eius noxa apparet. Qui autem vel tum ingemiſcere debuerant, tunc magis laborant. Eſt etiam alia lectio, *benedicent*, pro maledicent. *Peribunt* enim, inquit, *omnes cogitationes eorum*. Vbi igitur quę illorum erant ceſſerint, ſequuntur illa quæ à Deo ſunt: ab illo enim ſupplicio tradentur. ait enim:

Malitia laudata mala.

15. SICVT OVES IN INFERNO POSITI SVNT.] Haudquaquam manſuetudinem eorum per nomen hoc ſignificat; (quid enim illis efferatius? qui ventres quidem fame tabeſcentes deſpexerunt, adornabant verò domos corruptione & verme;) ſed facilitatem ac promptitudinem interitus eorum deſignans, ſic excindentur, inquit, ſic perdentur penitus, & facilè ad infernum abibunt abſque labore, tamquam oues quæ mactantur. Illud autem *in inferno* comminatorium eſt: non enim pro ſinu Abrahæ, ſed pro ſupplicij loco id nomen accepit; & non tantùm hoc, ſed etiam in malum. Nam *mors depaſcet eos*. Hîc mortem videtur dicere interitum, & ſupplicium quod ibi ſumitur. Ceterùm figuræ inhærens, cùm dixiſſet *oues*, oſtendit quoque paſtorem eorumdem. Quis autem iſte? vermis venenatus, tenebræ perpetuæ, & cetera.

Impij ad infernum properant.

Alius. Cùm dixiſſet illa quæ mortẽ impiorũ antecedũt, modò ait qualia in inferno ſub illo duce paſſuri ſint. Iuxta Symmachũ, pabula inferni cõſtituerũt ſemetipſos. Non enim

bono

COMMENTARIVS PATRVM.

bono paſtori ſubeſſe voluerunt. Pro *poſiti ſunt*, Theodotion, *collocabuntur*; Symmachus, *poſuerunt ſemetipſos*.

Iuſti impijs dominabuntur in ſeculo futuro.

ET DOMINABVNTVR EORVM.] Vel in præſentiarum tradit iſtiuſmodi vilitatem & contemptibilitatem, quòd quamuis millia poſſederint, quamuis principatum obtinuerint, ijs tamen tamquam ſeruis dominentur hi qui virtutem coluerunt; non ſecùs ac Ioſeph, cùm ſeruus eſſet, Ægyptiæ terræ dominatus eſt. *Et auxilium eorum veteraſcet in inferno*, hoc eſt infirmitate. Non ſolùm, inquit, hinc captu faciles erunt, neminè defendente, ſed neque ibi habebunt, qui manum porrigat.

Alius. Atqui impiorum quidem talis eſt finis. Ceterùm viri pij iſto tempore matutino & nouæ lucis ortu digni habiti, dominabũtur impijs, vel, iuxta Aquilam, *imperabunt*; vel, iuxta Symmachum, *ſubijcient illos*. Impios enim qui hîc rectos humiliarunt, ibi ſuperabunt. Et meam quoque hæc dicentis animam liberabit, ne ſimul cum impijs abducar; ſed in alijs locis ac gregibus verſer. *Et auxilium eorum veteraſcet*. Auxilium vocat amicos, iuxta quod dictum eſt, Diues cùm conquaſſatus fuerit, firmatur ab amicis. Similiter enim etiam amici impij in inferno veteraſcunt, cùm ſolus Deus ibi nobis per viſcera miſericordiæ auxilio eſſe poſſit. Aquila verò pro *auxilium* legit, *Character illorum teret infernum de habitaculo eorum. Character illorum*, quem in ſemetipſis expreſſerunt, illud quod ad ſimilitudinem erat abolentes, & brutorum prauitatem imitantes, conterentur. Secundum Symmachum verò, *potentiam eorum antiquabit infernus*. Ab habitatione honorifica antiquabitur, id eſt abolebitur, & à gloria quam habuerant in hoc mundo migrabunt ad ignominiam. Excident itaque ab eo quod maximè concupiuerant, & propter quod omnia moliti fuerant; vt nimirum poſt obitum gloriam adipiſcerentur per ſepulchra & ædificia. Ceterùm illorum quidem ſunt huiuſmodi, ignominia, pudor, mors, ſupplicium perpetuum; noſtra verò è diuerſo, libertas, gloria. Manum autem inferi, vocat mortis imperium. Viſus eſt autem prædicere Domini reſurrectionem: qui cùm deſcendit ad infernum, extraxit nos manibus ſuis, ſcilicet de eius poteſtate,

Auxilium impiorum veteraſcit.

ὑπὸ τῷ καλῷ ποιμένι ἠθέλησαν τάττεσθαι. ἀντὶ δὲ τοῦ ἔθεντο, Θεοδοτίων, κατακλιθήσονται· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἔταξαν ἑαυτούς.

ΚΑΙ ΚΑΤΑΚΥΡΙΕΥΣΟΥΣΙΝ ΑΥΤΩΝ.] Ἤτοι ἐν τῷ παρόντι λέγει τὴν τοιαύτην εὐτέλειαν καὶ τὸ εὐκαταφρόνητον, ὅτι κἂν μυρία πλουτῶσι, κἂν δυναστείαν περιβέβληνται, ἐν ἀνδραπόδων μοίρᾳ τοῖς ἀρετὴν μετιοῦσιν εἰσὶ κατακυριευόμενοι. ὡς τῆς αἰγυπτίας ἐκυρίευσεν ὁ Ἰωσὴφ δοῦλος ὤν. Καὶ ἡ βοήθεια αὐτῶν παλαιωθήσεται ἐν τῷ ᾅδῃ τουτέστιν ἀσθενήσει. Οὐ μόνον, φησὶν, ἐντεῦθεν εὐχείρωτοι ἔσονται, μηδενὸς ἀμύνοντος, ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖ ἕξουσί τινα τὴν χεῖρα ὀρέγοντα.

Ἄλλος. Ἀλλὰ τῶν μὲν ἀσεβῶν τοιοῦτο τὸ τέλος. οἱ δὲ εὐσεβεῖς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πρωΐας ἀξιωθέντες, καὶ ἀνατολῆς νέου φωτὸς τῶν ἀσεβῶν κατακυριεύσουσιν· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν κρατήσουσιν· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον ὑποτάξουσιν αὐτούς. Τῶν γὰρ ἐνταῦθα ταπεινωσάντων τοὺς εὐθεῖς ἀσεβῶν, ἐκεῖ κρατήσουσι. Κἀμοῦ δὲ τοῦ ταῦτα λέγοντος ῥύσεται τὴν ψυχὴν, πρὸς τὸ μὴ συναπαχθῆναι τοῖς ἀσεβέσιν, ἀλλ' ἐν ἑτέροις εἶναι χωρίοις τε καὶ ποιμνίοις. Καὶ ἡ βοήθεια αὐτῶν παλαιωθήσεται. Τὴν βοήθειαν τοὺς φίλους φησὶ, καθὸ εἴρηται πλούσιος σαλευόμενος στηρίζεται ὑπὸ φίλων. ὁμοίως γὰρ καὶ οἱ φίλοι τοῦ ἀσεβοῦς ἐν ᾅδῃ παλαιοῦνται, μόνου θεοῦ ἐκεῖ ἡμῖν διὰ σπλάγχνα ἐλέους βοηθεῖν δυναμένου. Ὁ δὲ Ἀκύλας ἀντὶ τοῦ βοήθεια, χαρακτὴρ αὐτῶν κατατρίψει ᾅδην ἐκ κατοικητηρίου αὐτῶν. Ὁ χαρακτὴρ αὐτῶν, ὃν ἐν ἑαυτοῖς ἐξετύπωσαν, τὸ κατ' εἰκόνα ἀφανίσαντες, καὶ ἀλόγων μοχθηρίαν μιμησάμενοι συντριβήσονται. Κατὰ δὲ Σύμμαχον τὸ κράτος αὐτῶν παλαιώσει ᾅδης. Ἀπὸ τῆς οἰκήσεως τῆς ἐντίμου παλαιωθήσεται, ἀντὶ τοῦ ἀφανισθήσεται. καὶ ἀπὸ δόξης ἧς εἶχον ἐν τῷ κόσμῳ μετοιχήσονται πρὸς ἀτιμίαν. ἐκπεσοῦνται δὲ οὗ μάλιστα ἐπεθύμουν, καὶ δι' ὃ πάντα ἐπραγματεύοντο, ὥστε καὶ μετὰ τελευτὴν ἀπολαύειν δόξης, διὰ τῶν τάφων τῶν οἰκοδομημάτων. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκείνων τοιαῦτα ἀτιμία, αἰσχύνη, θάνατος, τιμωρία διηνεκής. Τὰ δὲ ἡμέτερα τοὐναντίον, ἐλευθερία, δόξα. χεῖρα δὲ ᾅδου τὴν ἐπικράτειαν τοῦ θανάτου φησίν. ἔοικε δὲ τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν προαναφωνεῖν, ὃς κατελθὼν ἐν τῷ ᾅδῃ ἐξέσπασεν ἡμᾶς τῶν χειρῶν αὐτοῦ,

ἤτοι

ἤτοι τῆς δυναστείας διὰ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἁγίας σαρκὸς αὐτοῦ γνωρίσας ἡμῖν καὶ ὁδοὺς ζωῆς.

ιζʹ. Μη φοβου οταν πλουτηση.] Τούτων οὕτως ἐχόντων, τί φοβῇ τὸν εὔπορον; τί σε λυπεῖ πενία; ἤκουσας τὰ περὶ ἀναστάσεως, τὰ περὶ τῆς τῶν ἀγαθῶν λήξεως, καὶ τῶν πονηρῶν τιμωρίας· μὴ οὖν ταράττου, μηδὲ ἀσχάλλε, ὅταν ἴδῃς περίβλεπτόν τινα ἐπὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ· πάντα γὰρ τὰ ἄλλα ἀφεὶς ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν τῶν κακῶν ἐπεπήδησε τὴν τοῦ πλούτου ἐπιθυμίαν, ἧς καταβληθείσης, καὶ τὰ ἄλλα συγκαταλύεται. Διὰ τί δὲ λέγει, μὴ ταράττου; Ὅτι, φησὶν, οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν, λήψεται τὰ πάντα. Τὴν αἰτίαν τιθεὶς τοῦ μὴ δεδοικέναι τὰ πρόσκαιρα· ἦλθε, φησι, ὁ θάνατος, καὶ τὴν ῥίζαν ἔτεμε, καὶ ἡ κόμη τῶν φύλλων ἅπασα κατελύθη. οὐ μόνον δὲ ἐκ τοῦ μὴ συναποδημεῖν τὸν πλοῦτον ἔπληξεν, ἀλλὰ κἀνταῦθα πάσης αὐτὸν γυμνοῖ τῆς φαντασίας. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα αὐτοῦ, ἀλλ' ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ. Ταῦτα γὰρ οἶκοι, περίπατοι, τάπητες, ἀργύριον χρυσίον, ἱμάτια, ἡμίονοι, οἴκου δόξα εἰσὶν, οὐ τοῦ τὸν οἶκον οἰκοῦντος ἀνθρώπου. Τούτου γὰρ δόξα ἀρετὴ, ἡ καὶ συναποδημοῦσα αὐτῷ. Τοῦτο δὲ μόνον ἔδοξε κερδαίνειν ὁ ἄθλιος ἀπὸ τοῦ πλούτου αὐτοῦ, τὸ ἀπατηθῆναι τὴν ψυχὴν ἐν τῇ θνητῇ ταύτῃ καὶ προσκαίρῳ ζωῇ δόξασαν εὐλογίας τινὸς μετειληφέναι παρὰ τοῖς ἀνοήτοις, ἐκείνων ἐπαινούντων καὶ εὐδαιμονιζόντων, ἐφ' οἷς ἔδοξεν ἔχειν ἀγαθοῖς. ἡ δὲ ἀληθὴς εὐλογία πνευματικὴ, ἐστὶν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Ἐπεὶ οὖν τοῦτο μάλιστα τοῖς πλουσίοις περιεσπούδασται, αἱ κατ' ἀγορὰν κολακεῖαι τὰ ὑποκρίσεως γέμοντα ἐγκώμια, ὅρα πῶς καθαιρεῖ καὶ τοῦτο ἀπὸ τοῦ χρόνου. Ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ, φησιν, αὗται αἱ θεραπεῖαι καὶ τὸ εὐλογεῖσθαι αὐτόν· μετὰ δὲ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο ὡς πρόσκαιρον καταλύεται.

ιθʹ. Εξομολογησεται σοι οταν αγαθυνης αυτω.] Ὅρα πῶς καὶ τὰς εὐεργεσίας αὐτῶν διαβάλλει. Σὺ μὲν κολακεύεις, καὶ θεραπεύεις ὑποκρινόμενος· ἐκεῖνος δὲ χάριτά σοι ὁμολογήσει, ὀνινάμενος παρά σου. τὸ τὰ ἀρέσκοντα αὐτῷ ποιεῖν. τότε γὰρ εὐχαριστήσει σοί, φησι· (τοῦτο γὰρ τὸ ἐξομολογήσεται·) οὐχ ὅταν τι χρήσιμον ἐργάσῃ, ἀλλ' ὅταν τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ καὶ κατὰ γνώμην ὑπηρετήσῃς· τί οὖν, φησι, τὴν τοῦ τοιούτου φιλίαν

per reſurrectionem ſanctæ carnis ſuæ vitæ quoque vias nobis notas reddens. COMMENTARIVS PATRVM.

17. Ne timveris cvm dives factvs fverit.] Cùm hæc ita ſe habeant, quid vereris opulentum? quid te contriſtat paupertas? Audiſti quæ ſunt de reſurrectione, de proborum requie, atque ſupplicijs improborum: ne igitur turberis, neque ægrè feras, cùm videris quempiam diuitijs & honore conſpicuum: nam, omnibus alijs dimiſſis, in malorum arcem, diuitiarum cupiditatem inſilijt; quâ deiectâ, ſimul etiam alia diſſoluuntur. Ad quid autē ait, *Ne turberis? Quoniam*, inquit, *cùm interierit, non ſumet omnia.* Cauſſam ponens, cur non formidanda ſint temporanea. Venit, inquit, mors, & radicem ſuccidit, atque omnis foliorum coma diſſoluta eſt. Non ſolùm autem ex eo quòd diuitiæ non vnà comitentur illas perſtrinxit; ſed hîc etiam omnem illarum eximit phantaſiam. Non enim dixit, Quando multiplicata fuerit gloria eius, ſed *gloria domus eius.* Hæc enim, ſcilicet domus, ambulacra, tapetes, argentum, aurum, veſtimenta, muli, domus gloria ſunt, non hominis domum inhabitantis. Huius enim gloria virtus exiſtit, quæ etiam ipſum concomitatur. Hoc autem ſolùm viſus eſt lucrari miſer ex diuitijs ſuis, quòd anima eius decepta ſit in mortali hac & temporaria vita; dum videtur ab inſipientibus benedictionem aliquam accepiſſe, quando ipſum laudabant, & felicem prædicabant ob bona quæ habere videbatur. Attamen vera benedictio ſpiritalis exiſtit in cæleſtibus, in vita eius. Cùm igitur hoc maximè diuitibus curæ fuerit, vt in foro adulationis ac ſimulationis plena encomia referrent, vide vt etiam hoc cum tempore deficiat. In vita, inquit, ipſius hæc obſequia & benedictiones durabant: verùm vnà cum reliquis etiam hoc deficit.

Non ægrè ferendum, quòd impij diuitijs & honore conſpicui ſint.

Diuitiæ non ſunt hominis gloria, ſed domus.

19. Confitebitvr tibi cvm benefeceris ei.] Vide quomodo etiam beneficia ipſorum perſtringat. Tu quidem adularis, & ſeruis ſimulando; ille verò tibi grata confitebitur, dum à te commodum percipit, quod ipſi placita facias. Tunc enim, inquit, tibi gratias aget; (nam hoc eſt *confitebitur*;) non quando quidpiam vtile operatus fueris, ſed quando ipſi placentia & ex animi ſenſu ſuggeſſeris. Quid igitur, inquit, iſtiuſmodi amicitiam magni

Non magni æſtimanda diuitum amicitia.

COMMENTARIVS PATRVM.

magni facis, qui dum adhuc viueret ingratus eſt, & vbi mortuus fuerit, non comparebit. Vel cùm, inquit, omnia duxerit eſſe temporaria, tum tibi creatori talis gratiam referet, quando res ipſi fuerint multiplicatæ. Clariùs autem Symmachus dixit, *Laudabunt te cùm benè tibi ipſi feceris.* Hæc enim laus vera eſt, ſi non ſolùm viuens, ſed & moriens beatus prædicetur, vt qui ad propriam vtilitatem diuitias diſpenſarit. Mutua enim beneficentia redundat in auctorem. Aut iuſtus quidem benedicit Dominum in omni tempore; peccator verò cùm aliquid boni ipſi obtigerit.

περὶ πολλοῦ ποιῇ, ὃς πρὸς τοὺς ἀχάριστος εἶ ζῶν ἔτι, καὶ ἀποθανὼν ἀφανὴς ἔσται. ἢ ἐπεί, φησι, πρόσκαιρα πάντα ἡγήσατο· τότε χάριν ἀποδώσει σοι τῷ δημιουργῷ ὁ τοιοῦτος, ὅταν πληθυνθῇς αὐτῷ τὰ ὄντα. Σαφέστερον δὲ ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν, ἐπαινέσουσί σε ἐὰν καλῶς σεαυτῷ ποιῇς. Τοῦτο γὰρ ἔπαινος ἀληθής, τὸ μὴ μόνον ζῶντα, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντα μακαρίζεσθαι, ὡς εἰς οἰκείαν ὠφέλειαν τὸν πλοῦτον οἰκονομήσαντα. ἡ γὰρ εἰς ἀλλήλους εὐεργεσία, εἰς τὸν ποιήσαντα ταύτην ἐπαναστρέφει. ἢ εὐλογεῖ ὁ μὲν δίκαιος ἐν παντὶ καιρῷ τὸν κύριον· ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς ὁπηνίκα ἂν αὐτῷ ἀγαθόν τι περιβῇ.

20. Introibit vsqve in progenies patrvm.] Hoc eſt, imitabitur patrum zelum; & cùm ex prauis oriundus ſit, ſuſcipiet prauitatem. Deinde reſumit ea quæ dicta ſunt, dicens: *Et homo cùm in honore eſſet, non intellexit*, &c.

κ΄. Εἰσελεύσεται ἕως γενεᾶς πατέρων.] Τουτέστι, μιμήσεται τὸν τῶν πατέρων ζῆλον, καὶ ἐκ πονηρῶν ὢν πονηρίαν διαδέξεται. εἶτα ἐπαναλαμβάνει τὰ εἰρημένα λέγων. Καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκεν καὶ τὰ ἑξῆς.

CATENA PATRVM.

Finem diuerſi diuerſum proponunt.

1. In finem, pro filiis Core.] Basilii. Diuerſimodè externi de fine ſenſerunt: alij quidem ſcientiam, alij verò practicam operationem ſtatuentes; alij diuerſum corporis vſum, alij voluptatem: nobis autem finis, cuius gratiâ cuncta facimus, beata vita in ſæculo futuro, ſub regno Dei. Quid enim ratione præditis melius eſſe poſſit? Quamobrem Apoſtolus ait: *Deinde finis, cùm tradiderit regnum Deo & Patri.* Huic autem conſonat illud, *Ad victoriam*, & *Victori*. *Abſorpta eſt enim mors in victoria.* Meritò igitur Spiritus ſanctus victorioſis vocibus quæ ibi repoſita ſint prædicit.

1.Cor.15, 24.

Ibid. 54.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, τοῖς υἱοῖς Κορέ.] Βασιλείου. Διαφόρως οἱ ἔξω περὶ τοῦ τέλους ὑπέλαβον· οἱ μὲν ἐπιστήμην, οἱ δὲ τὴν πρακτικὴν εἰπόντες ἐνέργειαν, οἱ δὲ τὴν διάφορον χρῆσιν τοῦ σώματι, οἱ δὲ τὴν ἡδονήν· ἡμῖν δὲ τέλος οὗ ἕνεκεν πάντα πράττομεν, ἡ μακαρία διαγωγὴ ἐν αἰῶνι τῷ μέλλοντι, βασιλευομένοις ὑπὸ Θεοῦ. Τί γὰρ ἄμεινον λογικοῖς; διό φησιν ὁ ἀπόστολος· εἶτα τὸ τέλος ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ πατρί. συνᾴδει δὲ τούτῳ τὸ εἰς νῖκος, τῷ νικοποιῷ. κατεπόθη γὰρ ὁ θάνατος εἰς νῖκος. εἰκότως τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπινικίοις φωναῖς τὰ αὐτόθι κείμενα προαναφωνεῖ.

Propheta ſolis Iudæis, Apoſtoli toti orbi prædicabant.

2. Avdite hæc omnes gentes.] Theodoreti. Planè compertum eſt, Prophetas ſolis Iudæis doctrinam attuliſſe; verùm hîc propheticus ſermo orbem vniuerſum ad audiendum inuitat. Hoc autem proprium Apoſtolicæ gratiæ: qui & audiuerunt illud, *Euntes, docete omnes gentes.* Manifeſtum eſt igitur, ex ipſorum perſona ſermones hos adferri. Sunt qui terrigenas Adam & Euam nuncuparunt, vtpote de terra fictos, & non ex coitu natos. Verùm hoc alienum eſt à veri-

Matth.28, 19.

β΄. Ἀκούσατε ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη.] Θεοδωρήτου. Ὅτι μόνοις Ἰουδαίοις τὴν διδασκαλίαν οἱ προφῆται προσέφερον, παντί που δῆλον. Ἀλλ' ἐνταῦθα ὁ προφητικὸς λόγος τὴν οἰκουμένην πᾶσαν εἰς ἀκρόασιν συναγείρει. Τοῦτο δὲ τῆς ἀποστολικῆς χάριτος ἴδιον, οἳ καὶ ἤκουσαν τό, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. δῆλον τοίνυν ὡς ἐξ αὐτῶν οἱ λόγοι προσφέρονται. γηγενεῖς δέ τινες Ἀδὰμ καὶ Εὔαν ἐκάλεσαν, ὡς ἐκ γῆς διαπλασθέντας, καὶ οὐκ εἰς συνουσίας φύντας. τοῦτο δὲ πόῤῥω τῆς ἀληθείας.

θείας. οὐ γὰρ τοῖς ἤδη τετελευτηκόσιν, ἀλλὰ τοῖς ἔτι ζῶσι τὴν παραίνεσιν προσφέρουσι. Τὰς διαφόρους τούτων αἰνίττεται βίους. Οἱ μὲν γὰρ πόλεις, οἱ δὲ ἀγροὺς οἰκοῦσι, καὶ οἱ μὲν ἡμερώτεροι τῶν ἀνθρώπων, οἱ δὲ ἀγριώτεροι· καὶ οἱ μὲν λογικώτεροι ζῶσιν, οἱ δὲ θηριωδέστερον τὰς ἐρήμους οἰκοῦσι. Τοὺς οὖν λογικωτέρας καθεστηκότας ζωῆς οἶμαι γηγενεῖς ὀνομάζεσθαι. Φησὶν οὖν· πάντες ἄνθρωποι, ἀστοὶ καὶ χωριτικοί, ἡμερώτεροι καὶ λογιώτεροι τῶν λεγομένων ἀκούσατε· καὶ κοινῇ πάντες, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος. Οὕτω γὰρ καὶ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν. ἀντὶ τοῦ, καὶ κοινὴ ἡ φύσις ἀκουσάτω τῶν λεγομένων, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος τὴν ὠφέλειαν καρπούτω. Καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ οἱ πλούτῳ κομῶντες καὶ πενίᾳ συζῶντες τὴν παραίνεσιν δέξασθε. πλούτου γὰρ καὶ πενίας ὁ διδασκαλικὸς λόγος οὐκ οἶδε διαφοράν.

Ωριγενους. Δύναται εἰς τὴν ἑκάστου νίκην τῶν ἐν τῷ ἀγωνίζεσθαι νικώντων ἀναφέρεσθαι ἡ ἐπιγραφή. τὸ δὲ Ἀκούσατε Χριστοῦ φωνή, πάντα τὰ ἔθνη προσκαλουμένου, τοῦ εἰπόντος· Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες. Καὶ ἐπεὶ ἀπὸ τῆς λέξεως τῶν γραφῶν οἰκοδομεῖται. καὶ ἁπλούστερον γηγενής τις καὶ πένης ὤν, ὠφελεῖται δὲ μᾶλλον καὶ ὁ διαβαίνειν δυνάμενος ἐπὶ τὰ πνευματικά, υἱὸς ἀνθρώπου καὶ πλούσιος τυγχάνων, διὰ τοῦτο ἅμα καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάντας, ὡς ἐπὶ τὴν ἑστίασιν, τὴν ἀκρόασιν καλεῖ. ἡ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κλῆσις πλουσίου καὶ πένητος, ἐπὶ ἰσότητα καὶ ἀτυφίαν προσκαλεῖται ἡμᾶς. Τρεῖς δὲ εἶπεν ἐξεναντίας συζυγίας, ἔθνη καὶ γηγενεῖς, πλούσιον, καὶ πένητα, οἰκουμένην, καὶ υἱοὺς ἀνθρώπων. Οἱ ἀλλότριοι τῆς πίστεως διὰ τῶν ἐθνῶν ἐκλήθησαν. Οἱ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσὶν, οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην.

Βασιλειου. Τὸ μὲν ἀκροατήριον μέγιστον πάντα τὰ ἔθνη συγκαλοῦντος πρὸς τὴν ἀκρόασιν τοῦ ψαλμοῦ. ποία δὲ σκοπιὰ τοσοῦτον ὑπερανέστηκεν, ὥστε πάντα ἰδεῖν τὰ ἔθνη. Τίς οὕτω μεγαλοφωνότατος κήρυξ, ὥστε τοσαύταις ὁμοῦ ἀκοαῖς ἐξάκουστον ἐμβοῆσαι; Τίς ὁ δέχεσθαι δυνάμενος χῶρος τοὺς ἐκκλησιάζοντας; Πηλίκος δὲ ὁ διδάσκαλος, καὶ ποταμὸς τὴν σοφίαν, ὥστε ἄξια τῆς τηλικαύτης ἐκκλησίας ἐξευρεῖν τὰ διδάγματα; Ὁ μὲν οὖν ἐκκλησιάζων ὁ παράκλητός ἐστι τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, διὰ προφητῶν καὶ ἀποστόλων συνάγων τοὺς σωζομένους, ὧν ἰ-

tate. Siquidem non iam pridem defunctis, ſed adhuc viuentibus adferunt exhortationem. Diuerſa itaque viuendi genera innuit. Alij enim vrbes, alij agros incolunt, & ex hominibus quidam ſunt manſuetiores, quidam agreſtiores: atque illi quidem magis ex ratione viuunt; hi verò tamquam feræ ſolitudines habitant. Illos igitur qui magis ſecundùm rationem vitam inſtituunt, arbitror terrigenas nominari. Dicit ergo: Vniuerſi homines vrbani, & ruſtici, manſuetiores, ac magis ratione vtentes audite quæ dicuntur; tum communiter omnes, tum ſeorſum ſinguli. Ita enim etiam Symmachus interpretatus eſt. pro, Et communis natura audiat quæ proferuntur, & quilibet ſigillatim fructum percipiat. Et ſimul in vnum vos qui opibus affluitis, & vos qui pauperem vitam ducitis, percipite admonitionem. Quoniam hic ſermo doctrinalis inter diuitem & pauperem nullum diſcrimen agnoſcit.

CATENA PATRVM. *Diuerſa hominum viuendi ratio.*

Origenis. Poteſt inſcriptio ad cuiuſlibet victoris in certaminibus victoriam referri. Illud autem *Audite* Chriſti vox eſt, omnes gentes inuitantis ac dicentis: *Venite ad me omnes qui laboratis.* Et quoniam lectione Scripturarum etiam ſimpliciùs inſtituitur is qui terrigena & pauper exiſtit, plus verò lucri capit qui ad ſpiritalia valet tranſſcendere, filius hominis ac diues exiſtens; idcircò ſimul & in vnum omnes ad auſcultandum, non ſecùs atque ad conuiuium, inuitat. Hæc in vnum diuitis ac pauperis inuitatio, ad æqualitatem & faſtus depoſitionem nos adhortatur. Tres autem oppoſitas poſuit combinationes, gentes & terrigenas, diuitem & pauperem, orbem terrarum & filios hominum. A fide alieni per gentes vocati ſunt. Qui in Eccleſia verſantur, hi ſunt inhabitantes orbem.

Chriſtus omnes inuitat. Matth. 11, 28.

Basilii. Maximum ſanè auditorium eſt eius, qui gentes omnes ad Pſalmi auditionem inuitat. Quę autem ſpecula tam edito loco ſita eminet, vt omnes gentes videat? Quis adeò vocalis ſeu clamoſus præco, vt id quod à tot auribus ſimul audiatur inclamet? Quis locus tam capax, vt ad concionẽ venientes excipere valeat? Qualis verò Doctor, & quantâ ſapientiâ præditus, vt tantò conſeſſu digna inueniat dogmata? Concionator vtique Paracletus eſt, ipſe Spiritus veritatis, per Prophetas & Apoſtolos eos congregans qui ſaluandi ſunt; quorum

Spiritus ſanctus totius orbis præco. Pſal. 18, 5.

CATENA PATRVM.

a

quia in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, idcircò dicit: *Audite hæc omnes gentes, & omnes qui habitatis orbem.* Quapropter Eccleſia quoque ex omnibus ſtudijs collecta eſt, vt nemo ſit vtilitatis exors. Tres autem ſunt vocatorum coniugationes, quibus omne genus hominum comprehenditur: Gentes & habitantes orbem, terrigenæ & filij hominum, diuites & pauperes. Alieni à fide, nomine gentium vocati ſunt. Qui in Eccleſia ſunt, orbem habitantes dicuntur. Terrigenæ ſunt, qui terrena ſapiunt, & carnis concupiſcentias ſequuntur. Filij hominum ſunt, qui curam quamdam & exercitationem rationis habent: (nam ratio hominis propria eſt.) Diuites & pauperes per ſe facilè dignoſcuntur. Illi quidem modum neceſſariarum rerum excedentes; hi verò earumdem inopiâ laborantes. Cùm verò medicus animarum non venerit vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam, primum quod in qualibet coniugatione damnatum eſt, poſuit: nam deterioris notæ ſunt gentes, quàm qui orbem habitant; ſed tamen præpoſitæ ſunt gentes ad vocationem, vt qui ægrotant, priores à medico ſentiant iuuamentum. Rurſus terrigenæ, priuſquam filij hominum poſiti ſunt, & diuites ante pauperes. Damnatus ordo, & qui difficulter ſaluatur, priùs quàm pauperes vocatus eſt. Huiuſmodi enim eſt medici benignitas, vt imbecillioribus priùs opem ferat. Ceterùm, hæc vocationis ſocietas, pacis eſt conciliatrix; vt qui hactenus inter ſe ob ſtudiorum diuerſitatem diſſenſere, iijdem congregatione & conuentu ad mutuam charitatem aſſueſcant.

Tres ordines hominum à Deo vocati ſunt.

Matth. 9, 5.

Primi vocantur, qui magis egebant curatione.

4. OS MEVM LOQVETVR SAPIENTIAM.] THEODORETI. Verba, inquit, quæ à me proferuntur, plena ſunt ſapientiæ. Percepi autem hæc, quando, Domini ſermonibus ad intima penetrantibus, aures accommodaui: quæ autem auribus percepi, hæc linguâ effero. Hoc enim dicere intendit, ſe nihil proprium loqui, ſed diuinæ gratiæ inſtrumentum exiſtere. Parabolas autem vocat ſermones ænigmaticos. Nam cùm Dominus per ſimilitudines turbis loqueretur,

Parabola quid.

ἐπειδὴ εἰς ἅπασαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν, διὰ τοῦτό φησιν· Ἀκούσατε ταῦτα τὰ ἔθνη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. διὸ καὶ ἡ ἐκκλησία ἐκ παντοδαπῶν ἐπιτηδευμάτων συνείλεκται, ἵνα μηδεὶς ἔξω τῆς ὠφελείας ἀπολειφθῇ. Τρεῖς γάρ εἰσι συζυγίαι τῶν κεκλημένων, ἐν αἷς ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων περιείληπται γένος· ἔθνη καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, γηγενεῖς τε υἱοὶ ἀνθρώπων, πλούσιοι καὶ πένητες. Οἱ ἀλλότριοι τῆς πίστεως διὰ τῶν ἐθνῶν ἐκλήθησαν. οἱ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσὶν οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην λέγονται, γηγενεῖς οἱ τὰ γήϊνα φρονοῦντες, καὶ τῶν θελημάτων τῆς σαρκὸς ἀντεχόμενοι. υἱοὶ ἀνθρώπων, οἱ ἐπιμέλειάν τινα τε ἄσκησιν τοῦ λόγου ποιούμενοι (ἴδιον γὰρ ἀνθρώπου τὸ λογικόν.) Πλούσιοι καὶ πένητες αὐτόθεν γνωριζομένην ἔχουσι τὴν ἰδιότητα. Οἱ μὲν ὑπερβαίνοντες τὴν κτῆσιν τῶν ἀναγκαίων. Οἱ δὲ ἐν ἐνδείᾳ τούτων καθεστηκότες. ἐπεὶ δὲ ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν οὐκ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, πρῶτον ἔταξεν ἐν τῇ κλήσει ἐν ἑκάστῃ συζυγίᾳ τὸ κατεγνωσμένον. χείρω γὰρ τὰ ἔθνη τῶν κατοικούντων τὴν οἰκουμένην, ἀλλ' ὅμως προτέτακται εἰς τὴν κλῆσιν, ἵν' οἱ κακῶς ἔχοντες πρότερον μεταλάβωσι τῆς ἐκ τοῦ ἰατροῦ ὠφελείας. Πάλιν οἱ γηγενεῖς πρὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων ἐτάχθησαν, καὶ πλούσιοι πρὸ τῶν πενήτων. Τὸ ἀπεγνωσμένον τάγμα καὶ δύσκολον ἔχον τὴν σωτηρίαν πρότερον κέκληται τῶν πτωχῶν. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ ἰατροῦ φιλανθρωπία τοῖς ἀσθενεστέροις πρότερον μεταδίδωσι τῆς ὠφελείας. Ὁμοῦ δὲ καὶ εἰρήνης ἐστὶ συναγωγὸν ἡ κοινωνία τῆς κλήσεως, ὥστε τοὺς ἔχοντας τέως ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων πρὸς ἀλλήλους ὑπεναντίως, τούτους διὰ τῆς ἐκκλησίας προσεθισθῆναι ἀλλήλοις πρὸς τὴν ἀγάπην.

δ'. ΤΟ ΣΤΟΜΑ ΜΟΥ ΛΑΛΗΣΕΙ ΣΟΦΙΑΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σοφίας, φησί, μεστὰ τὰ παρ' ἐμοῦ προσφερόμενα ῥήματα. μεμάθηκα δὲ ταῦτα τοῖς βαθέσι κεκρυμμένοις τοῦ κυρίου λόγοις τὴν ἀκοὴν ὑποθείς· ἃ δὲ ὡς διὰ τῆς ἀκοῆς ἐδεξάμην, ταῦτα ὡς δι' ὀργάνου προσφέρω τῆς γλώττης. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲν ἴδιον φθέγγομαι, ἀλλὰ τῆς θείας εἰμὶ χάριτος ὄργανον. Παραβολὰς δὲ καλεῖ τοὺς αἰνιγματώδεις λόγους. καὶ γὰρ ὁ κύριος τοῖς ὄχλοις παραβολικῶς διαλεγόμενος

γόμενος

γόμενος τοῖς ἀποστόλοις κατ' οἶκον τὰς ἑρμηνείας προσέφερε. Ταῦτα ὡς ἐν προοιμίῳ διεξελθὼν, ἄρχεται λοιπὸν τῆς παραινέσεως.

Βασιλείου. Ἐπειδὴ κατὰ τὸν ἀπόστολον, καρδίᾳ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. καὶ ἡ ἀμφοτέρων ἐν τούτοις ἐνέργεια ὑποβάλλει τὴν τελειότητα· διὰ τοῦτο ἀμφότερα ὁ λόγος ἐν τῷ αὐτῷ συνείληφε, τήν τε τοῦ στόματος ἐνέργειαν καὶ τὴν τῆς καρδίας μελέτην. ἐάν τε γὰρ μὴ ᾖ τὸ ἀγαθὸν ἐν τῇ καρδίᾳ προαποκείμενον, πῶς προενέγκῃ τὸν θησαυρὸν διὰ τοῦ στόματος, ὁ μὴ κεκτημένος ἐν τῷ κρυπτῷ; Ἐάν τε ἔχων τὰ τῆς καρδίας ἀγαθὰ μὴ δημοσιεύῃ τῷ λόγῳ, λεχθήσεται αὐτῷ σοφία κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς ἀφανὴς, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; Διόπερ εἰς μὲν τὸ ἑτέρων ὠφέλιμον τὸ στόμα ἡμῶν λαλείτω σοφίαν. εἰς δὲ τὴν ἡμετέραν αὐτῶν προκοπὴν, ἡ καρδία μελετάτω σύνεσιν. Κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου. εἰς τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον συνίστησιν ὁ προφήτης, ἵνα μὴ καταφρόνητοι ὦσιν οἱ λόγοι, ὡς ἀπὸ ἀνθρωπίνης εὑρέσεως προφερόμενοι. Ἃ διδάσκομαι παρὰ τοῦ πατρὸς, φησι, ταῦτα ὑμῖν ἀπαγγελῶ, οὐδὲν ἐμὸν, οὐδὲν ἀνθρώπινον λέγων. ἀλλ' ἐπειδὴ κατήκοος ἐγενόμην τῶν προβλημάτων τοῦ πνεύματος ἐν μυστηρίῳ παραδιδόντος ἡμῖν τὴν τοῦ θεοῦ σοφίαν, ἀνοίγω ὑμῖν καὶ φανερὸν καθίστημι τὸ πρόβλημα· ἀνοίγω δὲ οὐχ ἑτέρως, ἢ διὰ ψαλτηρίου. Ἐστὶ δὲ τὸ ψαλτήριον ὄργανον μουσικὸν ἐναρμονίως τοὺς φθόγγους πρὸς τὴν εἰς τῆς φωνῆς μελῳδίαν ἀποδιδόν. Τὸ τοίνυν λογικὸν ψαλτήριον τότε ἀνοίγεται μάλιστα, ὅταν αἱ πράξεις συμφώνως ὦσι τοῖς λόγοις ἀποδιδόμεναι. κἀκεῖνός ἐστι πνευματικὸν ψαλτήριον, ὁ ποιήσας καὶ διδάξας. οὗτος ἐν ψαλμοῖς ἀνοίγει τὸ πρόβλημα τὸ δυνατὸν τῶν διδαγμάτων ἐκ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματος προστιθείς. ὡς οὖν μηδὲν ἀνάρμοστον, μηδὲ ἐμμελὲς ἑαυτῷ συνειδὼς κατὰ τὸν βίον, οὕτως ἐν πεποιθήσει ποιεῖται τοὺς λόγους τοὺς ἐφεξῆς.

Ὠριγένους. Χριστοῦ τὸ στόμα εἰς σοφίαν λαλεῖ. εἰσὶ δὲ στόμα Χριστοῦ οἱ τὸν λόγον αὐτοῦ διακονοῦντες, οἱ δὲ λοιποὶ τὸ λοιπὸν αὐτοῦ σῶμα. Καὶ εἰ ἔστι μελέτη σύνεσις, τίς ἡ ἐπαγγελία; Ὅταν ἡ μελέτη τῆς καρδίας σύνεσίς ἐστιν οὐκ ἐξέρχονται ἔσωθεν ἀπὸ τῆς καρδίας διαλογισμοὶ πονηροὶ, οὐδὲ ὑπάρχει

tus fuiſſet, earumdem interpretationes domi ſeorſum Apoſtolis ediſſerebat. His tamquam in exordio prolatis, admonitionem deinceps aggreditur. CATENA PATRVM.

Basilii. Quoniam, ſecundùm Apoſtolum, *corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*. Et vtrorumque in his actio perfectionem ponit; idcircò vtraque hic ſermo in ſe complectitur, tum oris actionem, tum cordis meditationem. Nam ſi bonum in corde non repoſitum fuerit, quomodo proferet theſaurum per os, qui non poſſidet illum in occulto? Quòd ſi is qui bona cordis habet, ea non proferat loquendo, dicetur illi *ſapientia abſconſa, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque?* Idcircò ad aliorum quidem vtilitatem os noſtrum loquatur ſapientiam; ad noſtrum verò profectum cor prudentiam meditetur. *Inclinabo in parabolam aurem meam*. Commendat deinceps Propheta perſonam ſuam, ne ſermones eius tamquam humanum inuentum deſpiciantur. Quæ à Patre, inquit, doceor, ea vobis annuntiabo, nihil meum, nihil humanum proferens. Sed poſtquam auditor ſum factus propoſitionum ſpiritus in myſterio tradentis nobis Dei ſapientiam, aperio vobis & manifeſtam facio propoſitionem; aperio autem non aliter quàm per pſalterium. Eſt porrò pſalterium inſtrumentum muſicum ſonos concinnè reddens ad vocis modulationem. Rationale igitur pſalterium tum maximè aperitur, cùm ſermonibus reſpondentes actiones exprimuntur. Quin & ille eſt ſpiritale pſalterium, qui fecit & docuit. Hic in Pſalmis aperit propoſitionem, propriæ poſſibilitatem doctrinæ ſuo ipſius exemplo proponens. Tamquam igitur nullius rei inconcinnæ aut rationi diſſentaneæ ſibi in vita conſcius, ita confidenter ſermones ſequentes profert.

Rom. 10, 10. *Corde & ore Deo confitendum.*

Eccli. 20, 32.

Pſalterium quid.

Origenis. Os Chriſti loquitur ſapientiam. Sunt autem os Chriſti qui ſermonem eius adminiſtrant, ceteri autem ſunt reliquum corpus eius. Quòd ſi meditatio ſit prudentia, quænam erit annuntiatio? Quando meditatio cordis prudentia eſt, non egrediuntur ab intrinſeco cordis cogitationes prauæ, neque ſunt

Qui ſint os Chriſti.

CATENA PATRVM.

Qui ſint aures Chriſti.

quæ inquinent hominem, neque datur locus diabolo. Perſpicuè autem Saluator aures ſuas vocat prudentes auditores. Alius autem dixerit, quòd loquatur quidem ſapientiam in nouo Teſtamento; audiat verò veluti parabolas vetus Teſtamentum. Aperit Chriſtus propoſitionem ſuam quæ obſcuritate inuoluta erat, quando repererit aptum inſtrumentum, & vas electionis, quod vocat pſalterium: per iſtiuſmodi enim aperit & explicat ea quæ ijs, qui tales non ſunt, obſcuritate erant obuoluta. Hæc etiam Apoſtoli dicere potuerint.

Iudicij dies tremenda.

Rom. 2, 6.

6. CVR TIMEBO IN DIE MALA?] THEODORETI. Timeo & tremo diem retributionis, in quo iuſtus Iudex *reddet vnicuique ſecundùm opera eius*. Timoris huius cauſſa mihi eſt malè acta vita, per quam à via recta deflexi. Vel incipit per interrogationem, vt etiam reſponſum accipiat. *Cur timebo?* vbi interpungendum eſt, vt ſit hic ſenſus: Si quis interroget me cauſſam, ob quam timeam, audiat confidenter, eſſe diem quemdam malum, quem formido; metuo autem, ne in die illa inæqualitas calcanei mei circumdet me, id eſt, exorbitatio diuinæ viæ, quam feci in vita, diſtractionibus & fraude diuinam legem tranſgreſſus. Me igitur circumdabunt opera mea praua quæ commiſi, vndique me cingentia, & non permittentia ſupplicium euitare.

Bona conſcientia non timet.

BASILII. De die enim iudicij dictum eſt à Propheta: Quoniam circumdabunt vnumquemque conſilia ſua. Ego autem hunc non timui, quòd nullius mali in via vitæ geſti mihi conſcius ſim. Non enim peccatorum veſtigia circumſiſtent me, tacitâ accuſatione me arguentia: quia inclinaui in parabolam aurem meam, & aperui in pſalterio propoſitionem meam.

Iudas tropicè calcaneũ Chriſti.

ORIGENIS. Non de ſe, ſed de Iudæis veritus, qui iudicandi erant, quorum plurimi ſupplicijs digna commiſerant, hęc dicit. Quod ſi quæ loquitur, ſit perſona Chriſti; calcaneum eius inuenies eſſe extremam corporis partem, & Iudam terræ viciniorem: corpus enim Domini ſunt Apoſtoli. Non timebo igitur Iudæ proditionẽ in tempore crucis; quoniam nec quilibet Adę inobedientiam timet. (Hanc enim eſſe calcanei iniquitatem latenter inſinuatum eſt.) Aliena enim malitia nullum in die iudicij condemnabit. Iniquitatem verò

Iniquitas calcanei eſt peccatum Adami.

τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ δίδοται τόπος τῷ διαβόλῳ. Σαφῶς δὲ ὁ σωτὴρ ὦτα ἑαυτοῦ λέγει τοὺς συνετοὺς ἀκροατάς. Ἄλλος δ' ἂν εἴποι, ὅτι λέγει μὲν σοφίαν ἐν τῇ καινῇ, ἀκούει δὲ ὡς παραβολῆς τῆς παλαιᾶς. Ἀνοίγει ὁ Χριστὸς κεκλεισμένον ἐν ἀσαφείᾳ τὸ πρόβλημα ἑαυτοῦ, ἐπὰν εὕρῃ ἐναρμόνιον ὄργανον, καὶ σκεῦος ἐκλογῆς, ὃ καλεῖ ψαλτήριον· διὰ γὰρ τοῦ τοιούτου ἀνοίγει καὶ σαφηνίζει τὰ τοῖς μὴ τοιούτοις κεκλεισμένα τῇ ἀσαφείᾳ. Ταῦτα δὲ δύναιντ' ἂν λέγειν καὶ οἱ ἀπόστολοι.

ς'. ΙΝΑ ΤΙ ΦΟΒΟΥΜΑΙ ΕΝ ΗΜΕΡΑ ΠΟΝΗΡΑ;] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Δέδια καὶ τρέμω τὴν ἡμέραν τῆς ἀνταποδόσεως, ἐν ᾗ ὁ δίκαιος κριτὴς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. αἴτιος δέ μοι τοῦ δέους ὁ παράνομος βίος, δι' ὃν τῆς εὐθείας ἐξετράπην ὁδοῦ. ἢ ἄρχεται κατ' ἐρώτησιν, ἵνα καὶ ἀπόκρισιν λάβῃ. Ἵνα τί φοβοῦμαι; ἐν ᾧ στίζειν δεῖ, ἵν' ᾖ ἡ διάνοια αὕτη· εἴ τις ἐρωτᾷ με τὴν αἰτίαν, δι' ἣν φοβοῦμαι, ἀκουέτω μετὰ παρρησίας, ὡς ἔστι τις ἡμέρα πονηρά, ἣν ἐγὼ φρίττω, φρίττω δὲ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἡ ἀνωμαλία τῆς πτέρνης μου κυκλώσει με, τουτέστιν ἡ παρεκτροπὴ τῆς θείας ὁδοῦ, ἣν πεποίημαι κατὰ τὸν βίον περισπασμοῖς καὶ ἀπάτῃ τὸν θεῖον παραβὰς νόμον. Περιστήσεται οὖν μοι τὰ ἔργα τὰ πονηρὰ ἃ πέπραχα, κυκλοῦντά με πανταχοῦ, καὶ μὴ ἐῶντα τὴν κόλασιν ἐκφυγεῖν.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Περὶ γὰρ τῆς ἡμέρας τῆς κρίσεως εἴρηται τῷ προφήτῃ ὡς κυκλώσει ἕκαστον τὰ διαβούλια αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ ταύτην οὐ δέδοικα οὐδὲν πονηρὸν ἐμαυτῷ συνειδὼς ἐν τῇ κατὰ τὸν βίον ὁδῷ. Οὐ γὰρ παραστήσεταί μοι τῶν ἡμαρτημένων τὰ ἴχνη, σιωπῶσαν κατηγορίαν τὸν ἔλεγχον μου ἐπάγοντα· διότι ἔκλινα εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου, καὶ ἤνοιξα ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημά μου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐ περὶ ἑαυτοῦ ἀλλὰ περὶ τῶν Ἰουδαίων εὐλαβούμενος κριθησομένων, ὧν οἱ πλεῖστοι ἄξια κολάσεως πεποιήκασι ταῦτά φησι. Καὶ εἰ πρόσωπον Χριστοῦ τὸ λέγον, πτέρναν αὐτοῦ εὕρῃς τὸν ἔσχατον τοῦ σώματος, καὶ τῇ γῇ πλησιάζοντα Ἰούδαν· σῶμα γὰρ κυρίου οἱ ἀπόστολοι. Οὐ φοβοῦμαι οὖν τὴν Ἰούδα προδοσίαν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ· ἐπεὶ μηδὲ ἕκαστος τὴν τοῦ Ἀδὰμ παρακοὴν φοβεῖται. (ταύτην γὰρ ὑπηνιξάμεθα πτέρναν ἀνομίας εἶναι.) οὐδεὶς γὰρ δι' ἄλλου κακίαν καταδικάζεται. ἀνομίαν δὲ πτέρνης τὴν παρα-

παρακοὴν εἶπεν Ἀδάμ, τῷ τὸν ὄφιν ἐξουσίαν ἔχειν κατὰ τῆς πτέρνης αὐτοῦ. ἢ ἐπεὶ μὴ τοιοῦτοι ἦσαν οἱ ἀπόστολοι. ἢ ὁ ταῦτα λέγων προφήτης, ὥστε λεχθῆναι περὶ αὐτοῦ. Ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. εἰκὸς αὐτοὺς ἡμαρτηκέναι τὰ τελευταῖα καὶ ἔσχατα. Διόπερ ὁ Σύμμαχος ἀνομίαν ἰχνέων αὐτοῦ ἐξέδωκεν. Οἱονεὶ γὰρ ἴχνη ἀμαυρὰ ἀνομίας ἦν ἐν αὐτοῖς μόνα· διόπερ φησὶν, οὐ φοβοῦμαι τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως. πτέρναι δὲ Χριστοῦ καὶ οἱ πάντων πιστῶν κατώτεροι.

ζ'. ΟΙ ΠΕΠΟΙΘΟΤΕΣ ΕΝ ΤΗ ΔΥΝΑΜΕΙ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐγὼ μὲν, φησὶ, δέδια καὶ τρέμω τὴν προσδοκωμένην ἡμέραν· ὑμεῖς δὲ οἱ πλούτῳ κομῶντες, ἐκείνης μὲν οὐδεμίαν ποιεῖσθε φροντίδα, τῇ δὲ ὑπερηφανίᾳ τῆς περιουσίας μεγαλαυχούμενοι, ὡς μονίμοις θαρρεῖτε τοῖς ῥέουσιν· ἔδει δὲ συνιδεῖν ὑμᾶς, ὡς οὔτε προγόνων καὶ ἀδελφῶν ἀρετὴ καὶ εὐσέβεια τοὺς τούτων γεγυμνωμένους ὀνίνησιν, οὔτε μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν δυνατὸν χρημάτων πορίσασθαι σωτηρίαν· τὸ λύτρον γὰρ κατὰ τὸν παρόντα βίον (ὥς φησιν ὁ σοφὸς) ὁ ἴδιος πλοῦτος. Ταύτην προσενεγκὼν τοῖς τῷ πλούτῳ κακῶς κεχρημένοις τὴν συμβουλίαν, πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς ἐργάτας μεταφέρει τὸν λόγον.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Πρὸς δύο πρόσωπα τῷ προφήτῃ ὁ λόγος ἐστὶ πρός τε γηγενεῖς καὶ πρὸς πλουσίους. Τοῖς μὲν γὰρ διαλέγεται, καθαιρῶν τὴν ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν οἴησιν, τοῖς δὲ τὴν ἐν τῇ περιουσίᾳ τῶν χρημάτων ἔπαρσιν. ὑμεῖς, φησιν, οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν· (οὗτοι γὰρ γηγενεῖς οἱ ἰσχύϊ σώματος ἐπελπίζοντες, καὶ οἰόμενοι αὐτάρκη εἶναι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, πρὸς τὸ δυνατῶς ἐπιτελεῖν ἃ βούλονται·) καὶ ὑμεῖς, φησιν, οἱ πεποιθότες ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀκούσατε· Λύτρων ὑμῖν χρεία πρὸς τὸ εἰς τὴν ἐλευθερίαν ἐξαιρεθῆναι ἣν ἀφῃρέθητε νικηθέντες ὑπὸ τῆς βίας τοῦ διαβόλου, ὃς ὑποχειρίους ὑμᾶς λαβὼν, οὐ πρότερον τῆς τυραννίδος ἀφίησι, πρὶν ἄν τινι λύτρῳ ἀξιολόγῳ πεισθεὶς ἀνταλλάξασθαι ὑμᾶς ἕληται. Δεῖ οὖν τὸ λύτρον μὴ ὁμογενὲς εἶναι τοῖς κατεχομένοις, ἀλλὰ πολλῷ διαφέρειν τῷ μέτρῳ, εἰ μέλλοι ἑκὼν ἀφήσειν τῆς δουλείας τοὺς αἰχμαλώτους. Διόπερ ἀδελφὸς ἡμᾶς λυτρώσασθαι οὐ δύναται, ἄνθρωπος γὰρ οὐδεὶς δυνατός ἐστι πεῖσαι τὸν διάβολον πρὸς τὸ τὸν ἅπαξ αὐτῷ ὑποπεσόντα

calcanei Adæ inobedientiam appellauit, quòd ſerpens in calcaneum eius poteſtatem habeat. Vel quia non erant iſtiuſmodi Apoſtoli, neque Propheta qui hæc dicit, vt de ipſo pronuntiari potuerit: *Peccatum non fecit, neque inuentus eſt dolus in ore eius.* ſanè fatendum eſt, poſtrema eorum & vltima peccaſſe. Quare Symmachus iniquitatem veſtigiorum eius expoſuit. Nam veſtigia ſola, tamquam imbecilla & languida iniquitas, in ipſis erant; idcircò ait, Non timebo diem iudicij. Calcaneum autem Christi ſunt quoq; fidelium omniũ poſtremi.

CATENA PATRVM.

Gen. 3, 15.

1. Pet. 2, 22.

7. QVI CONFIDVNT IN VIRTVTE.] THEODORETI. Ego quidem, inquit, horreſco & contremiſco expectatum diem; vos verò qui diuitijs abundatis, nihil de die illa curatis, ſed ob diuitiarum faſtum, in fluxis & caducis rebus, tamquam ſi firmæ ac duraturæ eſſent, ſpes veſtras collocatis: verùm ſcire vos oportuit, quòd neque maiorum neque fratrum pietas & virtus his qui pietate ac virtute deſtituti ſunt, quidquam prodeſſe poterit; nec poſt hanc vitam ſalus auro comparabitur. Nam pretium redemptionis in hac vita (vt inquit Sapiens) propriæ diuitiæ ſunt. Cùm hoc conſilium his attuliſſet qui opibus abutuntur, ad eos qui virtutem exercent ſermonem conuertit.

Diuites non apprehendunt futura mala.

Prou. 13, 8.

BASILII. Ad duas perſonas Prophetæ ſermo eſt, & ad terrigenas & ad diuites. Illos enim alloquitur, eorum de ſe ſtultam potentiæ exiſtimationem demoliri cupiens; hos verò, eorum de diuitiarum affluentia elationem deprimens. Vos, inquit, qui de veſtra virtute præſumitis; (hi enim terrigenæ corporis viribus ſupra modum confidentes, ſatis ſibi eſſe humanam naturam putant, ad ea quæ cupiunt perficienda;) & vos, inquit, qui etiam in incerto diuitiarum ſpem poſuiſtis, audite: Pretio vobis redemptionis opus eſt, vt aſſeramini in libertatẽ, quâ, inſidijs diaboli ſuperati, quondam priuati fuiſtis; qui captiuos vos retinens, non priùs à ſua tyrannide abire liberos ſinet, quàm aliquo conuenienti perſuaſus redemptionis pretio, permutare vos velit. Pretium igitur hoc non ſimilis eſſe generis oportet ijs qui detinentur, ſed modo menſuráve præſtantius; ſiquidem ex iugo ſeruitutis volet captiuos emittere. Quamobrem frater nos nequaquam redimere valet. Nullus enim homo perſuadere diabolo poſſit, vt eum miſſum

Neque vires neque diuitiæ hominem valent liberare à malo.

CATENA PATRVM.

Humanum genus à puro homine redimi non potuit.

miſſum faciat, quem ſemel in ſeruitutem redegerit. Nam is qui de proprijs peccatis non eſt idoneus aliquo munere placare Deum; quomodo pro alio id facere tentabit? Quid enim adeò magnum in hoc ſæculo quis poſſideat, vt animæ naturâ pretioſæ dignam habere valeat commutationem, cùm hæc ad creatoris ſimilitudinem facta ſit? Qualis porrò labor ſæculi præſentis ſufficere poſſit ad parandum humanæ animæ futuri illius ſæculi viaticum? Ne igitur fratrem in redemptionem quære; ſed vnum aliquem, qui noſtram exuperet naturam: non, inquam, hominem nudum, ſed hominem Deum Ieſum Chriſtum, qui ſolus pro nobis omnibus Deo propitiationem dare poteſt.

ORIGENIS. *Homo non dabit Deo placationem ſui, & pretium redemptionis animæ ſuæ:* Ieſus enim ſemetipſum tradidit pro omnibus.

9. ET LABORAVIT IN SÆCVLVM.] THEODORETI. Nam qui pro pietate ac iuſtitia ſudores ſuſtinuit, & pro æternis bonis labores ſuſcepit, immortalem vitam, laborum ſuorum fructum obtinet, & cum mundi ſapientibus (quos Apoſtolicus ſermo ſtultos nominat) æternæ corruptionis ac ſempiterni ſupplicij minimè particeps erit.

In hac vita laborandum.

Ioan. 4, 6. BASILII. Ipſa vita, ipſa virtus, ipſa numquam labore fatiſcens natura laborauit in hoc ſæculo, quando *fatigatus ex itinere Ieſus*

Pſal. 15, 9. *ſedebat ſupra fontem. Qui non videbit interitum, quando viderit ſapientes morientes.*

Act. 2, 27. Non dabit enim Pater *Sanctum ſuum videre corruptionem*; cùm ij, qui vanam iactant ſapientiam, moriantur. Quod ſi de hominibus iuſtis hæc dicta intelligere volueris, reminiſce-

Iob 5, 7. re Iobi dicentis, *Homo naſcitur ad laborem*;

1. Cor. 15, 10. & Apoſtoli de ſe teſtantis: *Abundantiùs his*

2. Cor. 11, 23. *omnibus laboraui*. & rurſus: *In laboribus abundantiùs.* Qui igitur in hoc ſæculo laborauerit, hic viuet in finem; qui verò in

Qui hic molliter viuunt, poſteà cruciantur.

Luc. 16, 24. delicijs & omni genere vitæ ſolutioris degit, & labores pro virtute acquirenda recuſat, eminus vitam videbit in camini flamma cruciatus. Qui igitur anguſtam & laborioſam viam præ leni ac ſolutiore elegerit, in tempore viſitationis Dei, illam quæ ad æternam ducit afflictionem, non videbit. Sapientes porrò dicit eos qui aſtutiâ excellunt, vel diſcipulos principum huius ſæculi qui abolentur,

ἐξελέσθαι ἀπὸ τῆς ἐξουσίας. Ὃς γε οὐδὲ περὶ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων οἷός τε ἐστὶν ἐξίλασμα δοῦναι τῷ θεῷ, πῶς ἂν ἰσχύσῃ τοῦτο ὑπὲρ ἑτέρου πρᾶξαι; Τί δ' ἂν καὶ τοσοῦτον κτήσαιτο ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ὡς αὐτάρκες ἔχειν ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς, τῆς φύσει τιμίας, διότι κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτήν ἐστι; Ποῖος δὲ κάματος τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος αὐτάρκης ἐφόδιον τοῦ μέλλοντος αἰῶνος τῇ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ; μήτε οὖν τὸν ἀδελφὸν ζήτει εἰς ἀπολύτρωσιν, ἀλλὰ τὸν ὑπερβαίνοντά σου τὴν φύσιν, μήτε ἄνθρωπον ψιλὸν, ἀλλ' ἄνθρωπον θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς καὶ μόνος δύναται δοῦναι ἐξίλασμα τῷ θεῷ ὑπὲρ πάντων ἡμῶν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἄνθρωπος οὐ δώσει τῷ θεῷ ἐξίλασμα ἑαυτοῦ, καὶ τὴν τιμὴν τῆς λυτρώσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· Ἰησοῦς γὰρ ἑαυτὸν παραδέδωκεν ὑπὲρ πάντων.

θ'. ΚΑΙ ΕΚΟΠΙΑΣΕΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὁ γὰρ τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης ὑπομείνας ἱδρῶτας, καὶ τοὺς ὑπὲρ αἰωνίων ἀγαθῶν ἀναδεξάμενος πόνους, τὴν ἀνώλεθρον ἔχει ζωὴν τῶν πόνων καρπὸν, καὶ σὺν τοῖς τῆς τοῦ κόσμου σοφίας (οὓς μωροὺς ὁ ἀποστολικὸς ὀνομάζει λόγος) οὐ κοινωνήσει τῆς αἰωνίου φθορᾶς, καὶ τῆς ἀεὶ τιμωρίας.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἡ αὐτοζωὴ, ἡ δύναμις, ἡ ἀκάματος φύσις ἐκοπίασεν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἡνίκα κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ὁ Ἰησοῦς ἐκαθέζετο ἐπὶ τῆς πηγῆς. Ὃς οὐκ ὄψεται καταφθορὰν ὅταν ἴδῃ σοφοὺς ἀποθνήσκοντας. οὐ δώσει γὰρ ὁ πατὴρ τὸν ὅσιον αὐτοῦ ἰδεῖν διαφθοράν· ὅταν οἱ τὴν καταργουμένην αὐχοῦντες σοφίαν ἀποθνήσκωσιν. εἰ δὲ βούλει καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων δικαίων λαβεῖν τὰ εἰρημένα, μνήσθητι τοῦ Ἰὼβ λέγοντος, Ἄνθρωπος γεννᾶται κόπῳ. καὶ πάλιν τοῦ ἀποστόλου· Ὅτι περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα. καὶ πάλιν· ἐν κόποις περισσοτέρως. ὁ οὖν κοπιάσας ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὗτος ζήσεται εἰς τὸ τέλος· ὁ δὲ ἐν τρυφῇ καὶ πάσῃ ἐκλύσει διάγων, καὶ φεύγων τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς καμάτους, μακρὰν ὄψεται τὴν ζωὴν, βασανιζόμενος ἐν τῇ φλογὶ τῆς καμίνου. Ὁ τὴν στενὴν οὖν καὶ ἔγκοπον ὁδὸν παρὰ τὴν ἀνειμένην ἐκλεξάμενος, ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς θεοῦ τὴν εἰς τὸ διηνεκὲς κακοπάθειαν οὐκ ὄψεται. σοφοὺς δὲ λέγει, ἤτοι τοὺς δεινοὺς ἐν πανουργίᾳ, ἢ τοὺς μαθητὰς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων,

οἵτινες

ἄπινες φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. αἱ οὖν πιθανότητες τῆς ψευδωνύμου γνώσεως θανάτου αἰτίαν τοῖς παραδεξαμένοις παρέχουσιν· ὅντινα θάνατον οὐκ ὄψεται ὁ λυτρωθεὶς ὑπὸ τοῦ εὐδοκήσαντος ἐν τῇ μωρίᾳ τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύσαντας.

Ωριγενους. Ὁ ἐφ᾽ ὅλον τὸν ἑαυτοῦ αἰῶνα, καὶ τὴν ἐνταῦθα ζωὴν κάμνων, εἰς τέλος τὴν ἀληθινὴν ζήσεται ζωὴν, οὐκ ὀψόμενος καταφθοράν. Ἡνίκα δ᾽ ἂν ἀποθνήσκωσιν οἱ σοφοὶ, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἄφρων καὶ ἄνους ἀπολοῦνται.

ιά. Επι το αυτο αφρων και ανους.] Θεοδωρητου. Οὗτοι γάρ, φησιν, οἱ καλούμενοι σοφοὶ, οὐδεμίαν ἐκ τῆς σοφίας ὠφέλειαν εὑρόμενοι, τὸν αὐτὸν τοῖς ἀμαθέσι τίσουσιν ὄλεθρον. Ἀμαθῆ δὲ καλεῖ τὸν τῆς μὲν σοφίας ἀμύητον, κακίᾳ δὲ ὅμως συζήσαντα. καὶ οὐ μόνον σοφίας, ἀλλὰ καὶ περιουσίας ἁπάσης γυμνωθέντες δέξονται τοῦ θανάτου τὸ τέλος, ἀπὸ τῶν περιφανῶν οἰκιῶν, τάφοις παραπεμπόμενοι, καὶ τούτους οἰκεῖν δι᾽ αἰῶνος ἀναγκαζόμενοι. Καὶ μὴν, φησι, καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν τὰ κτήματα αὐτῶν προσηγόρευον. Διὰ πάντων δὲ ἡμᾶς ὁ λόγος διδάσκει μὴ θαῤῥεῖν τοῖς παροῦσιν, ἀλλὰ τῶν μελλόντων ἐπιμελεῖσθαι.

Βασιλειου. Ἄνω ἑνὶ ὀνόματι γενικῷ προσηγόρευσε σοφοὺς, οὓς νῦν ὑποδιαιρῶν ἄφρονας καὶ ἀνοήτους λέγει. Δηλονότι σοφοὺς μὲν αὐτοὺς εἶπεν, ἀπὸ τῆς οἰήσεως τῆς ἐκείνων χρησάμενος τῷ ὀνόματι· ὡς καὶ θεοὺς ὀνομάζει, τοὺς μὴ φύσει ὄντας, τῇ συνηθείᾳ τῶν ἠπατημένων ἑπόμενος. οὕτω καὶ σοφοὺς εἶπε τοὺς ἄφρονας καὶ ἀνοήτους. Δυνατὸν οὖν τῇ ἐπινοίᾳ διελεῖν τὸν ἄφρονα ἀπὸ τοῦ ἀνοήτου. Ἄφρων μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἐστερημένος φρονήσεως, καὶ ὁ πρὸς τὰ κοινὰ καὶ ἀνθρώπινα μὴ διορατικῶς ἔχων. οὕτω καὶ ἡ συνήθεια φρονίμους καλεῖ τοὺς ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον πράγμασι τὸ ὠφέλιμον καὶ βλαβερὸν διακρίνοντας. Ἄνους δὲ λέγεται ὁ οὐκ ἔχων τὰ τοῦ ἀνθρώπου ἐξαίρετα· ταῦτα δέ ἐστι θεοῦ πατρὸς κατανόησις, καὶ ἡ τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος πρὸς τὸν θεὸν λόγου παραδοχὴ· καὶ ὁ παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐγγινόμενος φωτισμός. ὅντινα οὖν ἔχουσιν οἱ δυνάμενοι μετὰ Παύλου λέγειν· Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. κέχρηται μέντοι καὶ ἐναλλάξ τοῖς ῥήμασι τούτοις ἡ συνήθεια τῆς

qui dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Perſuaſiones igitur falſi nominis ſcientiæ, illis qui eas exceperint occaſionem mortis præbent: quam quidem mortem non videbit qui redemptus eſt ab eo, cui placuit in ſtultitia prædicationis ſaluare credentes. Catena patrum. Rom. 1, 22.

Origenis. Qui per omnem ætatem ſuam & vitam preſentem laborauerit, in fine veram vitam viuet, minimè videns corruptionem. Quando mortui fuerint ſapientes, etiam ſimul inſipiens & ſtultus peribunt. *Qui hic pro Deo laborarunt veram vitam accipient.*

11. Simvl insipiens et stvltvs.] Theodoreti. Hi enim, inquit, qui ſapientes appellantur, cùm nullum ex ſapientia ſua commodum repererint, eumdem cum indoctis interitum ſubibunt. Indoctum autem ſeu imperitum vocat eum, qui cùm ſapientiæ ſit expers, ſimul in malitia viuit. Neque ſolùm ſapientiâ, verùm etiam omnibus diuitijs ſpoliati, mortis finem ſuſcipient, à ſuperbis ædibus ad ſepulchra delati, atque hæc in ſæculum habitare coacti. Nihilominùs, inquit, à nominibus ſuis poſſeſſiones ſuas denominarunt. Vniuerſim autem hic ſermo nos docet rebus præſentibus non fidere, ſed futurorum curam habere. *Simul & ſapiens & indoctus moritur.*

Basilii. Suprà vno nomine generali ſapientes appellauit, quos nunc ſubdiuidens, inſipientes & ſtultos vocat. Liquet ſapientes quidem eos, ſecundùm ipſorum opinionem hoc nomine vſum, dixiſſe; quemadmodum Deos nominat, non naturâ tales, ſed eorum conſuetudinem ſecutus qui decepti ſunt: atque ita ſapientes etiam nunc inſipientes ac ſtultos dixit. Liceat igitur ita inſipientem à ſtulto ſignificatione ſeu cogitatione diſtinguere. Siquidem inſipiens eſt is, qui ſapientiâ priuatus, & in communibus & humanis negotijs minimè perſpicax eſt. Sic etiam conſuetudo ſapientes ſeu prudentes vocat eos, qui in rebus ad vitam pertinentibus, quid vtile, & quid noxium ſit, diſcernunt. Stultus autem ſeu demens dicitur, qui non habet ea quæ ſunt hominis præcipua: vt ſunt Dei Patris notitia; item Verbi, quod *erat in principio apud Deum,* aſſumptio, & à ſancto Spiritu illuminatio procedens. Quam ſanè ſenſatam mentem habent, qui poſſunt cum Paulo dicere: *Nos autem ſenſum Christi habemus.* Scripturæ tamen ſacræ inualuit conſuetudo, vt viciſſim ac promiſcuè his verbis vtatur: vt dum impium

Inſipiens & ſtultus in quo differant.

Ioan. 1, 1.

1. Cor. 2, 16.

Nota Scripturæ conſuetudinem loquendi.

CATENA PATRVM.

Pſal. 13,1.

impium ſeu Dei exortem vocat inſipientem; vbi ait: *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus.* Et iterùm, id quod vitæ nocet, ſtultum vocat; quemadmodum Apoſtolus de ijs qui in concupiſcentias ſtultas & nociuas incidunt: atque adeò inſipiens & ſtultus ad vnum communem finem, hoc eſt perditionem, deuergunt. Poſſit etiam quis dicere, inſipientem quidem nominari eum qui gentiliter viuat; ſtultum verò illum, qui Iudaicè ſecundùm nudam dumtaxat legis obſeruationem vitam inſtituat. His igitur per ſuam ipſorum inſcitiam contritis, nos alienigenæ diuitias eorum hereditate capimus: horum verò domus, nempe inſipientis & ſtulti, ſepulchra eorum ſunt in æternum. Nam quorum vita operibus mortuis ab omni peccatò repleta eſt, horum ſepulchra ſunt domus in æternum. Qui enim mortuus eſt per peccata, non domum, ſed animæ ſuæ mortuæ ſepulchrum habitat. *Tabernacula eorum in progenie & progenie:* hoc eſt, ſepulchra domus illorum ſunt in ſæculum. Deinde declarans de quibus intelligat ſepulchris, vt oſtendat quòd de corporibus dicat, in quibus animæ per vitium mortuæ inhabitant, appoſuit ipſis, *Tabernacula eorum in progenie & progenie;* ſecundùm conſuetudinem, per quam humana corpora dici ſolent tabernacula. Hi verò etiam vocant nomina ſua in terris: non enim impij nomen ſcribitur in libro viuentium, neque cenſetur in Eccleſia primogenitorum qui numerantur in cælis; ſed in terra permanent nomina ipſorum, propterea quòd temporariam & fluxam hanc vitam æternis tabernaculis prætulerunt. Nónne vides eos qui in vrbibus ædificant, quomodo ipſorum nomina ædificijs illis terrenis inſcripta ſint? Quin & in ſepulchris inſculpſerunt ſua ipſorum nomina monumentis, ad propriæ oſtentationem munificentiæ. Hi ſunt qui terrena ſapiunt, præſentiſque temporis gloriam ambiunt, ac per hominum ora volitare tantùm ſtudent; atque iſta ſatis eſſe ad felicitatem putant. Quòd ſi nonnullos videris ob falſi nominis ſcientiam ſibi maximoperè placere, ſeque conſenſu nefario peruerſis dogmatibus addicere, velim noueris hos nomina ſua vocaſſe in terris, vt qui hominibus corruptis ac planè terrenis ſeſe addixerint.

Stulti ſepulchra inhabitant.

Quorum corpora ſint ſepulchra animarum.

Impiorum nomina in terris manent.

Matth. 23, 27.

ORIGENIS. Qui *ſimiles* ſunt *ſepulchris de-*

γραφῆς τὸν μὲν ἄθεον ἄφρονα λέγουσα· ἐν τῷ· Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἔστι Θεός. Καὶ πάλιν τὸ ἐν τῇ ζωῇ βλαβερὸν ἀνόητον ὀνομάζουσα, ὡς ὁ ἀπόστολος περὶ τῶν ἐμπιπτόντων εἰς ἐπιθυμίας, ἀνοήτους καὶ βλαβεράς· εἰσὶ μέντοι ὁ ἄφρων, καὶ ὁ ἄνους πρὸς ἐν κοινὸν τέλος τὴν ἀπώλειαν καταφέρονται. δύναται δέ τις εἰπεῖν, ἄφρονα μὲν ὀνομάζεσθαι τὸν ἐθνικῶς ζῶντα, ἄνουν δὲ τὸν Ἰουδαϊκῶς κατὰ ψιλὴν τοῦ νόμου τήρησιν πολιτευόμενον. Τούτων οὖν κοινῇ ὑπὸ τῆς ἰδίας ἀνοίας συντριβομένων, ἡμεῖς οἱ ἀλλότριοι αὐτῶν, κληρονόμοι τοῦ πλούτου γινόμεθα· τούτων δὲ αἱ οἰκίαι τοῦ ἄφρονος καὶ τοῦ ἀνοήτου τάφοι εἰσὶν εἰς τὸν αἰῶνα. ὧν γὰρ ὁ βίος νεκρῶν ἔργων, τῶν ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας πεπλήρωται, τούτων τάφοι εἰσὶν αἱ οἰκίαι εἰς τὸν αἰῶνα. Ὁ γὰρ νεκρὸς γενόμενος τοῖς παραπτώμασιν οὐκ οἰκίαν οἰκεῖ, ἀλλὰ τάφον τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς νενεκρωμένης. Σκηνώματα αὐτῶν εἰς γενεὰν καὶ γενεάν· τουτέστιν, οἱ τάφοι οἰκίαι αὐτῶν εἰσιν εἰς τὸν αἰῶνα. Εἶτα ἑρμηνεύων τίνας βούλεται εἶναι τάφους, ἵνα δείξῃ ὅτι περὶ τῶν σωμάτων λέγει, οἷς αἱ διὰ πονηρίας ἐναπονεκρωθεῖσαι ψυχαὶ ἐνοικοῦσι, προσέθηκεν αὐτοῖς, σκηνώματα αὐτῶν εἰς γενεὰν καὶ γενεάν, κατὰ τὴν συνήθειαν σκηνωμάτων τῶν ἀνθρωπίνων ἀεὶ λεγομένων. Οὗτοι δὲ καὶ ἐπικαλοῦνται τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν. οὐ γὰρ ἐγγράφεται ἀσεβοῦς ὄνομα ἐν βίβλῳ ζώντων, οὐδὲ ἀριθμεῖται μετὰ τῆς ἐκκλησίας τῶν πρωτοτόκων τῶν ἀριθμουμένων ἐν οὐρανοῖς, ἀλλὰ τῇ γῇ αὐτῶν ἐναπομένει τὰ ὀνόματα, διότι τὴν πρόσκαιρον ταύτην ζωὴν καὶ ὀλιγοχρόνιον τῶν αἰωνίων σκηνῶν προετίμησαν. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς οἰκοδομοῦντας ἐν ταῖς πόλεσι, πῶς τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπικέκληνται τοῖς γηΐνοις κατασκευάσμασι, καὶ ἐν τάφοις δὲ μεγαλουργίαν ἐπιδειξάμενοι, τοῖς μνήμασιν αὐτῶν ἐναφῆκαν τὰ ὀνόματα. οὗτοί εἰσιν οἱ τὰ γήϊνα φρονοῦντες, καὶ τὴν ἐνταῦθα δόξαν, καὶ τὸ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις μνημονεύεσθαι, αὐτάρκεις ἑαυτοῖς εἰς μακαριότητα λογιζόμενοι. κἂν ἴδῃς τινὰ τῶν ἐπὶ ψευδωνύμῳ γνώσει μεγαφρονούντων, καὶ προσνεμόντων ἑαυτοὺς μοχθηρῶν τινῶν δογμάτων συγκαταθέσει, γίνωσκε ὅτι καὶ οὗτοι ἐπεκαλέσαντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν, φθαρτοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸ ὅλον γηΐνοις ἑαυτοὺς προσνείμαντες.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ τοῖς τάφοις κεκονιαμένοις

μένοις ὅμοιοι γέμοντες ὀστέων νεκρῶν, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας, τούτους αἰτιᾶται ὁ σωτὴρ· καὶ τοὺς οἰκοδομοῦντας τάφους, εἰ καὶ προφητῶν· καὶ τοὺς κοσμοῦντας μνημεῖα, εἰ καὶ δικαίων· οὐκ ἐπιτρέπει μαθητῇ θάπτειν νεκρὸν, εἰ καὶ πατρός. καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, τί, φησὶν, ᾠκοδόμησας σεαυτῷ μνῆμα, καὶ ἐλατόμησας σεαυτῷ μνημεῖον. καὶ οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, ἐὰν ἀκούσωσι τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ζήσουσι. ἐπὶ τῆς γαίας δὲ ἐστι τὰ ὀνόματα ἄνου καὶ ἄφρονος.

ιγ΄. Καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκε.] Θεοδωρήτου. Ταύτης δέ φησιν, αἴτιον τῆς ἀνοίας τὸ μὴ θελῆσαι συνιέναι ἡμᾶς τὴν οἰκείαν τιμὴν, καὶ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ δοθεῖσαν ἡμῖν ἀξίαν, ἀλλὰ τὸν κτηνώδη καὶ θηριώδη βίον ἀσπάσασθαι. εἰς δὲ τὴν ἀλογίαν ἐξέπεσον, κάκιστον ἐξ ἀρχῆς ἐσχηκότες τρόπον, καὶ ἐπὶ τὰς πονηρὰς ἐκκλίναντες πράξεις. Ὁδὸν γὰρ τὰς πράξεις ὠνόμασε. μεταμελείᾳ δὲ χρήσονται μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν, οὐδὲν ἐκ ταύτης πορίζομενοι κέρδος.

Βασιλείου. Μέγα ἄνθρωπος καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων, τὸ τίμιον ἐν τῇ φυσικῇ κατασκευῇ ἔχων. Τί γὰρ τῶν ἐπὶ γῆς ἄλλο καθ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος γέγονε; τίνι ἡ κατὰ πάντων ἀρχὴ καὶ ἐξουσία κεχάρισται; βραχὺ μὲν ὑποβέβηκε τὴν τῶν ἀγγέλων οὐσίαν, διὰ τὴν πρὸς τὸ γεῶδες σῶμα συνάφειαν. (Τὸν μὲν οὖν ἄνθρωπον ἐποίησεν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα.) ἀλλ' ὅμως ἥγε τοῦ νοεῖν καὶ συνιέναι τὸν ἑαυτῶν κτίστην καὶ δημιουργὸν δύναμις καὶ ἐν ἀνθρώποις ὑπάρχει. Ἀλλ' ὅμως ἐν τιμῇ ὢν τηλικαύτῃ, καταλιπὼν τὸ ὁμοιοῦσθαι τῷ κτίσαντι, δοῦλος γινόμενος τῶν παθῶν, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. Νῦν μὲν ὡς ἵππος θηλυμανὴς χρεμετίζων ἐπὶ γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ. νῦν δὲ ὡς λύκος ἅρπαξ ἐφεδρεύων τοῖς ἀλλοτρίοις. ἄλλοτε δὲ διὰ τοῦ πρὸς τὸν ἀδελφὸν δόλου, τῇ πανουργίᾳ τῆς ἀλώπεκος εἰκαζόμενος. Αὕτη ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκάνδαλον αὐτοῖς· ὁ οἰκονομῶν τὰ ἡμέτερα θεὸς ἐμποδίζει ἡμῖν τοῖς διὰ τῆς κακίας βαδίζουσι προσκόμματα ἡμῖν καὶ κωλύματα προστιθεὶς, ἵνα ἀποστάντες τῆς κατὰ ἀλογίαν ζωῆς, μετὰ ταῦτα ἐν τῷ στόματι εὐδοκήσωμεν, καρδίᾳ μὲν πιστευσάντων εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογησάντων εἰς

albatis, quæ plena ſunt oßibus mortuorum, & omni ſpurcitiâ, hos Saluator reprehendit; vti & eos qui ædificant ſepulchra, etiamſi prophetarum; & ornant monumenta, etiamſi iuſtorum; nec permittit diſcipulo ſepelire mortuum, tametſi parentem. Et in Iſaia, Quid, inquit, ædificatunt ſibi ſepulchrum, & exciderunt ſibi memoriale ſeu monumentum. Et qui in monumentis ſunt, cùm audiuerint vocem filij hominis, viuent. In terris autem ſunt nomina ſtulti & inſipientis.

CATENA PATRVM.

Reprehenduntur qui ſepulchra ædificant.

Luc. 9, 59. Iſaiæ 22, 16. Ioan. 5, 28.

13. ET HOMO CVM IN HONORE ESSET, NON INTELLEXIT.] THEODORETI. Planè huius inſipientiæ cauſſam eſſe dicit, quòd nos proprium honorem ac dignitatem ab omnium conditore Deo nobis collatam intelligere noluerimus, ſed pecudum ac iumentorum vitam amplexi ſimus. In irrationalitatem autem inciderunt, quoniam ab initio ſe prauis moribus dediderunt, & ad nefarias actiones declinauerunt. Viam enim actiones nominauit. Pœnitentiâ verò poſt deceſſum ducentur, cùm nihil inde lucri percipient.

Homo per peccatum excidit honore ſuo.

BASILII. Magna res homo, & pretioſum quid vir miſericors; quippe qui in naturali ſua conditione quiddam ſortitus ſit maximi æſtimandum. Nam quid præter ipſum in terris factum eſt ad imaginem conditoris? Cuinam alij principatus & poteſtas ſuper omnia conceſſa eſt? Paulò quidem minùs ab Angelis minoratus, propter hanc ad terrenum corpus coünitionem. (Hominem enim fecit de terra; *& miniſtros ſuos flammam ignis.*) attamen vis intelligendi & cognoſcendi conditorem & opificem ſuum etiam hominibus inſita eſt. Nihilominùs cùm in tanto honore eſſet, conditoris ſui ſimilitudinem deſerens, carnis affectionum ſeruus effectus, *comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Modò quidem tamquam equus emiſſarius feminarum amore inſanus, vxori proximi ſui adhinniens; modò verò tamquam lupus rapax alienis inſidias ſtruens, aliàs propter dolum in fratrem verſutiæ vulpis aſſimilatus. *Hæc via illorum ſcandalum ipſis.* Qui res noſtras gubernat Deus, remoratur nos per malitię viam incedétes, offendicula & impedimẽta objiciens, vt à vita pecuaria & rationis experte reſilientes, poſteà in ore noſtro complaceamus; cùm corde quidem crediderimus ad iuſtitiam, ore verò cófeſſi fuerimus ad

Homo in honore conditus.

Gen. 1, 27. Gen. 1, 28. Pſal. 8, 6. Gen. 2, 7. Hebr. 1, 7.

Homo carnalis fit beſtijs ſimilis.

Ier. 5, 8. Ezech. 22, 27. Ezech. 13, 4. Rom. 10, 10.

CATENA PATRVM.

Act. 8, 3. Act. 9, 23.

ſalutem. Deuaſtabat Paulus Eccleſiam Chriſti, & prono ad explendam iniquitatem curſu contendebat; poſteà in ore ſuo complacuit, prædicans in Synagogis; *Quoniam hic eſt Chriſtus.*

ORIGENIS. Non intelligens homo cùm in honore eſſet, ſemetipſum iumentis comparauit, & aſſimilatus eſt eis. Quandoque etiam cuilibet alicui præſtantiorum ex ipſis ſemetipſum per ea quæ agit aſſimilat. Bonum verò eſt aſſimilari Deo. *Hæc via eorum ſcandalum ipſis*; inſipientis ſcilicet & ſtulti via. Quin & Chriſtus ſcandalum eſt, cùm ſit petra ſcandali. *In ore ſuo complacebunt.* Exiſtimo hîc bonum ſtulti & inſipientis finem declarari. (1. Pet. 2, 8.)

15. SICVT OVES IN INFERNO POSITI SVNT.] THEODORETI. Ipſi enim ſupplicia ſibimet aſciuerunt, & mortem vitæ prætulerunt: atqui modò ab ipſis iniurijs impetuntur, paulò pòſt in eos poteſtatem habebunt: omni enim priſtinâ felicitate priuati morti tradentur. Dum autem his verbis vtitur, precem Deo offert, ne ſimilem cum illis mortem ſubeat. ait autem ſic: *Verumtamen Deus redimet animam meam*, &c. Deinde in paupertate viuentibus, & diuitum faſtu attritis, conſilium ac conſolationem adfert, dicens, *Ne timueris*, &c.

Improbi ſibi ipſis ſupplicia conſciſcunt.

BASILII. At feros ac ſtolidis pecoribus comparatos, velut oues intellectu ſimul & viribus ad ſe defendendum carentes, raptor, inquit, inimicus in captiuitatem abduxit, quos pridem in ſuos carceres coniecit, ac morti tradidit paſcendos. *Regnauit* enim *mors ab Adam vſque ad Moyſen*, donec venit verus paſtor, qui animam ſuam pro ouibus poſuit: atque adeò eas ſecum excitatas, & ex inferni carcere ad reſurrectionis matutinum eductas, rectis conſignauit, hoc eſt, ſanctis Angelis ſuis, vt eas paſcerent. *Et dominabuntur eorum recti.* Cuilibet enim fidelium eſt Angelus adiunctus, qui Patrem, qui in cęlis eſt, videre dignus ſit. Hi igitur recti dominabuntur ipſis ex duriſſima ſeruitute liberatis, & dominabuntur ipſi in matutino conſtitutis, id eſt lucis exortum ſubtergreſſis. Qui, inquit, ex conditione habebat dignitatem, & propter inhabitans

Diabolus abducit improbos in captiuitatem.

Rom. 5, 14.

Ioan. 10, 15.

Chriſtus omnes liberauit à morte.

Matth. 18, 10.

Peccatum facit hominem degenerare.

σωτηρίαν. ἐπόρθει Παῦλος τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ, ἐσπευδεν αὐτῷ τὸν δρόμον τὸν ἐπὶ τὴν πονηρίαν· μετὰ ταῦτα ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ εὐδόκησε καταγγέλλων ταῖς συναγωγαῖς, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ μὴ συνιεὶς ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν ἑαυτὸν παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. Ἐσθότε καὶ τοῖς τούτων διαφέρουσιν ἑκάστῳ δι' ὧν πράττει ὁμοιοῦταί τῳ τινι ἑαυτόν. Καλὸν δὲ τὸ ὁμοιοῦσθαι Θεῷ. Αὕτη ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκάνδαλον αὐτοῖς· ἄφρονος δηλαδὴ καὶ ἄνου ἡ ὁδός. Ἀλλὰ καὶ Χριστὸς σκάνδαλόν ἐστι, πέτρα ὢν σκανδάλου. Ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εὐδοκήσουσιν. Τὸ χρηστὸν οἶμαι δηλοῦσθαι τέλος ἄφρονος καὶ ἄνου.

ιε. ΩΣ ΠΡΟΒΑΤΑ ΕΝ ΑΔΗ ΕΘΕΤΟ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Αὐτοὶ γὰρ ἑαυτοῖς κολάσεις προεξένησαν, καὶ τὸν θάνατον προείλοντο τῆς ζωῆς· οἱ νῦν δὲ ὑπ' αὐτῶν ἀδικούμενοι, οὐκ εἰς μακρὰν τὴν κατ' αὐτῶν χρήσουσιν ἐξουσίαν· πάσης γὰρ τῆς προτέρας εὐημερίας γεγυμνωμένοι τῷ θανάτῳ παραδοθήσονται. Ἱκετείαν δὲ προσφέρει τῷ Θεῷ ὁ τούτοις χρησάμενος τοῖς λόγοις, μὴ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις τελευτὴν ὑπομεῖναι. φησὶ δὲ οὕτως· Πλὴν ὁ Θεὸς λυτρώσεται τὴν ψυχήν μου, καὶ ἑξῆς. μετὰ ταῦτα τοῖς πενίᾳ συζῶσι καὶ διὰ τὴν τῶν πλουσίων τρυχομένοις ἀλαζονείας εἰσήγησιν εἰσφέρει καὶ συμβουλήν, λέγων, μὴ φοβοῦ, καὶ ἑξῆς.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τοὺς δὲ κτηνώδεις καὶ παρασυμβληθέντας τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, ὡς πρόβατα οὔτε σύνεσιν ἔχοντας, οὔτε τὴν πρὸς τὸ ἀμύνασθαι δύναμιν, φησίν, ὁ διαρπάζων ἔλαβεν εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν ἐχθρός. οὓς ἤδη κατέβαλεν εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ ὀχύρωμα, καὶ παρέδωκε τῷ θανάτῳ ποιμαίνειν. Ἐποίμανε γὰρ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, ἕως οὗ ἦλθεν ὁ ἀληθινὸς ποιμήν, ὁ θεὶς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων· καὶ οὕτως ἑαυτῷ συναναστήσας καὶ ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς φυλακῆς τοῦ ᾅδου εἰς τὴν τῆς ἀναστάσεως πρωΐαν παρέδωκε τοῖς εὐθέσι, τουτέστι τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ ἀγγέλοις, εἰς τὸ ποιμαίνειν αὐτούς. Καὶ κατακυριεύσουσιν αὐτῶν οἱ εὐθεῖς. ἑκάστῳ γὰρ τῶν πιστῶν ἐστιν ἄγγελος παρεζευγμένος ἄξιος τοῦ βλέπειν τὸν πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὗτοι οὖν οἱ εὐθεῖς κατακυριεύσουσιν αὐτῶν ἐκ τῆς πικροτάτης δουλείας ἐλευθερωθέντας, καὶ κατακυριεύσουσι τοὺς γενομένους ἐν τῇ πρωΐᾳ, τουτέστι τοὺς ὑπελθόντας τὴν ἀνατολὴν τοῦ φωτός. Ὅ, φησί, διὰ μὲν τὴν κατασκευὴν ἔχων τὸ τίμιον, διὰ δὲ τὴν ἐνοικοῦσαν

ἐν

ἐν αὐτῷ ἁμαρτίαν οὐκ αἰσθανόμενος ἑαυτοῦ, ἀλλὰ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσιν. εἶτα διὰ τὸ ἀλλοτριῶσαι ἑαυτὸν τοῦ θεοῦ λόγου γενόμενον ἄλογον, ὡς πρόβατον ἀποίμαντον ὁ ἐχθρὸς διαρπάσας ἐν τῷ ᾅδῃ ἔθετο, καὶ παρέδωκε τῷ θανάτῳ ποιμαίνειν. Διὰ τοῦτο ὁ ἐκεῖθεν ῥυσθεὶς, καὶ τοῦ πονηροῦ ποιμένος ἀπαλλαγεὶς, λέγει τὸ κύριος ποιμαίνει με. καὶ ἡ βοήθεια αὐτῶν παλαιωθήσεται ἐν τῷ ᾅδῃ. Ἤτοι περὶ τοῦ θανάτου λέγει τοῦ μὴ δυνηθέντος μετὰ πάσης αὐτοῦ τῆς βοηθείας ἀντισχεῖν τῶν ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένων, διὰ τὸν καταλύσαντα τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, ὧν πᾶσα ἡ βοήθεια παλαιὰ καὶ ἀσθενής. καὶ τότε καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων βοήθεια ἐξελεγχθήσεται, τῶν πλούτῳ καὶ δόξῃ μεγαλοφρονούντων, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ παλαιωθήσεται, ἐξελεγχομένης αὐτῶν τῆς ἀσθενείας. Ἢ μήποτε ἡ βοήθεια τῶν δικαίων τῶν λυτρωθέντων παρὰ κυρίου παρεκταθήσεται ἐν τῷ ᾅδῃ. Οὔπω γὰρ ἐκομίσαντο τὰς ἐπαγγελίας. Πλὴν ὁ θεὸς λυτρώσεται τὴν ψυχήν μου. σαφῶς προφητεύει τὴν τοῦ Χριστοῦ κάθοδον εἰς ᾅδου, ὃς μετὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτοῦ λυτρώσεται τοῦ προφήτου τὴν ψυχὴν, ὡς μὴ ἐναπομεῖναι ἐκεῖ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Θάνατος ποιμανεῖ τὸν ἄφρονα καὶ τὸν ἄνουν. ἢ μᾶλλον τὸν μὴ συνιέντα ἄνθρωπον, τὴν ἑαυτοῦ τιμήν. Σαφῶς δὲ ὁ εἰπὼν, οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, καὶ ταῦτα λέγει τό, Πλὴν ὁ θεὸς λυτρώσεται τὴν ψυχήν μου, καὶ ἑξῆς.

ιζ'. ΜΗ ΦΟΒΟΥ ΟΤΑΝ ΠΛΟΥΤΗΣΗ ΑΝΘΡΩΠΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Μὴ μέγα τι, φησὶ, νόμιζε τὴν παροῦσαν εὐημερίαν. Οὐ μόνιμος γὰρ ὁ περίβλεπτος πλοῦτος· οἱ γὰρ ἐπὶ τούτῳ τὰς ὀφρῦς ἀνασπῶντες, καὶ τὰς γνάθους φυσῶντες, μικρὸν ὕστερον τὰ πάντα καταλείψαντες τῷ θανάτῳ παραδοθήσονται.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἐπεὶ οὖν πολλοί εἰσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ τοῖς γηγενέσιν οἱ τὰ τοιαῦτα φρονοῦντες, καὶ διὰ τὴν φαινομένην ἀνωμαλίαν τοῦ ἐπιμερισμοῦ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, ἀπρονόητον εἶναι τὸν κόσμον λέγοντες, τούτοις διαλέγεται ὁ λόγος, καταστέλλων αὐτῶν τὴν ἀπαίδευτον κίνησιν, οὓς καὶ ἐν προοιμίοις ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν τῶν διδαγμάτων ἐκάλει. Ἤπου καὶ πρὸς μόνον ἰδίως τὸ πρόσωπον τοῦ πένητος ἀποτείνεται λέγων. Μὴ φοβοῦ ὅταν

in ipſo peccatum, non cognoſcebat ſeipſum, hic iumentis ſimilis factus eſt. Deinde idem, quòd à verbo Dei ſeſe abalienauerit, degeneraui in brutum expers rationis, quem perinde ac erraticam ouem ſine paſtore abripuit inimicus, atque in inferno poſuit, mortique tradidit paſcendum. quapropter inde liberatus, & à maligno paſtore redemptus, ait: *Dominus regit me. Et auxilium ipſorum veteraſcet in inferno.* Aut ſanè dicit hoc de morte, quæ omni ſuo conatu eos, quos paſcit, defendere non poterit, propter illum qui deſtruxit eum qui mortis habebat imperium; quorum auxilium omne vetus & infirmum eſt. Atque tunc etiam redarguetur auxilium hominum illorum qui ob diuitias & gloriam ſeſe extollunt, & in inferno veteraſcet, deprehenſâ illorum imbecillitate. Aut fortè iuſtorum auxilium, quos redemit Dominus, ad infernum vſque protendetur. Nondum enim acceperant promiſſiones. *Verumtamen Deus redimet animam meam.* Manifeſtè prædicit Chriſti ad infernum deſcenſionem, qui vnà cum alijs Prophetæ ipſius animam ſit liberaturus, vt ibi nequaquam remaneat.

CATENA PATRVM.

Pſal. 22, 1.

Auxilium impiorum veteraſcit.

ORIGENIS. Mors paſcet inſipientem & ſtultum, vel potiùs hominem honorem ſuum minimè intelligentem. Manifeſtè autem vbi dixit, *Non relinques animam meam in inferno,* hæc etiam ait, *Verumtamen Deus redimet animam meam,* &c.

17. NE TIMVERIS CVM DIVES FACTVS FVERIT HOMO.] THEODORETI. Ne magni, inquit, feceris præſentem felicitatem. Nam quæ videntur diuitiæ, non ſunt ſtabiles: ſiquidem qui propter eas ſupercilia attollunt, & buccas inflant, paulò pòſt, omnibus derelictis, morti tradentur.

Felicitas huius vitæ inſtabilis.

BASILII. Cùm igitur multi ſint inter gentes atque terrigenas qui hæc ſentiunt, & propter apparentem inæqualitatem diſtributionis rerum ad vitam pertinentium, ſine prouidentia mundum eſſe arbitrantur; hos compellat hic ſermo, ſiſtens ac mitigans eorum imperitam commotionem, quos ipſo ſtatim initio inuitarat ad dogmatum ſuorum attentionem. Aut fortè ad ſolam pauperis perſonam ſe conuertit, dicens: *Ne timueris cùm diues factus fuerit homo.* Hi enim maximè

CATENA PATRVM.

Diues nudus moritur.

mè indigent conſolatione, ne potentiores vereantur. Nulla enim, inquit, vtilitas eſt diuiti morienti, cùm ſuas ſecum auferre diuitias non poſſit: qui hoc tantùm ex earum poſſeſſione lucratus eſt, quòd anima ipſius in vita hæc ab adulatoribus beata prædicaretur: vbi verò mortuus fuerit, non aſſumet omnem hanc opulentiam: vix indumentum capiet, quo pudenda velet.

ORIGENIS. Væ ijs qui hiſce diuitijs opulenti ſunt: nam dum quis moritur, non ſumet eas. *Neque deſcendet cum eo gloria domus eius.* Hanc gloriam quærunt infideles, quæ non deſcendat cum illis. Qui moritur non accipiet multiplicatam gloriam domus ſuæ; ſed cum virtute prædito, dum is aſcenderit, coaſcendet quoque gloria ipſius, ſcilicet virtus; cum deſcendente verò etiam condeſcendet. Quin & viri ſancti anima in vita ipſius, quæ Chriſtus eſt, benedicetur. Qui ſanctus Deo confitebitur, cùm probum ipſum reddiderit, & beneſecerit ipſi.

Viros probos vera gloria ſequitur.

19. QVIA ANIMA EIVS IN VITA.] THEODORETI. Mortuum ſanè miſerrimum vocant. Illud autem *confitebitur tibi* ita Symmachus vertit, *Laudabunt te, ſi beneſeceris ipſi.* Hæc enim vera laus eſt, non ſolùm viuum, ſed & mortuum celebrem eſſe. His autem laudibus dignus eſt, qui proprias diuitias ad ſui vtilitatem diſtribuit. Et videbis, inquit, hunc, vti dixi, eamdem mortem obire quam eius maiores obierunt, non modò præſenti, ſed etiam ſempiterno lumine priuatum.

Vera laus eſt quæ mortuos comitatur.

BASILII. De terreno homine, & eo qui tantùm bona eſſe exiſtimat quæ prima cenſentur in hac vita, diuitias, ſanitatem, potentiam, de hoc dicit, quòd Deo confiteatur, cùm beneficio quopiam affectus fuerit; in aduerſis verò omne genus blaſphemiæ in Deum effundat. Nam, relicto paupere, ad Deum conuertit ſermonem, diuitias reprehendens atque hoc perſtringens, quòd diues in ſola opulentia Deo gratias agat. *Introibit vſque in progenies patrum ſuorum.* Arbitror hoc eum dicere de peccatore, quòd tantùm cognoſcat eum Deus in quantum patrum ipſius conſuetudini traditus eſt; propriâ verò ſapiendi facultate nihil ampliùs acquirit,

Terrenus homo ſolùm in proſperis Deo gratias agit.

πλουτήσῃ ἄνθρωπος. Οὗτοι γὰρ καὶ μάλιστα παραμυθίας δέονται, πρὸς τὸ μὴ ὑποπτήσσειν τοὺς ὑπερέχοντας. Οὐδὲν γὰρ ὄφελός, φησι, τῷ πλουσίῳ ἀποθνήσκοντι, μὴ δυναμένῳ λαβεῖν τὸν πλοῦτον σὺν ἑαυτῷ. ὅσγε τοσοῦτον ἀπὸ τῆς ἀπολαύσεως ἐκαρδανε μόνον, ὅσον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ παρὰ τῶν κολάκων μακαρισθῆναι· ἐν δὲ τῷ ἀποθνήσκειν, οὐ λήψεται, φησι, πᾶσαν ταύτην τὴν περιβολήν· μόλις ἔνδυμα λήψεται, καλύπτον αὐτοῦ τὰ ἀσχήμονα.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῖς τοῦτον πλουτοῦσι τὸν πλοῦτον οὐαί· οὐ γὰρ λήψεταί τις ἀποθνήσκων αὐτόν. οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ. Ταύτην ζητοῦσι τὴν δόξαν οἱ μὴ πιστεύοντες, οὐ συγκαταβησομένην αὐτοῖς. Ὁ ἀποθνήσκων οὐ λήψεται τὴν πληθυνομένην δόξαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ τῷ μὲν ἀναβαίνοντι ἐναρέτῳ συναναβήσεται ἡ δόξα αὐτοῦ, ἤγουν ἡ ἀρετή. τῷ δὲ καταβαίνοντι συγκαταβήσεται. Καὶ τοῦ ἁγίου δὲ ψυχὴ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, εὐλογηθήσεται. ὅστις ἅγιος τῷ Θεῷ ἐξομολογήσεται, ἀγαθύνοντι καὶ ἀγαθοποιοῦντι αὐτόν.

ιθ'. ΟΤΙ Η ΨΥΧΗ ΑΥΤΟΥ ΕΝ ΤΗ ΖΩΗ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀποθανόντα μέντοι τρισάθλιον ὀνομάζουσι. τὸ δὲ ἐξομολογήσεταί σοι, οὕτως εἶπεν ὁ Σύμμαχος· Ἐπαινέσουσί σε, ἐὰν καλῶς ποιήσῃς σεαυτῷ. Τοῦτο γὰρ ἀληθὼς ἔπαινος, τὸ μὴ μόνον ζῶντα, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντα ἀοίδιμον εἶναι. Ἄξιος δὲ τῶν τοιούτων ἐπαίνων, ὁ εἰς οἰκείαν ὠφέλειαν τὸν πλοῦτον οἰκονομήσας. Καὶ ὄψει, φησὶ, τοῦτον, ὃν τρόπον εἶπον, τὸν αὐτὸν τοῖς πατράσιν ὑπομένοντα θάνατον, καὶ οὐ μόνον τοῦ παρόντος φωτὸς, ἀλλὰ καὶ τοῦ αἰωνίου στερούμενον.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Περὶ τοῦ χοϊκοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἀγαθὰ νομίζοντος εἶναι μόνα τὰ τοῦ βίου τούτου προτερήματα, πλοῦτον, καὶ ὑγείαν καὶ δυναστείαν, περὶ τούτου φησὶν, ὅτι ἐξομολογεῖται τῷ Θεῷ ὅταν ἀγαθυνθῇ, ἐν δὲ ταῖς περιστατικαῖς πᾶσαν ἀφίησι δυσφημίαν. Καταλιπὼν γὰρ τὸν πένητα πρὸς Θεὸν ὁδοποιεῖται τὸν λόγον ἐν τῇ κατηγορίᾳ τοῦ πλούτου, παραλαμβάνων καὶ τοῦτο, τὸ ἐν εὐθηνίᾳ μόνων εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ. εἰσελεύσεται ἕως γενεᾶς πατέρων αὐτοῦ. Οἶμαι λέγειν περὶ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὅτι τοσοῦτον ἐπιγινώσκει ὁ Θεὸς ὅσον τῇ τῶν πατέρων αὐτοῦ συνηθείᾳ παραδίδοται, τῇ δὲ οἰκείᾳ τοῦ φρονεῖν δυνάμει οὐδὲν πλέον προ-

προσκτᾶται περὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. Τοσοῦτον οὖν, φησι, παραγίνῃ σοι ὁ Θεὸς, καὶ τοσαύτη ἐστὶν ἐν αὐτῷ περί σου ἔννοια, ὅση, καὶ ἐν τῇ γενεᾷ τῶν πατέρων αὐτοῦ ὑπῆρχε. Καὶ ἐνταῦθα τὸ ἀργὸν τῆς διανοίας, καὶ φιλόσαρκον τοῦ ἐν πλούτῳ καὶ τρυφῇ κυλιομένου παρίστησι, καὶ τοῦ ὑπὸ τῶν βιωτικῶν μεριμνῶν κατεπνιγμένον τὸν νοῦν ἔχοντος· διὰ τοῦτο ἕως αἰῶνος οὐκ ὄψεται φῶς· οἱ γὰρ τυφλοῖς διδασκάλοις τὴν ὁδηγίαν ἑαυτῶν ἐπιτρέψαντες, ἐστέρησαν ἑαυτοὺς τῆς τοῦ φωτὸς ἀπολαύσεως.

κα. ΚΑΙ ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΕΝ ΤΙΜΗ ΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Αἰτία δὲ τούτων ἡ κτηνώδης ζωὴ, ἥνπερ τῶν ἀνθρώπων οἱ πλείους προείλοντο, τὴν παρὰ Θεοῦ δεδομένην ἀποβεβληκότες τιμήν· λογικοὶ γὰρ λεγόμενοι, τὴν ἀλογίαν ἠγάπησαν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπαπορητέον ὁ ἐν τιμῇ ὢν ἄνθρωπος καὶ μὴ συνιεὶς ποίας ἐστὶ φύσεως. εἰ μὲν τῆς πνευματικῆς, πῶς ὁμοιοῦται τοῖς κτήνεσι; εἰ δὲ τῆς χοϊκῆς, πῶς ἐν τιμῇ ἐστι; εἰ δὲ τῆς ψυχικῆς, ἐὰν οὗτος ᾖ ἐν τιμῇ, ὁ πνευματικὸς ἐν τίνι;

neque addit ſibi ipſi quidquam ad veritatis agnitionem. Tantum igitur, inquit, accedit tibi Deus, & tanta eſt in ipſo de te notio, quanta in generatione patrum ipſius extitit. Hîc planè exprimit mentis torporem ac carnis affectum eius qui in diuitijs atque delicijs volutatur, & mentem habet huius temporariæ vitæ curis præfocatam; quapropter in æternum non videbit lumen: nam qui ſe cæcis doctoribus ducendos commiſerint, ſemetipſos lucis fructu priuauerunt. CATENA PATRVM.

21. ET HOMO CVM IN HONORE ESSET.] THEODORETI. Horum autem cauſſa eſt brutalis vita, quam plurimi homines prætulerunt, reiecto honore à Deo illis conceſſo: cùm enim rationales dicerentur, irrationalitatem dilexerunt.

ORIGENIS. Quærendum cuius naturæ ſit homo, qui cùm in honore eſſet, non intellexit. Si quidem ſit naturæ ſpiritalis, quomodo iumentis aſſimilatur? ſin terrenæ, quomodo eſt in honore? ſin animalis, atque hic in honore ſit, in quali honore erit ſpiritalis?

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS ſimilis præcedentibus non requirit nouam explicationem. Argumentum didacticum eſt, & morale; docens, à morte & inferno non diuitias, ſed iuſtitiam liberare.

2. *Audite hæc omnes gentes.*] Ipſamet exordiendi formula, haud communem eſſe, quam traditurus ſit doctrinam, oſtendit. Quorſum verò tam multos vocat ad audiendum; niſi vt omnes remedium ſuis vulneribus neceſſarium ex auditis conſequantur? Quod S. Ambroſius expendens ad hunc locum: *Omnes*, inquit, *vocantur ad Eccleſiam, vt omnes redimantur à Chriſto. Qui æger eſt, medicum inuenit; qui ſanus, ſapientiam acquirit; captiuus redemptorem, liber remuneratorem. Omnes ædificat Scriptura diuina: in ea inuenit vnuſquiſque, quo aut vulnera curet, aut merita confirmet.* Ad hoc autem attentum & auritum requirens auditorem, ſubdit: *Auribus percipite, qui habitatis orbem.* Vbi ſubtiliſſimè & diuiniſſimè idem animaduertit Ambroſius in Græco eſſe, *qui habitatis* οἰκουμένην, hoc eſt, *eam quæ habitatur*, vt deſignet animam, quæ ſit Numinis tabernaculum, atque domus in qua Deus maneat. Addit Latinos ſimillimo ſenſu appellare *orbem*, *Quod vita*, inquit, *Sanctorum qui inhabitantur à Spiritu, ſicut rota in orbem ſine vlla curſus ſui offenſione voluatur.* Symmachus vertit, οἱ κατοικοῦντες τὴν κατάδυσιν: quod S. Hieronymus vertit, *habitatores Occidentis.* Ita autem vocat ciuitates & pagos, & domos, in quas καταδύνουσι, id eſt, *ſubeunt*, & ſe tegunt ij qui habitant: de quibus, variatâ phraſi, ſubdit:

Omnes vocantur, vt à Chriſto curentur.

3. *Quique terrigenæ, & filij hominum.*] Symmachus, ἥτε ἀνθρωπότης, καὶ προσέτι καὶ υἱοὶ ἑκάστου ἀνδρός. *ipſa humanitas* [ſiue natura humana] *& præterea etiam filij cuiuſque viri*; S. Hieronymus, *tam filij Adam, quàm filij ſingulorum.* Hebraicè eſt, גַּם־בְּנֵי אָדָם גַּם־בְּנֵי אִישׁ *gam-bene Adam, gam-bene iſch:* id eſt, tam plebeij & ignobiles (quos etiam Poëtæ terræ filios appellant) quàm nobiles & illuſtres. *Adam* enim hebraicè ſonat hominem obſcurum, & quaſi terreum; *iſch* verò inſignem virtute, & alijs notis illuſtrem. Baſilius ſuperiùs in Catena per *terrigenas* intelligit eos qui terrena ſapiunt; *per filios hominum* eos qui rationem, à qua homines dicimur, ducem ſequuntur.

Qui ſint terrigenæ, qui filij hominum.

IBIDEM. *In vnum.*] Græcè eſt, ἐπὶ τὸ αὐτό: quod etiam verti ſolet, *in idipſum.* Alius apud Chryſoſtomum, ὁμοῦ, *ſimul.* In Latinis editionibus videtur vtrumque eſſe coniunctum vt in Vulgata: *Simul in vnum diues & pauper.* Vbi duo notanda: quòd ſcilicet doctrinæ, quam proponit, vtilitas omnibus ſit communis: deinde quòd omnes ſeriâ admonitione opus habeant; quia nemo animum ad rectam conſiderationem, niſi expergefactus, erigat. Affatur ergo ſummos quoſque & infimos ſine exceptione: quia nimirum doctrina, quam proferre inſtituit, peræquè attingit totum genus humanum. *Nec diues* (inquit

Ad ſapientiam inuitantur omnes.

ANNOTATIONES CORDERII.

quit ad hunc locum S. Ambroſius) *auertitur, nec pauper excluditur: quia ſapientia non facultates diſcriminat, ſed voluntates. Ille aptior, qui prior affectu, & promptior diſciplinâ.* Cauſſam ergo reddens, cur omnes inuitaſſet, ſubdit:

Verba ſunt benè ponderanda priuſquam proferantur.

4. *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.*] Hunc verſum exponit S. Ambroſius, ſumptâ metaphorâ à ſtatera: in qua oportet, vt bilances æquo examine pendeant, nec vna alteram ſuperet. Ergo mens & os veluti duæ ſunt bilances, eiuſdem omnino ponderis; vt ſcilicet nihil os proferat, quod ratio non fuerit meditata. *Admonemur* (inquit Ambroſius) *non tumultuarium proferre ſermonem, ſed exercitio quodam meditationis & ſtaterâ mentis internæ examinare dicenda: quia abominatio duplex ſtatera, & iugum doloſum non bonum coram eo.* vbi *iugum doloſum* legit, pro eo quod Vulgata habet, *menſura & menſura.* Sicut enim ille qui duo animalia inæqualia eidem iugo ſubijcit, lædit illud quod magis procerum eſt; ſic etiam, qui alia quidem mente voluit, alia quidem linguâ profert. Dauid ergo tamquam prudens Doctor profitetur hîc ſe nihil populos docere, quod non prius altâ mentis cogitatione apud ſe digeſſiſſet: hinc, antequam Pſalmos ſuos caneret, aut lyræ manum admoueret, in corde priùs odeum inſtruebat, diuino cantu reſonans, pulcherrimâ & amabiliſſimâ ſuauitate, quâ mentium beatarum chori & Numinis aures mulcerentur. Id hîc vocat prudentem cordis meditationem. Alius interpres Græcus apud S. Chryſoſtomum vertit: μελετήσει ἡ καρδία μου σύνεσιν, *cantillabit cor meum intelligentiam.* Quod diſertiùs idem aurei oris Doctor exponit in hunc modum, ᾄσεται, ψαλμόν τινα ἐρεῖ πνευματικόν, *cor meum canet, & pſalmum aliquem ſpiritalem dicet.* Quam piam exercitationem omnibus Chriſtianis familiarem eſſe cupiebat D. Paulus, & Epheſijs in hunc modum commendat: *Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino,* &c.

Prou. 20, 10.

Epheſ. 5, 19.

5. *Inclinabo in parabolam aurem meam.*] Apud Chryſoſtomum alius, κλινῶ τῇ παραβολῇ τὸ οὖς μου, *inclinabo parabolæ aurem meam.* Dupliciter (inquit Ianſenius) hæc pars accipi poteſt: aut ſcilicet vt ſignificet Propheta, ſe auſcultaturum ad id quod ſpiritus in ipſo ſit locuturus, priuſquam alios ſit docturus: aut ſignificet, ſe illi ipſi quod eſt locuturus diligenter aures præbiturum, hoc eſt perpenſurum accuratè, quò intelligatur ipſum de rebus ſerijs locuturum, & quæ ipſi vehementer ſint cordi.

IBIDEM. *In pſalterio propoſitionem meam.*] S. Hieronymus, *in cithara ænigma meum:* quod Hebraicè eſt חִידָתִי *chidathi*; Græcè τὸ πρόβλημά μου. Eſt autem problema propoſitio interrogationem habens de re aliqua abdita, & non omnibus obuia: qualis eſt quæ ſequitur. Itaque nomen *propoſitionis* non hîc accipitur quomodo apud Dialecticos pro enuntiatione veri vel falſi, ſed pro diſquiſitione rei obſcuræ, quæ proponitur ad vtilitatem audientium: ſicut & nomen parabolæ non propriè accipitur pro ſimilitudine, ſed, vt ſæpè in Scripturis, pro ſermone graui, obſcuritate verborum obuelato, & qui non omnibus ſatis ſit apertus.

Problema quid.

6. *Cur timebo in die mala?*] Hîc proponit problema, circa quod totus Pſalmus verſatur: cuius duæ ſunt primariæ expoſitiones, quas tradit Ianſenius. Prima eſt, quâ per *diem malam* accipitur tempus calamitatis & afflictionis huius ſæculi, in quo iuſti à diuitibus & potentibus iniqua ſæpè ferre coguntur; ita vt ſcopus huius Pſalmi ſit docere, non eſſe metuendum iuſtis à potentibus & diuitibus huius ſæculi, qui in ſua potentia & diuitijs gloriantur. id enim congruit illi quod poſteà dicitur: *Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo.* Itaque ſenſus erit: Cur, quæſo, mihi timeam in aduerſo tempore, cùm me prauitas eorum, qui me ſupplantare & conculcare nituntur, circumquaque obſederit? Iuxta hunc ſenſum enim ſubintelligendum eſt aduerbium *quando*; & per *calcaneum* intelligendus eſt ſupplantator. In ſequentibus autem oſtenditur, non magnoperè timendos eſſe tales impios: quòd licet multum glorientur, ſibique complaceant, breuì tamen in extremum prolapſuri ſint interitum; ex quo ſeſe extricare non poterunt.

Quid per diem malam intelligatur.

Altera explicatio eſt, quâ per *diem malam* accipitur dies nouiſſimi iudicij: quæ in Scripturis non rarò dies mala dicitur, ob extremam calamitatem, quæ tunc impijs obueniet; quare Sophonias eam vocat *diem iræ, calamitatis & miſeriæ.* Et iuxta hanc acceptionem variè tractatur hic verſus, vt videre eſt apud S. Auguſtinum, Ambroſium & Baſilium: quorum iſte legit ſecundam partem negatiuè, *Iniquitas calcanei mei non circumdabit me.* Verùm ſi quis diligenter ad ſcopum totius Pſalmi intendat, inter varias explicandi rationes, conuenientior videtur ea quam innuit Flaminius, vt Propheta intelligatur ſeipſum, & in ſeipſo omnes auocare ab immodico diuitiarum huius ſæculi ſtudio, quod ferè cum aliorum iniuſta oppreſſione coniunctum eſt. Totus enim Pſalmus in hoc verſatur, vt oſtendat miſeriam eorum, qui ob gloriam & diuitias huius ſæculi ſibi felices videntur; cùm eæ illis in die iræ diuinæ nihil prodeſſe poterunt, vt imminentem ſibi Dei vltionem effugiant, vti ſuperiùs in Paraphraſi, Commentario & Catena pulchrè explicatum eſt. Duplicem aliam huius loci expoſitionem tradit Ambroſius. Prior eſt, vt homo læſus dicatur calcaneo; quia nimirum illam corporis partem momordit ſerpens ille antiquus; de quo in Geneſi ſcribitur: *Tu inſidiaberis calcaneo eius*; ita vt omnes nos claudicare ſignificet in via virtutis. Magno ergo labore peragendum eſt iter illud; cùm omnes læſis tibijs & pedibus incedamus. Vide quantâ difficultate claudus viam arripiat, nec minorem tibi eſſe ſubeundam puta in progreſſu virtutis. Forſitan hoc innuit magnus ille Iacob, qui ingreſſurus terram promiſſionis, claudus effectus eſt. Nempe in via virtutis etiam ſanctiſſimi viri claudicant. Hæc eſt prior huius loci expoſitio, quam his verbis tradit Ambroſius: *Alia eſt iniquitas noſtra, alia calcanei noſtri, in quo Adam dente ſerpentis eſt vulneratus, & obnoxiam hereditatem ſucceſſionis humanæ ſuo vulnere dereliquit, vt omnes illo vulnere claudicemus.* Læſus item calcaneo dicitur homo, quia adeò lubrica eſt via virtutis, vt vix incedere poſſimus; ſed paſſim ruamus, nec figere poſſimus pedem. Hanc ſimiliter expoſitionem Ambroſianis verbis accipe: *In die enim iudicij*, inquit, *noſtra in nobis, non alienæ iniquitatis flagitia puniuntur: vnde reor iniquitatem calcanei magis lubri-*

Soph. 1, 15.

Omnes in via virtutis claudicamus.

Gen. 3, 14.

lubricum delinquendi, quàm reatum aliquem noſtri eſſe delicti. Vbi nota illud *lubricum delinquendi*; quo ſignificatur nihil eſſe facilius huic corruptæ debilitatæque naturæ noſtræ, quàm labi in peccatum, atque offendere. Sapienter enim S. Chryſoſtomus lib. 2. de Compũctione animaduertit, eſſe in nobis ἐξόῤῥοπον *magnam quamdam celeremque inclinationem, & deorſum ferens pondus ad lapſum & peccatum.* Propter quod D. Paulus etiam extimuerit, cùm ait ſe reformidare, ne cùm alijs prædicauerit, ipſe reprobus fiat; & ei qui ſtare ſe opinetur, omni ratione prouidendum ne cadat. Pulchrè item in hunc locum Chryſoſtomus ait peccatum κυκλοῦν, id eſt, vndique nos *circumdare*, quouis exercitu grauius; & ea de cauſſa dici à D. Paulo εὐπερίστατον, *facilè circumſiſtens*, quòd continuè & nullo negotio nos ambiat & circumdet. Idipſum voluiſſe Dauidem ſignificare; qui cùm dixiſſet, *Cur timebo in die mala?* ſubiungit, *Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Hoc, inquit, vereor, ne peccatum decipiat me, & circumdet. Ita enim hunc locum idem exponit Chryſoſtomus; & inde deducit, ſolum peccatum eſſe timendum, alia verò, quamlibet dura & horribilia, nullo modo. Addit id ſenſiſſe ſanctiſſimos viros; & qui ſolum illud timuerit, non veretur ipſe appellare inter homines Angelum. Verùm, quia id videtur paradoxum in vulgo, & perobſcuram habere cognitionem, doctrinam illam ſuam Dauid parabolam & ænigma vocat, quando verſu præcedenti dixit: *Aperiam in pſalterio propoſitionem meam:* vbi ex Hebræo S. Hieronymus vertit, *aperiam in cithara ænigma meum*, & Græcos etiam quoſdam habuiſſe αἴνιγμα prodit ibidem Chryſoſtomus.

Reatum maximè lubricum.

1. Cor. 9, & 10.

Heb. 12, 1.

Solum peccatum timendum.

Denique Chaldæus verſum hunc interpretatur hoc modo: *Quare timebo in die tempeſtatis malæ, niſi quando reatus peccati mei in fine meo circumdabit me?* Planus ergo ſenſus habet, vt de morte intelligatur, per calcaneum extremam pedis partem ſignificata. Mors enim finis eſt vitæ, vt calcaneus pedis. *Per calcaneũm,* (inquit S. Hieronymus in Pſal. 55.) *intellige finem vitæ.* Sub mortem igitur imminente iam Dei iudicio, cui præſentandi erimus, ſcelera noſtra, quæ vel ex affectu præpoſtero, vel ex conſuetudine ipſa nihil non facile ac leue nobis reddente, nihili æſtimamus, & prorſus obliuioni tradimus; velut de calcaneo, loco ſcilicet inſperato, minimè præuiſo, vbi vel occulta vel ſepulta deliteſcebant, inſurgent in aciem, & moribundum circumdabunt, moreque ſerpentis in ſpiras adglomerati miſerrimum peccatorem circumplexum & circumligatum diſcruciabunt.

In morte peccata hominem circumdant.

9. *Et laborauit in ſæculum.*] Vulgata, *& laborabit in æternum*; Aquila, καὶ ἐπαύσατο εἰς αἰῶνα, καὶ ζήσεται εἰς νῖκος, *& quieuit in ſæculum, & viuet in victoriam*; Symmachus, ἀλλὰ παυσάμενος τῷ αἰῶνι τούτῳ ζῶν ἀεὶ διατελέσει, *ſed deſinens ſæculo huic, viuens ſemper perſeuerabit.* Euſebius in Catena Danielis Barbari refert hæc prætereà ex Quinta editione, *laborauit in ſæculum, & viuet in victoriam.* Pars hæc omnium obſcuriſſima (inquit Ianſenius) communiter ſic intelligitur, vt ſignificetur, impium perpetuò aſſligendum, atque in maximis verſaturum cruciatibus; nec tamen vmquam conſumptum iri, ſed in cruciatibus ſemper victurum, ſubſtantiâ ſcilicet eius ſemper permanente. Qui ſenſus, etſi verus ſit, nonnihil tamen remotus eſt ab eo quod originalia Hebræa ſignificant; præterquam quòd coactus videatur: ſiquidem Scriptura non vitam, ſed mortem æternam impijs tribuere ſolet. Coactior etiam eſt S. Auguſtini interpretatio, quâ *viuere in finem* accipit pro deſinere viuere. Quò ergo hîc ſolidior intelligentia habeatur, notandum, Græcis non eſſe futurum *laborabit*, ſed præteritum ἐκοπίασε, *laborauit*; quomodo non ſolùm S. Baſilius legit & exponit, ſed etiam S. Ambroſius & Hieronymus in Commentarijs; vt meritò hæc vera debeat haberi lectio. Nec eſt in Græcis aduerbium *adhuc*, ſed tantùm, *& viuet in finem*; quomodo & S. Auguſtinus legit. Itaque S. Baſilius, dum ſimplicem huius verſus ſenſum proſequitur, ſignificat ſe hanc partem interrogatiuè legiſſe; vt ſit ſenſus: Etiamſi talis pro redemptione animæ ſuæ toto tempore præſentis ſæculi laborauerit, ſeſeque cruciauerit; an putas, quòd hoc ſuo labore ac cruciatu mortem euadere poterit, ac vitam ſibi comparare æternam? Qualis autem, inquit, ille labor præſentis ſæculi, ſufficiens humanæ animæ viaticum fuerit ad futurum ſæculum? Græca enim habent εἰς αἰῶνα: quod de præſenti ſæculo accipi poteſt, ſicut & mox poſteà accipi debet, cùm dicitur, *Sepulchra eorum, domus eorum in æternum.* Hic ſenſus accedit valdè ad ea quæ in Hebræo ſignificantur. Nam omnes penè in Hebræa lectione ſignificari intelligunt, hominem non poſſe pretium pro redemptione animæ ſuæ ſic perſoluere, vt vitam ſibi comparet æternam. Atque hunc ſenſum facilè admittere poteſt Latina lectio, etiamſi legatur per futurum *laborabit*.

Impijs nil proſunt diuitiæ ad vitam æternam.

ANNOTATIONES CORDERII.

12. *Et ſepulchra eorum*, &c.] Alius apud S. Chryſoſtomum legit, τὰ ἐντὸς τῶν οἰκιῶν αὐτῶν εἰς αἰῶνα, *interiora domorum eorum in ſæculum.* Hoc autem, vt benè notat Ianſenius, dupliciter accipi poteſt. Primùm de ſepulchris, quæ diuites, dum viuunt, ſibi magnifica fieri curant; eaque rectè vocat domus eorum perpetuas, & tabernacula per multas generationes, quod per ea habitare quodammodò & ſupereſſe ſemper apud homines ſtuduerint: ita vt hac narratione ſtultitiam eorum inſinuet, qui per mortis ſigna ſibi voluerint apud homines vitam & manſionem comparare; & quibus ſola cura fuit nomen ſibi apud homines & diuturnam memoriam comparare, non autem manſiones cæleſtes, aut nomen bonum apud Deum. Huic intelligentiæ benè conuenit id quod ſequitur: *Vocauerunt nomina ſua in terris.* eaque intelligentia valdè accedit ad id quod Hebræa habent: ea enim ſignificant, interiores impiorum cogitationes eſſe de domibus ſibi perpetuis in terra conſtruendis, quaſi ſemper ibi eſſent victuri. Nam Hebræa habent קִרְבָּם *kirbam*, quod eſt *intimum eorum*: pro quo Septuaginta per metatheſin legerunt קִבְרָם *kiuram*, quod eſt *ſepulchrum eorum*.

Diuites per ſepulchra volunt ſibi memoriam conciliare.

Secundò generaliori & ſimpliciori intelligentiâ accipi poteſt de omnium impiorum ſepulchris; vt ſignificetur, impios pro magnificis ſuis ædibus, quas hîc inhabitauerunt, non alias domos habituros poſt mortem, quàm ſepulchra, in quibus ſemper ſint manſuri per omnes mundi ætates: quomodo apud Eccleſiaſten ſepulchrum appel-

Eccle. 12, 5.

ANNOTATIONES CORDERII.

In hac vita commoramur in tabernaculis; ſepulchrum verò eſt domus noſtra.

appellatur domus æternitatis humanæ: quæ optima videtur expoſitio huius loci. In hac vita non habet homo locum, in quo habitet tamquam in domo, ſed tamquam in tabernaculo: quia nullus eſt in hac vita locus, in quo ſit permanſurus: In ſepulchro autem conſtituta eſt tibi domus; ibi permanebis toto tempore, quo hic mundus perdurabit. Vnde Dauid (vt eleganter obſeruat S. Auguſtinus) de ſæculi diuitibus loquens, ſepulchra eorum vocat hîc *domos eorum*, & quidem *in æternum*; id eſt, vſque ad conſummationem ſæculi; habitacula verò, quæ in terra poſteris ſuis relinquunt, ad nominis ſui celebritatem inſtructa, non domos, ſed *tabernacula*, proprio vocabulo appellat. Rectè quidem, quoniam in habitaculis ſuper terram extructis minimo tempore manere ſinuntur, nec vlla in eis firma vel fixa ſtatio eſt. Frequenter contingit, vt ædificato palatio diues morte ſtatim abſorbeatur; imò & nonnumquam ſtructurâ needum ad faſtigium perductâ. *Rectè ergo* (inquit S. Auguſtinus) *tabernacula vocantur, in quibus temporaliter manſerunt; ſepulchra verò domus, in quibus quaſi in æternum manebunt. Tabernacula ſuis dimittent, vbi manebunt breui tempore vitæ; & tranſibunt quaſi ad domos æternas ad ſepulchra.* In ſepulchro igitur conſtituta eſt tibi domus morienti, cui viuenti tantummodò locus conceditur; in quo breuiſſimè, tamquam in tabernaculo debili & infirmo, poſſis habitare.

Honor abſorbet intellectum hominis, & beſtijs ſimilem facit.

13. *Homo cùm in honore eſſet, non intellexit.*] Quia (vt eleganter D. Bernardus Epiſt. 237. ait) *honor abſorbuit intellectum.* Difficilè nimirum intra humanæ rationis terminos ſe continet, qui præ ceteris aliquo ſplendore inſignitur. Vbi honoris aliquid, vbi aliquid excellentiæ vnum præ alijs occupat hominem, vix in illo aliquid hominis relinquit. Honor quippe abſorbet intellectum, ſimilitudinemque ingerit cum iumentis campi. Quiſquis intra hominis menſuram & perfectionem te continere amas, caue tibi, ne aliquam in te præcellentiam intuearis: ſi enim hanc intueris, fallar, niſi hominem depoſueris. Exemplo ſit Nabuchodonoſor, de quo per ſeptem annos dubitari potuit, homóne an fera eſſet. Quam metamorphoſim non Medeæ ſucci, aut Lycanthropia Liuonum, ſed tumidi animi ſuperbia & crimen effecerat, ex propriæ dignitatis & excellentiæ conſideratione conceptum. Vbi enim vidit ciuitatem, cuius gloria ceteras ſuperabat, ait: *Nónne hæc eſt Babylon magna, quam ego*

Dan. 4, 27. *ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cumque ſermo adhuc eſſet in ore regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex: Regnum tuum tranſibit à te, & ab hominibus eycient te, & cum beſtijs & feris erit habitatio tua*, &c. Vbi luciſſima ſua facinora aſpexit, vbi decus & gloriam, quâ ceteros ſuperabat, notauit; non ampliùs cum hominibus potuit exiſtere, ſed & hominem exuere, & habitare iubetur cum brutis. Pulchrè hac de re Richardus Victorinus lib. 2. de Eruditione hominis interioris cap. 51. *Quantum*, inquit, *te ſupra homines extuliſti per arrogantiam, tantum infra homines deijcieris per culpam; & cum beſtijs & feris erit habitatio tua. Ab hominibus eiectus, ad feras & beſtias deſcendes.* Sic præcellentia ſolet rationem abſorbere, & homines efferare. Et omnis denique peccator, propter ſceleris infamiam atque ſordes, in belluarum conditionem ſimilitudinemque demigrat.

Omnis peccator alicui beſtiæ ſimilis fit.

Extrema malitia eſt, in malo delectari.

14. *In ore ſuo complacebunt.*] Agit hîc, inquit Chryſoſtomus, de ijs, qui cum impiè nequiterque fecerint, factum laudant. quod eximiæ eſt improbitatis argumentum, & dementiſſimæ vecordiæ. Nam cùm, inquit, ſcelus odiſſe & deflere debuiſſent, ſobrijque hominis cogitationem ſuſcipere, pœnas denique vitare ſempiternas diuino iudicio conſtitutas, ipſi contrà laudant quæ faciunt, & eo ipſo alijs meliores ſe eſſe putant. Et ſubdit de ijs qui in cœno luxuriæ volutantur, eſſe quoſdam tanto furore percitos, atque adeò emotæ mentis; vt etiam cùm libidinem ſuam expleuerint, quando eos erubeſcere oporteret iniquitatem ſuam contuentes, γαυρῶνται, καὶ ἀβρύνονται τῷ γεγενημένῳ, *exultent, ſibique placeant, & patratâ nequitiâ delectentur.* quod ipſe grauiſſimo quidem, ſed veriſſimo tamen nomine appellat βδελυρὸν *abominationem.*

Cur peccatores ouibus comparantur.

15. *Sicut oues in inferno poſiti ſunt.*] S. Baſilius ſuperiùs in Catena citatus benè notat nomen *ouis* hoc loco non in bonam, ſed in malam partem ſumi; vt idem ſit quod ſtolidus, inſipiens, ſenſu & capite diminutus: quibus nominibus appellare conſueuit Scriptura peccatores. Ergo ait Dauid, inſipientes & ſtolidos peccatores factos eſſe velut oues omni ſenſu carentes. Quid inde? *In inferno poſiti ſunt.* id eſt: Ad tumulos & ſepulchra mortuorum, tamquam ad propriam habitationem & domum, acceſſerunt, vel ad macellum interficiendi deuenerunt. Vel ex ſacrificijs ſumpta eſt metaphora. q. d. Tamquam hoſtia mactanda ad aram peruenerunt. In ſumma, mortem ſibi adſciuerunt; vnde ſubdit: *Mors depaſcet eos.* id eſt: Auidiſſimo dente mors eis veſcetur. Appetit enim mors quaſi aptiſſimum cibum peccatores, quibus libentiſſimè veſcitur.

Peccatores ſunt proprius cibus mortis.

Omnibus enim animantibus naturæ ſuæ conuenientes cibos natura conceſſit; morti verò peccatores tamquam proprium alimentum indulſit. Vel quia pijs veſci morti interdictum eſt, ideò impijs, tamquam conceſſo ſibi cibo, veſcitur. Ideò ex mente S. Baſilij non alijs animantibus brutis & ſtolidis Propheta peccatores ſimiles facit, ſed ouibus: in quibus ſimul & ſtoliditatem & imbecillitatem notat. Alia enim animalia longiùs vitam protendunt: vel quia ſic à natura inſtituta ſunt; vel quia ad cibos & ſacrificia non ita expetuntur: oues autem breui termino vitam concludunt, & conquiruntur ad ſacrificia & ad cibos. Homines damnatos aſpice: *Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.* Sed quomodo ſunt iam oues; an non, dum viuerent, fuerunt tigrides, porci, vultures, lupi, leones? Fuerunt certè, ſed vltio diuina eos reddidit oues; & ita manſuefecit, vt nullis doloribus, nulli malo poſſint reſiſtere. *Mors depaſcet eos.* Nam velut ouiculæ gramina depaſcentes, non ea radicitus conuellunt, ſed attondent, vt, radice ſaluâ, recreſcat herba iterùm iterumque depaſcenda; ita illos inferorum reos depaſcit mors; non eis adimit vitam, vt in aliam atque aliam ſemperque nouam reſeruentur lanienam. Atque hęc eſt mors altera ſemper victura. *Eorum* (inquit D. Auguſtinus lib. 19. de Ciuitate Dei cap. 28.) *ſecunda mors dicitur: quia nec anima ibi viuere di-*

cenda

cenda eſt, quæ à vita Dei alienata erit; nec corpus, quod æternis doloribus ſubiacebit. Ac per hoc ideò durior mors iſta ſecunda mors erit; quia finiri morte non poterit. Ibi & dolor permanet vt affligat; & natura perdurat, vt ſentiat: quia vtrumque ideò non deficit, ne pœna deficiat.

Vitium virtuti ſeruit, & iuſti dominabuntur impiorum.

IBIDEM. *Et dominabuntur eorum iuſti.*] Pulchrè ad hunc locum S. Chryſoſtomus: *Talis*, inquit, *eſt rerum natura, vt vitium virtuti ſeruiat, eamque formidet ac pertimeſcat: licet illud ſit verſutum, exercitatumque, ac præclarè inſtructum; hæc vero nuda, & per ſeipſam decertans.* Et ſtatim ſibi obijciens præpoſteram rerum conditionem; videmus enim ſæpè ſeruire bonos, imperare improbos; reſpondet, bonos in ſua illa ſeruitute veram gerere libertatem, quia non ſeruiunt vitijs; improbos in hoc ſuo imperio miſeram ducere ſeruitutem, quia vitijs famulantur. Et Ioſephi exemplo rem illuſtrat: quod omitto, ne prolixior ſim. Nunc ſi quæratur, quale ſit futurum illud iuſtorum dominium, de quo hîc mentio fit, expedita eſt reſponſio: quia reprobos omnes proſterni ſub Chriſto capite noſtro oportet, vt ſint ſcabellum pedum eius, hoc quoque ad omnia eius membra pertinere. Adde, quòd iuſti, præſertim viri Apoſtolici, in extremo iudicio futuri ſint Chriſti aſſeſſores, & iudicialem cum eo in impios poteſtatem habituri.

17. *Et multiplicata fuerit gloria domus eius.*] In huius loci expoſitione exclamat Chryſoſtomus: *O egregiam ſententiam! quæ*, inquit, *Philoſophiæ doctrinam omni ſtudio complectendam induxit. Non dixit opulentiam diuitum, & ſplendidiſſima ornamenta, quibus ædes magnificentiſſimè inſtruuntur, eſſe gloriam hominis, ſed gloriam domus: nam ſtragula veſtes, aurea menſa, picturæ exquiſitæ, fontes, aquæductus, ornata cubilia, & alia huiuſmodi, decora ſunt domorum, non dominorum. Quid enim illis confert, quòd aurea ſint columnarum capitella, ſi ipſi caput luteum habent, & ſtultitiâ, aut prauis opinionibus, vt fuligine tinctum & deforme?* Longa eſt oratio & aureâ eloquentiâ diues S. Chyſoſtomi: quam qui leget, faciet meo iudicio operæ pretium. nobis hæc ex illa delibaſſe ſatis eſt.

Supellex pretioſa eſt gloria domus, non domini.

18. *Quoniam cùm interierit, non ſumet omnia.*] Vbi *non ſumere omnia*, idem eſt quod omnia relinquere, atque ab omnibus rebus imparatum ex hoc mundo educi. Huc ſpectat etiam illud S. Pauli: *Nihil enim intulimus in hunc mundum; haud dubium, quòd nec auferre quid poſſumus.* A quo Seneca, vir iudicij magni, pulchrum illud didicerat: *Quidquid circa te iacet rerum, tamquam hoſpitalis loci ſarcinas ſpecta: tranſeundum eſt. Excutit redeuntem natura, ſicut intrantem. Non licet plus efferre quàm intuleris.* Præclarum eſt illud facinus Conſtantini Magni, cuius meminit Euſebius lib. 4. cap. 30. in eius Vita: qui cùm videret quemdam in palatio inexplebili diuitiarum amore flagrantem, corporis humani menſuram haſta ſolo dimetiens; Omnes, inquit, ſi totius vniuerſi opes haberes, plus tamen hoc à me terræ ſpatio circumſcripto non habebis, & ſi illud fortè habueris. O dicta aurea! Hoc igitur vidit ille mundi potens Imperator, hoc profanus ſapiens, eſſe opes generosè contemnendas, vt continuò abituras ad alium, noſque inopes vacuoſque relicturas. Meritò igitur ad diuitem in opibus ſuis gloriantem in Euangelio Dominus ait: *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem paraſti, cuius erunt?* Pulchrè ad hunc locum S. Ambroſius: *Gloria*, inquit, *ſæculi non deſcendit cum peccatore, ſed gloria virtutis aſcendit cum innocente.*

Omnia in morte deſerenda.
1. Tim. 6, 7.
Epiſt. 102.

ANNOTATIONES CORDERII.

Luc. 12, 20.

19. *Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei.*] Quæ quidem gratitudo fucata eſt, non ſincera; vt rectè notat D. Antiochus Hom. 117. de Gratiarum actione, dicens: *Hoc inſigni argumento internoſcitur qui nihil fucatè gratus eſt, dum inter medias deprehenſus calamitates, toto pectore gratias agit Domino.* Quaſi diceret: Fucatè & ſincerè grati nullo meliùs indicio deprehenduntur, quàm quòd ille in proſperis, hic etiam in aduerſis gratulatur. Eleganter D. Chryſoſtomus in Pſal. 9. ſcribens ait: *In bonis gratias agens, reddidiſti debitum; in malis, Deum conſtituiſti debitorem. Qui beneficio affectus agit gratias, reddit debitum; qui malè affectus afficit gloriâ, debitum acquirit.* Quantò igitur vtilius eſt & glorioſius, Deum acquirere debitorem, quàm Deo ſoluere creditori; dare Deo, quàm reddere; tantò fructuoſius & excellentius, Deo in aduerſis quàm in proſperis gratulari.

Gratitudo ſincera in aduerſis cernitur.

20. *Introibit vſque in progenies patrum ſuorum.*] Hoc eſt, ſi verba ſecundùm propriam ſignificationem attendantur, naſcetur ſicut patres eius; ſi autem ſecundùm figuratam ſpectentur, morietur ſicut eius maiores. Nam progenies ſiue generationes appellauit, quas potiùs appellare debuerat corruptiones; vt ſignificaret, quantâ neceſſitate omnes qui generantur corrumpuntur. Vnde rectè D. Auguſtinus Serm. 21. de verbis Domini: *Cetera*, inquit, *noſtra bona & mala incerta ſunt: ſola mors certa eſt. Conceptus eſt puer: fortè naſcitur, fortè aborſum facit; fortè creſcit, fortè non creſcit; fortè ſeneſcit, fortè non ſeneſcit.* & poſt multa alia: *Reſpice omnia. Vbique eſt, fortè erit, fortè non erit: numquid potes dicere, Fortè moritur, fortè non moritur?* Quaſi diceret: Ceteris in dubium vocatis, ſola mors omnibus qui naſcuntur ſine dubio contingit.

Qui generantur certiſſimè corrumpuntur.

IN PSALMVM XLIX. ARGVMENTVM.

α΄. Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

Οἱ Ἰουδαίων πρόεδροι ἀρετῆς ἀμελοῦντες, τὸ πᾶν ἐνόμιζον εἶναι, ἐν τῷ τοὺς νόμους ἀποστοματίζειν, καὶ διαγγέλλειν καὶ θυσίας προσφέρειν. Πρὸς οὖν τοὺς οὕτως διακειμένους

1. Pſalmus ipſi Aſaph.

Iudæorum proceres, virtute neglectâ, totum in hoc conſiſtere putabant, vt leges memoriter tenerent, & annuntiarent, ac ſacrificia offerrent. Illos itaque ſic affectos repre-

Iudæi erant toti in externo cultu.

PARAPHRASIS PATRVM.

reprehendit beatus Dauid, Deum introducens ijs exprobrantem ac demonſtrantem; quòd, niſi virtus adfuerit, ſacrificia auerſetur. Quod etiam per Iſaiam dixit: Impius qui immolat* vitulum, quaſi qui interficiat virum, *&c. In imagine igitur figurat orationem, & introducit Deum cælitus aduenientem, & tribunal ſtatuentem, & Iudæorum principes iudicantem, ſic dicens:*

Iſaiæ 66, 3. * Vulgata bouem,

ἔλεγχον ποιεῖται ὁ μακάριος Δαβίδ, τὸν Θεὸν εἰσάγων ὀνειδίζοντα καὶ δεικνύντα, ὅτι μὴ οὔσης ἀρετῆς, τὰς θυσίας ἀποστρέφεται. ὃ καὶ διὰ Ἠσαΐου ἔλεγεν· ὁ ἄνομος ὁ θύων μοι μόσχον, ὡς ὁ τύπτων ἄνδρα, καὶ ἑξῆς. ἐν εἰκόνι οὖν χρηματίζει τὸν λόγον, καὶ εἰσάγει τὸν Θεὸν ἐξ οὐρανοῦ παραγινόμενον, καὶ καθίζοντα κριτήριον, καὶ τοὺς τῶν Ἰουδαίων κρίνοντα ἄρχοντας, οὕτως λέγων·

PARAPHRASIS.

DEVS deorum Dominus locutus eſt: & vocauit terram,

Deos vocat hîc iudices ac principes. Cùm enim poſt Deum ſolus homo iudicandi habeat poteſtatem gratis acceptam; quemadmodum ex gratia iudicandi ac principandi munus accepit, ita etiam Dei nomen ex gratia is qui iudex eſt ſortitur. Deus itaque deorum, id eſt verus Deus, & reuerà Iudex iudicum ac legiſlatorum, qui apud Iudæos Dij nominabantur, cùm ſit Dominus vniuerſi, conuocans terram, quænam dixit?

Iudices ac principes Dij dicti.

ΘΕΟΣ θεῶν κύριος ἐλάλησε· καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν,

Θεοὺς καλεῖ ἐνταῦθα τοὺς δικαστὰς καὶ τοὺς ἄρχοντας. Ἐπειδὴ γὰρ μετὰ τὸν Θεὸν ἄνθρωπος μόνος ἔχει τὸ δικάζειν, χάριτι λαβὼν, ὡς ἔλαβεν ἐκ χάριτος τὸ δικάζειν καὶ ἄρχειν, οὕτως καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐκ χάριτος ἔχει ὁ δικάζων. Θεὸς οὖν θεῶν, ἀντὶ τοῦ ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ὁ ὄντως δικαστὴς τῶν κριτῶν καὶ τῶν δικαστῶν τῶν παρὰ Ἰουδαίοις λεγομένων θεῶν, κύριος ὢν τοῦ παντὸς συγκαλέσας τὴν γῆν διελέχθη τινά;

2. A ſolis ortu vſque ad occaſum: ex Sion ſpecies decoris eius.

Quandoquidem dicturus erat, ipſum in Sion apparuiſſe, & ibidem tribunal erexiſſe; ne quis exiſtimaret eum ſolius Sionis eſſe Dominum, rectè ſubiunxit: *A ſolis ortu vſque ad occaſum: ex Sion ſpecies decoris eius.* Vult enim dicere, quòd qui huius vniuerſitatis totiuſque terræ ab Oriente vſque ad Occidentem habebat poteſtatem; hactenus tamen non in omni loco, ſed in Sion erigat tribunal, ibi derepente apparens, ibidemque iudicium faciens.

Deus vniuerſi Dominus in Sion peculiariter apparet.

β΄. Ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν· ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ.

Ἐπειδὴ ἔμελλεν λέγειν, ὅτι ἐν τῇ Σιὼν ὤφθη, κἀκεῖ τὸ κριτήριον ἐποιήσατο, ἵνα μή τις νομίσῃ ὅτι τῆς Σιὼν μόνης ἐστὶν δεσπότης, καλῶς ἐπήγαγεν· Ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ μέχρι δυσμῶν· ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὁ τοῦ παντὸς ἔχων τὴν ἐξουσίαν, καὶ πάσης τῆς γῆς ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ μέχρι δυσμῶν, ὅμως τέως οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ τὸ κριτήριον ποιεῖται, ἀλλ' ἐν τῇ Σιὼν, ἐκεῖθεν ἐξαίφνης ὀφθεὶς, κἀκεῖθεν τὴν κρίσιν ποιούμενος.

3. Deus manifeſtè veniet: Deus noſter, & non ſilebit.

Cùm dixerit appariturum iudicem procerum Iudæorum; illud autem *apparuit* ſæpenumerò etiam dicat de operatione pro *illuſtrauit*; (vt cùm ait, *Illumina faciem tuam ſuper ſeruum tuum.* id eſt, Per efficaciã auxilij tui oſtende mihi teipſum;) ne quis opinaretur,

Deus manifeſtè iudicabit.

Pſal. 118, 135.

γ΄. Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται.

Ἐπειδὴ εἶπεν φανήσεσθαι κρίνων τοὺς ἐξάρχους τῶν Ἰουδαίων· τὸ δὲ ἐφάνη πολλάκις λέγει καὶ ἐπὶ τῆς ἐνεργείας ἀντὶ τοῦ ἐπεφάνη· (ὡς ὅταν λέγει, Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου. ἀντὶ τοῦ, Ἐνεργείᾳ τῆς βοηθείας δεῖξόν μοι σαυτόν·) ἵνα μή τις ὑπολάβοι καὶ ἐνταῦθα

ταῦθα ὅτι τὸ φανήσεται ἐπὶ ἐνεργείας λέγει, ἐπήγαγεν, Ὅτι ἐμφανῶς ἥξει, τουτέστι, ὅλον ἑαυτὸν δεικνὺς ἐν σχήματι δικαστοῦ. εἴρηται γὰρ ὅτι σχηματοποιεῖ τὸν λόγον ἅπαντα, ὡς ἂν εἰ δι' ἑαυτοῦ παρόντος τοῦ Θεοῦ καὶ δικάζοντος, καὶ διὰ τοῦτο ἐπήγαγε τὸ, Οὐ παρασιωπήσεται. ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ γὰρ ἄλλως αἱρεῖται κρῖναι τοῖς κριταῖς ἢ αὐτοψίᾳ καὶ οἷον αὐτῇ τῇ πείρᾳ καὶ τῇ παρουσίᾳ. εἶτα δεικνὺς ὅτι σὺν τιμωρίᾳ παραγίνεται καὶ φόβῳ πολλῷ, ἔχων ὥσπερ δορυφόρους, τὰς τιμωρίας ἐπιφέρει.

Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται· καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφοδρά.

Ὥσπερ οἱ ἄρχοντες τῆς γῆς κήρυκας ἔχουσιν ἡγουμένους προκαταπλήσσοντας τῇ βοῇ τὸ ὑπήκοον· οὕτω, φησὶ, καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς παραγινόμενος πῦρ ἔχει προηγούμενον, καὶ καταιγίδα σφοδρὰν εἰς φόβον τῶν μελλόντων κρίνεσθαι. Καταιγίδα δὲ καλεῖ δύναμίν τινα κατάγειν εἰς ᾅδου δυναμένην.

δ'. Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ τὴν γῆν τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ.

Παραγινόμενος οὖν, φησιν, ἐμφανῶς, καὶ δορυφόρους ἔχων τὸ πῦρ καὶ καταιγίδα, συγκαλεῖται πάντας πανταχόθεν, ὥσπερ μάρτυρας ποιούμενος τῆς κρίσεως τοὺς παρόντας. Τίνα οὖν συγκαλεῖ τὰς μὲν οὐρανίους δυνάμεις ἄνωθεν. (τοῦτο γὰρ λέγει ἄνω) καὶ πᾶσαν τὴν γῆν κάτωθεν, καὶ ἐπ' αὐτῶν ποιεῖται τὸ κριτήριον. εἶτα καθίσας οἷον ἐπὶ θρόνου καὶ δικάζων, εἰσκαλεῖται κρινομένους, καὶ φησί·

έ. Συναγάγατε αὐτῷ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ· τοὺς διατιθεμένους τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίαις.

Τοὺς ὁσίους ἐνταῦθα καλεῖ, τοὺς οὕτως οἰομένους, ὅτι ὅσιοί εἰσιν ἀπὸ τοῦ τὰς θυσίας προσφέρειν· οὐκ ἀληθῶς καλῶν ὁσίους αὐτοὺς, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐκείνων οἰήσεως, ὥστε εἶναι αὐτοῖς τὸ ὄνομα τοῦτο πρὸς ὀνειδισμὸν μᾶλλον, ἢ πρὸς ἔπαινον· ὅτι δὴ τῆς ἀρετῆς ἀμελοῦντες ἐν ταῖς θυσίαις τίθενται τὸ πᾶν. Διὰ τοῦτο ἐπήγαγε, Τοὺς διατιθεμένους τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίαις, ἀντὶ τοῦ, τοὺς νομίζοντας τὸ πᾶν τῆς διαθήκης εἶναι τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς θυσίαις, καὶ οὐκ ἐν

quòd etiam hoc loco illud *apparebit* de operatione accipiat, ſubiunxit, Quoniam *manifeſtè veniet*, id eſt, totum ſemetipſum exhibens in figura iudicis. Dictum eſt enim quòd figuret orationem omnem, ac ſi eſſet Dei per ſemetipſum præſentis ac iudicantis; atque idcircò ſubiunxit illud, *Non ſilebit*. id eſt, Non enim aliter volet iudicare iudices, niſi per ipſam inſpectionem, & quaſi per ipſam experientiam ac præſentiam. Deinde oſtendens, quòd cum ſupplicio timoreq́; multo adueniat, quaſi ſatellitio ſtipatus, ſubiungit ſupplicia: PARAPHRASIS PATRVM. *Iudicium Dei qualia præcedant.*

Ignis in conſpectu eius exardeſcet: & in circuitu eius tempeſtas valida.

Quemadmodum principes terræ præcones habent, qui ſubditos voce percellant ad obediendum; ſic etiam, inquit, ipſe Deus adueniens ignem habet præuium, ac tempeſtatem vehementem ad terrendum illos qui iudicandi ſunt. Tempeſtatem verò vocat vim aliquam quæ ad infernum adducere valeat.

4. Aduocabit cælum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum.

Adueniens igitur, inquit, manifeſtè, & pro ſatellitio habens ignem ac tempeſtatem, conuocabit omnes vndique, tamquam teſtes præſentes iudicij faciens. Quemnam igitur conuocat? vtique cæleſtes virtutes deſurſum (hoc enim ait *deſurſum*) & vniuerſam terram deorſum; atque in ipſis iudicium facit. Deinde ſedens quaſi ſuper thronum, & iudicans, citat eos qui iudicandi ſunt, & ait: *Qualis ſit futura forma iudicij.*

5. Congregate illi ſanctos eius: qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.

Sanctos hîc vocat eos, qui ſe ſanctos exiſtimant, eò quòd offerant ſacrificia: ipſos haud verè ſanctos appellans, ſed ex ipſorum opinione, adeò vt ipſis hoc nomen potiùs opprobrio quàm laudi detur; eò quòd, virtute neglectâ, in ſacrificijs totum collocent. Idcircò ſubiunxit, *Qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.* id eſt, Qui putant totum cultum teſtamenti Dei conſiſtere in ſacrificijs, & non in *Iudæi in ſolis ſacrificijs ponebant ſanctitatem.*

PARAPHRASIS PATRVM.

probis operibus. Deinde quando hi acceſſerint, quid ſubiungit?

6. Et annuntiabunt cæli iuſtitiam eius: quoniam Deus iudex eſt.

DIAPSALMA.

Angeli approbabunt iudicium Dei.

Quin etiam, inquit, cæleſtes virtutes acclamabunt, dum audient Iudicem ad eos qui iudicandi ſunt verba facientem. Quid enim ad illos dicit? Videte quàm ſimplicia & breuia verba, atque omni veritate plena:

7. Audi populus meus, & loquar * tibi;

** Vulgata omittit tibi;*

Et loquar, inquit, *tibi*: id eſt, quæ tibi locuturus ſim, & de quibus rebus tibi verba facturus ſim.

Iſraël, & teſtificabor tibi:

Populus meus & *Iſraël* idem dicit. Cùm igitur hac præfatione in iudicio multam quodammodò attentionem cóciliaſſet, ſubiungit:

Deus Deus tuus ego ſum.

Pulchrè hac geminatione oſtendit, Iudæos, poſtquam conuerſi fuerint, non alium Deum reperturos. Sed ſicut in Iſaia dicit, *Ego Deus primus, & ego * poſt hæc*; ſic etiam hîc: *Deus Deus tuus ſum ego.* id eſt: Per me ipſe adſum, & per me ipſe loquor tibi, adeò vt non poſſis prætexere ignorantiam. Quid igitur iubes Domine?

Iſaiæ 48, 12.
** Vulgata nouiſſimus*

8. Non in ſacrificijs tuis arguam te:

Deus non opus habet ſacrificijs.

Hoc, inquit, ſcias, me non habere magnam rationem ſacrificiorum tuorum; neque vt iſta negligantur, vos tamquam magnæ iniuriæ reos arguam: quin contrà exiſtimo me habere cuncta ſacrificia. vnde ſubdit:

Holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.

Per conniuentiam hoc dicit. Non ſolùm enim, inquit, non arguo te, quòd non ſacrifices; verùm etiam è contrà exiſtimo, cuncta tua ſacrificia eſſe in conſpectu meo, & illa omnia me habere arbitror. Ceterùm audi id quod verum eſt: Non ſuſcipio ſacrificia quaſi illis opus ſit mihi, neque expeto ea quaſi illorũ indigus: nam qui propter indigentiã aliquid expetit, is minor eſt illo qui præbet. vnde infert:

ταῖς τῶν καλῶν ἐργασίαις. εἶτα ὅταν προσαχθῶσιν οὗτοι, τί ἐπιφέρει;

ς΄. Καὶ ἀναγγελοῦσιν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ· ὅτι ὁ θεὸς κριτής ἐστιν.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Βοήσουσιν οὖν, φησι, καὶ αἱ ἐπουράνιαι δυνάμεις ἀκούσασαι τοῦ κριτοῦ διαλεγομένου πρὸς τοὺς κρινομένους. Τί γὰρ φθέγγεται πρὸς αὐτούς; Ὁρᾶτε ὡς ἁπλᾶ καὶ σύντομα, καὶ πάσης ἀληθείας πεπληρωμένα.

ζ΄. Ἄκουσον λαός μου, καὶ λαλήσω σοι·

Καὶ λαλήσω σοι φησίν· ἀντὶ τοῦ, ὧν λαλεῖν σοι μέλλω, καὶ ὧν σοι διαλέγομαι.

Ἰσραὴλ, καὶ διαμαρτύρομαί σοι·

Λαός μου καὶ Ἰσραὴλ τὸ αὐτὸ λέγει. ποιήσας οὖν ὥσπερ ἡσυχίαν πολλὴν ἐν τῷ κριτηρίῳ διὰ τῶν προοιμίων τούτων, ἐπάγει·

Ὁ θεὸς ὁ θεός σου εἰμὶ ἐγώ.

Καλῶς τὸν διπλασιασμὸν ἔδειξεν, ὅτι ὡς ἂν ἐπιστραφῶσιν οἱ Ἰουδαῖοι, οὐχ εὑρήσουσιν ἄλλον θεόν. ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἡσαΐου φησὶν, ἐγὼ θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα· οὕτω καὶ ἐνταῦθα· ὁ θεὸς ὁ θεός σου εἰμὶ ἐγώ. ἀντὶ τοῦ· δι' ἐμαυτοῦ πάρειμι, καὶ δι' ἐμαυτοῦ σοι λαλῶ· ὥστε σοι μὴ πρόφασιν εἶναι τῆς μισητείας ἀγνοίας. Τί οὖν ἐγκελεύῃ δέσποτα;

η΄. Οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε·

Τοῦτό, φησι, γίνωσκε, ὅτι οὐ πολὺν ποιοῦμαι λόγον τῶν θυσιῶν, οὐδὲ ἀμελουμένων τούτων, ὡς τὰ μεγάλα ἠδικημένος ἐγκαλέσω· τοὐναντίον δὲ πάντα λογίζομαι ἔχειν τὰ τῶν θυσιῶν, ὅθεν ἐπιφέρει·

Τὰ δὲ ὁλοκαυτώματά σου ἐνώπιόν μου ἐστὶ διαπαντός.

Κατὰ συγχώρησιν λέγει τοῦτο. Οὐ μόνον γάρ, φησιν, οὐ μέμφομαί σοι ἐφ' οἷς ἂν μὴ θύῃς, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον πάσας σου τὰς θυσίας λογίζομαι κατὰ πρόσωπόν μου εἶναι, καὶ πάσας οἴομαι ἔχειν. Ἀλλ' ἄκουε τὸ ἀληθές. Οὐ χρείαν ἔχων τούτων δέχομαι τὰς θυσίας, οὐδὲ ὡς ἐνδεής τινος ἀπαιτῶ ταύτας· ἐλάττων γάρ ἐστιν ὁ δι' ἔνδειαν ἀπαιτῶν τοῦ παρέχοντος, ὅθεν ἐπιφέρει.

θ΄. Οὐ

θʹ. Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους,

Οὐ δέξομαι, ἀντὶ τοῦ ὡς χρείαν ἔχων.

Οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων χιμάρους.

Χιμάρους καλεῖ τοὺς ἐρίφους ἐνταῦθα, εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει·

ιʹ. Ὅτι ἐμά ἐστι πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ,

Καὶ δέξαι, φησὶν, ἀπόδειξιν τοῦ μὴ κατ' ἔνδειάν με ταῦτα δέχεσθαι, ὅτι πάντα ἐμά ἐστι.

Κτήνη ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ βόες.

Ἄνω εἰπὼν τὰ θηρία, ἐνταῦθα εἶπεν κτήνη. βούλεται γὰρ εἰπεῖν ὅτι πάντα τὰ ἄγρια καὶ τὰ ἥμερα τῆς ἐμῆς ἐστι δεσποτείας καὶ ἐργασίας. Καὶ οὐ μόνον τὰ τετράποδά φησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ πετόμενα κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ. ἐπάγει γάρ·

ιαʹ. Ἔγνωκα πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡραιότης ἀγροῦ μετ' ἐμοῦ ἐστι.

Καὶ συντόμως, φησὶν, εἰπεῖν, εἴ τι καλὸν ἔχει τὸ πᾶν, ταῦτα πάντα ἐμά ἐστιν ἔργα, καὶ ἐμὰ ποιήματα. καὶ ὑπὸ τὴν ἐμὴν τελεῖ δεσποτείαν. Τὸ γὰρ ἔγνωκα, κέκτημαι λέγει ἀπὸ τοῦ τοὺς κεκτημένους γνῶσιν ἔχειν ὧν κέκτηνται. Τί οὖν εἰ πάντα φησὶν ἐμά ἐστι, καὶ διανέμω ταῦτα καθὼς βούλομαι τοῖς ὑπ' ἐμὲ, ὑμεῖς δὲ ἀφ' ὧν λαμβάνετε μέρος προσφέρετε, οὐ μᾶλλον ἐστὲ εὐγνώμονες ἐν τῷ τὸ μέρος διδόναι, ἢ ἀγνώμονες ἐν τῷ μὴ τὸ πᾶν ἀποδιδόναι; Διὰ τοῦτο καὶ ὡς ἐν εἰρωνείᾳ τίθησι τὰ ἑξῆς, καί φησιν·

ιβʹ. Ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω·

Τὸ μὴ ἐγχωροῦν εἶπεν. ὡς γὰρ οὐκ ἐγχωρεῖ με φησὶ πεινᾶσαι ἢ ἐν ἐνδείᾳ καταστῆναι τινὸς, οὕτως οὐδὲ αἰτῆσαί με ἐγχωρεῖ. εἰ δὲ κατὰ συγχώρησιν δοίη τίς καὶ πεινάσαι με ποτὲ οὐκ ἂν δημοσιεύσω τὴν ἔνδειαν, οὐδὲ ἐλέγξω τῇ αἰτήσει τὴν ἀσθένειαν.

Ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.

Τὴν αἰτίαν προστέθηκε τοῦ μὴ αἰτῆσαι. ἐὰν γάρ, φησι, καὶ ἐν ἐνδείᾳ καταστῶ, ἔχω τὰ ἐμαυτοῦ εἰς δαπάνην, καὶ οὐκ ἂν ἀναπράξοιμι ἃ δεδώρημαί σοι τὴν ἀρχήν. Ταῦτα μὲν οὖν, φησι, κατὰ συγχώρησιν εἰρήσθω. ὅτι δὲ ἀνενδεής εἰμι, καὶ αὐτάρκης τὴν φύσιν.

9. Non accipiam de domo tua vitulos, PARAPHRASIS PATRVM.

Non accipiam, ſcilicet tamquam indignus.

Neque de gregibus tuis hircos.

Hircos appellat hîc hœdos; deinde etiam cauſſam adiungit:

10. Quoniam meæ ſunt omnes feræ * agri, * *Vulgata* ſiluarum,

Atqui accipe, inquit, demonſtrationem, quòd iſta non accipiam ex egeſtate; quoniam omnia mea ſunt. *Dei ſunt omnia.*

Iumenta in montibus & boues.

Cùm ſuperiùs dixiſſet *feras*, hîc dixit *iumenta*. Vult enim dicere: Quoniam omnia tam agreſtia, quàm cicura, mei ſunt dominij & fabricationis. Neque ſolùm quadrupedia dicit, ſed etiam volatilia ſecundùm firmamentum cæli. ſubdit enim:

11. Cognoui omnia volatilia cæli: & pulchritudo agri mecum eſt.

Et vt compendio, inquit, dicam, ſi quid pulchri habeat vniuerſum, iſta omnia mea ſunt opera, & facturæ meæ ſunt, meæque ſubiacent poteſtati. Nam iſtud *cognoui* ſignificat *poſſideo*; eò quòd poſſeſſores cognoſcant illa quæ poſſident. *Parum eſt quidquid Deo offerimus.* Quid porrò, ſi omnia, inquit, mea ſint, illaque, prout voluero, ſubditis meis diſtribuam; vos autem eorum quæ accipitis partem offeratis, num potiùs eſtis grati, quòd partem offeratis, an ingrati, quòd non totum reſtituatis? Idcircò etiam quaſi per ironiam ſequentia ſubiungit, & ait:

12. Si eſuriero, non dicam tibi:

Dixit id quod non contingit. Quemadmodum enim, inquit, non cõtingit me eſurire, vel rei cuiuſpiam indigũ eſſe; ſic neque contingit me petere. *Deus non eſurit niſi per diſpenſationem.* Atqui ſi quis per cõceſſionẽ det me quandoq; eſurire, minimè propalabo egeſtatẽ, neq; per poſtulationẽ arguam imbecillitatem.

Meus enim eſt orbis terræ, & plenitudo eius.

Cauſſam addidit non petendi. Si enim, inquit, indigus fuero, habeo mea quæ inſumam, neque requiram quæ primùm dedi tibi. Hæc igitur, inquit, per conceſſionem dicta ſint. Quoniam verò minimè indigus ſum, & à naturâ mihi ſufficio.

13. Num-

PARAPHRASIS PATRVM.

13. Numquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?

Noli igitur, inquit, adeò demens eſſe, vt exiſtimes me taurinis carnibus veſci, aut hircorum ſanguinem potare: neque tu ipſe hoc ſuſpicaberis, neque ego te arguam iſtiuſmodi abſurditatis. Hæc igitur, inquit, cùm ita ſe habeant, audi quæ dicam, & quæ deſiderem, & cuius rei penuriâ fatear me laborare. Quænam porrò hæc?

14. Immola Deo ſacrificium laudis:

Deus à nobis ſolam gratitudinem exigit.

Huius, inquit, mihi opus eſt, vt tu ſis gratus, & confeſſionem & laudem offeras pro ijs quæ à me accepiſti; atque hoc non peto tamquam eius indigus, ſed vt qui te gratum eſſe velim, vt occaſionem habeam iterùm tibi benè faciendi.

Et redde Altiſſimo vota tua.

Clarius id explicat. ac ſi dicat: Eſto gratus pro his quæ priùs accepiſti, atque ita etiam poſtmodum exhibe mihi Altiſſimo ſupplicationes. *Vota* enim hîc appellat preces; vnde ſubiungit:

15. Et inuoca me in die tribulationis: & eruam te, & honorificabis me.

DIAPSALMA.

Dixit cauſſam, ob quam velit homines eſſe gratos; vt dum ipſum inuocant, propter præcedentem gratitudinem rurſus habeat Deus occaſionem ijs beneficia conferendi. Cùm hactenus de ſacrificijs egiſſet, oſtendiſſetque illa eſſe inutilia, niſi ſimul cum virtute offerantur; hîc ad Doctores ipſos legiſque peritos verba facit, qui ſimulabant quidem ſe leges intelligere, & eaſdem alios ſe docere profitebantur, ſemetipſos autem fraudabant fructu operationis eorum quæ dicebant. Quapropter etiam à principio vocauit tales peccatores, vt qui importunè peccent, docentes quidem ea quæ decent; factis verò ipſis negantes quæ dicunt. quod peccati exceſſus eſt, ſcilicet opera non reſpondere linguæ, ſed verbis quidem tenus bonum ac benignum eſſe, operibus verò omnino deſciſcere. ſic itaque ſubiungit:

Legem docentes, & non facientes, Deo ſunt exsecrabiles.

ιγʹ. Μὴ φάγομαι κρέατα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίομαι;

Ἀλλ' ἄρα, φησὶ, μὴ οὕτως ἀνοηταίνεις ὥστε νομίζειν ἐμὲ κρέασι τρέφεσθαι ταυρείοις, καὶ ποτίζεσθαι αἵματι τραγίῳ· οὐκ ἂν οὐδὲ αὐτὸς τοῦτο ὑπολάβοις, οὐδὲ ἐγώ σου κατηγορήσαιμι τοσαύτης ἀτοπίας, τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων φησὶν ἄκουε ὧν ἐρῶ, καὶ ὧν γλίχομαι, καὶ ὧν ἐν ἐνδείᾳ εἶναι ὁμολογῶ. τίνων τούτων;

ιδʹ. Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως·

Τούτου, φησὶ, δέομαι, εἶναί σε εὐχάριστον, καὶ ὁμολογητὴν καὶ ἐπαινέτην ὧν παρ' ἐμοῦ ἀπέλαβες· καὶ οὐδὲ ὡς τούτου ἐνδεὴς, ἀλλ' ὡς σε ἐπιθυμῶν εἶναι εὐγνώμονα, ἵνα ἀφορμὴν ἔχω τοῦ πάλιν εὐεργετεῖν.

Καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου.

Σαφέστερον εἴπερ εἶπον λέγει ὅτι γενοῦ ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν εὐγνώμων, καὶ οὕτως καὶ μετὰ τοῦτο προσενήνεγκαι δεήσεις ἐμοί τῷ ὑψίστῳ. εὐχὰς γὰρ ἐνταῦθα τὰς δεήσεις καλεῖ, ὅθεν ἐπιφέρει·

ιεʹ. Καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου· καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Εἶπεν τὴν αἰτίαν δι' ἣν βούλεται εὐγνώμονας εἶναι τοὺς ἀνθρώπους, ἵν' ἐπικαλουμένων αὐτὸν αὖθις ἔχῃ ἀφορμὴν εὐεργεσίας ὁ Θεὸς τὴν προλαβοῦσαν εὐγνωμοσύνην. Ἄχρι τούτου περὶ τῶν θυσιῶν διαλεχθεὶς καὶ δείξας ἀπράκτους εἶναι ἐκείνας, εἰ μὴ συναναφέροιντο ἀρετῇ· ἐντεῦθεν πρὸς τοὺς διδασκάλους αὐτοὺς καὶ τοὺς νομομαθεῖς διαλέγεται, τοὺς εἰδέναι μὲν τοὺς νόμους προσποιουμένους, καὶ διδάσκειν ἑτέρους ἐπαγγελλομένους, ἑαυτοὺς δὲ ἀποστεροῦντας τῆς ὧν λέγουσιν ἐργασίας. Καὶ διὰ τοῦτο ἐκ τῆς ἀρχῆς ἁμαρτωλοὺς ἐκάλεσε τοὺς τοιούτους ὥστε ἀκαίρως ἁμαρτάνοντας. διδάσκοντας μὲν τὰ δέοντα, αὐτοὺς δὲ ἀρνουμένους ὧν λέγουσι, ταῖς πράξεσιν. ὅπερ ἐστὶν ἁμαρτίας ὑπερβολὴ, μὴ συμφωνεῖν τὰ ἔργα πρὸς τὴν γλῶσσαν, ἀλλ' εἶναι μὲν καλὸν καὶ χρηστὸν ἄχρι τῶν λόγων, τῶν δὲ ἔργων αὐτῶν πάμπαν ἀποδεῖν. ἐπιφέρει οὖν οὕτως·

ιϛʹ. Τῷ

ιϛʹ. Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός·

Ἀντὶ τοῦ, τῷ τοιούτῳ διδασκάλῳ τῷ λέγοντι μὲν χρηστὰ, μὴ ποιοῦντι δέ. τί λέγει τῷ τοιούτῳ;

Ἱνατί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου; καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου;

Τί σοι βούλεται, φησι, τοῦτο; τὸ ἐξηγεῖσθαι μὲν μου τοὺς νόμους, καὶ τοσαύτην ἐπιδείκνυσθαι τὴν μελέτην περὶ αὐτοὺς, ὥστε καὶ ἄνευ γνώσεως ἀπαγγέλλειν τούτους; Τί σοι τὸ κέρδος ἐκ τούτων, ὅταν μὴ ποιῇς ἃ λέγεις; διὰ τοῦτο ἐπιφέρει·

ιζʹ. Σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν·

Παιδείαν τὴν παίδευσιν τῶν καλῶν λέγει. Τὸ ἐναντίον γάρ, φησι, φαίνεις οὐ μόνον ἀγαπᾷν ἃ λέγεις, ἀλλὰ καὶ μισεῖν αὐτὰ, δι' ὧν τὰ ἐναντία πράττεις. διὰ τοῦτο ἐπιφέρει·

Καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω.

Δῆλος γὰρ εἶ, φησι, πάσας μου τὰς ἐντολὰς κατόπιν ἰδὼν, καὶ τὰ σαυτοῦ πράττων μοχθηρίας ἔργα, καὶ καταγνώσεως. οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ ἓν εἶδος, φησι, κακίας παραλιμπάνεις ὁ τὴν ἀρετὴν ἐπαγγελλόμενος διδάσκειν. καὶ λέγει τὰ κατὰ μέρος·

ιηʹ. Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ, καὶ μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα σου ἐτίθεις.

Ἀντὶ τοῦ, ἀρετὴν διδάσκων ταῦτα ἐφαίνου ἐπιτηδεύων, καὶ οὐ μόνον ἐπιτηδεύων, ἀλλὰ καὶ ἐπαινῶν δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων.

ιθʹ. Τὸ στόμα σου ἐπλεόνασεν κακίαν·

Ἀπείχου δέ, φησιν, οὐδὲ τῆς διὰ στόματος κακοποιίας· λέγει δὲ καὶ τὰς συκοφαντίας, καὶ τὰς κακηγορίας. Πλέον δὲ τὰς συκοφαντίας λέγει, καὶ τὰς τοιαύτας βλάβας. ὅθεν ἐπιφέρει·

Καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκε δολιότητας.

Ἀντὶ τοῦ, Ἐκέχρησο δὲ καὶ δόλοις, γλυκεῖα μὲν φθεγγόμενος τοῖς συνοῦσι κακίᾳ δὲ περιβάλλων αὐτοὺς ἀνιάτῳ, ὥστε ἐκείνους καὶ ἀφυλάκτους ἔχειν πρὸς τοὺς λόγους τοὺς σοὺς, ὅτι ἐν προσποιήσει φιλίας πάντα αὐτοῖς κατεσκεύαζες τὰ δεινά. Καὶ σαφέστερον αὐτὸ ποιῶν, ἐπάγει·

16. Peccatori autem dixit Deus: PARAPHRASIS PATRVM.

Id eſt, iſtiuſmodi doctori, dicenti quidem bona, ſed non facienti. Quid autem tali dicit?

Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?

Quid tibi, inquit, hoc vult? quòd leges quidem enunties, & tantum circa ipſas ſtudium oſtendas, & etiam abſque cognitione ipſas annunties? Quid tibi inde lucri, quando non facis quæ dicis? idcircò ſubiungit:

17. Tu verò odiſti diſciplinam:

Diſciplinam vocat bonorum inſtitutionem. E contrariò enim, inquit, videris non amare ſolùm quæ dicis, verùm etiam odiſſe illa; eò quòd contraria facias. idcircò ſubiungit: *Odit diſciplinam, qui non agit quod docet.*

Et proieciſti ſermones meos retrorſum.

Manifeſtè enim, inquit, omnia mandata mea retrò relinquis; & tui ipſius nequitiæ & damnationis opera facis. Siquidem nullum malitiæ genus omittis, qui virtutem te docere profiteris. & ſigillatim illa recenſet:

18. Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas.

Id eſt, Cùm virtutem doceres, his videbaris affici; neque ſolùm affici, verùm etiam factis ipſis approbare.

19. Os tuum abundauit malitiâ:

Sed neque ore tenus, inquit, à maleficijs abſtinebas; intelligit autem calumnias & maledicentias. Ampliùs autem calumnias has explicat, & iſtiuſmodi maledicta exaggerat; vnde ſubdit:

Et lingua tua concinnabat dolos.

Id eſt, Vtebaris autem dolis, dum dulcia quidem ijs qui tecum erant loquebaris, immedicabili verò malo ipſos intricabas; ita vt ipſi à ſermonibus tuis ſibi minimè cauerent: quoniam prætextu amicitiæ omnia ipſis mala machinabaris. Atque id ipſum reddens manifeſtiùs, ſubiungit: *Doloſi Deo odibiles.*

PARAPHRASIS PATRVM.

20. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum:

Non ſolùm autem, inquit, caſu aut fortuitò talis apparebas; ſed ſedens, ac deditâ operâ aduerſus amicos & conſanguineos atque ipſos fratres dolos & fallacias adornabas.

21. Hæc feciſti, & tacui.

Exiſtimaſti iniquè, quòd ero tui ſimilis:

Improbi abutuntur longanimitate Dei.

Ceterùm, vti ſolet, demiſit te, inquit, & peiorem reddidit longanimitas mea; & quòd non illicò ſupplicium inferret, effecit vt exiſtimares me ſimilibus delectari, verumtamen non ita ſe res habet, non ita eſt.

Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam * peccata tua.

** Vulgata omittit peccata tua.*

Vtique, inquit, cognoſces reapſe præcedentem longanimitatem non fuiſſe ſupplicij ablationem, ſed maioris accuſationis occaſionem; quòd ne poſt tantam quidem longanimitatem melior euaſeris. Et adducam, inquit, omnia peccata tua cõtra faciem tuam, vt agnoſcas, quòd non ignorantiâ facinorum longanimiter agam, ſed vt pœnitendi tempus tibi aſſeruem: verùm tu pœnitendi tempore malè abuſus, ipſe tibi grauiorem accuſationem adſciuiſti. Cùm hactenus de legum doctoribus, ſed nihil eorum quæ dicunt agentibus, egiſſet; ceterùm communem infert exhortationem, vt iſtiuſmodi peccata caueamus, grati verò exiſtamus, vt Deus occaſionem habeat tales iterùm ſaluandi. Infert igitur illa quæ exhortationis ſunt in hunc modum:

22. Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deum:

Qui igitur, inquit, hiſce peccatis irretiti eſtis, reponite hæc in animis veſtris quæ Deus dixit.

Ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat.

Priuſquam, inquit, inferat ſupplicium, quod maius eſt quàm vt impediri poſſit. Ecce enim manifeſtè, inquit, facit quæ vult. Qualia iſta?

23. Sacrificium laudis honorifi-

κ΄. Καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον·

Οὐ μόνον δέ, φησιν, ἐκ τοῦ παρείκοντος, καὶ ἐκ τοῦ παρατυχόντος ἐφαίνου τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ ἐγκαθήμενος, καὶ ἐπισκευαζόμενος κατὰ τῶν φίλων, καὶ τῶν συγγενῶν, καὶ αὐτῶν τῶν ἀδελφῶν συνέπλεκες τοὺς δόλους, καὶ τὰς ῥαδιουργίας.

κα΄. Ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα.

Ὑπέλαβες ἀνομίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος·

Ἀλλ' ὡς ἔοικεν ἐπέτρεψέν σε, φησὶ, καὶ χείρονα εἰργάσατο ἡ ἐμὴ μακροθυμία, καὶ τὸ μὴ παραυτίκα τὰς τιμωρίας ἐπαγαγεῖν παρεσκεύασέν σε νομίζειν ἥδεσθαί με τοῖς τοιούτοις, ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως, οὐκ ἔστιν.

Ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου.

Γνώσῃ οὖν, φησιν, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι ἡ προλαβοῦσα μακροθυμία, οὐκ ἦν ἀναίρεσις τιμωρίας, ἀλλ' ἐλέγχου πλείονος ὑπόθεσις, ὅτι οὐδὲ μετὰ μακροθυμίαν τοσαύτην ἐβελτιοῦ. Καὶ ἄξω, φησὶ, πάσας τὰς ἁμαρτίας σου κατὰ πρόσωπόν σου, ἵνα πεισθεὶς ὅτι οὐκ ἀγνοῶν μακροθυμῶ τὰ γινόμενα, ἀλλὰ καιρόν σοι φυλάττων μετανοίας· σὺ δὲ κακῶς τῷ καιρῷ τῆς μετανοίας χρησάμενος, ἐλέγχου πλείονος κατὰ σαυτοῦ γέγονας ὑπεύθυνος. εἰπὼν ἄχρι τούτου καὶ περὶ τῶν τοὺς νόμους ἐξηγουμένων, μὴ ποιούντων δὲ μηδὲν ὧν λέγουσι, κοινὴν παραίνεσιν λοιπὸν ἐπιφέρει φυλάττεσθαι τὰς τοιαύτας ἁμαρτίας, εἶναι δὲ εὐγνώμονας, δι' ἧς ὁ θεὸς ἀφορμὰς ἕξει, πάλιν σώζειν τοὺς τοιούτους. ἐπιφέρει οὖν τὰ τῆς παραινέσεως οὕτως.

κβ΄. Συνέτε δὴ ταῦτα οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ θεοῦ·

Ὅσοι οὖν, φησι, ταύταις ἐστὲ προκατειλημμένοι ταῖς ἁμαρτίαις, ἔνθεσθε ἐν ταῖς διανοίαις ὑμῶν ταῦτα ἃ διελέχθη ὑμῖν ὁ θεός.

Μήποτε ἁρπάσῃ, καὶ οὐ μὴ ἦν ὁ ῥυόμενος.

Πρίν, φησιν, ἐπαγάγῃ τὴν τιμωρίαν μείζονα οὖσαν παντὸς τοῦ κωλύματος· ἰδοὺ γὰρ σαφῶς, φησιν, ἀποφαίνεται ἃ βούλεται· ποῖα ταῦτα;

κγ΄. Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με,

μεˑ καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ἣν δείξω αὐτῷ, τὸ σωτήριόν μου.

Τί δέ ἐστιν ὃ παρεγγυᾷ; Φησὶν ὅτι θυσίαι μοι οὐκ ἀρέσκουσι, εὐγνωμοσύνῃ δὲ ἀνθρώπων ἥδομαι. ἥ ἐστιν ἡ ὁδὸς δι' ἧς τὴν σωτηρίαν παρέχω ἀνθρώποις· τὸ γὰρ ἐκεῖ τόπον ἔλαβεν ἀντὶ πράγματος. ἀντὶ τοῦ· αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ πρᾶξις τοῦ ἀνθρώπου, ἀφ' ἧς δύναται σωθῆναι. Ποία αὕτη; ἡ εὐγνωμοσύνη δι' ἧς ἐπαινεῖ με ἄνθρωπος, καὶ δοξάζει με ἐφ' οἷς τυγχάνει παρ' ἐμοῦ.

cabit me: & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare * meum. PARAPHRASIS PATRVM. * Vulgata Dei.

Quid porrò eſt quod pollicetur? Quoniam, inquit, ſacrificia non placent mihi, ſed gratitudine hominum delector. Hæc eſt via per quam ſalutem præbeo hominibus: nam vocula *illic* locum pro actione accipit. q. d. Hæc eſt via, & hæc eſt actio hominis, quâ ſaluari poſſit. Qualis iſta? vtique gratitudo quâ me laudat homo, & honorat me per ea quæ à me conſequitur. *Gratitudo placet Deo.*

COMMENTARIVS.

α. ΘΕΟΣ ΘΕΩΝ ΚΥΡΙΟΣ ΕΛΑΛΗΣΕ.] Καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ αὐτός· ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν. καὶ πάλιν· ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε. καὶ ὁ Παῦλος· καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ καὶ κύριοι πολλοί. καὶ ὁ Μωϋσῆς· θεούς σου οὐ κακολογήσεις, ἀντὶ τοὺς ἄρχοντας. εἶπεν καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ Ἐνὼς οὕτως κεκλῆσθαι διὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετήν. Ἐνταῦθα δὲ τοὺς ἑλληνικοὺς λέγειν φησὶ θεοὺς κληθέντας διὰ τὴν ἀπάτην τῶν πλανηθέντων, καὶ οὕτως αὐτοὺς καλεσάντων, οὐ κατ' ἀλήθειαν ὄντων, ἀλλ' ὡς παρὰ τοῖς πεπλανημένοις ὑποπτευομένων. Ἐπεὶ οὖν ἔτι παχύτεροι ἦσαν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐπαίρει αὐτῶν τὰ φρονήματα προσεστηκότων ἔτι, καὶ οὐ πάντη εἰδωλολατρείας ἀπηλλαγμένων, λέγων ὅτι κἀκείνων, ἤτοι τῶν εἰδώλων, θεός ἐστι, καὶ αὐτῶν τῶν δαιμόνων, ἤτοι τῶν οὐσιῶν· ἡ γὰρ πονηρία ἐπείσακτος. Ἔοικε δὲ τῷ προτέρῳ καὶ οὗτος· κἀνταῦθα γὰρ ἔλεγχος καὶ κατηγορία τῶν πεπλημμεληκότων. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν τὴν οἰκουμένην ἐκάλει εἰς ἀκρόασιν, ἐνταῦθα δὲ τὰ στοιχεῖα, καὶ αὐτὸν εἰσάγει τὸν θεὸν δικαιολογούμενον, διὸ πλείονος δεῖ προσοχῆς. Καὶ ἀλλαχοῦ· Ἀκούσατε, φησι, φάραγγες, ὅτι κρίσις τῷ θεῷ πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. καὶ ἔστι τὸ σχῆμα πληκτικώτατον καὶ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας ἀνάξιον, τοσοῦτον συγκαταβαίνοντος ὡς κρίνεσθαι μετ' ἀνθρώπων. Μέλλων δὲ εἰπεῖν ὡς ἐν τῇ Σιὼν ὤφθη, κἀκεῖ τὴν κρίσιν ἐποίησεν, ἵνα μὴ νομίσῃ τις ὡς τῆς Σιὼν ἐστι μόνον δεσπότης, ἐπήγαγεν, ὡς ἀπὸ ἀνατολῶν μέχρι δυσμῶν ἀντὶ τοῦ παντὸς ἔχων τὴν ἐξουσίαν, ἐκ τῆς Σιὼν τὴν τέως ὀφθεὶς ποιεῖται τὸ κριτήριον. εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἐμφανὼς ἥξει, ὁ δὲ Χριστὸς θεός

1. DEVS DEORVM DOMINVS LOCVTVS EST.] Idem quoque alibi ait: *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum.* & iterùm: *Ego dixi: Dij eſtis.* & Paulus: *Nam etſi ſunt qui dicantur Dij & Domini multi.* & Moyſes: *Dijs tuis non maledices*; id eſt principibus. Ait etiam, filios Enos ſic appellatos propter virtutem viri. Hîc autem ait Gentiles Deos ſic appellatos, propter impoſturam eorum qui decepti ſunt; atque hoc modo ipſos nuncupabant, non quòd verè eſſent, ſed à deceptis tales haberentur. Cùm igitur Iudæi adhuc rudiores exiſterent, cogitationes eorum erigit, quòd iſtiuſmodi opinionibus adhuc adhærerent, neque omnino ab idololatria liberi euaſiſſent, dicens quòd etiam iſtorum, ſcilicet idolorum, Deus ſit, atque adeò etiam ipſorum dæmonum, ſiue eſſentiarum: ſiquidem malitia ipſis adſcititia eſt. Hic Pſalmus etiam præcedenti ſimilis eſt: ſiquidem accuſationem quoque continet & reprehenſionem delinquentium. Verumtamen ibi quidem orbem terrarum citauit ad audiendum; hîc verò elementa, atq; ipſum Deum introducit iudiciũ exercentem; quapropter maiori opus eſt attentione. Atq; alibi: *Audite*, inquit, *valles, quoniã iudicium eſt Deo aduerſus populum ſuum.* Hęc eſt figura mordacior, neque ſatis conſentanea Dei benignitati, qui eo vſque condeſcendit, vt cum hominibus agat iudicio. Ceterùm dicturus, quomodo in Sion apparuerit, & ibidem iudicium fecerit, ne quis ipſum ſolius Sionis eſſe Dominum exiſtimaret, ſubiunxit, vt *ab ortu vſque ad occaſum*, id eſt, totius vniuerſi habens poteſtatem, qui hactenus ex Sion apparuerat, facturus ſit iudicium. Si enim Deus manifeſtè venturus ſit, Chriſtus autem Deus ſit,

Pſal. 81, 1. Quinam Dij appellentur in Scripturis. Ibid. 6. 1. Cor. 8, 5. Mich. 6, 2. Chriſtus manifeſtè veniet ad iudicium.

COMMENTARIVS PATRVM.

ſit, iſtud *manifeſtè* vtique carnem deſignat. Ceterùm id quod dictum eſt, habet quidpiam prophetici; ſed & habet aliquid hiſtorici. Etenim in veteri Teſtamēto ibi erat eius decor, vbi templum, altare, Sancta ſanctorum: atque ibidem omnia futura præfigurabantur. Poſtquam verò etiam gratia venit, & veritas acceſſit, ibi omnia virtutem acceperunt, ibi crux effulſit, & reſurrectio, & curſus Apoſtolorum, & lex. Nam *de Sion exibit lex.* Sion autem hoc loco vniuerſam vocat regionem ac ciuitatem. Ibi Spiritus ſancti gratia effuſa eſt, quæ omnia ſpeciem eius appellat. Pulchritudo enim ac ſpecies Dei ſunt eius bonitas, & benignitas, atque in omnes beneficentia. Fuerit verò etiam ſpecies eius glorioſa illa apparitio, futura & vltima, quam dicunt hîc ſignificari per illa verba, *A ſolis ortu vſque ad occaſum,* & per ignem qui præcedet; *Manifeſtè* enim, inquit, *veniet.* Et quid faciet? *Non ſilebit;* ſicut quando hîc iudicatus ac conuitijs affectus fuit, & non contradixit: tunc autem non ita; ſed arguet mundi peccatum. Præuius verò ignis abſumit omnem materiam combuſtibilem, eam abolendo, ne lignum, vel fœnum, aut ſtipula in conſpectu eius appareat. Manifeſtè igitur veniet tunc: ſiquidem primus aduentus fuit ſine ſtrepitu, & plurimos latebat; tunc autem tam manifeſtè veniet, vt non neceſſarius illi futurus ſit prænuntius: non ampliùs enim vt medicus, ſed vt iudex veniet. Ac per præuium quidem ignem, puritatem ac lucem eius inacceſſam deſignat; per tempeſtatem, ſupplicij vehementiam, & intolerabilem punitionem. Tempeſtas enim vehementium ventorum impetus eſt, vel turbo niuium omnia inuoluens.

Iſaiæ 2, 3.

Species Dei qualis.

Primus aduentus Chriſti fuit occultus, ſecundus erit manifeſtus.

4 ADVOCABIT CÆLVM.] Rurſus elementorum facit mentionem, per quæ millena nobis bona obuenerunt, non ad corporalem dumtaxat vitam & conſpirationem, verùm etiam ad notitiam diuinam. Argumentum enim (vt Paulus ait) eſt notitiæ Dei. Siquidem *inuiſibilia eius per ea quæ facta ſunt conſpiciuntur.* Ne mireris autem, ſi ad Iudæos de vniuerſali iudicio verba faciat; quandoquidem & Paulus hoc manifeſtet, dicens: *Ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam, Iudæi primùm, & Græci.* Vel ſynec-

Elementa, & omnes creaturæ, erunt teſtes iudicij Dei.

Rom. 1, 20.

Rom. 2, 8.

ἐστι, τὸ ἐμφανῶς ἄρα τὴν σάρκα δηλοῖ. Καὶ ἄλλως δὲ ἔχει τι τὸ εἰρημένον προφητικόν, ἔχει δὲ καὶ ἱστορικόν. Καὶ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς γὰρ, ἐκεῖθεν αὐτοῦ ἡ εὐπρέπεια ὁ ναὸς, ὁ βωμὸς, τὰ τῶν ἁγίων ἅγια· καὶ πάντα ἐκεῖ τὰ μέλλοντα προδιεγράφετο. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ χάρις ἦλθε, καὶ ἡ ἀλήθεια παραγέγονεν, ἐκεῖθεν πάντα τὴν ἀρετὴν ἔλαβεν, ἐκεῖ ὁ σταυρὸς ἔλαμψεν, καὶ ἀνάστασις, καὶ ὁ τῶν ἀποστόλων δρόμος, καὶ ὁ νόμος. Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος. Σιὼν δὲ ἐνταῦθα τὸ ὁλόκληρον λέγει χωρίον καὶ τὴν πόλιν. Ἐκεῖ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἐκκέχυται, ἅπερ ἅπαντα ὡραιότητα αὐτοῦ καλεῖ. Κάλλη γὰρ θεοῦ καὶ ὡραιότης, ἡ ἀγαθότης, καὶ ἡ φιλανθρωπία, καὶ ἡ εἰς πάντας εὐεργεσία. Εἴη δὲ ἂν ὡραιότης, καὶ ἡ ἔνδοξος αὐτοῦ ἐπιφάνεια, ἡ μέλλουσα καὶ τελευταία, ἥν τινά φασιν ἐνταῦθα σημαίνεσθαι, διὰ τοῦ ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν, καὶ τοῦ προηγουμένου πυρός. Ἐμφανῶς γάρ, φησιν, ἥξει. Καὶ τί ποιήσει; Οὐ παρασιωπήσεται, ὡς ἐνταῦθα κρινόμενος, συκοφαντούμενος καὶ μὴ ἀντιλέγων· τότε δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλ' ἐλέγξει τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν. Προλαμβάνον δὲ τὸ πῦρ καθαιρεῖ πᾶσαν ὕλην καυστικὴν, ἀφανίζον πρὸς τὸ μὴ ξύλα ἢ χόρτον, ἢ καλάμην πρὸ προσώπου αὐτοῦ φαίνεσθαι. Ἐμφανῶς οὖν ἥξει τότε· ἀψοφητὶ γὰρ ἡ πρώτη παρουσία καὶ λανθάνουσα τοὺς πολλούς. τότε δὲ οὕτως ἐμφανῶς ἥξει, ὡς μηδὲ χρείαν εἶναι προαγγέλλοντος· οὐκέτι γὰρ ὡς ἰατρὸς, ἀλλ' ὡς δικαστὴς ἥξει. καὶ διὰ μὲν τοῦ προπορευομένου πυρὸς τὸ καθαρὸν ἐμφαίνει, καὶ διαυγὲς καὶ ἀπρόσιτον, διὰ δὲ τῆς καταιγίδος, τὸ τῆς τιμωρίας σφοδρὸν, τὸ ἀφόρητον τῆς κολάσεως. Καταιγὶς γὰρ ῥαγδαίων πνευμάτων ῥύμη, ἢ βόλος χιόνος ἅπαντα κατασύρουσα.

δ'. ΠΡΟΣΚΑΛΕΣΕΤΑΙ ΤΟΝ ΟΥΡΑΝΟΝ.] Πάλιν τῶν στοιχείων μέμνηται, δι' ὧν τὰ μυρία γέγονεν ἡμῖν ἀγαθὰ, οὐ πρὸς τὴν σωματικὴν μόνον ζωὴν καὶ συγκρότησιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν θεογνωσίαν. Ὑπόθεσις γὰρ (ὡς Παῦλός φησι) θεογνωσίας ἐστί. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, φησι, τοῖς ποιήμασι καθορᾶται. Μὴ θαυμάσῃς δὲ εἰ πρὸς Ἰουδαίους περὶ τῆς καθολικῆς κρίσεως διαλέγεται. ἐπεὶ καὶ Παῦλος τοῦτο δηλοῖ λέγων· Θυμὸς καὶ ὀργὴ, θλίψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν, Ἰουδαίου τε πρῶτον, καὶ Ἕλληνος. Ἢ συνεκ-

δοχικῶς

δοχικῶς τὸν οὐρανόν, φησι, φύσιν διὰ τοῦ οὐρανοῦ, διὰ τὸ δοκεῖν ἀγγέλους οἰκεῖν τὸν οὐρανόν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, καὶ τὴν γῆν εἰπὼν, ἐσήμανε τοὺς ἐν αὐτῇ οἰκοῦντας ἀνθρώπους. συγκαλεῖ δὲ πάντας πανταχόθεν ὥσπερ μάρτυρας ποιούμενος τῆς κρίσεως τοὺς παρόντας. ἢ οὐρανὸν τοὺς δικαίους, γῆν τοὺς ἁμαρτωλούς· ἢ οὐρανὸν τοὺς ἀγγέλους, γῆν τοὺς ἐξηλλαγμένους ἐν αὐτῇ καὶ εἰς ἀποστολὴν πεμφθέντας πρὸς τὸ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ.

Ἄλλος. Οὐχ ὡς ἔμψυχα ταῦτά φησι προσκαλεῖσθαι, ἀλλ' ὡς περιεκτικὰ τῶν ποιημάτων εἰς φόβον τῶν ἀκουόντων. ἢ τοῦ προτέρου λαοῦ τὴν κρίσιν ἰδιάζουσαν δείκνυσι, τὸν οὐρανὸν προσκαλούμενος, ἐφ' ᾧ μάρτυρι, καὶ τὸν διὰ Μωσέως δέδωκε νόμον. εἶτα καθίσας οἷον ἐπὶ θρόνου δικάζων εἰσκαλεῖ τοὺς κρινομένους, καί φησι·

ε. ΣΥΝΑΓΑΓΕΤΕ ΑΥΤΩ ΤΟΥΣ ΟΣΙΟΥΣ.] Τί δήποτε δὲ ὧν μέλλει κατηγορεῖν καὶ καταδικάζειν ὁσίους καλεῖ; τὴν κατηγορίαν αὔξων, καὶ μεῖζον ἐφόδιον τῇ τιμωρίᾳ τιθεὶς τὴν τιμήν. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐπειδὰν ἴδωμέν τινας πεπλημμεληκότας, καὶ βουλώμεθα αὐτῶν σφοδρότερον καθάψασθαι μετὰ τῶν ἀξιωμάτων καλοῦμεν, ὥστε βαρυτέραν ἐργάσασθαι τὴν κατηγορίαν, λέγοντες· κάλεσον τὸν διάκονον, τὸν πρεσβύτερον. Ἐπεὶ οὖν καὶ οὗτοι βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ λαὸς ἐχρημάτιζον ὅσιος, καὶ ἐπὶ τούτῳ μέγα ἐφρόνουν, ἐντεῦθεν ὑφαίνει τῶν ἐγκλημάτων τὸ μέγεθος· διὸ ἐπήγαγε, τοὺς διατιθεμένους· ἀντὶ τοῦ τοὺς νομίζοντας τὸ πᾶν τῆς διαθήκης τοῦ Θεοῦ εἶναι ἐν ταῖς θυσίαις, καὶ οὐκ ἐν ταῖς τῶν καλῶν ἐργασίαις· ἐνόμιζον γὰρ μεγάλα κατορθοῦν ἐν τῷ βουθυτεῖν μόνον, μυρία τολμῶντες κακά.

Ἄλλος. Τὸ ἑβραϊκὸν καὶ οἱ λοιποί· Συναγάγετέ μοι φησὶ τοὺς ὁσίους μου. ἐπιτάττει γὰρ τοῖς ἀγγέλοις πρώτους ἀφορίσαι τοὺς ὁσίους ἀπὸ τῶν ἀσεβῶν, τυχεῖν ὀφείλοντας τῶν ἐπηγγελμένων.

Ἄλλος. Τὸ διατιθεμένους, ἀντὶ τοὺς πληροῦν ἐπειγομένους τὴν διαθήκην Χριστοῦ ἐπὶ θυσίαις, οὐ τῶν δι' αἱμάτων, ἀλλὰ πνευματικαῖς. Ἀνυμνοῦσι δὲ ἐπὶ τούτοις αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, ὅτι ἐκ τῶν ὁσίων κατήρξατο, συγχαίρουσαι αὐτῶν τῇ σωτηρίᾳ. ἢ τὸ φαιδρὸν αὐτοῦ, καὶ διαλάμπον τῆς δικαιοσύνης δεῖξαι βουλόμενος, εἰσάγει τὰ στοιχεῖα ἀνακηρύττοντα αὐτήν. Καὶ τί λέγοντα; ὅτι κριτής ἐστι τὰ δίκαια ὁρίζων ἑκάστῳ. Ἐπὶ τοῦ Θεοῦ γὰρ τὸ

dochicè per *cælum* intelligit naturam ſpiritalem, eò quòd Angeli cælum inhabitare videantur. Eodem modo cùm *terram* dixit, deſignauit homines in illa commorantes. Ceterùm omnes vndique conuocat, quaſi teſtes præſentes faciens iudicij. Vel *cælum* dicit iuſtos, *terram* peccatores: vel *cælum* Angelos, *terram* eos qui mutati ſunt in ea, & in apoſtolatum miſſi ad iudicandum populum eius. COMMENTARIVS PATRVM.

Alius. Non tamquam animata dicit hæc vocata eſſe, ſed tamquam quæ creaturas contineant, ad timorem audientium. Vel priuatum prioris populi iudicium inſinuat, cælum aduocans: quo teſte legem quoq; per Moyſem dederat. Deinde tamquam iudex ſuper thronum ſedens citat eos qui iudicandi ſunt, & ait:

5. CONGREGATE ILLI SANCTOS.] Vt quid autem eos quos accuſaturus ac iudicaturus eſt ſanctos appellat? nempe vt augeat accuſationem, & ratione dignitatis maiorem det ſupplicio occaſionem. Hoc modo etiam nos, cùm viderimus aliquos delinquentes, ipſoſque vehementiùs perſtringere voluerimus, dignitatum titulis compellamus, quò grauiorem reddamus accuſationem, dicentes: Voca diaconum illum, presbyterum iſtum. Cùm igitur etiam hi regale ſacerdotium & populus ſanctus nuncuparentur, ideoque ſuperbirent, inde criminum inſinuat magnitudinem; quapropter ſubiunxit, *Qui ordinant*; id eſt, qui totum teſtamentum Dei in ſacrificijs, & non in probis operibus, conſiſtere arbitrantur: exiſtimabant enim ſe magna præſtare, ſi ſolos boues immolarent, cùm millena mala perpetrarent. *Quos ſanctos Deus vocet in iudicium.*

Alius. Textus Hebraicus & reliqui legunt: *Congregate mihi ſanctos meos*. Præcipit enim Angelis, vt ſanctos primùm ab impijs ſegregent, quippe qui promiſſiones cõſequi debeãt.

Alius. Illud *Qui ordinant*, id eſt, qui teſtamentum Chriſti adimplere ſatagunt ſacrificijs, non cruentis illis, ſed ſpiritalibus. Applaudunt autem ijs virtutes cælorum, quoniam à ſanctis inchoarunt ipſorum ſaluti congaudentes. Vel cùm ſerenitatem eius & ſpendorem iuſtitiæ declarare vellet, introducit elementa, quæ ipſam deprædicent. Et quid dicunt? Quòd nimirum iudex ſit, qui iuſta cuique tribuat. In Deo enim vocem *iudicis* *Qualis ſit futura forma iudicij.*

COMMENTARIVS PATRVM.

accepit pro *iuſto*. Siquidem non ſimpliciter iudicare, ſed iuſtè iudicare iudicem facit. Iudicabuntur autem Iudæi, & antiqui, & qui noui Teſtamenti ſunt; cùm illi quidem legem & naturam accuſantem habeant, hi verò prætereà, id quod auſi ſunt contra Chriſtum. Iuſtitiam itaque hîc dicit multam curam, benignitatem, vim omnibus prouidendi. Quid porrò ad ipſos dicit?

7. AVDI POPVLVS MEVS.] Obſerua eius modeſtiam: ac ſi enim homo dicat ad tumultuoſam plebem, Si audieris, loquor; ſi attenderis, dicam. ſic etiam ad ſeruos Dominus ait. Facto itaque hac præfatione ſilentio, ſubdit: *Deus Deus tuus ego ſum.* Non temerè vtitur geminatione; ſed quia ad inſenſibiles & obduratos illi ſermo erat, inculcat ipſis ſuam poteſtatem, atque hinc optimum principium ponit ſubſequentis narrationis. ac ſi dicat: Per memetipſum tibi loquor, vt non ſuperſit tibi prætextus ignorantiæ. Quid autem dicit? *Non in ſacrificijs tuis arguam te,* &c. Quoniam, virtute neglectâ, fiduciam ſuam habituri erant in holocauſtis quæ immolauerant: Non de his, inquit, veni iudicium facturus, aut increpaturus, quòd illa neglecta ſint. Non enim nidore ac fumo Deus colitur, ſed per probam conuerſationem. Vides vt paulatim à terreſtribus abducat intellectum eorum, & occæcatam mentem adaperiens, & oſtendens, quòd horum minimè indigus legem tulerit, ſed potiùs iſta deſpici velit. Deinde etiam cauſſam addit: Quoniam omnia, inquit, mea ſunt. Speciem verò agri temporaneos vocat omnis generis fructus. Non enim de beſtijs ſolùm offerebant, ſed etiam de frugibus, ſimilaginem & vinum, & oleum, & vaporum ſuauitates. Non hæc, inquit, præcipuè deſiderabam. Sed aliud erat quod lege ſanciebatur; nempe, vt affectiones quæ in te ſunt abolerentur. *Sacrificium enim Deo ſpiritus contribulatus.* Deinde reprehendens illos, & magis ironicè perſtringens, quò acerbior eſſet accuſatio, ſubiunxit: *Si eſuriero, non dicam tibi;* craſſiori modo loquens, vtpote craſſioribus. Non eſurio, inquit, quoniam Deus non eſuriet. Neque verò ſi iſtiuſmodi ſacrificijs coli voluiſſem, ijſdem caruiſſem: ſiquidem omnia ſuppetunt; &

Deo non ſunt grata ſacrificia, ſi deſit virtus.

Species agri quid.

Pſal. 50, 19.

Deus omnium Dominus.

κριτὴς ἀντὶ τοῦ δίκαιος εἴληφεν. Οὐ γὰρ τὸ ψηφίσασθαι ἁπλῶς κριτὴν ποιεῖ, ἀλλὰ τὸ δικαίως. Κριθήσονται δὲ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ πάλαι, καὶ οἱ ἐν τῇ καινῇ· οἱ μὲν τὸν νόμον καὶ τὴν φύσιν κατήγορον ἔχοντες, οἱ δὲ μετὰ τούτων καὶ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τόλμαν. Δικαιοσύνην οὖν ἐνταῦθα, φησι, τὴν πολλὴν κηδεμονίαν, τὴν φιλανθρωπίαν, τὴν διὰ πάντων προνοητικὴν ἰσχύν. τί δὲ καὶ φθέγγεται πρὸς αὐτούς;

ζ'. ΑΚΟΥΣΟΝ ΛΑΟΣ ΜΟΥ.] Ὅρα τὴν ἐπιείκειαν· ὡς γὰρ ἄνθρωπος εἴποι πρὸς θορυβοῦντα δῆμον ἐὰν ἀκούσῃς λέγω, ἐὰν προσέχῃς ἐρῶ. οὕτω καὶ πρὸς τοὺς δούλους ὁ δεσπότης λέγει. ποιήσας οὖν ἡσυχίαν διὰ τοῦ προοιμίου, ἐπάγει· ὁ θεὸς ὁ θεός σου εἰμὶ ἐγώ. οὐχ ἁπλῶς ὁ διπλασιασμὸς, ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς ἀναισθήτους καὶ πεπηρωμένους τὸν τῆς δεσποτείας αὐτοῦ κινεῖ λόγον, καὶ ἀρχὴν ἀρίστην τῇ μετὰ ταῦτα διηγήσει τίθησιν ἐντεῦθεν. ἀντὶ τοῦ δι' ἐμαυτοῦ σοι λαλῶ, ὥστε μὴ πρόφασιν εἶναι ἀγνοίας σοι. Τί δὲ λέγει; Οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε, καὶ ἑξῆς. Ἐπεὶ γὰρ ἀρετῆς ἀμελοῦντες ἔμελλον ἔχειν τὰς ἐλπίδας, ὅτι ἔθυον ὁλοκαυτώσεις· οὐκ ἐπὶ τούτοις ἦλθον, φησι, δικασόμενος, οὐδὲ ἐγκαλέσων ὅτι παρώφθη ταῦτα. Οὐ γὰρ διὰ κνίσης θεραπεύεται καὶ καπνοῦ ὁ θεὸς, ἀλλὰ διὰ πολιτείας ἀρίστης. Ὁρᾷς πῶς κατὰ μικρὸν ἀνάγει τῶν χαμαιζήλων, διανοίγων αὐτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν πεπηρωμένην γνώμην, καὶ δεικνὺς ὅτι οὐ δεόμενος ἐνομοθέτησεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀθετεῖσθαι θέλει. εἶτα καὶ ἡ αἰτία· Ὅτι πάντα, φησὶν, ἐμά ἐστι. ὡραιότητα δὲ ἀγροῦ τὰ ἐξ ὡρῶν ὀνομάζει, τοὺς παντοδαποὺς καρπούς. οὐ γὰρ ἀπὸ ζώων μόνον προσῆγον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ καρπῶν, σεμίδαλιν καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, καὶ τὰ τῶν ἀτμῶν ἡδύσματα. οὐ προηγουμένως ταῦτα, φησιν, ἐβουλόμην. Ἀλλ' ἕτερον ἦν τὸ νομοθετούμενον. τὸ δεῖν τὰ πάθη τὰ ἐν σοὶ ἀφανίζεσθαι. Θυσία γὰρ τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον. Εἶτα κωμῳδῶν αὐτοὺς, καὶ διασύρων εἰρωνικώτερον, ὥστε πληκτικωτέραν γενέσθαι τὴν κατηγορίαν, ἐπήγαγεν· Ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω· παχύτερον διαλεγόμενος ὡς παχέσιν. Οὔτε πεινῶ, φησι· θεὸς γὰρ οὐ πεινάσει. ὅτι εἰ τοῦτο ἐβουλόμην θεραπεύεσθαι, ἠπόρουν ἂν θυσιῶν. Καὶ γὰρ πρόσκειταί μοι πάντα, καὶ διαπό-

δεσπότης ὢν τούτων, τὰ ἐμὰ βούλομαι παρὰ σοῦ δέχεσθαι, ἵνα τούτῳ τῷ τρόπῳ πρὸς τὴν ἐμὴν σε φιλίαν ἐπισπάσωμαι, καὶ τῆς τῶν ματαίων ἀποστήσω συνηθείας. εἶτα πάλιν ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον ἀνάγων, μή, φησι, φάγομαι κρέατα ταύρων. Οὐκ ἀποστρεφόμενος δὲ ἀποσείεται ταῦτα· ἀλλ' εἰς τὴν κρείττονα αὐτοὺς καὶ νοερὰν θυσίαν προσκαλεῖται, ὡς ἡ ἐπαγωγὴ παριστᾷ. Ἐκβαλὼν γὰρ καὶ δείξας ἀνάξια αὐτοῦ ταῦτα, καὶ τὴν κωμῳδίαν αὐξήσας, οὐκ ἔστησε τὸν λόγον μέχρι τούτου, ἀλλὰ δείκνυσι τρόπον ἑτέρας θυσίας. Θῦσον γάρ, φησι, τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, τουτέστιν εὐχαριστίας, καὶ ὕμνων ἱερῶν, καὶ τῆς διὰ τῶν ἔργων δοξολογίας. Ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. Οὕτως ζῆθι ὥστε δοξάζεσθαί σου τὸν δεσπότην. κατὰ τό· Οὕτως λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν. αἶνος γὰρ ὁ ἔπαινος· καὶ ἀλλαχοῦ· μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει. Καὶ ἀρέσει τῷ θεῷ ὑπὲρ μόσχον νέον. ὅπως ἔθυε καὶ Ἰὼβ λέγων· Ὁ κύριος ἔδωκεν. Ἀπόδος δὲ τὰς εὐχάς, ἀντὶ τοῦ, τὰς ἱκετηρίας· καὶ ἃ ὑπεσχόμεθα, καὶ ἐπηγγειλάμεθα μετὰ τάχους δεῖ ἀποδιδόναι. Καὶ καλῶς εἶπεν ἀπόδος. μετὰ γὰρ τὴν ἐπαγγελίαν χρέος τὸ πρᾶγμα γίνεται. οἷον ἐπηγγείλω ἐλεημοσύνην, ἢ σωφροσύνην ἀπόδος πρὸς τὴν ἔκτισιν, καίτοι κατὰ τὴν ἀκρίβειαν. καὶ ὁ μὴ ἐπαγγειλάμενος χρεωστεῖ τὰ τῆς ἀρετῆς. ὃ γὰρ ὠφείλομεν ποιῆσαι, φησι, πεποιήκαμεν.

Ἄλλος. Δήλωσις τῆς ἁγίας Τριάδος. Θῦσον τῷ θεῷ τῷ πατρί, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τῷ υἱῷ, καὶ ἐπικάλεσαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἄσω καὶ ψαλῶ τῷ κυρίῳ τῷ πατρί· Εἰσάκουσον κύριε τῆς φωνῆς τῷ υἱῷ· Τὸ πρόσωπόν σου κύριε ζητήσω, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου κύριε τοῦ πατρός, ὑπέμεινεν ἡ ψυχή μου εἰς τὸν λόγον σου, τὸν υἱόν· ἤλπισεν ἡ ψυχή μου ἐπὶ τὸν κύριον τὸ πνεῦμα. τῷ λόγῳ τῷ υἱῷ, κυρίου τοῦ πατρός, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος. τῷ πνεύματι ἁγίῳ. καὶ ἐπικάλεσαί με. εἶπε τὴν αἰτίαν δι' ἣν βούλεται εὐγνώμονας εἶναι, ἵν' ἔχῃ ἀφορμὴν εὐεργετεῖν. διὰ τί δὲ ἀναμένει ἐν τῷ καλεῖσθαι; μείζονα τὴν οἰκείωσιν ἡμῖν ποιῆσαι βουλόμενος, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν θερμοτέραν, καὶ τῷ δοῦναι, καὶ τῷ καλεῖσθαι, καὶ τῷ λαμβάνειν. Καὶ γὰρ ἡ ἀρετὴ πρὸς θεὸν οἰκειοῖ· καὶ ἡ ἀντίδοσις τὸ αὐτὸ ἐργάζεται, καὶ ἡ εὐχὴ συγκροτεῖ τὴν οἰκειω-

cùm horum Dominus ſim, mea ipſius à te accipere cupio, vt hac ratione ad meam amicitiam te alliciam, & ab inanium conſuetudine auertam. Deinde rurſus ad id quod ſublimius eſt erigens, *Numquid*, inquit, *manducabo carnes taurorum?* Non quod auerſetur hæc reijcit; ſed ad præſtantius illudque ſpiritale ſacrificium eos inuitat, quemadmodum id quod ſubinfertur perſuadet. Cùm enim hæc reieciſſet, ac ſe indigna declaraſſet, & reprehenſionem auxiſſet, non hîc concluſit ſermonem, ſed alterius ſacrificij modum oſtendit. *Immola* enim, inquit, *Deo ſacrificium laudis*, id eſt gratiarum actionis, & ſacrorum canticorum, ac per proba opera laudationis. Quod autem dicit eſt huiuſmodi. q. d. Ita viuito, vt Dominus tuus honoretur, iuxta illud: *Sic luceat lux veſtra.* Laus enim eſt laudatio. & alibi: *Magnificabo eum in laude. Et placebit Deo ſuper vitulum nouellum.* Sic etiam ſacrificauit Iob, dicens: *Dominus dedit. Redde* autem *vota*, id eſt ſupplicationes. Et quæ ſpopondimus atque promiſimus, citò reddenda ſunt. Pulchrè ſanè dixit *redde:* poſt promiſſionem enim res tranſit in debitum. v. g. Promiſiſti eleëmoſynam, vel continentiam, feſtina ſoluere, idque accuratè. Etiam is qui non promiſit, debitor eſt virtutis. Nam *quod debuimus facere*, inquit, *fecimus*.

COMMENTARIVS PATRVM.

Sacrificium ſpiritale Deo gratum.

Matth. 5, 16.
Pſal. 61, 31.
Pſal. 68, 32.
Iob 1, 21.

Promiſſa ſtatim ſoluenda.

Luc. 17, 10.

Alius. Hæc eſt manifeſtatio ſanctiſſimæ Trinitatis. *Immola Deo* [ſcilicet] Patri, *& redde Altiſſimo* [ſcilicet] Filio; *& inuoca* [ſcilicet] Spiritum ſanctum. *Cantabo & pſalmum dicam Domino* Patri; *Exaudi Domine vocem*, Filio; *Faciem tuam Domine requiram*, Spiritum ſanctum. *Propter* * *nomen tuum Domine*, Patris, *ſuſtinuit anima mea in verbo tuo*, Filium; *Sperauit anima mea in Domino*, Spiritum ſanctum. *Verbo*, Filio, *Domini* Patris, *& ſpiritu oris*, Spiritu ſancto. *Et inuoca me.* Dixit cauſſam cur nos velit eſſe gratos, vt nimirum occaſionem haberet benefaciendi. Propter quid verò differt, dum inuocamus? vt nimirum nos ſibi magis familiares redderet, noſtrumque erga ipſum amorem ampliùs accenderet, cùm dando, tum inuocando, tum accipiendo. Siquidem virtus Deo familiarem facit; & retributio id ipſum efficit; & oratio familiaritatem connectit.

Pſal. 26, 6.
Ibid. 7.
Ibid. 8.
* Vulgata legem
Pſal. 129, 4.
Ibid. 5.
Pſal. 32, 6.

Deus vult nos eſſe gratos, vt iterum nobis benefaciat.

COMMENTARIVS PATRVM.

ſtit. *Diem* autem *tribulationis*, non illam calamitatum nunc vocat; ſed quia ſiue peccatum ſiue diabolus per concupiſcentias ſuffodiat, magnum conſecuturus ſis auxilium. Poſſet verò etiam quis dicere *diem tribulationis* eſſe illam futuram. Porrò illud *honorificabis me*, non quaſi gloriam à nobis quærens hoc ait; ſed vt per gratiarum actionem beneficij memoria refricetur.

16. PECCATORI AVTEM DIXIT.] Vide quàm conſona ſit hæc cithara, in diuerſis vnam habens conſonantiam. Idem enim ſenſus eſt & apud Apoſtolos, & apud Prophetas. Etenim Paulus oſtendens, quomodo nil proſit docere, quando quis ipſe indoctus permanet, ait: *Qui ergo alium doces, teipſum non doces?* Qui attendebant legi, non crediderunt mihi. Hîc autem non ſolùm non lucrari dicit eum qui docet quidem, ſed non exercet virtutem; verùm etiam ipſum à tali præfectura remouet. Cur enim, inquit, doces alios, cùm vita tua contradicat? Siquidem non tam verbis doces, quàm factis abigas. *Qui enim fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur.* Habeat vita tua claram vocem iſtiuſmodi docentem, quemadmodum & *cæli enarrant gloriam Dei*, cùm os non habeant, ſed aſpectus ſui pulchritudine contemplatorem ſuum in conditoris admirationem rapientes. Quòd ſi contaminatam & damnatam habens conſcientiam, ſedem doctoralem ambias, quando malitiam reprehendis, non tam alios quàm temetipſum accuſas. Pulchrè autem dixit *per os.* Cor enim, inquit, fructu eius vacuum eſt; labia verò temerè mouentur, idque ad damnationem eius qui loquitur. Porrò *diſciplinam* mentis doctrinam vocat. Hanc, inquit, quomodo tradis, & in alios diſpertis, cùm ipſemet operibus eam non habeas? *Proiecisti* enim. q. d. Non ſolùm non profeciſti; ſed etiam repellis illam, cùm nullam eius habeas memoriam. Proponit autem ſigillatim ſpecies peccatorum, & per ea quæ ſequuntur peccatorem deſcribit.

Nil prodeſt bona docere, niſi vita doctrinæ reſpondeat.

Rom. 2, 21.

Matth. 5, 19.

Pſal. 18, 1.

18. SI VIDEBAS FVREM.] Hæc eſt cauſſa omnium malorum, quòd nonnulli non ſolùm non increpent peccantes, verùm etiam iiſdem conſentiant. Siquidem fortè pœnitendo erubeſceret; at tu etiam ipſi ianuam

Damna praui conſenſij quanta.

σιν. Ἡμέραν δὲ θλίψεως, οὐ τὴν τῶν συμφορῶν λέγει νῦν, ἀλλ' ὅτι κἂν ἁμαρτία, κἂν διάβολος δι' ἐπιθυμιῶν ὑπορύττῃ, μεγάλης ἀπολαύσεις συμμαχίας. Εἴποι δὲ ἄν τις ἡμέραν θλίψεως, καὶ τὴν μέλλουσαν. Τὸ δὲ δοξάσεις με, οὐχ ὡς χρῄζων τῆς παρ' ἡμῶν εἶπεν δόξης, ἀλλ' ὥστε διὰ τῆς εὐχαριστίας γίνεσθαι τῆς εὐεργεσίας τὴν μνήμην.

ις'. ΤΩ ΔΕ ΑΜΑΡΤΩΛΩ ΕΙΠΕΝ.] Ἴδε πῶς σύμφωνος ἡ κιθάρα ἐν διαφόροις φθόγγοις μίαν ἔχουσα συμφωνίαν. Τὸ αὐτὸ γὰρ νόημα καὶ παρὰ ἀποστόλοις, καὶ προφήταις. Καὶ Παῦλος γὰρ δεικνὺς, ὡς οὐδὲν ὄφελος τοῦ διδάσκειν ὄντα αὐτὸν ἀδίδακτον μένειν, φησίν· Ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; Οἱ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου, οὐκ ἐπίστευσάν με. Ἐνταῦθα δὲ οὐ μόνον οὐδὲν κερδαίνειν φησὶ τὸν διδάσκοντα μὲν, μὴ μετιόντα δὲ ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ ἐκβάλλει αὐτὸν τῆς τοιαύτης προεδρείας. Τίνος γάρ, φησιν, ἕνεκεν διδάσκεις ἑτέρους τοῦ βίου σου ἀντιφθεγγομένου; Οὐ γὰρ οὕτω διδάσκεις διὰ τῶν λόγων, ὡς ἀπάγεις διὰ τῶν πραγμάτων. Ὁ γὰρ ποιήσας φησὶ καὶ διδάξας, οὗτος μέγας κληθήσεται. ἐχέτω σου ὁ βίος λαμπρὰν φωνὴν ταῦτα διδάσκουσαν, ὡς καὶ οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, οὐ στόμα ἔχοντες, ἀλλὰ τῷ κάλλει τῆς ὄψεως τὸν θεατὴν εἰς θαῦμα τοῦ δημιουργοῦ παραπέμποντες. Ἂν δὲ κατερρυπωμένον καὶ κατεγνωσμένον ἔχων τὸ συνειδὸς, ἐπιλαβέσθαι θρόνου σπεύδεις διδασκαλικοῦ, ἐπὰν κατηγορῇς κακίας, οὐχ ἕτερον μᾶλλον, ἢ σαυτοῦ κατηγορεῖς. Καλῶς δὲ εἶπεν διὰ στόματος. Ἡ γὰρ καρδία ἔρημός ἐστι, φησὶ, τῶν ἐντεῦθεν καρπῶν. Τὰ δὲ χείλη κινεῖται μάτην, καὶ ἐπὶ κατακρίσει τοῦ λέγοντος. Παιδείαν δὲ τὴν τοῦ νοῦ διδασκαλίαν λέγει, ἣν πῶς, φησι, μεταχειρίζῃ, καὶ εἰς ἑτέρους διασπείρεις, αὐτὸς διὰ τῶν ἔργων μὴ ἔχων ταύτην; ἐξέβαλες γάρ. οἷον οὐ μόνον οὐ προστέθεικας, ἀλλὰ καὶ ἀπώσω τοῦ μηδὲν ἔχειν ἐν μνήμῃ ταύτην. τίθησι δὲ κατ' εἶδος ἁμαρτιῶν εἴδη, καὶ ὑπογράφει τὸν ἁμαρτωλὸν διὰ τῶν ἑξῆς.

ιη'. ΕΙ ΕΘΕΩΡΕΙΣ ΚΛΕΠΤΗΝ.] Τοῦτο πάντων αἴτιον τῶν κακῶν ἐστι μὴ μόνον οὐκ ἐπιτιμῶσί τινες, ἀλλὰ καὶ συνήδονται τοῖς ἁμαρτάνουσιν. ὁ μὲν γὰρ ἴσως μεταγνώσεως αἰσχυνόμενος· σὺ δὲ ἀποκλείεις αὐτῷ, καὶ πάσας τὰς θύρας

θύρας τῆς μετανοίας συνηδόμενος. οὐ περὶ κλεπτῶν δὲ τοῦτο εἶπε μόνον, ἀλλὰ περὶ παντὸς ἁμαρτήματος. Τὸ δὲ ἔσχατον τέθεικεν ἵν᾽ εἰδῇς ὁ ἐπὶ τούτῳ συγγνώμην οὐκ ἔχων, πολλῷ μᾶλλον ἐφ᾽ ἑτέρου. καὶ μετὰ μοιχοῦ. τοῦτο μεῖζον. Ἐνταῦθα δὲ μοιχείαν καὶ τὴν πορνείαν καλεῖ. Ἂν τοίνυν ἴδῃς τινὰ τῶν συναγελαζομένων σοι πόρνων, μυστηρίοις προσερχόμενον, εἰπὲ τῷ ἱερεῖ, ὅτι οὗτος ἀνάξιος μυστηρίων. Καὶ οὐκ εἶπεν ἐμοίχευσας, ἀλλὰ τὴν μερίδα ἐτίθεις. Βαβαί· ἡλίκον κακὸν τὸ συσκιάζειν καὶ περιστέλλειν τὰς ἀλλοτρίας σηπεδόνας. κοινωνὸς, φησιν, εἶ τῆς ἐπὶ τῷ πλημμελήματι τιμωρίας. Ἵνα δὲ μὴ λέγῃς, ὅτι ἀπὸ φιλανθρωπίας ἐποίειν ταῦτα. Καίτοι πῶς φιλανθρωπία τὸν μέλλοντα εἰς βάραθρον ἐμπίπτειν μὴ κωλύειν; Ὅτι δὲ οὐ φιλανθρωπίας ἀλλ᾽ ὕπνου, καὶ νωθείας, ἐπάγει· Καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις. Πῶς, φησὶν, ἀφεὶς τὸν ἀδικοῦντα, τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα ἀδελφὸν κακῶς λέγεις; Πῶς ἐπιβουλεύεις; Καὶ ὅρα πῶς τῇ ἐπεξηγήσει τὴν κατηγορίαν αὔξει. Καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου· τοῦ τὰς αὐτάς σοι λύσαντος ὠδῖνας, τοῦ συνακμάσαντος τοῦ κοινωνοῦ τῆς ζωῆς. Καὶ οὐ μόνον κακῶς λέγεις, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔργον τὴν ἐπιβουλὴν ἄγεις. Τοῦτο γὰρ, ἐτίθεις σκάνδαλον. οὐχ ἁπλῶς δὲ τὸν κατήγορον αἰνίττεται, ἀλλὰ τὸν μετὰ δόλου καὶ σπουδῆς τοῦτο ποιούμενον. Καθήμενος γάρ φησιν· οὐκοῦν οὐ παραδειγματίζειν ἐχρῆν, ἀλλ᾽ ὡς εἶπεν ὁ Χριστὸς, κατ᾽ ἰδίαν λαβόντα διορθοῦν· αἱ γὰρ δημόσιαι κατηγορίαι, ἀναισχυντοτέρους ἐργάζονται). Καὶ ἄλλως δὲ συντρέχει κλέπτῃ, ὁ ὁρῶν ἑτερόδοξον κλέπτοντα τῆς ἀληθείας τὸ βούλημα, καὶ συναινῶν καὶ ὁ τοῖς τὴν τοῦ Χριστοῦ νύμφην μοιχεύουσι τὰς ἐκκλησιαστικὰς ψυχὰς συναπαγόμενος. πλεονάζει στόματι κακίαν, ὁ μετὰ τὸ γνῶναι τὸ ἀγαθὸν, ποιῶν τὸ πονηρόν. περιπλέκει δολιότητας ὁ τοὺς τῶν αἱρετικῶν λόγους ὄντας σοφίσματα συνιστῶν.

κά. Ταυτα εποιησας και εσιγησα.] Εἶδες μακροθυμίας πέλαγος, ἀγαθότητος ὑπερβολήν; ἐγὼ μὲν, φησι, τούτων γινομένων ὑπὸ σοῦ, ἠνειχόμην χώραν σοι μεταμελείας διδούς· (σιγὴν γὰρ ἐνταῦθα τὴν μακροθυμίαν λέγει·) σὺ δὲ τὴν ἀνοχὴν εἰς ἀφορμὴν ἔλαβες δυσσεβείας, καὶ ὑπώπτευσας ἐφηδόμενός με τοιούτοις μὴ ἐπαγαγεῖν τὴν τιμωρίαν. ἀλλ᾽ οὐκ

pœnitentiæ conſentiendo occludis. Non ſolùm autem hoc de furibus dixit, ſed de omni peccato. Infimum autem poſuit, vt intelligas, quòd qui in hoc veniam non habet, multò magis nec in alio. *Et cum adultero.* hoc maius eſt. Ceterùm adulterium vocat hîc etiam fornicationem. Quod ſi igitur videris quempiam è ſocijs tuis fornicatoribus ad ſacra myſteria accedentem, dic ſacerdoti hunc indignum eſſe Sacramentis. Et non dixit, Mœchatus es; ſed, *Portionem tuam ponebas.* Papę! quantum malum eſt obumbrarę ac tegere putredines alienas? Etiam, inquit, præter delictum, ſupplicij es particeps. Ne autem dixeris, quòd ex humanitate id egerint. Atqui quomodo humanitas eſſe poſſit, in barathrum prolapſurum non prohibere? Quod autem non humanitatis, ſed ſomnolentiæ & veterni hoc ſit, ſubiungit: *Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris.* Cur, inquit, iniuriante demiſſo, illi, qui nullam fratri ſuo iniuriam intulit, maledicis? Cur inſidiaris? Et vide quomodo enarratione amplificet accuſationem. *Et aduerſus filium matris tuæ:* qui nempe eoſdem tecum partus dolores ſoluerat, qui communi vitâ coadoleuerat. Neque dumtaxat maledicis, ſed etiam inſidias executioni mandas. Hoc enim dicit, *ponebas ſcandalum.* Neque verò ſimplici ratione accuſatorem quempiam inſinuat; ſed eum qui fraude ac ſtudio id agat. *Sedens* enim ait. Profectò haud publicè traducere oportebat, ſed, vt Chriſtus dixit, ſeorſum acceptum corrigere: ſiquidem publicæ accuſationes inuerecundiores reddunt. Aliter etiam currit cum fure; qui cùm viderit peruerſum aliquem doctorem furari ſenſum veritatis, tamen applaudit; & qui cum adulteris ſponſæ Chriſti Eccleſiaſticas animas ſimul ſeducit. Ore abundat malitiâ, qui poſtquam agnouerit bonum, patrat malum. Concinnat dolos, qui captioſos hæreticorum ſermones confirmat.

Fraterna correctio qua ratione fieri debeat.

21. Hæc fecisti, et tacui.] Vidiſtin' longanimitatis pelagus, exceſſum bonitatis? Ego quidem iſta, inquit, cùm à te fierent, ſuſtinebam, vt locum tibi darem pœnitendi; (ſilentium enim hîc vocat longanimitatem;) tu verò ſuſtinentiam ad impietatis occaſionem accepiſti, ac ſuſpicatus es, me de talibus ſupplicium non ſumere. Verùm non ita ſe

Deus ſua longanimitate abutentes durius iudicabit.

COMMENTARIVS PATRVM.

res habet, non ita eſt. *Nam arguam te*, &c. Cùm lenibus, inquit, longanimitatis medicinis non ſis curatus, acerbiora tibi præparabo, ipſa etiam cauteria reprehenſionum irrogando. Deinde communem introducit exhortationem, dicens: *Intelligite hæc*. Qualia iſta? Quæ dicta ſunt. *Intelligite*, id eſt expendite. Dictum enim erat quidpiam ſubobſcurum: nempe plurimâ erant peccatorum confuſione obuallati. Quaſi lippitudinem igitur oculorum emundare cupiat, ea quæ geſta, & comminationibus interminata erant, reuocat in memoriam. Peccatorum enim conſuetudo plurimùm excæcat. Intelligite igitur, inquit, me talibus non delectari, dum longanimiter ago; & recondite mentibus veſtris quæ dixi vobis, *ne rapiat*, priuſquam, inquit, vobis ſupplicia maiora irrogentur. Sunt hæc verba matris liberorum amantis. Nam qui talem inſinuauerat reprehenſionem, qui dixerat, arguam, remittit ſententiam; tamquam hac admonitione debeant emendari.

23. SACRIFICIVM LAVDIS HONORIFICABIT ME.] Permutatam introducit inſtitutionem: quippe qui non magnam ſacrificiorum faciat rationem, & ſimul humanitatem demonſtret, cùm conſulendo, tum terrendo. Oſtendit quoq; modum quo poſſimus emendari, cùm dixit, *Sacrificium laudis*. Non ſolùm, inquit, meam mitigabit ob præterita iram, & tollet damnationem; verùm etiam *honorificabit me*. Hæc autem via, inquit, huius ſacrificij conducit ad ſalutem. Ceterùm huius probi facti magnitudinem conſidera; cùm Deus per illud honorificetur. Vel q. d. Hæc facientibus, & ſacrificium laudis offerre ſatagẽtibus, viam ſalutis oſtendo. Nobis enim probis iſtis operibus intentis, quibus Deus non ſecùs atque ſacrificijs honore afficitur, in tali via demonſtrabit nobis ſalutare ſuum.

Sacrificium laudis Deo gratum.

ἐστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Ἐλέγξω σε γάρ, καὶ ἑξῆς. Ἐπεί, φησι, τοῖς ἠπίοις τῆς μακροθυμίας οὐκ ἐθεραπεύθης φαρμάκοις, δριμύτερά σοι συσκευάσω, καὶ αὐτὸν τὸν καυτῆρα τῶν ἐλέγχων ἐπαγαγών. εἶτα κοινὴν ἐπάγει παραίνεσιν, λέγων· Συνίετε δὴ ταῦτα. ποῖα; Τὰ εἰρημένα. Συνίετε δή, ἤτοι νοήσατε. Τὶ γὰρ συνεσκιασμένον εἴρηται· ἐπειδὴ πολλῷ τῷ φορυτῷ τῶν ἁμαρτημάτων ἦσαν καταχωσθέντες. Ὥσπερ λήμην οὖν τῶν ὀφθαλμῶν διακαθᾶραι βουλόμενος, διεγείρει εἰς μνήμην τῶν γεγενημένων, καὶ τῶν ἠπειλημένων. Πολλὴν γὰρ ἡ ἐν ἁμαρτίαις συνήθεια πήρωσιν ἐργάζεται. Συνίετε οὖν, φησίν, ὅτι μὴ χαίρω τοῖς τοιούτοις μακροθυμῶν· καὶ ἔνθεσθε ἐν ταῖς διανοίαις ὑμῶν ἃ διελέχθην ὑμῖν, μήποτε ἁρπάσῃ, πρίν, φησίν, ἐπαχθῆναι ὑμῖν τιμωρίαν μείζονα. μητρὸς φιλοστόργου τὰ ῥήματα. Ὁ γὰρ τοσαύτην ἐμφήνας κατηγορίαν, ὁ εἰπὼν ἐλέγξω, ἀναλύει τὴν ἀπόφασιν, ὡς ὀφείλοντας διορθωθῆναι τῇ παραινέσει.

κγ΄. ΘΥΣΙΑ ΑΙΝΕΣΕΩΣ ΔΟΞΑΣΕΙ ΜΕ.] Ἐνηλλαγμένην παρεισάγει πολιτείαν· ὡς τῶν θυσιῶν μὴ πολλὴν ποιούμενος λόγον, ἅμα δὲ καὶ δείξας τὸ φιλάνθρωπον, καὶ συμβουλεύσας, καὶ φοβήσας. Δείκνυσι καὶ τρόπον δι᾽ οὗ δυνατὸν διορθώσασθαι, εἰπών, θυσία αἰνέσεως. οὐ παύσει με μόνον, φησί, τὴν ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ὀργήν, οὐδὲ λύσει τὴν καταδίκην, ἀλλὰ καὶ δοξάσει με. Αὕτη δὲ ἡ ὁδός, φησίν, ἡ διὰ τῆς θυσίας ταύτης ἐπὶ σωτηρίαν φέρει. ὅρα γὰρ τοῦ κατορθώματος τὸ μέγεθος, ὅταν ὁ Θεὸς δι᾽ αὐτὸ δοξάζηται. ἢ ἀντὶ τοῦ· Τοῖς ταῦτα πράττουσι, καὶ θυσίαν αἰνέσεως ἀναπέμπειν ἐσπουδακόσι, ὁδὸν ἐπιδείκνυμι σωτηρίας. Ἐν γὰρ καλοῖς ἔργοις ὄντων ἡμῶν, δι᾽ ὧν ὡς διὰ θυσίας δοξάζεται ὁ Θεός, ἐν τῇ τοιαύτῃ ὁδῷ δείξει ἡμῖν τὸ σωτήριον αὐτοῦ.

CATENA PATRVM.

Aſaph quis.

1. PSALMVS ASAPH.] THEODORETI. Hic alterius eſt cantorum chori magiſter, vt docet Hiſtoria Paralipomenon. Congruit autem cum præcedenti Pſalmo: nam & hic futurum iudicium prædicit, & ſalutarem apparitionem.

α΄. ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΑΣΑΦ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἄλλου χοροῦ ψαλμῳδῶν χοροδιδάσκαλος οὗτος, ὡς ἡ τῶν παραλειπομένων ἐδίδαξεν ἱστορία. Σύμφωνος δέ ἐστι τῷ προτεταγμένῳ· καὶ αὐτὸς γὰρ τὸ μέλλον προαγορεύει κριτήριον, καὶ τὴν σωτήριον ἐπιφάνειαν.

ΑΝΩ-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἄδει τὸν ψαλμὸν ὁ Ἀσὰφ τοῦ νομοθέτου τὸ πρόσωπον εἰσφέρων, τὰς πάλαι μὲν ὡρισμένας ἀναιροῦντος θυσίας, εἰσφέροντος δὲ τὰς τῆς νέας διαθήκης, τὰς δι' αἰνέσεως δωροφορίας.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ψαλτῳδὸς δήπου καὶ οὗτος ἐτύγχανε, καὶ παρὰ τοῦ Δαβὶδ ὥστε ᾄδειν τοὺς ψαλμοὺς παρελάμβανεν ἐν τῷ ναῷ. Ἀσὰφ δὲ συναγωγὴ ἑρμηνεύεται, περὶ ἧς καὶ προϊὼν ὁ ψαλμὸς διαλέγεται· Συναγάγετε φάσκων τοὺς ὁσίους αὐτοῦ. ὥστε ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως, καὶ τὸ τῆς γραφῆς ὄνομα ὁ ψαλμὸς οὗτος ἐδέξατο· τῷ ποιητῇ γὰρ αὐτὸς, δηλαδὴ τῷ Χριστῷ τὸ πνεῦμα προσανέθηκεν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Καὶ οὗτος ἠθικὸς ὁ ψαλμὸς, ἀλλ' οὐκέτι πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους, πρὸς Ἰουδαίους δὲ μόνον, ὡσανεὶ ἀμελοῦντας μὲν ἀρετῆς, τὸ δὲ πᾶν τιθεμένους ἐν ταῖς θυσίαις τοῦ νόμου, ἕως τοῦ εἰδέναι τὰ ῥήματα μόνον ἐπιμελουμένους, οὐκέτι δὲ καὶ τὰ προστάγματα φυλάττειν. Καὶ φοβερώτερον αὐτοῖς κατασκευάζων τὸν λόγον, σχηματοποιεῖ κριτὴν, δικάζοντα καὶ τοὺς ἐλεγχομένους.

ΘΕΟΣ ΘΕΩΝ ΚΥΡΙΟΣ ΕΛΑΛΗΣΕ.]

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο οἱ τρεῖς ἑτέρως ἡρμήνευσαν. Ἰσχυρῶς θεὸς λαλήσας, ἐκάλεσε τὴν γῆν. Οἱ δὲ ἑβδομήκοντα· θεοὺς ὀνομάζουσι τοὺς ἄρχειν λαχόντας, καὶ τὸ κρίνειν πεπιστευμένους, ὅπερ ἐστὶν ἴδιον μόνου θεοῦ. εἰρηκὼς γὰρ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ, Ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρινεῖ, ἐπάγει· Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν; Τοῦτο δὲ ἱερέων ἴδιον, καὶ ὅσοι τὸ ἄρχειν ἐνεχειρίσθησαν. Κυρίως δὲ θεοὶ κληθεῖεν, οἱ τὸ κατ' εἰκόνα φυλάξαντες, ὧν ὁ θεὸς πᾶσαν συνάγει τὴν οἰκουμένην εἰς τὸ δικαστήριον.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Θεοί εἰσιν οἱ ἅγιοι παρὰ τὸ, Θεὸν δέδωκά σε τῷ Φαραώ. Καὶ ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε. Καλοῦνται δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰρηκότος, ὅτε ἐνανθρωπήσας ἐλάλησε, καὶ πᾶσαν συνεκάλεσε τὴν γῆν. τί δὲ ἐλάλησε; λέγει τὸ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. καὶ τὸ· Δεῖ κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Χριστὸς γὰρ ἡ μεγάλη τε καὶ διατορύς τις βοῶσα σάλπιγξ· οὕτω γὰρ περὶ τῶν αὐτοῦ κηρυγμάτων διαμνημονεύει λέγων ὁ προφήτης Ἡσαΐας· Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ σαλπιοῦσι τῇ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ.

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Pſalmum hunc canit Aſaph perſonam inducens legiſlatoris, vetera quidem ſacrificia abrogantis, noui verò teſtamenti dona, quæ cum laudibus offeruntur, proferentis.

HESYCHII. Hic fuit etiam vnus è cantoribus; & in templo Pſalmos canendi munus à Dauide accepit. Aſaph autem interpretatur Synagoga ſeu congregatio; de qua pſalmus in progreſſu diſſerit, dicens: *Congregate ſanctos eius.* Quare & ab ipſo argumento inſcriptionis nomen hic Pſalmus accepit: ipſe enim auctori, ſcilicet Chriſto, ſpiritum dedicauit.

THEODORI. Etiam hic Pſalmus moralis eſt, verùm non ad omnes homines dirigitur; ſed tantùm ad Iudæos, vtpote virtutis contemptores, & in legalibus ſacrificijs totum collocantes; hoc vnum ſatagentes, vt verba legis ſcirent, non autem vt mandata ſeruarent. Illis igitur formidabilem ſermonem inſtituens, iudicem iudicantem, & ipſos reos figuratè deſcribit.

DEVS DEORVM DOMINVS LOCVTVS EST.]

THEODORETI. Hoc tres alio modo interpretati ſunt. *Fortiter Deus locutus, vocauit terram.* At ſeptuaginta Deos illos appellant, qui imperium ſortiti ſunt, & quibus iudicandi munus concreditum eſt; quod ſolius Dei proprium eſt. Cùm enim in alio Pſalmo dixiſſet, *In medio autem Deos dijudicabit*, ſubiungit: *Quouſque iudicatis iniquitatem?* Hoc verò proprium eſt ſacerdotum, & eorum quibus regendi munus traditum eſt. At Dij propriè vocari poſſunt, quicumque ſeruant illud quod eſt ad imaginem Dei; quorum Deus vniuerſam terram in iudicium congregat.

Principes & iudices Dij vocati.

Pſal. 81, 1.

ATHANASII. Dij ſunt ſancti, iuxta illud, *Conſtitui te Deum Pharaonis. Et ego dixi, Dij eſtis.* Vocantur autem à Deo qui locutus eſt, quando aſſumptâ humanitate vniuerſam terram aduocauit. quid verò locutus ſit, ait: *Euntes docete omnes gentes.* & illud: Oportet prædicari hoc Euangelium in vniuerſo mundo.

Sancti vocantur Dij.

Exodi 7, 1.

Pſal. 81.

Math. 28, 19.

Matth. 24, 14.

CYRILLI. Chriſtus enim eſt magna & penetrabilis tuba clamans: nam Iſaias Propheta hoc modo de prædicationibus eius mentionem facit, dicens: *Et erit in die illa, clangent tubâ magnâ.*

Chriſtus magna tuba.

Iſaiæ 27, 13.

CATENA PATRVM.

Vocauit igitur non Iſraëlem tantùm per ſacrum ſuum interpretem Moyſen, ſed omnes potiùs ab ortu ſolis vſque ad occaſum.

ORIGENIS. *Deus Deorum* per Chriſtum *locutus*, *vocauit terram à ſolis ortu vſque ad occaſum*; nempe ab Oriente Iſraëlem, ab Occidente verò ignobiliſſimos.

Oriens iuſtos, Occidens peccatores ſignificat.

HESYCHII. Orientem iuſtos, Occidentem peccatores intellige. Omnes enim ad ſalutem vocauit, huiuſmodi ad eos vſus exhortatione: *Venite omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.*

Matth. 11, 28.

Dij ſunt, ad quos ſermo Dei factus eſt.

DIDYMI. Deos appellat, non ſimulacra, non dæmones, ſed homines qui participes facti ſunt verbi Dei. *Illos* enim *vocauit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt.* Horum Deorum Deus Dominus eſt, vti & regnantium Rex eſt.

Ioan. 10, 35.

2. EX SION SPECIES DECORIS.] THEODORETI. Is eſt qui in Sion decorem ac ſpeciem ſuam oſtendit, & ſalutaria tormenta pertulit. Ne igitur putetis ſecundum aduentum eius priori ſimilem futurum: nam in priori maieſtatem ſuam humilitate ac paupertate obtexit; nunc autem manifeſtum oſtendet imperium, non ampliùs longanimiter agendo, ſed iuſtè iudicando: hoc enim ſignificat illud, *Non ſilebit*; iſtud, verò, *Ignis in conſpectu eius.* Beatus quoque Daniel præuidit: *Fluuius* enim, inquit, *ignis trahebat in conſpectu eius.*

Prior aduentus Chriſti fuit in humilitate, poſterior erit in maieſtate.

Dan. 7, 10.

Cur Chriſtus ex Sion venire dicatur.

DIDYMI. *Ex Sion* verò dixit, quoniam ſecundùm carnem ex ſemine Dauid omnibus oſtenſus eſt. Hoc igitur priorem eius aduentum oſtendit; illud verò, *Manifeſtè veniet*, poſteriorem: ſiquidem ex ſuperiore Sion etiam ſecundum aduentum faciet. Poſtquam igitur *vocauit terram*, id eſt, eos qui in terra ſunt, affulſit ipſis; vt qui ipſi ſeſe aggregant, agnoſcant, quoniam *ex Sion ſpecies decoris eius* extitit. Oſtenſus enim eſt *ex ſemine Dauid ſecundùm carnem.*

Rom. 1, 3.

Quomodo Deus venturus ad iudicium.

ORIGENIS. Siquidem decor & ſpecies Domini eſt ſapientia: ipſa in Sion exiſtit. Hic enim eſt in cuius natiuitate dicimus, Emmanuel manifeſtè venit, & non ſilet, ſed quæ vult dicit, quoniam Deus noſter eſt. Nunc quidem inquit, *Non ſilebit*; deinceps verò, *hæc feciſti, & tacui. Ignis in conſpectu eius. Ignem* enim, inquit, *veni mittere in terram.*

Luc. 12, 49.

Κέκληκε τοίνυν οὐ κατά γε τὸν ἱεροφάντην μόνον Μωσέα τὸν Ἰσραὴλ, ἅπαντας δὲ μᾶλλον τοὺς ἐξ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ Θεὸς τῶν θεῶν διὰ Χριστοῦ λαλήσας ἐκάλεσε τὴν γῆν, ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν· ἀπὸ ἀνατολῶν τὸν Ἰσραὴλ, δυσμῶν δὲ τοὺς δυσγενεστάτους.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀνατολὰς τοὺς δικαίους δυσμὰς τοὺς ἁμαρτωλοὺς νόησον. Πάντας γὰρ πρὸς σωτηρίαν ἐκάλεσεν, ταύτῃ πρὸς αὐτοὺς τῇ προτροπῇ χρησάμενος· Δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Θεούς φησιν, οὐ τὰ ἀγάλματα, καὶ τοὺς δαίμονας, ἀλλὰ τοὺς μετέχοντας ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ λόγου. Ἐκείνους γὰρ θεοὺς εἶπε πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο. Τούτων τῶν θεῶν Θεὸς ὁ κύριός ἐστιν, ὡς καὶ βασιλευόντων ὁ βασιλεύς.

β'. ΕΚ ΣΙΩΝ Η ΕΥΠΡΕΠΕΙΑ ΤΗΣ ΩΡΑΙΟΤΗΤΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Αὐτὸς οὗτός ἐστιν, ὁ ἐν τῇ Σιὼν τὴν οἰκείαν εὐπρέπειαν καὶ ὡραιότητα δείξας, καὶ τὰ σωτήρια καταδεξάμενος πάθη. Μὴ οὖν νομίσητε κατὰ τὴν προτέραν αὐτοῦ παρουσίαν, καὶ τὴν δευτέραν γενήσεσθαι· τότε μὲν γὰρ τὴν οἰκείαν συνεκάλυψε μεγαλειότητα τῇ εὐτελείᾳ· νῦν δὲ περιφανεῖ δείξει τὴν δεσποτείαν, οὐκέτι μακροθυμῶν, ἀλλὰ κρίνων δικαίως· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ· οὐ παρασιωπήσεται· τὸ δὲ, πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ. Καὶ ὁ μακάριος Δανιὴλ ἐθεάσατο· Ποταμὸς γάρ, φησι, πυρὸς εἷλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐκ Σιὼν δέ φησιν, ἐπειδὴ πᾶσιν ἐκ σπέρματος ἐδείχθη, τὸ κατὰ σάρκα Δαβίδ. Τοῦτο μὲν οὖν τὴν πρώτην αὐτοῦ παρουσίαν δηλοῖ· τὸ δὲ, ἐμφανῶς ἥξει, τὴν δευτέραν· ἐκ γὰρ τῆς ἄνω Σιὼν καὶ δευτέραν παρουσίαν ποιήσεται. Καλέσας οὖν τὴν γῆν, τουτέστι τοὺς ἐπὶ γῆς, ἐπέλαμψεν αὐτοῖς, ὡς προσβάλλοντας αὐτῷ γνῶναι, ὅτι ἐκ τῆς Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ γεγένηται. ἐδείχθη γὰρ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εἴπερ εὐπρέπεια καὶ ὡραιότης κυρίου ἡ σοφία ἐστίν· αὕτη ἐν τῇ Σιών ἐστιν. Οὗτος ἐφ' οὗ τῇ γενέσει λέγομεν, Ἐμμανουὴλ ἐμφανῶς ἦλθε, καὶ οὐ παρασιωπᾷ, ἀλλὰ λέγει δι' ὧν θέλει, ἐπεὶ Θεὸς ἡμῶν ἐστι. Νῦν μέν, φησιν, οὐ παρασιωπήσεται· ἑξῆς δὲ, ταῦτα ἐποίησας καὶ ἐσίγησα. Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ. πῦρ γάρ, φησιν, ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν.

καὶ

καὶ ἐν τῷ Δανιήλ· ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. πῦρ δὲ καὶ καταιγὶς ἐπὶ τοὺς μὴ προσέχοντας αὐτοῦ τῇ ἐπιφανείᾳ, καὶ τῷ λόγῳ, ὃν ἥξει ἐκ τῆς ἐπουρανίου Σιών, ἰσοθεὶς ὢν τῷ πατρί· οὐράνιος γὰρ ἦν θεός, καὶ ὅτε ἦλθεν ἐμφανῶς, ἤτοι ὅτε γέγονε σάρξ. Τότε γὰρ ὁρατὸς γεγονὼς ἐλθὼν οὐ παρασιωπήσεται, ἀλλὰ τοῦ κόσμου ἐλέγξει τὴν ἁμαρτίαν, ἤγουν τὴν βούλησιν ἀναγγελεῖ τοῦ πατρός. Καλεῖται γὰρ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. Τὸ δὲ πῦρ τὸ φῶς σημαίνει τὸ ἐξ αὐτοῦ· τῆς γὰρ γνώσεως τοῦ Χριστοῦ, τὸ διὰ πίστεως νοητὸν φῶς ἡγεῖται. Νοήσεις δὲ καὶ οὕτω· Ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει θεότητος ὤν, καίπερ γεγονὼς ἐν σαρκὶ καθάπερ τι πῦρ καὶ καταιγὶς προσέβαλε τοῖς ἀντικειμένοις αὐτῷ διαβόλῳ καὶ δαίμοσιν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ δὲ πῦρ, ἢ τὸ φῶς σημαίνει τὸ ἐξ αὐτοῦ· (τῆς γὰρ γνώσεως τοῦ Χριστοῦ, τὸ διὰ πίστεως ἡγεῖται φῶς νοητόν, οὗ τύπος ὁ τοῦ Ἰσραὴλ ἐν νυκτὶ καθηγησάμενος στῦλος πυρός·) ἢ ὅτι τοὺς ἀποψυγέντας ἡμᾶς εἰς ἅπασαν ἁμαρτίαν ἀνεζωπύρησεν ὁ σωτὴρ εἰς προθυμίαν παντὸς ἀγαθοῦ, πῦρ ὥσπερ νοητόν, τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος μέθεξιν ἐμβαλών. Ἔφη γοῦν· ὅτι πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν· γεγόναμεν γὰρ τῷ πνεύματι ζέοντες ὅσοι τῆς τοιαύτης ἠξιώμεθα χάριτος. Διὸ καὶ ἐν τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτι πυρὸς δήλωσις συνεισφέρεται· βαπτιζόμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνήν, ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρί. Ἔφη δέ τις καὶ τῶν προφητῶν· Ὅτι αὐτὸς ἐκπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων, καὶ καθιεῖται χωνεύων, καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον. Ἐκτήκει γὰρ ἅπαντα ῥύπον ἐν ἡμῖν ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμις. ἀλλ' οὐδὲν ὤνησε τὴν Ἰουδαίων συναγωγήν, ὅτι μὴ τὴν χάριν προσήκαντο. περὶ ὧν ἐν Ἱερεμίᾳ φησὶν ὁ θεός· Ἐξέλειπε φυσητήρ, ἀπὸ πυρὸς ἐξέλειπε μόλιβδος, εἰς κενὸν ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ· πονηρίαι αὐτῶν οὐκ ἐτάκησαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Πῦρ δὲ ἐνταῦθα τὴν διδασκαλίαν τοῦ θεοῦ λόγου λέγει· ὅπερ πῦρ καίει μὲν τὰς μοχθηρίας ἕξεις, δοκιμάζει δὲ τοὺς καθαρούς. Διὰ γὰρ τοῦτο κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα. Ὅσοι γὰρ θέλουσι ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ διωχθήσονται. ἀλλὰ καὶ θλίψιν φησίν, ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ.

& in Daniele: *Fluuius ignis trahebat in conſpectu eius.* Ceterùm ignis & tempeſtas ſuper eos qui non attendunt ad aduentum ac ſermonem eius, quem mittet de ſupercæleſti Sion, cùm ſit eiuſdem cum Patre poteſtatis: ſiquidem Deus erat cæleſtis, etiam quando venit manifeſtè, ſiue quando caro factus fuit. Tunc enim cùm aſpectabilis venerit, non ſilebit, ſed mundi peccatum arguet, ſiue voluntatem Patris annuntiabit. Vocatur enim *magni conſilij Angelus.* Ignem verò ſignificat lucem quæ ex ipſo eſt: notitiam enim Chriſti ſpiritalis fidei lux præcedit. Quin etiam hoc modo intelliges: Cùm in poteſtate ac virtute diuinitatis exiſteret, etiam in carne natus inſtar ignis ac tempeſtatis cuiuſdam irruit in aduerſarios ſuos, diabolũ ac dæmonas.

CATENA PATRVM. Dan. 7, 10. Iſaiæ 9.

ATHANASII. Ignem verò vel pro luce accipit, tamquam quæ ex ipſo ſit; (nam Chriſti cognitioni præuium eſt lumen fidei ſpiritale, cuius typus eſt Iſraël in nocte per columnam ignis deductus:) vel quoniam nos omni peccato infrigidatos reſuſcitauit Saluator ad promptitudinem omnis boni, quaſi ignem quemdam ſpiritalem Spiritus ſancti communicationem infundendo. ait enim: *Ignem veni mittere in terram:* nam *ſpiritu feruentes* euaſimus, quotquot tali gratiâ digni facti ſumus. Quare etiam in Spiritus ſancti gratia ignis manifeſtatio inducitur: ſiquidem in Chriſto baptizamur, iuxta Ioannis vocem, *in Spiritu ſancto, & igni.* De illo quoque ſanctus quidam Propheta alibi dixit: Quoniam *ipſe egreditur quaſi ignis fornacis, & quaſi herba fullonum: & ſedebit conſlans, & emundans tamquam argentum & aurum.* Omnes enim ſordes quæ in nobis ſunt detergit vis Spiritus ſancti. Verumtamen nil profuit Synagogæ Iudæorum, quia eius gratiam non receperunt. de quibus in Ieremia Deus ait: *Defecit ſufflatorium, ab igne conſumptum eſt plumbum, fruſtrà conflauit conflator: malitiæ eorum non ſunt conſumptæ.*

Qualiter Chriſtus cum igne veniat. Luc. 12, 49. Rom. 12, 11. Matth. 3, 11. Malach. 3, 2. Ier. 6, 29.

EVSEBII. *Ignem veni mittere in terram.* Ignis hoc loco doctrinam verbi Dei ſignificat: qui ignis malitiæ habitus exurit, mundos verò probat. Idcircò enim *in circuitu eius tempeſtas valida.* Nam *quicumque volunt piè viuere in Chriſto, perſecutionem patientur.* Quin & preſſuras, inquit, habebitis in mundo.

Luc. 12, 49. 2. Tim. 3, 12. Ioan. 16, 33.

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Quid verò illâ tempeſtate aut hieme vehementius? quando à conſcientia noſtra & à cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus, quaſi fluctibus agitamur.

Ησυχιου. Τί δὲ ἐκείνης τῆς καταιγίδος ἢ τοῦ χειμῶνος σφοδρότερον, ὅταν ὑπὸ τοῦ ἡμετέρου συνειδότος μαστιζόμεθα, καὶ ὑπὸ τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων κυμάτων δίκην τυπτόμεθα.

4. ADVOCABIT CÆLVM DESVRSVM.]

Deut. 32, 1. Iudicium fiet cælo & terrâ teſtibus. Iſaiæ 1,2.

ORIGENIS. Quoniam in Deuteronomio cùm lex daretur, teſtificatus eſt Moyſes cælum & terram, ſimiliter & canticum inchoans eoſdem teſtes aduocat; atque inſuper in Iſaia adhibentur; ideircò etiam Deus cùm populum ſuum iudicaturus eſt, cælum & terram aduocabit. Nunc autem *diſcernere* dicit pro ſegregare proprios ſuos, qui ſunt populus eius, ab alienis, qui vnà cum proprijs eius paſti fuere; vt cælo quidem reddat proprios ſuos, terræ verò alienos. Vel aduocabit angelos qui in cælis ſunt, & electos in terra ad apoſtolatum, vt populum ſuum diiudicent. Apoſtoli enim fideles quidem ad Deum adduxerunt; eos verò qui non erant huiuſcemodi, ſatanæ permiſerunt.

δ΄. ΠΡΟΣΚΑΛΕΣΕΤΑΙ ΤΟΝ ΟΥΡΑΝΟΝ ΑΝΩ.] Ωριγενους. Ἐπεὶ ἐν Δευτερονομίῳ διδόντος τοῦ νόμου διεμαρτύρατο Μωσῆς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ὁμοίως δὲ καὶ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς τούτους καλεῖ· ἔτι δὲ καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ παραλαμβάνονται, διὰ τοῦτο κρινομένου τοῦ λαοῦ προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ὁ Θεός. Νῦν δὲ τὸ διακρῖναι λέγει ἀντὶ τοῦ διαχωρίσαι τοὺς ἰδίους αὐτοῦ, ὄντας λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων αὐτοῦ τῶν συννεμομένων τοῖς αὐτοῦ. ἵνα τῷ μὲν οὐρανῷ ἀποδῷ τοὺς ἰδίους, τῇ δὲ γῇ τοὺς ἀλλοτρίους. ἢ προσκαλέσεται τοὺς ἐν οὐρανοῖς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἐξειλεγμένους ἐν γῇ πρὸς ἀποστολὴν, ὥστε τὸν αὐτοῦ λαὸν διακρῖναι. οἱ γὰρ ἀπόστολοι τοὺς μὲν πειθομένους προσεκόμιζον τῷ Θεῷ, τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ἠφίεσαν τῷ σατανᾷ.

Cælum ſanctos, terrâ terrenos homines deſignat. 1.Cor.15, 49.

HESYCHII. *Cælum* vocat eos qui cæleſtia ſapiebant, de quibus dixit Paulus: *Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis. Terram* vocat eos qui terrena ſapiunt, qui luto & lateribus ſeruiunt. Hos itaque congregandos aſſerit, vt populum

Matth. 16, 27.

ſuum diiudicet, & vnicuique reddat ſecundùm opera eius.

Ησυχιου. Οὐρανὸν καλεῖ τοὺς φρονοῦντας τὰ οὐράνια, περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ Παῦλος· καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. γῆν καλεῖ τοὺς φρονοῦντας τὰ γήϊνα, τοὺς τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ δουλεύοντας. τούτους τοίνυν συναγαγεῖν ἐπαγγέλλεται, ἵνα τὸν ἑαυτοῦ διακρίνῃ λαὸν, καὶ ἑκάστῳ ἀποδῷ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

** Hæc in Catena Danielis Barbari Cyrillo adſcribuntur. Pſal. 62, 11. Chriſtus mundo attulit Dei cognitionem.*

* ATHANASII. Olim quidem terræ incolæ partes erant vulpium (vt in Pſalmis alibi dicit) immundis ſpiritibus ſeruientes, & paſſim quodcumque videbatur habentes pro Deo; ſed poſtquam apparuit Saluator, veræ cognitionis diuinæ nobis lumen irradiauit: errabundum conuertit, & quod infirmum erat, tamquam bonus paſtor, alligauit, feras ab ouilibus abegit, ſpiritu ſanctificauit, angelicis virtutibus communiuit, cunctis terrigenis ſanctos ſacrorum myſteriorum magiſtros præfecit. Aduocabit igitur, inquit, Angelos qui in cælis ſunt, & electos in terra ad apoſtolatum, vt populum ſuum diſcernant. Nam Apoſtoli credentes quidem ad Deum adduxerunt, incredulos verò ſatanæ dimiſerunt, tantùm non dicentes: Ite ad lumen ignis veſtri, & ad flammam qua exuſtulati eſtis. Iudæis igitur non creden-

Act. 13, 46.

tibus dicebant: *Vobis oportebat primùm loqui*

Αθανασιου. Πάλαι μὲν οἱ ἐπὶ γῆς μερίδες ἦσαν ἀλωπέκων (ὡς ἐν ψαλμοῖς που φησὶ) τοῖς ἀκαθάρτοις λατρεύοντες πνεύμασι, καὶ κατὰ τόπον ἕκαστον θεὸν ἡγούμενοι τὸ δοκοῦν· ἀλλ' ἐπιφανεὶς ὁ σωτὴρ, ἐνήστραψεν ἡμῖν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὸ φῶς· ἐπέστρεψε τὸ πεπλανημένον, κατέδησε τὸ ἠρρωστηκὸς ὡς ποιμὴν ἀγαθὸς, ἀπεσόβησε τοὺς θῆρας τῆς τῶν προβάτων αὐλῆς· ἡγίασε πνεύματι, ἠσφαλίσατο δυνάμεσιν ἀγγελικαῖς, ἐπέστησε τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ἁγίους μυσταγωγούς. προσκαλέσεται τοίνυν, φησὶ, τοὺς ἐν οὐρανοῖς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἐξειλεγμένους ἐν γῇ πρὸς ἀποστολὴν, ὥστε τὸν λαὸν αὐτοῦ διακρῖναι. οἱ γὰρ ἀπόστολοι τοὺς μὲν πειθομένους προσήνεγκαν τῷ Θεῷ, ἀπιστοῦντας δὲ τῷ σατανᾷ παρέπεμψαν, μονονουχὶ λέγοντες· πορεύεσθε οὖν φησι τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογὶ ἣ ἐξεκαύσατε. τοῖς γοῦν Ἰουδαίοις ἀπιστοῦσι φασίν· Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαλῆσαι τὸν

τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ ἀναξίους ἑαυτοὺς κρίνετε τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. Ὅτι δὲ τοῖς μυσταγωγοῦσι καὶ τοῖς αὐτῶν μαθηταῖς συμπράττουσιν ἄγγελοι, δηλοῖ λέγων ὁ Παῦλος· Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; τοῦτο καὶ ἡ κλίμαξ ἐδήλωσεν, ἣν ἶδεν Ἰακὼβ τὴν ἐκ γῆς διήκουσαν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐφ᾽ ἧς ἐπεστήρικτο Κύριος, ἄνω κάτω διαθεόντων ἀγγέλων. Τοιοῦτον καὶ τὸ παρεμβαλεῖ Κύριος κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. δι᾽ ὧν οὖν συμπράττουσι καὶ αὐτοὶ διαχρίνουσι τὸν λαόν.

ε. ΣΥΝΑΓΕΤΕ ΑΥΤΩ ΤΟΥΣ ΟΣΙΟΥΣ ΑΥΤΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Περὶ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐνταῦθα διαλέγεται, τούτους γὰρ ὁσίους διὰ τοὺς πατέρας καλεῖ, οἵτινες τοῦ θεοῦ τὴν διαθήκην ἐπὶ θυσίαις ταῖς νομικαῖς ὁρίζονται, ἀγνοοῦντες ὅτι θυσίᾳ μιᾷ ὁ θεὸς τῇ λογικῇ, οὐχὶ ταῖς πολλαῖς ταῖς ἀλογίστοις ἀρέσκεται. Διόπερ καὶ συνελθεῖν αὐτοὺς, ὥστε τοῦτο διδαχθῆναι προστάζει.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀγγέλοις τάχα προστάττει, ἢ ἀνδράσιν ἱεροῖς, ὅπως τοὺς ὁσίους αὐτοῦ συναγαγεῖν ἐπὶ τὸ διαθέσθαι, καὶ συνθεῖναι τὴν διαθήκην αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, ἐπὶ θυσίαις πνευματικαῖς. Θυσίας δὲ πνευματικὰς τὰς τῆς αἰνέσεως, καὶ εἴ τις ἄλλη παραπλήσια. τὰς οὖν θυσίας, ἐφ᾽ ἃς ἡ πνευματικὴ διαθήκη ἀποδεχόμενος, συναχθῆναι αὐτῷ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ προστάττει, ἵνα τὰ προειρημένα ἐπιτελέσωσιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὸ ἑβραϊκὸν, καὶ οἱ λοιποὶ, Συναγάγετέ μοι φησίν. ὡς γὰρ ἐν εὐαγγελίοις εἴρηται, Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συνάξουσι πάντα τὰ ἔθνη· οὕτω καὶ νῦν τοῖς ἐπιτάττει. πρώτους δὲ βούλεται ἀφορισθῆναι πρὸ τῶν ἀσεβῶν, τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, τυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ὀφείλοντας.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Βούλεται τοὺς ὁσίους τοῦ προτέρου λαοῦ πρὸ τῆς μελλούσης κρίσεως παῦσαι τῆς θυσίας, τῆς διὰ τῶν ἀλόγων ζώων σφαγῆς, ἀναλαβεῖν δὲ τὴν κατ᾽ ἐπιστήμην, καὶ γνῶσιν. Ἐπὶ δὲ τούτοις τὸν κριτὴν αἱ οὐράνιαι δυνάμεις ἀνυμνοῦσιν, ὅτι ἀπὸ τῶν ὁσίων κατήρξατο, καὶ οἱ οὐρανοὶ ἀπαγγέλλουσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, συγχαίροντες αὐτῶν τῇ σωτηρίᾳ. Τὸ δὲ τῆς γῆς οἰκητήριον, τῷ μὴ τῆς οὐρανίας κλήσεως ἠξιωμένῳ τάγματι καταλειφθήσεται.

verbum Dei; ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternâ vitâ, ecce conuertimur ad gentes. Quòd verò myſteriorum adminiſtris eorúmdemque diſcipulis Angeli cooperentur, oſtendit Paulus dicens: *Nónne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſsi propter eos qui hereditatem capient ſalutis?* Hoc & ſcala, quàm vidit Iacob, declarauit, quæ à terra vſque ad cælum pertingebat; ſuper quam Dominus firmatus erat, Angelis ſuſque deque decurrentibus. Tale quid & illud: *Caſtrametabitur Dominus in circuitu timentium eum, & liberabit eos.* Per illa igitur quæ cooperantur, etiam ipſi populum diſcernunt.

CATENA PATRVM. *Apoſtoli à Iudæis ad gentes conuerſi.* Hebr. 1, 14. Gen. 28, 12. Pſal. 33, 8.

5. CONGREGATE ILLI SANCTOS EIVS.] HESYCHII. De populo Iudæorum hîc loquitur: eos enim propter patres ſuos ſanctos appellat, qui Dei teſtamentum ſuper ſacrificia legalia ordinant, ignorantes, vno rationali ſacrificio Deum, non pluribus irrationalibus placari. Quare ipſos conuenire iubet, vt hoc addiſcant.

Deo placet vnum rationale ſacrificium.

DIDYMI. Angelis fortaſſe præcipit aut viris ſacris, vt congregent ſanctos eius, ad ordinandum & componendum teſtamentum ipſius Dei in ſacrificijs ſpiritalibus. Spiritalia verò ſacrificia laudem, & ſi quid aliud eſt huius generis, appellat. Spiritalia igitur ſacrificia, quibus ſpiritale teſtamentum innititur, approbans, congregare ſuos ſibi ſanctos iubet, vt prædicta perficiant.

Sancti vocantur ad ordinandum Dei teſtamentum.

EVSEBII. Hebraicus textus, & reliqui legunt, *Congregate mihi.* Quemadmodum enim in Euangelijs dictum eſt, *Et mittet Angelos ſuos, & * congregabunt omnes gentes;* ita etiamnum iiſdem imperat. Vult autem primos ſuos ab impijs ſeparari, vt illi priùs promiſſiones debitas conſequantur.

Marci 13, 27. * Vulgata *congregabit electos ſuos.*

ATHANASII. Vult ſanctos populi prioris ante futurum iudicium ceſſare à ſacrificijs, quæ per brutorum animalium cædem fiebant; ſuſcipere verò illud quod fit ex cognitione [Dei] atque ſcientia. Propterea itaque cæleſtes illæ virtutes iudicem laudant; quòd primùm à ſuis ſanctis inceperit; & cæli annuntiant iuſtitiam eius, ipſorum ſaluti congaudentes. Terræ verò habitaculum relinquetur iſti ordini, qui cæleſti vocatione dignus non fuit.

Deus non vult ſanguine, ſed ſpiritu coli.

THEO-

CATENA PATRVM.

THEODORETI. Ex prædictis quidem terribile Dei iudicium declarauit; ex his autem & ſequentibus, cùm imperfectum legis cultum, tum nullum ex oblatis ſacrificijs Deo gratum oſtendit. Intereà ſanctos appellat Moyſen, Aaronem, & eos qui poſt illos fuerunt. Præcipit autem illos congregari, non vt ab illis pœnas exigeret; (non enim legi contraria ſentiebant, dum illi parebant;) ſed vt præſentibus hiſce teſtibus mentem ſuam declararet, & doctrinam paruulis conuenientem ceſſare faciens, perfectas adſerret diſciplinas. Hiſce porrò, inquit, peractis, cæli ſententiæ iuſtitiam mirabuntur: per cælos autem cæleſtes virtutes inſinuauit.

1. Cor. 15, 49. *Cæli ſunt qui ferunt imaginem cæleſtis.* ORIGENIS. Vel cæli ſunt hi qui ferunt *imaginem cæleſtis*. Vel hoc reddit manifeſtum, Domini populum iudicatum iri à rationalibus virtutibus, quæ & ſalutarem prædicationem adminiſtrant, & Chriſto congregant Sanctos eius.

Rom. 8, 29. *Quos præſciuit*, inquit, *& prædeſtinauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit.* Qui adimplent teſtamentum, non ſanguinibus, ſed ſpiritalibus ſacrificijs.

8. NON IN SACRIFICIIS TVIS ARGVAM TE.] THEODORETI. Non accuſabo te, inquit, de neglectu ſacrificiorum; (hæc enim aſſiduè offers;) ſed præcipio ne hiſce iuſtitiam definias.

ORIGENIS. De ijs qui poſt Chriſti aduentum Iudæorum ſacrificia aſpernabantur, hæc conuenit vaticinata fuiſſe. Vel non prauâ, inquit, intentione offeras, propter quod

Gen. 4, 5. Cain increpaui.

Deus non tam munus quàm affectum reſpicit offerentis. DIDYMI. Arguit Deus non ea quæ offeruntur, ſed affectum hæc offerentis. Ita Cain, quòd non rectè offerenda ſelegerit,

Gen. 4, 5. reprehendit. Si quis ergo perpetuo cælibatu corpus ſuum ſpiritale ſacrificium tamquam holocautomata offerat, rectâ id faciat mente: non enim pro ijs quæ cum laude fiunt, ſed pro animo non recto perſoluente, quiuis reprehendi ſolet.

Hebr. 9, 10. ATHANASII. Apertè Deus legis figuras ad veritatem transfert: ſiquidem *vſque ad tempus correctionis* ſapientiſſimus Paulus ait legis mandatum poſitum fuiſſe: atqui tempus correctionis non aliud fuit, quàm illud in quo Chriſtus terrigenis illuxit, manifeſtè

Ioan. 14, 6. dicens: *Ego ſum veritas*. Abſurda ergo eſt

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διὰ μὲν τῶν εἰρημένων, τὸ φοβερὸν αὐτοῦ κριτήριον ἔδειξε· διὰ δὲ τούτων καὶ τῶν ἑξῆς, διδάσκει τὸ ἀτελὲς τῆς κατὰ νόμον λατρείας, καὶ ὅτι τῶν προσφερομένων ἱερείων Θεῷ θυμῆρες οὐδέν. Ὁσίους δὲ καλεῖ Μωσέα, Ἀαρών, καὶ τοὺς κατ᾽ αὐτούς. Συναχθῆναι δὲ αὐτοὺς κελεύει, οὐχ ἵνα δίκας πράξηται (οὐ γὰρ ἐναντία πεφρονήκασι τῷ νόμῳ πειθόμενοι) ἀλλ᾽ ἵνα ἐκ τῶν παρόντων, τὸν οἰκεῖον δείξῃ σκοπόν, καὶ τὴν νηπίοις ἁρμόττουσαν καταπαύσας διδασκαλίαν, τὰ τέλεια προσενέγκῃ μαθήματα. τούτων δέ, φησι, γενομένων, θαυμάσουσιν οἱ οὐρανοὶ τῆς ψήφου τὸ δίκαιον· διὰ δὲ τῶν οὐρανῶν, τὰς οὐρανίους δυνάμεις ᾐνίξατο.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἢ οὐρανοὶ οἱ τὴν εἰκόνα φοροῦντες τοῦ ἐπουρανίου. ἢ τοῦτό ἐστιν ἐναργές, τὸ διακρίνεσθαι τὸν λαὸν κυρίου, παρά τε δυνάμεων λογικῶν, καὶ τῶν ἱερουργούντων τὸ σωτήριον κήρυγμα, οἳ καὶ συναγείρουσι Χριστῷ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ. Οὓς προέγνω, φησί, καὶ προώρισε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, καὶ ἐδικαίωσεν. Οἱ πληροῦσι τὴν διαθήκην, οὐ δι᾽ αἱμάτων, ἀλλὰ ταῖς πνευματικαῖς θυσίαις.

η. ΟΥΚ ΕΠΙ ΤΑΙΣ ΘΥΣΙΑΙΣ ΣΟΥ ΕΛΕΓΞΩ ΣΕ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐκ ἀμέλειάν σοι, φησὶ, θυσιῶν ἐγκαλῶ· (προσφέρεις γὰρ ταύτας διηνεκῶς·) ἀλλὰ μὴ ταύταις ὁρίσασθαι τὴν δικαιοσύνην παρεγγυῶ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Περὶ τῶν μετὰ τὴν παρουσίαν Χριστοῦ ἀθετουμένων παρὰ Ἰουδαίοις θυσιῶν ταῦτα ἁρμόσει προφητεύεσθαι. ἢ οὐδὲ πονηρᾷ, φησι, διαθέσει προσάγῃς ἐφ᾽ ᾧ τὸν Κάϊν διήλεγξα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐλέγχει Θεὸς οὐκ ἐπ᾽ αὐτοῖς τοῖς προσαγομένοις, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῇ διαθέσει, καθ᾽ ἣν προσάγεται ταῦτα. Καὶ τὸν Κάϊν γοῦν ἐπὶ τὸ μὴ ὀρθῶς διῃρημένα ἃ ἔδει προσάγειν, ἤλεγξε. κἂν πνευματικὴν οὖν θυσίαν προσφέρῃ τις ὁλοκαυτώματι διὰ παντελοῦς ἀγαμίας τὸ σῶμα ἑαυτοῦ, ὀρθῇ γνώμῃ τοῦτο ποιείτω· οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς πραττομένοις ἐπαινετοῖς οὖσιν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῇ γνώμῃ οὐκ ὀρθῶς, ἐπιτελοῦσιν ἐλέγχεταί τις.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Φανερῶς ὁ Θεὸς τοῦ νόμου τοὺς τύπους μετατίθησιν εἰς ἀλήθειαν· μέχρι γὰρ καιροῦ διορθώσεως τεθεῖσθαί φησιν, ὁ πάνσοφος Παῦλος τὴν διὰ Μωσέως ἐντολήν· ἣν δὲ ὁ καιρὸς καθ᾽ ὃν ἐπέλαμψε τοῖς ἐπὶ γῆς Χριστός, λέγων ἐναργῶς, Ἐγώ εἰμι ἀλήθεια. Ἀπόντος ἄρα

τῆς

τῆς ἀληθείας φανείσης ὁ τύπος. ὡς ἂν δὲ μὴ τὰ ἐκ καρδίας ὁ ψάλλων λέγειν δοκῇ προσεπήνεγκεν· ὁ θεὸς ὁ θεός σου εἰμὶ ἐγώ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἠπίστουν ἴσως ταῦτα οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες ἀκούοντες, καὶ ἠπόρουν εἰ τὸ παντελὲς συμβῆναι δύνηται· νῦν δὲ ἔργον ὁ λόγος ὤφθη· οὐκέτι γὰρ αὐτῶν ἐνεργοῦσιν αἱ θυσίαι τοῦ ναοῦ λυθέντος, πεπτωκότος τοῦ βωμοῦ, καὶ πάσης τῆς ἐπ' αὐτοῦ πολιτείας διαφθαρείσης, ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς πόλεως, ἔνθα ἔδει μόνον τὰς θυσίας τὰς κατὰ νόμον πράττεσθαι. Οὐ χρήζω, φησί, θυσιῶν ἀλόγων, ἐπὶ τί τὸ κωλύον τὰ θηρία καὶ τὰ κτήνη προσφέρεσθαι; Ἴσως δὲ θηρία καὶ κτήνη, τὰ ἔθνη λέγει, βόας τοὺς ἀπὸ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων πιστεύσαντας λέγει, ὧν τὴν προσφορὰν κεκτημένος οὐκέτι τὰ παρὰ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, ὡς περιττὰ προσδέχεται· περὶ γὰρ αὐτῶν καὶ τὰ ἑπόμενα λέγεται.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πετεινὰ δὲ τοῦ οὐρανοῦ τοὺς παρθενίαν φιλοσοφοῦντας ἢ ἐγκράτειαν νόησον· ἐπειδήπερ ἄνω περὶ τὸν οὐρανὸν ἴσα τοῖς ἀγγέλοις φιλοσοφοῦντες ἵπτανται.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Αὐτὴν τὴν ἐκκλησίαν λέγει ὡραιότητα τοῦ ἀγροῦ, δηλαδὴ τοῦ κόσμου τυγχάνουσαν· εὐπρεπὴς γὰρ ἐγένετο τῇ τοῦ βαπτίσματος χάριτι· ὅθεν οὐκ εἶπεν παρ' ἐμοί ἐστιν, ἀλλά, μετ' ἐμοῦ ἐστιν, ὡς νύμφη νυμφίῳ· τούτου γὰρ εἶναι ἡ ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ νομίζεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐπεὶ οἱ ἐν τῷ οἴκῳ σου τροπικῶς λεγόμενοι μόσχοι, πολέμιοι τοῦ σωτῆρος ὤφθησαν λέγοντι· Ἐκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί, ταῦροι πίονες περιέσχον με. Τούτου χάριν οὐ δέξομαι αὐτούς, οὐδὲ τοὺς συγκαταλεγομένους αὐτοῖς χιμάρους· καὶ οὗτοι γὰρ ὑπὲρ ἁμαρτίας προσάγοντες ἑαυτοὺς οὐδὲν ἧττον ἁμαρτάνουσι. γίνωσκε γὰρ ὅτι οἱ ποτὲ θῆρες τοῦ δρυμοῦ, οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐξηγριωμένοι ἄνθρωποι τῇ θείᾳ διδασκαλίᾳ τιθασσευόμενοι ἐμοὶ γεγόνασι τὸ πρότερον τῇ ἀκαρπίᾳ συνόντες· (ταύτης γὰρ σύμβολον ὁ δρυμός.) ἀλλὰ καὶ τὰ κτήνη οἱονεὶ πρόβατα Χριστοῦ, καὶ οἱ βόες, οἱ ὑπεραναβάντες σου τὸν οἶκον (τουτέστι τὴν τοῦ νόμου σκιὰν) ἐν τοῖς δόγμασι τοῦ εὐαγγελίου, διὰ τὸ ὕψος ὄρεσιν οὖσι, διατρίβοντες κτῆμα ἡμέτερόν εἰσι. Παῦλος οὖν βοῦς ὢν τῶν ἐπὶ τὰ ὄρη, τὸν περὶ βοὸς ἐκθέμενος νόμον ἐπήγαγε τό· Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ; ἢ πάντως περὶ ἡμῶν λέγει; ἀλλὰ

præſente veritate figura. Ne autem is qui hæc pſallit, minimè ex corde illa protuliſſe videretur, ſubiunxit: *Deus Deus tuus ſum ego.*

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Non credebant, vti veroſimile eſt, Iudæi hæc audientes; & addubitabant, vtrùm hæc omnino euenire poſſent; nunc verò ſermo reipsâ comprobatus eſt: non enim ampliùs eorum ſacrificia locum habent, templo deſtructo, altari collapſo, & vniuersâ ipſorum adminiſtratione ſublatâ; quin etiam vrbe euersâ, in qua ſecundùm legem ſacrificia fieri oportebat. Non indigeo, inquit, ſacrificijs irrationalibus. Adhæc, quid feras & pecudes offerre prohibuit? Fortaſsè verò per *feras* & *iumenta* gentes intelligit; per *boues* autem illos qui ex Iudæorum populo crediderunt; quorum oblationem conſecutus, non ampliùs admittit dona Iudæorum, vtpote ſuperflua: nam de illis ſequentia dicuntur.

Iudæorum ſacrificia & reſpublicatam collapſa.

Feræ & iumenta ſunt gentes, boues Iudæi.

EIVSDEM. *Volatilia* verò cæli eos intellige, qui virginitatem & continentiam colunt: ſiquidem hi ſupernè circa cælum tamquam Angeli intenti volant.

Volatilia ſunt virgines.

EIVSDEM. *Pulchritudinem agri* dicit ipſam Eccleſiam, vt quæ ſit mundi pulchritudo: nam pulchra per Baptiſmi gratiam facta eſt. Vnde non dixit, *apud me eſt*; ſed, *mecum eſt*, tamquam ſponſa cum ſponſo: huius enim, ſcilicet Chriſti, Eccleſia eſſe cenſetur.

Pulchritudo agri Eccleſia eſt.

DIDYMI. Quoniam qui in domo tua vituli per figuram vocantur, Saluatoris hoſtes viſi ſunt dicentis: *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me.* Idcircò non ſuſcipiam eos, neque hircos, qui cum illis numerantur: nam hi ſe quoque ipſos offerentes, nihilominùs peccant. Agnoſce enim, quòd qui erant olim feræ ſiluarum, vt qui ex gentibus agreſtem & feram vitam ducebant, diuinâ doctrinâ edomiti, mei facti ſint, cùm priùs inutiles ac ſteriles eſſent: (ſterilitatis enim ſymbolum ſilua eſt.) Quin & iumenta, tamquam oues Chriſti, & boues, qui domum tuam (hoc eſt vmbram legis) ſupergreſſi, in Euangelicis doctrinis verſantur, quæ ob celſitudinem montis nomine appellantur, poſſeſſio mea ſunt. Paulus ergo cùm eſſet bos ex ijs qui in montibus morantur; cùm legem de boue exponeret, illud ſubiunxit: *Numquid de bobus cura eſt Deo?* An de nobis omnino hæc dicit? verùm

Tauri & vituli qui.

Pſal. 21, 13.

S. Paulus bos montanus.

1. Cor. 9, 9.

CATENA PATRVM.

& animæ in altum cogitationibus & rectis actionibus euectæ, volatilia cæli dicuntur, quæ ego noui: agnoſco enim qui ſunt mei.

Oblationes antiquæ legis quales.

ANONYMI. Quoniam ex cicuribus animalibus offerebantur boues, & hirci, & oues; ac de volatilibus columbæ & turtures; & ex frugibus ſimilago, & vinum, & oleum, ac ſuffituum odoramenta; omnium, inquit, conditor ac dominus ſum, nec iſtis indigeo.

Terra bona cor rectum.

DIDYMI. Terra bona, hoc eſt cor rectum, quod iniectum à Ieſu ſemen ſuſcipit, & fructum fert centuplum, ſexageſimum, trigeſimum; cùm fructum vberem & maturum habeat, pulchritudo agri eſt, quæ non procul abeſt ab eo qui ſeminat. ipſe enim ait: *Pulchritudo agri mecum eſt.*

Christus eſurit & ſitit noſtram ſalutem.

Ioan. 4, 32, 34.

EIVSDEM. Eſurit Saluator nonnullorum ſalutem, quemadmodum de Samaritana diſcipulis ſuis dixit: *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis. Et meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris qui miſit me.* Cùm igitur qui ſunt ex circumciſione, vmbrâ detenti, eidem tamquam eſurienti ſenſibiles hoſtias offerant, ait illis: *Si eſuriero, non dicam tibi.* Habeo enim poſſeſſionem glorioſam Eccleſiam, quæ orbis terræ & plenitudo eius nuncupatur: porrò plenitudo eius eſt Euangelium, non figura, vel vmbra. Cùm ergo gentium plenitudinem nutriam, non petam abs te vmbratilem cibum. Quòd ſi me Deum tuum vis verè colere, immola mihi ſacrificium laudis, in laudes ac diuinos ſermones incumbens. nam huiuſmodi oblationes libenter admitto. *Miſericordiam* enim *volo, non ſacrificium, & cognitionem Dei, non holocauſta.*

Deus exigit à nobis ſpiritale ſacrificiū.

Oſee 6. Matth. 9, 13.

APOLLINARII. Non enim, inquit, cibis aut potu Deus indiget, vt carnibus tamquam eſculentis, & ſanguine tamquam poculentis afficiatur: hæc enim tam aliena ſunt à Deo, vt ipſe homines iuſſerit à ſanguine abſtinere. Quomodo ſanè poterit rex facere, quæ ſeruis ſuis facere prohibuerit? Et quomodo taurorum carnes eum nutrire poſſent, qui omnem creaturam paſcit? Subſannat itaque illos qui hoſtias irrationales ipſi offerunt. Idcircò cultum Dei verum ſacrificij nomine introducens, ſubiunxit:

14. IMMOLA DEO SACRIFICIVM LAVDIS.] HESYCHII. Eſto, inquit, conſors An-

καὶ ὑψιπετεῖς γινόμεναι ψυχαὶ ἐπτερωμέναι νοήσεσι, καὶ ἐνεργείαις ὀρθαῖς πετεινὰ οὐρανοῦ χρηματίζουσιν, ἃ ἔγνωκα ἐγώ. γινώσκω γάρ εἰμι τοὺς ὄντας ἐμοί.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειδήπερ ἀπὸ τῶν χερσαίων προσεφέρετο ζώων βόες, καὶ τράγοι, καὶ πρόβατα· καὶ ἀπὸ τῶν πετεινῶν περιστεραὶ καὶ τρυγόνες· καὶ ἀπὸ τῶν καρπῶν σεμίδαλις, καὶ οἶνος, καὶ ἔλαιον, καὶ τὰ τῶν ἀτμῶν ἡδύσματα, πάντων εἰμί, φησι, δημιουργὸς, καὶ δεσπότης, καὶ τούτων οὐ δέομαι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἡ δεξαμένη ἀγαθὴ γῆ, τουτέστι καρδία ὀρθὴ, τὸν ὑπὸ Ἰησοῦ βαλλόμενον σπόρον, καὶ καρποφορήσασα ἑκατὸν, ἑξήκοντα, τριάκοντα, τὸν πλήρη καὶ ὥριμον καρπὸν ἔχουσα, ὡραιότης ἐστὶν ἀγροῦ οὐ μακρὰν οὖσα τοῦ σπορέως. αὐτὸς γάρ φησιν· ὡραιότης ἀγροῦ μετ' ἐμοῦ ἐστιν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πεινᾷ ὁ σωτὴρ τὴν τινῶν σωτηρίαν, ὥσπερ ἀμέλει περὶ τῆς Σαμαρείτιδος πρὸς τοὺς μαθητάς φησιν· Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. καὶ ἐμὸν βρῶμά ἐστιν ἵνα ποιήσω τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. Ἐπεὶ οὖν οἱ ἐκ περιτομῆς ἐχόμενοι τῆς σκιᾶς ὡς πεινῶντι αὐτῷ προσάγουσι τὰς αἰσθητὰς λατρείας, φησὶν, ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω. Ἔχω γὰρ κτῆμά μου γεγενημένην τὴν ἔνδοξον ἐκκλησίαν, οἰκουμένην χρηματίζουσαν καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς· πλήρωμα δὲ αὐτῆς τὸ εὐαγγέλιον, οὐ τύπος, ἢ σκιά. Τρεφόμενος οὖν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, οὐκ ἀπαιτήσω σε κατὰ σκιὰν τροφήν. εἰ δὲ θέλεις με τῷ ὄντι θεραπεύειν θεόν σου τυγχάνοντα, θῦσον μοι θυσίαν αἰνέσεως, αἰνῶν καὶ θεολογῶν. ταύτας γὰρ δέχομαι τὰς προσφοράς. ἔλεον γὰρ θέλω, οὐ θυσίαν, καὶ ἐπίγνωσιν θεοῦ, οὐκ ὁλοκαυτώματα.

ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ. Μὴ γὰρ ἐνδεὴς ἐδεσμάτων, φησὶν, ὁ θεὸς καὶ πότων, ἵνα προσέχει κρέασιν ὡς ἐδέσμασιν, καὶ ὡς ποτῷ αἵματι· Θεοῦ γὰρ ταῦτα τοσοῦτον ἀλλότρια, ὥστε αὐτὸς αἵματος ἀπέχεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐκέλευσε. Πῶς τοίνυν ἔμελλεν ὁ βασιλεὺς ποιεῖν ἃ τοῖς δούλοις μὴ ποιῆσαι προσέταττεν; ταύρων δὲ κρέα πῶς ἀρκεῖ θρέψαι τὸν ὅλην τὴν κτίσιν διατρέφοντα; Οὐκοῦν ἐπισκόπτει τοὺς ἀλόγους αὐτῷ θυσίας προσφέροντας, διόπερ ἀντεισάγων τὴν ἀληθῆ θεοῦ τιμὴν τῷ τῆς θυσίας ὀνόματι, ἐπήγαγεν·

ιδʹ. ΘΥΣΟΝ ΤΩ ΘΕΩ ΘΥΣΙΑΝ ΑΙΝΕΣΕΩΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Γενοῦ, φησι, τοῖς ἀγγέλοις

γέλοις ἰσάμιλλος· μίμησαι τῇ δοξολογίᾳ τὰ Σεραφὶμ· διήγησαι καθάπερ οἱ οὐρανοὶ δόξαν Θεοῦ· θῦσον θυσίαν ἥνπερ πᾶσα ἡ κτίσις προσφέρει δοξάζουσα διηνεκῶς. ἴσως δὲ καὶ θυσίαν αἰνέσεως τὰς ἀρετὰς λέγει, δι' ὧν ὁ Θεὸς αἰνεῖται, τουτέστιν εὐφημεῖται καὶ δοξάζεται· μάλιστα διόπερ τοῖς Ἀποστόλοις ἔλεγεν· Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάζωσι τὸν πατέρα ὑμῶν, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ταύτην, φησὶν, ἡγοῦ θυσίαν τὴν τῶν εὐεργεσιῶν αἴσθησιν, καὶ τὴν ἐκ καρδίας ὁμολογίαν, καὶ τὴν τῶν εὐχῶν πλήρωσιν χρέος ὀφειλόμενον παρὰ ἀνθρώπων Θεῷ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Αἰνέσεως δὲ λέγει θυσίαν τοὺς δικαίους πρέποντας ὕμνους, εὐχὰς δὲ τὰς ὑποσχέσεις. οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ καὶ εἰκοστῷ λέγει ψαλμῷ· Τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω ἐνώπιον τῶν φοβουμένων αὐτόν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τροφὴ Θεοῦ περὶ ἧς εἶπεν· Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με. ὑφ' ὧν τρεφόμενος λέξει· ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Ἔστι δὲ θυσία λογικὴ, καὶ διὰ θεολογίας καὶ εὐχαριστίας, καὶ ἐπειδάν τις τῷ Θεῷ τι πρέπον ὑποσχόμενος ἔργοις ἐπιτελέσειεν. εὐχὰς γὰρ ἡ γραφὴ τὰς ἐπαγγελίας φησίν· ὡς ἐν τῷ, Ἐὰν εὔξῃ εὐχὴν μὴ βραδύνῃς ἀποδοῦναι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Εὐκαίρως δὲ καὶ τῆς ἁγίας τριάδος ἀπεκάλυψε τὸν τίμιον ἀριθμὸν, καὶ τῇ καινῇ διαθήκῃ συνέζευξε· μετὰ γὰρ ταύτης, καὶ τὴν τῆς ἁγίας τριάδος ἐδεξάμεθα γνῶσιν. διεῖλε δὲ τὰ πράγματα, οὐχ' ἵνα τῆς ἀδιαιρέτου καὶ ἁγίας τριάδος τὰς ἐνεργείας διέλῃ, ἀλλ' ἵνα τὸν ἀριθμὸν προφητικῶς τοὺς μετὰ ταῦτα διδάσκῃ. λέγει τοίνυν· Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου. τρία δὲ ἐκ τούτων ἐδιδάχθημεν πρόσωπα· ἐπειδὴ μὲν οὐ μόνον Θεὸς, οὐδὲ μόνον ὕψιστος, οὐδὲ μόνον αἰνέσεως θυσίαν δεχόμενος, τὰς αἰτήσεις χαρίζεται· ἑκάστη γὰρ ἰδιότης, Θεὸς, καὶ ὕψιστος, καὶ ἀγαθῶν χορηγός. θυσίαν δὲ αἰνέσεως καλεῖ τοὺς δικαίοις πρέποντας ὕμνους, καὶ εὐχὰς τὰς ὑποσχέσεις.

gelis; imitare glorificatione Seraphim: enarra ſicut cæli gloriam Dei: immola ſacrificium, quod omnis immolat creatura, dum continenter Deum laudat. Fortè verò *ſacrificium laudis* virtutes intelligit, per quas Deus laudatur; hoc eſt benedicitur & glorificatur; præſertim cùm Apoſtolis dixerit: *Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt.*

[Margin: CATENA PATRVM. — Quale ſit ſacrificium laudis. — Matth. 5, 16.]

APOLLINARII. Hoc, inquit, exiſtimes ſacrificium, acceptorum ſcilicet beneficiorum ſenſum, & confeſſionem ex corde, & votorum perſolutionem. quæ quidem omnia Deo ab hominibus debentur.

ANONYMI. *Laudis* verò *ſacrificium* intelligit hymnos, qui iuſtos decent, *vota* verò promiſſiones. ſic enim & in vigeſimo primo Pſalmo ait: *Vota mea reddam in conſpectu timentium eum.* [Pſal. 21, 26.]

EVSEBII. Cibus Dei eſt is de quo dixit: *Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare; ſitiui, & dediſtis mihi bibere.* à quibus altus dicet: *Quod vni ex illis minimis feciſtis, mihi feciſtis.* Eſt autem rationale ſacrificium, quod per diuinum ſermonem & gratiarum actionem offertur, & cùm quis quidpiam Deo dignum promittens, id ipſum factis præſtat. *Vota* enim Scriptura vocat promiſſiones; vt cùm dicitur, *Quando voueris votum, ne moreris reddere.*

[Margin: Matth. 25, 35. — Quod ſit rationale ſacrificiũ. — Eccle. 5, 3.]

THEODORETI. Commodè autem ſanctiſſimæ Trinitatis venerandum numerum patefecit, & cum nouo Teſtamento coniunxit: nam poſt nouum Teſtamentum ſanctæ Trinitatis cognitionem accepimus. Diuiſit autem res, non vt indiuiduæ ac ſanctæ Trinitatis operationes diuidat, ſed vt numerum tamquam Propheta poſteros edoceret. dicit igitur: *Immola Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis tuæ.* Hinc autem tres perſonas edocti ſumus: ſiquidem non ſolùm Deus, neque ſolùm Altiſſimus, neque ſolùm is qui laudis ſacrificium ſuſcipit, poſtulata concedit: nam ſingulæ voces iſtæ, Deus, & Altiſſimus, & bonorum largitor, ſuam proprietatem habent. *Sacrificium* autem *laudis*, hymnos qui iuſtos decent, & *vota* promiſſiones vocat.

[Margin: Propheta deſignat ſanctiſſimam Trinitatem.]

Catena Patrum. Tribulatio eſt tentatio.

Hesychii. Tribulationem autem intellige tentationem, quæ ab hominibus vel à Satana exiſtit. Si itaque tunc Deum inuocauerimus, vtique eripiet nos, ſicut quondam Suſannam eripuit: & iure meritò ipſum rebus ritè peractis mirabilem prædicamus.

Apollinarii. Et cùm hæc, inquit, feceris, ſpera te Deum in tribulationibus adiutorem habiturum; ita vt beneficijs illius obſtrictus, illum honorifices, & illi continenter gratias agas. Cùm autem dixerit, *Non in ſacrificijs tuis arguam te*, deinceps docet de quibus arguat.

Peccator pro concionatore. Eccli. 15, 9.

16. Peccatori autem dixit Devs.] Athanasii. Peccatorem hoc loco diuinarum Scripturarum promulgatorem vocat. ſimile eſt hoc illi: *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.* Nam ſi præcepta omnia tranſgreditur, & omni malitiæ ſtudet, & linguam doloſam exhibet, vt quid diuinas Scripturas in ore gerit?

Deus non redarguit legis Moſaicæ, ſed legis naturæ præuaricatorem.

Evsebii. Hic ſermo continet tranſitionem ab ordinibus iuſtorum ad ordinem improborum: hoc enim abundat ſcientiâ noui Teſtamenti. Ceterùm peccatorem hoc loco non à Scripturis alienum, ſed tranſgreſſorem vocat: hunc autem redarguit, non ob Sabbatorum, aut ſacrificiorum, aut quorumdam ciborum violationem; ſed propter legum naturalium tranſgreſſionem, quę Dei doctrinas ipſi inutiles reddit. has enim peccator abijcit. Nam lex naturæ eſt, non oportere facere quæ pati nolumus. Adulteri autem ſunt etiam athei & idololatræ; fures verò, qui etiam veritatem furantur. Interdum quidem, inquit, liberè malitiam iactabas, interdum verò doloſè inſidiabaris, ſimulans te ſincerè, & tamquam cum fratribus verſari; at occultè obtrectans eis: quin etiam inſidias ſtruebas ijs qui ex eadem tecum matre, ſcilicet ſynagoga vel Eccleſia, oriundi erant. quæ omnia ſilentio premebam, quia humanitatem aſſumpſeram. Quin & in peius ibas meâ benignitate, & ſuſtinentiâ & longanimitate contemptâ, quare deinceps non ſuſtinebo; ſed te redarguens, cuncta tibi ob oculos ponã, vt ea videns confundaris.

Eccli. 15, 9. Deus non vult à peccatore laudari.

Didymi. Quoniam *non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*, arguit peccatorem Deus, dicens: *Quare tu enarras iuſtitias meas, quas perficere non vis?*

Ἡσυχίου. Θλῖψιν δὲ τὸν πειρασμὸν, τὸν παρὰ ἀνθρώπων, ἢ τοῦ Σατανᾶ γινόμενον νόησον. Ἂν τοίνυν ποτὲ τὸν Θεὸν ἐπικαλεσώμεθα ἐξελεῖται ἡμᾶς, ὥσπερ ποτὲ τὴν Σωσάνναν ἐξείλετο· καὶ εἰκότως αὐτὸν παραδόξων ἡμῖν οἰκονομουμένων πραγμάτων δοξάζομεν.

Ἀπολλιναρίου. Καὶ ταῦτα ποιῶν, φησὶν, εὔελπις ἔσῃ τεύξεσθαι Θεοῦ βοηθοῦντος ἐν θλίψεσιν, ἵνα καὶ δοξάσῃς εὐεργετούμενος ἀπαύστως ἀνάγων εὐχαριστίας. Ἐπεὶ δὲ εἶπεν, Οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐξελέγξω σε, διδάσκει λοιπὸν ἐφ' οἷς ἐλέγχεται.

ις'. Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός.] Ἀθανασίου. Ἁμαρτωλὸν ἐνταῦθα τὸν νομοθέτην τῶν θείων γραφῶν φησιν. ὅμοιον δὲ τῷ εἰρημένῳ· Οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. εἰ γὰρ πάσας παραβαίνει τὰς ἐντολὰς, καὶ πᾶσαν ἐπιτηδεύει κακίαν, καὶ δολίαν ἀποδίδωσι τὴν γλῶσσαν διὰ τί τὰς θείας ἐπὶ στόματος φέρει γραφάς;

Εὐσεβίου. Μετάβασιν ὁ λόγος ἔχει ἀπὸ τοῦ τῶν δικαίων ταγμάτων, ἐπὶ τάγμα τῶν πονηρῶν· ἐκεῖνο γὰρ πλεονεκτεῖ τῆς καινῆς διαθήκης τὴν ἐπιστήμην. Ἁμαρτωλὸν δὲ οὐ τὸν ἀλλότριον τῶν γραφῶν, ἀλλὰ τὸν παραβάτην καλεῖ· ἐλέγχει δὲ αὐτὸν, οὐκ ἐπὶ παραβάσει σαββάτων, ἢ θυσιῶν, ἢ τινῶν δὲ βρωμάτων, ἀλλὰ τῶν φυσικῶν νόμων, ἐφ' οἷς ἀνόνητα ἦν αὐτῷ τοῦ Θεοῦ τὰ μαθήματα. ταῦτα γὰρ ἁμαρτάνων ἀπέρριπτεν. Φυσικὸς γὰρ νόμος, μὴ δεῖν ποιεῖν, ἃ δὴ οὐ βουλόμεθα πάσχειν. μοιχοὶ δὲ καὶ οἱ ἄθεοι, καὶ εἰδωλολάτραι· κλέπται δὲ καὶ οἱ κλέπτοντες τὴν ἀλήθειαν. Ποτὲ μὲν οὖν ἐπαρρησιάσω, φησὶ, τῇ κακίᾳ, ποτὲ δὲ δολίως ἐπεβούλευες προσποιούμενος γνησίως, καὶ ὡς ἀδελφοῖς ὁμιλεῖν, λάθρα δὲ τούτων καταλαλῶν· ἐνέδρευες δὲ καὶ τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς σοι μητρὸς, ἤτοι συναγωγῆς, ἢ καὶ ἐκκλησίας. ἐφ' οἷς ἐσίγησα, ἡνίκα ἐνηνθρώπησα. ἢ καὶ ἄλλως ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐβάδισας καταφρονῶν τῆς ἐμῆς χρηστότητος, καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας, διὸ λοιπὸν οὐκ ἀνέξομαι· ἀλλ' ἐγώ σε ἐλέγχων, πρὸ τῶν σῶν ὀφθαλμῶν ἀποστήσω, ὅπως ὁρῶν αἰσχυνθοῖς.

Διδύμου. Ἐπεὶ οὐχ ὡραῖος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ ὁ αἶνος, τῷ ἁμαρτάνοντι ἐπιπλήττει ὁ Θεὸς φάσκων. Ἵνα τί διηγῇ τὰ δικαιώματά μου, ἃ ἐπιτελεῖν οὐ θέλεις; ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ ἵνα τί ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου; ἔδει γὰρ ἐν καρδίᾳ σεαυτὸν δεξάμενον, καὶ τυπώσαντά σου κατ' αὐτὴν τὰς νοήσεις, οὕτω προσφέρειν τοὺς λόγους τῆς διαθήκης μου. Τούτῳ συνᾴδει· ὁ κηρύττων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Εἰσί τινες ἑτέρους μὲν πλημμελοῦσιν ἐπιμεμφόμενοι, καὶ τὸν θεῖον νόμον ἀναμιμνήσκοντες, αὐτοὶ δὲ παραβαίνοντες ἃ διδάσκουσιν. εἰκότως πρὸς τοὺς τοιούτους ἀποτείνει λέγων ὁ λόγος· Τί δήποτε ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς βρενθυόμενοι ῥήμασι καὶ ἄνω καὶ κάτω περὶ τοῦ νόμου διαλεγόμενοι τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν οὐ προσεδέξασθε, ἀλλὰ καταφρονητικῶς πρὸς τοὺς ἐμοὺς διετέθητε λόγους; διηγεῖται δὲ καὶ τῶν τολμωμένων τὰ εἴδη.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐ μόνον οἶμαι τῷ ἁπλούστερον νοουμένῳ ἁμαρτωλῷ ταῦτα εἶπεν ὁ θεός, ἀλλὰ καὶ τῷ λαῷ τῆς περιτομῆς. Ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς διὰ μόνου στόματος ἀναλαμβάνει τὴν διαθήκην τοῦ θεοῦ, μισεῖ γὰρ τὴν παιδείαν καὶ τὰ ἐπιφερόμενα ἁμαρτάνων. ἢ ἐπεὶ ὁ λαὸς οὗτος φησὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Οἱ ἐκ περιτομῆς ἐμίσησαν παιδείαν ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ Χριστοῦ, καὶ ἐκβεβλήκασιν εἰς τὰ ὀπίσω τοὺς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγους τοῦ θεοῦ· συνέδραμον δὲ τῷ κλέπτῃ καὶ προδότῃ Ἰούδᾳ, καὶ μετὰ τῶν μοιχευόντων ξύλα καὶ λίθους ἔθηκαν ἑαυτῶν τὴν μερίδα, καὶ πρὸς ἄλλοις καταλαλοῦσι τοῦ ἐξ ἐθνῶν ἀδελφοῦ αὐτῶν λαοῦ, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτῶν τῶν ὁμομητρίων, καὶ ἐκ περιτομῆς πιστευόντων σκάνδαλα τιθέασι, βουλόμενοι διαστρέφειν αὐτούς· διὰ ταῦτα ἐσίγησεν αὐτοῖς ὁ θεός. δέον δὲ αὐτοὺς εἶναι πρὸ ὀφθαλμῶν, ὁ δὲ ἐκβάλλει αὐτοὺς εἰς τὰ ὀπίσω.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Εἶτα ἐγὼ μὲν ἀνεξικακῶν σεσίγηκα, καὶ οὐκ ἀπήρτισά σοι παραχρῆμα πλημμελοῦντι τὰς δίκας, περιμένων τὴν μετάγνωσιν· ὑπέλαβες δὲ σὺ ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος, τουτέστιν, ᾠήθης ὅτι οὐκ ἀνεξικακῶν σεσίγηκα μᾶλλον, ἀλλ' ἐπαινῶν τὸν σὸν ἀξιώσας βίον ἢ τάχα που καὶ ἥδεις ἐφ' οἷς ἔδρακας παρὰ νόμον. Ἐλέγξω δὴ οὖν σε τὴν δίκην ἐπιθείς, καὶ τῶν ἐκτόπως βεβιωμένων πραττόμενος λόγους, καὶ οἷον κατὰ πρόσωπόν σου τὴν σὴν ἀνομίαν ἱστάς, ἵνα σε κολάσῃ τὸ συνειδὸς καὶ αὐτὸ συμμαχεῖται τὸ πλημμέλημα τὸ σὸν κατηγορεῖν σου καὶ κατακρινῶν· δεινὸν γὰρ εἰς ἐλέγχους τὸ συνειδός.

aut *quare aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* Illud enim te in corde ſuſcipere oportebat; & cùm cogitationes tuas ad illud conformaſſes, tunc teſtamenti mei ſermones proferre. Huic illud congruit: *Qui prædicas non furandum, furaris,* &c. CATENA PATRVM. Rom. 2, 21.

THEODORETI. Sunt nonnulli qui alios peccantes arguunt, & diuinam legem in memoriam reuocant; ipſi verò quæ docent minùs obſeruant. Meritò in huiuſmodi inuehitur hic ſermo dicens: Cur decretis meis & vltrò citroque de lege mea contendentes, nihil inde fructus percipitis; ſed verba mea deſpicitis? Poſt hæc recenſet genera peccatorum. *Peccator non debet alios arguere.*

ORIGENIS. Non ſoli obuio ſenſu peccatori hæc à Deo dicta exiſtimo, verùm etiam populo circumciſionis. Ceterùm peccator dumtaxat per os accipit teſtamentum Dei, cùm diſciplinam oderit, & ea quæ hîc recenſentur peccata committat. Vel quia *populus hic*, inquit, *labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.* Iſti de circumciſione oderant diſciplinam in aduentu Chriſti, & ſermones Dei per Ieſum Chriſtum retrorſum proijciebant; currebant verò cum fure ac proditore Iuda, & cum adulterantibus ligna & lapides portionem ſuam ponebant; & præter alios etiam fratri ſuo, ſcilicet populo ex gentibus, obtrectabant, quin & couterinis ſuis, ſcilicet fidelibus de circumciſione, ſcandala ponebant, volentes ipſos auertere: propterea ſiluit ipſis Deus. Oportebat autem illos in oculis eſſe, verùm proijcit eos retrorſum. Math. 15, 8.

CYRILLI. Ceterùm ego quidem clementer agens ſilebam, nec illicò de te delinquente ſupplicium ſumpſi, expectans ſi reſipiſceres per pœnitentiam: verùm tu exiſtimaſti me tui ſimilem fore; id eſt, putaſti me non propter lenitatem ſiluiſſe potiùs, quàm proptereà quòd vitam tuam commendabilem putarem. Vel forſan etiam lætabaris in his quæ contra legem faciebas. Arguam te igitur, pœnaſque debitas irrogabo, & eorum, quæ in vita perperàm admiſiſti, rationem exigam, ſtatuens malitiam tuam quaſi ante faciem tuam, vt angore conſcientiæ criminibus aucto puniaris, illâ te accuſante ac condemnante: grauis enim eſt conſcientiæ accuſatio. *Deus expectat pœnitentiam.*

CATENA PATRVM.

22. INTELLIGITE HÆC QVI OBLIVISCIMINI.] THEODORETI. Diligenter, inquit, ſingula quæ dicta ſunt conſiderate vos, qui Dei obliuione laboratis; (nam obliuio Dei peccati conciliatrix eſt;) ne fortè rapiat mors, & non ſit qui eripiat in inferno per peccata detentos. deinde nouam legiſlationem accipit.

Obliuio Dei cauſſat peccatum.

ANONYMI. Cùm igitur, inquit, Dei iudicium præcognitum habeatis, & iudicis memoriam teneatis, cauete, ne grauia illa & acerba, quæ ex iuſto iudicio veniunt, mala ſubeatis, quando vos nec opinantes ex improuiſo iudicis manus opprimet, nec effugere licebit. Scitote me factis veſtris minimè delectatum longanimitate vti, ſed pœnitendi tempus præbere, ne vos iniquus, id eſt iniquitas, rapiat, cùm nemo ſit qui vos eripiat.

HESYCHII. Diem mortis deſcribit, in qua quiſque vocatus celeriter rapitur. Quare oportet, quæ ad abolenda crimina pertinent, nos cognoſcere ac prouidere, quamdiu nobis ad agendam pœnitentiam occaſio exhibetur.

23. SACRIFICIVM LAVDIS HONORIFICABIT ME.] ATHANASII. Repetit quæ dicta ſunt, hortans iterùm vt rationale ſacrificium perficiatur; cumque peccatorem grauiter accuſaſſet, peccati remedium, ſcilicet Sacramentorum fructum, oſtendit. Illud enim verè ſacrificium laudis eſt, quod Deum glorificat: ſiquidem tum Deum cum Angelis laudamus, atque etiam cum creatura ſtamus.

Sacrificium laudis Deo gratum.

HESYCHII. Quænam & qualis eſt hæc via? nimirum Dominici corporis & ſanguinis communicatio, quam priùs ipſe nobis in Sion demonſtrare cœpit. Cùm ergo in redemptionem peccatorum accipientibus traditum ſit, meritò eſt ſalutare Dei: meritò quoque via eſt, quæ quemadmodum in cælum ire oporteat, orantibus oſtendit.

ORIGENIS. In ſacrificio, inquit, laudis eſt apud Deum via ſalutis. Sacrificium autem laudis honorificabit Deum noſtrum, quia qui vident opera noſtra bona, glorificabunt Patrem noſtrum qui in cælis eſt. Ceterùm dum in his verſamur, adeſt nobis via, in qua oſtendet nobis Deus ſalutare ſuum.

Matth. 5, 16.

THEODORETI. Hoc apertè magis Sym-

κβʹ. ΣΥΝΕΤΕ ΔΗ ΤΑΥΤΑ ΟΙ ΕΠΙΛΑΝΘΑΝΟΜΕΝΟΙ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐπιμελῶς, φησὶν, ἕκαστον τῶν εἰρημένων κατανοήσατε οἱ τοῦ Θεοῦ τὴν λήθην νενοσηκότες· (λήθη γὰρ Θεοῦ προξενος ἁμαρτίας·) μήποτε ἁρπάσῃ ὁ θάνατος καὶ οὐκ ἔσται ὁ ῥυόμενος τοὺς ἐν ᾅδῃ κατειλημμένους ταῖς ἁμαρτίαις. εἶτα τὴν καινὴν νομοθεσίαν λαμβάνει.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐκοῦν, φησι, προειδότες τὴν κρίσιν ἀναμιμνησκόμενοι τοῦ κριτοῦ, φυλάξασθε τὸ παθεῖν τὰ ἐκ τῆς δικαίας κρίσεως χαλεπὰ, ὅτι καταλήψεται ὑμᾶς ἡ τοῦ δικαστοῦ χεὶρ οὐκ οἰομένους, οὐδὲ προσδοκῶντας, καὶ ἀποφυγεῖν οὐκ ἔσται. Συνίετε διότι μὴ χαίρων τοῖς ὑφ᾽ ὑμῶν γινομένοις μακροθυμῶ, καιρὸν δὲ μετανοίας διδοὺς, ἵνα μὴ ὑμᾶς ἁρπάζῃ ὁ ἄνομος ἤγουν ἀνομία μηδενὸς ὑμᾶς ῥυομένου.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὴν ἡμέραν ὑπογράφει τοῦ θανάτου, ἐν ᾗ καλούμενος ἕκαστος μετὰ τάχους ἁρπάζεται. ὥστε χρὴ πρὸς ἀλειφὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἰδεῖν, ἕως ἡμῖν εἰς μετάνοιαν καιρὸς δαψιλεύεται.

κγʹ. ΘΥΣΙΑ ΑΙΝΕΣΕΩΣ ΔΟΞΑΣΕΙ ΜΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπιλαμβάνει τὰ εἰρημένα, τὴν λογικὴν ἐπιτελεῖν λατρείαν παρακελευόμενος· μετὰ τὴν πολλὴν κατηγορίαν, τὸ φάρμακον τῆς ἁμαρτίας ἔδειξε, τῶν μυστηρίων δηλαδὴ τὴν ἀπόλαυσιν. ἐκείνη γὰρ ἀληθῶς θυσία αἰνέσεως τὸν Θεὸν δοξάζουσα, ἐπειδὴ μετὰ τῶν ἀγγέλων αἰνοῦντες, τότε, καὶ μετὰ τῆς κτίσεως ἱστάμεθα.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τίς αὕτη καὶ ποία ὁδὸς; ἡ κοινωνία τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, ἣν αὐτὸς ἡμῖν πρῶτος ἐν τῇ Σιὼν καταρξάμενος ἔδειξεν. Ἐπειδὴ τοίνυν εἰς λύτρωσιν τῶν ἁμαρτημάτων τοῖς λαμβάνουσι δέδοται, εἰκότως ἐστὶ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· εἰκότως δὲ καὶ ὁδὸς πῶς εἰς οὐρανὸν ὁδεῦσαι τοῖς ὃν δεῖ τρόπον προσευχομένοις δεικνύουσα.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν τῇ θυσίᾳ, φησὶ, τῆς αἰνέσεως ὁδός ἐστι τῆς παρὰ Θεοῦ σωτηρίας. Θυσία δὲ αἰνέσεως δοξάσει ἡμῶν τὸν Θεὸν, ὅτι οἱ βλέποντες τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, δοξάσουσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἐν δὲ τούτοις ὄντων ἡμῶν, ἔστιν ἡ ὁδὸς, ἐν ᾗ δείξει ἡμῖν ὁ Θεὸς τὸ σωτήριον ἑαυτοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο σαφέστερον ὁ Σύμμαχος

CATENA PATRVM.

μαχος ἡρμήνευσε· Θυσιάζων ὑπὲρ αἰνέσεως δοξάσει με· καὶ τῷ εὐτάκτως ὁδεύοντι δείξω σωτήριον Θεοῦ. προσήκει γὰρ μὴ μόνον ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτῷ τὰς θυσίας προσφέρειν, ἀλλὰ καὶ εὐτάκτως ὁδεύειν, καὶ τὸν οἰκεῖον βίον ῥυθμίζειν· οὕτω γὰρ δυνατὸν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ σωτηρίας ἐπιτυχεῖν. Κατὰ δὲ τοὺς ἑβδομήκοντα, τῇ θυσίᾳ, φησὶ, τῆς αἰνέσεως ἐφήδομαι, καὶ ταύτην ἡγοῦμαι δόξαν ἁρμόττουσαν, καὶ διὰ ταύτης τὴν ἐμὴν ὁδὸν ὑποδείξω τῷ ταύτην προσφέροντι, ἧς τέλος ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ σωτηρία. Κἀνταῦθα δὲ δύο προσώπων ἐποιήσατο μνήμην· Θυσία γάρ, φησι, δοξάσει με, καὶ πάλιν, δείξω τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐκ ἐνταῦθα ἐν τῇ αἰσθητῇ λατρείᾳ, ἀλλ' ἐκεῖ τῇ θείᾳ τυγχανούσῃ αἰνέσεως ἡ ὁδός ἐστι, ἣν δείκνυσι φωτίζων ὁ θεὸς τὸ σωτήριον ἑαυτοῦ, τὸν μονογενῆ υἱὸν σωτῆρα ὄντα, ἢ αὐτὴν τὴν σωτηρίαν. Τὸ γὰρ τοῦ Θεοῦ σωτήριον, ὅτε μὲν τὴν σωτηρίαν, ὅτε δὲ τὸν σωτῆρα Χριστὸν σημαίνει.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐπιτηρήσωμεν ὅτι καίτοι πάλαι δοθέντος τοῦ νόμου, ὡς οὔπω δειχθείσας τῆς πρὸς σωτηρίαν ὁδοῦ, ταύτην ἐπιδείξειν ἐπαγγέλλεται. φησὶ γοῦν Ἡσαΐας· Ἔσται ἐκεῖ ὁδὸς καθαρὰ, καὶ ὁδὸς ἁγία κληθήσεται. καὶ πάλιν Ἱερεμίας· Στῆτε ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἐρωτήσατε τρίβους κυρίου αἰωνίους, καὶ ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθὴ, καὶ βαδίζετε ἐν αὐτῇ, καὶ εὑρήσετε ἁγνισμὸν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. ἑαυτόν γε μὴν ὁ σωτὴρ τὴν ὁδὸν ὄντα τὸ σωτήριον ἀπέφηνε, λέγων, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. ὡς γὰρ ὁ αὐτοῦ φησι μαθητής, οὐκ ἔστιν ἕτερον ὄνομα ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς· οὕτω καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ αὐτὸν εἶναί φησι τὸ ἀληθὲς καὶ μέγα καθάρσιον.

machus interpretatus eſt: *Sacrificans ſuper laude, honorificabit me; & decenter ambulanti oſtendam ſalutare Dei.* Decet enim non ſolùm hymnis Deum decantare, & hoſtiam laudis illi offerre; verùm etiam ordinatè ac modeſtè ambulare, & propriam vitam componere: hoc enim modo ſalus à Deo obtineri poteſt. Ceterùm, ſecundùm Septuaginta, Sacrificio, inquit, laudis delector, & hoc arbitror mihi eſſe congruentem glori m; & per hoc iter meum oſtendam illi, qui illud mihi affert, cuius finis eſt ſalus à Deo obtenta. Duarum autem perſonarum hîc mentionem facit: *Sacrificium* enim, inquit, *honorificabit me*; & rurſus, *Oſtendam illi ſalutare Dei.* — *Proba actio eſt via ſalutis.*

DIDYMI. Non hîc in cultu ſenſibili, ſed ibi in diuina laude conſiſtens iter eſt, quod oſtendit illuminans Deus ſalutare ſuum, ſcilicet vnigenitum Filium, qui eſt ſaluator, ſeu ſalus ipſa. Nam Dei ſalutare interdum quidem ſalutem, interdum verò Saluatorem Chriſtum ſignificat. — *Chriſtus eſt ſalutare Dei.*

CYRILLI. Obſeruemus, quomodo, licet olim lex tradita fuiſſet, tamen, tamquam nondum demonſtratâ viâ ſalutis, hanc ſe demonſtraturum polliceatur. ait enim Iſaias: *Erit illic via pura, & via ſancta vocabitur.* Iſaiæ 35, 8.
& rurſus Ieremias: *State ſuper vias, & interrogate de ſemitis Domini* * *æternis; & videte quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis* * *expiationem animis veſtris.* Iere. 6, 16. * Vulgata antiquas. * Vulgata refrigerium.
Saluator quoque ſe viam ſalutarem oſtendit, dicens, *Ego ſum via.* Ioan. 14, 6.
Nam quemadmodum diſcipulus eius dicit, *Nec aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri*; Act. 4, 12.
ſic etiam diuinus Dauid ipſum dicit eſſe verum ac magnum expiatorem.

ANNOTATIONES CORDERII.

Aſaph quis.

PSALMVS hic inſcribitur *Aſaph*; quem in priore libro Paralipomenon cap. 16. legimus fuiſſe principem Cantorum à Dauide conſtitutum: an autem ipſe Pſalmos eius nomine inſcriptos compoſuerit, an tantùm cecinerit, aut canendis præfuerit, non omnino conſtat; veroſimilius tamen videtur, ipſum ijs duintaxat canendis operam dediſſe, aut chorum direxiſſe, cùm omnium Pſalmorum compoſitio, iuxta probabiliorem meo quidem iudicio ſententiam, ſoli Dauidi attribuatur, ac iure deferatur. Docet autem, Chriſtum in nouiſſimo iudicio homines ſaluaturum, non ob cæſas victimas, ſed ob animi pietatem, vitæ innocentiam atque iuſtitiam.

1. *Deus Deorum Dominus locutus eſt.*] Theodoretus tradit tres Interpretes habere, Ἰσχυρὸς θεὸς λαλήσας ἐκάλεσε τὴν γῆν, *Fortis Deus locutus vocauit terram.* Ex Hebræis autem manifeſtum eſt (vt benè notat Ianſenius) genitiuum *Deorum* coniungendum non cùm voce *Dominus*, ſed cum nominatiuo *Deus*; vt ſit ordo: Dominus, qui eſt Deus Deorum, locutus eſt, &c. Nam pro voce *Dominus* in Hebræo eſt nomen tetragrammaton; — *Quo ſenſu dicatur Deus Deorum Dominus.*

quod

ANNOTATIONES CORDERII.

quod illis eſt veluti proprium Dei nomen ineffabile & indeclinabile, quod non admittat regimen genitiui. Dicitur autem, Theologicè loquendo, *Deus Deorum*; quia omnis deificatio & deiformitas in iuſtis & beatis ab ipſo eſt. Summa quippe perfectio naturæ rationalis conſiſtit in aſſimilatione cum Deo, quam S. Dionyſius Eccleſiaſticæ Hierarchiæ cap. 1. & de Diuinis nominibus cap. 1. 4. & alibi paſſim vocat *θέωσιν ϗ θεοειδίαν*, *deificationem & deiformitatem*; ratione cuius beati dicuntur *deificati*, *deiformes*, *filij Dei*, & *Dij*, ſano Scripturæ intellectu. Si enim reges & iudices ob participationem iudiciariæ poteſtatis, ob quam homines eos tamquam Deos terreſtres reuerentur, vocantur Dij (vt patet Pſal. 81. verſ. 1. & 6. & Ioannis 10. verſ. 34.) multò magis ſancti; qui non ſolùm cum Chriſto iudicabunt orbem, ſed etiam ita deificati & Deo ſimiles effecti ſunt, vt altiori modo ei non poſſint aſſimilari, Dij poſſunt appellari. Hinc Angeli ſæpè in Scripturis ſecundùm editionem Septuaginta Dij appellantur; & Pſalmo 46. verſ. 10. de Apoſtolis dicitur: *Dij terræ vehementer eleuati ſunt*. Et ſerpens protoplaſtis ait: *Eritis ſicut Dij*; id eſt, ſimiles Angelis deificatis & glorioſis. quamuis illum locum non ignorem etiam aliter exponi. Paſſim tamen beati non ſunt vocandi Dij, ſed ſancti, & beati, ad vitandum errorem ethnicorum, qui plures Deos inducebant, quos tamquam veros Deos colebant errore ſtupidiſſimo. Ceterùm cùm totus Pſalmus ſit de Chriſto ad iudicium venturo, per Deos hîc iudices ſignificari veroſimilius videtur; quorum ipſe ſupremus Iudex in nouiſſimo die ſententias recognoſcet. Vide plura de hac vocis *Dei* acceptione infrà ad Pſal. 81. verſ. 1. & 6. annotata, & confer ſimul cùm ijs quæ ad ſancti Dionyſij de Diuinis nominibus cap. 2. obſeruauimus; vbi diſputatur, quâ ratione *Deus Deorum*, *Dominus dominorum*, *Rex regum*, *& Sanctus ſanctorum* nominetur.

Reges, iudices & ſancti dicuntur Dij.

Gen. 3, 5.

2. *Ex Sion ſpecies decoris eius.*] Quia nimirum Deus Sion in ſacrarium elegerat, vbi nomen ſuum inuocaretur; & illic eius imago in legis doctrina fulgebat, iuxta illud Iſaiæ: *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.* Ex Sion quoque orta eſt prædicatio Euangelica, quæ eſt ſpecies decoris eius; id eſt ſpecies pulcherrima, ſiue perfecta pulchritudo, vt Hebræa ſonant. Erat autem Ieruſalem, iuxta priorem ſenſum, *perfecti decoris*, vt in Threnis dicitur: quia erat ciuitas nobiliſſima, antiquiſſima, frequentiſſima, ornata ſede regiâ & pontificiâ, nec non tabernaculo, arcâ fœderis & ceteris quæ eam caput religionis & regni faciebant. vnde etiam typus erat cæleſtis & diuinæ ciuitatis. Sed, iuxta poſteriorem ſenſum (vt benè exponit Bellarminus) erat Euangelica prædicatio perfecti decoris: quia continebat myſteria redemptionis, notitiam ſanctiſſimæ Trinitatis, Sacramenta efficaciſſima, legem perfectam; & innumerabilibus ſignis & prodigijs comitata veniebat; atque audientes & credentes renouabat & iuſtificabat, & ex ima terra ad ſummum cælorum exaltabat.

De Sion exiuit lex, & Euangelica prædicatio.

Iſaiæ 2, 3.

Thren. 2, 15.

3. *Deus manifeſte veniet.*] Scilicet in fine mundi, iudicio publico iudicaturus omnes homines & dæmones in conſpectu & præſentia omnium Angelorum ſanctorum. Propriè autem hoc tribuitur Chriſto Domino, cui Pater omne hoc iudicium dedit, & commiſit. Exercebitur autem hoc iudicium à Chriſto ſecundùm humanitatem viſibiliter, ſecundùm diuinitatem inuiſibiliter. Hinc Daniel vidit Antiquum dierum ſedentem ad iudicandum orbem, & Filium hominis ad eum adduci, cui data eſt omnis poteſtas, & honor, & regnum. Virtute autem diuinitatis fiet, vt omnes homines reſurgant, & ſimul cum omnibus dæmonibus in locum iudicij cogantur: deinde, vt ſua cuique opera in mentem veniant, & eadem omnibus hominibus fiant conſpicua, vt ſinguli iuſtitiæ ſententiam intelligant. Intereà dum hæc virtute diuinitatis in mentibus iudicandorum inuiſibiliter peraguntur; Chriſtus ſecundùm humanitatem comitatus omnibus Angelis, ſumma cum maieſtate in nubibus comparens, ſententiam in iuſtos & iniquos ſenſibiliter & breuiter proferet: & ſimul virtute diuinitatis in mentibus ſingulorum propria cuique & meritis adæquata ſententia dictabitur. Plura de his vide apud Leſſium lib. 13. de Perfectionibus diuinis per multa capita, eleganter ſimul, non minùs piè quàm doctè diſputata.

Quale ſit futurum iudicium extremum.

Ioan. 5, 22.

Dan. 7, 9.

Matth. 24, 30.

IBIDEM. *Ignis in conſpectu eius*, &c.] Introducit hîc Propheta Deum velut in campum ingredientem contra inſenſatos flammifero curru inuectum, cinctum fulminibus & procellis, quas dirâ & inſuperabili potentiâ in caput inimicum effundat. Hiſce ſimilia ſunt illa Ieremiæ: *Ecce turbo Domini, furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum conquieſcet.* Apud Iſaiam quoque: *Terrorem brachij ſui oſtendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis*, &c. Itaque diuinæ Litteræ his & alijs locis, quæ maximè horrifica ſunt, Deo tribuunt flammam, turbinem, nigram tempeſtatem; quibus ſacri Vates nulla maiora aut magnificentiora excogitare potuerunt, ad percellendos hominum animos qui vtuntur ratione, ad vindicis ſcelerum Dei incredibilem maieſtatem tum cogitandam, tum pro eo ac conuenit formidandam. Habet turbinem, qui humana vi ſiſti nequit: tam rapidâ tamque igneâ vtitur celeritate, vt priùs te læſum & exanimatum ſentias, quàm feriri poſſe ſuſpiceris. Nulla laurus illius fulmen arcet & defendit: atrâ è caligine erumpit, ſæuâ & immani tempeſtate, quâ peſtem, cladem & calamitatem immittit. *In circuitu eius tempeſtas valida*; Græcè, *καταιγὶς σφοδρά.* de qua dictione & illius ſignificato plura vide apud S. Chryſoſtomum ad hunc locum eleganter expenſa; vbi per poëticam hypotypoſin deſcribit aduentum Chriſti ad iudicium, qui habebit in promptu grauiſſima ſupplicia, quibus impios afficiat.

Ignis & tempeſtas Chriſtum iudicem præcedet.

Ier. 30, 23.

4. *Aduocabit cælum deſurſum.*] Græcè *προσκαλέσεται*, Hebraicè יִקְרָא *iikra*; alij Codices Latini, & Pſalterium Ambroſianum, & S. Gregorius minùs rectè *aduocauit*; Cyprianus, *vocauit*, in præterito, vt reſpondeat primo verſui; in quo dicitur, *Et vocauit terram*: ſed prior lectio, vt originalibus Græcis & Hebræis magis conſentiens, præferenda eſt. quam etiam S. Auguſtinus ſequitur. Notandum autem, cælum & terram aduocari ſæpiùs in Scripturis, vt ſint teſtes iuſtitiæ & ſententiæ diuinæ. Familiaris enim eſt hic mos in Scripturis, vt per proſopopœiam

Quomodo cælum & terra citentur ad iudicium.

pœiam inanimata, & præſertim cælum & terra, in teſtimonium aduocentur; quo ſignificatur, maximi momenti eſſe quæ dicuntur, ac creaturas aliquando vindicaturas ipſos præuaricatores. Poſſit etiam eſſe metonymia. q. d. Cæleſtes & terreſtres vocabit ad diſcernendum & iudicandum populum ſuum: nempe in iudicio aderunt cælites, & homines pij, vt Chriſto iudici aſſi-
1. Cor. 6, 2. deant, ipſumque ſtipent. *Quoniam ſancti de mundo iudicabunt* (inquit Apoſtolus;) id eſt, iudicio Chriſti aſſiſtent, & ſuffragabuntur.

Angeli in iudicio ſubminiſtrabunt.

5. *Congregate illi ſanctos eius.*] Scholion, Τὸ ἑβραϊκὸν ϗ οἱ λοιποὶ, Συναγάγετέ μοι τοὺς ὁσίους μου. *Hebræus textus & ceteri, Congregate mihi ſanctos meos*, quomodo habet S. Hieronymus: in Hebræo enim ſunt affixa pronomina primæ perſonæ. Eſt autem hæc apoſtrophe ad Angelos, vt
Matth. 25, 31. colligant *ſanctos*, vel, vt in Hebræo eſt, *beneficos & miſericordes*, ad iudicium, vt iudici aduenien-
1. Theſſ. 4, 17. ti rapiantur *in nubibus obuiam Chriſto in aëra.* Angelorum enim miniſterio futura creditur corporum ſuſcitatio, & ante Deum repræſentatio;
Matth. 13, 41. vt ex diuerſis Scripturæ locis patet. Sic: *In conſummatione ſaculi mittet Filius hominis Angelos*
Ibid. 49. *ſuos*, &c. item: *Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum*, &c. Hoc eſt id quod hîc dicit, *Congregate illi ſanctos eius*; id eſt, Seorſum collocate, eoſque à reliquis ſeparate.

Fœdera olim in ſacrificio feriebantur.

IBIDEM. *Qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.*] S. Hieronymus, *qui feriunt pactum meum in ſacrificio*; alij, *qui pepigerunt pactum meum ſuper ſacrificio.* Quod dupliciter intelligi poteſt. Primò, vt approbetur ſacrificium tamquam effectus & teſtificatio pietatis, & totius pacti, ſiue teſtamenti. Secundò, vt ſit ſenſus: Qui præpoſuerunt teſtamentum & legem Dei ſacrificijs corporalibus; ſiue, qui non ſat eſſe putarunt offerre ſacrificia, niſi etiam Dei teſtamentum & leges ſeruarent, ſcientes obedientiam & ſpiritalem cultum præſtare victimis & holocauſtis. Huc accedit Chaldæa Paraphraſis: *Qui pepigerunt pactum, & firmauerunt legem, & operam nauarunt orationi, quæ ſimilis eſt oblationibus.* Eſt autem alluſio ad antiquum ritum; quo, cæſis victimis, fœdus olim cum Deo feriebant. Itaque hæc erit ordinatio, quam Septuaginta expreſſerunt; vt præmiſſum ſacrificium ſequatur ordine ſuo ſolemnitas fœderis. Ad quem ritum haud dubiè Dominus quoque in vltima
Luc. 22, 20. Cœna alluſit, cùm dixit: *Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo.* Vbi longè patens & magna quædam latet exaggeratio amoris Chriſti. quaſi dixerit Dominus: In veteribus ſacrificijs pacta firmabantur, proprium quidem ſanguinem obligando, ſed offerendo alienum; at ego proprium ſtatim exhibendo vobis: ideò nouum Teſtamentum, quia non in victimarum, ſed in meo ſanguine. Concinit his locus Pauli

Chriſti fœdus nobiſcum in proprio ſanguine.

Hebr. 9, 12. de Chriſto dicentis: *Non per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem, introiuit ſemel in Sancta. Et ideo noui Teſtamenti mediator eſt*; vnde & noui mandati amoris
Ioan. 13, 34. inſtitutor, dicens: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* Idem fuerat in lege mandatum; ſed ipſe denuò addidit, vt ſuo ſibi ſtaret ſanguine. Talem nobis commendat amorem.

Ceterùm S. Chryſoſtomus (vti & Commentator Græcus ſuprà poſitus) docet his Pſalmi verbis imperari Angelis, vt ſiſtant ad Chriſti tribunal Sacerdotes in primis ſceleratos; vt ſententiâ capitalis ſupplicij à Deo feriantur. Deinde quærit, ſi mali iubentur ſiſti, cur ſancti appellentur. Et reſpondet, quòd Deus ſanctos appellarit, *accuſationem augens, & honorem adijciens, ad maiorem ſignificationem ſupplicij.* quaſi diceret: Vt accuſatio augeretur, honoris commendatio anteceſſit: vt grauitas culpæ maior appareret, ſanctitas ſtatus ac muneris præmiſſa fuit. Significat ergo Vates ex Chryſoſtomi ſententia, Sacerdotes præ ceteris in iudicium adducendos eſſe; & ſi quidem naufragium animarum eueniat, cùm ſit communis plurium calamitas, tamen in primis eſſe illis, qui ad clauum ſedent religionis, pœnas diuino iudicio perſoluendas. Hac enim illi conditione adminiſtrandæ Eccleſiæ onus prouinciamque ſuſcipiunt, vt pro omnibus reſponſuri ſint Deo: hoc ineunt cum illo fœdus & æternum pactum, non Euangelio, ſed auguſto ſacrificio tangendo. quod Dauid hîc præmonet dicens: *Congregate illi ſanctos qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.* Hîc ſancti, hoc eſt, teletis initiati, ſuper adorando ſacrificio pactum ineunt de ſtudio & fidelitate communi omnium parenti Deo ſeruanda. Hoc verò è maximis periculis vnum horribile in primis & pertimeſcendum eſt, nempe ſacris præfecturis inſignitos pro reliquo populo rationem reddere debere: quod præſtantes virtute viri non ſine pauore ingenti reputare ſolent. Vnde S. Chryſoſtomus lib. 6. de Sacerdotio cap. 1. cùm legeret apud D. Paulum Sacerdotibus rationem eſſe reddendam pro animabus, quæ ſunt illorum curæ commiſſæ, illam vocem, quaſi tonitru horrificum atque vibrans ſibi ait κατασείει τὴν ψυχήν, *terrore quodam inuſitato animum concutere.* Et Commentarijs ſuis in Epiſt. ad Hebræos eumdem ipſum locum illuſtrans, *Papæ*, inquit, *quantum periculum! Quid miſeris illis dixeris, qui ſe conijciunt in tantam abyſſum ſuppliciorum? Omnium quos regis virorum, & mulierum, & puerorum a te reddenda eſt ratio.* Subdit grauiſſimè mirari ſe, an fieri poſſit, vt aliquis ex rectoribus ſit ſaluus. Idem omninò fuit S. Auguſtini & communis hac de re Sanctorum omnium ſenſus.

ANNOTATIONES CORDERII.

Sacerdotes præ ceteris in iudicium adducendi.

Graue onus Sacerdotũ, pro alijs debere rationem reddere in iudicio.

7. *Audi populus meus, & loquar, Iſraël.*] *Id eſt* (vt exponit S. Auguſtinus ad hunc locum) *Iſraël audi, populus meus audi. Iſraël nomen electionis eſt. Non vocaberis, ait, Iacob; ſed vocaberis Iſraël. Ergo audi ſicut Iſraël, ſicut videns Deum, etſi nondum ſpecie, ſed iam fide: hoc enim interpretatur Iſraël videns Deum. Qui habet aures audiendi, audiat: & qui habet oculos videndi, videat. Et teſtificabor tibi*, tamquam rem certam, ſecuram, & firmam. Quid loquitur? Quid teſtificatur, qui tantùm petit attentionem? *Deus Deus tuus ego ſum.* Hoc tamquam primum totius ædificij fundamentum ſupponendum eſt, quòd me debes habere & colere tamquam verum ac legitimum Dominum Deum. Cuicumque autem legitimo domino impendenda ſunt à ſeruis aliqua ſeruitutis officia, quibus illius dominium & ſuam profiteantur ſeruitutem. *Quid igitur* (inquit S. Auguſtinus) *quæris ab homine Deus noſter, Imperator & Rex noſter, qui hoc ſtatutum eſſe voluit, Deus Deus*

Iſraël eſt populus Dei: & quid ſignificet.
Gen. 32, 28.

ANNOTATIONES CORDERII.

tuus ego ſum? Quod vectigal nobis indicis? Quid à nobis exigis? Audiamus:

8. *Non in ſacrificijs tuis arguam te.*] *Non tibi dicam: Quare non mihi pinguem taurum mactaſti? Quare non de grege tuo optimum hircum elegiſti? Quare aries ille ambulat in ouibus tuis, & in ara mea non ponitur? Non dicam: Inſpice agros tuos, & cortem tuam, & parietes tuos, quærendo quid mihi des. Non ſuper ſacrificia tua arguam te.* Hæc abundè mihi offers; & perpetuò rebus iſtis altaria mea plena ſunt.

9. *Non accipiam de domo tua vitulos.*] Hæc, vt benè notat Genebrardus, verba ſunt Iudicis ſignificantis ſe non iudicaturum ex legis victimis, ſed ex animi puritate, cultu & fide noui Teſtamenti, tacitè innuendo abrogationem Leuiticorum ſacrificiorum, quæ per ſe Deo numquam grata extiterunt, ſed tantùm ex fide & pietate offerentium; item ratione typi & imaginis: quia nimirum Chriſtum veram victimam referebant, qui eſt Filius Dei dilectus, in quo perpetuò ſibi complacuit.

Deo vetera ſacrificia numquam per ſe placuerunt.

10. *Quoniam mea ſunt omnes feræ ſiluarum,* &c.] Eleganter hæc iterùm S. Auguſtinus paraphraſticè in perſona Dei ſic loquentis exponit: *Quid à te quæram quod ego condidi? Magiſue eſt hoc tuum, cui poſſidere dedi, quàm meum qui feci? Sed fortè ait Iſraël: Beſtiæ Dei ſunt, illæ beſtiæ feræ, quas non includo in corte mea; quas non alligo ad præſepe meum. Ceterùm bos ille, & ouis, & hircus, mea ſunt hæc. Pecora in montibus & boues. Mea ſunt illa quæ non poſſides, mea ſunt iſta quæ poſſides: ſi enim ſeruus meus es tu, totum peculium tuum meum eſt.*

11. *Cognoui omnia volatilia cæli.*] Id eſt, Numerum eorum apud me deſcriptum habeo, tamquam quæ ſubſint omnia ditioni meæ, & quæ ſingula poſſim proprijs nominibus aduocare; & dicent, Adſumus. *Et pulchritudo agri mecum eſt:* vel, vt S. Hieronymus legit, *Vniuerſitas agri.* hoc eſt: Quidquid in campo pulchrum eſt & ſpecioſum, *mecum eſt*, id eſt, adeſt mihi præſens, vt non oporteat longa inſtituere itinera ad illud inquirendum.

12. *Si eſuriero, non dicam tibi.*] *Dic ergo Domine Deus noſter* (inquit S. Auguſtinus) *quid indicis populo tuo, Iſraëli tuo?* quid ab illo poſtulas? quid tibi præſtari vis, quo profiteatur te tamquam legitimum ſuum Deum?

14. *Immola Deo ſacrificium laudis.*] Quid eſt ſacrificium laudis? Reſpondet D. Baſilius, *ſacrificium glorificationis*, cùm ſcilicet omnium bonorum noſtrorum laudem & gloriam in ipſum, tamquam in eorum auctorem, referimus. Videtur Dauid alludere ad ſacrificia, quibus thus lucidiſſimum admiſceri Deus iuſſerat, vt in honorem eius crematetur, dum interim carnes victimarum in ſacrificantium vtilitatem cederent; hoc pacto inſinuans, ſolam laudem & gloriam ſibi ex ſacrificijs reſeruari. Vnde in tantum ſacrificia præcipiebat & acceptabat, in quantum illa ad ipſius laudem & gloriam referebantur. Reiectis ergo ſacrificijs, quæ videri poterant offerri, quaſi quibuſdam Deus indigeret, ſicut ea Gentium Dijs hominibuſque offerri ſolent; ea ſolummodò requirit ſacrificia, quibus teſtamur omnia nobis à Deo prouenire, noſque donis eius indigere: qualia ſunt ſacrificium laudis, & vota quæ pro perceptis aut percipiendis beneficijs Deo perſoluimus, illumque in neceſſitate pijs precibus inuocamus. Rectè autem hîc notat Genebrardus, *ſacrificium* hîc non propriè ſumi, ſed tranſlatè, pro laude, gratiarum actione, prece, Dei celebratione, iuſtitia, opere charitatis & pietatis, non pro oblatione publica per ſacerdotem ſolemniter facta; vt intelligamus, ad ſacrificiorum ſolemnium participationem adferendam eſſe charitatem erga proximum, & pietatem erga Deum. Explicat enim ſuperiora, & docet ſe primariò ſacrificium ſpiritale requirere: alludit interim ad *ſacrificium laudis*, quod genus erat ſacrificij pro vniuerſis iniquitatibus, quo profitebantur Dei poteſtatem & magnitudinem, ſuam autem miſeriam & infirmitatem. Hebraicè autem vocatur תּוֹדָה *Thoda*, id eſt *confeſſionis*, ſeu *laudis*. ſignificat enim vtrumque. Rabbini ſic interpretantur. q. d. Agnoſce & confitere Deo tua peccata, eaque tibi remittet: noſtri verò ſic: q. d. Lauda Deum, gratias ei age, ipſum cole. Chryſoſtomus de ſacrificio Euchariſtiæ videtur intellexiſſe. Et certè ſacrificiorum Leuiticorum abrogationi ſubijciendi erant veri Dei cultus. Quin & *Thoda*, vti Euchariſtia, erat ſacrificium non ſolùm laudis, ſiue εὐχαριστικὸν, ſed etiam ἱλαστικὸν & expiatorium: nam, vt Kimchi in radicibus docet, non differebat ab hoſtijs pro peccato & pro delicto; niſi quòd hæ offerrentur pro ſingularibus peccatis vel delictis, iſto fiebat confeſſio iniquitatum omnium per oblationem incenſi & fermenti, vt in Leuitico habetur: in alijs enim non licebat iſta offerre. Atque ita quidem, quia pro cunctis peccatis fide offerebatur, erat expiatorium; quia verò pro pace & beneficio obtento vel obtinendo more pacificorum offerebatur, erat euchariſticum. Chryſoſtomo aſſentiuntur veteres Talmudici: nam hi ex eodem Kimchi in Pſalmum centeſimum; *Omnes* (inquiunt) *orationes in aduentu Meſſiæ ceſſabunt; at confeſſio non ceſſabit. Omnes oblationes ceſſabunt, at non oblatio* Thoda. Conſtat ergo, Dei laudem eſſe pulcherrimum & potentiſſimum ſacrificium quo maximè Numen honorificatur, quodque à Prophetis, ſacrificijs alijs omnibus Synagogæ veteris anteponitur. Oſeas *vitulos labiorum* appellat, vt maiorem & opimiorem hoſtiam, non auratis cornibus floribuſque redimitam, ſed coronatam gratiam, & donis cæleſtibus nobilem. *Reddemus vitulos labiorum noſtrorum.* hoc eſt, inquit S. Gregorius Magnus in lib. 1. Regum cap. 1. *pro largitate munerum reddemus ſacrificia laudis per obſequium labiorum.* Sic D. Paulus in cælo eruditus, præ mille vitulis & hecatombe hanc hoſtiam commendat: *Offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius.*

Quale ſit ſacrificium laudis.

Thoda quale ſacrificium fuerit.

Oſee 14, 3.

Heb. 13, 15.

16. *Quare tu enarras iuſtitias meas?*] Meritò hoc Deus vitioſo concionatori obijcere poſſit: indignum enim videtur, vt aſſumat teſtamentum Dei per os ſuum, à cuius corde abſit longiſſimè, quique linguæ & orationi impiâ vitâ contradicat; præſertim cùm liberator hominum Chriſtus iam monuerit, non illum eſſe beatum, qui dicendo fuerit mirabilis, & loquendi ſuauitate atque elegantiâ ceteros omnes anteierit, ſed *qui fecerit & docuerit*, eum magnum glorioſumque futurum. Quare qui vitâ & corruptis moribus deho-

Vitioſus concionator officio ſuo indignus eſt.

Matth. 5, 19.

dehoneſtat verbi Dei prædicationem, audetque in publicam lucem venire, domeſtico præconio teſtes aduocat impudentiæ ſuæ & temeritatis, cuius pœnas diuino iudicio dependet. Neque verò eſt vt ab eiuſmodi hominibus expectemus inſignem aliquem fructum ad animos commouendos, & amplificandam Numinis gloriam, quos verè Iſidorus Peluſiota lib. 2. Epiſt. 141. aiebat, *τὸ θεῖον κήρυγμα ἀνατρέπειν*, *diuinam prædicationem euertere*, quod dictis contraria faciant; atque adeò eâ ratione perficere, vt quæ dicunt, auditoribus *μῦθοι fabulæ* videantur. *Perdit auctoritatem docendi, cuius ſermo opere deſtruitur*, ait grauiſſimè D. Hieronymus Epiſt. 83. Abbas Chæremon apud Caſſianum Collatione 11. cap. 4. illud ipſum egregiè diſputat: *Numquam erit efficax inſtituentis auctoritas, niſi eam effectu operis ſui cordi infixerit audientis* Huiuſmodi inaniſſimos concionatores D. Paulus no-
Cor. 13. minaret *cymbala tinnientia*: S. Baſilius vocabat ἐγγαστριμύθους, Pythonicos veluti quoſdam, & de ventre loquentes, qui de moribus nihil curent, & tantùm ad commodum & vtilitatem ſuam concionentur: Iuſtinus Martyr Sophiſtas, qui φιλόλογοι potiùs ſint verboſi, quàm φιλέργοι. vnde pulchrum eſt Ferrandi Diaconi in Parænetica pronuntiatum: *Virtus prima eſt benè viuere, ſecunda rectè docere*. Eleganter item Petrus Rauennas cognomento Chryſologus ſerm. 167. *Doctrina in dictis ſcientia eſt, in factis virtus*. Atque hæc veritas ita ſcintillat, vt eam quoque mundi ſapientes viderint. nam Seneca Epiſt. 20. id rotundè grauiterque dixit: *Facere docet Philoſophia, non dicere*.

...ſciplin... odit, ...i ſermo... Dei cō... mit, aut ...miſci...

17. *Tu verò odiſti diſciplinam.*] Conuincit hypocritas perfidiæ ſuæ, quòd pietatem, quam ore iactant, vitâ & operibus abnegent: contemptum verò Dei hinc probat, quòd nullam eius verborum rationem habeant. hoc enim ait: *Et proiecisti ſermones meos retrorſum.* quod S. Ambroſius de obliuione exponit. q. d. Cùm ſemel mea verba audiuiſſes, ea minimè memoriæ mandaſti, ſed ſtatim oblitus es; ita vt ſecundùm illum, qui excepta Dei verba obliuioni mandat, dicatur odiſſe diſciplinam eius. Ea enim quæ amamus, fideliter mandamus memoriæ. Alij
...ſciplina ...id. verò per diſciplinam hîc intelligunt correctionem per tribulationes & res aduerſas, vt cùm S. Auguſtino plures ex Latinis interpretantur; vt ea vox ſumitur apud Ieremiam, vbi dicitur:
...r. 2, 30. *Fruſtrà percuſſi filios veſtros, diſciplinam non re-*
...ebr. 12, ... *ceperunt*. & ad Hebræos: *Omnis autem diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris*. Quaſi ei mollem vitam, & à laboribus abhorrentem obijciens, Dominus dicat, iuxta S. Auguſtinum: *Quando parco, cantas, & laudas; quando caſtigo, murmuras: quaſi, quando parco, ſim Deus tuus; & quando non parco, non ſim Deus tuus. Ego quos amo arguo & caſtigo; tu verò odiſti eruditionem*. quaſi diceret: Quid aſſine homini ſuis commoditatibus dedito cum prædicatione meæ legis? Ergo ſicut tu acerbè odiſti diſciplinam & labores; ita tu mihi ad prædicationis munus inuiſus & ineptus es.

...ccatores ...ui diſſi...ulationē ...ccati ap...obationē ...terpre...atur.

21. *Hæc feciſti, & tacui.*] Hoc eſt, Tu feciſti peccata, ego ſupplicia ſuſpendi; imò tacitus diſſimulaui. Quid verò tu ex hac mea patientia? Tantum abfuit, vt redires ad pœnitentiam, vt potiùs in maiorem dementiam abires. *Exiſtimaſti iniquè quòd ero tui ſimilis.* hoc eſt, interprete D. Auguſtino ad hunc locum: *Parum eſt, quia mala facta tua placent tibi, placere putas & mihi: Deum quia non pateris vltorem, vis habere participem; & tamquam corruptum iudicem, prædæ ſocium vis habere*. Vt igitur Deus tam ſiniſtram de ſe ſuſpicionem amputaret, ſubdit: *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Hoc eſt diuturnum illud ſilentium, quo tua peccata diſſimulabam, tandem abrumpam: tua tibi ſcelera obijciam, & à tergo, in quod illa reieceras, ad oculos reuocabo. *Vide* (inquit S. Auguſtinus in Pſal. 100. ſcribens) *tempus miſericordiæ. Quid eſt, tacui? Numquid non corripuit? ſed non iudicauit. Quomodo enim tacet, qui quotidie clamat in Scripturis, in Euangelio, in prædicatoribus ſuis? Tacuit à ſupplicio, non tacuit à verbo. Et quia tacuit Deus, id eſt, non vindicauit, quid ſibi dixit in corde ſuo peccator? Audi: Suſpicatus es, inquit, iniquitatem, quòd ero tibi ſimilis; id eſt, Parum eſt, quia tu talis eras, & me talem putabas. Arguam te, & ſtatuam ante te faciem tuam. Tu te ponis poſt te; ego te ponam ante te. Omnis enim qui non vult videre peccata ſua, poſt dorſum ſe ponit, & alterum peccata acutè attendit, non per diligentiam, ſed per inuidentiam; non volens ſanare, ſed accuſare; ſe autem obliuiſcitur*. Iudicium igitur teipſum ſibi oſtendet. Operta iam ſunt peccata dum viuimus, idcircò non terrent nos: in fine vitæ denudabuntur, & in ordinem diſpoſita obijcientur intuenda ei, qui patrauerit illa. Non multis quæſtionibus & reſponſis, non argumentis & defenſionibus opus erit, omnia liquida & aperti iuris, omnia in ſyngraphis & perſcriptionibus Iudicis accuratiſſimè ſignata ſunt. *Ecce*, inquit, *ſcriptum* Iſa. 65, 6.
eſt coram me, non tacebo; ſed reddam & retribuam. Tunc anima omnes actiones, dicta, cogitationes ſuas vnico cernet intuitu; nec poterit eorum quidquam negare, conſcientiâ vndique conuictâ. Ita pronuntiabitur ſententia, totumque hoc iudicium breuiſſimo tempore in hunc ferè modum peragetur: In primo ſcilicet inſtanti ſeparationis animæ à corpore obijciuntur menti eius omnia bona & mala quæ vnquam fecit: deinde eodem momento videt clarè, quantum præmij vel ſupplicij meruerit. Denique reuelatur illi ſententia Dei Iudicis, quâ vel æternis ſupplicijs vel æternis gaudijs addicitur. Hæc autem ſententia fertur diuinâ operatione, quâ in mente formatur actus iudicij, qualis conciperetur ex locutione externa Iudicis infallibilis. Sic enim Deus loquitur creaturæ ſpiritali; quæ etiam certiſſima redditur, hoc iudicium prouenire à Deo, & eſſe illius ſententiam. Quomodo verò omnia opera bona & mala menti obijciantur, & quomodo quiſque videat ſe præmio vel pœnâ dignum, vide fuſiùs explicatum à Leſſio lib. 13. de Perfectionibus diuinis cap. 22. num. 137. & ſequentibus. Breuiter, hoc totum fit per actus quos Deus ſingulari influxu in mente excitat: qui ſimiles ſunt viſioni imaginariæ, vel actibus perfectæ memoriæ, quibus quaſi videmus res præteritas cum ſuis circumſtantijs. Itaque neque accuſatore neque teſtibus hîc opus erit; quia ipſa cuiuſque conſcientia exactiſſimè de omnibus accuſabit & teſtabitur; idque in conſpectu om-

ANNOTATIONES CORDERII.

Quomodo iudicium particulare cuiuſlibet animæ in ipſo mortis articulo fiat.

ANNOTATIONES CORDERII.

nium Sanctorum, qui eadem omnia clarè videbunt, & teſtabuntur. Et credibile eſt, eamdem quoque notitiam fore in dæmonibus, vt videant, quàm iuſtum ſit Dei iudicium. Nam ſi in die vniuerſalis iudicij omnium facta omnibus erunt manifeſta, vt iuſtitia ſententiæ Iudicis omnibus appareat; cur non etiam in particulari iudicio ſint manifeſta dæmonibus, damnationis ſocijs, Iudicis apparitoribus, & ſententiæ executoribus? Porrò lata hoc modo ſententiâ, quam etiam dæmones intelligunt, anima ſic condemnata ſtatim rapitur deorſum ad pœnas tartareas, ibique detinetur, ita vt nullo modo poſſit egredi, vel pœnas declinare. Hoc totum breuiſſimo tempore & quaſi momento peragitur, vt credibile eſt, priuſquam anima diſceſſerit localiter à ſuo corpore. Et quia omnibus horis plurimi toto orbe ex hac vita decedunt, iudicium hoc quaſi aſſiduè agitur. Neque id difficile menti illi infinitæ, quæ omnibus animabus & mentibus creatis intimè præſens eſt, & omnia earum opera optimè nouit, & facilè poteſt ea cuilibet in conſpectu ponere, & intrinſecus ſententiam dicere.

22. *Intelligite hæc, qui obliuiſcimini Deum.*] Hæc animum aduertite, hæc cogitate: aderit profectò dies, quo abſtruſiſſima quæque reuelabuntur: ne fidite ſecretis cubiculis, nec artificioſis dolis, quibus alios capitis; capiemini viciſſim & rapiemini, nec erit qui eripiet. Ille ipſe iudicabit, qui læſus eſt. ab hoc ad alium prouocatio erit vana, defenſio friuola, excuſatio ſtulta, fauores inutiles, preces ſteriles, patrocinium ſerum, detrectatio nulla: nam Iudex inadulabilis & incorruptus, ſententia ſuprema & irreuocabilis, decretum æternum, æternum eſt ſupplicium; ad quod diabolus damnati animam ſibi traditam, iamque ſuam abripiet, ſibi numquam ampliùs eripiendam.

23. *Sacrificium laudis honorificabit me*, &c.] Hoc Symmachus planiùs interpretatur: Θυάζων ὑπὲρ αἰνέσεως, δοξάσει με, καὶ τῷ ἐντάκτως ὁδεύοντι δείξω σωτήριον Θεοῦ. *Qui immolat pro laude, glorificabit me, & ordinatè incedenti oſtendam ſalutare Dei.* Iuxta Septuaginta ſenſus eſt, ac ſi dicat: Sacrificio laudis oblector, & hoc arbitror gloriam mihi eſſe congruentem, & per hoc meum iter oſtendam ei, cuius finis eſt ſalus à Deo obtenta. Noſtram verſionem declarat S. Hieronymus: *In hoc* (inquiens) *ſacrificio laudis indicat viam, quæ ducit ad vitam, id eſt Chriſtum.* Tam grata enim Deo accidit ipſius à nobis laudatio, vt ſacrificium vocet viamque ad Chriſtum ipſum, qui noſtra ſalus & vita eſt, deducentem. Ceterùm & hîc aliud intelligi poteſt ſacrificium laudis; legit enim ex Hebræo D. Hieronymus: *Qui immolat confeſſionem, glorificat me; & qui ordinat viam, oſtendam ei ſalutare Dei.* Eſt enim confeſſio peccatorum offenſo Deo gratiſſimum planè ſacrificium; quo ille mactatis & combuſtis in holocauſtum noſtris ſceleribus ſummè colitur: vbi etiam pœnitens nouam & rectam ingreditur viam, quæ ducit ad vitam. Deinde ſacrificium laudis dicitur confeſſio & pœnitentia; quia ſumma laus eſt diuini ſpiritus, ex eo quòd mortuum in peccatis ad vitam gratiæ ſuæ reuocarit. Nam (vt benè S. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 16. ait) *quemadmodum aridum lignum aquam participans flores emittit; ſic & anima peccatrix per pœnitentiam Spiritu ſancto digna reddita, iuſtitiæ racemos progenerat.* Denique à potiori hoc conuenit Ven. Euchariſtiæ. Quod enim aliud magis propriè ſacrificium laudis eſſe ac dici poſſit, quam ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum à legitimo ſacerdote in Eccleſia quotidie ſub tremendum Miſſæ ſacrificium ipſiuſmet Chriſti verbis conſecrari, & in odorem ſuauitatis Deo ad ſummam eius laudem & gloriam offerri ſolitum, in quo recta ad cælum via fidelibus oſtenditur, & cæleſtis gloriæ pignus offertur?

Laudatio Dei ſacrificium, & iter ad vitam.

Confeſſio ſacrificium, & via ad vitam.

Ven. Euchariſtia eſt ſacrificium laudis, & via ad vitam ſalutem.

IN PSALMVM L. ARGVMENTVM.

1. In finem Pſalmus Dauid.

2. Cùm venit ad eum Nathan Propheta, quando intrauit ad Berſabee.

α΄. Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

β΄. Ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προφήτην, ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεέ.

Perſpicuè docet Scriptura Pſalmi huius argumentum, quin & verba ipſius ſatis indicant mentis affectum: continet autem futurorum prædictionem; quare etiam In finem *inſcriptus eſt, vt ſermo declaret, vaticinium finem ſortiturum. Diuini enim Spiritus radio illuſtratus, etiam pœnitentiæ tempore vaticinatus eſt. quem Spiritum, vt ſecum permaneat, deprecatur dicens:* Spiritum tuum ſanctum ne auferas à

Σαφῶς διδάσκει ἡ θεία γραφὴ τὴν ὑπόθεσιν, καὶ αὐτὰ δὲ τοῦ ψαλμοῦ τὰ ῥήματα ἱκανὰ διδάξαι τῆς διανοίας τὸ πάθος· μελλόντων δὲ ἔχει προαγόρευσιν, διὸ καὶ εἰς τὸ τέλος ἐπιγέγραπται τοῦ λόγου δηλοῦντος ὡς ἕξει τέλος ἡ προφητεία. Ὑπὸ γὰρ τῆς ἀκτῖνος τοῦ θείου πνεύματος φωτιζόμενος, καὶ ἐν καιρῷ τῆς μετανοίας προεφήτευσεν· ὅπερ καὶ παραμένειν αὐτῷ, ἱκετεύει λέγων· τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ.

ἐμοῦ. Συνέγραψε δὲ τὸν ψαλμὸν τοῖς οἰκείοις θεραπεύων τραύμασι, καὶ τῷ λαῷ κατασκευάζων κατάλληλον φάρμακον.

me. *Conſcripſit autem Pſalmum hunc proprijs vulneribus medelam adferens,& populo conſimilem præparans medicinam.* PARAPHRASIS PATRVM.

PARAPHRASIS.

γʹ. ΕΛΕΗΣΟΝ με ὁ θεός, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου.

Σφόδρα φαίνονται ὠφεληθέντες ἀπὸ τῶν συμφορῶν Ἰσραηλῖται· οἱ γὰρ μέγα ζητοῦντες ἔλεος, ὁμολογοῦσιν ὑπὲρ μεγάλου πλημμελήματος τοῦτο αἰτεῖν. οὐδὲν δὲ οὕτως εἰς ἔλεον ἐπισπᾶται τὸν δεσπότην, ὡς ὁμολογία πλημμελήματος· καὶ μάλιστα ὅταν μεθ' ὑπερβολῆς, ἡ τοῦ πλημμελήματος ὁμολογεῖται δύναμις. διὰ τοῦτο ἐπιφέρει·

Καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου.

Ὡς ἐπὶ τοῦ ἐλέου τὸ μέγα ᾔτησε, καὶ ἐπὶ τῶν οἰκτιρμῶν τὸ πλῆθος ἐπεζήτησεν, ὡς οὐ δυναμένου τοῦ πλημμελήματος ἐξαλειφθῆναι ὄντος μεγάλου, μὴ τυχόντες ἀναλόγων οἰκτιρμῶν καὶ φιλανθρωπίας. Ἔτι καὶ τὸ ἑξῆς σαφέστερον αὐτὸ ποιεῖ. ἐπάγει γάρ·

δʹ. Ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου· καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με.

Πάλιν ἐνταῦθα τὸν πλεονασμὸν ᾔτησε τῆς καθάρσεως, εἰπὼν ἐπὶ πλεῖον, διὰ τὸ δεῖξαι πανταχοῦ τὸ πλημμέλημα μέγα. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν λέγει, δι' ἣν ἄξιός ἐστι φιλανθρωπίας. ἐπάγει γάρ·

εʹ. Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω· καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστὶ διαπαντός.

Εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐπίγνω, φησί, τὸ πλημμέλημα μηδὲ κατὰ πρόσωπόν μου καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἦγεν τοῦτο, ὥστε τρόπον τινὰ τῇ ὄψει τοῦ πλημμεληθέντος εἰς πλείονα γενέσθαι κατάνυξιν καὶ μετάνοιαν, οὔπω ἤμην ἄξιος τυχεῖν φιλανθρωπίας. εἰ δὲ αὐτὸς ἐμαυτὸν βασανίζων τῇ ἐπιγνώσει τοῦ κακοῦ, καὶ τῇ ὄψει τοῦ γεγονότος, ἀρκέσθητι, φησί, δέσποτα, τῷ ἐμὲ παρ' ἐμαυτοῦ δίκας λαμβάνειν, αὐτὸς δὲ μὴ ἐπιθῇς τὰ παρὰ σαυτοῦ.

3. MISERERE mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam.

Iſraëlitæ videntur ex calamitatibus magnum fructum retuliſſe: dum enim magnam quærunt miſericordiam, fatentur ſe pro magno delicto hoc poſtulare. Nil autem Dominum ad miſericordiam ſic allicit ac delicti confeſſio; præſertim quando vis delicti per confeſſionem excellenter exprimitur. quapropter ſubiungit:

Iſraëlitæ ex calamitatibus ad pœnitentiam adducti.

Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Vtpote in miſericordia petijt magnitudinem, & in miſerationibus expetijt multitudinem, ac ſi delictum, quod magnum eſſet, minimè deleri potuiſſet, niſi miſerationibus ac benignitate illi proportionatis. Id quod ſequitur adhuc manifeſtius id facit. ſubdit enim:

Magnum delictum exigit magnam miſericordiam.

4. Ampliùs laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Rurſum hîc mundationis petijt incrementum, cùm dixit *ampliùs*; vt vbique magnum ſuum delictum oſtenderet. Deinceps etiam cauſſam addit, ob quam dignus ſit clementiâ. infert enim:

5. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Niſi enim, inquit, delictum meum agnouiſſem, & quotidie ante oculos meos ſtatuiſſem, vt aſpectu quodammodò delicti ad maiorem compunctionem ac pœnitentiam excitarer; haud vtique dignus eſſem conſequi clementiam. Verumtamen cùm ego memetipſum mali agnitione & patrati ſceleris contéplatione diſcruciē, ſufficiat tibi, inquit, Domine, quòd à memetipſo ſuppliciū ſumam; tu autem noli etiam ex parte tua illud adijcere,

Qui ſeipſum punit venia dignus fit.

PARAPHRASIS PATRVM.

Deinde quoque aliam quamdam rationabilem cauſſam addit. Qualem iſtam? ſubiungit:

6. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci:

Etiam ad hoc, inquit, Domine attendas, quòd in Babylonios, qui me modò affligunt, nihil deliquerim, ſed in te Dominum meum ſolummodò peccauerim; quare me ab eorum iniurijs liberari & examini clementiæque tuæ permitti æquum ſit. Pulchrè duas haſce rationabiles cauſſas coniunxit, vt clementiam adipiſceretur: vnam quidem, quia nimirum delictum agnoſcit; alteram verò, quoniam Babylonijs nullam intulit iniuriam. Sed in te Deum quidem peccauit, verùm Babylonios nil offendit. vnde ſubdit:

Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.

Tu ſiquidem, inquit, Domine, ſi me iudices, vincis me. Cùm enim plurimis nos beneficijs affeceris, gratitudinem à nobis non retuliſti: at Babylonij nullam habent cauſſam nos criminandi, neque cum ratione quidquam nobis poſſunt obijcere, quia nobis iniuriam intulerunt. Ceterùm hoc ſecundùm modum loquendi Scripturæ intelligendum eſt, cùm ait: *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.* Non enim idcircò populus peccauit Deo, vt Deus in iudicando iuſtus appareret; ſed quia populus ingratum ſe exhibuerat, neceſſariò propter eorumdem ingratitudinem iuſta illis irrogare debebat. Illa igitur particula cauſſalis *vt* non ponitur hîc pro cauſſa (licet id ita videatur) ſed quid inde conſecutum ſit, exponit: quòd nimirum Deus, poſtquam populus peccauerat, iuſtus appareret, dum illos iudicaret. Ceterùm attendenda eſt conſequentia. ſubiungit igitur:

Nota modum loquendi Scripturæ.

7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Admirandis vtitur ratiocinationibus. Dixerat primùm, Quoniam dignus ſum qui conſequar clementiam, quia delictum meum agnoui. Secundò, Quoniam nihil offendi Babylonios, ſed in te ſolùm peccaui; & habes plurimas iuſtas rationes me propter ingratitudinem puniendi. Ad hæc

εἶτα καὶ ἄλλην τινὰ εὔλογον αἰτίαν λέγει. ποίαν ταύτην; ἐπιφέρει·

ϛʹ. Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα·

Καὶ πρὸς τοῦτο, φησὶν, ἀπόβλεψον δέσποτα, ὅτι εἰς τοὺς Βαβυλωνίους τοὺς νῦν ἀδικοῦντάς με οὐδὲν ἠδίκησα, εἰς δέ σε δεσπότην μόνον ἐπλημμέλησα. δίκαιος οὖν ἂν εἴην τῆς τούτων μὲν ἀπαλλαγῆναι κακοποιΐας, ὑπὸ δὲ τὴν σὴν εἶναι δοκιμασίαν καὶ φιλανθρωπίαν. Καλῶς τὰς δύο ἐπισυνῆψεν αἰτίας εὐλόγους πρὸς τὸ φιλανθρωπίας ἀξιωθῆναι· μίαν μὲν, ὅτι ἐπέγνω τὸ πλημμέλημα· δευτέραν δὲ, ὅτι οὐδὲν ἠδίκησε Βαβυλωνίους. ἀλλ' ὅτι εἰς μὲν τὸν Θεὸν ἥμαρτεν, εἰς δὲ τοὺς Βαβυλωνίους οὐδὲν ἠδίκησεν. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.

Σὺ μὲν γάρ, φησι, δέσποτα, ἐὰν κρίνῃ με, νικᾷς με. πολλὰ γὰρ εὐεργετήσας, εὐγνωμοσύνης οὐκ ἔτυχες τῆς παρ' ἡμῶν· Βαβυλώνιοι δὲ οὐδεμίαν οὐκ ἔχουσι χώραν ἐγκαλεῖν ἡμῖν, ἀλλ' οὐδὲ λέγειν πρὸς ἡμᾶς εὔλογα ὡς ἀδικοῦντες ἡμᾶς. ἐπισημαντέον δὲ καὶ τῷ ἰδιώματι τῆς γραφῆς ὅτι εἶπεν· Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτο ὁ λαὸς ἥμαρτε τῷ Θεῷ, ἵνα ὁ Θεὸς ἐν τῷ κρίνεσθαι δίκαιος ἀναφανῇ· ἀλλ' ἐπειδὴ ἠγνωμόνησεν ὁ λαὸς, ἀναγκαίως ἀγνωμονηθεὶς δίκαια εἶχεν ἐγκαλεῖν πρὸς τοὺς ἀγνωμονοῦντας. Τὸ οὖν ὅπως, οὐ κεῖται ἐνταῦθα ἐπὶ αἰτίας (εἰ καὶ ἐμφαίνει τοῦτο) ἀλλ' αὐτὴν τὴν ἀκολουθίαν ἐξηγεῖται· ὅτι τοῦ λαοῦ ἁμαρτήσαντος ὁ Θεὸς δίκαιος ἀναφανεῖται κρινόμενος πρὸς αὐτούς. ἀλλ' ἀρκτέον τῆς ἀκολουθίας. ἐπιφέρει οὖν

ζʹ. Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην· καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου.

Θαυμασίοις κέχρηται τοῖς λογισμοῖς. εἶπεν πρότερον, ὅτι ἄξιός εἰμι τυχεῖν φιλανθρωπίας, ἐπειδὴ ἐπέγνων μου τὸ πλημμέλημα. Δεύτερον, ὅτι οὐδὲν ἠδίκησα Βαβυλωνίους, ἀλλ' ὅτι εἰς σὲ μόνον ἥμαρτον, καὶ ὅτι αὐτὸς ἔχεις δίκαια πολλὰ πρὸς ἐμὲ τοῦ δίκας εἰσπράξασθαί με τῆς ἀγνωμοσύνης. πρὸς τούτοις ἐπι-

ἐπιφέρει· Ἰδοὺ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην. ὡσανεὶ ἔλεγε πρὸς τὸν Θεόν· ὅτι εἰ οὖν δίκας με βούλει ἀπαιτῆσαι ὧν ἐπλημμέλησα εἰς σε, ὥρα σοι μὴ μόνον τὰς ἐμὰς εἰσπράττεσθαι ἁμαρτίας, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν προγόνων· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι εὐγνώμονες ὤφθησαν περὶ σὲ, ἀλλ᾽ οὐδὲ αὐτὸς ἐγὼ, ἀλλὰ τρόπον τινὰ τὴν τῶν προγόνων ἀγνωμοσύνην ἐκληρονόμησα· καὶ ἐξ ἐκείνων τὸ ἁμαρτάνειν εἰς σε ἐπισύρομαι. ἀλλὰ παρεῖδες, φησι, ταῦτα πάντα τὰ πλημμελήματα, ἐπὶ τῶν προγόνων σαυτὸν μιμησάμενος, καὶ τῆς οἰκείας ἀναμνησθεὶς φιλανθρωπίας. τίς τούτου ἡ ἀπόδειξις;

ή. Ἰδοὺ γὰρ ἀλήθειαν ἠγάπησας· τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.

Καλῶς ἀλήθειαν ἠγάπησας. Οὐκ εἶδες, φησι, εἰς τὰ τῶν προγόνων πλημμελήματα, ἀλλὰ τὴν σαυτοῦ βεβαιότητα ἐμιμήσω καὶ χρηστότητα. καὶ πλημμελησάντων τοιαῦτα τῶν προγόνων, ὥστε καὶ μόσχον ἀντὶ Θεοῦ καὶ γλύψαι καὶ προσκυνῆσαι, σαυτὸν μιμησάμενος, αὐτοῖς καὶ νόμους δέδωκας, καὶ ἱερωσύνης διάταξιν ἐχαρίσω, καὶ πολιτείαν εἰσηγήσω, εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης πεπληρωμένην. πάντα γὰρ ταῦτα κατὰ τὸν νόμον ἄδηλα καὶ κρύφια καλεῖ, ὡς πρότερον μὲν ὄντα τοῖς ἀνθρώποις ἄδηλα καὶ κεκρυμμένα, μετὰ ταῦτα δὲ δῆλα γενόμενα διὰ τῆς τοῦ νόμου δόσεως. ὡς καὶ ὁ προφήτης Βαρούχ· μακάριοι ἐσμὲν Ἰσραὴλ ὅτι τὰ ἀρεστὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν ἐστι γνωστά. ὡς πρὸ τούτου τῶν ἀνθρώπων καμνόντων, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ γνῶναι τί ἀρέσκει τὸν Θεόν.

θ΄. Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι.

Εἰπὼν, ὅτι δέδωκας ἡμῖν νόμους θείους καὶ διατάξεις ἱερωσύνης, λέγει τὸ μεῖζον, ὅτι καὶ καθαρισμοὺς τινὰς ἐν τῷ νόμῳ ἐχαρίσω. Οὕτω γὰρ καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος ἐποίησε κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ διάταξιν, τὸ αἷμα τῶν μόσχων λαβὼν, καὶ ὕσσωπον ἐρράντισε, τὸν λαὸν, καὶ τὴν σκηνὴν καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὡσανεὶ, καθαίρων αὐτὰ καὶ ποιῶν ἄξια τῆς ἁγιότητος τοῦ Θεοῦ· ὅτι πλημμελησάντων τῶν προγόνων, οὐ μόνον νόμους ἐχαρίσω, ἀλλὰ καὶ καθαρισμοὺς τοῖς οὐ δυναμένοις οἴκοθεν καθαρίζεσθαι. κατὰ τοῦτον οὖν σου τὸν σκοπὸν δέσποτα, καὶ νῦν μὴ πρὸς τὰ πλημμελήματα ἴδῃς τὰ ἡμέτερα,

infert: *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum.* PARAPHRASIS PATRVM.
quaſi Deo diceret: Si igitur volueris de me ſupplicium ſumere propter ea quæ deliqui aduerſum te, non ſolùm occaſionem habes *Petit veniam exemplo maiorum.*
mea peccata puniendi, ſed etiam maiorum: nam nec illi erga te grati extiterunt, quin nec ego ipſe; ſed quodammodò maiorum ingratitudinem hereditaui, atque exinde trahor ad peccandum aduerſum te. Verumtamen, inquit, hæc omnia delicta in maioribus diſſimulaſti temetipſum imitatus, & propriæ benignitatis recordatus. Quodnam iſtius rei indicium?

8. Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Rectè veritatem dilexiſti. Non reſpexiſti, inquit, in delicta progenitorum, ſed tuam ipſius conſtantiam atque clementiam imitatus es; cùm maiores adeò deliquiſſent, vt & vitulum pro Deo ſculperent atque adorarent, temetipſum imitatus, etiam legem ijs dediſti, & ſacerdotij ordinem largitus es, atque rempublicam inſtituiſti pietatis ac iuſtitiæ plenam. Hæc enim omnia iuxta legem *incerta & occulta* vocat; vt quæ priùs hominibus incerta erant & occulta, poſteà verò manifeſta reddita per legis conceſſionem. ſicut etiam Propheta Baruch ait: *Beati ſumus Iſraël: quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt nobis.* Ac ſi anteà etiam homines laboraſſent, vt vel cognoſcerent, quid placitum eſſet Deo. *Deus clementer agere ſolet.* Bar. 4, 4.

9. Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Cùm dixiſſet, Quia leges diuinas & ſacerdotij ordinationes nobis tradidiſti, ait id quod maius eſt, Quoniam & expiationes quaſdam in lege largitus es. Sic enim etiam beatus Moyſes fecit, qui ſecundùm Dei ordinationem ſanguinem vitulorum & hyſſopum accipiens, populum, & tabernaculũ ceteraq; omnia aſperſit, ipſa quodammodò explans, & Dei ſanctitate digna efficiens: quoniam cùm maiores noſtri peccaſſent, non ſolùm leges largitus es, ſed etiã expiationes ijs qui domi expiari non poterant. Itaque ſecundùm hunc ſcopum tuum Domine, etiamnum ad delicta noſtra me reſpicias, *Expiationes Iudæis conceſſæ.*

ſed

PARAPHRASIS PATRVM.

ſed ad clementiam tuam, quam exhibuiſti ab initio; & præbe etiam nobis ſimilia: nam idem es Deus erga conſimiles peccatores. Vnde ſubiungit:

** Vulgata Auditui meo dabis gaudium*

10. * Audire me facies exultationem & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Petit lætitiam animi pro contritione.

Quin etiamnum nobis, inquit, tribue gaudium & lætitiam, cùm noſtra contritio & poteſtatis humiliatio tibi ſatis ſit, & tribue miſerationes. Illud autem ἀκουτιεῖς, id eſt, *audire facies*, q.d. præbebis. Quemadmodum enim ea quæ ad aures noſtras perueniunt habemus deinceps cognita; ſic etiam illa quæ præſtita erant dicit quoque auditu percepta. Quomodo verò fiet hoc? ſi diſſimulaueris, inquit, peccata noſtra. vnde ſubdit:

11. Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Si hæc, inquit, præbueris gratiæ tuæ, imitatus fueris teipſum, erga illos qui ſimili egent clementiâ.

12. Cor mundum crea in me Deus:

Illud *crea* dicit pro *excita*: non enim nouum cor ſibi fieri poſtulant, ſed illud ipſum quod habebant renouari. *Cor* verò cogitationes vocat. Vult itaque dicere. q.d. Dirige Domine cogitationes noſtras.

Cor pro cogitationibus accipitur.

Et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Spiritum rectum inquit, id eſt, bonum propoſitum, quod non ampliùs peccet, inde nobis. Si enim, inquit, cogitationes direxeris, neceſſariò diriges etiam intentionem. Quid igitur petas dic clarè.

13. Ne proijcias me à facie tua: & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Poſtulat redire in Ieruſalem.

Ne igitur, inquit, multo tempore me morari facias in Babylonia; ſed reduc me in Ieruſalem. Nunc enim videor mihi eſſe extra faciem tuam, quòd non ſtem in templo tuo, neque conſueta offeram ſacrificia. Reduc me igitur, inquit, ad propria, & priſtinam mihi gratiam

ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς σου φιλανθρωπίαν, καὶ παράσχου καὶ ἡμῖν τὰ ὅμοια. ὁ γὰρ αὐτὸς εἶ θεὸς ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις ἁμαρτωλοῖς. ὅθεν ἐπιφέρει·

ι΄. Ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην· καὶ ἀγαλλιάσονται ὀστέα τεταπεινωμένα.

Καὶ νῦν οὖν, φησιν, ἐφ' ἡμῶν χάρισαι ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην, ἀρκεσθεὶς τῇ συντριβῇ ἡμῶν, καὶ τῇ τῆς δυνάμεως ταπεινώσει, καὶ χάρισαι τοὺς οἰκτιρμούς. Τὸ γὰρ ἀκουτιεῖς, ἀντὶ τοῦ ἀκουστὰ ἡμῖν ποιήσεις, ἀντὶ τοῦ παρέξεις λέγει· ὡς γὰρ τὰ ἐλθόντα εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν ἔχομεν λοιπὸν εἰς γνῶσιν, οὕτω καὶ τὰ παρασχεθέντα ἀκουστὰ γενέσθαι εἶπεν. Πῶς δὲ ἔσται τοῦτο; εἰ παρίδοις, φησί, τὰ πλημμελήματα ἡμῶν. ὅθεν ἐπιφέρει·

ια΄. Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου· καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον.

Εἰ ταῦτά, φησι, παράσχῃς τῇ σαυτοῦ χάριτι, ἐμιμήσω σαυτὸν περὶ τοὺς ὁμοίως δεομένους φιλανθρωπίας.

ιβ΄. Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ θεός·

Τὸ κτίσον, ἀντὶ τοῦ, ἀνάκτισον λέγει· οὐδὲ γὰρ καινὴν αἰτοῦσι γενέσθαι καρδίαν αὐτοῖς, ἀλλὰ τὴν οὖσαν ἀνακαινοποιηθῆναι. καρδίαν δὲ τοὺς λογισμοὺς καλεῖ. βούλεται οὖν εἰπεῖν ὅτι διόρθωσαι ἡμῶν τοὺς λογισμοὺς δέσποτα.

Καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου.

Πνεῦμα εὐθὲς προαίρεσιν ἀγαθήν φησι, καὶ οὐκέτι πλημμελοῦσαν ἔνθεν ἐν ἡμῖν. εἰ γάρ, φησι, τοὺς λογισμοὺς διορθώσαιο, διορθώσω ἐξ ἀνάγκης καὶ τὴν προαίρεσιν. τί οὖν αἰτεῖς εἰπὲ φανερῶς.

ιγ΄. Μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ προσώπου σου· καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ.

Μὴ οὖν, φησιν, ἐπὶ πολὺ χρονίσαι με ποιήσῃς ἐπὶ τῆς βαβυλωνίας, ἀλλὰ ἐπανάγαγέ με εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ. Νῦν γὰρ ἔξω δοκῶ εἶναι τοῦ προσώπου τοῦ σοῦ μὴ ἑστὼς ἐν τῷ ναῷ τῷ σῷ, μήτε τὰς ἠθισμένας προσφέρων θυσίας. Ἐπανάγαγέ με οὖν, φησιν, εἰς τὰ οἰκεῖα καὶ τὴν χάριν ἀπόδος μοι πάλιν τὴν ἀρχαίαν.

ἀρχαίαν. τοῦτο γὰρ λέγει τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον. ὅθεν ἐπάγει·

ιβʹ. Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου·

Καὶ ἀπόδος μοι, φησὶ, τὰ ἀρχαῖα πάντα δι' ὧν ἐσωζόμην.

Καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με.

Παρασκεύασον δέ, φησιν, ἀρχὴν τῶν περιοίκων καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν. τὸ γὰρ πνεύματι ἡγεμονικῷ, ἀντὶ τοῦ ἡγεμόνα με πάλιν κατάστησον καὶ ἄρχοντα τῶν περιοίκων. Καὶ τί ἐκ τούτου ἐπὶ καταστῆς τῶν περιοίκων καὶ τῶν ἐθνῶν ἄρχων καὶ ἡγεμὼν, τί ποιήσεις;

ιεʹ. Διδάξω ἀνόμους τὰς ὁδούς σου, καὶ ἀσεβεῖς ἐπὶ σὲ ἐπιστρέψουσι.

Πείσω οὖν κἀκείνους εὐσεβείας ἀντέχεσθαι, καὶ τῶν εἰδώλων ἀμελεῖν.

ιϛʹ. Ῥῦσαί με ἐξ αἱμάτων ὁ θεὸς, ὁ θεὸς τῆς σωτηρίας μου·

Ἀπάλλαξον οὖν, φησί, με δέσποτα τῶν φονίων τούτων ἀνδρῶν. τοῦτο γὰρ λέγει ἐξ αἱμάτων.

Ἀγαλλιάσεται ἡ γλῶσσά μου τὴν δικαιοσύνην σου.

ιζʹ. Κύριε, τὰ χείλη μου ἀνοίξεις· καὶ τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου.

Τὸ αὐτὸ λέγει ἐν τοῖς τρισὶ στίχοις· ὅτι παράσχου μοι δέσποτα τὸ εὐφημεῖν σε καὶ ἀνυμνεῖν διὰ γλώσσης καὶ διὰ χειλέων, καὶ ἐξαγγέλλειν ὅσα μοι παρέχεις ἀγαθὰ, ἔτι τε καὶ μετ' εὐφροσύνης τοῦτο ποιεῖν. εἶτα καὶ εὐλόγους αἰτίας πάλιν ἐπιφέρει·

ιηʹ. Ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν ἔδωκα ἄν· ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις.

Ὑπὲρ γὰρ τούτων αἰνέσεως εἰ κατεδέχου θυσίαν, καὶ ἐβούλου ἐν ἄλλῳ τόπῳ, καὶ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ θυσίαν λαβεῖν, ἐποίησα ἄν. ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ νόμος κωλύει ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ μὴ ἐξεῖναι ἡμῖν θυσίαν προσφέρειν (οὐδὲ γὰρ εὐδοκεῖς τοῖς τοιούτοις ὁλοκαυτώμασιν) ἀντὶ τῆς θυσίας σοι προσφέρομέν τι; καρδίαν συντετριμμένην. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιθʹ. Θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συν-

restitue. hanc enim vocat Spiritum ſanctum tuum. vnde ſubiungit:

14. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui:

Et redde mihi, inquit, priſtina omnia per quæ viuebam.

Et ſpiritu principali confirma me.

Quin, inquit, præbe mihi imperium in vicinos ac reliquas gentes. Nam illud *ſpiritu principali*, id eſt, Statue me rurſus principem ac ducem vicinorum. Et quid inde. Si conſtitutus fueris finitimarum ac ceterarum gentium princeps, quid facies?

15. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Perſuadebo vtique etiam ipſis vt pietatem colant, & idola reſpuant.

16.* Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ:

Libera igitur, inquit, me Domine ab homicidis viris iſtis. hoc enim ait *de ſanguinibus*.

* Exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

17. Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Tribus iſtis verſiculis idem dicit; nimirum, Da mihi Domine, vt celebrem te, & laudem per linguam & per labia, & enuntiem quæ præſtitiſti mihi bona, vt etiam cum iucunditate hoc agam. Deinde iterùm probabiles cauſſas adfert:

18. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.

Pro his enim laudibus ſi ſacrificium ſuſcepiſſes, & in loco alieno ac captiuitate ſacrificium accipere voluiſſes, feciſſem vtique; verùm cùm lex vetet nobis extra Ieruſalem ſacrificium offerre; (neque enim iſtiuſmodi holocauſtis delectaris;) pro ſacrificijs quid offerimus tibi? Cor contritum. vnde ſubdit:

19. Sacrificium Deo ſpiritus

PARAPHRASIS PATRVM.

Petit imperium in gentes.

* *Vulgata addit* &

Tantùm Ieroſolymis licebat ſacrificare.

PARAPHRASIS PATRVM.

contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Offerimus tibi, inquit, pro ſacrificijs animum (hunc enim vocat ſpiritum) humiliatum, & cor contribulatum; quæ, inquit, non deſpicies Domine, ſed non ſecùs ac ſacrificia ſuſcipies. Et quid petis vt fiat tibi?

* Vulgata. Benignè fac

20. * Benefac Domine in bona voluntate tua Sion:

Beneplaceat igitur, inquit, tibi Domine demonſtrare quoque benignitatem tuam in Sion, vt quid fiat.

Et ædificentur muri Ieruſalem.

Petit reſtitui Ieroſolymam & cultum Dei.

Vt iterùm, inquit, muri priſtinam ſuam formam recipiant. Deinde deprecans pro ciuitate, dicit cauſſam, ob quam pro illa deprecetur.

21. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ,

Et pro ciuitate, inquit, non ſimpliciter rogo, ſed vt nobis locus ſit, in quo colere pietatem & legitima implere poſſimus.

Oblationes, & holocauſta:

Offerendo, inquit, tibi ea quæ lex præcipit.

Tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Vt etiam, inquit, locus nobis ſit ſecundùm conſuetudinem in altaribus ac templis vitulos offerendi pro delicto & ſalutari.

τετριμμένον, καρδίαν συντετριμμένην ὁ θεὸς οὐκ ἐξουδενώσεις.

Προσφέρομέν σοι, φησὶν, ἀντὶ τῶν θυσιῶν γνώμην (τοῦτο γὰρ λέγει πνεῦμα) ταπεινωθεῖσαν, καὶ καρδίαν ταλαιπωρηθεῖσαν, ἅπερ, φησὶ, μὴ ἀπαξιώσῃς δέσποτα, ἀλλ' ὡς θυσίας δέξῃ ταῦτα. καὶ τί αἰτεῖς γενέσθαι σοι;

κ'. Ἀγάθυνον κύριε ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου τὴν Σιών·

Εὐδόκησον οὖν, φησὶ, δέσποτα ἐπιδείξασθαί σου τὴν ἀγαθότητα, καὶ ἐπὶ τὴν Σιὼν, ὥστε τί γενέσθαι;

Καὶ οἰκοδομηθήτω τὰ τείχη Ἱερουσαλήμ.

Ὥστε πάλιν, φησὶν, ἀπολαβεῖν τὰ τείχη τὸ ἀρχαῖον σχῆμα. εἶτα εὐξάμενος ὑπὲρ τῆς πόλεως λέγει τὴν αἰτίαν, δι' ἣν εὔχεται ὑπὲρ αὐτῆς.

κα'. Τότε εὐδοκήσεις θυσίαν δικαιοσύνης,

Καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως εὔχομαι, φησὶν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὥστε εἶναι τόπον ἡμῖν ἐν ᾧ μέλλομεν εὐσεβεῖν καὶ τὰ νόμιμα πληροῦν.

Ἀναφορὰν, καὶ ὁλοκαυτώματα·

Ἀναφέρειν σοι, φησὶν, ἅπερ ὁ νόμος προστάττει.

Τότε ἀνοίσουσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν σου μόσχους.

Ὥστε, φησὶ, καὶ χώραν ἡμῖν εἶναι συνήθως ἐπὶ τῶν θυσιαστηρίων τῶν νεῶν προσφέρειν μόσχους ὑπὲρ πλημμελήματος καὶ ὑπὲρ σωτηρίου.

COMMENTARIVS.

3. MISERERE MEI DEVS.] Cùm diuino Dauidi, tum populo captiuo, tum etiam nobis malè affectis, propoſita verba congruunt. Magnis ſiquidem vulneribus, magnis quoque opus eſt medicamentis: propter quod etiam magnus Dauid vniuerſam in ſe effundi rogat miſericordiam, omnemque fontem miſerationum. haud enim aliâ ratione peccati veſtigia deleri poterant. Meritò autem iniquitatem vocat delictum. Reus enim erat duplicis præuaricationis, ſcilicet adulterij & homicidij. Ceterùm magna miſericordia deſignat quoque

Magnis peccatis magnâ opus eſt miſericordiâ.

γ'. ἘΛΕΗΣΟΝ ΜΕ Ο ΘΕΟΣ.] Καὶ τῷ θείῳ Δαβὶδ, καὶ τῷ δορυαλώτῳ λαῷ, καὶ τοῖς ἐν ἡμῖν διακειμένοις κακῶς, ἁρμόζει τὰ προκείμενα ῥήματα. Τὰ γὰρ μεγάλα τῶν τραυμάτων, ἰσομέτρων δεῖται καὶ τῶν φαρμάκων· οὗ δὴ χάριν καὶ ὁ μέγας ἱκετεύει Δαβὶδ, ὅλον εἰς αὐτὸν ἐκχυθῆναι τὸν ἔλεον, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν οἰκτιρμῶν πηγήν. οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἦν ἐξαλειφθῆναι τῆς ἁμαρτίας τὰ ἴχνη. εἰκότως δὲ ἀνόμημα καλεῖ τὸ πλημμέλημα. Διπλῆν γὰρ εἶχε τοῦ νόμου παράβασιν, τήν τε μοιχείαν, καὶ τὸν φόνον. Μέγα δὲ ἔλεος δηλοῖ καὶ τὸ κατὰ τὴν

ἐπια-

ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, οὗ μεῖζον οὐ γέγονεν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται.

δ'. ΕΠΙ ΠΛΕΙΟΝ ΠΛΥΝΟΝ ΜΕ.] Τοῦ δεῖξαι πανταχοῦ τὸ πλημμέλημα μέγα, ἢ ἐπεὶ παρὰ Νάθαν ἤκουσε τὴν συγχώρησιν, καὶ αἱ παντοδαπαὶ δὲ συμφοραὶ τὸ πολὺ ὑπετέμοντο τῆς ἁμαρτίας. νῦν δέ φησιν ἔτι δέομαι ῥυμμάτων καὶ ἐκπλύσεως, ἵνα τέλεον ὁ προσεστηκὼς ἀποξεσθῇ ῥύπος. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν λέγει δι' ἣν ἄξιός ἐστι φιλανθρωπίας· Οὐδὲ γὰρ λήθην, φησὶν, ἔλαβον τῆς ἁμαρτίας, καίτοι καὶ διὰ τοῦ προφήτου συγγνώμης τυχὼν, ἀλλὰ διηνεκῶς ὁρῶ τῶν ἐμῶν κακῶν τὰς εἰκόνας, καὶ τὰς τολμηθείσας παρανομίας· ὁ δὲ μεμνημένος τῶν ἤδη τολμηθέντων, οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο πρὸς ἑτέρας ἐλθεῖν, ἃς ἡ λήθη τῶν προτέρων ἐργάζεται.

ϛ'. ΣΟΙ ΜΟΝΩΙ ΗΜΑΡΤΟΝ.] Πολλῶν γὰρ ἀπολαύσας παρά σου τοῖς ἐναντίοις ἠμειψάμην· καὶ οὐ λέγει ὡς οὐκ ἠδίκησε τὸν Οὐρίαν· (πῶς γάρ;) ἀλλ' ὅτι ἡ μεγίστη παρανομία εἰς αὐτὸν τετόλμηται τὸν Θεὸν, τὸν ἐκλεξάμενον, καὶ βασιλέα ἐκ προβατέως πεποιηκότα. ἢ ἐπεὶ τοὺς πάντων ἀποκρυψάμενος ὀφθαλμοὺς, τοὺς τοῦ Θεοῦ οὐ διέλαθεν, ἀλλ' ἠλέγχθη διὰ τοῦ προφήτου. ἢ ὡς μὲν βασιλεὺς νόμῳ ἀνθρώπων οὐχ ὑπέκειτο, ὡς δὲ θεοσεβὴς τῷ Θεῷ μόνῳ. ἢ ἐπεὶ ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς ἤλεγχε, Θεὸς δὲ διωρθώσατο μόνος· σοὶ, φησὶ, μόνῳ ἥμαρτον. Ἐκ προσώπου δὲ τῶν ἐν Βαβυλῶνι εἰ λέγοιτο· ὅτι εἰς μὲν Βαβυλωνίους τοὺς ἀδικοῦντας οὐδὲν ἠδίκησα, εἰς δὲ τὸν δεσπότην μόνον ἐπλημμέλησα. Εἰ γένοιτο οὖν, φησὶ, κρίσις τῶν εἰς ἐμὲ δωρεῶν καὶ τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας, σὺ μὲν δίκαιος φανήσῃ καὶ φιλάνθρωπος, ἐγὼ δὲ παράνομος καὶ ἀχάριστος προξενήσας ἐμαυτῷ τὰ κακά. Οὐκ αἰτιολογικὸν ἄρα τὸ ὅπως. οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἥμαρτεν ὁ Δαβὶδ, ἵνα ὁ Θεὸς δικαιωθῇ, ἀλλ' ἵνα τοὐναντίον, καὶ τῆς ἁμαρτίας γενομένης, τοῦ Θεοῦ τὸ δίκαιον ἀναδείκνυται· πάντων γὰρ πεποίηται πρόνοιαν. ἢ τοῦτό φησιν, ἐπεὶ ὁ Θεὸς εἶπεν, ὅτι ἐπιῤῥεπεστέραν εἶναι τὴν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὰ πονηρά· καὶ τὸ οὐκ ἔστιν ὃς οὐχ ἁμαρτήσεται. δικαιοῦται ὁ Θεὸς ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ἐν οἷς εἶπεν ἅπαντας ἐγκεκλικότας ἅμα ἠχρειῶσθαι. ταῦτα δὲ καὶ νικᾷ κρινόμενος πρὸς ἀνθρώπους, ἀποδεικνύων τούτους ἁμαρτωλούς. Τοιοῦτον καὶ τὸ· Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι οὐχ ἡμαρτήκαμεν, ψεύστην ποιοῦμεν αὐτόν. ἡ νίκη τοῦ

myſterium incarnationis, quo maius nullum extitit, nec eſſe poſſit. COMMENTARIVS PATRVM.

4. AMPLIVS LAVA ME.] Vt vtrobique delicti ſui magnitudinem oſtendat, vel quia intellexerat ex Nathan peccatum iri condonatum, & omnigenas calamitates exuberantiam eius intercidiſſe. Ceterùm, inquit, modò adhuc mihi aſperſionibus ac lotione opus eſt, vt ſordes adhæreſcentes perfectè abſtergantur. Deinde quoque rationem reddit ob quam dignus ſit clementiâ: Non enim, inquit, peccati obliuio me cepit, licet per Prophetam id mihi condonatum intellexerim; ſed aſſiduè mihi malorum meorum imagines obuerſantur, & memor ſum ſcelerum meorum: quorum dum facinora olim patrata mecum recolo, præcauetur lapſus in alia, quæ priorum obliuio cauſſaret.

Continuò peccatum expiandũ.

6. TIBI SOLI PECCAVI] Plurimis enim à te affectus beneficijs, contraria tamen rependi: & non dicit ſe iniuriâ nullâ Vriam affeciſſe; (quomodo enim?) ſed maximum crimen in Deum commiſiſſe; qui ipſum elegit, & è paſtore Regem creauit. Vel quia cùm ceterorum oculos effugiſſet, Deum tamen non latuit, ſed per Prophetam reprehenſus fuit. Vel quòd vt Rex humanis quidem legibus non eſſet ſubiectus; ſed vt Dei cultor ſoli Deo. Vel quia nullus hominum ipſum increparat, ſolus verò Deus eum correxerat; *Tibi*, inquit, *ſoli peccaui*. Si dicatur autem ex perſona eorum qui erant in Babylonia: Quoniam in Babylonios mihi iniurios nihil peccaui, ſed in Dominum ſolum deliqui. Quòd ſi igitur, inquit, de tuis in me donis, & de peccato meo iudiciũ fiat, tu quidem iuſtus apparebis & benignus, ego verò iniquus & ingratus, qui mihi ipſi mala conſciuerim. Non eſt itaque cauſſalis particula iſta *vt*. Siquidem non idcircò peccauit Dauid, vt Deus iuſtificaretur; ſed vt è contrà, etiam peccato iam patrato, iuſtitia Dei oſtenderetur: omnium enim habet prouidentiam. Vel hoc ait, quia Deus mentem hominũ ad praua proniorem eſſe dixit; & quòd non ſit homo qui non peccet. Iuſtificatur Deus in ſermonibus ſuis, quibus dixit, omnes qui declinauerunt ſimul inutiles factos eſſe. Hæc autẽ vincit, cùm homines iudicat, oſtendens ipſos eſſe peccatores. Tale eſt & illud: *Si dixerimus quoniã non peccauimus, mendacẽ facimus eum.* Vel victoria

Quomodo Dauid dicat ſe ſoli Deo peccaſſe.

Gen. 8, 21. *Omnes proni ſumus ad peccandum.* Pſal. 13, 1. 1. Ioan. 1, 10.

COMMENTARIVS PATRVM.

Victoria iudicis eſt ſalus pœnitentis.

iudicis atque iuſtificatio eſt pœnitentia iudicandi: nam iudex noſter vincit, non quando condemnat, ſed quando reum ſeruat. Itaque Dauid adhortans ad pœnitentiam, increpauit vt vinceret in tempore iudicij, cõſiderans peccatorem ſaluari per condonationem. Ad hæc etiam alteram adiungit iuſtificationẽ, dicens:

Ex peccato primi parentis hereditauimus procliuitatem ad peccandum.

7. ECCE ENIM IN INIQVITATIBVS CONCEPTVS SVM.] A primordio, inquit, natura iam inde à primis parentibus peccato ſuccubuit; quod per eorumdem præuaricationem inualeſcens, viam quamdam & ſemitam per humanum genus ſibi aperuit: non quòd peccati efficacia ſit naturalis; (alioquin enim expers eſſet punitionis;) ſed quòd pronitas ad peccãdum cum natura hereditetur; (vincit tamen ratio & labor;) quin neque neceſſitas imperat propter libertatem. Vel quia primariò intendebat Deus, vt non per nuptias naſceremur & corruptionem; præuaricatio verò nuptias introduxit, eò quòd iniquè egiſſet Adam, præuaricator effectus mandati. Omnes qui ex Adam deſcendunt, in iniquitatibus concipiuntur, progenitoris damnationi ſuccumbentes. Et quia etiam Eua prima concepit peccatum, concupiſcens voluptatem, idcircò & nos in iniquitate concipi dicimur: abſtinentia igitur nuptiarum horum omnium malorum munerum immunitate gaudet.

Dauid prophetia dono honoratus.

8. ECCE ENIM VERITATEM DILEXISTI.] Sic autem, inquit, iudicas, & alios quidem punis; alios verò coronas, quia veritatem amas: quin & me omni veniâ indignum & ingratum tantis muneribus dignaris, vt ea quæ alijs incerta, & poſt longum temporis ſpatium futura ſunt, mihi antè manifeſtaueris; vt etiam de vnigeniti tui incarnatione, ac de ſalutari eius paſſione & reſurrectione, atque magnificis ſacri Baptiſmatis donis alios erudirem. Hæc omnia à ſanctiſſimo Spiritu prædoctus, rogo, vt illius gratiæ, quam alijs vaticinando prænuntio, particeps efficiar. *Adſperges me hyſſopo, & mundabor.* Sola enim Baptiſmi gratia poteſt hanc munditiem adferre. Quòd ſi peccatum, quod ad mortalem hanc vitam nobis aditum patefecit, obſtiterit, vt quid talem Deus ſubijt natiuitatem? Tamquam igitur oraculo edoctus, cauſſam ſubiunxit: *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.*

Hyſſopus figura Baptiſmi.

κριτοῦ καὶ δικαίωσις, ἡ μετάνοια τοῦ κρινομένου· νικᾷ γὰρ ὁ κριτὴς ὁ ἡμέτερος, οὐχ ὅταν κατακρίνῃ, ἀλλ᾽ ὅταν σώσῃ τὸν ὑπόδικον. Οὐκοῦν Δαβὶδ προτρέπων εἰς μετάνοιαν, ἤλεγξεν, ἵνα νικήσῃ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως, θεωρῶν τὸν ἁμαρτωλὸν διὰ συγγνώμης σωζόμενον. ἐπὶ τούτοις καὶ ἕτερον ἐπιφέρει δικαίωμα λέγων·

ζ΄. ΙΔΟΥ ΓΑΡ ΕΝ ΑΝΟΜΙΑΙΣ ΣΥΝΕΛΗΦΘΗΝ.] Ἄνωθεν, φησιν, ἡ φύσις καὶ ἐκ προγόνων τῇ ἁμαρτίᾳ ὑπέπεσε, διὰ τῆς παραβάσεως καὶ τὴν προσπάτορα κρατήσασα, ὁδόν τινα ἑαυτῇ, καὶ τρίβον ἐν τῷ γένει εἰργάσατο· τοῦτο δὲ οὐχ ὅτι φυσικὴ ἡ τῆς ἁμαρτίας ἐνέργεια· (ἀτιμώρητος γὰρ ἦν·) ἀλλ᾽ ὅτι τὸ εὐόλισθον αὐτῇ συγκεκλήρωται· (νικᾷ γὰρ ὅμως γνώμη καὶ πόνος·) ἀλλ᾽ οὐκ ἀνάγκη κρατεῖται διὰ τὸ αὐτεξούσιον. ἢ ἐπεὶ προηγουμένως ἦν σκοπὸς τοῦ θεοῦ, μὴ διὰ γάμου γενέσθαι ἡμᾶς καὶ φθορᾶς. ἡ δὲ παράβασις τὸν γάμον εἰσήγαγε διὰ τὸ ἀνομῆσαι τὸν Ἀδάμ, ἀθετητὴν γενόμενον τῆς ἐντολῆς. πάντες οἱ ἐξ Ἀδὰμ ἐν ἀνομίαις συλλαμβάνονται, τῇ προπατορικῇ καταδίκῃ ὑποπίπτοντες. καὶ ἐπεὶ καὶ ἡ Εὔα πρώτη ἐκίσσησε τὴν ἁμαρτίαν, ὀρεγοῦσα τὴν ἡδονήν, διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς κισσᾶσθαι λεγόμεθα, ἡ ἀναχώρησις οὖν τοῦ γάμου, πάντων ἀτέλειαν τῶν κακῶν τούτων ἔχει λειτουργημάτων.

η΄. ΙΔΟΥ ΓΑΡ ΑΛΗΘΕΙΑΝ ΗΓΑΠΗΣΑΣ.] Οὕτω δέ, φησι, κρίνεις, καὶ τοὺς μὲν κολάζεις, τοὺς δὲ στεφανοῖς, ἐπειδὴ τὴν ἀλήθειαν στέργεις, καὶ τὸν ἀνάξιόν με πάσης συγγνώμης ἀξιοῖς τῶν τοσούτων δωρεῶν ἀχάριστον, τὰ τοῖς ἄλλοις ἄδηλα, καὶ μετὰ μακρὸν ἐσόμενα χρόνον προδεδήλωκας, ὡς καὶ τοὺς ἄλλους διδάξαι τὴν τοῦ μονογενοῦς σου ἐνανθρώπησιν, καὶ τὸ σωτήριον πάθος, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὰ μεγαλοπρεπῆ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος δῶρα. Ταῦτα πάντα παρὰ τοῦ παναγίου σου προδιδαχθεὶς πνεύματος, ἱκετεύω μεταχεῖν ἐκείνης τῆς χάριτος, ἣν καὶ τοῖς ἄλλοις προθεσπίζω βοῶν. Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι. μόνη γὰρ ἡ τοῦ βαπτίσματος δωρεὰ ταύτην ἐργάσασθαι τὴν κάθαρσιν δύναται. εἰ ἡ ἁμαρτία, ἡ εἰς τὸν θνητὸν βίον πάροδος ἡμῖν προξενήσασα, ἀντέπιπτε, διὰ τί τοιαύτην ὑφίστη γέννησιν ὁ θεός; ὡς οὖν μυηθεὶς τὴν αἰτίαν ἐπήγαγε· Τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.

εἰ

εἰ γὰρ ἡ πᾶσα τοῦ βίου καταστροφὴ μέχρι τῆς θνητῆς ὑπῆρχε ζωῆς, οὐκ ἔδει γενέσθαι τοιοῦτον· ἐπειδὴ δὲ ζωὴ αἰώνιος καὶ βασιλεία οὐρανῶν τοῖς εὐσεβέσιν ἀπόκειται, καὶ τῆς θνητῆς ἔδει ζωῆς, ὡς ἂν ἐνταῦθα παιδευθεῖσα ἡ ψυχὴ παρασκευάσηται καθάπερ ἐν ἀγῶνι πρὸς τὰς μελλούσας ἐπαγγελίας γυμναζομένη. Καὶ πάλιν ἡ ἁμαρτάδα ἦν ἀθεράπευτος· κἂν εἴπω τις τὸν παρόντα βίον ἐμέμψατο· νῦν δὲ ψυχῶν ἔχομεν σωτῆρα καὶ ἰατρόν, διὸ θαῤῥῶν τοῖς σοῖς βοηθήμασι λέγω· ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ καὶ καθαρισθήσομαι. καὶ τοῦτο ζητῶν ἔλεγον· Ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου. οὕτω γὰρ καθαρθεὶς, τῆς σῆς εὐφραντικῆς ἀκούσω φωνῆς· αἱ γὰρ τῆς ψυχῆς δυνάμεις, ὥσπερ ὀστᾶ συντεθλασμένα, τῆς παρά σου χαρᾶς μεταλήψονται. Μυστικῶς δὲ τὸ ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, ἔοικεν αἰνίττεσθαι τι τοιοῦτο. Ἐκέλευε γὰρ ὁ νόμος αἵματι τοῦ πάσχα προβάτου δι' ὑσσώπου ῥαίνεσθαι τὰς φλιὰς, πρὸς ἀποσόβησιν τοῦ ὀλοθρευτοῦ, ἡμῶν δὲ τὸ πάσχα ἐτύθη Χριστός. Τιμίῳ γὰρ αἵματι αὐτοῦ ἠγοράσθημεν· ὅπερ διὰ τοῦ παρόντος αἰνίττεται, τῆς εἰκόνος ἐπιγνοὺς τὴν ἀλήθειαν. ὅθεν οὐκ ἀργῶς τέθεικε τὸ, καὶ τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐγνώρισάς μοι. ἡ μέντοι ὕσσωπος εἶδός ἐστι πόας, ὑπεμφαίνει δὲ τὴν ἐν ἡμῖν γινομένην τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνέργειαν σμηκτικήν· θερμοτάτη γὰρ ἡ πόα· παραλαμβάνεται δὲ καὶ πρὸς ἀποκάθαρσιν τῶν ἐν σπλάγχνοις. Σημαίνει δὲ τὸ ἀκουτιεῖς με, τὸ διδάξεις με· ὡς ἐν τοῖς ᾄσμασιν, Ἀκούτισόν με τὴν φωνήν σου· ἢ ἀκουστήν μοι γενέσθαι παρασκεύασον τὴν ἐν ἐσχάτοις ἐσομένην ἀγαλλίασιν. Τίς δὲ αὕτη; ἡ περὶ τῆς ἀναστάσεως γνῶσις, ἐν ᾗ τὰ τεταπεινωμένα ἀγαλλιάσεται ὀστᾶ, καὶ διὰ ἀναστάσεως ὡς βοτάνη ἀνατελεῖ.

ια. ΑΠΟΣΤΡΕΨΟΝ ΤΟ ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΣΟΥ.] Πρόσωπον ἐνταῦθα τὴν ἐπισκοπὴν φησιν. ἴσον γάρ ἐστι τῷ ἐπισκοπὴν μὴ ποιήσῃς τῆς ἁμαρτίας μου· ἢ ἀντὶ τοῦ μὴ ἐπιβλέψῃς μου τὰ πλημμελήματα, ἀλλ' ἐμὲ τὸν ὑπὲρ τούτων δεόμενον. καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον. ἐξαλείφονται δὲ ἀνομίαι, ἀπὸ τῆς μετουσίας τῶν ἀρετῶν, ὡς γὰρ ἡ ἐπιστήμη ἀφανίζει τὴν ἄγνοιαν, οὕτω καὶ παρουσία ἀρετῆς ἐξαλείφει ἁμαρτίαν. Διὰ δὲ τοῦ, Μὴ ἀποῤῥίψῃς με, μανθάνομεν ὡς οὐκ ἐγυμνώθη τῆς θείας χάριτος· οὐ γὰρ ὡς γυμνωθεὶς ἱκετεύει ἀπολαβεῖν, ἀλλὰ μὴ στερηθῆναι ταύτης

Nam ſi omnis vitæ finis mortali hac vitâ terminaretur, non oportuiſſet naſci talem; ſed quoniam æterna vita regnumque cælorum pios manet, etiam mortali vitâ illi opus erat; vt hîc anima inſtructa quaſi in certamine præparetur, & ad futuras promiſſiones exerceatur. Et rurſus ea quæ peccauerat erat immedicabilis, vt quis hoc etiam præſentis vitæ vitio dederit; at modò animarum habemus ſaluatorem & medicum, idcircò tuis fretus auxilijs dico: *Aſperges me hyſſopo, & mundabor.* Et hoc quærens dicebam: *Ampliùs laua me ab iniquitate mea.* hoc enim modo mundatus, lætificantem tuam vocem audiam: nam animæ vires tamquam oſſa contrita de gaudio tuo participabunt. Myſticè verò illud, *Aſperges me hyſſopo*, quid iſtiuſmodi inſinuare videtur. Siquidem lex iubebat, vt ſanguine agni paſchalis per hyſſopum ſuperliminaria tingerentur, ad arcendum exterminatorem: noſtrum autem Paſcha immolatus eſt Chriſtus. Pretioſo enim ſanguine ipſius empti ſumus: quod per præſentem ſermonem innuit, imaginem veritatis agnoſcens. vnde minimè otioſè poſuit iſtud: *Et incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Siquidem hyſſopus ſpecies eſt herbæ: ſubinſinuat autem ſpiritus operationem, quæ nos expiandi vim habet: calidiſſima enim herba eſt: adhibetur autem etiam ad viſcerum emundationem. Ceterùm illud ἀκουτιεῖς με, id eſt, *audire me facies*, ſignificat docebis me; quemadmodum in Canticis, *Fac me audire vocem tuam:* ſiue, audibilem mihi redde lætitiam, quæ extremis temporibus futura eſt. Quæ porrò hæc? vtique notitia reſurrectionis; in qua *exultabunt oſſa humiliata*, & per reſurrectionem tamquam herba exurgent.

11. AVERTE FACIEM TVAM.] *Faciem* hîc vocat inſpectionem. idem enim eſt ac ſi dicat: Ne reſpexeris peccata mea; ſiue, noli attẽdere delicta mea, ſed meipſum pro his deprecantem. *Et omnes iniquitates meas dele.* Delentur autem iniquitates per præſentiam virtutum. Sicut enim ſcientia delet ignorantiam, ita etiam præſentia virtutis expungit peccatum. Ceterùm per illud, *Ne proÿcias me*, diſcimus, quomodo diuinâ gratiâ non fuerit priuatus: non enim tamquam illâ ſpoliatus rogat eam recipere, ſed hac minimè fruſtrari

COMMENTARIVS PATRVM.

Chriſtus medicus animarum.

Exodi 12, 7.

Sanguis agni paſchalis typus ſanguinis Chriſti.

1.Cor. 5,7.

Hyſſopi natura qualis.

Cant. 8, 13.

Deprecatur, vt Deus peccata ſua non attendat.

COMMENTARIVS PATRVM.

petit, neque diuinâ prouidentiâ fraudari. *Faciem* enim hoc loco curam ſeu prouidentiam appellauit; *Spiritum* verò intelligit ſiue ſanctum, & principalem, ſiue donum aliquod affectibus imperans, & voluptates coërcens, ſiue liberam cogitationem. *Lætitiam* verò *ſalutaris*, ſiue deſcenſum Saluatoris omnis lætitiæ plenum, ſiue lætitiam quæ in Deo eſt, intelligit; quam habebat, quando fiduciâ ad Deum fruebatur, ſpoliatus verò erat per voluptatem. *Docebo*, inquit, *iniquos*, id eſt, Exemplo ero peccantibus, & omnes ad bonitatem tuam conuertam. Similiter enim & is qui rectè agit, & is qui per pœnitentiam conuertitur, exemplar fit reliquis.

Facies accipitur pro prouidentia.

16. LIBERA ME DE SANGVINIBVS.] Cædem Vriæ continenter in memoriam reuocat. Pro *exultabit* autem Symmachus ait, *loquetur*. Nam remiſſione, inquit, impetratâ, laudabo gratiam tuam. Solet enim peccatum linguam obligare, & os obſtruere. Vel ac ſi dicat: Spiritalis feſti argumentum faciet iuſtitiam tuam, id eſt, gratiam, quæ per fidem iuſtificat impium; ſiue ipſum Dominum, qui datus eſt nobis à Deo iuſtitia. Quin etiam optat ſua labia aperiri, cùm hoc ſit munus diuinum. Siquidem *non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*. Idcircò priſtinam confidentiam conſequi deſiderat.

Peccatum os obſtruit & fiduciã tollit.

Rom. 3, 22. Gal. 3, 8. 1. Cor. 1, 30.

Eccli. 15, 9.

18. QVONIAM SI VOLVISSES SACRIFICIVM.] Cùm, inquit, reſpuas ſacrificia dicens: *Non accipiam de domo tua vitulos*, conuenientem tibique gratam ſacrificandi rationem induco, ſcilicet animi moderationem. Per ſpiritum enim contribulatum intelligit animum modeſtum, ſiue qui ſe conterit per confeſſionem. Cor contritum verò eſt illud, quod per pœnitentiam ſeſe humiliat.

Pſal. 49, 9.

20. BENIGNE FAC DOMINE IN BONA VOLVNTATE.] Bona voluntas dici poſſit tempus ſalutaris apparitionis, quo complacuit Deo ac Patri conſummare omnia in ſemetipſo. Quando igitur, inquit, benignè feceris Sioni, ſiue Eccleſiæ quæ in ipſa eſt, tunc adducentur tibi ſacrificia, non ſanguinum, ſed iuſtitiæ, & laudis. Vel oblatio quidem fortaſſis dicitur ſacrificium partiale; holocauſta verò perfectam & integram, quæ Deo fit, conſecrationem ſignificant: illud ſiquidem repræſentat coniugatos, qui non omnino

ἀντιβολεῖ, μηδὲ πόῤῥω γένηται τῆς θείας κηδεμονίας. πρόσωπον γὰρ ἐνταῦθα τὴν κηδεμονίαν ἐκάλεσε· πνεῦμα δὲ, ἢ τὸ ἅγιον, καὶ ἡγεμονικὸν, ἢ χάρισμά τι ἡγεμονικὸν τῶν παθῶν, καὶ κρατοῦν τῆς ἡδονῆς, ἢ τὸν αὐτοκράτορα λογισμόν. Ἀγαλλίασιν δὲ σωτηρίου, ἢ τὴν τοῦ σωτῆρος κάθοδον πάσης πλήρη ἀγαλλιάσεως, ἢ τὴν ἐν θεῷ φησὶν εὐφροσύνην, ἣν εἶχεν ἀπολαύων τῆς πρὸς θεὸν παῤῥησίας, ἐγυμνώθη δὲ διὰ τῆς ἡδονῆς. Διδάξω, φησὶν, ἀνόμους. ἀντὶ τοῦ, τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἔσομαι τύπος, καὶ πάντας ἐπιστρέψω πρὸς τὴν σὴν ἀγαθότητα. ὁμοίως γὰρ ὅτι κατορθῶν καὶ ὁ διὰ μετανοίας ἐπιστρέφων παράδειγμα γίνεται τοῖς λοιποῖς.

ις'. ΡΥΣΑΙ ΜΕ ΕΞ ΑΙΜΑΤΩΝ.] Συνεχῶς ἐν τῇ μνήμῃ περιφέρει τοῦ Οὐρίου τὸν φόνον. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἀγαλλιάσεται, διαλαλήσει εἶπεν ὁ Σύμμαχος. Τυχὼν γὰρ ἀφέσεως ὑμνήσω, φησὶ, τὴν χάριν σου. πέφυκε γάρ πως ἡ ἁμαρτία τὴν γλῶτταν δεσμεῖν καὶ ἐμφράττειν τὸ στόμα. ἢ ἀντὶ τοῦ, πρόφασιν πνευματικῆς ἑορτῆς τὴν σὴν ποιήσεται δικαιοσύνην, ἤτοι τὴν διὰ πίστεως χάριν δικαιοῦσαν τὸν ἀσεβῆ. ἤγουν αὐτὸν τὸν κύριον, ὃς ἐδόθη ἡμῖν ἀπὸ θεοῦ δικαιοσύνη. Εὔχεται δὲ καὶ τὰ χείλη ἀνοιγῆναι, ἐπεὶ τὸ χρῆμα θεόσδοτον. οὐ γὰρ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. διὸ ἀντιβολεῖ τῆς προτέρας παῤῥησίας μεταλαχεῖν.

ιη'. ΟΤΙ ΕΙ ΕΘΕΛΗΣΑΣ ΘΥΣΙΑΝ.] Ἐπεί, φησιν, ἀπωθῇ τὰς θυσίας λέγων, οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, πρέπουσάν σοι καὶ φίλην ἱερουργίαν εἰσάγω, τὴν μετριότητα τοῦ φρονήματος. πνεῦμα γὰρ συντετριμμένον ἐνταῦθα τὸ φρόνημα λέγει τὸ μέτριον, ἢ τὸ δι' ἐξομολογήσεως ἑαυτὸ συντρῖβον, καὶ καρδία συντετριμμένη γένοιτ' ἂν ἡ διὰ μετανοίας ἑαυτὴν ταπεινοῦσα.

κ'. ΑΓΑΘΥΝΟΝ ΚΥΡΙΕ ΕΝ ΤΗ ΕΥΔΟΚΙΑ.] Εὐδοκία λέγοιτ' ἂν ὁ καιρὸς τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιφανείας, καθ' ὃν εὐδόκησεν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν ἑαυτῷ. ὅταν οὖν φησιν ἀγαθύνῃς τὴν Σιὼν ἤτοι τὴν ἐν αὐτῇ ἐκκλησίαν, τότε ἀνενεχθήσονταί σοι θυσίαι, οὐ δι' αἱμάτων, ἀλλὰ δικαιοσύνης, καὶ τῆς αἰνέσεως. ἡ ἀναφορὰ μὲν ἴσως λέγεται ἡ ἐκ μέρους θυσία· ὁλοκαυτώματα δὲ τὴν τελείαν πρὸς θεὸν καθιέρωσιν σημαίνει· εἰκονίζει δὲ ἡ μὲν τοὺς ἐν γάμῳ μὴ εἰς ἅπαν ἀποταξαμένους

τῷ

τοῦ βίου. τὰ δὲ τὴν ὁλοτελῶς ἀνατεθεῖσαν ζωὴν τῷ θεῷ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ.

vitæ renunciarunt. Hæc verò deſignant vitam electorum, quæ totaliter Deo conſecrata eſt. CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν ἐξομολόγησιν δύο ἐγκλημάτων περιέχοντα, τῆς τε μιαιφονίας Οὐρίου καὶ τῆς μοιχείας τῆς Βηρσαβεέ· εἰσάγει δὲ καὶ τὴν καθόλου γενησομένης τῶν ἁμαρτημάτων λυτρώσεως τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος προφητείαν, καὶ τὴν ἐν πνεύματι λατρείας διδασκαλίαν. πανταχοῦ δὲ ὑπὲρ τῶν δύο παρανομημάτων εὑρήσεις αὐτὸν ἐξιλεούμενον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Σαφέστερον τὴν ἱστορίαν ἡ βίβλος τῶν βασιλειῶν κέκτηται. Τὴν Βηρσαβεὲ γὰρ Οὐρίου τοῦ Χετταίου γυναῖκα τυγχάνουσαν λουομένην ἀπὸ τοῦ δώματος τότε Δαβὶδ θεασάμενος, εἶτα ἐρασθεὶς καλέσας συνηλίετο. ἐν γαστρὶ δὲ λαβούσης αἰσχυνθεὶς τὸν Οὐρίαν, πεσεῖν ἐν τῷ πολέμῳ παραταξάντος Ἰωὰβ τοῦ στρατηγοῦ παρεσκεύαζε πρόμαχον στῆναι τὸν Οὐρίαν, ὅπως καὶ ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων ἀπέκτεινεν. Ἐπὶ τούτοις ὁ θεὸς ὀργισθεὶς, Νάθαν αὐτῷ τὸν προφήτην ἀπειλοῦντα διὰ τὸν φόνον καὶ τὴν μοιχείαν ἔπεμψεν. Ὁ δὲ εἰς μετάνοιαν ὁρμῶν ψαλμὸν τὸν ἑχόμενον ἔγραψεν οὐκ αἰσχυνθεὶς δημοσιεῦσαι τὸ τραῦμα, ἵνα τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἀποδείξῃ τῆς μετανοίας τὸ φάρμακον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐδίδασκε μὲν τὰς ὁδοὺς τοῦ θεοῦ καὶ πρότερον, ἀλλ' οὔτε τοὺς ἀνόμους ἴσως, οὐδὲ προσευχῇ τὴν διδασκαλίαν περὶ τῆς ἁμαρτίας τοσοῦτον ἐτίθετο, τότε δὲ μᾶλλον ἀφ' οὗπερ ἡμαρτηκὼς μετενόησεν. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος λέγων περὶ θεραπείας πιστεύεται μάλιστα ὁ νενοσηκὼς αὐτὸς, καὶ πεῖραν τοῦ φαρμάκου δεξάμενος· οὕτω καὶ οἱ τῇ μετανοίᾳ σωθέντες, θύρα τοῖς ἄλλοις ἁμαρτωλοῖς ἐπιστροφῆς καὶ σωτηρίας εὑρίσκονται, ὥστε τὸν Παῦλον μετὰ παῤῥησίας βοᾶν· Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτος εἰμὶ ἐγώ. Εἰ ἀπιστεῖτε τῷ κηρύγματί φησιν ἁμαρτωλῶν σωτηρίαν κηρύττοντι, ἀπ' ἐμοῦ τοῦ κηρύττοντος μάθετε, ὅτι διώκτης ὢν ἐπιστεύθην εὐαγγελίου γενέσθαι διάκονος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ ἐν τῇ προγραφῇ τοῦ ψαλμοῦ ἐφάσκομεν παραχωρεῖν ποτε τὸν θεὸν τοὺς σπουδαίους, ὥστε ἁμαρτίαν ποιεῖν, ἵνα μετανοοῦντες ἔργῳ καὶ τὴν περὶ μετανοίας διδασκαλίαν ἐπιδείξωνται. Ἰδοὺ γοῦν καὶ ἐνταῦθα βεβαίωσιν τῶν εἰρημένων. διὰ γὰρ τῆς ἐξομολογήσεως τῆς πρὸς θεὸν ὁ προφήτης διδάσκειν ὑπισχνεῖται ἀνόμους αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τὰς ὁδοὺς, ἵνα ταύταις ἐπιβάντες, εἰ καὶ ποτὲ ἠσέβησαν ἐξ ὀλιγωρίας, ἐπιστρέψωσι πρὸς αὐτόν.

ιε´. ῬΥΣΑΙ ΜΕ ΕΞ ΑΙΜΑΤΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πάλιν ἱκετηρίαν ὑπὲρ τοῦ Οὐρίου φόνου τίθεται, ὅπως ἂν ῥυσθῇ τοῦ ἐξ αὐτοῦ μιασμοῦ. ἢ μᾶλλον ἐξ αἱμάτων λέγει τῶν δι' αἵματος θυσιῶν, ὡς τὰ ἐπαγόμενα τοῦ ψαλμοῦ διαδείκνυσιν εἰπόντος. Ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν ἔδωκα ἄν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐπεὶ δι' ὧν ἐποίησα πρὸς θάνατον ἁμαρτιῶν πλήρης εἰμὶ αἱμάτων, ἐκ τούτων ῥῦσαί με ὁ καθάπαξ θεὸς ὢν καὶ ἡμέτερος. ὁ λόγος δὲ ὁ ἡμέτερος γλῶσσά μου καλούμενος, ἐν τῷ ἀεὶ περὶ τῆς δικαιοσύνης σου φθέγγεσθαι ἀγαλλιάσεται τὴν δικαιοσύνην σου, ἀντὶ τοῦ τὴν δικαιοσύνην σου, τὴν ἐλεημοσύνην σου εἶπεν ὁ Σύμμαχος· τυχὼν γὰρ ἀφέσεως, ὑμνήσω τὴν χάριν. ἡ γὰρ ἁμαρτία πέφυκε τὴν γλῶσσαν δεσμεῖν, καὶ ἐμφράττειν τὸ στόμα.

ATHANASII. Poſtquam (inquit) me ſolueris à peccato, impertiens mihi Spiritum ſanctum tuum, tum præuaricatores vias tuas ingredi docebo. CATENA PATRVM.

HESYCHII. Priùs quoque docuerat vias Domini, ſed fortaſſe non docuerat iniquos, neque antequam delinqueret, doctrinam in precatione tanti faciebat, ſed tum præcipuè, cùm in crimen delapſus reſipuit, & ad pœnitentiam accurrit. Vt enim de curandis morbis loquenti potiſſimùm creditur, ſi cùm ægrotauerit medicinæ periculum fecerit: ſic qui per pœnitentiam ſanati ſunt, peccatoribus alijs conuerſionis & ſalutis ianua inueniuntur; ita vt Paulus cum fiducia clamaret: *Chriſtus Ieſus venit in mundum, vt peccatores ſaluos faceret, quorum primus ego ſum.* Si prædicationi, inquit, fidem non habetis ſalutem peccatorum annuntianti, à me prædicante diſcite, qui cùm perſecutor eſſem, Euangelij miniſterium mihi concreditum eſt. *Experto credendum.* 1. Tim. 1, 15.

DIDYMI. Etiam in Pſalmi prænotatione monuimus Deum permittere, vt probi delinquant, vt reipsâ pœnitentes de pœnitentia doctrinam oſtendant. Ecce igitur & hoc loco dictorum à nobis confirmationem. Siquidem Propheta per confeſſionem ad Deum, ſe iniquos vias ipſius Dei docturum eſſe pollicetur; vt eas ingreſſi, licet impiè olim præ neglectu ſe geſſerint, ad ipſum conuertantur. *Deus permittit ſanctos labi, vt dent exemplum pœnitendi.*

16. LIBERA ME DE SANGVINIBVS.] ATHANASII. Rurſus pro cæde Vriæ ſupplicationem adfert, ſi quo modo ab eius pollutione liberetur. Vel potiùs de ſanguinibus ſe liberari petit, id eſt, à cruentis ſacrificijs, vt ſequentia palàm oſtendunt, cùm dicit: *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique, &c.*

DIDYMI. Quoniam propter crimina quæ ad mortem perpetraui ſanguinibus plenus ſum, ab ijs libera me, cùm Deus atque idem Dominus noſter ſis. Sermo verò noſter, qui hoc loco lingua vocatur, dum frequenter de iuſtitia tua agit, exultabit iuſtitiam tuam. Vbi pro *iuſtitiam tuam* Symmachus vertit *miſericordiam tuam:* nam cùm remiſſionem conſecutus fuero, laudabo gratiam. Siquidem peccatum ſolet linguam ligare, & os obſtruere.

CATENA PATRVM.

17. DOMINE LABIA MEA APERIES.] HESYCHII. Viden' labia Dauidis propter peccatum clauſa fuiſſe, ſed iterùm per pœnitentiam recludi, & Dei laudes aggredi. Exorditur autem laudes Dei à conuerſione peccatoris.

Peccatum os obſtruit, quod pœnitentia recludit.

DIDYMI. Porrò Deus aperit labia illius, qui cùm os ſuum aperit, ſermones Dei accipit: idcircò & os eius annuntiabit laudem Dei, vſque laudans, vſque illi gratias agens.

18. QVONIAM SI VOLVISSES SACRIFICIVM.] ANONYMI. Per hæc verba perſpicuè oſtendit Dauid, ſe nullum legale ſacrificium tempore pœnitentiæ obtuliſſe; vnde nec in libro Regum hoc poſitum reperimus. Quamobrem? Quoniam cùm Propheta eſſet, nouerat Deum huiuſmodi ſacrificijs minimè delectari. Non enim illa ſacrificia idonea erant ad abluenda cædis & adulterij crimina, neque id lex ſtatuerat; ſed omnino ſupplicijs puniri præceperat. Sed quale ſacrificium ſcelera iſtiuſmodi expiare poſſet, indicant ea quæ ſequuntur.

Legalia ſacrificia non delebant peccata.

HESYCHII. Docet hîc Spiritus ſanctus humilitatem eſſe ſacrificium Deo placitum: *Beati* enim *pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Sed quonam modo ſpiritum noſtrum per humilitatem conterimus? Sanè cùm rectè factis non extollimur, ſed perpetuam delictorum noſtrorum memoriam retinemus.

Humilitas Deo gratum ſacrificium. Matth. 5, 3.

EIVSDEM. Bonam voluntatem ſeu beneplacitum appellat vnigeniti incarnationem. hoc autem manifeſtum eſt ex ijs quæ ſcribit Paulus ad Epheſios; ſic enim ait: *Vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ ſecundùm beneplacitum eius, quod propoſuit in eo in diſpenſationem plenitudinis temporum.* Hac ergo bonâ voluntate Sion beneficijs cumulatur, tum propter myſterium diuinæ cœnæ quod in ipſâ peractum eſt, tum propter miracula quæ in ea edita ſunt.

Bona voluntas vocatur incarnatio Chriſti. Epheſ. 1, 9.

EVSEBII. Ceterùm quærere hîc aliquis poſſet, quomodo, qui modò dixerat, *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique,* nunc, perinde ac ſi Deus poſt ædificatam Ieruſalem ſacrificia ſuſcepturus ſit, dicat, *Tunc acceptabis ſacrificium,* ſed *iuſtitiæ.* Cùm enim benignè feceris Sion, & ædificati fuerint muri Ieruſalem, iſtiuſmodi tibi ſacrificium offe-

ιζ'. ΚΥΡΙΕ ΤΑ ΧΕΙΛΗ ΜΟΥ ΑΝΟΙΞΕΙΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁρᾷς ὅτι κεκλεισμένα τοῦ Δαβὶδ τὰ χείλη διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐτύγχανεν, ἀλλὰ πάλιν τῇ μετανοίᾳ ἀνοίγεται, καὶ τοῦ Θεοῦ διηγεῖσθαι τὴν αἴνεσιν. ἄρχεται δὲ κεφάλαιον τῶν ὕμνων τοῦ ἁμαρτωλοῦ τὴν ἐπιστροφὴν ἔχουσα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐκείνου δὲ ἀνοίγει τὰ χείλη ὁ Θεὸς, τοῦ λαβόντος λόγον ἀνοίγει τοῦ στόματος· διὸ καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ ἐξαγγέλλει αἴνεσιν τοῦ Θεοῦ, ἀεὶ αἰνοῦν, καὶ εὐχαριστοῦν αὐτῷ.

ιη'. ΟΤΙ ΕΙ ΗΘΕΛΗΣΑΣ ΘΥΣΙΑΝ.] ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Σαφῶς διὰ τούτων ὁ Δαβὶδ τῶν ῥημάτων ὑπέδειξεν, ὡς οὐδεμίαν νομικὴν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς μετανοίας προσήνεγκεν· ὅθεν οὐδὲ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν τοῦτο εὑρισκομεν κείμενον. Καὶ τίνος χάριν; Ἐπειδὴ προφήτης ἦν καὶ οὐκ εὐδοκεῖν τὸν Θεὸν ταῖς τοιαύταις θυσίαις ἐγίνωσκεν. Οὐδὲ γὰρ ἦσαν ἱκαναὶ φόνου καὶ μοιχείας καθαρτικαὶ αἱ τοιαῦται θυσίαι· οὐδὲ τοῦτο ὁ νόμος ἐπηγγείλατο, ἀλλὰ διαπαντὸς τιμωρεῖσθαι προσέταττε. ποία τοίνυν θυσία καὶ τὰ τοιαῦτα καθαίρειν ἁμαρτήματα δύναται, γνωρίζει τὰ ἑπόμενα.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὴν ταπεινοφροσύνην θυσίαν ἀρεστὴν τῷ Θεῷ εἶναι τὸ πνεῦμα ἐκτίθεται· Μακάριοι γὰρ οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. πῶς δὲ ἡμῶν τὸ πνεῦμα ἐπὶ τῷ ταπεινωθῆναι συντρίβομεν; ὅταν καλὸν μὲν πράξαντες, μὴ ἐπαρθῶμεν, διηνεκῆ δὲ μνήμην τῶν ἁμαρτημάτων τῶν ἡμετέρων ἔχωμεν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εὐδοκίαν δὲ τὴν τοῦ μονογενοῦς προσαγορεύει σάρκωσιν. δῆλον δὲ ἀφ' ὧν Παῦλος πρὸς Ἐφεσίους ἔγραψε· φησὶ δὲ οὕτως· γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. ἐν ταύτῃ τοίνυν ἡ Σιὼν ἀγαθύνεται, διὰ τὸ ἐπιτελεσθὲν αὐτῇ τοῦ θείου δείπνου μυστήριον ἕτερά τε πολλὰ τὰ παρ' αὐτῇ πεπραγμένα καὶ προελθόντα θαύματα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀλλὰ πρὸς ταῦτα φήσειεν ἄν τις, πῶς ἀρτίως εἰπὼν ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν, νῦν ὡς ἂν μέλλοντος θυσίας δέχεσθαι τοῦ Θεοῦ μετὰ τὸ τὴν πόλιν ἀνακτισθῆναί φησι, Τότε εὐδοκήσεις θυσίαν, ἀλλὰ δικαιοσύνης. Ὅτε γὰρ εὐδοκήσῃς τὴν Σιὼν καὶ οἰκοδομηθῇ τὰ τείχη τῆς Ἱερουσαλὴμ τοιαύτη σοι θυσία προσενεχθήσεται.

σεται. τὸ γὰρ θεοσεβὲς πολίτευμα εἰκόνα φέρει ἂν τῆς ἐπουρανίου πόλεως τοῦ θεοῦ· διὸ καὶ ταύτης ὁμώνυμος ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία, ἧς λέγει τείχη τοὺς περιφράττοντας ταύτην ἀγγέλους, ἢ καὶ τοὺς ἱερωμένους καὶ προμαχοῦντας αὐτῆς. προσδέξῃ δὲ εἶπεν ἀντὶ τοῦ εὐδοκήσεις ὁ Σύμμαχος. καὶ τὴν ἀναφορὰν δὲ καὶ τὰ ὁλοκαυτώματα δικαιοσύνης ἐκτελεῖται κατὰ πνευματικὰς θυσίας τὰς ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης προσφερομένας. Καὶ ἐν ἄλλῳ γὰρ εἴρηται πρὸς Ἰουδαίους προφήτῃ· Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ θυσίας οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δεδόξασται τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά, αὕτη νῦν λέγεται θυσία δικαιοσύνης. ἔστι δὲ καὶ αἰνέσεως κατὰ τὸ πρόσθεν ἔλεγε· Θῦσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τείχη Ἱερουσαλὴμ τοὺς ἁγίους φησὶν ἱερουργοὺς τοὺς περιφράττοντας τὴν ἐκκλησίαν ταύτην.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὸ πνευματικὸν θυσιαστήριον ἀνοίσουσι μόσχους νεωποίους ἕλκοντας ἄροτρα, τουτέστι ψυχάς, οὐκ ἄλλας τυγχανούσας τῶν ψυχῶν τῶν μαρτύρων, ὀφθείσας παρὰ τὸ ἐπουράνιον θυσιαστήριον ἀναφερομένας ἐπ' αὐτοῦ μόσχων δίκην· ἐν γὰρ τῇ ἀποκαλύψει Ἰωάννου αἱ τῶν πεπελεκισμένων ψυχαὶ διὰ τὸ ὄνομα Ἰησοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ, ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐπουράνιον τεθεώρηνται.

retur. Pium ſiquidem viuendi inſtitutum cæleſtis ciuitatis Dei imaginem præ ſe fert; quocircà etiam Dei Eccleſia eiuſdem cognomine nuncupatur, cuius muros appellat Angelos, qui ſepiunt illam, vel etiam ſacerdotes, qui ipſam propugnant. *Acceptabis* autem dixit Symmachus pro approbabis. Oblationem item & holocauſta iuſtitiæ perficit iuxta ſacrificia ſpiritalia, quæ in Eccleſia Dei per totum orbem terrarum offeruntur. In alio item Propheta dictum eſt ad Iudæos: *Non eſt mihi voluntas in vobis dicit Dominus* * *omnipotens, &* * *ſacrificium non ſuſcipiam de* * *manibus veſtris: quoniam ob ortu ſolis vſque ad occaſum glorificatum eſt nomen meum in Gentibus, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium mundum,* quod hoc loco ſacrificium iuſtitiæ nuncupatur. Ceterùm eſt quoque laudis ſacrificium, prout ante dicebat: *Immola Deo ſacrificium laudis.*

CATENA PATRVM. *Pia vita eſt imago cæleſtis Ieruſalem.*

Malach. 1, 10.

* Vulgata exercituũ. * munus * manu veſtra:

ANONYMI. Muros Ieruſalem vocat ſanctos ſacerdotes, qui Eccleſiam hanc ſepiunt.

Sancti ſacerdotes ſunt muri Eccleſiæ.

DIDYMI. Quin & ſuper altare ſpiritale offerent vitulos nouellos trahentes aratra, id eſt animas, quæ non ſunt aliæ quàm animæ martyrum, quæ apparent ſupra cæleſte altare oblatæ inſtar vitulorum: nam in Ioannis Apocalypſi, animæ ſecuri percuſſorum propter nomen Ieſu, & teſtimonium eius, ſubtus altare cæleſte viſæ ſunt.

Apoc. 6, 9.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. TITVLVS indicat quanam occaſione Pſalmus hic à Dauide compoſitus fuerit; hiſtoria verò fuſiùs narratur lib. 2. Regum cap. 12. Cùm autem titulus ipſe in Catena ſufficienter explicatus ſit, nihil hic addendum. Toto certè Pſalmo Dauid inſigne nobis exemplar proponit pœnitentiæ.

3. *Miſerere mei Deus*, &c.] Aquila vertit, Δώρησαί μοι θεὲ κατὰ ἔλεόν σου, *Dona mihi Deus ſecundùm miſericordiam tuam*; Symmachus, Οἰκτειρόν με ὁ θεὸς κατὰ τὸ ἔλεός σου, *Miſerere mei Deus ſecundùm miſericordiam tuam:* Theodotion addit μέγα, *magnam*; vti Septuaginta, & Vulgata. Quod ſic exponit S. Auguſtinus: *Subueni graui vulneri ſecundùm magnam medicinam tuam. Graue eſt quod habeo; ſed ad omnipotentem confugio. De meo tam lethali vulnere deſperarem, niſi tantum medicum reperirem.* Vbi vides, peccatum Dauidis graue & lethale nominari, & eiuſmodi, vt ferè ad deſperationem poſſet adducere; quapropter magnam implorat miſericordiam. Magnus enim peccator magnâ miſericordiâ opus habet; vt *vbi abundauit delictum*, ſuperabundet & *gratia*: vti pulchrè ac fusè S. Bernardus ſermone de triplici miſericordia probat; ad quem, ne prolixior ſim, remitto Lectorem. Eleganter quoque Hugo de S. Victore ex hoc loco docet, qualiter exemplo Dauidis orandum ſit peccatori pro remiſſione peccatorum: *Audite*, inquit, *peccatores orantem peccatorem, & diſcite qualiter vos pro peccatis veſtris orare debetis. Audite quid dicit*, Miſerere mei Deus. *Reus enim in cauſſam ductus conſiderat, quòd Iudex ſuus nec falli poteſt, quia ſapiens eſt; nec corrumpi poteſt, quia iuſtus eſt; nec vinci poteſt, quia omnipotens eſt; nec declinari poteſt, quia vbique eſt. Videte ergo nullum omnino excuſa-*

Magnum peccatum magnam requirit miſericordiam.

Rom. 5, 20.

ANNOTATIONES CORDERII.

tioni ſiue defenſioni locum eſſe; & idcircò ad ſolam miſericordiam flagitandam ſe conuertit, dicens, Miſerere. *O quanta eſt virtus huius verbi miſerere! ac ſi diceret: O Domine agnoſco culpam meam, intelligo reatum meum, ſcio quid feci, ſcio quid merui: non ignoro cum quo mihi cauſſa agitur; non ignoro quid pro culpa mihi debetur. Volo peccatum meum abſcondere, ſed tu noſti omnia; volo reſiſtere, ſed tu potes omnia; volo effugere, ſed tu complecteris omnia. Quod ergo ſolùm reſtat, de te fugio ad te; fugio iram, fugio ad miſericordiam.* Sic ille fuſiùs hæc deinde deducens & expendens eleganter.

Peccatum poſt ſe maculam relinquere.

4. *Amplius laua me ab iniquitate mea.*] Græcè, ἐπιπλεῖον, id eſt, pluſquam hactenus lauiſti; Hebraicè eſt הֶרֶבֶּה *herbe*, quod vertit S.Hieronymus, *multum laua me*; alij, *multiplica lauare me*. Vt vt eſt, locus hic, præterquam quòd apertè oſtendat per peccatum maculas aliquas inhærere menti, etiam docet, non ſtatim per ſimplicem peccatoris pœnitentis conuerſionem ad Deum perfectam omnino conſequi peccatorum ſuorum curationem, & omnimodam abolitionem; ſed manere etiam, dimiſſo vtcumque peccato, reliquias quaſdam purgandas & curandas. Id quod exemplo S. Hermetis fiet manifeſtum (cuius fragmenta quædam ſpiritalis plena eruditionis habes tomo 5. Bibliothecæ Patrum) cui Deus, ab ipſo pro domo ſua multis afflictionibus oppreſſa oratus, reſpondiſſe dicitur, non fruſtrà, ſed in peccatorum pœnam afflictiones illas irrogari; cumque ipſe ſubieciſſet, *Ego ſcio totis præcordijs eos agere pœnitentiam*; ſic tandem Dominus locutus eſt: *Numquid ergo protinus putas aboleri delicta eorum qui agunt pœnitentiam? Non proinde continuò delentur; ſed oportet eum, qui agit pœnitentiam, affligere animam ſuam, & humilem animo ſe præſtare in omni negotio, & vexationes multas variaſque perferre.* Ecce quomodo conferantur & ſupputentur calculi, nec ingratijs Dauidem poſt ſalutarem illam vocem, *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, non morieris*, ſeſe totum lacrymis & pœnitentiæ operibus dediſſe. de quo ita Saluianus lib. 2. de Gubernatione: *Totum*, inquit, *regem cum ornatibus ſuis abijcit, prouidum pœnitentem cum patrocinio ambitioſi ſqualoris aſſumit, ieiunio exigitur, ariditate ſiccatur, fletu effunditur, ſolitudine carceratur*; offerens nimirum Deo hæc luctus & pœnitentiæ opera, vt ipſe in libro & rationibus ſuis peccatorum lituras delendas poneret: ideoque dicebat, *Dele iniquitatem meam, Amplius laua me.*

Peccata per pœnitentiã non ſtatim ita abolentur, quin afflictionibus vlterius expianda ſint.

2. Reg. 12, 13.

Veſtigia peccatorum condonatorum quomodo obliteranda ſint.

Quæ verba ſic expendit Vrbanus in Metaphraſi: *Domine, qui non deſpicis gemitus contritorum, tu noſti, quod ſicut ſuper deletas litteras quædam ex ipſa littera remanet turpitudo, per quam adhuc perpendi poſſunt ipſa deletarum veſtigia & ſignificatio litterarum, niſi ipſæ litteræ & litura penitus eradantur; ita & deleta à te iniquitas in anima mea quamdam deformitatem relinquit, per quam à te, qui ſolus es inſpector cordium, & conſcius ſecretorum, & ab illo, qui eſt animarum improbus accuſator, poteſt adhuc perpendi, quanta fuit iniquitas mea, niſi poſt deletionem à te ampliùs abluatur; & ideò peto humiliter*, Ampliùs laua me: *& ita perfectè laua, qui imperfectionis opera non noniſti, vt in me peccati veſtigium non relinquas.* ſic ille Pontifex. Vnde facile eſt colligere, quàm nos imperiti ſimus pœnitentes, qui cùm totam peccatorum paginam diuini Codicis oppleuerimus, de illa lacrymis delenda & lituris paulatim eradendis minimè cogitamus. Contra quos Nyſſenus Gregorius meritò inuehitur Homilia de pœnitentia, quæ omnino digna eſt vt legatur, & ſeriò expendatur. Ceterùm, vt fullo in purganda veſte multis maculis obſoleta plus laboris & vigiliarum exhaurit; ſic vbi ſunt plures conſcientiæ labes, fœdæque notæ vitiorum, lauacrum adhibendum eſt longè maius atque acrius. Quò pertinet illa Dauidis pia petitio: *Ampliùs laua me*; S. Ambroſius vertit, *In multum laua me*, & ſic illuſtrat: *Grandis enim ſqualor & macula non exiguo, ſed multo aufertur lauacro.* Et pro frequenti mundatione exemplum ducit ab infectione purpuræ: *Non vna*, inquit, *infuſione velleris ſtatim pretioſus ſuccus irradiat, ſed primùm ſucco ignobili vellus inficitur; deinde alijs atque alijs ſuccis naturalis eius ſpecies frequenter eluitur, vt purpuræ verior atque perfectior fulgor irrutilet.* Sic ait hominem ſæpiùs mundatum faciliùs haurire & tamquam in ſe rapere ſplendorem gratiæ ſpiritualis. Atque hanc etiam ob cauſſam pœnitentiam dici mare in diuinis Paginis ſancti Patres animaduertunt, D. Auguſtinus in Pſal. 77. S. Bernardus ſerm. 39. in Cantica, alijque, fortè ob amaritudinem, aut etiam fluxum abundantiamque lacrymarum, quæ à pœnitente fundi ſolent: ſed quod ego ſentio verius, ob eximij lauacri genus, quo in ea perfundimur. Vetuſta enim ſapientum fuit opinio, maris aquam mirificam habere vim, non modò ad labes corporis, verùm etiam ad animi ſcelus maculamque eluendam: vnde in Græcia ſacerdotes aquæ marinæ ablutione in purificationibus ſuis vti conſueuiſſe Proclus auctor eſt lib. de Sacrificijs. Quod etiam prodit Scholiaſtes Ariſtophanis, cùm ſolitos ait eſſe vndâ maris, καθαίρειν τοὺς ἀφοσιωμένους, *expiare pollutos.* Hinc Homerus, abditarum rerum ſcientiſſimus, ſæpè nominat ἅλα δῖαν, *mare diuinum:* cuius interpres Didymus ex communi illa opinione dixit aquam maris eſſe καθαρτικὸν, *expiatricem.* Quo Euſtachius quoque in lib. 1. Iliados refert illud Euripidis:

Exemplo fullonis oſtenditur quomodo anima purganda ſit.

Aqua maris ſymbolum pœnitentiæ.

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Mare eluit omnia hominum mala.

Hauſerant nimirum id profani iſti ab Ægyptijs, qui è diuinis Litteris monitiſque Hebræorum acceperant, iam inde ab initio diuinum Spiritum aquis incubaſſe, & abſtruſam illis vim communicaſſe non generandi modò, verùm etiam expiandi, cùm ſacer ille Spiritus, fons amoris & bonitatis, iam tum Baptiſmo Pœnitentiæque proluderet. Huc igitur alludentes Prophetæ ſancti diuinitus afflati, Pœnitentiam mare nuncupauerunt ad expiandum opportunum: in hoc immerſi pœnitentes, exeunt deinde puri, candidi, amabiles, quos beatæ mentes habere ſocios non dedignentur. Vix enim dici poteſt, quantam pulchritudinem hoc è lauacro ſibi concilient, quàm illuſtrem eximij decoris venuſtatem, quæ Cælitibus placeat, imò & principi Deo. Affirmat ſanè S. Chryſoſtomus hom. 14. in Epiſtolam ad ad Hebræos, pœnitentiam in homine tantam efficere pulchritudinem, vt à rege concupiſcatur.

Gen. 1.

Quod

Pſal. 44. 12.

Quod alibi prouiderat animo Dauid, & dulci cantu celebrarat: *Concupiſcet rex decorem tuum.* Ad quem priſtinum decorem recuperandum hîc tam anxiè ſacro hoc lauacro ampliùs lauari poſtulat.

Peccata ingenuè confitenda, & ſemper in memoria habenda, vt Deus ea remittat & obliuiſcatur.

5. *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco,* &c.] Rationem reddit, cur tam anxiè & ardenter in flagitanda venia inſiſtat; quia ſcilicet non poſſit quietus manere, donec reconciliatus ſit Deo: atque hoc modo teſtatur ſe nihil adferre ſimulationis, ſed ingenuè peccatum ſuum confitetur, & illud in ſe punit continuâ cogitatione & recordatione. Vbi D. Ambroſius: *Hoc*, inquit, *bonæ mentis eſt, vulnus ſentire peccati: vbi enim doloris ſenſus, ibi etiam ſenſus eſt vitæ.* & S. Hieronymus: *Non trado*, inquit, *peccatum meum in obliuionem; ſed propono illud ſemper ante oculos meos: quia ſi tu ponis illud ante te, Deus illud non ponit ante ſe.* Prudens vtique, qui tantum malum, humiliter delictum ſuum exemplo Dauidis confitendo, declinat: de quo egregiè iterùm S. Ambroſius in Pſal. 35. ſic ait: *Iuſtus nouit quemadmodum peccatorum ſuorum vincula diſſoluat, nec expectat accuſationem, ſed præuenit, vt confitendo ſuum alleuet omne delictum, ne habeat quod aduerſarius criminetur; ideoque Scriptura tibi dicit:* Iuſtus in principio ſui ſermonis accuſator eſt ſui. *Vocem enim eripit aduerſario, & quaſi dentes quoſdam paratos ad prædam criminationis infeſtæ peccatorum ſuorum confeſſione conſtringit.* ita D. Ambroſius. In quibus verbis nota egregiam pro confeſſione ſacramentali tanti Doctoris ſententiam, quam hæretici repellunt; at illi fortaſſe non eâ indigent vt antidoto contra conſcientiam peccatorum: ſcilicet iuſtitiam tam facilem habent, vt ex ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti iuſtificari ſe putent. Proh miſeri, quàm cauteriatam conſcientiam habent! Si forte illius vocem ac tormenta non ſentiant, adueniet extrema dies, & morientes adorietur quæ nunc inueteratâ peccandi conſuetudine ſuppreſſa & muta eſt conſcientia: cuius aculeis lancinati, de ſalute deſperantes in gehennam detrudentur. Felices, qui nunc, dum tempus miſerendi eſt, peccata ſua confitentur, & cum Dauide lugentes de ſe pronuntiant: *Peccatum meum contra me eſt ſemper.* Videlicet hoc non eſt aliud, quàm obſeruantibus ſemper ante oculos mentis prioris ac fœdioris vitæ ſceleribus iugiter dolere, ac vehementer compungi: quò enim plus dolemus & lugemus, eò digniores efficimur, quibus placatior fiat Dominus, quem offendimus, & liberalior venia, vberiorque gratia concedatur. Beati qui ſic lugent, & odio tam generoſo peccata deteſtantur, hoc ipſum dolentes, quòd non ſatis doleant; ex hoc ipſo triſtes, quòd minùs quàm par ſit triſtentur. *Quæ enim ſecundùm Deum triſtitia eſt* (inquit Apoſtolus) *pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.*

Prou. 18, 17.

Hæreticorum cauteriata conſcientia.

Felices qui peccatorum recordantur, vt ea lugeant.

2. Cor. 7, 10.

6. *Tibi ſoli peccaui.*] In Hebræo eſt לְךָ לְבַדְּךָ *lecha leuadecha:* quod maiorem habet emphaſim. q. d. *Tibi ſoli, tibi peccaui.* Quid ais Dauid? Nonne peccaſti in Vriam, cuius vxorem tuliſti, & vitam; & Bethſabee, quam prouocaſti, & polluiſti; & in populum, quem ſcandalizaſti? Ita quidem, ſed tanto maior fuit offenſa in eo opere contra Deum commiſſa, vt illa ſit, quæ abſolutè nomen peccati mereatur; propter quam dicit, *Tibi ſoli peccaui.* Soli igitur Deo ſe peccaſſe deplorat (quamquam & in Vriam fideliſſimum militem grauiter deliquiſſet) eò quòd Dei ſolius leges tranſgreſſus eſſet; quodque eum ſolum haberet, qui eum tamquam reum ad pœnam rapere poſſet: deinde, quia illud vnum ipſum cruciabat, quòd Deum offendiſſet; ita vt quidquid in homines commiſiſſet, ideò ei diſpliceret, quòd in eo Dei offenſam conſideraret. In quo ſenſu etiam quiuis peccator dicere poteſt ſe ſoli Deo peccaſſe. Per epexegeſin autem ſubiungit: *Et malum coram te feci.* Vbi emphaſis eſt in illo, *coram te*, vel, vt ſignificantiùs in Hebræis, *in oculis tuis*, hoc eſt, te vidente. Quo auget ſuum malum, vt quòd non reueritus ſit Deo ſpectante committere: quamuis enim Dauid occultè peccauerat quoad homines, vtpote in tenebris clauſi cubiculi, tamen oculos Dei minimè excludere potuerat.

ANNOTATIONES CORDERII.

Quomodo ſoli Deo peccaſſet.

Ibidem. *Vt iuſtificeris*, &c.] Plerique coniunctionem *vt* referunt ad verba, *Miſerere mei, & munda me.* Verùm, vt benè notat Ianſenius, hic ſenſus non videtur conuenire intellectui Pauli, quo ad Romanos tertio capite ex hoc loco colligit, Dei iuſtitiam ex noſtra iniquitate illuſtriorem fieri; quod ex illa connexione non poteſt colligi. Ex hac enim connexione, *Miſerere mei, vt tu iuſtificeris in ſermonibus tuis*, quibus ſcilicet miſericordiam pœnitentibus promiſiſti; non tam ſequitur Dei iuſtitiam ex noſtra iniuſtitia declarari, quàm quòd ex Dei miſericordia eiuſdem iuſtitia eluceſcat. Vnde meliùs coniunctio *vt* coniungetur cum verbo *peccaui*; ita tamen, vt non denotet finem, ſed tantùm conſecutionem, quemadmodum ſuperiùs in Paraphraſi, Commentario & Catena expoſitum eſt; & Theophylactus quoque in Epiſtolam ad Romanos annotauit. Ceterùm inter varias huius loci explicationes ſimpliciſſima & maximè genuina videtur eſſe ipſius Euthymij, qui hæc refert ad verba Domini, quæ per Nathan locutus eſt ad Dauid, diſceptans cum eo, & in iudicium cum ipſo ingreſſus, vt habetur in libro ſecundo Regum: vbi Deus per Prophetam eum redarguit, quòd pro tantis ab eo acceptis beneficijs, & adhuc accipiendis, ipſe contrà in benefactorem ingratus extiterit: vbi & Dei iuſtificatione oſtenſâ, condemnatio ipſius Dauidis tamquam rei conuicti ſubtexitur. Itaque ſenſus erit: Lubenter me in te grauiter peccaſſe confiteor, ita vt cùm inter nos cauſſa diſcutitur, & tu mecum iudicaris, tu in tuis ſermonibus, quibus me reum agis, iuſtam cauſſam agere inueniaris; & ego viciſſim, veluti erga tantum benefactorem adeò ingratus, magis condemner, nihil habens quo me contra te defendam ac tuear. Iuxta quem ſenſum etiam facile fuerit intelligere, quomodo ad Dauidis imitationem hæc verba cuiuis pœnitenti conueniant. Vnuſquiſque enim agnoſcere in ſeipſo debet, Deum in Scripturis nos omnes peccati reos agere, ita vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo. Vnuſquiſque item in internæ mentis redargutione, quâ Deum ſentit ſecum loquentem & redarguentem, fateri debet Deum iuſtum eſſe, ſe verò reum; Deum non eſſe culpandum, ſed ſe ſolum, ob ingratitudinem & liberam peccandi voluntatem. Atque hinc colligenda

Rom. 3, 4.

Quomodo iniuſtitia noſtra Dei iuſtitiam commendet.

2. Reg. 12.

ANNOTATIONES CORDERII.

genda eſt generalis doctrina. Quidquid reperietur culpæ in hominibus, reſidere in ipſis, vt Dei iuſtitia ſemper integram laudem retineat, quæ tam in operibus quàm in dictis eius ſemper refulget; quandoquidem quidquid ſtatuit, iuſtum eſt. Et ſic coniunctio *vt* optimè intelligitur non tam cauſſalis eſſe hoc loco quàm conſequentiam notare. Siquidem Dauidis lapſu propriè factum non eſt, vt Dei gloria in iudicijs emineret; ſed cùm peccando Dei iuſtitiam obſcurent homines, dicit tamdem ipſam ſuâ virtute emergere, vt appareat illuſtrior: quia proprium Dei munus eſt, lucem educere è tenebris.

Quomodo Dei gloria emineat in iudicijs eius.

7. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum.*] Particula cauſſalis non eſt in Hebræo; rectè tamen adiecta eſt ad exprimendam vim orationis, *in iniquitatibus.* S. Hieronymus, *Ecce in iniquitate;* * S. Auguſtinus, *in facinore*, ſingulariter, conformiter Hebraicæ lectioni בְּעָוֺן *begauon*; quæ vox eſt numeri ſingularis, vti & illa ſequentis membri, בְחֵטְא *bechete*, id eſt, *in peccato*, quoniam non eſt niſi vnum peccatum originale; in quo concipimur, & per quod nobis ad malum procliuitas inſeritur. quod tamen multa dici poteſt, quia eſt omnium aliorum peccatorum fomes, origo ac ſeminarium; vnum ergo per ſe, multa per effectus. Quod autem hic locus non intelligatur de peccatis parentum, ſed de ipſo peccato originali quod ex conceptione trahimus, probat hoc loco S. Auguſtinus; quia Dauid non eſt natus ex adulterio, ſed ex caſto coniugio piorum parentum. Adde, quòd illud *conceptus ſum*, in Hebræo ſit חוֹלָלְתִּי *holalthi*, quod non ſignificat actum gignendi, ſed actum formationis membrorum: quæ conformatio in vtero fit ſatis diu poſt concubitum parentum. Et videtur Spiritus ſanctus diuinâ prouidentiâ non voluiſſe ſcribi hoc loco *genitus ſum*, ſed *conceptus*, ſiue *formatus ſum*; vt præueniret hæreticorum peruerſas interpretationes. Illud enim *concepit me mater mea*, in Hebræo eſt יֶחֱמַתְנִי *iechematni*, quod propriè ſignificat *caleſecit me*, ſiue *fouit me*; ac proinde non refertur ad actum concubitus, in quo peccant parentes, quando fornicantur vel mœchantur, ſed ad actionem confouendi fœtum in vtero, dum formantur membra, vt anima infundatur. Quamuis autem S. Hieronymus verterit, *Peperit me mater mea*; & S. Auguſtinus legat, *Aluit me mater mea*; & nos cum Septuaginta legamus, *Concepit me mater mea*; tamen proprietas verbi Hebraici eſt quam diximus, cum qua non pugnant illæ variæ lectiones: mater enim rectè dicitur *concipere*, quando fœtus in vtero eius formatur & fouetur; ſic etiam dicitur *alere*, non ſolùm quando lacte nutrit iam editum, ſed etiam quando in vtero conſeruat & auget. Denique non malè vertit S. Hieronymus, *In peccato peperit me mater mea*; quia peccatorem peperit, quem in peccato conceperat. Ita doctè Bellarminus noſter.

* lib. 4. contra duas Epiſt. Pelagij cap. 10.

In peccato originali omnes concipimur.

8. *Ecce enim veritatem dilexiſti.*] S. Hieronymus iterùm hîc omittit *enim*, & in Hebræo abeſt; & Euthymius monet tam in hoc quàm in præcedenti verſu redundare; Aquila, ἠθέλησας, *voluiſti*; Symmachus, θέλεις, *vis*. Verſus iſte (inquit Ianſenius) obſcurus eſt, & ob id variè explicatur. Sunt enim qui intelligunt de veritate Dei, ſiue quam exhibet, dum ſecundùm promiſſa ſua miſericorditer ignoſcit pœnitentibus; quomodo intelligit D. Auguſtinus. Verùm ex Hebræo ſatis conſtat, hunc locum magis accipiendum de veritate, quæ ſit in homine: nam Hebræa habent, *Ecce veritatem voluiſti in renibus*, ſiue *intimis.* quod deſignat illud בַטֻּחוֹת *battuchot.* Quo ſignificat, Deo probari maximè integritatem cordis, vt nihil fictum ſit vel duplex in homine. Itaque quo remiſſionem impetret, ſignificat ſe non velle diſſimulare peccatum ſuum, nec excuſationis cauſſas prætexere, ſed ex animo illud confiteri, & deteſtari coram Deo, qui integritatem cordis amat; ideoque in exaggerationem ſui peccati ſubijcit: *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Significat enim his verbis, ſecundùm Euthymium, eò grauiùs ſe deliquiſſe, quò magis Dei voluntas ipſi fuerat patefacta. Magna enim fuit ingratitudo, quòd cùm excelleret intelligentiâ cæleſtis doctrinæ, & prophetico ſpiritu eſſet donatus, tamen inſtar bruti in fœdam libidinem proruerit. Cùm ergo ſuperiori verſu dixerit de ingenita corruptione naturæ, quod ad peccati ſui excuſationem quodammodo pertinebat, hoc iam verſu illud vehementer accuſat; vt obſeruare liceat, in his verbis exprimi agitationem animi perturbati, ſeque in partes contrarias verſantis. Ad quod innuendum valet aduerbium *ecce* in vtroque ſenſu poſitum.

Deus amator veritatis eſt.

9. *Aſperges me hyſſopo.*] Addunt nonnulli *Domine*, & Pſalterium Romanum; ſed emendatiores codices vocem illam non habent, vti nec Græca nec Hebræa. Hæc verba autem *Aſperges* & *lauabis* pro imperatiuis accipienda ſunt, *Aſperge* & *laua.* Ianſenius pulchrè notat duo in his verbis obſeruanda, quæ emphaſim habent; nempe & quòd hyſſopo aſpergi velit, & quòd à Domino aſpergi velit. Et hyſſopi quidem meminit, quòd in ſolemnibus cærimonijs ad expiationem inſtitutis hyſſopus adhiberetur; vt patet Leuitici decimo quarto in expiatione leproſi, & Numerorum decimo nono in expiatione quę fiebat per aquam luſtrationis. A Domino autem vult aſpergi, innuens exteriores aſperſiones, quæ à ſacerdotibus ſecundùm legem impendebantur, non poſſe ſibi ſufficere ad mentis purgationem, quam quærebat; cùm illæ, iuxta Paulum, tantùm afferrent iuſtitias & munditiam quamdam carnis. Itaque ſub hac locutionis forma eſt allegoria, quâ ſignificare voluit, ſe petere, vt id quod in ſolemni expiationis corporalis cærimonia, quæ fit à ſacerdotibus, exteriùs ſignificatur, Deus inuiſibiliter operetur in mente, perfectam munditiem & remiſſionem conferendo. Et quamquam hæc ſimplex explicatio ſufficere vtcumque poſſet pro loci huius intelligentia; omnino tamen exiſtimandum, in hac locutionis forma aliquid ampliùs Prophetam intellexiſſe. Cùm enim hyſſopo non fieret aſperſio, niſi per intinctionem eius in ſanguine alicuius animalis occiſi, aut in aqua, cui occiſi animalis ineſſent cineres; omnino putandum eſt, Prophetam etiam reſpexiſſe ad ſanguinem illum & aquam, quâ mens per fidem aſperſa verè mundatur, ſanguinem ſcilicet Chriſti, & aquam Spiritus ſancti. Chriſtus enim in ligno crucis charitatis vinculo alligatus, vera eſt hyſſopus, ligno cedrino per filum coccineum colligata, vt qui ſuâ humilitate inflationem cordis noſtri ſanet, ſicut hyſſopus valet purgandis

Cur hyſſopo, & quidem à Domino, aſpergi velit.

&

& curandis præcordijs. Hæc hyſſopus tincta in cruce proprio ſanguine, aſperſit per fidem credentes in eum, iuxta id quod de eo dixit Iſaias:

Iſaiæ 52, 15.

Iſte aſperget gentes multas. Notandum & illud in hoc verſu, quod & aſpergi petit & lauari, vt fiat perfectè mundus, qui ſe valdè agnoſcit pollutum: in lege enim veteri immundos duobus his modis legimus purificari ſolitos, aſperſione ſcilicet & ablutione. Alludit autem ad leproſi expiationem, quæ hyſſopo & ſanguine fiebat; & ſe leproſum haud obſcurè appellat, hoc eſt incontinentem & libidinoſum: lepram enim ſignificare carnis voluptatem, ait S. Bernardus Serm. 3. de reſurrectione. Et ſignatè hyſſopum nominat, cùm ſymbolum ſit caſtitatis; quam proinde Ægyptiorum Sacerdotes intritam pani admiſcebant, quo poſſent continentiæ ſuæ conſulere. In eadem notant eruditi antipathiam cum raphano, quo excitari Venerem aiebat Democritus. Itaque Medici, cùm acrior raphani vis corpus incenderet, pro amuleto & præſenti medicina hyſſopum dedère, vt auctor eſt Plinius lib. 20. cap. 4. Hoc igitur eſt votum Regij Vatis; pudicâ hyſſopo tinctâ ſanguine Agni immaculati aſpergi cupit, *& mundabor*, inquit. Certò enim ſciebat, Deo mentem illuminante, ciborium Eccleſiæ myſticum & cruorem ſanctum potentiſſimum eſſe remedium ad ardorem libidinis ſopiendum, caſtimoniamque retinendam. Sed quid illud, *Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor?* Reſpondet S. Gregorius: *Quemadmodum corpus aqua lauat à ſqualoribus ſordidum; ita gratia ſancti Spiritus animam purgat à maculis peccatorum. Et ſuper niuem dealbabor. Quia nulla pulchritudo, quæ ineſt corpori, valet decori ſanctæ animæ comparari.* Porrò per hyſſopum S. Auguſtinus, Baſilius, Gregorius, Chryſoſtomus, Bernardus intelligunt humilitatem; quæ quidem abſtergit animæ ſuperbiam, & per pœnitentiam decorem & nitorem inducit inſtar niuis, hoc eſt innocentiæ velut æmulatorem. Quo in ſenſu ita S. Bernardus Serm. 45. in Cant. *Decor animæ humilitas eſt, & hyſſopo humili herbâ, & pectoris purgatiuâ humilitatem ſignificante, ſe poſt grauem lapſum rex & Propheta lauare confidit; & ſic niueum quemdam innocentiæ recuperare candorem.*

Hyſſopus ſymbolum caſtitatis & humilitatis.

10. *Audire me facies exultationem & lætitiam.*] S. Auguſtinus vertit, *Auditui meo dabis exultationem*; Vulgata, *gaudium & lætitiam*. Hic enim effectus eſt & ſignum perfectæ iuſtificationis, & remiſſi peccati, cùm *ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei*; vnde gaudium & tranquillitas animi exiſtit. *Fructus autem ſpiritus eſt, charitas gaudium, pax*, &c. quæ Dauid hoc & ſequentibus verſibus ſibi reſtitui poſtulat. Hæc præſtat cantus ille ſuauiſſimus, qui in Euangelijs ſonat: *Remittuntur tibi peccata tua.* Quæ concinnior harmonia inſonare poteſt auribus, quàm quæ ex filijs dæmonis filios Dei reddit? Hanc audire cupiebat Dauid, cùm Deum ſic precatur: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam*, &c. quaſi dicat: Inſonet auribus meis lætiſſimus ille cantus, *Remittuntur tibi peccata tua*, & mirum in modum exultabo. Sic Theodoretus exponit: *Huius*, inquit, *lætitia mihi aures imple, perfectam peccatorum purgationem promittens*, &c. Sacramentum hoc præſtat pœnitentiæ, quo cum Deo pax conficitur æterna: nam contritio propoſitum pœnitentis continet mortifera peccata omnia fugiendi: quæ ſi quis effugiat, pacem cum Deo æternam ſeruabit. Lætiſſimo autem Paſchatis tempore Chriſtus hoc Sacramentum inſtituit; vt intelligamus pœnitentiam lætiſſimam eſſe: ſiquidem per eam res lætiſſima, videlicet peccatorum remiſſio & Dei gratia comparatur. Lætatur is qui ex periculoſo morbo in ſalutem, qui ex tempeſtate in portum, qui ex morte in vitam reducitur. Lætatur is qui opibus ampliſſimis locupletatur, & in regis amicitiam aſciſcitur, multò amplioribus opibus locupletandus. Nónne is cui peccata remittuntur, ex periculoſiſſimo peccatorum morbo in ſanitatem, ex ſæua tempeſtate vitiorum in portum gratiæ, ex morte ſpiritali in vitam reuocatur? nónne ampliſſimis diuini Spiritus & gratiæ opibus ditatur, & in Regis ſupremi amicitiam inducitur, multò amplioribus gloriæ opibus in cælo ditandus? meritò ergo, ſi ſapit, gaudio exultabit. O lætiſſimam peccatoris auribus muſicam ex ore confeſſarij ſonantem, *Ego te abſoluo à peccatis tuis!* &c. Hanc lætitiam peroptabat Dauid, cùm petit: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata.* Cupiebat à Deo audire internis animi auribus remiſſa ſibi eſſe peccata: ex qua remiſſione magnum ſe gaudium & lætitiam percepturum ait. Non erat in lege antiqua Sacramentalis confeſſionis ſuauiſſima muſica ex varijs permixta ſonis, nimirum ex ſono mœſto, hoc eſt peccatorum contritione, enumeratione, & ſatiſfactione, & ſono læto, hoc eſt abſolutione. Eſt in lege noua muſica hæc noua: reſurrectionis enim ſuæ die citharam ſuam excitauit Dominus, & Matrem ſuam & diſcipulos ſuaui conſenſu exhilarauit, eademque die, & eiuſdem citharæ concentu totum terrarum orbem exhilarare voluit, confeſſionis inſtituens muſicam lætiſſimam, in qua auditui peccatoris dat Deus gaudium & lætitiam, cùm à confeſſario Dei Vicario audit, *Ego te abſoluo*, &c.

Rom. 8, 16.

Gal. 5, 22.

Matth. 9, 2.

Remiſſio peccatorum dat auditui pœnitentis gaudium & lætitiã.

ANNOTATIONES CORDERII.

11. *Auerte faciem tuam à peccatis meis.*] Vbi ſic D. Auguſtinus: *Vult auerti faciem Dei à peccatis ſuis. Peccatum enim vnde ſe Deus non auertit, aduertit; ſi aduertit, animaduertit; auertendo faciem peccata delet, aduertendo ſcribit. Tu ergo peccatum tuum ante faciem tuam conuerte, vt Deus auertat faciem à peccato tuo.* Sic ille. Eumdem ſenſum ſic breuiter eruit S. Hieronymus: *Ne ea ſic aſpicias, vt reuertantur in commemorationem tuam. Auerte faciem à peccatis, hoc eſt, ne videas, ne recorderis illa.* Cùm enim Deus in ipſis oculis iuſtitiam ſuam gerat, ipſum videre mortalium ſcelera, idem omnino eſt quod punire; alioquin ſuam ipſius perſpicacitatem offenderet, iuxta illud Tertulliani lib. de Pœnitentia cap. 3. *Diſſimulator & præuaricator perſpicaciæ ſuæ non eſt.* Qui ergo peccata ſua conſiderare negligit, ante Dei oculos ea ſiſtere videtur, vt ſeuerè diſcutiat & iudicet. Nam cùm nihil indiſcuſſum abire debeat, niſi nos ſcelera noſtra diſcutimus, diuinæ diſcuſſioni ea committere videmur. Quamobrem cum Dauide diligenter actiones omnes atque cogitationes noſtras explorare & ad vnguem diſpicere debemus, vt ſeuero iuſti Iudicis examini ſubducamus.

Peccata nobis ob oculos ponẽda, vt Deus ab illis faciem auertat.

ANNOTATIONES CORDERII.

Dauid ſibi cor mundum creari petit.

12. *Cor mundum crea in me Deus.*] Benè *crea*, non autem fac; vt nihil antiqui cordis habeat, aut ex priſtinis mundi elementis educatur, ſed è nouis iuſtitiæ & ſanctitatis elementis de nouo formetur, vt nihil peccati reliquum ſit in animo, nec vna illius ſyllaba, litteráve aut anſula maneat, vnde rurſus incipere aut reuiuiſcere poſſit. Efflagitat itaque, vt mundum in ipſo cor non tam reficeret, quàm de nouo crearet; ne ab eo, quod ante peccatum habebat, quod iuxta Dei cor erat, cui omnimoda inerat munditia, nihilque ſordidum inhæſerat, quidquam diſtaret. Ita locum hunc expreſſiſſe videtur Venerabilis Bachiarius in libro de Recipiendis lapſis, occaſione Sunamitidis, quæ Dauidem ſeneſcentem caſtè & mundè confouebat, ſic inquiens: *Dauid cùm in adoleſcentia ſua cum adultera deprehenſus ſit, in ſenectute cum virgine inuenitur; vt intelligamus, quòd poſt peccatum longa caſtitas imitatrix eſt virginitatis.* vt non minùs purum ac mundum poſt peccati pœnitentiam cor haberet, ac ante admiſſam turpitudinem habuerat.

Dauid rogat pro dono perſeuerantiæ.

13. *Ne projicias me à facie tua.*] Quibus verbis à Dauide donum peti perſeuerantiæ graues & eruditi auctores putant. Hoc nimirum ipſe vehementiſſimè timebat, ne quando prouidentiâ Numinis deſtitueretur illâ paternâ, quâ hominum ſaluti ſolet conſulere: quo in ſtatu nihil facilius, quàm vt anima ſe fœdiſſimè & indigniſſimè contaminet, & ſtygio ſe prædoni mancipet in æternum peritura. Quòd ſi Dei facies & illuminatio ſancti vultus eſt character beneuolentiæ, gratiæ pignus, & diuini amoris teſtificatio; proijci ab illa facie, eſt omni ſpe præſidioque nudari, malis & detrimentis obijci, infelicium pœnis & orco ſponderi. Hoc igitur impensè, & omni animi affectu ac demiſſione precabatur, *Ne projicias me à facie tua.* Ne me duci in perniciem illam ſinas, vt propter ingrati animi ſcelus, & vſuram malæ voluptatis, merear à tua bonitate repelli & abijci. Quam orationem qui ex animo ſæpè adhibebunt, ſentient, ni fallor, opem & adiumentum ad perſeuerantiam in vitæ curſu & profeſſione retinendam.

Quæ ſit lætitia ſalutaris.

14. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.*] Lætitiam ſalutaris vocat ſpiritus gratiam, quam ſibi meritò reſtitui poſtulat, quâ animetur in nouam vitam. Hanc autem lætitiam ſuperiùs verſu decimo dixit auditu percipi. Neque verò quiſquis ſerio Dei timore tangitur, aliud inquietudinis ſuæ remedium optabit quàm auditionem iſtam lætitiæ, dum ſcilicet promittit Deus, abolito noſtro reatu, ſe nobis eſſe propitium. Significat ergo Dauid ſibi nullam fore quietem, donec affulgeat ſolitus Dei fauor ille paternus, quem ante peccatum ſenſerat, & modis plurimis expertus fuerat. hunc autem vbi receperit, ſibi confirmari poſtulat, dicens, *Et ſpiritu principali confirma me*: vbi in Hebræo eſt vocabulum נְדִיבָה *nediba*; quod cùm à verbo נָדַב *nadab* deriuetur, quod *liberaliter agere* ſignificat, vnde Principes κατ' ἐξοχὴν נְדִיבִים *nedibim* appellantur; ideo docti homines exiſtimant Dauidem hîc loqui de *ſpiritu principali* vel regio; ſicut etiam Græci ἡγεμονικῷ verterunt. Quæ quidem ſignificatio, & conſequenter precatio, licet in perſonam Dauidis apprimè quadret, cui neceſſe fuit, cùm Rex creatus eſſet, heroicâ virtute excellere, ad munus ſuum dignè exequendum; malim tamen latiùs extendere ad ſpiritum illum libertatis proprium filiorum Dei, à quo per peccatum exciderat, & ad quem, peccato ſibi condonato, iterùm aſpirabat, eum ſingulare ac gratuitum Dei donum eſſe non ignorans. Hic enim ſpiritus cùm ſit lux intelligibilis, *vniuerſæ potentiæ rationali* (inquit D. Baſilius) οἷόν τινα καταφώτισμα, *velut quamdam illuſtrationem ex ſeſe præbet ad veritatis inueſtigationem*: & ſi pura fuerit anima, mirificè in omnem partem irradiabit, vt paulò pòſt magnus idem Pontifex egregiâ ſimilitudine docet. Nam quemadmodum pellucida corpora atque illuſtria, contacta radio ſolis, fiunt & ipſa ſupra modum ſplendida, & alium fulgorem ex ſeſe profundunt; ſic & animæ ſpiritu afflatæ, ac ſpiritu illuſtratæ, fiunt & ipſæ ſpirituales, & in alios gratiam mittunt. Hinc futurorum præſcientia, arcanorum intelligentia, occultorum comprehenſio, &c. quæ maximè ad excellens prudentiæ genus faciunt. Ea cauſſa dicitur à purpureo Vate ſpiritus ἡγεμονικὸς, id eſt, vt interpres noſter reddit, *principalis*, propriè *ductor*, qui præit, ordines ducit, auctor omnium conſiliorum, dux & princeps actionum.

Dauid, exemplo ſuo docuit vias Domini, quæ ſunt miſericordiæ & iudicium.

15. *Docebo iniquos vias tuas.*] Hic ſe Deo gratum fore promittit, ſi fuerit exauditus; & fructum ſuæ gratitudinis commemorat, nempe ſe daturum operam, vt ſuo exemplo alij reſipiſcant. Fuit certè Dauid (vt benè notat Bellarminus) omnibus poſteris inſigne exemplum miſericordiæ & iuſtitiæ diuinæ: miſericordiæ quidem, quia poſt tam grauia ſcelera, mox vt ex corde dixit, *Peccaui Domino*, remiſſum fuit ei peccatum; iuſtitiæ autem, quoniam grauiſſimas temporales pœnas de eo Dominus ſumpſit, vt non ſolùm ſtatim moreretur filius ex adulterio natus, ſed etiam paulò pòſt ipſe de regni ſolio deturbaretur; vxores eius à proprio filio publicè violarentur; duo eius filij Amnon & Abſalom interficerentur. Hoc autem exemplum non ſolùm profuit illius ſæculi hominibus, ſed etiam poſteris omnibus vſque ad mundi conſummationem, dum Pſalmus hac de re compoſitus in Eccleſia quotidie recitatur. Impleuit itaque Dauid cumulatè quod promiſit, cùm hunc Pſalmum edidit, quo plurimi peccatores exemplo eius conuerſi ſunt per pœnitentiam, & vias Domini agnouerunt. Satis etiam veroſimile eſt, Dauidem poſt reparationem ſuam multis prædicaſſe diuinam indulgentiam, atque eius exhortatione non paucos peccatores ad Deum fuiſſe conuerſos. Et certè non modò præſcribit hoc charitatis regula, vt manum alijs porrigant, qui erecti ſunt à Domino; ſed huc etiam impellere eos debet pietatis ſtudium, & zelus gloriæ Dei, vt omnes, quantum in ſe eſt, eiuſdem gratiæ participes faciant.

16. *Libera me de ſanguinibus.*] S. Auguſtinus exiſtimat ſignificari peccatum, quia per ſanguinem fit & carnem; D. Gregorius deſideria carnalia; ſimiliter Haymo, qui ſic exponit: *Libera me à peccatis, quæ veniunt per ſuggeſtionem ſanguinis.* quibus conſentit Caſſiodorus, dicens: *Liberari ſe Propheta petit de carnalibus deſiderijs*, &c. Hinc in lege prohibetur eſus ſanguinis, quo carnalia deſideria & peccata deſignantur. Quidquid edimus, abſque hoc ſanguine edendum; hoc eſt, quidquid facimus, abſque peccato facien-

Sanguis deſignat peccata carnis.

faciendum eſt. Effundamus ergo totum peccati ſanguinem in ſaxo ſiue petra grandi, quæ eſt Chriſtus, opera illi noſtra ſine hoc ſanguine offerentes. *Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.* Felix ſanè eſt ille, qui deſideria ſua carnalia, etiam parua, ad petram grandem Chriſtum allidit, totumque peccati ſanguinem effundit. Iuſtitia autem Dei, quam ſe cum iubilo celebraturum dicit, pro bonitate accipitur & miſericordia, quam pœnitentibus impertiri conſueuit opem eius implorantibus. vnde Symmachus vertit: Διαλαλήσει ἡ γλῶσσά μου τὴν ἐλεημοσύνην σου. *Prædicabit lingua mea miſericordiam tuam.* Vt autem ad Dei laudes canendas idoneus ſit, aptè ſubiungit:

Pſal. 136, 9.

Deus nobis os aperit, vt eius laudem annuntiemus.

17. *Domine labia mea aperies.*] Mihi ſcilicet indulgendo & condonando peccata; & fiduciam & lætitiam reſtituendo; & tunc *os meum annuntiabit laudem tuam*, prædicando miſericordiam tuam. Significat quippe Dauid, ſe hactenus quodammodò obmuteſcere, donec veniam adeptus, ad gratiarum actionem vocetur. Atque ita rurſus ſe Deo gratum & beneficij memorem fore teſtatur; quia non alio fine in gratiam ſe recipi poſtulat, niſi vt apud omnes gratiæ Dei clamoſus ſit præco. Plurima in laudem huius verſiculi, à quo Matutinum Eccleſiaſtici Officij quotidie inchoat, tradit Bonnartius noſter de Inſtitutione Horarum Canonicarum cap. 30. apud quem nonnemo illum vocat primam aciem Eccleſiaſtici exercitus, ſymbolum militiæ noſtræ, tubam & ſignum, quo audito arma capiunt Eccleſiæ miniſtri contra hoſtes qui ſub aſpectum non cadunt: vocat vexilliferum, qui labarum crucis erigit per confertas monachorum, virginum, Canonicorum phalangas; auroram primitiaſque diurnæ orationis, & felix inſequentium orationum prognoſticum; prooemium, quo æterni numinis captatur beneuolentia, quo animus orantium attentus, auditor docilis redditur: vocat autem lucis, & diei temporanei & æterni prænuntiam, quæ iacentes excitat, & ſomnolentos increpat. Vide plura de hac re apud Bonnartium loco citato.

18. *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique.*] S. Hieronymus vertit, *Non enim vis vt victimam feriam, nec holocauſtum tibi placet*; alij ex Hebræo, *Quoniam non eſt tibi acceptum ſacrificium, holocauſtum non voles.* Rationem reddit, cur ſacrificium laudis offerre velit, quoniam videlicet ſacrificijs pecorum Deus non oblectatur. Quod nequaquam ita intelligendum, quaſi ſacrificia pecorum nullo modo placerent Deo (cùm ſatis conſtet ex libro Leuitici à Deo illa eſſe inſtituta, & offerri iuſſa; quare Dauid etiam cultum hunc minimè neglexit, nec hîc ſimpliciter loquitur, ac ſi reſpueret Deus quæ ex eius mandato offerebantur ſacrificia, vel quiſpiam ea poſſet quaſi ſuperuacua omittere) ſed ſenſus eſt, illa non placere ex ſe ipſis, quaſi mactatio pecorum ſit ex ſe opus Deo gratum, vel vtile, aut neceſſarium: item dicuntur non placere, ſi cum Euchariſtiæ ſacrificio conferantur, vt patet ex primo capite Malachiæ, vbi ſacrificia vetera dicuntur ceſſatura, quando oblatio munda in omnibus gentibus offeretur: huius enim figuræ erant & vmbræ; nec aliter Deo placebant, niſi quatenus verum Chriſti ſacrificium pro redemptione in ara crucis offerendum repræſentabant. Ideò enim ſacrificijs expiari peccata lex iubebat, vt operibus ſuis diffiſi, ſatisfactionem ab vno Chriſto peterent & expectarent, cuius ſacrificio expianda erant mundi peccata. *Sacrificium ergò viſibile* (inquit S. Auguſtinus) *inuiſibilis ſacrificij ſacramentum, id eſt, ſacrum ſignum eſt; & eatenus illud eſt Deo acceptum, in quantum eſt iſtius ſignum.* Intueamur ergo quemadmodum vbi Deum dixit nolle ſacrificium, ibi oſtendit Deum velle ſacrificium. Non vult ſacrificium trucidati pecoris, ſed vult ſacrificium contriti cordis. Illo igitur quod eum nolle dixit, hoc ſignificatur, quod eum velle ſubiecit. Sicque illa Deum nolle dixit, quomodo à ſtultis ea velle creditur, velut ſuæ gratiâ voluptatis. Non ergo Deus ſacrificia poſtulabat, quaſi illa in ſe ſibi placita extitiſſent, ſed quatenus erant quædam ſigna ſacrificij cordis contriti & humiliati. de quo ſubdit:

Qualiter antiqua ſacrificia Deo placerent, aut non placerent.

Malach. 1, 11.

ANNOTATIONES CORDERII.

19. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.*] Sacrificia Patres ita partiuntur, vt alia ſint externa, quæ in hominum lucem conſpectumque prodeunt; alia interna, quæ intimo in animo & corde geruntur. Eſt enim cor pijs hominibus ara: ibi libant, ibi litant, ibi ſacrificant: in eo & thura igneſcunt cæleſtium deſideriorum, & terreni affectus moriuntur, & voluntas, vt cornibus auratis iuuenca pudicitiæ immolatur, anima quanta quanta eſt Deo conſecratur. Id expreſsè contendit S. Gregorius lib. 2. Moral. cap. 7. & diuinitus præcipit, vt in eo tamquam in ara ſacroſancta ſemper ignis accendatur. Sic Origenes homilia 9. in Leuiticum dicit corda noſtra eſſe altaria, & nos omnes eſſe ſacerdotes ad hoſtias orationis & pietatis Deo offerendas. *Talibus enim hoſtijs promeretur Deus.* Quales ſunt actiones quædam virtutum, quæ magnum & generoſum animum requirunt hominis ſe & ſua abijcientis, &, vt verbo diuinarum Litterarum vtar, victimantis, vt honoret Deum. In quibus quamquam non accidit mors, vt in pecudibus, nec immutatio tanta, aliqua tamen accidit; quæ adhibita ad diuinæ mentis honorem & meritum cultum, plurimùm apud Deum meretur. Sic cùm peccator de ſceleribus ſuis dolet, & conterit cor, quaſi frangere illud ferreum videatur, ad mollius accipiendum, & Deo gratum; eſt immutatio quædam notabilis, ad venerandum colendumque Deum facta, quam proinde Regius Pſaltes ſacrificium ſpiritus contribulati & contriti cordis appellat.

Sacrificia interna & ſpiritualia qualia.

Hebr. 13, 16.

20. *Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion.*] Id eſt: Sentiam ô Deus meus benignitatem tuam, experiar miſericordiam tuam, quæ in corde meo vrbem ſanctitatis conſtruat, fundamentum humilitatis iaciat, & muros tuæ protectionis ædificet. Sic alibi dicitur Deus ſeras Ieruſalem confortaſſe, id eſt, pia pœnitentis animæ propoſita ſtabiliuiſſe, quibus firmiter ſtatuit mortifera peccata omnino fugere. His ſeris peccato oſtium obſeratur, his repagulis dæmoni occluduntur fores; quò ea fuerint firmiora, eò animus erit munitior, & ab hoſte tutior. Magnum Dei beneficium eſt iſtiuſmodi confortare ſeras: ſiquidem ex earum firmitudine noſtra dependet ſalus. Quamobrem quilibet verus pœnitens cum Dauide Deum oret, vt huiuſmodi, de quibus

Deus ciuitatem animæ ædificare & ſeras eius confortare debet, ne corruat.

Pſal. 147.

ANNOTATIONES CORDERII.

Amos 7,7.

* Vulgata *litum,*

bus loquimur, decretis Ieruſalem, id eſt, animam, ſepiat ac muniat. Hi enim ſunt muri Ieruſalem, quos Deus ex beneuolentia ſua exædificat, exædificatoſque tuetur, iuxta illud Amos, ſecundùm Septuaginta interpretum verſionem: *Ecce Dominus ſtans ſuper murum * adamantinum, & in manu eius adamas.* Murus adamantinus adamantinum eſt de peccatis omnibus euitandis decretum, quo animus omni ex parte aduerſus vitia omnia circumuallatur. Stat autem ſuper murum adamantinum Dominus, adamantemque, hoc eſt, virum conſtantem ac fortem manu continet; quoniam niſi Deus murum hominemque defenderit, murus corruet, hoſtis irruet.

Muri Eccleſiæ ſunt Epiſcopi & Sacerdotes.

IBIDEM. *Vt ædificentur muri Ieruſalem.*] Euthymius per muros ait intelligi Epiſcopos & Doctores; Anonymus verò in Catena ſanctos Sacerdotes, qui Eccleſiam hanc ſepiunt. Hi muri ſacri magis venerandique ſunt quàm Romulidum, qui muros vrbium violare par ſacrilegio

Ierem. 1, 18.

putabant, & piandum morte. Hi muri *ahenei*

Amos 7,7.

ſunt, vt vult Ieremias; vel *adamantini*, vt Amos; vel *ex iaſpide*, vt eſt in Apocalypſi: quæ gemma ſymbolum eſt ſecuritatis. Apocal. 21, 18. In his denique lucet ille murus oraculi & Sancti ſanctorum, quem Ezechiel deſcribit pretioſiſſimis è gemmis, quæ Ezech. 43. ſerenum cælum referunt, inædificatum. Quemcumque tandem pretioſum lapillum capiamus, mens diuini Prophetæ eſt declarare, ſacrum hunc murum, quo ſanctitas myſteriorum vt oraculum cingitur, eſſe pretio auguſtum, ſplendore clariſſimum, firmum ad repugnandum. Habet itaque Eccleſia muros ſuos, inquit S. Ambroſius in Pſal. 118. quibus intelligit apoſtolicos viros ſanctimoniâ pollentes. addit, Eccleſiam eo nomine gloriari ac dicere apud Iſaiam, *Ego ciuitas* Iſaiæ 27, 10. *munita.* Cuius deſiderio Rex hymnopœus capiebatur, cùm ex intimo animi affectû illud caneret: *Quis deducet me in ciuitatem munitam?* Pſal. 59, 11.

21. *Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, &c.*] Non enim acceptat Deus ſacrificia iuſtitiæ, id eſt, quibus de iuſtitia debeatur merces æternæ vitæ, niſi ciuitas animæ per Dei gratiam priùs ædificata ſit: hoc enim requiritur, vt ſacrificia illi ſint accepta.

FINIS.

INDEX

Digitized by

INDEX
RERVM ET VERBORVM
MEMORABILIVM.

A.

ABRAM tranſitor. 728.
Abſalom patris pacem ſignificat. 771. typum Iudæ geſſit. ibid.
Abſcondit ſe Deus vt reſipiſcamus. 519.
Abſconditum Dei quid. 536.
Abſconditum tabernaculi quid. 469.
Abundantia ſpiritalis. 509. 513.
Abyſſos Deus theſaurizat. 567.
Abyſſus cataractarum quid. 775.
Abyſſus eſt Scriptura ſacra. 789. pro calamitate accipitur. ibid.
Academici corpus neglectum habebant. 520.
Accolatus quid. 257.
Achitophel ſe ſuſpendit. 145.
Actionibus bonis Deum glorificamus. 496.
Adeps tropicè quid. 290. 302.
Adipis concluſio quid. 302.
Adiutor noſter Deus. 336.
Aduenæ hic ſumus. 733.
Aduerſa cur ſanctis accidant. 65.
Aduerſitas exoſum reddit hominem. 540. oſtendit quales ſimus. 519.
Adulatio confirmat in malo. 186.
Adulatores occiſores animæ. 296.
Ædificatio myſtica qualis. 516.
Ægrotans inclamat medicum, peccans verò ſilet peccatum. 554.
Æmulari & Zelari quid. 687.
Afflicti reſpiciuntur à Deo. 220.
Afflictio Dauidis magna. 539.
Afflictionis fructus eſt oratio. 519.
Afflictorum querelæ quales. 177.
Agri pulchritudo eſt Eccleſia. 969.
Alæ ſymbolum protectionis. 302.
Altare Dei quomodo accedendum. 797.
Amantium eſt amorem prodere. 781.
Ambitio abſorbet intellectum, & beſtijs nos ſimiles reddit. 946.
Amen nominis quæ vis, ſignificatio & vſus. 772.
Amen voce ſinguli Pſalmorum libri finiuntur. ibid.
Amicitiæ diuitum non fidendum. 929.
Amicus fictus hoſte quouis truculentior. 759.
Angeli cuſtodes quales. 820.
Angeli inferiores à ſuperioribus illuſtrantur. 431. non omnia ſciunt. 430. perfecti ſunt conditi. 566.
Angelorum tutela & cuſtodia qualis. 595. 613.
Anguſtiæ Chriſti in paſſione. 387. 395.
Anima cur vnica dicatur. 411. Deo commendanda. 538. habet ſeparatam à corpore operationem. 48. inſtar ſpeculi Deum repræſentat. 557. media inter mentem & ſenſum. 98. pia ad Deum, vt ceruus ad fontem, anhelat. 787. præparanda ad communionem. 797. quomodo purganda ſit exemplo fullonis oſtenditur. 1006. renouanda, vt dignè communicet. 797. ſancta, Dei templum. 500.
Animæ & corporis conſonantia. 694.
Animæ interiora corrigenda. 1000. pulchritudo ab intus. 839. ſolicitæ deſcriptio. 784. turbationes quomodo componendæ. 789. venuſtas omnis ab aſpectu Dei. 557.
Animam Chriſtus Patri commendauit. 538. effundere quo ſenſu quis dicatur. 788. quis in vanum accipiat 432. vanam quis habeat. 430.
Animas noſtras Deus ſingillatim creat. 586.
Animi afflicti deprecatio. 786. in Deum confidentis oratio. 792. operatio à corpore ſeparabilis. 48.
Animus ad Deum erigendus. 458. eſt gloria hominis. 171.
Anni piorum ſoli numerantur à Deo. 691.
Ἄνομος & παράνομος qui differat. 96.
Antidota peccati quæ. 115.
Apoſtoli ceruis ſimiles. 493. deſtructores impietatis. 173. 181. idolorum euerſores. 488. orbis doctores. 930. ſunt milites Chriſti, 86. nubes lucidæ. 316. oſſa Eccleſiæ. 387. Patres, filij, Epiſcopi. 867. Principes Eccleſiæ. 840. ſagittæ Chriſti. 835. 849. vocationis miniſtri. 894. fortes Dei. 895.
Apoſtolis prædicantibus orbis commotus eſt. 874.
Aqua cuius rei ſymbolum ſit. 340. 341. 1006.
Aquæ & abyſſus pro calamitatibus. 317. 778.
Aquarum decurſus quid myſticè. 8.
Aquas Deus concludit & ſuſpendit. 559.
Arbores ferunt, ſed homines dant fructum. 13.
Arboris frugiferæ partes iuſto applicatæ. 19. ſpiritalis folia quæ. 12.
Arca erat memoria ſanctitatis Dei. 517.
Arcana Chriſti qualia. 189.
Arietes ſunt viri Apoſtolici. 500.
Arietum filij qui. 490. 495.
Arma & ſcutum cur Deo tribuantur. 642. quomodo ſumat Deus. 634. quo ſenſu Deo accommodentur. 130.
Armis ſapientiæ & ſcuto patientiæ opus eſt. 642.
non Armis, ſed Deo fidendum. 821.
Aſaph quis. 962. 975.
Aſcenſio Chriſti qualis. 428. 897.
Aſpectus ſolius Dei ſatis eſt ad ſalutem. 530. fugat mala vt ſol tenebras. 531.
Aſpidis morſus letalis. 250.
Aſſyrij flammæ ſimiles. 492.
Atheorum quales ſententiæ. 245.
Atheus eſt inſipiens corde. 243. 247.
Auari phreneticis ſimiles. 614. veſtem Chriſti ſcindunt. 411.
Auaritia excludit cælo. 263.
Auarus leoni ſimilis. 187.

Auerſio Dei ab improbis. 235. maximè timenda. 474. nos eneruat. 510. 514.
Aures Chriſti quinam. 934.
Aures cordis quales. 754. debent eſſe perforatæ ad ſermones ſanctos excipiendos. ibid. mentis quales. 819.
Aures & oculi quid in Deo. 93.
Aures ſunt ſymbolum obedientiæ. 754.
Aurium ornatus quis optimus. 865.
pro Auxilio ſemper inſtandum. 751.
Auxilium citò ſuis fert Deus. 779.
Auxilium Dei inſtanter poſtulandum. 110. potentius omni inimico. 464. promptum. 339.
Auxilium impiorum veteraſcit. 928. 941.
Auxilium opportunum quale. 182.

B.

Babylonii profani. 791.
Baptiſmi efficacia. 355.
Baptiſmus diluuio comparatur. 494. eſt lumen ſpiritale. 612.
Baptizati ſunt ſemen Dei. 390. 400.
Beati quibus Deus Dominus eſt. 585.
Beatitudinem omnes appetunt. 3. veram aut falſam qui ſectentur. 6.
Beatitudinis ſeptem gradus. 341.
Beatitudo æterna vnicè quærenda. 472. animat ad labores. 6. bonorum baſis ac fundamentum. ibid. eſt fructus perfectionis. 8. in Dei viſione ſita. 467.
Beatum vnum Dauid, Chriſtus plures prædicat. 7.
Beatus nemo in hac vita. 4.
Beatus quis. 2. 3. 4. 6. 735.
Benedictio dulcedinis quæ. 382. iuſti quæ. 427.
Benedictiones Dauidis quales. 381.
Benefica opera Dei non occultanda. 756.
Beneficia Dei multa & magna. 739. non ſunt ſilenda. 65.
Beneplacitum Dei ſcutum noſtrum. 106.
Benignitas Dei ſuſcepit nos. 741.
Benignitatem Deus occultat interdum ad noſtram vtilitatem. 531.
Blaſphemia eſt maximum peccatum. 207.
Bona opera ſunt veri plauſus. 896.
Bona miſericordiæ ſex. 770. triplicia quæ. 62.
Boni inter malos pauci. 227. lucem diligunt. 673. ſunt rari. 14. 77.
à Bonis ſilere quid. 729.
Bonum ſponte, & non coactè agendum. 10.
Bonus & rectus Deus. 439.
Boues ſunt legis obſeruatores. 166.
Breuitas vitæ celeri ope indiget. 537.

C.

Cades deſertum gentium ſymbolum. 488. 493.
Caducas ob res fruſtrà quis conturbatur. 732.
Cæli ſummum quid. 361. contemplatio eſt homini propria. 170.
Cæli conditorem manifeſtant. 355. quomodo gloriam Dei narrent. 359. rationales ſunt ſancti. 356. ſine voce Deum laudant. 350. ſpiritualés ſunt ſancti. 163.
Cælum Dei ſolium. 338. ciuitas. 878. terra viuentium. 475. in Chriſti incarnatione inclinatum. 315. 329.
Calami officium quale. 844.
Calamitates menti tenebras offundunt. 742.
Calamitates nos veram noſtri notitiam docent. 104.
Caligo quid. 316. 329. pro obſcuro ſermone. 316.
Caligo eſt Chriſti caro. 315. quæ ſub pedibus Dei. 338. quam Deus inhabitat. 307.
Calix Chriſti Eccleſia eſt. 275. peccatorum qualis. 218. retributionis qualis. 212.
Calumnia malum inſidioſum. 206.
Calumnijs traductus Dauid. 645.
Canis ſymbolum impudentiæ. 410.
Canticum diapſalmatis quid. 203.
Canticum nouum quid. 739. 745. 752. in nouitate vitæ fit. 582. quis canat. 564. 576.
Cantus familiaris amantibus. 180.
Caput libri eſt Scriptura ſacra. 749.
Caput ſignificat Principatum. 40.
Carcer eſt vmbra mortis. 823.
Carnes allegoricè quid. 396. alienas edere quid ſignificet. 472.
Carnis tentatio vincitur fletu & oratione. 121.
Caro ad malum potens. 712. affligenda, vt ſpiritus ſeruetur. 706. lætatur rebus materialibus. 77. ſeminarium ærumnarum. 711.
Caro Chriſti bis floruit. 485. incorruptibilis. 270. 277. tabernaculum Deitatis. 361.
Caſia quid. 852.
Caſtigationis impiorum vtilitas. 140. 141. 184.
Caſtitate purgantur renes. 457.
Caſus & ruinæ differentia. 364.
Cataractæ & abyſſus quid myſticè. 779.
Καταρτίζειν quid propriè. 754.
Cathedra peſtilentiæ quid. 9. 17.
Cauſſa bona iudicium non ſubterfugit. 795. iuſta fiduciam præbet. 437.
Cauſſa, non pœna martyrem facit. 796.
Cedros, id eſt elatos, Deus conterit. 491.
Cedrus hieroglyphicum ſuperbiæ. 501. in bonam & malam partem ſumitur. 497.
Ceruarum partus qualis. 502. iuuatur à tonitru. ibid.
Cerui myſtici ſunt ſacerdotes. 503.
Cerui naturâ ſuâ ſitibundi. 776. & cur. 780.
Ceruorum natura ſerpentibus inimica. 488.
vt Ceruus ſitire debemus Deum. 773.
Charitas omnia credit, ſuſtinet, & ſperat. 74.
Cherub quid. 329.
Chriſti natiuitas triplex. 37. arma qualia. 846. eloquentia mira. 861. gladius eſt & dicitur pulchritudo. ibid. humanitas benedicta. 845. nomen delere fruſtrà Iudæi conati. 770. oblatio eſt perpetua. 405. paſſio fuit boni odoris. 836. proprium eſt ſaluare. 848. pulchritudo quanta. 860. puritas imitanda. 261. regina eſt anima perfecta. 853. regnum manſuetudo & iuſtitia. 826. 834. virtutibus ſtabilitur. 862. ſpecies & pulchritudo qualis. 847. verba ſagittæ. 826. 831. veſtes gratiam ſpirant. 853. veſtimenta ſunt fideles. 836. veſtis eius humanitas, & ſpecies Sacramentales. 863.
Chriſto nato quieſcunt bella. 881.
Chriſto Deus à dextris. 270. flectitur omne genu. 400. inſultarunt quatuor genera hominum. 29. 30. quomodo dæmones ſint cauſſa ipſius crucifixionis. 30. nullum os confractum. 616.
à Chriſto vocantur omnes. 943.
Chriſtum dolores mortis circumdederunt. 327.

INDEX RERVM.

Chriſtus in vtero habuit vſum rationis. 393. naſcenti Pater obſtetricatus. ibid. abſconditus & manifeſtus. 532. ad noſtram redemptionem miſſus. 33. à Iudæis occiſus, à gentibus adoratur. 896. cerua matutina dictus. 405. Dei virtus. 378. deſertus ab omnibus in paſſione. 394. dilectus Patris. 842. Dominus Sabaoth. 861. Eccleſiæ ſponſus. 273. effuſus vt aqua in paſſione. 409. enarrat mirabilia. 101. erudiebatur ſecundùm humanitatem. 276. eſt conſiliarius piorum. 6. Eccleſiæ hereditas. 275. legiſlator Gentium. 196. 204. lumen Patris. 83. panis & calix vitæ. 274. perfectus homo. 277. pro omnibus ſacrificijs antiquis oblatus. 747. eſurit noſtram ſalutem. 970. etiam in veteri Teſtamento pro Filio Dei accipitur. 36. ex vtero proiectus in Dei prouidentiam. 408. gigas quos ſaltus fecerit. 361. gloria Dauidis. 378. heres omnium. 27. 33. in perſona noſtra orat. 390. inſtar infantis expoſititij in hoc mundo. 409. Iudam iiſdem cum ceteris Apoſtolis beneficijs affecit. 767. iuſtitia noſtra. 537. iuſtitiam diligit. 863. lex eſt. 10. lignum à Patre plantatum. 11. 13. lignum vitæ. 8. 11. 12. 13. lucerna Dauid. 333. lux & veritas. 796. lux vera. 794. medicus animarum. 989. mons Dei ſanctus. 906. mundo attulit diuinam cognitionem. 966. nobis attulit mutationem. 842. non alius poſt ipſum expectandus. 196. nos reſtaurat. 1002. nos reſtituit. 270. oleo lætitiæ vnctus. 827. omnes inuitat. 931. omnia refert ad noſtram vtilitatem. 277. omnium Dominus. 32. opprobrium factus. 393. 407. orat etiam poſt exauditionem. 68. orat vt homo. 38. oſtendit vias vitæ. 278. paſſione glorificatus. 266. pauper factus vt nos ditaret. 403. peccata noſtra ſuſcepit in ſe. 391. per incarnationem regnat. 862. per reſurrectionem inimicos eluſit. 768. poſt incarnationem quid poſtulet. 26. potens ſermone & virtute. 825. pro nobis orans exauditus. 370. pro nobis peccatum aſſumpſit. 385. pro nobis ſatisfecit, & quomodo. 101. propria virtute aſcendit. 880. 892. 893. propter nos egenus factus. 764. proſperè procedit & regnat. 847. qua ratione dicatur in Iuda ſperaſſe. 772. quam benedictionem meruerit. 861. quando & ſecundùm quid genitus. 26. quibus armis pugnet. 861. quomodo à Patre derelictus. 385. quomodo poſtulet hereditatem. 26. quomodo vnctus. 863. Rex, & qualis. 26. 32. Rex Gentium. 323. Rex potens in prælio. 433. ſicut teſta exaruit. 409. ſol oriens. 95. ſolus redimere poteſt. 924. 936. ſpecioſus formâ. 832. 833. ſuos ſeruat. 274. ſuſcipit venientes ad ſe. 400. triſtitia eius quanta. 395. verè vnicus & pauper. 450. vermis in paſſione. 392. via piorum. 9. verus Mars. 861. vitis. 168. vnctus Spiritu ſancto. 835. 851. vnigenitus & primogenitus. 403. vt homo ſuſtentabatur. 276.

Chriſtus etiam dicitur qui ei aſſimilatur. 481.

Chuſi diſſipat conſilium Achitophelis. 123. quis, & cur filius Iemini dictus. 131.

Ciconia auis pia & miſericors. 80.

Cilicij vſus antiquus. 645.

Cilicium pœnitentiæ ſymbolum. 520. ſpiritus lætitiam parit. ibid.

Circumciſio cordis melior quàm carnis. 112.

Cithara quid myſtice. 563. 576.

Clamare, eſt magna petere à Deo. 478.

Clamor cordis qualis. 88. eſt intenta conſideratio. 289. pauperum quid. 203. ſpiritalis qualis. 43. 47.

Claudicamus omnes in virtutis via. 94.

Cogitatio peccatorum qualis. 56.

Cogitationes cordis ſoli Deo patent. 586. hominum timidæ & fallaces. 584. inſpicit ſolus Deus. 571. purificandæ. 423.

Cognitio clara diei, arcana nocti ſimilis. 356.

Niger color mali ominis. 147.

Columna quibus erigi ſoleat. 264.

Communicantes dignè vitia ſuperant. 412. fiunt principes & diuites. ibid.

Conatus impiorum quales. 214.

Conceptio B. Virginis admirabilis. 884.

Concionator vitioſus officio ſuo indignus. 978.

Concupiſcentiæ motus quando ſunt nobis alieni. 365. tyrannis non quieſcit. 713.

Concupiſcentiæ ſunt torrentes. 327.

Confeſſio duplex. 180. ſacrificium & via ad vitam. 980. ſincera neceſſaria. 546. 555. velox ſit. 548.

Confidentes Deo illuſtres euadunt. 689.

Confitendum Deo corde & ore. 933.

Confitens crimen à Deo abſoluitur. 448.

Confuſio peccatori ſalutaris. 642.

Conſcientia bona fiduciæ fundamentum. 687. mala turbat hominem. 109. in cubili examinanda. 61. 73.

Conſcientiæ bonæ tranquillitas. 420. morſum ſolus Deus mitigat. 538. oculus peccato obfuſcatur. 713.

Conſilia Dei ſunt ſemitæ ipſius. 447. mala Deus diſſipat. 560. 569. 579.

Conſilium aduerſus Deum non eſt. 36. 37.

Conſilium Dei fixum & ratum. 584. permanet. 569. ſequendum. 282.

Conſilium impium quid. 1.

Conſortij mali damna. 960.

Conſpectus Dei lætificat. 270.

Conſtantia in aduerſitate elucet. 816.

Contemplanti otio & ſana mente opus eſt. 884.

Contemplationis dulcedo abſcondita. 541.

Contritis vicinus Deus. 616.

Conuerſatio cum peccatoribus licita eſt ſolis viris perfectis. 483.

Conuerſio peccatorum eſt opus potentiæ Dei. 501.

Conuitia patienter toleranda. 729.

Conuitianti non reddendum conuitium. 262.

Cor bonum terra Dei. 188. eructat affectum. 831. in meditatione accenditur, & mens illuminatur. 730. lætatur rebus ſpiritualibus. 77. leue quid faciat. 69. mundum quod. 429. muniendum contra prauas cogitationes. 216. noſtrum ſit domus Domini. 473. tabula Spiritus ſancti. 860.

Cor pro cogitationibus accipitur. 984.

Cor purgandum vt Dei capax fiat. 570. ſoli Deo patet. 150. totum Deo dedicandum. 172.

Corda dilatat Deus. 322.

Corde purus quis. 255. 258.

Corde quærendus Deus. 465.

Cordis aure verba Dei excipienda. 820. lætitia eſt ſignum prouidentiæ. 62. munditia cum operum iuſtitia ſit. 261. rectitudo qualis. 150.

Cordis

Cordis & linguæ conſenſio ſit. 262.
Core filij qui fuerint; & cur ipſis Pſalmus XLI. *inſcribatur.* 773. 780. 787.
Cornu quid tropicè. 397.
Corona gloriæ qualis. 383. 433.
Corpora ſunt ſepulchra animorum. 938.
Corporis cura nimia ſpiritui noxia 519.
Corporis ſui corruptionem Chriſtus deprecatur. 520.
Corpus caſtum eſt domus eburnea. 864. *Chriſti eſt templum & mons Dei.* 99. *ſanctificandum contemplaturo.* 563.
Correctio non fugienda, ſed furor. 109. 113.
Correctionis conſolatio. 411.
Correptionis fructus. 113.
Corruptio quid. 514.
Creatura declarat creatorem. 351. *eſt vox Dei.* 491. *timet creatorem.* 317.
Credentes ſunt Chriſti fratres. 388.
Crimina ſunt crines peccatoris. 711.
Crucis conſolatio. 421.
Crux Chriſti gladius. 847.
Cura Dei materna. 693.
Curioſitas & ſuſpectio quantum malum ſit. 771.
Cuſtodiæ magnæ argumenta. 288.

D.

DAMNATOS *Deus vtraque manu flagellat.* 384.
Dauid à Deo mirificatus. 71. 80. *ad flagella paratus.* 714. *cauſſæ fidens ſuæ confidenter ad Deum Iudicem appellat.* 795. *continens fuit in adoleſcentia ſua.* 992. *Deum exaltat.* 516. *excellenter miſericors.* 80. *exemplar pœnitentiæ.* 547. *exemplo ſuo docuit vias Domini; quæ ſunt miſericordia & iudicium.* 1010. *immemor iniuriarum.* 305. *gratus erga Deum.* 305. 324. *in afflictione ſilet.* 733. *in Eccleſia Deum quotidie prædicabat.* 741. *infirmitatis ſuæ conſcius non ſe excuſat, ſed ſupplex orat.* 733. *iniquos à ſe remouet.* 122. *manu potens & amabilis.* 239. *nil humano, totum diuino præſidio tribuit.* 147. *non ſe excuſat de peccato.* 733. *per excellentiam ſeruus Dei.* 662. *prophetiæ dono honoratus.* 988. *qua occaſione Pſalmum* L. *conſcripſerit.* 991. *qua ratione ſoli Deo peccauerit.* 996. *quomodo dicatur multas habere iniquitates, cùm fuerit iuſtus.* 756. *quomodo exaltatus.* 53. *quo ſenſu lacrymas vocet panes.* 708. *quo ſenſu petat ſanari, quia peccauit.* 770. *ſagittis doloris oppletus.* 711. *ſe ad peccati remiſſionem ſolicitè diſponebat.* 733. *ſemper memor pœnitentiæ.* 710. 713. *ſenex non citharizabat.* 325. *ſibi cor mundum creari, & donum perſeuerantiæ dari petit.* 1010. *ſola cæleſtia ſpectabat.* 732. *ſolicitus de peccato.* 733. *ſtatim reſilijt à peccato.* 993. *ſtudioſus puritatis animi.* 460. *verus* Idithum. 732. *verus tranſitor.* ibid. *vitæ finem ſcire cur deſideret.* 730.
Dauid & Chriſtus ab amicis derelicti. 714.
Dauidi præcipua religionis cura. 797.
Dauidis conſtantia in ſpe. 752. *crebra fuga.* 216. *de fine & morte ſua ſolicitudo.* 730. *gratitudo pro liberatione à malis.* 736. *in afflictionibus philoſophia.* 733. *manſuetudo.* 124. 127. 128. *pœnitentis confidentia.* 548. *vnctio triplex.* 471.
Decor in templis adhibendus. 459.
Defectus quotidiani non ſatis noti nobis. 364.
Defenſor innocentum Deus. 125.
Dei auxilium contra animæ hoſtes præcipuè implorandum. 742. *beneficia multa & magna.* 739. *numerari non valent.* 740. *erga homines charitas admiranda.* 249. *erga ſuos prouidentia admirabilis.* 753. *gloria qui in iudicijs eius emineat.* 1008. *increpatio formidabilis.* 733. *à laude in aduerſis non ceſſandum.* 790. *mirabilia ſunt illa, quæ nos ad ipſum reuocant.* 753. *miracula multa & magna.* 735. *mons quis ſit, & quæ tabernacula in eo.* 794. *notitia poſteris tradenda.* 908. *obliuio & recordatio vnde noſcatur.* 237. *oculos nil effugit.* 249. *omnia ſunt.* 951. 958. *plagæ correctrices ſunt vtiles.* 727. *præſentiam anima fidelis & pia appetit.* 788. *protectio ciuitas munita.* 542. *ſolius eſt ſaluare.* 245. *voluntas eſt ſanctificatio noſtra.* 267.
Deiparæ mira puritas. 862.
Deliciæ ſpiritales ſunt permanentes. 449.
Delicta difficulter intelliguntur. 354.
Delictum magnum exigit magnam miſericordiam. 981. 986. 993. 1005. *præcedit iniquitatem.* 145.
Dentes quid ſignificent. 41. *peccatorum quales.* 44. 54.
Deo aures inclinandæ. 854. *nemo ſimilis.* 644. *nihil abſconditum.* 150. *præ ſacrificijs obedientia placet.* 735. *quidquid offertur parum eſt.* 951. *ſeruiendum cum timore.* 27. 34. 38. 39. *ſubijci vtile & iucundum.* 896.
Deo adiutore nil timendum. 871. *faciem auertente, ſanctum amittimus Spiritum.* 1001.
à Deo in peccatis deſeri grauiſſimum. 474. *ab eo ſolo moneri debemus.* 568. *ab illo ſolo ſalus noſtra.* 721. *ab eo ſuſcipitur qui à parentibus relinquitur.* 474.
in Deo omnia poſſumus. 875.
Derelictio Chriſti quanta in paſſione. 406.
Deſertio peccatoris qualis. ibid.
Deſertionis ſenſus ſalutaris. 235. 237.
Deſideria bona replet Deus. 673.
Detractio ne audienda quidem. 262. 263.
Detractores quales. 105. *Deum non inuocant.* 151. *deuorant probos.* ibid. *ſunt carniuori.* 472.
Deum aſſiduè ſitire debemus. 781. *laudare ſemper poſſumus.* 592. *nemo inuenit ſine ductu ipſius.* 446. *nemo reſpicit niſi reſpiciatur ab eo.* 450. *reſpiciens, homines non curat.* 542.
Deus adiutor potens. 871. 877. 879. *ad puniendum tardior.* 149. 151. *amator veritatis eſt.* 1008. *animæ ciuitatem ædificare & feras eius confortare debet, ne corruat.* 1011. *animam lætificat, & reiuueneſcere facit.* 793. *animum offerentis ſpectat.* 280. *auxilium tentationibus admetitur.* 882. *benignus Iudex.* 211. *cibus & potus noſter ſpiritalis.* 596. *citò, cùm vult, è malo eripit.* 775. *citò ſuis fert auxilium.* 779. *clementer agere ſolet.* 98. *congregat ſanctos ſuos.* 268. *conniuet in multis.* 214. *Dauidem tempore congruo mouit ad pœnitentiam.* 992. *Deorum Dominus.* 975. *dum differt non aufert vindictam.* 151. *dimittit dimittentibus.* 298. *diſſipat conſilia impiorum.* 37. *Eccleſiam fundauit.* 426. *eſt Dominus nullius egens.* 279. *dupliciter fidelium Dominus.* 161. *lux & ignis.*

ignis. 75. pro omni armatura. 526. 534. eſt vbique. 425. ex creaturis cognoſcitur. 163. exſpectandus & ſuſtinendus. 475. expectat pœnitentiam. 974. firmamentum. 876. fluuius bonitatis. 872. fortis defenſor. ibid. gentes plantat & euellit. 811. gloria noſtra; & qua ratione. 53. illuminat omnem ſuæ lucis capacem. 76. incomprehenſibilis. 169. in medio ſuorum eſt. 878. in nouo Teſtamento multa fecit mirabilia & magna præ veteri. 746. in omni tempore benedicendus. 592. in ſanctis habitat. 392. in Sion habitat. 948. inſtar medici caſtigando ſanat. 727. iuſto ſcutum, & corona. 106. 150. iuſtus & longanimis. 130. 143. lætificat iuuentutem, non ſenectutem ſpiritus. 797. lentus ad ſupplicia. 144. manifeſtè iudicabit. 948. 964. maximè iuſtitiam diligit. 219. memor hominis obliuioſi. 170. nobis os aperit, vt eius laudem annuntiemus. 1011. nobis talis quales nos ipſi. 328. 342. non eſurit. 951. nos in hac vita miſericorditer punit, vt in altera ſeruet. 790. nos, non noſtra diligit. 280. nos ſemper in oculis gerit. 302. nullius eget. 267. 272. obliuiſci videtur, quando non ſtatim adiuuat. 779. omni poſſeſſioni præferendus. 282. omnia intuetur. 585. omnia liberaliter donat. 279. omnia refert ad noſtram vtilitatem. ibid. omnibus timendus. 568. Pater & Filius inuicem honorant. 398. patiens redditor. 151. peccatum perſequitur in bonum noſtrum. 207. per Chriſtum innotuit omnibus. 390. perpetuò laudatur in Eccleſia. 840. primùm accedendum, & tunc opera eius videnda. 884. priùs minatur quàm puniat. 126. 144. promptè iuuat ſuos. 211. 224. punit tardè. 435. quâ ratione dicatur altiſſimus. 201. quâ ratione iuſtus ſit. 219. quæritur benè agendo. 594. quàm aptè terram aquis diſtinxerit. 415. quibus ſe manifeſtet. 246. quinque titulis ſuſceptor dicitur. 52. quomodo in cælis habitet. 212. quomodo magnus. 902. 909. quomodo quærendus. 193. refugium & virtus. 870. 882. regit nos & paſcit. 414. reſpicit cogitantes de ſe. 572. ſcrutator renum & cordis. 129. 150. ſe expectantes reſpicit. 734. ſe habet ſicut ſol. 76. ſeipſum inhabitat. 542. ſemper in conſpectu ſit. 283. ſingularem hominis curam habet. 163. ſolam requirit gratitudinem à nobis. 952. 959. ſolo verbo ſaluare poteſt. 811. ſolus ſatis eſt ad ſalutem. 466. tardè iraſcitur. 28. 35. varias ob cauſſas repellit aliquos. 814. vbi habitet. 246. vita & fons vitæ. 664.

Diaboli retia oratione euitantur. 449. laquei quales. 199.

Diabolus captiuat impios. 940. eſt canis rabidus. 411. conſiliarius impiorum. 6. inimicus & vltor. 170. in morte ferox maximè. 147. inſidijs agit. 198. leo & canis. 388. leo ferox. 132. leo rugiens. 147. optabat Iudæorum vindictam per aliquam Dei impatientiam fieri, in quo falſus fuit. 772. primus Deum negauit. 247.

Diapſalma quid. 41. 42. 52.

Dicere Deo idem quod facere. 642.

Dicere & facere multum intereſt. 519.

Dies belli eſt dies tribulationis. 370.

Dies eſt vita futura; nox verò vita præſens. 785. mala quæ. 757. 760. 922. 944. pro proſperitate ſumitur. 11. 402.

Dies noſtri apud Deum numerati. 725. breues, pauci & mali. 726.

Dies & noctes Deum manifeſtant. 350. 360.

Differentia inter iudicium cauſſæ & retributionis. 796.

Diffidens ſibi armatur à Deo. 642.

Dilata pœna creſcit. 205.

Dilatat ſuos Deus. 341.

Dilatatio quid ſignificet. 79.

Directio Dei omnibus neceſſaria. 87. 90. 99. 141. 691. ſequenda. 301.

Diſciplina quid. 321. 345. 979. neceſſaria. 28. 34. 35.

Diſciplinam odit qui Dei ſermones contemnit, aut obliuiſcitur. 979.

Diues nudus moritur. 941.

Diuinæ res calidæ ſunt. 482.

Diuinatores à Prophetis diſtincti. 843.

Diuites auari ſemper egent. 614. impij cedris comparati. 694.

Diuitiæ alienis ſæpè relinquuntur. 916. cui proſint. 924. miniſtræ iniquitatis. 292. nil proſunt peccatori. 915. 916. 923. 926. 935. non hominis, ſed domus gloria ſunt. 929.

Doctrina præmeditatè proferenda. 914.

Doctrinæ cælesti inhiandum. 865.

Docendi modus Deo proprius quis. 436.

Doloſi in proprios laqueos incidunt. 625. 636. merentur technis ſuis capi. 88. 127.

Dolus triplex. 553.

Dominium Dei perfectiſſimum. 168.

Domino quomodo ſit confitendum. 797.

Domos dedicandi mos antiquus. 516.

Domum Dei inhabitare bonum eſt. 464. 468.

Donum à perſona grata offerendum. 489.

Dorſum pro fuga. 322. 377.

Duplices homines execrabiles. 479. 485.

E.

EBRIETAS ſobria quæ. 417.

Eccleſia caro Chriſti dicta. 273. Chriſti filia & ſponſa. 829. 838. 853. Chriſti hereditas. 281. Dei tabernaculum. 357. 361. 473. Dei vnigenita. 397. diluuio comparata. 503. diuerſis ſtatibus ornata. 837. diuites & nobiles habet. 828. 836. eſt viſibilis. 911. ex paruulis collecta. 160. floret virginitate. 829. fruſtrà oppugnatur. 907. in tentationibus firmatur. 432. muneribus honoratur. 866. perpetuam habet ſucceſſionem. 830. Regina Chriſti. 828. 837.

in Eccleſia magna Dei præco Dauid. 749. cur magna dicta. 780.

Eccleſiæ exultantis quale ſit gaudium. 783. gloria interna qualis. 854. latitudo mira. 341. muri ſunt Epiſcopi & Sacerdotes. 1012. vultus qualis. 854.

Ecſtaſis quid. 537. pro peccato. 521.

ſuper Egeno intelligendum, vt liberemur in die malo. 765.

Egenus & pauper vtrùm differant. 626.

Ἔκαϛος vnde dictum. 787.

Electi pauci. 297.

Electis omnia cooperantur in bonum. 19.

Electo Deus electus. 342.

Electos Deus præuenit. 381.

Eleemoſyna liberat à morte. 766. & in die malo. 769. non minuit opes. 692.

Eleëmoſynæ ſunt opera calorum. 280.
in Eleemoſynis diſcretio adhibenda. 764.
Elementa & creaturæ omnes erunt teſtes iudicij Dei. 956.966.976.
Elohim vocantur etiam Angeli. 171.
Eloquentes vt plurimum inſolentes. 229.
Eloquia Dei caſta. 226. 231. pura. 320.
Epithalamium Chriſti quale. 859.
Equis & curribus non fidendum. 371. non ſolent vti ſancti. 581.
Erubeſcentia mali bona. 111.118.
Eructatio quid propriè. 843.859.
Euangelium eſt terræ fundamentum. 331.
Euchariſtia eſt calix inebrians. 422. Dei tabernaculum. 473. hoſtia iubilationis. ibid. memoria ſanctitatis Dei. 517. ſacrificium laudis, & viaticum ſalutis. 980. vbertas domus Dei. 664. fortes reddit. 422. nos reddit diabolo formidabiles. 421. panis pinguis. 422. ſacrificium bonis pingue. 371. quibus macrum ſit. ibid.
Euchariſtiâ ſoluit vota Chriſtus. 411. ſaturantur ſoli pij. 412.
Euchariſtiæ ſacrificium iuſtificat. 82. ſuauitas quanta. 613.
Eὐδοκία quid. 88.
Exaltandus quomodo ſit Deus. 507.512.
Exaltari quomodo dicatur Deus. 138.
Exaltatio Dei quæ. 324.
Exauditionis conditiones quales. 133. ordo qualis. 119.
Examen conſcientiæ à Philoſophis frequentatum. 82. non perfunctoriè faciendum. ibid.
Examen Dei ſtrictum. 150.
Examinatio quid. 299.
Exodium quid. 499.
Expiationes Iudæis conceſſa. 983.
Exurgere idem eſt quod adiuuare. 226.230.
Exurgere quomodo dicatur Deus. 139.
Exurgit Deus dum punit. 185.
Exultandum in ſolo Deo. 575.644.
Exultatio animæ à peccato liberatæ. 556. ſolis rectis conuenit. 562.
Ezechiæ victoria contra Rapſacen. 786.

F.

FACIEI auerſio ſignum offenſionis. 108.
Faciem oſtendere aut abſcondere quid in Scriptura. 239.
Facies Dei animat tribulatos. 525. deſideranda. 424. quærenda. 470.
Facies eſt ſedes verecundiæ. 612.
Facinoroſi tenebras quærunt. 458.
Fato non regimur, ſed Dei arbitrio. 540.
Felices qui peccatorum recordantur, vt ea lugeant. 1007.
Felicitas impiorum in quo ſita. 304. affligit pios. 185. 204. momentanea. 694. ne nos conturbet. 71.
Felicitas mundana mendax. 753. oculi ab ea auertendi. ibid. vitæ huius in quo ſita. 17.
Femur ſymbolum generationis. 846.
Fideles ſunt Dei poſſeſſio & hereditas. 585. vnicorni ſimiles. 492.
Fides Chriſti cur virgæ ferreæ comparetur. 38.
Fides fundamentum eſt bonorum morum. 248.
Fiducia Dei liberat à malo. 617. in homine non ponenda. 54. in ſolo Deo collocanda. 46. 54. 131. oranti neceſſaria. 64. precibus erigenda. 688.
Fiducia ſui ruinæ proxima. 518.
Filia Sion quæ. 203.
Filiatio Dei ante omnia procuranda. 495.
Fimbria quid. 839.
Fimbriæ ſponſæ Chriſti quales. 866.
Finis Chriſti ſalus animarum. 190.
Finis iniquorum interitus. 129. pij & impij contrarius. 690.
Firmamentum noſtrum Deus. 336.
Flagella non Deo ſed peccatis imputanda. 700.
Fœdera olim in ſacrificio feriebantur. 977.
Fœdus Chriſti nobiſcum in proprio ſanguine. ibid.
Folia ſunt propter fructus. 13.
Fortis Deus. 143.
Fortitudo quid. 514.
Fortitudo Dei cum humanitate coniuncta. 880. ſpiritalis in fuga peccati. 344.
Fortitudo ſuorum Deus. 486.
Framea quid tropicè. 291.296.
Fraternæ correctionis norma quæ. 961.
Fraudes laqueis ſimiles. 625.
Fraudulentus proprijs dolis capitur. 152.
vox Fremere pro ſuperbire. 24.30.
Fructus Chriſti qualis. 14.19.
Fructus operum bonorum. 19.
Frumentum & vinum ſignant Euchariſtiam. 84.
Fuga ſecurior quam lucta in tentatione carnis. 882.
Fumus in Deo quid. 338.
Funes quid in Scriptura. 268.
Funibus hereditas diuidebatur. 275.
Furor quomodo differat ab ira. 26.
Furor quo ſenſu de Deo pronuntietur. 119.

G.

GAVDENDVM in ſolo Deo. 240.
Gaudij piorum & impiorum diſtinctio. 518.
Gaudium in futurum reſeruatur. 999.
Generatio corruptio. 947.
Gentes Iudæis prælatæ. 398.
Gentiles & ſæculares idola vana, Chriſtiani pij Deum fortem ſitiunt. 788.
Gentiles ſunt canes. 396.
Gentium vocatio qualis. 897.
Gladius quid in Scriptura. 151.
Gloria accipitur pro anima, capite, inteſtinis. 149.
Gloria iuſti Deus. 43. 47. 52. ſpiritus qui in ipſo eſt. 515.
Gloria ſanctorum in cogitationibus eorum. 866.
Gloria ſumitur interdum pro Deo & regno. 79.
Gloriandum in ſolo Deo. 592.
Gloriatio conuenit diligentibus Deum. 101. ſæcularium inanis. 100.
Glorificandus Deus in aula ſancta. 496.
Græcæ linguæ peritia neceſſaria. 304.
Grando ſupplicij nuntius. 330.
Gratia eſt lumen animæ. 612. præueniens eſt dulcis benedictio. 382.
Gratiæ agendæ Deo pro iuſtitia eius. 146.
Gratitudo Deo placet. 480. vera in aduerſis cernitur. 947.
Graue eſt offendere ſe ſuperiorem. 1001.
Greſſus animi quales. 288.295.301.
Guſtandus Deus vt noſcatur. 596.605.

HEBRÆI

H.

HEBRÆI negant reſurrectionem. 20. eorum opinio refellitur. ibid. Pſalmos quomodo diſtinguant. 24.
Hebræum maſchil quid ſignificet. 769.
Hebraicæ linguæ peritia neceſſaria. 304.
Hæreſiarchæ ſunt magniloqui. 219.
Hæretici ſunt mendaces. 96. 104. veſtem Chriſti ſcindunt. 41.
Hæreticorum cauteriata conſcientia. 1007. triplex error circa remiſſionem peccatorum. 553.
Hereditas Chriſti Eccleſia. 268. iuſtorum Deus. 282. noſtra Deus. 268. noſtra eſt in cælo. 91. peccatorum, ſupplicia. 209. 212.
Hierarchiæ præſes Deus. 217.
vox hodie quid in diuinis connotet. 23.
Homines carnales ſunt graui corde. 68. plerumque vana & falſa ſolidis ac veris præferunt. 80. terreni ſunt graues corde. 60. 68. vapori ſimiles. 726.
Homini impreſſa eſt Dei ſimilitudo. 83.
Hominis fragilitas. 841. interioris mutatio qualis. 841. 845. laus in quo ſita ſit. 7. mira inconſtantia, præſertim peccatoris. 756. ſitim Deus ſolus explet. 788. vana eſt vita, vigor, firmitas, &c. quæ videntur ſpecioſa. 731.
Hominum curator Deus. 232.
Homo aſſiduè mutatur. 841. cæleſtis & terrenus quis. 69. conditus à Deo. 568. dominus mundi. 155. 164. 165. 171. facilè delinquit. 349. honore coronatus. 158. 164. in Chriſto glorificatus. 164. 165. 166. in conſpectu Dei nihil. 731. inermis creatus vt ſoli Deo fidat. 820. iuſtus eſt alius à carne ſua. 819. minor Angelis creatus. 158. 164. 171. minoratus per peccatum. 158. 167. 171. multiplici eget auxilio. 875. nihil reſpectu Dei. 731. ob res temporales fruſtrà perturbatur. 726. præmijs ducitur ad bonum. 615. propter peccatum maledicto obnoxius. 998. quomodo ſit vniuerſa vanitas. 731. tranſit in imagine. 726.
Homo pacis pro quo accipiatur. 771.
Hoſtes ſuos Deus diſſipat inſtar pulueris. 624.
Hoſtia non poterat carere auribus. 754.
Hoſtia vociferationis quæ Deo offerenda. 465. 473.
Hoſtias perfectas requirit Deus. 500.
Humana Deus curat. 570.
Humana præſidia fallacia. 572. 580.
Humanitas Chriſti hereditas Verbi. 282. ornata donis gratiarum. 282.
Humili citò auxiliatur Deus. 539.
Humilis exaltatur. 343.
Humilitas Deo gratum ſacrificium. 1004. impinguat ſacrificium. 371. mitigat ferociam. 411. mouet commiſerationem. 715. ſecura. 518.
Hypocrita qualis. 658.
Hypocritæ prouocant iram Dei. 37.
Hyſſopi natura qualis. 989.
Hyſſopo cur Dauid à Domino aſpergi velit. 1008.
Hyſſopus figura Baptiſmi. 988. non purgabat à peccato. 999. ſymbolum imperturbationis. ibid. ſymbolum caſtitatis & humilitatis. 1009.

I.

IACOB ſymbolum luctæ. 368.
Idithum quid ſignificet. 728.
Idola cedris infructuoſis ſimilia. 487. infirma. 281. ſunt vanitates. 746.
Idololatria corruptio eſt animæ. 248.
Ieroſolymis olim ſolùm Deus colebatur. 774. tantùm ibi licebat ſacrificare. 985.
Ieruſalem ciuitas Dei. 902.
Ignauus non habet partem cum Deo. 468.
Ignis iuſtos illuminat, prauos cremat. 488. pietatis à facie Dei exardeſcit. 338.
Ignorans Deum, ignoratur. 323.
Ignorantes docendi cultum Dei. 486.
Ignoſcere præſtat quàm vlciſci. 148.
Illuminatio & illuminator Deus quo ſenſu. 471.
Illuminatio & ſalus Deus. 463. vultus eſt fauor Dei. 820.
Imagines ſunt bonorum tranſitoria omnia, non ipſa bona. 732.
Imago quid. ibid.
Immaculati qui. 341.
Immaculatus quis. 255. 258. 259.
Impietas atheiſmum parit. 187. in parentes eſt maxima iniquitas. 148. mortem parit. 184.
Impietatis miniſtri exarmati. 173.
Impij ad infernum properant. 929. ad quid reſurgant. 15. 16. 20. 21. ambulant in circuitu. 221. 227. aſſimilantur pulueri. 2. 5. 14. 20. cognoſcunt Deum in ſupplicijs. 244. coram Deo iudice non ſubſiſtunt. 5. Deum negant. 243. fingunt ſibi Deum noſtra non curare. 585. in iudicio cauſſâ cadent. 21. interiùs & exteriùs torquentur. 384. non habent Deum in conſpectu ſuo. 206. paleæ comparati. 642. per ſe damnati. 3. peruerſa meditantur. 650. 662. 663. propriâ conſcientiâ torquentur. 106. putant ſe fore perpetuò felices. 206. ſubſeruiunt probationi iuſtorum. 205. ſunt doloſi. 651. duri cenſores iuſtorum. 714. frequentes & varij. 14. timorem Dei abijciunt. 206. vt fumus deficiunt. 692.
Impiorum circuitus qualis. 232. cogitationes Deus diſſipat. 584. memoria perit. 616. nomina reticentur in Scriptura. 281. perditio ex ipſis eſt. 21.
Impios Deus comprehendit. 376. non fruſtrà punit. 377. ponit vt clibanum. 376. ſubſannat Deus. 25. 31.
Impius cum ſonitu perit. 181.
Imprecationes quomodo fieri poſſint. 643.
Improbi marceſcunt citò. 674. memoria eorum perit. 202. ſibi ipſis ſupplicia ſtruunt. 940. ſunt ciuitates diaboli. 202. inſtar ſunt tempeſtatis. ibid. vani ſunt & vacui. 438.
Incarnatio eſt opus magnificentiæ Dei. 169.
Incendi quis dicatur. 204.
Incolatus quid. 255.
Incolatus & accolatus differentia. 95.
Inconſtantia eſt delictum iuuentutis. 444.
Increpatio Dei formidabilis. 733. vtilis. 331.
Indignatio quid. 513.
Indigos cur nos fecerit Deus. 58.
Infantes & paruuli Deo grati. 160.
Infantes naſcentes in terram deponendi ritus. 409.
Infantium laudes Deum mirificant. 162. 169.
Infernus eſt locus defunctorum. 121.

Infideles ſunt graui corde. 70.
Infidelitatis vmbram deleuit aſcendens Chriſtus, & frigus animorum aboleuit. 361.
Infirmitas hominis magna. 120.
Infirmos Deus adiuuat & defendit. 223.
Ingratitudo Iudæorum. 82.
Ingrato nil odioſius. 171.
Initiatis manuum innocentia ſeruanda. 422.
Inimicis imprecandi ſex cauſſæ. 641.
Inimicos perdere Deo facile. 374. *ſuos Deus comprehendit.* 383.
Inimicus occultus nocentiſſimus. 222.
Iniqui Chriſtum oppugnant. 633. *ſunt cæci & ignorantes.* 257.
Iniquitas quid. 341. *calcanei quæ.* 934. *iuſtitiæ opponitur.* 623. *ſibi ipſi mentitur.* 466.
Iniquitatis & peccati differentia. 545.
Iniquus Deo & hominibus exoſus. 663. *intelligentiam reſpuit.* ibid. *verba eius iniquitas & dolus.* ibid.
Iniuriarum condonatio efficax medium ad Deum propitiandum. 148. *quanta virtus.* 134.
Iniuriarum obliuio propria Dauidi. 133. 135. 136. 148.
Iniuſti legem habent in tabulis. 694.
Iniuſtitia noſtra quomodo Dei iuſtitiam commendet. 1007.
Innocentia quid. 149. *in quo ſita.* 457. *non veretur iudicium Dei.* 458.
Innocentia Dauidis in quo ſita. 451.
Inobedientes mulo ſimiles. 557.
Inobedientia hominem deijcit. 724.
Inopia non obeſt pijs. 675. 683.
Inopis & pauperis differentia. 230.
Inſaniæ veræ & falſæ diſcrimen. 753.
Inſcriptio in finem *quid in Pſalmis.* 63. 78.
Inſidiæ tenebris gaudent. 210. 216.
Inſidiantium ſpecies qualis. 290.
Inſidiatores proprijs inſidijs pereunt. 154.
Inſipientis & ſtulti differentia. 937.
Inſpectio Dei nos firmat. 510. 514.
Inſpirationibus bonis loquitur nobis Deus. 482.
Intellectus animi lucerna. 320. *eſt caput animæ.* 47.
Intelligere ſuper pauperem quid ſit. 769.
Inuidia malum peſſimum. 690.
Inuocatio non in verbis ſita, ſed in mente. 65. *eius vis quanta.* ibid.
S. Ioannes erat vox Domini. 501. 502.
Ira citò deponenda. 518. *cohibenda ſanctis cogitationibus.* 720. *comprimenda, ne erumpat in maledicta.* 724. *Dei breuis.* 517. *igni comparatur.* 315. 328. *reſeruatione fit grauior.* 205. *quando bona ſit aut mala.* 81. *quid in Deo.* 113. 119. 138. *quomodo reprimenda.* 81. *ſine peccato qualis.* 72. *turbat.* 528. *vtilis.* 72.
Iræ & paſſionibus moderandum. 689.
Iraſcendum nobis ipſis peccantibus. 81.
Irriſores confuſionem metuunt. 632. *hoſtibus moleſtiores.* 46. *maximè peſtilentes.* 17.
Iſraël primogenitus Dei. 91. *gentes pro illo introductæ.* 92. *recalcitrauit, & reiectus eſt.* ibid.
Iſraëlitæ abiecti. 814. *ex calamitatibus ad pœnitentiam adducti.* 981. *opprobrium facti.* 815.
Iordanis quid myſticè. 789.
Iubilatio quid ſit. 558.
Iudæi Chriſti iugum abijciunt. 25. *diſſipati vt pulueis.* 15. *erant olim hereditas Dei.* 275. *gentibus poſtpoſiti.* 380. *inaniter Chriſtum perſecuti.* 28. *inciderunt in laqueum à ſe paratum.* 624. *nullius pretij.* 822. *omnibus opprobria ſunt.* ibid. *pauperes facti.* 606. *per orbem diſſipati.* 635. *poſiti in parabolam.* 823. *quando lutum vocati.* 23. *ſunt filij alieni.* 323. 346. *tauri & vituli.* 396. *vaſa teſtacea.* 23. *toti in externo cultu.* 947. 949.
Iudæorum odium in Chriſtum. 25.
Iudaicus cultus abolitus. 969.
Iudæ proditoris mores quales. 767. *perfidia.* 761. *ſimulatio & ſupplantatio.* 767.
Iudas erat ſimulator pacis. 762. *ijſdem cum ceteris Apoſtolis beneficijs à Chriſto affectus.* 767.
Iudicare aliquem vel alicui quid interſit. 456.
Iudicari à Deo bonum eſt peccatori. 100.
Iudices ac Principes Dij dicti. 948. 955. 963. 976.
Iudicia Dei abyſſus. 652. 664. *miſericordia & veritas.* 436. *vera & iuſta.* 353. 363.
Iudicij dies tremenda. 934. *duplex acceptio.* 318. 340. *ordo qualis.* 202. *varia acceptio.* 140.
Iudicio certare cum Deo periculoſum. 633.
Iudicis boni tres conditiones. 151.
Iudicium Dei tremendum. 109. *extremum quale.* 976. *particulare cuiuſlibet animæ.* 979. *vltimum erit manifeſtum.* 955. 956. 957. 964. *quæ præcedant.* 949. 965. *forma eius qualis.* 949. 957.
Iuramentum quid. 256. *cui permiſſum & vetitum.* 256. 260.
Iurare periculoſum. 263.
Iuſiurandum ſeruandum. ibid.
Iuſtas poſtulationes exaudit Deus. 55.
Iuſti viror omnis à gratia eſt. 19.
Iuſti coronantur. 379. *familiares Deo.* 3. *futurorum conſcij.* 376. *gladijs comparati.* 296. *habent legem in corde.* 18. *impijs dominabuntur in ſæculo futuro.* 928. 947. *non deficiunt omni bono.* 614. *non ſunt certi de ſalute.* 364. *ſoli inuocatores Dei.* 78. *ſunt Reges.* 867. *ſunt ſibi ipſis lex.* 18. *ſunt ſtellæ.* 163. 170.
Iuſtitia quid. 514. *Dauidis eſt clementia eius.* 298. *Dei palàm annuntianda.* 755. *eſt omnis virtus.* 318. *ſemita cæli.* 419. *multiplex.* 141. *pro miſericordia, & viciſſim.* 537. *thronus Dei.* 192. 202. *virtus generalis.* 64.
Iuſtitiæ duplex acceptio. 105. *ſemita qualis.* 421.
Iuſtitiæ & iniquitatis partus qualis. 145.
Iuſtitiæ & iuſti officium. 256.
Iuſto Deus adiutor. 61. *grauis eſt receſſio à Deo.* 239.
Iuſtorum ſalus ex Deo eſt. 21.
Iuſtos clamantes exaudit Deus. 616. *cur Deus aliquando non exaudiat.* 407. *cur ſinat Deus tribulari.* 46. *Deus mirificè cuſtodit.* 616. *dirigit Deus.* 669. 676. *miſericordia circumdat.* 557.
Iuſtus quis. 255. *accuſator eſt ſui.* 995. *à Deo non deſeritur.* 919. *arbori frugiferæ ſimilis.* 19. *dicitur quadrupliciter de Deo.* 219. *nemo eſt, ſi Deo comparetur.* 140. *non ſe vlciſcitur.* 148. *numquam deſeritur à Deo.* 693. *pauper præſtat diuite iniuſto.* 918. *ponitur in ſalutari.* 226. 230. *ſemper miſeretur & commodat.* 684. *tribulationibus expoſitus.* 875.

LABIA

L.

LABIA doloſa execranda. 228.
Laci & putei differentia. 146.
Lacrymæ legatione funguntur apud Deum. 122.
Lactentes Deum laudant. 156. 162. 169. confundunt Phariſæos. 157. 162.
Lacus miſeriæ idololatria. 745. mors. 744. vita carnalis. 738.
Lætandum in ſolo Deo. 371.
Lætitia cæli quanta. 284. pura in ſolo cælo reperitur. 520. ſæcularium in oculis eorum. 75. ſalutaris quæ ſit. 1002. 1010. ſanctorum in corde eſt. 75. ſperantium qualis. 100. timore moderanda. 39.
Laquei pœnarum quales. 212.
Laſciui equo & mulo comparati. 557.
Latronis in cruce benedictio. 383.
Lauare manus inter innocentes quid. 454.
Laudandus Deus in omni tempore. 611.
Laudare Deum res magna eſt. 604.
Laudari in Domino quid. 611.
Laus deceptoria quæ. 303. Dei probos decet, non improbos. 581.
Laus Deo ſemper. 858. vera mortuos comitatur. 942.
Legalia ſacrificia non delebant peccata. 1004.
Legem dat Deus, quia dulcis & rectus eſt. 447. dat timentibus ſe. 448. docentes & non facientes Deo ſunt execrabiles. 952. 960. in corde, ſed non cor in lege quinam habeant. 18. quis ſemper meditetur. ibid.
Legis effectus & vtilitas. 348. 352. iugum cum Chriſti iugo mutandum. 31. meditatio eſt apex Theologiæ. 18. nomine quid intelligatur. 362. oblationes quales. 970. obſeruatio eſt voluptas animi. 18. varia nomina. 348. veteris expiationes non tollebant peccata. 995. noua verò Sacramenta ea delent. ibid. veteris ſacrificia parum vtilia erant. 740. à Chriſto per ſuam obedientiam abrogata. ibid.
Leo ſymbolum Regis. 147.
Lex amore implenda, non timore. 582. charitatis eſt immaculata. 362. Chriſti conuertit animas. ibid. Dei illuminat & dirigit. 449. dulcis cuſtodienti, amara negligenti. 364. in corde iuſti. 694. in cordis & ventris medio collocanda. 755.
Lex Dei quid. 18. lætificat corda. 362. miſericors & iuſta. 448. pretioſior auro. 363. reficit animam. 18. triplex. 346. Domini quæ. 11.
Lex Euangelica tollit radices peccatorum. 72. Moſaica ſola peccata externa vetat. ibid. noua in corde ſcripta. 749. oculus Dei. 96. ſpiritalis qualis. 357.
Libanus idolis infamis olim. 491.
Liberator noſter Deus. 336.
Libido infernus appellata. 517.
Lignum vitæ Chriſtus eſt. 11. eius folia & fructus. ibid.
Lilium typus virginitatis. 859.
Lingua ante omnia frenanda. 596. 728. 729. duplici vallo à natura munita. 729. magniloqua qualis. 229. maledici labor & dolor. 206. præ omnibus cuſtodienda. 723. 729.
Linguâ rectus quis. 256. 258.
Linguæ continentia Dauidis. 300. cuſtodia difficilis. 288. malæ gladius qualis. 691. peccatum multiplex. 729.
Linguæ Prophetarum ſunt calamus Spiritus ſancti. 832.
Linguæ & calami proportio. 860.
Lites magis nocent quam hoſtes. 54.
Λαιμὸς quid propriè. 17.
Lotio manuum innocentiæ ſymbolum. 455. 459.
Lucem & veritatem ſuam mittere quomodo Deus dicatur. 796.
Lucerna Chriſti corpus. 310. 320. pro anima. 343. felicitate. ibid. gratia. ibid.
Lucernam accenſam habent iuſti. 320.
Luctum in gaudium vertit Deus. 511. ſequitur lætitia. 505. 515.
Lumbi ſunt armamentarium diaboli. 712. ſedes concupiſcentiæ. 701.
Lumen animæ quale. 83. naturæ diſcernit bona & mala. ibid.
Luna Eccleſia. 163.
Luſus quid in Scriptura. 458.
Lutum fæcis peccatum, & affectiones carnales. 744. 745.
Lux gratiæ à Deo inſtillatur. 83. qualis ſit Deus. 471.

M.

MAGI Deo exoſi. 538.
Magnificentia quid ſit propriè. 169. Chriſti quanta. 375. Dei in Incarnatione. 156. 169. in quo ſita. 153. 161. 169.
Mala nos multiplicia circumdant. 751. obliuioni tradenda. 854. occulta manifeſtis deteriora. 87.
Maledici ſibimet ipſis nocent. 771.
Maledicorum ora ſepulchris ſimilia. 105.
Mali fuga eſt primus gradus ad virtutem. 7. 111. 118.
Mali à præcipitio arcendi. 119. diſperguntur à Deo. 20. paleis ſimiles. ibid. recuſant iugum Chriſti. 37. ſepulchris aſſimilantur. 87.
Malignantium & inuidorum ſtudia qualia. 758.
Maligni facilè blaſphemant. 220. non æmulandi. 672. 674. 679. 682. 686. proprijs laqueis pereunt. 203.
Malignos Deus auerſatur. 104. 112.
Malitia accendit iram Dei. 35. auctorem ſuum perimit. 163. excæcat, & captiuat. 197. ipſa ſibi pœna. 130. 194. paruos reddit. 47. ſibi ipſi noxia. 643.
Malitiæ laudatæ mala. 929. parturitio qualis. 144.
Malo delectari dementia eſt. 946.
in Malo gloriantes irritant Deum. 205.
Malorum tres ordines. 9.
Malos compeſcere ſolius eſt Dei. 225. Deus execratur. 86. 89. 95. 96.
Malum auctori ſuo nocentiſſimum. 152. irrepit cum vſu rationis. 8. ſemel effugiſſe non ſatis eſt. 6. ſerpit vt peſtis. 9.
Mandare & dicere quid in Deo. 821.
Mandata Dei ſunt viæ ipſius. 447.
Manè Deus inuocandus. 86. 89. 94. milites ſe ſiſtunt Imperatori. 103.
Manſueti accipiunt doctrinam ſapientiæ. 447. à Deo diriguntur. ibid. terram poſſident. 667. 674.
Manſueti & humiles magnificant Deum. 593.

Manſuetudinis & diſciplinæ cognatio. 344. *eius & obedientiæ affinitas.* 345.
Manſuetudo Dauidis. 148. *nos Dei capaces reddit.* 447.
Manus Domini quid. 384. *eleuata punientis geſtus.* 199.
Manus eleuatæ ſunt piæ actiones. 479.
Manus pro actionibus. 396. *pro protectione.* 530. *puræ quæ.* 429. *ſymbolum poteſtatis.* 411.
Manuum extenſio eſt habitus orantium. 485.
Mare Deus condidit vtri ſimile. 566.
B. Maria tabernaculum Dei. 361. *ſponſi thalamus.* ibid.
Mars & mas à virtute nomen habent. 862.
Martyrum oratio qualis. 393.
Matathiæ Machabæi quanta fortitudo. 798.
Matutinum animæ quale. 878. *tempus orationi aptiſſimum.* 102. 103.
